BIBLIOTECA NAZ.
XXXVIII
H
39
NAPOLI

39

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXXVIII
H
39
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

ADAGIORVM

DES. ERASMI ROTERODAMI

CHILIADES QVATVOR, CVM
sesquicenturia; magna cum diligentia, maturóque
iudicio emendatæ & expurgatæ.

QVIBVS ADIECTAE SVNT HENRICI STEPHANI ANIMADVERsiones, suis quæque locis sparsim digesta.

PRAETEREA INDICANTVR ETIAM IN MARGINIBVS
quæ proximo contextu digniora notatu continentur.

HIS ACCESSERVNT,

Appendix ad Chiliades Erasmi.
~~Hadriani Iunii~~ centuriæ octo cum dimidia.
Ioannis Alexandri Brassicani prouerbiorum Symmicta, cum appendice Symbolorum Pythagoræ ex Iamblico.
Ioan. Vipii Adagiorum Epitome.
Gilberti Cognati Adagiorum Sylloge.
Specimen Adagiorum per Iunium, Cantherum & Giselinum.
Melchioris Neipei adagia.
Ioannis Ferrerii Pedemontani prouerbiorum collectanea.
Adagia aliquot ab Ioanne Fratre Laualensi obiter obseruata.
Ex
Cælio Rhodigino,
Polydoro Virgilio,
Petro Godofredo,
Carolo Bouillo,
M. Antonio Mureto,
Ioan. Hartungo,
Adria. Turnebo.
Gulielmo Gentio Nouiomago,
Claudio Minoe, & aliis, adagia collecta.

INDICES NECESSARII, ADAGIORVM, LOCORVM COMMVNIVM, Nominum item & verborum quæ prolixè toto opere explicantur.

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III NAPOLI

COLONIAE ALLOBROGVM.
Excudebat PETRVS AVBERTVS, Sumptibus Caldorianæ Societatis.

M. DC. XII.

ELENCHVS ET SERIES HVIVS OPERIS.

Def. Erasmi Roterodami in suas Adagiorum Chiliadas Prolegomena pag. 1.

Eiusdem Adagiorum Chiliades quatuor cum sesquicenturia, quibus subiunctæ sunt Claudij Minois Diuionensis ad varia Adagia obseruationes doctiss. 13. &c.

Henrici Stephani in easdem Chiliadas Animaduersiones passim occurrentes, & suis locis adiunctæ 19. 22. &c.

Adagiorum Appendix ex Erasmi Chiliadibus 1141

Henrici Stephani Adagiorum Centuriæ octo cum dimidia 1155

Ioannis Alexandri Brassicani Iureconsulti Prouerbiorum Symmicta 1393

Symbola Pythagoræ ex Brassicano I.C. 1415

Ioannis Vlpij Franekerensis Frisii Adagiorum Epitome 1418

Paræmiarum Sylloge, sex Centurias complectens, Gilberto Cognato collectore & interprete 1425

Adagia quædam Ludouici Cælij Rhodigini Antiquis Lectionibus insperſa 1514

Adagia Selectiora ex opere Polydori Virgilij Vrbinatis 1519

Ex Prouerbiorum libro Petri Godofredi Carcasonensis I.C. 1525

Paucula prouerbia Caroli Bouilli Samarobrini, vnde queas de quatuor eiusdem prouerbiorum libris iudicium facere 1531

Ex Hadr. Turnebi, M. Ant. Mureti & aliorum scriptis quædam Adagiorum miscella 1535

Adagia aliquot de Iure scripto & variis eius interpretibus à Guill. Gentio I.C. collecta 1539

Specimen quoddam Adagiorum, quæ ab Iunio, Cantero, Giselino partim collecta sunt & constituta, partim adhuc colligũtur 1545

Adagia aliquot Melchioris Neipei Bredani 1555

Ioannis Ferrerij Pedemontani, L X. Prouerbiorum Collectanea per Io. Gillotium Campanum explicata 1575

Adagia aliquot ab Ioanne fratre Laualensi obiter obseruata 1587

Noua Adagiorum Appendix, ex Claudij Minois Regii Professoris in Academia Parisiensi Schedis & Notis, aliorũmque eruditiss. virorum scriptis, collecta, & paucis lineis descripta. 1589

INDICES necessarii.

ERASMVS LECTORI.

Perfacile est, aiunt, prouerbia scribere cuiuis.
Haud nego: sed durum est scribere Chiliadas.
Qui mihi non credit, faciat licet ipse periculum:
Mox fuerit studiis æquior ille meis.

DES.

Digitized by Google

DES. ERASMVS ROTERODAMVS

GVILIELMO MONTIOIO CLARISSIMO ANGLIAE BARONI S. P. D.

OLIM Lutetiæ prouerbiorum ceu syluulam quandam, pauculis sanè diebus, nec id quidem admodum accuratè, denique in summa Græcorum inopia voluminum, congesseram, ornatissime Guilielme Montioie: videlicet vt tibi priuatim commentarioli vice foret: quòd animaduertissem te hoc genere peculiarius delectari. Eam quidam, sedulo quidem illi, sed siniſtro nimióque studio, mei, publicandam etiam ac formulis excudendam curarunt: sed adeo deprauatè, vt alioqui dedita factum opera videri posset. Attamen sic congestam, sic editam maior opinione fauor excepit, siue is tuus, siue operis fuit genius. Tantum autem adiumenti videbatur attulisse politioris literaturæ candidatis, vt plurimum amplitudini tuæ, nonnihil etiam industriæ nostræ debere sese fatererentur. Proinde quo simul & superioris editionis alienam culpam sarcirem, & cumulatiore munere studioſos omneis nostrum vtrique demererer, peculiariter autem Angliæ tuæ in dies magis ac magis ghiscentia studia hac parte iuuarem: nactus iustam propemodum Græcanicorum librorum supellectilem, idem illud operis sub incudem reuocaui, supráque chiliadas Adagiorum treis & centurias duas (cur enim hæc non ceu thesauros, numeremus etiam?) è plurimis auctoribus in commentarium redegi. Erat animus velut de eodem, quod aiunt, oleo, adiungere metaphoras insignes, scitè dicta, sententias eximias, allusiones venustiores, allegorias poeticas: quòd omnis ea supellex Adagiorum generi confinis esse videbatur, ac pariter ad locupletandam venustandámque orationem conducere. Accuratiùs autem arcanarum literarum allegorias ex veteribus illis Theologis statueram annectere, quòd ibi, tanquam in mea arena, proprióque meæ professionis munere, mihi videbar versaturus, quódque ea pars non solùm ad ingenii cultum, verùmetiam ad vitæ pietatem pertineret. Sed quum viderem hanc operis partem in tantam molem assurgere, deterritus infinita propè magnitudine laboris, reduxi calculum, & hoc cursu contentus, alij quicunque volet operis vices capessere, lampada tradidi. Me quidem huius laboris non admodũ adhuc pœnitet, vt qui mihi puerilium studiorum iam obsoleſcentem memoriam aliqua ex parte renouarit. Sed hactenus peregrinatum esse licere videbatur: cæterùm in alieno negotio consenescere, magnámque vitæ partem insumere, id neque decorum mihi, neque calumnia carituram existimabam. Itaque theologicas allegorias, quando nostri sunt muneris, cùm erit Græcorum in hoc genere voluminum copia, tractabimus: & hoc tractabimus libentiùs quòd videam multis iam seculis theologos hac vel præcipua parte neglecta omnem operam in quæstionum argutiis conterere: re non perinde reprehendenda, nisi solùm hoc ageretur. Reliquas autem partes hoc libentiùs prætermittã, quòd intellexerim iamdudũ suapte spõte ad eas accinctũ

Richardum Pacæum, iuuenem ea vtriuſque literaturæ ſcientia præditum, vt vnus omnem Britanniam ingenio ſuo poſſit illuſtrare: ea morum puritate modeſtiáque, vt tuo tuique ſimilium fauore ſit digniſſimus. Hoc itaque tam idoneo ſucceſſore pariter fiet vt & nos, non ſolùm nulla ſtudioſorũ iactura, verùm etiam lucro aliquo reliquum illum laborem fugerimus, & totum hoc, quicquid eſt operis, veſtræ Britanniæ debeatur. Habes quibus adductus rebus hoc operis, & hoc tantùm ſuſceperim: nunc quid ſecutus ſim, paucis accipe. Ordinis vice (ſi modò vllus in his ordo) ſubſtituimus indicem, in quo prouerbia quæ veluti conſimilis monetæ confiniáque videbantur, in ſuam quæque tribum digeſſimus. In colligendo nec vſqueadeo ſuperſtitioſi fuimus, vt vereremur adſcribere niſi quod ϖ ϕερει aut eiuſmodi manifeſtarium aliquod ſymbolum præ ſe ferret: neque rurſum ita temerarij, vt quicquid quocunque pacto ad aliquam adagij ſpeciem accederet, ilico conuerteremus: ne planè, quemadmodum Midæ in aurum, itidem nobis quicquid fortè contigiſſemus, protinus in adagium verti iure quis calumniari poſſet. Græca, quæ citamus, omnia fermè Latinè reddidimus, haud neſcij, cùm præter veterum conſuetudinem id eſſe, tum ad orationis nitorem inutile: ſed noſtri temporis habuimus rationem. Atque vtinam Græcanicæ literaturæ peritia ſic vbique propagetur, vt is labor meus, tanquam ſuperuacaneus, meritò contemnatur. Sed neſcio quo pacto ſumus ad rem tam frugiferam cunctantiores, & quamuis eruditionis vmbram citius amplectimur, quam id ſine quo nulla conſtat eruditio, & à quo vno diſciplinarum omnium ſinceritas pendet. Carminum, quorum hîc infinita vis incidit, ſuo quodque metri genere reddidimus: pauculis admodum exceptis, nempe Pindaricis aliquot choriciſque, quòd ridiculæ cuiuſdam anxietatis videbam fore, ſi totidem ſyllabis ea reddidiſſem: rurſus ineptum, ſi diuerſum è proxima ſerie genus voluiſſem aſſuere. In reliquis autem, quod ad metri legem attinet, rarius quidem, ſed tamen aliquoties, nobis idem permiſimus quod ſibi permiſerunt authores à quibus ea mutuamur: velut in Ariſtophanicis trimetris anapæſtum in paris numeri locis: in Homericis hexametris μιν ϖ. ac ſyllabæ finalis ectaſin in prima cuiuſlibet pedis arſi, & ſiqua præterea ſunt eiuſmodi. Quod ideo duximus admonendum, ne quis temerè tanquam inſcitia factum calumniaretur. Nos ſanè quoad licuit, in tam infinita rerum turba, præſertim antiquarum: deinde in tanta codicum cùm inopia, tum verò deprauatione: denique tam anguſto temporis ſpatio, quod otio noſtro magis quàm operis ratione metiri fuit neceſſe: ſedulò dedimus operam ne quid ab æquo lectore deſideraretur. Reſtant tamen nonnulla, quæ nec mihi faciunt ſatis. de quibus ſiquid poſthac compertius, vel poſterior cogitatio (quæ, iuxta prouerbium, melior eſſe conſueuit) vel vberior librorum copia ſuppeditabit, haud quaquam pudebit μετανοεῖν, idque veterum exemplo. In quo ſiquis alius anteuerterit, noſtráque caſtigarit, huic multam etiam gratiam habituri ſumus: tantum aberit vt nobis iniuriam eſſe factam arbitremur. Equidem vt probo diligentiam eorum qui id conantur, ita felicitatem admiror, qui præſtare quoque poſſint in ſcriptis ſuis, nequid Momo reliqui fiat, quod queat carpere. Noſtra certè mediocritas non iſtud auſit polliceri, præſertim in hoc argumenti genere. Verùm ſiquid incognitum vulgo potuimus eruere (cuiuſmodi non parum multa, ni fallor, in hoc volumine reperies) libenter citráque iactantiam impertimus: contrà, ſiquid fefellit, non minus libenter admoneri nos patiemur: iuxtà parati, vel candidè docere quod ſcimus, vel ingenuè diſcere quod ignoramus. Neque enim vnquam mihi placuit iſtorum exemplum, qui pro vocula ſiquam inuenerint, perinde quaſi Babylonas ceperint, ita geſtiunt, exultant, triumphant, officiúmque ſuum ſtudioſis velut exprobrant: rurſum ſiquis verbo diſſentiat, ibi non aliter atque pro focis

ariſque

Digitized by Google

ariſque dig!adiantur. Spes eſt autem,ita vel maximè candido lectori probatum iri vigilias noſtras, ſi tu quidem eas fronte,qua ſoles, acceperis, vnice ſtudiorum meorum Mœcenas. Nam quo alio verbo breuius pleniúſve complectar vel tuum iſtum tam ſingularem in nos animum,vel laudum tuarum ſummam?qui quidem es vnus pulcherrimo illo Apuleij dignus elogio, Inter doctos nobiliſſimus,inter nobiles doctiſſimus, inter vtroſque optimus:illud adiiciendum,inter omneis modeſtiſſimus. Vt enim antiquam generis claritatem eruditione,eruditionem miro vitæ candore decoraſti: ſic his omnibus omnium pulcherrimum apicem & colophonem, vt aiunt, addidiſti, admirabilem animi modeſtiam. Quin iſtud tibi abſolutæ laudis & vel longiſſimi encomij inſtar fuerit,placuiſſe Regi,non modò quos noſtra vidit ætas, ſed quos veterum etiam annales referunt,cordatiſſimo,quæque precipua regum virtus, in deligendis quos diligat diligentiſſimo. Quanquam autem is mos eſt ſcriptoribus, vt eorum laudibus quibus ſuas nuncupant lucubrationes, bonam præfationis partem occupent:& hoc veræ virtuti præmium deberi videtur,vt eius memoria poſteritati conſecretur(id quod non aliis monumentis rectius fit quàm libris)mihi verò tantus verè citráque fucum laudandi campus patebat, quantus aliorum nemini, tamen quoniam & mea ſimplicitas tibi nequaquam ignota,nõ ab adulatione tantùm, verumetiam ab omni blandiloquentiæ ſpecie vehementer abhorret: & tua ſingularis modeſtia nihil minus pati ſolet quàm laudes etiam modeſtiſſimas:prætermiſſis his,ad adagiorum tractationem accedemus:quam quidem viſum eſt à finitione,iuxta philoſorum præceptum,auſpicari. Tu lege, ac vale,vel interim, potius quammaximè mecum eſto.

Digitized by Google

DES. ERASMVS ROTERODAMVS,

PHILOLOGIS OMNIBVS S. D.

SI, iuxta vetus proverbium, omni in re modus est optimus, par erat & in colligendis proverbiis adhibere modum: est enim optimarum quoque rerum, si minus satietas, certè modus quidam. Multis itaque de causis statueram ab hoc studij genere posthac feriari: vel quòd argumenti natura sit infinita, vt nihil egeris qui hoc agat, ne quid omnino prætermittatur, præsertim vetustis autoribus qui hactenus delituerunt, in lucem emergentibus: vel quod tantum operæ sit huic impensum negocio, vt citius meiuendum existimarem, ne lector copiam pertæsus clamaret, Obe iam satis est, quàm aliquam desideraret accessionem: vel quòd hæc ætas ac mens iam profectò non endè ab huiusmodi literis abhorrens, magis ad ea reperetur, quibus vel immori nec indecorum sit, nec inutile: vel quòd perpenderem, hoc genus flosculos ac gemmas, quibus eruditi scripta sua consuevuerunt insignire, plusculũ habere gratiæ, si quis eos sibi ex autoribus non omnino vulgo prostitutis decerpat, quàm si ex protritis huiusmodi collectaneis desumat. Quanquam hæc causa non deterruit Græcos, quo minus tam multi viri graves iuxta ac eruditi, paræmiologias conscriberent. Apud me quoque vicit vtilitatis ratio, quòd hanc operam plurimùm conducere videbam, quum ad eluendas mendas ex priscis authoribus, tum ad submouendas salebras, ad quas subinde restitabant mediocriter literati. Proinde quod nunc hanc non exiguam coronidem adiecimus, magis, ne dolo dicam, datum est Typographorum efflagitationi, quàm animo meo. Facit enim Pyladea quædã amicitia, quæ mihi quondã cum optimo viro IOANNE FROBENIO, *nunc cum patris simillimo Hieronymo Frobenio intercedit, & par vtriusque in prouehendis optimis studiis industria mirabilis, vt quũ interdum illis quadam negare noluerim ac fortasse debuerim, pernegare quiuerim nihil. Vtinam autem hac laboris portio tantùm vtilitatis adferat studiosis, quàm mihi parum attulit voluptatis. Porrò vt nihil horum fuerit, tamen inciuilius parúmque candidum videbatur, aliis eruditis, ad eiusdem argumenti transactionem accinctis nihil facere reliqui, qui vel ingenij vigore, vel industria iuuenili, vel copiosiore voluminum lectione instructi, fructum vberiorem studiis allaturi sunt. Quorum conatibus adeò non est animus obstare, vt vehementer etiam gauisurus sim, si quis nostram obscuret operam. Illud modò lectorem, quod iam pridem admonui, nolim obliuisci: ne quid miretur, si in hoc opere quædam occurrent diuersis temporibus scripta. In causa sunt crebræ æditiones, non sine nouis auctariis. primum enim huius argumenti gustum dedimus apud Parisiorum Lutetiam, per typographum Ioannem Philippum, natione Germanum, qui tum officinam habebat in vico diui Marci, ad insigne Trinitatis, Anno* 1500. *Mensem non expressit Typographus, sed epistola quam præmisit Faustus Andrelinus, habet eiusdem anni decimumquintum diem Iunij. Hanc æditionem aliquanto post æmulatus est Iodocus Badius, deinde Matthias Schurerius Argentorati: post hæc opus ad iusti voluminis magnitudinem adauctum Venetiæ ædidimus apud Aldum Manutium Anno* 1508. *Aldinam æditionem me inscio æmulatus est Basileæ Iohannes Frobenius: à quo plus septies excusum est idem opus, at nunquam sine accessionibus. Quoniam autem hoc scripti genus constat industria hinc atque hinc decerpendi, non ita multum laudis tulerit, qui primus apud Latinos aggressus sit παροιμιολογίαν nisi si quid promereatur, indicandi tractandique dexteritas. Si quis proferet æditionem vetustiorem ea quam ostendi fuisse primam, ei lubens hoc laudis tribuero, quòd illi non illiberalis cogitatio ante alios venerit in mentem. Et sanè mirum est, quum apud Græcos tot clarissimi scriptores ex professo tractarint hoc genus, apud Latinos nullum extitisse vel è turba grammaticorum, qui simile negocium susciperet: quũ, mea sententia, Latinorũ horti non minus vernent istiusmodi flosculis quàm Græcorum: sed nescio quo pacto Græcorum ad miratio propensior effecit, vt Latini sua videantur habuisse neglectui. Alioqui non video, quam ob rem Virgilius sit Homero & Hesiodo posthabendus, aut Seneca, quisquis is fuit, Euripidi, aut Plautus & Horatius Aristophani. Nam M. Tullius, quod ad hanc sanè rem attinet, longè superat Demosthenem. Quisquis igitur hoc primus apud Latinos aggressus est, rem nec illiberalem nec infrugiferam aggressus est. Iam biennium exierat, ex quo Lutetiæ operis*

huius

huius gustum fueram auspicatus: quum Louanij agens fortè ex Hieronymo Busledio, qui tum recens ex Italia venerat, nactus sum libellũ adagia pollicentem. in eo compers prouerbia ferè septuaginta, e Latinorum, præsertim Philippi Beroaldi commentarijs collecta. contuli animum ac diem. annus erat ide sed additio mea tribus mensibus præ esserat, & res ipsa satis declarabat, neutrum alterius fuisse notum, sed ambobus eandem cogitationem incidisse in mentem. Itaque si quid refert, quis primus hoc argumentum attentarit, vterque nostrum primus fuit: si primus est, qui neminem est sequutus. De Latinis loquor. Quòd si auxit prouerbia, qui plura addidit, ego nimirum auxi, qui prima statim editione dedi plus quàm octingenta: quorum bonam partem hauseram ex fragmentis Diogeniani Græci. At posteaquam emisi tot Chiliadas, tantus proclivus fuit suis collectaneis aliquam accessionẽ adiungere, quam profiteatur ex bonis authoribus esse decerptam, nec mentiatur tamen. nos enim Chiliadis omnes ex optimis quibusque authoribus decerpsimus, diligenti nomenclatura, sicuti par est, indicantes, quid cui feramus acceptum: adeò vt nec Apostolium debita laudis portione fraudauerimus: tantum absuit, vt me plumis alienis venditare voluerim. Hæc indigna ducerem quæ commemorentur nisi viderem hoc à quibusdam agi seriò, vt primi hoc exemplum induxisse videantur, ab aliis ne quid ex meis Chiliadibus videantur sumpsisse mutuò, sed rem totam suis auspicijs, suóq. Marte confecisse. Atqui si decerpunt ex vetustis authoribus quæ produnt, quum in his resideat infinita prouerbiorum copia quæ nos prætermisimus: quur his præteritis tam multa congerunt à nobis prodita, tam pauca adferunt nobis intacta? Quur tam ratò citant authores à nobis citatos? Et si quid paululum nouent: an credunt illicò bene dissimulatum furtum, si veteribus ollis nouas assigant ansas? Si nostra non legerunt, qua fronte profitentur se nihil habere mecum commune? Si legerunt, ac dissimulandum putant, certè diligentia & dexteritate tractandi perficiendum erat, ne cui suboleret fucus. ego sanè quanquam ita versatus videor in bonis authoribus, vt non magnopere sit opus ex recentiorum miscellaneis suffurari: tamen nullus est hodie literator tam triuialis, quin si libellum aderet adagia pollicentem, dignaturus sim eum lectione: quod verè dictum sit, nullum esse librum tam malum, vnde non aliquid boni possis decerpere. Nolle legere eos qui tractant argumentum commune tecum, turpis est arrogantia: dissimulare quum legeris, turpioris est ambitionis. infictari beneficium, turpissimæ ingratitudinis. Hæc illorum causa dixerim potiùs quàm mea. Nam quòd ad meum attinet animum, terque quaterque liberum omnibus esse volo, cudere ac recudere prouerbia, seu noua velint, seu malint vetera. Si id fecerint me infeliciùs, nihil offecerint meo nomini: sed admota purpura deterior purpuram meam illustrabit potiùs. Sin feliciùs, gratulabor communibus studijs, & in his mihi quoque. Nec addubito quin hoc seculum plurimos habeat iuuenes, qui me valeant in hoc stadio præcurrere. palma in medio est. arripiat qui potest. Sed de his plura quàm statueram. Vnum est in quo mihi fortassis opus erit lectoris æquitate. Quoniam toties ex longis interuallis editum est hoc opus, non arbitror vbique vitatum, ne repetantur eadem. Vale quisquis es amice Lector.

EX PRAEFATIONE VIRI DOCTISSIMI, ADAGIIS ~~E.R.A.~~ OLIM PRAEFIXA.

SI punctum omne tulit, qui miscuit vtile dulci: omne profectò punctum in Philologiæ Comitiis, Diis, (vt habet prouerbium) hominibúsque plaudentibus, ~~Phœnix ille Germaniæ Des. Erasmus Rot.~~ editis sæpéque locupletatis Adagiorum Chiliadibus, tulit: ac eadem opera μνημόσυνον cùm diligentia erudi ionísque suæ, tum fidei in promouendis discentium studiis, toti posteritati admirãdum posuit. Etenim, quę Vir ille certa omnem ingenii aleam positus, multorum annorum vigiliis, iudicio delectúque rerum singulari adhibito, in ἀνάθημα concessit, inque Centurias & Chiliades veluti quasdam classes digessit, vt vsibus suis priuatim seruirent: ea vniuersa, plena manu ὑφ' ἑαυτὸν Philologiæ candidatis largiri, opibúsque suis inopiam aliorum sublcuare, prædicando ad omnem posteritatem exemplo, voluit. Sanè cùm magnæ parti eorum, qui doctrinæ studiis animos appulêre, ἀπὸ φιλολογίας ἔμπειρον clausum esset, & è Perotti Collectaneis, & Angeli Politiani Centuriis, ingeniorum opes petendæ viderentur, nec nisi eminus & quasi per transennam, eas videre liceret. Erasmus admirabili sagacitate mentis, & plusquã Herculano labore eius claustra aggressus est, & iudicii acrimonia velut clauc quadam aperuit, repagula obstantia sustulit, soréque velut diuina virgula tactas effregit, lucéque linguarum, Græcæ inquam & Latinæ, illata, ac introductis in eius possessionem earundem Musarum æmulis, reipsa probauit id quod παγκρατιάζειν dicere solemus: ἀπὸ μιᾶς μυρτῆς βύρσης. Hoc διὰ πυρὸς viri incomparabilis beneficium, aurea propemodum ætas (si literas, quę ab humanitate celebrantur, spectes) secuta est. Linguis enim & optimis artibus quasi postliminio restitutis, Barbaries ex Europæis Academiis magna ex parte profligata est, & ex sacris istis virtutum & doctrinarum Gymnasiis, tanquam è Troiano, quod aiunt, equo, subitò in Philologiæ proscenium progressi sunt ingeniis, eloquentia, & doctrinæ liberalis ingenuæque cognitione, celeberrimi viri, qui Erasmi, velut ἐγκοσμίου exemplo & institutione moti, suam singuli Spartam exornare, doctrinęque lampada non modò in Philologiæ stadio aliis præferre, sed etiam studio vigilantiáq; sua egregiè illustratam, posteris tradere studuerũt. Equidẽ non me fugit Monarcharum quorundam magnificentia, & aliorum inferioris ordinis Magistratuũ liberalitate, pullulantia primùm, mox etiam herbescentia Mundi senescentis studia, mirificè aucta, & vt καρποφορῶσι possent, adiuta fuisse: ac hanc beneuolentiam & munificẽtiam erga optimarum linguarum Mystas magnopere probo & requiro. Verùm quem tandem ex horum omnium numero dabis, qui vel διδασκάλοις numerans, vel docentibus & discentibus sedes & hospitia concedens, tantum præstiterit, quantum Erasmus hoc Adagiorum opere conscripto & euulgato præstitit, profuitque? Magistratus enim munificentia, docentibus præcipuè, ac non nisi paucis discentibus prodesse potest, cùm interim huius voluminis vtilissimi, velut amplissimi fertilissimíque fundi vsufructu, omnibus quotquot vsquam sunt in orbe Christiano Philologis, velut opibus patris, vti & frui concessum sit. Vtinam verò tantum sit in nobis (qui messe ea fruimur, cuius sementem maiores nostri ἐν ἀνάθημα fecerunt) studium, in illis quę à Patribus inuenta sunt, exornandis & augendis, quantum olim fuit in iisdem inueniendis, ínque lucem producendis: non certè tantum esset periculum, ne fortè posterorum socordia & scelere intercidant, quæ vigilantia & labore Maiorum longè maximo parta fuêre.

Operosum autem, mea quidem sententia, foret, huius operis vtilitates vel percensere, nedum fando ἀφήγησιν explicare: cùm de iis dicturo statim occurrat illud πολυθρύλητον τοῖσι πᾶσιν, ὅ τι ἔστιν ἀβέλτερον; Præcipuas tamẽ, velut exerto digito monstrabo, vt Philologiæ studioso, si fieri queat, calcar animúmque addam, ad eius diligentem multámque lectionem. Principio, si cui cordi est Græcæ & Latinæ linguæ cognitio, habet in hisce Adagiorum explicationibus infinita propè earum linguarum adminicula & progym-

progymnasmata,tum in ἰδιώτῃ sermonis genere,tum in oratione soluta. Vocum simplicium & coniunctarum significationes & ἐμφάσεις passim adnotauit & expoſuit Erasmus. Exemplis etiam,quomodo de rebus,personis & factis,seu seriis seu iocosis,oratio instituenda sit,& quo pacto Græca Latinè reddēda,edocuit. Hæc omnia magnum habere vsum, & digna esse quæ in artificum operibus accuratè obseruentur, & ad vsum in imitatione transferantur, nemo nisi prorsus ἀνεφέλκυστος negabit. Scio quosdam asperitatem in carmine pangendo, aut etiam in Romanum sermonem transferendo, perstringere solitos:quibus nihil aliud respondere libet,quàm hoc vnum Erasmo homini occupatissimo, diuersisque temporibus ista scriptitanti vitio dandum non esse, quòd citra anxiam & superstitiosam diligentiam, quædam poematia Græcanica, verterit ἐμμέτρως. Maluisse etiam videtur imitari in carmine pangendo Flaccum, quàm Nasonem:eámque quam quærebat Horatiani carminis laudem assequutum esse, Lodouicus Viues auctor.Secundò,si res ipsas, hoc est philosophicam quandam Philologiam spectes,in hisce Adagiorum promptuariis plurima occurrunt,ad dicendi artem, ad doctrinam Ethicam,Physicam,Logisticen,Musicen pertinentia,quę à Philosophię studiosis non sine fructu & voluptate legi solent. Non equidem ignoro, solidam illam Philosophiam, quæ circa sermonem, mores & naturæ obscuritatem versatur, ex Aristotelicis fontibus præcipuè petendam. Sed tamen cùm expediat, à seuerioris illius & solidioris Philosophiæ τῇ σοφίᾳ animum fatigatum, interdum laxare quodammodo & exhilarare, cōmodissimè maximóque cum fructu in hisce Philologiæ campis,ceu hortis Hesperidum,id fieri posse adfirmo. Tertiò, ἀφελείας ἕνεκεν si fortè ad mores formandos vitámque rectè instituendam,requiris,ne illam quidem desiderabis in hoc Opere. Etenim selectissimarum,de virtutibus & vitiis,de vitæ humanæ conditionibus,de officiis,sententiarum opulentissimum Copiæ cornu tibi subministrabit. Ac ea de caussa initiò huic τῇ παροιμίᾳ Prouerbiorum, Erasmum manus admouisse reor, ne videlicet periret Thesaurus sententiarum Moralium, quem collegerat cùm genus omne bonorum Auctorum, argutæ apis instar perlustraret, & è multis optima seligeret,inque ἁμαξίῳ hocce congereret. Quātam autem gratiam habeant arguti,concinni, breuicis aphorismi de moribus & vita iuxta recti normam instituenda, nemo non videt. Quartò plurimum etiam conducit lecturo veteres optimósque Auctores,Prouerbiorum Chiliades non tantùm delibasse, sed etiam penitus imbibisse,& familiariter notas habere.Agnouit hoc & Lodouicus Viues,cuius in libr.3.de Tradendis Disciplinis hæc verba sunt:Erasmi Adagia,quod opus assuefacere potest lectionem magnorum Auctorum, vt ad eos adolescens non veniat omnino rudis ac nouus. Hæc ille. Quomodo enim obscuriores loci illustrandi sint,& corrupti scribarum incuria corrigendi, quæ πάθη tum generalia, tum singularia in lectione bonorum librorum obseruanda sint,multis exemplis in medium productis,docet Erasmus. Pluribus non libet de vtilitate huius operis agere: cùm sufficiat Lectorem monere,profuturam eius lectionem non modò ad linguarum & Philosophiæ cognitionem, sed etiam ad vitam rectè instituendam, & ad legendos cum fructu optimos quosque Auctores. Superest vt paucis ostendam,quàm iucunda & suauis sit Adagiorum lectio. Profectò verè & scitè Philippus Melanchthon, vir perpetua memoria & beneuolentia omnium eruditorum dignissimus,pronunciauit: Virum [illegible] in his vtilibus operibus,in noui Testamenti interpretatione, & in libro qui est velut Copiæ cornu, in quo tam varia est & dulcis Prouerbiorum interpretatio: quem librum vt sæpè multúmque legatis,valde vos adhortor. Duo autem sunt,quæ librorum lectionem iucundam reddunt, Oratio,& Rerum varietas. De Oratione nihil aliud dicam, quàm eam esse Erasmianam, hoc est Latinam,perspicuam,omnis generis,ænigmatis,allegoriis,ceu floscúlis & emblematis tessellatis exquisitis instructam ornatámque.Etsi autem Critici quidam immodicas esse delicias aiunt, & modum in congerendis & vsurpandis prouerbiis desiderant, reuera tamen in scyrpo nodum quærunt, eáque in oratione Erasmi superflua esse affirmant,quæ in cibo potúque velut necessaria requirunt: videlicet ne sit insipidus,immundus,squalidus. Vt autem ἱστορία equestris pedestrem,& hanc curulis subleuare solet:seu,vt Plutarchi verbis vtar, ὥσπερ ποιεῖ μὲ πρὸς γλῦκι, θέλοντος δ' ἁλὸς τινὸς ἁλίσκεσθαι ὕδατος: sic oratio Latina Græcam in hoc opere excipiens, pedestris etiam solutam, & hæc illam,facit vt nunquam non sit dulcis & iucunda eius lectio. Porrò Romani sermonis structura concinna, elegans, illustris, si cui admirationi & voluptati non est, nec tam efficaciter aureis animúmque, quàm Musica harmonia, ferit & afficit: næ eum Bœotum crasso iurasses in aere natum. Porrò, Rerum pulcherrimarum & vtilissimarum quæ in hoc opere occurrit varietas, non potest non esse iucunda. Rectè Aristot.lib.2. Rhetor.ad Theodecten ait: ἐὰν τὸ μεγαλοπρεπὲς ἀφῇ, εἰς φύσιν γίνεται μεγαλοπρεπὲς. τὸ αὐτὸ δεῖ ἐπὶ τῶν λοιπῶν τῶν τοιούτων ἔχειν. ὅσῳ γὰρ μεγαλοπρεπῆ τοιαῦτα ἐστιν, μᾶλλον δοκεῖ πιστὰ εἶναι. Facit huc festiua illa epagoge apud Comicum veterem,qui seruulum cum hero Chremylo ita loquentem introducit:

Τῶν μὲ γὰρ λόγων ἡδὺ πλουτεῖς.

Ερωτ. κάλ. ἄρτυν. χρυσοῦς. κέρ. τραγήματα.
Χαρ. τιμᾶς. κάλ. πλακοῦντ. χρυσοῦς. ἀλφίτων. κέρ. ἰχθύων.
Χρ. φιλοτ. μιας. κέρ. μαζῶν. χρυσοῦς. κέρ. φακῆς.

Quemadmodum autem in hisce aliisque rebus propè omnibus, varietas & vicissitudo iucunda esse consueuit: sic in Paroemiis quoque eadem gratiam habet incredibilem. Videas quosdam libros, in quibus singularis est doctrinæ methodique ἀκρίβεια, inuitare quidem diúque detinere obstupescentem & rerum cognoscendarum studio exardescentem animum: quem tamen acie ingenii nonnihil obtusa acriora consideratione rerum, defatigatum & stupentem vel dimittant, vel nó sine tædio remorentur. Huius verò libri is est genius, ea gratia, vt perspicuæ vtilisque doctrinæ pollicitatione, non modò blandè inuitet Lectorem, suauitérque volentem detineat, dum plura habet in recessu, quàm in fronte promittat: sed etiam alacrem, & ad relegendum promptum, dimittat. Continet Prouerbia, γνώμας, ἀποφθέγματα, sacra & profana: item Historias, Apologos, Encomia illustrium in Repub. & Ecclesia virorum: vitiorum etiam reprehensiones, aliáque non minùs vtilia quàm iucunda. Libet autem Gulielmi Budæi, clarissimi viri, verba adscribere, quæ in eius quadam Epistola (quæ inter Erasmianas, libro 2. Epistolarum extat) leguntur: Etenim vt mittam, ait ille, Panegyricum & Christi Militem, multorum eius operum nobilium nomenclaturam, & Moriæ Encomium, quod Studiosi ferè habent in deliciis certè cùm Iliadem (vt ita loquar) illam leporum Græcorum iuxtà Latinorúmque lego, quæ Paroemiæ vocantur, nunc Logothecam Minervæ mihi videre videor, nunc Mercurii Salinum, quem Logium appellant, arte eximia fabrefactum, & in quo tamen ipso materia cum opificio certet, vnde sales candidissimos Oratoria Comicáque facundia ad vsus dicteriorum sumat: nunc Pithus delicias & condimenta, vel Suadæ medullam interdum visendam quandam copiosámque supellectilem, longo interuallo promptam (si tamen vnquam sic confertim prompta est) in taberna amplissima expositam, prædiuitis cuiusdam institoris, eloquentiæ ordine descriptam digestamque decentissimè. In eo volumine inuenias duarum elegantium Matronarum, Poeticæ & Oratoriæ artis cultum, mundicias & ornamenta, ornatricísque earum, quam Venustatem vocant, pigmenta atque lenocinia, quibus artifices dicendi, & qui Logodædali dicuntur, scripta quondam sua vendibiliora reddebant. Huic ἐμφάσει Cuthberti Tonstalli de isdem paroemiis testimonium in Epistola ad Budæum occurrit. Ille, ait Tonstallus de Erasmo, genus omne perlustrans Auctorum, Adagia vetera, penè tot ænigmatum speciem reddentia, & graues Lectoribus offundentia tenebras, industria mirifica, velut alter Oedipus, studiosis enarrauit. Sed iam vela colligo, finemque facio commonefactionis de vtilitate & suauitate huius Operis, ne actum agere, easque viri celeberrimi lucubrationes anxiè laudare videar, quas nemo cordatus & eruditus hactenus reprehendit.

TYPO-

TYPOGRAPHVS PARISIENSIS LECTORI.

NEMINEM ego tam alienum esse ab omni humanitate existimo, vt non vltrò fateatur, vix quemquam hoc nostro sæculo extitisse, cuius ingenio & industria tantum creuit politioris literaturæ studium, quantum doctissimi illius Erasmi Roterodami. Ille enim renascentes iam tum bonas literas, & ex fœdo diuturnæ barbariei squallore emergentes primus ferè omnium excepit, summisque vigilijs & indefessis laboribus tersas, ornatas, politas eò euexit, vt cum varia antiquorum eruditione & multiplici elegantia ætas hæc nostra certare posset. Confirmant haud obscurè iudicium nostrum cùm alia non pauca doctissimè ab eo conscripta volumina, tum insigne hoc Adagiorum opus, quo posit hominum memoriam, nullum in eo genere prodiit eruditius, & politiorum disciplinarum studiosis vtilius. Sed erat tamen in tam pulchro corpore vnus aut alter nævus, qui merito pium lectorem offendere vel lædere profecto potuisset. Fuit namque vir ille, vt excellenti ingenio & doctrina singulari: ita natura nonnunquam liberiore, & ad leuissima quæque reprehendenda multo propensiore, quam modesta grauitas pati videbatur. Quo factum est vt sacra sæpissimè miscere profanis, & plurima passim scriptis suis inserere sit delectatus, quæ vel oportunius dici, vel omnino conticeri præstitisset. Quod cum prudenter animaduertissent Patres Concilij Tridentini, decreto suo cauerunt ne cætera Erasmi Roterodami opera prius à quoquam legerentur, quàm essent ab Academia aut Parisiensi aut Louaniensi emendata. Ego itaque à duobus amicis, in Theologia egregiè versatis, & politioribus literis apprimè eruditis, contendi, vt & huic decreto, & studiosorum voluntati facerent satis. Illi verò non tam meis precibus, quàm publicæ vtilitatis studio adducti iam diu neglectam ab aliis prouinciam lubenter susceperunt, susceptámque ita obiuerunt, nihil vt resecandum putarent, præter ea quæ religionis nostræ sinceritati & integritati morum officere solent. Hæc verò nemo est tam iniquus rerum æstimator, vt adempta sibi conqueratur, si paulò diligentius secum cogitet, quanto cum salutis discrimine, multa iam promiscuè lectitet tenera iuuentus, quæ à Desiderio Erasmo, viro alioqui doctissimo, & aliis temerarij iudicij, & effrenatæ linguæ hominibus scripta sunt, & ad posteritatem transmissa. Scimus enim, & maximo cum Reipub. detrimento experti sumus, quàm facilè tenella isthæc & incauta ætas cum melle bibat venenum, dulcique verborum lenocinio delinita, in varia prauorum dogmatum præcipitia miserè pertrahatur. Accedit etiam quod quæ ad religionem hic spectabant, nihil omnino facerent ad eruditionem: vtpote quæ ab exulcerato, & nimium affectibus suis indulgente animo profecta, per importunas digressiones, sint in opus coniecta. Pauca quidem fuerunt, quæ magnam præ se ferrent lasciuiam: ea tamen sublata sunt, & paterna remota sede, non modò quòd pudicis auribus indigna prorsus viderentur, atque eius generis saperent obscœnitatem, quam vel nominari quidem inter Christianos prohibet Apostolus: verumetiam quia doctissi-

morum hominum iudicio, nihil ad propositam Adagiorum explicationem pertinebant. Quod quàm verum sit, satis supérque testantur quæ allata sunt in Adagij illius explicationem, Taurum tollet qui vitulum sustulerit. Cuius originem nihil necesse fuit ex turpissimis repetere commentis Petronij Arbitri, cum certissimè constet aliunde esse petendam. Multo minus etiam citandi erant Græci Aristophanis versus, quibus petulantium quorundam hominum expositionem confirmare conatur, qui prouerbium illud, Non est cuiuslibet Corinthum appellere, in immodicam meretricum rapacitatē detorquere maluerunt, quàm, qui ab optimis authoribus traditus est, verum, germanum & verbis ipsis accommodatum sensum amplecti. Nam si Erasmo etiam iudice tam spurca sunt & impudica, vt ne ipse quidem, homo non nimium religiosus, ausus fuerit Latina facere: nunc profectò nec Græcè quidem edere oportuit: cùm in tanta studiosorum frequentia vix quisquam reperiatur, qui non par sit in vtriusque orationis facultate. Ne longius itaque te detineam, beneuole lector, eam scias velim in hoc opere reputando adhibitam esse diligentiam, nihil vt relictum sit, quod aures quantumuis scrupulosè pias offendere queat. Nihil resectum, quod humaniorum literarum candidatis vsui fore magnopere videretur. Hæc de Erasmo. Cæterùm cùm infinita sit in vetustis authoribus prouerbiorū copia, nec quisquam tanto polleat acumine, vt non aliquando cœcutiat: nec hominis vnius quantumuis acuti ætas & vires sufficiant ad omnia prouoluenda (vt plurimos interim scriptores taceam, quos iam primum in lucem prodeuntes iis qui paulo erant nobis antiquiores videre non contigit) non potuit Erasmus non multa præterire & posteris eruenda relinquere. Proinde nihil mirum videri debet, si post eum plurimi in hoc ipso argumento fœliciter desudarint. Quorum Adagia si huic operi adiungerentur, non parum studijs tuis consultum fore iudicaui. Ita enim quæ sparsa hactenus fuerunt, & paucissimis obuia, in vnum cōgesta volumen omnibus sui copiam præberent. Neque hac diligētia contentus, vt locupletissimum thesaurum vno tibi libro exhiberem, dedi operam vt ex pluribus viris doctiss. qui non hoc argumētum ex professo tractarunt, sed obiter attigerunt, omnia excerperentur, quæ ad præsens institutum pertinerēt. Cuius rei rationem breuis te epistola abundè docebit, quæ illi [illegible] est præfixa. Quin & illud quoque effecimus, vt quæ perdoctè sunt ab Henrico Stephano animaduersa, & in calcem operis modestia quadam ab eo reiecta, suis quæque locis in hac nostra editione inuenires: ne vel seiuncta omnino te laterent, vel inquirenti, & toties librum euoluenti negotium facesserent. Horum itaque omnium accessione factum est, vt altera parte auctior exeat iam Adagiorum liber, & desiderari nihil possit, quod in hunc vsque diem à quoquam est in hoc genere elucubratum, cum aliqua nominis & ingenij laude. Neque enim quæcunque sunt temerè à quibusdam collecta, & importuna potius diligentia, quàm maturo iudicio prouerbiorum loco extrusa, digna censuimus, quæ cum his ederentur: sed magno delectu selegimus, quæ frequenti veterum quondam authorum, & doctorum iam hominum vsu non dubium sunt prouerbiorum ius consecuta. Ex his autem nostris fauoribus, quo facilius eum, quem optamus, fructum percipere queas, in indices redegimus quæcunque hoc volumine continentur. In quibus conficiendis eandem sumus rationem secuti, quam antea ab Erasmo accuratè vidimus obseruatam: vt quicquid inquiras, eius generis copiosissimum indicem inspicienti protinus occurrat. Et ne quid tandem ad facilitatem deesset, sententiam proximi cuiusque contextus in marginibus annotauimus, & præcipuarum, quæ in eo quasi conditæ latent, rerum longè latéque conspicienda signa eximus. Vale pie lector, & quæ in tuos vsus magna à nobis diligentia, & non modicis sumptibus elaborata sunt, boni consule, iisque gratus fruere.

DES.

DES ERASMI ROTERODAMI

IN SVAS PROVERBIORVM CHILIADAS PROLEGOMENA.

CLAVDII MINOIS DIVIONENSIS IN ACADEMIA PARISIENSI REGII PROFESSORIS, AD VARIA ERASMI ADAGIA DOCTISSIMA OBSERVATIONES, ASTERISCIS AD *Adagiorum finem subiunctæ.*

QVID SIT PAROEMIA.

Paroemia quid.

PAroemia, definitore Donato, est accommodatum rebus temporibúsque prouerbium. Diomedes autem finit hunc ad modum, Paroemia est prouerbij vulgaris vsurpatio, rebus temporibúque accommodata, cùm aliud significatur quàm dicitur. Apud Græcos scriptores variè feruntur finitiones. A nonnullis describitur hoc pacto, Παροιμία δέ ἐστι λόγος ἀφέλιμος ἐκ τῆς βίου ἐπιτηδείως μετειλημμένος πρὸς τὸ χρήσιμον ἔχων τὸ ἐκβαῖνον, id est, Prouerbiũ est sermo ad vitæ rationem conducibilis, moderata quadam obscuritate multum in se continens vtilitatem. Ab aliis hoc finitur modo Παροιμία ἐστὶ λόγος ἀπηκριβωμένον τὸ σαφὲς ἀποφαίνων, id est, Prouerbium est sermo rem manifestam obscuritate tegens. Neque me clam est, complures alias & apud Latinos & apud Græcos paroemiæ finitiones extare: verum eas omneis hic referre non arbitratus sum operæpretium fore, cũ quòd in hoc opere præcipue propositum sit, breuitatem illam, quam à docẽte requirit Horatius, vbique quoad licebit sequutum quòd eandem ferè cantilenam canunt, eodémque recidunt. maximè quòd inter tam multas nulla reperitur, quæ vim naturamque prouerbij hoc complectatur, vt non aliquid vel redundet, vel diminutum sit. Siquidem Donatus ac Diomedes (vt interim alia non excutiam in omni paroemia requirere videntur inuolucrum aliquod: vt qui eam allegoriæ speciem fecerint. Deinde γνωμικὸν, id est sententiale quiddam, expectant, quum addunt, Rebus temporibúque accommodatum. Græcorum item quotquot sunt finitiones, aut sententiam ad vitam instituendam conducibilem, aut metaphoræ tectorium admiscent quædam vtrumque cum altero coniungunt. Atqui permulta reperies apud αὐτόπτας (id est neutiquam violandæ authoritatis) scriptores, prouerbij nomine citata, quæ nulla metaphora tegãtur. Rursum non pauca quæ nihil omnino pertineant ad institutionem vitæ, & à sententiæ ratione prorsus ἀδιάφορα, quod aiunt, diffideant. Exempla pro multis duo sufficerint παροιμίαι, ne quid nimis, nemo nõ ponit inter adagia, nihil tamen habet integumenti. Et, Τίς ἀλλότριας θύρας ἀμήσει, hoc est, Quis aberret à foribus? ab Aristotele paroemiæ titulo refertur: at id non video quid conferat ad vitæ rationem. Iam verò nõ omne prouerbium allegoria quapiam tegi, vel ex Fabio liquet: cuius hæc verba sunt, libro I. institut. 5. Cui confine est παροιμιακὸν genus illud, quod est velut fabella breuior. Videlicet palam indicat & alia paroemiarum esse genera, quæ non sint allegoriæ confines. Quanquam haud inficias iuerim, maximam adagiorum partem aliqua metaphoræ specie fucatam esse. Tum optimas fateor eas quæ pariter & translationis pigmento delectent, & sententiæ profint vtilitate. Verùm multo aliud est, commendare paroemiam, & quænam sit optima demonstrare: aliud, quid ea sit in genere, definire. Mihi (quod grãmaticorum pace fiat) absoluta & ad nostrum hoc institutum accommodata paroemiæ finitio tradi posse videtur ad hunc modum, Paroemia est celebre dictum, scita quapiam nouitate insigne. Vt dictum, generis: celebre, differentiæ: scita quapiam nouitate insigne, proprij vicẽ obtineat. Quãdoquidem his tribus partibus perfectam constare definitionem, dialecticorum consensus est.

Quid in paroemia requiratur.

γνωμικὸν.

αὐτόπται scriptores.

Proverbia nõ tecta quædã.

Non omne proverbium ἀλληγορία.

Multa paroemia metaphorica.

Vera definitio Paroemiæ.

QVID PAROEMIA PROPRIVM, ET QVATENVS.

Itaque peculiariter ad prouerbij rationẽ pertinent duo, τὸ ἐγκαλύμμενον καὶ κεκρυμμένον, hoc est vti celebratum sit, vulgóque iactatum. Nam hinc etiam paroemię Græcis vocabulũ, videlicet ἀπὸ τῶν ὁδῶν τὸ εἶδος, ἅπερ πέμπεται καὶ παραδίδοται, quòd passim per ora hominũ obambulet: & adagij Latinis, quasi dicas circumagium, authore Varrone. Deinde scitum, vt aliqua ceu noua discernatur à sermone communi. Néque enim protinus, quod populari sermone tritum sit, aut figura nouatum, in hunc catalogum adlegimus: sed quod antiquitate pariter & eruditione commẽdetur. id enim scitum appellamus. Quibus ex rebus accedat nouitas adagiis, mox ostendemus. nunc quot modis celebritas contingat, paucis indicabimus. Venũt igitur in vulgi sermonem vel ex oraculis numinum: quod genus illud, οὔτε πεῖσαι, οὔτε τέρψαι, id est, neque tetrij, neque quarti. Vel à sapientum dictis, quę quidem antiquitas oraculorum instar celebrauit. quale est illud, δυσκολαίνειν τὰ καλά, hoc est, ardua quæ pulchra. Vel è poeta quopiam maximè vetusto: vt Homericum illud,

τὰ ῥηϊδίως δέ τε νεμεσσητὸν καὶ ἄγαστον. id est,
Non iactare etiam facilia intelligit.

Ex poetis multa prouerbia.

Item illud Pindaricum,

Ποτὶ κέντρον λακτίζειν. id est,
Contra stimulum calcitrare.

Et illud Sapphûs,

Μήτε μοί μέλι μήτε μέλισσα. id est,
Neque mel mihi, neque apis.

Ex Comicis adagia multa.

Siquidem dum linguæ adhuc incorruptæ manerent, poëtarum versus in conuiuiis etiam canebantur. Vel e scena, hoc est, tragicorum & comicorum actis fabulis: quod genus illud ex Euripide, ἄδικον πλοῦτον. rursus illud ex Aristophane, βαλλ' ἐς κόρακας. Præcipuè verò comœdia mutuo quodam commercio & vsurpat pleraque iactata vulgo, & gignit, traditque vulgo iactanda. Nonnulla ducuntur ex fabularum argumentis, vt ἄπιστος, πίθοι ex Danaidum fabula. *Ex Fabulis.* ἀΐδου κυνῆ, Orci galea, ex fabula Persei. Quædam trahuntur ex Apologis: e quibus illud, At non videmus manticæ quod in tergo est. Aliquot ex euentu nascuntur: sicut hoc, ὄνος μὲν ἦν, λέων δὲ ἀπέθανεν, ὄνος δὲ ἀπέθανεν ὑπὸ φόβου. id est, Asinus fuit, leo mortuus est, asinus præ timore. Alia Leuconis asinus portat. Ex historiis aliquot mutuo sumpta sunt: quorum est illud Romanus sedendo vincit. Quædam profecta sunt ex apophthegmatis, hoc est, ferè breuiter que responsis: sicut illud,

Ex Apologis.

Ex euentu.

Ex historiis.

Ex apophthegmatis.

Οὐκ ἀνὴρ αὐτὸν ἐκ τοῦ κεφαλαίου θύει. id est,
Qui semel ipse non habet, Summam petit.

Sunt quæ ex verbo temerè dicto sunt arrepta: velut, *Ἐκ τοῦ ἐπιτυχόντος ξύλου.* id est, nõ est cuiæ Hippocleidi. Denique mores, ingenium seu genius, siue hominis alicuius, siue etiam animantis: postremò rei quoque vis quæpiam ingenita, ac vulgo nota, locum fecerunt adagio: cuiusmodi sunt, *συκῆ φοβεῖται*, id est. Syri contra Hoc est ficus. *ἀπαίζειν*, pro eo quod est, ficte recusare quod accipere cupias. & *ἀλώπεξ οὐ δωροδοκεῖται*, id est, Vulpes non capitur muneribus. & *δὶς κράμβη θάνατος*, Bis crambe mors. & *κνημαστὶς αἰγυπτιακὴ*, Clematis Ægyptia.

Ex verbo temere iactato à mortuis & ingenio.

ἀπαίζειν.

QVIBVS EX REBVS ACCEDAT NOVITAS PAROEMIÆ.

Iam quod de nouitate diximus, id neutiquã simplex est. Nam hanc nonnunquam ipsa res secum adfert, vt κροκόδειλοι δάκρυα, Crocodili lachrymæ. Nonnunquam eam figura conciliat: quum per omneis ferè schematum species adagium varietur: quas sigillatim persequi non est necesse. eas duntaxat attingam quas frequentissimè recipit. Metaphora penè semper adest. multas autem partes ea complectitur. Allegoria non minus crebra: quanquam & hæc quibusdam

Nouitas in Adagiis.

Figuræ varias adagia.

Metaphora, ita allegoria in proverbio.

metaphoræ species est. Exemplum prioris, Res omnis in vado est Posterioris, λύκος & ἰχθύς. Lupus hiat. Nec infrequens hyperbole, velut χαλεπώτερος ἐχίδνης, id est, Nequior exuuio serpentis. Nonnunquam vsque ad enigma peruenit quod, auctore Quintiliano, nihil aliud est quàm obscurior allegoria quod genus, κακὸν κακῶς κείμενον, id est, malum pius toto. Nonnunquam allusio venerem adiungit paræmiæ, velut, δὶς λέγε τοῦτο, id est, Sic ferito, & σὺν ἐμοὶ διέχραιε, id est, Duobus simul cantibus. &

Hyperbole in proverbio.

Allegoria in proverbio.

Ὅ, τι σοὶ ἐν μαγείρου κανοῖν τ' ἀγαθοῖν τε τίκτεται. id est,
Ad bonis in proprijs quæ vellent prauæ fiant.

Dialectus seu idioma Ambiguitas in proverbio. Bos. Mus. Pisa.

Aliquoties αὐτὸ ἰδιαζόντως καὶ ἰδικῶς, id est verbi proprietas, prouerbij simulachrum addit, vt σχῆμα κακὸν, id est, ingens malum. Fit interdum vt ipsum ἀμφίβολον, hoc est ambiguitas, decus apponat prouerbio. Cuius generis est, βοῦς ἐν γλώσσῃ, id est, Bos in lingua. & ὅσα μῦς ἐν πίσῃ, id est, Quæcunque Mus in Pisa. Siquidem bos & animal significat & numisma Mus item animantis est nomẽ. & item athletæ cuiusdã vocabulũ. Et Pisa nomen vibis, accessione literulæ auctũ, picem significat, πίσσα. Nonnunquam ipsa eloquendi nouitas paræmiam efficit, vt ἐν οἴνῳ ἀλήθεια, id est, In vino veritas. Nam si dicas ebrios vera loqui, non videbitur adagium. Item si dicas, Sine cibo & potu languet libido, non habebit adagij faciem. Contrà, Sine Cerere & Bacche friget Venus, nemo non agnoscit adagij speciem. Quanquam hæc ipsa nouitas, & omnis alia, proficiscitur à figura. Decorat interim & antiquitas, vt ὀκνεῖν, πάρα δ' ἄπη, Spondè, sed præsto est iactura. Denique in paræmiis omnes τῷ γελοίῳ, id est ridiculi, formas inuenies. Sed hæc minutim persequi, molestæ curiosi diligentiæ forte videatur. Tametsi de figuris prouerbialibus paulo pòst aliquanto copiosius dicturi sumus.

Nouitas eloquendi facit adagium.

Nouitas à figura manat. Antiquitas prouerbium decorat.

QVOMODO PAROEMIA DISPERAT AB IIS QVÆ VIDENTVR ILLI CONFINIA.

Affinia proverbijs γνῶμαι αἵρεσις, *apophthegmata, sommata.*

Sunt autem quædam affinia paræmiis, puta γνῶμαι, quas nostri sententias appellant. ad hæc αἵρεσις, quæ à nostris apologi vocantur: tum ἀποφθέγματα, quæ Latinè, breuiter ac scitè dicta, vertere licebit præterea σκώμματα, id est salsè dicta. Denique quicquid allegoriam aut aliam quampiam figuram prouerbialem, ceu personam, præ se gerit. Ita tametsi difficile non sit ab adagiorum genere secernere, siquis ad similitudinem, tanquam ad gnomonem & regulã, vnumquodque norit applicare: tamen quo faciam satis etiam imperitioribus, haud grauabor rudibus, & pinguiore, quod aiunt, Minerua rem explicare vt planè constet quid in hoc opere sim secutus. Primùm inter sententiam & paræmiam eiusmodi ratio est vt vtraque cum altera coniungi, vtraque rursus ab altera queat seiungi, non aliter quàm album ab homine. Vt enim nõ statim album quod homo, neque protinus homo quod album: nihil tamen vetat id album esse quod sit homo. Ita non raro fit vt sententia paræmiæ compar sit. at non statim quod paræmia fuerit, idem erit & sententia. Neque contra, velut,

Sententia vt differat à paræmia.

Aurum tam non quod habet, quàm quod non habet. &
Pecuniæ in cistis luxuriæ, potissimùm quæ vt:

non vt sententiæ sunt, ita sunt & adagia. E diuerso: Ego in portu nauigo, vt est prouerbium, ita sententia nõ est. Rursum, μὴ παιδὶ τὸν μάχαιραν, id est, ne puero gladium, pariter & paræmiæ sententiæque rationem complectitur, denique & allegoriæ. Neque defuere tamen, potissimum apud Græcos, qui grauati non sunt operam in hoc genere sumere, γνωμολόγοι, id est sententiarum collectionem, conscribentes inter quos præcipuus Nicolaus Stobæus. Quorum ego certè laborem probarim libentiùs quam æmulari velim. Sed ad reliqua. αἶνος Aphthonius in Progymnasmatis, simpliciter μῦθον, id est fabulam, vocat. huic sunt, vt ait, varia ex inuentoribus cognomina, οἱ Σιφνίου, λυκεῖοι, κυπρίοι, αἰσώπειοι. Quintilianus αἶνον ait Græcis appellatum λόγον μυθικὸν, ἀπὸ τοῦ πιθανοῦ, à Latinorum nonnullis apologationem, non satis in vsum recepto nomine. Neque negat αἶνον paræmiæ confinem esse, verùm ita distinguit, vt αἶνος totus sit apologus paræmia velut: fabella breuior. Exempli loco posuit, Non nostrum onus, bos clitellas. Ad hunc quidem modum vsurpauit Hesiodus,

Gnomologi.

Stobæus γνωμολόγος.

Αἶνος.

Αἶνος & differt à paræmia.

Νήπιε οὐκ ἴσασι μόρον πλέον ἥμισυ παντός. id est,
Quid boni præcipuum referam, norunt insciæ ipsi.
Vocem accipiter hic effatus pinitorem est.

Vsurpat.

Vsitus eundem ad modũ & Archilochus, & Callimachus. Etiam si Theocritus ἐν κωμικοῖς, αἶνον pro paræmia videtur vsurpasse.

Ἀπόφθεγμα δὲ λέγεται τι, ἴδια καὶ ἄλλως οὐ λίαν.

Apophthegma, vt differant à paræmia.

Iam verò apophthegmata non alio discrimine dissident à paræmia, quam sententiæ. Quemadmodum enim illud, ἐς αὐτὸς αὑτῷ. ἐν ἑνὶ σώματι δύο, simul & adagium est & apophthegma ita illud Simonidis ad quendam in conuiuio tacentem, εἰ μὲν ἄφρων, σιγᾷς· σὺ δ' ἐν τοῖσι σοφοῖσι, εἰ δὲ σοφός, γίνῃ, id est, Si quidem stultus es, sapientem rem facis: si verò sapiens, stultam. Item illud, Decet Cæsaris vxorem non solùm crimine, verumetiam criminis suspicione vacare, apophthegma quidem est, at non item paræmia. Item, Soles duabus sedere sellis, simul & prouerbium & ἀδάγιον est. Contrà, Mater nunquam, pater per. Item illud Turonij, Ad molas sunt, σκῶμμα quidem est at non item adagium. Quanquam sunt in hoc genere quædam adeo commodè dicta, vt facilè possint in adagiorum ordinem accire: velut illud, μέχρις ἂν ἀκμὴν ἐμοὶ γ' ἐσσι, id est, Vsque ad aras sum amicus. Adest enim simul & breuitas & sententia & figura. Hæc paulò verbosius inculcauimus ne quid à nobis in hoc expectetur opere, nisi quod tale paræmiæ cadit appellationem neve quis per negligentiam præteritum existimet, quod prudentes consultòque, tanquam ab argumento alienum, prætermiserimus.

Scomma non semper adagium.

COMMENDATIO PROVERB. A DIGNITATE.

Porrò autem ne quis hanc doctrinæ partem tanquam nimium humilem & impendiò facilem, penèque puerilem, fastidiat, atquè aspernetur: paucis exponam, quantum hæc, sicuti videntur minutula, apud antiquos illos obtinuerint dignitatis deinde quantum adferant commoditatis, siquis in loco, sentèque vtatur: postremò non vsque adeo cuiuslibet esse, recte prouerbijs vti. Principio, cognitionem adagiorum non in postremis habitam apud summos viros, vel illud at argumentum puto, quòd primi nominis authores non indigna duxerint de quibus diligenter voluminibus aliquot conscriberent. Quorum primus est Aristoteles, nimirum tantus philosophus, vt vnus hic pro multis sufficere rit. reliqui is, teste Laertio, de paræmiis volumen vnum. Chrysippus item ad Zenodotum duos de prouerbijs libros conscripsit. Scripsit eadem de re Cleanthes. Quorum virorum si labores extarent, nobis non fuisset necesse tanto sudore quædam ex minutis illis scriptoribus, & indigen, vt indiligentibus, ita depraua: limis etiam, explicari. Reperiuntur nonnulla prouerbiorum collectanea Plutarchi nomine, sed pauca, eaque tenuia nuda. Latet paræmiographos subinde citatur tum ab Athenæo in Deipnologia Clearchus Solensis, Aristotelis auditor, & Aristides. deinde Zenodotus, qui Didymi Tarrhæique paræmias in compendium redegit. Citantur & Theophrasti prouerbia in commentariis Demosthenis. Vide liquet & alios hinc de rebus commentarios reliquisse. Neque me fugit, id operis Zenobij nomine circumferri. verùm quoniam inuenio quædam apud Aristophanis interpretem, Zenodoti eius qui Didymum ac Tarrhæum in compendium redegerit, nomine relata, quæ ad verbum in huius commentariis leguntur: velim mihi citra fraudem esse quod is, quocunque fuerit nomine, qui fuerit. Vis enim hoc opere Zenodoti titulo adducta. Hæc præter alios Mironem quendam paræmiographum allegat. Citatur & Dæmon quispiam, cùm ab aliis complurib. tum ab eo qui dictiones aliquot ex orationibus Demosthenis est interpretatus: qui multos de prouerbijs libros videtur composuisse. nam citatur liber 40. Extat & Diogeniani collectanea. Hesychij præfatio testatur ab ipso copiosius explicata prouerbia, quæ nudius recensuisset Diogenianus, etiamsi opus ipsum pugnat cum suo prologo: quum is nomenclaturam autorum profiteatur, & prouerbiorum argumenta hic ita nudus sit vt nihil esse possit magis. vnde in coniecturam adducor, opus hoc copiosius ab authore descriptum, pòst ab alio quopiam in compendium contractum. Suidas, qui & ipse in hoc numero ponendus est, Thextetum quendam adducit qui de prouerbijs conscripserit. Sed quid ego hos quum sapientes illi Hebræi non dubitarint hoc titulo libros aliquot edere, & arcani numinis adorandi mysteria paræmijs includere. in quibus eruendis tot tantorum theologorum ingenia delusarint, hodiéque deludant? Nec illud argumentum leue, quòd inter bonos authores vt quique fuit eruditissimus eloquentissimúsque, ita quamplurimum adagiorum suis libris aspersit. Et vt a Græcis exordiar, quid magno illo Platone, ne dicam diuino, παροιμιάζεται, vt sic dixerim? Aristoteles, serius alioqui philosophus, haudquaquam grauatur suis illis disputationibus paræmias crebras, ceu gemmulas, intertexere. Quem quidem sicut in cæteris, ita hac quoque

Laus adagiorum.

Quid alijs de prouerbijs scripserint. Aristot. Chrysippus. Cleanthes. Plutarchus.

Qui citentur paræmiographi.

Zenobij sint potius Zenodoti prouerbia.

Diogeniani collectanea scripsit adagiorum.

Apud Platonem & Aristotelem crebra paræmia.

Plutarchus scatet adagijs.

quoque in parte Theophrastus est æmulatus. Plutarchus grauis sanctusque ac penè tetricus author, quàm multis vndique scatet adagijs? quem nec piguit inter problemata quasdam parœmias & proponere & excutere: idque Aristotelis exemplo. Iam vt ad Latinos veniam, omissis vtroque in genere grammaticis ac poetis (nisi si quis in his M. Varronem existimat annumerandum, qui Menippeis illis suis prouerbiales indidit titulos, vt plane consentaneum sit illum argumenta fabularū non aliunde quàm à prouerbijs sumpsisse mutuo) Romani principes non existimarunt inferius esse maiestate imperiali, vt magnis de rebus consulti: prouerbio respondérent, quod etiam nunc extat in Digestis, οὔτε πάντα, οὔτε παντὸς, οὔτε παρὰ παντὸς. id est, Nec omnia, nec passim, nec ab omnibus. Denique quis ausit hoc genus faltidire, quum videat sacrorum vatum oracula quædam prouerbijs constare? Quorum de numero est illud, Patres nostri comederunt vuam acerbam, & dentes nostri obstupuerunt. Quis non etiam veneretur, vt rem quampiam sacram & mysterijs accommodatam, quum vbique nobis imitādus Christus ipse, peculiariter hoc sermonis genere delectatus fuisse videatur? Apud Græcos hoc adagium fertur, ἐκ τοῦ καρποῦ τὸ δένδρον γινώσκειν. id est, E fructu arborē iudico. Apud Lucam item legitur, οὐ γὰρ ἔστι δένδρον καλὸν, ποιοῦν καρπὸν σαπρὸν· οὐδὲ δένδρον σαπρὸν, ποιοῦν καρπὸν καλόν. i. Nō. n. est arbor bona, quę fructū faciat vitiosum: neque arbor vitiosa, quæ fructū faciat bonum. Apud Græcos Pittacus philosophus consultorem suum ad puetos turbine ludētes mittit, à quibus de ducenda vxore prouerbio doceatur, audiátque, τὸν κῦβον εἰδώς. Christus puerorum citat parœmiam, sic in foro ludentium, ηὐλήσαμεν ὑμῖν, καὶ οὐκ ὠρχήσασθε· ἐθρηνήσαμεν ὑμῖν, καὶ οὐκ ἐκόψασθε. id est, Cecinimus vobis tibijs, & non saltastis: cecinimus lugubre, & non plorastis. Cui similimum est illud Theognidis, si sacra licet conferre profanis.

Parœmiæ esse in sacris scripturis.

ὦδε γὰρ ἔζεσε
Οὔτε Διὸς πίθῳ αὐτίκα, τὸ μὲν ἔχον, οὔτε
Non etenim cuncta placent vel Iupiter ipse,
Seu mittens pluuiam, seu cohibens pluuiam. id est,

Antiquissima doctrinæ genera prouerbia.

Quòd si quem mouet antiquitatis authoritas, nullum doctrinæ genus antiquius fuisse videtur quàm parœmiarum. In his ceu tymbolis tota ferme priscorum philosophia continebatur. Quid aliud veterum illorum sapientum oracula quàm prouerbia? quibus tantum honoris habitum est olim, vt non ab homine profecta, sed cælitus delapsa viderentur. E cælo, inquit Iuuenalis, descendit, γνῶθι σεαυτὸν, id est, nosce teipsum. Proinde pro foribus templorum veluti digna diis inscribebantur: passimque columnis ac marmoribus inscalpta vitebantur, tanquam immortali digna memoria.

Non mole, sed pretio adagia æstimari.

Quòd si minuscula quæpiam res videtur adagium, meminerimus ista non mole, sed pretio æstimari oportere. Quis enim sanus nō pluris faciat gemmulas, quamuis perpusillas, quàm saxa quædam ingentia? & vt authore Plinio, in minutissimis animātibus, velut araneolo culicéque, maius est naturę miraculum, quam in elephanto, si quis modò propius contempletur: itidem in re literaria nonnunquam plurimum habent ingenij quæ minima sunt.

AD QVOT RES VTILIS PAROEMIARUM cognitio.

Ad quatuor maxime capita parœmiarū cognitio.

Ad philosophiam conducunt prouerbia.

Parœmiæ sunt veteris philosophiæ reliquiæ.

Reliquum est vt paucis ostendamus, non minus vtilitatis messe prouerbijs quàm olim adfuerit dignitatis. Conducit autem parœmiarum cognitio, cùm ad alia permulta, tum potissimum ad quatuor: ad philosophiam, ad persuadendum, ad decus & gratiam orationis, ad intelligendos optimos quosque authores. Principio ne cui mirum videatur quòd prouerbia dixerim ad philosophiæ scientiam pertinere, Aristoteles apud Synesium existimat nihil aliud esse parœmias, quam reliquias priscæ illius philosophiæ, maximis rerum humanarum cladibus extinctæ, easque seruatas esse, partim ob compendium breuitatémque, partim ob festiuitatem ac leporem: ideóque non segniter nec oscitanter, sed precibus ac penitius inspiciendas. Subesse enim velut igniculos quosdam vetustæ sapientiæ, quæ in perquirenda veritate multò fuerit perspicacior, quàm posteriores philosophi fuerint. Plutarchus item (in commentario cui titulum fecit, Quo pacto sint audiendi poetæ) veterum adagia simillima putat sacrorum mysterijs, in quibus maximæ quæpiam res ac diuinę minutis & in specie pene ridiculis cæremonijs significari

Adagia mysteriis veterum similia.

solent. His. n. tam breuibus dictis per inuolucrū quoddam eadem innui quæ philosophiæ principes tot voluminibus tradiderūt. Neque enim aliud sibi velle parœmiam illam Hesiodiā, πλέον ἥμισυ παντὸς, quam quod Plato tum in Gorgia tū in libris Politicis, tam multis argumētis conatur ostēdere. βέλτιον τὸ ἀδικεῖσθαι τοῦ ἀδικεῖν. id est, Satius esse iniuriam admittere, quàm iniuriam inferre. Quòd autem vnquam dogma prodierit à philosophis, vel ad rectè instituendam vitam salubrius, vel Christiana religione vicinius? At rem tantam videlicet tātillum prouerbiolum cōplectitur. πλέον ἥμισυ παντὸς, Dimidiū plus toto. Nā qui totum aufert, is alterū fraudat, vt cui nihil reliqui fac at. Contrà, qui dimidiū duntaxat accipit, is aliqua parte fraudatus videtur. Præstat autem fraudari quam fraudare. Præterea si quis Pythagoricum illud, κοινὰ τὰ τῶν φίλων, id est, communes res amicorum: diligentius penitúsque discutiat, nimirum inueniet, in tam breui dicto fœlicitatis humanæ summam esse comprehensam. Quid enim aliud agit Plato tot voluminibus, quàm vt communitatem persuadeat, & huius authorē amicitiam? Quæ si mortalibus persuaderi queat, illico faceſsit è medio, bellum, inuidia, fraus breuiter vniuersum malorū agmen semel è vita demigret. Quid aliud egit princeps noſtræ religionis Christus? Nimirum vnicum duntaxat præceptum mundo tradidit charitatis: admonens, ab ea vna summam & Legum & Prophetarum pendere. Aut, quid aliud hortatur charitas, quam vt omnium omnia sint communia? videlicet, vt amicitia coagmentari cum Christo, glutino nimirum eodem quo ille cum Patre cohæret, absolutissimam illam communionem quod licet imitātes, per quam ille & Pater idem sunt: nos item idem cum illo simus: &, vt ait Paulus, vnus spiritus & vna caro cum eo efficiamur? Iámque amicitiæ iure omnia illi nobiscum, omnia nobis cum illo sint communia, deinde paribus amicitiæ vinculis alij cum aliis inter nos copulati, velut eiusdem capitis membra, tanquam idem & vnum corpus, eodem animemur spiritu: iisdem doleamus, iisdem gaudeamus. Id quod etiam mysticus ille panis è pluribus granis in eandem coactus farinam, & vini potus è multis racemis in eundem liquorem confusus, admonet. Postremò vt quum summa rerum creatarum fit in Deo, Deus vicissim in omnibus, omnium vniuersitas velut in vnum redigatur. Vides quantum philosophiæ, vel theologiæ magis, Oceanum nobis parœmia tantilla aperuit.

Dimidiū plus toto, quid.

Hesiodi prouerbium latè patens.

Plato communitatem & amicitiā persuadere vult.

Ad persuadendum conducere Prouerbia.

Parœmia pro testimonio vsurpata.

Quòd si cui satis non sit ipsum sapere, verùm etiā aliis persuadere cupiat quàm non inutilis sit hęc prouerbiorū suppellex, vel Aristoteles ipse satis declarat, qui non semel in rhetorices præceptis, parœmias inter testimonia connumerat. Quemadmodum, inquiens, si quis suadere velit ne cum homine sene copulet aliquis necessitudinem, vtetur huius prouerbij testimonio, μὴ τοῦ δ' ἔρδειν χάριν. id est, Ne vnquā benefacias seni. Rursum si quis persuadeat vt liberos item interficiat qui parentem occiderit, huic vsui futurum est hoc prouerbium.

Νήπιος ὅς πατέρα κτείνας, παῖδας καταλείπει. id est,
Stultus qui natos occiso patre relinquat.

Quantum autem adierant ad persuadendi facultatem momenti testimonia, cui non cognitum est? Neque mediocriter conducunt sententiæ. At inter hæc quoque idem prouerbia collocat. Quintilianus item in Institutionum libris, complurib⁹ locis prouerbiorum mentionem facit, ta quam nō a vna ratione ad bene dicendum conducentiū. Nam quinto libro parœmias exemplis cōiungit, vt paré cum illis vim obtinentes, quorum est vel præcipua. Rursum eadem codē in libro in argumētorum genere collocat, quas Græcè κείμενα appellāt. Quorum & frequentissimus vsus, & ad persuadendum mouendumq. non mediocris vtilitas. Quin magis ipsa Fabij verba libet adscribere. Nec hæc quidem, inquit, vulgò dicta & recepta persuasione populari, sine vsu fuerint testimonia. Sunt enim quodammodo vel potēciora etiam, quòd non cadūs accommodata, sed liberis odio & grauis mentibus, ideo tantùm dicta factaque, quia aut honestissima aut verissima videbātur. Paulóque inferius, Ea quoque quæ vulgo recepta sunt, hoc ipso quòd incertum authorem habent, velut omnium fiu t. Quale est, Vbi amici, ibi opes. Et, Cōciētia mille testes. Et apud Ciceronem, Pares cum paribus, vt est in veteri prouerbio, facillimè congregantur. Neque enim durassent hæc in ætternum, nisi vera omnibus viderentur. Hactenus Fabij verba retulimus. Idem autem paulo

Fabij locus de vtilitate adagiorum.

Prouerbia oraculis similia.

pòst deorum oracula parœmiis subnectit, velut his affinia cognatáque. Iam quid M. Tullius, nónne in actione Pro L. Flacco prouerbio fidem testibus abrogat? id est huiusmodi, ὁ κυρὶ τὸν κύνα, id est, In Care periculú. An non in eadem totius gentis Græcorum in ferendis testimoniis fidem, eleuauit hoc prouerbio? Da mihi testimonium mutuum. Quid quod ipli etiam philosophi passim suas rationes prouerbiis fulciunt? Quo minùs mirandum si frequenter historiographi, narrationis fidem ex adagio quopiam petunt. Adeo quod in literis interidit, quod titulis, quod colossis, quod marmoribus seruari non potuit, prouerbio seruatur incolume: vt & hanc obiter adagiorum laudem indicem. Denique non grauatur diuus Hieronymus Euangelicam sententiam adagij vulgati testimonio confirmare, Dives, aut iniquus, aut iniqui hæres. Ne Paulus quidem ipse dedignatur locis aliquot prouerbiorú vti testimoniis, neque iniuria. Etenim si τὸ πιθανὸν, i. probabilitas, ad persuadẽdum vel primas obtinet partes, quid, quæso probabilius quàm quod nemo non dicit? Quid verisimilius quam id quod tot ætatum, tot nationum consensus & velut idem suffragium comprobauit? Inest nimirum, inest in his parœmus natiua quædam & genuina vis veritatis. Alioquin qui fieri potuit vt eandẽ plerumque sententiã in centum dimanasse populos, in centũ videamus trãsfusam linguas: quæ ne tot quidem seculis, quibus nec pyramides obstiterunt, vel interierit, vel consenuerit? Vt meritò dictum illud videatur, Veritate nihil esse robustius. Deinde fit nescio quo pacto, vt sententia prouerbio quasi vibrata, feriat acrius auditoris animum, & aculeos quosdam cogitationum relinquat infixos. Nam longè minus tanges animum, si dixeris, Caduca & breuis est hominis vita: quàm si prouerbium cites, Homo bulla. Postremò quod de risu scribit Fabius, maximas difficultates causarum, quæ nullis argumentis dissolui queant, loco eluditad vel maximè præstat parœmia.

τὸ πιθανὸν in prouerbiis maxime.

Probata consensu omnium ætatum adagia.

Vis sententiæ parœmiæ.

Ad ornatum conducere parœmiam.

Dignitatem efficiunt oratioui adagia.

Porrò quantum vel dignitatis, vel veneris adiungat orationi tempestiuus prouerbiorum vsus, non arbitror pluribus explicandum. Primùm enim quis non videt quantum maiestatis vel ex ipsa antiquitate concilient orationi? Tum si quod schema, quod amplitudinem ac sublimitatem apponat sermoni, rursum si quod ad gratiam dictionis facit: denique si qua ratio festiuitatis (quum parœmia plerunque per omneis figurarum species, per omneis facetiarum formas varietur) nimirum quicquid illa solent adferre, conferet, ac genuinam quandam peculiaremque gratiam de suo insuper adiunget. Proinde si sciẽ & in loco intertexantur adagia, futurum est vt sermo totus & antiquitatis ceu stellulis quibusdam luceat, & figurarũ arrideat coloribus, & sententiarum niteat gemmulis, & festiuitatis cupedia blandiatur: denique nouitate excitet, breuitate delectet, authoritate persuadeat.

Ad intelligendos authores conducere parœmiam.

Ænigmatica prouerbia, ideóque obscura.

Prouerbia mutilatim, vel vnico pro lata verbo.

Iam vt non sit alius parœmiarum vsus, certè ad intelligendos optimos quosque (hoc est, vetustissimos) authores, non vtiles modo sunt, verumetiam necessariæ. In quibus cùm pleraque sunt depraua, tum hæ vel deprauatissimæ sunt: propterea quòd ferè ænigmaticum quiddam habeant, vt etiam à mediocriter eruditis non intelligatur: tum quòd plerunque velut ex abrupto interseruntur, nonnunquam etiam mutilatim, vt ἀὴρ πολεμικὸς, id est, sursum fluminum. Aliquoties vnico verbo notantur, vt apud Ciceronem in epistolis ad Atticum, Subueni, quæso, dum est ἀρχὴ, id est principium. Indicat autem illud prouerbium

Ἀρχὴ ἥμισυ παντὸς, καὶ πρόσθεν ἢ τὸ θύειν. id est,

Principio præstat quàm fine adhibere medelam.

Vnde manarit scriptorum veterum obscuritas, eorúmque studiosorum.

Hęc itaque multum offundunt tenebrarum, si ignorentur. At rursum lucis plurimum adferunt si fuerint intellecta. Hinc illæ tum Græcorum tum Latinorum commentorum prodigiosæ deprauationes: hinc fœdi interpretum lapsus Græca Latinè vertentium. hinc quorundam etiam eruditorũ in enarrãdis authoribus ridicula somnia, meraque deliramenta. Quorum equidem hoc loco nonnulla referrem, nisi placabilius iudicarem meoque accommodatius instituto, vt nostris perlectis commentariis sua cuique cogitatio suggerat, quantopere magni nominis scriptores quibusdam in locis deliraríne. Denique fit nonnunquam vt scriptor tacitè ad prouerbium alludat: quod si nos fugerit, etiamsi videbitur intellecta sententia, tamen magna voluptatis pars aberit, ignorata parœmia. Quod genus est Horatianum illud:

Epist. 2.

—equus vt me portet, alat rex.

Æneid. 3.

Et apud Virgilium,

—fatis maquam contraria mouit,
Apparet Camarina procul.

Subest enim in illo prouerbium, ἵππος μὲ φέρει, Camelus me portat: in hoc μὴ κίνει τὴν κεκινημένην.

Ignorata parœmia quid parat.

COMMENDATIO A DIFFICVLTATE.

Labor Erasmi in Adagiis elucidandis.

Quòd si iuxta prouerbium, ἀνάγκη τὰ καλὰ, eáque vulgo ceu fastidiuntur, quæcunque facilia videntur: vt de me interim nihil dicam, quàtis sudoribus opus hoc mihi cõstiterit: ne qui quam arbitretur vlqueadeo procliue, vel intelligere vel sermoni parœmiam intexere. Siquidem vt non mediocris est artificij, gemmulam scitè includere anulo, & aurum purpuræ intexere: ita non est, mihi crede, cuiuis parœmiam aptè decentérque orationi interere. Quódque Fabius scribit de risu, nihil affectari periculosius, idem de prouerbio non iniuria dixeris. Etenim in huiusmodi, quemadmodũ & in musica, nisi summum præstes artificem, ridiculus fis. & aut laudem eximiam aut risum auferas oportet.

Non est cuiusuis commodè vti parœmia.

QVATENVS VTENDVM ADAGIIS.

Proinde quatenus quibúsque modis vti conueniat adagiis, indicabimus. Ac primo loco meminisse oportebit, vt quod eleganter Aristoteles in commentariis rhetoricis admonuit de adhibendis epithetis, id nos in vsurpandis adagiis obseruemus: nempe vt illis vtamur non tanquam cibis, sed veluti condimentis, id est, non ad satietatem, sed ad gratiam. Præterea ne quouis inseramus loco, quemadmodum enim ridiculum sit si quibusdam locis gemmam alligaris: itidem absurdum si non suo loco admbueris adagium. Quòd verò Fabius libro institutionum 8. de sententiis vsurpandis præcipit, id totidẽ fermè verbis de parœmiis præcipi queat. Primum, ne, quemadmodum dictum est, nimis crebriter vtamur. Densitas enim earum obstat inuicem, quo minus eluceant, quemadmodum nec pictura, in qua nihil circumlitum est, eminet, ideóque artifices etiam, quum plura in vnam tabulam opera conferunt, spatiis distinguunt, ne vmbræ in corpora cadant. Subsistit enim omnis parœmia, ideóque post eam vsque aliud est initium. Vnde solum ferè oratio est, & è singulis non membris, sed fruticis collata, structura caret. Porrò vt adtert lumen clauus purpuræ in loco inuertus, ita certè neminem decet intertexta pluribus notis vestis. Accedit hoc quoque incommodi, quòd crebras captanti parœmias, nonnullas necesse est admiscere vel frigidas vel coactas. Non enim potest esse delectus, vbi de numero laboratur. Postremò gratiam amittit quicquid aut immodicum est aut intempestiuum. In epistolis tamen familiaribus licebit paulo liberius hoc genere ludere: in oratione seria, sicuti parcius, ita etiam accuratius adhibendæ.

Adagia vtendum tãquam condimentis.

Vt suo loco inseruntur.

Ne nimis crebrò vtamur adagiis.

Ne nimis multa sint adagia.

VARIVS PROVERBIORVM VSVS.

Hoc in loco non absre futurum arbitror, si paucis velut indicaro quibus rationibus variari queat parœmiarum vsus, vt possis idem adagiũ alia atque alia forma producere. Principio, nihil vetat interdum quominus idem dictum ad complures sensus accommodes: vt illud τετρυμένῳ πίθῳ, id est, pertusum dolium, vel ad obliuiosum, vel ad profusum, vel ad auarum, vel ad futilem, vel ad ingratum traduci potest. Effluit enim quicquid infuderis in animum immemoris: apud prodigum nihil durat: auari cupiditas nunquam expletur: futilis & garrulus nihil continet: perit quicquid cõtuleris in hominem ingratum. Nonnunquam per ironiam ad contrarias etiam sententias deflectitur: quod genus, si de mendacissimo quopiam loquens, dicas, ἄκουε τὰ ἐκ τρίποδος, id est, Audi è tripode dicta. Fit interim vt vnius vocis cõmutatione diuersis cõueniat, vt ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα, id est, Hostium munera non munera. & πενήτων ἄδωρα δῶρα, καὶ τῶν κολάκων ἄδωρα δῶρα, pauperis munera non munera, & adulatorum munera non munera. vt idem adagium ad hostes, ad pauperes, ad assentatores, ad poetas deflectatur. Nam hostium munera perniciem adferre creduntur, &, si quid donant pauperes, aut adulatores, aut poetæ, captationes sũt rerius quàm munera. Breuiter ad omnia in quæ quocunque modo hęc similitudo competit, accommodes licebit. Illa ratio fermè communis omnibus, quoties à persona ad rem aut contra fit deflectio. Ad personam, hoc pacto, Prouerbiũ est ναὶ Ἡρακλῆς αὐτὸς δύο, i. ne Hercules quidem aduersus duos. ego vero Therſites magis quam

Idem dictum ad plures accommodari sensus.

Ironia fit sententia eadem contraria.

Vnius vocis commutatio.

A persona ad rem, vel contra deflectio.

quàm Hercules, qui possim vtrique respondere? Ad rem torquebitur hoc modo, Prouerbio dictum est, μηδὲ Ἡρακλῆς ἐχθρὸς δύο· ego qui possim pariter & morbo & inopiæ tolerandę par esse? Variatur & inuersione prouerbium, vt dictum est, μηδὲ Ἡρακλῆς ἐχθρὸς δύο, & tu vnus contra duos Hercules audes congredi? Ité hoc pacto. Contra tritum Græcis prouerbium, expectatis carbonibus thesaurum reperi. Et, Commutauimus, non χρύσεα χαλκείων, i. aurea æreis: sed planè χάλκεα χρυσείων, id est, ærea aureis. Præterea nonnunquam explicatur adagium & confertur: nonnunquam simplex allegoria refertur. Aliquoties etiam mutilum proponitur, vt si quo respondente quod nihil ad rem pertineat, dicas, ἄμας αἴτησον, i. falcem postulabam. Et apud Ciceronem, σκῦλα διώκειν, id est, quæ dantur interim suis est vsico verbo allusisse, vt apud Aristotelem, omne eiusmodi inter ipsos ὑφαιρεῖν, id est, figuli. Sunt & aliæ variandi rationes: verùm vas figuli exactius persequi cupiet, è nostris commentariis, quos de duplici copia conscripsimus, petat licebit.

Ea sunt quæ Rhetoribus appellantur παρίσωσις.

Contraria.

Ænigma de Eunucho vespertilionem ferente.

Adagia ænigmatis aptissima.

Oracula.

Pythagoræ symbola.

Hyperbole effertur variis modis.

Formæ a non multum prouerbialibus.

Artibus peculiaria vocabula.

Citra figuram aptæ.

ἀπίθανα.

ἀναλογία.

ἄτοπα.

DE FIGVRIS PROVERBIALIBVS.

Reliquum est vt ad parœmiarum catalogum accingamur, sed si prius figuras aliquot prouerbiales ostenderimus. Quædam enim dicta sunt specie non magnopere prouerbiali, quædam autem παροιμιώδη (id est, prouerbiali figura) vt facilè possint in parœmiarum ordinè cooptari. Igitur in totum prouerbiorum genere cōmune est omnis sententia, præterea metaphora, peculiariter allegoria: & in his præcipuè quæ sumuntur à rebus insignibus, & vulgo celebratis: vt à nauigatione, à bello. Quod genus sunt illa: secundis nauigare ventis, naufragium facere; vertere vela, tenere clauum, & exhaurire sentinam, & tradere ventis vela, contrahere vela: Item illa, bellicum canere, & vorsis gladiis pugnare, receptui canere, comminus atque eminus pugnare, conferre pedem, conterere manus, atque id genus alia sexcenta. Quę si paulo longius traducantur, abeūt in parœmię formam. Item quæ ducuntur à rebus notis, ac vehementer quotidiano sensui familiaribus: vt quoties corporis gestus ad animi rem transferuntur, cuiusmodi sunt, premere pollicem, pro fauere: corrugare frontem, pro molestè ferre: ringi, pro indignari: exporrigere frontem, pro hilarescere. Præterea quę trahuntur à sensibus corporis, velut olfacere, pro reliscere: degustare, pro experiri. Prouerbij fere faciem habent, quoties quæ sunt artibus peculiaria vocabula, aliò detorquentur: vt δὶς διὰ πασῶν, id est bis per omnia, à musicis ἐπὶ ἁρμονίας, id est, ex dimetiente, à mathematicis. item, ferruminare, pedalia verba incudi reddere, a fabris ærariis: ad amussim, à fabris lapidariis: nullam lineam duxi, à pictoribus: extremum actum adiungere a scenicis. Interdum citra figuram facta allusio prouerbiale quiddam adfert. Et tum erit optima, quoties ad authorem aut rem spectat magnopere celebrem, nullique incognitam, qualis est apud Græcos Homerus, apud Latinos Vergilius. Quod genus est illud apud Plutarchum, ἐπὶ μάρτυρίν γε τῆς Πλάτωνος πολλοὶ τ' ἀγαθοὶ καὶ πάμπολυ, id est, Quandoquidem testes tanè Platoni multique bonique adiunt. Alterum est enim ad morem facientium, in quibus facerdos dicere consueuit, Τίς τῶδε; id est, Quis hic? Deinde qui aderant, respondebant, πολλοὶ τ' ἀγαθοὶ καὶ πάμπολυ, id est, Multique bonique adiunt. Item illud apud Ciceronem ad Atticum, Σύν τε δυ' ἰέναι, id est, Simul duobus euntibus. Et apud Lucianum, ἰατροῖν παῖδε, id est, medicorum filij, pro medicis ipsis. Accedunt ad prouerbij speciem & illa, bucolico carmini familiaria, ἀδύνατα, ἀναλογία, ἄτοπα, ἄπιστα, ἐναντία, i. impossibilia, necessaria, absurda, similia, cōtraria. *Adunata* sunt eiusmodi,

Ἀλλ' ἴσον ἔμπεδον ἦτορ ἐν ἀνέρι πόντος ἀρῆται, id est,
Sed labor adfirmat mentes in pectore fluctus.

Et apud Vergilium,

Ante leues ergo pascentur in æthere cerui,
Et picta delfluent nudos in litore pisces.

Ἀναλογία sunt huiusmodi,

Dum iuga montis aper, fluuios dum piscis amabit.

Et apud Senecam,

Lucida dum current annosi sidera mundi.

Ἄτοπον exemplum hoc erit,

Atque idem iungat vulpes, & mulgeat hircos.

Contrariorum hoc.

Nunc viridis etiam occultant spinetis lacertos.

Me tamen vrit amor. Item apud Theocritum,

Ἁδὺ τὸ κωμάσδειν, πικρὸν δ' ἄρ' ἐστὶ καὶ ἆθλον.
Ἀλλ' ὅμως ἐκ τᾶς ὀργᾶς τίκτεται ἥδεα μῦθα. id est,
Ecce silet maris vnda, silent & flamina venti:
Haud tamen intra nostra silent præcordia curæ.

Similium,

Torua leæna lupum sequitur, lupus ipse capellam.

Et apud Theocritum,

Αἶξ τὸ κέρτομον, ὦ λύκε, τὰν αἶγα διώκει, id est,
Capra petit cytisum, sequitur lupus ipse capellam.

Sunt & aliæ duæ figuræ maximè confines parœmiarum generi, quæ constant vel eiusdem aut similis iteratione vocis, vel contrariarum contextu. Quod genus sunt, Κακὸν κακὸν κακῶς· κακοῦ κρεῖσσον κακὸν ὤν, id est, Perdant te malum malè. Malo cosui malum suum. Et, Σμίκυνθος σοφὸς σοφῶς, id est, Alumnus sapientis sapiens. Id quod est apud Græcos comicos pariter ac tragicos penè solenne. Et, Euemune digna dignis. Amico amicus. Malis malus. Bonis bonus. Vterque vtrique cordi. Suus rex reginę placet. Et, Manus manum fricat. Graculus ad graculum. Contrariorum genus sic habet, καὶ δίκαια κἄδικα, δῦ ἡμαρτῶν, id est, Et iusta & iniusta. Probè & improbè apud Aristophanē, ἐκεῖνό τι ἡ ἄκνη, id est. Volētibúsque & nolentibus, apud Platone. Item, οὐδὲν ἔστ' οὐδὲν ἔρρει, id est, Nullum dictum, neque factum. Apud nostros item, Verùm vbi fas verſum atque nefas. Facta atque infecta canebat. Quo tropo sic vitiat est Valerius Maximus, vt ad verum sensum non cohæreat tantum exaggerat: Obtestantem, inquit, se aduersus omne fas & nefas, quum in summo esset imperio, à te equite Romano fuisse trucidatum. Nam qui consistit vt factinus nefarium dicatur esse factum aduersus omne nefas? Quo iure, quaque inuria. Quidvis & facere & pati. Digna atque indigna. Quid dixit aut quid tacuit? Domi bellique. Publicè, priuatim. Quod fas, nefas. Clámque palámque. Iocáque & seria. Manibus pedibúsque. Noctéque diéque. Quæ prima aut vltima ponas. Neque magnum neque paruum. Iuuenéique senéque. Dus hom...búlique plaudentibus. Ad hanc formam pertinent etiam hæc passim apud poetas obuia παῖς οὐκ ἀνήρ. ἄνυμφος νύμφη. ἄγαμος γάμος. ἄπολις πόλις. ἀνάσσειες πόλεις. διαδήματα δ' ἀμφὶ μετώπῳ. ἀδάμαστα δάμασσε. ἀνώνυμος ὀνομαστός. ἀνώμοτος ὅρκος. ἄλαστος χάρις. ἄπιστον πιστόν. id est, Virgo non virgo. Sponsa non sponsa. Nuptiæ non nuptiæ. Non ciuitas ciuitas. Malus Paris Paris. Infelix felicitas. Non dona dona. Non metuendus metus. Non bellum bellum. Ornatus inornatus. Ingrata gratia. Inopes opes. Hæc ἐναντιώσεις nonnunquam accidit & in dictione compositi, vt μωρόσοφος. Italice sapiēs. & γλυκύπικρος, id est, dulciter amarus. Sic etiam, Plutarcho teste, suum affectum vocant amantes ex voluptate & dolore mixtum, ita vt libenter contabescant. Huc pertinet & illa ἐναντιώσεως αἰνιγματώδης, id est, contrarietas ænigmatica, vt φέρων ἃ φέρει, ἔχων οὐκ ἔχει. & ἀνὴρ καθ' ὁδὸν ἀνὴρ ἄφρικτα ἐν οὐκ ἄφρικτα, ἰδὼν πτηνὸν οὐ πτηνὸν ἰδών, ὄπτα ξύλων ἐν ὁ ξύλων, καθημένων ἐν ὁ οὐ καθημένων, λίθων καὶ ὁ λίθος, βάλλει τε ἐν ὁ βάλλει. id est, Portans non porto, habens non habeo. Vir & non vir, apem & non apem, videnſque & non videns, in ligno & non ligno, sedentem & non sedentē, lapide & non lapide, oculatur & non oculatur. Quod ænigma refertur & apud Athenæum ex Clearcho, & apud Tryphonē: cuius meminit Plato quoque. Huius formę sunt & illa: ἄλαλον λάλον, id est, elinguis loquax. πρωτ' ἄτρωτον, i. vulnerabilis inuulnerabilis. δασὺν λεῖον, id est, hirsutus læuis. ἄγονος γονεύς, id est, fœtus non fœtus. Cuiusmodi permulta proponit ac soluit Athenæus libro 10. Neque respuit adagiorum ratio ænigmaticam obscuritatem, quanquam alias improbatam, imò veluti familiarem libenter amplectitur. Quod genus fuerit siquis parum sanè loquutum, iubeat Anticyram nauigare, aut porcum cædere, aut squillam è sepulchris vellere, quorum primum est apud Horatium, alterum apud Plautum, tertium apud Theocritum. Proinde & oracula pleraque in ius prouerbiorum abierūt, & Pythagoræ symbola ad parœmiarum naturam videntur pertinere. Præcipuè peculiaris est adagiorum generi hyperbole. vt, Cælum territat armis, &, Saxa clamore rumpit. & Risu diffluo. maximè si qua metaphoræ species admisceatur. Effertur variis modis, vel per denominationē, vel per cōparationem, vel per similitudinē,

vel per epitheton. Exempla sunt, Alter Aristarchus Et, Noster hic Phalaris. Et, Stentore clamosior. Velut lęna in machęra. Stentorea vox. Nestorea facundia. Neque verò pigebit ceu fontes aliquot indicare, a quibus genus hoc figuratum duci potuit.

A re ipsa hyperbole sumpta.

Sumitur enim interdum ab ipsa re, quoties hominem scelestum, scelus appellamus: dedecorosum, dedecus: pestilentem, pestem: iurconem, barathrum: tenebrionem, tenebras: contaminatum, labem: spurcum, cœnum: cõemptum, quisquilias: impurum, sterquilinium, portentosum, portentum: molestum, fulcus: carcere dignum, carcerem. Quorum vnumquodque ferè potest & per comparationem efferri, vt χρυσῆ χρυσοτέρα, id est, auro magis aurea: & ipsa nequitia nequior, acritate ęgrior, loquacitate loquacior, deformitate deformior, ipsa sui ficulosior, paupertate pauperior, infortunio infortunatior, ipsa infantior infantia. Ad hanc classem pertinent & illa, pater eruditionum. Et, omnis eloquentię tons. Et, plus quàm infantissimus. Et, plus quàm perditus.

A rebus similibus.

Huic proxima sunt quę à rebus similibus trahuntur. vt, Molle dulcior. Pice nigrior. Niue candidior. Oleo tranquillior. Infima auricula mollior. Auro purior. Plũbo stupidior. Stupite tardior. Litore surdior. Iracundior Adria. Æquore surdior. Spongia bibacior. Harenis sit ętior. Pumice siccior. Æte Dodonęo loquacior. Vitro fragilior. Vila vo ubilior. Cothurno instabilior. Clematide Ægyptia gracilior. Alno procerior. Cote durior. Sole clarius. Sydere pulchrior Bux i pallidior. Sardois herbis amarior. Alga vilior. Ætna æstuãtior. Beta insulsior. Trutina instior. Spina distortior. Ampulla vanior. Pluma ientior. Vento instabilior. Morte odiosior. Barathro capacior. Labyrintho inuolutior. Corchoro vilior. Subere leuior. Dolio pertuso incontinentior. Laterna perlucẽtior. Clepsydra perstillantior. Fonte purior. Euripo inobilior. Oculis charior. Luce dulcior. Vita antiquior. Rubo arefacto pręfractior. Cramba recocta molestior. Clauo durior. Horalibus licentiosior.

Ab animantibus.

Item ab animantibus. vt, Muliere loquacior. Passere salacior. Hirco libidinosior. Ceruo viuacior. Cornice annosior. Graculo magis obstreperus. Luscinia vocalior Dipsade nocentior. Vipera virulentior. Vulpe fraudulentior. Echino asperior Procello Acarnanio leuior. Anguilla magis lubricus. Lepore timidior. Limace tardior. Pisce famior. Pisce magis mutus. Delphino lasciuior. Phœnice rarior. Scropha fœcundior alba. Nigro cygno rarior. Hydra magis versipellis. Albo coruo rarior. Vulture edacior. Scorpius improbior. Testudine tardior. Grue somniculosior. Sue indoctior. Asello stolidior. Hydris immitior. Dama pauidior. Hirundine bibacior. Cane rixosior. Viso hispidior. Tipula leuior. Cuiusmodi quędam congerit & Lucianus, ἀγελαιότερος μὲ τὰ κυνίδια ὄντα, ἀλαζονικώτερος δὲ τὰ λαγωΐδια, κολακευτικώτερος δὲ τὰ ἐλαφίδια, ἀπληστότερος δὲ τὰ ὄνια, ἀβασταγικώτερος δὲ τὰ γελᾶ, φιλονεικότερος δὲ τὰ ἀλεκτρυόνια, id est, Quum sint iracundiores catellis, timidiores leporibus, adulantiores simus, libidinosiores asinis, rapaciores felibus, contentiosiores gallis gallinaceis. Item Plutarchus aduersus vsuram ἀπιθανότερος ὁ τοκογλύφος, ἀφιλοτιμότερος ὁ τοκῶν, ἀχαριστότερος ὁ τοκιζόμενος, id est, Quum minus fidei tibi habeatur quàm graculo, magis mutus sis quam perdix, abiectior seruilibusque cane.

A Deorũ personis.

Ducuntur à personis deorum. Diana intactior. Ipsis Charitib. humanior. Priapo salacior. Venere formosior. Mercurio facundior. Momo mordacior. Vertumno inconstantior. Proteo mutabilior. Empusa magis varius.

A personis fabulosis.

A personis fabulosis. Tantalo sitientior. Atreo crudelior. Cyclope immanior. Oreste insanior. Vlysse dolosior. Nestore facũdior. Glauco stupidior. Iro pauperior. Penelope castior. Nireo formosior. Tithono viuacior. Erisichthone esurientior. Niobe fœcundior. Stentore clamosior. Tiresia cęcior. Busiride illaudatior. Sphinge inuolutior. Labyrintho intricatior. Dędalo ingeniosior. Icaro audacior. Gigãtibus elatior. Gryllo stultior. Lynceo perspicacior. Exoetra pertinacior.

A personis Comœdiarum.

A personis comœdiarum. Thrasone Terentiano glorioſior. Demea iurgiosior. Mitione facilior. Gnathone adulantior. Phormione confidentior. Dauo versutior. Thaide blandior. Euclione parcior.

A personis historiarũ.

A personis historiarũ. Zoilo inuidẽtior. Catone seuerior. Timone inhumanior. Phalaride crudelior. Timotheo felicior. Sardanapalo nequior. Numa religiosior. Phocione iustior. Aristide incorruptior. Cręso ditior. Cręso numatior. Codro pauperior. Æsopo luxuriosior. Herostrato ambitiosior. Fabio cũctatior. Socrate patiẽtior. Milone robustior. Chrysippo acutior. Trachalo vocalior. Curione obluuionior. Nostri tẽporis Aristarchus. Christianorum Epicurus. Item, Præposterus Cato.

A gentibus.

A gentibus. Poeno perfidior. Scytha asperior. Scythotauris inhospitalior. Cretensi mẽdacior. Parthis vanior. Thracibus bibacior. Thessalo perfidior. Care vilior. Sybarita fastuosior. Milesius effeminatior. Arabibusditior. Pygmæo breuior. Arcade stolidior.

A vitiis potius, seu moribus, quàm officiis: quia nomen officium nisi rectè sonat.

Ab officiis. Leone magis pernicior. Cinędo mollior. Milite gloriosior. Areopagita tristior. Tyranno violentior. Carnifice immanior.

DE PRAMOLLIENDA PARœMIA.

Amolliendæ proverbiorum duritiei.

Iam illud, tametsi minutulũ humilisque videatur, tamen, postcaquam docẽdi munus suscepimus, non grauabimur propter imperitiores admonere: videlicet, vt in vsurpãdis adagiis meminerimus quod in verbis nouatis aut dubiis cauillatis fieri Fabius iubet: id quod ait à Græcis elegantissimè præceptũ esse, videlicet παροιμιῶν τὴν ἰδιωτείαν ita nõ oportebit παροιμιάζεσθαι, hoc est, pręcathigare, & velut occurrere paręmiæ: si quando vel obscurior, vel alioqui durior videbitur. Recipit enim hoc genus, sicuti paulo superius ostensum est, & metaphoras quãtumlibet duras, & nouationes vocũ licẽtiosas, & hyperbolas parũ pudẽtes, & allegorias ad ænigma vsque obscuras. Græci παροιμιάζονται his fermè modis κατὰ τὸ παροιμιακὸν ὡς φασι, φασὶ, κατὰ λεγόμενον, τὸ τῶν πολλῶν ὡς πολλοὶ φασι λέγειν. ὅπερ καὶ γραμματικοὶ, ὡς λέγουσι, ὡς λεγόμενον παροιμιάζοντες λέγουσιν οἱ παροιμιάζοντες, καὶ ὡς εἰρηται. id est, Iuxta prouerbiũ, vt aiunt, aiunt, quod dicitur, quod dici solet, vt antiquũ aut dictũ, vt dicunt, vt dicitur, vt dicimus proverbio, vt dictũ iocẽtes, rectè dictum est. Isdem fermè orationibus vtuntur Latini, Aiunt, vt aiunt, vt est in veteri proverbio, iuxta vulgo tritum sermonem, quemadmodum vulgo dici conueuit, vt vetus verbum vsurpem, vt adagio dictum est, verè hoc dicunt.

Exempla permolliendi adagia quædam riora interdum.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. & allegorias) Quoniam passim occurrunt hi loquẽdi modi, qui adagiorũ sunt veluti antecambulones quidam: & de vsu eorum mihi cum Erasmo non conuenit: de iis præfari, ab instituto meo alienum, vt opinor, nequaquã fuerit. Dico igitur, Si ita fit, Græcos scriptores, quoties vtuntur hisce sermonis formulis, κατὰ τὸ παροιμιῶδες, ὡς φασι, φασὶν, & aliis huiusmodi (quę nõ paulo plures sunt iis quæ nõ recensentur) toties παροιμιάζεσθαι τὸ παροιμιῶδες. rarò certè eos parœmiam ἀπὸ περιττοτέρας vsurpare comperiemus: quippe quam vt plurimum tale quodpiam loquendi genus antecedat. Iam verò si dicamus, cum Erasmo (quod certè dicendum est) nos non παροιμιάζεσθαι τὸ παροιμιῶδες, nisi vel obscurior vel durior videatur: eas omnes quibus vnum aliquod ex his loquẽdi generib⁹ præfixũ sit, vel obscuriores vel duriores videri fateamur necesse est. At hoc falsum esse res ipsa indicat. nam illas formulas prouerbiis adhibent innumeris nihil obscuritatis nihilque asperitatis habentibus. Falsum itaque & illud, nimirum Græcos per eas, παροιμιάζεσθαι τὸ παροιμιῶδες. Quæ sunt igitur ad id accommodata verba? Dicam. si prius Quintiliani locum ex libri 8. cap. 3. protulerorum quo hęc scribit, Et si quid periculosius finxisse videbimur, quibusdam remediis pręmuniendum est, Vt ita dicam, Si licet dicere, Quodammodo, Permitte mihi sic. Quod idem etiam in iis quæ licẽtius trãslata erunt, proderit, quę nõ tuto dici possũt. In quo non falli iudicii nostri, solicitudine ipsa manifestum erit. Qua de re Græcũ est illud elegãtissimum, quo præcipitur ita, παροιμιάζεσθαι τὸ παροιμιῶδες. Hæc ille: afferens præceptum ex 3. vt opinor, lib. Rhetor. Aristot. sumptum. ibi enim legũtur hæc verba. ἔστι δ' ὅπερ παρὰ τὸν ἰαμβοποιὸν τὸν Στησίμβροτον. διὸ χρὴ αὐτῷ αὐτῷ παροιμιάζεσθαι. Porrò hæ quæ ab illo, Fabio dico, proferuntur exemplicausa formulæ, Vt ita dicam, Si licet dicere, &c. respondent his, ὡσανεί φασιν, & οἱονεὶ, & εἴ τις τῶν εἰπεῖν τὸν τρόπον, & εἰ δεῖ τὸ ξενικώτερον λέξαι. quę quidem sunt (vt ait Dionysius Longinus authores citans Aristotelem & Theophrastum) μαλακώματα τῆς ἁπλοῦς μεταφορᾶς, id est, mollitiones vel prœmollitiones audaciũ metaphorarũ. Quibus subiũgit hęc, ὁ γὰρ τοιοῦτος, φασὶν, ἴσως τὸ πάλαι (sed ὅτι τοιοῦτος aut παροιμιάζεσθαι legendũ videtur) aliudes fortasse ad ea ipsa Aristotelis quæ antè protuli verba: omnis hyperboles remedium esse

esse dicentis illam προοιμιολογίαν. Cæterùm quum prolatis illis μυριάσι exemplis, addat continuò, πρὸς, ἃ δὲ ἐνεστήμασι, χαίρει ἰδίᾳ τὰ πλησίον, videtur ἐνστασιωτὸν vel potius ἐνστασιωτικὸν in illis etiam constituere. Quibus ea respondere quæ Quintilianus affert, vt ad præmunientem quid periculosius finxisse videbimur, accommodata, modò à me dictum est. Vnde consentaneum esse existimo vt easdem ἐνστασιωτικὰς vel προεντιμηματικὰς (id est προεντιμηματίζειν) ac præmolitionis siue præmunitionis censeamus esse formulas. Ac re vera, qui dicit, Si tamen mihi ita loqui conceditur, Si tam audax verbum mihi pronunciare licet: suam ipsemet audaciam veluti præcatigans (προεντυγχάνει τῷ πλημμελεῖ) eius veniam quodammodo petere videtur. At qui ita præfatur, Vt aiunt, Vt antiquum ait dictum, Vt vetus verbum vsurpem: nō protinus existimandus est has adhibere præfatiunculas, quòd prouerbio vel obscuriore vtatur, vel duriore. Quis enim non videt Græcos pariter & Latinos eas prouerbiis illis attexere, quæ & apertissima sunt, & ne delicatissimas quidem aures offendere vllo modo possunt. Ac tātum abest profectò vt quoties hęc legimus, προεντιμηματίζειν causa posita existimare oporteat: vt sæpe ad concilīandam fidem aut adiungendam dignitatem orationi adhibita esse credere debeamus. Sunt enim quædam tāquæ authoritatis prouerbia, vt oraculis etiam comparentur, ex quorum numero qui aliquod vsurpaturus, ita præfatur, iuxta prouerbium: perinde est ac si diceret, Iuxta oraculum. Synesius in quadam ad fratrem epistola, ἔχθει τοι πάνυ λαμπρὸς στωμυλμὸς τῇ μοιμία. μᾶλλον δὲ τοῖς χαίρουσι. χρήσιμος δὲ αὐτοῖς ἐδόκει, πάσας οἶδα, τὸ, Οὐδὲν ἁμαρτεῖν ἔστιν ἡμῖν ἑλληνίζειν, quæ paræmia (vt hoc obiter admoneam) ex prætermissis ab Erasmo vna est. Quid tādem est ergo προεντιμηματίζειν τὴν παροιμίαν, si hoc non est, quæ sunt ad hoc accommodatæ loquendi formulæ? Nimirum tales qualis illa est apud Ciceronem, Sed vt in prouerbio est (etsi humilius dictum est, tamen consimile est, lōpas, vt ita dicam, mihi videntur dissoluere. Sic Græcus quidam author, ne videretur ignorare quale id esset quo vtebatur prouerbium, sed ostenderet se sibi cōscium esse, illud ex vulgi face petitum se vsurpare, dixit, ᾗ πάνυ σφόδρα παροιμιῶδες. Inter προεντιμηματίζειν formulas annumerari possunt, meo quidem iudicio, & istæ, ἵνα τί μὴ παίζω δὲ οἷς λέγουσιν οἱ παίζοντες, quarum posterior ex earum est quæ ab Erasmo recensentur numero. Idem valent & hæc verba, vbi vsitata orationis forma τῶν δὴ τὸ παιζόμενον. vt apud Plutarchum, ἀφεὶς δὲ ἃ φασὶ τὸν σαρὸν, ἄλλα ἔχοντα νέον ἐξ ἑαυτῆς ἄγειν δὴ τὸ παιζόμενον ἐκ τῶν βοῶν ἔστι μισθὸς λαμβάνειν, τοῖς ἀληθῶς ἐκ τῶν σωμάτων. Huc pertinent illa, ἃ καὶ ἐν τοῖς παροιμίαις ἐν ὑγιαίνουσιν εἰσιν. item hęc, ἃ δὴ τὰ παροιμιωδῶς λεγόμενα ἐν διανοίγουσι κλῇθρα. positus videlicet per parenthesin his verbis, εἰ ἐν ὑγιαίνουσιν εἰσὶ τοῖς, & εἰ ἐν διανοίγουσι κλῇθρα. Sunt & alij προεντιμηματίζειν modi, quos aliis quærendos apud authores relinquo. Hoc saltem probatum satis esse puto, ex omnibus formulis quas, tanquam eius exempla, Erasmus citat, vel nullam, vel vnam tantùm ad eam pertinere.

CHILIADIS PRIMAE CENTVRIA PRIMA.

Amicorum communia omnia.

PROVERB. 1.

† Vide Heptagonum & symbola Pythagoræ, Erasmi symbola Pythagoræ lib. Giraldi.

A Κοινὰ φίλων, κατὰ, id est, Amicorum communia sunt omnia. Quoniam non aliud hoc prouerbio neque salubrius, neque celebratius, libuit hinc adagiorum recēnsionem velut omine felici auspicari. Quod quidem si tam esset fixum in hominum animis, quā nullis non est in ore, profectò maxima malorum parte vita nostra leuaretur. Ex hoc prouerbio Socrates colligebat, omnia bonorum esse virorum non secus quàm deorum. Deorum, inquit, sunt omnia. Boni viri deorum sunt amici. Et amicorum inter se communia sunt omnia. Bonorum igitur virorum sunt omnia. Refertur apud Euripidem in Oreste,

Omnia bonorum virorum sunt.

κατὰ γὰ τὰ τῶν φίλων,

id est,

Inter meos amicos cuncta sunt communia.

Idem in Phœnissis,

—κατὰ γὰ φίλων ἔχει,

id est,

Communis omnis est amicorum dolor.

† *Sunt tria quæ prudens non cedat animus animo.*
Sunt tria quæ haud vsquam permittat amicus amico.
Sunt tria quæ nusquam prudens concedat amicus,
Ensis, equus, mulier: cætera κατὰ φίλων.

Idem in Andromacha,

φίλων γὰ οὐδὲν ἴδιον· οὐ τοῦτο φίλον
Ὀρθῶς πεφύκασ', ἀλλὰ κατὰ χρήματα,

id est,

Nam verò amicis proprium prorsus nihil:
Sed inter ipsos cuncta sunt communia.

Terentius in Adelphis, Nam vetus quidē hoc verbum, amicorum inter se communia esse omnia. Testantur & apud Menādrum fuisse in eadem fabula M. Tullius lib. Offic. 1. Vt in Græcorum, inquit, prouerbio est, Amicorum esse omnia cōmunia. Citatur & ab Aristotele lib. Moralium 8. & à Platone de Legib. 5. Quo loco conatur demōstrare, felicissimū reipub. statum, rerum omnium communitate constare. πρώτη μὲν τοίνυν πόλις τε ἔσται πολιτείᾳ ἡ τοιαύτη ἄριστα, ὅταν τὸ πόλεως λεγόμενον ὑπὸ πάντων ὅτι μάλιστα ἡ γένηται· ὑπὸ δὲ τοῦτου πόλις ἔστι μάλιστα ἀγαθὴ ἡ ὡς ἔνεστιν ἔστι κατὰ τὸ φίλων. id est, Prima quidem igitur ciuitas est & reipublicæ status, ac leges optimæ, vbi quod tam olim dicitur, per omnem ciuitatem quàm maximè fieri potest obseruabitur. Dictum est autem verè, res amicorum communes esse. Idem ait, felicem ac beatam fore ciuitatem, in qua non audirentur hæc verba, meum & non meum. Aristoteles lib. Polit. 2. temperat Platonis sententiam, volens possessionem ac proprietatem esse penes certos: cæterùm ob vsum virtutē & societatem ciuilem, omnia communia, iuxta prouerbium. Martialis lib. 2. iocatur in quendam Candidum, cui semper in ore fuerit hoc adagium, quum alioqui nihil impertiret amicis:

Felix Respub. quæ Platonē.

† Vid. Plin. epist. 3. 4. item lib. 5. 2.

Candide κατὰ φίλων, sunt hæc tua Candide nobis,
Quæ te magniloquus mittit dilecte senex.

Atque ita concludit epigramma.

† Vide Senec. de benefic. 7. 12. Plin. in lib. 2. epist. 18. Et lib. 5. 3.

Dum nihil, & dicis Candide κατὰ φίλων.

Elegāter Theophrastus apud Plutarchum in commentariolo cui titulus, πρὸς φιλαυτίαν, Εἰ κατὰ τὸ φίλων ἐστὶ, μάλιστα δ' κατὰ τὸν τῶν φίλων τὸν τοῦ φίλου, id est, Si res amicorum communes, maximè cōuenit vt amicorum item amici sint communes. M. Tullius lib. de legibus primo videtur hoc adagiū Pythagoræ tribuere, quum ait, Vnde enim illa Pythagorica vox, τὰ φίλων κοινὰ, ἰσότης φιλίας ἐστίν. id est, Res amicorum communes, & amicitiam æqualitatem. Præterea Timæus apud Diogenem Laertium, tradit hoc dictū primùm à Pythagora profectum fuisse. A. Gellius Noctium Atticarum lib. 1. cap. 9. testatur Pythagoram, non solùm huius sententiæ parentem fuisse, verumetiam huiusmodi quandam vitæ ac facultatum communionem induxisse, qualem Christus inter omneis Christianos esse vult. Nam quicunque ab illo in cohortem illam disciplinarum receptī fuissent, quod quisque pecuniæ familięque habebat, in medium dabant. quod re atque verbo Romano appellatur κατοίκιον, id est cœnobium, nimirum à vitæ fortunarúmque locietate.

Res amicorū communes.

Pythagoræ huius auctor adagij.

Communitas primorum Christianæ Reipub. bonorum. κατοίκιον.

† Liber hic adagiorum, quem solium Mercurij & Minervæ logothecam cum Budæo possum nominare, permultas res, certéque varias complectitur ex omni autorum veterum genere haustas, quæque ad vniuersæ sapientiæ rationem pertineant: Cui quidem eruditæ farragini, & quasi bonorū messi si quid vltrò adiiciendum putamus, id eo pacto vel sub ea exceptione cautum volumus, vt ne quis temerè vellicet quod ad iuuanda philologorum studia certò cōstat esse comparatum, sed in eorū gratiam imprimis qui locos communes, quos appellant, hoc est solidæ fixæque doctrinæ seminaria, & vt prima fundamenta posituri sunt. Placet itaque adagia quędam accessionibus fortè non pœnitendis illustrare, multa locupletare, nonnulla emendare.

† Vide locum Cic. 1. de legib. Rerum communitas Platoni probata.

re,vel tanquam obelo transfodere, & ab eo incipere quod pro felici auspicio, in fronte huius operis primũ legitur,Amicorum omnia communia.

†Cuius vim bellè est assecutus Aristot.8.de moribus τὸ πᾶσι φίλον τοῖς κοινὰ, inquit. Inter quos.n. nihil est cõmunẽ,in iis nec amicitia,nec iustitia esse potest, Inter dominum & seruum amicitia non est,quia ratione seruus est:sed qua homo.dissimilis enim est seruus,quia seruus est,similis autem quia homo. In communicando quitè posita omnis amicitia est.Hæc illic Cõuenit hucc Tullius defensione pro Amerino Idcirco am citiæ cõparamur,ait,vt commune commodum mutuis beneficiis gubernetur Qui amicitiæ fidem lędit,is oppugnat omnium commune præsidium, & quantum in ipso est, dilurbat vitæ societatem.Seneca de beneficiis 7.cap 4. Dicuris sapienti posse donari,id autem me icito & de amicis interrogare. Omnia dicitis illis esse communia: ergo nemo quicquã amico donare potest: donat enim illi communia. Nihil prohibet aliquid sapientis esse,& eius qui possidet,Idem cap.12.lib.eiusdẽ. Primùm omnium iam efficiam, vt quibus est iste qui me in societatem vocat,sciat se nihil mecum habere commune.quæres quia hoc consortium solum inter sapientes est inter quos est amicitia.cęteri nó magis amici sunt, quam socij.Idem & epist.48. Mihi idem expedit quod tibi, aut nó sum amicus,mihi quicquid ad te pertinuent,meũ est. Consortium rerum omnium inter nos facit amicitia, nec secundi quicquam singulis est,nec aduersi in commune viuitur.Potest quisquã beatè degere qui se tantũ intuetur,qui omnia ad vtilitates suas conuertit? Alteri vivas oportet,si tibi vis viuere. Hæc securitas sanctè, diligentérque obseruanda est,quę nos omnes omnibus miscet, & aliquod esse commune ius generis humani. Plurimum ad illam quoque, de qua loquimur,interiorem societatem amicitiæ colendam proficit. Omnia enim cum amico cõmunia habebit, qui multa cum hómine. Hactenus Seneca Diogenes apud Laertium lib. 6.cùm se multis rebus egere intelligeret, ab amicis nó tam petere,quam repetere solitus erat. Quod cùm reprehenderetur à quibusdam,quia id à philosophica dignitate videretur,dicebat se quasi creditum pecuniam exigere, aut certè commodatam, vel depositam.Amicum enim egenti amico donantẽ aliquid, non tam dare,quàm reddere, quia πάντα φίλων κοινά.

Plinius Cæcilius 1. epistol.4. Pompeæ Celerinæ socerui.Non mehercule tam mea sunt quę mea sunt,quàm quæ tua.Hoc tamen differunt,quod solicitius,& intentius tui me,quàm mei recipiunt.Idem lib.6.28.Pontio: Dices oportere me tuis rebus, vt meis vti.etiam.sed perinde illis,ac meis parco.Ep. 12. Minutio: Libellum formatum à me,ficut exequeris,qui amicus tuus, imò noster:quid enim non commune nobis:Non importunè,meo quidem iudicio, conferenda huc videtur epistola Symmachi 39. libr.4. ad Minervium commendatitia:Aura Hauianum dominum,& filium meum,quantum me velle interpretaris,& si fieri potest, certamen mecum de amore eius ingredere. Gaudebo si viceris. Sed hoc mihi tunc probabitur, cùm & ipse te colere supra mensuram diligentiæ meæ cœperit. Nam si amicitia de multis constat officiis, facile erit vt ex illius animo tuum metiar.Sic Symmac. At Epicurus, vt id postremò, cùm de rerum communione disputaret, permultùm improbabat.Pythagoreorum morem,qui cùm dicerent amicorum omnia esse cómunia, iubebãt suos quicquid habeant, in cómune deponere. Id enim esse diffidentium arbitrabat,non verè amicorum. Qui enim seriò amicus est,is quicquid habet, habeo pro meis non minus ac si depositum sit.At qui diffidit,veri amici munus exequi non potest.Sed id quicquid sit, sapientem calculis puto committendũ.tãtum meminerimus quod & ioculariter apud nostros iactatur, omnia amicorum cómunia,tribus exceptis, vel tessellæ anonymi cuiusdam carmine:

Sunt tibi quæ nusquam vel amicus credat amico,
Eius equus,mulier,cętera nempe φίλων.
Eu,si hebetasset,equum veterasset,femina turpis
Efficitur,zeuchum siccibus passa viris.

Amicitia æqualitas. Amicus alter ipse.

†Tiraq.in 5. leg. connub. fol.111. & de iure primog.fol. 462.num.9. *Amicus,alter ipse*

Hæc quoque ad Pythagoræ authorẽ referunt, quòd eandem cõsectantur sententiam, τὴν φιλίαν ἰσότητα εἶναι, ἢ μᾶλλον ἰσότητα τὴν φιλίαν, ἕτερον αὐτόν. id est, Amicitiam æqualitatem esse,& eandem animam. Et, Amicum, alterum ipsum.Neque enim quicquam non commune,vbi fortunarum æqualitas:neque dissentio,vbi idẽ animus: neque dissentium,vbi consentaneus duorum in vnum. Aristoteles magnorũ Moraliũ lib.2. ἴσον δὲ καὶ ὅμοιον σοφῷ φίλον εἶναι φασὶν, μία φασὶν ψυχὴ δύο ἑταίρων εἶναι τύχας. id est, Quoties volumus vehementer amicum dicere,vnã,inquimus,animam ac huius.Idem eodem libro, ἔστι γὰρ ὁ φίλος ἄλλος ἐγώ. id est, Est enim, vt dicere solemus,amicus,alter ego Plato libro De legib. sexto, citat tãquam vetus dictum.& ceu proverbio iactatum. παλαιὸς γὰρ ὁ λόγος ἀληθὴς ὢν, ὡς ἑταίροις μὲν φίλοις τὰ μέγιστα ἀγαθὰ, καὶ ἑαυτοῖς ὁμοίοις ἐστὶ τὰ αὐτά. id est, Nam vetus illud verbum & verè & eleganter dictum est, æqualitatem amicitiæ authorem esse. Neque tamen id tenuit Plato,iuuenibus ac senibus,doctis atque indoctis, stultis ac sapientibus, robustis ac debilibus omnia æqualia exhibenda esse, sed cuique pro sua dignitate distribui oportere.Aliquoquemadmodum ait nobis Plato, τοῖς ἀνίσοις τὰ ἴσα ἀνίσως γίγνεται ἄν. id est, Inæqualibus æqualia, erunt inæqualia. Et vt summum ius in summam iniuriam vertitur,ita summa æqualitas,summa fit inæqualitas.Quemadmodum festiuiter dixit Plinius,æquanitate in ferendis sententiis nihil inueniri posse inæqualius. Quanquam hoc quoque quidam ex Homero sumptum existimant, apud quem est illud aliquoties, ἴσον ἐμὶ κεφαλῇ. id est, Æque atque meum ipsius caput. Nec ab hoc dissidet Hebræorum lex,iubens vt proximum perinde vt nosmetipsos diligamus.Atque hæc omnia Aristoteles lib.Moralium 9. prouerbii titulo citat.

† Habet adagium hoc quædã cum superiore proximo communia,sed nos etiam nonnulla peculiaria sublegere conabimur, non vt certemus diligẽtia cùm primo collectore,studij indefessi homine,sed vt ipsi.egia nostra studiosis adprobemus.Amicus est alter ipse,hoc φίλος ἕτερος αὐτὸς, aut Aristot. 9 Moral.Nicomach. οἱ φίλοι γὰρ τὸ πλέον μάλιστα ὄντες ἴσοι εἰσίν. Amicis optandũ est imprimis conuiuere communicatio enim est amicitia.Idem rogatus quis amicus esset, ὁμοίου, φησὶ, καὶ ἴσου φίλου, refert Laert.Quid dulcius,quam habere eum, cum quo sic omnia loqui audeas,vt tecum. Aduersas verò res ferre difficilè esset, sine eo qui illas grauius etiam quam tu,ferret Tull.in Lęlio.Idem 1.de offic. Ea est iucundissima amicitia quàm morũ similitudo coniugauit. Videtur & huc sane respexisse Lde finib.Sunt qui dicãt fœdus quoddã esse sapientiæ, vt ne minus amicos quidem,quàm ipsos diligant. Sallustius in Iugurtha:Cupere eadem,eadem odisse,eadem metuere homines ut plurimum cogũt, sed hæc inter bonos amicitia,inter malos factio est. Idẽ Catilinario:Idem velle,atque idem nolle,ea demum firma est amicitia. Quem Sallustij locum æmulatus est B Hieronymus ad Ruffinum: In amicitiis, non res quæritur(ait)sed voluntas, quia & alterum ab amicis sæpe præbetur,alterum sola charitas tribuit Eadem velle,& eadem nolle firma amicitia est.Seneca epist.2.Si aliquem amicum existimas, cui non tantũ credis,quantũ tibi,vehemẽter erras,& non satis nosti vim verę amicitię.Et epist.3 Illud dulcissimum & honestissimũ nque, idẽ velle,idemque nolle.Quam & ad rem præclarè D.Augustinus 3. Cõfessionum.Qui amat,non laborat,omnis enim amor non amantibus, grauis.solus amor est qui nomẽ difficultatis erubescit. Amicitia est dulcis propter vnitatem in multis animis. Bene quidã de amico suo,(Horatium intelligit) dixit Dimidiu animæ meæ. Nam ego senti animã meam in duobus corporibus propter vim scilicet amoris & ideo illo mortuo horaria mihi vita erat:sed ideò fortè mori metuebam, ne totus ille moreretur Celebris est Plutarchi locus in Antonio de Areto philosopho, quê sit magno in honore habitum ab Augusto, Alexandriam ingresso post victoriã Actiacũ.dixit enim imperator se parcere Alexandrinis propter vrbis conditorem Alexandrum, tum eius pulcritudinem,poltremóque ob amicum Artium.Martialis,vt passim acritus, & dixit, ad Marcum significat se inæqualitatem in amicitiis ferre minimè posse.Sic enim lib.6.

Quod non sit Pylades hoc tempore nec sit Oreſtes,
Moraris?Pylades Marce,bibebat idem.
Nec mulier passa,turbidúe dabatur Orestli,
Sed par,atque eadem cœna duobus erat.
Tu lacrima torsa,me pascit aquosa Peloris,
Non minus ingenua est quam tua Marce gula.
Te Cadmæa Tyros,me pinguis Gallia vestit.
Vis te purpureum Marce,cœnatus amem?

Et Plin.iunior 2.epist.6.tordidum quendam, alioqui diuitem quendã festiue taxat qui inæquales gradus in amicitia faceret. Accidit,inquit,vt domo minime familiaris cenarem apud quendam, vt sibi videbatur, lautum

† *Idem de domas.fol.88. 89. Amicus, anima una.*

Plin.2.12.Idē 5.1.in fine.idē lib.4 epist.15. Æqualitas Platoni quoliter accipienda.

Summa æqualitas parit inæqualitatem summam.

† *Plin.6.ep. 28.*

† *Plin.2.12. epist.Amicus, alter ipse,Tiraq. de pan. temp. aut remitt.fol. 304. num.11.*

† *Idem Plin. 7. epist 12. amicus tuus, immò noster,quid enim non commune nobis. Proximi vt nos diligere.*

sauerũ & diligentem: vt mihi simul & sordidum, & sumptuosum. Nam sibi & paucis opima quædam, ceteris vilia & minuta ponebat. Vinum etiam paruis lagunculis in tria genera descripserat, nõ vt potestas eligere di. ted ne ius esset recusadi & aliud sibi & nobis, aliud minoribus amicis (nam gradatim amicos habet) aliud suis, nostrisq. libertis. Animaduerte qui nisi proximus recũbebat, & an probarẽ interrogauit? Negaui. Tu ergo, inquit, quam consuetudinem sequeris, eadẽ omnibus pono. ad coenam enim, non ad notam inuito, cunctisque rebus exæquo quos mensa & tauros æquauit. Etiamue libertos: etiam conuictores enim tu. c nõ libertos puto. Et ille: magno tibi constat. minimẽ. qui fieri potest? quia scilicet liberti mei non idem, quod ego bibũt, sed idem ego quod liberti. Et herclè si gulæ temperes, non est onerosum quo vtaris ipse communicare cum pluribus domesticis, meminẽto nihil magis esse vitãdum quã istam luxuriæ & sordium nouã societatem, & cæli. Æqualitas ergo in amicitia est, si verè amicitia dicitur: nam & id amici verbum, pura Latina lingua vsurpatũ arguit, vt Mæcenas sæpe ab Horatio amici nomine appellatus, sic enim 1. Epod.

Ibis Liburnis inter alta nauium,
Amicæ propugnacula.

Idem Satyr. 5. lib. 1.

Dissimile hoc illi est, quia non vt forsan honorem
Iure mihi nudeat quouis, ita te quoque amicum.

Ibidem,

—Iubicem dicere non hoc
Nec possum casu quod tu fortasse amicum.

Et lib. 2. Carm. 18.

—Nec potentem amicum
Largiora flagito.

Dispares ergo conditione, æquales amicitia facit: quod idem passim obseruare licet tu me! o. is noctq auctorib.

PYTHAGORAE SYMBOLA.

Pythagoræ symbola quæ.

Sed quandoquidem in Pythago, ç mentionem incidimus, non grauabor & reliqua illius symbola, priscis illis oraculorum instar celebrata, adscribere, quæ quidẽ in præsentia licuit apud Græcos inuenire scriptores. Nam ea tametsi primæ (quod aiunt) fronte, superstitiosa quæpiam ac deridicula videantur, tamen si quis allegoriam eruat, videbit, nihil aliud esse quàm quedã rectè viuendi præcepta. Nihil enim opus est Tyrrhenorum imitari superstitionem, qui hoc etiam citra vllam allegoriam obseruant, vt testatur in Sympoſiacis Plutarchus. Idem in vita Numæ tradit quædam huius generis symbola Numæ conuenisse cum Pythagoricis.

Ne gustaris quibus nigra est cauda.

Μὴ γεύεσθαι μελανούρων. id est, Ne gustes ex iis quibus est nigra cauda. Interpretatur Plutarchus in commentariis De liberis instituendis, Ne commercium habeas cum improbis, & iis qui sunt nigris ac infamibus moribus. Tryphõ gram naticus inter æniginatis exempla hoc quoque commemorans, interpretatur hoc modo, μὴ συνδιάγειν μὲ πονηροὺς· τὸ γὰρ μέλαν ἐν τοῖς ἰχθύσι μάλιστα μοιχείαν ἢ ἁμαρτίαν. id est, Ne mendacem sermonem protuleris. Mendacium enim in extremis partibus nigrescit & obscuratur. Quidam ad sepiam pilcem referunt, qui atramento quod in exuda gestat, semet occulit. Quanquam Plinius lib. 32. cap. vltimo, Melanurum inter pisces recenset, & quum de sepia multa prioribus libris disseruerit, vt videatur non idem esse piscis Melanurus & Sepia. Theodorus Gaza Melanurum Oculatam vertit, quem pilcem nominat tantùm loco quem modò indicauimus.

Infames mores.

Mendacium fœdissimum.

† *Vide in ne. Leonard. fol. 93.*

Stateram ne transgrediaris.

Μὴ ζυγὸν ὑπερβαίνειν, id est, Stateram ne trãsilias. hoc est, Ne quid facias præter ius & æquum. Nam stateram olim æquitatis symbolum habuisse vulgò, vel Dorcum illud prouerbium indicat, τὸν ζυγὸν διανοεῖται. id est, trutina iustior. Ad eum modum interpretatur Demetrius Byzantius apud Athenæum libro Dipnosophistarum decimo.

Stateræ, symbolo sublatum.

Chœnici ne insideas.

Χοίνικι μὴ ἐπικαθέζεσθαι, id est, Chœnici ne insideas. Interpretatur diuus Hieronymus, De victu ne fueris solicitus in diem crastinum. Est enim chœnix demensum, & cibus diurnus, vt apud Homerum Odysseas 7.

ὁ γὰρ ἀνὴρ ἀτέμβει ὃς κεν τὰδε γ

Chœnix.

Χοίνικι δ' ἀνδρὶ,
id est,
Namque operæ immunem haud patiar quicunque meam
vnquam
Chœnica contigerit.

Eodem pacto Laertius & Suidas exponunt. Porrò seruis olim cibus diurnus chœnice distribuebatur, vt illi vicissim operis pensum persoluerent quam ob causam Apollo Pythius Corinthios χοινικομέτρας appellauit, quòd seruos possiderent quadragies texies mille. Demetrius Byzantius apud Athenæum interpretatur, non oportere spectare tantum quæ præsentis diei sunt, quin crastinum semper esse expectandum, propemodum cũ Plutarcho in Sympoſiacis consentiens. Ego certè opinor Pythagoricum hoc ænigma sumptum ex Homeri loco quem modò citauimus, ingulucatque, non oportere per inertiam otium & cibum alienum lectari, sed suã quemque industria sibi parare facultates, quibus mũditiem vitæ sustineat. Parasiticum enim ac sordidum, aliena viuere quadra, nec vllam artem callere, qua possis *aliunde* viuere. Notat id Homerus etiam in Iro, quum ait Odysseæ σ,

Xenophontæ.
Athen. lib. 6.

Cibus alienus non sectandus.

—μετὰ δ' ἤπτετο χερσὶν ἑκάστην,
Αἰτίζων φιλέων τε· πίθον δέ οἱ οὐκ ἐπὶ βίῃ. Odyss. σ.
id est,
—sed ventre insignis inerti
Assidue bibere atque edere. est industria nulla,
Nullaque vis adest.

Nec abhorret hinc illud Pauli Apostoli, ne ipsum quidem incelebre vulgo, *Qui non laborat, nec manducet.* Quũ nobis adornaretur ista, ni fallor, Chiliadum editio, nempe anno, ab orbe redempto, millesimo quingentesimo decimoseptimo, commodum in lucem exit opus antiquarum lectionum Ludouici Cælij Rhodigini, de quo quid in totum sentiam, non habeo necesse nunc ferre sententiam. Tametsi ipse operis gustus (nam delibaui duntaxat) protinus arguit hominem inexplebilis legendi auiditate per omne genus authorum circumuolitantem, & ex retextis aliorum sertis nouas subinde corollas concinnare gaudentem. Quod autem Georgij Vallæ, Volaterrani, neique nusquam, quod quidem compererim, admiscuerit mentionem (quorum tamen commentarius nonnihil adiutum fuisse probabile est) scio iudicio factum, non liuore: etiamsi hoc ipsum tractans symbolum, negat se quicquam adferre velle in medium, quod in aliorum commentarius rebulliat (hic enim ille loquitur) quum non pauca adducat quæ in meis Chiliadibus reperio. Nec enim arbitror ad me pertinere quòd ille gignit etiam prouerbia: sed cuiusmodi Chiliadas texentes explere possis, si fors ea res cordi sit. Vbi plusculum otij contiget, non grauabimur attentius etiam obseruare si quid hinc sit quod ad nostrum hoc institutum pertineat, haud quaquam hominem sua laude fraudaturi si quid cõtulerit. Cæterum quod ad huius ænigmatis explanationem attinet, nomine fugit quid de chœnice deque itragulis conuoluis diuinauit ille, cuius equidem commentum in præsentia nec probo nec refello. Mihi certè non libeat ad istum diuinare modum, si quid alioquin à probis authoribus suppeditetur. quæ præsidia simulatque nos defecerint, tum fortasse diuinabimus & ipsi: sed ita, vt in huiusmodi rebus non multum operæ seriæ ponamus. Quorsum enim attinet anxiè disquirere quid sentiat is qui data opera curauit ne posthac intelligi. Quum hæc scriberem, ex eruditorum literis cognoui, Rhodiginum obiisse supremum vitæ diem, non sine graui dolore studiorum & iactura studiorum. Narrant enim qui illum domesticè norunt, fuisse virum integritatis Christianæ, nullo studiorum labore fatigabilem, quum ad extremam senectutem peruenerit. Itaque tot virturibus facile condono si minus candide de nobis sensit. Plus enim apud me valet publica studiorum vtilitas, quam mei nominis ratio.

In Cælij Rhodigini Antiquas lectiones digressio.

Rhodiginus mortuus, cum hæc scriberẽtur.

Ne cuiusuis dexteram iniicias.

Μὴ παντὶ ἐμβάλλειν δεξιάν. id est, Ne cuiuis porrigas dexteram. hoc est, Ne temerè quemlibet in familiaritatem admittas, sed de iis quem diligas. Idem citatur atque exponitur à Plutarcho ἐν τῷ περὶ τοῦ πολυφίλου. Conuenit cum illo Solonis apophthegmate, quod ex Apollodoro refert Diogenes Laertius, Φίλους μὲν ἐχέτω πολλοὺς, ἀλλ' οὐδένα πολέμιον. id est, Amicos habeto quàm plurimos: quos autem paraueris, ne spernito.

Non est cuiuslibet familiaritas tam cito appetenda.

Arctum anulum ne gestato.

Non opus est se conuincere in seruitutem.

Μὴ φορεῖν τὸν δακτύλιον, id. Arctum anulum ne gestato. hoc est, interprete diuo Hieronymo, Ne vxeris anxie & ne temere in seruitutem conicias, aut in eiusmodi vitæ institutum, vnde te non queas extricare. Siquidem quisquis anulum angustum gestat, is sibi quodammodo vincula inicit.

Ignem ne gladio fodito.

Non lacessendus iratus.

Πῦρ σιδήρῳ μὴ σκαλεύειν, id est, Ignem gladio ne fodito. hoc est, Iratum percitum ne lacessas, quin magis concedere conuenit, & blandis verbis tumidum animum placare. Ita diuus Hieronymus, & apud Athenæum Demetrius Byzantius. Diogenes Laertius exponit, potentium & ferocium iracundiam non esse conuitijs exagitandam, propterea quòd flammæ quo magis exagitatur, hoc magis atque magis inualescit. Neque dissentit ab hoc interpretamento Plutarchus. Quanquam Plato libro De legibus sexto sic vsurpauit, vt de iis dici solitũ videatur qui frustra moliuntur quod effici nullo pacto queat: ostendens id lusus genus quoddam fuisse, vt igne gladio dissecarent. Ad eundem ferme sensum retulit diuus Basilius in epistola ad nepotes: vt idem sibi velint, Ignem gladio dissecare, & Cribro hausire aquam. Huc nimirum alluſit Lucianus in secundo Verarum narrationum libro, quum ex insulis fortunatis dimitteretur, fingens se à Rhadamãtho admonitum, vt siquando rediret in hunc nostrum orbem, tria quædam obseruaret, μὴ πῦρ μαχαίρᾳ σκαλεύειν, μήτε ξένον, μήτε πολίτην ὑπὸ τὴν ὀκτωκαιδέκατον ἔτος ἐν τιμὰς ἄγειν, id est, Ne gladio ignem diuerberaret, ne lupinis vesceretur, ne se puero decimumoctauum annum egresso adiungeret. Siquidem horum meminisset, futurum vt aliquando ad eam insulam reuerteretur. Horatius hoc dicto videtur indicare crudelitatem cum insania cõiunctam. Amor enim per se furor est, qui si erumpat in pugnas ac cædes, ignis gladio perfoditur. Libro Sermonum secundo, satyra 3.

Principes non sunt exiguandi conuitijs.

Lusus genus, ignem dissecare gladio.

--hus adde furorem,
Atque ignem gladio scrutare.

Cor ne edito.

Curis non excruciandus animus.

Μὴ ἔσθιε τὴν καρδίαν, id est, Cor ne edito. hoc est, Ne curis tuum ipsius animum excrucies. Ad hunc modum enarrat Demetrius Byzantius apud Athenæum. Aut, Ne solicitudinibus vitam teddas breuiorem. Aristoteles enim lib. De partibus animalium tertio narrat, cor esse fontem omnium sensuum, vitæque ac sanguinis. Aristophanes in Nebulis,

Ὀργὴ δὲ θυμὸν δακὼν τέρψει, id est,
Animum tamen mordens meum, sic inquam.

Item Theognis,

Καὶ θάρσεα θυμὸν ἔχειν, καὶ δίχα θυμὸν ἔχειν, id est,
Et rodere mentem, simulque animum amouere.

Videtur ex Homero sumptum, apud quem est Iliados ζ

Ἕκτωρ δ' οὐκέτι μίμνε βαλὼν ὀλοὸν σάκος ὤμῳ,
Οὐ θυμὸν κεκόρεσθαι, πάλιν δ' ἀίξασκε κιόντα. id est,
Solus at ille quidem vacuum cor habet in agris,
Corradens curis, hominum vestigia cernens. Et ω,
Σὸν δ' ἔβρυχε νόημα, id est, *tuum edit cor.*

Item Odyssex τ.

Ἐννῆμαρ δύο νύκτας, δύο τ' ἤματα συνεχὲς αἰεὶ
Κείμην· ἐν δ' ἔμπλητο φίλον κῆρ ἄλγεα πάσχων, id est,
Per soles nouemque duas contendimus vsque
Rodentes animum curis simul atque labore.

Idem Iliados α,

--σὺ δ' ἔνδοθεν θυμὸν ἀμύξεις, id est
--tu intus præcordia rodes.

ANIMAD. HENR. STEP.

V. Quæ de θυμὸν] Ponit hic Erasmus duo θυμὸν δάκνειν & θυμὸν ἔσθειν siue κατέσθειν, tanquam similia: vt videlicet ἔσθειν καρδίαν cum vtroque horum conueniat. at ego cum posteriore, non item cum priore conuenire existimo. Nam ἔσθειν τὴν καρδίαν siue θυμὸν ille demum dicitur, qui tale totum mœrori tradit, vt ea paulatim, quasi lenta quadam tabe, ablumatur: at verò δάκνειν καρδίαν, siue θυμὸν, siue ἧπαρ dici potest qui ad breue tempus dupotarat vel etiam ad momẽtum temporis angatur. Et quòd eleganter dicunt Latini Vrere quempiam facto, vel dicto (vt siquis in eum scommata iaciat) id pari elegantia dicunt Græci δάκνειν: eúmque qui ita vratur, δάκνεσθαι. Sic Plutarchus dixit, αἱ τῶν παιδιῶν καὶ σκωμμάτων δῆξεις. hic idem, λόγῳ δακτὸν καὶ παιδιᾷ κεκαυτηριασμένον. Quinetiam ἀπὸ τοῦ δάκνειν θυμὸν compositum nomen δυσθύμων, & inuerso vocum ordine θυμοδακὲς. vt apud Anacreontem, δακεθύμιον λέγοντες, & apud Homerum θυμοδακὲς μένος. Iulianus Imperator in quadam oratione, τοσαύτην ὁ χρόνος λοιδορίαν, καὶ θυμοδακῆ κατασκεδάννυσι, καὶ ἀμείνονα ἔμπλεω μᾶλλον ἢ πάντων χρόνων. Vbi obterua θυμοδακὴς & ἀμείνων ἔμπλεως pro eodem posita, vtrũque ex Homero. Expressit autẽ Græcum verbum Horatius eadem in re, quum dixit, Moderat opprobrijs satyras. Sed & Terentius ac Cicero non Mordere solùm, sed & Pungere (quod planè τὸ ἀμύσσειν respondet) ita vsurpant. Sic & Ouidius, Mordeat ista tuas aliquando cura medullas. quòd rectè dixeris, δακέτω σε τὸν σὸν θυμὸν, at malè, δάκνει σε τὸν σὸν θυμὸν, siue ἔσθει τὴν καρδίαν. Denique quisquis ἔσθει, πάλιν ταυτὸν καρδίαν, is & δάκνει, sed non contra.

Suffragia per fabas lata.

Legumina Venerem excitantia.

Pythagoras fabis vsus.

Fabæ quare interdictæ.

Edere fabas?

Fabarum religio, apud Aegyptios.

Fabæ, luctu funesta.

A fabis abstineto.

Κυάμους ἀπέχεσθαι, id est, A fabis abstineto. Huius ænigmatis varia repertur interpretatio. Plutarchus in commentario De liberis educandis, ad hunc enarrat modum. Abstinendum à tractandis reipublicæ muneribus propterea quod antiquitus in creandis magistratibus suffragia per fabas vice calculorum ferebantur. Quanquam idem in Problematis diuersam adfert causam, nempe quòd omnia legumina ventum & humorem impurum adferant corporibus, atque hãc ob causam ad Venerem incitent. In eadem sententia M. Tullius item fuisse videtur, qui in lib. De diuinatione scribit ad hunc modum, Iubet igitur Plato sic ad somnum proficisci corporibus affectis, vt nihil sit quod eorum animis perturbationémque adferat. Ex quo etiã Pythagoreis interdictum putatur ne faba vescerétur, quæ res habet inflationem magnam. Is cibus tranquillitatem mentis quærentibus constat esse contrarius. Aristoxenus tamen apud A. Gellium libro quarto, capite vndecimo, refellit hanc opinionem, affirmans Pythagoram nullo legumine sæpius vsum quam fabis, quòd is cibus & aluum sensim subduceret & laxigaret. Porrò Gellius de cyamo non elitato, caulam erroris fuisse putat, quod in Empedoclis carmine, qui disciplinas Pythagoricas tectatus est, versus hic inuenitur,

Ὤμοι ἐγὼ πανάφλοις κυάμου κεῖρας ἐλάξω, id est,
Ah miser a cyamo, miser infauste dextras.

Opinati enim sunt plerique κύαμον legumentum vulgo dici. Sed qui diligentius scrutatique carmina Empedoclis arbitrati sunt, vtar enim verbis Gellianis, κύαμον hoc in loco testiculos significare dicunt, eósque more Pythagoræ operte atque symbolice κύαμον appellatos, quasi sint ὅσα τὸ κυεῖν δρᾶν ἢ αὔξειν τὸ κυεῖν, id est ad ferendum vterum efficaces, causáque ferendi vteri & generaturæ humanæ vim præbeant. Idcirco Empedoclem versu isto non à fabulo edendo, sed à rei Veneræ proluuio voluisse homines deducere. De causis interdictæ fabæ hæc ex Aristotele refert Gellius ὅτι δὲ Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ τῶν κυάμων βιβλίῳ γέγραφεν αὐτὸ ἀπέχεσθαι τῶν κυάμων, ἵνα ἐπὶ τὰς ἀρχὰς ἐπανίωσιν· οὐ γὰρ ἔστι φαγεῖν, ἐν ᾧ μὴ φθορὰ, ἐν ᾧ τοίνυν φθορὰ ἐστὶν, ἐν τούτῳ ἐγγίγνεται τὸ ἐμψυχόμενον. id est, Ait autem Aristoteles in libro de fabis, illum iussisse à fabis abstineri, quòd pudendis essent similes, vel quòd inferorum portis. vnum enim hoc legumẽ expers generaturæ. vel quod consumpat. vel quòd vniuersi naturæ simile. vel quòd ad oligarchiam pertineat. nam fabis sortiuntur. Cum eo quod postremo loco attigit Aristoteles, conuenit quorundam sententia, qui putant Pythagoram hoc ænigmate deterruisse à capessenda republica. Mihi magis etiã arridet quod addit is qui historias quas Gregorius Nazianzenus attigit, collegit, Edere fabas, qui sacro corpori ferunt suffragia. Plutarchus apud eúdem Gellium tradit, Aristotelem scriptũ reliquisse, quòd Pythagoras μήτραν καὶ καρδίαν, καὶ ἐγκέφαλον, καὶ πάντων τούτων ἄλλον ἀπέχεσθαι, id est, vulvam, cor, & marinum vertiginem, atque id genus quibusdam aliis abstinuerit. Theon grammaticus apud Plutarchum in Symposiacis narrat, apud Ægyptios tantam esse fabarum religionem, vt eas neque serant neque comedant, imò nec aspicere fas sit, Herodoto teste. Quin & apud Romanos inter funesta habebantur fabæ, quippe quas nec tagere, nec nominare Diali flamini liceret: quòd ad mortuos pertinere putarentur.

putarentur. Nam & lemoribus iaciebantur laruis, & parentalibus adhibebantur sacrificiis: & in flore earum literæ luctus apparere videntur, vt testatur Festus Pompeius. Plutarchus existimat ob id à Pythagora damnatam fabam, quòd hebetet sensus, & pariat insomnia, vel quòd animæ mortuorum sint in ea.qua de causa & in parentalibus assumitur. Vnde & Plutarchus testatur legumina potissimum valere ad euocandos manes. Varro ob hoc flaminem ea nō vesci tradit, quoniam & in flore eius literæ lugubres inueniuntur. Cæterùm quòd Plutarchus in problematibus rerū priscarum inter cætera refert, ob id damnatas fabas quòd Lethes & Erebi sint cognomines, quid sibi velit, non satis intelligebam, nisi quòd consultis Græcis codicibus compertum tandem vel librarij vel interpretis error est. Siquidem & Græca sic habent, πότερον οὐκ οἱ πυθαγορικοὶ, τὸν μὲν κύαμον ἀφιᾶσιν ὡς τὰς ὑπνώσεις αἰτίας, ὡς ἐξ ἀϊδοῦς ὄντα καὶ ἐρεβώδους, οὐκ ἀπεχόμενοι τῶν ὀσπρίων, id est, An quod Pythagorici fabas quidem abominabantur ob causas quæ feruntur, Lathyrum autem & erebinthum, quòd nomen à Lethe & erebo deducerent? Hactenus Plutarchi verba retulimus. Lathyrus autem & erebinthus ciceris genera sunt. Lethæ Græcis oblauionem sonat, Erebus à caligine nomen habet. Inepta vocis lapientiæ studiosis. Hic lapsus in hoc profuit, vt Latini codicis mendum ostenderimus, ne quis ad eundem impingat lapidem.

Lathyrus, & Erebinthus, genera cicerum.

Lethe & Erebus vnde nomen habet.

Cibum in matellam ne immittas.

Σιτίον εἰς ἄνδρα μὴ ἐμβάλῃς, id est, Cibum in matellam ne immittas. Interpretatur Plutarchus, ne sermonem virbanum immittas in animum hominis improbi. Nam oratio cibus est animus corrumpitur & putescit in animum insycerum incidens. Hoc est quod apud Græcum admonet Epictetus etiam atque etiam videndum in cuiusmodi animum immittamus sermonem. Item si in vas insycerum non eramus, in acetum aut lotium vertit. Huc allusit Horatius,

Sermo bonus non committendus animo improbo.

† 17.c.19.

† 1 Epist. 2.

Syncerum est mitte vas, quodcunque infundis, acescit.

Ad finem vitæ peruenieris, ne veteris reuerti.

Μὴ ὁπότε φθάσαι, ὅτι τὰς ἄκρας ἐπάτησας, id est, Ne reflectas vbi ad terminos peruenieris. hoc est, interp. Plutarcho. Quum aderit fatalis dies, videritque vitæ finem adesse, æquo animo feras, neque turpi vitæ cupiditate exanimaris. In vita Numæ paulo secus refert, βαδίζοντας εἰς ἀποδημίαν, μὴ ὑποστρέφειν, hoc est, qui peregrinationem ingressi sunt, ne reuertantur. Hieronymus aliter, Post mortem hanc ne desideres vitam. Quemadmodum vulgo, quoldam dicentem audimus Virgilianum illud,

† verba Euandri. 8.

O mihi præteritos referat si Iupiter annos!

Superis impari numero, inferis pari sacrificandum.

Τοῖς μὲν οὐρανίοις θύειν περισσὸν, ἀρτιον δὲ τοῖς χθονίοις, id est, Superis quidem, imparibus sacrificandum, inferis verò, paribus. Sed refert tantum vt sigma Pythagoricum, non interpretatur. Cæterùm in problematibus Romanarum antiquitatum, docet apud veteres primum mensem diis cælestibus habitum sacrum, secundum verò diis inferis, in quo & lustrationibus quibusdam vti mos erat, & mortuis parentabant. Quinetiam totius mensis tres dies principes & auctores esse voluerunt, Calendarum, Nonarum & Iduum, quos festos & sacros habebant, veluti diis superis dicatos. qui hos sequerentur, hoc est postridie Calendas, Nonas & Idus, diis manibus attribuebant, ac proinde nefastos ac religiosos iudicabant. Sic & apud Græcos tertius crater soſpitatori Ioui, secundus semideis ac dæmonibus tribuebatur. Principium autem omnis numeri est vnus, cui aduersatur duo, inter pares numeros primus, nec finem habens, nec perfectus: quum ternio sit absolutus. Ac de numerorum quidem mysteriis multa reperias apud Platonem & Pythagoricos, nonulla etiam apud priscos theologos. Quod ad explicandum huius symboli sensum attinet, arbitror illud significatum, Deum, quoniā, mens est simplicissimā & in seipso perfecta dotibus animi potissimum delectari. Nam quæ corporis sunt, composita sunt, ac propagatione in immensum multiplicantur, quum animus sit simplex, immortalis, & seipso contentus.

Primus mensis diis cælestib. secundus inferis sacer.

Dies principes.

ἓν ἀρχὴ δυάδος ἀντίκειται.

Deus simplicibus amicissimus.

Per publicam viam ne ambules.

Διὰ τῆς λεωφόρου μὴ βαδίζειν, id est, Per publicā viam ne ambules. Diuus Hieronymus exponit, Ne vulgi sequaris errores. Nunquam enim tam bene cum rebus humanis actum est, vt optima plurimis placerent. Vnde quidam hoc sic efferunt, Viam regiam declinato, per semitas ingreditor. Quod quidem præceptum non abhorret ab Euangelica doctrina, quę monet vt declinata via spatiosa, per quam ambulant plerique, per angustam ingrediamur viam, à paucis quidem tritam, sed ducentem ad immortalitatem. † Vide Alciatum proœmio 5. paradoxorum.

Errores vulgi ad imitandum.

† *De populi iudicio, multa multi.*

Via lata & spatiosa.

Tollenti onus auxiliare, deponenti nequaquā.

Φορτίον συναίρειν, μὴ δὲ συνεκτιθέναι. Diuus Hieronymus hoc ita refert. Onerati lupeimponendū opus, deponentibus nō committendū. Putátque hunc esse sensum. Ad virtutem incedentibus augenda præcepta tradentes te otio, relinquendos. Vnde proferendum hoc pacto, Φορτίον συναίρειν, μὴ δὲ συνεκτιθέναι, id est, Tollenti onus auxiliandum, haud adiuuandus tamen qui deponat. Hoc admonendum putaui, quòd in quibusdam impressis codicibus depraua tum est hoc symbolum.

ANIMAD. RENE. STEPH.

V. Ἓν συναίρειν.) *id est, Tollenti onus, &c.* Atqui συναίρειν non significat tollere siue attollere, sed detrahere & συνεκτιθέναι, vnà cum alio detrahere. & in detrahendo siue deponendo adiuuare (ideóque conuenit hoc verbum iis præsertim oneribus quę capiti committuntur, vt loquitur Propertius adeo vt sequendo hanc lectionem quam Erasmus, altera reiecta, probat, hic futurus sit sensus, Deponenti onus auxiliandum, haud adiuuandus tamen qui deponat. Aut magis ad verbum, Detrahenti onus auxil. &c. Quod quam absurde dicatur, nemo non esse puto qui non perspiciat. At si retineatur altera illa lectio quam reiecit, hic erit sensus (non absurdus quidem, sed ex diametro tamen cum eo pugnans, quem D. Hieronymi verba ostendunt, *Auxiliandum in detrahendo siue deponendo onere, non autem auxiliandum in imponendo*: hoc est, Operam nostram cuiquam ad le onerandum commodare non debemus, sed ad le exonerandū. Nam ex verbis συναίρειν & συνεκτιθέναι (non autem συνεκτιθέναι) quis non hanc sententiam elici fatebitur? Quę quidem tantum abest vt absurdi quidpiam præ se ferre, quemadmodum & illa altera, vt potius rationi maximè consentanea esse videatur: eo potissimum nomine quòd humanitatem nobis commendet. Videamus tamē quam lectionem sequutum D. Hieronymum credibile sit (etenim, vt ostendi, ferri nequit illa quam ex eius interpretatione colligat Erasmus) & eam sequendo, quid sit quod nobis αὐτίκα hoc Pythagoræ symbolum. Credideri in certè ex illis partibus μὴ & δὲ totum errorem nasci, quarum sedem mutando, sic ita legeris φορτίου μὴ συναίρειν, συνεκτιθέναι δὲ. Ius Græcis verbis Latina D. Hieronymi plane respondere comperies, nisi quod ordinem inuertit. Quid autem ænigmatice nobis significabit hoc symbolum? Hoc, vt opinor, *hominum inertiæ nō indulgendum, sed industria excitanda.* Hominum inertiæ nō indulgendum, sed industria excitanda.

Tollenti onus auxiliare.

Olłæ vestigium in cinere turbato.

Χύτραν ἐν τέφρᾳ διαθερμῆναι καὶ τύφαι, id est, Ollæ vestigiū in cinere turbato. Plutarchus in Symposiacis interpretatur, nullum euidens iracundiæ vestigium oportere relinqui: sed simulatque deferbuerit atque resederit animi tumor, omnem præteritorum malorum memoriam penitus tollendam esse.

Tollenda omnia iracundiæ vestigia.

† Vsū adagij nō norūt alaitores illi nostri Gallici, qui in medio tumultuum bellorúmque ciuilium ardore atque incendio ea moliti sunt atque patrarunt, vt fux feritatis rabies apud posteros innotesceret. Quis enim locus, quæ prouincia Galliæ immunis fuit ab ea pelle

† *Aduersus.*

adeo nefaria, quę regio in terris nostri non plena doloris? Et fuêre certè viri boni piique, qui ne latius ista lues serperet, optabant ollæ vestigium in cinere turbari, rerúmque præteritarum oblivionem inducere: sed nihil promouerunt, immò potiùs improborum furores excitarunt: ex quo factum vt nullo in loco apud nos hæreant miseræ carnificinæ, impietatis, cædis, ruinarum vestigia, vt Gothorum & Vandalorum rabies non vltrius aut crudelius videatur sparsa fuisse.

Vnguium crinium̃que præsegmina ne commingito.

Cognati humiles non infectandi.

Ἀπονυχίσματα καὶ περικαρπίδια μὴ ἐπουρεῖν, malè ἐφιστάμενος, id est, Vnguium crinium̃que præsegmina ne commingito, neque insistito. Huius nullum adhuc interpretamentum reperi. Verùm coniicio sensum hunc esse, si quos habeamus affines aut cognatos humiles & inutiles, eos tamen non esse vsquequaque spernendos & contumeliis infectandos.

Extra publicam viam ne deflectas.

Ἐκτὸς λεωφόρου μὴ βαδίζειν, id est, Extra viam publicam ne ingrediaris. Hoc quoque refertur inter Pythagorica symbola à Diogene Laërtio, tametsi superiori diuersum. Neque est quòd hanc miremur pugnantiam: quandoquidem, vt rectè præceptum est, Loquendum vt plures: sapiendum vt pauci: ita sunt quædam in quibus cum vulgo conuenire, dexteritatis est: sunt rursum in quibus à vulgo quàm maximè dissidere virum bonum oportet. Rectè Flaccus,

Interdum cum vulgo sapere, non est insipientia.

Interdum & vulgus rectum videt, est vbi peccet,

† 2. Epist. 1. † vide aliud prouerbiũ, Non omninò est temerè quod vulgò dictitat. A publica via ne deflexeris, aliud prouerb. Vide panegyric. Plinij fol. 415. Gryphij.

Quæ uncis sunt unguibus, ne nutrias.

Non sunt admittendi rapaces. Γαμψώνυχα μὴ τρέφειν, id est, Quę sunt vnguibus vncis ne nutrias. Rapacitatem fugito, interprete Tryphone. Equidem arbitror cõuenire cum illo Æschyli dicto, quod suo reddemus loco, Catulũ leonis non esse alendum in republica, hoc est, non admittendos δημοβόρους βασιλεῖς. vt ait Homerus, βασιλῆας, reges populi voratores: aut factiosos & præpotentes, qui opes ciuium ad paucos contrahunt, id quod nunc solẽne est. † Huc refer fabulam Harpyarum. v. Pier.

† Iliad. 2. Cent. 3 prou. 77.

Aduersus solem ne loquitor.

Non esse obtrectandum viro principi aut vllius virtute præsito adagium significat. Πρὸς τὸν ἥλιον πτύρμασιν μὴ ὁμιλεῖν, id est, Aduersus solem ne loquitor, hoc est, Manifestis ne repugnes. Nã quòd maximè cõstat, maximeque in conspectu cernitur, id solet clarius dicimus. Ergo contra solem loquitur, qui dicit,

Nil mirum si cum, sibi contra est in nocte diurna.

Gladium acutum auertas.

† Victor. 2. epist. Ὀξεῖαν μάχαιραν ἀπεστράφθαι, id est, Ensem acutũ auertas. Opinor innui, à periculosis negotiis abstinendum. Nam fertur & aliud prouerbium, μὴ παιδὶ μάχαιραν, Ne puero gladium, subaudiendum, committas.

Ne puero gladium, quid.

Aduersus solem ne mentio.

Πρὸς τὸν ἥλιον πτύραμμα μὴ ὀμιχεῖν, id est, Aduersus solem ne mentio. Opinor commendari verecundiam. Tametsi Plinius superstitiosam huius rei causam reddit lib. 28. cap. 6. verba ipsius subscribam, Auguria valetudinis ex vrina traduntur. Si mane candida, deinde rufa fit, illo modo concoquere, hoc concoxisse significatur. Mala signa rubra, pessima nigra. Mala bullantis & crassa: in qua quod subsidit, si album est, significat circa articulos aut viscera dolorem imminere. Eadem viridis, morbum viscerum: pallida, bilis: rubens, sanguinis. Mala & in qua veluti furfures atque nubeculæ apparent. Diluta quoque alba, vitiosa est. Mortifera verò crassa, graui odore. Et in pueris tenuis ac diluta. Magi vetant eius rei causa contra solem lunámque nudari, aut vmbram cuiusquam ab ipsa aspergi. Hesiodus iuxta obstantis reddi suadet, *ne Deum nudato aliquem offendat.* Locus hic quem Plinius citat, & ex quo symbolum Pythagoricũ sumptum apparet. est in opere cui titulus Ἔργα καὶ ἡμέραι,

Vrina colores.

Μηδὲ κάτ' ἠέλιον πτύραμμα θεῶν ὀνόσασθαι ἐόντων,
Αὐτὰρ ὑπὸ νέφεσι, μεμνημένος ἐν φρεσὶ σῇσι.
Μήτ' ἐν ὁδῷ μιστὸν κατὰ ὁδοῦ ἐκκλίνειν ἐπέεσσι,
Μηδ' ἀπομυσσόμενος μακάρων κατὰ νήκτιμα ἔσσαι.
Ἐξοὺς δ' ἐν ὄμβρῳ καὶ ἐν ἀστερετοῖσι νέεσσι,
Ἢ ὅτε σῶς πῖπτει πλείστους ἀνέρας ὀλλύς,

† lib. 2.

Aduersus solem vellus ne mentio: verùm vt
Occiderit, donec redeat, facere ista memento
Sed neque progrediens lotium dispergere vnquam.
Iuue vias, extráve viam: neque membra reuulsa
Mulcaueris siquidem diuos nox sacra beatos.
At qui vir fuerit prudensque piusque, recumbens,
Siue domus muris admotus corpore, metet.

Hirundinem sub eodem tecto ne habeas.

† Ὁμοσφύριον. *Fugiendi genus ali.*

Ὁμοσφύριον χελιδόνας μὴ ἔχειν, hoc est, Hirundines ne habeas sub eodem tecto. Diuus Hieronymus, Aristotelis authoritatem sequutus, interpretatur abstinendum à commercio garrulorum & susurronum. Verùm hoc interpretamentũ refellitur apud Plutarchum Symposiacõn decade octaua. Nam haud æquum videri vt auem domesticam, & humani cõuictus citra noxam amantem, perinde vt sanguinariam & rapacem propellamus. Quod enim de garrulitate causantur, id esse friuolum: quum gallos, graculos, perdices, picas, cúmque his alias complures multo magis obstreperas, non arceamus à domestico contubernio imò nihil penè minus in hirundinem conuenire, quàm garrulitatem. Ne id quidem accipiendum videtur quòd quidam Pythagoricum symbolum ad tragœdiam quæ de hirundine fertur referunt, quasi triste omen secum adferat. Nam hac ratione philomelam item eiici oportere, vt quæ ad eundem pertinent tragœdiam. Itaque vero propius videtur, ob id improbatam hirundinem, quòd eodem malo videatur obnoxia, quo infames habeantur aues aduncis vnguibus. Siquidem carnibus vescitur, & cicadas, animal maximè vocale, ac musis sacrum, venatur: præterea humi volans minutis animantibus insidiatur, deinde tota aurium in tectis versatur, nullam adferens vtilitatem. Nam ciconia quum ne tecto quidem vtatur nostro, tamen haud quaquam mediocrem contubernij gratiam refert, butones, serpentes, hostes hominum è medio tollens. Contrà hirundo, postea quam sub nostro tecto suos educauit pullos, abit, nulla relata gratia communicati hospitij. Denique, quod est omnium grauissimum, duo duntaxat animalia domestica sunt, quæ nunquam humano conuictu mansuescunt, neque tactũ admittunt, neque consuetudinem, neque vllius rei aut disciplinæ communionem. Musca semper paulum ne quid mali patiatur, & ob hãc causam indocilis ac semifera. Hirundo item natura videtur hominem exosum habere, proinde nec curatur, vtpote diffidẽs semper, semperque timens mali quippiam. His de rebus rectè Pythagoras conuictorem ingratum parúmque firmũ, hirundinis symbolo monuit ablegandum. Huiusmodi ferme Plutarchus eo quem ostendi loco. Quibus illud vnum videtur addendum. Ciceronem, seu quisquis is fuit in Rhetoricis ad Herennium, inde à principio similitudinem ab hirundinibus mutuari, quæ verè ineunte præsto sint, hyeme instante deuolent.

Cur improbata hirundo.

Hirundo excusatur à Plutarcho.

Musca, paulum animalium.

Hirundo dissidens.

Ingratus conuictor nõ admittendus.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. *Ita magis obstreperas, non arceamus, &c.*) Quis hoc vnquam nobis persuaserit, gallos, graculos, perdices, picas, hirundinibus multo magis esse obstreperas? Atqui his sua garrulitas iam inde a primo seculo exprobrata fuit: vt testatur nomen κερτόμιλλα, quod ideo illi tributum fuit: & ab eo factum κερτομίλλειν, ad exprimendam loquacitatem muliebrem, apud Hesiodum. Testatur & elegantissimum Anacreontis odarium: ad cuius imitationem factum deinde fuit illud epigramma cuius initium est Παῦσαί τοι τὴν πάλλαν κατέρχεσθαι. Quinetiam illa Nicostratis sententia nónne garrulitatis quandam ὑποβολὴν huic aui tribuit?

Εἰ τὸ σιωπᾶν ἦν, πολλὰ ἦν ἔργα λαλεῖν
Ἦν τῇ φερεπῆ δ' ἐσκόμων, αἱ χελιδόνες
Ἐλάγετ' ἂν ἡμῶν σκφρίσεις πολύ.

At enim hæc de suo non profert Erasmus, sed ex Plutarcho interpretatur: a quo dicti huius (nimirum multo magis obstrepera hirundinibus esse illa quatuor auium genera) exigenda est ratio: si tamen hoc pro suo agnoscere velit. Quomodo autẽ agnosceret, quũ nõ dixerit, λαλεῖν ἢ ἦν πολυφωνίας μᾶλλον ἢ πίπτειας, &c. sed ἢ μᾶλλον ἢ πίπτειας, quam negatiuam particulam omittendo, deprauatum fuit quod ab eo fuerat alioqui bene dictum, Nisi quod mitor πολυφωνίαν etiam perdicibus ab eo tribui: a quo petitum prouerbium vidimus antea

ἀφωνότερα

ἀφοσιώσεις abhorr. Num quod ad graculos & gallos attinet, hęc duo nomina ipse nequaquam agnouerit, cùm illud vnum genus ne nominaret quidem prorsus. (etsi non adscribi in hoc numero positum esse videtur) huius autem generis non marem, sed fœminam (ἀλεκτρίδα dicens, non ἀλεκτρυόνα) obstrepere garrulitatis insimulans.

V. *aut tacui*] Pro Aut disciplinæ, lege Aut lusus. quid enim aut cũ disciplina? Inde autem natus est error, quòd παιδίας legerit Erasmus pro παιδιᾶς.

† Sed, ὦ bone, παιδία, non semper disciplinam, sed & deciditatem significat, ni fallor.

Stragula semper conuoluta habeto.

Τὰ στρώματα ἀεὶ συνειλημένα ἴσχε, id est, Stragula semper conuoluta habeto. In his quoque temporibus inelegans & inurbanum habetur, siquis stragula lecti non componat. Quid autem sibi velit hoc symbolum, alius diuinet loco reliquo. Tametsi suspicor commendatam verecundiam, etiam in his in rebus quibus cogimur naturæ necessitati satisfacere.

ANIMAD. HENR. STEPH.

Prouerbij quod Erasmus. V. *nisi suspicor commendatam verecundiam*) At ego aliud innuisse existimo Pythagoram, nimirum cùm nihil ignoremus vbi vesperi moraturi simus & somnum capturi (vt incertæ vitæ & infinitis mutationibus obnoxiæ res humanæ id debere nos semper stragula nostra habere συνειλημένα, id est, in vnum quasi faciculum colligata, atque ita ad asportationem parata, simulatque ex vno loco in alium migrandum erit. Et ita species posita pro genere fuerit, stragula pro tota supellectile. vt perinde sit quasi præcepisset εἰς τὰ ἑαυτοῦ σκεύη ἀεὶ ἕτοιμος ἴσθι, vt loquitur Xenophon: id est, farcinas tuas semper colligere (vel, de verbo ad verbum, vasa colligere: vt de militibus dicitur) tanquam se itineri accingentes. Quam sententiam sequendo, præterquam quod participij συνειλημένα maximè propriam significationem retinebimus, & Pythagoræ digna admonitio hæc erit: illud etiam incommodi vitabimus, ne, cum Erasmo, hoc symbolum cogamur dicere idem esse cum illo quod consequente ponit, μηδὲ ἅπαξ διὰτὸς συνειλημένα τὰ στρώματα.

† 1. Cod. tit. xj. Nemini licere signũ Saluatoris Christi humi, vel in silice, aut in marmore aut inculpere, aut pingere. & ibi Cuiac.

In anulo Dei signum ne gestato.

Dei nomen nõ nisi rebus sanctis apponendum. Ἐν δακτυλίῳ, Θεοῦ σημεῖον μὴ περιφέρειν, id est, In anulo, Dei imaginem ne circumferas. Portalis admonet, non passim admittendam Dei mentionem.

Sellam leone ne absterseris.

Non abutendum rebus optimis. Ἐπὶ λέοντος δίφρον μὴ ἀποσπογγίζου, id est, Ne sedem absterseris leone. Nec huius interpretamentum occurrit. Abitror innui, non esse abutendum rebus optimis ad ea quibus neque dignæ videntur, neque vtiles.

Coronam ne carpito.

Primum leges non reprehendendas. Στέφανον μὴ δάκνειν, id est, Coronam ne carpseris. Diuus Hieronymus aduersus Rufinum interpretatur, vtilium leges obseruandas esse, non violandas neque reprehendendas: quod vtilium turrita mœnia coronarum speciem præbeant.

Quæ deciderint ne tollito.

Moderatè cibum sumere. Τὰ πεσόντα μὴ ἀναιρεῖσθαι, id est, Quæ deciderint ne tollas. Admonet vt assuescamus moderatius cibum sumere. Aristophanes in Heroibus, teste Laertio, superstitionem huius symboli cautam adfert. Heroum enim esse quæ ceciderint è mensa, eóque nefas gustare. Alij sic efferunt μὴ βίβδειν ἐπὶ τῶν ἐπὶ τῆς τραπέζης κειμένων, id est, Ne gustato quæcunque in mensa deciderint.

A gallo candido abstineas.

Gallus horarum nuntius. Ἀλεκτρυόνος μὴ ἅπτεσθαι λευκοῦ, id est, Albo gallo ne manum admoueris, quod Mensi sacer sit, vtpote horarum nuntius.

Panem ne frangito.

Ἄρτον μὴ κατάγνυε, id est, Panem ne frangito. Admonet non esse dirimendam amicitiam: propterea quod antiquitus amicitia pane conciliabatur. Proinde non conuenire frangi id per quod amici coniunctarentur.

Salem apponito.

Salis condimenti. Τὸν ἅλα πρόσφερε, id est, Salem apponito. Admonet iustitiam & æquitatem omni adhibendam negotio. Sal enim quicquid occupauerit, seruat, & ex rebus putrissimis conflat, aqua & mari.

In via ne feces ligna.

Curis vita nõ est exasperanda. Ἐν ὁδῷ μὴ σχίζειν ξύλα, id est, In via ne feces ligna: Quidam exponunt non esse discruciandam & abbreuiandam vitam curis & anxiis cogitationibus.

Ne libaris diis ex vitibus non amputatis.

Mῦς μὴ σπένδειν θεοῖς ἐξ ἀμπέλου ἀτμήτου, id est, Ne libaris diis ex vitibus non amputatis. nihil gratum superis quod non purum purgatúmque sit. Hoc ænigma Plutarchus tribuit Numæ, in ipsius vita diuinans eó mansuetudinem commendari, quę pars sit pietatis: quemadmodum & Euangelica doctrina reiicit munera ferocis, qui nolit fratri suo reconciliari. Quod enim purgatum non est, agreste est: & farina conducit leniendis quæ dura sunt. Addit enim quod mox subiiciam.

Ne sacrificato sine farina.

Farina lenit dura. Μὴ θύειν ἄτερ ἀλφίτων, id est, Absque farina ne sacrificato. Hoc ænigma morum mansuetudinem commendat, vt dictum est.

Adorato circumactus.

Adoratio ad exortum solis. Προσκυνεῖν περιφερόμενον, id est, Adorandum circumactu corporis. Nimirum ad imitationem exili perpetua vertigine circumacti. Cælum autem, deum æmulantes credidit. Plutarchus & hoc tribuit Numæ, ceu pecuniari. Ac memorat quidem de exili circumactu. Cæterùm addit & alias interpretationes: videlicet cùm sacra spectant exortum solis, qui adorat vertens se circumacto corpore ad Orientem, videtur semet ad Deum conuertere, factóque circulo per vtramque mundi partem vota facere. Sub ista & tertiam, quâ videtur maximè probare, corporis vertigine significari rotas Ægyptias. Sétu, opinor, de hieroglyphicis, quibus illi significabant nihil in rebus humanis esse stabile aut perpetuum, sed vtcunque visum fuerit Deo vitam nostram vertere ac voluere, æquum esse vt boni consulamus.

Adoratur sedentes.

Qui adorant, vacui debent esse curis omnibus. Καθῆσθαι προσκυνοῦντας, id est, Adoraturi sedeant. Significat vota certa concipere oportere, & in iis quæ sunt optima perseuerare. Et hoc Plutarchus adscribit Numæ (nisi quòd in edito per Aldinos volumine προσκυνοῦντας legimus, non ὄντας κινουμένους) addens id fuisse velut augurium vota rata nimaque fore. Addit, quibusdam hanc quietem videri dari actionem actionum: tanquam qui priori actioni finem imposuerint, sedentes apud deos, initium alterius actionis ab iisdem auspicentur. Quidam aliò trahunt alium subtilem sensum, quòd oporteat eos qui sacris operantur, non obiter ac velut aliud agentes hoc facere, sed vacuos ac totos rei diuinæ intentos. Vnde Plutarchus idem tradit, quoties pontifex auguria seu sacra aggrediebatur, præcones clamabant, Hoc age. Ea vox hortabatur, vt qui sacra adirent, reuerẽter & attentè id facerent. Idem in Problematibus rerum priscarum refert, quòd vota fecissent, in templis manere & quietem agere solitos: quòd actiones huius vitæ frequenter inuoluant hominem molestijs.

Surgens è lecto, vestigium corporis confundito.

Se illis proverbio longè melioribus Clemente. Ἀναστὰς ἐξ εὐνῆς, σκέδασον τὸ σχῆμα, id est, Quum surrexeris, stragulas corporis confundito. Videtur idem cum superiore de stragulis complicandis.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. *nisi*) *Videtur idem, &c.* Imò plane diuersum fuerit, si sequamur illam expositionem quam modò admonui: de qua, vt opinor, illis mecum conuenies qui attentè eam considerauerint. Clemens autem libro στρωματέων quinto, videtur hoc symbolum eodem pertinere existimasse, quòd illud quod habuisti paulò antè, κοιμᾶσθαι ἴσχε ἐν σχήματι ἐν τῷ πρόσθεν. Postquam enim explicauit illud symbolum, χειρότερα ἐν οἰκίᾳ μὴ ἔχειν (vt eo significetur, non recipiendos esse garrulos & futiles homines) paucis interiectis, addit, πάλιν ὁ Πυθαγόρας, τὸν χόρτον ἀρθίοις λέγει τὸ πρόσθεν, τὸν ἀστρωτὸν κύπτειν μὴ λέγων, ἀλλὰ σχῆμα σκεδάσαι ἐν ὑπνώσει ἀναστάς.

ἐσθίειν τὰ στόματα. οὐ γὰρ τὸν τύφον ἀφεξήσειν μέντοι δῆλον ἦν τῷ ἔθει. ἀλλὰ μηδὲ ὀσμὴν ἴχθυος ἔχειν. τοῦτο δὲ ἀπεζέσασα τοῦ ὄντος, καθάπερ ἔφην αὐτῷ, ἡ πᾶσιν ἀπαλλάττει μυσκαίαις.

A piscibus abstineto. 2

Ἰχθύων μὴ ἐσθίειν, id est, Pisces ne gustato. Quamobrem Pythagoras ab vrtica matrona iusserit abstinere, fortassis ἀπὸ τοῦ ἰχθύος ἀπέχεσθαι. id est, a piscibus abstinere. Illud in causa fuit quòd is piscis Hecatæ sit sacer, propter mysterium ternionis, quem aiunt huic dea dicatum. Sed qua gratia reliquorum item piscium esum interdixerit, non æque promptum fuerit expedire. Quanquam apud Plutarchum in Quæstionibus conuiualibus, quispiam huiusmodi cautum adfert, Pisces, quodammodo Pythagoricæ disciplinæ contubernales videri, propter ἐχεμυθίαν, id est silentium. ita vt etiam in prouerbium abierit ἀφωνότερος ἰχθύος, id est, Magis mutus quàm piscis. Theon grammaticus apud eundem Plutarchum diuersam rationem allegat. Nam pisces maris indigenam & alumnum esse, elementi videlicet non solùm alienissimi, verùm etiam inimicissimi naturę hominis. Neque enim deos hinc ali, quemadmodum de stellis opinantur Stoici. Quin parentem & seruatorem regionis Ægyptiorum Osirim dem in hoc delectum periisse. Proinde nec aqua maris ad potum vruntur, nec quicquam eorum quę in ea gignuntur alunturque, purum & ad hominis vsum accommodatum existimát: vt cum quibus nec aerem communem, neque regionem habeamus communem. Quinimò aer hic, per quē reliqua omnia viuunt aluntúrque, illis perniciem adfert, tanquam præter naturam, citráque vsum & genitis & viuentibus. Neque mirum, inquit, si ab animantibus abstinent, propter elementum maris ab humana natura alienis, nec ob id idoneis quæ cum nostro spiritu ac sanguine misceantur: quando neque nautas alioqui dignantur Ægyptij, si quando fiant obuij: quippe qui ex mari victum sibi parent. Rursum Sylla eodem in loco causam aliam adducit: nempe Pythagoram fere vesci solitum iis quæ fuissent diis immolata, primitus illis dicatis. Atqui nullus piscis idoneus ad sacrificium. Plutarchus ipse rationes superiores ita refellit, vt dicat, hoc ipso nomine magis oportere vesci piscibus, quod peregrini generis esse videantur. Inmane enim planéque Cyclopicum esse, si quæ sunt eiusdem generis mutuo laniatu pascantur. Nam quod narrant, aliquando Pythagoram empto retium tractu, pisces captos emisisse, non eos cótempsit velut hostes & alienigenas, sed tanquam amicis iam factis & captiuis pepercit, persoluto illorum nomine pretio. Reddit autem duplicem causam quare Pythagoræ non probaretur piscium eius, partim quòd res cum iniustitia conuicta videretur, perniqui, occidere, vorare animal: quòd ipsa natura nullo pacto lædat hominem aut lædere possit. Deinde quòd non ad necessitatem, sed ad luxum superuacaneámque gulæ voluptatem pertineat piscium esus. Hinc esse quòd Homerus fecerit, non Græcos solùm quum circa Hellespontum militarent, à piscibus abstinentes: verumetiam Phæacas ipsos, alioqui helluones. Ne procis quidem luxuriosis marinum obsonium appoluit, cùm vtrique initiales essent. Nam apud hos maiorem ferè videmus tum immanitatem, tum luxum. Neque socij Vlyssis vnquam aut hamo aut retibus vsi sunt, donec fatima suppeteret. Verùm omni commeatu ablumpto, paulo prius quam sacros Soli boues deuorarent, piscari cœperunt: non obsonij causa, sed ad famem depellendam. Commemorantur hoc loco apud Plutarchum & alia nonnulla de piscium abstinentia. sed hæc ad symboli interpretationem satis esse vila sunt. Tribuitur Pythagoræ & illa nobilis sententia, teste Plutarcho, in Commentario De exilio, ἐλλόγιον τὸν ἄριστον, τοῦτο δ' αἱροῦ ἡδεῖαν συνήθειαν τιθέναι. id est, Optimam vitę rationem elige, eam iucundam reddet consuetudo. Diuus Hieronymus hoc etiam dogma Pythagoricum refert, quo vir ille totius moralis philosophiæ summá cóplexus videtur. δεῖ φεύγειν πάντα τρόπον ἢ ἐξαίρειν τοῦ σώματος, τοῦ ἀπὸ ψυχῆς, τοῦ ἀπὸ λογισμοῦ κακοῦ καρδίας, τοῦ ἀπὸ πόλεως, τοῦ ἀφροσύνης κακοῦ τῆς οἰκίας, καὶ ἁπλῶς κακοῦ πάντων τὸ ἀπεχθές. i. Fugere conuenit ac modis omnibus resecare morbum à corpore, insciitiam ab animo, luxuriem à ventre, seditionem à ciuitate, discordiam à familia, in summa ab omni negotio intemperantiam.

Pythagoras eur piscium esum interdixerit.

ἐχεμυθία.

Mare inimicissimum naturæ humanæ.

Quibus vescebatur Pythagoras.

Pythagoras pisces captos emisit.

Apud Homerum abstinuisse à piscib.

† vide Henr. Steph. ad sm. Plut. apisc.

Elige vitam optimā, eam iucundam reddet consuetudo.

Antea Pythagoræ monita.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. neque) Apud Plutarchum legitur, οὔτε μόνον πυθμένος κοινῆς μίσης συμφύλου τινὸς μίσους. adeo vt pro Regionem debuerit vertere Erasmus Pastum, aut Pascua. hic enim aut catachresi vtendum, aut certè periphrasi. Etiamsi autem νομὴ aliquando in illa altera significatione acciperetur, pro νομεύς, nec fides codicum suspecta foret: at hic nullo modo eam habere posset.

Non bene imperat nisi qui paruerit imperio. 3

Οὐκ ἔστιν εὖ ἄρξαι μὴ πειθόμενον, id est, Fieri non potest vt bene gerat imperium qui non tulerit imperium. Manet hoc adagium hodieque vulgo celebre, Neminem recte dominum agere, qui nō antè ministrum gesierit. Citat autem Aristoteles Politic. libr. 3. διὸ λέγεται καλῶς, ὅτι οὐκ ἔστιν εὖ ἄρξαι, μὴ ἀρχθέντα. i. Quapropter illud etiam rectè dicitur, Neminem bene imperium gerere qui non ipse prius sub imperio fuerit. Rursum eodem libro, τὸν τε γὰρ μέλλοντα ἄρχειν καλῶς, πειθόμενον φασὶ δεῖν πρῶτον. id est, Eum enim qui bene sit administraturus imperium, aiunt imperium ferre prius oportere. Magis prouerbialiter extulit Plato libro de Legibus 6. δεῖ δὲ πάντ' ἄνδρα ἡγεμονίας περὶ ἀπαντῶν αὐτῶν, ὡς ὑμεῖς φατε, ἀνδρὸς ἀπείρατος γίγνεσθαι ἀξίως ἐπαίνου. id est, Iam illud oportet vnumquemque de mortalibus vniuersis cogitare, qui non seruierit, eum haudquaquā dominum fore laude dignum. Plutarchus in ducem imperitum, οὔτε γὰρ παῖδα φησὶν ἰέναι, ὅτε διδάσκειν ἀγνοοῦμεν, ὅτι ἀναμαθὼν τοῦτο μαθεῖν, οὔτε ἄλλον ἄλλων, ὃ μὴ ἔχομεν. id est, Neque enim lapsi partes sunt alios erigere, neque insci docere, neque incomposita componere, neque ordinare inordinati, neque imperare qui imperium nō sit passus. Ide hoc laudis peculiariter tribuit Agesilao, ἐλλιπῆ δοκεῖ τὸ ἄρχειν μὴ ἐπιδεδωκέναι τὸ ἀρχθῆναι. id est, Vemisse ad imperium non indoctum parere imperio. Seneca libro de ira secundo, Nemo regere potest nisi qui & regi. Natum adagium à nobili illo Solonis apophthegmate, quod in eius vita refert Diogenes Laertius, ἄρχε, σεαυτὸν μαθών. id est, Imperium gere, sed vbi prius imperium ferre didiceris. Itaque referri potest vel ad eos qui prius alieno parendo imperio, discunt imperium in alios gerere: vel qui prius cupiditatibus imperant suis, quàm in alios exerceat imperium. Neque enim idoneus est vt alius dominetur qui ipse seruit affectibus: neque rex alius esse potest, nisi quem ratio rexerit.

Imperium ferat qui sit bene imperaturus.

Qui non seruierit prius, Dominum nequaquam fore laudatum.

†Ea causa præcipuè magnas & florentes respublicas labefactari facilè intelligimus, quia in iis imperarint quidam nouitij, vel furiosi magistratus. vt & fatui principes, qui nemini vnquam parere didicissent: quasi ars imperādi esset omnium facillima, & a natura nobis insita: quam tamen nisi multa cura & studio, longóque vsu & experientia nemo possit assequi.

-Rarò enim hæc prudentia velox
Ante pilos venit.

vt de Nerone neoterico imperatore, hoc est, citius ad imperium euecto, dixit Persius Satyra 4. Et certe, vt id obiter, nulla Respub. videtur esse posse diuturna, nisi ea bene instituti homines moderentur: aut sapientum cōsilijs administretur, quod Plato dixit: adeò quales fuerint in ciuitate principes, tales in republica ciues esse est necesse. Verùm ad nunc illustrandum locum, vnus instar omnium suppetit Tullianus ex Catone maiore, qui sic habet: Apud Lacedæmonios quidem ij qui amplissimum magistratum gerunt, vt sunt, sic etiam appellantur senes. Quòd si legere aut audire voletis externa, maximas respublicas per adolescentulos labefactatas, à senibus sustentatas, & restitutas reperietis. Cedo, qui vestram reimpublicam amisistis tātum tam citò? Sic enim percontanti, vt est in Næuij poetæ ludo, respondentur hæc & alia, & hæc in primis: Prouehebantur ad res nouas, stulti, adulescentuli. Temeritas est videlicet florentis ætatis, prudentia senectutis. Hæc ille.

Adonidis horti. 4

Ἀδώνιδος κῆποι, id est, Adonidis horti, de rebus leuiculis dicebatur parúmque frugiferis, & ad breuem præsentémque modò voluptatem idoneis. Pausanias testatur, Adonidis hortos olim in deliciis fuisse, lactucis potissimum ac fœniculis frequentes, in quibus semina haud aliter atque in testa deponi consueuerint: eóque rem in prouerbium abiisse, contra futiles ac nugones homines, & voluptatibus ineptis natos: cuiusmodi sunt cantores, sophistæ, poetæ laici, pi-

Homines inepti.

cupe-

cupediarij, atque id genus alij. Erant autem ij horti Veneri sacri, propter Adonidem eius amasium primo ætatis flore præreptum, atque in florem conuersum. Horum mentionem facit Plato in Phædro, τοὺς ἔχοντας γραμμὰς, ὧν ἐπιμέλεται Ἑρμῆς, ἐν ταχίστῃ βύλεται ἡδίστους ποιεῖν, πόνῳ παντὶ ἐπὶ ἡμέρας ὀκτὼ σπείρας. ὡς Ἀδώνιδος κήπους ἀρῶν, χαίρει διωρῦττων καλοὺς ἐν ὀκτὼ ἡμέραις ὑπὸ γενομένους· ἃ ἔστιν ὅτε μὲν διαπονεῖται τὴ τοῦτο χαίρει ὁρῶσα, ὅταν καὶ ταῦτα· id est, Num agricola, qui sapiat, semina quæ curæ haberet, quæque cuperet aliquando fructum adferre, ætatis tempore summo studio in Adonidis hortos mittet, gauderetque spectare eos intra dies octo iam pulchros effectos: an ea quidem per lusum ac festi gratia faciet, siquando tamen fecerit? Item Plutarchus in commentario cui titulus, εἰς τὸ βραδέως ὑπὸ θεοῦ τιμωρεῖσθαι, id est, de eo quòd numine serò puniuntur, διὰ μικρὸν τὸν καὶ ὑποπτεύειν ὁ Ζεὺς ἔστι, ὅστις ἀνδρὶ ἀνόσιόν τι ἐγχείρησιν ἐν αὐτῷ μικρὸν ἐκπάγλοις ἀνοίγοντι, καὶ διώκειν καὶ ζητεῖν, διὰ φυλακὴ, ὡς ὅμοιον ἔφη, βέλος ἀπολυόμενον· ὅπερ μάταιόν ἐστι τοῖς πολλοῖς καὶ φληνάφοις ἐπιλογιζόμενον λέγειν ποιεῖν, ὥσπερ αἱ τοῦ Ἀδώνιδος κῆποι τὰς ὀρχάτους τῶν τριβολώδων καὶ θερμοτάτων χωρίων, ἐφιέμενος ψυχῆς ἐν αὐτοῖς τροφοῦ καὶ βίου ἰσχυροῦ οὐ δυναμένη βλαστάνειν, ἀλλ' ἀποθνῄσκουσας αἰεὶ ὑπὸ τῆς τυχούσης ἀφορμῆς. id est, Imo motosior quispiam & leuiculatum rerum curiosus est Deus, qui, cùm nihil habeamus diuinum in nobis, neque quod vllo modo ad illius similitudinem accedat, quòdque constet ac stabile perpetuúmque sit: quin magis foliorum ritu, quemadmodum ait Homerus, vndequaque marcescamus, intereamúsque breui: tantùm nobis curam habeat: non aliter quàm mulieres quæ Adonidis hortos ad dies pauculos vernantes, in testis quibusdam nutriunt, fouentque animas breui duraturas, in ea ne tenera, & solidam vitæ radicem non recipiente suppullulantes, ac mox ad quamuis occasionem interituras. Meminit & Theocritus Idyllio θ,

Παρ' ἁπαλοῖς κῆποις τὰν φυλακμίδα τὰν Ἀδωνίδος.
Apud hortos
Adonidis tenelli.

Effertur paræmia etiam hoc modo, ἀνατρόπου δὲ τοῦ Ἀδώνιδος κήπου, id est, Instructior Adonidis hortus. Nó dissimili figura Isæus apud Philostratum iuueniles voluptates appellat Ταντάλου κήπους, quòd vmbris ac somnijs perimiles sint nec expleant hominis animum, sed irritet potius. Similiter Pollux sophista Athenodori dictionem appellabat Tantali hortos, quod iuuenilis esset ac lenis: speciem præ se ferens quasi aliquid esset, cùm nihil esset.

Mortui Adonidis Veneri sacri.

Mementanei horti Adonidis.

Instructior Adonidis hortus.

ANIMAD. HENR. STEPH.

Virum fouisque animas breui duraturas, &c. Hîc inuertit Erasmus sententiam authoris: absurdè etiam dans animas illis hortis Adonidis. Inuertit autem, quia quod Plutarchus Deo vid ipse mulieribus tribuit, nempe fouere animas: & cùm ad animas hominum id pertineat, ita interpretatur quasi ad nescio quas illorum hortorum animas hoc referendum esset. Sed video quid Erasmum in errorem impulit: nempe latens parenthesis eum fefellit. hæc enim omnia verba per parenthesin posita sunt, ὥσπερ αἱ τοῦ Ἀδώνιδος κῆποι ἐν ἐφήμοις τισὶ τιθηνούμεναι καὶ θερμοτάτοις χωρίοις. Verùm inuenit eadem Plutarchus potè parenthesin (quod ἀπολύειν fit aliquando ab authoribus) & quasi præcessisset ἀνδρὶ ἔχοντος κακῶς ἐπὶ λόγου τινὸς, aut tale quid (nó autem ἀνδρὶ ἔχοντος τοιοῦτόν λόγον) subiunxit per appositionem ψυχὰς ἀν. &c.

Infixo iaculeo fugere. 5

Δοκεῖ φεύξεσθαι ἐμπεσὼν, id est, Iaculo immisso fugiturum te putas? Metaphora prouerbialis, vbi quis dicto contitio, seu maleficio, quopiam peracto, statim subducit se fese, ne vel tueri cogatur quod dixerit, aut ne mutuum recipiat. Eryximachus medicus in conuiuio Platonis, Aristophani discedere paranti, ne cogeretur & ipse laudare Cupidinem, ac iocis quibusdã poeticis ludenti, βέλος μοι φαίνῃ, ὦ Ἀριστοφάνες οἷον ἐμὲ φεύξεσθαι, διὰ σεαυτοῦ τοῦτ', ἢ οὕτως λέγειν ὅτι δόξεις λέγειν. ἴσως μέντοι, ἀλλ' ἀκοῦσον. ἐμοῦ φαίνου. id est, Vt videtur, inquit, Aristophanes, immisso in nos iaculo fugiturum te credis. Quin tu animum aduerte, atque ita loquere tãquam rationem redditurus. Sanè, si mihi videbitur, fortassis te dimittam. Vtitur item in Phædone, & in primo de Republica libro, quanquam hoc loco mutat metaphoram & ad balneatorem iniecta aqua discedentem refert. ἐνταῦθα ἐπιὼν ὁ Θρασύμαχος ὡσπερεὶ τὸν λόγον εἰσπάλαι, ὥσπερ βαλανεὺς ἐμβαλὼν ἐπιπαίνεται καὶ ἐφ' ὅτου ἀέριον καὶ πολὺν τὸν λόγον, id est, Hæc loquutus Thrasymach in animo habebat discedere ceu balneator quispiam, effusis in aures copiosis ac multis verbis. Ac mox eodem in loco, οὐκ ἐμβαλὼν λόγον, ὡσπερεὶ βέλος ἀπιέναι. id est, velut iniecto dicto parus discedere. Respexit ad prouerbium Plutarchus in commentario, De iis qui tardè puniuntur à numine. διὰ τοῦτ' οὐ βλάπτων, εἶπεν, ἀπολλάγη, καλῶς ἔχειν ἀφεικὼς τὸ βέλος ὑπολαμβάνων. id est, Quinetiam si discesserit, inquit, immisso iaculo, non conuenit telum inhærens negligere. Allusit ad hanc paræmiam Aristoteles in tertio Naturalium auditionum libro. Refelleus enim Anaxagoræ sententiam, qui dixisset, infinitum, immotum esse, & in seipso conquiescere, negat satis esse dixisse tantùm, & aufugere. quum cautam etiam reddere debuerit quamobrem infinitum non moueri posset, inquit, ἵνα μὴ ὥσπερ ἀπόβλητα ἀπολλάξῃ. Vt obiter & orthographiam emendem, non Aristotelis, sed typographi. Quadrabit igitur in eos qui velut oracula quædam pronuntiant, aliis coniectandi materiam ministrantes vt qui non interpretentur quamobrem ita senserint. Prætulum videtur ab apibus, aut vespis, quæ infixo aculeo, statim auolant. Id enim innuit Plato in Phædone. Potest & ad Parthos referri, qui iaculo coniecto in hostem, mox equis versis se fuga proripiunt, nec audent cominus congredi. Similimum est huic quod est apud Ciceronem libro de finibus bonorum quarto. Scrupulum, inquit, abeunti: sed videbimus. Solet enim scrupulus esse molestus ambulantibus. Idem apertius in oratione pro L. Flacco. Flacco verò quid profuit qui valuit tamdiu dum hic proficiscentibus mortuus est aculeo iam dimisso, ac dicto testimonio.

Parthi iaculo coniecto fugientes.

† Hoc potest facilè in eos torqueri, qui cùm malè fecerint, persequi non possis, aut vicem reddere. Vel enim fictitio nomine latitant, aut è viuis decedunt priùs, quam cum iis possis lege agere. Quod cùm accidit, tibi in tacito sinu deuorandã omnis molestia est, quia

Nullum cum fastu certamen, & athere cassis.

Nec enim perpetuò verum apud Italos erutum vdagiis, Mortuu bestia innoxiam venenum esse. Nam vt fateamur quibusdam animalculis virulentis, si postquam vulnus infixerunt, suffocentur, & conterantur, vim esse medicaminis, adeo vt innocuum venenum sit: idem certè non est facile de virulenta hominum lingua asseuerare, quibus mortuis non desinit tamen vis toxici. Et quo fit vt rectè maiores vulgò iactarint: letum linguæ maledicæ & calumniosæ longè periculosiorem esse hastæ cuspide.

Nodum soluere. 6

Κάλαμμα λύειν, id est, Nodum soluere, dicebatur qui negotium alioqui impeditum facile conficeret. Natum hinc aiunt, quòd tradit Midam curru nodis quibusdam inexplicabilibus è cornel libro connexo vectari solitum. De hoc in templo reposito prodidit erat apud Phrygas rumor, qui vinculum illius soluisset, eum Asiæ imperio potiturum. Alexander Magnus explicuit exemplo eius qui iugum temoni connectebat: quidam aiunt gladio discussisse. Cuius historiæ alio loco mentionem faciemus, in prouerbio *Herculanum nodum*. M. Tullius epistolarum ad Atticum libro quinto, Catasi nullus honos à Senatu habeatur, dum hoc nodus expeditur. Id est, dum hoc negotium conficitur.

Nodus Gordius.

Alexander vinculum explicuit.

Nodus expeditus.

† Nodus, pro re difficili & implexa, vt apud Horatium in arte,

Nec Deus intersit, nisi dignus vindice nodus
Inciderit.

Et in epistolis,

Quo teneam vultus spectantem Proteos nodo?

Huc conferẽda prouerbialia, Nodus Cassioticus, Nodus Gordius, Nodus Herculanus, Nodum quærere in scirpo, Nodo malo malus cuneus.

Dodonæum æs. 7

Δωδωναῖον χαλκεῖον, id est, Dodonæum cymbalum, aut tintinnabulum. In hominem dici consuevit im-

probæ atque importunę loquacitatis. Zenodotus citat ex Atiphoro Menandri. Tradit autem in Dodona duas fuisse sublimes columnas, in altera positam peluim æream, in altera pensile pueri simulachrum, flagellum æreum manu tollentis: quoties autem ventus vehementius flauerit, fieri vt scutica impulsa crebrius lebetem feriat, isque percussus tinnitum reddat ad multum etiam temporis resonantem. Alij referunt ad æra Corinthia, quæ præ cæteris clarius tinniant. Meminit huius adagij Stephanus in dictione Dodone. Iuuenalis ad adagium allusisse videtur, quum ait, Saty. 4.

Dodonæi lebet.

Æra Corinthia.

Tot pariter pelues, tot tintinnabula credas
Pulsari.

Mulierem garrulitatem taxans. Suidas diuersam adagij adfert interpretationem ex Dæmone. Ait enim, oraculum Ionis, quod olim erat in Dodona, lebetibus æreis vndique cinctum fuisse, ita vt inuicem sese contigerent. Itaque necessum erat fieri vt vno quopiam pulsato, vicissim & omnes resonarent, sonitu per contactū ab aliis ad alios succedente. Durabátque in lōgū tēpus tinnitus ille, videlicet in orbem redeunte sono. Putátque paræmiā dictam in sordidos, & quantumuis pusilla de re querulos. Verum Aristoteles hoc commentum vt fictitium refellit, adferens aliud interpretamentum, quod modò retulimus, de columnis duabus, & simulachro pueri. Plutarchus in commentario περὶ τῆς ἀδολεσχίας, indicat in Olympia porticum quandam fuisse, ratione mathematica, ita compositam, vt pro vna voce multas redderet, atque ob id ἠχὼ φωνὴ appellatam. Cúmque hac non fert homines empendiò loquaces: quos si verbulo tangas, continuò referunt tantum verborum, vt nullus omnino sit garriendi finis. Meminit huius adagionis & Iulius Pollux libro sexto, capite de loquacibus, his verbis, πρὸς δὲ Δωδώνης χαλκεῖον.

Ionis oraculū in Dodona.

Prora & puppis. 8

Πρῷρα καὶ πρύμνα, id est, Prora & puppis. M. Tullius libro Familiarium epistolarum vltimo, scribens ad Tironem suum, paræmiam hanc refert his verbis, Mihi prora & puppis (vt Græcorum prouerbium est) fuit à me tui dimittendi, vt orationes meas explicares. Prora itaque & puppi summam consilij nostri significamus: propterea quòd à prora & puppi, tanquam à capite & calce, pendeat tota nauis. Apud Græcos inuenio pronuntiatum hoc pacto, τὸ ἀπὸ πρῴρας καὶ τὸ ἀπὸ πρύμνης ἀπόλλυται, id est, A prora pariter atque à puppi pereunt: siue, prora pariter ac puppis perit: hoc est, ad internecionem. Philostratus in Heroicis, ἀμφὶ δὲ πρῳρήσιον τῇ νηΐ, καὶ ἀμφὶ τὴν Ὀδυσσέως δίμοιρα, φασὶ, τὸ ἀπὸ πρύμνης, ἢ ἀπὸ πρύμνης ἀπολλῦται, id est, Sed oportet Vlyssis in mortem naui alligatum esse, alioqui & prora, quod dici solet, & puppis perit. Consimili figura dictum est in Apocalypsi, ἐγώ εἰμι τὸ Α καὶ Ω, Ego sum alpha & o mega. Ego sum rerum omnium summa. Omnia proficiscuntur à me, velut à fonte, & ad eundem omnia referuntur, tanquam ad fælicitatis portum. Nam alpha Græcis primā litera est: o magnum postrema. Neque dissidet hinc illud Theocriteum in Encomio Ptolemæi,

Prora & puppis pecunia.

Alpha & omega.

Ἀνέρων δ' αὖ Πτολεμαῖος ὑπέρτατα λιτόδω,
Καὶ πύματος καὶ μέσσος, id est,
Alij hominum in numero decantetur Ptolemæus,
Primus & vltimus ac medius.

Primus, vltimus, medius.

Item Virgilianum illud,

A te principium, tibi desinet.

Huc pertinet quod Demosthenes pronuntiationem, τὸ πρῶτον τὸ δεύτερον, καὶ τὸ τρίτον esse dixit, vniuersam eloquentiam intelligens. Plato de Legibus libro quarto, ὁ μὲν δὴ θεὸς, ἄπαντος μὲν ἀρχὴν καὶ τελευτὴν καὶ μέσα τῶν ὄντων ἁπάντων ἔχων, id est, Iam Deus quidem ipse, quemadmodum vetusto verbo dicitur, tum initium, tum finem, tum medium rerum omnium complectens. Plutarchus in commentario, De liberis educandis, ὅτι τὸ πρῶτον καὶ μέσον καὶ τελευταῖον τοῦ παντὸς παιδείας ἐστὶν ἀρχὴ καὶ παιδεία τέλειος ἐστί, id est, Quod vna res, primum & medium, ac postremum huic caput est, proba institutio, legitimáque eruditio. Aristoteles libro Rhetoricorum tertio refert de Alcidamante quodam, qui philosophiam, legum vallum ac fossam apellarit, omne legum præsidium in philosophia situm inuens. At philosophus eam metaphoram tanquam duram ac frigidam damnat: quasi verò non durior sit illa superior, φρούρα καὶ πρόμαχος. Verum

Dicat, principium, medium, finem.

Vallum ac fossa legum philosophia.

in oratione seria, fortassis vitiosæ fuerint: in adagiis non item offendit durities, vt quę expenumero vel enigmatu similLima sint, eaque ferme laudatissima videantur, quæ paulo longius detorta fuerint. Proinde quoties summam totius negotij, & omne momentum præsidiumque significabimus, proram & puppim, aut fossam & vallum dicemus. vt, Pietas, studiorum nostrorum prora & puppis esse debet. Quibusdam omnium rationum prora & puppis est pecunia. Aduersus Carthaginenses vim Scipio fossa pariter & vallum erat: id est, præcipuum tutamentum.

Prora & puppis pecunia.

† Eo sensu dixit Ouidiana Penelope ad Vlyssem:

Non mihi sunt vires inimicos pellere telis:
Tu tutus venias portus & aura tuos.

Vmbræ.

Σκιαὶ, id est, vmbræ, prouerbiali ioco dicebantur olim ij qui venirent ad conuiuium, non ipsi quidem vocati, sed comites eorum qui vocati fuerant, sic illos sequentes velut vmbra corpus vltro sequitur. Ad hanc paræmiam allusit Horatius Epistolarum lib. 1. scribens ad Torquatum,

-Brutum tibi Septimiúmque,
Et nisi cœna prior potiorque puella Sabinum
Detinet, adsumam: locus est & pluribus vmbris.
Sed mimis arcta premant olida conuiua capra.

Hoc loco neque Acron prouerbij facit mentionem: opinor, quòd rem vulgò iactatam, ceu notam, præterierit. Christophorus Landinus, vir alioqui doctus, vmbras interpretatur loca in rure operta vmbris, in quibus cómode discumbant conuiuæ. Præterea capra interpretatur scurras mordaces. Postremò, dic quotus esse velis, ad hunc exponit modum, Rescribe, cuius fortunę homines tibi conuiuas adhibeam: nam si cupis digniores te, eris postremus: si inferiores, eris primus. Hæc non fueram adscripturus, nisi conduceret ostendisse in quæ deliramenta virum eruditum adigat nonnunquam vnius prouerbioli ignorantia. Senius autem Horatiani carminis sic habet, Admonet Torquatum vt ad cœnam veniat paucis comitatus, videlicet, Bruto, Septimio & Sabino: non quòd sit defuturus in accubitu locus, si velut plures vmbras secum adducere: verum id futurum incommodi, vt alarum odor offendat conuiuij suauitatem, si angustius sedęatur. Deinde si velut omnino plures vmbras, id est comites, præmoneat se de numero, ne non respondeat apparatus. Brutum itaque, Septimium & Sabinum, Vmbras Torquati vocat, si veniant, non ipsi quidem inuitati, sed à Torquato, quem vocarat Horatius, ceu comites, adducti. Idem alibi,

Chr. Landini deliramenta ex ignorato prouerbio.

Horatiani carminis sensus.

-cum Seruilio Balatrone
Vibidioque: quos Mecœnas adduxerat vmbras.

Serm. 1. Sat. 8

Id est, vltroneos comites. Plutarchus συμποσιακῶν libro 7. quid sint vmbræ narrat his verbis, ὁ δὲ Ἀπολλώνιος ἔφη, οὐ τῶν ἐπὶ δεῖπνον ἐλθόντων, ἃ παρακολουθοῦσιν αὐτοῖς, ἀλλ' ὑπὸ τῶν παλαιῶν ὅτι τὰ δίκην ἀγόμενα ζητοῦσι τόπον ἐν τῷ πλησίον φῶτι. ὁθούνεκ' ἦλθε Σωκράτης, Ἀριστόδημον ἀκολουθοῦντα οὐ παλλαμένη τὸν Ἀγάθωνος ἰδόντα αὐτὸν αἰσθ', ἢ παλίνδρα τὸ γελοῖον. ἔλαθε γὰρ αὐτὸν ὑπολαβὼν ὁ Σωκράτης. ὁ δὲ περιπλήξας, ἀπορῶν αὐτὸ σκοπεῖν ἐπεμένετο τὸ φῶς ἔχοντος· id est, Mos autem adducendi comites, quos nunc vmbras appellant, non ipsos quidem vocatos, sed ab aliis qui vocati fuerant ad conuiuium, adductos, quæsitum est vndenam inoleuerit. Existimabant natum à Socrate, qui Aristodemo persuaserit vt nō vocatus, secum ad Agathonis conuiuium accederet. Acciderat enim Aristodemo ridiculum quiddam: siquidem quum inter eundum non sentiret Socratem à tergo relictum, prior ingressus est, planè velut vmbra corpus præcedens, lumine à tergo sequente. Hactenus Plutarchus. Est autem hæc de Socrate & Aristodemo fabula apud Platonem, in dialogo cui titulus Συμπόσιον,

Cur vmbræ vocati comites vltronei.

† Et vmbras Lilius Gregor. in re nautica φαλαίνας vocat, à naubus ruinosis, quæ maiores comitantur. Sed & hoc adiiciendum obiter, apud veteres seruatum olim diligenter, si quis ad cœnam benignè inuitatus, quasi de hospitis consilio munificentia, alios vt comites & vmbras secum haberet, licuisse id ei amicitiæ nomine, qua de re satis multa Stukius Antiquitatum conuiualium libro quarto cap. 6. vt de aliis sileam. Verùm sua sponte conuiuio alius parato sese adiungere non licebat: si tamen ita res veniret, vt ἀνήκλητοι aduentarent, non vocati, ij quidem in imam lecti spódam deduci iubebantur. Quòd si fortè conuiua non adesset

ad præ-

ad præscriptam horam, cum non patiebantur discumbere, nisi tricliniô circuito. Sed ne nimis multa, confer huc illud iactatum sermone vulgi.

Λίπμα πρὸς λιπαρὸν ἀγαθὸν· ὅτι ἐπὶ ἴσης ἴτην.
Bona ad bonorum accedunt opum.

Nihil ad Parmenonis fucum. 10

Οὐδὲν πρὸς τὸν Παρμένοντος ἦν, id est, Nihil ad Parmenonis fucum. De æmulatione dictum, quæ longo interuallo abesset ab eo quod imitaretur. Plutarchus in Sympoſiacis quintæ Decadis ſecundo problemate, quo pacto natum ſit adagium narrat ad hanc fermè ſententiam: Parmeno quiſpiam fuit ex hominum eorum genere qui noſtris etiam temporibus varias animantium & hominum voces ita ſcite imitantur ac repræſentant, vt audientibus tantùm, non etiam videntibus, veræ non imitatæ voces videantur. Neque deſunt quos hoc artificium maximè in modum delectet. Parmenon igitur hac arte vulgò vt iucundiſſimus, ita etiam celeberrimus fuiſſe perhibetur: quem quum reliqui conarétur æmulari, ac protinus ab omnibus diceretur illud, Καλῶς, ἀλλ' οὐδὲν πρὸς τὸν Παρμένοντος ἦν, hoc eſt, Rectè quidem, verum nihil ad Parmenonis fucum, quidam produt veram ineptiam ſub alis occultatam gerens. Huius vocem quum populus imitatum eſſe crederet, ſtatimque, ſicut ſolent, reclamarent, τί οὖν αὖ πρὸς τὸν Παρμένοντος ἦν; id eſt, Quid hæc ad Parmenonis fucum? vera fuæ deprompta ac propalam oſtenſa, reſcidit illorum iudicium, vtpote non ex vero, ſed ex imaginatione profectum. Meminit idē Parmenonis ac ſuis adumbrauit, in commentariis De audiendis poetis. Nec intempeſtiuè vtemur hoc adagio, ſi quoties aliquis opinione deceptus, de re perperam iudicat. Veluti ſi quis epigramma parum eruditum ac neotericum, ſupra modum admiraretur, perſuaſus antiquum eſſe: rurſum, ſi quod antiquum eſſet & eruditum, ceu nuperum, damnaret. Tantum enim valet hæc imaginatio, vt eruditiſſimis etiam viris in iudicando imponat.

Veteri varias quidam tantùm imitar.

Iudicium ex imaginatione.

Errantium exemplum.

Syncretiſmus. 11

Ἐκ τῶν ἐχθρῶν φίλοι Cretico prouerbio dicebatur, quoties fieret vt qui modò videbantur hoſtes acerrimi, repentè in ſummam concordiam redigerentur. Id quod frequenter euenire ſolet, maximè ſi quando malum aliquod inciderit, vtriſque commune. Plutarchus in Commentario περὶ φιλαδελφίας, id eſt, de fraterna charitate, recēſet hunuſque explicat paræmiam his verbis, Ἔτι πάντων ἀκούσατε τὸ παρ' ἐκείνοις ἐν τοῖς πρὸς ἀλλήλους ἐχθροῖς ἐξαίφνης ἐγγιγνόμενον φιλανθρωπίαν· ἐκ τῶν ἐχθρῶν φίλοι καὶ ὁμοῦ τὴν ταραχὴν παυσάντων, φόβῳ δὲ πάντες ἀθρόοι καὶ μεγάλῳ περιπεσόντες. μικρὸν ἄρα αὐτοῖς χρῆσθαι τὸν Κρητικὸν, ὅτε πολλάκις ἐπαύσατο τοὺς ἀλλήλοις πολεμοῦντας, ὄψεσθε δὲ τοὺς πολίτας μᾶλλον ἀλλήλοις καὶ πρὸς τοὺς ἔξωθεν καλουμένους ἐπιεικῶς διακειμένους. id eſt, Præterea oportebit & illud meminiſſe, fratribus inter ſe diſſidentibus, obſeruáréque vt potiſſimum eo tempore conſuetudinem habeas & conuictum cum illorum amicis. rurſum, ipſum eos fugias, neque ad familiaritatem: illud videlicet Cretenſium exemplum ſequutus, qui frequenter quum factionibus & bellis ciuilibus inter ſe pugnarent, inuadentibus aliunde hoſtibus, omiſſa contentione, coniuncti ſunt atque is erat quem illi syncretiſmum appellabant. Hactenus Plutarchus. Simile quiddā refert de Sudracis & Mallis Quintus Curtius libro 9. quos alias behare inter ſe ſolitos, periculi ſocietas iunxerat, imminente Alexandro. Pertinet huc quod alias ex Ariſtotele referemus, ὅτι κακὰ συνίστησι τὰ κακά id eſt Concinant homines mala, Adagium rectè accommodabimus & in illos qui amicitiam ineunt: non quòd ſeſe ex animo diligant, ſed quòd alter alterius opis indigeat aut quod veluti coniunctis copiis communem inimicum perſúdent. Id quod his temporibus ſæpenumero factitari videmus vt arma iungant, aliqui inter ſe infenſiſſimis animis. Tanta ineſt & Chriſtianis hominibus vlciſcendi rabies. Refertur & ab Apoſtolio quodam Byzantino, recentiſſimo apud Græcos prouerbiorum coacernatore.

Ex hoſtibus ſubitò concordes.

Sudraci & Malli.

Concinant homines mala.

ANIMAD. RERV. STEPH.

Vſumque & conuictum habeāt cum illorum am. &c. Nemo non videat (qui quidem propiùs inſpexerit hūc locū velit) abſurdum eſſe quod hiſce Latinis verbis præcipitur: iubemur vt illud tempus obſeruemus quo inter ſe diſſidebunt fratres, vt tum potiſſimum cum eorum amicis conſuetudinem & conuictum habeamus. Quorſum hoc quæſo. Rationi enim minimè conſentaneum eſt vt conſuetudinem habeamus cum amico eius qui nobis ſit inimicus. Ac potius præcipiendum eſſet vt eorum inimicis nos adiungentes, viribus collatis eos opprimeremus, interim dum illi, ob diſſidium, ſibi mutuò laturi opem non ſunt, & vel hac ratione multo ἀκινδυνότερον futuri. Sed hoc non cogitauit Plutarchus: imò verò minus illud. Quid igitur? Conſilium det vnicuique, vt ſi acciderit illi diſſidium eſſe cum ſuis fratribus (intellige etiā, cum ſuo fratre, prout vel plures, vel vnicum eſſe cōtigerit) operam det vt eo potiſſimū tempore cum ſuis ipſius amicis verſetur, & ab eorum latere quàm minimum poterit recedat, contrà verò ſuos inimicos procul fugiat. Cur verò ita faciēdum ſit, oſtendit iis quæ ſubiungit, Quia, inquit, ſynceri & minimè fucati amici vnà cum amico ſuum fratrem amante, & ipſi amant: at ij demum qui inimici ſunt, & quidem omnium maximè maligni, quum aliquem reperiūt cui ſit diſſidium & odium aduerſus ſuum fratrem, cum illo diſſidente & ipſi diſſidere, & odiſſe eundem videātur. Ita meritò protectò Plutarchus omnium maximè malignos hos eſſe dicit. cur enim apud fratrem fratri iraſcentem, & ipſi aduerſus eundem iram præ ſe ferūt? Vt eum magis ac magis accendant, & oleum, quod aiunt, addant incendio. Interim verò ex illo, vbi commotum eſſe viderint (quo maximè tempore dicenda & audenda loqui homines ſolent) ea ſecreta expiſcentur, quæ alioqui ſedato animo, nunquam vulgauiſſet & quæ occultaſſe multo ſui vtilius fuiſſet. Pulcherrimus eſt profectò hic locus, & Plutarcho vere dignus: ideóque huius eius interpretationē errorem ſilentio præterea iudum non exiſtimauit: præſertim quum eam, ſequendo quod additus Cretenſium exemplum ἀκόλουθον eſſe videatur: illi enim, inuadentibus hoſtibus, non cum inimicorum amicis ſed cum ſuis ipſorum inimicis ſocietatem ineibant, ſeque cum iis reconciliabant.

Qui circa ſalem & fabam. 12

Περὶ ἅλα καὶ κύαμον, id eſt, Iuxta ſalem & fabam eos dicebatur qui ſe ſimulārēt ſcire quod neſcirent. Siquidem diuini reſponturi, fabam & ſalem apponebant. Vnde qui inter ſe de rebus arcanis communicarent, πρὸς ἀλλήλους περὶ ἅλα καὶ κύαμον appellabant. Ad hunc quidem modum ſcriptum legitur in Diogeniano, reliquiſque Græcarum paræmiarum collectoribus. Verùm Plutarchus in Sympoſiacorum problematū decade quarta nō fabā, ſed cuminū ſcribit, niſi forte depravatus ſit codex, ἀλλ' ἴσως δὲ τοῦτο φεύγει, πρὸς ἀλλήλους περὶ ἅλα καὶ κύμινον, ἵνα μὴ παντάπασιν ἴδῃ, ἢ ὅ ἄμεινον, id eſt, At illud fortaſſe vos fugit, quod aiūt, qui iuxta ſalem & cuminum, quòd illud quidem lautius, hoc ſuauius. Rurſum eiuſdem operis decade quinta, ἐζήτει Θάλης, ἐπυνθάνετο παρ' αὐτοῦ, τίνες εἶεν οἱ περὶ ἅλα καὶ κύμινον ἐν παροιμίᾳ λεγόμενοι. id eſt, Quærebat Thalus, quum apud ipſum cœnaremus, quinam eſſent qui in prouerbio iuxta ſalem & cuminum dicerentur. Apollophanes autem grammaticus ſic eam quæſtionem diſſoluit, vt dicat adagium iam nam familiaritatem ſignificare. Siquidem qui magnoperē inter ſe familiares ſunt, hi vel ſalem vel cuminum vnà cœnant, neque requirunt apparatum vllum ciborum. Vide & ille locus eſt Octauij Cæſaris ad quendam, à quo fuerat conuiuio perparco frugalique acceptus. Nec iebam me tibi eſſe tam familiarem. Huc pertinet etiam illud quod ſuo loco referemus, ἅλα καὶ τράπεζαν, μὴ προδοῦναι, id eſt, Non oportet tradere ſalem & mensam: hoc eſt, amicitiæ ius quod his rebus conciliatur, non eſt violandum. Porrò ſalis nomine frugalem victum innui, paſſim ex poetis licet cognoſcere. Horat. in Odis, 2. Carm 16.

In Salem & mensam transferendi, res operæ pretium.

Chil. 1 Cent. 6. prouerb. 10.

Fratur parvo bene, cui paterna
Splendet in mensa tenui ſalinum.

Idem in ſermon. lib. 2. Satyr. 2.

--modò ſit mihi mensa tripes, & concha ſalis puri.

Verùm in diuinationibus vi letur magis religionis cauſa ſolitus apponi. Cur autem hic honos ſali potiſſimum ſit habitus, quæritur apud Plutarchum in eo quem modò citauimus loco. Nam & Homerus ſalem diuinum appellat. Et Plato ſcripſit ſalem rebus diuinis amiciſſimum familiariſſimúque. Proinde Ægyptij honoris causa prorſum à ſale abſtinent, adeò vt ne panibus quidem veſ-

Sal in diuinationibus.

Sal diuinus.

A ſale abſtinent Ægyptij.

antur sale cõditis. Tametsi Plutarchus arbitratur Ægyptios hac gratia potius abstinuisse, si quando pure viuere vellent: quòd præcipuè libidinem irritare putetur, idque propter calorem. Nec est verisimile, illos abdicasse sibi salem, tanquam condimentum omnium suauissimum: ita vt non immeritò obsoniorum obsonium appellari possit. Nam sunt qui hac de causa salè gratiam nominarint, quòd citra hunc omnia videantur insipida ingratáque. Quanquam illud maxime diuinum in se tal habere videtur, quòd à corporibus vita destitutis putrefactionem ac tabem arcet, neque finit prorsum interire, diu morti velut resistens, animæque quoad licet, vice fungens. Atqui nihil est anima diuinius. Huius vt est officium, animantia tueri continereque, neque sinere compaginem dilabi: itidem sal, animæ exemplo, cohibet corporum harmoniam ad tabem tendentium, & membrorum inter sese amicitiam conseruat. Hac eadem ratione fulguris ignem, sacrum ac diuinum arbitrantur, quòd ictorum corpora multo tempore perdurent, neque putrescant. Habet & illud quasi diuinum sal, quòd vim quandam gignẽdi genuinam habere credatur: vel hoc argumento, quòd, sicuti paulo superius dictum est, seminalem vigorem expergefacit acuitque. Proinde qui canibus alendis dant operam, salsis carnibus ac salsamentis eos pascunt, quo ad gignendum teddantur alacriores. Accedit huc quòd è nauibus marinis immensa murium vis soleat enasci. Neque desunt qui dicãt, mulieres etiam citra virilem operam fieri grauidas, si salem lingant. Præterea putant huc allusisse poetas, qui non sine causa finxerunt Venerem genituræ principem, è sale natam fuisse: quam etiam ἁλοσύδη, id est, saligenam, cognominant. Quin iidem deos omnes marinos, fœcundos, & plurimorum liberorum progenitores faciunt. Denique nullum est animal, neque terrestre, neque volatile, perinde fœcundum vt sunt omnia marina. Huiusmodi fermè de sale differuntur apud Plutarchum. Quæ quidẽ hoc magis libuit referre, quòd in Christianis etiam mysterijs, præcipue Baptismi, quo renascimur ac denuo gignimur ad salutem, sal in primis admisceatur: vt ex iis quæ veteres de sale senserunt, nõnihil etiã theologus ad suum vsum accõmodare possit.

†De salis myster. aliquid suprà ad symbol. Pythagoræ, Salẽ apponito: & de fabis, in symbol. A fabis abstineto.

Duabus ancoris fultus. 13

Ancora pro re firma stabilique.

Δυοῖν ἀγκύραιν, id est, Duabus nixus in portu sedet. Subaudiendum ancoris. De firmis & immotis, & qui rem suam probè constabilierunt. Ductum à nauibus intra portum tuto manentibus, à prora simul & à puppi proiectis ancoris. Meminit Aristides in Panath. Ab eadem metaphora ductum est quod aduersus Ctesiphontẽ dixit Demosthenes, οὐ δυοῖν τοῖν αὐτῷ ἁγκυρῶν τοῖν πολλοῖς, subaudiendum ἐρείσας, id est, Haud eadem ancora nixus est qua vulgus hominum.

† Mihi quidem sanè arridet nostrorũ quorundã hominũ doctorum accõmodatio lepida, qua id prouerbij aptant vtrique linguæ Romanæ Græcæque: quibus edocti permulti duabus quasi ancoris instructi dici potuerunt. qua de re & elegans editum à nostris quibusdam tetrastichon:

Fundabat satis Aonius vna Ancora puppes,
Dum tamen Ausonium Musa naturet aquis.
Nunc cùm Palladiæ fulcant maria omnia nautæ,
Vsa quod vna parum est ancora, facta duæ.

Sed de ancoræ hieroglyphico Pierius erudite lib. 45.

Sine capite fabulæ. 14

Ἀκέφαλος μῦθος, id est, Sine capite sermo, dicitur imperfectus ac mutilus. Plato lib. de Leg. 6. Οὔκουν δεινὸν λέγων γε αὖ μῦθον ἀκέφαλον ἐκεῖνον καταλιπεῖν. παντάπασι γὰρ αὖ ἀπαίδευτον τοῦτόν γε ἄμεινον φαίνεται, id est, Nequaquam profectò, postea quam dicendi partes suscepi, sermonem abique capite libens reliquerim. Etenim si oberrans talis occurrat alicui, fœdus videretur. Rursus in Gorgia, Ἀλλ' ἐκεῖνό μοι μῦθον φαίνῃ μεταξὺ λέγειν τοῦ καλλίστου, ἀλλ' ὑπολάβωμεν κεφαλὴν, ἵνα μὴ ἄδην ἀκέφαλον

Caput sermonum.

πάσχῃ, id est, At ne sermones quidem interim aiunt fas esse deserere, quin potius imponendum illis caput, ne sine capite obambulent. Fortassis alluxit ad id quod refert Plutarchus in Dialogo De defectis oraculis. Apud Cretenses festum quoddam nouis & absurdis ceremonijs agebatur, ostenso hominis simulacro sine capite. Hunc aiebant Homerioni patrem fuisse, qui constuprata per vim Nympha, sine capite fuerit repertus.

Simulachrũ hominis sine capite.

Prouerbium refertur à Zenodoto. † Hoc in librum ἀνέφαλον rectè torqueri potest: vel in colloquium aut disputationes sine accommoda forsan occasione.

Inter sacrum & saxum. 15

Tyndarus apud Plautum, alter è captiuis, quum iam proditis dolis esset deprehensus, nec haberet quanam arte posset elabi: Nunc ego (inquit) omnino occidi. Nunc ego inter sacrum saxumque sto, nec quid faciam scio. Apuleius Asini sui libro vndecimo: Plurimum ergo duritia paupertatis intercedente, quod sit vetus prouerbium, inter sacrum & saxum positus, cruciabar. Explicat autem Apuleius allegoriam adagij, videlicet alludens ad sacerdotium cui erat initiandus: & paupertatem saxo duriorem, per quam non suppetebant sumptus. Sumptum apparet ex pueris fœderis feriendi ceremonijs, in quibus fœcialis porcum saxo feriebat: hæc interim pronuntians, Qui prior populus fœdus rumpet, Iupiter ita eum feriat quemadmodum ego porcum hoc lapide ferio. Sed vndecunque fluxit adagium, satis liquet dici solitum in eos, qui perplexi, ad extremum periculum rediguntur.

Dictum in perplexos.

Fœderis feriendi prisca ceremonia.

Inter malleum & incudem. 16

Μεταξὺ τῆς ἄκμονος καὶ τοῦ σφυρός. id est, Inter incudem & malleum. Huic non dissimile refertur ab Origine Theologo, quadam in Hieremiam homilia, his quidem verbis, nam Græca desideramus) Iam quoddam est apud nationes tritum vulgi sermone prouerbium, vt de iis qui anxietatibus & ingentibus malis premuntur, dicant, Inter malleum sunt & incudem.

† Id video conuerti ab eruditis in negotia quæ alioqui difficile suscipiuntur, quorum tamen qualis futurus sit exitus nondum planè videri potest.

Nunc mea in arctum coguntur copiæ. 17

Rem eandem diuersa significat allegoria. Terentius in Heautontimorumeno, quum ait:

In angustum oppido nunc mea coguntur copiæ.

Metaphora sumpta ab exercitu, qui laborat iniquo concluſus loco, & vndique obsidetur ab hostibus, vt difficile sit effugere.

† De re quauis ad summum adducta discrimen, vt hominis alioqui consulti, cordatique, quem consilium destituit cuique pares non sunt facultates, vt possit emergere. Nostri vulgò dicunt, nescit amplius quo ex ligno mustilia faciat. quasi qui se victum vltrò fateatur.

In acie nouacula. 18

Nec abhorret à superioribus illud, quod ab Homero sumptum, maximisque celebratum authoribus, in adagionem abiit ἐπὶ ξυρῆς ἀκμῆς. id est, In nouaculæ cuspide, siue acie: pro eo quod est in summo discrimine, Sic enim in Iliadis decimo loquitur Nestor,

Νῦν γὰρ δὴ πάντων ἐπὶ ξυρῆς ἵσταται ἀκμῆς,
Ἠὲ θανεῖν ἢ ζωὸν ἁλῶναι καὶ ἀνάγκῃς ὑπ' ἀχαιῶν.
id est,
Nunc etenim cunctis sita res in cuspide ferri est.
Viuantne an tristi exitio absumantur Achiui.

Sophocles in Antigone,

Φρόνει βροτοῖς οὖσιν ὡς ἐπὶ ξυρῆς τυχῆς.

Sunt autem Tiresiæ vatis verba, Creontem admonentis vt sapiat in tanto constitutus periculo. Rursum in Epigrammatibus.

Εὐρώπης Ἀσίης τε διδυμάονες ἡγεμόνευον·
Τὴν δὲ διαμπερὲς ἐπὶ ξυρῆς ἵσταμεν ἀκμῆς.
id est,
Europæ atque Asiæ reges Mauorte potentes,
Nunc vobis vtrique nouacula in acumine res est.

De Menelao ac Paride, singulari certamine decernentibus vter Helena potiretur, Theocritus, in Dioscuris,

Ἀνδρώτων ἑκάτερος ἐπὶ ξυρῆ ἵστατο νίκᾳ,
id est,
Certa salus hominum iam ferri in cuspide stantum,

Sumptum videtur à circulatoribus, qui in cuspide gladiorum ingrediuntur: aut ab iis qui ferrum manu contrectant: vt admonent in hunc authorem edita scholia.

Res in cardine. 19

Huic non omnino diuersum est illud. Res est in cardine. quod Seruius prouerbium esse admonuit, errans illud Maronis,

--haud tanto cessabit cardine rerum.

Putátque perinde valere quasi dicas, Res est in articulo. M. Tullius, In eo cardo rei vertitur, dixit, pro eo quod est, ex hoc tota res pendet. Quintilianus lib. duodecim. Nam vt taceam de negligentibus, quorum nihil refert

Cardo rẽ.

Cardo litium. ...ferri vbi litium cardo vertatur. Idem libro quinto Nam si fatetur, multis ex causis potuit cruenta esse vestis: negat, hic causæ cardinem ponit. in quo si victus fuerit, etiam insequentibus ruit. Sumptum ab hostiis quæ cardinibus sustinentur voluuntur que.

Causa cardo.

† Sic Rhetores dicunt statum esse tanquam orationis cardinem, hoc est summum caput. quod Fabius, Quintilian. ex Theodoro κεφαλαιον ἡμῶν nostrum vocat lib.3.cap.6.

Nouacula in cotem. 20

Σκληρὸν εἰς ἀκόνην. id est, Nouacula in cotem. Dici solitum in eos qui forè in eas res inciderunt in quas minimè volebant: Neque nouacula potest incommodius cadere quam si in cotem incurrat. Ab hoc non ita multum abhorret illud Horatianum.

-& fragili quærens illidere dentem,
Offendet solido.

Rectè accommodabitur & in eum, qui lædendi cupidus, tandem hominem nactus est à quo vicissim lædatur, quum alij nocere non possit. Siquidem nouacula, si in molle quidpiam incidérit, dissecat: si in cotem, retunditur. Hinc respexit Tarquinius qui dixit sibi in animo esse vt Actius Nauius augur nouacula cotem discinderet. significans in cotem nihil posse nouaculam. Quanquam ab augure factum quod ille fieri posse non credebat, refert Liuius libro primo. † *Cic. de natu. deo. 2. de diuin. 1. Val. Max. 1. de auspic. 3.*

Molle dissecat nouacula.

Caliga Maximini. 21

Caliga Maximini vulgò dictitatum est in homines insulsos & immodicæ proceritatis. Id adagij refert Iulius Capitolinus in vita Maximini imperatoris. Nam quum esset, inquiens Maximinus pedum, vt diximus, octo & propè semis, calciamentum eius, id est campagium regium quidam in luco qui est inter Aquileiam & Arziam, posuerunt, quod constat pede maius fuisse hominis vestigio atque mensura. Vnde etiam vulgò tractum est, quum de longis atque ineptis hominibus diceretur, Caliga Maximini. Hactenus Iulius. Ergo prouerbium rectius vsurpatur, si cum odio contemptúve dicatur propterea quòd is Maximinus, vnde natum esse constat, inuisissimus esset pariter & populo Romano & Senatui: quippe Thrax natione, deinde sordido genere, postremò moribus barbaris, ac feris. Quinetiã nunc homines insignitæ proceritatis vulgò malè audiunt, tanquam socordes atque inertes.

Maximinus ex inuisus.

† De caligarum generibus spiculatoriis eruditè Lagius commentar. Reipub. Romanæ lib.8.cap.13.

Clematis Ægyptia. 22

Huic confine est quod à Phalereo Demetrio refertur, κληματὶς Αἰγυπτία. id est Clematis Ægyptia, Id ait ioco dici solitum in eos qui corpore præter modum procero atque atro colore essent. Natum haud dubiè ab eius herbæ specie de qua meminit Dioscorides libro quarto. Plinius libro 24.cap.17. Itali, inquit, centunculum vocant, rostratis foliis, ad similitudinem capitis penularum, incentem in aruis. Græci autem clematidem appellant: Sed quum clematidis multæ sint species, quas inibi recenset Plinius, vna duntaxat prouerbio locum fecisse videtur, ea nimirum quæ Clematis Ægyptia cognomine dicitur. Dicitur autem quòd hæc maximè gignat Ægyptus, folio lauri longo tenuique, aduersus serpentes & priuatim aspides, ex aceto pota, efficax: quæ eadem ab aliis daphnoides, ab aliis polygonoides vocatur. Laertius in vita Zenonis, ex authoritate Apollonij scribit Zenonem gracili fuisse corpore, statu procero, atra cute. Deinde authorem citat Chrysippum, qui in secundo prouerbiorum suorum libro scripserit, ob eam causam à quodam clematidem Ægyptiam fuisse dictum.

Zeno quo corpore fuerit.

Res ad triarios rediit. 23

Romanũ erat adagium, elegans cum primis & annotandum. Res ad triarios redit. Eo licebit vti quum significabimus rem eo periculi redactam esse, vt extremo conatu summisque viribus sit enitendum, & ad suprema confugiendum consilia, quibus si nihil proficiatur, iam nihil reliquum esse videatur vnde subsidium sperare possis. Veluti si in disceptatione quadam literaria, mediocribus ambigentibus, ad vnum aliquem summæ doctrinæ virum rem deferre cogeremur, aut in anceps negotio, potentissimorum amicorum opem implorare compelleremur, quas non nisi maxima quadam adacti necessitate solcamus interpellare. Denique si quum vulgaribus illis consilijs res explicari nequit, ad nouum aliquod & egregiè callidũ confugitur. Quemadmodum Terentianus ille Phormio in sui nominis tabula, quum significaret neque in Antiphone, neque in Phædria, neque in Geta satis esse præsidij ad retundendam senis ſquitiam, Ad te, inquit, Phormio summa redit. Natum est adagium à rationo modóque componendi Romani exercitus. Refertur autem pariter & explicatur à T. Liuio, primæ decadis l.b. 8. cuius verba libuit subscribere. Postremò in plures ordines acies distribuebatur. Ordo enim sexagenos, (*sunt vt alij legunt sexceni*) milites, duos centuriones, vexillarium vnum habebat. Prima acies hastati erant, manipuli quindecim distantes inter se modicum spatium. Manipulus leues vicenos milites, aliam turbam scutatorum habebat. Leues autem, qui hastum tantùm telaque gererent, vocabantur. Hæc prima frons in acie florem iuuenum pubescentium ad militiam habebat. Robustior inde ætas totidem manipulorum, quibus principibus est nomen. Hos sequebantur scutati omnes, insignibus maximè armis. Hoc triginta manipulorum agmen, antepilanos appellabant, quia sub signis iam alij quindecim ordines locabantur, ex quibus ordo vnusquisque tres partes habebat. Earum vnamquamque primum pilum vocabant. Tribus ex vexillis constabat. Vexillum centum octoginta tres (*vt alij sex*) homines erant. Primum vexillum triarios ducebat, veteranum militem spectatæ virtutis. Secundum rotarios, minoris roboris ætate factíſque. Tertium accensos, minimæ fiduciæ manum, eò & in postremam aciem reiiciebantur. Vbi his ordinibus exercitus instructus esset, hastati omnium primi pugnã iuibant: si hastati profligare hostem non possent, pede pressu eos retrocedentes, in interualla ordinum principes recipiebant. Tum principum pugna erat, hastati sequebantur, Triarij sub vexillis considebant, sinistro crure porrecto: scuta innixa humeris, hastas subrecta cuspide in terram fixas (vt haud secus quam vallo septa inhorreret acies) tenentes. Si apud principes quoque haud satis prosperè esset pugnatũ, à prima acie ad triarios sensim referebantur, inde rem ad triarios redisse, quum laboratur, prouerbio increbuit. Triarij consurgentes, vbi in interualla ordinum suorum principes & hastatos recepissent, extemplo compressis ordinibus velut claudebant vias, vnóque continente agmine, iam nulla spe pòsit relicta, in hostem incidebant. Id erat formidolosissimum hosti, quum velut victos insequuti, nouam repentè aciem exurgentem, auctam numero cernebant. Hactenus T. Liuius, cuius ex verbis satis arbitror liquere prouerbium, vt nostra interpretatione iam non sit opus. Item Vegetius de re militari lib.2. declarat post omnes acies solere collocari triarios, omni armorum genere instructos, qui genu posito subsidebant: vt si primam aciem vinci contigisset, ab ea integrato prælio victoria repararetur. Modestus in libello de vocabulis rei militaris, Sextus, inquit, ordo post omnes à firmissimis & scutatis, & omni genere armorum munitis, bellatores tenebat, quos antiqui triarios appellabãt. Hi vt requieti & integri actius inuaderet hostes post vltimas acies sedere consueuerant, & si quid in primis ordinibus accidisset, de eorum viribus reparaturis spes tota pendebat. Flauius Vopiscus in vita Firmi imperatoris, iudicat robustissimum quemque militem in triarios allegi solitum: docens eum iuuenis robustissimis fuisse, hoc argumento quòd triarium quoque vinceret. † Lazius lib. comment. 14.c.14.

Hastati. Manipulus. Principes. Tribus ex vexillis. Triarij. Rotarij. Accensi. Vegetij locus. Modesti locus. Vopisci locus.

† Veget. de re milit. & Lazius vrb. Rom. commentar. 4. cap. 14. vbi pulcrè de triarijs, & aliis militum speciebus.

Sacram ancoram soluere. 24

Huic finitimum est illud quod apud Græcos celebratur, ἱερὰν ἄγκυραν χαλάζειν, id est, sacram ancorã soluere, quoties ad extrema præsidia confugitur. Translatum à nautis, qui maximam ac validissimam ancoram, sacram vocant: eamque tum demum mittunt, quum extremo laborant discrimine. Lucianus in Ioue tragœdo, Ἀκουὲ δὴ ἐφεξῆς, φασὶ, ἄγκυραν, ἣν δὴ πάνυ μεγάλην καὶ ἱερὴν ἔχετε id est, Audi iam sacram, vt aiunt, ancoram, quãcunque nulla vi queas abrumpere. Sic enim appellat argumentum insolubile. Rursum Dracetis, ἐπὶ τοῦτο τῶν πραγμάτων, πλὴν ναύταις ἄγκυραν λέγουσι τὴν ἐσχάτην οἱ ναυκλήροι, οἱ φασι, καὶ δεινοί. id est, Visum est igitur, re perpenta extremã ancoram, quam nautæ sacram nominant, demittere. Rursum in Apologia, Μία μοι ἔσωσε γοῦν ἄγκυρα ἐν τῷ λιμένι id est, Mihi fortasse vna illa ancora adhuc superest

Ancora sacra quando mittatur.

integra, id est, Illud mihi adhuc superest quò possim confugere Euripides in Hecuba.

Ἀγκύρα δυοῖν τοῖν πόλαιν ἐχομένη.
id est,
Mihi ab vtraque fortuna pendet anchora.

hoc est Vna duntaxat spes mihi superest. Aristoteles in Themistocle, Καὶ ὥσπερ ταῖς ἀγκύραις ἐκ τῆς ἐπὶ τὸν φανὸν ἐχόμενοι. id est, Ac velut à sacra anchora de illius voce pendentes. Diuus Chrysostomus de Lazaro concione 4 conciones appellat ἱερὰς ἀγκύρας, quod illa nunquã patiatur hominem abripi vt cupiditatum, elati ventorum procella, quin obluctetur.

Mouebo talum à sacra linea. 25

Idem poliere putat Diogenianus κινῶ τὸν ἀφ' ἱερᾶς, id est, Sacrę lineæ talum moueo. de iis qui extrema parant experiri. Id tubus Pollux lib. nono exponens, ait à ludo quoniam tesserarum natum esse adagium. Iuum autem fuisse huiusmodi, vt vtrique ludentium essent calculi quinque, totidem impositi lineis, vnde & Sophocles dixerit, πεντεγράμμοις, id est, tesseræ quinquelinearum. Inter eas lineas, vtrinque quinas, vnam fuisse mediam, quam sacram vocabant: vnde qui talum mouisset, is sacræ lineæ calculum mouere dicebatur. Id verò non fiebat nisi quum res posceret vt ludens ad extrema confugeret auxilia. Vsurpat hoc adagium Plato libro de Legibus quinto κρὸς τὴν ἱερὰν τεσσάρων ἴσως, id est, Tanquam à sacra tessera. Plutarchus in libro qui inscribitur, An seni sit gerenda Respub. τὸν δὲ γέροντα πῶς ἀφ' ἱερᾶς ἐπιχειρεῖν ἡμῖν ἡγῇ, id est, Postremum nobis, tanquam à sacra linea, senectam allegant, hoc est veluti cautam grauissimam. Idem cùm agit de comparatione terrestrium ac marinorum, φησὶ, κινοῦντες τὸν ἀφ' ἱερᾶς, ἐροῦμεν ἤδη περὶ θεότητος αὐτῶν καὶ μαντικῆς ὅσον ἀνθρώπινον. id est, Age, moto talo a sacra linea, paucis de diuinitate eorum & diuinatione dicamus. Rursum idem aduersus Colotem Epicureum, Ἀλλ' ἐπεὶ τὸν ἀφ' ἱερᾶς ἐκίνησε γραμμῆς ὁ Κολώτης, id est, Protinus igitur talum à sacra mouit Colotes. hoc est, statim id quod est grauissimum agressus est, vt impugnaret Apollinis de Socrate iudicium. Idem in vita Martij Coriolani, de ciuitate Romana ob Coriolani minas perturbata. ὥστε τὸν ἀφ' ἱερᾶς ἀφεῖναι. id est, Sublatam à sacra linea tesseram misit. De perditis enim rebus, ad deorum religionem confugiebat supplicatum missis sacrificis, ad tutus, haruspicibus, augu ribus, &c. Huc allusit & Theocritus in Bucolicis.

Καὶ τὸν ἀπὸ γραμμᾶς κινεῖ λίθον.
id est,
Atque à linea lapidem mouet.

De quo nobis & alias fusius mentio.

Nudior leberide. 26

Γυμνότερος λεπαδνοῦ, id est, Nudior leberide. de vehementer tenuibus: Liberis enim serpentis exuuiũ significat, quo nihil esse potest inanius. Accidit autem hoc omnibus fere quæ cortice integuntur, sed mollioribus velut fœtibus, lacertis, præcipue serpentibus. atque hæc ferme bis exuunt, vere & autumno, præterea viperæ. Serpenti primum ab oculis incipit decedere pellis, ita vt cæcari videatur iis, qui rem non intelligũt: atque vna nocte & die senectus tota exuitur à capite vsque ad caudam. Ex insectis reiuuenescunt scilpha & culex: eáque quorum pennæ vaginis obteguntur, vt scarabæi, item locustæ & cicadæ. Ex genere marinorum exuit & cancer, idque ipsius anno. Atque hoc exuuiũ Græcis etiam σκέπας dicitur: cuius mira sentitur tum leuitas, tum siccitas, vinuento humore in nouum fœtum consumpto. Author Aristoteles lib. de natura animantium octauo. Aut Suidas Leberidem hominem fuisse supra modum pauperem: ita vt vulgari sermoni locum fecerit. Athenæus in Dipnosophistis, σὺ γὰρ λεπαδνότερος πενέστερος εἶ, id est, Ostendis te ipsum inaniorem leberide.

Qui quæ vult dicit, audiet quæ non vult audiet. 27

Si quis dixeris quæ vis, quę non vis audies. Diuus Hieronymus in Ruffinum nominatim prouerbij loco citat, Nihilque super hoc audies (inquit) nisi illud è Trinummo, Quum dixeris quæ vis, audies quæ non vis. Lenitius in Andria.

Si omnia quæ vult dicere, quæ non vult audiet,

Rectius in prologo Phormionis:

Benedicis si facere iussisset, audisset bene.

Eodem alluit in prologo Andriæ,

Desinant maledicere, malefacta ne noscant sua.

Obscurius etiam in prologo Eunuchi, Tum si quis est qui dictum in se inclementius existimet esse, sic existimet licet: reipondunum dictum esse. Responsum enim vocat, conuicium conuicio reddidum. Sed hic locus admonet vt quorundam errorem coarguam, qui in margine adscripserant, me in his quæ sequuntur legere, quia lacet prius. Imo sic legebatur in vulgatis exemplaribus: ego primus ex fide veterum restitui germanam lectionem, nimirum hanc, quale sit, prius Qui bene vertendo, & eas describendo male, ex Græcis bonis Latinas fecit non bonas. Idem Menandri Phasma nunc nuper dedit. Vt Quale sit, idem valeat quod apud Græcos ὅτου apud Latinos velut, aut, quod genus sit: quibus vtimur, exemplum proposituri. meminerat enim de conuicio regerendo: eius mox subiicit exemplum. Deinde Prius respondet ad aduerbium quod sequitur Nuper. Qui prius male vestérat multas fabulas, quarum non meminimus, idem nuper dedit ineptã fabulam Phasma, cuius potestis meminisse. Verùm vt ad rem redeamus, primus huius adagij pater Homerus fuisse videtur, apud quem hic versus est in Iliadis υ

Ὀπτῆρα δ' ἀτασθάλων ἔπεα, πολὺ φέρτατον ἄνδρα, id est,
Iniuste dicentur tui, quam à nemo ipse.

Item Hesiodus libro cui titulus Opera & dies

Εἰ δὲ κακὸν εἰπεῖν, τάχα κ' αὐτὸν μᾶλλον ἀκούσαι, id est,
Fors male dicent dicentur prima vicissim.

Rursus in eodem,

Ἡτοὶ ὅ γ' ὀπίσσω ἀπτόμενος οὐ κτερέιξας
Δὶς πόσιν ἢ τεθνᾶτα μεμηκότα, id est,
Si quod prorsus ipse
Aut verbum aut factum dixerit temere vicissim,
Ad iram ad litem ad rixam verbis nocet.

Euripides in Alcestide,

εἰ δ' ἐμοὶ κακὰ κακῶς
Ἔρεῖς, ἀκούσει πολλὰ κ' οὐδὲν ἄξια. id est,
Si dixeris nobis male,
Mala inuicem premuta, nec falsa audies.

Longe venustius idem extulit Sophocles, citante Plutarcho:

φιλεῖ γὰρ ἔνδικα μὲν οὐ λέγειν πάθοι,
Ἀκοὴ δ' ἀκοῦσαι τοῦτο κοὐκ ἐκεῖνο χρή. id est,
Etenim solet qui dicta temere iecerit,
Audire recens verba quæ ab se voluerit.

Refertur & in eodem,

φιλεῖ γὰρ ἔνδικ' οὐ λέγειν πάθος τινὰ
Ἀκοὴ δ' ἀκοῦσαι τοῦτο κοὐκ ἐκεῖνο χρή, id est,
Qui multa temere verba iactauerit solet
Audire nolens quæ ab se dicta sunt male.

Quinetiam his nostris temporibus eiusmodi quiddam dam vulgo dicitur, Vt salutabis sua & reciprocaberis: hoc est, Vt tua fuerit oratio ita tibi respondebitur. Plautus, Cotumeliam si dices, audies. Cæcilius in Carysio apud Gellium, Audibis male, si malè dicis mihi. Eodem pertinet Euripideum illud apud authores passim obuium, Ἀγαθὸν σιωπᾶν καὶ λόγου κρεῖσσον φρονεῖν, id est. Infamis oris, & in qua vecordiæ finis seu vestigal, calamitas. Celebratur & hoc inter Chilonis apophthegmata, μὴ κακολογεῖν τοὺς πέλας, εἰδὼς μὲν, ἀκούσεσθαι δ' ἐξ ἐκείνου πάλιν, id est, non esse maledicendum iis quibuscum agimus: alioquin audituros quæ molestiam adferant. Huc arbitror referendum versiculum quem Quintilianus vt vulgo iactatum citat,

Nec male respondet, male enim prior ille vocauit.

† Locum hunc egregiè Plutarchus illustrauit libello πῶς ἄν τις ὑπ' ἐχθρῶν ὠφελοῖτο, ad hunc fere locum: γελοῖον δ' ἐστὶ τοὺς λοιδορεῖν ἀλλήλοις ἐπιτρέποντας ἀπαντᾶν ἀλλήλοις. Ridiculum est omnino conuiciari, & eum irridere, à quo vicissim rideri possit, &c. vbi citat & hoc poetæ veteris senarium. Quò pertinet illud Tullij actione quinta in Verrem: Postulatur ab omnibus vt ab iis se abstineant maximè vitus: cum quibus alterum reprehenderunt. Turem aliquem, aut rapacem accusaris, vitanda tibi semper erit omnis auaritiæ suspicio. Maleficum quempiam dixeris, aut crudelẽ, cauendũ erit semper ne qua in re asperior aut inhumanior fuisse videaris. Corruptorẽ, adulterum, prouidendũ diligẽter ne quod in vita vestigiũ libidinis appareat. Omnia postremo quæ vindicaueris in alterum, tibi ipsi vehe-

Responsum.

Terentij locus restitutus.

Huius adagij author primus.

Plutarch. de vtilitate capienda ab inimicis.

vehementer fugienda sunt. Etenim non modò accusator, sed ne obiurgator quidem seriêdus est is, qui quod in altero vitium reprehendit, in ipso deprehenditur. Consentanea sunt hęc Iuuenalis è satyra 2.

Loripedem rectus derideat, Aethiopem albus.
Quis tulerit Gracchos de seditione querentes?
Quis caelum terris non misceat, & mare caelo,
Si fur displicuit fieri, homicida Neroni?
Clodius accusat moechos, Catilina Cethegum?

Ad id commodè referas aliud prouerbium, Γλῶσσα ποῖ πορεύῃ; Lingua quò vadis? quo monetur quisque vt prius, expendat ea quæ sit aliis, vel in alios dicturus. Occurrit Platonis in Dionysium hermacrati filium παῤῥησία; apud quem de tyrannide verba facientem cùm subijceret, non statim præstantius esse quod vni tantùm vtile videretur, nisi virtute cæteris antecelleret, offensus Dionysius ait, οἱ λόγοι σου μειρακιῶδεις; tua ipsa verba sentium sapiunt: contra Plato: οἱ δ' σοῦ τυραννικῶς; & tua tyrannidem. Multa eiusmodi exempla selectorum conuiciorum legere est apud Plutarchum, in eo cui παῤῥησίας nomen fecit.

Sero sapiunt Phryges. 28

Hoc prouerbium ex vetustissima tragœdia Liuij Andronici mutuo sumptũ est, quæ inscribitur Equus Troianus, Sero sapiunt Phryges. Vsurpatur à Cicerone in epistolis familiaribus. In equo, inquit, Troiano scis esse Serò sapiunt Phryges. Conuenit in eos quos stultè factorum serò pœnitet. Siquidem Troiani tot tam acceptis cladibus, vix decimo demum anno de restituenda Helena consultare cœperunt: quam si statim initio reposcenti Menelao reddidissent, innumerabilibus sese calamitatibus subduxissent. Euripid. in Oreste,

Οὐ γὰρ φρονοῦσι νῦν, ὅτε κτανὼν ἀκμὴν
id est,
At nunc profecto serius sapis bene,
Quum tunc penates Iupiter reliquerit.

Nam verba sunt ad Helenam Electræ. Refertur & à Festo Pompeio prouerbij titulo. Demades, authore Plutarcho, dicere solebat, Athenienses nunquam decernere pacem, nisi pullis vestibus indutos. innuès eos bellandi cupidiores quàm sat esset: nec nisi clade suorum admonitos de pace cogitare. At nos quanto sumus Athenientibus vecordiores, qui ne tot quidem annorum malis docti, bellum odimus, nec de pace, quam inter Christianos perpetuam esse oportebat, tandem incipimus cogitare?

† Huc pertinet illud Hesiodi 2. Ἔργων· ὡσαύτως ὁ ἀδελφὸς ὅτι δὴ κακὸν εἶχ' ἐπόησε de Epimetheo qui Pandoram suo magno malo excepit. Idem rursum per πρὶν δὴ τινύμενος ἔλυσε. vide proxime sequ. 30. & 31.

Sero sapit.

Sero sapiet qui non sapit vbi opus est.

Piscator ictus sapiet. 29

Eandem habet sententiam illud apud Græcos celebratissimum, ἀλιεὺς πεπληγὼς, νόον ἔσχε, id est, Piscator percussus sapiet. Idque serũt ab huiusmodi quodam euentu natum, Quum piscitor quispiam piscibus, quos intra rete tenebat, manum admouisset, atque à scorpio pisce feriretur, Ictus, inquit, sapiam. Itaque suo malo doctus, cauit in posterum. Plinius libro trigesimosecundo demonstrat id esse peculiare draconi & scorpio pisci, vt lædant aculeis, si manu tollantur. Zenodotus ait paroemiam extare apud Sophoclem.

† Affine huic Hesiodi, 2. Ἔργων, ὡσαύτως ὁ ἀδελφὸς ὅτι δὴ κακὸν εἶχ' ἐπόησε, de Epimetheo, qui Pandoram magno suo malo excepit. Idem rursum post, πρὶν δὲ τινύμενος ἔλυσε. quod alio loco est allaturus. hîc noster, ex vnius sententiæ adagio multa concinnare non rarò suetus.

Factum stultus cognoscit. 30

Idem aliter effertur ab aliis, παθὼν δὲ τὸ πρᾶγμ' ἔγνω, id est, Rem peractam stultus intellexit. † Accepto damno stultus sapit, dicimus vulgò. aliquis post ictum sapere. Et Græci quidam εἰς ἐπιθυμίαν, μαθήματα· πάθημα, μαθήματα; id est, nocumenta, documenta. sacris ita doctoribus: effertur: Vexato dat intellectum. Sumptum est autem ex Homero, qui pluribus locis hanc vsurpauit sententiam: vt in Iliados π & υ,

—μοῖρ' αἶψά σ' ἐόντα ἐμεῖο,
Πρίν τι καὶ αὐτὸς ἐμεῖο πάθῃς· ἐχέφρων δὲ τὸ πρίν περ ἔασθα,
id est,
—mihi obnius ire cauto, priusquam
Nexe aliquid capias. nam factum nouis & tecum.

Huc alluſit Euripides in Bacchis,

—κακὸν γὰρ ἐγγὺς ὢν ἐμάνθανεν.
Nam didicit affinis malo.

De Pentheo, qui serò nec nisi sua pernicie doctus, cœpit reuereri Bacchum. Neque huic diuersum est quod admonet senarius ille, inter Græcanicas sententias celebris,

Pentheus, sua pernicie doctus.

Ἡδὺ μανθάνει χἀτέρους κρίνει βροτῶν
id est,
Tam iudicant homines, vbi iam punitet.

Eodem pertinet Vergilianum illud,

Discite iustitiam monti, & non temnere diuos.

Item illud Demosthenicum, Non emo tanti pœnitere † Chil. 1. Cent. 4. prouerb. 1. Vnde perquam eleganter Fabius apud Titum Liuium, euentum, stultorum magistrum appellat. Nec euentus docet hoc (inquiès) qui stultorum magister est, sed ratio. Plinius in Panegyrico quem Traiano dixit, huiusmodi seram & infrugiferam prudentiam, miseram vocat: Terror, inquit, & metus & misera illa ex periculis facta prudentia, monebat vtà republica (erat autem omnino nulla respublica) oculos, aures, animos auerteremus.

† Accepto damno stultus sapit: & per acceptum ictum sapere dicunt nostri. Græci venuste, ἐκ πάθους μάθος. Itemque sentio sive πάθημα, μαθήματα; i. nocumenta, documenta. Sacris doctoribus ita effertur, Vexatio dat intellectum. confer huc quæ disputat Gellius lib. 6. cap. 14. Ex quo & Iul. Paulus dixit pœnam constitui in emendationem, l. si pœna, ff. de pœn. cui simile exstare Pontificio, cap. de his, 33. q. 2. quo dicitur: Vt hac saltem distinctione correcti ipsa in se sua errata castigent. Item cap. qui ea, 28. eiusd. Qui stultus fuit in culpa, sapiens sit in pœna.

Malo accepto stultus sapit. 31

Paulo diuersius extulit Hesiodus, eandem tamen sententiam, quum ait in libro cui titulus, Opera & dies,

—ἕπειτα δ' ὕστερος ἦλθε,
Εἰς τὸ δὲ τεῖσεν ἀμοιβὴν δὴ τότε νήπιος ἔσθλα
id est,
—tandem sua pœna vocatus
Consequitur: ipsa quæ sapit tum demùm stultus.

Ad quam sententiam videtur alludere & Homerus in Iliados ϕ, ἵνα γοῦν κακὸν ἄλλο πάθῃσιν, id est, Vti tuo damno cognoscas. Plato in Sympolio, ἐμὲ δὲ καὶ σκληρὸν ὄντα λαθεῖν, καὶ ἐξαπατῆσαι οὐδὲν τούτου μᾶλλον ἢ γυναῖκα ἄνθρωπον ἀπλοῦν, ἐμοὶ δοκεῖ, οὐδὲν θαυμαστόν· καὶ ἔτι τοῦτο μειράκιον, ἔφη ἐκεῖνος, ἐμὲ ἐξηπάτησε πρότερον ἢ ἐγὼ αὐτό. id est, Quæ tibi quoque dico Agathon, ne ab hoc falleris, sed ex cognitis ijs quæ nobis acciderunt, caueas: nec, iuxta prouerbium, veluti stultus post acceptum malum sapias. Huc referendum & Plautinum illud in Mercatore, Fœliciter is sapit, qui alieno periculo sapit. In eandem sententiam Tibullus Elegiarum lib. 3.

Alieno periculo sapiens.

—satis quicunque dolore
Alterius, discet posse carere tuo.

Huc alludũt & illæ sero sapientiũ voces, Nũc scio quid sit amor. Nunc ego & illam scelestam, & me miserum esse sentio. Ah, vix tandem sensi stolidus. Videtur adagium ex illa vetustissima fabula manasse, de duobus fratribus, Prometheo atque Epimetheo, quæ quidem refertur apud Hesiodum, ad hanc ferme sententiam, Iupiter, iratus Prometheo propter ignem furto sublatum è cælo, ac mortalibus redditum: cupiẽtique illum simili retaliare dolo, Vulcano negocium dat vt è luto puellæ simulachrum quanto maximo posset artificio fingat. Id simulatque factum est, singulos deos deasque monet, vt ei simulachro suas quisque dotes adiungerent. vnde & virgini, Pandoræ nomen additum apparet. Hanc igitur omnibus formę, cultus, ingenij, linguęque docibus cumulatam Iupiter cum pyxide, pulcherrima quidem illa, sed intus omne calamitatum genus occulente, ad Prometheum mittit. Is reculato munere, fratrem admonet, vt si quid muneris sese absente mitteretur, ne reciperet. Redit Pandora, persuasoq. Epimetheo pyxidem donat. Eam simulac aperuisset, e-uolantibúsque morbis sensisset Iouis ἄδωρα δῶρα, sero tamen sapere cœpit. Vbi Hesiodus paulò ad adagionem alludens ait,

Ἰοὺς ἄλλαγε δῶρα.

Ἀλλὰ ὁ ἀδελφὸς ὅτι δὴ κακὸν εἶχ' ἐπόησε.
id est,
At sapit, sed frustra: malo tum demùm fruitur.

Idem significat in Theogonia : Hanc, inquit, peperit Προμηθέα.

Prometheus & Epimetheus, quid.

Πανοῦργον, αἰολόμητιν, αἰμύλον υἱὸν τ' Ἰαπετοῦ,

Prometheum, vafrum denominans, ac variis instructū consilijs: Epimetheum: post erratum sapientem. Vnde & Pindarus in Pythijs, appellat illum ὀψίφρονα, quasi sero sapientem, quod ipsa etiam indicant vocabula. Nam προμηθεῖται, Græcis cum significat, cui prius quàm rem aggrediatur, suppetit consilium. ἐπιμηθεῖται, cui re peracta, tum demum consilium in mentem venit. προμηθέεσθαι, est consilio malis imminentibus occurrere. Lucianus in dialogo quodam, ex Comico quopiam erat hunc versiculum dictum in Cleonem, quòd serò, nec nisi confecto negocio, saperet.

Κλέων Προμηθεὺς ἐξ ἁμαυτοῦ τὰ πράγματα.

id est,

Rebus peractis est Cleon Prometheus.

Idem in calce, eiusdem dialogi, οὐκ ἐπὶ πάσι μαθησόμεθα, ἐπιμηθεῖς ἔσμεν, οὐ προμηθεῖς ὄντες. id est, Nam illud quidem post rem consulere, Epimethei est, non Promethei. Effertur etiam ad hunc modum paroemia, ὀψὲ τὰ πρᾶγματα προμηθούμενος. id est, Post mala prudentior. Rursum hoc pacto, ἄλλοι ἄλλα, id est, vt sententiam magis quàm verba reddam, Quæ nocent, docent. At multo consultius est alienis malis prudentiorem reddi, iuxta Græcam sententiam,

Βλέπων πάσχοντας εἰς τὰ τῶν ἄλλων καιρά.

id est,

Aliena spectans, doctus es, mala.

Circumfertur & illud nostrati vulgo iactatum, Mortales pudore & iactura doctiores euadere.

Aliquid mali propter vicinum malum. 32

Lysimachus apud Plautum in Mercatore, Nunc ego verum esse illud verbum experior, aliquid mali esse propter vicinum malum. Quibus ex Plauti verbis satis liquet, hanc sententiam vulgari sermone fuisse celebratam. Eam Hesiodus eleganter expressit in opere cui titulus, Opera & dies,

Εἰ γάρ τοι καὶ χρῆμα ἐν οἴκῳ σχέσεαι ἄλλο μάλιστα,
Τέτμοις δ' οὔτοι ἴσον, ζώοντι δὲ πῆμα κακὸν περ.
Πῆμα κακὸς γείτων, ὅσσον τ' ἀγαθὸς μέγ' ὀνίνησι.
Ἐμμορέ τοι τιμῆς ἔστ' ἔμμορε γείτονος ἐσθλοῦ.
Οὐδ' ἄβλητος ὄνησιν ἐμῇ γείτων κακὸς εἶη.

id est,

Si qua domi inciderit tibi res, tunc illico omissis
Adijsti vicini aedes, cunctantur at ipsi
Affines nexa est, vicinus vt impiger adsit:
Contrà ita maxima commoditas, si commodus adsit.
Decli honor huius, bona quem vicinia deficit: at nec
Intereat boni, si vicinus vir improbus adsit.

Neque tantum inter priuatos vicinos hęc sententia locum habet, verumetiam experimentis obseruatum est populos à vicinis subuersos. Quemadmodum Ætolis & Acarnanibus euenit, qui se mutuis cladibus euerterunt, inter se finitimi atque Carthaginensibus & Byzantinis, quarum historiarum meminerunt Hesiodi interpretes. Huc videtur leuiter allusisse Vergilius in Eclogis, quum ait,

Nec mala vicini pecoris contagia laedent. Et,
Mantua, vae miseræ nimium vicina Cremonæ.

Bonorum conuictus vtilis.

Admonet autem paroemia, vti bonorum conuictum & consuetudinem expetamus, à malis nos quàm maximè possumus abducamus. Proinde scitum est illud Themistoclis apud Plutarchum: qui quum prædium quoddam venderet, hoc quoque præconem addere iussit, ὅτι καὶ γείτονας ἀγαθοὺς ἔχων πωλοίην. id est, quòd vicinos etiam haberet bonos: quasi vicini commendatione futurum esset longe vendibilius. Neque multum abhorret hinc illud eiusdem Hesiodi carmen,

Πολλάκι τοι ξύμπασαν πόλιν ἔβλαψε κακὸς ἀνήρ.

id est,

Sæpe mali malefacta viri populum luit omnis.

Manus manum fricat. 33

Socrates, in Axiocho Platonis, ait Prodico sophistæ hunc Epicharmi comici versiculum semper in ore fuisse,

Ἡ χεὶρ νιπτὴν χεῖρα νίζεσθαι τε δύο λέπτω τε.

id est,

Affricat manum manus: da quoddam & aliquid accipe. videlicet hominis quæstū facete taxans, qui nemine gratis doceret & à quo se quoque quæ tū dicturus esset didicisse affirmabat: ne id quidē gratuito, imò numerata mercede. Sententia digna tum homine Siculo, tum vafro poëta. sic enim illum appellat Cicero. Monet autem, neminem ferme mortalium inueniri qui velit in quempiam beneficium collocare, à quo non speret aliquid emolumenti vicissim ad se rediturum: sed officium inuitari officio, beneficium beneficio prouocari. Idem adagium effertur & hoc pacto, χεὶρ χεῖρα νίπτει, id est, Manus manum lauat. Idem pollet vtraque metaphora. nam mutua commoditas est, quoties vel fricat vel abluit manus manum. Circumfertur inter Græcanicas sententias huiusmodi distichon,

Officium inuitari officio.

Ἀνὴρ γὰρ ἄνδρα ἐῤῥωσε πόλιν πόλις.
Χεὶρ χεῖρα νίπτει, δακτύλους τε δάκτυλος.

id est,

Vir virum seruat.
Vrbs seruat urbem, ser uat itidem vir virum.
Manus manum, digitumque digitus ablut.

Vtitur eo & Seneca in ludicro libello de morte Cl. Cæs.

† De auxilio mutuo spero me multa, nec sanè pœnitenda commentatum in meis Stromatum libris. qua de re præter alia quæ egregiè Cic. disputauit in officijs, hæc addam ex Seneca de benef. 4. capite 18. Vt scias per se expetendam grati animi affectionem, per se fugienda res est, ingratum esse, quoniam nihil æquè concordiam humani generis diffociat, aut distrahit, quàm hoc vitium. Nam quo alio tuti sumus, quam quod mutuis iuuamur officijs: hoc vno instructior vita, contráque incursiones subitas munitior est beneficiorum commercio. Fac nos singulos quod sumus, præda animalium, & victima, ac bellissimus & facillimus sanguis, quoniam ceteris animalibus in tutelam sui satis virium est quæcunque vaga nascuntur, & actura vitam segregem, armata sunt: hominem cingit imbecillitas, non vnguium vis, non dentium terribilem ceteris facit: nudū & infirmū societas munit. duas res dedit quæ illum obnoxium ceteris valentissimum facerent, rationem & societatem. hactenus Seneca. Cui affinia penè quæ à Lactantio asseruntur lib. 6. de vero cultu, cap. 10. & de opificio Dei, 2.

Gratia gratiam parit. 34

Eandem sententiam Sophocles simpliciter extulit in Œdipo Coloneo,

Ἡ χάρις χάριν φέρει. id est, *Gratiam adfert gratia.*

Rursum apud eundem in Aiace Mastigophoro,

Χάρις χάριν γὰρ ὀφθεῖσ' ἡ τιμηθεῖσ', ἀεί.

id est,

Beneficium semper beneficium parit.

Quod Hesiodus velut enarrans in primo Georgicōn,

Τὸν φιλέοντα φιλεῖν, καὶ τῷ προσιόντι προσεῖπαι.
Καὶ δεδόμεν ὅς κέν τοι δῷ, καὶ μή τοι δόμεν ὅς κεν μὴ δῷ.
Δώτην μὲν τις ἴδωκεν, ἀδώτην δ' οὔτις ἔδωκεν.

id est,

Dandā dant.

Æquum vt amatur amans: qui accedit, jam ito illi.
Da, tibi qui dederit: qui non dederit tibi, ne da.
Dantí aliquis dedit, at non darti non dedit vllus.

Quibus significatur beneficium inuitari beneficio, & officium officio prouocari. Euripides in Helena.

Χάριτες γὰρ ἀντὶ χάριτος ἐλθέτην.

Beneficium beneficio respondeat.

Par pari referre. 35

Ἴσον ἴσῳ ὀπαδόν. Terentius in Eunucho paroemiam vsurpat, superiori non admodum dissimilem, Par pari referto. Qua monemur vt tales simus in alios, quales in nos illos experimur: ac, iuxta Medeam Euripideam, amicis simus amici, inimicis infesti, in perfidos perfidi, parcos parci, clamosos clamosi, impudentes improbi: denique vtcunque meritum merito simili retaliemus. Idem in prologo Phormionis, Quod ab ipso allatum est, sibi id esse relatum putet. Non inconcinne tum quoque vsurpauerimus, siquando verba verbis, blanditias blanditijs, promissa promissis pensamus. Huc pertinet illud non illepidum, quod refert Aristoteles libro Moralium nono: Dionysius citharœdum accersiuerat, vt sibi caneret in nuptijs, atque cum eo his pactus est legibus, vt quo doctius melíusque caneret, hoc copiosiorem ferret mercedē. Annixus est omni artificio citharœdus vti quàm fortissimè caneret, sperans amplissimum præmium. At postridie pactam mercedem reposcenti musico qui conduxerat, ait iam persoluisse sese & esse pollicitus, nempe par pari retribuisse, próque voluptate

Meritum merito retaliandum.

Dionysij ad citharœdum responsio.

lupitate repositisse voluptatem, spem lucri significans, quæ quidem hoc maior fuerat, quo magis ex arte cantasset. Verum hoc loco negat philosophus par pari relatum propterea quod alter id quod volebat accepit, alter eo quod expectabat, frustratus est. Huc videtur respexisse Eurip. des. quum ait in Andromache,

Σωτῆρα καὶ νικᾶς, σὺ σοφὸς, ἀντιλήψεται,
Σώσειε δ' ὃ τἀξίαισι δυσμενὲς θέμενος,

id est,

Me doctus in nos seruet moderatum item,
Qui bonis autem non reperiet iuncatos.

Potiùs prouerbiale natum videri potest à compotationibus veterum Græcorum, apud quos æqualibus cyathis bibere mos erat. Archippus in Amphitryone secunda, apud Athenæum libro decimo,

Τὸν ἐκείνων πρῶτον κακὸν ἐμοὶ μὲν ἴσον ἴσῳ.
Quis par pari fecerit mihi aut vobis pari.

Item Cratinus in Pytine,

Τὸν δ' ἴσον ἴσῳ, φησὶν, ἴσως δὲ τὴν ἰσονομίαν.

id est,

At par pari reddenti, ego reſpondero.

Item libro sexto, Οὐ δήπου τὸν Ῥώμῃ ἴσον ἴσῳ τὴν ἰχθὺν πωλοῦντα, id est, *Non pro eos qui Romæ piscem venderet, parem pari sententia singulos pretio æstimatos vendi.* Erat hæc vox ἴσον ἴσῳ solennis inter propinandum, vt ex eodem authore facile liquet. Ea significabant aut pares esse cyathos, aut tantundem additum aquæ, quantum inesset vini. Huius formæ sunt illæ, Paria facere, pro pensare ex æquo & Parem calicem ponere. Plinius ad Flaccum, Accepi pulcherrimos turdos, cum quibus parem calicem ponere, nec vobis cœnis ex Laurentino, nec maris tam turbidi spectatibus possum. M. Tullius libro de Oratore ad Brutum, Par pari retulit ad schema rhetoricum, quo membra orationis pari syllabarum numero sibi respondent. Nam, inquit, quum aut par pari refertur, aut contrarium contrario opponitur: aut quæ similiter cadunt verba, verbis comparantur, quicquid ita concluditur, pictumque ut numerose cadat

Paria facere
Parem calicem ponere.

† De variis apud veteres propinandi modis plerisque ex neotericis varia commentatis expresserunt, sed Germani maximè, eruditi homines, quos lubens prætereo, quia id argumentum operosè mihi videatur complexus Guilel. Stukius antiquitatum conuiualium libris, sed maximè quod ad rem facit, lib. 3. cap. 14. huc pertinet verbum iuris pariare, quod est paria facere, cũ rationes expensi cum accepti rationibus quadrant, pariéque sunt, Vlp. l. 4. paragraph. 1. ff. de manum. Idem significat hostire, & redhostire, ἀμοιβεῖσθαι. huc ὅμοια ὁπλα hostimentum, pari ratio æquatio.

Eadem mensura. 36

Quod modo retulimus, videtur pariter & ad officij & ad munificæ relationem pertinere: verum ad beneficij pensationem magis referendum quod ait Hesiodus,

Αὐτὰρ τῷ μίσῳ, ἢ πλέονι, αἴ κε δύνηαι.

id est,

Aut mensura eadem, aut melius quoque, si queas facere. Quo docet officium remetiendum esse eadem mensura, aut etiam copiosiore, si suppetat facultas, proclamatque hac parte imitandos esse fœcundos agros, qui sementem depositam multo cum fœnore reddere cõsueuerunt. Citatur à Lucrano prouerbij vice in Imaginibus, ἴσῳ μέτρῳ ἐκεῖ, ἢ πλείονι. id est, Eadem mensura, quod aiunt, aut melius. M. Tullius Epistolarum ad Atticum lib. 3. Ego autem me parabam ad id quod ille mihi misisset, vt ἴσῳ τῷ μέτρῳ ἢ πλείονι. si modò potuissem. Nam hoc etiam Hesiodus ascribit, αἴ κε δύνηαι. Hoc adagio nõ grauatus est vir præceptor noster Christus in Euangelio, quum ait futurum vt qua mẽsura fuerimus alios emensi, eadem nobis alij remetiantur. Sic enim loquitur apud Matthæum c. 7. Ἐν ᾧ γὰρ κρίματι κρίνετε, κριθήσεσθε. καὶ ἐν ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε, μετρηθήσεται ὑμῖν. id est, In quo iudicio iudicatis, in eo iudicabimini & qua mensura metiemini alus, illa remetietur vobis.

† Præsto erat Ciceronis textus, certéque præclarus ex 1. de offic. locus. Nullum officium refertur gratia magis necessarium est. Quod si ea quæ acceperis vtenda maiore mensura, si possis, iubet reddere Hesiodus, quidnam prouocati facere debemus? an non imitari agros fertiles, qui multò plus afferũt quàm acceperunt. Hactenus Cic. Ad id facit egregius morum formator Seneca de benefic. lib. 7. cap. 13. & sequentib.

Crassa Minerua.

Pingus Minerua. 37

Minerua, iuxta poetarum fabulas, artibus atque ingeniis præsidet. vnde & illud fluxit, Inuita Minerua. Præterea illud, Pingui seu crassa Minerua, quod quidem tam olim prouerbij vice celebratur. Columella libro De re rustica duodecimo, cap. 1. In hac autem, inquit, ruris disciplina non consideratur eiusmodi scrupulositas, sed, quod dicitur, pingui Minerua, quantum satis vtile contingat villico tempestatis futuræ præsagium. Idem in primi libri præfatione, Potest enim nec subtilissima, nec rursùm, quod aiunt, pingui Minerua, res agrestis administrari. Idem lib. 10. Nec tamen Hipparchi subtilitas, pinguioribus, vt aiunt, rusticorum literis necessaria est. Dicitur pinguiore Minerua fieri, quod inconditius simplicíusque quasique indoctius fit, non autem exquisita arte, nec exactissima cura. Vnde & Priapus ille, quum rem obscœnam, quàm poterat vrbanius per inuolucra verborum petere, rudis verbis rogat.

-crassa, inquit, Minerua mea est.

Et Horatius philosophum describens, non exactis illis Stoicorum rationibus atque argutiis instructum, sed veluti citra artem, philosophiam moribus exprimentem, neque tam disertum, quàm simplicem ac sincerum.

Horatij locus.

Rudibus (inquit) *sermonis sapiens crassæque Minerua.* Aulus Gel. lib. 14. cap. 1. Nequaquam tamen id censebat in tam breui exiguóque vitæ spatio, quantouis hominis ingenio comprehendi posse, & percipi, sed coniectari pauca quædam, & vt verbo ipsius vtar, παχυτερα id est, crassius, & pingui Minerua.

παχύτερα

Crassiore Musa. 38

Παχυτέρᾳ μούσῃ, id est, Crassiore Musa. Eandem præmiam fere exuit Quintilianus, Institutionum oratoriarum libro 1. Liber propter quosdam imperitiores, etiam crassiore, vt vocant, Musa, dubitationem huius vtilitatis eximere. Inueniuntur aliquoties apud scriptores non inidoneos, *Pinguiore formula*, pro eo quod est, planius atque intelligibilius, Dictum est & Latinè loqui, pro eo quod est, apertè & simpliciter. M. Tul. in Verrẽ, Latinè me scitote, non acculatorie loqui. Idem in Philip. Sed vt solent ij qui plane & Latinè loquuntur. In Priapeiis,

Latinè loqui.

Simplicius multo est, da prædicare, Latinè Dicere.

† Eodem sensu dixerunt veteres Latinè loqui, pro eo quod est purè, simplicitérque, & sine fuco dicere quod sentias, vt recte vir multiscius collegit aduersar. 24. cap. 5.

Rudius ac planius. 39

Inelegantius quidem est illud apud Græcos, sed idẽ tamen pollet, ἀμαθέστερον καὶ σαφέστερον εἰπεῖν. quod apud eundem refertur Gellium, Nosti enim, inquit, credo verbum illud vetus & peruulgatum ἀμαθέστερον εἰπεῖν καὶ σαφέστερον. id est, Indoctius rudiúsque quodámodo loquere, & apertius ac clarius fare. Sumptum apparet ex Aristophanis comœdia, cui titulus Βάτραχοι, id est, Ranæ.

Indoctius & apertius.

Ἀμαθέστερόν πως εἰπὲ καὶ σαφέστερον.
Indoctius proloquitor, atque clarius.

Quo carmine Bacchus Euripidis obscuritatem taxat, qui nescio quid parum dilucidè propoluerat. Suidas & interpres admonent fuisse prouerbium, quod hunc ad modum feratur,

Σαφέστερόν μοι καὶ μαθέστερον φράσον,

id est,

Apertius mihi loquere, atque indoctius.

Suspicor inde sumptum, quod antiquitus illi σοφοί, quos vocant, solebant mysteria sapientiæ quibusdam ænigmatum inuolucris data opera obtegere: videlicet ne profana turba ac nondum philosophiæ sacris initiata posse assequi. Sic Plato numeris suis obscurauit suam philosophiam. Sic Aristoteles multa mathematicis collationibus reddidit obscuriora.

† Apud scholiasten quendam Græcum legi, eadem penè sententia, ὅτι ἀσαφὲς μὴ σοφόν. Ex quo & in 3. Antoniani Cic. dixit, Melius esse tacere, quàm quod nemo intelligat dicere. Ad id pertinent quæ à Plutar. disputantur lib. de Iside, & Fab. Quintil. lib. 8. cap. 1. & 2.

Sus Minervam. 40

Tritissimum apud Latinos authores adagium, Sus Mi-

A Μινέρα, id est Sus Mineruam: subaudiendum docet, aut monet. dici solitum quoties indoctus quisp. magnæ insulsus eum docere conatur, à quo sit ipse magis docendus: ant, vt Festi Pompeij verbis vtar, quum quis id docet alterum cuius ipse est imperitus. Propterea quòd Minerua artium & ingeniorum, vt diximus, tutela tributa à poetis. Porrò sue nullum aliud animal magis brutum magísque sordidum, vt quod ilercoribus impense gaudeat: vel ob ieconis magnitudinem, quæ sedes est concupiscentiæ ac libidinis: vel ob earum crassitudinem & olfactum hebetem, vnde fit vt non offendatur fœtore: tùm adeo pronum cibóque deditum, vt si fortè sursum aspicere cogatur, protinus stupore fleat ob insolentiam, vt tradit Alexand. Aphrodiseus. Nec est aliud magis ineptum: proinde nō ad vsum aliquem, quemadmodum pecudes nonnullæ, sed ad epulas duntaxat à natura donatum videtur. Cui rei testis est Plinius lib. 8. cap. 51. Animalium, inquit, hoc maximè bonum, animámque ei pro sale data, non illepidè excusimabatur. Idem affirmat Varro lib. De re rustica secundo, Suillum, inquit, pecus donatum à natura dicunt ad epulandum. atque his animam datam pro sale quę seruaret carnem. Atque hæc quidem verba quid ibi velint, explicat M. Tullius libro De finibus bonorū quinto. Etenim omnium rerum, inquit, quas & creat natura & tuetur, quæ aut sine animo sunt aut non multo secus, eorum summum bonum in corpore est. vt non inscitè illud dictum videatur in suem, animum illi pecudi datum pro sale, ne putresceret. Sunt autem bellæ in quibus inest aliquid simile virtutis, vt in leonibus, vt in canibus, vt in equis: in quibus non corporum solùm, vt in suibus, sed etiam animorum aliqua ex parte motus aliquos videmus. Aristoteles in Physiognomicis scribit, exigua fronte, indociles homines & ad disciplinā ineptos videri, atque ad suum genus pertinere, tanquam à docilitate humanisque artibus longè omnium alienissimum. Nam reliqua ferme docilitatis esse capacia. Vide nunc quoque vulgò insipidos illos, & quasi ventri atque abdomini natos, sues appellare consuetumus. Quin & Suetonius in catalogo illustrium grammaticorum, refert Palæmonem arrogantia tanta fuisse vt M. Varronem porcum appellaret, secum & natas & morituras literas. Propterea siquid indoctum atque illiteratum significare volumus, id ex hara profectum dicimus. Quemadmodum M. Tullius in Pisonem, Ex hara producta, non schola. Hinc igitur natum adagium. Sus Mineruam. L. Cæsar apud Ciceronem lib. de Oratore secundo Sic ego, inquit, Crasso audente, primùm loquar de facetiis & docebo vos, vt aut oratorem eum, qui cùm Catulus nuper audisset, fœnum alios aiebat esse oportere. Idem Cicero lib. de Academicis quæst. primo, Nam etsi non sus Mineruam, vt aiunt, tamen inepte quispiam Mineruā docet. Hieronymus in Rufinum, Præcermitto Græcos, quorum tu iactas scientia: & dum peregrina sectaris, penè tui sermonis oblitus es: ne vetere prouerbio, Sus Mineruam docere videatur. Vsurpat idem verbis cōmutatis in epistola ad Marcellam, cuius initium. Munuscula charitas non habet. M. Varro & Euemerus adagium ad fabulas retulerunt, id quod ex Pompeij verbis licet cognoscere. Quam rem, inquit, in medio, quod aiunt, positam, ineptis μώροις moliuere maluerūt, quàm simpliciter referre. Celebratur à multis Demosthenis scommma, qui cùm Demades vociferaretur in eum, Δ μωρὸν καὶ βάρβαρε διῤῥῆξαι, ἢ ἐν τῇ Αθηνᾷ Μινέρᾳ. id est, Demosthenes vult me corrigere, sus Mineruam: respondit αὐτὸν μὲν τὸν πίονα ἢ Αθηνᾶ μετ' χθόνιον ἐλήφθη. id est, Atqui nuper hanc Minerua in adulterio fuit deprehensa. Dictum alludit ad Mineruam virginem.

† Sus pro indocili, stupido, ganeone, luxu perdito dante, fatuo in Hieroglyphicis accipitur vt doctè Pierius lib. 9. apud quem & nonnulla reperire est quæ faciunt ad illustrationem sequentis adagij.

Anima sui pro sale data.

Sues, homines.

Ex hara profectum.

Demosthenis scommma in Demadem.

Sus cum Minerua certamen suscepit. 41

Cum hoc aut idem, aut certè quam maximè finitimum, quòd apud Theocritum legitur in Hodœporis,

Τὸν ποτ' Ἀθαναίᾳ ἔριν ἔπλατο.

id est,

Cum dira est ausus sus decertare Minerua.

Quoties indocti stolidique, & depugnare parati, non verentur summos in omni doctrina viros in certamen literarium prouocare. Theocriti enarrator hic effictis vulgò μεταφοραῖς scribit, Ἐς τὸν πρὸς Αθηναῖαν ἐρίζοντα. id est, Sus cum sis, cum Minerua contendis. Scholiastes nescio quis addit, τοὺς τὰ ἔργα λέγοντας ἐρίζειν dici, qui verbis certant: τοὺς δὲ, qui factis: quo magis ridiculum est si sus indocilis certet cum Minerua disciplinarum præside.

Ἐρίζειν. ἐρίδειν. Vide Lexic. Pisc.

Inuita Minerua. 42

Latinis & illud est celebratissimum, Inuita Minerua, propterea quod est, refragante ingenio, repugnante natura, nonnunquam cœlo. Cicero in Officiis. Inuita, vt aiunt, Minerua. Idem libro epistolarum familiarium duodecimo, Quinquatribus frequenti Senatu causam tuam egi, non inuita Minerua. Rursum eiusdem operis libro tertio, Idque quoniam tu ita vis, puto me non inuita Minerua facturum. Horatius,

Offic. primo cap. 23.

3. epist. 2. de arte.

Tu nihil inuita dicis faciésve Minerua.

Huc alluit Seneca quum dixit, Malè respondere coacta ingenia.

Abiit & taurus in syluam. 43

Βῆ δ' ἐς ταῦρος ἐς ὕλαν. id est, Abiit & taurus in syluam. Pastorale prouerbium, allegoria subturpicula, significans diuortium ac neglectum veteris amicæ. Tametsi liceat in vsum verecundiorem trahere hoc modo, si per iocum accommodabitur ad eos qui priscinos amicos negligere videntur, & à familiarium congressu longè discedere. Aut in illos etiam qui à solitis deficiunt studiis, diuersúmque vitæ sequuntur institutum. Theocritus in Idyllio cui titulus est Thyonycho, nominatim etiam prouerbij vice refert,

Αἶ δ' Ἐλικὼ ἐράσσατο, βῆ δὲ ταῦρος ἐς ὕλαν.

Fertur & hoc olim fuisse natum fœdere taurum.

Quæritur autem amans, se tamdiu ab amica relictum, plurimúmque iam esse temporis ostendit quod Cynisca, id est Catella (nam id erat nomen puellæ) sese Lyco quodam obiecisset neque omnino curaret ad pristinam redire consuetudinem. Non magis quàm tauri, qui & ipsi nonnunquam à vaccarum armentis secedunt, & aut reliquis aggregantur tauris, aut solitarij per nemora vagantur, nullo fœminarum desiderio tacti. Eum secessum eúmque vaccarum neglectum, quasi quosdam diuortium, pastores pecudum tali verbo vocant ἀτιμαγελῶν. vocem nimium compositam ἀπὸ τῆ ἀτιμᾶν, τ' ἀτιμάζειν ἢ καταφρονεῖν. quod est despicere negligereque, ac pro nihilo ducere. & ἀπὸ τῆ ἀγέλης, quod armentum sonat. Ac tum ἀτιμαγελῶν dicuntur tauri quum segregati à vaccarum commercio, adeo non curant illas, vt non modò coitū non appetant, sed ne pascuis quidem iisdem vti velint. Hunc animantis morem, similque vocem ipsam ei tributam rei demonstrat Aristot. lib. De natura animalium. his verbis Οἱ ταῦροι ὅταν ὀργᾶν ἀρξωνται ἀπὸ γίνεται συάγωνται, ἀφίστανται τῶν ἄλλων ἀγελῶν καὶ μόνοι μετ' ἀλλήλων· καὶ ὅταν ἀπολειφθῶσιν ἀτιμαγελῶν καλοῦσιν αὐτὸν ἀπὸ τῆ ἀγέλης, ὁ καλούμενος πολὺν μυκᾶται χρόνον ἢ τῆ πόᾳ, ὁ συνιόντες ἐπὶ θηλείαν ποιοῦσι τὸν ἔρωτα τῶν ἐχθρῶν. Ea verba nos appendemus magis quàm annumerabimus, hoc modo. At taurus, quum tempus coitus adiuerit, tum demum incipit conmunibus cum vaccis pascuis vti, cúmque reliquis tauris dimicat. nam ante id temporis inter se sese pascūtur, quod quidē appellāt ἀτιμαγελῶν. Sanè qui sunt in Epiro prouincia tauri, sæpenumero trium mensium spatio non apparent. Porro fera animantia, aut omnia, aut certe pleraque, ante tempus coeundi non aggregantur ad commune es cum fœminis pascuas. Illud admonitu dignum mihi visum est, in versione Theodori Gazæ, pro Græca voce ἀτιμαγελῶν, qui Romana lingua nullo pacto reddere potest, scriptum esse coarmentari. Idque verbi doctis etiam viris nō parum caliginis affudit: ita vt deprauatum apud Aristotelem locum existiment, commutatáque lectione, longe diuersum sensum inducant, putentque Theodorum in transferendo non mediocriter hallucinatum. At ego tota re diligentius pensiculata, videre videor Aristotelicorum verborum sententiam citra vllius vocis commutationem ad amussim quadrare: videlicet taurum aggregari cum vaccis, & in iisdem versari pascuis, appetente coitus tempore: eúmque non conuenire cum reliquis taurorum armentis, sed bellum cum aliis gerere: reliquis autem temporibus tauros cum tauris socialiter iisdem vti pascuis, neque fœminarum conuictum sequi, sed inter sese agere: quod idem accidat in feris ferme omnibus. Hanc autem taurorum cum tauris societatem, neglectis vaccarum armentis, vocari ἀτιμαγελῶν. Quæso quid hic scrupuli, cur Aristotelicam lectionem mutandam existimemus: nisi siquid offendit

Quando dicuntur ἀτιμαγελῶν.

De voce, coarmentari, defensa Theod. Gaza.

mutatus

mutatus numerus in τῶν & εἰσὶ, id quod Aristoteli præsertim eo in opere pene familiare deprehenditur? Dictionem autem illam coarmentari, non germanam, sed suppositiciam esse, dubium non est, & aut librariorum incuria, aut alicuius parum eruditi temeritate inductam. suspicor enim legendum, vel dearmentari, vel abarmentari. Neque enim adduci possum vt credam Theodorum hominem tam in omni doctrinæ genere absolutum, fuisse lapsum, præsertim in voce neque magnopere prodigiosa, nec inusitata Græcis authoribus: vtpote cuius vim vel ipsa statim indicat etymologia: præterea quæ apud Theocritum authorem vsqueadeo notum vulgatúmque legatur, ἐν ταμεῖ, ἢ βουλεῖ, id est, in pastoribus, siue bubulcis,

Κ' εἰ μὰν βούκαντα, καὶ ὠ φύλλων πλεῶνα,
Οὐδὲν ἀτιμαγελῶντες. id est,
Atque ita pascuntur simul, atque comantibus herbis
Errant, & non vlla gregem discordia quærunt.

Taurus ἀτιμαγελὰς. Ait hanc Suidas ostendit, τοὺς ἀτιμάγελον appellatum ἀπὸ τῆς ἀγέλης παραφρονοῦντα, id est, qui negligeret armentum. Huc mihi videtur nonnihil alludisse Virgilius in Sileno,

Ah virgo infelix, tu nunc in montibus errat:
Ille latus niveum molli fultus hyacintho,
Ilice sub nigra pallentes ruminat herbas:
Aut aliquam in magno sequitur grege. claudite nymphæ
Dictææ, nymphæ nemorum, tam claudite saltus.
Si qua forte ferant oculis sese obvia nostris
Errabunda bovis vestigia: forsitan illum,
Aut herba captum viridi, aut armenta sequentem
Perducant aliquæ stabula ad Cortynia vaccæ.

Quum enim ait,

Ille latus, niveum molli fultus hyacintho,
Ilice sub nigra pallentes ruminat herbas:

taurum innuit, ἀτιμαγελῶντα. Item quum ait, Errabunda bovis vestigia. Significat autem docta, taurum quem adamabat Pasiphae, aut prorsus ἀτιμαγελῶντ, aut eatenus ἀτιμαγελῶντ, vt suo armento neglecto, vaccas alias sequeretur. Porrò de pugna taurorum inter ipsos coitus tempore, meminit idem Maro lib. Georgic. 3.

Pugna taurorum coitus tempore.

Nec mos bellantes vnà stabulare, sed alter
Victus abit, longéque ignotis exulat oris,
Multa gemens ignominiam plagásque superbi
Victoris, tum quos amisit inultus amores.
Et stabula aspectans regnis excessit avitis.

Equidem arbitror hâc ipsâm vocem, si deflectatur aliò, proverbialem esse, quemadmodum sunt & illæ κατρῶν & ἐκπεσεῖν, ad eámque potissimum respexisse Theocritum, quum aut proverbio dici, Εἰκὰ γὰρ τοῦτον ἀπ' ἄκρας. Scholia quæ feruntur in Theocritū, habēt ἕλκειν τοῦτον, pro ἢ coniunctione copulatiua, mutata in expletiua. Addunt esse proverbiū de iis dici solitum, qui abessent non reversuri. Taurus enim si semel aufugerit in sylvam, capi non potest. Vnde non incōcinnè quis dixerit maritum diutius ab vxore secubantem, ἀτιμαγελῶν: & eū q familiares desierit inuisere, ἀτιμαγελῶν: & q diutiū à Musis ac librorū abstinuerit cōtubernio, ἀτιμαγελῶν. Item qui à cōuictu hominū abhorreat, secúmque viuat, ἀτιμάγελον licebit appellare. Et qui à legitimo contubernio aberrarit secesserítque, non ineptè dicetur ἀτιμαγελῶν. Nec prorsus abhorret ab hac forma quod est apud Aristophanem in Lysistrata,

Οἷόν γ' ἀπ' αὐτοῦ δεῖξω τὸν βίον. id est,
Dum absque tauro cœlibem vitam exigam.

Taurus, pro marito. Sic enim significauit vitam cœlibem fœminę negligētis taurum, id est, maritum. Sic & Horatius,

-percat malè quæ te
Lesbia quærentem taurum monstrauit inertem.

† Satis multa hîc eruditè noster adagiorum collector, sed si quis eum locum illustrare volet, euoluat lib. Pierij 3. hieroglyph. vbi de Tauro longè plura. Quin & adiiciam, taurum, pro parte pudenda vsurpari, vt apud Festum Pompeium in Solitaurilibus: atque harum hostiarum omnium tauri immolati, quæ pars cæditur in castratione, indéque dicti Lastauri. Et mirum mihi quod Erasmum latuerit, hominem alioqui solertem, Flacci carmen illud è 2. Od. 5.

Nondum subacta ferre iugum valet
Cervice, nondum munia comparis
Æquare, nec tauri ruentis
In Venerem tolerare pondus.

Taurum ruentem interpretamur virum robustum, succulentúmque, & Veneris appetentiorem. cui nondum est matura virgo tenera, quia non sine graui periculo Venus præpropera appetitur, & præterquam quod ante tempus ætatis flos intercidit, formaque defloreſcit, illud etiam accedit, quod valetudine, gestationéque vteri languidior fiat, sæpéque primoribus annis moriatur: quod disputat Aristoteles septimo Politicorum.

Annus producit, non ager. 44

Ἔτος φέρει, οὐκ ἄρουρα, id est, Annus producit segetem, non aruum. Hemistichion prouerbiale quod refertur à Theophrasto, libro De plantis octauo, Πρὸς αὔξησιν δὲ καὶ προσλαμβάνουσι μέγα τὸ ἐν τῷ εἴδει κρᾶσιν συμβάλλεσθαι τιν, καὶ ὅλως ἐν τῷ τόπῳ κατασκευὴν (ἀνεκτὸν γὰρ οὐδέτερον καὶ δεῖται τῆς χρήσεως ἑκατέρου, ἄπαντα δ' ὕφορα τῆς τοιαύτης κρᾶσεως καὶ ἐν ἀλμώδεσι τῆς λεπτολογίας ἧ. διὸ τῆς παροιμιαζόμενον λόγον οὐκ ἄλλον, ὅτι ἔτος φέρει οὐχὶ ἄρουρα) μέγα δὲ αἱ χῶραι διαφέρουσιν, id est, Ad incrementum autem alimentúmque, plurimum quidem cæli temperies & in totum anni conditio iuuat: (etenim si imbres, serenitates & hyemes accidant opportunè, cuncta fœlicius atque vberius proueniunt, etiam in salsuginosis ac parum pinguibus agris. vnde non abs re est quod prouerbio dicunt, annum producere fructum, non aruum.) verumtamen non parui refert quæ regionum sit ratio. Hic illud obiter admonendum duxi, in impressis exemplaribus legi, οὐ καλῶς, id est, non rectè: atque hoc ipsum, vt mea quidem est opinio, οὐ καλῶς: partim quòd Theodorus Gaza verterit hoc in loco, Non perperam: partim quòd non perinde quadret ad Theophrasti sententiam. Nam is fatetur verum esse, plurimum habere momenti cæli conditionem: id quod etiam prouerbio testatum sit, quo non sine causa, tota prouentus ratio tribuitur aeri: tamen nonnihil etiam discriminis situm esse in ipso soli ingenio. Proinde legendum suspicor pro οὐ καλῶς, οὐκ ἄλλως, id est, non temerè. Quanquam equidem video & illud οὐ καλῶς vtcunque posse defendi: nimirum vt Theophrastus improbet vulgare dictum, quod cælo momentum omne tribuit, cùm & à soli ratione magna pars pendeat. Mihi tamen superiore lectio magis arridet: atque huic meæ sententiæ doctos calculum tuum addituros existimo. Repetit idem adagium libro De causis plantarum tertio, rationem reddens, cur in frigidis pariter & calidis regionibus triticum proueniat: haud negans agri naturam nonnihil conferre ad fertilitatem: sed multo maximum momentum habere aerem circunfusum, & cuiusmodi cœli ventorúmque temperies contingat, tum ad quos flatus oppositus sit ager. Meminit & Plutarchus in Symposiacis, decade septima, problemate secundo. Porrò si libebit vsum prouerbij dilatare, non intempestiuè accommodabitur in hanc sententiam, si quis dicat, ad virtutem educationem longè plus adferre momenti quàm genus: ac planè perparui referre quibus maioribus sis natus, sed multo maximè quibus rationibus sis educatus, quibúsque moribus sis institutus. Nam cælum velut educat quod progignit terra. Ad hoc adagij videtur alludisse Euripides in Hecuba, quam ita loquentem facit,

Recta educatio, bonum omnium optimum.

-οὐκοῦν δρυὸν εἰ χρὴ καλὰ
Τυγχάνειν καρπεῖ διὰ δρυός, βύτραχον φάσγε.
Χρηστὰ δ' ἀμήτορ' ἂν γενοῖ' ἀνὴρ τὸ τυχεῖν,
Κακὰν δίδαξαι καρτέρ' ἀσχήμων δ' ἀεί,
Ὁμῶς πονηρὸς, ἢν ἄλλο πολλὰ κερδάνῃ,
Ὅ δ' ἐσθλὸς, ἐσθλὸς, κἂν συμφορᾶς ἔνεγκε
Φωτὸς δίκαιον, ἀλλὰ χρηστός ἐστ' αἰεί.
Ἀλλ' οἱ τοιοῦτοι διαφέρουσιν, ἢ πρόφαι;
Ἐχὰ γάρ τι καὶ τὸ πρόφυτον καλῶς
Διδάξει τἀεθλᾶ. id est,
-non nouum ergo, si mala
Famem cælo terra ferat segetem bonam:
Bona, destituta quibus opus fuerat malum
Fructum edit: At mortalium quisquis malus,
Nil possit aliud esse quàm semper malus,
Frugi, vsque frugi: sæpe nec ingenium viri
Aduersa vitiat, sed probus semper manet:
Vtrum id parentum, an educantium magis?
Recte educari scilicet nonnullam habet
Docilis nam bonitas.

Videtur Hecuba plusculum tribuere genituræ quàm institutioni: miratúrque proinde non idem euenire in

mortalium moribus quod in prouentu segetum accidat. Porrò quanto plus valeat institutio quàm genus, Lycurgus eleganter ostendit, prolatis apud multitudinem duobus canibus, quorum alter ingenerosa matre natus, propter institutionem gnauiter feram est insequutus: alter generosis ortus parentibus, quòd institutus non esset, turpiter relicta fera, ad odorem panis ac cibi restitit. *Plutarchus apoph. Lacon.*

† Prouerbium rectè flecti potest in quosdam ingenio minùs felici, qui cùm diu multúmque negotiis insuenerint, studiúmque fuerint aliquod consecuti, cui primò non satis erant idonei, tandem labore & industria post multum temporis exercitati fiunt, adeò tamen vt si quid habeant eruditi pectoris, aut progressus non pœnitendi, annus produxisse videatur, non ager: id est, longa & diutina exercitatio & vsus, non ipsum ingenium, alioqui hebes, vel non satis viuidum.

ANIMAD. HERA. STEPH.

V. *discrimine situm esse in ipso, &c.*) Arqui hic διαφέρειν non significat differre: sed hac vel simili phrasi exprimendum fuit hoc verbum, Nonnihil etiam momenti esse in ipso soli ingenio. Vel, Alicuius etiam momenti esse ipsum soli ingenium. Quanquam nec illud Nonnihil video cur dicat Erasmus, cùm sit apud Theophrastum μάγα.

In vado. 45

Metaphora prouerbialis, In vado esse, pro eo quod est in tuto citráque discrimen, sumpta à natantibus aut nauigantibus. Terentius, Omnis res in vado est. Plautus in Aululatia, Hæc propemodum iam esse in vado salutis res videtur. Vadum autem est aquæ fundus, in quo quisquis constiterit, is iam effugit periculum ne mergatur. *Vadum quid.*

In portu nauigare. 46

Affinis est huic allegoria, ἐν λιμένι πλεῖν, id est, In portu nauigare: qua significamus nos iam à periculo abesse. Propterea quòd qui mediis adhuc in fluctibus nauigant, ij ventorum & æstus arbitrio nauigant: conerà, qui iam intra portum sunt, nihil habent negotij cum vndis ac ventis. Vnde vulgatissima metaphora, hominē in cuius præsidio conquieuimus, portum appellamus. & qui lese ad tráquillam tutámque aliquam vitæ rationem traducunt, in portum se recipere dicuntur. Terent. in Andria, Nunc huius periculo sit: ego in portu nauigo. Maro paulò diuersius in Æneid. lib. 7.

Nunc mihi parta quies, omnisque in lumine pontus.

† Succurrit epigramma Græcum,

Λιμὴν ἡ σὺ τοῦτο μόνα χαίρετε, τὸν λιμὲν' ἔφρῶν
Οὐδὲν ἐμοῖς κύμασιν, πλέζετο καὶ μετ' ἐμοῦ.

Et Penelope apud Ouid. sic suum Vlyssem alloquitur,

Tu cæcum ventis pontum & sua tela tuum.

Bos lassus fortius figit pedem. 47

Diuus Hieronymus oppidò quàm elegans adagium vsurpauit, ad beatum Aurelium Augustinum scribens, eúmque deterrere cupiens ne iuuenis senem prouocet. propterea quòd tardiùs quidem ad pugnam excitantur ij qui iam sunt ætate quasi fessi: verùm iidem grauiùs sæpiunt atque vrgent, si quando senilis illa virtus irritata recaluit. Memento, inquit, Daretis & Entelli, & vulgaris prouerbij, quòd bos lassus fortius figat pedem. A veteri tritura more ductum apparet, quum circumamictis à bubus super manipulos plaustris, grana excutiebantur: partim à rotis ad hoc armatis, partim à taurorum vngulis. Et lex Mosaica quam citat Apostolus Paulus ad Timotheum, vetat ne boui trituranti os obligetur. Itaque bos lassus quoniam grauius figit pedem, magis est ad tritura idoneus. At non item equis ad cursum. Potest allusum videri & ad hoc, quòd iuuenes corporis agilitate præpollent: senes in stataria pugna ac viribus superiores sunt. id quod & Virgil. in Daretis & Entelli congressu declarat. Nec admodum hinc abludit illud, quod in Græcorū collectaneis positum reperio, σιγῇ μάλα βοῦς, id est, Lentè bos. subaudiendum, mouet pedem. Nam sensim quidem mouet, at grauius premit. *Lentè bos.*

Tota errat via. 48

Τῆς πάνυ ἐξ ὁδοῦ ἀφαμαρτάνουσι, i. Tota aberrare via. Prouerbium est eorum qui vehementer aberrant. Terentius in Eunucho, Tota erras via. Translatum à viatoribus, qui nonnunquam ita solent aberrare à via, vt non fine dispendio quidem, tamen quò tendebant, peruentant: nōnunquam sic aberrant, vt longè diuertant & in diuersum tendant. Vnde & exorbitare dicuntur qui à vero aberrant. Aristoteles in Ethicis, Haud tuta aberrant viri. Idem naturalium lib. 2. scribit priscos illos philosophos naturalium cautarum seruatores, exorbitasse, ac velut è via depulsos, prorsus aberrasse à vero. Sumptum est ex Aristophanis Pluto, *Exorbitare.*

Η πᾶς ἐξῆλθ' ἐκ τῆς ὁδοῦ τὸ μηδὲν ἐμφρόνως;

Vtinam tota prorsus exerrauimus?

Quinetiam hodie dicitant eos in via esse, qui recto cōsilio quippiam instituunt: extra viam, qui qua non oportet ratione rem aggrediuntur. Sunt fermè prouerbiales & illæ metaphoræ vsitatissimæ, Depellere à via, Reducere in viam, Monstrare viam, Facere viam, Sternere viam, Aperire viam, Præcludere viam, Intercludere viam. Cicero in prima Philippica, Quod si putas, totam ignoras viā gloriæ. Celebre habetur & illud apophthegma, Bene currunt, sed extra viam, καλῶς μὲ τρέχουσιν, ἀγαθὸς τῆς ὁδοῦ. *Extra viam qui.*

Toto cœlo errare. 49

Huic confine est quod vsurpat Macrobius Saturnal. lib. 3. Nunquamne, inquit Prætextate, tibi venit in mentem, toto, vt aiunt, cœlo errasse Virgilium? Sumptum videtur ex Aristophanis Ranis,

Εὖθύ γὰρ ἡμάρτανεν ἐμοῦ Γ' ὄντος.

Ab Euripide dicitur in Æschylum, qui plurimum errasset in iis quæ dixerat. Metaphora ducta vel à Phaethontis aut Cereris tabula: vel à nauigantibus, qui cæli ideránque obseruatione curium moderātur: proinde naucleri, quum vehementer aberrant, in cæli parte longè diuersa, Cynosuram imaginantur nonnunquam, totóque aberrant curiu. Nisi malumus cælum pro regione accipere. velut Horatius, *Cælum pro regione.*

Cælum non animum mutant qui trans mare currunt.

Suo iumento sibi malum accersere. 50

Qui ipse sibi malorum est author, suo iumento sibi malum accersere dicitur: tanquam suo tempore suáque opera quasi suopte plaustro, malorum farcinam adportet sibi. Plautus in Amphitryone, Ipse homo sibi à me malam rem arcessit iumento suo. Sumpta metaphora à plaustris onerariis. nam ad quoque significat iumētum, authore Gellio, libro 20. cap. 2. aut certe ab animalibus tergo vectantibus onera. *Iumentum.*

Suo sibi hunc iugulo gladio suo telo. 51

Suo gladio suóve telo iugulari dicitur, qui suis ipsius dictis reuincitur: aut qui suopte ingenio dolóve capitur. denique in quem quocunque modo, seu dictum, seu factum retorquetur quod ab ipso profectum sit: veluti si quis exemplo Protagoræ, a Euathlephon dilemma in eum qui proposuerit, retorqueat: aut si (quemadmodum Phalaris Perillum malī repertorem suo inuento conficiat. Itaque in Adelphis Terentij Mitio senex fratris Demeæ sæuitiam increpans, huiusmodi vtitur sententia, Hoc vnum affert vitij senecta, atrétiores ad rem sumus quam oportet. Eádem Demea paulo pòst in fratrem retorquens, Postremò, inquit, non meum illud verbum facio, quod tu Mitio bene & sapienter dixti, dudum, Vitium commune omnium est, quòd nimium ad rem in senecta attenti sumus. Hanc maculam nos decet effugere. Hac ratione cùm Mitio constringeretur adigeretur que vt agrum, quem rogabatur, daret: tū Demea, Suo, inquit, tibi hunc iugulo gladio. Translata metaphora ab iis qui in pugna suis ipsorum telis aliquoties confodiuntur. Plautus in Amphitryone, Atque hunc telo suo sibi malitia sua, à foribus pellere. Cicero pro Cecinna, Aut tuo, quemadmodum dicitur, gladio, aut nostro, defensio tua conficiatur necesse est. Huc allusit Ouidius in epistolis Heroidum, *Suo dolo capi.* *Phyllis Demophoonti.*

Remigiúmque dedi, quo me fugiturus abires:
Hesperiæ telum vulnera facta meu.

Eodem pertinēt & illa Ciceronis, In tuum ipse mucronem incurras necesse est. Rursum, Hic est defensionis tuæ mucro, in eum incurrat oratio tua necesse est. Neque vehementer hinc abludit Liuianum illud lib. 22. de secundo bello Punico, Sentiebat Annibal suis se artibus peti. Lucianus in Piscatoribus, ὡς παρ' ἐμοῦ τοῦ πεξίππου, οὐ φαύλου, καὶ πάλαι, ἐπῄδου. i. Quæ quidé tela à nobis, vti fateris, sumpta, aduersus nos iaculatus es. Tradit Plutarchus, Brasidā ducem educto è corpore telo, eodem confodisse eum qui miserat. Marius vnus è triginta tyrānis, àmilite quodā interemptus narratur à Trebellio Pollione: qui adoriens dixerit, Hic est gladius quem ipse fecisti. nam Marius ante imperium fabri ferrarius fuerat, & eius militis opera in fabrili officina *In suum mucronem incurrere.*

o ferra vsus. Hunc igitur vere suo gladio dixeris iugulatum.

Incidit in foueam quam fecit. 52

De pollet illud quod in Psalmis Dauidicis refertur, Ps. 7. Λάκκυν ὤρυξε καὶ ἐσκάψεν αὐτόν, καὶ ἐμπεσεῖται εἰς βόθρον ὃν ἐποίησε, id est, Lacum fodit & aperuit eum, & incidet in foueam quam fecit. Translatum vel ab his qui foueis ceruis, aut quibuscunque generibus depulsis, inuidiantur feris: vel à bellis, in quibus aliquoties suffossis cuniculis hostes modo capta..

Suo pede captus est. 53

Nec aliud hîc vult quod apud eúndem legitur Psal. 9. Ἐν παγίδι ἧς ἔκρυψαν, συνελήφθη ὁ πούς αὐτῶν, id est, In laqueo quem abscónderant, comprehensus est pes eorum. Nota metaphora, nempe mutuo iumpta ab his qui laitebris positis pedicis, auibus aut feris insidias tendunt.

Hanc technam in teipsum struxisti. 54

Eandem sententiam alter expressit Lucianus, Ἐς τὴν σὴν αὐτοῦ παγίδα ἐνέπεσε, id est. Itaque commentum in tuum ipsius caput reperit. De hærede quidam cùm adulter ex asse hæredem scripsisset, ac testamentũ protulisset, quo diuitem adulterum faciendum prouocaret, testatur Libro oppido vetus est, ac tua reliquit rem cuius facultatibus hiatur. Vtendum erit quum de vsu in alteram exemplatus, à capite authoris recidet: ita vt non tardè conuenit accidere. ¶ Exemplum aliquod.

Turdus sibi malum cacat. 55

Huic simillimum est illud Græcorum adagium, Κίχλη κακὸν ἑαυτῇ κενοῖ, id est, Turdus sibi malum cacat. In eos dictum qui ipsis pernitiem struerent exitij causam. Siquidem vicunus Libore Plinio, nõ prouenit nisi maturatum in ventre, ac redditum per anum alium, maxime quum de cacabo turdorum. Cuius rei meminit & Seneca vsus exemplum Lucidos. Aristoteles item libro De partibus animalium octo turdorum genera facit, quorum primum μουσικὸν vocat: aut, vt Athenæus, ἰξοφάγον, nimirum à quod visco vescitur. Quoniam autem vt eo capto dictum est, sibi malum cacat videlicet. Plautus paulo diuersus extat, Ipsa antiquarius, tibi aut sua mastigia cacat. Quanquam equidem non dubitem affirmare Plauto ea ratione creatum: tale scriptum: deinde locum à quopiam semidocto, & Græcanici prouerbij ignaro depraua tum, supposita voce aduleriua, creat. Sophocles in Antigone,

Ὅστις δ' ἀνὴρ ὑπερβολὰς ἐς τοὺς νόμους τίθη,
Τὰ δ' ἀστὰ μὴ τίνων ἀπόκλιτον κράτος
Φέρει, τοῦτον οὐ μεθ' ἑστίας ἐγὼ γένοι', id est,
Nec quisquam qui sese ita
Et aliud aliquid quam ius ciuile dixerit
Ita vt ipse augeat imperium.

In hos igitur quadrabit paroemia, aut in eos qui potentes tibi generos asciscunt, à quibus postea per vim opprimantur.

Tres turdorũ genera. ἰξοφάγος. ἰξοφάγος. Turdus suos cacat.

Vide.

Ipse sibi malefontem reperit. 56

Iterat ea apud eundem Plautus prouerbio celebratus, Αὐτὸς ἑαυτῷ πηγὰς κακὰς ἐπιτηδεύει, id est, Ipsius mali sibi reperit coagulum. Aut, Αὐτὸς ἑαυτῷ κακὰς πηγὰς, id est, Ipse reperit malos fontes. In Sotadem Cinædum Persius,

Nõ κακὰς ἑαυτῷ πηγὰς ἐπιτηδεύει ῥύσεως. id est,
Non [illegible] sibi malas fontes, humanæ.

Fontes malorũ.

Vertus est Flaccus. Sunt enim & pernitiosi fontes, quorum aqua gustata mortem aut miseriam adferat: quos præterierat non reperisse.

ARNOLD. HENR. STEPH.

Vt fugias, saxum & pronum, fluctusque natantes &c. Tales reperiri possunt. Horatio tamen ne pexitæ poetam non credo dicturum ea hac parte quòd, vt semel fons est repertus nũquam postea desit aqua, sed alia post aliam semper fluat. Ita etiam hæc res futura. Ita tanquam fons malorũ, id est, alia ex aliis mala hinc nascitura: vel fere κακῶν ἀναβλυσμὸν, vt sæpe dicunt. Solent etiam πηγὴν pro abundantia de re qualibet dicere: vnde & πηγαῖος λόγος passim legitur. Sic & πηγὰς λόγων dixit Æschines in oratione κατὰ Τιμάρχου. Quinetiam fontem malorum pro prima causa, ex qua mala noua, tanquam noui ex fonte rui, subinde manant, exponere possumus. Quemadmodum & radix malorũ dicitur auaritia, quòd ex ea, tanquam ex radice, infinita mala, alia ex aliis vt pullulent. Bion vero qui malorum metropolim eam appellauit, itidem primam & præcipuam causam malorum significare voluit. quo etiam modo Latine Caput vsurpatur. Denique cur ad pernitiosos fontes retetre hoc Aeneidi dictum necesse sit, non intelligo: cùm alij adesint non tam longe petiti explicationis modi.

Fons pro causa prima.

Capra gladium. 57

Eodem fermè pertinet, αἴξ μάχαιραν, id est, Capra gladium subaudi, reperit. In eos dicitur qui ipsi reperiunt quo pereant. Ortum est autem adagium ab huiusmodi quodam euentu. Olim cùm Corinthij Iunoni Acrææ, nam id illi cognomen, rem diuinam facere pararent, huius Iunonis statuam aiunt a Medea positam fuisse. atque ij qui ad parandam hostiam erant conducti, detecto sub veste cultro, oblitos sese assimularent, capra pedibus excalpens, eum eruit, prodiditque: itaque mactata est. Quidam sic efferunt paroemiam, αἴξ δοῦσα τὴν μάχαιραν, id est, Capra cultrum præbens. Quidam hoc pacto, ὄις τὴν μάχαιραν, id est, Ouis cultrum.

Capra gladium.

Cornix scorpium. 58

His cõsine est & illud, Κορώνη τὸν σκορπίον, id est, Cornix scorpium: subaudi, rapuit. Quadrat in eos qui parant eos lædere, vnde ea tandem mali sint victimam acceptum. Quemadmodum cornix correpto scorpio, arcuata illius cauda vulnus accepit lethale, perutque. Extat super hac re Græcum epigramma Archiæ, quod non grauabor ad calcem adscribere.

Captor à capi.

Ἐν πέτρῃ παφάγει τις ἀνὴρ ἀλίπεδις αἰόλος ναίων
Σκορπίον ἐν χαίνῃ ἰδὼν ἔτρωξε κραδίῃ.
Ὃν μόλις ἐκ γυμνὴν ἐξαγαγὼν ἐτέρωθι δύσας
Οὐ χαλεπὰ δὴν πρὸς πέζαν τύψε βίῃ,
Καὶ ζωὸν μὲν ἀφῆκ' ἐλθὼν δ' ἐπὶ πόντιον ἅλμην,
Ἐκτίνε μισθὸν ὧν ἐδίκησε κύν. id est,
Scorpius e terra prospexerat id quæ vidente
Cornu, qui cælo vellitur in liquido.
Corripuit rostro, fugitque sed huc, vt hunc vlcisceretur
Contigerat, sic a non sunt sine cæde dolo.
Ecce tibi, vt diuina manet impia parabat,
Inde sibi acutum ipsa meritum mortem.

Atque id in rebus humanis frequenter vsuuenire solet, vt qui cepisse videatur, ipse captus sit. Quemadmodum & Horat. a Epist. 1.

Græcia capta ferum victorem cepit.

Calidum prandium comedisti. 59

Huc alludere videtur & Plautinum illud, Calidum hodie prandium prandisti. id est, Iecisti quod tibi magno malo sit futurum. Ab iis sumptum qui se noxiis ac lethiferis ingurgitant cibis, postea ventris tormina sensum.

Irritare crabrones. 60

Τὰς σφηκιὰς κινεῖς, id est, Irritare crabrones. Ad hanc sententiam referendum est & illud, quod est apud Plautum in Amphitryone, Irritare crabrones. Id dictum est à poeta in mulierum ingenium: quibus iratus si repugnes, magis prouoces, neque finem tuo malo videbis. Est autem crabro insecti genus asine vespis, pernitiosissimum aculeoque pestilentissimo. Siquidem refert Plinius Naturalis historiæ libro 11 capite 27 crabronum ictus haud temere sine febri esse. Addiqne, traditum à quibusdam, ter nouenis huius animantis punctis interire hominem. Aristoteles libro De partibus animalium nono, præter alia quæ de crabronibus commemorat, illud quoque tradit, Cùm in apum genere quædam aculeis careant, vt fuci, & reges, vespæ quoque nonnullæ sine aculeis inueniuntur: nulli crabrones reperiuntur non armati aculeo. Quanquam de ducenum aculeatus sit nonnulli addubitat. Videtur hoc adagio diuus Hieronymus in quadam epistola, Eandem sententiam sic idem extulit Plautus, mutata negotia in Amphitryone,

Crabrones armati.

Bacchæ bacchatur si velut [illegible]
Extrema insectatore [illegible]
Sin obsequare, vna te [illegible]

Nam mos erat vt Bacchanal a crabronibus obuios thyrsis ferirent. Aristophanes in Lysistrata. Nam hoc ritu initiptam compertum.

Ἢν μή τις ὑμᾶς ἐκπλήσσῃ καὶ ἐπιτίλῃ.
Nisi quis vos reprimat, vellatque & illum mulcet.

Alludit huc, opinor, quæ scripsit epistolium Archilochi poetæ maledicti,

Archilochi maledicta.

Ἡ μὰ σὲ τὰς ἐλαφηβολίδας τὰς μετοπωρίδας
Κίτσος τυπὼν σφηκιὰς ἐφόρεσεν. id est,

Ne fors crabrones qui huic insedere sepulchro,
Irritet, tacitum carpe viator iter.

Xenophon lib.4.indicat vnde natum sit:nimirum ab iis qui studeant eximere vespas ab antris suis. οἱ δὲ ἴσασι, ὅτι φασὶ καὶ σφῆκας ἐξαιρεῖν βουλόμενοι, ἐὰν μὴ ὀξυθυμῆτε πρὸς σφῆκας πυρώτας ἴσθαι, ὑπὸ πολλῶν τυπήσεσθε. id est, Et ego,inquit,video etiam eos quicunque crabrones excipere volunt, si quidem euolantes conentur venari, à multis ferri crabronibus.

Leonem stimulas. 61

Cõsimilem vim habet quod à Diogeniano refertur, τὸν λέοντα κνίζεις,id est,Leonem pungis,seu vellicas. De iis qui potentem ac ferocem in suum ipsius exitiũ prouocant atque extimulant. Notior est metaphora quam vt sit explicanda.

Malum bene conditum ne moueris. 62

Idem pollet & illud,μὴ κίνει κακὸν εὖ κείμενον, id est, Ne moueris malum bene conditum,siue quiescens. In eos qui sua stultitia sibi turbas excitãt:aut qui mala iam tempore sepulta resuscitant renouántque.Prouerbium retulisse videtur Theognis hoc versu,

Πολλάκι γὰρ κακὸν κατακείμενον ἔνδον ἀμείνον. id est,
Nam persæpe malum pessime domi habere repositum.

Idem lib.8.

Huc simillimum est illud Æneid.5.

-sopitos suscitat ignes.

† Huc simile,Anagyrim commouere,pòst,63.

Octipedem excitas. 63

Scorpius,octo pedum.

Cratinus in Thrattis apud Suidam ὀκτώπουν ἀνεγείρεις, i.Octipedem excitas,nimirum scorpium:cui pedes sunt octo, ac plerunque sub saxis abditus cubat. quem non nisi tuo periculo suscites propter venenũ quod in cauda gestat. † Huic simile,Irritare crabrones. vide Pier. lib.10.de scorpio.

Mouere Camarinam. 64

Κινεῖν τὴν Καμάριναν, i.Mouere Camarinam, est sibi ipsi malum accersere. Lucianus de Apophrade, ὁρᾷς οὖν ἄμεινον ἦν σοι μὴ κινῆσαι τὴν Καμάριναν τότε; Vides quanto satius tum fuerit,Camarinam immotã linere.Vnde natũ sit adagium, Seruius grammaticus explicat, Virgiliani illum locum enarrans in 3.Æneidos,

-& fatu nunquam concessa moueri
Apparet Camarina Procul.

Camarina,inquit,palus est iuxta oppidum eiusdem nominis,quæ cùm olim siccata pestilent am crearet, consuluerũt oraculum an penitus eam desiccare præstaret. Vetuit Deus Camarinam moueri. At illi exiccarant,nõ obtemperantes oraculo & cessarunt quidem pestilentia, sed per eam ingressis hostibus pœnas dederunt neglecti oraculi. Eadem fermè commemorat & Suidas,illud insuper addens, quibusdam Camarinam esse fruticem, cuius ramos siquis cómouerat quatiátque,tetrum quendam odorem edere. Verùm mihi superior sententia magis videtur ad verisimilitudinem accedere. Meminit huius adagij Stephanus quoque versu heroico, efferque ad hunc modum,

Μὴ κίνει Καμάριναν· ἀνύσιμον δ' ἀνύσιμον.
Ne moueris Camarinam:etenim non tangere præstat.

Aiunt autem, Camarinam, oppidum & eiusdem nominis paludem esse in Sicilia. Meminit & Silius lib.4.Maronem imitans,

Et cui non dictum fatis Camarina moueri.

Anagyrim commoues. 65

Superiorum neutiquam dissimile videtur illud apud Græcos celebratum ἀνάγυρον κινεῖς, id est, Anagyrum commoues. In eos qui sibi ipsis malorum authores essent, quique in suam ipsorum perniciem quempiam irritarent. Vnde ducta sit paræmia,varie narratur ab authoribus. Alij ad fruticis naturam referunt, cuius meminit in tertio libro Dioscorides, quem quidam magyrum,quidam anagyrum appellant nonnulli acopon: medicamentis quidem efficacem, verùm odore maiorem in modum graui: maximè si manu teratur. cuius fructus gustatus vehemẽtem vomitum promouet. Vnde vel ab odoris molestia,quæ carpentem consequitur, adagium ductum videri potest, quandoquidem & acopi vocabulum indidem apparet repertum) vel a concitandi vomitus efficacia. Meminit huius & Plinius libro vicesimoseptimo,capite 4. Sunt qui dicant Anagyrum locum esse in Attica, qui ad tribum pertineat Erechtheidem, authore Stephano, vbi frutex quidam gratissimi odoris plurimus prouenit: vt Anagyrum pro fiutice non secus accipiamus, quàm Anticyram pro helleboro.Rutum alij Anagyrum genium quendam existimant, qui propter violatum lucellum suum vicinos omnes funditus euertit.atque huius adagij mentionem fieri apud Aristophanem in Ythyphalta. Et late apud Aristophanem locus ille habet. *Anagyrus, genius.*

Πέθανεν Ἀναγυρεῖ πόσον γε τὸν Δία.
Ὁ γοῦν Ἀναγυρεὺς νυκτὸς ἐκλαπὼν δορὰν. id est,
Vtrum Iouem ne an Anagyrum ergo perdidit?
Anagyrus quidem certe is apparet mihi.

Suidas huiusmodi fermè commemorat, Anagyrasium quendam genium fuisse, sic à loco quem diximus, cognominatum,qui senem vicinum,quòd lucum suum incidisset,hunc ad modum vltus sit. Senis concubinæ insanum quendam amorem immisit in illius filium: quæ cùm adolescentis animum pellicere non posset, eum vltrò apud patrem detulit,quòd sese de stupro non desineret interpellare. Pater pertœsus à muliere,filium è tecto præcipitem dedit, ac interemit. deinde facti pœnitens, semetipsum laqueo præfocauit. Postremò mulier sese in puteum abiecit. Atque huius fabulæ citat authorem Hieronymum haud scio quem, in opere De tragœdiarum scriptoribus *Anagyrasius genius apud Suidam.*

Capra contra sese cornua. 66

Ἡ αἴξ καθ' ἑαυτῆς τὰ κέρατα, id est Capra contra semetipsam cornua. Ad inferiorum claritem pertinet,ab apologo natum.Capra quæpiam cùm esset iaculo vulnerata,circũspectans venenum id mali sibi euenisse,arcum conterit,pars cornibus compactum, dixit ad hunc modum, κατ' ἐμαυτῆς φύσαι τὰ πτερά, id est,in meã ipsius perniciem produxi cornua.

Atlas cælum. 67

Ἄτλας τὸν οὐρανόν, id est, Atlas cælum. Subaudiendum, ὑπέδεξε, scilicet,sustinuit. Dicitur tolerum de iis qui sese magnis & molestis rebus suum negocium, ipsique sibi malum accersunt. Nam hæc Cæsium Isotropio excepit. deprehensus autem quòd illi struxisset insidias, præceps datus est in Atlanticum:Porrò notior est quam vt hoc loco hic referenda de Atlante fabula,cælum humeris & vertice sustinente.

Deus ex improuiso apparens. 68

Θεὸς ἀπὸ μηχανῆς ἐπιφαινόμενος, id est, Deus ex improuiso apparens. In eos dicitur quibus, in rebus perplexis, præter spem exoritur aliquis qui salutem adferat,negotiique difficultatem expediat.Sumptum est à consuetudine tragœdiarum,in quarum plerisque, machinis quibusdam deus aliquis ostendebatur: idque non in scena ipsa,sed è sublimi: qui repẽtè commutatis rebus fabulæ finem imponeret. Id quẽ testatur & M.Tullius lib. de Natura deor: 1.vt quum ita sit, Quod quia quemadmodum natura effici re sine aliqua mente possit, non videtis, vt tragici poetæ, quum explicare argumenti exitum non potestis, confugitis ad deum. cuius operam profectò non desideraretis si immensam & interminatam in omnes partes magnitudinem regionum videretis. Nec dubium est quin Tullius imitatus hic sit illud ex Platonis Cratylo εἰ μὲν ὥσπερ οἱ τραγῳδοποιοί, ἐπαδόντι ἀπορῶσι, ὅθεν τὰς μηχανὰς ἀφήσουσι, δεῦ' ἐξεστω. id est, Nisi fanè, quemadmodum tragœdiarum scriptores, si ubi hæserint, ad machinas confugiunt deos sustollentes.Quem Platonis locum,ob ignoratum prouerbium, Latinus interpres perperam,aut certè obscurè, vertit. nimirum hunc in modum, Nisi fortè,quemadmodum tragici, quoties ambigunt ,commentitus quibusdam machinamentis ad deos confugiunt. Ad eũdem lapidem impegisse videtur qui Lysandri vitam transtulit è Plutarcho. Cùm enim Lysander instituisset innouare rempub. perpenderétque negotium esse difficilius,quàm vt vulgaribus consiliis posset expedire,fecit quod poetæ solent in tragœdia, fictis oraculis ac deorum religione illudit quod constituerat efficere. Græca sic habent , ἅπερ οἱ τραγῳδοὶ μηχανὰς αἴροντες ἐπὶ τὰς πολίτας, λόγια ψευδόμενοι καὶ χρησμοὺς συνιστᾶσι καὶ καταπλάττουσιν. id est, Quemadmodum in tragœdia machinam tollens apud ciues,reiponsa velut à Pythio redd.ta & oracula componebat apparabatque. Idem subobscurè,sed tanè quam eleganter indicat Aristoteles lib.1. Μετὰ τὰ φυσικά. Ἀναπλάττειν τὴν μηχανὴν χρῶνται τοῖς ποιηταῖς. ἐὰν δ' ἀπορῶσιν ἐφ' τινα αἰτίαν οὐκ ἀναλύσει ὀξὺ πῶς ἔχει ἀνάγκη. ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις οὐδὲν μᾶλλον αἰτιῶνται ἢ γιγνόμενον τύχῃ. Quę quide verba sic licebit vertere, Nã Anaxagoras mente,perinde qua deo quopiam tragico, *Lapsus Ficini.*

tragico, qui repentè solet ostendi, vitur ad condendum mundum. Etenim quum haeret in explicanda causa quæ necessario sit, tum illam adducit: porro reliquis in rebus quidvis potius cautum facit eorum quæ fiunt, quàm me item. Vide in Græcorum tragœdiis illud pe-

Multæ Deorũ formæ.

ne solenne est, Πολυμόρφους θεοὺς, id est, Multæ formæ deorum, &c. quum inducto numine fabulam explicarint: veluti in Oreste Euripidis, Apollo in mediis tumultibus apparens res turbatissimas subitò componit. Huius rei exemplum videtur ab Homero ductum, qui, quemadmodum Iliados primo, Palladem inducit, vt ferocientem Achillem compesceret, ita complúribus aliis locis numen aliquod allegat. Quod quidem Horatius in Arte poetica vetat in comœdiis fieri, nisi rerum difficultas maior sit, quàm vt possit humana ope explicari: Nec deus interfit, nisi dignus vindice nodus inciderit. Qua ratione Plautus in Amphitryone Iouem induxit, eóque tragicò comœdiam vocat. Lucianus in Philopseude, Καὶ τὸ τῷ λόγῳ, Θεὸν ἀπὸ μηχανῆς ἐπιπεσεῖν Διονύσῳ μοι τῶν ἀμείνω δοκεῖ τῆς τύχης. id est Ac iuxta prouerbium, arbitrabar hunc mihi, perinde quasi deum quempiam, repentè apparentem, a fortuna fuisse adductum. Alludit eodem, in lib. De mercede seruientibus: Οἰκτίρω γὰρ τὸ αἰῶνα πρᾶγμα ὄντα, ἢ τὸν ἀπὸ μηχανῆς θεὸν μηχανᾶσθαι· ὅτι τὸ κεφάλαιον τῶν κακῶν ἐστιν. id est, Nam hi peculiariter ad huiusmodi tragœdiam pertinent, aut alium quempiam derepente exortum, atque in antennis confidentem. Huc respexit Euripides in Iphigenia Aulidensi, Θεὸς σοὶ πρόφασις εἰμὶ μεγιστος, id est, Equidem deus tibi maximus apparui. Lucianus in sectis, Ἐπειδὴ, τὸ τῆς προῤῥήσεως τοῦτο, Θεὸς ἐκ μηχανῆς ὑπεφαίνετο. id est, Assistés iuxta tragœdorum prouerbium, deus ex improuiso ostentus. Apud Athenæum lib. 6. Iurconem quédam querentem facit poeta nescio quis, quòd pilcium venditores ipsi ostensos pisces statim subducerent.

Καὶ ταῦτα λεπτύνουσιν τοὺς ὀνουμένους,
Ἀπὸ μηχανῆς τοι τοῦτο, ὡς ἔοικε, δρᾶσί σοι.
Et tenuitos mox ex. nunt ipsos emptores,
Vendiatque tanquam à machina, ita dicam.

Proinde quoties salus ex imperato ostenditur, id deó solet ascribi: Ita Plinius lib. 25. Quippe etiam in repertis aliis inuenit Caius, alias, vt vere dixerim, Deus. Idem libro vicesimoseptimo, Hic ergo casus, hic est ille qui plurima inuenit in vita Deus.

Homo homini deus. 69

Hesiod. lib. 2.

Non admodum hinc abludit & illud, ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ δαίμων. id est, Homo homini deus: quod dici solet de eo qui subitam atque insperatam attulit salutem, aut qui magno quopiam beneficio iuuit. Antiquitas enim nihil aliud existimabat esse deum quàm prodesse mortalibus. Vnde frugum, vini, legum authores,

Festinate mortales.

Cur de habiti pro diis fuerint.

& quicunque ad vitæ commoditatem aliquid attulissent, eos pro dis habebat antiquitas: adeo vt & belluas quasdam pro numinibus coluerit, velut apud Ægyptios ciconiam, quòd serpentes qui certo anni tempore ex Arabicis paludibus subuolant, obuiam profecta, arcere conuicereque credatur. Apud Romanos anserem, quòd Capitolinam arcem, expergefactis clangore custodibus, ab irruptione Gallorum seruauit. Quod indicat Marcus Tullius, quum libro de natura deorum primo scribit, Concludam, belluas à barbaris propter beneficium consecratas. Quin & authore Prodico Chio, corpora quædam inanima pro dis habita sunt: velut sol, luna, aqua, terra: quòd ad vitam conducere viderentur, quódque horum commoditate mortales maiorem in modum delectarentur. Scythæ, quemadmodum in Toxaride testatur Lucianus, per ventum & gladium, tanquam per deos, iurant, propterea quòd alie spirandi sit author, hic mortis. Sed quoniam, vt inquit Cicero, plurima homini ab homine vel commoda vel incommoda solent oriri, & Dei proprium est vel seruare vel benefacere: dicimus qui in graui periculo succurrit, quíve ingenti quopiam afficit beneficio, quoniam Dei quasi vice fungitur, ei cui prodest, Deus dicitur extitisse. Huic additipulatur illa solennis apud Homerum atque Hesiodum clausula,

Scythæ per ventum & gladium iurant.

—Διὸς δ' ἔπλετο βουλή, id est,
Dij bonorum largitores.

Et quod ait Strabo libró decimo, Rectè dictú est, mortales tunc maximè deos imitari, quum benefici sunt. Idem lib. 17. tradit, Ægyptios quosdam duplicem facere deum: immortalem, qui rerum omnium sit author: & mortalem, ignoti nominis: tum à quibus beneficio sint affecti, eos fermè pro dis colunt. Præterea vulgò quoque, qui in rebus perplexis ac desperatis, aut antipili periculo seruantur, à deo quopiam aiunt sese seruatos. Horatius 2. Ser. Sat. 5.

—sic me seruauit Apollo.

Rursum in Odis, in bello per Mercurium, & iterum ab arboris ictu sese Faunı ope seruatum scribit. Eodem alluſit Iuuenalis, quum ait,

Quadraginta tibi siquis deus, aut similis dijs
Et melior fatis donaret homunio.

Item Virgilius in Tityro.

O Melibœe, deus nobis hæc otia fecit.
Namque erit ille mihi semper deus, illius aram
Sæpe tener nostris ab ouilibus imbuet agnus.

Deinde reddit causam quare sit Cæsarem loco numinis habiturus, beneficium subtexens,

Ille meas errare boues, vt cernis, & ipsum
Ludere quæ vellem calamo permisit agresti.

Plinius Secundus lib. Naturalis historiæ 2. cap. 2. manifestius Græcam παρρησίαν indicauit: sed tam impiè sentiens de dijs, quàm paulò pòst de animarum immortalitate, déque corporum resurrectione desipienter. Nam cælum & multitudinem deorum irrisisset, & vni illi summo (quem aut mundum hunc aut naturam nescio quam esse putat) prorsus ademisset curam mortalium, Deus est, inquit, mortali iuuare mortalem, & hæc ad æternam gloriam via. hac procerès iere Romani: hac nunc cælesti passu cum liberis suis vadit maximus omnis æui rector Vespasianus Augustus, festis rebus iubueniens. Hic est vetustissimus referendi bene merentibus gratiam mos, vt tales numinibus ascribant. Quippe & omnium aliorum nomina deorum, & quæ suprà vidimus retuli, ex hominum nata sunt meritis. Hactenus Plinius. Ouidius, lib. 1. Eclog. 9.

Plinius Secundus, impius.

Consensus homini est hominem seruare voluptas,
Et melius nulla quæruntur arte fauor.

Plutarchus in commentario quem inscripsit, Aduersus principem indoctum, negat deos hoc nomine fœlices esse quòd quamdiutissimè viuant, sed quòd virtutis sint principes & authores. Porrò Paulus virtutum summam ad charitatem refert: charitatem autem in eo sitam, vt de quamplurimis quamoptimè mereamur. Huc respexit Gr. Nazianzenus in orat. De cura pauperum, his, inquit, rerumnoso Deus, misericordiam Dei imitando. nihil enim æque diuinum habet homo ac beneficentiam. Quanquam autem apud Christianos Dei appellatio nõ est vlli mortalium vel per iocum communicanda, neque omnino tam iniquis tamque fœda adulatio est in mores nostros recipienda: tamen fieri potest vt huius adagij sit vsus neque improbus, neque inconcinnus, si quis hoc modò dicat, Cum tatis malis premeretur vt nemo mortalium aut vellet aut posset opitulari, tu vnus mihi præ ceteris extitisti, tuoque beneficio me nõ seruasti modo, perituram aliquot, verumetiã ornatiorem aliquãto fecisti quam antea fuerim. Vt aut omnino nusquã, aut in nobis certe duobus locũ habeat vetus illud Græcorum adagium, ἄνθρωπος ἀνθρώπου δαίμων. Aut hoc modo, Literis debeo omnia, etiam vitam: sed ipsis tibi debeo literas, qui mihi tua liberalitate tuipeduas, aliísque otium meum. Quid autem est quod Græci dicunt, ἄνθρωπος ἀνθρώπου δαίμων, si hoc non est? Aut hoc pacto, Qui mediocri beneficio iuuat, sit sanè amicus: verùm qui arte sua singularique cura atque industria vitã iamiam fugientem retinet ac restituit, (id quod vtique facit medicus) quid aliud est quã quod Græci dicitant, ἄνθρωπος ἀνθρώπου δαίμων? Aut sic, Eum in locum res erat deducta, vt ne ipsa quidem salus posset auxiliari: ibi tu mihi veluti præsens quoddam numẽ extitisti, & mira celeritate depulsis incommodis, in pristinum locum restituisti, nec sperantem nec expectantem. vt intelligerem illud non temerè dictum à Græcis, ἄνθρωπος ἀνθρώπου δαίμων. Aut sic, In reliquis quidem rebus mihi semper amicissimus fuisti: in hac verò causa non amicissimus modò, verumetiam, penè dixerim, quod Græci dicunt, ἄνθρωπος ἀνθρώπου δαίμων.

Beneficentia, res diuina.

1. Corinth. 13.

Vsus adagij.

Homo homini lupus. 70

Ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ λύκος, i. Homo homini lupus. Superiori quali diuersum est, ac velut hinc effectum videtur quod vsurpauit Plautus in Asinaria, Homo homini lupus. Quo monemur ne quid fidamus homini ignoto, sed perinde atque à lupo caueamus. Lupus est, inquit, homo homini, non homo, qui qualis sit non nouit.

Homini ignoto non fidendum.

Coturnix Herculem. 71

Ὀρτυξ ἔσωσε Ἡρακλέα τὸν ἥρωα. id est,
Seruauit Herculem coturnix heroum.

Sensarius est Græcis prouerbij vice celebratus: quem tamen Zenodotus negat apud vllum veterum scriptorum inuenirj: cæterùm dicj solitum de iis qui in periculo seruatj essent ab iis à quibus minimè sperarant. Adagionis originem ad huiusmodi fabulam referunt, Coturnicem quandam Herculi in deliciis fuisse, cuius nidore, cùm vina incenderetur, ille mortuus sit in vitam restitutus. Meminit huius fabulę Athenęus quoque libro 9.c.15.scribens, Herculem Iouis & Asteriæ filium, in Libyam proficiscentem à Typhone fuisse interemptum: reuocatum autem in vitam odore coturnicis illi ab Iolao admotæ & ob eam causam Phœnices Herculi coturnice sacrificare.

Genius malus. 72

Qui ἀλάστορες.

Ei quod modò retulimus, Homo homini Deus, contrarium videtur Genius malus: quem Græci dicunt ἀλάστορα. quo nomine vocamus eos quibus incommodorum nostrorum maximam partem acceptâ ferimus, idque etiam hodie vulgato sermone. Sunt enim omnino quidam his aut illis ita inauspicati, vt tanquam fatum quoddam malum, atque in perniciem illorum nati iure videri possint. Porrò prouerbium apparet à prisGenij, siue dæmones, sint.
corum opinione profectum, qui singulis binos genios attribuunt, quos dæmones vocant: neque hominibus modo, verumetiam locis atque ædibus: quorum alter perniciem nobis moliatur, alter suuare studeat. cuius sententiæ fuit Empedocles, citante Plutarcho in libello De animi tranquillitate. Quò pertinet illud Bruti, quod in eius vita memorat idem Plutarchus. Nam Bruto cùm dies ille fatalis immineret, & in Asia nocte Bruto sum genius malus apparet.
fermè intempesta ex more vigilaret in tabernaculo, lucerna iam emoriente, videre visus est personam quandam tragicam, & humana specie maiorem. Atque ille protinus, vt erat animo interrito, percontatus est quisnam esset aut hominum aut deorum. Cui illa cum murmure, Tuus sum, Brute, genius malus: Philippis me videbis. Eadem itaque imago rursus apparuit contigenti Philippis: quæ quidem illi pugna postrema fuit.
Lib. de fortuna Roman.
Huic consimilem quandam fabulam idem refert de M. Antonio atque Augusto. videlicet hos reliquis quidem in rebus amicè summáque inter sese concordia egisse: cæterùm in ludis quos ad æmulationem quandam edebant, Octauium semper superiorem esse solitum. Eam rem Antonium non mediocriter diseruisse. Fuisse autem in Antoniano comitatu magum quempiam Ægyptium: is, seu quòd verè nosset eius fatum; seu quòd ad gratiam Cleopatræ fingeret, eum admonuit
Antonij genius Augusti genium vereri nolentis.
vt à Cæsare se quantum posset seiungeret: quòd ipsius genius, alacer alioqui, cæsium illius reformidaret: quóque propius accessisset, hoc humilior deiectiórque videretur. Testatur & Plato, Socrati peculiarem quendam fuisse genium, de quo scripsit Apuleius & Plutarchus. De genio sensisse videtur Terentius, quum ait in Phormione, -mihi vix venit hoc, scio: Memini reliquiTheologorum diuina de genijs hæc.
me, deo irato meo. Quin & nostrates theologi, veteres illos, opinor, sequuti, duos vnicuique genios, (quos angelos vocant) ab ipso protinus exordio vitæ adscribunt: amicum, qui commoda nostra procuret: malum, qui modis omnibus in exitium nostrum immineat. Bonum genium explicat Næuius in Stalagmonis apud Donatum, A deo mea propitio meus homo est. Item Persius, Satyr.4. Dijs iratis genióque sinistro. Postremò prouerbium resipiunt in genere omnia illa, Iratis diis, Propitijs diis. Terentius, Nescio: nisi deos iratos fuisse mihi satis scio, qui auscultauerim ei. Horatius in Sermonibus, 2. Ser.3.

-immeritúsque laborat
Iratis natus paries dis atque poetis.

Idem rursum, 2 Serm.7.

-Vertumne, quotquot sunt, natus iniquis.

Idem in Odis, 4. Carm.5.

Diuis orte bonis, optime Romule
Custos gentis, abes.

Homerus Iliad.5.

Θεὸν τίς δὴ τόνδε, id est,
Deus quispiam iratus est.

Et Virgilius, Æneid.4

Dijs equidem auspicibus, reor, & Ioue fecunda.

Eodem pertinent & hęc, Solus à dijs dilectus Antiphon &, Dij non respiciunt: &, Modò Iuppiter adsit: &, Si quem numina læua sinunt: &, Dexter adsit Apollo: atque id genus sexcenta passim apud poetas obuia. Erit autem venustius si ad speciem descenderis: vt, Hic scribit carmina, Musis, quotquot sunt, iratis. Canit irato Apolline. Eâ caulam egit ineptissimè, planéque irata Suadela. Marte sinistro pugnauimus. Neptuno propitio nauigauimus. Mercurio, opinor, irato, cum hoc veteratore sum pactus. Irata Venere dat operam liberis, de eo qui deformes filios progeneret. Inuita Minerua, qui parum fœliciter artem exerceat.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. *Diuis orte bonis optime.*) Fallitur hic, dum hunc versum exemplj causa profert, quasi Bonis diuis accipiatur pro propitijs, & opponatur illi Iratis dijs. cum, vt rectè Acrò admonet, & facilè perspici potest, hoc dictum illi sit simile, Dijs genite & geniture deos. Sic Prolem vel Progeniem diuûm, Genus diuûm solent vocare poetæ hunc vel illum, quum quandam nobilitatis vel generositatis animi ὑπόνοιαν exprimere volunt: hac in re. si in alia vlla, Homerum imitantes, apud quem frequenter διογενὲς appellantur reges.
Reges διογενῆς appellati.

Dextro Hercule, aut amico Hercule. 73

Eiusdem est generis, sed obscurius, quod apud Horatium legitur, 2. Serm.6.

Diues amico Hercule.

Et item apud Persium, Sat.2. -sic

Sub rastro crepet argenti mihi seria, dextro
Hercule.

Quod quidem in eos competit qui in accumulandis opibus sunt bene fortunati. Idque inde natú existimant, quòd Hercules moriturus, dixerit eos opulentos futuros qui sibi decimam bonorum suorum partem consecrassent: proinde locupletes plerosque ita facere solitos. Tametsi Plutarchus in Problematis, huius consuetudinis aliam adfert causam: puta quòd ipse quondam Hercules, boum, quos Geryonj abtulerat, in Palatino decimam partem immolarit, vel quòd Romanos ab Hetruscis decimari solitos liberarit.
Boues immolati Herculi.

Diis hominibúsque plaudentibus. 74

Prouerbialis est & illa hyperbole, Diis hominibúsque plaudentibus, pro eo quod est fœliciter atque auspicatò. Cicero ad Q. fratrem, Vatinium, a quo paulò antè oppugnabatur, arbitratu nostro concidimus, dijs hominibúsque plaudentibus. Idem libro Epistolarum familiarium primo, Neque solùm dixi, sed etiam sic facto, dijs hominibúsque approbantibus. Rursus ad Q. fratrem lib.3. in diuersam sententiam vertit prouerbium, Nisi noster, inquit, Pompeius dijs hominibúsque mortis negotium inuerterit. Quanquam hoc ipsum per se, deos hominésque, prouerbiale nimirum est ob figuram, atque apud poetas penè foléne: Deum atque hominum fidem. Dijs atque hominibus inuisus. Neque deos neque homines metuit. Homerus,
Deúm & hominum fidem.

-ἀθανάτοί τε θεοὶ θνητοί τ' ἀνθρωποι. id est,
-immortales deique
Mortalesque homines.

Rursum,

-πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε. id est,
-pater hominúmque deúmque.

Bonis auibus. Malis auibus. 75

Ad hoc genus pertinet & illud, Bonis aut malis auibus: quum rem fœliciter aut secus cedere significamus. Ab augurum obseruatione sumptum. Horatius in Odis, Epod.10.

Mala soluta nauis exit alite,
Ferens olentem Mensam.

Et rursum, 1. Carm.15.

-mala ducis auis domum
Quam multo repetet Græcia milite.

Atque iterum alibi, 2. Carm.6.

Scribaris Varo fortis, & hostium
Victor, Maurj carminis alite.

Homerus Iliados ω.

-μηδέ μοι οἶκον Ὄφρα οἱ μεγάθυμον ἀπώλεσα. id est,
Neve mihi hic infausta meis pertexeris esse.

Verba sunt Priami ad vxorem, dehortantem ne solus in castra Achillis proficisceretur, Hectoris cadauer auro redempturus ac multa tristia, ita vt assolét mulieres, ominantem. Auersa aui dixit Latinus quispiam tragœdiarum scriptor, qui de Agamemnone contra auspicia soluêre, ita loquitur, Soluere imperat, secundo rumore, auersique aui. Referur à M. Tullio libro De diuinat. 1.
Aui auersa.

Ad hanc

Omine fausto, &c.

Ad hanc formam referenda sunt & illa, Fausto omine, Bene ominata, Bonis auspiciis, Inauspicatò, Fœlicibus augurijs, atque id genus alia: quæ ab augurum arte sumpta, in communem sermonem abierunt.

Noctua volat. 76

Ex eadem superstitione manauit & illud Græcanicum, Γλαῦξ πέτεται, siue πέτεται, id est, Noctua volat, siue volauit. Nam priscis Atheniensibus noctua volatus, victoriæ symbolum existimabatur: propterea quòd auis hæc Mineruæ sacra crederetur, quæ quidem dicta est etiam male consulta Atheniensium bene fortunare. Quæ de re copiosius aliquanto dicemus in prouerbio, Atheniensium incomulta temeritas. Inde rebus fœlicius atque ex animi sententia succedentibus, dici consueuit, Noctua volat. Authores Zenodotus & Suidas, Non illepidè dicitur volasse noctua, quoties res non viribus sed pecuniarum interuentu confecta creditur, quòd Atheniensium numisma noctuam haberet insculptam. Vide & illud, Laurioticæ noctuæ, quod alibi recensetur. *Chiliad. 2. Centur. 8. prou. 31.* Plutarchus in vita Periclis tradit, illi è superiore nauis tabulato concionanti, noctuã ad dextram aduolasse, ac malo insedisse: quod omen effecit vt omnes irent in illius sententiam.

Chiliad. 1. Centur. 8. prouerb. 44.

Numisma Atheniensium, noctua.

Quarta luna nati. 77

Ἐκ τετράδος γεγονώς, id est, Quarta luna nati, dicuntur qui parum fœliciter nati sunt, vt author est Eustachius in librum Iliados secundum: propterea quòd Hercules hac luna natus feratur, cuius omnis vita, voluptatum omnium expers, ac laborum plena fuit. Dici potest & in eos qui laboribus sibi neutiquam frugiferis fatigantur, Herculis videlicet exemplo, qui iuuandis alijs sudauit, sibi inutilis. Pyrrhus apud Lucium Florum dicebat se sibi videri Herculis sidere natum, quòd quò pluribus victoriis Romanos concideret, hoc acriores in ipsum coorirentur. Id quod Horatius elegãter transtulit ad Annibalem,

Ad.4.Ca.4.

Vt hydra fecto corpore firmior.
Vrnis dolentem creuit in Herculem.

Albæ gallinæ filius. 78

Satyra 13.

Contrà, fœliciter natum, albæ gallinæ filium dicimus, Iuuenalis,

-quia tu gallinæ filius albæ.

Alba, pro fœlicibus.

Vel quòd læta atque auspicata, Latini alba vocant: vel quòd prouerbium alludit ad fatalem illam gallinam, de qua meminit Suetonius Tranquillus in Galba, his quidem verbis. Liuiæ olim statim post Augusti nuptias Veientanum suum reuilenti, præteruolans aquila, gallinam albam, ramulum lauri rostro tenentem demisit in gremium. Quo inque nutriri alitem ac pangi ramulum placuisset, tanta pullorum soboles prouenit, vt hodie quoque ea villa ad gallinas vocetur. tale verò lauretum, vt triumphaturi Cæsares inde laureas decerperẽt. Fuitque mos triumphantibus, alias confestim eodem loco pangere. Et ob eruatum est, sub cuiusque obitum, arborem ab ipso inibitam elanguisse. Ergo nouissimo Neronis anno & syluæ omnia exarsit radicitus, & quicquid ibi gallinarum erat interiit. Conueniet igitur adagium in eos qui rata & fatali quadam fœlicitate succedunt, quæque rerum vtuntur. Huic diuersum est illud apud eundem Iuuenalem, Sat. 13.

Nati infelicitatem.

-nati infœlicibus ouis.

Non abhorret huic quod scribit M. Tull. lib. epistol. familiarium septimo ad Curiorem, Quum enim salutationi nos dedimus amicorum (quę sit ex hoc etiam frequentius quam solebat, quòd quasi auem albam, videntur bene sentientem ciuem videre) abdo me in bibliothecam. Veteres enim quod inauspicatum haberi volebant, atrum aut nigrum vocabant: quod fœlix, album. Vnde apud Senecam Asinius Pollio, Albutij sententias, quòd inaffectatæ essent & apertæ, solitus est albas appellare. Quin & Græcis λευκότερος τινὸς dicitur qui clarius rem explicat.

Sententiæ albæ.

λευκότερος τινός.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. *quod fœlix, album.*) Exemplo aliquo confirmaturus Album pro fœlici, Senecæ locum affert, in quo albæ sententiæ pro apertis sumuntur: cùm citare debuerit aliquod genus loquendi in quo album pro fœlici dictum sit. quale est hoc apud poetas, Albi siue candidi dies. quale apud Catullum, *Fulsere quondam candidi tibi soles.* Sic, Candida hora, Ouidio cuius est & hic versus, Candidus & fœlix proximus annus erit.

Laureum baculo gesto. 79

Δαφνίνῳ φορῶ βακτηρίαν, id est, Laureum porto baculum. Suidas tradit, ita solere loqui eos qui essent ab aliquibus insidijs appetiti, fœliciterque periculum effugissent. Propterea quòd laurus credita est aduersus venena remedium habere. Plinius lib. 15. demonstrat laurum lustrationibus adhiberi solitam. Videtur & aduersus fulmen huius vis tuen, quandoquidem arborum vna non scitur fulmine. Id adeò verum credidit Cæsar Tiberius, vt nunquam non gestaret capite coronã lauream: vt in ipsius vita prodidit Suetonius.

Laurus vis aduersus venena & fulmen.

Grauiora Sambico patitur. 80

Δεινότερα Σαμβίκου πάσχει, id est, Atrociora Sambico patitur. In eos qui cruciatibus exquisitis torquentur, aut quibus insignia mala accidunt. Prouerbium Plutarchus refert in problematis Græcanicis, atque huiusmodi quandam adfert causam: Sambicus quispiam Eleus, vnà cum sociis aliquot, non paucas apud Olympia æreas statuas concidit, venditque. Deinde materia etiã ausus, Dianæ præsidis templum diripuit. est enim illius in Elide templum, quod Artiarcheum nominant. At ille mox comprehensus, dum socios prodere recusat, annum perpetuum exquisitis cruciatibus dilaceratus est, inter quos etiam animam efflauit. Atque hinc vulgo nata paræmia.

Fœnum habet in cornu. 81

In homines maledicos ac feroces dicitur, Fœnum habet in cornu. Horatius in Sermonibus, 1. Ser. 4.

Fœnum habet in cornu, longè fuge.

Inde translatum. vt Acron placet, quòd antiquitus bubus cornipetis fœnum pro signo in cornu appenderetur, quo sibi cauerent qui fortè occurrissent. Idque ideo fieri solitum Plutarchus in problematis autumat, quòd copiosiore pabulo, non modo boues, sed & equi & asini, insolentiores ac ferociores reddantur. Vnde extat & Sophoclis dictum in tumidum quempiam, ac præferoc m Tusquam, ferues, quasi pullus pabuli copia. Huc adstipulatur illud Solonis dictum apud Laertium, τὸν μὲν πλοῦτον ὑπὸ τῆς τρυφῆς γεννᾶσθαι, τὴν δ' ὕβριν τῆς κόρου. hoc est, Satietatem nasci ex opulentia, ex satietate ferociam. Dictum est autem aliquando, vt idem testatur Plutarchus, in M. Crassum, quòd in cornu fœnum haberet, propterea quod haudquaquam impunè lacesseretur, homo prædives, ac potens, & simultatum persequentissimus. At postea Cæsar dictus est ei fœnum detraxisse, quòd omnibus illum, vt cornupetam tausum, fugientibus ac formidantibus, ipse primus ausus fuerit ni sentire. Viurpat adagium hoc etiam diuus Hieronymus in epistola quadam, minitans ijs a quibus forte esset lacessendus.

Ex satietate ferocia. Vide Plut.

Vide Hieronym.

Cornutam bestiam petis. 82

Consimilem ferme sensum habet Plautinum illud, Cornutam bestiam petis, de eo qui lacessit eum qui paratus sit retalure iniuriam, quémque non nisi tuo malo prouoces. Huc spectauit Horatius in Odis,

Parata tolle cornua.

Dionysius Corinthi. 83

Διονύσιος ὁ κορίνθιος, id est, Dionysius Corinthi. Prouerbialis allegoria, qua significamus aliquem è summa dignitate atque imperio ad priuatum humilémque redactum fortunã: quemadmodum Dionysius Syracusiarum tyrannus, expulsus imperio, Corinthi pueros literas ac musicam mercede docuit. Cicero epistolarum ad Atticum lib. 9. De optimatibus sit sanè ita vt visum est nostri illud, Διονύσιος ὁ κορίνθιος. Quintilianus Institut. orat. lib. 8. Est in exemplis allegoria, si non præmissa ratione ponantur. Nam vt Dionysium Corinthi esse (quo Græci omnes vtuntur) ita plura similia dici possunt. Hic Cicero quũ ait, Nosti illud, & Quintilianus, Quo Græci omnes vtuntur, nimirum vterque vulgo iactatum fuisse significat. Cæterũ vnde natum sit adagium, Plutarchus aperuit in libello cui titulus περὶ τῆς ἀδολεσχίας, id est, de futili loquacitate. Laudans enim, breuiter & grauiter dicta, commemorat & illud à Lacedæmonibus responsum regi Philippo, bellum minanti, ferocienteque Διονύσιος ὁ κορίνθιος. Quibus vbi rex rescripsisset, si quando in Laconicam duxisset exercitum, euersurum se Lacedæmonios, verbo duntaxat respondere runt, οὐκ, id est, Si. Plato ter nauigauit in Siciliam, non sine sinistri rumoris aspergine. vnde Moion, qui inimicum in Platonem gerebat animum, dicebat non esse mirum si Dionysius esset Corinthi, sed si Plato in Sici-

lia. Regem enim vrgebat necessitas: Platonem solicitabat ambitio.

In me hæc cudetur faba. 84

Terentius in Eunucho, At enim isthæc in me cudetur faba hoc est, Donato interprete, In me malum hoc recidet, In me hæc vindicabitur culpa. Translatum vel à faba, quæ quum siliquis exuitur ac batuitur, dum fustibus intertunditur, ita vt fit in areis more rusticorum: non ipsa perinde laborat, sed id demum in quo cuditur. Alij malunt ad male coctam fabam referre, quæ si quando non maduerit, sed dura permanserit, ab iratis heris supra coqui caput saxo nonnunquam comminui consueuit, tanquam fabam vlciscentibus, non coquum: cùm vniuersum interim malum ad coquum peruenerit.

Vera huius adagij ratio non satis Erasmo aliisque cognita, tandem deprehensa nuper est à quibusdam rerum antiquarum studiosis in vetusto scholiaste innominato ad satyras Persianas, cuius liber mēbrana scriptus nondum fuit editus in lucē. sic ergo ille. Scutica erat quędā corrigia, habens in summitate nodos quosdam in modum fabæ: de qua Terentius. Hæc faba cudetur in me: & erat pœna seruorum.

Tute hoc intristi. omne tibi exedundum est. 85

Non diuersum superiori Donatus admonuit, illud quod apud eundem poëtam legitur in Phormione, Tute hoc intristi, tibi omne est exedundum. Verba sunt Phormionis parasiti, qui quoniam fuerat author consilij de ducenda puella, æquum esse putat vt suo periculo rem item expediat. Translatum putant ab alliato rusticorum mortario. Quæ quidem sententia vel hodie quoque vulgo nostrati in ore est. Et altera huic simillima, Colo quod aptasti, ipsi tibi nendum est. id est, tu incipiundi author extitisti, nunc idem explices oportet.

Alliatū mortarium rusticorum.

Faber compedes quas fecit, ipse gestet. 86

Ausonius in trochaicis suis Terentiano prouerbio consine quoddam subnectit, & poëtæ metaphoram altera quadam interpretatur metaphora:

Tu maleſtus flagitator lege moleſta carmina.
Quod tibi intristi exedundum eſſe ſic vetus verbum iubet,
Compedes, quas ipſe fecit, ipſus vt geſtet faber.

Sibiipsis malorum auctores.

Competit in eos qui sibipsis authores sunt malorum. Videtur autem è Theognide poëta sumptum, qui ait,

Οὔτις ἑαυτῷ φίλε Κύρνε κάκος χαλκόποτος αἰτιᾶται.

id est,

Vinculo nemo sibi cudit, charissime Cyrne.

Huic simile quiddam, humilius quidem, sed tamen aptum, vulgo dicitur, Flagellum ipse parauit quo vapularet. Idque sumptum à pueris aut seruis, qui coguntur aliquoties ipsi parare virgas quibus vapulent.

Ipsi testudines edite, qui cepistis. 87

His consine prouerbium refertur à Græcis scriptoribus,

Αὐτοὶ χελώνας ἔδετ' οἱ πρὶν λάβετε. id est,

Qui prendidistis ipsi edite testudines.

In eos iacitur qui posteaquam inconsultè quippiam adorti sunt, aliorum implorant auxilium, quos suo negotio admisceant. Parœmiam ex huiusmodi quodā apologo natam existimant. Piscatores aliquot, iacto rete, testudines eduxerunt. eas cùm essent inter se partiti, neque sufficerent omnibus comedendis, Mercurium fortè accedentem inuitarunt ad conuiuium. At is intelligens se nequaquam humanitatis gratia vocari, sed vt eos fastidito cibo subleuaret, recusauit, iussitque vt ipsi suas testudines ederent quas cepissent. Sunt autem, authore Plinio, in Germania populi, qui testudinum carnibus victitent, vnde & nomē illis attributum χελωνοφάγοι. Apud quod affirmant inueniri testudines tanta magnitudine vt earum testis casas integant.

χελωνοφάγοι.

Aderit Temesæum genius. 88

Temesa.

Strabo libro Geographiæ sexto refert Temesam ab Lao primam vrbem esse Bruttiæ, ipsius ætate dictam Tempsam, quam ab Ausoniis conditam, Thoantis comites Ætoli deinde tenuerint, atque his expulsis Brutij, demum Annibal & Romani funditus euerterint. Iuxta hanc sacellum fuisse oleastris circumseptum, Politæ cuidam ex Vlyssis comitibus sacrum. Hunc, quòd esset à barbaris violatus, graueis iras in eos exercuisse: adeo vt in prouerbium abierit, dicerēntque cauendum ne Temesæus genius immineret. Deinde Locrensibus Epizephyriis vrbe potitis, Euthymum quendam, vt inquit Aelianus, ex Italia illuc venisse, pugilem inclytum, & insigni robore: qui & lapidem ingenti magnitudine gestauerit, qui Locris ostendi soleat. Hunc cum Polite congressum, ac victorem à certamine discessisse, atque ita finitimos huius opera liberatos à tributo quod ille consuecuerat exigere. Quin & compulisse illum, vt quod per vim abstulerat, redderet etiam cum fœnore. Atque hinc prouerbium natum putant, iis qui sordidos & iniustos quæstus faciunt, adfore Temesæum genium. Quo significabant aliquando dependenda cum fœnore quæ præter ius & fraude seu vi rapuissent. Pausanias in Eliacis paulo diuersius rem narrat: nempe comitem quendam Vlyssis, ob virginem constupratam, occisum fuisse: atque ob id laruas eius, nisi quotannis oblata virgine placarentur, grassari solitas, ac perniciem adferre omni sexui atque ætati. Atque hunc quidem eius loci genium vulgo fuisse creditum, quem Euthymus pugil Temesam reuersus compescuerit, virgine quam deuouerant, liberata, atque in matrimonium accepta. Apud Strabonem mihi locus in codice Græco videtur non vacare menda. sic enim legimus in editione Aldina, ὡς τι τῶν ἀθρόως ἀναμελλησάντων αὐτὸ κῆ πλοῦτον, ἢ παρεμμίσθωσιν ἢ ἄνευ αὐτῶν μαθ' ὧν ἔσχε τὴν ὕβριν ὁ τιμώμενος λαμβάνου ἀποτίσαι. Fortasse tolerabilior erit lectio, si tolles coniunctionem ὁ, & pro λαμβάνων reponas λαμβάνων. Cęterùm cùm Strabo recenseat prouerbium, priusquam referat cohibitum heroem, indicat potius in eos dici solitum qui potentiorem se lacessunt. Etiamsi nihil vetat prouerbium ad varios vsus accommodari. Commodum erit id referre ad certam Numinis vindictam.

Temesæus vindex iniustorum quæstuum.

Termeria mala. 89

Τερμέων κακά, id est, Termeria mala, veteri prouerbio dicuntur ingentia, maximè, quoties mala quæ quis in alios impegerit, aliquando in ipsius caput retaliantur. Huius adagij meminit Plutarchus in vita Thesei: qui cùm Herculis exemplo terras obiret nocentes, quos superasset, eadem pœna solitus est afficere quam illi per sæuitiam in alios exercuissent. Nam Hercules Damascum de rupe editissima præcipitem dedit, Busiridem parentauit, Antæum palæstra superatum occidit, Cygnum gladiatorum more confecit, denique Termerum humana capita confringentem, verberibus itidem contudit. Vnde in eos in quos sua malefacta retorquentur, prouerbio dicitur, Termerium malum. In hanc ferme sententiam Plutarchus in vita Thesei. Est autem supplicij genus vel in primis fauorabile, quum pœna sceleri respondet: quemadmodum de Thurino fumi venditore, fumo necato legimus, & Perillo quem Phalaris æneo impositum tauro, suo ipsius inuēto perdidit. Illud perquam festiuum, quod in vita Gallieni Imperatoris refertur: Cùm quidam vitreas gemmas pro veris Imperatrici vendidisset, atque ea re deprehensa, vindicari flagitaret: ille venditorem rapi iussit, tanquam leonibus obiiciendum: deinde caponem emittit ac cunctis rem tam ridiculam admirantibus, per præconem denunciari iussit, Impostura fecit, & passus est: atque ita negotiatorem dimisit. Sed de Termeriis malis Suidas multo aliam adfert interpretationem: nempe locum quendam esse in Caria cui nomen Termerio, quo tyranni quandoque pro carcere soleant vti. Situm autem esse inter Melum & Halicarnassum. Ex hoc cùm postea prædarentur latrones, neque depelli possent, quòd esset locus admodum munitus, abiisse in prouerbium. Quanquam Stephanus Termeram vrbem in Lycia ponit, quam aut à Termero fortitam vocabulum. Postremò Termeria mala, dicta videri possunt quasi extrema mala. Nam τέρμα Græcè finem significat, & τερμάτιαι ἡμέραι extremum vitæ diem vocant. Porrò Latini, quod summum videri volunt, ac maximum, id extremum appellant. vt Extrema dementia, Extrema insania. Neque secus Græci, ἔσχατον κακόν, extremū malum pro maximo dicunt. & ἐσχάτων ἐσχάτα, extremorum extrema, quasi pluſquam maxima.

Tyndarei, Herculis imitator.

Nocet artifici arte perire sua æquum est.

Termerium locus, in Caria.

Termera vrbs.

Τέρμα & τερμάτια ἡμέρα.

Extremum. ἐσχάτων ἔσχατα.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. *Possint) Græcè finem significat & τερμάτιαι ἡμέραι extremum vitæ diem vocant.* Imò verò non τερμάτιαι, sed τέρματα ita vocat Suidas. Sic & Hesychius τέρματα (non τερμάτεια) exponit ἔσχατα. sic τέρματα ἔσεται (licet mendosè in vulgatis exemplaribus ἔσται legatur. quod mendum non animaduerterunt qui in istis Græcolatinis lexicis

τέρματα.

lexicis adnotarunt, πίων inconstans significare.) Sic denique & πιμανεῖ non πιήσει apud eosdem lexicographos, & apud authorem Etymologici reperitur: apud quem & πιαίνω ὁ ζέω. Et à πῖμα durior sanè esset πῖαμα.

πίων.

Neoptolemi vindicta. 90

Νεοπτολέμου τίσις, id est, Neoptolemica vindicta. Superioris simillimum est, vbi quis eadem patitur cuiusmodi patrauit in alios. Id Pausanias in Messeniacis refert, & exponit his verbis, Περὶ δὲ ἐμοῦ γε καὶ τοῦτο ἐλέχθη ὑπὸ Λακεδαιμονίων ἀνὰ χρόνον ὑπὸ Νεοπτολέμου τοῦ Ἀχιλλέως τίσις. Νεοπτολέμῳ μὲν γὰρ ἐπὶ τοῖς ἐν Δελφοῖς ἐξέπεσεν ἡ τιμωρία, ἐπειδὴ καὶ αὐτὸν ἐν Δελφοῖς περὶ τῷ βωμῷ τῷ Ἀπόλλωνος ἀπέκτειναν. καὶ διὰ τοῦτο πεπαῦσθαι ὁ τοιοῦτος τῆς ἐς ἐμὲ ὀργῆς, Νεοπτολέμου τίσιν ὀνομάζων. id est, Sanè persuasum Lacedæmonios progressu temporis Neoptolemea, sicut vocant, vindicta. Siquidem Neoptolemo Achillis filio, qui Priamum in ipsis palatij focis occiderat, vicissim euenit vt & ipse apud Delphos ad Apollinis aram occideretur. atque hinc ortum, vt vbi quis idem patitur quod in alios fecit, Neoptolemeam vindictam apud eos dicant. Euripides in Oreste sub persona Apollinis de Neoptolemo,

Patitur quæ quis in alios fecit.

Θανεῖ γὰρ αὐτὸς μοῖρα δι' ἀλλοφώνου ξιφῶν.

id est,

In fato enim ille est De pelasco gladio mori.

Seruire scenæ. 91

Marcus Tullius seruire scenæ dixit, pro eo quod est seruire tempori, & rebus præsentibus sese accommodare. Translata ab histrionibus fabularum metaphora, qui non ut per se ita agunt, sed hoc vnum spectant vt quouis modo populi oculis placeant, alioqui explodendi, exibilandique. Sic cum scribit ad Brutum, Tibi nunc populo & scenæ, vt dicitur, seruiendum est. Nam in te non soldm exercitus tui, sed omnium ciuium ac pene gentium conuersi sunt oculi. Quadrabit & in eos qui egerunt aliquod in reipublicæ vnde necesse sit aut cum lumina laude aut summa cum infamia discedere, propter plurimorum expectationem. Porrò tempori seruiendum esse viro sapienti, monuit & Phocylides,

Seruire scenæ dicuntur qui quouis modo populi oculis placere student.

Καιρῷ καρδίαν μάτι' αἰεὶ τέρπεν ἀνίεσθαι.

id est,

Temporibus semper cultus seruire memento,
Nec reflare velis aduersum flamina venti.

Tempori seruiendum.

Porrò metaphora hæc ducta est à nauigantibus, quos necesse est semel ingressos mare, ventorum atque æstus arbitrio ferri, frustra conaturos, si velint aduersus ista pugnare.

Vti foro. 92

Huic affine est τὸ ἀγορᾷ χρῆσθαι, vti foro, pro eo quod est præsentem rerum statum boni consulere, & vtcunque sese obtulerit fortuna, ita animum applicare. Terentius in Phormione, Scitis vti foro. Donatus vulgare proverbium admonet esse, ductamque metaphoram à mercatoribus, qui non ante locum commercij præscribunt quanti vendant quæ aduehunt, sed secundum annonam fori, quam deprehenderint; consilium de non vendendis aut vendendis mercibus sumunt. Seneca, Vtamur foro, & quod fors feret, æquo feramus animo. Idem epistola 72. Suis manu nasci dixit, pro ex tempore. Ergo consilium, inquit, sub die nasci debet, & hoc quoque tardum est nimis sub manu, quod aiunt nascatur.

Animus fori.

Sub manu nasci.

Polypi mentem obtinet. 93

Extat apud Græcos adagium in hunc ordinem referendum, πολύποδος τρόπον ἔχει, id est, Polypi mentem obtinet. Quo iubentur pro tempore alios atque alios mores, alium atque alium vultum sumere. Quod in Vlysse videtur Homerus laudare, qui eum πολύτροπον appellat, id est, moribus versatilibus. Adagium natum est à pisce huius ingenio, de quo meminit Plinius libro nono capite vicesimo secundo: præterea Lucianus in sermone Menelai ac Protei: scribúntque colorem mutare, maximè in metu. Nam persequentibus piscatoribus, petris affigit sese: & cuicunque petræ adhæserit, eius colorem corpore imitatur: videlicet ne queat deprehendi. Quin, vt refert Basilius magnus, pisces imagine sibi decepti, nonnunquam adnatant, vltro sese prædoni offerentes. Porrò prouerbij sumptum est ex Theogride, cuius hodie distichon est de Polypo, citatúrque à Plutarcho in libello περὶ πολυπραγμοσύνης,

Vlysses cur πολύτροπος.

Polypi natura quæ.

Πολύποδος γὰρ ἦθος ἔχε πολυπλόκου, ὅς ποτὲ πέτρῃ,
Τῇ προσπεσὼν λάθεν, πᾶν ἰδίην φάσιν. id est,
Mentem habeas velim polypi, qui protinus illa,
Se quibus admouit, fixa colore refert.

Clearchus in prouerbiis, teste Athenæo, citat hoc distichon tacito authoris nomine, Lib. 7. cap. 32.

Πολύποδος τοῦδέ μοι τέκνον ἔχοις τὸν Ἀμφιλόχοιο ἥρως,
Τοῖον ἐφαμιζόμενον ἢ πρὸς δόμον ἵκηαι.
id est,
Polypi ingenio mihi sis nate Amphilochi heros,
Vt temet pro re quacunque accesseris, aptes.

Citat idem carmen Plutarchus ex Pindaro. vnde & versus ille prouerbialis celebratur,

Ἄλλο τι δ' ἄλλοθεν πρέπει, καὶ χώρον ἐπιβᾶν.
id est,
Próque loco nunc hunc fieri, nunc expedit illum.

Qui nos admonet vti nos ad omnem vitæ rationem accommodemus, ac Proteum quendam agentes, prout res postulabit, in quamlibet formam transfiguremus. Plutarchus item ἀλλοῖον γένημα, dixit pro eo quod est, in diuersam eo sententiam. Quod quidem notat & Aristophanes in Pluto, qui monet viuendum esse πρὸς τοὺς ἐπιχωρίους, id est, moribus regionis ac vernaculis. Eodem pertinet & illud νόμῳ καὶ χώρᾳ, id est, Lex, etiã ipsa regio. Quo significatum est, vnicuique regioni quædam peculiaria esse instituta, quæ hospites non damnare, sed pro virili nostra imitari atque exprimere debeamus. Neque quisquam existimet hoc adagio doceri fœdam adulationem, qua quidam omnibus omnia assentantur: aut vitiosam morum inæqualitatem, quam Horatius eleganter taxat 1. Serm. 2. Satyræ, quámque huic rei nota it in Carmina, atque in Anedio Cæsio Imperatore idemque literæ diuinæ in quouis imbibo, quo mutant ritum perinde atque lunam immutari: cùm sapiens, solis exémplo, sui semper sit similis. Nam in Alcibiade dubites vitióne an laudi danda sit: certè fœlicissima quædam & admiranda fuit morum & ingenij dexteritas: qui sic polypum agebat, vt Athenis, dicteriis & salibus uideret: equos aleret, comiter & elegantèr viueret idem apud Lacedæmonios radebatur, pallium gestabat, frigida lauabat: apud Thraces belligerabatur, ac potabat. Vbi verò peruenisset ad Tissaphernem, deliciis, mollicie, fastúque iuxta gentis morem est vsus. Sed est quædam difficilis ac prætracta morosáque simplicitas imperitorum, qua pollulant vt omnes vbique ipsorum duntaxat moribus viuant, & quicquid alius placet, id damnant. Rursum est honesta quædam ratio, qua boni viri nonnunquam alienis moribus obsecundant, ne vel odiosi sint, vel prodesse non possint, aut vt è magnis periculis semet aut suos eximant, id tamen ita Christiano faciendum, ve abfit peccatum omne & maximè mendacium. Quemadmodum fecit Vlysses apud Polyphemum multa simulans, apud procos mendicum agens. Item Brutus adsimulata stoliditate, Dauid etiam simulata insania. Quin & diuus Paulus Apostolus, sancta quadam sactantia gloriatur, hac pia vafritie sese vsum esse, atque omnia factum omnibus, vt omnes Christo lucrifaceret. Quanquam nihil vetat in notandis vitijs vsum adagij latius trahere, nempe in homines versatili quodam ingenio natos, qui talem vbique personam induunt, quales sunt ij cum quibus contigit agere. Quod genus elegantèr descripsit Plautus in Bacchidibus, *Animus*, inquit, *eos fingi esse potest homo, nisi qui bene & male facere sciet. Improbum cum improbo sit, habeat, furibus furetur quod queat. Vt impellam frugi conuenit esse hominem, pectus cui sapiat bonus sit bonis, malus sit malis. Vtcunque res sit, ita animum habeat.* Ouidius, *Qui sapit, innumeris moribus aptus erit.* Eupolis apud Athenæum.

Homines moribus sese aptare.

ἀλλοῖον γένημα.

Lex, etiam ipsa regio.

Non hic docetur fœda assentatio.

In Alcibiade ingenij dexteritas.

Ἀνὴρ πολίτης πολύπους ἐστὶ τὸν τρόπον.
id est,
Vir bonus homo, qui moribus sit polypus.

Plutarchus in causis naturalibus citat ex Pindaro versus hos,

Πανταῖς ἁρμόζει χρώματι μάλιστα τὸν νέον σοφιστήν, πᾶσι συμπολίταις ὁμοῖον.
id est,

Marinæ belluæ colori maximè mentem accommodans, cum omnibus ciuitatibus consuetudinem habet. Atque eodem in loco causam reddit cur id huic accidat pisci. Similem quandam metaphoram Aristoteles à Chamæleonte duxit, primo Moralium libro. ac etiam,

Chamæleon.

si quis à fortuna pendeat, cùm illa subinde mutetur, futurum vt, veluti chamæleon quispiam, identidem varietur, nunc fœlix, nunc miser: vtcunque fors alio atque alio vultu respexerit, ita hunc quoque vultum atque animum imitare. De chamæleonte memorat Plinius libro 28. capite octauo, scribens hoc animal magnitudine terme par esse crocodilo: cæterùm pinna acutiore cuticula, & caudæ amplitudine differre. Nullum, inquit, animal pauidius existimatur. & ideo verticoloris esse demutationis. Plutarchus in commentario De adulatione, scribit Chamæleontem, quenuis imitari colorem præterquam candidum. Idem in Symposiacis conatur causam reddere de polypo, quamobrem non tantùm mutet colorem (quod & hominibus accidit in metu) verumetiam sese ad saxi, quodcunque id fuerit, colorem accômodet. Sunt & aues quædam quæ colorem pariter & vocem mutent pro temporibus anni, vt author est idem Plinius libro decimo capite 9. & Aristoteles libro De natura animantium nono. In voce mutanda principatum obtinet luscinia. Vnde & apud Euripidem Hecuba Polyxenam imitari luscinium iubet. sesèque in omnem vocem vertere, siquo modo queat Vlysli persuadere ne perimatur.

Aues colorem & vocem mutantes.

Cothurno versatilior. 94

Εὐμεταβολώτερος κοθόρνου, id est, Versatilior cothurno, dictum est in hominem parum constantem, lubricaque fide, quive incertæ & ancipitis esset factionis. similitudine ducta à calceamento, quod Græci κόθορνον, Latini mutata literula cothurnum vocant: quo mos erat vti tragœdiarũ actoribus. Erat autẽ πεταλοῦν ἡμιφοτερίδιζον, hoc est quadrangulum, & verlibet conueniens pedi, quódque vel dextro vel sinistro pedi poterat accommodari. Suidas addit etiamsi fuisse, vt viris pariter ac mulieribus congrueret. Quod idem testatur illud Maronis, Æneid. 11.

Homo lubrica fide.

ἡμιφοτερίδιζον.

alte ja vt virtute cothurno.

Prouerbiũ autẽ duobus effertur modis, per cõparationẽ ὁμοῖος θεραπεύειν κόθορνον, & per denominationem, vt hominẽ ipsum qui se diuersis applicat partibus, κόθορνον appellemus. Sic enim vocatus est Theramenes rhetor Athenensis, Prodici Cei discipulus, propterea quòd quasi duabus sederet sellis, idem & populi & eruditæ virũm partibus studens: & nunc huius, nunc illius factionis esse videretur, vel potius vtriusque. Plutarchus in præceptis ciuilibus, ἀλλ' ἐπειδὴ δεῖ μαλακὸν εἶναι τὸν πολιτικὸν καὶ ἐμμελῆ κόθορνον ὑποδεῖσθαι ἀμφοτεροδέξιον ἑαυτῷ, καὶ δυσκίνητον πρὸς ἕδραν, id est, Sed hic oportet maxime Theramenis cothurnum induere tum, cum vtrique versari & neutris accedere. Lucianus in Piscatore, ὡς ἔγωγε οὐδὲ ἐξαπίνης, οὕτως ἐς ἀμφοτερόπουν ἐμαυτὸν ἐκ τοῦ παραχρῆμα ἐνέβην κόθορνον, καὶ ἀμφοτερίδιζον ἔχων ἑκάτερον ἐσκόπουν, id est. Itaque cunctatus paulisper, si modo fieri posset, Theramenes ille heros, qui cothurnus est dictus, vt ambo ex æquo victores discederet: Idem in Pseudologista, Καὶ μὴν κόθορνον τοῦτον ἐγὼ οὐκ ἔφην εἶναι αὐτῷ τὸν βίον ἀμφίστομον ὥσπερ τὴν σάλπιγγα ὑποδήσασθαι. id est, Et alius ei cothurni nomen imposuit: nimirum mores hominis inconstantes & ancipites id genus calceamentis conterens. Plutarchus indicat & Niciæ ducis ob morum vaficiem cothurni cognomen fuisse vulgo tributum. Malè audiit hoc nomine Marcus etiam Tullius. Homerus Martem, ni fallor, subinde mutantem partes nouo verbo ἀλλοτεροκλίτην appellat. Nihil autem verat quominus adagium in bonam trahatur partem, vt siquis hominem tacitibus moribus, & quadam ingenij dexteritate cum quouis hominum genere congruentem, κόθορνον appellet. quam ob causam Homerus Vlyssem πολύτροπον dixit, quòd quauis personam aptè gereret ductus, mendici, patris familias. Vide non quod Pier. Pun. Rhodig.

Sal pæ cognomen cur inditum.

Mars ἀλλοτεροκλίτης dictus.

Vlysses πολύτροπος.

Magis varius quàm hydra. 95

Ποικιλώτερος ὕδρας, id est. Magis varius quàm hydra. De callidis ac dolosis, quod hydra serpens sit verticoloribus notulis distincta. Aptè dicetur in vafros ac versipelles. aut etiam parum sibi constantes. Refertur senarius hic apud Athenæum libro Dipnosophistõn tertio.

Ἐτοιμότερ' αὐτὴ ποικιλωτέρου θεοῦ.
Festiua hæc fœmina varium magis.

His annue est quod Maiæ ex Colophonio poetæ Salpæ cognomen populari loco fuit inditum, eo quòd in carmine varius esset. Nam is pictus mire picturatus est, au-

Mnasia poeta.

reis rubentibusque lineis à ceruice ad caudam vsque per argentea latera certis intervallis deductus: cùm alioqui non illaudati saporis.

Gygis annulus. 96

Γύγου δακτύλιος, id est, Gygis annulus. Quadrat vel in homines inconstantibus moribus, vel in fortunatos, qui veluti virgula diuina, quicquid optant, id suo arbitrio consequuntur. Huius adagij mentionem facit Lucianus in Votis, vbi quispiam optat, vbi complures annulos eiusmodi quales habebat Gyges: alió quo detegeret, alium quo gratus & amabilis redderetur, aliũ per quem liceret volare quocũque lubitum esset. Nam priscorum superstitio plurimum tribuit anulorum efficaciæ, ita vt vendi tarentur incantamentis varie efficaces: alij contra morsus ferarum, alij aduersus calumniam, alij ad alia, vel depellenda incommoda, vel commoda conciliandis his qui gestarent. Vnde apud Aristophanem in Pluto, Dicæus Sycophantæ minanti iudicium,

Annuli prisci plurimum tribuerunt.

Οὐδὲν σοφιεῖ σὺ φρεσὶν γ' ἐμοὶ πρὸς ἄνδρα
Τὸν δακτύλιον τοῦτ' ἔχοντα δεξιόν. id est,
Nec pauca tu huius quando gestanti annulum,
Frustra dicta hora mercatus ipsum ab Euxama.

Et rursum in eadem fabula,

Ἀλλ' ἔστιν οὐκ ἔστιν ἐξαρκεῖ δ' ἡμῖν. id est,
Aut non est, aut non sufficit, at nobis sufficit,

subauditur remedium. De annulo loquitur, alludens ad fœtam morbis. Natum est autem prouerbium ex huiusmodi quadam fabula quam non grauatus est referre Plato libro de republica secundo. neque nostrum pigebit hoc loco recensere. Gyges quidam Lydi pater, pastor quispiam erat mercenarius, eius regis qui per id temporis imperabat Lydorum populo. Cum autem esset aliquando læta admodum tempestas coorta, imbrium maxima vis accidit, fulgura denique, terræ etiam quassationes vt in ea regione in qua tum Gyges forte pascebat armenta terra gens latitare deduceret. Quod cùm ille animaduertisset, solos non ea ex pastoribus territi diffugerant, in lucũ deuenit, atque ibi cum alia quædam dictu mira conspexit, tum equum quendam æneũ ingentem ac cauum. Inerat fenestra in equi latere, per eam videt in eius aluo cadauer hominis, maius humana specie. Huic nihil aderat vestium, aut gestaminum, præter aureum annulum quem digito impositum. Eum vbi sustulisset, regressus ad pecu, paucis post diebus ad pastorum cœtum redit, in quo legatus de peculiorum rationibus ad regem mentes singulos referendis, creandus erat. Hic cum apud alios assedisset, animaduertit vi, siquando forte gemma annulo inclusa introrsum verteret, repente fieret vt a nemine conspicerentur, ac perinde quasi non adesset, ita ne eo relicto fabularentur. Quod quidem factũ admiratus, rursum annuli palam extorsum conuertit, moxque pastoribus conspicuus esse cœpit. Eius rei cum ille diligentius & sæpius fecisset periculum, iámque sibi exploratum haberet hanc mirificam annulo, vt versa ad se gemma, inconspicuus esset, versa ad alios conspicuus effecit vt pastorum nomine legatus ad regem mitteretur. Profectus & vxorem regiam stupraut, & de rege trucidando cum ea consilium init. Denique confecto alio, ipse, regina in matrimonium ducta, è pastore repente factus est rex atque annuli fatalis beneficio. Memini eiusdem libro De repub. 10. Refert & M. Tullius libro de Officiis tertio. Porro Herodotus libro primo rem multo aliter narrat, nec vllam annuli facit mentionem. Huic simillimum illud, ἄδα κυνῆ, id est, Orci galerus quod alio reddemus loco, Chil. 2. Cent. 10. adag. 74.

Orci galea.

Virgula diuina. 97

Ab hoc non admodum dissidet Virgula diuina, quoties quicquid optamus, id citra humanam operam, quasi diuinitus, nobis significamus contingere. Propterea quòd antiquitus, quemadmodum in annulis, ita & in virgis fere idis existimauit aliquam fatalem ac occultam magicam inesse virtutem. M. Cicero libro de Officiis primo, Quòd si nobis omnia quæ ad victum cultúmque pertinent, virgula, vt aiunt, diuina suppeditarentur. Citatur aliquoties & apud Nonium Marcellum Varro in Virgula diuina: vt appareat hunc fuisse titulum alicuius ex Menippeis: qui nimirum & ipsi plerique feruntur prouerbiales. Allegorum natum videri potest potissimum ab illa virga Homerica: quam ille Palladi tribuit, adeo celebri, vt de ea Antisthenes Cynicæ sectæ conditor

Virga Homerica.

conditor librum conscripserit, eam cum suo, vt coniicio, baculo conferens. Huius locis complurimbus meminit Homerus, quum Vlyssem è sene squalido repentè in iuuenem vertit, nitidumque facit ac formosulum, Odissex v,

Ὡς ἄρα μιν φαείνῃ ῥάβδῳ ἐπεμάσσατ' Ἀθήνη.
Sic effata virum virga demulsit Athene.

Eundem rursus ex iuuene vertens in senem, Odyss. π̃.

Αὖτις ἔπειτα μάλιν γέρων ἐφάνη ὀπίσσω
Ῥάβδῳ ὑπαλοιφῇσι, πάλιν τανύσασα γέροντα. id est,
Caninus assistens Ithacensem Pallas Vlyssem
Restituit senio, diuina verbere virga.

Rursum in eodem libro, quum eum iuuentuti reddit, ac robur adauget,

Ἡ ῥ' ἔπεν, οὐδ' ἀπίθησε γλαυκώπιδος Ἀθήνης. id est,
Dixit & auscula virga demulsit Athene.

Virga monstrifica, caduceus. Eundem ad modum Mercurio quoque, vt incantatori, virgam monstrificam tribuit, quam caduceum vocant, Odyssex ω,

-ἐκ δ' ἄρα δεῦρο μετὰ χερσὶν
Κηλα θελγητήρια, τῇ τ' ἀνδρῶν ὄμματα θέλγει
Ὧν ἐθέλει, τοὺς δ' αὖτε καὶ ὑπνώοντας ἐγείρει. id est,
Tum manibus virgam capit aureolam, atque decoram:
Hac, quibus eā vult, demulcet lumina somno,
Atque alios rursum assumit lumina somno.

Eadem ferme repetit Odyss. ε, & Iliados ω,

Αὐτὰρ ἔπειτ' ἐπὶ ποσσὶν ὑπόδετο καλὰ πέδιλα,
Ἀμβρόσια, χρύσεια, τά μιν φέρον ἠμὲν ἐφ' ὑγρὴν,
Ἠδ' ἐπ' ἀπείρονα γαῖαν ἅμα πνοιῇσιν ἀήτου.
Εἵλετο δ' ῥάβδον, τῇ τ' ἀνδρῶν ὄμματα θέλγει
Ὧν ἐθέλει, τοὺς δ' αὖτε καὶ ὑπνώοντας ἐγείρει. id est,
Mox vbi iam pedibus talaria subligat aureis,
Immortalia, ambrosiam spirantia quæ simul illum
Aera per liquidum, simul ampla per æquora vasta
Tellure, venti flatu comitante ferebant.
Tum virgam capit: hac demulcet lumina somno
Quorumcunque velit, somnum quoque pellit eadem.

Hunc imitatus Maro, hic eiusdem caduceum describit Æneid. 4.

Tum virgam capit: hac animas ille euocat orco
Pallentes, alias sub tristia tartara mittit.
Dat somnos adimitque, & lumina morte resignat.
Illa fretus, agit ventos, & turbida transat Nubila.

Virga Circes. Neque Circæ ad sua monstra peragenda virga defuit, in transformandis sociis Vlyssis, Odyss. κ,

Ῥάβδῳ πεπληγὼς, καὶ ἐφ' ὑσὶν εἶρξον ἰοῦσαν.
Οἱ δ' οὐδὲν μὲν ἔχον ἰκμαλέοι. id est,
Compulit in numerum porcorum verbere virga
Percussos: & erant illis capita ecce suilla.

Rursum paulo inferius,

Οὐτέτμην κε Κίρκην ἐν ὀλέσσαι πέσσουσι ῥάβδῳ. id est,
Circe vbi te ferret prælonga verbere virga.

Aliquanto pòst, Vlysses solus, epoto Circes poculo, non transformatus in pecudem,

Αὐτάρ μοι δῶκεν πιεῖν, ἐκ δ' ἔπασσε φάρμακον
Ῥάβδῳ πεπληγὼς. id est,
Verùm vbi porrectum poculum ebiberam, neque virga
Illum me demulsit.

Denique eum ad gratiam Vlyssis, socios pristinæ restituit figuræ, virgæ ministerium adhibuit. Quinetiam in literis Hebræorum, Moyses in edendis prodigiis virga vtitur. hanc in anguem vertit, hanc in pristinā formam restituit: hac fluminis aquam vertit in sanguinem, extinctis piscibus: hac exciuit cynipes, hac diduxit vndas rubri maris, hac è silice percussa fontem elicuit. Fortassis huc pertinet quòd regibus etiam virga tribuebatur, quam sceptrum vocant. Vnde apud Homerum aliquoties σκηπτοῦχοι βασιλῆες. id est, sceptrigeri reges. Eodem respicit quod alibi retulimus, Laurum porto baculum, † Chil. 2. Cent. 2. prouerb. 79.

Moysis virga.

Sceptrigeri reges.

Stultus stulta loquitur. 98

Euripides in Bacchis, μωρὰ γὰρ μωροῦ λόγη, id est, Nam stulta stulti oratio est. Totidem verbis Propheta noster Esaias eam sententiam extulit. Seneca ad Lucilium, ep. 115. Apud Græcos, inquit, in prouerbium cessit, Talis hominibus sunt oratio qualis vita. Hoc cuiusmodi fuerit, parum liquet: nisi quòd tale quoddam carmen extat Græcis celebratum,

Talis vita, qualis oratio.

Ἀνδρὸς χαρακτὴρ ὁ λόγος γοητίζεται. id est,
Hominis figura oratione agnoscitur.

Democritus philosophus apud Laertium orationem ἄγαλμα φωνῆς, id est, vitæ simulacrum, quandámque velut vmbram esse dicebat. Qua quidem sententia nihil dici poterat versius. nam nullo in speculo melius expressiúsque relucet figura corporis, quàm in oratione, pectoris imago repræsentatur. Neque scitus homines ex sermone, quàm ærea vasa tinnitu, dignoscuntur.

Vitæ simulacrum oratio.

† Ad id spectasse videtur, monitos illo apud Persium saty. 3.

-sonat vitium percussa maligne,
Respondet viridi non cocta fidelis ollæ.

Quod petitum è dictis Socratis, qui hominem vocè vt figulus vasa sono dignosci aiebat. Sed plura ea de re Plutarc. περὶ ἀδολεσχίας, & Erasm. commentario cui Linguæ nomen fecit, in quo, dicere ausim, de linguæ vitiis loquacissimè disputauit. Addi etiam potest epist. 115. Senecæ, præter alia sapientum longè multorum placita.

Scindere penulam. 99

Hodiéque vulgo tritissimum est Scindere penulam, pro eo quod est Impensius retinere hospitem atque inuitare prolixius. quod qui faciunt, manu in penulam iniecta, quasi vi conantur remorari. Id adagium ex antiquitate fluxit, vt alia complura. Cic. ad Attic. lib. 13. de Varrone loquens, Venit, inquit, ad me, & quidè id temporis vt retinendus esset. At ego ita egi vt non scinderē penulā. memini enim tum: & multa erant, nósque imparati. Quid refert? paulo pòst C. Capito cū T. Carinate. horum ego vix attigi penulam: tamen remanserunt.

† Locum Ciceronis vidit elegans Bayfius commentario de re vestiaria, vbi quid penula sit, seu lacerna, explicat eruditè.

Oculis magis habenda fides quàm auribus. 100

Ὠτίων πιστότερα ὀφθαλμοί, id est, Oculis credendum potius quam auribus. Quæ cernuntur, certiora sunt quàm quæ audiuntur. Item Horatius,

Nec retinent patulæ commissa fidelius aures.

Idem in Arte poetica,

Segnius irritant animos demissa per aurem,
Quam quæ sunt oculis subiecta fidelibus, & quæ
Ipse sibi tradit spectator.

Oculate manus. Historia vnde. Inferorum porta dua.

Quanquam id quidem paulo alienius. Propius huc pertinet quod Plautus manus lenæ vocat oculatas, non auritas. vt quæ id demum crederent quod viderent. Rursum, quòd historia quam gestarum rerum esse volunt, dicta sit ἀπὸ τοῦ ἱστορεῖν, quod est videre. Postremo figmentum illud Vergilianum de duabus apud inferos portis, eburnea, qua significant ea quæ per eo exeunt, ob dentium eburnum candorem: & cornea, qua quæ conspiciuntur oculis, volunt intelligi, ob pupularum nigrorem. In summa ad cognitionem magis faciunt aures, ad fidem faciendam certiores sunt oculi. Vnde & vulgo, siquis fabulam narret parum verisimilem, rogare consueuimus num eam conspexerit: quod si neget, verùm audisse modò, ridetur. Prouerbium refertur in epistola Iuliani ad Leontium, ὁ λόγος παρὰ τοῦ Θουρίου, ὡς ἄπιστοι ἀκοαὶ ὀφθαλμῶν ἀπιστότεραι. id est, Sermo quidam Thurius dixit aures hominibus minus esse fideles quàm oculos. Thurium appellant, indicans Herodotum dicti authorem, vel ob impetum diuinum, vel quòd is scriptor apud Thurios vixit & mortuus est. Sumptum est autem ex Clione, ὡς γὰρ πυκνὰ αἰσθητήρια ἐστὶ τὰ ἀπιστότερα ὀφθαλμῶν. id est, Nam aures hominibus minus fideles sunt quàm oculi.

Ad cognitionem aures, ad fidem oculi certiores.

† Cōtrà Plinius sensisse videtur de venalibus melius auribus quàm oculis iudicatur, ait epist. 21. lib. 2. In iis enim oculorum iudicium non ita fallax, vel ita fidum, atque aurium: quia plurimū iudicio creditur, quod censetur esse certius: idque fortè ex opinione populari: vel, quod magis crediderim, quia natura comparatum ita sit, vt quam ipsi mercedem affectamus, vix ita sanè possimus æstimare, atque ij quē nullo, aut parvo eius desiderio tanguntur sic enim iudicium aurium certius esse creditur quàm oculorum. Confirmat opinionem paræmia. Aristot. de sensu & iis quæ sensibus percipiuntur περὶ μὲν τὰ αἰσθητὰ κρίνουσιν ὀφθαλμοί, περὶ δὲ τοῦτο καὶ συμβεβηκότα μᾶλλον ad ea quæ necessaria sunt, visus præstat: ad mentem verò & disciplinas, & animi ornamenta comparanda, excellentior est auditus per accidens. Ait autem καὶ συμβεβηκότα, ἐξ ὑπομνήσεως καὶ λόγου γινόμενα per accidens, quæ ex nominibus constat, & ab oratione pendet.

V. authorem, vel ob impetum diuinum &c. Necui posthac tale commentum placeat, profero hæc Plutarchi verba ex libello De exilio, Τὸ δ', Ἡσιόδου δὲ παραινοῦντος ἐν ἀρχῇ κτᾶσθαι οἶκον, καὶ βοῦν ἀροτῆρα, μισθωτὸν οὐκ ἐᾶν ἔχειν, ἀλλὰ δοῦλον, ἵνα μὴ ἀπολίπῃ.

CHILIADIS PRIMAE CENTVRIA SECVNDA.

Diomedis & Glauci permutatio. 1

Aurea pro ærea.

QVÆ refertur apud Homerum Diomedis & Glauci permutatio, in prouerbium abiit, quoties inæqualem commutationem significamus, hoc est, deteriora pro melioribus reddita χρύσεα χαλκείων, id est, aurea pro æreis. Nam libro Iliados sexto, poeta Glaucũ quempiam inducit, Hippolochi filium, Lyciorum ducem, iactantiusculum, & ostẽtatorem magis quam pugnacem: contrà, Diomedem vafrum callidumque. Hi duo congrediuntur μαρναμένω ἐνὶ δηΐῳ, id est, singulari certamine inter se dimicarunt. At Glaucus rogatus à Diomede, quisnam hominum aut deorum esset, longa oratione natalium suorum seriem expossuit, patriam Lyciam, ciuitatem Ephyram indicauit. Mox Diomedes, vtpote Græcus hominis barbari ruporem ex orationis arrogantia intelligens, illudendum magis ratus quam occidendum, respondit, suis maioribus cum illius progenitoribus vetus hospitium ac necessitudinem intercessisse, muneráque hospitalia, quæ xenia vocant, inter ipsos vltro citróque data. Iámque defixa humi lancea, cœpit hortari vt, omissa pugna, maiorum suorum amicitiam inter ipsos renouarent, alterque alteri in Lycia, alter in Argo hospitem præstaret, simulátque incolumes in patriam rediissent. Interim siquando forte fortuna occurrissent, armis inuicem abstinerent, inter se duntaxat religionem hospitij custodientes, in reliquos nihilominus iure belli vsuri. Tum, Ne id videamur, inquit, proditione magis quam hospitij obseruantia facere, arma inter nos permutemus, quo reliquus exercitus intelligat, nos maiorum necessitudine deuinctos esse. Quibus dictis, vterque ex equo desiliit, datis dextris, ac fide pacta, veluti fœdus quoddam hospitij sanxerunt, permutatis armis, sed admodum inæqualibus.

Locus Homeri ex Iliad.

Ἔνθ' αὖτε Γλαύκῳ, inquit Homerus, Κρονίδης φρένας ἐξέλετο Ζεύς,
Ὃς πρὸς Τυδεΐδην Διομήδεα τεύχε' ἀμείβετο
Χρύσεα χαλκείων, ἑκατόμβοι' ἐννεαβοίων.
Iupiter hic stupidum spoliauit pectore Glaucum,
Qui cum Tydidæ mutarit protinus arma, &
Aurea dederit sibi reddenti ærea, centum
Bubus emenda. daret demens, pro vnibus, atque
Quæ vix esse nouem ducas redimenda iuuencis.

Vsu patum est adagium passim à laudatissimis authoribus. Plato in Phædro faciens Socratem Alcibiadi suo more respondentem, quòd lucri cupidus, formam corporis, forma mentis meliore commutare vellet, ἢ σὺ οἴει χρύσεα χαλκείων διαμείβεσθαι νοεῖν. id est, Et cum iis quæ vere aurea sunt, ærea commutare cogitas. Quanquam interpres pro æreis, vertit aurichalcum. Item *Aristoteles* quinto Moralium libro, de iustitia, Qui verò dat sua, quemadmodum Diomedi arma sua dedit Glaucus, vt dicit Homerus. χρύσεα χαλκείων, & reliqua. *Plutarchus* aduersus Stoicos scribens, eleganter huc torquet, vt dicat, non admodum iniquam fuisse permutationem Glauci, propterea quòd arma ferrea non minus vsui sint pugnaturis, quã aurea: sed qui corporis valetudinẽ anteponit honesto, aut virtutem relinquit ob bonã corporis valetudinẽ, is vere permutat, χρύσεα χαλκείων, *Cicer. in Epist.* ad Atticum lib. 6. Habes ad omnia nõ vt postulasti, χρύσεα χαλκείων, sed paria paribus respondimus. Vtrumque, prouerbium esse significat Cicero, Par pari, de æquali pensatione: χρύσεα χαλκείων, de inæquali cõmutatione. Plinius iunior in epistola ad Flaccum, Recipies epistolas steriles, & simpliciter ingratas, ac ne illam quidem solertiam Diomedis in permutando munere imitantes. Martialis in epigrammatis,

Glauci permutatio non iniqua.

Tam stupidus nunquam nec tu puto Glauce fuisti,
χρύσεα dantis, χάλκεια qui dederat.

A. Gellius Noctium Atticarum libro secundo, Cęcilianam translationem cum ipso Menandro, quem verterat, componens atque expendens, ostendénsque quantum à Græcanica venustate degeneret: Diomedis, inquit, hercle arma & Glauci, non dispari magis pretio æstimata sunt. Fit huius adagij mentio etiam in procœmio Pandectarum iuris Cęsarei, his quidem verbis, Nostris temporibus talis legum inuenta est permutatio, qualem apud Homerum patrem omnis virtutis, Glaucus & Diomedes inter se faciunt, dissimilia permutantes. Hactenus Iustinianus, homo, vt ingenuè dicam, nimium φίλαυτος, sibique plus æquo placens, qui centones illos suos, & inæquales legum rhapsodias, tot eruditissimorum virorum integris voluminibus prætulerit. Iam verò nihil quidem admirer, sed maximopere me pudet, haud scio cuius interpretis eum locum commenti. Quid enim mirum si hoc ignoratum est ab iis qui semel vniuersam contemnunt antiquitatem? Cæterum pudenda est vel ipsi iuris professioni plusquam scurrilis impudentia, in eo qui iuris interpretem profiteatur, non veteri in re prorsus ignota fabulam insulsissimam non ex authoribus, sed è somniis adferre. Maximè autem & pudet & miror inueniri doctores, qui nugamentum, non dicam tam indoctum, sed tam absurdum, in publicis scholis perinde quasi præclarum inuentum serio doceant, nec vel illud animaduertant, figmentum minimè conuenire cum verbis Iustiniani. Nam ille significat, pro reiectis inutilibus ac fastidiendis voluminibus, recepta tum meliora, tum breuiora: hoc est, permutationem factam vehementer inæqualem. Ille quisquis fuit, fabulam commentus est, æqualia permutantium, nimirum vtroque donante, quod superaret, recipiente cuius egebat. Ergo cõueniet vti, quoties officium: ut munus longè impari munere pẽsatur, aut contrà. Aut quoties aliquis rem pecuniariam auxit, sed dispendio famę: magistratum assequutus est, sed iactura bonę mentis: lautam fortunam reperit, sed amisit animi tranquillitatem: admissus est in amicitiam principis, sed excidit ab amicitia Christi. Vsus adagij.

† Erasmo quidem assentiri par est, quo loci vellicat accursij glossema ad tit. Pandect. de origine iuris: est enim somnium potius, aut quid somnij instar, quàm verus intellectus. Sed non vbicunque admittenda hominis Grammatici, alioqui docti censura, qui ita centones digestorum pro nihilo habeat, aut certè ita eluet, vt si ei fides habetur, multos à necessario iuris studio reuocet. Sed ne nimis multa, si quo in numero tibi sit, amicè philologe, vt & Laurentij Vallæ, & Francisci Floridi, qui iureconsultos incessere non dubitarunt, quæso pari candore excipias quæ iis grauiter & acutè respondit Alciatus, Zasius & nuper Capellus IC. Armoricorum senatus decurio eruditiss. Cæterum adagij sententiam illustrant vberrimè, suo more, Tiraquellus, lib. de retractu.

Multæ regum aures atque oculi. 2

Ὦ πολλοὶ ὀφθαλμοὶ βασιλέων πολλοί, id est, Aures atque oculi regum multi, quòd per exploratores obseruent quid quisque dicat faciatve. Idem refertur à Luciano in libello cui titulus, De mercede seruientibus, ac rursus Aduersus ineruditum. Eiusdem meminit & Aristoteles in tertio Politicorum. Hoc genus homines Græci vocant, ὠτακουστάς, quos primus Darius minor adhibuit, sibi diffisus. Dionysius Syracusanus addidit ἀγγελοσκόπους, id est, exploratores, autore Plutarcho. Allegoria inde ducta est, quod regibus complures vbique sunt explorantes, atque ob id oculi regum dicuntur: complures auscultatores, quibus velut auribus vtuntur. Neque desunt manus & pedes quamplurimi, fortassis ne ventres quidem. Vide cuiusmodi portẽtum sit tyrannus, & quã formidandum, tot oculis iisque emissitiis, tot auribus, iisque tam asininis ac longis, tot manibus, tot pedibus, tot ventribus (ne reliqua parum honesta commemorem) instructum. Aristophanes in Acharnensibus, Pseudartabam, ὠτακουστάς. ἀγγελοσκόπους. Quam magnum monstrum, tyrannus.

dartabam, regis oculum appellat, quòd per eũ cognosceret quid ageretur. Aliter autem Andromache apud Euripidem, filium vitæ oculum vocat:

Ἔτ' ἦν τόδ' ἐν δόμοις μοι λείψανον, ὀφθαλμὸς βίου. id est,
Erat relictum gnatus hic mihi unicum,
Vitæ oculus.

propterea quòd vnicum esset in vita oblectamentum: nam oculo nihil charius. Vnde quos adamamus, oculos vocamus.

Longæ regum manus. 3

Quod ab Ouidio scriptum est, ep. Helenę ad Paridem,

An nescis longas regibus esse manus?

Regum prælongæ brachia, quid.

etiam vulgo in ore est, A regibus cauendum, quòd eis prælonga sint brachia. Nimirum, quòd per tuos, quibus brachiorum vice vtuntur, possint etiam procul dissitos attingere. Potest & ad tempus referri quòd reges, etiamsi diutius dissimulent, tamen aliquando pœnam sumere de iis quibus infensi fuerint, vel Homero teste, apud quem Iliados α Calchas ad hunc loquitur modum,

Κρείσσων γὰρ βασιλεὺς ὅτῳ χόλος αἰθέρι χεῖται.
Εἰ γὰρ τὸν χόλον γε καθ' ἡμέρη κατέχῃσι,
Λαοῦ γε ἕνεκ' ἔσται ὅπως τὸ μετόπισθεν ἔησιν. id est,
Rex deus est, cui ira cœlestem inijcit iram.
Quippe quem etiam in præsens seruatum concoquit ira,
Is, cum tamen, vt par est, odium dum explerit vltus.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. *Rex deus est.*] Qui vnquam κρείσσων hic interpretatus sit deus, ex vete. bus tantùm puto neminem: nec video quid Homerum in hanc interpretationẽ impulerit, cùm vitatissima nominis huius significatio loco optimè conueniat. Potest autem hic versus vel à sequente distingui vt hic est dimunctus, vel cum eo commungi, vt τὰ δύο sint ὑπερκαταληκτικά.

Clauum clauo pellere. 4

Ἥλῳ τὸν ἦλον ἐκκρούειν, id est, Clauum clauo pellere, καὶ παξιλλος παξίλλῳ ἐξέκρουσε. id est, paxillum paxillo depulit, id est, malum alio malo depulisti. Lucianus in Philopseude, καὶ ἦλον, φασὶ, ἐκκρούειν τὸν ἦλον. id est, Et clauo, quod aiunt, exturidis clauum. Idem in Apologia, Δέδοικα μὴ καθ' ὑπερβολὴν τῆς ὑπηφειμένης κατηγορίας, κολακείας αὐτίαν φεύγοντες, κατὰ δυρίπιδην ἦλῳ, φασὶν, ἐκκρούσω τὸν ἦλον, τὸ μεῖζον τὸν ἐλάττονος. id est, Vereor ne si ad intentatum crimẽ, etiam adulationis accusationem adiunxero, clauum, quod aiunt, clauo pellere videar, maiore minorem. Aristoteles libro Politicorum quinto, capite penultimo scribit, tyrannis amicos esse viros improbos & adulatores. Nã hos demũ illis viles esse, quippe malos ad mala. ἢ χρήσιμοι οἱ πονηροὶ εἰς τὰ τοιαῦτα. ἦλῳ γὰρ ὁ ἦλος, ὡσπερ ὁ παροιμία. id est, Clauus enim clauo, subaudi, truditur, vt habet prouerbium. Synesius ad Olym. Λυποῦσι τὴν ἐκκλησίαν ἄλλοι τινὲς πονηροὶ, ἐξέλασις καθ' ἑαυτῆς. παξίλλος γὰ παξίλλου ἐκκρούεται. id est, Ecclesiam vexant externi improbi: illos inuasit. nam paxilli paxillos excutiunt. Diuus Hieronymus ad Rusticum monachum, Philosophi seculi, inquit, solent amorem veterem amore nouo, quasi clauum clauo pellere. Marcus Tullius Tusculanarum quæstionum libro quarto, Loci denique mutatione, tanquã ægroti non conualescentes, sæpe curandus est, etiam nouo quodam amore veterem amorem, tanquam clauum clauo, eiiciendum putant. Iulius Pollux in nono libro scribit adagium esse natum à lusu quodam qui ἀνδραποδιστὴς vocetur, quo paxillum argillosæ terræ infixum, a tero impacto paxillo excutiebant. citatque senarium hunc prouerbialem,

Ἥλῳ τὸν ἦλον, παξίλλῳ τὸν παξίλλον, id est,
Clauumque clauo, pertica pertica.

Amorem veterem amore nouo fouere.

Vsus adagij.

Locus igitur adagio, non modò quum vitium vitio, malum malo, dolum dolo, vim vi, audaciam audacia, maledicentiam maledicentia retundimus: verumetiam quoties rem vtcunque molestam, diuersa molestia profligamus; vt quum libidinum incitamenta laboribus obrumus, curam amoris aliis maioribus curis domamus. Eutebius in Hieroclem, ἀμφοτέρους γὰρ ἀπελαύνει, δαίμων δαίμονα, ὡς φασὶ, διώκων. id est, Dæmones enim agit, dæmon alio, quemadmodum aiunt, dæmone: mirum ni alludens ad hoc prouerbium. Nec abhorret his ille Publi, Minus,

Clauum clauo pellere.

Nunquam periculum sine periculo vincitur.

† Sic Æneas Platonicus ait, malum malo medicari quin & IC. in l. quod sæpe, §. veneni mali, D. de contrahenda emptione, tradit ex venenis malis antidota, & salubria quædam alia confici medicamenta: hoc est, ἦλον ἦλον. huc pertinet ἀντιφαρμακὸν ἕτερον, id est, reciprocus, & vtrimque virescens. Quò respexit Virgilius 3. ecloga,

Postquam nos Amaryllis habet, Galatea reliquit.

Sic Tibullus duos amores agnouit, alterúmque alteri contrarium, aut certè duplicem amoris effectum:

Ah miseri, quos hic grauiter deus vrget, at illic
Felix, cui placidas leuiter affiat amor.
Sancte veni dapibus festis, sed pone sagittas,
Et procul ardentes hinc procul abde faces.

Occurrit morale Platonis exemplum ex Æliano, secundo de historia varia, qui cùm puer heroica carmina fecisset, & tragœdiam condidisset, vt palmam relaturus videretur, quamprimum Socratem audiit, captus hominis sirene, non solùm destitit à cernendo, sed poeticæ studium prorsus abiecit, quasi qui clauum clauo pepulisset, philosophiam amplexatus. Idem Ælianus libro tertio de eodem Platone retulit ex aliis, quòd è milite sese totum philosophiæ excolendum tradiderit.

Malo nodo malus cuneus. 5

Ad hanc sententiam alludit & illud, Malo nodo malus est quærendus cuneus. Ita diuus Hieronymus ad Oceanum, interim iuxta vulgare prouerbium, malo arboris nodo malus cuneus requirẽdus est. Eo licebit vti quoties malum simili malitia retundimus. Sumptum à sectoribus roborum, qui, siquando durior in ligno nodus inciderit, nolunt in eo periclitari securim, verùm cuneum quempiam durum magis quàm bonum inserunt. Congruit huc illud Sophoclis apud Plutarchum ὁ τὸ κέδρῳ τὸν ἄκμονα.

Malum malitia retundere.

Πικρὰν χολὴν πλέζων φαρμάκῳ πικρῷ. id est,
Remedio amaro bilem amaram diuunt.

† Potest huc aptari Pompeij historia, qui commissus in Spartacũ, piratas, Sertorium, cos retudit ac domuit. Dion. Plutarch. alij.

Malum malo medicari. 6

Τὸ κακὸν κακῷ θεραπεύειν, id est, Malum malo medicari. Est malum aliud alio malo tollere. Sopho. in Aiace Mastigophoro.

Ἔφαμεν φῶτες μὴ κακὸν κακῷ δίδειν
Ἀλλ', ἢν ὀνῆσαι τὸν πέλας τοῦτ' ἔστι τἰδέ.
Bene ominata loquere: ne malum malo
Medicans & hanc nocte noxam adaugeas tibi.

Dehortatur Aiacem Tecmessa ne malo insaniæ addat alterum malum malum, spontaneam cædem sui. Et Herodotus in Thalia μὴ τὸ κακὸν τῷ κακῷ τῶ, id est, Ne malo medearis malo.

Morbum morbo addere. 7

Morbum morbo addere, id est, coduplicare malum. Euripides in Alcestide,

—μὴ νοσοῦντί μοι νόσον
Προσθῇς· ἄλις γὸ σωφρονῶ θανούμενος. id est,
Ne tu mihi morbo laboranti alterum
Appone morbum: nam sat hoc premor malo.

Eiusdem figuræ est Homericum illud Iliados ξ.

—μή τις τοι ἔτλη ἕλκει ἕλκος ἀρέσθαι. id est,
Vulneri vis nequis vulnus tibi forsitan addat.

Sophocles item,

δὶς τόνδ' ἐπαυρὼν οὐδὲν ἧσσον νόσον. id est,
Morbo quidem morbum addidisti tu alterum.

Nõ alienum est ab hac forma quod est apud Homerum Iliados ν. αἰσχύνην αἰσχοῦ, quum indicamus acerbis addi acerbiora. Sic enim ibi loquitur Menelaus,

Ἦ μὲν δὴ λώβην τόδ' Ἀχαιοῖσιν ἀρέσσει. id est,
Dedecori res ista profectò dedecus addit.

† Vt cùm sceleratus scelere punitur, vt cùm vir adulteræ vxoris vitium detegit, quod aut corrigere prudẽter, aut tegere cautè debuit. Vel cùm doctor discipuli tenelli erratum seueriùs castigat: culpam enim leuiculam fortassè inflectando, iracundiæ morbum tanquam virus animo infundit adolescentis, quod est adiicere malum malo. & vt ait vnus veterum, vitio nocentis innocentiam perdere.

Ignem igni ne addas. 8

Μὴ πῦρ ὄρει πῦρ. id est, Ne incendium incendio addas. Vsurpatur à Platone. Sensus liquet, ne calamitatem adiungas calamitati, ne commotum magis etiam com-

Calamitatem calamitati adiungere.

moueas. Diogenianus putat à carbonario quodam esse natum, qui inualescente incendio conflagrauit, clamans interim, μὴ πῦρ ὅπι πῦρ. Plato libro De legibus secundo, vetat ne pueri ad annũ vsque duodecimũ aut vnũ bibant, ne si vini calor accesserit ad feruorem ætatis, ignem igni suggerere videantur. Item Plutarchus in Præceptis coniugalibus: μὴ πῦρ ὅπι πῦρ ἡφαιστε, id est, Ne ignis ad ignem accedat. Vtitur item cum alius aliquot locis, tum in præceptis De valetudine, ἵνα οὖν μὴ πῦρ ὅπι πῦρ ἐπὶ φλεγμονὴν τοῦ ὅπι πυρέσσει, καὶ ἄκρατον ὅπι ἀκράτῳ ἡφαιστε. id est, Vt ne igitur ignis ad ignem, quemadmodum prouerbio dicitur, expletio ad expletionem, merum ad merum addatur.

Pueri vino abstinendi.

† Flecti potest id ad consuetudinem, colloquiúmque dissuadendum iuuenum lasciuorum, cum tenellis virginibus. nam sæpe ignis nomen pro amoris incendio sumu apud poëtas palam est. Vidi & qui flecterent in libros impudicos iuuenibus & castis animis subtrahendos, quo ignis genere nullum ardentius, aut etiam exitiosius excogitari potest.

Oleum camino addere. 9

Affinem huic habet sententiam, Oleum camino addere, pro eo quod est, malo fomentum ac velut alimoniam suppeditare, quo magis ac magis augeatur. Horat. in Satyris, lib. 2 Sat. 3.

Adde poëmata nunc, hoc est, oleum adde camino.

Id est, Adde materiæ flammæ materiam. Vsurpat hoc dictum Hieronymus ad Eustochium, Vinum & adolescentia duplex est incendium voluptatis. quid oleum flammæ adicimus?

Oleo incendium restinguere. 10

Ἔλαιον τῷ πυρὶ. id est, Oleo restinguis incẽdium, dicitur de iis, vbi quis ea admouet remedia quæ malum magis ac magis exacerbent. Veluti si quis animi tui ægritudinẽ voluptatibus obtuere conetur. aut si quis offensum iurgijs & conuiciis velit placare. Quod si dicatur ἐμπυρισμὸς, mihi differt a proximo. Hoc repexit Lucianus in Timone, quum ait, Si quem aspexeris incendio conflagrantem, pice atque oleo te velle restinguere.

† Hoc faciunt lasciui poëtæ, qui amoris furorem sedari aiunt coitu Venereo, quod Lucretio & Horatio placet.

Vlulas Athenas. 11

Γλαῦκας εἰς Ἀθήνας, id est, Vlulas Athenas: subaudiendum, portas, aut mittis. Conueniet in stultos negotiatores, qui merces eò comportant, vbi per se magis abundant, vt si quis in Ægyptum frumentum, in Ciliciam crocum inuehat. Venustius fiet si metaphora ad res animi transferatur, vt si quis doceat doctiorẽ, carmina mittat poëtæ, consilium det homini cõsultissimo. Cicero ad Torquatum, Sed rursus γλαῦκας εἰς Ἀθήνας, qui hæc ad te. Idem ad fratrem, Et tibi versus quos rogas, hoc est, Athenas noctuam, mittam. Aristophanes ait ἐφ' ἵππων,

Τί φῄς; τί γλαῦκ' Ἀθήναζ' ἤγαγε; id est,

Quid ais? quis, oro, vehit Athenas noctuam?

Vsurpat idem atque exponit Lucianus in Epistola ad Nigrinum. Porrò paræmia inde fluxit, quòd noctua in Attica plurima est, ei regioni quasi peculiaris. Fertur autem versari in Laureo Atticæ loco, vbi auri metalla sunt: vnde & Laureoticæ noctuæ vocantur. Hæc auis Atheniensium populo quondam erat gratissima, ac Mineruæ sacra habebatur, propter oculos cæsios: quibus etiam in tenebris perspicit quæ vulgus animi non videt. Vnde & auspicata consiliis credebatur, id quod indicat prouerbium, γλαὺξ ἱπτάμενον, id est, Noctua volat. Dictum est & illud de Minerua, quòd Atheniensium malè consulta, in bonum exitum verteret. Dæmon autem apud Aristophanis interpretem, existimat non ob id solum dici, Noctuas Athenas, quòd Athenis noctuarum sit copia: sed quòd in numis etiam tum aureis tum argenteis Atheniensium noctua insculpi soleat, vnà cum facie Mineruæ. Porrò numus is appellabatur τετράδραχμον, id est, quatuor drachmarum, cùm antea soliti fuerint vti nomismatibus didrachmis, quorum iugera erat bos: vnde etiam natum est prouerbium illud, Bos in lingua. Sunt qui tradunt apud eosdem fuisse triobolum, quod & hemidrachmum appellant. Nam drachma senos obolos continet. Trioboli nomisma, ex vna parte Iouis effigiem habebat, ex altera noctuæ. Proinde absurdum videbatur noctuam Athenas deportare, cùm illic passim omnia noctuis abundarent. De nominate Atheniensi tentatur & Plutarchus in vita Lysandri, quum de seruo meminit, qui domini sui furtum ἀποφατικῶς indicans, id multas tuo tegulas cubare noctuas: ostendens illic abditas pecunias, noctuis insignitas.

Laureoticæ noctuæ.

Chil. 1. Cent. 1. prouerb. 76.

Numi Atheniensium.

Memorem mones, doctum doces, & similia. 12

Idem fere in Plautinis ac Terentianis comœdiis occurrit, Memorem mones, & doctum docos. Idem pollet Græcanicum illud, λαλεῖς σοὶ λόγον τὸν ὁπισθίου, id est, Loqueris ei qui ipse rem calleat. ᾔδειν λέγεις. id est Scienti narras. Plato in Hippia maiore, οὐδὲν μᾶλλον ἢ Σωκράτει. id est, Hæc scienti Socrates narrabis. Euripides in Hecuba,

Οὐ χρὴ σοφὸν τινα, τύραννε, δεῖν δοκεῖν σοφόν. id est,

Vti nouum ne, qui prouide sentiat bus
Hæc opprobria.

Homerus cùm alias aliquoties, tum Odyssea ρ, Γύναι οὐ θεμιτὸν πάρ ἐμοὶ ἔπος ἐκφατὸν ἔμμεν. id est,

Et nom, & sencti tam narrabile quiddam.

Idem Ilia lus ψ de Nestore admonente filium Μὴ θέσθ' ἐν φρεσὶν ἀγαθὰ φρονέων νοήσῃ δαήμεν. id est,

Inest animo mihi sit hæc pei ie sapienti.

Scienti narrasi.

M. Tullius lib. Epist. ad Attic. 9. Mirandum enim in modum Cn. nollet Syllam regni similitudinem cõcupiuit.

eidem dicas.

Si crebrò iacias, aliud alià ieceris. 13

Aristoteles in I bello De diuinatione quæ fit in somniis, verum huiusmodi prouerbialem citat,

Si crebrò iactas, aliud alias iecerit.

Quo significatum est oportere rem sæpius tentare, neque de fatigari protinus si quando parum ex animi tentia ceciderit. Futurum enim vt iterum atque iterum periclitanti, fœlicius aliquando cadat. Aristotelis verba sunt hæc, ὥσπερ φησί τις λέγων, Ἂν πολλὰ βάλλῃ, ἄλλοτ' ἄλλοῖον βαλεῖ. Agit autem de insomnijs melancholicorum, in quibus non existimat esse diuinationem vllam: tametsi fit nonnunquam vt quidam euentus somnijs illorum respondeant. sed non esse mirandum, cùm vitio naturæ plurima ac varia somnient, aliquando exitiosa συμβαίνοντα, id est, casus qui forte pariter sic eueniant vt est ab illis somniatum. Themistius hunc locum sic circumloquitur (interprete Barbaro: nam Græcus codex ad manum non erat. Nam qui totum diem iaculantur, aliquando collimant, & præmium capiunt. Vetus adagium est, Si sæpe iactaueris, aliquando Venerem iacies. Sunt qui putent, nec id, mea quidem sententia, absurdè, metaphoram à sagittarijs, non ab aleatoribus esse doctam: nam & hoc significat βάλλειν. Subesse vero argutiam in eo verbo, quod in priore parte significat mittere sagittam, in posteriore tenere. Fit autem vt qui crebrius iaculentur, vel fortuitò aliquando scopum attingant. Tametsi M. Tullius libro De diuinatione secundo, de symptomatis agens, de quibus modò dictum est a nobis, ad vtrumque refert metaphoram. Quis est enim, inquit, qui totum diem iaculans, non aliquando collimet? Totas noctes somniamus, neque vlla fere est qua non dormiamus: & miramur aliquando id quod somniamus euadere? Quid est tam incertum quàm talorum iactus? tamen nemo est quin, sæpe iactans, Venerem iactet aliquando, nonnunquam etiam iterum atque tertium. Porrò Veneris iactu in hoc ludus genere fuisse quondam fœlicissimum, palàm arguit apud Suetonium Octauius Augustus in epistola quadam ad Tiberium, Inter cœnam, inquit, lusimus χειστοῖς & heri & hodie. Talis enim iactatis, vt quisque canem aut senionem miserat, in singulos talos singulos denarios in medium conferebat, quos tollebat vniuersos qui Venerem iecerat. Hactenus Augustus. Quadrabit & in eos qui casu, non arte quippiam assequuntur. Erat & hodie & vulgò iocus prouerbialis in cæcum, qui cornicem iaculo fixerit.

Nihil desperandum.

Somnia melancholicorũ.

Aliquando collimat qui diu iaculatur.

Veneris iactus felicissimus.

† Plin. libro 8. epist. 19. Illud Pollionis, vel tanquam Pollionis accepi, verissimum experior, Commode agẽdo factũ est vt sæpe agerem: sæpe agendo, vt minùs cõmodè, quia scilicet assiduitate nimia facilitas magis quã facultas, nec diuicia, sed temeritas paratur. hic sententiã Plinius ad vsum suum torquet, non vt vulgò putatur: sunt enim qui volunt sæpius agendo tandem fieri vt bene

bene agatur, vt quod sæpe fiat, aliquādo commodè fiat: à quo non dissentit tamen Fab. Quintilian.

Malum consilium. 14

Malum consilium, consultori pessimum.

Senarius est prouerbialis in eos, in quorum caput recidit quod aliis perperam consuluerunt. Siquidem, vt dicunt Græci, ἐπὶ κεφαλὴν, id est, Sacra quædam res est consilium. Atque vt est libenter accipiendum quum res postulat, ita est religiosè cauendaque fraudem dādum, siquis egeat. Alioqui non defuturum est numen aliquod quod pœnas repetat ab eo qui rem sacram ac diuinam perfidia violarit. A. Gellius Noctium Atticarum lib. 4 cap. 5. putat ad hunc modum hoc ex historia quadam natum, eamque ex annalibus Maximi, narrationibúsque Varij Lacc. referri ad hunc modum: Statua Romæ in comitio posita Horatij Coclitis viri fortissimi, de cælo tacta est. Ob id fulgur piaculis luendum, aruspices ex Hetruria accersiti, immisso atque hostili in populum Romanum animo, instituerant eam rem contrariis religionibus procurare: atque illam statuam suaserunt in inferiorem locum perperam transponi, quem sol oppositu circum vicinique altarum ædium nunquam illustraret. Quod cùm ita non persuasissent, delati ad populum prodigique iuni, & cùm de perfidia confessi essent, necati. Constituique eam statuam, perinde vt veræ rationes pōst compertæ monebant, in locum editum subducendam, atque ita in area Vulcani subiimiore loco statuendam, eaque res bene & prosperè Reipub. cessit. Tunc igitur, quòd in Hetruscos aruspices animaduersum vindicatúmque fuerat, versus hic icitè factus, cantatúque à pueris vibe tota fertur,

Malum consilium, consultori pessimum est.

Hactenus quidem Gellius. Porrò Valerius Maximus libro 7. rem quandam haud dissimilem memorat de Papyrio Cursore, qui cùm consul Aquilonium obsideret, vellétque prælium committere cum hostibus, nisi signa auspicia retinacularentur, ac consultus pullarius suadaret vti committeret: cùm aues infausta nuntiassent, re cognita pullarium in prima acie constituit. Is primo iaculo telo violatam religionem expiauit. Memini huius rei Titus Liuius decadis primæ libro 10. Nec dissimile est quod refert Socrates in historia tripartita. Eutropius eunuchus, dum studet in quosdam qui ad templum confugerant animaduertere, persuasit Imperatori vt ferretur lex, qua templi religio nulli prodesset nocenti. Lata lege factum est vt Eutropius, cùm offendisset Cæsarem, confugeret sub altare: vnde protractus, capite plexus est suo ipsius consilio perditus. Vergilius tacite notauit paræmiam in Æneidos duodecimo libro, quum ait,

Hetruria sacra.

-cadit ipse Talumnius augur,
Primus in aduersos telum qui torserat hostes.

M. Varro lib. De re rust. 3. cap. 2. palàm citat adagium his verbis: Opinor, inquam, nō solùm quod dicitur Malum consilium consultori esse pessimum: sed etiam bonum consilium ei qui consuluit, & qui cōsultur, bonum habendum Sophocles in Electra,

Βουλὴ γὰρ ἀνδρὶ βέλτιον κακῶς. id est,
Res nulla consulto nocentior malo.

noxam ad eum referens cui consilium datur. Appareat autem senarium hunc Latinum, id quod & Gellius admonuit, de Græcis illis Hesiodi verbibus expressum esse, qui leguntur in opere cui titulus ἔργα καὶ ἡμέραι.

Οἱ δὲ κακὴ βουλὴ αὐτῷ βάλλει κακὴ βουλεύσαντι. id est,
Ipse sibi nocet is alium qui ladere quærit.
Consultum male, consultori pessima res est.

Plutarchus in commentario De audiendis poetis, existimat huius versiculi eandem esse sententiam, quæ sit dogmatis Platonis in Gorgia, vbi Socrates dicit, peius iniuriam facere, quàm iniuriam pati: & damnosius esse malo afficere quàm affici. Atque adeò totidem ferè verbis inuenitur hæc sententia apud Ecclesiasticum Hebræum authorem, capite vigesimo septimo, Facienti nequissimum consilium, super ipsum deuoluetur. Extat in hanc sententiam & apologus Græcus non inuenustus, nec omnino indignus quem his commentariis adiungamus. Leonem ob senectam ægrotātem, & ea causa suo in lustro continentem sese, cætera quidem animantia officij gratia visebant regem suum, excepta vulpe. Proinde lupus nactus opportunitatem, accusat vulpem apud leonem lxiæ maiestatis, quæ pro nihilo haberet eum penes quem rerum erat summa, nec, ob contemptum, ad visendum accessisset: atque interea interuenit in lupi fabulā vulpes, & extremam sermonis partem audiuit. Itaque leo, compecta vulpe, protinus aduersus eam infremuit. At illa postulato ad purgandum sese spatio: Et quis, inquit, omnium qui huc conuenerunt, tantum tibi profuit quantum ego, quæ quoquouersum circumcurrebaui, vbique morbi remedium à medicis reperi? Cúmque leo protinus edixisset vt remedium aperiret, Si vidum, inquit, lupum excories, & illius pellem induas, conualescēs. Leo credulus, continuò lupum inuasit & interemit. Quo extincto, risit astuta vulpes, calumniatoris malum consilium in ipsius recidisse caput. Carmen autem refertur à Plutarcho & in hunc modum,

Οἱ δ' ἄλλῳ κακὰ τεύχει, ἑῷ κῆδει ἅπερ τεύχει. id est,
Damna parans alijs, proprio parat hæc damna.

† Simile huic ex historiarum fragmentis, vbi Philippus ait, *Prava turpia consulentibus sunt noxa.* Præter innumera historicorum exempla, occurrit illud de Perillo, qui Phalaridi auctor fuit æneæ machinæ formā tauri fabricandæ, de quo apud poetas. Interea ne nimis multus sim, repete ex præclara Diui Chrysostomi homilia contra potentum fastum, Socrate lib. eccles. histor. 6. capite 5. Sozomeno 8. capite 7. Nicephoro 13. cap. 4.

Historia de Hetruscis aruspicibus.

Peius iniuriā facere quàm pati.

Apologus.

Suum cuique pulchrum. 15

Prouerbialis sententia, Suum cuique pulchrum: in eos quibus sua, qualiacunque sunt tamen studio quodam, magis quàm iudicio placent. Est autem à communi mortalium ingenio sumpta, quibus vsque insita est illa φιλαυτία, id est, amor sui: vt neminem tam modestum, tam attentum, tam oculatum inuenias, quin in propinquitimandis, quadam animi propēsione corruptus excutiat atque hallucinetur. Et quem vnquam vidimus in tam barbara regione natum, cui sua patria non vel optima videatur? Quæ gens tam effera, tam horrida lingua, quę non alias præ sua contemnat? Quę tam ferina corporis specie, quæ tibi non appareat formosissima? Proinde verè scripsit Aristot. lib. Rhetor. 2. ἐπεὶ δὲ φιλαυτοι πάντες, καὶ τὸ αὐτῷ εἶναι καὶ ἥδεσθαι ἕκαστον, οἷον ἔχομεν, λόγοις. διὸ καὶ φιλοκόλακες οἱ ὁμιλητικοὶ. id est, Quoniam autem omnes sui sunt amantes, & sua cuique iucunda esse necesse est, vt facta dictáque: idcirco plerunque etiam assentatoribus gaudent. Id tametsi omnibus in rebus generaliter verum est, vt sit, quemadmodum ait Horatius, æreus amor sui: tamen in artifices, atque ex his potissimum in poetas, adhæc in amantes præcipue quadrare videtur. Etenim rectissimè scripsit Aristoteles quarto Moralium libro, Suo quenque artificem opere impensè delectari, non aliter quàm rebus quibusdam ex sese prognatis: Neque secus adamant tua carmina poetæ, quàm parentes liberos. Est enim artificis opus, quasi quidam ingenij fœtus: de quo Socrates ait rectius iudicare obstetricem quàm matrem ipsam. Sponsis item amantibus mos est suam cuique sponsam certatim extollere. Cuius rei fat magnum exemplum extat de Tarquinus adolescentibus. Vnde & hodie vulgò scitè dicunt, Nullum reperiri deformem amasium: propterea quòd amanti vel non pulchra pulcherrima videantur. Quam sententiam eleganter extulit Theocritus in Ecloga sexta,

Nullus deformus amasius.

-ἦ γὰρ ἔρωτι
Πολλάκις ὁ Πολύφαμος τὰμὴ καλὰ, καλὰ πέφαντο.
id est,
-etenim haud rarò Polyphemo,
Quæ minime sint pulchra, ea pulchra videntur amori.

Plato prouerbium extulit in Lyside, sed inuerse τῷ μὲν διωκόμενον, inquit, κῆδος τοῦ πρώτου πρώτιστον, τὸ καλὸν φίλον εἶναι. id est, Periculum est ne iuxta vetus adagium, amicum sit quod pulchrum est. Quasi non i deo pulchrum haberi debeat aliquid, quòd sit amicum: sed ideo oporteat esse amicum, quòd sit pulchrum. Huc pertinet & illud quod scribit M. Tullius lib. de Finibus quinto, Suo enim quisque studio maximè ducitur. Et rursum in primo Officiorum, Quorum vterque suo studio delectatus contempsit alterum. Quanquam hoc venia dignum, hactenus communem illam φιλαυτίαν valere, vt suis quisque liberis, suis artibus, suo instituto, suis ingenijs, suæ patriæ paulo impensiùs faueat: nisi eò vsque excitatis nos rapiat, vt & virtutes alienas calumniemur, & nostris blāditur vitiis, eáque virtutū nomine doncmus. ac tibi quisque sit quod tibi fuit Suffenus Catullianus, aut Menius Horatianus. Quod vtij Flaccus in Epi-

stolis notans, Dum mala (inquit) delectent mea me, vel denique fallant. Atque hoc loco Porphyrio indicat Horatium respicere vulgatam sententiam, quòd homines suis malis non solùm non doleant, verumetiam delectentur. eáque de re Græcum adagium esse celebratum. Verùm id adagium vitio librariorum desideratur in scriptura. Eodem pertinet quod alibi dixit Horatius, 1. Serm. 3.

Turpia decipiunt cæcum vitia, aut ipsa etiam hæc
Delectant, velut Balbinum polypus Agnæ.

Polypus, unde polyposi.

Nam Balbino stulto amanti etiam polypus Agnæ amicæ suaue quiddam olere videbatur. Est autem polypus vitium narium graue olentium, itidem vt hircus alarum. Vnde & polyposos & hircosos dicimus. Marcus Tullius ad Atticũ lib 14. Accipe, inquit, à me mi Attice καθολικὴν θεωρίαν earum rerum in quibus exercitatissimus satis. Nemo vnquam neque poeta, neque orator fuit, qui quenquam meliorem se arbitraretur. Hoc etiam malis contingit. Quid tu Bruto putas ingenioso & erudito, de quo etiam experti sumus? Nuper in edicto scripseram rogatu tuo. meum mihi placebat, illi suum. Quinetiam cùm ipsius precibus adductus penè scripsissem ad eum de optimo genere dicendi, non modò mihi, sed etiam tibi scripsit, sibi illud quod mihi placeret, non probari. Quare, linamus, quæso, quemque tibi scribere. Suam cuique sponsam, mihi meam. Suum cuique amorem, mihi meum. Non scitè. Hoc enim Attilius poeta durissimus. Hactenus Cicero. Cuius ex verbis apparet hos duos versiculos, Suã cuique, & cætera, ex Attiliana quapiam fabula sumptos esse. Idem Tullius libro Tusculanarum quæstionum quinto, Musicorum verò perstudiosum accepimus, poetam etiam tragicum, quàm bonum, nihil ad rem. In hoc enim genere nescio quo pacto magis quàm in aliis, suum cuique pulchrum est. Adhuc neminem cognoui poetam (& mihi fuit cum Aquinio amicitia) qui sibi non optimus videretur. Sic se res habet: te tua, me delectãt mea. Eandem sententiam Plautus in Stycho, diuersis verbis, sed nimis quàm eleganter exsculpit. Suus, inquit, rex reginæ placet: sua cuique sponsa sponso. Huc referendum & Theocriteum illud,

Καὶ γὰρ Ἐμοὶ καλὸς δοκέει τὸ ἐμὸν ποθικὸν, εἰς μὲ λέγοντι. id est,
Nec mihi forma profectò mala est, si vera loquuntur.

Id imitans Maro, Ecloga 2.

Nec sum adeo informis, nuper me in litore vidi,
Cùm placidum ventis staret mare.

Apertius allusit ad adagium Flaccus, in epistola quadam,

-Iouis auribus ista
Seruo. fidem enim manere poetica mella
Te solum, tibi pulcher.

Tibi pulcher, dixit, pro tibi ipsi placens. Non dissidet ab hac forma quod diuus Augustinus cùm alias aliquot locis, tum in epistola 48. adducit ex Tychonio quodam, Quod volumus, sanctum est. Est autem hemistichium carminis heroici.

† In φιλαυτίᾳ præclarus est sermo Platonis de Legibus 5. ibi, πάντων δὲ μάγιστον καὶ ἀκρότατον τῶν πολλῶν ἐμφυτον ἐγγενὲς ἑκάστοις ἔστι, &c. Lucianus in Pseudosoph. καὶ ἄλλα δὲ συ πολλὰ ἂν ἁμαρτάνοις ὧν μὴ αὐτὸς εἰδέναι οἰηθῇς καὶ δόξῃς: etiam alia multa licet tibi dicere, si modò non ipse scire cùm nescias videbitur. Dion Chrysostomus oratione decima, quę Diogenes, seu de seruis inscribitur: ὅσοι γὰρ ἂν ἀμαθεῖς ὦσιν πεπεῖσθαι σοφοὶ εἶναι πολλῶν εἰσιν ἀνθρώπων ἀλλὰ πάντων ἀνιατότατον. Nam qui sunt indocti, persuadet tamen se doctos esse, hi multo sunt miserrimi alijs omnibus. Eiusmodi fuit ingenium Sufferi apud Catullum, qui

-insulso sunt hendecasyllabi rure.

Cùm enim poema scriberet, tam valdè sibi placebat, sęque adeò mirabatur, vt nunquam æquè beatus sibi videretur, quàm cùm multa non quantiuis precij, sed planè nullius scripsisset. ergo apud eum tam φιλαυτία non placebat emendatio. Alia mens alióque iudicium Terentiani Mauri, qui sic in tractatu de syllabis,

Corrigenda si qua forsan vobis hunc erunt,
Non ero inuidus repugnans, aut amans prauę meæ,
Quæ statim culpanda delens, probeam rectis locum.

Sic Plinius in præfatione historiarum naturæ, Veterum artificum hûc fuisse morem, etiam ab oluta opera prudenti titulo inscribere, vt Apelles, faciebat: sic, Lysippus faciebat, id est, λύσιππος ἐποίει, potius quàm ἐποίησεν, hoc est faciebat potius quam, fecit, tanquam inchoata semper artę & imperfecta: vt contra iudicium varietatis superesset ars. sic regressus ad veniam, velut emendaturo quicquid desideraretur, si nõ esset interceptus, de quo Politian. in Miscellan.

Ex Demosthene citatus Stobęus, capite decimonono, παράπαν τὸ μὲ εἰδέναι πονηρὸν, οὐδὲ αὐ τὸν ἕτερον μόνον οἴεσθαι εἰδέναι, ἀλλὰ καὶ τὸν ἄλλον λοιπὸν ἅπαντα. ἰδιωτικὸν αὖ τοῦτο καὶ ἀπαίδευτον μᾶλλον, ἀκρωμανέστατον δὲ καὶ ἀπαιδευσίας πολὺ ἀπεχόντως ἄτοπον ποιοῦ. Tãtum abest aliquem eorum qui tolide docti iãm quicquam de se gloriosius dicere, vt alio etiam dicente erubescant. qui verò longius à vera quam sibi vindicant doctrina absunt: propter inscitiam verba molestissimè audienda de se ipsis proferũt. Et quod de sene dixit Cornelius Gallus, nos de φιλαυτῳ verius dicere possumus,

Se solum doctum, se iudicat esse peritum,
Et quod sit sapiens, hoc sibi ipse facit.

Patria fumus, igni alieno luculentior. 16

Prouerbij faciem habet atque ad eandem pertinet sententiam quod eleganter scripsit Lucianus in Encomio patriæ, ᾗ ὁ τῦρ καπνὸς ἀστραπῆς λαμπροτέρας φαίνεται ἡδίων ἢ παρ' ἄλλοις πυρός. id est, Ac patrię fumus luculentior hominũ videbitur quàm ignis alibi. Philostratus in Ariad. ὁ Θησεὺς φιλεῖ μέν, ἀλλὰ τὴν Ἀθηναίων καπνόν. Ἀριάδνην δὲ οὔτε εἶδεν ἔτι, οὔτε γνώσεται πώποτε. id est, Theseus verò amat quidem, sed Athenarum fumum. nam Ariadnen neque vidit adhuc, neque etiam dum cognouit. Apud Homerum, terræ natalis fumum Vlysses optat videre surgentem: vnde & ductum prouerbium. Sic enim legitur Odyssęæ α.

Ἱέμεναί θ' ἡμῖν καπνὸν ἀπὸ ξυνὸν ὀρώρειν
Ἠδὲ γαίης. id est,
Exoptans oculis surgentem cernere fumum
Natalis terræ.

† Ouidianum hoc tritum ex 1. de Ponto, elegia ad Rufinum 4.

Cùm bene firmarunt animum præcepta iacentem,
Sumptáque sunt nobis pectoris arma tui,
Rursus amor patriæ ratione valentior omni,
Quod tua fecerunt scripta retexit opus.
Sine pium vis hoc, sine vis mollebro vocari,
Confiteor misero molle cor esse mihi.
Non dubia est libare prudentia, sed tamen optat
Fumum de patrijs posse videre focis.
Nescio quæ natale solum dulcedine cunctos
Ducit & immemores non sinit esse sui.

Viua vox. 17

Viuum, pro natiuo, non fictitio.

Viua vox olim dicebatur, non scripta, sed ab ipso pronuntiantis ore percepta, quasi viuida atque efficax. Nam viua nonnunquam dicuntur quæ natiua sunt, non factitia. vt, Viuo de marmore, & Viuóque sedilia saxo. Inest autem rebus natiuis nescio quid gratiæ genuinæ, quod ars nulla quæas imitatione consequi. Porrò scriptura vox quæpiam est, sed quasi factitia, veræque vocis vtcunque imitatrix. Deest actus motúsque, hoc est vita. Siquidem actio, vt est author Fabius libro 11. cap. 3. orationis quasi vita est: rerum inuentio, ossium instar est: ordo neruos imitatur: elocutio carnem, cutem, colorémque: memoria spiritus vice fungitur. Quibus omnibus accedit pronuntiatio, velut motus quidam vitalis. nullum enim certius argumentum vitæ quàm motus. Vnde & flumina viua dicuntur, & argentum viuum. Contrà mortua quæ torpent, languéntque. Cicero libro Tusculanarum quæstionum secundo, Licèt enim satis exemplorum ad imitandum ex lectione suppeditet, tamen viua illa, vt dicitur, vox alit plenius, præcipuéque præceptoris. Idem ad Atticum libro 2. Vbi sunt nunc qui aiunt, ζώσης φωνῆς. Quanto magis vidi ex tuis literis quàm ex illius sermone, quid ageretur. Porrò quod Cicero protulit abruptum ac mutilum, hoc quidam supplerunt de suo, ad hunc modum, ζώσης φωνῆς μᾶλλον ἐπέρχεται τί. Plinius Iunior in epistola ad Nepotem libro 2. Præterea magis, vt vulgo dicitur, viua vox afficit. Nam licèt acriora sint quæ legas, altius tamen in animo sedent quę pronuntiatio, vultus, habitus, gestus etiam dicentis adfigit. Seneca epistola 5. Plus tamen tibi & viua vox & conuictus quàm oratio proderit. Diuus Hieronymus in præfatione generali, Habet nescio quid latentis energię viua vox, & in aures discipuli de doctoris ore transfusa, fortius sonat.

Allio, orationis quasi vita.

Mortua, quæ dicuntur.

sonat. Hactenus ille. Vide celebratum illud Æschinis de Demosthene, τί δ' εἰ ἀπὸ βραχέων ἀκούσεται; id est, Quid autem is ipsum auditurus esset? Et illud, In scriptis Demosthenis, magnam Demosthenis partem abesse.

Demosthenis scripta.

Muti magistri. 18

Quod modo retulimus, vsurpauit & A. Gellius libro 14. capit. 1. atque huc alterum quoddam diuersum adiecit. Quoniam, inquit, vocis, vt dicitur, vitæ penuria erat: ex nutu, quod aiunt, magistris cognoscerem. Mutos magistros hos sentiens, qui loquuntur quidem nobis (vt apud Platonem in Protagora ait Socrates) sed dubitanti non satis commodè respondent. Nec illepidè profectò literæ muti vocantur præceptores: propterea quod mutorum est non voce, sed nutibus, signisque loqui. Idemidem & libri notulis quibuldam & significantibus figuris nobis cum fabulantur. Quemadmodum enim voces, sensorum animi velut εἴδωλα quædam sunt, authore Aristotele, sic literarum figuræ, vocum simulacra quædam recte dicuntur. Neque mirandum: quidem ἦχος πάντων illud pectoris exemplar efficacius repræsentet actaque studia affectus animi, quam alterum illud, quod non rem ipsam, sed imitationem imitatur. Neque illud temere quæri solet a multis, vtrum ad eruditionem comparandam conducibilius, ζῶσαν φωνὴν καὶ ἔμψυχον ἀφωνοτέρου διδασκάλου. hoc est, plusne conferat ingenio, an auribus. Et habet res vtraque sua quædam spectanda commoda, nam ex libris tum eruditiora referentur, quæ dicuntur, tam plura. Tantum enim quisque dicet quantum in rem ceperit: tute cõsequi, memoriæ fidelitate comprehendi potest. Adde quòd hi præceptores nunquam grauantur operam suam nobis impertire. Atque horum vt vberior ita paratior copia. Accedit huc & otium illud & cogitationis secretum. Licet pressius inspicere singula, licet retractare, licet expendere. At è diuerso minore iactura tum ingenii, tum oculorum, tum valetudinis constant quæ à præceptore dicuntur percipimus: maximè si is dicat quem & miremur & amemus. Deinde insidunt altius animo, & hærent tenacius, & occurrunt promptius. Quare consultum erit, alterum studij genus cum altero coniungere: & vbi vitæ vocis erit copia, libentius auscultare quàm legere: si modò mediocri sit eruditione quem audis. vbi non erit, libenter, quasi non minus operæ pretium facturus sis, ad libros cõfugere, sed optimos. Denique, vt illud quoque adiciam, ea figura libri dicti sunt muti magistri, qua M. Tullius legem appellat mutum magistratum, magistratum legem loquentem: & qua Plutarchus poema appellat picturam loquentem, & picturam, mutam poesin.

Lex, mutus magistratus. Poesis pictura loquens.

† Plinius 3 epistol. libro 1. Legendi semper est occasio, audiendi non semper. Et hoc equidem quid in vtramque partem de auditione, déque lectione a plerisque disputatum est: quod ne attingam, facit aliorum studiorum tanè grauiorum cura.

Frons occipitio prior. 19

Priscis agricolis celebratum adagium atque instar ænigmatis iactatum, frons occipitio prior. Quo significant antiquitas rectius geri negotium, vbi præsens ac tertius adest is cuius agitur negotium. Prior dictum est pro potior melióreque. Alioqui quis ignorabat, frontem priorem esse capitis partem, occipitium posteriorem? Tametsi hæc anapinbologia commendat nonnihil dicti gratiam quod, ob antiquitatem, oraculi instar habebatur. Extat autem apud Catonem libro de Re rustica, capite quarto, Si bene, inquit, ædificaueris, libentius & sæpiùs venies: fundus melior erit, minúsque peccabitur: fructus plus capies, frons occipitio prior. Plinius item in eandem fermè sententiam, libro historiæ mundi decimo octauo, capite quinto, Eum tamen, inquit, qui bene habitet, sæpius ventitare in agrum, frontémque domini plus prodesse quàm occipitium, non mentiuntur. Rursum eiusdem libri capite sexto, Et ideo maiores felicissimum in agro oculum domini esse dixerunt. Aristoteles Oeconomicorum libro primo videtur hanc sententiam ad Persam quempiam referre, subnectēs alteram huic similem, quæ à Libe quodam sit profecta. Sed latius fuerit ipsius adscribere verba, si quis fortè desiderabit, καὶ τὸ τῶν Πέρσων καὶ Λιβύων ἀπόφθεγμα δεῖ αὐτὸ ἔχειν. ὁμοῦ γὰρ ἐρωτηθεὶς τί μάλιστα ἵππον παίρει, ὁ τοῦ δεσπότου ὀφθαλμὸς, ἔφη. ὁ δὲ Λιβὺς ἐρωτηθεὶς ποῖα κάπηλα ἥδιστ' ἂν ὠνήσαιτο τῷ δεσπότου ἴχνη, ἔφη. id est, Atque illud Persæ Libyque responsum, rectè seruabitur. Nam alter interrogatus quæ res potissimum lætificaret equum: respondit, Oculus domini. Alter interrogatus quod stercus esset optimum: Domini vestigia, inquit. Vterque significauit, domini præsentiam plurimum habere momenti ad rem bene gerendam. Item Columella putat rem malam esse, frequentem fundi locationem, peiorem tamen vibanum colonum, qui per familiam mauult agrum quàm per se colere. Huc pertinet illud quod refertur a Gellio, quòd cùm quidam corpulentus ac nitidus, equum haberet macilentum ac strigosum, rogatus, quid esset in causa: respondit nimium non debere videri si equo suo esset habitior, quandoquidem ipse se pasceret, equum curaret seruus. Plutarchus in commentario De liberis educandis, Καὶ ἵππῳ δὲ καὶ τῷ δεσπότου ὄντι τὸ ἐπιτρέπειν, χαίρειν, οὐκ ἀδύνατον ποιεῖ τὸν ἵππον, ὡς ἔοικεν ὀφθαλμός. id est, Hinc & illud eleganter dictum ab equitone, nihil perinde lætificare equum, vt regis oculum. Huius figuræ est quod Æschylus in tragœdia cui titulus Persæ, domini præsentiam oculum domus vocat,

Vestigia domini.

Ὄμμα γὰρ δόμων τελῶ δεσπότου παρουσίαν, id est,

Nam domus oculum ei, e domini iudice præsentiam.

Eodem pertinet quod perquam venuste dixit T. Liuius, Non satis fortiter tolere procedere quæ oculis agas alienis. Ianuit tale quiddam & Terentius in Eunucho: quum ait, Ita fit, domini vbi absunt. Significans, absentibus heris multitios omnia facere mancipiis, & peccare licentius. Nempe hæc omnia eò tendunt, vt quisque suum negotium præsens curet, neque magnopere fidat alienæ industriæ. Id nihil magis cuiquam principi, si modò principis animum gerat, non prædonis, hoc est, de publicum commodum cordi habet.

Oculis alienis agere.

† Aristoteles Oeconomic. hoc ἄθροον apophthegma vocat, ὅτι ἐρωτηθείς τι μάλιστα ἵππον παίρει, ὁ τοῦ δεσπότου ὀφθαλμός, ἔφη. De eodem Xenophon libro de tuenda re familiari, καλῶς δὲ μοι δοκεῖ ἔχειν ὅ φασι τὸν ἱππέα χρῆναι καὶ τὸν δεσπότην λέγειν τὸν ἵππον, ὅτι βασιλεὺς εἰμὶ ἵππων ὅσοις ἐπιτρέπω ἀγαθὸς τροφεὺς εἶναι· διὸ καὶ ἐμοὶ ἥδιστ' ἂν δόξαιεν τρέφειν ἵπποις δοκοῦσιν εἶναι τροφεῖα μάλιστα ἐργάζεσθαι. id est, Præclara mihi videtur, inquit Ischomachus, illa quæ barbaro tubuitur responsio, cùm rex equum bonum nactus esset, ac illum prægnem quamprimum voleus efficere, interrogasset quendam exiis qui equestris rei periti habebantur, quid equum celerrimè pinguem faceret, Oculus domini, inquit. Sic & alibi Socrates, oculus domini videtur mihi præclara & bona in primis reddere. Meminit Plutarchus καὶ παιδὸς αἰῶνι.

Æqualis æqualem delectat. 20

Similitudo mater est benevolentiæ, cõciliatrix quæ & familiaritatis conciliatrix. Vide vt cernimus iuuenes inter se libenter conuenire, senes cum senibus congregari, doctos doctorum conuentu capi, item probos congredi cum improbis bibones cum bibonibus, nautas a nauare nautis, diuitibus esse necessitudinem cum diuitibus, atque in vniuersum similia similibus gaudere. In hanc sententiam extant aliquot veterum prouerbia, quorum est illud, ἥλικι ἥλικα τέρπειν, id est, Æqualis æqualem delectat. Quod vsurpauit M. Tullius in Catone maiore, Pares, inquit, cum paribus, vt est in vetere prouerbio, facillimè congregantur. Nam primo familiaritatis conciliatio proficiscitur ab ætatis æqualitate, quam Græci vocant ἰσηλικίαν. Ad quod alludens Homerus in Odysseæ ο,

Parres cum paribus.

—ἀπὸ ἧς ἡμέλικας τέρπει.

Quemetiam simus æquæui.

Huc respexit Plato primo De repub. libro, apud quem Cephalus, qui se testatur iam peruenisse ἐς γήρως ὅρους, id est, ad senectæ limen: ait, πολλάκις γὰ συνέρχομαι τοῖς ἐμοῖς ἡλικιώταις, ὅσπερ ἐλθόντες εἰς ταὐτὸν παροιμιάζονται ἡλικίαν ἔχοντες, ὡς ἡδέως τοῖς πολλοῖς πεπαίρω. id est, Sæpenumero plerique conuenimus fermè æquales, antiquum illud veterum prouerbium. Aristoteles primo Rhetoricorum libro recèns quæ quibus sint iucunda, scribit, in totum ea, natura, sese inuicem delectari, quæ genere sint coniuncta, aut similia: vt hominem homine, equum equo, ædo-

lescentem adolescente. atque huc tendere prouerbia vulgo iactata, ἴλιξ ἰλικα τίρπει. item genus alia quædam. Verba illius hæc sunt, τὸ ὁμοῖον τῷ ὁμοίῳ φίλον ἀλλήλοις εἶναι, ἄπορόν τε τὸ συμβαῖνον ἐν ἀνθρώποις, ἀλλὰ καὶ ἐν ἀλόγοις ζώοις ἀνάγκην ἐστὶν ἀποφαίνειν, καὶ ἐν τοῖς θηρίοις, καὶ ἐν τοῖς ἀγρίοις, καὶ ἐν τοῖς ἡμέροις εἶναι τοῦτο. ὡς ἴλιξ ἰλικα τέρπει. καὶ ὅς καὶ τὸ ὁμοῖον. καὶ ἄγριος ἄγριον, καὶ ἥμερος ἡμέρῳ παρεῖναι, καὶ ὅσα δεῖ ταῦτα. Theognis ait amicitiã cohærere inter æquales, vicinos & senes,

Πάντες μὲ τιμῶσιν ὁμῶς, ἴσα, οἵτε κατ' αἶσαν
Οἰκοῦσιν χώρας, οἵτε πολαὸν τέρπει. id est,
Omnes hi me venerantur, amántque vicissim,
Vicini, æquales viribus, atque senes.

Nec alienum est ab hoc prouerbio quod Empedocles ait apud Aristotelem libro de anima primo, animam esse quiddam ex omnibus elementis constatum, imò ipsam horum quiduis esse, & vnumquodque cognoscere eo, quòd habet affine quiddam cum singulis. Vnde & Plato in Timæo dicit animam ex elementis constare. Empedoclis versus sic habent,

Γαίῃ μὲν γαῖαν ἐπίσταμεν, ὕδατι δ' ὕδωρ,
Αἰθέρι δ' αἰθέρα δῖον, ἀτὰρ πυρὶ πῦρ ἀίδηλον,
Στοργῇ δὲ στοργὴν, νείκος δέ τε νείκεϊ λυγρῷ.

Quos versus quoniam ititio desperabamus cõmodius verti posse, ab Argyropylo versos subiecimus,

Terram nam terra, lympha cognoscimus aquam,
Æthéraque æthere: flamma ignis dignoscitur ignis.
Sic & amore amor, ac tristi discordia lite.

Quanquam in primo versu suspicor à librariis vndam versam in aquam. pòst, amicorum rogatu, nostra addidimus qualiacunque,

Terra quidem terra sentitur, lymphâque lympha,
Æthéque æthere purus: at igni noxius ignis.
Dulcis amore amor, atque odio tunc ira simultas.

Argyropylus, explendi carminis gratia, pro vno verbo ἐπίσταμεν duo reddidit, cognoscimus & dignoscitur: duo epitheta prætermisit, δῖον καὶ ἀίδηλον. Deinde vocis repetitæ gratiam bis perdidit, in aquam & vndam, in discordia & lite: vt ne commemorem duritiem compositionis in Terram nam. Sic & Sanè aduerbium de suo attexuit. Nos amori addidimus epitheton, sed quod fuerat additurus poëta, si per metri leges licuisset: quandoquidem voci cõtrariæ addidit suum νείκεϊ λυγρῷ. Non hæc mihi dicuntur, vt suggillem virum de studiis optimis optimè meritum. sed vt iudicio proficiant adolescentes, quibus hæc potissimum scribuntur. Philosophorum quispiam, Zenon, ni fallòr, apud Augustinum prodidit, animam ipsam esse numerum, seipsum mouentem: atque hanc ob causam rebus numerosis naturã capi delinirique. veluti muscis modis afficiuntur & pueri, cognato quodam naturæ sensu, cùm prorsus nesciant quid sit musica. Aristoteles hoc ipso quem modò retulimus loco, definitionem hanc adducit, tacito authoris nomine.

Animam capi numerosis.

† Ne quid agam pluribus ad id adagium, me reuocat tum Erasmi labor, tum Tuaquelli ad 5. leg. connubial.

Simile gaudet simili. 21

Ὅμοιον ὁμοίῳ φίλον, id est, Simile gaudet simili. Aristoteles lib. Moral. 8. ὅμοιον ὁμοίου ἐφίεται, id est, Simile appetit simile. Item lib. 9 ὅμοιον ὁμοίῳ φίλον, id est, Simile simili amicum. Vnde est & illud, ὁμοιότης τῆς φιλότητος μήτηρ, id est, Similitudo mater amoris. Quare vbi absoluta similitudo, ibi vehementissimus amor. id quod indicat fabula Narcissi. Agathon in conuiuio Platonis, ὁ γὰρ παλαιὸς λόγος οὐκ ἔχει, εἰς ὅμοιον ὁμοίῳ αἰεὶ πελάζειν, id est, Scitè quidem veteri prouerbio fertur, simile simili semper hærere. Plutarchus in commentario cui titulus, Quo pacto sit amicus ab adulatore dignoscẽdus, refert huiusmodi senarios,

Γέρων γεγηθὼς γλῶσσαν ἀθέσμως ἔχει
Παῖς παιδί, καὶ γυναικὶ φοιτήσας γυνὴ,
Νοσῶν τ' ἀνὴρ νοσοῦντι. καὶ δυσφορεῖν
Λυφᾶσθ' ὑπ' ἀνδρὸς ἆθλα τῶν τοιουτέων. id est,
Senex senilis lingua incundissima est:
Puerique puer, & mulier apta fœmina,
Ægrotus itidem ægroto: & in malis sitis
Exercito malo placet atque congruat.

Diogenes Laertius ostendens quædam imitatum Platonem ex Epicharmi scriptis, adducit & illud, Quòd canis cani videtur pulcherrima, & boui bos, & asina asino, & sus sui. Diximus alibi, Suum cuique reginæ placere regem. Plato lib de Legibus 8. φίλον μὲν τῷ καὶ ἴσον ὅμοιον ὁμοίῳ κατ' ἀρετὴν ἡγοῦμεν εἶναι ἴσῳ. i. Amicum quidẽ vocamus simile simili, quoad virtutem, & æquale æquali. Quanquam adagium recte transferetur & ad illos quos similitudo conciliat vitiorum: in quo est illud Catulli, *Similitudo vitiorum.*

Pulchrè conuenit improbis ciuadus.

Item illud Martialis,

Vxor pessima, pessimus maritus:
Miror non bene conuenire vobis.

Illud item Iuuenalis,

Magna inter molles concordia.

Semper similem ducit deus ad similem. 22

Potest autem adagium ex Homero natum videri, apud quem Odysseæ ρ, Melanthius caprarius conspicatus Eumæum subulcum, ipsum Vlyssem secum adducentem, sed habitu specieque pannosi, scomma iacit in vtrumque, quasi duo inter se similes bene conuenissent,

Νῦν δὴ μάλα πάγχυ κακὸς κακὸν ἡγεμονεύει·
Εἰς αἰεὶ τὸν ὁμοῖον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὁμοῖον. id est,
Nunc adeò malus ecce malum comitatur: vt vsque
Ad similem deus adducit similemque parémque.

Aristoteles libro Moralium 8. prouerbij loco refert, Ὅθεν τὸν ὅμοιον φασὶν ὡς τὸν ὅμοιον. id est, Vnde similem aiunt ad similem.

Semper graculus assidet graculo. 23

Αἰεὶ κολοιὸς πρὸς κολοιὸν ἵζανει.
Adsidet vsque graculus apud graculum.

Refertur à Diogeniano prouerbialis senarius, notatúrque ab Aristotele libro Rhetoricorum quem modò citauimus: vbi inter alia complura huius sententiæ prouerbia, hoc quoque cõmemorat. Item lib. Moralium 8. ἐν κολοιὸς ποτὶ κολοιὸν, id est, & graculus, inquit, ad graculum. Græcis est trochaicus dimeter, haud dubium quin ex poeta quopiam decerptus. Eleganter vsurpauit adagium Gregorius in quadam ad Eudoxium epistola, κολοιὸς δὲ ποτὶ κολοιὸν ἵζανεν, καὶ τὸν παρόμοιον ὁμοῖον. id est, Graculum autem assistere graculo audis & à prouerbio. Porrò graculorum conuentus olim notos fuisse, testatur M. Varro lib. de re rustica 3. Vnde Plutarchus in libro De polyphilia, οὐκ ἀγελαῖον ὄν οὐδὲ κολοιῶδες, id est, non armentarium est neque graculeum. Quin huic aui nomen inditum à κολάω, quod est conglutino. M. Varro graculos quoque Latinis inde dictos vult, quòd gregatim volent. Quintilianus non probat, affeuerans dictionem ab auium voce confictam.

Cicada cicadæ chara,
Formicæ formica. 24

Cæterùm quod Aristoteles in eo loco quem modò citauimus, addidit, & fiqua sunt id genus alia: dubium non est quin senserit illa quæ sunt apud Theocritum Idyllio nono,

Τεττὶξ μὲν τέττιγι φίλος μύρμαξ δὲ μύρμακι,
Ἰσεὶς δ' ἰσεῖ. id est,
Formicæ grata est formica, cicada cicadæ,
Accipiter placet accipitri.

Porrò nota est formicarum politia, & cicadarum concentus.

Figulus figulo inuidet, faber fabro. 25

Ab hac forma velut excipiendi sunt qui in eadem arte versantur: propterea quòd inter hos artificij similitudo magis æmulationem conciliat quàm beneuolentiam. Quorum mutuam inter ipsos inuidiam Hesiodus in opere cui titulus Opera & dies, complurib⁹ metaphoris indicauit: haud tamen damnans id genus artificum cõcertationem, imò probans ac laudans. Proposuerat eum poeta duplex æmulationis genus, quorum alterum sit vtile pulchrúmque mortalibus, alterum fœdum ac pernicio sum. hoc homines ad rixas ac bella concitari, propter opum honorúmque certamina illo verò, tanquam exemplis propositis, ad industriã & honestas artes expergefieri. Honestam igitur æmulationem his verbis describit, *Duplex æmulatio.*

Ζηλοῖ δέ τε κοτέων κότῳ
Εἰς ἄφενος σπεύδοντ'. ἀγαθὴ δ' ἔρις ἥδε βροτοῖσιν.
Καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει, καὶ τέκτονι τέκτων,
Καὶ πτωχὸς πτωχῷ φθονεῖ, καὶ ἀοιδὸς ἀοιδῷ.

Quos versus longe elegantissimos in hoc duntaxat vertimus vt intelligantur: nam venustatem vix quispiam assequatur, nedum ego.

Semper

Semper vicinus vicino est amabilis, hunc vt
Cordetur cernit opes properantem gnaviter: atqui
Concertatio conducit mortalibus ista.
Odit ita fabrum faber, figulúsque figulus
Est figulus: mendico pratum invidet alter
Mendicus, cantor cantorem lividus odit.

Vsurpantur cum aliàs frequenter apud diuersos authores, tum apud Aristotelẽ lib. Moralium 2. Rursum eiusdem operis lib. 8. paroemiæ vice refertur, κεραμεὺς κεραμεῖ τὸν πόντον ἀλλήλους φασὶν εἶναι. id est, Omnes eiusmodi, figulos inter sese aiunt esse: Figulos, inuidos dixit, nimirum alludens ad Hesiodium adagium. Item Rhetoricorum lib. 3. ὁ δὲ τίφτα, καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ. id est, Vnde dictum est, Et figulus figulo. Citat ibidem & hùc senarium haud scio ex quo poeta,

Τὸ γὰρ γνωρίζειν γε τὸ φθονεῖν ἐστίν πάτερ.
id est,
Etenim inuidere dicitur ipsa affinitas.

† De inuidia συκοφάντου, Vide Plutar. Rhodig. alios Lucianus, de calumnia.

At est similitudo, quam in Symposiacis Plutarchus μάχιμον dicit, hoc est bellacem ac pugnacem: qualis est gallorum gallinaceorum, qualisque est inter sophistas, mendicos, poetas, cantores: & ob hoc vetat id genus hominum in conuiuiis coniungi, nequid oriatur rixæ. Est altera quam ἔριν vocat, cuiusmodi est graculorũ inter se. ad hanc pertinent nautæ, agricolæ, venatores, aliptici. Atque ob id rectè copulantur in accubitu. Ad hæc amantes, niũ contingat eos eandem amare.

Cretensis Cretensem. 26

Ὁ κρὴς τὸν κρῆτα, Cretensis Cretensem, subaudi quod erit commodum sententiæ, prouocat, conatur circumuenire, aut tale quippiam. quoties improbus agit cum improbo, perfidus, cum perfido. Sumptum adagium à Cretensium moribus, quos plurimis cõuiciis incessiuit antiquitas. † κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία &c. vide post 29.

Cretensis cum Ægineta. 27

Eandem obtinet sententiam, κρὴς πρὸς αἰγινήτην, id est, Cretensis cum Ægineta. subaudiendum, agit. Quadrat in pariter improbos, qui mutuis inter se fallacijs agunt. Nam Æginetæ quoque olim malè audierunt, in quos etiam oraculum illud quidam editum putant, οὔτι τρίτοι, οὔτι τέταρτοι, id est, Neque tertij, neque quarti.

Vulpinari cum vulpe. 28

Ἀλωπιζειν πρὸς ἀλώπεκα. id est,
Cum vulpe vulpinare tu quoque inuicem. Senarius est prouerbialis. Cum astutis astutiis agito. Horat. Ep. 1.
Nunquam te fallant animi sub vulpe latentes.
Aristophanes in Vespis,
Οὐκ ἔστιν ἀλωπιζειν, id est,
Non licet vulpinari.

Quod autem nos ἀλωπιζειν vertimus vulpinari, nequis hoc verbi tanquam nostrum ac nouum, aspernetur, citatur ex M. Varrone à Nonio Marcello. Sic enim ausus est dicere Varro Vulpinari pro ἀλωπιζειν, quẽadmodum Horatius Iuuenari dixit pro νωμίζειν. Vide prouerbium Βατταρίζειν.

Iuuenari. Horat. Chil. 3. Cent. 7. prou. 76.

Cretizare cum Cretensi. 29

Πρὸς κρῆτα κρητίζειν id est, Aduersum Cretẽsem cretizare. id est, aduersus mendacem mendaciis vtere. Vsus est Plutarchus in vita Lysandri πρὸς κρῆτα δ' ἄρα τὸ λόγον κρητίζειν. Rursus in vita Pauli Æmilij, τῷ μὴ δύνασθαι τοὺς ἀκριβῶς εἰδότας ἐλεγχειν, ὡς ἕκαστον κρητίζοντα πρὸς κρῆτα. id est, Eos quidem qui hominem penitus norant, haud latuit quòd cum Cretensibus arte Cretica vteretur: propterea quòd Cretensium vanitas, de Iouis apud se sepulchro, multáque id genus mentientium, in vulgi fabulam abierit, id quod palàm testatur Epimenidis ille versiculus quem Paulus etiam Apostolus citat,

Cretensium vanitas.

Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί.
id est,
Cretenses semper mendaces, mala bestiæ, ventres pigri.

Diuus Hieronymus in commẽtarijs quos in hanc scripsit epistolam, indicat hunc versiculum repertum in opere Epimenidis, cui titulum fecit De oraculis. Vnde & Paulus Propheta vocat, siue per iocum, siue ob argumentum. Huius autem carminis initium, Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, vsurpauit Callimachus poeta Cyrenẽsis in hymno: scribens aduersus Cretenses in laudem Iouis, ac vanitatis eos arguẽs, quòd iactitarent illius sepulchrum esse apud se, quum is esset immortalis. Quò respiciens Ouidius, nec fingunt (inquit) omnia Cretes. Vnde κρητίζειν Græci pro mentiri dicunt. Suidas aliam adagionis causam indicat, scribens, Idomeneum Cretensem, quum illi negotium esset datum vt ex quod è spoliis ab hostibus detractis collectum erat, distribueret, sibi partem longè optimam delegisse. Vt de congruere videtur etiam in illos qui fraudant alios, fuíque commodis impensius vbique studeut. Idem putat adagium quadrare etiam in eos qui frustra mendaciis agunt aduersus artificem mentiendi Quemadmodum vulgo dicunt, difficillimum esse furari apud fures, ita difficillimum mendaciis imponere mendacibus.

κρητίζειν. Idomeneus Cretensis.

Mentiri apud mendacem.

Cum Care carizas. 30

Huic simillimum refert Diogenianus πρὸς τὸν κᾶρα χαρίζῃ id est, Cum Care carizas. Rusticè agis cum rustico, barbarè loqueris barbaro crassè cũ crasso. Cares populi sunt Phrygiæ, de quibus alio loco dicemus: quorum mores prouerbijs aliquot fecere locum.

Cretensis mare. 31

Ὀκρὸς τὸν Κρητικὸν, id est, Cretensis mare. subaudiendum, nescit, aut metuit. Hanc paroemiam refert pariter atque exponit Strabo Geographiæ lib. 10. scribens, olim Cretenses nauigandi peritia rerúmque maritimarum vsu principatum tenuisse: atque hinc antiquitus increbuisse prouerbium, Cretensis mare nescit, in eos qui nescire fingerent quod egregiè callerent. Etenim quò consentaneum est, Cretenses, quum sint insulares, ignorare mare quo cinguntur vndiquaque? Vsus est eodem & Aristides in Pericle, ὁ κρὴς τὸν πόντον, Zenodotus scribit apud Atticum extare. His affine est quod habet Horatius in epist. ad Octauium, lib. 2.

Cretenses maris ciuitis.

Ipse ego qui nullos me affirmo scribere versus,
Inuentor Parthis mendacior.

Parthis mendacior.

Quòd Parthi tum maximè pugnent quum fugam simulant.

Ad vmbilicum ducere. 32

Extant apud authores aliquot absoluendę paroemiæ, quarum de numero est illa, Ad vmbilicum ducere, pro eo quod est librum finire atque absoluere. Sunt enim vmbilici, interprete Porphyrione, ornamenta quædam ossea, aut lignea corneáve, vmbilici nostri formam imitantia, quæ voluminibus iam absolutis addebantur: atque hinc prouerbialem figuram esse natam, Ad vmbilicum peruenit, id est ad finem. Horatius in Epodis. Od. 14.

Vmbilici.

Dum deus nam me vetat
Inceptum celeres promissum carmen iambos
Ad vmbilicum ducere.

Martialis in quarto Epigrammatum libro, ad Calcem.

Obe tam fatu est, obe libelle:
Iam peruenimus vsque ad vmbilicos.
Tu procedere adhuc & ire quæris.

Idem libro quinto,

Quæ tecto decorata purpuráque
Nigra pagina transit vmbilicum.

Idem in tertio,

Cedo nunc licet ambules perunctus.
Et frontes gemino decens honore,
Pulsa luxuriẽs vmbilicis.

Rursum in vndecimo,

Explicitum nobis vsque ad sua cornua librum,
Et quasi perfectum, Septimiane, refers.

Verum equidẽ haud scio possitne prouerbium hoc aliò quàm ad librum aut carmen transferri, nisi duntor fiat metaphora.

Summum fastigium imponere. 33

Illud generalius est, Summum fastigium imponere, pro eo quod est rem omnibus suis partibus absoluere. Exẽpla reperies apud Ciceronẽ libro Officiorũ tertio: apud Plinium in Epist. aliquoties. Tristitũ ab ędificatoribus qui perfectò demũ ædificio fastigiũ aliquod solent imponere. Quibus sicuti fundamentũ prima instituẽdi operis pars est, ita fastigiũ suprema est iã absoluti. Vnde quẽadmodũ Fundamẽta iacere, transferunt ad id quod est instituere quippiam, itidem Fastigium addere, traducunt ad rei perfectionem, summamque, vt vocant, manum. Huic consine quod à Græcis dicitur, τὸν κολοφῶνα ἐπιθεῖναι, id est, Colophonem imposuit.

κολοφῶνα ἐπιθεῖναι.

Summam manum addere. 34

Eandem vim habet, Summam manum addere. mutuũ ni metaphora ab artificibus translata, qui primùm rude quoddam operis simulachrum effingunt, atque hanc *Prima manus.* primam appellant manum: deinde formant expressius: postremò summa cura expoliunt, atque hanc cupiemam seu summam manum vocant. Ouidius.

Nec tamen illa legi potuerunt patienter ab vno,
Nec stat hic summam iam abesse manum.

Mox pro eodem dixit vltimam limam.

Ablatum media opus est grandibus illud,
Vltima lima. *Desunt & scripto vltima lima meo.*

Seneca ab Lucilium epist. vndecima, Vino deditos delectat potatio extrema, illa quæ mergit, quæ ebrietati summam manum imponit. Eodem figura dicimus, nihil deesse præter extremam manum. Exempla crebriora sunt apud scriptores, quàm vt hic referat repetere.

† Scio & apud Iureconsultos, manum accipi pro arte, seu artificio, non infrequenter. Cauus enim *in Lmulieris* D. de verb. & rer. signif. manus precium, hoc est mercedem, quæ non tam materiæ, quàm manus & artis nomine debetur artifici vt & *l. 30 §. qui adam, D. locati.*

Supremum fabulæ actum addere. 35

In eandem formam referendum est illud, Supremum fabulæ actum addere, pro eo, quod est, extremum finem imponere à poetis comœdiarum aut tragœdiarum scriptoribus actum qui fabulas suas in actus quosdam distribuunt. Vnde illud Horatianum, de arte poetica.

-nec fit quinto productior actu.

Solent autem in extremo actu plurimum artis addere, sicuti scribit M. Tullius ad Quintum fratrem, illud te ad *Extremus actus plus habet artis.* extremum & ore & hortor, vt tanquam poetæ boni & actores industrij solent, ita tu in extrema parte & conclusione muneris ac negotij tui diligentissimus sis: vt hic tertius annus imperij tui, tanquam tertius actus, perfectissimus atque ornatissimus esse videatur. Idem ad Atticum libro 13. Etenim hæc decantata erat fabula: sed complete paginam volui. Cicero in Catone, transfert ad vitam peractam: quemadmodum & Apuleius libro Floridorum 3. de Philemone comœdiographo, renunciauerũt, inquit, Philemonem poetam, qui expectaretur vt in theatro fictum argumentum finiret, iam domi veram fabulam consummasse. Enumero iam dixisse rebus humanis valere & pl. udere. Opinor ad hãc formam pertinere quod apud Nonium ait Lucilius: Sarcinatoris esse lumnium luere cerationem optimè.

Catastrophe fabulæ. 36

Cuiuslibet exitum rei, prouerbiali figura catastrophen vocamus. Porrò inter figuras prouerbiales illud admonuimus, vnicuique disciplinæ atque artificio suã quædam esse peculiaria vocabula, quæ quemadmodũ in magicis precaminibus fieri consueuit, penè superstitione quadam usurpãtur. Ita quotiens in aliud quid priam trahuntur, ferè prouerbij speciem obtinent: velut ex militari disciplina, receptui canere & locum deterere, & prima acies. & res ad triarios redit. Eximia ea, præludium pro præfatione, aut ingressu negotij. Summa & ima chorda, pro contraria & graui voce. & eadem obberrare chorda, pro eo quod est, in eadem re peccare sæpius. Porrò fabula omnis, vt ostendit Donatus: in tres *Fabulæ partes.* partes distribuitur, in πρότασιν, ἐπίτασιν, κατάστροφην. Protasis est primus ille tumultus iam quasi gliscens. Epitasis turba ferundissima. Catastrophe, subita rerum commutatio. Vnde Lucianus eleganter extum euentúmque negotij, catastrophen appellat, cum aliàs tum in commentario De mercede seruientibus, ὅτι τῶν δὲ ἄλλων τὸ τέλος ἡ καταστροφὴ τῶν πραγμάτων γίγνεται. id est, Post omnia denique quæ illis catastrophe fabulæ contingit. hoc est, quis exitus seruitij. Et in Alexandro Pseudomante, πῶς τέλος τῆς παιδιᾶς ἐφαίνετο. id est, Eiusmodi finis tragœdiæ Alexandri. Idem in vita Peregrin. αὖθις ἐπὶ γελῶντι καὶ ἐπὶ Κρίτωνι τὸ καταστρεφόμενον ἁπαντᾷ. Rursus video te ô bone Cronie ridentem fabulæ catastrophen.

A capite vsque ad calcem. 37

Quum rem totam significamus, à capite vsque ad calcem dicimus. Cuius adagij triplex esse potest vsus, aut enim ad corpus referetur, aut ad animum, aut ad rem. qui duo posteriores plus obtinent venustatis, minimum quo plus habent figuræ. Ad corpus, apud Homerum Iliados ϛ.

τὸν πρόσθε δὲ ἄκρον ἐόντα. id est,
A capite vsque pedes.

Item Theocritus in Bucolisco,

Καὶ μ' ἐπὶ τὰν κεφαλὰν ποτὶ τὸν πόδα πάντα λίασθε.
id est,
Me à capite vsque pedes lustrauit lumine totum.

Plautus in epidico, Contempla Epidice ab vnguiculo ad capillum summum. Horatius *lib. 1. ep. 2.*

-tales à vertice pulcher ad imos.

M. Tullius pro Roscio Comœdo, Nonne ipsum caput & supercilia illa penitus abrasa, olere malitiam, & clamitare calliditatem videntur? Nonne ab imis vnguibus vsque ad verticem summum, (vt quam coniecturam adferat hominibus tecta corporis figura) ex fraude, fallacia, mendacio totus conflare videtur? Ad rem: vt apud Aristophanem in Pluto.

Ἀλλ' οὐ γὰρ ἐς τὸν πρόσθεν
Ἐκ τῆς κεφαλῆς τὸν νοῦν ἐνεβάλλομεν τοῖς τρόποις.
Ἀλλὰ γὰρ ἐς τὸν πρόσθεν
Ἐκ τῆς κεφαλῆς τὸν νοῦν ἐνεβάλλομεν τοῖς τρόποις.

Quanquam hic comicus loci causa præposterè posuit pedes & caput. Diuus Hieronymus in præfatione libri quem Dierum inscribunt Hebræi, Contuli cum eo à vertice, vt aiunt, vsque ad extremum vnguem. Ad animum hoc pacto poterit transferri, Ego tibi mores & ingenium illius, breuiter hominem, quantus est, à summo vt aiunt capillo, ad imum vsque calcaneum depingam. Quamquam exemplum M. Tullij, quod modo retulimus, magis ad animum quàm ad corpus videtur pertinere. Quin etiam diuidunt adagium, quum caput negotij vocamus præcipuum authorem: perinde vt & fontem dicimus. Terentius, Te esse huius rei caput. Item *caput & fons rei.* apud Græcos, κεφάλαιον τῶν πραγμάτων. Lucianus in Tyrannicid., τὸν τυραννίδος κεφάλαιον, id est, tyrannidis caput. Et Plato lib. De legibus 3. πηγὴν τῶν κακῶν dixit, id est, fontem malorum. & Ad calcem venire. In calce operis, In extremo interdum tuarum calce. Ab ipso exordiri capite, A calce ad caput recurrere: atque id genus alia loquendi formulæ, quæ passim apud authores obuiæ sunt. Plutarchus aduersus Stoicos, ἐκ παρόδου ἐμπεσὼν ἄχρι τέλους. id est, Ab ingressu & initio vsque ad coronidem.

Cursa lampada trado. 38

Cursu lampada tradere prouerbialis metaphora, pro eo quod est, partes suas quasi successione in alium atque alium transferre. Lucretius, lib. 2.

Et quasi cursores vitai lampada tradunt.

De animantibus agit, quæ successione propagantur, vita per vices ab aliis atque alia retenta. M. Varro libro de re rustica 3. cap. 17. Sed ô Merula, Axius noster, ne dum hoc audit, quid hic sibi addicat quòd de fructu nihil dixi, nunc cursum mihi de libris tradit. Quibus verbis significat, se alteram sermonis partem Merulæ tradere: isque in dicendi vicem succedit. Lucretius videtur imitatus Platonem, qui libro de Legibus 6. scribit, ciues oportere liberis generandis atque educandis operam dare vt vitam, quam ipsi à maioribus accepissent, vicissim quasi tedam ardentem, posteris tradant. Eodem pertinet Persianum illud, Sat. 6.

Quis puerorum cur me in decursa lampada poscit

Aristophanes in Ranis,

Λαμπάδα δ' οὐδεὶς ἔθ' ἕξει τῶν ἐφήβων.
Τῶν ἀλυσιαινόντων τε νυνὶ
Iam nemo quæret gestare facem,
Quòd non curent exerceri,

Taxat ignauiam atque inertiam ciuium. Quo loco interpres addit, in tribus certaminibus solere veteres gestare faces. id est, vt illi dicebant, λαμπαδηφορεῖν, in Prometheis, in Vulcanus, & Panathenaicis. Porrò Prometheus creditur primus hoc ludorum genus instituisse, *λαμπαδηφορεῖν.* hunc quidem ad modum, vt currentes facem ardentem gestarent. Eam defatigatus proximo in manum dabat. Is item defessus alij, ac deinceps alius alij, successione tradebant inuicem: historiæ Promethææ quasi simulachrum repræsentantes, quemadmodum ferulam, qua cælestem ignem exceperat, ne rursus extingueretur, perpetuo motu iactarit, in terram deuolans. Huius rei mentionem facit Plato libro de Rep. primo: significans *διὰ πυρίτιδος* etiam in honorem Mineruæ solere celebrari. Pausanias autem in Atticis, ritum horum ludo- *διὰ πυρίτιδος.* rum describit copiosius. Meminit & Herodotus, sed obiter, in Vrania: ostendens eum morem à Persis repertum, vt dispositis equis atque cursoribus, alius alij mandata

data velut lampada traderent, quo celerius perferri posset. Author Rhetorices ad Herennium, Non enim quemadmodum in palæstra, qui tedas ardentes accipit, celerior est in cursu continuo, quàm ille qui tradit: ita melior imperator nouus, qui accipit exercitum, quàm ille qui discedit, propterea quòd defatigatus cursu, integro facem: hic peritus imperator imperito exercitũ tradit. Itaque lampadem tradere dicitur, qui iam vel desultes vel emeritus, in alios munus gerendum ab ie transfert. Et inuicem lampada tradere, qui, quod ait Terentius, tradunt operas mutuas, & alius alij vicissim, suppetias ferunt.

Lampada tradere quis dicatur.

Principium, dimidium totius. 39

Ἀρχὴ ἥμισυ παντός, id est, Principium dimidium totius. Hoc adagio significatum est, maximam difficultatis partem in aggrediendo negotio sitam esse. Hemistichium est Hesiodi, citante Luciano in Hermotimo, Refertur & ab Aristotele libro quinto Politicorum, ἡδὺ ἀρχὴ λέγειν ἥμισυ τοῦ παντός. Plato libro de legibus sexto, ἀρχὴ γὰρ ἡμίσεια παντός, ὡς ταῖς παροιμίαις ἔχει τις δὲ τὸ ἥμισυ εὖ φαίνεται, τὸν αὐτὸν καὶ πρὸς ἅπαν τὸ ὅλον καλῶς ἔχοντα, καὶ λεγόμενον ὀρθῶς, id est, Nam in prouerbiis quidem, initium totius facti, dimidium dicitur: atque istud non rum recte cœpisse, omnes vndique laudibus ferimus. at illud, vt mihi quidem videtur, plus est quam dimidium: neque quisquam hoc, vbi rectè sit, satis pro merito laudarit. Sudas hæc ex Marino quodam refert ἥμισυ δὲ πάντος ὁ λόγος ἐν ἀρχῇ μάλιστα. ἀεὶ γὰρ τὸ πρῶτον, ἥμισυ τοῦ παντός, ἀνὴρ ἄριστος ὁ παῖς. id est, Fuit autem nobis statuum illud, non tantùm initium, neque iuxta prouerbium, dimidium totius: sed ipsum in solidum totum. Aristoteles item libro Moralium primo, Principium enim plus quàm dimidium totius esse videtur. Horatius 1. Epistol. 2.

In aggrediendo magna pars difficultatis.

Dimidium facti, qui cœpit, habet: sapere aude.

Autonius, epig. 85.

Incipe: dimidium facti est cœpisse: sapere
Dimidiatum iam hoc incipe, & efficies.

Plutarchus in libello cui titulus, Quo pacto sint audiendi poetæ, citat ex Sophocle carmen hoc,

Ἐμοὶ γὰρ πάντες ἄρχονται καλῶς,
Καὶ τοῦτο τὸ μέρος ἐστὶν οὐκ ἐλάσσονι.

id est,

Negotij cuiusque si bene cœperis,

Et finem item bonum fore, probabile est.

Satius est initijs mederi quàm fini. 40

Ἀρχὴ ἰᾶσθαι πολὺ μᾶλλον ἢ τὸ τέλος.
Multo quam finem medicari satius præstat.

Refertur a Suida prouerbij loco.

In eandem sententiam Theognis,

Σπεύδειν δ' ἐν κακότητι φαρμάκοισι τυφλοῦσθαι. id est,
Pharmaca nascentis sunt adhibenda mali.

Similiter Persius satyra 3.

Elleborum frustra, cum iam cutis ægra tumebit,
Poscentes vitam? venienti occurrite morbo.

Atque item Ouidius,

—*sero medicina paratur*
Cum mala per longas inualuere moras.

Malum initio tollendum.

Admonet Adagium, minore negotio tolli malum statim initio quum adhuc recens est, quàm posteaquam inueterauerit. pueros à vitijs arcendos, dum adhuc tenera ac tractabilis ætas: farciendas protinus offensas, ne in simultatem exoleſcant: minima vitanda mala, ex quibus maiora solent pullulascere: occasiones euitandas, quæ mali quippiam parituræ videantur.

† Grauiter Cassiodorus 5. variar. 39. Pereant soli nocentes in correctione multorum, quando & hoc pietatis genus est coercere in fantiam criminis, ne iuuenescat augmentis. Tale fuit Areopagitarum iudicium in eum puerum qui cornices excœcauerat, apud Fab. Quintil. 5. cap. 9. de interceptis prædatoribus, eorúque filiis vnà extremo affectis supplicio Marcellini. Ammiã. lib. 28. Vnde & Ælian. var. histor. 11. cap. 4. & Val. Max. lib. 6. cap. 1. de Mæuio, seuero pudicitiæ custode, qui in libertum alioqui sibi charum seuerè animaduerit, quia eum nubilis iam ætatis filiæ sux osculum dedisse cognouerat, cum tamen errore non libidine lapsus videri posset. Sic enim pœnæ amaritudinem teneris adhuc puellæ sentibus castitatis disciplinam ingenerari magni æstimant.

Serere ne dubites. 41

Rusticanum adagium, sed non indignum quod in hoc volumen referatur, Serere ne dubites. Quo monetur nequando pigeat eiusmodi rerum aliquid molin, à quibus nihil omnino dispendij, plurimum emolumenti possit proficisci si non in præsens, certè in posterum: si non nobis, at saltem posteris. Columel. lib. De re rustica 11. Quare vulgare illud de arborum positione, rusticis vsurpatum, Serere ne dubites. Nam ædificatio nonnunquã exhaurit fructus: negociatio pendet à fortuna, neque paucis malè cessit. Eundem ad modũ aliis aliud atque aliud est vel incõmodi vel periculi: sed ex arboribus conserendis plurimum capitur commoditatis, neque magno tamen impendio constat. Eandem sententiam Virgilius addita figura sic extulit, libro Georgicõn secundo,

Et dubitamus adhuc serere, atque impendere curam?

Talaria induere. 42

Extat apud M. Tullium prouerbialis allegoria, Talaria induere, pro eo quod est fugam adornare, quasique velle quopiam auolare. Sic enim scribit ad Atticum libro 14. Nemo est illorum qui otium non timeat. quare talaria induamus. Sumptũ ab Homero, qui Mercurium auolaturum aliquò, frequenter adornat talaribus,

Mercurij talaria.

Αὐτίκ' ἔπειθ' ὑπὸ ποσσὶν ἐΐσας καλὰ πέδιλα,
Ἀμβρόσια χρύσεια, τά μιν φέρον ἠΰτε πνοιὴ
Ἠδ' ἐπὶ γαῖαν ἄπειρα, καὶ ἅμα πόντον ἀπείρων.

id est,

Mox vbi iam pedibus talaria subdidit aurea,
Pulchraque & ambrosiam spiramina: quæ simul illum
Aera per rapidum, simul ampla per æquora vasta
Tellurem, venti flatu comitante, ferebant.

Quem Homeri locum Virgilius velut interpretans, in quarto Æneidos,

Et primum (inquit) pedibus talaria nectit
Aurea, quæ sublimem alis, sive æquora supra
Seu terram rapido pariter cum flamine portant.

Itaque Talaria induere dicemus eos qui parant aufugere. Nam hoc ipsum Auolare & Reuolare, Apud M. Tullium pro fugere & Redire frequens est.

Tricæ, Apinæ. 43

Tricas & apinas vulgo res futiles ac nugatorias dicebant. Martialis.

Quæcunque tibi inueni, & puer quondam,
Aprinásque notas. Idem alibi,
Sunt spinæ tricæque & quid velitis istis.

Vnde & Tricari simili figura dicebant nugas agere. Cicero cum alias, tum ad Atticum lib. 15. Tricatur inquit, vt homo talus. Et rursum, Balbus, inquit, tricatur. Adagium ab euentu natum. nam Tricam & Apinam oppida fuisse quondam Apuliæ, demonstrat Plinius lib. Naturalis histo. 3. cap. 11. referens Europæ sinus. Diomedes, inquit, ibi deuicit gentes Monadorum Dardorumque, & vrbes duas, quæ in prouerbij iudicrum vertere, Apinam & Tricam. Stephanus ostendit Tricam vrbem fuisse Thessaliæ, fortitam id nomiuis à Trica Penei filia. Nonius Marcellus tricas impedimenta & implicationes interpretatur, ἀπὸ τῶν τριχῶν, id est, à pilis quibus inuoluuntur pulli gallinacei. vnde dictum vt Extricare & intricare. Lucilius apud eundem, Tricones appellat, qui nugis homines remorentur. Et tricinus qui tus, pro tardo seu ficco. Et Varro tricas Atrellanas, nugas impeditissimas. Equidem non negauerim in voce alludi ad pilos. Cæterùm ab oppido dictum prouerbium, vero propius est. Plinius lib. 7. cap. 48 offendit oues laudari solitas brevitate crurum & ventris vestitu: quibus is nudus esset, eas apicas appellari seu tenticulas damnatáque.

Trica & Apinæ quid.

Tricari.

Coryczus auscultauit. 44

Κορυκαῖος ἠκροάσατο, id est. Coryczus auscultauit. Vbi quis id quod agit, conatur dissimulare, tamen à curiosis deprehenditur, vnde natum sit adagium, ex authoribus adiicibam. Corycus mõs est Pamphyliæ præcellus ac portuosus, atque ob id piratarum in eius oppportunus, quos ab eo monte Coryczos vocabant. Hi nouam insidiandi rationem excogitarant. siquidem dispersi per portus Coryci montis, inicebant lese negociatoribus, vt quisque forte appulerat: subauscultantes & quid rerum portarent, & quo nauigare destinassent, denique quo tempore decreuissent soluere. Quę simulatque cognouerant, renunciabant piratis, cum quibus societatem maritimorum latrocinorum exercebant. Atque ita per occasionem simul adorti nauigantes ipo-

liabant. Quæ res vbi mercatoribus esset comperta, pleraque occultabant ac dissimulabant, insidiarum metu. Sed quum ne sic quidem latarent, subodorantibus omnia Coryczis, res in prouerbium abiit, τὸν κορυκὸν ὑπακούειν, id est, Hunc Coryczus auscultauit. De re vehementer dissimulata, deprehenta tamen. Suidas ait, Corycon Pamphyliæ promontorium esse, cui subiecta sit vrbs Atalea. Eius vrbis ciues, ne vexarentur ipsi à prædonibus, qui sese in promontorij arcem receptabant, per alios portus dissipati subauscultabant quinam appulissent, & quò tenderent, eáque prædonibus renunciabant. Idem ex Ephoro refert Coryczos conuenas quospiam fuisse, qui condiderint oppidulum in Lydia sub cacumine Coryci in mare prospectantis, finitimos Myonesso. Hos solitos sese negociatoribus in portum appellentibus admiscere, quasi negociatores essent & ipsi, mercium aliquid empturi: deinde quæ cognouissent Myonesijs renunciabant. Myonesij nauigantes adoriebantur, prædam oblatam, aut pretia quibus sese negociatores redimebant (quæ Græci λύτρα vocant, cum Coryczis partientes. At Stephanus tradit, Cor, cum montem esse altissimum, finitimum Teo Ioniæ oppido, cui subiectus sit eiusdem nominis portus. Quo loco meminit & de piratarum insidijs & prouerbio. De Lydiæ Coryco sentit & Strabo, cuius verba subscribam ex lib 14 πρὸν δ' ἐλθεῖν ὅπου ἐστὶν ἐπίνειον, σταδίους μάλιστα τριακοσίους ἀπέχον, ἔστι κόρυκος ὄρος ὑψηλὸν, καὶ λιμὴν ὑπ' αὐτῷ κατάντης, καὶ ἄλλος ὑπερθεν λιμὴν καλούμενος, ἐν ᾧ φασὶν εἶναι τὸν ἔσχατον τόπον τοῦ κιλικίου πεδίου. ἐνταῦθα γὰρ ἐκπίπτειν ὑπὲρ τὸν ἰσθμὸν τὸν παξύμενον. κατοικοῦσι γὰρ ἐν τοῖς λιμέσι, τοῖς καταπλέουσιν ἐμπόροις ἐφεδρεύοντες, καὶ ἁρπάζοντές τι φέροντα καὶ τῶν πλοίων, ἔνια καὶ ὅλα συλῶντες· διὸ καὶ παροιμία φασὶν, Τὸν κορυκὸν ὑπακούειν, ἐπὶ τῶν ἀπορούντων διὰ τὸ ἐπιβουλεύεσθαι καὶ λῃστεύεσθαι. ἔστι δὲ καὶ τὸ τοιοῦτον ἐμπόριον καὶ κατοικία ὀνυχιτῶν καὶ λάθρα καὶ ἐν ἀπορρήτῳ διαλεγομένων, καὶ νυκτὸς καλούντων καὶ ὑποκρινομένων φαύλως. τὸ δ' ἄρ' ὁ κορυκὸς ὑπακούει, ὅταν δυοῖν τινοῖν φράσαι δέοντε ἀπορρήτοιν, μὴ λανθάνῃ ἕτερος, ἀλλὰ τοὺς πλησιάζοντας καὶ φλυαροῦντας τὰ μὴ προσήκοντα. id est, Priusquam perueniatur Erythras, primum occurrit oppidulum Erae Teium, deinde Coryceus mons excelsus, atque huic subiectus portus Casytas, mox alius portus dictus Erythræ, deinde alij complures. Narrant autem Corycum præternauigantibus omnia plena latrocinijs esse quorundam quos Coryczos appellant. Hi nouum insidiarum genus commenti fuerant in nauigantes. siquidem deprehensi per portus, negociatores qui forte appulerant, adibant, subauscultabant antequam quid rerum ferrent quò nauigarét: deinde illos in altum reuertes collecti adoriebantur ac spoliabant. vnde factum est vt quemuis curiosum, auidum auscultandi quæ clanculum & in occulto dicuntur, Coryczum vocemus, prouerbioque dicamus, hunc Coryczus auscultauit: quoties aliquis sibi visus est egisse dissidve clàm, quum tamen non latuerit, propter eos qui subauscultant ac scisciatari student quæ non oportet. Hactenus Strabo: in cuius verbis non videtur abesse depravatio. Vna tolletur, si pro λυτέον legas λυτῶν: altera si legas ἐν λάθρᾳ καὶ ἐν ἀπορρήτῳ πραττομένων καὶ λεγομένων. sic enim legisse videtur interpres. Itaque quum duæ sint ciuitates eiusdem nominis, ad vtranque referunt prouerbij authores. Stephanus ostendit & in Cilicia ciuitatem Corycum esse, quæ portu salóque cingitur, vt ait Pomponius Mela angusto tergore contiperi adnexa: cui vicina specus illa multorum literis nobilitata. Iam Cilices piratas fuisse accepimus. Hanc eandem arbitror esse cum ea quam in Pamphylia ponunt Zenodotus & Suidas: quòd Pamphylia Ciliciæ sit contigua, atque olim bona Ciliciæ pars imputabatur in Pamphyliam. Idem Stephanus indicat & insulam fuisse eius nominis. rursus Cretæ promontorium esse Coryciam, & eiusdem nominis portum Æthiopiæ. Inducunt & comici deum quempiam Corycæum, exaudientem atque auscultantem quæ gerantur, sicuti Menander in Enchiridio, Dexippus in Thesauro, apud Suidam. quod tribus verbis attigit & Hesychius, indicans Corycum Græcis sonare vas coriaceum, aut nauim aut lanceam. Vsurpat hoc adagium M. Tullius libro ad Atticum decimo, epistola vltima. Itaque posthac non scribam ad te quid factus sim, sed quid fecerim. omnes κορυκὸν videntur subauscultare quæ loquor.

Suidas locus.

Stephani locus.

Strabonis locus.

Deum Corycæum.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. *Oportet.*] Errat hic ipsemet in eo quod putat erratum esse in exemplari Strabonis. nam primùm λυτέον optimè legitur, sed iungendo πρᾶττε cum ἀπορρήτων, aliter quàm ipse facit: deinde bene scriptum est διαλεγομένων, sed malè ab eo intellectum. nam διαλεγόμενοι, non significat eorum quę dicuntur, sed, eorum qui colloquuntur. nec possum satis mirari quomodo πραττόμενον & διαλεγόμενον coniunxerit, nullam inter διαλεγομένων & λεγομένων constituens differentiam: quum tamen hoc simplex sit verbum, illud compositum: hoc significationem habeat actiuam, illud passiuam: quum denique λέγομαι significet dicor, at διαλέγομαι, colloquor, assero, disputo. Sed talia multa viro infimus negotiis dilucido condonanda sunt. Tu ita interpretare Strabonis locum, Auidum auscultandi eos qui clanculum & in occulto colloquuntur, vel sermocinantur.

Fortes fortuna adiuuat. 45

Cicero Tuscul. quæst. lib. 1. Fortes enim non modò fortuna adiuuat, vt est in veteri prouerbio, sed multo magis ratio. Citatur alibi ex Ennio. Vsurpatur in Æneide Maronis. atque adeo passim ab omnibus. Ouidius Fastorum lib. 1.

-audentes fortes{que deíque iuuat. Idem allusit,
-audaces adiuuat ipsa Venus.

Rutilius T. Liuius belli Macedonici lib. 4. Fortunes fortunam adiuuare aiebant. Admonet adagium, fortiter perte standa n esse fortunam. nam iis plerúmque res pro pere ce dere. propterea quòd id genus hominibus fortuna quasi faueat, i. afensa iis qui nihil audent experiri, sed, veluti cochleæ perpetuò latent intra testas.

Fortiter ut fortuna periclitanda.

† Plin. lib. 8. epist. 20. quæ est de morte Plinij auunculi: Cunctatus paulò an retrò flecteret, mox gubernatori vt ita faceret monenti, fortes inquit, fortuna iuuat. Id multo latius traduc. potest ad res cuiuscúque inducias in rebus arduis, vel ex Lucilio, poeta vetere,

Πρὸς σοφίαν μὲν ἔχει τι μαλὰ σύμφορον τόδε,
Χαρὶς ζ, βλαβερὸν, καὶ κακόνοια φέρει.

significat, ad sapientiam capessendã, esse iungédę confidentię comitatum: ex quibus si desit altera, noxam & detrimentum adfert.

Currentem incitare. 46

Τὸν τρέχοντα ὀρίνειν, id est, Currentem incitare, est adhortari quempiam ad id ad quod iam suapte sponte tendit. Atque hac figura mitigamus vel præcludimus magis offensam admonitionis. Cicero ad Cassium, Vt Cęsarem in Italia viderem (sic enim arbitrabamur) eúmque multis honestissimis viris conseruatis, ad pręcem currentem, vt aiunt, incitarem. Idem ad Quintum fratrem libro 2. Quare facis tu quidem fraternè, quòd me hortaris sed me hercule, currentem nunc quidem. Rutilius ad Atticum, Quòd me hortaris vt eos dies consumam in philosophia explicanda, currentem tu quidem Idem in Oratore, Facilius enim est currentem, quod aiunt, incitare, quàm commouere languentem. Plinius ad Cannium, Scio te stimulis non egere, me tamen tui charitas euocat vt currentem quoque instigem. Ducta est metaphora ab iis qui cursu certant, quibus acclamatio solet addere velocitatem. Lucianus ex Homero citat ad Nigrinum, Θεὸς ὣς εἰπὼν ἐπὶ νῶτα βάλε μάστιγι θοῇσι, ἵππους δ' ὦκα κίνυτο, καὶ ἅρματα, id est, Bono esto animo. quandoquidem, iuxta Homericum illud, hortaris eum qui ipse sua sponte properet. Extat Iliados θ,

Ἀτρεΐδη κύδιστε, τί μοι σπεύδοντα καὶ αὐτὸν
Ὀτρύνεις; id est,
Quid me sponte mea properantem maxime Atrida
Extimulas? Eodem alluit Odyssæa,
Ὡς ἔτι νῦν, ὄφρα τοι μάλα περ μεμαῶτα ἀέξω.
Iamdudum promptam ac cupitalem ex Pallada dictis
Excitat.

Itaque currentem incitamus, quum ad id vocamus aliquem ad quod suapte cupiditate feitur ac propender, quemadmodum meminit Dion, Timotheum cantorem quempiam certa quadam cantione, quę Palladis vocatur, Alexandri magni animum repentè ad belli cupiditatem incitare solitum. Atque incitabat ille quidem, sed sponte currentem, vt pote natura sanguinarium & belli sitientissimum. Alioqui Sardanapalum illum μύακα, id est, mollissimum, iisdem modis haud vnquam commouisset. Terent. in Andria torsit in malam partem, omissa metaphora, Age, si hic non insanit satis sua sponte,

Timotheum Alexandrum canta mutabat.

μύακος, Sardanapali.

sponte,instiga.Huc pertinent illa M. Tullij familiaria, E cursu ipso reuocauit voluntas tua ; & In cursu esse, & Cursum interrumpere.

† Conuenit illud Ouidij,

Acer,& ad palmam per se cursurus honores,
Si tamen hortetur fortius ibit equus.

Et Horatij fortasse in Epist.1.17.ad Scænam:

Ipse docendus adhuc.

Confer huc Plinij epist.29.lib.8.ad Maximum: Amor meus cogit(vt ait)non vt præcipiam,neque enim præceptore egeo:admoneam tamen,vt quæ scis,teneas, & obserues,aut scias melius.

Calcar addere currenti. 47

lib.1.epist.8. Eandem sententiam aliunde deducta metaphora extulit Plinius iunior in epistola quadam ad Pompeium Saturninum.Flagitabas vt tibi aliquid ex meis scriptis mitterem,quum ego id ipsum destinassem. Addisti ergo calcaria sponte currenti. Translatione sumpta ab equitibus, qui nonnunquam etiam sponte currentibus equis, quo currant celerius, calcar addunt.Ita nobis calcar addit qui extimulat languentes: addit currentibus,qui cupiditatem ac studium nostrum auget acuitque.Ouidius,

Non opus admisso subdere calcare equo.

Sunt autem ferme prouerbiales in totum illæ metaphoræ.Subdere calcar, Subdere stimulos. quemadmodum & illæ,Inijcere frænum, Compescere freno, Reuocare fræno. M. Tull.ad Atticum, Adscribit etiam & quasi calcar admouet.Idem ad eundem lib.6. Sed alter,vt dixit Isocrates in Ephoro & Theopompo,frenis eget,alter calcaribus.Plato lib. de legib. 9.ἆρ' ὦ Κλεινία, χρόνον τε μὴ ὀκνεῖν φαμὲν ἡμῖν αὐτοῖσιν αἰεὶ χρῆσθαι. id est, Opportune me Clinia,impetu currentem retudisti. Et illud Ciceronis,E medio cursu reuocauit.

Stimulis locus.

ANIMAD. HENR. STEP.

1°.*Non opus adm.* Lapsus est hic memoria, vt & in aliis aliquot locis citandis author.cõtrarium enim est quod scribitur ab Ouidio,Nil nocet adm.&c. Quod si aliter legeretur , inter se cohærentia non loqueretur poeta. His enim claudit versibus libri 2.De Ponto,elegiam 6.

Quæ tu quum præfles,remo tamen vtar & aura.
Nil nocet admisso subdere calcar equo,

In triuio sum. 48

Ἐν τριόδῳ εἰμὶ λογισμῶν,id est,In triuio sum consilij. In eos qui dubitant, quique incerti sunt animi:hęsitantes quid potissimum eligant. Translatum ab iis qui faciunt iter, & siquando triuium occurrerit , addubitant quam viam oporteat ingredi. Nam viam pro ratione consilij frequenter apud Græcos authores reperies, vt apud Euripidem in Hecuba,σῶν ὁδὸν βουλευμάτων.id est, Tuorum viam consiliorum. Theognis ἐν τριόδῳ ἵστασο. id est,In triuio consisto. Alludit huc & Plato lib.de Legibus septimo, vetans ne siqua res admiranda atque inusitata occurrerit , protinus ad eam amplectendam accurramus.sed perinde quasi ad triuium aliquot venerimus,ignari viæ, consistamus , neque ante pergamus quam peruestigatum sit quò quęque ducat via.κατὰ τὸν παρόντα νόμον τοιόνδε τινὰ ἐν τριόδῳ χρεὼν ἵστασθαι.

Via, pro consilio.

† Video qui id prouerbium non inficetè traducunt in obiectum trium nobilium facultatum,quas appellant,hoc est studij Theologi,prudentię iuris,& medicę : de quorum vno deligendo cùm secum vnà studiosi deliberant,& hoc cum altero comparant, aut denique quid valeant humeri,& quid ferre recusent, attentius examinant,quasi ἐν τριόδῳ consistunt , & quid facturi omninò sint,nescium , nisi obuius fuerit aliquis Mercurius ὁδηγὸς καὶ ἡγεμών,viæ ductor, & princeps qui eos ad artem flectat naturę conuenientiorę.Contexo huc adag.*Tota via aberrant* &,Hac nos de ipse ducit hinc verbum elegãs apud Græcos ὁδηγεῖν, hoc est via & ratione commonstrare,viam tradere,aditum patefacere,& ὁδηγοὶ, qui vias muniendis præsunt,translatitiè ad docentes referri solet , qui alio nomine Methodici. de diis, qui ὁδῖται dicti Turneb.aduers.7.lib.cap.15. déque Vibilia,viarum dea,idem 24.cap.41.

Bis ac ter,quod pulchrum est. 49

Δὶς καὶ τρὶς τὰ καλὰ,id est , Iterũ ac tertiò,quod pulchrum est subaudi , dicendum est.Vsurpatur à Platone cum aliis in locis,tum in Philebo.ἐὰν καὶ πεντάκις ἐμὲ ἀναμνήσῃ δὶς δ' ἢ πεμπτὸν δεῖ τοῦτ' ἔχειν,τὸ δὶς καὶ τρὶς πρὸς τὰ καλὰ ἔχειν ἐστὶν τὸ δεῖν.id est,De quibus & antè meminimus.Cæterùm bene videtur prouerbio dictum,quod egregium sit , id iterum ac tertiò in sermone repeti oportere.Item in Georgia,καὶ δὶς γὰρ τὰ καὶ τρὶς φασὶ καλὰ εἶναι, τὰ καλὰ λεκτέα τρίς.id est, Atqui pulchrũ aiunt,ea quæ pulchra sunt, iterum ac tertiò tum dicere tum considerare.Rursum lib.De legibus sexto, λέγω δὴ καθάπερ ἄρτι νῦν δὴ δὶς γὰρ τὰ καλὰ εἰρῆσθαι, χρὴ δὶς ἀκοῦσαι. id est , Dico autem quemadmodum modò dicebam. nam nihil lædit,quod pulchrum sit,bis dicere. Lucianus in Dipsadibus citans eundem Platonem περὶ, inquit,ἀδὶς τὰ καλά. id est , Nulla facietas rerum honestarum.Omnino ea vis inest rebus egregiis , vt quo sæpius ac pressius inspiciantur,hoc magis placeant. vt ait Horatius in Arte,

-quæ si properas,sies,
Te capiet magis,ac decies repetita placebit.

Vulgaria, sordescũt repetita.

Contrà quæ facta sunt aut vulgaria , nonnunquam mitto arridente nouitate ipsa , mox repetita sordescunt quemadmodum Plinius libro 15. cap. 14. meminit de syluestri quodam pomi genere,quod vuedonem vocat propterea quòd vnum tantùm edi possit. Est enim inhonorum,vt ait:atque hinc nominis ratio.

Vuedo

† Addi potest illud,ὁ δὶς κορίνθιος, *Iouis Corinthius*, in eos qui ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς idem repetunt,Apud Suidam ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς δανεῖ ὁ Διὸς κόκκυξ *Iouis cranbe mors:* de quo & aliquid in sequẽtibus.Ideo Aristophanes Æschylum vellicat, quod bis *idem dixisset,quod & Phauorinus apud Gell.13.cap.28.* Et Battus insimulatus quod eandem cantionem ĩpse centonisset:qua ratione id vitium iterationis Battologię nuncupatum nomine accepimus,hinc etiam ἐπαναλογίαν conflictum verbum. Ouidius certè lepidus poeta Battum quendam ita loquentem inducit.

Montibus,inquit erunt,& erunt sub montibus illæ.

cuius battalogismum imitatus ridiculè Mercurius, ita respondet,

-& me mihi perfide,prodis,
Me mihi prodis ait

Sed & Ouidius ipse hoc vitio laborasse fertur, vt contendit Scaurus apud Senec.controuer.7.28 Quæ quamquam vera sint,quę sunt tamen pulchra,iterũ consulto iteranda , & inculcanda sunt. Vlpianus in 1.4.sed sciendum.D.de Æmilio edicto, putat addes tollendæ dubitationis caussa bis κεῖται τὸ αὐτὸ idem dixisse , nequa dubitatio superesset,

Fratrum inter se ira sunt acerbissimæ 50

Si quando simultas inciderit inter fratres,ea solet esse atrocior quam vulgarium inimicorum. Suppetunt abundè multa ex historicis exempla,Cain & Abel, Romuli & Remi,Iacob & Etau Antonij Seueri imperatoris filij in Getam odium,vsque adeo ĩmane ac pertinax fuit, vt ne morte quidem illius atrocissima potuerit saturari,quin & in omnes illius amicos sęuiret. Qua de re fertur,adagium,idque commemoratur ab Aristotele libro Politicorum septimo,παρὸ οἱ φασκοντες τὸν τῶν ἀδελφῶν ἐπιβουλεύσαντα,θεοὺς τοὺς ἀδελφοὺς ἐπιβουλεύειν. ὅσῳ γὰρ πλείους,μᾶλλον ἐγγὺς τοῦ πάσχειν ἀδίκως,εἰ τοῦτο πράττουσιν,ὅτῳ καὶ πρὸ μιᾶς. id est , A quibus, inquit, deberi beneficium existimant , ab eisdem non solùm fraudari beneficio , sed insuper lædi se putant. Vnde prouerbio dicitur , Acerba enim bella fratrum. Et,Qui supra modum amant , itidem & supra modum oderunt.Hactenus Aristoteles. Huc respexit Euripides in Iphigenia Aulidensi,

Lucas Stabanus

Acerba fratrum bella.

Δεινὸν κασιγνήτοισι νεῖκος
Μάχας θ' ὅταν τοι ξυμπέσωσι ...ειν.

id est,

Res dira,verbum inuicem altercarier,
Ducíque fratres dimicare mutuis,
Siquando lis incidere aut contentio.

Taurum tollet qui vitulum sustulerit. 51

Adagium in fornice natum,vt videtur,sed quod ad vsum verecundiorem commodè torqueri possit , siquando significabimus maiora peccaturum adultum, qui puer vitiis minoribus assueuerit puto natum prouerbium illud,vt posse dicatur taurum tollere , qui vitulum sustulerit. Non absurdum videtur adagium ad Milonis Crotoniatę factum referri , qui quotidie vitulum aliquod iladus gestare solitus,eundem, taurum factum , citra negotium gestasse legitur. Atque ita quadrabit in eos qui paulatim rebus etiam maximis assuescunt.

Milonis Crotoniatæ robur.

† Prouerbij huius originem veriorem repetere par est ex satyrico Petronij Arbitri, cuius hæc verba, sub persona cuiusdam effrontis meretricis: Iunonem meâ iratam habeam, si vnquam meminerim me virginem fuisse. nam & infans cum paribus inquinata fum: & subinde prodeuntibus annis maioribus me pueris applicui, donec ad hanc ætatem peruenit. hinc puto natum prouerbium, vt dicatur posse taurum tollere quæ vitulum sustulerit. hactenus Arbiter. Memini me aliquid supra de tauro, & lasciuo dixisse.

Viuorum oportet meminisse. 52

Viuorum meminisse oportet. Vetus adagium iureos qui plurimum de vita defunctis loquuntur, id quod vulgò putant ominosum, mortuos in ore habere, eósque velut citatos in sermonem adducere. Vnde & M. Varro libro de lingua Latina tertio, putat lethum ἀπὸ τῆς λήθης, id est ab oblitione, dictum, quasi in oblitionẽ abire conueniat qui vita excesserit: atque in funeribus fit quondam à præcone dici solere, Ollus letho datus est. Refertur adagium à Cicerone libro quinto de Finibus bonorum & malorũ, vbi quum Piso, deinde Q. Cicero dixissent se vehementer commoueri recordatione clarorum virorum, ex contemplatione locorum in quibus aliquando viui versati fuissent, & vterque recensuisset quorum memoria potissimum delectaretur: tum Pomponius Atticus, quasi iocans, At ego, inquit, quem vos vt deditum Epicuro insectari soletis, tum multum equidem cum Phædro, (quem vnicè diligo, vt scitis) in Epicuri hortis, quos modò præteribamus: sed veteris proverbij admonitu, viuorum memini, nec tamen Epicuri licet obliuisci, si cupiam: cuius imaginem non modò in tabulis nostri familiares sed etiam in poculis & annulis habent. Hactenus Cicero. Plautus item in Truculento, Dum viuit, hominẽ noueris: dum mortuus est, quiescas. At nunc vulgus ne beneficium quidem amicorum meminit, quum Thaletis dictum iure celebretur, Oportere non minus absentium amicorum quàm præsentium memores esse.

Lethum vnde dictum, &c.

Dum viuit, hominem noueris.

† Ita sobriè mortui laudandi sunt, detracta omni simulatione, aut etiam superstitione, vel liuore malo potius, qui nihil laudãt, nisi quod Libitina sacrarit, ne viuis fiat iniuria, quorum industria vel est æquanda veterum virtutibus, vel non ita parùo habenda numero. Plin. epist. 6. l. b. 6. queritur plerosque eo esse ingenio vt non nisi viuentes reuereantur. Idem lib. 7. epist. 31. plerique defunctorum hactenus meminerũt vt probentur.

Cum larua lucrari. 53

Cum larua lucrari dicuntur ij qui vita defunctos insectantur maledictis. qua re nihil esse potest indignius ingenuo viro. Suidas Aristophanem citat, qui scripserit.

κωὺς κωὺ' ὦ βέλτιστ' Ἑρμᾶ.

Νικᾷς γὰρ ἤδη τὸν Κλέωνα σκώμμασι. id est, Compesce compesce here Mercuri. mortuo enim Cleoni conuiciatus est. Lucianus in Sectis, Σκιαμαχοῦσι νεκροῖς ὑμεῖς ἔοικατε. id est, Vmbratilem pugnam aduersus nos ablentes pugnant. Sentit autem de mortuis & absentibus. Meminit huius Plinius in præfatione historiæ mundi, ad hũc modum, Nec Plancus illepidè, qui, quum diceretur Asinius Pollio orationes in eũm parare, quæ ab ipso aut liberis post mortem Planci ederentur, ne respondere posset, Cum mortuis nonnisi laruas luctari. Quo dicto sic repercussit illos, vt apud eruditos nihil impudentius videretur. Aristoteles in Rhetoricis citat Platonem ex Politia, qui scripserit, eos qui mortuos allatrarent, videri similes catellis, qui lapides iactos morderent, ipsos qui læsissent non attingerent.

Canes in lapidem iactum fauentes.

Iugulare mortuos. 54

Huic simile videtur Iugulare mortuos, pro eo quod est, insectari defunctos, & pugnare cum iis qui iam extincti sint: Transfertum à bellis, in quibus ignauum ac ridiculum sit, prostratos atque interfectos iugulare: rursus cum viuis cõgredi, fortè. Refertur à Laertio in Menedemo. Is Bionem, quum diuinos studiosè insectaretur, ait iugulare mortuos, nimirum iam explosos, & omnium sententia reprobatos. Aristophan. ἐν ὄρνισι scripsit τὸν τεθνεῶτα κωκύειν, id est, defunctos occidere. Fiet lepidior metaphora, si paulo longius detorqueatur. Vt siquis dicat eum iugulare mortuos, qui librum impugnet à nullo non damnatum: aut disputet aduersus sententiam, omnium suffragiis iam olim receptã. aut siquis vituperet rem omnibus per se detestatã.

Vsus adagij lepidior.

† Cic. Philip. vndecima, de immani crudelitate Dolabellæ in Treborij: Dolabella, inquis, tam immemor fuit humanitatis, quanquam eius nunquam particeps fuerat, vt suam insatiabilem crudelitatem exercuerit non solùm in viuos, sed etiam in mortuos, ac in eius corpore lacerãdo, atque vexando, cùm animum saturare non posset, oculos pauerit suos, Spartian. in Seuero. Seuerorum qui in bello erant interfecti, cadauera dissipari iussit, deinde Albini abscisso corpore, pœnæ feminecis caput ablendi iussit, Romamque deferri. Victus est Albinus die 11. Kal. Martij, reliquum autem cadauer eius ante domum eius propriã exponi ac diuidi iussit. equum præterea ipse residens supra cadauer Albini egit, expauescentemque admouit vt efferatus audacter proterreret. Addunt alij quòd idem cadauer in Rhodanum abiici præceperit, simul etiam vxoris, liberorúmque eius.

Cygnea cantio. 55

Κύκνου ἄσμα, id est, Cygnea cantilena. Refertur inter Græcanica prouerbia. Notatur & ab Ælian. in opere De natura animalium, prouerbij vice. Conuenit in eos qui supremo vitæ tempore facundè disserunt, aut extrema senecta suauiter quentius scribunt. id quod fere soleat accidere scriptoribus, vt postrema quæque minimè sint acerba, maximéque mellita: videlicet per ætatem maturescente eloquentia. Porrò cygnos instante morte, mirandos quosdam cantus edere, tum omnium literis est celebratum quam nulli vel compertum, vel creditum. Nam Lucianus negat se vel vidisse cygnos, quũ Padoo flumine nauigaret. Ælianus addit cygnos, non canere, nisi flante Zephyro vento, quem Latini Fauonium dicunt. Martialis,

Dulcia deducta modulatur carmina lingua
Cantator cygnus, mortua ipse fui.

Neque desunt physiologi qui huius rei causam etiam addere conantur, ipsi ita tamen id accidere propter spiritus per collum procerum & angustum erumpere laborantes. Diuus Hieronymus in quodam laudans senem eloquentiam, commemoratis aliquot scriptoribus, Hi omnes, inquit, nescio quid cygneum vicina morte cecinerunt. Idem in epitaphio Nepotiani, Vbi est ille ὑμνῳδὸς noster, & cygneo canore vox dulcior? Nos item in Epigrammate quodam, quod olim ex tempore lusimus, ad nunquam satis laudatum studiosum omnium mecœnatem, Gulielmum Archiepiscopum Cantuariensem,

Vates videbis exortis candidos,
Adeo canoros atque vocaliores vt
In alta fundant altra cygneum melos,
Quod ipse & alius posterorum exaudiat.

Cur Cygnus canat iuxtam mortis proximus.

Meminit adagij & Athenæus libro Dipnos. 14. ex autore Chij: ppo. referẽs quendam adeo impensè delectatum fuisse dicterijs, vt quum esset à carnifice trucidandus, dixerit se velle mori decantata cygnea cantione, sentiens, opinor, dictum aliquod falsum quod simulatque proloquutus esset, non cunctaretur emori. M. Tullius præfatus in librum De oratore tertium, de L. Crasso ita loquitur, Illa tanquam cygnea fuit diuina hominis vox & oratio: quam quasi expectantes, post eius interitum veniebamus in curiam, vt vestigium illud ipsum, in quo ille postremùm institisset, contueremur.

† Platonis pulcher est in Ichædone locus, ὅτι ἐγὼ τὸν αὐτὸν δοῦλον ἑαυτοῦ καὶ ὑμῶν νομίζω εἶναι τοῦτον τὸν μαντικὸν τῶν κύκνων ἄδοντας, ὅτι δὶ ἔρωτα τοῦ θεοῦ ἅπερ ἐκεῖνοι ᾄδουσιν, ἡγοῦμαι καὶ οὗτος χρησμῳδὸς ὢν καὶ ἐπαΐων ἄδων μετὰ τοῦτο, ὅτι μάλιστα ἄξιός ἐστι τεθνάναι, καὶ ἐπὶ τοῦτο ἐκδημεῖ. Vt videtur ad diuinandum videor vobis esse cygnis deterior. illi quidem cùm se breui morituros agnoscunt, tum magis & dulcius modulantur quàm antea consueuerint, & quòd ad deum, cuius erant famuli, tum sunt migraturi, congratulantur. Ælian. locus qui ab Erasmo citatus est ποικίλης ἱστορίας primo.

Maro Æneid. 10.

Nãmque ferunt mœsto Cygnum Phaetontis amati
Populeas inter frondes, umbramque sororum,
Dum canit & mœstam Musa solatur amorem
Canentem multiplicat dum ad sidera vocem,
Linquentem terras, & sidera voce sequentem.

Eodem lib.

Nomen te Ligurum ductor fortissime bello
Transferim, Cycne, & pennas comitate cupano,

Cuius

Cui ex ore fluxit de vertice penna.

Nestoreæ eloquentiæ. 56

Consimilem ad modum Nestoris Pyliorum ducis facundia in prouerbium abiit, siquando senilem suauiloquentiam significamus. Nam huic Homerus vt tria secula, ita plus quam mellitam quandam facundiam affingit. Sic enim ait in Iliados α,

—τῶν δὲ Νέστωρ
Ἡδυεπὴς ἀνόρουσε λιγὺς Πυλίων ἀγορητὴς
Τοῦ καὶ ἀπὸ στομάτων μελιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή. id est,
Post eos assurgit Pylius dux ille disertus
Nestor, cuius ab ore fluit vox mente loquenti
Dulcior.

Quem locum imitatus Theocritus, authore Plutarcho, scripsit in Bucolicis,

Οὐδ' ἁμὶ οἱ Πυλιὰς μετὰ τῶν γήραος χρὼς νέαλφος. id est,
Propterea quòd ita ex tuis prædulce camœna
Influis nectar.

Huc spectat & Horatianum illud, 2. Epist. 2.

—*fidus enim manare poetica mella*
Te solum.

† Mirum mihi ab Erasmo prætermissum Tullij locum ex dialogo de Senectute: Videtis vt apud Homerum Nestor de virtutibus suis prædicet: tertiam enim iam ætatem hominum agebat: nec erat ei verendum ne vera prædicans de se nimis videretur aut insolens, aut loquax. Etenim, vt ait Homerus, ex eius lingua melle dulcior fluebat oratio.

Lepos Atticus. Eloquentia Attica. 57

Inter reliquos Græciæ populos, lepos quidam & festiuitas quasi vernacula ac peculiaris adest Atticis: adeo vt & in prouerbium abierit, Atticus lepos, Attica eloquentia, pro summa. Terentius in Eunucho, Dixin' in hoc Atticam esse eloquentiam? Quum insulsum atque inuenustum militem rideret. Diuus Hieronymus ad Pammachium, Iouianum, vt opinor, irridens, Hæc, inquit, Plautina eloquentia, hic lepos Atticus, & Musarum, vt dicitur, eloquio comparandus. Quanquam illud de Musarum eloquio ad M. Varronis elogium de Plauto celebratum respicit, qui dixit; Musas ipsas, si Latinè loqui voluissent, Plautino ore fuisse locuturas. Huc alluſit & Lucianus in libello De mercede seruientibus; ἐμοὶ δὲ τὸ ἀκριβὲς οὐκ ἐπιστήσεται πόλυμνις, οὐδ' ὁ τῆς Ἀττικῆς ἐν Ὑμηττῷ, id est, Quòd siquando quid etiam rusticè dixeriot, hoc ipsum merè Atticum atque ab Hymetto profectum videri volunt. Est autem Hymettus mons Atticæ, mellificio nobilis. vnde & mel Atticum, & Hymettia mella, quæ præcipua fuisse testatur & Martialis in Xenijs,

Hoc tibi Theseæ populatrix misit Hymetti
Pallados apyum nobile nectar apis.

† Plinius Cæcilius epist. 4. in 3. Antonino: Non mediusfidius ipsas Athenas tam Atticas dixerim. Color est quem Rhetores ἀξίωσιν nominant: nisi quis ad differentiam dictum putet. Ex Stephano enim liquet vrbes tex Athenarum vocabulo fuisse nuncupatas. ex quo Plaut. Epidico: Fateor me esse omnium hominũ Athenis Atticis minimè precij. Apollinaris epitol. 3. l. b. 4. Arbitror me nec Athenæ, sic Atticę dicebantur. Confirmat hanc opinionem cap. 1. Macrob. Sic sic apud Athenas Atticas Areę pagitæ tacentes iudicant, ita inter epulas licere oportet.

Hiantes eloquentiæ.
M. Varr. elogium de Plauto.
Hymettus.

Mandrabuli mere res succedit. 58

Ἐπὶ Μανδραβούλου χωρεῖ τὰ πράγματα, id est, Res Mandrabuli ordine succedit. hoc est, in dies in peius labitur. Inde natum, quòd Mandrabulus quidam, quum thesaurum reperisset, primùm aureum, quem posuit Iunoni Samiæ, proximo anno argenteam, tertio æream. Lucianus De mercede seruientibus; Ἀλλὰ χαίρων γε, καὶ ἀεὶ ἐπ' ἀμείνοσι τοῖς ἐλπίσι τὸν νοῦν ἔχων, ἐπὶ Μανδραβούλου χωρεῖ τὰ πράγματα, καὶ ἐκείνῳ, ὡς ἔοικε, μόνῳ τῶν ἀνθρώπων ἐξ ἀεὶ τὰ χείρω ἐπὶ τὰ βέλτιω μετέβαλλεν. id est, Tu tamen vtcunque gaudes, tibique ipsi imponis, semperque credis meliora futura quæ sequentur: atqui id contrà quàm speraras euenit, planèque, iuxta prouerbium, ad morem Mandrabuli tibi negotium procedit, dum in singulos, vt ita dixerim, dies sit minus ac deterius, atque in tergum retrocedit. Alciphron in epistola quadam, Καὶ ἐγὼ νῦν παρείκασα ὅτι τὰ Μανδραβούλου χωρεῖ τὰ πράγματα, id est, Iuxtaque prouerbium, ad exêplum Mandrabuli res succedunt. Non intempestiuiter itaque dicitur in eos, qui in deterius abeunt. Quemadmodum Menedemus apud Plutarchum, permultos Athenas venire studij causa, principio sapientes, deinde philosophos, postea rhetoras, postremò idiotas euadere. Nec alienum fuerit hic nobilem illam Platonis sententiam adscribere, ex libro De legibus primo, κράτιστον αὐτὸν, πασῶν νικῶν πρώτην καὶ ἀρίστην· δεύτερα δὲ αὖ τοῦτου ἡττᾶσθαι, κάκιστον δὲ ἄρχειν τὰ ἄμα καὶ κακόν. id est, Si quis ipse seipsum vincat, omnium victoriarum tum prima tum optima est. rursum ipsum seipso inferiorem esse, omnium & turpissimum est & grauissimũ. Vincit enim seipsum qui proficit in melius: at seipso inferiorem euadere, est deteriorem reddi.

† Sic Menedemus quidem Eretriensis dictitabat, eos qui studiorum causa se Athenas conferrent. primo quidẽ anno fieri sapientes, altero philosophos, postea rhetoras, progressuque tẽporis euadere impertos. Nostri plerique, qui nullam iocandi occasionem non captant, ferè idem pronuntiant de permutis, qui curriculum ingressi facultatum superiorum, quas appellant, primo anno eos fieri aiunt Baccalaureos, secundo Licentiatos: tertio Doctores: quarto nihil.

Maturè fias senex. 59

Maturè fias senex, si diu velis esse senex. Latinorum prouerbium, quo monemur vt integra adhuc ætate desistamus à laboribus iuuenilibus, ac valetudinis curam agere incipiamus, si velimus esse viuaci ac diuturna senecta. Nam senectutis sors otium & quies. Vtitur ea Catone maiore apud Ciceronem, Neque enim, inquit, vaquam assensus sum veteri illi laudatoque prouerbio, quod monet maturè fieri senem, si diu senex esse velis. Hoc quanquam Catoni non probatur homini duro, quique sibi nec extrema senecta remittendis laboribus indulserit: tamen audiendum nobis, maximè si de vitijs iuuentæ sentias: puta libidine, ebrietate, turbulentia vitæ. quæ nisi quis mature reliquerit, aut nunquam perueniet ad senectam; aut breuem habiturus est senectam.

Senectutis otia & quies.

Senis doctor. 60

Γέρων διδάσκαλος, id est, Senis doctor. Citatur sæpiusculè titulus hic a Nonio Marcello, inter titulos fabularum Varronis: quem dubium nõ est prouerbialem esse, sicuti sunt alij plerique. Conuenit in eum qui in re sera atque intempestiua frustra sumit operam. Siquidem vt est iuuenta docilis, atque in quemuis habitum sequax: ita senecta intractabilis, tarda atque obliuiosa. Proinde Theognis,

Μή μοι διδάσκε, ὅστις οὐκέτι τῶν μαθῶν. id est,
Ne doceas me, qui iam sum indoctus.

Euripides in Bellerophonte,

Γέρων γέροντα παιδεύσεις σὺ δή. id est,
Senem senex & ipse te tradueto.

Iuuentus docilis, tarda senectus.

Atque hic quidem versus inuẽtus est in Sophoclis Philoctetæ, quem celebremi ac prouerbialem fuisse testatur Gellius libro Noctium decimo tertio. Varro titulum suum sumpsisse videtur ex Euthydemo Platonis, vbi Socrates narrat Connum præceptorem suum, à quo senex fidibus canere didicit, ludibrij causa à pueris vocatum fuisse γέρων διδάσκαλος. Ad hanc sententiam pertinet quod dixisse ferunt Diogenem, τεθνεῶτα ἰατρεύειν καὶ γέροντα νουθετεῖν, ἴσον εἶναι, id est, Mortuo mederi, & Senem admonere, idem esse. Quanquam mutanda est sententia, quæ senes deterret à discendis iis quæ nescire turpe est.

Connus docuit Socratem fidibus.

† Multa Tiraquellus, de iure primogeniorum præfatione, num. 22. & seqq. aliquot, quò pertinet & prouerbium aliud, Senex puttanus fenulam negligit, &, Senis mutare linguam.

Senis mutare linguam. 61

Cùm ad omnem disciplinam tardior est senectus, tum potissimum ad discendam linguam: quæ facilitas maximè pueris a natura data est. Quapropter etiam vulgo compertissimum, pueros facilè quamuis exprimere linguam: contrà natu grandiores, aut non aliequi, aut parum feliciter imitari. Inde prouerbium, Senis mutare linguam de frustra atque intempestiue laborãtibus. Diuus Hieronymus præloquens in quatuor Euangelia, Prius (inquit) laborẽ, sed periculosa præsumptio, iudicare de exteris, ipsum ab omnibus iudicandum: senis mutare linguã, & canescentem mundum ad initia reuoca-

Adulta ætas minus tractabilis.

here paruulorum. Quo significatur adultam ætatem ad omnia minus esse tractabilem esse, quàm rudes illos ac teneros annos. id quod eleganti metaphora dictum est à Nasone,

Quæ præbet latas arbor spatiantibus umbras,
Quo posita est primum tempore, virga fuit.
Tunc poterat manibus summa tellure reuelli,
Nunc stat, in immensum viribus aucta suis.

Quare tunc formandi mores, quum mollis adhuc ætas: tunc optimis assuescendum, quum ad quiduis cereum est ingenium. Nam posteaquam annis iam ceu diriguit animus, & vix dediscimus quæ perperam didicimus, & quæ nescimus, non sine maximo negotio nobis inculcantur. Neque hæc dixerim vt adultiores à discèdo deterream (cùm nulla sit ætas ad discendum sera) sed vt pueros ad discendi studium acuam. Ne hoc quidem

Senex psittacus negligit ferulam.

prætermittendum, quanquam vulgo iactatum, Senex psittacus negligit ferulam. Adagij sensus tametsi per se non est obscurus, tamen magis liquebit ex Apulei verbis, quæ sunt in libro Floridorum secundo, de psittaco, Quæ rusticum nostrum sermonem cogitur æmulari, ferrea clauicula caput tunditur, imperium magistri vt præsentiscat. Hæc ferula discenti est. Discit autem statim pullus vsque ad duos ætatis suæ annos, dum facilè os vti conformetur, dum tenera lingua vti conuibretur. senex autem captus, & indocilis est & obliuiosus. Hactenus Apuleius. Indicat & Plinius libri decimi capite quadragesimo secundo, miram esse docilitatem huic aui, verùm nonnisi primis duobus vitæ annis. His finitimum est quod vulgo quidem, attamen haudquaquam ineleganter dicitur, Serum esse canes vetulos loris assuefacere.

Cascus cascam ducit. 62

Neque longè hinc dissidet illud quod Varro refert libro de lingua Latina tertio, Cascus cascam ducit: quoties similis similem delectat, vetulus vetulam, deformis deformem, barbarus barbarum, improbus improbum. Nam antiquitus cascum dicebatur quod nos vetus appellamus: idque, vt autor est idem Varro, lingua Sabinorum, quæ in oscam vsque linguam radices egerit, qua Casnar senex dicitur: eoque Ennium, vt Oscæ linguæ peritum, scripsisse,

Quam primum casci populi gemuere Latini.

Cascos Latinos, priscos appellat Marcus Tullius Tusculanarum quæstionum lib. 1. Itaque vnum illud erat institum priscis illis, quos appellat cascos Ennius. Citat autem Varro adagium, tanquam a Manilio quodam profectum, qui dixerit non esse mirum si cascum casca duxisset, quoniam is canoras faciebat nuptias. Videtur esse iocus in anum vetulo nuptam, allutúmque ad vocem casci, perinde quasi deducatur à canendo. Refertur ibidem epigramma Papinij cuiusdam, quod scripsit in adolescentem nomine Cascam.

Ridiculum est quum te Cascam tua casta dicit.

Opinor adolescentem duxisse vetulam, proinde absurdum videri, quoties casca, id est vetula, maritum inuenem, veluti suo ipsius nomine Cascam vocaret. Fortasse prouerbij iocus ad priscum nuptiarum morem spectat, quem refert Plutarchus in Problematis: Qui deducebant sponsam in domum sponsi, iubebant his verbis alloqui, Vbi tu Caius, ego Caia.

† Aliquid & doctus vir Turaquellus, de legib. connubialibus. l. 5. glos. 1. parte 5. ex quo alia petas, per me licet.

Δὶς ἐφ' πασῶν. 63

Δὶς ἐφ' πασῶν, id est, Bis per omnia. Hoc prouerbio discrimen ingens ac longissimum interuallum significabant. Vnde quæ pugnantissima inter sese viderentur, totóque dissidere genere, ea *δὶς ἐφ' πασῶν* inter se discrepare dicebat. Lucian. in lib. De conscribenda historia, Καὶ τὸ μουσικὸν δὴ τοῦτο, *δὶς ἐφ' πασῶν* δοκεῖ φασὶν ἄλλοις, hoc est, Denique iuxta musicorum prouerbium, *δὶς ἐφ' πασῶν* interuallo sese mutuo respiciunt. Idem in Apologia, Ἀλλὰ μὰ οὐκ ἔστιν ὁπόπτου, ὡς πάμπολυ τὸ παῦλα διαφέρει ἐς εἶναι τινὰς πλανᾶν ὑπομένον παρελθόντα δουλεύειν, ἢ αὐχεῖν ὅσα μοι φασὶ τὸ βιβλίον, ἢ δημοσίᾳ φράττειν τὸ πανοῦν, ἢ ἐς δικαίων πολιτεύεσθαι, δὶς πάντων ὅσῳ διαφέρειν μακροτέρων. διὰ τοῦτ' δὲ ἢ ἰδία καὶ δὶς ἐπάντων σκέπτεσθαι. διὰ τοῦτ' γὰρ τὸ μὴ μετασχεῖν δὲ τῶν δὶς ἐφ' πασῶν τὸ σῶμα, ἢ πονεῖν ἐπιπόνως ἀλλ' ἀλλ' τοῦ βίους ὅσον μάλιστα ἐφ' ἀργίᾳ ἢ χαλαρᾷ χρωτῷ, ἢ αἰτιᾶσθαι ἰδίᾳ, ἢ ἀδρόπτου πόνους. μισῶ μὲν γὰρ δὴ καὶ ταῦτα, ἢ τὸ ἐπ' ἀλλῳ πόνεσθαι. τὸ δὲ ἐφ' ἑαυτοῦ ταὐτόν ἐστι ἢ τῷ δὶς ἐφ' πασῶν. id est, Quin illud mihi iam confidera, quam maximo hæc inter se esse discrimine distare, videlicet in opulenti cuiuspiam ædes adscriptum, seruire seruitutem, & ea omnia perferre quæ libellus ille meus commemorat: & publicè populi negotium gerentem, ac pro virili Rempublicam administrantem, hoc nomine ab imperatore latarium accipere. Age, perpende hæc, & vtrunque per se priuatimque contemplare. Reperies nimirum, iuxta illud musicorũ proueribiũ *δὶς ἐφ' πασῶν*; negotio discrimen inesse: & has duas vitę rationes tantùm inter se conuenire, quantum affinitatis est plumbo cum argento, æri cum auro, anemonæ cum rosa, homini cum simia. Nam merces quidem accipitur & illic, quemadmodum hic quoque, & vtrobique contingit vt alij subiectus pareas: cæterùm ipsius negotij non mediocris est dissonantia. Hactenus Lucianus. Adagium, vt is etiam indicauit, ex arte musica mutuò sumptum est. Nam Macrobius commentario in Somnium Scipionis secundo, quinque species harmoniarum commemorat, *δι' ὀξειῶν, δι' ὀξειῶν, δι' πασῶν, δι' πασῶν ἐν δι' ὀξειῶν*, & *δὶς ἐφ' πασῶν*. Ex compositis harmonijs *δι' ὀξειῶν* & *δι' ὀξειῶν* constituitur *δι' πασῶν*, cui nominis hoc inditum est, quòd absolutam reddat symphoniam. vt mihi videatur huc etiam illud respicere prouerbium quod alio loco commemorabimus, *ἄπαντ' ἐπὶ πᾶσι*. Similiter Plutarchus, & quicunque veterum, vel apud Græcos, vel apud Latinos, de musicæ disciplina conscripserunt, harmoniarum metam figunt in ea quæ vocatur *δὶς ἐφ' πασῶν*. Boetius item libro De musica primo, tradit antiquitus harmonicam rationem heptachordo duntaxat constitisse, hoc est, fidibus septem: quarum ima *ὑπάτη* dicebatur, summa *νήτη*. Deinde alias chordas adiicientibus aliis, ita creuit vocum numerus, vt ad duplicatum heptachordum perueniretur. Atque hic progrediendi finis futurus videbatur, nisi quòd ipsa symphoniarum ratio *μέση* illam, quæ in heptachordo locum nomini congruentem obtinuerat, & vtroque ad extremam relata chordam, harmoniam *δι' ὀξειῶν* edebat, desiderare videretur. Hac igitur adiecta, & in suum immissa locum, ad quindecim chordas peruentum est. quarum extremam alteram, *ὑπερυπερβολαίαν* dixere, alteram *νήτην ὑπερβολαίων*. Ita fit vt *μέση* vtroque relata, reddat harmoniam *δι' πασῶν*: rursum extremarum vtralibet ad *μέσην* relata, eandem constituat harmoniam. Portò summa relata ad imam, symphoniam reddat quam vocant *δὶς ἐφ' πασῶν*, propterea quòd hac qua dixi ratione, bis complectatur eam harmoniam cui nomen *δι' πασῶν*. Quoniam autè hac fini constitit harmonica ratio, nec vlterius procedere licuit, tractum est in popularem sermonem, vt quæ longissimo discrimine inter se dissita essent, ea *δὶς ἐφ' πασῶν* distare dicerent: perinde quasi dicas adeo seiuncta, vt magis seiungi non queant. Cui simillimum illud, *ἐκ διαμέτρου*, id est, ex diametro. Verùm quoniam velut imprudentes, nostrique penè dixerim obliti, paulò altius musicam ingressi sumus, quàm operis instituti ratio postulabat: libet obiter & illud subnectere, quod equidem arbitror nec admodum vulgo cognitum, nec iniucundum scitu fore. Etenim quum hæc meis illinerem commentariis, forte fortuna superuenit Ambrosius Leo Nolanus, philosophus huius tempestatis eximius, & in penitiorĩdis disciplinarum mysterijs, incredibili quadam diligentia solertiáque præditus: neque verò mediocriter exercitatus euoluendis & excutiẽdis vtriusque linguæ scriptoribus. Is igitur posteaquam scribentibus nobis interuenisset, recitatis iis quæ iam scripseram, Vereor, inquam, Ambrosi, ne vulgus hoc musicorum huic adagio nostro, *δὶς ἐφ' πασῶν*, negotium faceſſat obstrepátque, ac prorsum *δὶς ἐφ' πασῶν* a mea discrepet sententia: quippe qui non dubitarint harmoniarum limitem vel ad vigesimum vocis gradum proferre. Quare tu problematum author, & musices non modò scientissimus, verumetiã peritissimus, hoc mihi paucis, nisi molestum est, expedias velim: quam ob causam antiquitas tantopere metuerit vltra decimam quintam chordam vel cantillum progredi, vt etiam prouerbio res ea celebrata fuerit: aut qui factũ sit vt hi neoterici non vereantur tãto spatio symphoniarum proferre pomœria, præteritisque veterum metis, & quemadmodum dici consueuit, *ἐπὶ τὰ ἑπτακαιδέκατα πλέοντες*, non vereantur etiam ad vigesimam chordam procedere. Ad quæ ille familiares

Δὶς ἐφ' πασῶν.

Vnde ductum id prouerbij.

Harmonia δὶς ἐφ' πασῶν.

ὑπάτη, νήτη.

μέση.

Harmonia δὶς ἐφ' πασῶν.

Bis per omnia.

Ambrosius Leo Nolanus.

Vltra decimamquintam chordã progredi metuit antiquitas.

liariter arridens, Næ tu, inquit, homo es, plus satis diligens, vt quem hoc quoque solicitum habeat, quid cantorum παροιμίαι de tuis sentiant adagiis. quanquam ad propellendas musicorũ calumnias vnus ille sat erat clypeus, te vetus adagium referre. Id vtique conueniebat cum veterum musicorum, à quibus ductum est, ratione quadrare. Veruntamen vt tibi magis quàm illis faciam satis, quid ego super hac re vel obtenuarim vel sentiam, paucis accipe. Principio quę res commouerit recentiores musicos, vt antiquitatis limites præterierint, ipsi sanè viderint. At equidem duplicè video causam quamobrem antiquitas in δὶ ὀξειῶν consistendum duxerit. Primùm quod ipsa natura videatur hîc symphoniarum veluti metam præfixisse, quippe quæ modũ hunc humanæ tribuerit voci, vt ad decimumquintum modo gradum intendatur. vltra quem si quis conetur progredi, non iam illa vox genuina, sed coacta, factitiaque, & gannitus magis quàm vox videatur. Rursus si altius nitaris eam deprimere, protinus à ratione vocis in screatum quempiam degeneret. Proinde cùm vbique conueniat artem, quoad licet, naturæ respondere, non abs re mihi videtur veteres iisdem cancellis circunscripsisse rationem artis, quibus natura vocem humanam circunscripserat. Satis erat ad persuadendum hæc, opinor, causa: quanquam altera magis vrget. Ea est huiusmodi, scis esse apud Boetium lib. de musica 4. harmoniam musices, non ratione tantùm, verùm & sensu perpendi oportere. Quapropter Ptolemæus apud hunc, quo dixi libro, Pythagoricorum quorundam sententiam reiecit, qui in iudicandis harmoniis plurimum tribuerint rationi numerorum sensui: cùm diceret sensum semina modò quædam cognitionis ministrare, at ratione perfectã constare scientiam. Rursum Aristoxeni refellit opinionem, qui plus satis tribuerit sensibus, perpusillum autè rationi. cùm musicam hanc nostram ita temperatam esse oporteat, vt neque sensui ratio refragetur, neque sensus rationi reclamet. Neque dissentit à Ptolemæo Aristoteles secundo Physicorum libro, negans musicam merè mathematicam esse, sed partim ratione, partim sensibus cõstare. quod fieri nequaquam posset, si semel vltra decimamquintam intentionem, hoc est δὶ ὀξειῶν processum fuerit. Nihil autem vetat ratio quominus vel ad millesimum vsque tonum progrediare, recurrentibus subinde videlicet iisdem harmoniis, quas complectitur δὶ ὀξειῶν. Neque secus hîc procedere liceat quam fit in numeris arithmetices, vbi non aliter agnoscitur ἡμόλιον, in duodecim millibus & octo millibus, quàm in quatuor & sex. Cæterùm harmoniæ sensus vltra decimamquintam vocem velut euanescit, tamque non magnopere refert quæ sit harmoniæ ratio quàm non approbat sensus, & ideo non approbat sensus, quia non euidenter percipit: Porrò quo minus percipiat, interuallum æquo longius in cauta est Rationis vis in immẽsum se porrigit: at è diuerso sensus corporis admodum angustis limitibus cohibetur. Quod enim accidit in oculorum sensu, vt si longius æquo semota sint ea in quæ fertur videndi vis, obtundatur ac deficiat visus, eóque magis deficiat quo maiore distent interuallo: id multo magis accidit aurium sensui, quippe minus agili quàm oculorum. Iam verò quod vsu venit sensibus in percipiendis iis quæ obiiciuntur, idem vsu venit animo per sensum diiudicanti. Si colorem colori propius admoueas, &, quemadmodum Græci dicunt, παροφύρας πρὸς παροφύρας, nónne protinus dignoscit ex collatione sensus, quantum alter ab altero discrepet, aut alter cum altero cõueniat? Itidem si vocem voci vicinam auribus exhibeas, incunctanter diiudicant quæ sit alterius cum altera vel concordia vel discordia: sin plus iusto dissitas interuallo, mox incipit anceps esse iudicium. Porrò quemadmodum citius hebetatur aurium sensus quam oculorum, itidem citius obtunditur illarum quàm horum iudicium: propterea quòd altera res ex altera pendeat. Id ita esse, non est cur pluribus argumentis confirmem, cùm protinus ipsum experimentum fidem vnicuique facere possit. Pulsa chordam quampiam in organo, simúlque tange quæ sit ab hac octaua. statim rationi suffragans sensus, plenè percipiet harmoniam, & absolutissimam esse suo quoque comprobabit calculo. Rursum pulsata quapiam, simul moue aliam quæ sit ab illa decimaquinta, statim & percipiet & approbabit sensus symphoniam agnoscens eam quam paulo ante senserat in δὶ ὀξειῶν. At verò si tacta ima, moueris ab hac decimamnonam, nihil quidem obstrepit ratio quominus sit harmonia, quæ fuerat in δὶ ὀξειῶν cum δὶ ὑπατῶν, verùm auris, acceptis vocibus, non perinde percipit harmoniæ rationem. Quòd nisi sensus certos quosdam terminos haberet, intra quos certum illius & exploratum iudicium sepiretur, nihil te vetuerit, si libeat, vel vsque ad χαμαίτυπας δὶ ὑπατῶν symphoniam procedere. Neque enim ratio quicquam offenditur numero, modò eandẽ agnoscat analogiam. Verùm corporis sensibus natura suos quosdam limites præscripsit, vltra quos progressi, sensim iam incipiunt quasi caligare hallucinarique, neque iam certò, sicuti solent, sed seu per nebulam (vt aiunt) ac per somnium iudicare. Non conueniebat autem vt, cuius incertum esset iudicium, id ad artis præcepta traheretur. At quoniam vltra decimumquintũ vocis gradum veteres intellexerunt euanescere iudicium aurium, ibi metam harmoniarum figendam esse iudicarunt: ne meritò quis illud tuum adagium obiicere posset, ἀφανὴς μουσικὴ ἀδὴν ὄφελος, id est, Occultæ musices nulla est vtilitas. Iam igitur neoterici, qui contra veterum authoritatem, vltra summam chordam παράχορδον adiicere, ad imam item adiecta vna, non perinde flagitium fecissent si in decimanona chorda terminassent harmoniarum progressum: propterea quòd hæc ima ad summam relata, si non auribus, certè rationi perfectam symphoniam repræsentat. Atqui in vigesima neque sensus est harmoniæ, neque harmonia perfecta. Quare nihil est, Ioannes, quòd ad. gio tuo vllam metuas calumniam. Hæc cùm mihi tum argutè, tum admodum probabiliter ab Ambrosio meo dicta viderentur, nec ea quidem admodum aliena à prouerbij ratione: libuit his meis recubationibus adiungere futurum auctarium, haudquaquam, vt arbitror, ingratum lectori non omnia fastidioso.

art, natura imitatrix esse dicit.

ἡμόλιον.

Citiùs hebetantur aures quam oculi.

Vbi timor, ibi & pudor. 64

ὅπου δὲ φόβος, ἔνεστι καὶ αἰδώς. id est, Vbi timor, ibi & pudor. Prouerbialis sententia, quæ hodiéque vulgo manet, cui similis illa Terentiana, Omnes deteriores sumus licentia. Et maxima pars hominum formidine fustis à malefactis temperat Plato libro De legibus quinto, Ἡ δὲ ἀδεὴς ἀναισχυντίας ἔκγονος, id est, Audacia verò parit impudentiam. ἀδέα autem vocant, quum abest metus. Item in Euthyphrone citat ex poeta quopiam: est enim hemistichion carminis heroici,

—ἔνθα γὰρ δέος, ἔνθα καὶ αἰδώς. id est,

—*vbi enim timor, ibi & pudor.*

Suidas indicat esse Epicharmi.

† Apuleius libro 10. Caussa omnis & origo præsentis doloris & est medela ipsa, & salus vnica mihi tute ipse es. Ipsi enim tui oculi per meos oculos ad intima delapsi præcordia meis medullis acerrimũ commouent incendium. Plato amoris vulnera radios esse quosdam ait tenuissimos, qui ex intimo cordis expirant, vbi vitalis sanguis dulcissimus & calidissimus sedem habet, viáque sibi per oculos patefacta subinde per amãtis oculos delapsi ad intimum cor eius penetrant. Seneca de remediis fortuitorum: Non intelligis partem felicitatis esse eçcitatẽ: huic oculi adulterium monstrãt, huic incestũ: huic domum quam concupiscat: huic vxorem, & mala omnia. Sed non discedo à poetis, rerum amatoriarum mirus artificibus: nec enim Ouid. epist. Acontii ad Cydippen:

Hoc faciunt flaui crines, & eburnea cervix.

Idem de Lucretia 2. Fastor.

Forma placet, nitidique color, & flauus capilli,
Quodque aderat nulla factus ab arte color.

Idem Metam 7.

Vt vidit iuuenem, specie præsignis inani sit.

In Terentiano Eunucho, Phędra suum amorem in Thaidem hîc apertè fatetur:

Totus Parmeno, treno, horreo, postquam aspexi hanc.

Foras Cares, non amplius anthisteria. 65

Θύραζε κᾶρες, οὐκέτ' ἀνθιστήρια. id est,

Cares foras: peracta enim anthisteria.

Dici consueuit vbi quis semper eadem sibi sperat commoda, aut idem semper licitum fore credit quod aliquando pro temporis ratione fuerit permissum. Veluti si quis semel expertus cuiuspiam liberalitatem, subinde redeat, aliquid muneris petens aut quum pueri permissam sibi ad tempus feriandi iudendique facultatem vltra tẽpus prorogant. Originem prouerbij tradunt ad hunc modum. Athenienses mensis quidam ἀνθεστηριὼν ἀνθεστηριών appellabatur, quòd is plurimos flores progigneret. In hoc festa quæpiam agebantur, & conuiuia liberiora, quemadmodum in Saturnalibus fieri consuevit apud

Romanos: in quibus & seruis accumbere licebat, feriatis interim ab opere. Exactis autem feriis, quum iam ad tolitas operas reuocarentur, hoc pacto dicebant heri, Foras Cares: non iam amplius anthisteria: Cares autem seruos appellabant, quod ea gens mercenarius operis quæstum faciitaret, velut omnium serui quicunque conduxissent. Sunt qui dicant Cares olim Atticæ regionis partem obtinuisse. Athenienses autem, cùm Anthisteriorum solennitatem agerent, solere Cares in ciuitatem atque in domos receptos ad festi communionem admittere: deinceps peracto solennitatis tempore, si quos è Caribus offendissent in vrbe cessantes, per iocum dicebant,

ἀνθιστήρια. Floralia. Θύραζε κᾶρες, ἀλλ' οὐκ ἀνθιστήρια. id est,
Exite Cares: alia enim anthisteria.

Sonat autem ea vox Græca perinde quasi dicas Floralia Latinè, quorum licẽtia multorum literis notissima est, Non diuersum est quod ait Seneca in ludicro in Claudium scripto, Nõ semper erunt Saturnalia. Nam Saturnalibus, seruis quoque libertas erat.

† Hadrianus Iunius in Adagiorum collectaneis, proverb. *Foras anthisteria*, id etiam explicuit, vt & alia quædam quæ ab Erasmo prætermissa putauit.

Fures clamorem. 66

Οἱ φῶρες τὴν βοὴν, id est, Fures clamorem. subaudiendum, timent aut senserunt. Quadrabit in eos, qui sibi conscii, metuunt ne deprehendantur: aut qui peracto maleficio fugitant pauitántque. Habet autem hoc cùm omnis malefactã conscientia, tum præcipuè furti, vt hominem trepidum reddat ac lucifugam. Vnde est in Hebræorum sententiis, impium vel persequente nullo fugere.

Malè sibi cõscius, trepidat.

† De pœnis malæ conscientiæ Plutarchus de iis qui sero à numine corripiuntur, & Seneca morum censor acerrimus, epistola quadragesima tertia. Ad rem Maro facit eclog. 3.

Non ego te, vidi Damonu pessime capru
Excipere insidias, multum latrante Lyceo:
Et cum clamarem, quò nunc se proripit ille?
Tityre coge pecus, inquam, in prædicta latebit.

Funiculum fugiunt miniatum. 67

Τὸ χοιρίον φεύγουσι τὸ μεμιλτωμένον. id est,
Vitant inops coactam rejam ruere.

Aptè dicetur, vbi quis properat officio suo fungi, non ex animo, sed ne in mulctam incidat. Carmen sumptum ex Aristophane, cuius interpres & item Suidas huiusmodi ferme commemorant: Atheniensium magistratus varijs modis conati sunt efficere vt populus quàm maxime frequens ad concionem ventitaret, obiectis enim repagulis quibuslibet vias reliquas occludebant quæ non ducerent ad forum: tum merces tollebant ex mercatu, ne quid hac gratia ibi cessaretur: denique funem parabant rubro colore (quem μίλτον, id est, interprete Plinio, minium vocant Latini, nonnulli cinabarim appellant) oblitum. Hoc duo ministri publici populum cingentes, agebant in concionem. Studebat quisque funiculum effugere, propterea quòd quisquis colore notatus appareret contagio funis, is mulctam pendere cogebatur. Vnde qui notam metuunt, eos eleganter dicemus φεύγειν τὸ χοιρίον μεμιλτωμένον, id est, fugere funiculum miniatum.

μίλτος

Fortunatior Strobilis Carcini. 68

Εὐδαιμονέστερος καρκίνου στρόβιλος. i. Fortunatior Carcini Strobilus. Ironia prouerbialis in infœlicem & improbum. Carcinus poeta quispiam fuit, cuius filij dicti sunt Strobili ab Aristophane, quos & γαλεοπράγους vocat, id est, dulciceruicos. locus autem sumptus est a nominũ allusione. Nam Græcè Carcinus cancrum, Strobili cochleas significãt. vtrunque genus distortum ac fœdum. Adagium recensetur apud Suidam & Zenodotum. Extat apud Aristophanem in Pace.

γαλεοπράγους

Festo die siquid prodegeris. 69

Plautus in Aulularia sub persona senis Euclionis, Festo die siquid prodegeris, profesto egere liceat, nisi perceris. Schema prouerbiale. admonet autem ne in sumptibus solennibus ita profusi simus, vt non supperat quo feramus quotidianos. Nam festi dies vel sacris offerendis, vel diurnis epulationibus, vel ludis in honorem deorum, vel feriis obseruandis celebrabantur: profesti ad rei priuatæ publicæque administrationem concedebantur. Accommodabitur non perperam & in eos qui iuuenes rem prodigunt, esuriturí senes: quive intempestiuè profundunt, postea desideraturi.

Feles Tartessia. 70

Γαλῆ Τερτησία, id est, Feles Tartessia. De magnis & ridiculis dicebatur. Tartessij sunt in Iberia, apud quos feles maximæ nasci dicuntur. Fortassè non inepte dicitur & de rapacibus. Aristophanes in Vespis,

Ἔοικεν ἡμῖν κρέα κλέπτειν.
Tegidem ἴσχειν οἷον ἰκτῖνος.
Nunc videtur rapta carne,
Obseruans gestantem verua.

Item Lucianus quum ait ἁρπακτικώτερος τῆς γαλῆς, id est, rapaciores felibus: nimirum & ipse felium significat rapacitatem vulgò notam fuisse. Rapaciores felibus.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. *Obseruans gestantem verua*) Vertit Erasmus gestãtem, legens ἴσχοντα. & ad μὲ referens, non leui errore: cùm in ἴσχειν non α sed ε eliserit apostrophus: ideóque vertendum fuerit gestantes: videlicet duo ex iis.

Ferre iugum. 71

Plautus in Curculione, Iamne fert iugum? De puella percunctatur quispiam, num iam per ætatem virum recuperet. Id enim significari, satis arguunt ea quæ sequuntur, Tam à me pudica est, quasi soror mea sit. Horatius in Odis, de puella nondum viro matura, libro 2. Carm. 5.

Nondum subalbus ferre iugum valet
Cervice.

Videlicet indicans vnde ducta sit translatio, nimirum à iuuenco, cui nondum suppetunt vires, vt ducendo aratro pares operis vices sustineat. Nam & coitus, duorum ex æquo negotium est, itidem vt in iugo: vnde dictum etiam coniugium.

† Virgo viripotens Iureconsultis, matura viro, iam plenis nubilis annis poetæ, ὡραῖα γάμοις, & ζυγίη ὑμηναίοις Græcis. hinc nomen coniugibus datum. De iugo Pierius aliquid libro 48. de sacris Ægyptiorum literis.

Feli crocoton. 72

Γαλῆ κροκωτὸν, id est, Feli crocoron. subaudiendum, das, aut adhis. Dici solitum quoties honos additur indignis, & quos haudquaquam decet. aut quum datur quippiam iis qui munere non norunt vti: veluti si quis à musis alienissimo bellissimum donaret librum. Crocoton vestis genus est rotundæ ac fimbriatæ, qua diuites vtebantur matronæ. Apud Nonium in dictione Rica, refertur inter vestes delicatas & crocoton. Sic enim arbitror legendum, mollicinam crocotam: chirodatam ricam. Ac teste Plutarcho, quidam Herculem pingebant κεντροφόρον, Omphalæ seruientem. Sumptum adagium ab apologo Straditis: quem alio loco narraumus. Porrò vox hæc γαλῆ felemne significet, an mustelam, an quem vulgo catum appellant, quoniam inter eruditos controuersum esse video, relinquo aliis iudicandum. Crocoton. Nonij locus. γαλῆ.

Mustelam habes. 73

Γαλῆν ἔχεις, id est Mustelam habes. In eum quadrat cui omnia sunt inauspicata, tanquam fatis ac diis iratis, vt aiunt. Olim creditum est, hoc animal inauspicatum infaustúmque esse iis qui haberent, domique alerent: vt non admodum dissideat ab illis, Equum habet Seianũ, & aurum habet Tolosanum. Vnde nunc etiam apud quasdam gentes, nominatim apud Britannos, infelix omen habetur, si quum paratur venatio, aliquis mustelam nominet: cuius etiam occursus vulgo nunc habetur inauspicatus. Adagium refertur à Diogeniano. Animal inauspicatum, Mustela. Equus Seianus.

Fastuosus Maximus. 74

Κόμπος Μάξιμος, id est, Fastuosus Maximus. in eum dicebatur qui sibi plus satis arrogasset in sapientia. Sumptum à moribus Maximi cuiuspiam arrogantis, & sibi immodicè placentis. In nonnullis exemplaribus inuenio κομπὸς Μάξιμος. Græcis κόμπος arrogantiam insolentiamque significat, vnde κομπάζειν, & κομπάζειν. Proinde & Euripides γλῶσσα τι κόμπου, id est, Linguæque fastus. Recensetur & hoc in Diogeniani collectaneis.

E multis paleis paulum frumenti colligere. 75

Ἐκ πολλῶν ἀχύρων ὀλίγον κριθῶν συνάγειν. id est, Ex multis paleis parum fructus colligere. id est, multo labore non

re non multum emolumenti sum cõsecutus. aut, E verboso sermone paululum bonæ sententiæ percepi. ex ingenti volumine minimum doctrinæ retuli. Translatum ab excussoribus trituræ.

† Prouerbium id ẽ triuio petitum, quanquam sententiæ vim habere vt fieri possit. Nisi ad Plutarchi locum referat, quo agit de rhetorum & dialecticorum dissertationibus, quas esui ostreorum similes esse dicat, ex quibus cibi parum, testarum vero multum petatur.

Oportet remum ducere qui didicit. 76

Quã quisque norit artem, etc.

Δεῖ κωπεῖν ὃν ἐδίδαξε μαθεῖν. id est, Oportet remum impellere eum qui didicerit. Vnumquemque decet eam artem exercere quam antea doctus sit. Refertur a Plutarcho in commentariolo cui titulus ὅτι δίδακτὸν ἡ ἀρετή. Idem admonet Horatianum illud in Arte poetica,

Ludere qui nescit, campestribus abstinet armis:
Indoctus pilæ, discive, trochive quiescit:
Ne spissa risum tollant impune corona.
Qui nescit versus tamen audet fingere.

Quin & hodiernis temporibus huiusmodi vulgo iactatur adagium. Qui artifex non nouit legem, abstineat.

† Sed & Horat. ipsemet accepisse videtur,

Nauum agere ignarus nauis timet: abrotonum aegro
Non audet, nisi qui didicit dare, quod medicorum est
Promittit medicus, tractat fabrilia fabri.

Nostrates dicunt non minus scitum, Qui nescit artem, claudat officinam.

Ex ipso boue lora sumere. 77

Ἐκ τῆς βοὸς τοὺς ἱμάντας λαμβάνειν. Ex ipso boue lora sumere dicuntur, qui quo lædant quempiam, id ab ipso quem læserunt accipiunt. Veluti siquis verbis incesseret eum à quo carminis componendi rationem didicisset: aut tyrannus pecuniam extorqueat à ciuibus, qua latentium ad oppugnandam ciuitatem alat: aut siquis rhetorices præceptoribus rhetoricem oppugnaret. Metaphora sumpta ab agricolis, qui lora cædunt è boum tergoribus, quibus boues vinciunt. Plutarchus in commentario cui titulus ὅτι ἀληθῆ λέγεται τὰ ἀδύνατα, Τί οὖν λέγοντες ἀφεστᾶσι τοῦ φύειν τὰς ὀφρῦς; ὀλίγα ἔχουσι τόπον ἐν ἑαυτῷ, ἢ τὸν δὲ τὰ παιζόμενα, οὐκ ἐκ βοὸς τοὺς ἱμᾶντας λαμβάνοντα, τοὺς ἀκροατὰς οὐ φιλεῖ. id est, Quid igitur, dicent quispiam? Satis est ipsa corporis natura, morborum materiam in se continens, ac iuxta quod loco dicetur tolet tanquam ex ipso boue lora sumens, ita ex ipso corpore dolores.

† Hoc faciunt tyranni, subditorum depeculatores, ἐκδαίνειν. quod ex aliquot Verrinarum locis illustrare est.

Ex uno omnia spectra. 78

Ex uno coniecturam capere de cæteris.

Ἐξ ἑνὸς τὰ πάντ' ἴφια, id est, Ex vno omnia spectra. Vergilius item Æneid. 2.

-& crimine ab vno Disce omnes.

Admonet adagium, ex vnius euentus experimento, reliquorum hominum coniecturam oportere facere. Refertur a Suida, tametsi is ostendit in eos dictum qui perperam ex vno quopiam æstimant omnia. Legit enim nõ ἴφια, sed ὑφά. Velut siquis vnum Gallum expertus perfidum, iudicaret omnes esse tales.

Ex aspectu nascitur amor. 79

Oculi ad amandum ibi sunt.

Ἐκ τῆς ὄψεως γὰρ γίγνεται τὰ τοιαῦτα τρόπον. id est, *Amor ex videndo nascitur mortalibus.*

Senarius prouerbialis, admonens, oculos amorem potissimum conciliare. Non enim amantur incogniti: ex conuictu nascitur amor mutuus. Et oculi præcipuè sunt ad amandum illices. In his enim peculiaris animi sedes: & in his aiunt poetæ Cupidinem excubias suas iacula mittere. Maro velut indicauit adagium, quum ait,

Vt vidi, vt perii, nec me mihi vanus abstulit error.

Rursum in Georgicis,

-vritque videndo Femina.

Item apud Terentium, Cærea una duntaxat virgine, quàm impotenter cœpit ardere. Iuuenalis prodigij loco refert de cæco amante, Sat. 6.

Qui nunquam visa flagrabat amore puella.

Legimus philosophos quosdam, & inter hos Democritum, sibimet oculos ademisse, tanquam omnium malarum cupiditatum authores. Quapropter piorum hominum est meminisse, haudquaquam esse tutum videre quod non licet concupiscere. Prouerbij meminit Diogenianus.

E sublimi me derides. 80

Ἀφ' ὑψηλοῦ με καταγελᾷς. id est, E sublimi me derides. De eo qui cum fastu ridet quempiam ac despectum. Translatum ab iis qui ex edito loco verba faciunt. Vnde & Despicere dictum à Latinis pro contemnere, quòd quispiam in eminenti loco est, is, veluti tutior, negligit eum qui stat in humiliore loco. Despic. ere.

† Adagium hoc quanquam non malum, petitum tamen ex triuio Puto elegantius esse Græcum μεγαλοφρονεῖν, aut illud Latinorum, altum spirare, sublimes animos gerere.

Extra lutum pedes habes. 81

In luto hæsitare.

Ἐκ τοῦ πηλοῦ πόδας ἔχεις. id est, Extra lutum pedes habes, hoc est, emersisti è periculo, aut extra periculum constitutus es. A viatoribus sumptum. Simile illi, ἔξω βόλου, id est, extra iaculum. Et in luto dicuntur hæsitare qui molestiis inuoluuntur negotiis, vnde se nequeant expedire.

ANIMAD. HENR. STEPH.

Viatoribus) Simile illi Ἔξω βόλου, id est, etc. Imò diuersum hoc dicendi genus videtur esse ab illo. Nam extra lutum pedes habere is demum dicitur qui in luto aliquandiu hæserit, sed ex eo tandem emerserit. At Extra iaculum, vel potius, telum iactum, esse is dicitur etiam qui intra telli iactum antea non fuerit: sed ab eo semper longissimè se remouerit. Extra lutum pedes habere.

Ex umbra in solem. 82

Ex vmbra in solem educere, est rem prius abditam & otiosam in publicum & in cõmunem vitæ vsum deducere. Translatum ab athletis, quibus magis solis & pulueris patientia confirmare corporis robur. Delectorum autem est, in vmbra latitare. Verum hoc ad animi rem torqueatur: veluti siquis dicat, philosophiam à Socrate ex vmbra in solem esse productam. Exempla passim apud scriptores obuia. Athletarum mos.

† Ex palestra ich hab ichs in aciem forensem prodire, quod vsurpare meminit Plinius in epist.

Excubias agere in Naupacto. 83

Φρουρὰν ἐν ναυπάκτῳ, id est, Excubare Naupacti. Achiui capta Naupacto, Pausaniam excubiis custodiæque præfectum interfecerunt, authore Theopompo. Vnde res in locum vulgi videtur abiisse, ad eos qui pereunt ignauia sua, aut qui munus odiosum ac plenum discriminis administrant. Refertur à Zenodoto. Suidas effert ad hunc modum, φρουρεῖν ἐν ναυπάκτῳ id est, excubabis Naupacti. Is adfert & aliam adagionis originem. Quum is qui Naupactum præsidio tuebatur, perpusillum salarij dependeretur, atque illi plurima quæ ad rem pertinebant, emerent, mirum in modum factum est, vt apparet, in eos qui frustra sudarent, quòsque sua spes frustraretur. Naupactus autem, Achææ ciuitas, quam tum Philippus obtinebat, à compingendis nauibus dicta, quòd hinc Heraclidæ primum nauem extruxerint. Naupactus.

Detestationis templum. 84

Ἀπεχθείας ἱερόν, id est, Execrationis templum. In eos dicebatur qui ebris execrationibus vel consuluerant. Quemadmodum vulgò plerique plurimum imprecantur, vt malum dicant mihi dirus admiscant diuortium & imprecationis, vel ipso horrenda audiu. Fuerunt autem antiquitus etiam publicæ quædam detestationes, velut apud Athenienses, in eum qui vim non monstrasset erranti, in quarum locum Christianis successit ea quam vocant excommunicationem. Item deuotiones hostium, quarum meminit Macrobius: & Horatius in Odis, I pod. 5. Execrantem de via iudicem, apud quos execrandi ritus.

Diris igam coniuratus grege
Non vincla, non arcus, nec vlla
Tela volatilis Sagittæ.

Templum execrationis. Hesychius indicat templum execrationis fuisse Athenis, cuius meminit Aristophanes in Hesperis de parricida degrauata mitra. Alibi, manifestior, nobis dictum est de execrationibus tragicis, quas Euripides plerisque locis tribuit Phœnissis. Diogenes Platonicus ἐπὶ τοῦ ἀπαγορεύοντος ἐπιτιμίαν τινὰ ἐπιφέρειν. id est, Carens domo, ciuitate, patria, spectatore, nullam habens certam sedem, & in diem viuens. Prouerbium refertur a Diogeniano. Diogenis platonici locus.

Expertes inuidentiæ mustarum fores. 85

Ἀφθόνου μυσὸς θύρας, id est, Candidæ mulieris fores.

De iis dictitatum qui literaturam ſuam candidè libenterque impertiunt aliis, & ad docendum prompti propenſique ſunt. Neque malè congruet etiam in docileſ, iuxta id quod alibi commemorauimus, ἀνῳγμένα μυῶν θύρα, id eſt, Apertæ muſitatum ianuæ.

Aperta Muſarum ianua.

Furybatizare. 86

Εὐρυβατεύειν, id eſt, Eurybatizare, eſt improbis vti moribus. Eurybatus ex Cercopibus vnus fuit, inſignitæ improbitatis homo. huius meminit Lucianus in Pſeudomanti, ὑπὲρ τοὺς Κέρκωπας, ὑπὲρ τὸν Εὐρύβατον, ὑ Φρυνώνδαν, ὑ Ἀριστόδημον, ὑ Σώστρατον. id eſt, Vltra Cercopas, vltra Eurybatum, aut Phrynondam, aut Ariſtodemum, aut Soſtratum. Neque verò vnus duntaxat huius nominis fuit, infamis verſutia, morúmque improbitate. Nam & Epheſius quidam Eurybatus fuit, qui cùm à Cræſo cum multa pecuniarum vi miſſus eſſet vt exercitum contraheret, ad Cyrum defecit, vt author eſt Ephorus. Alij malunt ad Eurybatum referre, qui fuiſſe perhibetur alter è Cercopibus, vt dixi. Duris ad Eurybatum refert Vlyſis ſocium. Nicander prodidit, Eurybatum quendam Æginenſem fuiſſe longè verſutiſſimum ſceleratiſſimúmque. Neque verò deſunt qui dicant hoc nomine furem fuiſſe quempiã aſtutia ſingulari: is cùm deprehenſus captúſque ſeruaretur, cuſtodes in cõuiuio animi cauſa rogarunt, vt oſtenderet quibuſnam modis conſueuerit domos conſcendere. Cúmque illum initio renuentem, ſcilicet tanquam inuitus facturus eſſet, rogarent inſtantius, ac vix tandem perſuaſiſſent: ille aptatis ſpongiis ac ſtimulis, ferreiſque retinaculis, (quas ἑλκυστρίδας Græci vocant) parietem cœpit conſcendere. Porrò ſuſpectantibus illis, & artificij nouitatem admirantibus, Eurybatus prehẽſo laqueari per tegulas aufugit, priuſquam illi domum circumire potuerint. Atque hunc ad modum deluſis cuſtodibus, periculum ęuaſit. Meminit huius & Euſtathius in primum Iliados, admoneas, eam vocem ambiguè pronuntiari, Εὐρύβατον ἢ Εὐρυβάτην, dictum autem ἀπὸ τοῦ εὐρυβατεῖν, quòd latè graſſaretur. Itaque peculiariter cõueniet in eum qui deprehenſus, arte quapiam elabitur.

Eurybatus improbiſſimus.

ἑλκυστρίδας.

Faciunt & ſphaceli immunitatem. 87

Καὶ σφάκελοι τοῖσιν ἀτέλειαν, id eſt, Faciunt & ſphaceli immunitatem. Athenis celebratum prouerbium de iis qui quouis prætextu quod volunt aſſequuntur. Natum aiunt ab euentu huiuſmodi, Piſiſtratus tyrannus decimas exigebat ab Athenienſibus, eorum quæ in agris prouenirent. Itaque cùm aliquando obambularet, viderétque ſenem quendam in ſaxis quibuſdam (hoc eſt, loco petricoſo) laborantem, rogabat quoſnam fructus inde colligeret: at is reſpondens, Dolores, inquit, & ſphacelos: atque horum decimas exigit Piſiſtratus. Porrò tyrannus admiratus hominis libertatem, decimas Athenienſibus remiſit. Ea res in vulgi ſermonem abiit, etiam ſphacelos immunitatem parere. Sphacelus autem morbi genus eſt, quod ex immodica defatigatione ſolet accidere. Quidam putant eſſe torminа articulorum: quidam oſſium tabem. Theophraſtus libro De cauſis plantarum quinto, demonſtrat & plantarum radicibus vitium accidere, quod ab hominum morbo σφακελισμὸς appelletur. Adagium recenſetur à Suida. Heſychius indicat, quemlibet dolorem grauem, ſphacelum dici.

Piſiſtratus decimas remittit Athenienſibus.

Sphacelus quid.

Et meum telum cuſpidem habet acuminatam. 88

Ipſiſſimam prouerbij ſpeciem habet quod ſcriptum eſt apud Homerum Iliados υ, ſub Hectoris perſona,

Αἰεὶ καὶ ἐμὸν βέλος ὀξὺ πέφυκεν. id eſt,
Telum quando meum quoque cuſpide acuta eſt.

Rectè vtemur quoties fatebimur nos inferiores quidẽ eſſe, verùm nõ deeſſe tamen quo queamus nocere. Cui ſimile Virgilianum illud, Æneid. 12.

& noſtro ſequitur de vulnere ſanguis.

Item illud apud Ouidium,

Et mihi ſunt vires, & mea tela nocent.

Ignaui vertitur color. 89

Τῷ κακῷ πρόσπτοτε χλωὸς, id eſt, Ignaui vertitur color. Plutarchus in cauſis naturalibus, problemate, Quam ob rem polypus colorem mutet, hoc tanquam prouerbio iactatum adducit, διὸ καὶ λέγεται, τῷ μὲ κακῷ πρόσπτοτε χλωός. id eſt, Ignaui vertitur color. Nam id accidit in metu vt vultus exalbeſcat, maximè timidis, videlicet ſanguine ad vitalia refugiente. Pluſculum accedit Veneris, ſi ad animum transferatur: veluti ſi dicas, philoſophũ nihil omnino formidare eorũ quæ vulgus horret, Τῷ μὲ σοφῷ τι κακὸν πρόσπτοτε χλωός, id eſt, Vertitur ignaui ſane color. Porrò prouerbium natum eſt ex Homericæ Iliados γ. carmen ſic habet,

In metu vultus exalbeſcit.

Τῷ μὲν τὸν τε κακῷ πρόσπτοτε χλωὸς δείδιε θυμῷ,
Οὐδὲ ἑ πατρὸς ἑοῖο ἰδὼν ἐρύκακε φαίδιμος Ἕκτωρ,
Ἀλλὰ μεμηλάζει, ἠδ' ἐστὶ ἀμφασίη κατὰ θυμόν.
Ἐν δέ τε οἱ κραδίῃ μεγάλα στρέφοντο πάταγοι,
Κῆρας ὀιομένῳ πολέμοιο δὲ τοῦτον ὀρώρειν.
Τοὺς δ' ἀλαπαδνοὺς ὦρσε πρόσπτοτε χλωὸς, ὅστις τε λέων
Ταρφέα.

id eſt,

Vertitur ignaui color, exanimátque ſubinde,
Nec meus certis manet: ſed tum huc tum illuc que vacillat,
Ac migrant è corde pedes in vtrumque repente.
Palpitat & validè cor ei præcordia ſubtus,
Fata putans animo: occurrunt quoque ſtridere dentes.
Contrà ſortis ne, varius color, at neque valde
Horreſcit.

Ad conſilium ne acceſſeris antè quàm vocaris. 90

Μὴ σεαυτὸν εἰς βουλὴν παρέλθῃς πρὶν ἂν κληθείης, id eſt, Ad conſilium ne acceſſeris priùs quàm vocêris. Hæc ſententia, quæ nunc nomine Catonis celebratur, prouerbialis fuiſſe videtur, vel Plutarcho teſte, cuius hæc verba ſunt, libro συμποσιακῶν primo, Ἀστεῖος μέν, ἔφη, ὁ παροιμιώδης Μενέλαος, ἥκων αὐθαίρετος εἰ ῥήτορα μὴ κεκλημένος. id eſt, Ridiculus igitur, inquit, & prouerbio obnoxius Menelaus, ſiquidem conſultor factus eſt non accerſitus. Niſi quis mauult hęc ad illam referre paræmiam,

Αὐτοπρόσωπος ἀγαθὸν ὄνειδος ἔλαβε. quam aliàs referemus.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. Αὐτοπρόσωπος ἀγαθὸν ὄνειδος ἔλαβε.) At Euſtathius enarrans ex Il. β, verſum, Αὐτοπρόσωπος ὃ οἱ ἄλλοι βούλαρχος Μενέλαος, ait hunc prouerbium illud poſtea fuiſſe excogitatum, Αὐτοπροσωπίζεσθαι τὸ φίλους φίλοις. Ita παροιμιώδης Μενέλαος dicetur, qui prouerbio locum fecerit, cuius factum in prouerbium ceſſerit. At ſi vertas, obnoxius prouerbio, intellige obnoxius prouerbio quod ab eo poſtea ortum eſt. Sed hoc non placet.

Iucundiſſima nauigatio iuxta terram, ambulatio iuxta mare. 91

Plutarchus primo Sympoſiacõn libro, veluti vulgò iactatum citat, Πλοῦς μὲ ὁ παρὰ γῆν, περίπατος δὲ ὁ παρὰ θάλατταν ἡδίστος. id eſt, Nauigatio iuxta terram, turſum, ambulatio quæ fit iuxta mare, iucundiſſima eſt. Rectè torquebatur ad eam ſententiam, vt dicamus ita demum eſſe iucundiſſimum vnumquodque, ſi diuerſi generis admiſtu temperatum adhibeatur: veluti ſi in lusibus nonnihil eruditionis aſpergas: rurſum in ſtudiis aliquid ludicrum admiſceas. Simillimum eſt huic quod ex Philoxeno poeta citat idem in commentario quem inſcripſit, Quomodo ſint audiendi poetæ, Πῶς χρεὼν τὰ μὲ κρέα ἔδεσθαι, καὶ τὰ ἰχθύδια οἱ μὲ ἰχθύες. id eſt, Ex carnibus, quę carnes non ſunt, ſuauiſſimę: item ex piſcibus qui non ſunt piſces. Itidem philoſophia admiſta poematis, magis delectat: & poeſis admiſta philoſophiæ, magis capit animum.

Iucundiſſimũ quod maximè varium.

Sumeres carnes quæ carnes non ſunt.

Cupidinum crumena porri folio vincta eſt. 92

Πράσου φύλλῳ τὸ βαλλάντιον δέδεται βλαβερὸν, id eſt, Porri folio amorum vincta eſt crumena. Refertur eodem in loco quem modò citauimus, ſed præſtat ipſius verba ſubſcribere, Οἱ δ' ἂν τις μάλιστα θαυμάσειεν, φειδωλὸς ἀνὴρ καὶ μικρολόγος ἐμπεσὼν εἰς ἔρωτα, καθάπερ εἰς πῦρ σίδηρος, ἀπαλὸς καὶ μαλακὸς εἰς ὀργὴν ἢ ἀθυμίαν ἐκκαυθείς· τοῦτο γοῦν τὸ παιζόμενον μὴ πάνυ φαυλότατον γελοῖον, ὅτι πράσου φύλλῳ τὸ βαλλάντιον δέδεται βλαβερὸν. ἔλεγεν δέ τις ὅτι τὸ μαθεῖν τὸ ἐρᾶν ὅμοιόν ἐστι, πεσεῖν γὰρ θαυμαστὸν καὶ ἀλόγιστον μέσους. id eſt, Quódque vel maximè miretur aliquis, vir parcus & ſordidus, ſimulac in amorem inciderit, non aliter quàm igni impoſitum ferrum, fit mollior ac tener, lentus ac ſuauior: vt non vſque quaque deridiculũ videatur illud quod ioco populari dicitur, Cupidinũ crumenas porri folio vinctas eſſe. Dictum eſt autem ob eam

Amor reddit effusos & sumptuosos.

cam enim, quòd amor adsimilis sit ebrietati: reddit enim cados & hilares & effusos. Plutarchus itaque sentire videtur, prouerbium alludere ad porri naturam: cuius vis est calefacere, ciere vrinam, irritare Venerem, mouere menses, & aluum inflare, quemadmodum docet Dioscorides l.b. 2. Suidas ostendit hoc adagium dictum de iis qui per amorem immoderatos faciunt sumptus, luxuique indulgent, quemadmodum solent in cœnis amantes. Plutarchus in libello quē inscripsit ἐρωτικὸν, hoc quoque inter cæteras Cupidinis siue Amoris iudes commemorat, quòd è sordido splēdidum, è paro liberalem, è tristi ciuilem, è timido audacem reddit hominē. Proinde Cupidinis loculi porri folio vincti dicuntur, quòd facilè soluantur, vel quòd admodum frāile sit porri folium, vel quòd sit huius genuina vis, soluere corpus ac mouere.

Cupidinis loculi porro folio vincti.

Quem fortuna pinxerit. 93

Ὃν τύχη μέλαν χαρᾷ, τοῦτον οὐκ ἔστιν χιὼν λευκάνει. id est, Quem fortuna nigrum fecerit, hunc non vniuersum zuum candidum reddere potest. Hoc est, cui fortuna refragatur, huic, quicquid tentauerit, infœlix tergedet. Allusum est ad nigros & albos calculos suffragiorum. Recensetur in Collectaneis Apostolij.

† De insigniter infelicibus dictum.

Qui mori iussit ante tempus. 94

Athenæus in sermonibus conuiualibus, de Sybaritis huiusmodi refert prouerbium, Ὃ βυβλίδιον ὁ συβαρὶς μὴ πρὸ μοίρας δυσέτω ἢ δεύτερον ἥπιον ἐπιχορδὴ τὸν ἥλιον ὁρᾷν δεῖ. hoc est, Qui nouelit apud Sybaritas ante diem fatalem mori, eum haud oportet solem conspicere, nec occidentem, nec orientem. Hoc ideo vulgò iactatum scribit, quòd Sybaritarum ciuitas in humili loco ac velut in conualle sita fuerit vt æstatis tempore mane pariter ac vespere frigus immensum sentirent, meridie intolerandum ardorem. Cicero libro de finibus bonorum secundo, docet idem dictum in quosdam asotos. cui genti nomen inditum est à luxu vitæ. nam sub solis occasum erant ebrij, mane stertebant. Columella in proœmio rerum rusticarum, vsurpat in ganeones, qui noctes libidinibus & ebrietate, dies somno vel ludo consumunt. Mox deinde (inquit) vt apti veniamus ad ganeas, quotidianam cruditatem Laconicis excoquimus, & exusto sudore sitim quærimus, noctésque libidinibus & ebrietatibus, dies ludo vel somno consumimus. Ac nos dicimus fortunatos, quòd nec occidentem solem videmus nec occidentem.

Asoti qui.

Ganeones.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. *cunda*) *in quosdam asotos. cui genti nomen inditum est à luxu vitæ nam &c.* Putauit asotos certæ cuiusdam gentis proprium esse nomen, dum nimium properante oculo, & per tranſiennam, quod aiunt, Ciceronis locum illum inspexit. Alioqui certè animaduertisset non de certa quapiam gente loqui Ciceronem, cui à luxu vitæ nomen tributum sit: sed quos antea vocauerat Latino verbo luxuriosos, eosdem postea nuncupare Græco asotos. Cuiusmodi homines videre est hodiéque in quauis gente & natione, non in certa quapiam. adeo vt nō dicendum fuerit, quasi de gente quæ nostro tempore abolita esset. Erant ebrij, & stertebant: sed vt de genere hominum, cuius nostrum quoque seculum feracissimum est, Sunt ebrij & stertunt.

Barba tenus sapientes. 95

Ἐκ πώγωνος σοφοί, ἢ καὶ πώγωνος σοφιστάι, ἢ καὶ πώγωνος φιλόσοφοι. Id est, Barba tenus sapientes, & sophistæ, & philosophi. Sic appellabantur qui præter barbam & pallium nihil haberent philosophi. Vtuntur aliquoties apud Plutarchum in in Sympoſiacis. Huc alluſit Horatius, quum ait Serm. 2. Sat. 3.

Pallio barbáque tenus philosophi.

-iussit sapientem pascere barbam.

Lucianus item subinde iocatur in philosophorum τὸ βαθὺν πώγωνα, id est profundam barbam. In Eunucho Bagoas ait, Si philosophum oporteat ex barba metiri, hircos primam laudē ablaturos. Similiter Martialis, † Hoc in Symmac. luuet fol. 13.

Prœndet mento nec tibi barba minor.

Rectè torquebitur in eos qui vniuersam vitæ sanctimoniam non in animo, neque in moribus, sed in cultu constituunt.

Inter lapides pugnabant, nec lapidem tollere poterant. 96

Plutarchus quartæ decadis Symposiacæ, problem. 2. ἰδὼν δὲ τὸ παιδίον ἄνευ τοῦ φίλου τὸν ἄρτον χωρὶς ὄψου, ἀλλὰ δὲ μόνον ἐσθίοντα, ἔφη, τοῦτο αὐτὸ ἐστι τὸ λεγόμενον.

Ἐν ᾧ ἄλλοτε ἐμάχοντο, τοῦτον οὐκ ἔστιν αἴρειν. id est, Vbi verò videret ministrum puerum, vnà cum Philone, vtentem pane, neque præterea quicquam requirentem, papæ, inquit, hoc nimirum erat illud quod vulgò dici solet,

Ingnaui & stolidi vel parum prudes.

Lygna erat in saxis, neque saxum tollere quibant.

Apparet dictum in eos qui præsenti commodo non fruuntur, vel ob ignauiam: vel ob peruersam de rebus opinionem, vt qui vel saxum grauentur ex acerno tollere. quo repellant aduersarium. Refertur idem carmen apud Athenæum libro decimo: & aliud subiicitur, veluti consimilis sententiæ.

Δίψᾳ δ' ἐξάλλοντο, ὕδωρ δ' ὑπερθὲν χαῦον,

id est,

Deperire siti superante ad labra sequore.

In alio mundo. 97

Ὡς ἐν ἄλλῳ κόσμῳ, id est, Tanquam in alio mundo. Schema prouerbiale est, quo nunc etiam vulgus vitur: de iis qui longè latéque dissident à moribus aliorum, aut quibus omnia noua videtur, aut qui longè dissiti sunt à patria. Plutarchus in Sympoſiacis, ὦ γὰρ Ἕλλησιν ἐστὶ τὸ φιλεῖν ὅλως ἢ ἄστοργον ὑμῖν, οὐκεῖ ἐν ἄλλῳ τινὶ κόσμῳ γεγονότων ἢ ζώντων. id est, At Græcorum genus prorsus alienum ac peregrinum a nobis, velut in alio quopiam mundo natorum ac viuentium. Non dissimili figura dixit Horatius 2. Carm. 16. Od.

Dissidentes ab aliorum moribus.

-quid terrarum alio calentes Sole mutamus?

Et Macrobius in prætatione Saturnalium, Nisi ſicubi nos sub alio ortos cælo, Latinæ linguæ vena non admittet. Quum enim cælum sit omnibus commune, figuratum sit necesse est, Sub alio cælo nasci. Et de campis Elysiis apud Virgilium Eneid. 6.

-solémque suum, sua sidera norunt.

Suum dixit, tanquam à nostro diuersum.

Item Claudianus

-sunt altera nobis
Sydera, sunt orbes alteriúsque videbis Purim.

Rursum Virgilius in Bucolicis,

Et penitus toto diuisos orbe Britannos.

Solet autem hoc vsuenire plerisque mortalibus, vt siquando noui hospites in regionem longulè à suo aido dissitam peruenerint, nihil non horrent, non stupeant, non admirentur: perinde quasi in alium delati orbem.

† Petron. Arbiter, iuuenes è Rhetorum scholio recentes, & ad forum prodeuntes, tanquam in alium orbem vectos ait. Confero huc quod retulit Ælian. de var. hist. 11. de iis qui diutius versati in Siciliæ lapicidinis, cùm primùm ad superos redirent, sic occursu equorum, quos nunquam antea vidissent abstertitos, vt se in fugam ciciſſime conicerent, adeo quod ait poeta, pectora mouit.

Piscis repositus. 98

Ἀπόκειται ἰχθύς. id est, Repositus piscis, in prouerbium abiisse videtur, aduersus eos qui nihil seruant in posterum. Nam pisces olim in deliciis erant. & prudentis est, è cibis semper aliquid habere sepositum, quo subitum excipiat hospitem: nec Achillem Homericum imitari, ad quem quum accedunt oratores, aut Priamus domum inanem ac famelicam offendunt. Videtur autem sic efferendum adagium, οὐκ ἔστιν ἐν ἰχθὺν ἐπὶ δεῖπνον ἐλθεῖν, id est, Piscem repositum non oportet in medium retrahere. Plutarchus in Sympoſiacis Ἐγὼ γὰρ γελάσας, εἶπον, ὦ πάτερ, ὡς ἐπαίρει τὸν ὀκ τῶ, τοῦτο μᾶλλον ἀπόκειμαι ἰχθὺς οὐκ ἐπιτήδειος εἰς μέσον μετὰ τὴν Πυθαγορείου χοιρίνου. id est, At ego ridens, quin illum, inquam, de quo prouerbium fertur, repositum piscem qui in medium non trahitur vnà cum chœnice Pythagorica licebit accommodare ad sermonem aut fabulam, per se non admodum venustam. quæ tamen sterētur non sine tædio. Conueniet in parcum ac de cratino solicitum.

Fabula quæ non citra tædium sterētur.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. *videtur*) *ἰχθὺν ἐπὶ δεῖπνον ἐλθεῖν.* Non intellectus ab eo loci Plutarchi sensus, fecit vt ita efferendum esse prouerbium existimaret. Sed deprauatio quæ ibi in vulgatis exemplaribus habetur, Erasmum apud me facilè excusat, & apud alios quoque excuset velim. Lit au-

rem ea in his verbis, ἐχ' ἐλαφάνῳ ? pro quibus legendum est, vt in veteribus libris ἐφ' ἑτέρᾳ ἐλαφάνῳ, omnino enim postulat verbum aliquod oratio, vtpote alioqui imperfecta manens. Reponentes igitur hanc lectionem, simul & in locum huius Erasmicæ interpretationis Quin illum piscem quum medium non trahitur vnà cum chœnice Pythagorica, hanc substituamus, Cur non illum piscem in medium trahimus vna cum chœnice Pythagorica? Habetur autem hic locus συμποσιακῶν decad 8. 7. cap. 4. in qua quæritur cur priscis Romanis ne mensa inanis tolleretur, item ne lucerna extingueretur, prouidere moris esset. Ibi quum singuli quædam ad problema de lucerna facientia protulissent, & Eusirophus de altero sententiam suam pronuntiasset, dicens, illis morem fuisse ne mensa inanis remoueretur cauere, quòd semper aliquid seruis & seruorum liberis è cœna relinquendum existimarent: vnde & Persarum reges non tolum amicis & præfectis ac satellitibus particulas suarum cœnarum mittere solitos, sed etiam seruorum atque adeo canum cœnam in illorum mensa proponi solitam: quum, inquam, hæc Eusirophus dixisset, tum Plutarchus, At illum ex prouerbio repositum piscem cur non trahimus in medium, vnà cum Pythagorea chœnice? Quibus verbis quid significat? Nimirum perinde est ac si dixisset, Cur non prouerbium, quo piscis repositus iactatur, & chœnicem Pythagoricam in medium proferimus, & eorum mentionem facimus, quum ad id de quo quæritur problema vel maximè pertineant? Vel, Cur non è prouerbio sumimus piscem ἀποπάλιον, eúmque in medio ponimus, vnà cum Pythagorica chœnice? Vel, Cur non prouerbiũ hoc Piscis repositus: & Pythagoræ de chœnice symbolum præsenti sermoni accommodamus? Ac festiuissimè profecto dixit & hoc conuenientissimè in conuiuio enim habebantur hi sermones. Quomodo igitur reconditum in medium retrahimus? quasi videlicet in medio poni edendum vellet. quum, vti dixi, intelligeret, Quin piscem reconditum in medium proferimus, huic sermoni nostro adaptandum? Quia traimus in sermonem nostrum prouerbiale dictum Pisci repositus? Hi etiam superque apparet ex prouerbij huius verbis non esse illa τὸ μακρὰν ἔχειν.

Carneadis dictum.

Non est eiusdem & multa proportuna dicere. 99

Χαρὶς πᾶσι τοῖς πολλὰ καὶ πρέποντα. id est, Sero dixisse hæc, multa conuenienter dicere.

In multi loquio non abesse peccatũ.

Senatus prouerbij vice celebratus, admonet vitandam multiloquentiam, quòd ferè labi necesse sit quisquis multum loqui conetur. Extat & in Hesiodeorum proverbiis, in multiloquio non abesse peccatum.

Psophonis aues. 100

Ψοφωνίδες ὄρνιθες, id est, Psophonis aues. vbi quis nouæ quapiam arte fanam captat: vt quum aliquis subornat à quibus laudetur, essque velut dictat encomia, quibus apud vulgus celebrari velit. Narrant in Libya fuisse quendam nomine Psophonem, qui diuinitatis opinionem affectans, quamplurimas aues cepit vocales, & humani sermonis ducibles, eas docere cœpit hæc verba, Μέγας θεὸς Ψοφών, id est, Magnus deus Psophon: atque ita dedoctas emisit in montes. At illæ quæ didicerant, canebant, ac reliquas itidem aues docebant. Porrò Libyes, quum ignorarent commentum, credentes id diuinitus accidere, Psophonem deum facere instituerunt, ipsúmque in deorum numerum retulerunt. Prouerbium in collectaneis Apostolij reperi.

Psophonis vanitas.

CHILIADIS PRIMAE CENTVRIA TERTIA.

Aut regem aut fatuum nasci oportere. 1

Vid. Henr. Step. sched. cap. xv. libr.

ANNAVS Seneca, vir amœnissimi, vt Tacitus ait, ingenij: quod quidem ex eo liquet libello ludicro, quem scripsit in Claudium Cæsarẽ (nam is nuper in Germania repertus, in lucem emersit) huiusmodi refert adagium, in eo de quo modò diximus opprobrio, Aut regem aut fatuum nasci oportet. Sed præstat illud, prius verbis adscribere ipsis. Ego, inquit, scio me liberum factum, ex quo suum diem obiit ille qui verum prouerbium fecerat, Aut regem aut fatuum nasci oportere. Rursum in eodem libello, Occidit in vna domo Crassum Magnum, Scriboniam, Bassionam, Assarios, nobiles tamẽ. Crassum verò tam fatuum, vt etiam regnare posset. Iterum alio in loco obscurius quidem, sed tamen eodem alludit carmine,

Abrupit stolide regalia tempora vitta.

Iam si vere scripsit Hesiodus, non omnino de nihilo est quod populari sermone celebratur: fortassis haud absque fuerit vestigare quæ res huic prouerbio dederit occasionem, quod duo tam diuersa, nempe regem & fatuum, ita coniungit, vt vtrumque alteri simillimum videri velit. Præsertim quum hæc sit peculiaris regum laus, solúsque verè regia, sapientia, prudentia, vigilantia cæteros antecellere. Consentaneum est igitur priscos illos reges, maxima ex parte insigni stultitia præditos fuisse. Id quod partim è poetarum fabulis, partim ex historiographorum monumentis licet cognoscere. Siquidem Agamemnonem suum Homerus, & hunc imitati Tragici, ambitiosum potius quàm cordatum fecerũt. Quid autem stultius quam vnicæ filiæ crudelissima cæde, imperatoris mercari titulum? Quid ineptius quàm pro barbara puellula tam iuueniliter digladiari: vt quòd, suos amores retinere posset. Achillem tua spoliaret amicula: nec id sanè sine summo totius exercitus discrimine? Tum autem quàm ineptè stomachatur Achilles orbatus suis amoribus, quàm pueriliter deplorat apud matrem? at hunc vnum nobis poeta, velut absolutum egregij principis exemplar, proponit. Ad hæc quam non sapientes indignatur Aiax. Quam teniliter

Rex, & fatuus vt coniunctim dicantur.

Apud Homerum principes quales.

Agamemnon.

Achilles.

Aiax.

delirat Priamus, dum Helenam prostitutæ pudicitiæ mulierculam amplectens, ac filiam appellans, negat se pœnitere belli, in quo tot clades acceperat, tot orbatus liberis, toties luctu funestatus, ne Paris non potiretur amica? Quid multa? tota Ilias quàm est longa, nihil aliud quam quod eleganter scripsit Horatius,

Priamus.

Stultorum regum & populorum continet æstus.

Illi quid continet.

Quàquam & Odyssea suos habet Prôcos & Alcinoos, crassos & stupidos. Quin & Herculẽ ipsum, robustum faciunt & animosum, sed hebetis crassique animi. Iam Hesiodus, quem non nulli volunt, antiquiorem Homero esse, principes ἀνεμοφάγους ac reuera appellat: opinor quòd & parum sapere in administranda republica, & opibus per fas nefasque cumulandis inhiarent potius quàm communibus populi commodis. Cuiusmodi fingunt & Midam illum, ob animi stoliditatem, asininis auricułis insignitum. Et haud scio an huc pertineat & illud, quòd prisci theologi, nimirum poetæ, sapientiam Apollini tribuũt ac Palladi: Ioui deorum & hominum monarchæ, fulmen duntaxat titulumque. Et nutum illum ac supercilium, quo totum olympum tremefacit, relinquunt. Alioqui quis nepos, quis balatro vnquam nugatus est, nugacius, aut nequius nequam fuit quàm hic cui regnum mundi dederunt? Technis fallit vxorem, nunc cygnus, nunc taurus, nunc aurum factus. insidias struit mulierculis, subornat Ganymedes, ac cælum nothis implet. Ad eundem modum Neptunum & Plutonem feroces & inexorabiles fingunt, sapientiam non tribuunt. Sed, vt ad recentiores veniamus historias, & missas faciamus fabulas, quid tandem cordis fuisse credis Cræso Lydorum regi, si modò talis fuit qualem depinxit Herodotus) qui gemmis & auro cõgesto fretus, Solonem insignabatur quòd sibi fœlicis nomen non tribuerit? Aut quid fingi stultius potest Xerxe, quum ad Athon montem legatos mitteret, cúmque contumeliosissimis ac minacissimis literis terreret. quum Hellespontо mari certum plagarum numerum infligi iuberet: Neque verò minus regaliter desipuit Alexander ille Magnus, quum abdicato patre, Iouis filius salutari gauderet, dum vino certaret, dum in conuiuiis ab adulatoribus vt Deum adorari sese pateretur: dum queritur hunc orbem tot victoris angustum esse, & Oceanum ingressus, alios quærit mundos quos expugnet. Vt ne commemorem interim Dionysios, Ptolemæos, Iulios.

Ioui fulmen trisulcum.

Iouis turpia facta.

Neptunus & Pluto.

Cræsus quatus.

Xerxes stultus.

Alexander Magnus.

Miscella se-

tuorum regū. Iulios, Nerones, Tiberios, Caligulas; Heliogabalos, Commodos, Domitios. quorum alius sibi Dei nomen vindicauit, quum esset hominis vocabulo indignus: alius se totum assentatoribus deridendum propinauit: alius ambitione præceps vniuersum orbem insanissimis rerum tumultibus concussit. Sed ego iure videar ineptus, qui catalogum hunc ingrediar, & aquam, vt aiunt, quæram in mari. Quin omnes potius & veterum & neotericorum annales euolue, nimirum ita comperies, vix seculis aliquot vnum aut alterū extitisse principem qui non magni stultitia maximam perniciem inuexerit rebus humanis. Siquidem princeps, aut magno orbis totius malo stultus est, aut magno omnium bono sapit: tametsi proclivius est lædere quam prodesse: & citius serpit vel peruadit potius pernicies quàm vtilitas. At nunc videmus nonnullos principes quiduis expetere potius quàm id quod vnum principis vocabulo dignos reddit: & stultam plebeculam omnia potius suspicere in regibus, quàm id quod solum erat requirendum. Iuuenis est isto pacto sponsum commenda sponsæ, non principem reipublicæ. Formosus est: recte hoc nomine laudetur fœmina. Bonis est lacertis aut lateribus: probe dixeris, si laudas athletā Robustus est, & tolerans laborum: isto titulo calones ac lixæ commendantur. Multum auri congestum habet: fœneratorem diligentem prædicas. Facundus est sic admitor sophistam. Belle canit, belle saltat: histrionum ac tibicinū laus ista est, non regum. Inuictus est bibendo: (nam hac quoque laude veteres delectati sunt principes) aptè, si spongiam mihi laudas. Procerus est, & ab humeris inter omnes eminet præclarum, siquid ex alto detrahendum sit. Iam illa, Scitè ludit alea, scitè latrunculis: laus est cum infimis nebulonibus communis, ac pudenda principi. Omnia congeras, cultum, aurum, gemmas, imagines, ab Hercule deductū genus, aut, si mauis, a Codro Cecropève: nisi pectus mihi narras longè à vulgi stultitia semotum, liberum à sordidis humilium rerum cupiditatibus, à falsissimis multitudinis opinionibus, non audio laudem rege dignam. Neque enim temere diuinus ille Plato scripsit, non aliter fœlices fore respublicas, nisi si aut philosophis committeretur imperium aut, quibus imperium contigisset, philosophiam sequerētur. Porrò philosophiam sequi, non est pallium aut peram circumferre, barbam demittere. Quid igitur? Ista quæ vulgus stultè miratur, contemnere, deque rebus longè secus sentire, quàm hominum multitudo sentit. Nec video quî fieri possit, vt qui putet sibi licere quicquid libet, qui diuitias vt magnum quiddam admiretur, qui pro imperio quoduis etiam iusiurādum violandum putet, qui inani rapiatur gloria, qui pudendæ seruiat libidini, qui mortem vehementer horreat, salutarem principem agere possit. Ac primum quidem est, recte de singulis iudicare. propterea quòd infectis opinionibus, ceu fontibus, vnde omnes vitæ ducant actiones, omnia perperam gerantur oportet. Proximum est vt abhorreant à turpibus, ferantur ad honesta. Nam vera sapientia nō solum complectitur veri cognitionem, verūm etiam studium & amorem honesti. Siquidem liceat fortassis inuenire qui perspiciat bellum sine graui rerum humanarum pernicie suscipi non posse, nec esse tanti veterem aliquem & obsoletum ditionis titulum, verūm impellit ambitio vt omnia misceat armis. Et est fortassis, qui videat, hinc maximam reipublicæ pestem nasci, quòd ad gerendos magistratus asciscuntur non qui prudentia, rerum vsu, vitæ integritate plurimum prodesse reipublicæ possint, sed qui maxima pecuniæ summa liciteutur: verūm hoc pertrahit auaritia vt neglecto publico malo, fisci negotium agat. Et non deest qui intelligat, principis esse munus, sicut ab omnibus accipit vectigal, ita omnium consulere rebus, præsidere in iudiciis, excludere maleficia, magistratus obseruare, corrigere leges inutiles: verūm ab hoc studio reuocant voluptates, per quas non est otium curis principe dignis vacare. Et qui sentiat se plurimum prodesse posse rebus mortalium: verum id quidem non sine vitæ discrimine. Hic deseret rempublicam, quisquis existimabit infœlicissimū esse mori. Proinde primum omnium, principis animus omnibus erroribus liberandus est, vt perspiciat quid verè honestum, quid verè glorioſum, quid vere magnificum. Deinde imbuendus turpitudinis odium & amor honesti, quo videlicet perspiciat quid principem deceat, & nihil appetat nisi quod sit bono ac salutari principe dignum: vt honestum vbi sit videat, & hoc vno metiatur omnia, nec vnquam ab hoc aberret scopo. Atque hanc vocant sapientiam, qua necesse est vt princeps tāto cæteros antecellat mortales, quanto dignitate, opibus, ornatu, potentiāque antecedit. Atque vtinam saltem Christiani principes omnes sapientissimum regem imitentur, cui quum daretur optio, quicquid vellet ab eo qui nihil nō præstare poterat, nihil aliud optauit quàm sapientiam, & eam sapientiam qua populum sibi commissum rectè gubernaret. Atque idem quæso quid aliud inculcat filio, quam amorem ac studium sapientiæ? Eodem spectat quòd Ægyptij simulachrum principis ita repræsentabant vt oculum pingerent cum sceptro. Nimirum quod oculus in corpore, id verus princeps in republica. Quod sol in cœlo, id princeps in populo. sol oculus mundi, princeps oculus multitudinis. Quod animus in homine, id princeps in ciuitate. animus sapit, corpus obtemperat. & imperat quidem animus corpori, sed corporis bono: nec sibi gerit regnum, veluti tyrannus, sed ei cui præsidet. Denique Dei moderantis vniuersa, salutaris princeps vnam imaginem refert. atque eo magnificentior est princeps, quo propius ad archetypi sui formam accessit. Deus nihil non perspicit, nihil non sentit, nullis corrumpitur affectibus. Ita potentissimus est, vt idem sit optimus omnibus benefacit, etiam indignis. non punit nisi raro, idque coactus. nobis administrat hunc mundum, non sibi. hoc illi præmij loco est, si profuit. Contrà qui pestilens est princeps, is cacodæmonis simulachrum ac vicem teddere videtur aut nō sapit aut si sapit, in publicam perniciem sapit. Quod habet potentiæ, in reipublicæ pestem abutitur, & quum plurimum noceat omnibus, plus tamen vult nocere quàm possit. Nihil est bono rege præclarius, nihil melius, nihil Deo propius: rursum nihil malo principe fœdius, nihil pestilentius, nihil cacodæmoni similius. Numen quoddam est princeps salutaris: at nulla belua nocentior tyranno. Tyrannus est autem quicquis sibi gerit imperium, quocunque nomine pingatur aut vulgatur. Nō est nostrum de tantis proceribus veluti probra iacere: sed tamen cogimur, non sine suspitione, hæc quam dixi sapientiam in Christianis principibus desiderare. A quo igitur vnde tot rerum nouationes, toties ista & rescissa fœdera, tam crebri tumultus, tot strages, tot pugnæ, tot minæ, tot dissidia, nisi à stultitia proficiscuntur? Et haud scio an nonnulla huius mali pars nobis ipsis sit imputanda. Clauum nauis non committimus nisi eius rei perito, quod quatuor vectorum aut paucarum mercium sit periculum: & rempublicam, in qua tot hominum millia periclitantur, cuiuis committimus. Vt auriga fiat aliquis, discit artem, exercet, meditatur: at vt princeps sit aliquis, satis esse putamus natum esse. Atqui rectè gerere principatum, vt est munus omnium longè pulcherrimum, ita est omnium etiā multo difficillimum. Deligis cui nauim committas: non deligis cui tot vrbes, tot hominum capita credas. Sed esto, receptus est quàm vt conuelli possit. Nascuntur principes, & cuicunque fors fauerit, siue probus sit ille, siue improbus: siue stultus, siue sapiens: siue sanus, siue motæ mentis: modò figuram habeat hominis, ei summa rerum credenda est. Huius arbitrio mundus bellis ac cædibus miscebitur. Sacra ac profana omnia perturbabuntur. Sed ea res si minus mutari potest, proximum tamen erat, diligenti institutione succurrere: & si non licet idoneum imperio deligere, enitēdum est vt idoneum imperio faciamus eum quemcunque fortuna nobis dedit. Videmus qua solicitudine, qua cura, qua vigilantia paterfamilias educat puerum, vnius fundi dominum futurum. quanto igitur maiori cura instituendus est is qui vel magno omnium bono futurus sit bonus, aut magno omnium exitio malus, & de cuius vnius nutu salus aut pernicies pendebit orbis? Quibus decretis, quibus philosophiæ præceptis hoc pectus erit præmunitēdum, non solum aduersus tantas rerum tempestates, quæ solent in ciuitatibus exoriri: verumetiam aduersus fortunæ indulgentiam, quam arrogantia & stultitia ferè solet comitari aduersus dotes quibus vel optima natura corrumpi possit: multo maxime verò aduersus adulatorum pestiferas assentationes, & illud venenatissimum euge, quod illi tum potissimum occinunt, quum princeps imamē maximè. Hic mihi iam tum infantulo adhibendus erat artifex qui piam egregius. Non enim recte fingitur princeps, nisi quum is nōdum intelligit esse principem. Statim, inquam, accipiendus formator: in quo deligendo conuenit & hoc esse diligentiores, quòd principem deligere nō licet, instituere licet. Hic

Nullus princeps non stultus.

Laudes alienæ à principe.

1 Iuuenis.

2 Formosus.

3 Robustus.

4 Facundus.

5 Belle cantat. Bibax.

7 Procerus.

8 Scite ludit.

9 Gastrosus.

Respub. felix quando.

Vulgi opinio.

Vera sapientia quid complectatur.

Ambitio principum.

Auaritia.

Officia principis.

Principis animus erroribus liberandus

Ægyptiorum insigne.

Princeps, imago dei.

Pestilis princeps, cacodæmonis simulachrum.

Tyrannus.

Vnde tot hodie calamitates proficiscantur.

Gerere principatum omnium difficillimum.

Nascuntur principes.

Educatione succurrendum erat principum naturæ.

Quando recte princeps instituatur.

Quomodo cæteris excellere principes debeant.

Salomon.

mihi in pectusculum adhuc vacuum ac sequax instillet opiniones principe dignas, muniat optimis de honesto decretis:ostendat di crimen veri principis ac tyranni:subiiciat oculis quàm Deo propinqua res est salutaris rex: quàm tetra bellua quámque abominanda, tyrannus.Admoneat, eum qui sibi gerit imperium, non reipublicæ,prædonem esse,non principem: nihil interesse inter piratas & principes piratarum animo præditos,nisi quòd hi,quo sunt potentiores, hoc maiorem adferût perniciem rebus humanis. Inculcet quàm multis hominum millibus,imò quàm vniuerso mûdo prodesse queat, si is vnum sapientem ac bonum præstiterit virû.

Præcepta instillanda principibus puer.

Imperiû quid apud Christianos.

Doceat,apud Christianos homines imperium nihil aliud esse quàm reipub.administrationem,non dominiû. Imperium quidem appellant:sed meminerint se imperaturum & liberis & Christianis,hoc est bis liberis. Ad hoc vt princeps sit aliquis, non satis esse, natum fuisse, non satis esse vetustas imagines, non sceptrum, non diadema.animus sapientia præcellens, animus pro publica incolumitate semper solicitus, & nihil spectans nisi commune bonum,princeps sit oportet.Non ne sese vel applausibus stultæ plebeculæ, vel adulatorum laudibus metiatur.Ne quid agat impulsu odij, amoris, iræ,aut vllius affectus instinctu. In creandis magistratibus, in condendis legibus, in cæteris muniis vnicum tantum spectet scopum,nempe honestum & publicam vtilitatem.Non satis esse si ipse nemini faciat iniuriam. officialium quoque suorum integritatem esse præstandam principi. Non esse sitam in hoc principis laudem, si ditionis terminos proferat, si finitimos subiugoueat armis:verûm siquam fortè nactus est ditionem,iustitia, frugalitate, cæterisque pacis artibus efficiat florentiorem. Doceat,vt ad benemerendum de bonis sit propensissimus,ad ignoscendum facilis,ad puniendum ô aliter accedat quàm amicus medicus, mèbrum deploratum amputaturus,aut mussurus:vt omnia studeat vitet vnde pereipiat reipublicæ magnum malum fore. Super omnia verò bellum modis omnibus declinet: quòd aliis è rebus alia atque alia mala nascuntur,at bellum,vniuersum maiorum agmen semel effundit. Hæc atque huiusmodi decreta, iunt animo puerili,sapientum apophthegmatis & laudatorum principum exemplis infigenda.At nunc videmus vix vllos homines educari vel corruptius vel indiligentius iis quos tanti refert omnium quamoptime institutos fuisse. Infans hic orbi imperaturus,stultissimis mulierculis committitur, quæ adeo nihil instillant in animum illius principe dignû, vt etiam siquid rectè moneat præceptor, aut si suapte sponte videatur ad mansuetudinem propêsior, dehortentur:& principem,hoc est tyrannum,agere doceant.

Laus principis.

Principis clementia.

Omnes assentantur principi.

Denique nemo non blanditur, nemo non assentatur, applaudunt proceres,obtecundât ministri: adulatur & præceptor, non hoc agens vt patriæ salutarem reddat principem,sed vt sibi magnificam paret fortunam. Adulatur & theologus, quem vulgò confessorem vocant, episcopen aliquam aucupans. Assentantur magistratus,assentantur qui colludunt,qui conniunt, vt rectissimè dixerit Carneades, à regibus nullam artem rectè dici,præter artem equitandi:propterea quòd solus equus, quoniam non sentit principis ac plebei discrimen,nescit adulari:regibus excutit quicûque is fuerit, qui no apte norit insidere tergo. Statim docetur fastû, docetur arrogantiâ: admonetur licere quicquid libet. Audit,oês omniû possessiones esse principis, principê esse superiorem legibus: in pectore principis omnem legum & consiliorum mundum esse reconditum. Audit sacras maiestates,serenitates, diuinitates, terrestre numen, & huiusmodi magnificos titulos. In summa, dum adhuc puer est,nihil aliud discit ludere, quàm tyrannidem.Mox rapitur ad puellas:inuitant, laudant, inseruiunt omnes. Hic adest æqualium effœminatissima turba: nullus risus,nullus sermo nisi de puellis.Sub hæc alea,choreę,conuiuia,citharę,discursus:in his ætatis optima pars conteritur.Quòd siquando libeat literis oblectare otium,leguntur amles fabulę,aut his perniciosiores historiæ. Ex his animus,nullo prémunitus antidoto, imbibit admirationem, & zelum (vt Græci vocant)alicuius pestilentissimi ducis:puta Iulij Cæsaris, aut Xerxis,aut Alexandri Magni. atque in iis ipsis quę pessima sunt,maximè placent. ab his impetus dementes, ab his exemplum pessimum sumunt. Pone nunc,si placet,ingenium non delectum è multis, quod oportuit, sed qualecunque contigit:pone tam corruptam educationem, quæ vel Aristidis ingenium posset corrumpere:pone tot adulationis venena : pone delicias,quibus

Depravatio principis.

Lectio principis.

malè conuenit cum sapientia : pone voluptates, pone fortunæ splendorem,pone potestatem, pone ætatem ferocem,& suapte sponte procliuem ad pessima: super omnia, pone pectus falsissimis infectum opinionibus. Et miraris si hic ab his profectus rudimentis ad gerendam rempublicam,parum sapienter administrat? Sed iuuenis est, inquiunt:sapiet aliquando rerum vsu. At principem non oportet esse iuuenem, etiam si iuuenis fuerit.Et cum misera est omnis prudentia quæ colligitur vsu rerum, tum in principe miserrima est.Nimio constabit reipublicæ, principis sui prudentia,si gerendo bello discet bellum rem esse modis omnibus fugiendam : si non prius intelligat, magistratus integris viris esse committendos, quàm improborum temeritate rempublicam labefactatam conspexerit. Nec est cõmittêdum vt, sicuti qui citharæ discunt canere,priusquam artem assequantur, citharas aliquot obterunt ac perdunt(quemadmodum scripsit Xenophon) ita princeps reipublicæ pernicie discat rempublicam administrare.Non mirum igitur siquando videmus euenire vt præposterè res geratur : nimirum vt quum affectus è corpore orti, ab animo coërceri debeant, ab animo perturbationes proficiscantur in corpus: vt oculus minus perspiciat quàm reliquum corpus: vt omnibus noxius sit ac pestilens,qui Dei vicem gerens, omnibus debuit esse salutaris. Annon videmus egregia oppida à populo condi,à principibus subuerti? Rempublicam ciuium industria ditescere, principum rapacitate spoliari?bonas leges ferri à plebeis magistratibus, à principibus violari?Populum studere paci,principes excitare bellum? Hæc, opinor, dederunt occasionem adagio quod retulimus : à quo quidem nescio quo pacto longius fumus digressi sed iam ad id redimus. Dictum est igitur,Aut fatuum aut regem nasci oportere,quòd huiusmodi ferme fuerint barbari reges apud veteres: quorum vtinam nostræ tempestatis principes sint dissimillimi. Nã & fatuis ob inopiã mentis omnia permittuntur, & regibus ob potentiam omnia laudi quoque tribuuntur. Possimus & de pari regum ac fatuorum facultate dictum interpretari quòd regibus,quicquid volunt,fortuna suppeditet: fatui verò non minus fœlices sint sua philautia, per quam sibi putant nihil bonarum rerum deesse. Porrò prouerbium apud Romanos natum videtur, apud quos regis cognomen erat inuisum, ceu barbarum ac tyrannicum, & pugnans cum publica libertate,quam illi vel in primis tum lectabantur.

Principum pernicioſa fatua.

Vbi natum hoc adagiũ.

Minutula pluuia imbrem parit. 2

Φυσώδης ὄμβρον γεννῶσι, id est, Minutæ guttulæ imbrem parientes. Quoties res initio pusilla, crescit in maius:quemadmodum apud Plautum in Menæchmis,

Nunc in te cadunt folia, pòst cadent arbores.

Folia in te cadũt, pòst cad.arb.

Quare in minutis vigilandum, ne paulatim incidamus in maxima incommoda. admonente prouerbiali tenario,

Εἰ μὴ φυλάξεις μικρά, ὀλεῖς τὰ μείζονα. id est,
Maiora perdes,parua ni seruaueris.

Est enim φυσὼδης tenuis irroratio,qualem reddunt & nebulæ densiores. φυσώδης.

Citra vinum temulentia. 3

Ἄοινος μέθη, id est,Ebrietas absque vino. Theophrastus,vt testatur in Symposiacis Plutarchus, τὴν παρὰ τὸν ἄοινον μέθην ὑγιάζειν. id est, Tonstrinas ebrietatem absque vino vocabat.propterea quòd illic desidentes,sermonibus ita temulenti redderentur, vt non aliter effutirent quicquid esset in animo, quàm inter pocula solent ebrij: voces interdum per temulentiam effutientes,per iugulum,*vt ait Plinius* redituras. Horatius insolentiam,ebrietatem appellat, Fortunáque dulci ebria. Vulgò panariã ebrietatẽ appellãt arrogantiã, licẽtiámque morum,quæ secundis rebus comes esse consueuit. Et est hęc quidem non paulo periculosior illa quam vinum adduxit.Siquidem vini æstus pauculis horis,aut etiam somno deterbuescit:hæc multis in omnem vsque vitam durare consueuit.

Ebrietas absque vino.

Voces per iugulum redituræ.

Panaria ebrietas.

† Sic Horat.Carm. *Cleopatram dulci fortuna ebriam* dixit,hoc est ob fortunæ successus insolentiorem,& minus altùm spirantem:

--quidlibet impotens
Sperare,fortunáque dulci
Ebria--

Sic & Euripides inducens Electrũ cõquerentẽ de cõtumelijs Ægysti in patrẽ suũ, dicentem facit, ea omnia illum Clytemneltra ebrium facere.

facere. Et Philostratus in Herodis sophistæ vita dixit homines diuitiis ebrios. ὁ γὰρ πλοῦτος μεθύοντας ἄδηλον πῶς ἀποτελεῖ τοὺς ἀνθρώπους. Sicuti & Lucret. homines ebrios curis. Vidit elegans Muretus lib. var. lection. cap...

Palmam ferre. 4

Palmam ferre, & palmam tribuere, & palmam præripere. & his consimiles orationes, tametsi propter frequentem vsum simplices esse videantur, tamen prouerbiali schemate dictæ sunt. Neque enim palma per se victoriam significat, sed arborem ἀειθαλῆ καὶ φυλλοβόλον, id est, perpetuo virentem frondibus, quam Græci φοίνικα vocant. Cur autem ab hac potissimum sumpta sit metaphora, illud arbitror in causa fuisse, quòd (quemadmodum in Conuiualibus quæstionibus refert Plutarchus) hæc vna fuerit communis omnium sacrorum certaminum corona: quú alioqui singuli ludi, peculiares quasdam arbores aut herbas haberent, quibus victores insigniebantur: veluti laurum, oleam, myrtum, apium. Præterea sunt qui putent, hanc arborem initio Phœbo sacram fuisse ante laurum, & antiquissimum victoris insigne fuisse palmam, non aliam quampiam arborem. Quamobrem autem hæc arbor potissimum delecta sit ad eum vsum ab antiquis, A Gellius causam reddit libro Noctium Atticarum tertio, capite sexto, scribens arboris palmæ peculiare quiddam inesse quod cum ingenio fortium virorum conueniat. Nam si super eius, inquit, lignum magna pondera imponas, ac tam grauiter vrgeas onerésque vt magnitudo oneris sustineri nó queat, non deorsum palma cedit, nec infrà flectitur, sed aduersus pondus resurgit, & sursum nititur, recurvatu. que. humique tam stupendæ rei citat authores, Aristotelem in 7. Problematum libro, & Plutarchum in octauo Symposiacorum. Et Plutarchi quidem verba super hac re reperi in eo quem Gellius citat libro, Φοίνικα γὰρ ξύλον, εἰ ἄνωθεν ὁπόσης βαρύτητος ἐπιτεθείη μὴ κατακλίνεται οὐδὲ ἀνίησιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄνω ἀντερείδει τὸ βαρούμενον. τῶν δὲ ἄλλων ἕκαστον, εἰ μὴ ῥώμης ἕνεκα τοῦ βαστάζοντος, ἢ διὰ τὸ ἀβλαβὲς ἀσφαλὲς ἔχει, τῶν μὲν ἀπὸ ἀσθενείας καὶ μαλακίας ὑπείκοντα αὐτοῖς πιέζει κάμπτοντες. οἱ δ' ἱππόμυρμοι ὑπομένοντες τὸν ἄχθον, ὁπόσον τῆς σπουδῆς, ἀλλὰ καὶ πᾶς φέρουσιν ἐπιτείνουσι καὶ αὐξοῦσιν. id est, Nam palmæ lignum, si superimposito pondere graviter premas, haud deflectitur deorsum, verùm in contrarium curuatur: perinde quasi resistens oneri vim facienti. Hoc ipsum lanè accidit & in certaminibus athletarum. etenim qui per imbecillitatem animique mollitiem cedunt illis, eos premendo deflectunt: at qui fortiter in eo studio perdurant, hi non modo corporis robore, verumetiam animi prudentia prouehuntur atque augentur. Idem affirmat Plinius libro 16. capite 42. Pondus, inquiens, sustinere valent abies, larix, etiam in transuersum posita. Robur, olea, incurruantur cedúntque ponderi: illæ remittuntur, nec temere rumpuntur, priúsque carie quàm viribus deficiunt. Et palma arborum validissima in diuersum eam curuatur. At populus contra omnia inferiora pandatur: palma è contrario fornicatur. Idem affirmat Theophrastus libro De plantis quinto. Hoc virilis animi robur, cum palmæ genitura vi congruens, Vergilius scitè descripsit, quum ait, Æneid. 6.

Tu ne cede malis, sed contrà audentior ito
Quàm tua te fortuna sinet.

Nec abhorret hinc Horatianum illud, 4. Carm. 4.

Durus vt ilex tonsa bipennibus
Nigræ feraci frondis in Algido
Per damna, per cædes, ab ipso
Ducit opes animúmque ferro.
Non hydra secto corpore firmior,
Vinci dolentem creuit in Herculem,
Monstrúmue submisere Colchis
Maius, Echioniæ Thebæ.
Merses profundo, pulchrior euenit.
Luctere, multa proruet integrum
Cum laude victorem, geréque
Proelia coniugibus loquenda.

De palma Dioscorides lib. 1. cap. 115. Ausonius Paullo: Hęc inter cunctas palmam meruisse priorem. Horat. antè dixerat 1. Oda:

-palmáque nobilis
Terrarum dominos euehit ad deos.

Idem 3. epist. ad Augustum:

-valeat res ludere, si me
Palma negata macrum donata reducit opimum.

Et epistol. 1.

-cui sit conditio dulcis sine pulvere palma.

Certè quantum quidem ad symbolum spectat, Suetonius Octauio, cap. 94. apud Musdam D. Iulius castris locum capiens, cum syluam cæderet, arborem palmæ repertam conseruari vt omen victoriæ iussit.

Relinque quippiam & Medis. 5

Λεῖπέ τι καὶ Μήδοις, id est, Reliquum facito aliquid & Medis. Prouerbialis locus in eos qui ex conuiuio nihil reliqui faciunt, aut qui facultates vniuersas abliguriunt. Plutarchus in Symposiacis ἡμῖν μὲν οὖν πᾶς βοιωτὸς τὸ λεῖπέ τι καὶ Μήδοις, ἀφ' οὗπερ ἔσχον ἐξ ἀρχῆς τὰ μέσα καὶ τὰ φοινικίδα καὶ τὰ ἔσχατα τῆς βοιωτίας ὅρους καὶ φοίνικα ἐπηγάγοντο. id est, Nobis quidem Bœotis illud in ore est, Reliquè quippiam & Medis: ex quo Medi & Phocidem ipsam & extremos Bœotiæ terminos incusarunt, omnia vexantes, miscentéque populationibus. Subiicit autem quod etiam vulgò hodie dictitant, Λεῖπέ τι καὶ ξένοις ἐπελθοῦσι, id est, Relinquito quippiam & hospitibus aduenturis. Adagium ad varios vsus trahi potest, aut per ironiam, vt si dicas diuiti, indigni & sumptuosis hæredibus suas opes destinanti relinquere. Relinque quippiam & Medis hoc est, comparce tu quod dilipent i) qui tibi malè volunt. Aut immoditè profuso, aut intemperantius garrulo: quemadmodum in Phormione Terentius, Tarce sodes, vt possis cum illa.

Ipsum adagij

Deorum manus. 6

Θεῶν χεῖρες, id est, Deorum manus. olim per ironiã, vt opinor, dicebantur efficacia illa pharmaca, quæ plurimis ex rebus & e lóginquo petitis conficiuntur: quibus hodie tum medici tum pharmacopœiæ vulgo iactant imposituram. Plutarchus quarta decade Περὶ ἐμμελοῦς προσφορᾶς, simul & prouerbium refert, & Erasistratum citat, huiusmodi medicorum misturas improbantem, Ἀλλὰ τοὺς μᾶλλον ὀλίγα μιγνύντας τῶν τοῖς βαρβαρικοῖς καὶ ἐξαφανιστοῖς ἰσχυρὰς δυνάμεις ἐκ θεῶν χεῖρας ὀνομαζόντων. Ἐρασίστρατος γοῦν ἐλέγχων τινὰς ἀπορίας καὶ περιεργίας, ἅμα μεταλλικὴν καὶ βοτανικὴν καὶ θηριακὴν, ἐκ πάντων γῆς καὶ θαλάττης καὶ τῶν ἀπὸ συμπαντὸς συναγηγερμένων. καλῶς γὰρ, ταῦτα ἐποίουν, ὦ πολυτίμητε καὶ ἀκμὴ καὶ ὑγιὲς ἀεὶ τῷ ἀνθρωπείῳ γένει διὰ παντὸς ἐσομένη, ἐξ ὧν ἐγὼ γοητείας τινὸς ὁρῶ. id est, Quin multo magis quum regales illas & efficaces variorum remediorum misturas conficiunt, quas deorum manus appellarunt. Erasistratus autem coarguit absurditatem & curiositatem eorum qui simul & metallica & herbaria & ferina, quæque terra gignit quæque mare, in vnum commiscuerunt. At bene haberet, si his omissis, in profana & cucurbita & hydrelæo medendi artem finissent. Verùm per Iouem ipsa rerum varietas imponit nobis & appetétiam illicit. Hactenus Plutarchus. Meminit huius adagij Galenus, tractatu 6. citans ex Erophilo. Libet obiter & C. Plinij verba hoc loco subiicere, quibus medicorum misturas taxatas sunt in præfatione libri 24. Hinc, inquit, nata medicina. Hęc sola naturæ placuerat esse remedia parata vulgo, inuentu facilia, ac sine impendio, ex quibus viuimus. Postea fraudes hominũ, & ingeniorum capturę officinas muenere illas, in quibus tua cuique homini venalis promittitur vita. Statim compositiones & misturæ inexplicabiles decantantur. Arabia atque India in remedio æstimantur; vicerique parsimonia medicina à Rubro mari imputatur, quum remedia vera quotidie pauperrimus quisque cœnet. Nam si ex horto aut petatur herba, vel frutex quæratur, nulla artium vilior fiet. Hactenus Plinius.

Impostura pharmacopolarum.

Remedia priscorum.

¶ Nonnihil Tiraquellus, polyhistor ille noster, lib. de nobilitate, vbi multa de medicis. de medica vero simplicissima Seneca epist. 96.

Quot homines, tot sententiæ. 7

Nihil vel hodie vulgo tritius est quàm hæc Terentiana sententia. Quot homines, tot sententiæ. Cui similis est apud eundem & illa, Suus cuique mos est.

Suus cuique mos.

Persius item, Satyr. 4.

Mille hominum species, & rerum discolor vsus,
Velle suum cuique est, nec voto viuitur vno.

Velle suum cuique est.

Eodem pertinet & illud epigrammaticum, quo dictum est, nueniri qui non recusent agros paternos cedere, qui velit ingenio cedere, reperiri neminem. Horatius decentissimam addit alle goriam, 2. Serm. 2.

Tres mihi conuiuæ prope dissentire videntur,
Poscentes vario multum diuersa palato.

Idem primam omnium odam huius argumẽto sententiæ conscripsit. alius studiis alios duci, alius alia cordi esse. Allusit facetissimè Terentius in Phormione, quum è tribus aduocatis primus ait, secundus negat, tertius ne-

liberandum censet. Eam sententiam Euripides in Phœnissis latius explicuit,

Εἰ πᾶσι ταὐτὸ κἄλει ἦν σοφόν θ' ἅμα.
Οὐκ ἂν ποθ' ἁπάντων ἀνθρώπων ἐγὼ
Νῦν δ' οὔθ' ὅμοιον οὐδὲν οὔτ' ἴσον βροτοῖς
Πέφυκ' ἀναμέσον, τὸ δ' ἔργον ἐκτίσει πόλει.

id est,

Cunctis idem si pulchrum & egregium foret,
Nulla esset ancep hominibus contentio.
At nunc simile nil, idem mortalibus:
Nisi verba forsan inter illos concinunt,
Arte tamen facieque conuenit nihil.

Idem in Hippolyto coronato,

Ἄλλαν ἄλλῳ δαίμων τις ἀνθρώπων μέλει.
Hic hunc, hic illum & homo cordi est & deus.

Huc respexit Homerus in Odyssea ξ,

Ἄλλῳ γὰρ τ' ἄλλοιον ἀνὴρ ὀπίπτει ἔργον.
Nanque alius alia res arridetque placentque.

† De populi inconstantia multi multa, vt Cicero passim. Horat. 1. epist. *Belua multorum capitum*, & alia quæ obuia quibusque videri possunt. Huc Ælian. de Polycleti statuis, 14. var. hist. cap. 8. Seneca, epist. 7. & 29. Ad gallionem initio: de beata vita, cap. 28. Plin. 2. epist. 9 Idem 2. epi. 14. pulcher locus in Mamertini panegyrico. Cùm boni rari sint, improborum vulgus immensum, in campo autem numerus & turba præpolleat, sine dubio intelligitur eum sumi magis populi magistratum capere quem plures, id est peiores probarunt, &c.

Eum ausculta cui quatuor sunt aures. 8

Inter Græcanicorum prouerbiorum collectanea refertur Ἄκουε τῷ τὰ τέσσαρα ὦτα ἔχοντος, id est, Eum ausculta cui quatuor sunt aures. Huius adagionis huiusmodi quoddam interpretamentum adfert Zenodotus: Oraculo quondam fuisse responsum Entimo Cretensi & Antiphemo Rhodiensi, vt eum obseruarent cui quatuor essent aures. Is autem erat prædo quidam Phœnix, quem cauendum esse monebat oraculum. Porrò quòd quatuor aures habere dictus est, non satis liquet verène habuerit, an per allegoriam sit accipiendum, quòd quatuor locis exploratores haberet dispositos. Verùm illi quum dei responsum tanquam ridiculum negligerent, in prædonem incidérunt, atque ab eo sunt extincti. Itaque ex hoc euentu vulgo natam esse paræmiam existimant. Sed mihi magis arridet quod idem ex Aristophane grammatico refert, Lacedæmonios Apollinis simulachrum ita solere fingere, vt quatuor haberet aures, & manus totidem: vel quòd (vt author est Sosibius) hac figura visus sit illis apud Amyclas pugnantibus: vel significantes, vt equidem coniicio, viro prudenti res quamplurimas tum audiendas esse, tum visu vitæ periclitandas. Porrò creditum est antiquitus, nulla oracula fuisse certiora quàm Apollinis. Vnde iactatum etiam illud, πάσῃ πρόσει δ'. Atqui ita monet prouerbium, audiendos esse illos qui diuturno complurium rerum vsu præ cæteris sapiunt; ita vt ferè faciunt senes. Vnde & apud Homerum laudatur Nestoris oratio, tanquam omnium auditu dignissima. & in Odyssea secundo libro, Ægyptium heros senem primo loco loquentem facit,

Ὃς δὴ γέρων πολλὰ ἴδεν, καὶ μυρία οἶδε,

id est,

Qui iam iacturus erat senio, sed plurima norat.

Quid audiendi.

Eodem spectauit Euripides in Phœnissis. ad quem locum allusit Lucianus in Hercule Gallico. id quod obiter admonendum putaui, propterea quòd is dialogus inter multos alios à nobis Latinus est tactus: & allusio nonnihil habet tenebrarum. sed carmen poetæ referam. [illegible]

Ὦ τέκνον ὦ ἄπονθα τοῦ γέροντος κατά
Βύσσων πεφύκει, ἀλλ' ἐμοὶ τροφεῖα,
Ἔχει τι δεξιᾶς ἡδονὰς ὀπαδόν.

Verba sunt Iocastæ iam anus ad Eteoclem adolescentem filium. ea nos sic vertimus,

O gnate Eteocles, cui sit nequaquam inuida
Adsint senectæ nam per experientiam
Vsumque rerum, dicibile haud nihil rudi
Potest iuuenta melius ut prudentius.

Prospectandum vetulo latrante.

Idem nunc vulgus nostratium effert, sub sordida quidem, sed tamen apta metaphora, quum aiunt, Prospectandum vetulo latrante cane hoc est, nequaquam negligendum quoties senes periculum cauendum admonent. Canes enim vetuli non latrant temere, quemadmodum iuuenculi.

Semper feliciter cadunt Iouis talis. 9

Ἀεὶ γὰρ εὖ πίπτουσιν οἱ Διὸς κύβοι.
Semper cadunt feliciter tali Iouis.

Senarius est prouerbio celebratus, dicique solitus in eos quibus res omnes perpetuo quodam fortunæ fauore, ex animi sententia cederent. Apparet translatum à talorum iactu, vbi fortassis antiquitus obseruatum est Iouis talos feliciores esse. Nam mos erat iactibus aleæ rum, omnis causa, deorum aut hominum nomina præfari. Vnde & Veneris iactus inter felices numeratur, vel prouerbio teste, *Si sæpe iactes, aliquando Venerem iactes.* Nisi malumus ad Iouis victoriam, Iunonisque victæ fabulam referre. Sunt qui putent quadrare in eos qui factis suis dignas pœnas dependerint, quasi Ioue non sinente culpam inultam. Mihi videtur non absurdè dici posse & in viros fortunatos ac præpotentes, quorum etiam parum recte factis applauditur, attestante vetere prouerbio:

Ὡς ῥᾴδιόν ἐστιν αἰὲν ἁμαρτάνειν τύχῃ. id est,
Quàm facile semper res cadunt potentium.

Ab hac sententia non abhorret illud Euripidis in tragœdia cui titulus Phœnissæ,

—πάντα δ' ἔστιν ἐν θεοῖς. id est,
—sunt cuncta dis proclivia.

Tum illud Homero frequens, —Ζεὺς δέ τε πάντα δύναται, *Caelites omnia possunt.* *Dij omnia possunt.*

Thessalorum commentum. 10

Θεσσαλῶν τὸ στόμωμα, id est, Thessalorum commentum varias ad res accommodari scribit Suidas: tum ad eos qui in acie locum deserunt: tum ad illos qui cultu delicatiore vtuntur: tum ad eos qui dolis quempiam circumueniunt. Natum autem arbitrantur ex huiusmodi quapiam historia: Arato, Thessalo cuidam oraculo responsum est, caueret ne clanculum vinceretur ab iis qui maiore splendidioréque voto oraculum aduersus ipsum ambirent. Quod ille simulátque audiuit, votum nuncupat, se centum hominum capita deo sacrificaturum. Deinde posteaquam ea quorum gratia venerat, ex animi sententia confeciſſet, votum ac sacrum persoluere sine fine cunctabatur, tanquam neque pium satis, neque dignum Apolline. Qua quidem ex re natum aiunt, vt postea quotannis hecatombem ei deo polliceri sint soliti, neque reddere tamen quod essent polliciti. Thessalorum fraudulentiam notat & Euripides in Phœnissis, *Thessali fraudulenti.*

Καὶ πᾶσι τοῦτο Θετταλὸν στόμωμα.
Εἰσῆγαγ' ὁ στόμωμα μωλία χθονός. id est,
At cunctis hoc Eteocles mox Thessalum
Adhibuit artem, cunctis ob commercium.

Idem alibi,

Πολλοὶ τυφλοῦσι, μᾶλλα ἄπιστοι, Θετταλοί. id est,
Multos quidem adeas, lubrica tamen fides
Graia Thessalorum.

Idem declarat Demosthenes in Olynthiaca prima, Ἅπαν τὸ τῶν Θετταλῶν, πάντα γὰρ ἄπιστα, μᾶλλον δὲ ἴσως φύσει ἀνθρώπειόν ἐστι. id est, Accedùt, inquit, ad hæc res Thessalorum, quæ profecto cunctis quoque mortalibus natura semperque infidæ fuerunt. A quibusdam sic refertur hoc adagium, αἰεὶ γὰρ τὸ τῶν Θετταλῶν, ἄπιστα. id est, Semper eum res Thessalorum, infidæ. Aristophanis enarrator ab Iasone natum prouerbium existimat, quòd is Medex promissam fidem soluerit. quod quidem illa illi exprobrat apud Ouidium in Heroidum epistolis. Prouerbij meminit & is qui fragmenta nobis Athenæi tradidit. *Iasonis perfidus.*

Thessalorum alæ. 11

Θεσσαλικαὶ πλόκαμοι, id est Alæ Thessalicæ Prouerbiali ioco quondam dicebatur in vestes manicatas, quas Græci χειριδωτοὺς vocant: quòd hoc genere per luxum ac delicias vterentur Thessali. Apud Maronem hoc amictus genus, tanquam parum virile, Troianis ab hostibus opprobratur, *Manicatæ vestes.*

Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ.

Et apud Plautum quidam cultu Punico, cui aliis exotica, ridetur propter manicas, aut angulos alarum instar, vtrinque propendentes atque extantes.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. *quondam dicebatur in vestes manicatas.*) Rectè quidem, si πλόκαμοι hîc manicæ significarent: sed non hoc dicit Pollux, non Hesychius, non Eustathius:

non

ren denique ipse vnde prouerbium hoc sumptum est Suidas scribit enim ; Θεσσαλικαὶ πτέρυγες dictum fuit quòd πτέρυγας haberent chlamydes Thessalicæ. sunt autem anguli ex vtraque parte, quòd alis sint similes. Hesychius autem ait πτέρυγας esse partem tunicæ eam quæ est circa fimbrias : item πτέρυγα inter cætera significare dixit extremitates indumentorum. Pollux autem apertè χλαῖναι (à quibus χλανίδια χοιρίνα appellantur) à pterygibus seu pterygis distinguens, ait, μᾶλλον δὲ ἐσθῆτος, πτέρυγας δὲ καὶ πτέρυγα (malim πτέρυγα) τὸ ἄκρον τῆς χιτωνίσκου. χλαῖναι δ' αἱ ἐπὶ ταῖς ἱππικαῖς. Item alibi, διαφέρει δὲ τὸ μέρος τοῦ ἱματίου, πτέρυγες δὲ τὸ μέσον αὐτοῦ, γόνιμα. Quòd autem illic pterygas χοιρίνας tribuerit, hic autem ἱππικὰς tribuat, mirandum non est. cùm etiam Xenophon in quarto ἀναβάσεως scribat, εἶχον δὲ ἱππικὰς λινᾶς μάχης τοῦ ὕπνου, αἱ δὲ πτέρυγες, ἐπέβαλλον ἑκατέρωθεν. vbi vocis huius significationem planè ignorauerunt interpretes : vtpote quorum alter fundas, alter plumulas verterit. Rectè autem, & magis propriè fortasse, thoracibus dantur pterygæ, quibus Thessalos delectatos, ex hoc prouerbio (si tamen prouerbium est) videtur esse perspicuum : cùm & thoracibus illos præcipuè vsos quidam tradiderint : & Pollux illis verbis quæ vltima ex eo protuli, subiungat, μάλιστα δ' ὁ Θετταλὸς ἐν ὅπλοις, ἅπερ ἐστὶ θωρηκεῖον. Eustathius autem scribit, Θετταλικὰ χιτώνια nominat, quod pro præmio certaminis constituæ illic essent.

Thessala mulier. 12

Θετταλὴ γυνή, id est, Thessalica mulier. In venefi cas, malarúmque peritas artium dici solitum : propterea quod ea gens præter cæteras hoc nomine notata est. id quod ex Apuleiano Aristo pluribúsque scriptoribus aliis satis liquet. Vnde Horatius in Odis, 1. Carm. 27.

Thessali ve-neficia.

Quæ fuga, quis te furentem
Magicis auertis, quis potest deus?

Plautus in Amphitryone ven ficum appellat Thessalum. Et Strepsiades apud Aristophanem in Nub. bus consulit Socratem, an adhibenda sit Thessala incantatrix, quæ lunam cælo detrahat, quominus in neomenia cogatur æs alienum reddere. Eam superstitionem in Thessalos à Medea profectam existimant : quæ cùm illac fugeret, per aërem vecta, scriniolum veneficiis ac magicis herbis plenum deiecerit, eáque sparsa suppullulasset. Quin & Plinius libri trigesimi cap. 1. docet, magiam ad Thessalos vsque propagatam, diu ab ea gente cognomen obtinuisse : adeò vt Menander quoque literarum subtilitatibus peritus, Thessalam cognominarit fabulam, complexam ambages fœminarum detrahentium lunam.

Magia Thessala.

In sinu gaudere. 13

In sinu gaudere, est tacitam apud se voluptatem sentire, neque quod vulgò faciunt, foras proferre gaudij notas. Tibullus,

Sors, age, in tacito gaudeat ille sinu.

Propertius item,

In tacito cohibe gaudia clausa sinu. Idem,
Alter in alterius mutua fleret sinu.

De amatibus dictum, qui secretas animi curas inuicem effundunt, quas aliis celant tamen. Cicero Tusculanarum quæstionum libro tertio, Quoniam hæc plausibilia non sunt, vt in sinu gaudeant, gloriosè loqui desinant. Plinius Cæcilius libri secundi epistola prima. Quibus ex causis necesse sáquam immaturam mortem eius in sinu tuo deflebam. Et aliquoties apud Senecam : velut epistola 101. Si bona tua non iactaueris, si scieris in sinu gaudere. Atque ea quidem loquendi figura videtur ab Homero sumpta mutuò, qui in Odyssea 21. libro sic ait,

In sinu deflere.

Ἐν θυμῷ γὰρ χαῖρε, τέτλαθι. id est,
In tacito longanimi pectore gaudia nutrix.

Perinde dictum est In sinu, quasi dicas in pectore tuo, non in labiis aut fronte : quibus partibus vulgus consueuit prodere quod in animi penetralibus occultat. M. Tullius in epistola quadam ad Quintum fratrem, Mihi crede, in sinu est, neque ego dicingor. His verbis promittit fidem silentij. nam liquis discingatur, effluit quod sinui creditum est. Plutarchus in vita Catonis Vticensis è sinu dixisse videtur pro intima familiaritate, ἐκ κόλπου. Πάσσαν τε Κλεοπάτραν, ὃν ἐν τῷ κόλπῳ τοῦ Καίσαρος γενομένην, καὶ Γάϊον Πάϊλλον, ὃν ἐν Πομπηίου κόλπῳ σύντροφον, ὡς φασιν οἱ τὴν τρίτον αὐτοῦ καὶ ἐσχάτην ἐκδόντες. id est, Pisonem Calfurnium, qui erat pater vxoris Cæsaris, & Gabinium Paulum ex intimis Pompeij nubus, vt aiunt, qui mures ac vitam hominis norunt. Scæuola lib. Pandectar. 22. Tit. de probationibus, cap. 19. paulò diuersus vsurpat. Quod omnem, inquit, fortunam & substantiam, si quam à matre susceperat, in sinu meo habui sine vlla cautione. In sinu meo, dixit pro in potestate ac fide mea. quod enim alterius fidei committimus, in sinum deponere dicimur. Ita Terentius, Hanc mihi in manum dat.

In sinu meo habeo.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. *Alter in alt.*) Hic versus non eòdem pertinet quò præcedentes duo : nam illis significatur apud se continere : hic autem indicat apud alium effundere. Flentes enim mutua alter in alterius sinu, suos vicissim alter alteri mœrores exponunt.

Feras non culpes quod vitari non potest. 14

A. Gellius scribit lib. 17. cap. 14. Publij Mimi sententias aliquot, ad communem sermonem accòmodatissimas, vulgò circumferri solitas. è quibus hæc vna est, quouis philosophorum dogmate salubrior, Feras non culpes quod vitari non potest. Quibus verbis admonemur, vt mala fatalia quæ nulla ratione possint neque declinari neque propelli, saltem animi æquitate leniantur. Nec aliud, tametsi verbis aliis, docet Euripides in Phœnissis, quum ait,

—δεῖν φέρειν τὰ θεῖα δαίμονος. id est,
—toleranda fata numinum.

Idem in eiusdem tragœdiæ calce,

Τὰς γὰρ θεοῦ δόσεις χρεὼν ἐστὶ δεῖν φέρειν. id est,
Quippe mortalem necesse est ferre fata numinum.

Homerus Odysseæ lib. γ.

Νέκυν δ' οὔτινα φημὶ δύνασθαι μοῖραν ἀλύξαι Διὸς μεγάλου ἐξ ἐρικτύπου. id est,
Nullis fas vitare malum ex Ioue rege profectum.

Huc pertinet & illud scitum Varionis dictum, Vxoris vitium aut tollendum esse, aut ferendum. Item adagium quod suo dicemus loco, Μὴ πρὸς κέντρον λακτίζειν. id est, Ne contra stimulum calcitres.

Sursum versus sacrorum fluminum feruntur fontes. 15

Prouerbialis allegoria, qua quippiam præposterè fieri significamus, legitimaque rerum vices inuerti. quod genus sit, si puer senem admoneat discipulus præceptorem docere conetur, seruus imperare domino. Sumptũ est adagium ex Euripidis Medea,

Ἀνω ποταμῶν ἱερῶν χωροῦσι πηγαί. ἄνω ποταμῶν.
Καὶ δίκαι, καὶ πάντα πάλιν στρέφεται.
Ἀνδράσι μὲν δόλιαι βουλαί, θεῶν δὲ
Οὐκ ἴστι πίστις ὄρκου.

Quibus verbis chorus indicat, priscum rerum ordinem inuerti : viros iam dolis mulierbribus vti, neque manere promissis : contrà mulieres audere virilia. Vsurpat hanc paræmiam Lucianus in Terpsione, vbi hæc edipeta delusus Plutonem incusat quod ipse iuuenis adhuc morte præreptus esset, superstite sene quem captauerat, idque contra naturalem ordinem, ἄνω γὰρ ποταμῶν ῥεῖν φησι, inquit. Rursus idem in Apologia libelli πρὸς τὸν εἰπόντα, Πολλὰ χρὼ ἡ ἱστορία τῷ νῦν βίῳ ἐναντία, ἢ τὰ ἄνω τῶν ποταμῶν χωρεῖν, καὶ ἀναστρέφειν τὰ πάντα, ἢ παλινῳδεῖν ἐκ τοῦ χείρονος, ἔστι δ' ὅτε. id est, Longè, inquit, latéque à scriptis tuis nunc dissidet vita. denique illud quod aiunt, accideret, vt sursum versus incedant flumina, cunctáque pariter inuerterentur, atque in deterius recantarentur. Vsurpat & Diogenes Laërtius in vita Diogenis Cynici, narrans quemadmodum Diogenes, vbi perinde quasi dominus esset, non seruus, hero suo mandaret vt quod erat iussus faceret : atque ille prouerbio respondisset ἄνω ποταμῶν ῥεῖν. Atqui si medicum, inquit, ægrotus, esses ære tuo mercatus, vtrum illi monenti pareres, an illum ad modum responderes, ἄνω ποταμῶν ; Vsurpat & Aristoteles in Meteorologicis. Eodé alluserit Vergilius in Æneide, quum ait,

Amnis & Adriacas retro fugit Aufidus vndas.

Vbi Seruius admonet subesse prouerbium de re neque verisimili, neque consultente. Flaccus in Odis sic exul. 1. Carm. 29.

—quis neget arduis
Pronos relabi posse riuos
Montibus, & Tiberim reuerti :
Quum tu coemptos vndique nobilis
Libros Panætij, Socraticam & domum,

Mutare locis Iberũ,
Pollucitus meliora, tendis?

Vbi prouerbium annotauit Porphyrion. Item Ouidius in Heroidum epistolis, epist. 5.

Quum Paris Oenone poterit spirare relicta,
Adfontem Xanthi versa recurret aqua.
Xanthe retro propera, retro, recurrite lymphae:
Sustinet Oenonem deseruisse Paris.

Item Propertius,

Flumina quae ad caput incipiunt renocare liquores.

Ad fulcitem infelicem parietem. 16

Aristophanes in comoedia cui titulus Ranæ, bellissimum vsurpat adagium: quod vtinam in literis duntaxat extaret, non etiã in omnium prope mortalium vita,

Ταῦτ' μ̀ν οὖν ἀνὴρ ὅδε
Νῦν ἐχρῆτο τῇ φύσει, τῷ
Πολλὰ ἀστρεπτυλλιᾶν,
Μέχρι τοῦ δ' αὖ πάλιν κυ
Ἱερὸς ὁ σκαπτὸς πέλοι. id est,
Nam vsus est prudentia illud
Atque versutis, catique,
Multum aquae cui navigatum, vt
Semper ad laevum se
Cautus inflectat latus.

Prouerbium autem ita commodius effertur, ἐπὶ τὸν εὖ πράττοντα πῆχυν ῥέπειν, id est, In felicem parietem vergere. Aristophanis interpres translatum existimat ab iis qui naui vehuntur: qui, siquando nauis alterũ latus fluctu deprimatur, protinus in alterum trãscurrunt quod altius extet ab vndis. Dicetur & in eos qui commodi sui respectu semper ad potentiores ac fortunatiores amicos applicant sese: ac quemadmodum musca ad culinæ odorem aduolant reuolantque, ita fortunam potiorem, in amicitia, non fidem sequuntur. Aut qui dum est anceps exitus belli, quietem agunt: porrò simulatque iam inclinarit fortuna, vt appareat vtrã pars sit victoriam reportatura, protinus ad eam adiungutur. Hoc animo legitur fuisse Metius ille Vergilianus, & Polymnestor, qui victricia arma sequutus, magis quàm hospitij fidem, Polydorum obtruncat, & auro vi potitur. Huiusmodi genus hominum elegater notat idem Aristophanes in Pluto. Siquidem hic Chremylus iam diues factus, queritur sese obtundi huiusmodi salutatoribus qui antea illum oliuerant,

Βάλλε κατάγε, σώζου χαῖρε εἶπον οἱ φίλοι
Οἱ φαιδρῶπ' ἀσχέτως, ὅτου τις ἅπτοιτο δῆ. id est,
Mittam in malum crucem et reuertar, vbi illico
Ad res secundas denuo amici prouolant.

Eodem pertinet Euripideum illud ex Medea,

Τέκνα φίλτατ' ἦ μάλ' ἐστὶ τοῖς γε πολλοῖς φίλοις id est,
Tenuem atque egenum cuncti amici dejerunt.

Antiphanes in Progonis citante Athenæo lib. 6.

Μή μοι ποτ' ἔλθῃς ὅταν ἐγὼ πράττω καλῶς. id est,
Ne tam mihi adsis quando res cedunt male.

Interpres prouerbium inesse admonet, dici solitum in eos qui tum amicorum consuetudinem deserunt, quum in periculis versantur, cæterùm poetam verbis in contrarium versis ad paroemiam alludisse, quæ recte sic efferri consueuerit.

Μή μοι ποτ' ἔλθῃς ὅταν ἐγὼ πράττω καλῶς.
Ne tam mihi adsis quando res sunt prospere.

Ad hoc facit & illud apud Euripidem in Oreste,

—τοὺς φίλους
Ἐν τοῖς κακοῖς χρὴ φίλους μοχλεῖν,
Ὅταν δ' ὁ δαίμων εὖ διδῷ, τί χρὴ φίλων; id est,
Ἀρκεῖ γὰρ αὐτὸς ὁ θεὸς ἀφ' ἑαυτοῦ θεόν.
Lunare amicos rebus afflictis decet.
Quorsum opus amicis, quum bonam sors fauet?
Siquidem ipsa per se sufficit Rhamnusia,
Volens secundis adnuere tauoribus.

Idem poeta propius allusit ad adagium in eadem tragœdia, nisi quòd catholicam sententiam ad præconem retulit,

Τὸ γὰρ ξυνόντα τὸν θεὸν, ὅστις ἐστὶ τυγχάνει
Πλεῖστα καὶ κακοῦται δεῖ δ' αὐτὸν εἶναι φίλον,
Ὅς ἂν δυνατὸς τοῖς θεοῖσιν ὢν τύχῃ. id est,
Nam qui id genus sunt vsque praecones, vti
Felicium partibus se accommodent,
Amicitiaque demum hunc qui sit inter principes,
Reique qui temperet habenas publicae.

Idem in Hercule furente,

Καὶ τὸν κακοῖν μ' ἔστιν οὐκ αὐτὸν λέγω,
Συμπλεῖν δ' ὅτῳ φίλοισι δυτυχοῦσι, ἄν. id est,
Cui res secunda, huic nauigans quilibet Nauigare cum felicibus.
Comes ire queat, non item infelicibus.

Huc pertinet quod Aristoteles libro Moralium Eudemiorum 7. prouerbium dictum ostendit, χρόνος δοκιμάζει τὸν φίλον, id est, Tempus indicare quis verè amet. Tempestas enim arguit amicitiam, at fucatos illos amicos detegit. Tempus arguit amicum

Amico amicus. 17

Quod est apud Terentium in Phormione, Solus est homo amico amicus: Donatus indicat esse paroemiam, atque ita legi apud Apollodorum, cuius vtique Phormio Græca est, μόνος ὁ ἄνθρωπος φίλος ἐστὶ τῷ φίλῳ. id est, Solus homo diligere amicos. Aristophanes apud Athenæum,

Ἀλλ' οὐδὲν μέλει
Τῶν πολλῶν τοῖς φίλοις τὸ τῷ φίλῳ.
Ἔρρουσι χαῖρε, ἀπέρχομ' ἐμφορούμενος. id est,
—nil te moror dicentia,
Amico amicus cum sit, nemo facilis, neque
Fit hoc modo pro re propositum mihi,
Sed re parata deliquo.

Ipsa figura prouerbialis præ se fert, quemadmodum initio diximus tradimus. Quadrabit in eos qui nullum officium retulerunt modò gratum faciant amicis. Huic affine videtur illud Euripidis in Medea,

Βαρὺ δ' ἀντιπρῴρισ' ἡ φίλοισιν ἀμφὶ δῶ. id est,
Benevolentia amicis aduersa asperam bosthibus.

Et Terentius in Andria,

Μᾶλλόν τι δ' ἐφίλουν ἐκεῖνον ζῶσ' ἢ μετὰ τοῦτον
Χρόνον τοῦτον ἀδύνατον, ὅτ' ἀντιφίλει ὁ φιλούμενος. id est,
Par amor amborum, mortales aures olim
Vitabant, tum quum redamabat amatus amantem.

Aristoteles apud Laertium crebro solitus est dicere, ὦ φίλοι, φίλος οὐδείς, significans veram amicitiam interisse inter mortales.

Muneribus vel dij capiuntur. 18

Quod scripsit Ouidius, 2. de Arte,

Munera (credite mihi) capiunt homines, & quae deosque:
Placatur donis Iuppiter ipse datis.

Euripides in Medea, vulgi sermone fuisse celebratum ostendit, quum ait,

—πείθει δῶρα καὶ θεοὺς λόγος.
Χρυσὸς δ' ἀκλαυστότατον ἀνθρώποις κακόν. id est,
Donis vel ipsos dicitant pectis deos.
Certe inter homines, mutae dicis instar
Praepollet animum precibus ac praeponderat.

Celebratur & illud versiculus, quem etiam vsurpauit Plato libro tertio Politiæ,

Δῶρα θεοὺς πείθει καὶ ἀδώροις ξαμάρτοις. id est,
Cum donis flectunt veterandos munera reges.

Vnde Seneca philosophi cuiusdam apophthegma referens, ait Omnium esse dulcissimum accipere. Omnium dulcissimum accipere.

Manum de tabula. 19

M. Tullius in epistola quadam, Heus tu manum de tabula, magister adest citius quam putaramus. Videtur autem hæc prouerbialis figura, manu de tabula, admonuisse vt desisteret à scribendis dicteriis. Allusum autem apparet ad Apellis nobilissimi pictoris dictum: qui cùm Protogenis opus immẽsi laboris ac curæ supra modum anxiæ miraretur, ait omnia sibi cũ illo paria esse, aut illi meliora: sed vno se præstare, quòd manum ille de tabula nesciret tollere: memorabili præcepto, nocere sæpe nimiam diligentiam. Hæc Plin. lib. 35. cap. 10. Proinde siquando admonebimus vt recedat quis ab opere negotiove quod in manibus habet, iubebimus illum manum de tabula tollere. Peculiariter autẽ cõueniet in quoddã scriptores plus satis accuratos & morosè cuiusdam diligentiæ, qui fine finc premunt suas lucubrationes, semper aliquid addentes, adimentes, immutantes, & hoc ipso maximè peccantes, quo nihil peccare conantur. Morosa quorundam diligentia.

† Plin. 9. epist. 26 Lupercò: Dixi de oratore quodam nostri seculi, recte quidem & sano, sed parum grandi & ornato apte: Nihil peccat, nisi quod non petat. Qua ratione Ouid. sibi non probari corpus aiebat, nisi in quo nœui essent aliqui.

Emere malo quàm rogare. 20

M. Tullius in Verrinis actionibus adagij vice citat, Emere malo quã rogare. Quo significatũ est, haudquaquã gratis accipi quod precibus emitur: imò nihil emi carius

carius quàm quod roganti datur. Durum enim illud verbum ingenuis animis, Rogo: nec inter amicos vnquam expectandum, authore Seneca. Translatum à veterum consuetudine, qua vicinus à vicino supellectilem commodato rogabat, quam ipse fortè domi non habebat. Hunc autem morem antiquitus fuisse, ex Plauti tum Aulularia, tum Rudentibus licet agnoscere. L. Apuleius in Floridis. Neque enim leui mercede emit qui precatur: aut paruum pretium accipit qui rogatur adeo vt omnia vtensilia emere potius velis quàm rogare. Idem innuit, obscurius quidem, sed eleganter, Græcis celebratum prouerbium, quod alio reddemus loco, βόκυ τὸ πλησίον, ἴχαρ, ὅστις κλαίει δι' ἡμᾶς. id est, Precare vicino vt habeat, magis autem ollæ significat autem, optandum quidem vt vicinum habeas locupletem, à quo quæras vtendum sumere quod ipse domi nó habeas: verùm multo satius esse, teipsum domi possidere quicquid postulat vitæ vsus.

Manum non verterim. Digitum non porrexerim. 21

Prouerbialis hyperbole, Manum non verterim, pro eo quod est, nihil omnino laboro, aut mea nihil refert. Nihil enim facilius quàm manum vertere. Extat præter alios apud Apuleium in Apologia magiç, Quid de me, inquit, Mezentius sentiat, manum non verterim. Item Cicero libro quinto de finibus, Ne manum quidem versuros fuisse. Idem eius operis libro 3. Chrysippus quidem & Diogenes detracta vtilitate, ne digitum quidem eius causa porrigendum esse dicebant. quibus ego vehementer assentior. Agit illic de gloria siue bona fama, quæ sit omnino contemnenda, si nihil adferat vtilitatis, iuxta illud è Satyra,

Gloria quantalibet quid erit, si gloria tantùm est?

De pollice verso diximus alibi, Chil. 1. Cent. 8. prou. 46. Quintilianus lib. 11. scribit manuum gestus tantùm habere momenti in pronuntiatione, vt propemodum velut altera lingua pro omnibus verbis loquatur. Sed admirationi propriè conuenit ille gestus, quo manus modicè supinata, ac per singulos à maximo collecta digito, redeunte flexu, simul explicatur atque conuertitur. Interrogationi congruit ille, quum vertimus manum, vtcunque compolita est. Quin & hodie manum erectam inuertimus, quoties discrimen minimum significamus. In sermone quem modò citauimus ex Quintil. quod est pro omnibus verbis, puto rectius legi, pro omnibus membris: vt intelligas, quicquid cæterarum corporis partium gestu significari potest, id solam præstare manum. Apud Plutarchum in vita Timoleontis quidam missus ad Andromachum, post multa inhumaniter ac barbaricè dicta, manum denique porrexit, ac modò supinam, mox pronam ostendit: minitans hoc gestu se iubuersurum illorum ciuitatem. At Andromachus ridens, nisi quòd manu similiter supinata, ac mox versa, iussit illum quamprimum abire, nisi vellet talem reddi nauem ipsius.

Quintiliani locus.

Semper Leontini iuxta pocula. 22

Ἀεὶ Λεόντινοι ἐπὶ τοῖς κρατῆρας, id est, Semper Leontini iuxta crateres. In voluptuarios quadrabit, aut in eos qui semper isdem studijs sunt addicti. Leontini Siciliæ populi sunt, quos vbi Phalaris expugnasset, nequando rebellionem pararent, ademptis armis compotationes & voluptates reiecit: atque hinc natum adagium, quod refertur à Diogeniano. Idem de Lydiis refert Iustinus hist.

Cestreus ieiunat. 23

Κεστρεὺς νηστεύει, id est, Cestreus ieiunat. De famelicis & voracibus dici consueuit. Vnde & qui fame oscitant, κεστρῶν dicuntur, & κεστρίσειν. quod conuitium olim in Athenienses iactum tradit Hesychius. Alij malunt referre ad eos qui vitam innocuam agunt, & ab aliorum iniuriis abstinent, nec vllum emolumentum ex sua innocentia ferunt. Est enim Cestreus piscis genus quoddam, quod, reliquis mutua deuoratione victitantibus, vnum ab aliorum carnibus abstinet, ideóque non capitur esca, sed in limum abdit sese, atque ibi perdurat, &, vt arbitrantur nonnulli, limo pascitur. Quin captus etiam non aliter escis, aut vllo animante, cùm sit acutis dentibus. Quin ipse impunè deuoratur à lupo, atque ob id quia non sit edax, parum est esculentus. In metu verò caput occultat, arbitrans totum corpus iam esse tutum. Vnde & Aristophanes apud Athenæum,

Ἀλλ' ἐστὶν αὐτῶν κεστρέων ἔνεστί τι id est,
Num vllus virorum Cestreum colonia?

Allusit ad Cestrinam Chaoniæ partem. Et apud eundem Diphilus,

Κεστρεὶ δ' ὅλως ἔοικε νηστείας ἄπαξ. id est,
Cestreus futurus ob inediam grauissimam.

Rursum lib. 7. refert ex Anaxandride,

Τὰ πολλὰ δ' ἄδην ἐστὶ τοῦτο, κεστρεῖ δὲ νέον. id est,
In cœnis obambulat ferè tenuis ille mugil.

Refertur adagium à Zenodoto, Diogeniano, Suida, Athenæo libro Dipnosophistarum septimo: qui quidem præter alia complura & illud adscribit, pisces à nonnullis appellari plotes, & à congro deuorari, vt congrum ipsum à muræna. Theodorus Gaza mugilem vertit. *Plotes.*

Vbi amici, ibi opes. 24

Plautus in Truculento, Verum est verbum quod memoratur, Vbi amici, ibidem opes. Citatur & à Fabio prouerbij vice, libro Orat. institut. 4. Sensus est, potiores esse amicos quàm pecuniam, & ad vitæ præsidium plus habere momenti amicos citra pecuniam, quàm absque amicis opes. Vnde & apud Scythas, authore Luciano, is habebatur ditissimus, qui ditissimos & optimos amicos possideret. Verùm aquis ad huius seculi mores respiciat, adagium inuertendum erit, Vbi opes, ibi amici: quandoquidem, vt ait Ouidius secundo de Ponto, *Potior opibus amicitia.*

Vulgus amicitias vtilitate probat.
Et 1. Trist.
Illud amicitiæ quondam venerabile nomen
Prostat, & in quæstu pro meretrice jacet.

Terra volat. 25

Ἡ γῆ ἵπταται, id est, Terra volat. De re vehementer absona, quæque nullo pacto fieri queat. Suidas hoc adfert exemplum τῆς ἀδυναμίας. Iulianus in epistola quadã, prouerbij nomine refert, mutato verbo κούφη γῆ, κατωκὼς ὁ λόγος, id est, leuis terra, quemadmodum dicitur. Adagium hoc ad illorum arbitratum pertinet quæ retulimus Chil. 1. Cent. 9. prou. 74. ζεὺς ἄπτει, id est, Iupiter orbus. Et Horat. 2. Epist. 1. *Iupiter orbus.*

Nil vetitum facias, nil extra est in nuce duri.

Ilias malorum. 36

Ἰλὰς κακῶν, id est, Ilias malorum. de calamitatibus maximis simul & plurimis: propterea quòd in Iliade Homerica nullum mali genus non recensetur. Vnde ex hac docti putant tragœdiarum argumenta esse sumpta, sicut ex Odyssea comœdiarum. Est autem opus verbosum, viginti quatuor voluminibus vix absolutum. vnde & quamuis orationem plus satis prolixam, Iliade longiorem vocant: vt Æschines aduersus Demosthenem, ταῦτα δ' εἰπὼν δίδωσι ἀναγνῶναι ψηφισάμενος τὰ γράμματα, μακρότερα μὲν τῆς Ἰλιάδος, κακοτεχνότερα δὲ τῶν λίνων οὐκ ἐλάττω λέγων. id est, His dictis decretum scribę legendum tradit, prolixius quidem Iliade, vanius autẽ verbis iis quæ dicere consueuit. Eustathius inuertit adagionem ad hunc modum, ἡ μεγίστη μὲν τῶν κακῶν ἰλιὰς φησὶν, αὕτη δὲ καλοῦ τινὸς ἰλιάς, id est, Iliadem malorum prouerbium ait, at hæc bonorum omnium Ilias. Synesius in epistola quadam in fratrem, ἡ ὅλη κακῶν αὖ ἰλιὰς πᾶσα τὴν πόλιν ἔσχεν. id est, In summa, malorum Ilias circunstetit vrbem nostram. Plutarchus in præceptis coniugalibus, ὁ δ' ἐκείνων γάμος ἰλιὰς κακῶν ἐγένετο καὶ βαρβάροις καὶ Ἕλλησι κοινή. id est, At illorum nuptiæ Iliada malorum Græcis ac barbaris inuexerunt. Loquitur enim de coniugio Paridis & Helenæ, quod inæstimabilium malorum fuit causa. Vtitur & M. Tullius in epistolis ad Atticum, Tanta malorum impendet Ilias. Ilias bonorum.

Lerna malorum. 37

Λέρνα κακῶν, id est, Lerna malorum, de malis itẽ pluribus simul in vnum congestis & accumulatis. Paroemiam Strabo commemorat libro Geographiæ octauo, scribens Lernam lacum fuisse quempiam Argiuorum ac Mycenæorum agro communem, in quem cùm passim ab omnibus purgamenta deportarentur, vulgo natum prouerbium, λέρνα κακῶν, id est, Lerna malorum. In hoc lacu poetę fingunt hydram à Ioue nutritam in ortu Herculis. Zenodotus ait locum quempiam fuisse in Argolica,

in quem cùm omne sordium genus promiscuè cõiicerẽt, fœtidas inde ac pestiferas nebulas solitas exhalari.

Danaidum fabula. Quanquam rectius autumat vt adagium ad Danaidum fabulam referatur. nam ferunt Danaum quinquaginta iuuenes, Ægypti filios, quibus totidem filias suas collocarat, omnes eadem nocte trucidasse, atque horum capita in eum locum fuisse cõgesta. hinc ortum esse prouerbium. Neque verò negat fieri potuisse vt contumeliæ causa in eundem locum in quo capita composuerat, iusserit & purgamenta comportari. Itaque quoties hominem significamus vehementer infamem, atque omni turpitudinis genere contaminatum, aut cœtum hominum pestilentium, quasique sentinam & colluuiem facinorosorum, rectè dicemus λίμνην κακῶν, id est, Lernam malorum. Apud Hesychium Cratinus comicus theatrum quod ex varia mistáque hominum colluuie constaret, λίμνην θεατῶν appellauit.

Mare malorum. 28

Κακῶν θάλασσα, id est, Mare malorum. dici solitum de calamitatibus immẽsis & omnigenis. inde sumptum quòd mare res quædam est infinita, vel quod infinitis ærumnis abundant qui in eo versantur. Euripid. in Hippolyto Stephanophoro,

Κακῶν δ' ὁ πόλας πέλαγος ἔστρωται
Τοσοῦτον, ὥστε τὶς μόλοι πόλιν. id est,
Tantum malorum pelagus aspicio mihi,
Vnde enatandi nulla spes allucet.

Plautus in Asinaria, meretricem & lenam mare vocat, tanquam omnium authores calamitatum. Mare, inquit, non est mare: vos estis mare acerrimum. Æschylus in Supplicibus,

Κακῶν δ' πλῆθος πόλεμον ὧδε ἐπάρχεται,
Ἄσσει δ' ἄλυσιν πόλεως ἐπὶ δίκτυα.
Agmen malorum flumine ita ingruit,
Velutique pelagus attumpta ex fundo vacet,
Nec sine periculo nauigetur maximo.

Quin & faciæ literæ vim inexhaustam rei cuiuspiam significãtes, abyssum appellant. Itidem D. Chrysostomus περὶ τῆς ἱερωσύνης. lib. 6. Sæc. inquit, πολὺ ἄβυσσον τῶν κακῶν. Vide, inquit, laborum immensum pelagus. *Abyssus.*

Mare bonorum. 29

Dicitur & diuersam in partem, ἀγαθῶν θάλασσα, id est, Bonorum mare, de magnis & vehementer cumulatis commoditatibus. Vel quod ipsum mare ministret innumerabiles opes rerum, puta pretiũ gemmarúmque: vel quòd amplissimum profundissimumque sit: adeo vt nec exhauriri possit, nec redundet vnquam, cùm tanta fluminum vis in ipsum influat.

Thesaurus malorum. 30

Θησαυρὸς κακῶν, id est, Malorum thesaurus. Ad eundem modum inuenitur cùm alibi, tum apud Euripidem in Ione.

Οἵ μοι μάταν θησαυρὸς ὣς ἀνήρπασται
Κακῶν. id est,
Me miseram, vt ingens pandatur thesaurus ac
Penus malorum

Extat inter Græcanicas sententias huiusmodi senarius,

Θησαυρὸς ἐστὶ πᾶς κακῶν κακὴ γυνή. ie est,
Thesaurus est mulier malorum, si mala est.

Thesaurizare mala. Vsurpauit adagium Plautus in Mercatore, Tu quidem thesaurum huc apportasti mali. Vnde est & illud crebrius in arcanis literis, Thesaurizant sibi malum, id est, colligunt, accersunt, quasique reponunt. Siquidem thesaurum propriè vocamus, rerum vtilium pariter reconditarum.

Aceruus bonorum. 31

Ἀγαθῶν σωρός. id est, Bonorum aceruus. de opibus ingentibus. Vnde & frequenter extructas dapes, extructas opes, & cumulatas opes pro copiosis legimus: tanquam aceruatim congestas, neque pondere, neque numero, sed ipso cumulo infusas. Aristophanes in Pluto,

Ἥκω γὰρ ἀγαθῶν σωρὸς εἰς τὴν οἰκίαν
Ἐνεγκάμενος, οὐδὲν πιθόμενον. id est,
Nobis bonorum aceruus infusus in domum
Sine fraude, nemini patrata iniuria.

Idem in eadem fabula,

Εἰς ἀγαθὰ συλλήβδην ἅπαντ' ἐς σὲ φέρει. id est,
Vt agminatim cuncta tibi fera dona.

Rursum in eadem fabula per iocum in malam partem flexit,

Δικαίῳ γὰρ ἀνδρὶ πάντα συμφορήματ' ἔρχεται. id est,
Venisse rectis quæ ferat pectinibus lernam.

Verba chori ferulis, cui Carion seruus iocans ita respondet,

Προσδοκᾶτε μὲν δῆτα πάντ' ἔσεσθ' ἀγρὸν σπόρε. id est,
Imo ferulam ferat qui ad vos malorum aceruum.

Alluſit autem ad tenectutem illorum iam capulo vicinam. Nam σωρὸς per ω μικρὸν tumultum significat sepulchralem, σωρὸς per ω μέγα cumuli atque acerui: Proinde consentaneum est, seruum eius vocis syllabam data opera perperam pronuntiasse. Hæc atque id genus alia tum sunt venustiora (quemadmodum iam Lipsius admonuimus) si paulo longius à simplici sensu detorqueantur. Veluti siquis dicat, in alios oratoribus alias atque alias eminere dicendi virtutes: in M. Tullio vnum πάντων ἀγαθῶν σωρὸν εἶναι, id est, omnium bonorum acerum esse. Recipiunt huius adagij naturam illa Ciceroni familiaria, Cumulare officiis, Cumulatissimè satisfacere, Cumulus meritorum. *Senes capulares.* *σωρὸς.* *σωρὸς.*

Bonorum myrmecia. 32

Ἀγαθῶν μυρμήκιον, id est, Bonorum myrmecia, de immensis opibus. Nam Myrmecia Græcè significat cauernam aut agmen formicarum. Quanquam ab illis formicis sumptum videri potest, de quibus meminit Plinius lib. 11. cap. 31. quas ait esse colore felium, magnitudine luporum Ægypti. Eas in Septentrionali Indorum, qui Dardæ vocantur, regione aurum è cauernis egerere. Erutum hyberno tempore, Indi furantur æstiuo feruore, conditis propter vaporem intra cumulos formicis. quæ tamen odore sollicitatæ prouolant, neque rarò lacerant, quanuis præuelocibus camelis fugientes. Atque huc videtur respexisse diuus Basilius, quum scribit ad nepotes, quicquid vltra necessitatem vius superesset (hoc id esset Lydia gleba, siue formicarum auriferarum opus) hoc magis esse contemnendum, quo minus esset eo opus. Quanquam nihil prohibet quo minus ad nostras formicas referatur, non solùm propter innumerabilem agminum multitudinem, verumetiam propter genuinam quandam naturæ in accumulando penore industriam, ore trahentis quodcunque potest, atque addentis acerui: quemadmodum scripsit Flaccus, 2. Sat. 1. Serm. Qua quidem ex re factum opinor vt antiquitus formicarum cœtus opulentiam portenderet. Quemadmodum testatur Cicero libro de Diuinatione primo, Midæ, inquiens, filii Phrygio, cùm puer esset, dormienti formicæ in os tritici grana congesserunt. Diuissimum fore prædictum est, quod euenit. Huc alluit Theocritus in Encomio Ptolemæi: *μυρμήκιον* *Lydia gleba.* *Formicarum cœtus opulentiam portendit.*

Μυρμάκων ἃ τι πόλυς αἰεὶ κέχυται μεγάθυμος. id est,
Nec secus ac formicarum semper propè agmen,
Diuitiæ suas extruxit.

Idem in Syracusanis,

—μυρμάκων ἀνέριθμον ἀγέρωχοι. id est,
-Formicæ numeróque modoque carentes,

turbam hominum frequentem significans. Huic affine genere est quod Plato libro De republica nono πλῆθος ἡδονῶν οὐδὲν ὑγιὲς dixit, id est voluptatum examen: & Socrates apud Plutarchum Chæronensem, ἀρετῆς οὐδὲν ὑγιὲς, id est, virtutum examen, pro turba numeróque immenso. Porrò locus quem adducit Plutarchus, est in Menone Platonis. Consine est his quod idem adducit in Cratylo, οὐδὲν ὑγιὲς σοφίας, id est, examen eruditionis. Item quod apud Athenæum libro octauo Alexis scripsit in Pamphila,

Παρέθηκε τὴν τράπεζαν, εἶτα πᾶσαν φέρων
Ἀγαθῶν εἰκάδα. id est,
Apposita mensa est, plaustra diuersi intulit
Bonorum.

Dathus bonorum. 33

Δᾶθος ἀγαθῶν, id est, Dathus bonorum, in eandem sententiam dici consueuit. Est autem Dathus Thasiorum colonia iuxta Strymonem, cùm alioquin opulenta ac florens, tum quòd habet etiam auri venas. vt hinc in prouerbium abierit, δᾶθος ἀγαθῶν, id est, Dathus bonorum, de confecta rerum opulentia. Prouerbij præter alios meminit Suidas, apud quem legimus δᾶτος, non δᾶθος. *Dathus habet auri venas.*

Thasius bonorum. 34

Θάσιος ἀγαθῶν, id est, Thasius bonorum. Similiter natum adagium, nempe à loci fertilitate. Nam Thasius insula est iuxta Thraciam. Zenodotus huiusmodi quandam-

dam fabulam refert: Callistratus orator demigrans Athenis, persuadere conatus est Athenienſibus vt regionem quæ ex aduerſo erat incolerent, multa ſplendida de eius feracitate iactitans, & quòd auri venas haberet, & quòd glebam optimam. Denique in ſumma, inquit, Thaſſus bonorum eſt. Hinc in vulgi ſermonem abiiſſe, Θάσου ἀγαθῶν, id eſt, Thaſſus bonorum, de iis qui ſplendida pollicentur.

Hoſtium munera non munera. 35

Priſcorum ſuperſtitio credidit, obſeruanda vel maximè munera, a quibus, quo animo mitterentur, propterea quod quæ darentur ab iis qui nobis maiè cuperent, exitio plerunque fuiſſe conſtaret, ita vt fuit pyxis illa fallax, quæ Pandoræ à Ioue Prometheo miſſa: quemadmodum fuit & veſtis quæ Medeæ nouam nuptam Iaſonis donauit: ignium veſtis illa quam Deianira miſit Herculi. Prouerbiorum interpretes exiſtimant hanc paræmiam ex hiſtoria natam, quæ refertur apud Homerum Iliados libro 7. Narrat autem Hectorem & Aiacem, inuita amicitia, dona inter ſeſe permutaſſe, atque Hectorem Aiacidæ donaſſe gladium, Aiacem Hectori dediſſe balthæum: deinde pariter ambobus ſuum munus exitio fuiſſe. Siquidem Aiax victus ab Vlyſſe, eog vitique iis quæ per inſaniam tum dixerat, tum fecerat, eodem gladio ibi necem conciuit. Item Hector per occaſionem balthei occiſus eſt ab Achille iuxta muros Troianos. Adagium refertur apud Sophoclem in Aiace Mallegophoro. ſed ita refertur vt non ab Aiace natum, ſed tanquam vetus iam tum ab eo videatur vſurpari. Siquidem is poſteaquam mors decreuiſſet, execratus eum gladium quem quondam ab inimiciſſimo dono acceperat, cumque ſibi fuiſſe mactiſicatiſſimum ait, neque quicquam omnino poſtea feliciter apud Argiuos ſucceſſiſſe. deinde ſuſpicionem hanc vulgato dicto confirmans, ait,

Aiax Hectoris dona mirè fugit.

Ἀλλ' ὥς ἀληθὲς ἡ παροιμία πάρα,
Ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα, κοὐκ ὀνήσιμα. id eſt,
Quin verum ad eſt prouerbium,
Non eſſe dona dona quæ veniunt tibi
Ab hoſte, verùm inuiſpicata ac noxia.

Hæc de ſe fertur epigramma Græcum huiuſmodi,

Ἕκτορ, Αἰακίδαι ξίφος ὧδέ μοι, Ἕκτορι δ' Αἴας
Ζωστῆρ' ἀντιφέρην πρὸς σὲ δόσαν ξένιον.
Aiacidæ datus eſt mihi ab Hectore, balthei Aiace
Hectori vtique ſuum donum erat exitio.

Rurſum ex alio quodam epigrammate,

Οὐκ ἐξ ἐχθρῶν αἰσχρὰ πέλονται δῶρα,
Ἐν χαλεπῇ πεφύκασι μὲν τὰ χρήσιμα μόνῳ. id eſt,
Atque ita ab hoſte haud ſe inueſtebantia dona,
Quæ ſuadent ſpectata necemque ferunt.

Huc ſpectat & illud quod apud Euripidem Medea reculans Iaſonis xenia, tanquam pernicies alatura,

Καὶ γὰρ κακὸς, inquit, δῶρ' ὅταν κακὸς δίδῳ. id eſt,
Lædit, quæ mi improbi munus fert.

Seruius oſtendit & Virgilium huc alluſiſſe, quum ait in Æneidos libro quarto,

-enſemque relinquit
Dardanium, non hoc quæſitum munus in vſus.

De gladio loquitur ab Ænea relicto, quo Dido ſeſe cõfodit: quem Æneam, hoſtem & impium eadem vocat. Huic aſcribendum loco quod arcanę ſcripturę prouerbia admonent, ne de inimico reconciliato ſimus ſecuri. Item prouerbialis illic ſenarius,

Λέγει πάρ' ἐχθρῷ μὴ τοσοῦτ' ἐχθρὸν φίλον. id eſt,
Ab hoſte diſſita, ne vnquam amica duxeris.

Et alter huic ſimilis,

Ἐχθροῦ σύνεσιν μὴ ποτ' ἐν τοῖς βουλίοις, id eſt,
Diſſidis hoſtis, vt teres vnquam mala.

Prouerbium accommodari poterit etiam ad illos qui pauperes munuſculis quibuſdam captant diuites, ad eum modum liberalitatem illorum velut elicientes. Neque enim hoc eſt dare munus, ſed flagitare. Vnde Plutarchus in commentariolo ὅτι δεῖ τῷ ἀδόκητος, probat quod Dicæarchus Archelao dictum ab Euripide putat.

Οὐ βούλομαι πλουτοῦντι δωρεῖσθαι πένης.
Μὴ μοι ἀφέστω χρήσιμος, ὦν δίδωμι, κτῆσις δυσῶ. id eſt,
Donare pauper diuiti verùm mihi,
Ne ſuſtus habeat ſcilicet, ſi munerit
Titulo atque ſpecie dona vultur poſcere.

Pauper diuiti donat, petit.

Quadrabit & in eos qui per artes magicas, dæmonum vtuntur obſequiis: (nam ea demum exeunt in pernicieſ vtentium:) & in hæredipetas: poſtremò, qui quouis officio captant, non ex animo, ſed aliud ſpectantes. Itaque mutatione vocule nouabitur paræmia: nempe hoc pacto, Κολάκων ἄδωρα δῶρα, & πλουτοῦντι ἄδωρα δῶρα. denique πανταχοῦ ἄδωρα δῶρα, quemadmodum admonuimus in operis initio.

† Vide Senec. de benefic. 2. cap. 14. & 15. Huc Plauti illud, *Neſcio quid mali eſt mala obiectum mea.* Turnebus Aduerſar. 4. cap 25. Tiraquellus l. 5 vnquam C. de reuoc. donat.

Dauus ſum, non OEdipus. 36

OEdipi ingenium ſcitè prõponendis ſimul & diſſoluendis ænigmatum ſcriptis nobilitatum eſt, propter diſſonita Sphingis problemata, adeo vt in prouerbium abierit eius nominis appellatio. Velut apud Terentium in Andria, ſeruus diſſimulans intelligere quòd hęrus dixerat, Dauus, inquit, ſum, non OEdipus. Id quod commutato nomine poteſt ad quemlibet accommodari: Paulus ſum, non OEdipus. Antonius tu es, non OEdipus. Quin ipſa per ſe figura prouerbialis eſt, poteſtque ad eundem modum fingi ex quouis vel perſona, vel re vulgò nobilitata. vt, Quid poſſim hæc omnia meminiſſe? Petrus tum, non Lucullus. Qui poſſim tantis ſufficere laboribus? Nicolaus ſum, non Hercules. Qui poterò rem tam duram perſuadere? Richardus ſum, non Cicero. Sed Terentiano dicto ſimile eſt illud Euripidis in Hippolyto coronam geſtante.

Οὐ μαντικὴ εἰμὶ τὰ φανὰ γνῶναι σαφῶς. id eſt,
Non ſum augur, aſtra ſcire vt quem palàm.

Item in Hecuba,

Οὔτοι τὸ φωτὸς μὴ τις, ἔστι μὴ κακὸν
Ἐξεπιστήσειν εὖ· ὅδε δυσμαθέστατον. id eſt,
I tuinus haud ſum, nec ſi audiero, quam
Vtam tuorum noſſe cogitatum.

Ergo torqueri poterit in eos qui de induſtria loquuntur obſcurius, ἐξ ἐπιτηδεύσεως: aut in eos qui vel ob imperitiam vel ſuperſtitioſam incognitarum vocum affectationem, ſtylum obſcurant, ac vate magis egẽt quam lectore. Cuiusmodi fuiſſe Heraclitum tum Plato locis aliquot, tum Ariſtoteles Rhetoricæ artis lib. 3. teſtatur: addúque, eam hominis obſcuritatem ex ancipiti verborum compoſitione fuiſſe protectam, cùm incertum eſſet vtro verbum aliquod eſſet referendum, ad ſuperiora ne an ad ſequentia. Proinde ad huius intelligendos libros Socrates Delio quopiam natatore opus eſſe dixit. Ad quod alludens Martialis ita iocatur in Sextum obſcuritatis affectatorem,

Delio natatore opus.

Non lectore tuo opus eſt, ſed Apolline libro.
Indice te maior Cumæ Marone fuit.

Eũdem Heraclitum cum ſuo vitio, Iouiniano diuus Hieronymus. Quanquam Laertius ſcribit, eum philoſophum, ſiquando libeat, oratione luculentiſſima vti: vt appareat ex induſtria affectatam obſcuritatem: adeo vt diſcipulis etiam ſolitus ſit præcipere σκότει, id eſt, obſcura.

Heraclitus tenebrio fuit.

Finem vitæ ſpectа. 37

Extat apud Herodot. hiſtoria longè notiſſima, quemadmodum Solon Cręſo reſponderit, neminem competere nomen beati, niſi qui feliciter vitæ curſum peregiſſet. Quod referens Iuuenalis,

Solon quid Cręſo reſpondeat.

-quem vox, inquit, facunda Solonis
Reſpicere extremæ iuſſit ſpatia ultima vitæ.

Hanc ſententiam copioſius exuunt Sophocles in OEdipo tyranno,

Ἐς τὸ θανεῖν ἔστ' ἐπίμοιρος τὴν τυραννίδα ἴδοῖ
Ἡμέραν, βιοτεύειν ὑπόπτευε· πρὶν δὲ
Τέρμα τῆς ἐσχάτης ὑπὲρ ἀλγεινὸν πεδεῖν. id eſt,
Itaque mortali ſupremus ille fatorum dies
Vſque reſpectandus, vt ne quem beatum iudicet,
Quem mali nihil vnquam contriſtaſſe animum exegerit.

Eadem paulo diuerſius idem exſtulit in Trachinis,

Λέγει μέν τις ἀρχαῖος ἀνὴρ φάτιν,
Ὡς οὐκ ἂν εἰδὼν ὀλβιοῖ βροτῶν, πρὶν ἂν
Θανὼν τις, ἢ τὸ κῦρος, ἢ τέλος κακόν. id eſt,
Vetus inter homines exſtat hoc prouerbium,
Haud poſſe quemquam quempiam cognoſcere,
Bonus an malus ſit, antequam fatalibus
Defunctus annis, vltimum obierit diem.

Conſimiliter Euripides in Andromachę,

Χρὴ δ' ἔκτοθ' εἰπεῖν οὐδὲν ὄλβιον βροτῶν,
Πρὶν ἂν θανόντος τὸν τυραννικὸν βίον. id eſt,
Ne quempiam pronunties mortalium

Vnquam beatum, citius atque mortuo
Illo supervenit viator vitae diem.

Idem in Tripadibus,

-τὸν δ' ὀλόμενον
Μᾶλλον ἀμείνων ἀτυχὴς πρὶν ἂν θάνῃ.
Ne quempiam horum quos benigna flatibus
Fortuna provehit beatum exsimules,
Priusquàm vita excesserit feliciter.

Eadem repetit alijs verbis in Heraclidis,

-τὸν δ' ὕστερον τύχαι
Βεβαιοῖ ἄνδρα καὶ σοφὸν καρδίαν μαθεῖν,
Τὸν δ' ἀτυχῆ δοκοῦντα μὴ ζηλοῦν, πρὶν ἄν
Θανὼν τὸν τοῦτο, ὡς ἐφημερεῖ τύχαι. id est,

-Exitum hoc rerum statim
Mortalibus denudavit palam omnibus,
Deosque, ne qui prosperis successibus
Hodie putetur, hunc beatum existimet
Priusquàm videat transegisse vitam viderint,
Vtque ad eo jam mutationes rerum velit.

Ouidius in Transformationibus sic extulit, lib. 13.

-sed finiat ultima semper
Expectanda dies hominem, dictique beatus
Ante obitum nemo supremaque funera debet.

Ab exitu rem spectandam. Quin hodieque passim omnibus est in ore, Ab exitu rem spectandam esse.

Posterioribus melioribus. 38

Inter Græcanicas paræmias refertur ὁ ὕστερον ἀμείνων, id est, Alteris melioribus. Quo significabant, ea quę prima experientia parum bene succesisse rant, secunda nonnunquam commodius euenire, & prioris consilij erratum posteriore consilio corrigi. Quod quidem nonnulli putant à sacris ortum, in quibus si prima victima non fuisset beatum, iterabant sacrum, meliora sperantes. Id quod satis indicat leno Plautinus, qui sæpius Veneri cæsa victima, litare non poterat. Plato lib. de legibus quarto videtur ad talorum iactum aut lusum cõsimilem referre: propterea quòd non raro sit vt cui lusus incõmodè ceciderit, is deintegro nouari ludum atque iterari postulet, perans fore vt iã fœlicius ludat. Ait enim, Παλάι, οὐκ οἶδ' ὅστις ἐστὶν, ἀμείνων ἢ δεύτερα ἢ δεύτερα τῶν πολλάκις. i. Rursum igitur quemadmodum ludentes dicere consueuerunt, secundis denuo melioribus repetamus. Quanquam & hoc loco πλείονος. πλείονος referri potest non ad lusum aliquem, sed locũ magis prouerbialem. Sed interpretamento priori Tullius adstipulatur, qui secundo De diuinat. libro sic ait, Quæ est autem inconstantia deorum, vt primis minentur extis, bene promittant secundis? Idem in Philippicis orationibus. Posteriores enim cogitationes, vt aiunt, sapientiores esse solent. Idem ad Quintum fratrem, Ego verò nullas διανοίας posteriores habere possum in Cæsaris rebus. hoc est, nullum idoneum reperio consilium quo superioribus malis possim mederi. Huc respexit & Dauus ille Terentianus, quum ait,

Posteriores cogitationes meliores.

Hæc non succesisti, alia aggrediamur via.

Quin eodem allusisse videtur & Aristoteles primo τῆς φυσικῆς libro, quum ait, Διὸ δεῖ εἰς τοὐναντίον καὶ τὸ βέλτιον, ἐκ τῶν παρόντων, ἀπιέναι τοῖς τοιούτοις. Loquitur de iis qui causarum naturalium admiratione prouocati, accedunt ad philosophandum: quos causis cognitis vult iam desinere mirari, & ad meliora conuerti. Porrò prouerbium videri potest ex Euripidis ortum tragœdia, cui titulus Hippolytus coronatus,

-καὶ δεύτερος
Αἰ δοκοῦσαί τοι φρενῶν ἰδὲς σοφώτεραι. id est,
Siquidem solet mortalibus prudentior
Posterior esse aliquando cogitatio.

Verba sunt nutricis ad Phædram, quasi recantantis ac palinodiam canentis superioris orationis, posteaquam videt eam de moriendo cogitare. † Ætas semper aliquid apportat noui. Terent. Adde & illud, Discipulus est prioris posterior dies. Respexit huc & in Suppicibus,

Ἀλλ' ἐν βίοισι χρὴ τὸ τοι πρὸ καλῶς ἔχειν.
Τοιῶνδε γὰρ ὑφ' ἡμῶν ἐξορθούμεθα.
Αἴσιον δ' ἐν ὕστερον.
In vitæ siquid parum recte dictum est
Corrigere posterioribus sententijs:
At non item unum.

Inde & μετάνοια dicta Græcis, quòd posterior cogitatio perspicit aliter agendum fuisse.

Actum est. 39

Prouerbialiter his verbis etiã hodie desperationem significamus, Actum est, Græce πέπρακται. Euripides in Hippolyto coronato,

Φεῦ, φεῦ, πέπρακται, διαπέπρακται τἀμὰ δὴ δύ'. id est,
Ehen, peractæ res, hera occidi palam.

Terentius in Eunucho. Actum est, inquit, periisti. Donatus existimat, Actum est, sumptum à iure, licet, à iudicio Perditi, à supplicio. Nam hęc tria pariter verba incremento quodam indicant desperationem. Quoniam autem fas non erat rescindere iudicum sententiam, & eadem de re bis iudicium admittier, vt ait Terentius: vulgo receptum est vt de negotijs desperatis actum esse diceretur. Etiamsi postea repertum est vt quidam per iudicem in integrum restituerentur. Aut certè ideo dictum est, Actum est, quòd quicquid peractum est, hoc iam infectum esse non possit: iuxta prouerbiales sententias, quæ testantur ne Deo quidem permissum esse, vt quod factum sit, efficiat infectum. Plautus, Nisi quod res præsidium apparas. Acta res hæc est: certum est mihi. Dicimus autem vel absolutè, actum est: vel cum adiectione quapiam huiusmodi, Actum est de repub. Actũ est de tuis omnibus. Actum est de rebus humanis. Actũ est de tua salute, ni vigilas.

† Id ex veterum formulis, quas collegit opere laborioso Brissonius, vir doctissimus.

Rem factam habere. 40

Huic penè diuersum est illud quod aliquoties apud Martialem legitur, Rem factam habere. pro eo quod est certum & indubitatam. Siquidem promissa parum certa sunt: verum ea demum quæ iam præstita sunt atque exhibita. Velut ad Proculum,

Tu factam tuis rem flatum putasti.

Rursum,

Iam te rem factam, Euthymce, credo habere.

Rem factam dixit, quasi non promissam, sed paratam atque absolutam, Vnde & argẽtum factum dicimus, non rude, sed elaboratum ac cæsatum. Aut respexit ad morem iuris, iuxta quem dixit Terentius, Facta, transacta omnia. Et M. Tullius in Catilinam, inuectiua 3. Atque illud quod faciendum primum fuit, factum atque transactum est. Quoties in contractibus adhibetur quicquid ad legitimam conuentionem pertinet. *Argentum factum.*

Fumos vendere. 41

Nimis quàm elegãs adagium extat apud Martialem, Fumos vendere, pro eo quod est, principum beneuolentiam, simulato commendationis officio, per occasionem familiaritatis, pretio vendere. Nam fumus initio quidem magnum quiddam esse videtur, verùm euanescit illico. Martialis carmen hoc est,

Vendere nos vanos circum palatia fumos,
Plaudere nec Cano, plaudere nec Graphyro.

Vnde & præstigiolam rerum magnarum spem atque ostentationem, fumum ac nebulas vocamus. Diuus Hieronymus contra Rufinum, De tanta librorum sylua vnum furculum ac fruticem proferre non potes. hi sunt veri fumi, hę nebulę. Nam Rufinus opprobrarat Hieronymo, quòd poetarum literas quasi fumos obiceret virginibus non intellectuis. At Hieronymus prouerbij telum imperitè tortum, in eum retorquet doctius, indicãs eo verbo non obscuritatem, sed inanem ac falsam ostentationem significari. Plutarchus de Deo Socratis, ὃ δ' ἦν, ἄπερ τινὰ καπνὸν φιλοσοφίας, εἰς πολλοὺς ἐκπεσόντα. id est, Fastum autem, ceu fumum quendam philosophiæ, in sophistas differtit. Porrò genus hoc hominum, maximã aularum regalium pestem, Helius Lampridius eleganter ac luculenter exponit in imperatoris Heliogabali vita. Eius verba libuit subscribere, Zoticus, inquit, iub eo tantũ valuit, vt ab omnibus officiorum principibus sic haberetur, quasi domini maritus esset. Erat præterea idem Zoticus, qui hoc familiaritatis nomine abutens, omnia Heliogabali dicta ac facta venderet, fumis quã maximè diuitias enormes sperans, cùm alius atque alius polliceretur, omnes falleret, egredientique ab illo, singulos audiret, dicẽs, De te hoc loquutus sum, Hoc de te audiui, Hoc de te fururum est. Vt sunt homines huiusmodi, qui si admissi fuerint ad nimiam familiaritatem principum, fumum non solùm malorum, sed & bonorum principum vendunt: & qui stultitia vel innocentia imperatorũ, qui hoc non perspiciunt, infami rumigeratione paſcuntur. Hactenus ille. Cæterùm adagiu fecit insignius Thurini Verconij supplicium *Lampridius locus elegans.*

prium, quod quidem in Vita Alexandri Seueri idem Helius refert ad hunc modum. Solus, inquit, post meridiem, vel matutinis horis rideo: idcirco nunquam aliquos videbar, quòd ementitos de se multa cognouerat. Spectatum Veronium Thurinum, quem quum familiarem habuisset, ille omnia vel fingendo sic vendiderat vt Alexandri, quasi stulti hominis, & quem ille in potestate haberet, & cui multa persuaderet, infamaret impertiti: sicque omnibus persuaserat, quod ad nutum suum omnia faceret. Denique hac illum arte deprehendit, vt quendam immitteret qui a se quiddam publicè peteret, ab illo autem occulto quasi præsidium postularet, vt pro se Alexandro secreto suggeret. Quod quum factum esset, & Thurinus suffragium promisset, dixissetque se quædam imperatori dicturum, quum nihil dixisset, sed in eo pendere vt adhuc impetraret, euentum vendens: Quumque iterum iussisset Alexander interpellari, & Thurinus, quasi aliud agens, nutibus annuisset, neque tamen interim quicquam dixisset, impetratum autem esset quod petebatur: Thurinus autem ab illo qui mercatus, fumi venditor gentia præmia percepisset: accusari cum Alexander iussit. Probatis per testes omnibus, & quibus præsentibus quid accepisset, & quibus auctoribus quid promisisset, in foro transitorio ad stipitem illum ligari præcepit, & tumo appolito, quem è stipulis & lignis humidis fieri iusserat, necauit: præcone dicente, *Fumo punitur qui fumum vendidit.* At ne in vna tantùm causa videretur crudelior fuisse, quæstum diligentissime antequam damnaret, & inuenit Thurinum sæpe etiam in causis ab vtraque parte accepisse, quum cucurus venderet, & ab omnibus qui aut præposituras aut prouincias acceperant. Atque inibi paulo post. Nec dedit alicui facultatem vel fumorum vendendorum de se, vel sibi de aliis malè loquendi: maxime occiso Thurino, qui illum quasi fatuum & vecordem sæpe vendiderat. Quid autem dixerit forum transitorium ipse in eiusdem vita videtur explicare, quum alio quodam loco sic ait. Qui de eo fumum vendiderat, & à quodam militari ceptum aureos accepérat, in crucem tolli iussit per eam viam qua esset ierus suis ad suburbana imperatoria iter frequentissimum. Porrò genus illud supplicij Auidius Cassius imperator primus excogitasse legitur, vt stipitem prælongum poneret, pedum centum octoginta, id est materiam: & è summo vsque ad imum damnatos ligaret, & ab imo focum apponeret, incenditque alios, alios fumi cruciatu, timore etiam necaret. Hactenus ille. Immane profecto supplicium, sed tamen factis tam pestilentibus dignum. Atque vtinam non etiam hodie, non principum modo, verumetiam episcoporum aulæ passim hoc tetterrimo hominum genere scaterent, ac non complures haberet Thurinos, atque adeo plus quam Thurinos: quippe qui non officium modò falso pro nihilo vendunt, verumetiam ipsum silentium, videlicet Demosthenicum quoddam referentes: imò, quòd est vtroque sceleratius, linguæ venenis officiunt iis à quibus officij pacti mercedem acceperunt. Veniámque nostri temporis principes Alexandrum Seuerum curent imitari, qui quum esset ethnicus, præterea Syrus genere, postremò vehementer adolescens, tamen adulatoribus, delatoribus, iudicibus furacibus, fumi venditoribus, atque id genus aulæ pestibus vsque adeo erat infestus, vt vir alioqui moribus placidissimis, his demum esset implacabilis. Circumfertur & hoc tempore prouerbium in splendida promissa aulicorum. aiunt enim Thus aulicum, significantes thureum illum vaporem, qui inter sacra spargitur acerra pensili. Quod quidem à nostro non admodum abludit. Addunt & aquam consecratam aulicorum, eam aquam significantes quæ pro templis proponitur: vt qui ingrediuntur aut egrediuntur, ea fide conspergant.

Fumo punitur qui fumum vendidit.

Forum transitorium.

Supplicium ab Auidio Cassio imperatore excogitatum.

Alexander Seuerus adulatoribus infestus.

Thus aulicis.

Aqua consecrata aulicis.

Columen familiæ. 42

Columen familiæ dixit Terentius in Phormione, nó dubium quin prouerbialiter, Getam seruum natu grandem: cui, peregre profecturus, tanquam pædagogo & curatori, iuuenum mores & rem domesticam senex commendarat. Donatus columen dici putat, perinde quasi columinam dicas, cui reliqua domus innitatur: vnde antiquitus seruos maiores, columellas dictos. Huic adstipulatur illud Vergilianum,

-is te omnis domus inclinata recumbit.

Item illud Euripidis ex Iphigenia in Tauris,

Στύλοι γὰρ οἴκων εἰσὶ παῖδες ἄρσενες. id est

Domus columnæ liberi sint masculi.

Pindarus in Olympus Hectorem appellat columellam Troiæ, ἐς Ἕκτορ' πρόσθε πτόλιος, ἄμαχον, ἀστεφῆ πύργον id est, Qui Hectorem subuertit, inexpugnabilem, immobilem columnam. De Achille loquitur. His affine quod dixit Iuuenalis, Sat. 8

-miserum est alienæ incumbere famæ,
Nec collapsa ruant subdutis tecta columnis.

Hectori cultus Troia.

† Haud absimili tropo legitur in appendicibus ad Virgilium,

Defensor patriæ, iuuenum fortissimus Hector,
Qui murum misere suis auxilio erat,
Occubuit telo violenti vulneris Achillis,
Occubuere simul spesque decusque Phrygum.

Sed spero me de his & similibus formulis alio loco forte commodiore noui aliquid comparasse.

Ancora sorbidi. 43

Simili figura apud eundem Euripidem Hecuba Polydorum familiæ gentisque ancoram nominat,

Ὃς μόνος οἴκων ἄγκυρ' ἁλὼς ἡμῖν. id est,

Qui iam solus generis superest ancora nostri.

Porrò ancoram Græcis pro refugio prouerbialiter vsurpari solere, alibi notauimus, quum Sacram ancoram exponeremus. Denique quicquid illud est cui innitimur, cuiúque fulcimur fiducia, ancoram vocant: luctpta a nauibus metaphora; quæ quum anchoris fultæ sunt, veluti defensæ a nauticis quiescunt. Vnde & illud apud Aristidem in oratione Panathenaica: πάντες δὴ δυοῖν ἐρμῖν ἐδόξαν οἱ Ἕλληνες. id est, Omnes Græci sibi videbantur in portu quodam esse, duabus nixi anchoris, quasi gemino fulti præsidio. Quem locum & paulo superius adduximus.

Ancora pro perfugio.

Duab. nixi anchoris.

Nullus sum. 44

Prouerbiales sunt & illæ apud Comicos hyperbolæ, Nullus sum, & Occidi, & Perij, quibus desperationem & ingens malum significamus. Euripides in Iphigenia in Tauris,

—ἀμοὶ δ' ἐκὼν ἀδὴς ἀδειπτος; id est,

Tumulo atque inertes sunt me ni videbitur.

Rursum in Iphigenia Aulidensi,

Οὐδὲν ἦσθ', ἀλλ' ἐξεπίστατ' ἐν τύχῃ.
id est,
Nihil erat, sed perditum fortuna consternauerat.

Occidi, perij.

Opinor hoc ipsum esse quod ex Platone citat Athenæus lib. 10. ὑμεῖς δ' οὐδὲν, καθάπερ ἐ μεσημέρια. id est, Vos quippe nihil, vt dicitur prouerbio. quanquam hoc non ad exitium, sed contemptum pertinet. Sumptum videri potest ab Homero, apud quem Odysseæ lib. 9. Vlysses fingit sibi nomen Οὖτιν, id est nullus, innuens se propemodum periisse. Atque huius nominis commento deceptus est Cyclops.

Vlysses, Οὖτις.

† Sic homo nullo numero dicitur alibi. Et huc pertinet id, Nullus, magnus, malus, pulcher. & quam variè hoc verbum, nullus, flecti possit, non potest nisi latè plurib. explicari.

Nolens volens. 45

Omnes id genus figuras prouerbiales esse, sicuti superius ostensum est, Donatus admonuit, quæ nimirum constant ex contrariis: propterea quòd ænigmaticum quiddam habere videantur. Sunt autem frequentes apud Græcos poetas, vt apud Euripidem in Hecuba,

Οὐ κἄκοντα τὸν ἐμὸν Δόλων. id est,

Atque ille nolens parter ac volens.

Idem in Iphigenia in Tauris.

Φεύγω πρόσω γε δεῖπνα τἀμὰ κἀκόν, ἐκών, id est,

Sanè exuo quodammodo me inuitus, volens,

Ad hanc pertinet formam quod ait Terentius in Andria,

Tu cæstus tua voluntate et.

Contra stimulum calces. 46

Πρὸς κέντρα λακτίζειν, id est, Contra stimulos iactare calcem, est frustra repugnare iis quos vincere nequeas, aut eos prouocare qui lacessiti nocent. Aut reluctari fatis, & incommodum quod euitare non queas, impatienter ferendo, non solum non effugere, verumetiam conduplicare. Veluti si quis vxorem nactus rixosam, assiduè cum ea lugeat, nihil profecturus, nisi quòd illam reddat rixosiorem. Terentius in Phormione, Nam quæ insciția est aduersum stimulum calces? Donatus παροιμίαν esse admonet cum eclipsi: deesse enim iactasse, quod vnico verbo Græci dicunt λακτίζειν. Plautus

Reluctari fatis.

λακτίζειν. in Truculento, Si stimulos pugnis cædis, manibus plus dolet. Extat hoc adagium etiam in Actis Apostolorum, Durum est tibi contra stimulos calcitrare: id est, durum ad resistum Deum pugnare.

Euripides in Bacchis,

Θύοιμ' ἄν αὐτὸς μᾶλλον, ἢ θυμουμένῳ Θεῷ
Πρὸς οὖτρα λακτίζοιμι, θνητὸς ὢν θεόν. id est,
Potius facra illi faciam, quam calcibus
Stimulos ferire coner, homo mortalis ipse
Citus in deum, mortalis ipse quam fiem.

Pindarus in Pythiis πρὸς αὐτρον δ' οὐ λακτιζέμεν πάτταλον. id est, Contra stimulum autem calcitrare est. Metaphora ducta est à bobus, quos agricolæ ligneis pessulis à tergo fodiunt. vnde & βουπλῆγας dicuntur in prouerbio, βουπλῆγας, gallice, pequebœufs.

Πολλοὶ βουπλῆγας, ταῦροι δ' οὐ γῆς ἀρότῆρες.
Multi verum stimulatores, pauci autem terræ aratores.

Quòd siquando calcibus repugnêt aduersus stimulum, grauius etiam laduntur boues tantum abest vt stimulo noceant. Plutarchus in commentario πρὸς τὰς ἀφορμὰς, cuiusdam meminit Ctesiphontis pancratiastæ, qui per iracundiam inuix calcitranti recalcitrarit.

In aurem dicere. 47

Εἰς τὸ οὖς λέγειν, id est, In aurem dicere, vel hodie vulgò dictitant, pro eo quod est clanculum ac secretò committere. Translatum ab iis qui propius admouent, ad aurè insusurrât quæ nolint ab aliis exaudiri. Vnde & illud apud Homerum aliquoties,

Λίσσετο κεφαλῇ, ἵνα μὴ τρωτοὶ ἔσαν.
id est,
Admoto capite, reliqui ne audire valerent.

Horatius in Sermonibus, l. Sat. 9.

In aurem
Dicere nescio quid puero,

Euripides in Ione,

Ἀλλ' ἐλθὲ, εἰς οὖς δ' ἐστὶ μοὶ λέγειν σὺ σῷ, id est,
Accede in aurem vt quæ volo tibi eloquar.

Lucianus in Gallo, Πρὸς οὖς τοῖς Συρακουσίοις κατὰ τι συγκεκομμένῳ. id est, Ad aurem cum Syracusanis quibusdam communicans. Huc pertinet & illud Euangelicum, Et quæ in aurem auditis, prædicate super tecta. id est, quæ secretis colloquiis accepistis, palam prædicate.

Nec obolum habet vnde restim emat. 48

Prouerbialis hyperbole in eos qui maxima rei familiaris inopia laborant. Lucianus in Timone, οὐδὲ μὲν ὀβολὸν ἔστιν ὅστις ἔχων ἀγχόνην ἐωνήσατο. id est, Qui pridie ne obolum quidem habebant, quo laqueum emerent. Pauperrimus autem sit oportet, qui tenuitatis tædio sese laqueo præfocare velit. porrò plus quàm pauperrimus videtur, cui ne nummulus quidem suppetat vt restim emat qua se suspendat.

Hinnulus leonem. 49

Prouerbialis est allegoria, ἐνήλατος τὸν λέοντα, id est, Hinnulus leonem. subaudiendum cepit, vicit, aut prouocat, aut id genus aliquid pro ratione sententiæ: quoties præposterato rerum ordine, qui viribus multo est inferior, superat potentiorem. Lucianus de captatore testamenti, qui iuuenis à sene, captator à captato captus est, τῶν ἐπὶ τὰς κληρονομίας ἀνηλίσκετο τὸν λεοντα. id est, Hoc est illud quod prouerbio dicunt, Hinnulus leonem. Huc respexit quisquis fuit qui scripsit Megaram Herculis,

Ἦ ὅτι ἄλοχον παῖδάς τε ἀμείλικτα φαείνῳ υἱὸς
Ἀνδρὸς ἐν ἀστείοις, λέοντ' ὠνηθὲν ὑπὸ νηδύν;
id est,
An quoniam immersis affligitur incytis proles
A viro inerte, leonem vt si hinnulus vrgeat aurem?

Non inconcinne trahetur ad id quoque, quoties fit vt longè inferior lacessat potentiorem, aut multis partibus indoctior certet cum eruditissimo.

Iungere vulpes. 50

De re palàm absurda dicitur Ζεύγνυσι τὰς ἀλώπεκας, Vulpes iungere. Vergil. in Palæmone, eclog. 3.

Qui Bauium non odit, amet tua carmina, Mœui:
Atque idem iungat vulpes, & mulgeat hircos.

Est enim vulpes animal ab aratro vehementer alienum.

Mulgere hircum. 51

Τράγον ἀμέλγειν, id est, Mulgere hircum: eundem habet sensum. Lucianus in vita Demonactis, inter huius festiuiter dicta commemorat & illud: Quum conspiceret duos quosdam in philosophos, vtrosque pariter indoctos, inter se disceptantes. & alterum quidem ridiculas quasdam quæstiones proponentem, alterum item alienas, neque quicquam ad rem facientia respondentem: Quid, inquit, mea sanno, horum alter hircum mulgere videtur, alter cribrum supponere? Refertur à Diogeniano his verbis, τὸν τράγον ἀμέλγειν, ἐπὶ τῶν ἀμφοτέρων ἀνοήτων, ἀφεστηκότων. id est, Virum stultiorem qui mulget hircum, an qui cribrum supponit? Quum vterque pariter absurdè faciat. Ab hoc fonte non abludit illud, Similes habent labra lactucas. & Diguum patella coopercŭlum.

De asini vmbra. 52

Περὶ ὄνου σκιᾶς, id est, Super asini vmbra: pro eo quod est, de re nihil. Sophocles in Cedalione apud Suidam πάντα τὰ τοῦ ὄνου σκιά. id est, Cuncta asini vmbra: hoc est, nugæ, nihilque res. Apud eundem Aristophanes in Dædalo, περὶ τοῦ νῦν πολεμεῖν ὑμῖν ἐστι, περὶ ὄνου σκιᾶς. id est, Qua de re nunc inter vos bellum est? Nimirum de asini vmbra. Citatur ab eodem & Aristoteles ἐν Θεσσαλικαῖς, qui fabulam quandam extare dixerit hoc titulo, ὄνου σκιά, id est, asini vmbra. Arcesilai comœdiam opinor sentiens de qua meminit Zenodotus. Lucianus in Sectis, πάντες, ὡς ἔπος εἰπεῖν, περὶ ὄνου σκιᾶς μάχονται οἱ φιλόσοφοι. id est, Omnes, vt ita dixerim, de asini vmbra depugnant philosophi. Aristoph. in Vespis, Περὶ τοῦ μάχη τῶν δεῦρο, περὶ ὄνου σκιᾶς. id est, De quo pugna est nobis? De asini vmbra. Demosthen. in Philippica quadam, πρὸς ἅπαντας τοὺς τὰ δι' ὅπλων πράττοντας πολεμοῦσιν. id est, Cum omnibus in præsentia de Delphica vmbra digladiari. Proinde sunt qui credant hoc adagij primùm ab authore Demosthene natum fuisse, fabulam huiusmodi referente: Quum aliquando Demosthenes quendam in causa capitali defenderet, ac iudices haberet parum attentos sed dicenti obstreperent, ille, Paulisper, inquit, aures mihi præbete, siquidem rem narrabo nouam ac lepidam, atque auditu iucundam. Ad quæ verba quum illi iam aures arrexissent, Adolescens, inquit, qui priùm asinum conduxerat, rerum quiddam Athenis Megaram deportaturus. Inter viã autem quum æstus meridianus ingrauesceret, nec inueniret quonam vmbraculo solis ardorem detenderet, depositis clitellis, sub asino sedens, eius vmbra semet obtegebat. Cæterùm id agaso non finebat, hominem inde depellens, clamánsque asinum esse locatum, non asini vmbram. Alter item ex aduerso tendebat, asseuerans etiam vmbram asini sibi conductam esse. Atque ita inter eos acerrima rixa in longum producta est, ita vt etiam ad manus ventum sit: hoc pertinaciter affirmante, non conductam esse asini vmbram: illo pari contentione respondente, vmbram etiam asini conductam esse. Demum in ius ambulant. Hæc loquutus Demosthenes, vbi sensisset iudices diligenter auscultâtes, repente cœpit à tribunalibus descendere. Porrò reuocatus à iudicibus, rogatúque vt reliquum fabulæ pergeret enarrare, De asini, inquit, vmbra libet audire: vitæ causam de vita periclitantis audire grauamini? Paulò aliter narrat Plutarchus in vita Demosthenis, his quidè verbis, Λέγεται δέ ποτε καὶ δεύτερον ὑπὸ Ἀθηναίων ἐκκλησίᾳ, βραχέα φαινόμενα πρὸς αὐτοὺς εἰπεῖν. ἀλλ' ὡς ἐπιστάντων, ἐπαναβὰς, ἤρξατο διηγεῖσθαι τῶν ἐξ ἀρχῆς ὅτι μισθωσάμενός τις ὄνον μέχρι μεσημβρίας ἐν ἀφόρῳ φλέγοντος τοῦ ἡλίου, ἐπιθυμήσας αὐτὸς ἐβλίτου ὑπεδύετο τῇ τοῦ ὄνου σκιᾷ. ὄντος δὲ ἀμφίλου, τὸν μὲν ἕτερον ἐκβαλεῖν, ἐκεῖνον δὲ μὴ συγχωρεῖν, ἀλλὰ μισθωτὴν εἶναι τῆς σκιᾶς. ἐκ τούτου τὸν μὲν Ἀθηναῖον ὑπεκφεύγειν, τὸν δὲ διώκειν πρὸς ὀργὴν, ὡς οὐκ ὄνου σκιᾶς, ἀλλὰ τοῦ ὄνου μεμισθωμένου. ἐπὶ τούτοις ἀναβοήσαντας ἅπαντας, καὶ γελάσαντας ἀπελθεῖν, λέγοντος δ' ὑπὸ σπουδῆς ἀκροᾶσθαι; id est, Quum in concione dicenti obstreperent Athenienses, ait se breuiter illis velle narrare quiddam. At silentio facto, Adolescens, inquit, æstatis tempore asinum mercede conduxerat, vt eo ab vrbe Megaram proficiscens vteretur. Porrò meridie quum sol acriter æstuaret, vterque cupiebat sub vmbram asini succedere. Verùm alter alterum arcebat, quum hic diceret asinum conductum esse, non vmbram: rursus alter qui conduxerat, se plenum habere ius respondentem. Atque hæc loquutus, discedere parabat. retinentibus autem Athenien sibus, vtque reliquam fabulæ partem adderet orantibus: Istáne, inquit, de asini vmbra audire cupitis, de rebus seriis loquentem auscultare non vultis? Quidam aiunt, asinum Athenis non Megaram, sed Delphos fuisse

fuisse conductum. quod idem apparet ex verbis Demosthenis, qui Delphicam vmbram nominat in calce orationis De pace, Οὐκοῦν δίκαιόν γ' ἐστὶν ἐπιδεῖξαι. ἐφ' ὅσον γὰρ ἐγὼ ἐνόμιζον ὑπὲρ τῆς εἰρήνης ἅπαντας ὑμᾶς ἐθέλειν τἀληθῆ συμβουλεύειν, ἐφ' ὅσον ἐπιστάμην, ἐγὼ παρῆν· ἐπειδὴ δὲ τοῖς ἐν Δελφοῖς σκιᾶς πολὺ πλείους, &c. Annon igitur stultum ac vehementer miserum, singulos aduersus singulos ita commissos, de rebus propriis ac maxime necessariis, cum vniuersis de vmbra Delphica nunc depugnare? Apuleius in Asino, locutus ex sese natum. Vsurpauit hoc adagium Menander in Enchiridio: & Plato in Phædro, quum ait, Oratores imperitos impudenter ac periculosè facere quoties apud plebem imperitam & ipsam, non vmbram asini, rem videlicet leuem ac nullius momenti, sed turpia pro honestis laudant, Μὰ Δί', ἔφη, σκιᾶς γε, οὐ γὰρ ἂν ἐν πολλοῦ γε ἄξιον σπουδῆς, ἀλλ' ἐν σμικροῦ τινος. Procopius in Epistola quapiam, Καὶ αὐτὸς ἠξίωμαι, ἐπὶ τῇ τέχνῃ ἣ σοφιστὴν τὸν ἀντίτεχνον φεύγειν, συμμαίνειν δὲ ἑαυτῷ ἐστι, ὅτι φασὶ σκιᾷ ἐπιτρέχειν. id est, Ipse etiam, opinor, doctissime, de arte pugnantia quum sentias, deridendi, sicut videtur, gratia, de asini (quod aiunt) vmbra litem moues. Vsus est eodem Origines in præfatione libri tertij, quem scripsit aduersus Celsum: Sed iamdudum tempus vt ab asini vmbra digrediamur, ne quis iure nos rideat, ἐπεὶ ἤδη σκιᾶς plus satis curiosos.

Vmbra Delphica

De lana caprina. 53

Huic simillimum est illud Latinorum adagium, de lana caprina, quòd à simili quopiam euentu natum apparet, contentiosè decertantibus duobus vtrum lanam haberet caper, an setas, aut alioqui de villis caprinis dimicantibus, te videlicet inutili, minimique momenti. cuiusmodi locus fertur & de asini lana. Horatius in epistola ad Lollium 1. epist. 18.

Aliter in obsequium plus æquo pronus, & imi
Derisor lecti, sic nutum diuitis horret,
Vt pueram sano tradas diuitia magistro
Regnare, vt partes mimum tractare secundas.
Aliter rixatur de lana sæpe caprina,
Propugnat nugis armatus.

Loquitur de morosis in amicitia, qui quantumlibet friuola de causa litem cum amico suscipiunt.

De fumo disceptare. 54

Huic consimile est illud quod apud Aristophanem legitur in Nubibus, Καὶ λεπτὸν οὐκ ἂν ἄλλο τι, ἢ περὶ καπνοῦ τοὺς ἄνδρας ἐλέγχειν. In philosophos dictum, qui de fumo, hoc est de rebus nihili, nimium anxie disputant. Inest autem non parum comici salis in illis ipsis verbis ad iocum confictis, λεπτολογεῖν, σπερμολογεῖν: quorum alterum significat de rebus tenuibus ac friuolis disceptare: alterum, de meris nugamentis sollicitum & anxium torqueri. Quapropter etiam Socratis schola φροντιστήριον appellata. λεπτολογεῖν. σπερμολογεῖν.

Talpa cæcior. 55

Refertur à Suida ac Diogeniano, τυφλότερος ἀσπάλακος, id est, Cæcior talpa: de iis qui supra modum cæcutiunt, aut qui minime iudicant. Nam iucundior fiet metaphora, si quidem ad animum transferatur. Plinius vndecimo libro scribit, ex quadrupedum genere, talpæ visum deesse. oculorum tamen inesse effigiem, si quis prætentam detrahat membranam. Atque hinc ortum adagium.

Cæcior leberide. 56

Ad eandem sententiam pertinet illud, τυφλότερος λεβηρίδος, id est, Cæcior leberide. Citatur ex Aristophane. Est autem liberis, quemadmodum ostendimus & alibi, pellis illa sicca, quam serpentes, cicadæ, & si quod aliud animantis genus, exuunt, quoties sibi iuuentam renouant. In hac enim apparet effigies duntaxat oculorum, ac membranula quædam tenuissima; qua serpentum oculi præteguntur. Sunt qui tradant hoc, quòd notissimum est de serpentibus ac cicadis; etiam piscibus quibusdam accidere. Eam verò pellem Lycophron in iambico carmine σύφαρ appellat,

ἀσπάλακος. σύφαρ

Σύφαρ ἠμπίπτει πεττὸν φοίνιον σκότου.
id est,
Syphar interibit, tellum vt effugit maris.

Syphar autem συμβολικῶς, idque suo more, senem aplat, vel quòd ætas ea exercitat, vel quòd iam effœta atque arida, succo viribúsque destituta sit.

Sophron in Mimis,

Τί μὰν ξύφαρ, τί δ' ἄνοφας ἀπ' ἀνέρος; id est, ξύφαρ.
Quid enim xyphar, quid syphax pro viro?

Xyphium appellans aridum & prurigmosum semen, ἄνοφας δ' ἀνὴρ. aut syphar, quasi iam non hominem ipsum, sed pellem dutaxat exuuiam atque inanem. Quod quidem & ipsum prouerbium refipit. Aiunt autem leberidem propriè significare membranam extremam, qua fœtus vaccarum obtegitur: in qua & ipsa vestigia duntaxat oculorum apparent. Adagium triplicem efficitur, τυφλότερος λεπαρίδος, id est, Cæcior leberide. μειρακιωδέστερος λεπαρίδος, id est, Nudior leberide. & κωφότερος λεπαρίδος, id est, Inanior leberide.

Tiresia cæcior. 57

A notissima fabula sumptum, τυφλότερος Τειρεσίου, id est, Cæcior Tiresia. Iuuenalis,

Nec surdum, nec Tiresiam quenquam esse deorum.

Tiresiam prouerbialiter ponit pro cæco dixit quemadmodum Horatius pro paupere Irum,

Irus pro paupere.

Interest multum diues, polleatur an Irus.

Hypsea cæcior. 58

Non dissimili figura dixit Horatius 1. Serm. 2.

—ne corporis optima Lynces
Contemplans omnis, Hypsea cæcior illa
Quæ mala sunt spectet.

Satis apparet parœmiam ab Hypsea, muliere quapiam infami notæque cæcitatis, esse profectam.

Sine sacris hæreditas. 59

Vbi qua commoditas de improuiso præter sumptum obiecta esset, veteres sine sacris hæreditatem vocabat. Et omnino quicquid citra nostram operam alicunde obtigisset lucri, quasi prouerbialiter hæreditatem appellabant, propterea quod ea quæ sic obueniunt, grata quasique dormientibus, à fortuna donari videtur. Ergasilus parasitus apud Plautum in Captiuis duo. Sine sacris hæreditatem tum adeptus est festiuissimam. Et alibi, Annona est, sine sacris hæreditas. Nam hæredes alioqui vel pro salute laborantis, vel in parentum obitibus defuncti, sacra quædam suo sumptu facititare mos erat. Idem Plautus alibi. Mihi tales hæreditates non sæpe obueniunt. Cicero in Verrem actione quinta, Hic Verres hæreditatem sibi venisse arbitratus est, quòd in eius regnum ac manus venerat ille Andreas Alciatus Prætermissorum libro 1. mauult adagionis originem ad priscum iuris consuetudinem referri, Lex enim duodecim tabularum sic habebat, Sacra priuata, perpetua manento. Ea verba interpretatur Cicero lib. De legibus 2. Vt omnis ad quem patris familias pecunia perueniret, eius teneretur sacra celebrare. Refertque Scæuolæ pontificis interpretationem, qua traditum est, quinque modis adstringi sacris hæreditatem. Proinde ad quos ex iure propinquitatis redibat hæreditas, tenebantur communium sacrorum societate. Suauius autem esse solet quod inopinatò contingit boni; quemadmodum sine sacris hereditas. Hæc aliaque doctissimè sanè disserit Alciatus noster: cuius equidem sententiæ libens addo meum suffragium, quanquam à mea minimum dissentienti. Porrò in Plautino dicto allusum arbitror ad Græcorum illud adagium ἄνευ ἱερῶν κατεσθίειν. id est, Nõ sacrificata sacra deuorare. Item ad Hesiodum illud,

—Μὴ χρηστὸν ἐόντ' ἀπορρῖψαι ἀνάγκῃ.
Εσθ'. id est,
Ante sacrum sectum, cibum ab ollis tollere, raptum
Atque edere.

Inter cæsa & porrecta. 60

Elegans in primis adagium extat apud M. Tullium in epistolis ad Atticum, Ea multa, (inquit) imò omnia, quorum παρέλκειν, ne quid inter cæsa & porrecta, vt aiunt, oneris mihi addatur, aut temporis. Videtur significare cunctationem, & ancipitem hæsitationem, ac velut litteram illud inter omittendum quod cœptum est, & incipiendum quod mouari oportet. Sumptum est autem è prisco auspiciorum ritu, in quibus inter cæsa & porrecta sacerdos cæremonias quasdam agebat: quemadmodum testatur M. Varro libro De lingua Latina secundo. Nam flamen Dialis, inquit, auspicatus vindemiam, & vt iussit vinum legere, agnu foui faciunt inter cuius exta cæsa & porrecta flamen prorsus vinum legit. Porrò quòd exta cæsa prorogationem temporis apud veteres significauerint, declarat Cicero libro De diuinatione 1. Quid enim, (inquiens) habet aruspex, cur pulmo incisus etiam in bonis extis diuinet tempus, & proferat dierum

Interuallum inter omittendum & incipiendum.

Pensum persoluere. 61

Pensum persoluere, est tuas implere partes, debitóque perfungi officio. Translatum à lanificio muliebri, in quo singulis certum lanæ pondus in opus distribuebatur. Plautus in Persa, Pensum meum quod datum est, confeci. Idem in Bacchid. bus, Ego pensum meum lepidè accurabo. Et Marcus Tullius libro De oratore tertio, Nunc ad reliqua progrediar, néque ad meum munus pensúmque reuocabo. Varro De re rustica, Nos nostrum pẽsum absoluimus. Hieronymus ad Rusticum, Et operis tui pensa persoluas. Verùm quo longius erit detorta metaphora, hoc erit adagium venustius. Velut si ad sermonem, ad studium, ad officium, aut alias animi res referatur.

A mulierum lanificio.

Ne per somnium quidem. 62

Οὐδ' ὄναρ, id est, Ne in somnio quidem. Græcis prouerbialiter dictum est, pro eo quod est, nulla ratione, nullo tempore, Alioqui nemo ferè tam omni fœlicitate destitutus, quin aliquando per quietem vel somniet lætiora quæpiam. Lucianus ὁ τὴν οἰκίαν ἐπ' ὀλέθρῳ μεθ' ὅλων σωμάτων, Οὐδ' ὄναρ λευκοῦ ποτε δρῦν ἐμφορηθείς. id est, Ne per somnium quidem vnquam albo pane latiatus. Idem vsurpauit in Gallo, quum ait, regibus ne per somnium quidem aliqua re iucúda frui licere, ὑφ' ὧν οὐδ' ὄναρ ἡδονῆς τινος ἰδίᾳ ἐγεύσατο. Rursus οἷος ἦν ὁ πλάστης, Ἀδόητον δὲ καὶ, ἅτε οἶον φῶς, οὐδ' ὄναρ ἀκηκοώς. id est, Porrò suauiter canentes, & eo modo quo tu prædicas, ne per somnium quidem audiuimus. Huc eleganter alludit Theocritus ὁ βουκολιάζων. apud quem Eunica puella ciuilis, rusticum, basium dare conantem, ab se repellit, dicens tantum abesse vt illi datura sit basium, vt hoc ne per somnium quidem oporteat sperare. Carmen sic habet,

--ἄπερ' ἀπ' ἰμεῖο.
Βασκ' ἄπ' ἐμᾶς κύσιος τύλας· οὐ μαλακὸν τι
Ἀχοίνικες φιλέοντα, ἀλλ' ἀσκὸς χαλκᾶ θλίβων.
Μὴ τό γε μοῦνον κοὐκ τὸ κακὸν σέθεν, μηδ' ὀνείρως.id est,
--auferte hinc procul, inque malum rem:
Tu mihi insuauium dare vis homo rusticus? atqui
O mulier haud didici dare basia agrestibus vnquam:
Sed magis urbanus ioco osculà fingere labris.
Non mihi tu vitiùm os labris sordentibus vnquam
Contigeris, nec per somnum.

Vtitur eodem & M. Tullius in Epistolis ad Atticum, πολιτικὸς ἀνὴρ οὐδ' ὄναρ quispiam inueniri potest. Theocritus in Megara Herculis vxore, τὸ δ' ἐδὲ ὄναρ ἔλυδεν ἀνήρ. id est, Quod alij ne per somnium quidé accidit. Galenus περὶ φωνῆς διαφορῶν lib. 2. καὶ ταῦτα οὐκ ἐγχωρεῖν ἀγνοεῖν τὸν Ἐρασίστρατον, εἴπερ καὶ κατ' ὄναρ ποτὲ πίστ' ἂν τι φαντασθείη συμπίνων. id est, Atque hæc oportebat esse ignota Erasistrato, si modò vel in somniis illi vnquam cum Peripateticis incidisset consuetudo. Solent autem vel extremæ sortis homines aliquando magnifica quædam somniare: quemadmodum apud Lucianum Micyllus, qui per somnium opulentissimus, experrectus, credo quispiam erat Iro penè pauperior. Nam somniare, sperandi genus est. Vnde & Vergilius in Bucolicis, spes inanes amantum, somnia vocat, ecl. 8.

Magnifica quædam somniant etiam fortunæ tenuis homines.

--an qui amant, ipsi sibi somnia fingunt?

Huc respexit & Flaccus in Satyris, quum ait, 2. Sermon. 5.

Quum te seruitio longo curáque leuarit:
Et certum vigilans, quarta sit partis Vlysses
Audieris heres.

Itaque, Ne per somnium quidem, perinde valet quasi dicas, quod ne sperare quidem audeas. Plutarchus in libello quem scripsit aduersus Stoicos, adagium extulit paulo diuersius, ὧν οὐδ' ὀνείρατα λαβεῖν μᾶλλον ἔστι θεῷ καὶ κατ' ὄνειρον. id est, quorum ne somnia quidem magis capere licet extra communes cogitationes. D. Chrysostomus aduersus Iudæos concione tertia sic extulit, οὐδ' ἐν ὄναρ.

Per nebulam, per caliginem, per somnium. 63

Quarum rerum ambiguam quandam ac tenuem penèque euanidam memoriam aut intelligentiam obtinemus, eas res per nebulá recordari, per somnium meminisse, per caliginem videre, prouerbio dicimus. Vt quæ pueri vidimus, senes quasi per somnium recordamur, vix tenuibus quibusdam simulachris rerum inhærentibus animo nostro: qualis est fermè vulgarium insomniorum memoria. Porrò quod mediam nebulam intuemur, eius confusam tantaxat imaginem ac velut vmbram incertam aspicimus. cuiusmodi sunt quæ per caliginem cernuntur in tenebris. Hinc igitur ducta metaphora. Huiusmodi sermonis formæ frequenter obuiæ sunt apud scriptores. Plautus in Pseudolo, Sunt quæ te volumus percontari, quæ quasi per nebulam nosmet scimus atque audiuimus. Idem in Captiuis duobus, In memoriam regredior audisse me quasi per nebulam. Marcus Tullius libro de finibus quinto, In infirma ætate, imbecillaque mente, vis naturæ per caliginem cernitur. Plato de legibus libro 7. ἃ δὴ λέγω, διανοίᾳ πειρατέον οἷον διὰ μικροῦ ἱερείου δηλοῦσθαι τὰς φύσεις· τῶν δὲ λεγομένων ἕνεκα τάχ' ἂν οὐδὲν εἴη. id est, *Cæterum quæ dico, conandum est vt velut exemplo in lucem prolato reddamus perspicua. Nam hæc videntur similitudini quæ dicuntur per caliginem quandam.* Eodem in libro legitur καθ' ὕπνον, id est, per somnum, siue in somnis.

Per nebulam vmbram tuemur.

De asini prospectu. 64

Περὶ ὄνου ἀποψίας, id est, De asini prospectu. Vetus adagium dici solitũ in eos qui ridẽdo titulo quempiam calumniãtur, aut de friuolis rebus aliquem in ius vocant. Euentus qui fabulæ præbuit occasionem, variè narratur ab authoribus. Quidam huiusmodi quædam memorant, Figulus quispiam varias suium formas finxerat, eásque in officina collocatas habebat, at asinus quidam, inobseruantius sequente agasone, inserto per officinæ fenestellam capite, pariter & aues & reliqua vasa delecit, comminuitque. Is cuius erat officina, agasonẽ in ius vocat: cúmque rogaretur ab omnibus quanam de re litem moueret: De asini, inquit, prospectu. Alij aues non fictiles, sed veras fuisse volunt, quæ asino, sicuti dictum est, per fenestram immittente caput, disturbatæ perticam ruperunt, reliquáque vasa subuerterunt. Reliqua fabulæ vtcunque conueniunt. Lucianus in asino suo parœmiam hãc fingit ex se natam, quòd dum asinus conaretur obliquato capite per fenestram prospicere quid ageretur, tum lele, tum dominos suos prodidit. Eamque rem magno omnium risu exceptam, in adagionem abiisse, ἀπ' ὄνου ἀποψίας, id est, ex asini prospectu. Porrò iuxta Lucian sententiam magis quadrabit in eos qui stoliditate sua, dum ineptè student dissimulare, ridicule producuntur. Hunc Lucian locum æmulans Apuleius in nono Metamorphoseos suę libro, scribit ad hunc modum, Qua contentione & clamoso strepitu cognito, curiosus alioqui & inquieta procacitate prædituus asinus, dum obliquata ceruice per quandam fenestrulam, quidnam ibi vellet tumultus ille, prospicere gestio: vnus è commilitonibus, casu fortuito conlimatis oculis ad vmbram meam, cúctos testatur in coram. Magnus denique continuò clamor exortus est. Et emersis protinus fcalis, iniecta manu quidam me veluti captiuum detrahunt: iámque omni sublata cunctatione, scrupulosius contemplantes singula, cista etiam illa reuelata, repertum, productúmque & oblatum magistratibus miserum hostulanum, pœnas scilicet pensurum, in publicum deducunt carcerem, summóque risu de meo prospectu cauillari non desinunt. Vnde etiam de prospectu & vmbra asini natum est frequens prouerbium. Hactenus Apuleius.

Locus fœlinus ex Luciano.

Qui stoliditate sua produti.

Suo ipsius indicio periit sorex. 65

Cui consine est illud Terentianum ex Eunucho, Egomet meo indicio miser quasi sorex hodie perij. Verba sunt Parmenonis, qui delusus à Thaide, prodiderat se seni. Donatus admonet esse prouerbium in eos qui suapte voce produntur. Atque hinc existimat ductam esse metaphoram, quòd soricum proprium sit vel stridere clarius quàm mures, vel strepere magis quum obrodunt friuola. ad quam vocem multi se intendentes, quanuis per tenebras noctis transigunt eos. Vsurpat hoc adagium diuus Aurelius Augustinus in primo de ordine libro erga suum Licentium, qui dum pulsata tabula, soricem strepitu abiterret, ipse sese prodebat Augustino quòd vigilaret. Alluait eodem Origenes homilia in Genesim tertia, Sed videbor, inquit, ipse meis in dictis captus.

Induitis me leonis exuuium. 66

Ἐνδύτι μοι τὴν λεοντῆν, id est, Induitis me leonis exuuium. In eos dici solitum qui scipsum ut negotium maius facultate, quique se magnificentius gerunt quam pro sua conditione. Quidam ab Hercule sumptum putant, cuius hic ornatus erat, vt leonis exuuio tegeretur, deinde

deinde altera manu clauam, altera gestare cœpit: atque hoc ornatu descendit ad inferos, Cerberum extracturus. Hinc alludens Aristophanes in Ranis, Bacchum fingit, Herculis instar, leonis exuuio clauaque instructum, ad inferos descendere parantem, vt Euripidem cum Æschylo certantem audiret. Ridetur autè ab Hercule, quòd id gestaminis nequiquã illũ deceret, vtpote mollem & effœminatũ. Hîc dè pertinet quod Menippus ille Lucianicus eodem ornatu se ab Inferis rediisse adsimulat. Nihil autem prohibet quominus prouerbium ad apologũ illum referatur, cuius meminit Lucianus in Piscatore: Apud Cumanos asinus quispiam pertæsus seruitutem, abrupto loro in syluam aufugerat, illic fortè repertum leonis exuuium corpori applicabat suo: atque ita pro leone se gerebat. homines pariter ac feras voce caudaque territans. nam Cumani leonem ignorant. Ad hunc igitur modum regnabat aliquandiu personatus hic asinus, pro leone immanis habitus ac formidatus. Donec hospes qui priam Cumas profectus (qui sæpenumero viderat & leonem & asinum, atque ob id non erat difficile dignoscere) aurium prominentium indicio; neque non alius quibusdam conjecturis asinum esse deprehendit, ac probe tuthigatum reduxit, dominoque agnoscenti reddidit. Interim autem risum non mediocrem concitabat omnibus Cumanis asinus iam agnitus, quos dudum creditus leo metu propemodum exanimauerat. Cumanos autem hic appellat, non qui sunt in Italia, sed qui sunt in Æolide supra Lesbum. Nã & Lesbij & Cumani notati sunt stoliditatis, vt indicat Stephanus. Viurpat hoc adagium Socrates Platonicus in Cratylo, negans oportere deterreri sese magnitudine disputationis inchoatæ, posteaquam semel leonis pellem esset induitus. Lucianus in Pseudologista, ἀλλ' ὅπερ ὁ λόγος ἔφη, οὐ χρὴ τὸν ἄνδρα τὸν φιλόσοφον ὑπὸ τοῦ μεγέθους ἐκπλήττεσθαι τῆς ἀποδείξεως, ἐπειδὴ ἅπαξ ἐνεδύσατο τὸ δέρμα, μὴ ἀφαιρεῖν τὰ ὦτα τοῦ λέοντος, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀρχὴν ἐκεῖνα ἐπισκοπεῖν. id est, Nec opus est quoniam qui librorum exuuium detrahas, quo palam fiat te cantherium esse: nisi in quis sane ab ipsis Hyperboreis hospes modo ad nos aduenerit, aut vsque adeo Cumanus sit, vt qui videri non protinus intelligat te aliorum omnium animum ferocissimum esse, aut expectet vt te præterea rudere audiat. Eutebius Cæsariensis aduersus Hieroclem, εἰρήνην μὲ ἔχοι φιλόσοφος ὁ γνοὺς τὸν λέοντος ὄντα δέρμα καὶ ὄνον. id est, Abibit nobis quidem philosophus, cæterùm asinus leonis intectus pelle. Immutauit non nihil de prouerbio Lucianus in Philopseude, quum ait, ἐπιτρίψω χρόνον ἱκανὸν ἐπὶ σοὶ τῇ λεοντῇ, μήποτε τινα πίθηκον ὑποκρύπτῃ. id est, Tantum temporis tibi impendam, ne forte quam simiam tectam habeas!

Leoni tectus ex Lucian.

Simia in pelle leonis.

Midas auriculas asini. 67

Μίδας ὄνου ὦτα, id est, Midas auriculas asini. Refertur à Diogeniano. Natum a fabula notissima Midæ regis Phrygiæ, cui Phœbus, quòd stolidè Panem canentem sibi prætulisset, animum affixit auriculas. Quas cùm diu mitra occultasset, tandem à tonsore animaduersum est, ac prolatũ in vulgus. Porrò adagium *recte* dicetur vel in stolidos & crassis auribus pinguique iudicio homines: vel in tyrannos, quibus cùm aures sint asinarum instar longæ, procul etiam audiunt, veluti auscultatoribus dimissis qui audita referant. Quos Plutarchus in libro De curiositate ὠσκαντικὰς appellat, & περιηγητικούς. Eóque Lucianus in libello cui titulus, Non esse facilè credendum delatoribus, calumniæ depingens imaginem, Midæ aures illi tribuit; propter studium subauscultandi captandíque quid alij rerum faciant: ἐν δεξιᾷ τις αὐτοῦ κάθηται, πλούτῳ παμμεγέθει ἴσον, μεγεθύνει δὲ τὰ ὦτα τὸ Μίδου προσόμοια. id est, Ad dextram vir quispiam sedet, auriculis maximis, quales ferme Midæ fuerunt. Aristophanes in Pluto,

Midas tibi auriculas asini fomatis.

Μίδας μέν γ' ἴσως οὖν ἔστ' ἐπιλελησμένος. id est,

Midas quidem itaque fi asini aures fomatis.

Quo loco interpres admonet prouerbij de auriculis asininis, eúmque commenti varias allegat causas. Quosdam authores esse, Midam hanc ob contemptum aliquando vituperatumque Bacchi numen in asinum fuisse conuersum. Alij narrant, cùm aliquando præteriret asinos huius dei, atque eos affecisset iniuria, fratrem Bacchum, Midæ auriculas asininas addidisse. Sunt qui dicant illũc aures natura prælongas fuisse, & asininarum instar prominẽtes, atque hinc fabulæ iocum ortum esse. Quãquam pluribus placet, hac allegoria significatum, Midam, vt pote tyrannum, Coryczos ac subauscultatores dimittere solitum, per quos quicunque per omnem regionem vel fierent, vel dicerentur, cognosceret, nimirum illis vtens aurium vice. Proinde cùm vulgus admiraretur ab illo rerum etiam eas quæ clam ac procul fierent, occasionem fabulæ dederunt, vt Midas diceretur auriculas asini habere: vel quòd aures habeat omnium longissimas. Persius Satyr. 1

Auriculas Asini quis non habet?

Ferunt nonnulli primùm a poeta scriptum fuisse, Auriculas asini Midas rex habet. Deinde metu Calaris scripturam mutasse, quis non habet?

Midas, tyrannus.

Hinc illæ lachrymæ. 68

Ex Andria Terentiana per allusionem prouerbialiter vsurpatum videtur ab Horatio, Hinc illæ lachrymæ. Vsurpauit ad hunc modum M. Tullius in actione pro M. Cœlio, Hinc illæ lachrymæ: numirum & hæc causa est horum omnium scelerum atque criminum. Dicetur autem de rei causa aliquandiu dissimulata, quæ verò tandem deprehendatur. Veluti siquis dicat barbaros damnare Græcas literas, ne iudicet ipsi parum docti videantur: commodè subijcietur, Hinc illæ lachrymæ, hoc est quod eos malè habet. Sumuntur autem frequenter id genus allusiones à claris authoribus, & in prouerbij vicem trasferuntur, etiamsi nulla figura prouerbialis adsit, Quod genus illud ex Homero sæpius iteratum in Epistolis Ciceronis ad Atticum, αἰδέομαι τρῶας, id est, Vereor Troianos.

αἰδέομαι τρῶας.

Hæc Helena. 69

Non dissimili figura dixit Lucianus in Eunucho, λέγω σοι Ἑλένην εἶναι, τοῦτ' ἔστι πόρνην. id est, Hæc ipsa erat Helena, pro qua digladiabantur. Loquitur autem de duobus Peripateticis, mercedis ac lucri cupiditate turpiter apud iudices contendentibus. Alludit ad monomachiam, id est, singulare certamen, quod fuit Menelaum & Paridem factum describit Homerus Iliados libro tertio.

Monomachia Menelai, & Paridis.

Ebur atramento candefacere. 70

Ebur atramẽto candefacere, est genuinæ formæ cultum atque ornatum externum inducere quo decus illud natiuum ob cutem magis quam illustretur. Proinde Iena Plautina puellæ natiuæ forma præditæ, tamen cerussam ad obliniendas malas pollubrum, Vna, inquit, opera ebur atramento ea delecere potuit. Propterea quòd omne lenocinium rebus natura pulchris dehonestamentum adiciat, non venustatem. Veluti si quis veritatem, quæ nihil est pulchrius, tectorum pigmentis conetur exornare. Porrò quemadmodum cerussa ad candorem concinnandum admodum conuenit, itidem purpurissa ad tingendas rubore malas. Simili forma dixit in Mostellaria, Noua pictura interpolare vis opus lepidissimum.

Syncerum vas incrustare. 71

Eodem fermè pertinet Horatiana metaphora, quę in Sermonum lib. 1. legitur, Satyra 3.

At nos virtutes ipsas inuertimus, atque
Sincerum cupimus vas incrustare.

Hoc est, quæ per se recta sunt, ea nominibus alienis impositis deprauamus atque obtegimus. Quanquam potest & ad superiorem sententiam eleganter accommodari: hoc est, quum rebus per se decentibus tectorium inducimus, quòd tegat & obscuret natiuum decus, non augeat.

Pulchrorum etiam autumnus pulcher est. 72

Τῶν καλῶν ἡ ὀπώρα καλή, id est, Pulchrorum etiam autumnus pulcher. Metaphora prouerbialis nata ex Archelai apophthegmate, quod ab eo dictum Plutarchus refert in Euripidem, qui iam pubescentem atque exoletum Agathonem in conuiuio suauiabatur. Non absludit ab illo Homerico, quod alio reddemus loco, ὁκ τῶν καλάμων γένοιτο, id est, E culmo cognoscere. Vernus enim membris nihil non tenerum ac nitidum, quum omnia adhuc in flore aut in herba sunt. Cæterum autumni tempore, posteaquam iam in culmos aut caulem excreuerunt, horridiora videntur. Quadrat igitur in ea quæ cùm natura sint egregia, ne tum quidem fastidienda videntur, quum maturuerunt. Alioqui nihil fere tam fœdum, quod non aliquandò niteat ætate. Dicetur non

Vernus omnia tenera & nitida.

In homines stolidos & tyrannos.

inelegantèr & in eos qui belle portant ætatem. † Hoc potest accommodari ad senescentes eruditos.

Magnorum fluminum nauigabiles fontes. 73

Simili metaphora videtur dictum & illud, quod refert ac notat Fabius in octauo Institutionum libro, Magnorum fluminum nauigabiles fontes sunt. Eam iententiam ait se iuuene decantatam fuisse. Significat autem, præpotentium quantulacúque plus posse quàm vniuersas tenuium opes. Cæterùm notat Fabius hoc sententiarum genus, quòd palàm falsæ videantur.

Generosioris arboris statim planta cum fructu est. 74

Simillimam eodem loco subiicit, Generosioris arboris statim planta cum fructu est. Quo quidem id innui videtur, egregia beneque nata ingenia, statim maturescere. & ad frugem peruenire. Taxat Fabius & hoc sententiæ genus. Minùs tamen visum est in adagiorum catalogum has quoque referre, quòd vulgo celebres fuisse testatur: & impudentior hyperbole, sicut paulo superius dictum est, non reiicitur ab hoc genere.

Cornicum oculos configere. 75

M. Tullius in oratione pro Muræna scribit ad hunc modum, Deinde etiam siquid apud maiores nostros fuit in isto studio admirationis, id enunciatis vestris mysteriis, totum est contemptum & abiectum. Posse agi lege necne, pauci quondam sciebant. fastos enim vulgò non habebant. Erant in magna potentia qui consulebantur, à quibus etiam dies tanquam à Chaldæis petebantur. Inuentus est scriba quidam Cn. Flauius, qui cornicum oculos confixerit, & singulis diebus edidicendos fastos populo proposuerit, & ab ipsis iureconsultis, eorum sapientiam compilarit. Itaque irati illi, quòd sunt veriti ne dierum ratione peruulgata & cognita, sine sua opera lege posset agi: notas quasdã composuerint, vt omnib. in reb⁹ ipsi interessẽt. Idẽ in actione pro L. Flacco, Hic Hercule cornici oculũ, vt dicitur. nam hunc Hermippum hominem eruditum, ciuem suum, cui debebat esse notissimus, percussit. Porrò prouerbium natum sit ex apologo quopiam, an ex euentu, an ex metaphora sumptum, non satis liquet. Vndecunque fluxerit, perinde valere videtur, cornicum oculos configere, quasi dicas, nouo quodam inuento veterum eruditionem obscurare, efficereque vt superiores, nihil scisse nihil vidisse videantur. Effertur autem per ironiã. In eadem sententia vsus est diuus Hieronymus, Apologetico aduersus Ruffinum secũdo, Nunc verò quum pro varietate regionum diuersa ferantur exemplaria, & germana illa antiquáque translatio corrupta sit atque violata: nostri arbitrij putas, aut ex plurimis iudicare quid verum sit, aut nouum opus in vetere condere: illudentibúsque Iudæis, cornicum (vt dicitur) oculos configere. Hæc Hieronymus, sentiens quasi sua castigatione prolata, Iudæi iam nihil sciturí viderentur: à quibus id temporis Veteris testamenti veritas petebatur. Nec admodum diuersè vsurpauit Macrobius libro Saturnalium septimo. Et quia, inquiens, his loquendi labyrinthis nos impares fatemur, age Vecti, hortemur Eustathium vt recepta cõtraria disputatione, quicquid pro vario cibo dici potest, velit communicare nobiscum: vt suis telis lingua violenta succumbat, & Græcus Græco eripiat hunc plausum, tanquam cornix cornici oculos effodiat. Hactenus Macrobius. Illud non absre fuerit admonere lectorem, vt etiam atque etiam consideret num cornicum viuacitas & concordia huic adagioni locum fecerit. siquidem cornix antiquitus concordiæ symbolum erat. Eiusdem viuacitas etiam Græco prouerbio celebrata est: vt is videatur cornicum oculos velle configere, quisquis ea quæ antiquitas magno consensu approbauit, damnare ac rescindere conuellereque conetur. Nec admodum absurdum si quis in hũc modum accipiat, vt dicatur oculos cornicum configere qui perspicacissimis oculatissimisque visum adimat, offundátque tenebras: aut qui rem ipsissimã acu, quod aiunt, tangat: tantus videlicet artifex vt non solùm scopum, aut aurem, verùm & ipsos oculos iaculo feriat.

Cornix cornici ocul. eff.

Gladiatorio animo. 76

Prouerbij speciem habet quod legimus in Phormione Terentiano, Hem gladiatorio animo ad me affectant viam. Quo significatur, ita tendi ad nocẽdum alteri, vt id cum proprio etiam periculo tenetur, animo pertinaci, paratoque vel perdere vel perire. Nam gladiatori composito ad certãmen hæc pugnæ proposita sors est, aut occidere si occupauerit, aut occumbere si cessauerit, Aristoteles audaciam huiusmodi cum propriæ salutis contemptu cõiunctam, Celticam appellat.

Frusto panis. 77

Frusto panis, pro re quantumlibet pusilla ac vili, nostris quoque temporibus vulgo dictitant. M. Cato in oratione quadam M. Cælio vilitatem opprobrans, non loquendi tantùm, verùm etiam tacendi, Frusto inquit, panis cõduci potest vel vti taceat, vel vti loquatur. Citatur locus ab A. Gellio in Noctibus Atticis. Videtur hyperbole sumpta vel à canibus, quos frusto panis inuitare solemus, vel à mendicis.

Quem mater amictum dedit obseruare. 78

Quem mater amictum dedit obseruare, pro eo quod est Pueriliter ex alieno præscripto viuere, legitur apud Quintilianum lib. 5. Nam quid, inquit, illa miserius lege, veluti præformatas infantibus literas prosequentiũ, & vt Græci dicere solent, quem mater amictum dedit, sollicitè custodientium? Quibus ex Fabij verbis apparet, Græcis in prouerbio fuisse. Vsurpat autem & indicat adagium Lucianus in Nigrino, ἢ τοῦτο ἐκεῖνο ἦν ἄρα τὸ ἐκ τῆς μητρὸς ἀεὶ ἀμπεχόνη. id est, Et vnde hic pauor atque formido? an hoc illud est quod ab ipsis incunabulis, ex matris sinu, quasi vestimentum quoddam, secum attulit? id est, More pusilli pueri seruantem amictum quem illi patriæ consuetudo, veluti nutrix, addiderat. Quin hoc ipsum quo nihil iam tritius, Ex præscripto viuere, prouerbiali metaphora dictum apparet, tracta videlicet à pueris, quibus, vt inquit Plato, ἐν τῇ γραμμάτων, id est in tabula graphiaria, doctor exemplar præscribit, quod imitantes, literarum notulas consuescant effingere. Hoc imitationis genus velut addictum ac seruile, ridet Horatius, 1. Epist. 19. Ex præscripto viuere.

O imitatores seruum pecus, ut mihi sæpe
Risum sæpe iocum vestri mouere tumultus.

Et Fabius nihil putat ad benè dicẽdum inutilius, quàm ita seruire præceptis artis, vt non ausis digitum latum ab illis discedere, siquando cauæ ratio postulabit.

Quid distent aera lupinis. 79

Prouerbij faciem habet quod est apud Horatium 1. Epist. 7.

Nec tamen ignorat quid distent aera lupinis.

Id est, nouit discrimen rerum vilium & pretiosarum. Agit autem Horatius de iis qui beneficia non ita conferunt in quosuis, velut abiiciant, sed ita collocant vt expendant & eius meritum ac dignitatem cui præstant, & pretium muneris quod largiuntur. Porrò lupini vilitatem prouerbialiter notauit & Iuuenalis,

-tunicam mihi malo lupini,
Quàm si me toto laudet vicinia pago.

Notat & Lucianus in libello De mercede seruientibus, quum rogat num vsque adeo defuerit lupini & aquæ fontanæ copia, vt in eam se coniiceret seruitutem.

Me mortuo, terra misceatur incendio. 80

Extat Græcus senarius μετρικὸς apud Suetonium Tranquillum in vita Neronis:

Ἐμοῦ θανόντος γαῖα μιχθήτω πυρί, id est,
Me mortuo conflagret humus incendio.

Quòd quum à quodam sermone communi diceretur, Nero respondens, Imò, inquit, ἐμοῦ ζῶντος, id est, Me viuo. alludens ad vrbis incendium quod paulo pòst effecit. Meminit huius prouerbij M. Tullius libro De finibus bonorum tertio, Quoniámque illa vox inhumana & scelerata dicitur eorum qui negant se recusare quominus ipsis mortuis, terrarum omnium deflagratio consequatur: quod vulgari quodam versu Græco pronuntiare solent. Item Seneca libro De clementia secundo, quum dicit multas voces magnas, sed detestabiles, in vitam humanam peruenisse, celebréque vulgo fieri, vt illam, Oderint dum metuant. Cui, inquit, Græcus versus similis est, qui se mortuo terram misceri ignibus iubet. Quin eadem sententia hodiéque vulgo durat inter mortales. Mihi, inquiunt, morienti mundus vniuersus moritur. Qua significant nihil sua referre quid posteris accidat vel boni vel mali, quum ipsi tollantur è vita, nequaquam sensuri.

Mare cælo miscere. 81

Mare cælo miscere, Prouerbialis hyperbole est, pro eo quod

eo quod est, omnia, omnia perturbare, nihilque non facere. Ennius, Quid est quod cælo terram, terræ cælum misceat Idem alibi, Quid tandem est cur cælum ac terras misceant? Iuuenalis, Sat. 6.

Cælum terræ miscere.

-clamas licet, & mare cælo
Confundas: homo sum.

Lucianus in dialogo Promethei & Mercurij, τί οὖν δεῖ πάντα ἀνάπαλιν, καὶ τὰ κάτω ἄνω, καὶ γῆν καὶ οὐρανὸν ἀναμίξαι id est, Quid igitur oportebat ea gratia, terram (quod dici solet) miscere cælum? Vergilius in quinto, de Iunone omnia tentante,

-maria omnia cælo Miscuit.

Idem paulò diuersius in duodecimo,

--non si tellurem effundat in undas,
Dulichio miscens, & cælum ut tartara soluat.

Aristophanes in Lysistrata, non dissimili figura dixit,

-τὰ δ' ἄνω κάτω πράγματα ποιῶ
Ζεὺς ὑφεωμένου. id est,
-quin & supera infera reddet,
Iuppiter altitonus.

Plutarchus in vita Romuli sic vsurpat, vt cælum terræ misceant, qui ex hominibus deos, ex diis homines faciunt, & quæ sunt hominum fabulantur de diis, ἀναμιγνύντες ὡς ἔπος εἰπεῖν τὰ θεῖα τοῖς ἀνθρωπίνοις, οὐκέτι γῆ οὐρανῷ διῃρημένον μᾶλλον ἀλλ' ἓν πανταπασιν ἐκ δυοῖν γεγονὸς σῶμα. id est, In totum abnegare diuinitatem virtutis impium est & ingeneriosum: cæterum cælo miscere terram, stuporis est.

Miscebis sacra prophanis. 82

Consimili figura dixit Horatius, 1. epist. 16.

-Miscebis sacra profanis.

Id est, Nihil non facies. Item,

Fas & nefas cõfundere.

-confundens ius fasque, nefasque.

Apud veteres multum erat discriminis inter res hominum ac res deorum: adeo vt Homerus etiam vocabula discernat quibus dij consueuerunt vti, a vocibus humanis. & Pythagoras à quibusdam iusserit abstineri, quòd numinibus essent consecrata. Vnde, qui nihil habent pensi, quique nihil non audent, miscent sacra profanis.

Súsque déque. 83

Apud Plautum atque alios authores prouerbialiter positum inuenitur, Súsque déque fero, & Súsque déque habeo: pro eo quod est, nihil mea refert, nihil laboro. Plautus in Amphitryone, Quæ neque sunt facta, neque ego in me admisi, arguit, atque id me súsque déque esse habituram putat. Aulus Gellius libro Noctium 16. scribit, Súsque déque ferre, idem valere quod æquo animo esse, & quod accidit non magnipendere, atque interdum negligere & contemnere simillimúmque esse illi quod Græci dicunt ἀδιάφορον εἶναι. Citat autem Laberium in Compitalibus,

Nunc tu lentus es: mane tu súsque deque fers.

Item M. Varronem in Silenna, Quòd si non horum omnium similia essent principia, súsque déque esset. Denique Verius hos ex Lucilio refert,

Verum hic ludus ubi súsque omnia déque fuere:
Súsque & deque tuère, inquam, omnia laudi tocúsque.

Súsum ac deorsum.

Imitatum ex illo Græco schemate, ἄνω κάτω, id est, Sursum ac deorsum. quo nullum ordinem nullúmque rerum discrimen significamus.

Vltro citróque. 84

Vltro citróque prouerbiali figura dicitur, valétque perinde quasi dicas, huc atque illuc, siue vtrinque. Fit autem venustior metaphora, quoties ad mutuam altercationem, disceptationem, confabulationem ruxamve refertur. Quod genus est apud Ciceronem De republica, Multúsque verbis vltro citróque habitis, ille nobis consumptus est dies. Idem in libris Officiorum, Beneficiis vltro & citro datis acceptísque. Seneca De beneficiis libro 5. Beneficium & gratiæ relatio vltro citróque ire debent. Consimili forma dicitur vltro citróque agitata causa. &, Vltro citróque datis & acceptis cladibus, Vltro citróque certatum conuitiis.

Sursum ac deorsum. 85

Huic simillimum est illud ex Eunucho Terentiana, Sex ego te totos Parmeno hos menses quietum reddam, ne sursum deorsum cursites. id est huc atque illuc, aut certè subinde ad Thaidem ab hero, rursum ab hero ad Thaidem intercurrites, ita vt soleant amantium ministri. Quod quidem pluriculum habebit decoris si lógius transferatur. vt siquis dicat iureconsultos à volumine ad volumen, à lege ad legem, ab interprete ad interpretem subinde transferentes sese, Sursum ac deorsum vagari. Ea metaphora mutuò sumpta videtur à Sisyphi fabula saxum voluentis apud inferos. Cui Græcum illud, ἄνω κάτω, de quo modò meminimus, ita finitimum est vt idem esse videatur. Demosthenes in prima contra Philippum oratione, ἐὰν δέ τι, συμπεσὸν δεῦρο ἄνω κάτω id est, Quòd si alio quopiam in loco Philippum adesse nuntiatum sit, petiter acourritis sursum ac deorsum. Aristophanes ἐν ἀχαρνεῦσιν,

Οἱ δ' ἐν ἀγορᾷ λέγουσιν, ἄνω κάτω
Τὸ χρεῖον φέρουσι τὸ μαμμωνᾶν μόνον. id est,
At ho ne foro loquuntur, & resiculam
Sursum ac deorsum nunc vitant litam.

Euripides in Bacchis,

Ἄνω κάτω τὰ πάντα συγχέας ἐμοῖ. id est,
Sursum deorsum cuncta confundens simul.

Plato in Phædro, χρὴ πάντας τοὺς λόγους ἄνω κάτω μεταστρέφοντα σκοπεῖσθαι. id est, Oportet rationes omnes sursum deorsum versemus atque contidereimus. Idem in Theæteto, ἢ γέλωτ' ἂν παρέχοιμεν ἄνω κάτω στρέφοντες. id est, Fiatque quod dicitur, Sursum deorsum omnia. Vsus est & in Parmenide. Vtitur eodem Aristides rhetor, cùm aliis aliquot locis, tum in Cimone, ἔστιν ὅτε ὁρῶ πῶς ἂν μᾶλλον πάντα ἄνω κάτω γένοιτο. id est, Ego sanè non video quo pacto possint vniuersa magis sursum ac deorsum misceri Menander apud Plutarchum,

-ἀλλ' ἐστρεφόμενος ἄνω κάτω,
Οἴμοι λέγω. id est,
Neque dum se agunt sursum deorsum, dicere
Hei mihi.

Pro ἄνω κάτω, dixit Euripides πάλιν τε κἀμπαλιν, quasi dicas antrorsum ac retrorsum.

Φύρουσι ταῦτ' οἱ θεοὶ πάλιν τε κἀμπαλιν. id est,
Miscent enim hæc sursum ac deorsum numina.

Versus à scribis corruptus constabit, si legas,

Φύρουσι ταῦτα θεοὶ πάλιν τε κἀμπαλιν. id est,

Apud Athenæum libro sexto,

-ἀνὰ μεταφέρει.
Ἐγὼ δ' ἀνάπαλιν ἕλκω ἄνω τε κάτω.
-sed ita lingua
Sursum deorsum transferunt.

De poetis loquitur, qui nihil ipsi reperiunt noui, sed ab aliis inuenta miscent, & aliter tractando faciunt sua. Proinde prouerbium accommodabitur vel ad omnia tentantem, vel ad omnia confundentem, vel ad intelligentiam omni ex parte negotium circumspicientis. Huic planè simillimum est quod extat apud Terentium in Hecyra, Cursari rursum prorsum, pro eo quod est, huc illuc. Nam rursum propriè sonat retro: & prorsum ante. Prouerbiale schema annotauit & Donatus. Cuiusmodi sunt & illa, sursum deorsum, intrò foras, hùc illuc: & Græcis ἄνω κάτω, ὀπίσω κἀπίσω. Quo longius recesserit à rebus corporeis, hoc plus venustatis habebit adagium. quod genus est illud Iuliani ad Galenum libro quo hunc refellit, Οὐδ' αἱ μισηταὶ ἡμῖν τυραννίδες ἀναπείθουσιν, ἐκ ἔστω τι φύσει δεῦρο, καὶ ἄνω τι κάτω ῥεῦσαι, πρὸς οὐδὲν τοιοῦτον. id est, Nequaquam persuasurit sunt vel nobis vel tibi ipsis vere ipsos scire quid sit natura, quam sursum ac deorsum celebrant, vbique magnificè prædicantes. Ita qui variis modis rē apud Iete expendit: ἄνω κάτω λελογικέναι dici poterit.

Omnium horarum homo. 86

Vsus adagij.

Qui seriis pariter ac iocis esset accommodatus, & quicum assiduè libeat conuiuere, eum veteres omnium horarum hominem appellabant. Atque ita vocatum Asinium Pollionem, author est Fabius. Apud Suetonium Tiberius duos quosdam combibones suos, iucundissimos & omnium horarum amicos profiteri solet, etiam codicillis. Eiusmodi amicum elegàter simul & graphicè depinxit Ennius, sub persona Gemini Seruilij. carmen quanquam extat apud Aulum Gellium, Noctium Atticarum libro duodecimo, capite quarto, tamen non grauabor adscribere,

Hocce loquutu', vocat quicum bene sæpe libenter
Mensam, sermones, que suos, vtrumque suorum
Comiter impertit, magna cum lepsa dies iam
Parte fuisset, de parua, summis, que gerundis,
Consilio, indutus ero, lato sanctoque Senatu.
Cui res cunctæ magnæ parúsque, locúmque
Eloqueret: qua iusta mala, & qua bona dictu
Euomeret, quid velit, vbique locaret:
Quocum multa voluptate, gaudia, clámque, palámque:

Ingenium, cui nulla malum sententia suadet
Vt faceret facinus, sensus tamen, haud malus, idem
Doctu', fidelis, quamuis homo, facundu', suóque
Contentus fertur, atque beatus, secunda loquens in
Tempora, commodus, & verborum vir pancorum.
Multa tenens antiqua, sepulta, & sæpe vetustas
Quæ fecit, & mores veteresque nouosque tenentem.
Multorum veterum leges, diuinq; hominumq;
Prudentem, qui multa loquive, facerve pollet.

Aristippus virè πολύτροπος.

Talis & inter philosophos fuisse traditur Aristippus: qui Dionysij iussu cum cæteris nec in fœminea purpura saltare detrectauit, Platone recusante, addens vel in Bacchanalibus oportere pudicum esse. Hinc Horatius,

Omnis Aristippum decuit color.

Pancorum hominum homines.

Contrà, qui suis quibusdam sunt moribus, neque faciles ad cuiusuis hominis conuictum, perpancorum hominum homines dicuntur, vt apud Terentium. Apud Horatium autem,

Communi sensu plane caret, inquimus.

Pecunia obediunt omnia. 87

Tam omnibus nationibus in ore fuisse videtur hæc sententia, quam nunc etiam omnibus est in vsu, Pecuniæ obediunt omnia. Et refertur in Prouerbiis Hebræorum, apud Ecclesiasten, capite 10. Nec eo secius à Græcis pariter ac Latinis authoribus celebratur. Euripides in Phœnissis,

Τὰ χρήματ' ἀνθρώποισι τιμιώτατα,
Δύναμίν τε ταύτην ἥτις ἀσφαλὴς ἔχει. id est,
Mortalibus nihil charius pecunia,
Atque inter homines vna plurimum valet.

Item Aristophanes in Pluto:

Ὃς νῦν ἀπόρως ἔχει τοῦ ζῆν ἀνθρώπους,
Ἀλλ' οὐ τὸ παράπαν ἀπόλωλε πάντες. id est,
Probè, vt nihil fanum reperias vspiam:
Sed pariter omnes seruiunt vtili lucro.

Huc alludit & Demosthenicum illud in 1. Olynthiaca, Δεῖ δὲ χρημάτων, καὶ οὐδὲν τούτων ἄνευ τὰ πράγματ' ἐστὶν εὐπορῆσαι. id est, Bene iuuat opus est pecunijs: neque citra has quicquam eorum quæ facienda sunt, confici potest. Rursum Aristophanes in eodem Pluto, facetissimè persequitur, quicquid rerum vel bonarum vel malarum geritur inter mortales, id pecuniarum gratia fieri: quin etiam diis ipsis non aliem ob causam rem diuinam fieri. Atque inter alia permulta hanc catholicam sententiam refert,

—οὔτε γὰρ θεὸς λαμπρὸν οὐδὲν ἄνευ καλοῦ,
Ἥ χαρὰν αἰσθάνεται, ἧς ἂν μὴ γένηται·
Ἁπαξάπασι τοῦτο θεοῖς ὑπῆρξεν. id est,
Siquid eximium est aut splendidum,
Siquid venustum hominibus: abs te vno venit,
Siquidem opibus vnicis simul obediunt.

Proinde Horatius pecuniam reginam appellat, 1. Epistol. 6

Scilicet vxorem cum dote, fidémque & amicos,
Et genus & formam regina pecunia donat.

Seneca locus.

Sed nemo festiuius pecuniæ tyrannidem descripsit quàm Euripides Bellerophontem ad hunc modum loquentem faciens. Referuntur autem à Seneca libro epistolarum tricesimo primo (nam ipsa quidem fabula non extat) versus aliquot. hi quoniam sunt in primis lepidi ac venusti, non grauabor ascribere, sed aliquot locis emendatos, quandoquidem apud Senecam habentur deprauati.

Pecuniæ tyrannus.

Sine me vocari pessimum vt diues vocer.
Nemo, an bonus: an diues, omnes quærimus.
Non quare, & vnde: quid habeas, tantùm rogant.
Vbique tanti quisque, quantum habuit, fuit.
Quid habere nobis turpe sit, quæris? nihil.
An diues, omnes quærimus: nemo, an bonus.
Aut diues opto viuere, aut pauper mori.
Bene moritur quisquis moritur dum lucrum facit.
Pecunia, ingens generis humani bonum:
Cui non voluptas matris, aut blanda potest
Par esse prolis, non pater merita parens:
Tam dulce quicquid Veneris in vultu micat,
Merito illa amores cælitum atque hominum mouet.

Quum hi, inquit, nouissimi versus in tragœdia pronuntiati essent, totus populus ad efficiendum & actorem & carmen consurrexit vno impetu: donec Euripides in medium ipse prosiliit, petens vt expectarent, viderentque quem admirator aut exitum faceret. Dabat in illa fabula pœnas Bellerophontes, quas in sua quisque dat. At ex his versibus quos Latinos recitat Seneca, posteriores aliquot reperi Græcos apud Athenæum in Dipnosophistis lib. 4. Sed citra nomenclaturam authoris. eos hoc loco subiiciam,

Ὦ χρυσὲ δέξιμα κάλλιστον βροτοῖς,
Ὡς ἥδιστον πόσιν παῖς δὶς ἔχει,
Οὐ πατὴρ οὐδ' ἡ φίλη μήτηρ,
Οὐδ' οἱ φίλοι σε δύνανται κατασχεῖν.
Εἰ δ' ἐς ἀνδρὸς πιστὸν ἐφικοίμην ἑρᾶ,
Οὐ θᾶσσον ἔσται μᾶρτυς αὐτίκ' ἐμοῦ. id est,
O captum amum hominibus ornamentum!
Vt nec genitrix, nec pater, nec liberi
In ædibus tales voluptates ferunt,
Quales parui tui hi qui domi te possident.
Quòd si hoc modo Veneri venderent lumina,
Haud mirum amores si eis nunquam abirent.

Subit interim admirari peruersum præposterúmque mortalium ingenium. Sententiam in probam in hãc fabula, sub personæ improbæ, ab histrione recitatam in theatro non ferunt, ac per tumultum eiciunt: sibi quisque domi ignoscit. Quotus enim quisque est qui studio vitaque non loquitur quod illic histrio sonabat? Horrent voces in theatro, & non horrent rem in omni vita. Quid infamius, quid execratius apud omnes mendacij vocabulo? quod ipsa re in moribus hominum vsitatius? Quid peruruo detestabilius? excute vitam hominum, perinij plena sunt omnia. Quam abominamur furis nomen? at in vita nihil aliud inuenies. Nisi fortè furtum non est, accipere pecuniam mutuam animo non reddendi, negare depositum quum tutum est, mala fide inuadere hæreditatem aut possessionem alienam, imponere emptori, suffurari nonnihil de materia quam suscepisti, pro gemmis vitra obtrudere, aliud vini genus pro alio vendere: denique nullam prætermittere occasionem fraudandi proximum. Sed ad prouerbia redeo.

Veritatis simplex oratio. 88

Refertur in Diogeniani collectaneis hoc adagium, extat autem in Phœnissis Euripidis ad hunc modum,

Ἀπλοῦς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἴσος,
Κ' οὐ ποικίλων δεῖτ' ἀλλ' ἁπλῶν ἑρμηνέων.
Ἐχθρὸν γὰρ αὐτῇ καὶ σοφὸν λέγειν λόγον,
Νοσῶν ἐν αἰσχρῷ, φαρμάκων δίκην σοφῶν. id est,
Nam veritatis iunctus est oratio
Simplex vafris nec ei egens ambagibus
Interpretum: ipsamet ipsi per se congruit.
At sermo nugax, quia per se sit morbidus,
Medicamenta ex arte adhibet sibi.

Verborum lenocinia. Blanditiloqui.

Citatur à Seneca epistola 49. Nam, vt ille ait tragicus, veritatis simplex oratio est. Prouerbium vsurpabitur vel in rhetores ac poëtas, qui mendacia verborum lenociniis fucare solent: Vel in blanditiloquos, qui quòd non ex animo dicãt, solent accuratius adornare sermonem, ac veros affectus hoc diligentius imitari verbis, quo magis vacant affectibus:

(Vt qui conducti plorant in funere, dicunt
Ac faciunt prope plura dolentibus ex animo:

Vates ambigui. Perplexè loquentes.

Cùm interim simplex illa rusticanaque veritas negligat id genus orationis fucos, τὴν σῦκα, τὴν συκῆν λέγω, id est, Ficus ficus, ligonem ligonem appellans) Vel in diuinos, qui vaticinia sua verbis ambiguis efferunt, ne queant deprehendi, sitque rima quæpiam per quam elabantur. Denique in eos qui perplexe loquuntur, dum verum dissimulant. nam hoc indicio sæpenumero deprehenditur vanitas: velut in Eunucho Terentiana,

Pergin' scelesta mecum perplexè loqui?
Sino, nescio, abest audium. ego non adsum.
Non tu ibi hinc mihi dictura aperte es quicquid est?

Tunica pallio propinquior. 89

Apud Plautum in Trinummo legitur allegoria prouerbialis, Tunica pallio propior est. Quo significatum, ex amicis nos alios atque alios magis esse deuinctos, neque parem omnium habẽdam esse rationem. Apud veteres primum in officio locum habebãt parentes, proximum pupilli, nostræ fidei credit, tertium clientes, quartum hospites, quintum cognati & affines, vt indicat Gellius lib. 5. cap. 13. Præterea quædam negotia propius alijs ad nos pertinere. Pallium extremas olim apud Græcos, quemadmodum apud Romanos, toga. Tunica toga tegebatur, vt frequenter apud Homerum χλαῖνα καὶ χιτὼν simul nominantur.

Amicus amico deuinctior. Pallium. Tunica.

Genu

Genu sura propius. 90

Fons adagij. Γόνυ κνήμης ἐγγύτερον, id est, Genu sura propius. Qui Græcas paræmias collegerunt, aiunt hoc adagium ex euentu quodam esse natum. Cùm in prælio quidam cõspiceret duos amicos pariter de vita periclitantes, fratrem & consobrinum, neque posset verisimul ferre suppetias, omisso consobrino fratrem defendit, atque hanc incerim sententiam pronuntiauit, quę postea transierit in prouerbium, γόνυ κνήμης ἐγγύτερον. Id refertur ab Aristotele lib. Moralium 9. Accedunt (inquit) eodem & prouerbia vniuersa, vt Anima vna, & Amicorum communia sunt omnia, & Amicitia est æqualitas, & Tibia genu propinquius. Theocrit. in Idyllio cui titulus Charites, tribuit hoc adagium viro tenaci, qui sibi viuat, neque quicquam velit impertiri amicis,

Παῖς δ' ὑπὸ καὶ τὸ χέρας ἔχων, πόθεν αὔξεται ἀφνεῖ
Ἀργυρέᾳ, ἰδίαν ἰὼν ἀποτρίψας τινὶ δόξαν,
Ἀλλ' ἴδιος μεδέτω, ἀπεστέρα δ' ἐγγὺ κνέμας.
Αὐτός μοι τι φρονεῖ, id est,
Verùm quisque sinu dextram occulit, illud & unum
Cogitat, vt de sibi congesta pecunia crescat,
Nec cuiquam abstersa rubigine donet amico.
Imo statim hoc, Mihi sura genu longinquior, inquit:
Ipse mihi aliquid detur mihi.

Athenæus libro nono eò deflexisse videtur, vt dicatur de iis potius, quæ propius ad rem pertinent. Ex hoc igitur Plautus suum illud effinxisse videtur, Tunica pallio propior. Confinis est huic adagio illa Hesiodi sententia,

Tunica pallio propior. Μηδὲ κασιγνήτῳ ἶσον ποιεῖσθαι ἑταῖρον. id est,
Sed ne germano quidquam est æquandus amicus.

Est enim inter hos quos amamus, habendus ordo. Nihil autem vetat quominus ad rem torqueatur: quod genus, siquis dicat, maiorem habẽdam esse vitæ quàm pecuniæ, corporis quàm vestis, animi quàm corporis rationem, rectè adduxerit, γόνυ κνήμης ἐγγύτερον.

Omnes sibi melius esse malunt quàm alteri. 91

Eandem fermè sententiam Terentius simpliciter extulit in Andria,

Verum illud verbum est, vulgo quod dici solet,
Omnes sibi esse maxime malle quam alteri.

Rursum in eadem fabula prouerbium ad personam detorsit,

Proximus ego mihi. *Hem proximus sum egomet mihi.*

Aristoteles libro Moralium Eudemiorum septimo, Δοκεῖ γ' οἷόν μάλιστα ἕκαστος αὑτῷ αὐτὸς φίλος. i. Nonnullis enim videtur quenque sibi potissimum amicum esse. Idem Plato libro De legibus 5. τοῦτο δ' ἔστιν ὃ λέγουσιν, ὡς φίλος αὑτῷ πᾶς ἄνθρωπος φύσει τοῦτο ἔστι, καὶ ἐπῳδὸς ἕπεται. id est, Hoc est autem quod aiunt, vnumquemque natura sibi amicum esse, idque rectè fieri. Sed Terentianam sententiam Euripides extulit in Medea,

Ὃς τὸν τις αὑτοῦ τὸν πέλας μᾶλλον φιλεῖ. id est,
Quòd quisque semet plus amico diligit. Vel sic,
Quòd quisque se plus atque amicum diligit.

Rursum in Græcarum sententiarum Collectaneis,

Φιλεῖ δ' ἕκαστος τοῦτον ὃν περ εἶδε μᾶλλον. id est,
Nemo se ipso diligit quemquam magis.

Φίλαυτοι. 92

Qui sibi vehementer placent, quique suis ipsorum commodis impensè student, aliorum rebus vel neglectis vel etiam afflictis, à Græcis eleganter φίλαυτοι vocantur. Vitium ipsum φιλαυτία dicitur. Quod appositè circunloquens Horatius, 1. Carm. 18.

Cæcus amor sui. -Cæcus (inquit) amor sui.

Id vitij Plato malorum omnium fontem autumat. Aristot. 9. Moral. lib. satis indicat hanc φιλαυτίαν probrosam appellationem, ceu prouerbialem, vulgò iactatam fuisse. quum ait, homines sui supra modum amantes à multitudine malè audire, quippe qui fœdo infamique cognomine vocentur φίλαυτοι. Contrà qui sibi displicent, putiduli vocantur. Martialis,

Altera rancidula est, altera putidula est.

Est autem id vitium ferè insitum vt sua cuique magis probentur quã aliena: quod tamen eximiè videtur fuisse in Afris. Nusquam autem hæc pestis immedicabilior quàm in dogmatibus, quorum persuasione semel imbuti sumus: id quod eleganter notat Galenus lib. 1. Περὶ φωνῶν διαφορᾶς, ὅταν ἅπαξ δυσκατάπειστόν τι κακὸν ᾖ τὸ ἐκβαλεῖν τὰς αἱρέσεις φιλοτιμίαν, ἢ δυσκατόρθωτον ἐν τοῖς μάλιστα, ἢ χώρας

Afri φίλαυτοι. ἢ καὶ ἀπίστους δυσκατάπειστον. id est, Adeo de sectis contentio malum est quod egregiè exuitur, & cum primis mentibile, denique quauis scabie insanabilius.

Extra telorum iactum. 93

Ἔξω βολῶν, i. Extra telorum iactum, pro eo quod est In tuto, citráque periculum. Translatum à bellis, vbi qui nolunt ferri iaculis, longius semouẽt sese quàm vt possint cõtigi iactu teli: aut in loco à iaculis defenso se cõtinent. Vnde illud frequens apud historicos. Iam ad teli iactum peruenerant. Q. Curtius lib. 3. Iam in conspectu, sed extra teli iactum vtraque acies erat. Idem lib. 4. Vt extra teli iactum essent. Ac rursum, Nondum ad teli iactum peruenerant. Quod Græci dicunt, ἐντὸς βολῶν. Neque verò tantùm ij dicuntur ἔξω βολῶν esse, qui longius absunt quàm vt iaculo cõtingi possint, verumetiam qui vtcunque tuti sunt. Seneca lib. De benefic. 7. simili tropodixi, Extra ictum: Iniurium Deo sacrilegus quidem non potest facere, quem extra ictum sua diuinitas posuit. Lucian. in Vocis, ἀπευκτὸν ἔξω βολῆς τύχης ἐμοὶ γενέσθαι. Optat quispiam pennas, vt è sublimi spectare possit dimicantes, ipse tutus à iaculis. Idem, καὶ ἔξω τῶν βελῶν, id est, Iámque extra teli coniectum erat. Polyphemus de Vlysse, qui iam fugerat, vt eum Cyclops telo assequi non posset. Odysseæ ι. ad finem. Idem rursus, τί δ' μοῦνος ἐμὸν τέκος ἄπρηκτον; ἢ ἔξω βολῆς οἷός; id est, Cur meus solus filius à tuis telis sit tutus? Alludit huc idem in Nigrino, ἢ καὶ ἔστιν ὁ Ζεὺς ὁ Ἕκτωρ, ὑπεξαλεῖν ἑαυτὸν, ὡς βέλεσι, φασὶν, ἐντ' ἀνδροκτασίαις, ἐκεῖ ἡμᾶς, ἵν' τι κινδυνεύῃ, τὸ λοιπὸν οἰκουρεῖν τετάλμηκε. id est, Quemadmodum Iupiter Hector em, ita ne ipsum a iaculis eximas, vt aiunt, atque à cæde virûm, atque à sanguine, déque tumultu: reliquum vitæ tempus domi sedere destinabam, Est autem apud Homerum Iliados ξ.

Ἐκ βελέων μὲν τοι τόσσον ἔχει ὅσσον τε γεγωνὸς ἀὴρ. id est,
Extra tela, vti ac quas vocem iactus fortior addat
Ad vsum.

Extra teli iactum. Contrà, quem obnoxium periculo videri volemus, hunc ἐντὸς τῶν βελῶν dicere poterimus. Lucianus in Baccho, οὐδ' ἐντὸς τῶν βελῶν ἡμῶν ἐπομένωντες. id est, Ne tantisper quidem manentes vt intra teli iactum essent. Virgilius in 11.

Iamque intra iactum telis progressus vterque.

Post principia. 94

Eandem fermè sententiam habet, Post principia sumptum item à bellis, in quibus tutissimus locus est post principia. Siquidem in prima acie stabant hastati: in secunda principes, robustior ætas: hos sequebantur scutati omnes: maximè insignes armis: post hos triarij & rorarij, quemadmodum indicat T. Liuius Decadis primæ lib. 8. Itaque nullus in acie locus tutior quam post principia. Terentius in Eunucho,

Tu hosce instruxisti. ego ero post principia:
Inde omnibus signum dabo.

Erat autem hic locus timido nebuloni conueniens. id quod ridens Gnato, Illic, inquit, est sapere: vt hodie instruxit, ipsius sibi cauit loco. Idẽ hoc Pyrrhus tacitam. Donatus admonet eum vitium verbo militari. Porro Vegetius libro de re militari secundo tellatur, principales in acie milites, propriè dici principia. Sic enim ait, Antiqua ordinatione legionis exposita, principalium militum, &, vt proprio vocabulo vtar, principiorum nomina ac dignitates secundùm præsentes matriculas indicabo. Actius apud Varronem, Ego verò, vt aiunt, post principia in castris. In prouerbio, Res ad triarios redit, plura de his comperies.

Principales milites, principia.

Procul à pedibus equinis. 95

Ἐκ τῶν ποδῶν ἱππίων, id est, Procul à pedibus equinis. Etiam hodie vulgò dicitur, quum significant fugiendum esse periculum. Hac voce monere consueuerunt vt quisque sibi caueret in certaminibus equestribus, ἔξω τῶν ποδῶν ἱππίων, id est, Extra pedes equinos. Eam deinde vulgus prouerbij vice vsurpauit.

Procul à Ioue atque à fulmine. 96

Πόρρω Διὸς τε καὶ κεραυνοῦ, id est, Procul à Ioue pariter atque à fulmine. Refertur à Diogeniano. Admonet non esse agendum cum præpotentibus, qui nutu possunt perdere, siquando libeat: maximè cum regibus ac tyrannis. Habent enim fulmen, siquando commoueantur. Porrò Ioui fulmen attribuunt poetæ: & reges quidam hac effigie suos colossos fingi voluerunt, authore Plutarcho: cuius est hæc cum primis elegans ὁμοίωσις.

Quemadmodum in vulnere prius apparet sanguis quàm plaga: & quemadmodum prius emicat fulgur quàm tonitrus audiatur: ita apud tyrannos prius erumpit condemnatio quàm probatio, & perit delatus prius quàm conueniatur. Citatur à Suida huiusmodi hemistichion,

—ἥδιον κυνὸς μαίζοντος ἀκούειν. id est,
Mauortem villae vicinum.

Refertur & hoc à Diogeniano inter adagia. Monet autem parum esse tutum habere commercium cum principibus, quibus quod libuit licet, & in quos appositè dixeris illud Græcorum apophthegma, μέγας κίνδυνος ἀνδρὸς βούλεσθαι ἃ μὴ δεῖ, καὶ ἃ βούλεται τοιοῦτον εἶναι. id est, ingens periculum, velle quæ non decet eum qui possit quicquid voluerit efficere. Huc pertinet, quod Callisthenem admonuit Aristoteles, vt cum Alexandro aut rarò loqueretur aut iucunda. Item quod refert Plutarchus in vita Solonis, Is spretus est à Cræso quòd de fœlicitate nimium liberè respondisset: itaque quum Æsopus fabularum scriptor admoneret illum, ὅτι μὴ παρρησίαν δεῖ εἶναι πολλὴν ἐν τοῖς λόγοις ἀλλὰ μικράν, id est, quòd cum regibus aut quàm minimè, aut quàm iucundissimè colloquendum esset: Solon retorsit dictũ hunc in modum, μὰ Δία, ἀλλ' ἐν τοῖς λόγοις καὶ ἐν δέοντι. id est, Non per Iouem: imo potius aut quàm minimè, aut quam optimè. Allusit ad prouerbium Ouidius, hoc attactus fulmine,

Viue tibi, quantúmque potes praelustria vita.
Sæuum praelustri fulmen ab arce venit.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. *fulmine.*) *Admonet non esse agendum cum prapotentibus, qui nutu possint perdere siquando libeat: maximè cum regibus ac tyranno.* Ita explicat Erasmus hoc prouerbium quasi ita efferretur, πόρρω δίου τοῦ παρεόντος ἴχνεσι, id est, Procul à Ioue qui fulmen habet. Nam, vt habemus, Procul à Ioue, procul item à fulmine, non simpliciter admonemur esse cauendum à prapotentibus, quibus vires suppetant ad sæuiendum in nos pro sua libidine: sed fortunam splendidam, vel vitæ splendorem, quem assequi possimus versando cum principibus, non tanti nobis esse debere, vt pericula quæ illam vitam comitantur, non magis exhorrescamus, quàm eius splendorem admiremur. Vel breuius, Vitam priuatam, fortunámque mediocrem, cum securitate coniunctam longè anteferendam esse vitæ quæ dignitati & magnis opibus adiunctum semper habeat periculum. Sic ferè videtur explicare Synesius, quum scribit in oratione de regno, ὃν τυραννίδα τοῖς παράπαν ὑποπτεύω, δι' οὗ τὸ παρὸν παιγνίον, πορρω δίου τοῦ κεραυνοῦ ἔξω τοῦ σπουδάζειν τοῖς σοφοῖς χαμαιζηλοτέρους, ἀδίκους δὲ καὶ λίαν τοὺς μετ' ἐπιφθόνων ἀσφαλείας ἢ ἐν ἀσφαλείᾳ πονηροὺς ποιοῦσαν. Sic & Ouid. scribit carendũ esse commodis quæ potentes afferunt secum versantibus, vt simul careamus incommodis & malis quæ ab iisdem afferri possunt. postquam enim (alludens, opinor, ad hoc adagium) dixit,

Viue tibi, quantúmque potes praelustria vita:
Sæuum praelustri fulmen ab arce venit:

rationem reddens propter quam hoc det consilium subiungit,

Nam quamquam soli possunt prodesse potentes:
Non prosit potius si quis obesse potest.

Ita enim legendum est: non, vt in quibusdam editionibus,

Non prosint: potius plurimum obesse solent.

nam hæc lectio præterquam quod durissimum versum & vix Ouidianum reddit, non satis veram continet sententiam: vt omnibus aliquo præditis iudicio perspicuũ esse puto. Certum est enim principes aliquando prodesse, sed vicissim interdum nocere. Cæterùm quò respexit in illis verbibus, eodem & in his respicere videtur.

Ignoscant angusta mihi loca, dijq; locorum.
Venit in hoc illa fulmen ab arce caput.

Septem conuiuium, nouem conuicium. 97

Septem conuiuium, nouem conuicium. Elegans vel ob ipsam μετρικὴν sententia, qua significatum est, in conuiuium paucos adhibendos esse, alioqui fore tumultuosum atque insuaue. Quod significans Horatius, 1. Epist. 5.

-Locus est (inquit) & pluribus umbris:
Sed nimus arcta premunt, olida conuiua capræ.

Extabant antiquitus leges quæ præscriberent simul & moderatum conuiuarum numerum, & sumptus modicos. M. Terentius Varro apud Celsum ceniet conuiuas intra Gratiarum & Musarum numerum oportere consistere, ne aut plures sint septem, aut pauciores tribus. Sed hoc adagium vetat ad Musarum vsque numerum peruenire. Plinius libro vicesimo octauo, capite secundo, scribit Seruium Sulpitium commentum fuisse causam cur ominosum esset mensam relinquere, quòd illis temporibus nondum numerabantur conuiuæ plures quinque. Chærephon apud Athenæum lib. 6. videtur admittere conuiuas vsque ad triginta, duntaxat in nuptiis. Cæterùm quibus datum erat negotium numerandi conuiuas, χωραρχήσουσι appellant. Refert inibi fabulam non illepidam: Parasitus quum inuocatus veniisset ad nuptias, & postremus accumberet, gynæconomi, numeratis conuiuis, iusserunt illum abire, quòd contra legem, super numerum triginta sequutus esset. At ille, Numerate, inquit, denuò à me sumentes initium. Hoc pacto non erat futurus supernumerarius. Refertur apud Iulium Capitolinum in vita L. Veri imperatoris: Et notissimum quidem (inquit) eius fertur tale conuiuium, in quo primum duodecimus accubuisse dicitur: cùm sit notissimum dictum de numero conuiuarum, Septem conuiuium, nouem verò conuicium. Conuicium autem dixit pro clamore, quasi conuocium. Torqueri potest ad polyphiliam aut ad turbam rationum in argumentando, aut exemplorum in suadendo: aut etiam ad polytechniam.

Quum in re turba confusionem parit ac molestiam.

De gradu deiicere. 98

Prouerbialis allegoria, De gradu deiicere: pro eo quod est, animo consternari, ac velut à statu mentis dimoueri. M. Tullius Officiorum libro primo, Fortis verò animi est & constantis, non perturbari in rebus asperis, nec tumultuanteem de gradu deiici, vt dicitur, sed præsentis animi vti consilio. Consimilis figuræ est, In gradum reponere, quasi in pristinum locum restituere. Quintilianus Institutionum lib. 4. Aut si quid tutabuerint, opportuna rursus eius à quo producti sunt, interrogatione, veluti in gradum reponantur. Ad eandem formam perueniat, Mouere loco, Deturbare gradu, Restituere in locum. *In gradum reponere.* *Mouere loco, &c.*

Qui cecidit stabili non erat ille gradu.

Post mala prudentior. 99

Μετὰ τὰ δεινὰ φρονιώτερος, id est, post acerba prudentior. Vbi quis suo malo fit cautior, non aliter quàm qui gustato veneno, non prius intelligunt esse venenum, quàm noxiam eius vim sentire cœperint. Finitimum est ei quod alibi dicitur,

—μεθὲν δὲ τις νήπιος ἔγνω. id est, *Sapit stultus, accepto damno.*
—at nemo rem facilem denique stultus. Item ei,
Ἐλίου προμαθὴς ἐκ μοῦνος πράγματα. id est,
Rebus peractis est cicur Prometheus.

Adagium recensetur in Collectaneis Apostolij: quem equidem authorem non adducerem in medium, nisi cogeret inopia magis idoneorum.

Ex ouo prodijt. 100

Ἐξ οὐῶν ἐκλάθω, id est, Ex ouo emersit. Aiunt dici solitum de magnopere formosis ac nitidis: quasi negetes communi hominum more natos, sed ex ouo, more Castoris & Pollucis. Siquidem est in poetarum fabulis, Ledam Tyndari filiam, ex Iouis concubitu duo peperisse oua, è quorum altero prodiere gemini, Castor & Pollux, insigni forma iuuenes: ex altero nata est Helena, cuius forma literis omnium est nobilitata. *Castor & Pollux cur ex ouo nati.*

CHI-

Non est cuiuslibet Corinthum appellere. 1

Τὸ οὐκ παντὸς ἀνδρὸς εἰς Κόρινθον ἐλθεῖν, id est, Non est datum cuiuis Corinthum appellere. Vetustum iuxtà ac venustum adagium de rebus arduis & aditu periculosis, quasque nõ sit cuiuslibet hominis affectare. Inde natũ quòd (vt refertur apud Suidam) nec facilis nec tutus it nautis in Corinthiacum portũ appulsus Nam Strabo lib. Geographiæ 8. aliò refert originem prouerbij, nempe ad luxũ & meretrices Corinthiorũ. Mihi tamen non referri videtur paræmia, ad periculosam in Corinthum nauigationem, de qua meminit eodem in libro Strabo: vt hinc postea desinata sit ad alios vsus. Parasitus ille Comicus eleganter detorsit prouerbium,

Periculosa in Corinthum nauigatio.

Οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐστὶ πρόσεδρον εἶναι τοῦ τυχόντος. id est,
Adire mensam, haud hominis est cuiuslibet.

Citatus autem a Stobæo, ex Nicolao quodam poeta comico. Meminit & exponit hanc paræmiam & Eustathius, enarrans nauium catalogum: adduxque eam imitatam ex illo versu Sophoclæo,

Οὐκ ἐνδίκως τις πλοῖα πίσσει βρέμει. id est,
Non à modestis nauigatur hæc rates.

Vtus adagij duplex.

Extat hic versus, cui meminit Eustathius, apud Sophoclem in Philocteta. Proinde duplex erit vtus adagij, vel quũ significamus rẽ esse maiorẽ quàm pro viribus eius qui conatur aggredi: veluti siquis parum fœlici natus ingenio, parũque viatico instructus, destinet sequi literas: aut qui sit imbecillis corpusculo, Paulos & Antonios studeat æmulari, vel quoties aliquis negotiũ parũ tutum aggredi parat, quod non temerè soleat fœliciter euenire: veluti siquis apud iudices δικαιοφαγεῖν sibi instituat nunquam si. sédam, aut principũ aulis se adducat, aut bellum susciat. Nihil enim fere horum ita bene consueuit euenire, vt non pœniteat consilij. † Horat.

Non cuiuis homini contingit adire Corinthum.

Huc refer prou. Corinthiaci, Chil. 4. Cent. 3. adag. 68.

Satis quercus. 2

Ἄλις δρυός, id est, Sat quercus. Vetus adagium in eos qui relicto victu sordido, ad elegantiorem lautioremque digrediuntur. Inde profectum quòd prisci illi mortales rudes atque inculti, simulatque Ceres vsum frumenti monstrauit, glandibus victitare desierunt. Quanquam Plinius lib. 16. testatur & sua ætate multas gentes glande victitasse: apud Hispanos etiam in deliciis habitam: adeo vt bellatiorum vice secundis mensis inferretur. Huiusmodi nimirum tragemata conueniebant ijs quibus dentifricij loco lotium esset: Nec inconcinnè quadrabit in eos qui relicta antiqua illa virtute, ad mores consiliáque sui seculi sese transferunt, ac recentiorum moribus incipiunt vti. Hunc ad modum videtur vsus Cicero, scribens ad Atticum libro 2. (in epist. cuius initium, Multa me sollicitant) Clodij contentiones quæ mihi proponuntur, modicè me tangunt, etenim vel subire eas videor summa cũ dignitate, vel declinare nulla cum molestia posse. Dices fortassis ἄλις tanquam ἀρκεῖ. Saluti, si me amas, consule. Me miserum, cui non ades. Atque ita quidẽ in omnibus legitur exemplaribus, verùm equidem doctis, vti spero, comprobaturis, sic legendum esse cõtenderim. Dignitatis tanquã δρυὸς ἄλις. saluti, si me amas, consule Vt intelligas dignitatis rationem, quasi quercum & priscum illud virtutis studium omittendum esse, posthac saluti potius consulendum quàm famæ. Id quod & alibi scribit sibi esse in animo. nempe ad eũdem Atticum lib. 4. Subturpicula mihi videbatur esse palinodia, sed valeant vera, recta, honesta consilia. Apertius velut interpretatur adagium ad hunc ipsum lib. 2. Quid ergo, inquies: illos mercede cõductos habebimus? Quid faciemus, si aliter nõ possumus? an libertinis atque etiam seruis seruiamus? Sed vt tu ais, ἄλις σωτῆρος. Exponens nimirum quid intellexerit δρυὸς, hoc est, probitatem ac virtutem. Nihil autem prohibet quo minus & in genere prouerbiũ vsurpemus, quoties pristinum aliquod studium aut institutum relinquitur.

Qui sui seculi moribus vtitur.

† Hoc torquetur fertiuè in rancidos & ineptos non auctores, sed auctorum laruas, quos nostri maiores ante annos quinquaginta nimiùm patienter, ne dicam infructuosè, tractabant. Quis enim tam sustineat nucẽis fugibus glandes legi, hoc est, pro purissimis rei philosophicæ fontibus, quales apud Platonem, Aristotelem, Tullium, Senecam, Plutarchum hauriri par est, sophistarum limosos lacus & turbidos riuos in precio haberi?

Fenestram aperire, & similes metaphoræ. 3

Aperire fenestram, pro eo quod est, occasionem ac velut ansam ministrare. Terentius ὁ τοῦτό τιμοφαμένος. Hui quantam fenestram ad nequitiam patefecerit. Verùm hoc nonnisi in malam partem, illud etiam in bonam, Aperire ianuam. Plin. lib. 11. ep. 18. Suetonio Tranquillo. Atque adeo illa actio mihi aures hominum, illa, ianuam famæ patefecit. Plutarchus in libro de Oracule, μεγάλας μὲν αὐτοῖς ἀνοίγοντας ἀπορρησεις, id est, Magna impiæ plebi repagula aperientes. Eiusdem formæ & illud Ciceronis pro Planco, Quanquam qua nolui ianua in causam ingressus sum. Item illa, Aperire viam, Præstruere viam, Præcludere viam, Iacere fundamẽta: quorum alibi meminimus. Diuerso quidem sensu philosophus quidam Cynicus dictus est ὀρθοπολίτης, quòd in omnium ædes irrumperet, reprehensurus quid displiceret: sed tamen ea vox torqueri potest ad eos qui cæteris viam aperiunt.

Lanuã aperire.

Repagula aperire.

ὀρθοπολίτης.

Ansam quærere, & consimiles metaphoræ. 4

Ansa est qua quispiam prenditur ac tenetur. hinc ducta metaphora varias adagiorum formas præbuit. Plautus in Persa, Amon vides hunc ansam quærere? id est, captare occasionem reperiendæ instandæque pactionis. Quod quidem a Græcorum tractum est figura, apud quod frequens est, λαβὴν ζητεῖν, παρέχειν λαβήν. id est, ansam quærere, præbere ansam. Aristoteles in Lysistrata,

Εἰ γὰρ ἐνδοίη τις ἡμῖν ταῖς δὲ καὶ σμικρὰν λαβὴν,
Οὐδὲν ἂν ἀλλ' ἥδιον ὄντες κνησαίμεθ' ἂν χεῖρας. id est,
Siquæ per nos vel paruam dederit ansam manus,
Fingam ipse nil relinquam pristinæ chirurgiæ.

Plato libro De legibus tertio, αὐτὸς λόγος ἡμῖν οἷον λαβὰς ἐνδιδοῖεν, id est, Et ipse sermo nobis velut ansam præbet. Aristides in Pericle, τὸν δὲ βασιλέα δεινὸν παρέχειν λαβὴν ζητοῦν λαβεῖν. id est. Ansam præbere vt inuidere videatur. Idem παρέχειν, &c. adsimili figura dixit in Timone, Οὐκ ἀν δίδοιτο χάρις τῷ βλασφημεῖν. id est, Neque dat locum conuitio. Rursum Plato libro De Legibus septimo, Vt contentionis ansas multis præbuerint. Rursum De republica libro octauo, indicat metaphoram sumptam à palæstritis: quorum hæc ars est, sic componere corpus vt prehendi nõ possint, πάλιν πάλιν, ὥσπερ παλαιστὰς, παλιν αὖ τὸν λαβὰς παρέχειν. id est, Rursus igitur, tanquam palæstrita, eandem ansam præbe. Eodem pertinet, In eandem aures incidere, & Ansam arripere, Ansam præterire, Ansam negligere, & si qua sunt alia. Epictetus in Enchiridio suo scripsit, vnicuique rei binas esse ansas, alteram qua teneri possit, alteram qua non possit. Arripiendas igitur vnumquodque ea qua potest teneri, id est, bona vndique excerpendo, mala toleranda. Philosophus quidam adolescentes nullis mathematicis disciplinis instructos noluit admittere, quòd diceret illis deesse ansam Philosophiæ. Plutarchus autem in libello De audiendis poetis, elegantèr scripsit, multas esse corporis partes per quas facile insinuant vitia, virtuti vero vnicam esse ansam, aures adolescentulorum, si puræ fuerint, nullisque assentatorum & corruptorum hominum sermonibus occupatæ.

Ansæ Philosophiæ.

Virtutis ansa vna.

Cyclopis donum. 5

Κύκλωπος δῶρα, id est, Cyclopis munus: pro eo quod est munus inutile. Cuiusmodi sunt fermè tyrannorum & latronum beneficia, quæ tolent hoc ipsum magni beneficij loco imputare, quòd aut minus aut serius noceant. In hanc sententiam Cicero Philip. 2. Quod est aliud P. C. beneficium latronum, nisi vt commemorare possint nos le vitã dedisse quibus non ademerint? Lucianus ὁ τραγῳδὸς, Οὐ πάνυ μοι δοκεῖ τὸ Κύκλωπος δῶρον εἶναι τὸ φρόνιμον δῶρον, τὸ ἀνόητον δὲ, ὅτι τελευτᾷ τὸν † Οὐτιν τελευταῖον, id est, Haud admodum mihi Cyclopis illud donum delectat, videlicet quòd ita postremus, Ego Vtin postre-

Latronum beneficia.

mum deuorabo. Verba sunt Mycylli cerdonis, qui cùm esset quæstus quòd non statim cum alijs in cymbi Charontis reciperetur, atque hoc ipsum Clotho Parca, beneficij vice imputaret, quòd iterum tãtillum moræ lucrifaceret, ne delcenderet ad inferos, ad hunc modum respondit. Neque dubium quin Lucianus Homericum locum retulerit qui est in Odyssææ libro 9. vbi Cyclops Polyphemus delectatus dulci vino quod illi donarat Vlysses, munus promittit, quo accepto ille sit magnopere gauisurus, vt denuo sibi ministret de tua lagena. Ded t Vlysses pe muneris iterum atque iterum. Porro vbi iam vino delinitum, crederet mitius responsurum, reposcit Vlysses munus promissum. Cui Cyclops hunc in modum respondit,

Οὖτις Vlyssi.

Οὖτιν ἐγὼ πίομαι τελευταῖον μετ' ἑταίροις,
Τοὺς δ' ἄλλους πρόσθεν. τοῦτό τοι ξεινήιον ἔσται. id est,
Post socios meb. postremusque vocabitur Vlixes,
Alij reliquos primi: hoc ex me tibi munus habeto.

Cæterùm οὖτις Græcè, nullum significat: quod nomen sibi finxerat Vlysses, quo Polyphemũ posset deludere.

Tuis te pingam coloribus. 6

Tuis te pingam coloribus: id est, talem te describam qualis es. Translatum à pictoribus, qui nonnunquam faciem hominis ita vt est exprimunt ac repræsentant, nõnunquam alienis fucant coloribus. Aut etiam alludit ad Æsopicam corniculam, quæ se coloribus alienis venditauit. Diuus Hieronymus in Rufinum, Possem & ego te tuis coloribus pingere, & insanire contra insanientem. Ibidem rursum, Scire enim te factas crimina quæ tibi soli amicissimo fim confessus, & hæc in medũ prolaturum, meisque me coloribus esse pingendum. Plinius in præfatione historiæ mundi, Et ne in totum videar Græcos insectari, ex illis nos velim intelligi, pingique coloribus quos in libellis his inuenies. Et Cicero libro Epistolarum ad Quintum fratrem secundo, epistola vltima, Tuis coloribus, meo penicillo. Quanquam hoc paulò diuersius.

Cornicula Æsopica.

Tuis coloribus, meo penicillo.

Ornatus ex tuis virtutibus. 7

Hinc non multum abludit illa ironia Terentiana, Ornatus ex tuis virtutibus. In Adelphis, Si regnum possiderem, ornatus esses ex tuis virtutibus. id est, haberes præmia tuis factis digna. Nam olim reges honorem habebant iis qui facinus aliquod præclarum edidissent.

Domi Milesia. 8

Οἴκοι τὰ μιλήσια, id est, Domi Milesia. In eos dici solitum, qui ibi domesticum luxum celebrant, vbi minimè probatur. Nam, domi liberum est vnicuique suo more viuere: hospitis autem est, vt eorum apud quos diuersatur, & cultum & mores tum laudet tum imitetur quoad potest: certè sua non factet, aliena damnans. Id quod facere solent quidam homines imperiti, qui quocunque terrarum venerint, omnium omnia vituperant: sua nimis importunè laudibus tollunt, etiam vitia pro summis virtutibus efferentes. Refertur adagium ab Angelo Politiano in Miscellaneis: additque inde natum, quod olim Milesio cuidam hospiti, cùm apud Lacedæmonios delicias patrias extolleret, ad hunc modum responsum fuerit, οἴκοι τὰ μιλήσια, μὴ δὲ ἐνθάδε. id est, Domi nop hic Milesia: huius sententiæ citans authorem Zenodotum quendam adagiorum collectorem. Feruntur quidem Zenobij cuiusdam collectanea, quem an ille Zenodotum appellet, nondum satis mihi liquet: verùm in his collectaneis huiusmodi quandam inuenio fabulam, quam eandem refert Suidas: Aristagoras quidam Milesius Lacedæmonem profectus, postulabat vt Ionibus à Persis bello vexatis supperias ferrent. Id autem quum in concionem produxisset, insolita apud Lacedæmonios vestitus munditie, aliisque deliciis Ionicis affluens, quidam ex Ephoris eum hoc dicto submonuisse fertur, οἴκοι τὰ μιλήσια, id est, domi Milesia. Porrò Ephorus Lacedæmoniorum est magistratus, cuius munus est de contractibus cognoscere, vt author est Aristoteles tertio libro Politicorum. alioqui uox ipsa sonat quasi dicas inspectorem. Cæterùm Athenæus libro duodecimo, eausam adagionis secus narrat, nempe Milesios luxum Colophoniorum imitatos, morbum suum finitimis etiam regionibus tradidisse. Hoc nomine cùm malè audirent, sese admonebant vt domi suis deliciis vterentur, non etiam traducerent. Effertque prouerbium ad hunc modum, οἴκοι τὰ μιλήσια κἀπιχώριον, ἢ μὴ ἐπ' ἀλλοτρίου. id est, Domi Milesia, ac vernacula, non in peregrino. Vt autem Lacedæmoniorum seueritas multorum literis est celebrata, ita Milesiorum luxus in hominum sermonem abiit: adeo vt quicquid molle parúmque virile velint intelligi, Milesium appellent. Vnde Aristides quidam libro suo fabulis obscœnis scatenti titulum indidit μιλησιακῶν. Et Lucianus in Amoribus, sermones amatorios Lasciuos, Milesios vocat. Martianus Capella, Nam certè, inquit, μιλήσιος poeticæ etiam diuersitatis, delicias Milesiacas. Quin & Apuleius in carmine iambico, quo asinũ suum auspicari volut, demulcentes & prurientes narrationes suas, sermonem Milesium vocat. Iulius Capitolinus in vita Clodij Albini. Milesias, inquit, nonnulli eius dicũt, quarum fama non ignobilis habetur, quamuis mediocriter scriptę sunt. Et hęc de fabulis Apuleianis dicti, testantur ea quæ paulo pòst citat ex epistola Seueri, Maior fuit dolor quòd illum pro literato laudandum duxitis, cùm ille nęnus quibusdam anilibus occupatus, inter Mylesias Punicas Apulej sui & ludicra literaria cõsenescaret. Hactenus Capitolinus. Quod autem sui Apulej dixit, illuc pertinet, quòd & Albinus ipse itidem vt Apuleius, Afer esset. Cæterùm præcipua Milesiorum mollities in vestitu propterea quòd apud illos texta essent omnium mollissima. Vnde & Tyrius Maximus Milesios ἐριοπλοκωτάτους vocat, nimirum à cultus elegantia. Et Virgilius in Georgicis, delicatissima vellera, Milesia nominat. Horatius item,

Milesiaca Aristidis.

Deliciæ Milesiacæ.

Διαπεπλεγμένοι Milesij.

Alter Mileti textam cave paius & unguc
Vitabit chlamydem,

vestem molliculam parúmque seueram significans. Aristophan. in Ranis, ὁ τριῶβολον Μιλησίαν ἀπεπυρρμμένος. id est, Stragulis Milesijs inuolutus. Horum meminit & Theocritus, & complures alij scriptores. Sed ad intelligẽdum adagij sensum iam plus satis. Alluit ad prouerbium Euripides in Helena,

Οἰκεῖ' ἐκεῖ τις σμικρὸν ἢ μέγ', ἐν δόμοις. id est,
Magnũne illis sors erat, non hic istem.

Alludit & Antiphanes apud Athenæum libro quarto, his quidem verũbus,

—ὁ Λακεδαίμων
Τίς ἐστιν, εἰπέ μοι τί πόποτε μεθύεται
Ἐπὶ βαλλῆς ὅτι δύνασαι εἰς τὸ φιλεῖν.
Ἀπόλαυε ζωμοῦ, τῆς φέρε τοὐψήματος.
Μὴ τοῦτ' ἀφῇς, μηδ' ἐπιζήτει τἀλλά.
Quando agis apud Lacedæmonem,
Vinas oportet moribus Laconicis:
Cænatum eas in Phiditia Laconica,
Nigro frueris iure quod ibi apponitur,
Gelidæque bybacis cane contempseris
Quicquam, ibunve aliud requiras insuper.

Hospitũ magna debet esse animis moderatio in alieno solo diuersantium.

Mense Maio nubunt malæ. 9

Romanorum adagium extat apud Nasonem, Mense Maio nubunt malæ. Dici potest in mulieres intempestiuæ libidinis, aut in eos qui alieno tempore quicquam faciunt: aut qui parum auspicatò quid aggrediuntur. Nã olim inauspicatum existimabatur mulieres Maio mense nubere: siue quòd eo mense vmbra Remi occisi à fratris Celere, creditur apparuisse nutritio suo Faustulo, atque Accæ Laurentiæ, mãdassequc vt manibus suis iusta persoluerentur: (vnde & Romulo authore festa Remuria dicta, posteritas mutata litera Lemuria, velut à Lemuribus, appellare cœpit, Et vmbris maiorum his diebus parentari solitum: atque ob id dies illi inter ferales habiti, ac nuptiis nefasti. Ouid. in Fastis,

Cur inauspicatum mensis Maio nubere.

Remuria.

Nec vidua tedis eadem, nec virginis apta
Tempora, quæ nupsit, nec diuturna fuit.
Hac quoque de causa, si te prouerbia tangunt,
Mense malas Maio nubere vulgus ait.

Plutarchus in Problematis alias quasdam causas refert quamobrẽ hoc mense abstinerentur à nuptiis) Vel quòd medius intercedat inter Aprilem Veneri sacrum, & Iunium Iunoni dicatũ (quarum vtraque dea nuptiis præsidet: proinde propter auspicium deæ, aut maturantes paulum, nubebant Aprili. aut pusillum progãtes, Iunio) vel propter funesta quędam piacula, quibus per id temporis vtebantur Romani, hominum effigies de ponte in Tiberim præcipitantes, cùm antea Græcos contueuissent. atque ob id Flaminiam Iunonis sacerdotem, quasi luctum diebus illis agere, nec vllo solẽni cultu solitam vti. Vel quòd Maius à natu maioribus, Iunius à Iunioribus denominatus esse videatur. Porrò nuptiis grandior ætas vt intempestiua, ita inauspicata. quapropter scripsit Euripides,

Cur abstinerentur à nuptiis mense Maio.

Ἀλλ' ἢ τὸ γῆρας πλὴν Κύπριν χαίρειν ἐᾷ,
Ἡ τ' Ἀφροδίτη πᾶς γέγηθεν ἄχθεται.
id est,
Verùm senecta iubet valere Cypridem,
Et ipsa rursum infensa senibus est Venus.

Ouem lupo commisisti. 10

Τὸν λύκον πλὴν εἶπ, id est, Lupo ouem. Terentius in Eunucho, Scelesta, ouem lupo commisisti. De Chærea ephebo, cui velut eunucho virgo soli credita est, Donatus admonet prouerbium esse quod contineat fœminam reuerentiam, meretricium senium. Cócinnè hoc vtemur quoties ei seruandum aliquid committitur: cuius gratia custodem magis oporteat adhiberi. Cic. 3. Philippica, Etenim in cócione dixerat te custodem futurum vrbis, víque ad calendas Maias, ad vrbem exercitum habiturum. O præclarum custodem, cuium, vt aiunt, lupum: custósne vrbis an direptor & vexator esset Antonius? Vnde quadrare videtur quoties inimico negotium committitur, quíque nobis pessimè velit: propterea quòd lupus & agnus genuino quodam odio dissident. Id quod ostendit etiam Homerus Iliados χ.

Inimico negotium committitur.

Ὡς οὐκ ἔστι λύκοις τε καὶ ἀρνάσιν ὅρκια πιστά,
Οὐδ' οἵ λύκοι τε καὶ ἄρνες ὁμὸν φρονέουσι διαπρὸ
Ἀλλὰ κακὰ φρονέουσιν ἀλλήλοισι διάκτορε.
id est,
Fœdus vti non tutum hominis fœmúque leoni,
Vtque ouibus prorsùm concordia nulla lupisque
Sed semper captant malè, seque odere vicissim.
Item Horatius in Epodis, od. 4.
Lupis & agnis quanta sortitò obtigit,
Tecum mihi discordia est.

Huc adscribendum illud quod refert Suidas. πρὶν ἂν λύκος ὄϊν πυκάσειεν. id est, Prius etiam lupus ouê pascet, de re neutiquam vertisimili. Huc confine Plautinum illud in Milite, Bono cella suppromo credita. Sed propius accedit quod est in Truculento, Nam oues illius haud longè absunt à lupis.

Prius lupus ouem pascet.

Mustela seuum. 11

Γαλῆ στέαρ, id est, Mustelæ pingue subaudiendum, das aut committis quum ea dantur, quorum, qui accipiunt, natura sunt appetentissimi. gaudet hoc animal præcipuè seuo. Veluti siquis laudaret laudis auidissimum: aut ad bibêdum prouocaret natura biboſum: aut ad aleam inuitaret quibus hic ludus impendio gratus esset. Refertur adagium à Diogeniano.

Nullam hodie lineam duxi. 12

Τέτμηκεν ἐλαίαν γραμμὴν οὐχ ἑκών, id est, Hodie nullam lineam duxi. Ab Apelle pictore natum adagium: in eos quadrat quibus cessatum ab exercitio studij artisque fuit. Id refertur à Plinio libro trigesimo quinto, capite decimo: cuius verba non grauabor in hoc commentarium transcribere, Scitum est, inquit, inter Protogenem & eũ quod accidit. Ille Rhodi viuebat, quò quum Apelles aduauigasset, auidus cognoscendi opera eius, fama tantùm sibi cogniti, continuò officinam petit. Aberat ipse, sed tabulam magnæ amplitudinis in machinã aptatam picturæ, anus vna custodiebat. Hæc Protogenem foris esse respondit, interrogauitque à quo quærtum diceret: Ab hoc, inquit Apelles: arreptóque penicillo, lineam ex colore ductu summæ tenuitatis per tabulam. Reuerso Protogene, quæ gesta erant abs se indicauit. Ferunt artificem protinus contemplatum subtilitatem, dixisse, Apellem venisse. non enim cadere in alium eam absolutum opus. Ipsum tunc alio colore tenuiorem lineam in illa ipsa duxisse, præcepisséque abeuntem, si rediisset ille, ostenderet, adiicerétque hunc esse quem quæreret. Atque ita euenit. Reuertitur enim Apelles: sed vinci erubescens, tertio colore lineas secuit, nullum relinquens amplius subtilitati locum. At Protogenes victum se confessus in portum deuolauit, hospitem quærens. Placuit sic eam tabulam posteris tradi, omnium quidem, sed artificum præcipuè, miraculo. Consumptam eam constat priore incendio domus Cæsaris in palatio, auidè antè à nobis spectatam, spatiosiore amplitudine nihil aliud continentem quàm lineas visum effugientes, inter egregia multorum opera inani similem, & eo ipso allicientem, omníque opere nobiliorem. Apelli fuit alioqui perpetua consuetudo, nunquam tam occupatam diem agendi, vt non lineam ducendo exerceret artem, quod ab eo in prouerbium venit. Hactenus Plinius. Cæterùm ad hanc lineam, qua protinus agnitus est à Protogene, respexit Statius in Hercule Vindice Epitrapezio: quum ait,

Linea quæ veterem longè fatetur Apellem.

† Didici ex Pauli Iouij symbolis, id fuisse à Thoma Moro tributum Erasmo symbolum, aut symboli animam, cuius corpus erat Apellis effigies, qui perpetuus esset in suis tabulis expoliendis, vt nullum diem sine linea transmitteret.

Neque natare, neque literas. 13

Μήτε νεῖν, μήτε γράμματα, id est, Neque natare, neque literas. subaudiendum, nouit. In eos dicitur qui supra modum indocti sunt, nihilque prorsus bonarum artium in pueritia didicerunt. Nam hæc duo statim discebant pueri Athenis, atque adeo Romæ quoque. id quod satis declarat Suetonius in Augusto, Nepotes (inquiens) & literas, & natare, aliáque rudimenta per se plerumque docuit. Idem de Caligula prodidit quòd ad cætera magnopere doctis, natare tamen nescierit. velut postremũ hoc nemo nosceret. Plato li. De legibus 3. Τοὺς δ' ἐναντίως ἔχοντας τούτων, ὡς ἐσχάτως αὖ καὶ τὸ λεγόμενον μήτε γράμματα εἰδότας, μήτε νεῖν ἐπιστάμενους, Qui verò contra affecti, ignorantes appellandi, etiamsi neque literas (vt dicitur) neque natare sciant. Ioan Anastades in apologia communi quatuor oratorum, Ἀλλ' ὡς τὸ λεγόμενον δὴ τοῦτο, οὔτε γράμματα, οὔτε νεῖν εἰδότα, ἐλέγχειν ἄξιον. id est, Sed quemadmodum dici consueuit, perinde coarguendum existimans quasi qui neque literas, neque natare norit.

Supra modũ imperiti.

† Quàm sit vtilis natandi peritia docet Xenoph. in lib. de expedit. Cyri minoris, Sueton. in Iulio, cap. 57. & 64. Hirtius de bello Alexandr.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. ὡς τὸ) Male traiecit interpretationem harum vocum ὡς τὸ λεγόμενον δὴ τοῦτο. reponetur ea in suum locum hoc modo. Sed perinde coarguendum existimas, quasi qui, quemadmodum dici consueuit, neque literas, &c.

Mordere frænum. 14

Mordere frænum, D. Brutus libro Familiarium epistolarum 11. posuisse videtur pro eo est, vel leuiter repugnare seruituti. Si frænum momorderis, peream ni te omnes quotquot sunt, conantem loqui ferte potestis. Hoc est, si vtcunque significaueris te seruitutem iniquo animo ferre. Ad hanc sententiam facit quæ respondet Cicero, S: timidus (inquiens) esse m, tamen ita epistola omnem mihi metum abstersit: sed vt mones, frænum momordi. Etenim qui te meliùs, omnem spem habuerim in te, quid nunc putas? Quanquam Papinius in Epithalamio Stellæ & Violantillæ in diuersum sensum vsurpauit, nempe pro eo quod est seruitutem accipere, frenúmque recipere,

Mordere frænum, seruitutem ferre est.

Fama tace, subiisse iugos, & frena momordi.
Id est, Admisit vincula matrimonij. Quanquam an etiam in hunc sensum verba Ciceronis accipi possint, doctis excutiendum relinquo. Prouerbium sumptum videtur è fabula Æschyli quę inscribitur Prometheus, in qua sic loquitur Mercurius,

Τοῦτ' οὐκ ἐδίδαξ', οὐδὲν μαλθακιζόμενον λιταῖς
Ἐμαῖς. δοκεῖν δ' οὐ σοὶ μόνῳ, πᾶσι τοῖς ὁμόφροσι
Πολλῶν ἀφειδῆ, κἀγχόνας ἐκ τῶνδε μαίνεται.
id est,
Precibus nihil mitescis inflexus meis:
Sed frena mordens, pullus indomitus velut.
Ferocem, pugnas habenas vincere.

† Lege Pierium Hieroglyp. lib. 4 & alios. alioqui nemõ nescit frenum pro seruitutis nota veteribus vsurpatum. Hinc frenare, pro domare apud poetam, oratione Ilionei ad Didonem,

Infitumque dedit gentes frenare superbas.
Eodem de ventis,
Imperio premit, ac vinclis & carcere frenat.
Lib. 12.
Vrbem hodie causam belli, regna ipsa Latini
Ni frenum accipere, & victi parere fatentur.
Horat. 4. Carm. 15.
Iussum Quirini clausit, & ordinem
Rectum, & vagantis frena licentiæ
Iunxit, &c.

Manibus pedibúsque. 15

Extremum conatum significantes, dicimus, Manibus pedibusque. Nam per manus declaratur industria conficiendi negotij: per pedes, maturandi celeritas. Dauus in Andria Terentiana, Ego hoc Pamphilè tibi pro seruitio debeo, conari manibus pedibúsque. Vtitur hoc adagio semel atque iterum Æschines in oratione con-

Manuum industria, pedũ celeritas.

tra Demosthene in Homerus Iliados v,

Ἀλλ' ὅσσον μὲν ἐγὼ δύναμαι χερσίν τε ποσίν τε

id est,

Imò quicquid ego possum manibus pedibúsque.

Omnibus neruis. 16

Eundem habet sensum, Omnibus neruis, id est, summa vi, summóque studio. Nam robur, iuxta philosophos, in neruis situm. Vnde & Neruos intendere, Expedire neruos & Neruosa dicimus quæ vegeta validáque, minimèque langoida. Cicero ad Qu. fratrem, Sic contende omnibus neruis & facultatibus. Idem lib. 15. Epist. famil. Omnes neruos in eo contendas. Item Verrinarum actione secunda, In quo omnes neruos ætatis Industriæque meæ contenderem. † V. alia quendam adagia.

Robur in neruis.

Velis equisque. 17

Similem conatum significat Velis equisque, ad fugiendum aut assequendum magis quàm ad efficiendum. M. Tullius ad Qu. fratrem lib. 2. Sic ego, qui in isto homine colendo tam indormiui diu, te mehercule sæpe excitante: cursu corrigam tarditatem tum equis, tum velis. Quo quidem loco, in vulgatis exemplaribus pro velis, viris scriptum habetur. Idem Officiorum lib. 3. Quibus obsoletis floret Epicurus, eiusdem fere author adiutorque sententiæ. Cum his, equis velisque (vt dicitur, si honestum tueri ac retinere sententia est, decertandum est. In quibus exemplis vsus est eadem metaphora paulo diuersius: qui illic respexerit ad celeritatem, hic ad vtrunque pugnæ genus, equestre ac nauale.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. *Similem conatum significat Velis equisque ad fugiendum aut assequendum magis quam ad efficiendum.*) Non Velis equisque,) duo quæ ad contraria elementa pertinent, copulando)sed Velis remisque, Viris equisque Ciceronem alioqui antiquos scriptores dixisse existimo: hoc loquendi genere sumpto à bello vehementissimam contentionem virium, illo autem à re nauali translato summam celeritatem exprimere volentes. Ac primùm quidem, quod ad Ciceronis locum attinet, ex libro de Off. 3. in quo Erasmus vulgata quædam exemplaria sequens, legit, Cum his equis velisque decertandum est: hanc lectionem authoritate veterum cod. cum refello, in quibus non Equis velisque, sed Viris equisque legitur. Illius autem loci lectionem quem ex epist. ad Qu. fratrem effert, suspectam reddùt, vel me tacente etiam vulgata exemplaria, quæ inter se de ea minimè consentiunt. Auget autem suspicionem tertius hic eiusdem authoris locus, libri 9. epistolarum ad familiares, epistola 7. Nunc quando confecta sunt omnia, dubitari dù non est quin equis viris. nam vt. &c. Etenim quum hic quoque illa lectio sit in quibusdam typographicis editionibus, at in aliis, hæc, Equis velis. permutari temere ab imperitis librariis solitas horum loquendi generum voces, quis non perspiciat? Hoc igitur me & alios, vt opinor, meritò inducat ad suspicandum illis Ciceronis in epist. ad Qu. fratrem verbis subesse depravationem. Sed ipsa ratio non in hanc suspicionem nos inducere, sed planè id persuadere & ad credendum adigere videtur. Fingamus. n. M. Tullio duabus diuersis loquendi formulis eúdem datiuum, equis videlicet, ad diuersa significanda, adhibere voluisse: quòd equi vt certamini ob vires, ita celeri cursui ob agilitatem sint apti: certè eadem ratione qua dixisset, Tum equis, tum velis, ad magnam velocitatem ostendendam, eadem dicere potuisset, Tum equis, tum ventis. Quòd si licuisset illi ita loqui, & nobis liceret sic, Quadrigis & velis, vel Tum quadrigis, tum ventis. Atqui non sunt ἀσύλλογα Quadrigæ & venti, aut vela: sed Quadrigæ & naues, ἀσύλλογα autem essent Laxæ habenæ & Vela. Nam qui naubus & quadrigis se aliquid quærere dicit, terra marique id à se queri indicat, non protinus tamen & celeritatem vię significat. eam si denotare velit, laxatis equorum habenis & passis nauium velis se dicet currere. Verùm non quid à Cicerone dici potuerit vel non, sed quid dictum sit, videamus, vulgatis codicibus plus fidei quàm antiquis libris non adhibentes. Velis remisque fugienda leginus apud eum Tuscul. 3, eodem modo dictum quo à Plauto, Remigio velóque fuge, nimirum maximam indicando celeritatem. Pro eodem alibi Remis ventisque. At vbi maximum conatum significare vult, dicit Equis virisque. Superest igitur vt illa epistolæ ad Qu. fratrem verba expendamus, Cursu corrigam tarditatem, tum equis, tum velis. Hic alia exemplaria habent, Tum equis, tum viris, vt tentatur etiam Erasmus. Verùm Equis, viris, non de celeritate cursus, vt modo vidimus, sed de summo nisu vsurpat Cicero. Hic ergo eum ad exprimendam celeritatem vsum esse illa sermonis formula, mihi nũ est verisimile. vnde fit vt Tum equis, tum viris, nihilo magis hic scripsisse Ciceronem existimem, quàm Tum equis, tum velis. Extat & tertia lectio, Tum equis, tum verò, ablatiuo viris in particulam verò mutato, & quidem ex coniectura. quæ tamen in nouissimis operum Ciceronis editionibus in textum, velut authoritate veterum codicum nitès, recepta est. At loquendo sic, Tum equis, tum verò quadrigis, figura omnium maximè poetica videtur futura, ἐν ἅρμασι θοοῖς. per quadrigas enim, quadrigarum equos (qui & quadrupedes apellantur) nos intelligi. Quòd si hac figura vti voluisset, particulam Tum huic sermoni non adhibuisset, sed copulatiuam Et dicens, Equis & quadrigis, id est Quadrupedis equis. Nisi forte aliquis, vitans huiusmodi figuram (vt certè vitanda est) equis exponat ἐφ' ἅρμασιν, quadrigis autem de equis currui iunctis, aut certè, quoniam additur poeticis, insolitum nescio quid & a communi vsu remotum significari existimet. Verùm enimuero quum hæc lectio, Tum equis, tum verò quadrigis, ex coniectura duntaxat profecta sit, eam illi tueantur qui excogitarunt. Interim si illis in contextum eam reponere permissum fuit, liceat mihi quod longè minus est, meam non ipsi Ciceronis loco sed tantum hic annotationibus inserere. & quidem licebit, credo. Dico itaque mihi videri, quod in aliis M. Tullij locis contigisse paulo antè ostendimus, idem & in hoc accidisse: vt nimirum duorum loquendi generum diuersorum verba permutata fuerint: & me suspicari Ciceronem ita scriptum reliquisse, Cursu corrigam tarditatem, tum remis, tum velis: aut (quoniam scribis poema ab eo nostrum probari) quadrigis poeticis. Ac de his quidem locis quid præterea dicam non habeo. Reliquum est vt illius generis loquendi, Equis viris, citra prouerbialem figuram atque adeo citra metaphoram vsurpari pauca ex multis exempla proferam: quo maior iis quæ dixi, fides adhibeatur: Ciceronem videlicet Remis & velis, Equis & viris, non autem Equis & velis dixisse. Liuius, Quacunque ibant, equis virisque longè ac late tuto agmine immensum obtinentes loci. Idem, Armis, viris, equis, commeatibus iuuant. Sallustius, Equis, viris pecunia amissa, nunquam defessi sunt armati de imperio certare. Cæsar De bello ciuili lib. 3. Pompeiani, quòd is mons erat sine aqua, dissũi ei loco, relicto monte, vniuersi viris, equis Larissam versus se recipere cœperunt. Ita enim hic legendum puto: hæc verba, Vniuersi viris eius (quæ vir doctissimus Petrus Victorius ex antiquo exemplari profert, sensum qualemcunque ex iis elicere conans) vestigia esse huius antiquæ & veræ lectionis vniuersi viris, equis, pe. luasum habens: & vel ipsi Victorio, ni fallor, facile persuaturus. Cæterùm ne quis existimet in hoc duntaxat casu hanc sermonis formulam efferri solitam, en apud Sallustium, Vbi quemque periculum ceperat, ibi resistere ac propulare: arma, tela, equi, viri, hostes atque ciues permisti. Et ita quidem in propria significatione, & absque metaphora, vti dixi. Aptissima autem metaphora equis virisque id fieri dicitur quod omni virium contentione fit: quum equi & viri, id est equitatus & peditatus, milites omnes, & totum belli robur (externa adiumenta excipio) complectantur.

Adagij sensus verior.

Remis velisque. 18.

Huic simillimum est, Remis velisque. Inde translatũ, quòd quum nauis simul & remigio & velo impellitur, summus est nauitarum conatus. Cicero lib. Tusc. quæst. 3. Tetra res est, misera, detestabilis, omni contentione, velis (vt ità dicam) remisque fugienda. - Idem in prima Philippica, Tum verò tanta sum cupiditate incensus ad reditum, vt mihi nulli neque remi neque venti satisfacerẽt. Plautus in Asinaria, Remigio veloque quantumcunque poteris festina & fuge. Quum remigio nauis impellitur, Græci διωτὸν πλοῖον, id est secundarium cursum, appellant, quum velis fertur, dicitur ἰσοδρομεῖν; quum secundis ventis, εὐδρομεῖν. Vertit in diuersum, hoc est in significationem tarditatis: metaphoram Aristophanes. ὦ, Ἐκκλησιάζουσαι,

Νῦν μὲν γὰρ οὐδὲν ἰσοδρομοῦμεν οὐδέν. id est,

Neque currimus nunc, nec alàs impellimur.

Secundarium cursus.

Ἰσοδρομεῖν. Οὐδρομεῖν.

Inter-

ἀμέλησον. Interpres exponit, Neque ventis, neque remis nauigamus. Quanquam mihi prohibet ad equestrem cursum referri. Vergilius simpliciter exulit in Æneidos tertio.

Lanam cuncta cohors remis ventisque petunt.

Ad hanc formam pertinet quod ait Plato lib. De legibus 9. τὰς δὲ τῶν πολλῶν ἔθεσιν φεῦγε ἀμέλησον. id est, Malorum autem consuetudines fugito irreuersim. Hoc est, ne respiciens quidem à tergo. Alluſit autem ad Euridices fabulam, cui lex erat dicta ne respiceret. Item in Genesi, Lot iubetur è Sodomis fugere ἀμέλησον. Et Vergilius,

Tránsque caput iace, ne respexeris.

† Plin. 6. epist. 33. Dedimus vela indignationi tuæ, dedimus iræ, dedimus dolori, & in amplissima caussa quasi magno mari pluribus ventis sumus vecti.

Nauibus atque quadrigis. 19

Pro Summo studio, summaque festinatione, Flaccus dixit, Nauibus atque quadrigis, in Epistolis, 1. ep. 11.

Strenua nos exercet inertia: nauibus atque
Quadrigis petimus bene viuere. quod petis hic est.

Plutarchus aduersus vsuram, Μηδὲ σὺ μὲν ἱππικὰς τι μέγα καὶ ἀγωνιστὰ ζεύγνυε, παραφέρῃ δὲ τὰ πάρεργα, ἃ πάνυ ἔχει τελαμῶνα καὶ ἀφορμὴν χρήσεως. ἀλλ' ὅτῳ τύχῃ τις ἐπὶ τυραννίδι καὶ τελέαν χρυσόδετον, φεύγων τιμήσει καὶ πόρισον δανείσει. id est, Ne verò tu aut equitatum oppertus fueris, aut vehicula iugalia cornigera, & argento picta, quæ celeres vsuræ assequuntur & prætercurrunt: verùm asino quopiam, quemcunque fortè nactus fueris, aut caballo, fuge hostem ac tyrannum fœneratorem.

Citus quadrigis, Iouis quadrigis. 20

Citis quadrigis fugere, & Iouis quadrigis fugere, pro eo quod est quam ocyssimè fugere, legitur apud Plautum ab Homero translatum, qui dius quadrigas assingit, quibus quò lubitum sit, repente rapiantur, ex Olympo in terras, rursus è terris in cælum. Ad quas alluſit Cicero scribens Q. fratri, Quoniam scribis poema nostrum ab eo probari quadrigis poeticis, modo, mihi dato Britanniam, quam pingam coloribus tuis, meo penicillo. Plautus in Aulularia, Quod iubeat, citis quadrigis properet persequi. Livius primę decadis lib. 5. narrat Camillum, captis Veiis, ita triumphantem ingressum vrbem, vt curru equis albis iuncto veheretur. & ob id eum triumphum clariorem fuisse quàm gratiorem; quòd Solis ac Iouis cursum æquiparasse moliretur.

V. Plut. 38. 32.

ANIMAD. HENR. STEPH.

Cornelius adagij sensus.

V. *scribis poema.*) Hi ablatiui Quadrigis poeticis non iunguntur cum infinitiuo probari, sed cum illis verbis Cursu corrigam tarditatem. nam per parenthesin posita sunt hæc, Quoniam scribis poema ab eo nostrũ probari. Sed totum Ciceronis locum afferte præstiterit: ita igitur ille, Ac fortasse efficiam quod sæpe viatoribus, quum properant, euenit, vt si serius quàm voluerunt, fortè surrexerint, properando, etiam citius quàm si de multa nocte euigilassent, perueniant quò velint: sic ego, quoniam in isto homine colendo tam indormiui diu, te mehercule sæpe excitante, cursu corrigam tarditatem, tum remis, tum velis, aut (quoniam scribis poëma ab eo nostrum probari) quadrigis poeticis. Nam cur legendum hîc censeam Tum remis, tum velis, aut quadrigis, satis supérque in præcedente annotatione declaraui: euigilassent autem non vigilassent, legi debere, in meis in Ciceronem castigationibus probaui: aut certè probasse mihi visus sum.

Equis albis præcedere. 21

Vbi quem aliis quapiam in re longè superiorem significabant, longóque anteire interuallo, eum albis equis præcedere dicebant. vel quòd antiquitus equi albi meliores haberẽtur, vel quòd victores in triũpho albis equis vectari soleant: vel quòd albi equi fortunatiores & auspicatiores esse credantur, vt ad equestre certamẽ referamus metaphoram. Quod quidem indicat Apuleius, quum ait, Postquam ardua montium, & rosida cespitum, & glebosa camporum emensi, me equo indigena peralbo vehens, iam eo quoque admodum fesso. Neque enim temere addit, vel indigena, id est, Thessalico, vel albo: nam vtrunque pertinet ad emphasim pernicitatis. Horatius in Sermonibus de Persio quodam, 1. Satyr. 7.

Dirus homo, atque odio qui possit vincere regem:
Confidens, tumidúsque, adeo sermonis amari,
Sisennam, Barros vt equis præcurreret albis:

Equi albi fortunatiores.

Erant autem Sisenna & Barrus homines quidam insignita maledicentia. etiam si Acron barros legit, vt sit epitheton. Neque dissimile huic Plautinum illud in Asinaria, Nam si huic occasioni tempus sese subterduxerit, nunquam ædepol albis quadrigis indipiscet postea. Græci simpliciter dicunt παρεππεῦσαι, pro longè antecellere, quòd equestris cursus sit expeditior.

Sisenna & Barrus maledici.

Παρεππεῦσαι.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. bonis) Videtur potius ita efferendum prouerbium verbis Horatianis, Albis equis præcurrere.

V. *vel quod*) Etamsi constaret triumphantes equis albis vectari solitos: at in pompa triumphi tanta vti solitos celeritate, nequaquam verisimile foret.

V. *dicebant. vel quòd antiquitus equi albi meliores*) Atqui etiam Virgil. equos albos planè vituperat, quum scribit, -honesti

Spadices, glaucique color deterrimus albis.

V. *drigis*) Suidas παρεππεύσατο exponens ὑπερέβαλεν, non accipit verbum ὑπερέχω (cuius participium est ὑπερβαλόμενος) metaphorice, pro longè antecellere: sed in propria significatione pro præcurrere, prætergredi. Deinde παρεππεύειν sonat equitando siue equestri cursu præcedere ad verbum præequitare: non facta collatione cum alio genere cursus, sed inter diuersos ἱππεύοντας, qui cæteros præcurrit, is dicitur παρεππεύειν.

ὑπερέχω.

παρεππεύω.

Mordicus tenere. 22

Mordicus tenere est summa pertinacia tueri: quod Græci vocant ὀδάξ. M. Tullius Acad. quæst. lib. 1. Nam ab omnibus eiusmodi visis, perspicuitatem, quàm mordicus tenere debemus, abesse dicemus. D. Aurelius Augustinus in epistola quapiam ad diuum Hieronymum, Illi me plus mouent, qui quum posterius interpretarentur, & verborum loquutionũmque Hebræarum viam atque regulas mordicus, vt fertur, tenerent: non solùm inter se non consenserunt, sed etiam reliquerunt multa. In eundem sensum dixit Seneca lib. De beneficiis 7. Vtraque manu. Hæc, inquit, Demetrius noster vtraque manu tenere proficientem iubet, hęc nusquam dimittere.

ὀδάξ.

Vtraque manu.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. *vocant. ὀδάξ*) Imo potius ἀφῑξ. nam ὀδὰξ respondet quidem planè Latino mordicus, sed absque metaphora sumpto: vt quum dicit Homerus, Il. β. Πρωτίστη δ' ἀνὴρ ἦλθ' ὀδὰξ λαζόμενος γαῖαν. & Od. α. οἱ δ' ἄρα πάντες ὀδὰξ ἐν χείλεσι φῶτες. At quum trãslatè vsurpatur aduerbium mordicus pro pertinaciter, tum verò haud scio an possit aliquis rectè interpretari ὀδάξ. De ἀφῑξ autem dubitandum non est: quod iungitur præsertim cum verbo ἔχειν, in hac significatione: vt apud Lucianum in Necyomantia, Ἐν γοῦν τῷ πλησίον τὸν ἀφανισμὸν χρημάτων ἑαυτὸν ἀφῑξ ἐχόμενος αὐτῶν, καὶ ὥσπερ πάνυ δεδοικὼς, καὶ, &c. Transfertur autem & ad res incorporeas: vt quum dicit Longinus, καὶ τότε μὴ φίλεσθαι ἀφῑξ ἐχόμενα τῶν σκοπῶν. adeo vt dubium non sit quin quod dixit Cicero, Perspicuitatem mordicus tenere debemus, Græcè dici possit, τὴν ἐναργείαν ἡμᾶς ἀφῑξ ἔχειν χρή.

ἀφῑξ.

Toto corpore, omnibus vnguiculis. 23

Similem habent pertinaciæ significationem; Toto corpore atque omnibus vnguiculis. A feris sumpta metaphora, quæ dentibus, vnguibus, totóque corpore retinere solent quod nolint extorqueri. Lucianus in dialogo Diogenis & Cratis, Καὶ μὴν χρυσὸν ἔθηκεν ἡμῖν καὶ ὄνυξι καὶ πάσῃ μηχανῇ ἐφύλαττον. id est, Cæterùm aurum denubus & vnguibus atque omni ope seruabant. M. Tullius lib. Tusculanarum quæstionum 2. Toto corpore atque omnibus vnguiculis (vt dicitur) contentioni vocis asseruiunt.

Noctesque diesque. 24

Assiduam atque infatigabilem diligentiam passim hac figura significant, noctésque & dies. Horatius in Arte,

Tempus continuum.

—nocturna versate manu, versate diurna.

Hesiodus,

—νύκτας τε καὶ ἦμαρ. Id est,
—noctésque diesque. Idem alibi,
Ἠμὲν ὅτ' ἀνέρχῃ, καὶ ὅταν φθίῃ ἠὼς ἔλθῃ.
id est,
Quámque cubile petis, quúmque aurora exoritur sol.

Est subinde & apud Homerum,

—νυκτας τε ἠματα πάσας, id est,
—omnes noctesque dieſque.

Terra marique. 25

Faciem prouerbialem habet & illud, Terra marique: quoties extremum conatum studiúmque significamus. Theognis,

Summus conatus.

Ἐξεστι δ' ὁμῶς ἔστι γλαῦκ' εἰς ἁλα πέμπειν
Δίζεσθαι χαλεπὸν Κύρνε λόον τοῦτο. id est,
Paupertatis enim dura terráque marique
Quærere Cyrne aliquod conuenit effugium.

Et Horatius 1.ep.1.

Per mare pauperiem fugiens, per ſaxa, per ignes.

Toto pectore. 27

Quum syncerum & absolutum amorem significamus, Toto pectore dicimus, & Toto animo, παντὶ στόματι καὶ παντὶ θυμῷ. Cicero De legibus lib.1. Vbi illa sancta amicitia, si non ipse amicus per se amator toto pectore, vt dicitur? Citatur & apud Aristotelem in Ethicis, idque prouerbij loco, Toto animo παντὶ θυμῷ. Quáquam illud Toto pectore, etiam ad studium diligentiamque referri potest, vt facit M. Tullius lib. Epistolarum familiarium 13. epistola 1. De Scapulanis hortis toto pectore cogitemus. Idem lib. 12. Hanc cogitationem toto pectore amplectare. Seneca epist. 3. Diu cogita an tibi in amicitiam aliquis recipiendus sit: quum placuerit fieri, toto illum pectore admitte. Cornelius Tacitus in dialogo De oratoribus, Quæ syncerita ac disciplina eò pertinebat, vt syncera & integra, & nullis prauitatibus detorta, vniuscuiusque natura toto statim pectore arriperet artes honestas. Diuus Augustinus, Totis, vt aiunt, viscer.bus, alicubi dixit, veluti tropum vulgi consuetudine molliens. Hebræi dicunt toto corde.

Toto pectore admittendus amicitia dignus.

Molli brachio, Leui brachio. 27

His penè diuersum est Molli brachio, & Leui brachio, quum indiligentem operam significamus. Cicero epistolarum ad Atticum libro 2. Quòd me quodammodo molli brachio de Pompej familiaritate obiurgas, nolim ita existimes. Idem ad eundem lib. 4. Consules, qui illud leui brachio egissent, rem ad Senatum detulerunt.

Indiligens opera.

† Contrario sensu Tribonianus ad finem Institutionum Iustiniani, Vobis summo digito, vt quasi per indicem, ait, ea tetigisse possibile sit, significare methodum facilem & popularem seruasse quæ κατ' ἐπιτομὴν appellatur, qua primaria iuris capita, quatenus ad instituendos rudes conducerent est ex[illegible]

Omni telorum genere oppugnare. 28

Reperitur apud idoneos scriptores, Omni telorum genere oppugnare, pro eo quod est, modis omnibus [illegible]. Metaphora sumpta videri potest ex illo versiculo Homerico.

Ἔγχεϊ, ἀφείτῃ, μεγάλοισί τε χερμαδίοισιν. id est,
Hastisque gladiisque, & saxis grandibus urget.

Cum atque punctim.

Cui finitimum est, Cæsim ac punctim. Nam his duobus modis hostem impetimus.

Cominus atque eminus. 29

Ad eandem formam pertinet ἐγγύθεν καὶ πόρρωθεν, id est, Cominus atque eminus. Trállatum & hoc à bello, in quo nunc conserti pugnant gladiis, nunc machinis procul telam in hostem torquentes. Id si ad animi res transferatur, fiet venustius. Cum hominibus habenda pax: cæterum cum vitiis cominus atque eminus pugnandum. Qui cominus pugnant, σωματικῷ μαχεσθαι dicuntur: qui hastis, ἀφετῶν μάχεσθαι dicuntur.

Cum vitiis cominus & eminus pugnandum.

Omnem mouere lapidem 30

Πᾶσαν λίθον κινεῖ, id est, Vnumquêque move lapidem. hoc est, omnia experire, nihilque intentatum relinque. Quod adagium hoc pacto natum esse plerique ferunt. Xerxes Græcos bello adortus, quum esset apud Salaminem superatus, ipse quidem inde se mouit, verùm Mardonium reliquit qui suo nomine bellum prosequeretur. At quum hic quoque in Plateis parum prosperè pugnasset, fugatúsque esset, fama vulgo inualuit, Mardonium intra ambitum tentorij sui thesaurum ingentem humo defossum reliquisse. Hac spe pellectus Polycrates Thebanus, cum agrum commercatus est. Verùm vbi iam multum diúque thesaurum quæsisset, neque quicquam proficeret, Delphicum oraculum consuluit qua ratione posset eas pecunias inuenire. Apollo respondit his verbis πᾶσαν λίθον κίνει, id est, Vnumquenque move lapidem. Id simul atque fecisset, multam auri vim reperisse ferunt. Sunt qui metaphoram sumptam existiment ab iis qui cancros venantur in litore. nam hi plerunque sub saxis latitant, quæ mouent qui cancros quærunt. Effertur adagium etiam ad hunc modum, πᾶσαν κινεῖν πέτραν, id est, Omnem mouebo petram. hoc est, omnia perscrutabor. Euripides in Heraclidis πᾶσαν κινῶν πέτραν. sentiens nihil non fieri. Plinius Iunior 1. epist. 21. Ego iugulum statim video, hunc premo. Premit certe quod elegit: sed in eligendo frequenter erratur. Respondi posse fieri vt genu esset, aut tibia, aut talus, vbi iugulum putaret. At ego, inquam, qui iugulum perspicere non possum, omnia pertento, omnia experior, πᾶσα denique λίθος κινῶ id est, Omnem lapidem moueo. Diuus Basilius ad nepotes, At quod vt viaticum paremus, omnis lapis (vt dici solet) mouendus est. Fortassis huc allusit & Theocriticum illud in Bucoliastis:

Cancri sub saxis latitant.

Καὶ νιν ἐγὼ γραμμᾶς ἀντὶ λίθων.

De Galatea lasciuiente, atque omnia tentante quò Polyphemum à se prouocaret: id quod alibi retulimus. Scholiastes ad.nonet prouerbio dicti, significans idem valere quod πᾶσα κάλων κίνει, id est, omnem mouere funem. Addit metaphoram sumptam à ludo quopiam, in quo qui non potest alia ratione vincere concertatorem, mouet à linea lapidem, qui dicitur rex. Nam quod adfert de statua saxea, quam sua forma mouere possit Galatea, coactius est, mea quidem sententia.

Omnem mouere funem.

Omnem rudentem mouere. 31

Πᾶσαν κάλων κινεῖ, id est, Omnem funem mouere. Aliunde ducta metaphora senium eundem effecit. Aristophanes Equitibus.

Νῦν δεῖ πᾶσι δι' κάλων ἰέναι,
Καὶ λῆμμα ξυνεῖναι φρενῶν, ἡ λόγους ἀφύκτους.

Quorum versuum hic est sensus,

Nunc te necesse est omnem rudentem expedire,
Et lemma ferre vehemens, ac rationes insuperabiles.

Lucianus in Pseudomante, Καὶ πᾶσα κάλων κίνουν, ἁμάρα τε βυλόμενος, id est, Atque omnè mouebam funem, hominem vlcisci cupiens. Apollonius in epistola ad Euphratem, πᾶσα φασὶ δεῖν τὸν ἔμπειρον κάλων κινεῖν. id est, Negotiatorem aiunt, omnem funem mouere oportere. Vsurpauit & Plato in dialogo cui titulus Sisyphus, σκεπτέον γέ δια, ὡς φασὶν, ἐν λεχαίῳ μὲ πᾶσα κάλων ἰόντα, ἡ πῶν φασὶν ἀφύκτως. id est, Considerem us itaque per louem, exactè omnem (quod aiunt) rudentem laxantes. & omnem vocem emittentes. Iulius Pollux libro de vocabulis rerum primo, ἐπλέομεν πᾶσα αἰωρούντες κάλων, ἡ ἅπαν κάλως. id est, Nauigabamus omni moto rudente. & omnibus rudentibus. Ad eum modum significat difficilem nauigationem, in qua fiat omnia tentanda.

Difficilis nauigatio.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. *Nunc te*) Infinitiui ἐξῆναι proprietas non exprimitur verbo expedire. idem enim valet hic ἐξῆναι quod apud Platonem ἐφῆναι, quo vsus est in efferendo hoc prouerbio: quum diceret, πᾶσα κάλων ἐφέντες. Scimus autem ἐφέναι, verbum è verbo, esse immittere. atque hac ipsa voce vsus est (nescio an ad Græcam respiciens) Plinius iunior in quadam epistola, scribens, Proinde iure votum inuocatis diis, & inter deos ipso cuius res, opera, consilia dictaturus es, immitte rudentes, pande velaac, siquando alias, toto ingenio vehere. Quem locum citasse profuerit non tantum ad confirmandum hoc loquendi genus, sed multo etiam magis ad intelligendum quis sit apud Latinos quoque huius prouerbij vsus. qua de re tacuit Erasmus. Cæterùm quod dixit Plinius quatuor verbis, Immitte rudentes, pande vela, Græcus quidam author in suo epigrammate expressit tribus, illa quidem Platonis vocabula retinens, sed orationis formam mutans. ita enim claudit quendam pentametrum, —λαῖφος ἐφεὶς κάλως. Obiter etiam admoneo, omissum esse ab illo genitiuum σωτῆ post ἐξῆναι, vt in Græcis verbis, ita & in eorum interpretatione. cui tamen non parum subest elegantiæ. Cæterùm video & alio modo posse accipi ἐξῆναι; sed cur ab illa tam apta significatione discedere debeamus non video.

V. *Vel lemma*) maior est hic quàm in proximè præcedenti versu error, ob malè vsurpatam vocem lemma: nam hac Latini à Græcis mutuò sumpta vtuntur duobus modis. quorum vtrumlibet hic accipias, alienissimâ habebit à mente Aristophanis significationem, ac nullo pacto huic loco congruentem. Miror autem cur lectionem Aldinam λῆμα in λῆμμα mutandam putauerit. nisi fortè non veniebat illi in mentem, esse in vsu etiam λῆμα: idque longè aliud quàm λῆμμα significans: nimirum animi præsentiam, animi robur, audaciam. quæ voces ad huius loci interpretationem sunt aptissimæ.

Omnem iacere aleam. 32

Omnem iacere aleam, est rem vniuersam periclitari, fortunæque arbitrio committere. Siquidem alea, fortunæ ludus est magis quàm artis. Vnde prouerbiali figura, siquando ancipitem rei euentum significamus, quasi non ab arbitrio facientis, sed à fortuna pendentis, aleam iaci dicimus. Ita Terentius in Adelphis, vitam hominum perinde dixit esse, quasi quum ludas tesseris: vt quod iactu non cecidit, id arte vt corrigas. Lucianus in dialogo cui titulus Ὑπὲρ Ἡλιέων, Τολμῶν κυβερνᾶν τὸν κύβον. id est, Audebo tesseram iacere. Euripides in Cretico,

Anceps euentus.

Χρὴ δ' ὅτ' ἀξίως πονεῖν,
Τυχεῖν θεοβλάβητ' ἐν κύβοις δόξαντα.
id est,
Par est labore dignè ferre præmia,
Quicunque vitam fortis obtigit alea.

Aristides in Pericle, Καὶ τίς ὑπὲρ πάντων κύβος ἀπέβρεπεν. σωμάτων, χρημάτων, δόξης, νίκης. id est, Vna super omnibus alea iaciebatur, vita, pecunia, fama, principatu. C. Cæsar ad Rubiconem (qui fluuius Italiam à Gallia disterminat) paulisper secum hæsitans, animóque reputàs quam arduam rem moliretur: posteaquam ostento est animus additus, Eamus, inquit, quò deorum ostenta, quò inimicorum iniquitas vocat: iacta esto alea. Plutarchus in Apophthegmatis ad hunc modum dixisse refert, Πᾶς ἀνὴρ ἵησι κύβον. id est, Omnis iacta sit alea. Ad quod alludens Lucanus, *cadat alea fati,*

Iacta est alea, dictum Cæsaris.

Alterutrum mersura caput.

Plutarchus in vita Coriolani, extremam aleam in eundem sensum vsurpasse videtur, ὥσπερ ἔσχατον κύβον ἀφιέντα. id est, Velut extrema iacta alea.

Item Petronius Arbiter,

Iudice fortuna cadat alea.

M. Tullius lib. De diuinatione 2. Non perspicitis aleam quandam inesse horum deligendis, præsertim quum res ipsa doceat. Quum enim tristissima exta sine capite fuerint, quibus nihil videtur esse diriùs, proxima hostia latitat sæpe pulcherrime. Hic Tullius aleam dixit casum. Prouerbium desumptum videtur ex Mena dro: nam Athenæus lib. 13. hæc citat illius carmina è comœdia quæ inscribitur Arrhephorus, siue Tribadæ,

Οὐ γαμεῖς ἑαυτοῦ ἕνεκα, νῶν πολλαπλοῦν ὄν βίον.
Γεγαμηκὼς γὰρ ἂν τὸν ὄντα νῦν ἀθρήσειν μᾶλλον ἂν.
id est,
Siquidem sapis, ne conjugem vnquam duxeris.
Duxisti, proinde, quæso ne duxeris.

Huic alter respondet,

Διῳκημένον τὸ πρᾶγμα, ἀφεῖται κύβος. id est,
Decreta res est, esto iacta hæc alea.

Græci versus apud Athenæum nonnihil corrupti sunt scribarum insciti, sed nullo negotio possunt restitui: sic enim scriptos primùm arbitror,

Οὐ γαμεῖς ἑαυτοῦ ἕνεκα, πολλαπλοῦν τὸν βίον.
Γεγαμηκὼς γὰρ ἂν τὸν ὄντα νῦν ἀθρήσειν μᾶλλον ἂν,
Νῦν οὐ θεοβλαβῆ.

Vita humana ludo alee comparata.

Plato vitam humanam, teste Plutarcho, similem esse dixit alearum ludo, in quo & iacere oportet accommoda, & ea quæ cecidêrunt, rectè vti. Quod cadat, id fortunæ in manu est: distribuere verò rectè quæ fortè cecidêrunt, id in nobis situm est. Quam collationem imitatus fuisse videtur Terent. in Adelphis.

Vela ventis permittere. 33

Neque dissimili figura dixit Quintilianus in præfatione Institutionum oratoriarum, Permittamus vela ventis, & oram soluentibus bene precemur. hoc est, editionis ancipitem euentum, vtcunque cadet, experiamur. Simillimum est illud apud Senecam in Agamemnone, Fluctibus dedi ratem. hoc est, rem fortunæ arbitrio commisi. Theognis,

Fluctibus dare ratem.

Οὐκοῦν τὸν φερόμενον καθ' ἱστία λευκὰ βαίνειν. id est,
Quare nunc ferimur tendentes carbasa ventis.

Venustè Græcis πανοῦργος φέρεσθαι dicitur qui toto pectore summóque conatu rapitur ad aliquid. Ita Plutarchus in Catone seniore de Scipione. Hunc Cato reprehendebat quòd largitione corrumperet. Scipio respondit sibi non opus esse quæstore nimium diligenti, quum ipse πανοῦργος, id est, plenis velis, ad bellum raperetur. Ouidius,

πανοῦργος.

Et quotiam magno feror æquore, plenáque ventis
Vela dedi.

Sub omni lapide scorpius dormit. 34

Ὑπὸ παντὶ λίθῳ σκόρπιος εὕδει.
id est,
Sub omni lapide scorpius dormit, aut (vt metri quoque ratio seruetur: est enim anapæsticus dimeter)
Et sub lapide scorpius omni.

Admonet adagium, cauendum esse nequis apud captiosos & calumniosos temere loquatur. quicquid enim attigerit, periculum esse ne mordeatur. Contigat autem scorpios solere sub saxis cubitare: quæ siquis tollat incautius, fit vt rectus, vulnus accipiat. Conueniet & in morosos, qui quiduis causæ solent: vel in pigros, qui friuola quædam prætexentes, suffugiant laborem. Aristophanes ἐν Θεσμοφοριαζούσαις,

Scorpii sub saxis dormiũt.

Τίνα παρεμίαν δ' ἁπαξ ἔτι
Τίνα παλαιὰν ὑπὸ λίθῳ γε παντὶ πω
Χρὴ μὲ δακεῖν ῥητορ' ἀδικεῖν.
id est,
Sermo mi vetus probatur:
Nam decet lapide sub omni
Mordeat ne rhetor obstrepat.

Nicandri commentator hunc senarium citat ex Captiuis Sophoclis,

Ἔν τινι γὰρ τῷ σκορπίῳ σκορπὸς λίθῳ.
id est,
Etenim sub omni lapide scorpius excubat.

Hoc est, nimis tutum, & omnia cauenda.

ANIMAD. HENR. STAPH.

V. *Admonet adagium.*) Ita exponit hoc adagium Erasmus quasi scriptum sit, Caue à lapide sub quo scorpius dormit: vt videlicet admoneat prouerbium, Caue ne apud captiosos & calumniosos temere loquaris. Atqui effertur alio modo prouerbium, vt videmus: isto videlicet, Sub omni lapide scorpius dormit. Quod qui dicit, non monet vt caueamus à scorpio (quis enim tali admonitione opus habet?) sed monet passim & sub omni saxorum genere scorpios solere latitare. cogitandum relinquens, omne saxi genus suspectum nobis esse debere. Videtur itaque hæc prouerbialis allegoria, Sub omni lapidum genere scorpius dormit, hunc sensum apertè præ se ferre, Omni in loco reperiuntur dolosi homines, Nullum est hominum genus cui non admixti sint aliqui fraudulenti, inter omnes homines, cuiuscunque conditionis sint, insidiosi & fallaces aliqui reperiuntur. At si velimus in præcepti formam sensum huius adagij redigere, ita licebit explicare, Nulli homini incognito fidendum, nihilo magis quàm vlli lapidi temere insidendum: ne fortè sub eo scorpius latens, & qui veluti sit in insidiis (ὑπὸ καὶ λοχίους, ait Nicander) ex suis latebris sensim prorepat & incautum ponè feriat.

Non fidendum ignoto.

V. *accipiat. Conueniet & in morosos*) Hoc erit magis abuti quàm vti adagio. Nam quum hæc verba veram & vtilem admonitionem habeant, vbique esse à fraudibus & insidiis periculum: si exponamus ea de morosis aut pigris hominibus, vanum nescio cuius periculi metum in excusationem stultè proferentibus, seruum dictum veluti in iocum conuertemus, ac planè faciemus hoc prouerbium simile illi, Quid si cælum ruat?

V. Τίνα παλαιὰν ὑπὸ λίθῳ γε παντὶ πω Χρὴ μὲ δακεῖν ῥήτορ' ἀδικεῖν) Animaduerte, in his Aristophanis verbis allusionem esse non tam ad illa verba quæ Erasmus modò attulit, quàm ad ea quæ illis adiunguntur in scholio. id enim integrum ita quidam proferunt, ὑπὸ παντὶ λίθῳ σκορπίῳ εὕδει. φυλάττου μήτε δάκνῃ. alij, quorum est Athenæus, sic, ὑπὸ παντὶ λίθῳ σκορπίῳ εὕδει τοῖς ὑποδύσι. φράζου μὴ σε βάλῃ. πῶς δ' ἀφανεῖ πᾶς τις πάσχει δεινῶς. Hinc autem apparet mendosum esse hoc in prouerbio vulgatæ exemplaria Suidæ, quum ibi legatur ita, ὑπὸ παντὶ λίθῳ σκορπίῳ εὕδει. φυλάττου. nam post φυλάττου

sententiam manere imperfectam, perspicuum est. nec dubito quin ille addidisset μὴ σε δάκῃ, vel μὴ σε βάλῃ, vt est apud Athenæum. cuius tamen vulgata exemplaria (de hoc enim admonitum te esse volo) frustra adieris, vt hæc verba, & reliqua quæ modo citaui, nouenias. habentur enim in illa libri vltimi parte quæ in typographicis editionibus desiderantur.

Asinus ad lyram. 35

Ὄνος λύρας, subaudi ἀκροατής, id est, Asinus lyræ auscultator. In eos, qui propter imperitiam nullo sunt iudicio, crassisque auribus. Hunc titulum prouerbialem M. Varro satyræ suæ cuidam indidit. Eiusdem apud Gellium extant hæc verba è satyra cui titulus Testamentum, Siquis mihi filius, vnus pluréve in decem mensibus gignuntur, si (si erunt ὄνοι λύρας, id est, asini ad lyrã) exhæredes sunto. ὄνους λύρας appellat indoctos bonarũ artium, atque intractabiles. Diuus Hieronymus ad Marcellam, Quos ego quum possem meo iure cõtemnere, (asino quippe lyra superfluc canit) tamen ne nos superbiæ, vt facere solent, arguant. Et idem aduersus Vigilantium, Quanquam stultè faciam, magistro cunctorum magistros quærere. & ei modum imponere qui loqui nescit, & tacere non potest. Verum est aliud apud Græcos prouerbium ὄνος λύρας. Lucianus de iis qui mercede seruiunt, τί γὰρ κοινὸν, φασὶ, λύρᾳ καὶ ὄνῳ; id est, Quid enim commercij quod dici solet iauno cum lyra? Id m aduersus indoctum, ἀλλ' ὄνος λύρας ἀκούσεται κινοῦν τὰ ὦτα. id est. Sed asinus lyram audis, auriculas mouens. Vnde & hoc pacto effertur adagium, ὄνος τὰ ὦτα κινῶν, id est, Asinus auriculas mouẽs. Rursum ad hunc modũ, ὅταν τις ἄλλα μύθον. ὁ δὲ τὰ ὦτα κινεῖ. id est. Asino quidam narrabat fabulam, at ille auriculas mouebat. In eos, qui quum nihil intelligant, tamen perinde quasi nihil non intelligant, ita nutibus alludunt, aut arridẽt dicentibus. Est autem asino naturale, subinde mouere auriculas, veluti significanti se iam intelligere, quum nihil etiam audierit. Aliquando referunt ad asinum non auscultantem lyram sed ipsum canere conantẽ. Lucianus, ἢ μαλακὸν ᾄδει, ἢ ἁβρὸς εἶ ἄρα, ὄνος αὐλητρίδων φαίη. id est, Maximè si quando canit, cupitque festiuus ac lepidus videri, asinus (vt aiũt) ipse lyra canens. Idem in Pseudologista, τῶν δὲ πρὸς τὰ λόγου, ὅταν παρίζων πρὸς μοῦσαν ὄνος. id est, iuxta hoc ipsum quod vulgo dici solet, asinum conspiciens cithara canere tentantem. Citatur & hic versiculus,

Ὄνος λύρας ἄκουσε, καὶ σάλπιγγος ἔβα.

id est,

Asinus lyram auscultauit, & porcus tubam.

Rectè torquebitur in eos qui indecorè tentant artificium cuius sunt imperiti, & à quo natura abhorrent. Festiuiter inuertit adagium Stratonicus apud Athenæum libro Dipnosophistarum 8. Erat Cleon quispiam cui nomen inditum bouinus quum scitè caneret voce, cæterùm lyra non perinde vteretur, Stratonicus vbi canentem audisset, Olim, inquit, asinus, ad lyram dictus est: nunc verò bos ad lyram.

Asinus fabulã.

Cleon Bos.

Bos ad lyrã.

Sus tubam audiuit. 36

Σάλπιγγος ἤκουσε, id est, Tubam sus audiuit. In eos quadrabit, qui res quidem egregias audiunt, verùm eas neque intelligunt, neque mirantur. Aut in eos qui iis quæ audiunt, neque gaudent, neque commouentur. Equi tubarum clangore concitantur ad bellum: suem abigat citius, quàm animet ad pugnam. Extat apud Suidam huiusmodi tenarius:

Ὄνος λύρας ἤκουσε, καὶ σάλπιγγος ἔβα,

id est,

Asinus lyram, sus audiit stolidus tubam.

Nihil graculo cum fidibus. 37

Nihil graculo cum fidibus. Id est, Nihil stolidis & imperitis cum bonis literis. Nam graculus auis est inepte molesteque garrulitatis, atque obstrepera, adeo vt à voce qua sonat, nomen inditum putent, authore Quintil. 1. Instit. lib. Tum sui generis conuentus amat quo mutuo garritu strepitus fiat odiosior. Porrò cithara silentium postulat, & aures attẽtas. A. Gellius Noct. Atticarum extrema lucubratione, sanè quam eleganter hoc adagium torquet in quosdam pinguiore ingenio homines stolidáque loquacitate præditos, prophanos, ἀμούσους, id est à musarum sacris alienos, qui politiores literas elegãtioremque doctrinam vel videre possunt, vel etiam cõtemnere, intelligere nequaquam possunt. quos ea demum iuuant quæ ipsi scilicet didicerunt, sordida, muta, indocta. Hi pari importunitate & alienæ doctrinæ obturbant, & suam insciti am passim venditãt & inculcant, neminẽ præ se nõ cõtemnentes. Hoc igitur hominum genus Gellius à suis commentariis, quibus nihil fieri potest neque tersius, neque eruditius, quasi fastidiose quodam abigẽs, Vetus est, inquit, adagium, Nihil graculo cum fidibus.

Gellij mollis Attica.

Nihil cum amaracino, sui. 38

Atque ei continenter simile quoddam subnectit, Nihil cum amaracino sui. Hoc est stolidis vel optima putent displicẽtque. Amaracus herbæ genus, Siculorum lingua a Cinyræ Cypri regis eiusdem nominis filio dictum, quem in hanc herbam conuersum fuisse, fabulosa proditum est. Cæterùm Seruius in primum Æneidos, scribit Amaracum puerũ fuisse, regis vnguentarium, qui casu lapsus dum ferret vnguenta maiorem confusionẽ odorem creauit: vnde & optima vnguenta, amaracina dici cœperunt. hunc postea in herbam amaracũ fuisse cõuersum. Eadem dicitur & sansucum, & alius atque alius nominibus, vt author est Dioscorides in 3. lib. atque gratissimi esse odoris, atque totam odoratam. Plinius libro 13. cap. 1. inter vnguenta nobilia & amaracini facit mentionem, refertque quõdam in Coo fuisse laudatissimum, postea eodem in loco prælatum melinum. deinde docet varijs vnguẽtis admiscẽri sansucum, quemadmodum & telino. quin etiam ex simplicis amaraci succo nobilissimum vnguentum confici. Idem lib. 21. cap. 22. scribit, in Cypro sansucum laudatissimum & odoratissimum nasci, eiúsque varia ostendit remedia. atque ex eo oleum quoque fieri, quod amaracinum seu sanlucinum vocetur. Quum igitur huiusmodi sit amaracinum, contrà sue nihil immundius, nihil sordium amantius (quamobrem dixit Vergilius.

Immundi meminere sues. Pinxerea Flaccus,

- et amica luto sus. Et, *- lutulenta ruit sus.*

nihil profectò: minus conuenit rostro tuillo, quàm deliciæ vnguentariæ, quippe cui id demum dulce olet quod cœnum olet. Maximè quòd inter vnguenta, peculiari quadam naturæ proprietate amaracinum inimicum est tullo generi, ita vt illis veneni instar sit. si quidem credimus Lucretio, cuius in sexto libro hi sunt versus,

Denique amaracinum fugitat sus, & timet omne
Vnguentum quia fetigenis, pilus aere venenum est.

Sansucum.

Sue nihil sordidius.

Suem olim Ægyptij beluã vsque adeo ipsorum ducebant, vt siquis vel transiens contigisset, continuò properaret ad flumen, se pariter ac vestem abluturus. Subulcos etiam indigenas adeo inuisos haberi, vt nec in templa recipiantur, nec ad matrimonium aut affinitates admittantur, author Herodotus lib. 2. Ad hoc adagium alluisse videtur M. Tullius quum ait, Illi alabastrus vnguenti plena putet. Id est, optima pro pessimis dispice. 2. Simile quiddam dici posset de scarabeo, cui vnguentum pro stercore est, oletum pro vnguento. id quod vulgo quoque dici solere propemodum innuit Plutarchus in commentario in quo Stoicorum dogmata cum poetarum dictis componit, Αἰγύπτιοι καὶ σκαραβεῖς μύρων ἥδεσθαι, τὸ δυσῶδες διώκειν. id est, Aiunt scarabeos vnguentum fugere, grauiolentia sectari.

Ægyptij abhorrebant Ægypty.

Alabastrus vnguenti putet illi.

Scarabeus vnguentum prosternere.

Quid cani & balneo? 39

Τί κοινὸν κυνὶ καὶ βαλανείῳ id est, Quid commune cani cum balneo? Hoc equidem adagium eo libentius refero, quòd mihi refricat nouátque memoriam ac desiderium Rodulphi Agricolæ Frisij, quem ego virum totius tum Germaniæ, tum Italiæ publico luminóque honore nomino: illius, quæ genuerit. huius, quæ literis optimis instituerit. Nihil enim vnquam hoc cisalpinus orbis produxit omnibus literarijs dotibus absolutius: absit inuidia dicto. Nulla erat honesta disciplina, in qua vir ille non poterat cum summis artificibus contendere. Inter Græcos græcissimus, inter Latinos latinissimus. In carmine Maronem alterum dixisses: in oratione Politianum quendam lepore referebat, maiestate superabat. Oratio, vel extemporalis, adeo pura, adeo germana, vt non Frisium quempiam, sed vrbis Romanæ vernaculum loqui contenderes. Eloquentiæ tam absolutæ parem adiunxerat eruditionem. Philosophiæ mysteria omnia penetrauerat. Nulla pars musices quam nõ exactissimè calleret. Extremo vitæ tempore ad literas Hebraicas ac scripturam diuinam totum animum appulerat. Atque hæc conantem fatorum inuidia virum terris eripuit, nondum annos natum quadraginta, licet accipio. Extant paucula quædam illius monumenta, epistolæ

Rodolphi Agricolæ laus.

stolæ quæpiam, carmina item varij generis, Axiochus Platonis Latinus factus, Isocrates ad Demonicum versus. tum vna atque altera oratio habita in publico scholasticorum Ferrariensium cœtu. nam illic & didicit, & publicè docuit. Latitabunt apud nescio quos commentarij dialectices: nuper in publicum prodierũt, sed mutili. Verterat & Luciani dialogos aliquot: sed (vt ipse erat gloriæ negligens, & plerique mortales rem alienam sanè quàm indiligenter curare solent) nondum in lucem emerserunt. Quanquam hæc ipla quæ extant, tametsi ne edita quidem ab ipso, præclarissimam hominis eruditionem præ se ferunt. Verùm ne videat homo Germanus immodico patriæ studio cæcutire, Hermolai Barbari Veneti de eo epitaphium subscribam, elegantissimum profectò, & de quo dubites vtro sit dignius, ipsone qui scripsit an hoc quem eo exornauit. Est autem huiusmodi,

Laudis clauserunt hoc marmore fata Rodolphum
Agricolam, Frisij spemque decúsque soli.
Scilicet hoc vno meruit Germania laudis
Quicquid habet Latium, Græcia quicquid habet.

Quid quod nostro Rodolpho potuit amplius aut omnino aut magnificentius contingere, quam testimonium tam splendidum, tam plenum, idque redditum non vno, sed iam vita defuncto: nequis ab amore magis quàm à iudicio profectum causari possit? Deinde non a Germano, nequid patriæ communis studium eluet testimonij pondus: denique ab eo viro qui non solùm Italiam suam, verumetiam omne seculum hoc nostrum illustrarit: cuius tanta est apud omneis eruditos authoritas, vt impudentissimum sit ab eo dissentire. tam insignis in restituendis literis vtilitas, vt aut à literis omnibus alienissimus, aut certè ingratissimus habeatur, apud quem Hermolai memoria non sit sacrosancta. His itaque tam plenis támque absolutis viri laudibus equidem fateor me peculiarius etiam atque impensius fauere, quòd mihi admodum adhuc puero contigit vti præceptore huius discipulo Alexándro Hegio VVeiphalo, qui ludum aliquando celebrem oppid. Dauentriensis moderabatur, in quo nos olim admodum pueri, vtriusque linguæ primis elementis vti (vt paucis dicam) præceptoris tui simillimus tam inculpatæ vitæ, quàm doctrinæ non trivialis. in quo vnum illud vel Momus ipse calumniari fortasse potuisset, quòd famæ plus æquo negligens, nullam posteritatis habere rationem. Proinde siqua scripsit, ita scripsit vt rem ludicram, haud seriam, egisse videatur. Quanquam vel sic scripta, sunt eiusmodi vt eruditorum calculis immortalitatem promereantur. Itaque in hanc digressionem non temerè sum expatiatus: non quo gloriosè Germaniæ laudes iactarem, sed vt grati discipuli vicibus fungerer, & veriusque memoriæ debitum officium vtcunque persoluerem: propterea quòd alteri, velut filij debeam pietatem, alteri tanquam nepotis charitatem. Nunc ad adagium, quod me quondam puellum, Græcanicæ linguæ rudem adhuc, didicisse memini ex epistola quadàm longè doctissima Rodolphi mei: qua quidem ille Senatui Antuerpiensi, summa tum fide, tum facundia suadere conatur, vt ludo literario præficiant aliquem qui bonas literas didicerit, nec (vti solent) infanti & indocto homini id muneris committant: qui cùm se quacunque de re dicere posse confidat, ipsum dicere quid sit, ignoret. Quid enim is faciet in ludo literario profectò, vt Græco diuerbio vtar, id ipsum quod canis in balneo. Lucianus aduersus ineruditum: ἐγὼ γὰρ ὁρῶντων ὑμῶν καὶ θαυμαζόντων ὅσα τοῖς ἀπαιδεύτοις ἐπιτρέπετε, τί ποτὲ ἂν εἴη καὶ βλαπτόμενος id est, Atque vnusquisque conspicientium protinus illud vulgo tritissimum in te iacit, Quid cant cum balneo? Idem in Parasito, ἐγὼ δέομαι μὲν ὑμῶν, ὦ συμποσίου φιλόσοφοι πολὺ μᾶλλον, εἴ τι καὶ βλαπτόμενος εἶπον. id est, ac mihi, mea quidem sententia, tale quiddam videtur Philosophus in conuiuio, quale canis in balneo. Quadrabit in eos qui ad rem quãpiam prorsus sunt inutiles, ita vt in balneo nullius est omnino canum vsus.

Hermolai Barb.

Græcæ in præceptores Erasm.

Canis in balneo.

Asinum sub fræno currere doces. 40

Asinum sub fræno currere doces. hoc est, doces indocilẽ. Nam equus ad cursum idoneus, asinus ad equestrem cursum inutilis. Horat. 2. Serm. Satyr. 3.

Infelix operam perdas, vt si quis asellum
In campum doceat parentem currere fræno.

Acron admonet prouerbialiter dictum de asino. Est autem diuersum illi quod alibi retulimus, ἐπὶ τοῦ τὰ ἀπρεπῆ καὶ ἀνοίκεια ἐπιτηδεύοντος, id est, Equum in campum.

Alienam metis messem. 41

Ἀλλότριον μετῶ θέρος, id est, Alienam metis messem. Duplex est vsus huius adagij, quippe quod pariter & in eos conuenit qui commoditatibus aliena partis opera potiuntur: & in eos qui negotium non suum parum diligenter curant. Ducta metaphora à vetusto more, quo vicini rustici in demetenda segete mutuam inter sese operam commodabant. Est autẽ hominum more, vt in suopte quisque negotio lõge sit attentior quam in alieno. Id quod elegãter admonet Apologus ille de cassita: quem non pigeret referre, nisi promptum esset cuilibet apud A. Gellium legere. Potest & eò referri, quòd aliquoties fit vt electis iis qui tementem fecerunt, alij in eorum locum succedant, citráque laborem alienis fruantur sudoribus. Vnde Maronis illud, Ecl. 1.

Vetustus mos messorum.

—en quis consevimus agros.

Aristophanes in Equitibus, ἀλλότριον μετῶν θέρος, id est, Alienam metens messem. Dictum est in Cleonem, qui in rem paratam, multisque laboribus à Demosthene prius labefactam veniens, Pylo capta, gloriam omnem victoriæ in se transtulit: Demosthenis præter inuidiam nihil relictum. Cui cõsũne est illud Homeri ex Odyssea lib. 1.

Cleonis ethos.

Ἐπεὶ δίκαιον ἄλλοτρον τῶνδε ἔδμεν. id est,
Quandoquidem impune victum comedunt alienum.

Eandem sententiam Aristophanes in eadem fabula sic extulit,

Εἶτ' ἐξαπατῶν' ἐπεῖτ' ἐφαρμακεύων
Ἕλαιος ἐπεὶ τὸν μέτρον ὠφελήσειν. id est,
Ego obambulans sub obscuram noctis,
Atte requente, illam paratam furtis.

Penelopes telam retexere. 42

Penelopes telam retexere, est inanem operam sumere, & rursum destruere quod effeceris. Natum ex Homero, qui lib. Odyssex 2. fingit Penelopen Vlyssis vxorem Procos iam vrgentes hac conditione delusisse; vt tum se promitteret nuptiam, vbi telam quam habebat in manibus, absoluisset. Quam cõditionem posteaquam illi accepissent, mulier astuta, quod interdiu texuisset, id noctu retexere cœpit.

Penelope vt procos deluserit.

Ἔνθα γυναῖκα μὲν ἐφαίνετο μάλα ἰδυῖαν,
Νύκτας δ' ἁμήσασκε, τανηλεγέος δι' ἄνακτος. id est,
Illa diuina quo deus ingenium contexere telam,
Verum eadem animum solebat nocte lucernis.

Vsurpat hoc adagium Plato in Phædone. Item Cicero Acad. quæst. lib. 2. Quid quod eadẽ inquit illa ars, quasi Penelopes tela, retexãs, tollit ad extremum superiora? Sentit autem de dialectica, quæ isdem in iis rationibus quibus cõfirmauit aliquid, rursum soluit ac destruit, vt nihil iam actum videatur. Seneca De beneficijs quinto, Quid enim boni est, nodos operosè soluere, quos ipse vt solueres fecerit? Aristides in defensione quatuor oratorum, ἐγὼ δὲ οἶδ' ὅτι ἐστὶν ἀναίσθητον ὃν ἂν ἀναπλῶσι τὰς σοφὰς, πολὺν ἀλαφρείαν, μικρὰν φορτίσαντες, id est, Ita telam nescio quam retexentes, quã tum enim faciunt compendij, tam sapientia, tantum rursum dispendij dum arrogantes euadunt. Hoc quoniam alijs prouerbijs, quæ mox dicemus, subnectit, indicat numerum & hoc esse prouerbium.

Dialectica cõfirmat ac destruit.

Annosam arborem transplantare. 43

Γεραὰν δένδρον μεταφυτεύειν, id est, Vetulam arborem transplantare. Ita eos dicitur qui serò atque exacta iam ætate conantur dediscere quibus diu inuenes assueuerint. Aut simpliciter de iis quæ frustra moliuntur. Neque enim loco mouenda arbor vbi iam alte fixerit radices, sed quum plantula adhuc est. nam veteres negabant arborem transferri posse vel minorem bima, vel majorem trima. teste Plinio. Videtur autem adagium ad quercum peculiarius pertinere, quæ omnium altissimè radices agit, vt & Κρὸς τὴν δρῦν, γεραὰ δρῦς. Siue quòd hãc arborem omnium primam arbitrantur fuisse, quapropter & Ioui sacra arbor, & lylua Dodonæa, querna fuit, vnde prima omnium oracula reddita creduntur. Elegãter vsus est hoc adagio Seneca libro Epistolarum 13. epistola prima, Hæc, inquit, si nimium trista videbuntur, villæ imputabis, in qua didici ab Ægialo diligentissimo patrefamilias (is enim nunc huius agri possessor est) quanuis vetus arbustum posse transferri. Hæc nobis senibus discere necessarium est, quorum nemo non olitetum alteri ponit.

Quercus, omnium prima arbor.

Vide Plin.

Harenam metiris. 44

Ψάμμον μετρεῖς, id est, Harenę modũ quęris, siue metiris. hoc est, rem inanis laboris atque inexplicabilem inceptas. aut, frustra conaris quod nequeas efficere. Athenæus lib 6. Alexidem quẽdam adducit qui innumerabilia dixerit ψαμμακόσια, velut equantia numerum harenarum. ὀνομάσαι τὸ χρυσίον ψαμμακοσίους. id est, nominibus vtens harenaginta, vt Græcè vocis figmentum imiter. Plato in Theæteto, Μᾶλλον αὐτὸν λαθεῖν ἢ οἱ τῆς θαλάττης ψαμάθους χοῦς, id est, Magis illum latet quàm maris, vt dicitur, harenæ.

ψαμμακόσια

Vndas numeras. 45

Κυμάτων μετρεῖς, id est, Vndas numeras. Eundem cum proximo ferè locum habet: Vergilius vtranque paræmiam eleganter attigit lib. Georgic. 2.

Quem qui scire velit, Libyci velit æquoris idem
Discere quam multa Zephyro turbentur arena:
Aut, vbi nauiger Arctoo nascentior Eurus,
Nosse quot Ionij veniant ad littora fluctus.

Theocritus in Charitibus,

Αλλ' ἴσον ἐς μαχεῖν ἐστὶ κυμάτων μετρεῖν,
Ὅστ' αἰεὶ χειμῶνι κλύζεται ἁλὸς ὄδυ. id est,
Nàmque perinde fiet quasi si numerare labores
Quot ventò è pelago trudunt ad littora fluctus.

Videri potest ab Æsopico quodam apologo natum adagium, quem refert Lucianus in Sectis: Olim quendam in maris littore sedisse, conantem singulas vndas pernumerare: cumque, vndas vndis trudentibus, obrueretur, animóque malè angeretur, quòd eas numero complecti non posset, adiens callida vulpes opportuno cõsilio sic hominem subleuauit: Quid angeris (inquit) propter vndas quæ præterierunt? Hinc numerare incipias oportet, illas missas facias.

Surdo oppedere. 46

Et id è plebe petitum: est res vilius & sordidius, quàm vt in classem meliorum allegetur.

Παρὰ κωφῷ κτυπεῖν. id est, Apud surdũ crepitum edere. Prouerbium est, vbi quid frustra fit, aut vbi peccatur apud stupidos qui non queant sentire. Siue quum conuiciis incessitur is qui perinde negligit quasi non audiat. Refertur à Diogeniano & à Suida.

Aranearum telas texere. 47

Τὰ ἀράχνια ὑφαίνειν, id est, Aranearum telas texere. Est in re frugi locuta, nullíusque frugis, infinitum atque anxium capere laborem. Refertur prouerbij vice à diuo Basilio in initio enarrationis Hexaemerõ. Vnde & apud Diogenem Laertium in vita Zenonis, Philotophus quidam rationes dialecticas, aranearum textis similes esse dicebat, quæ cùm operosum quoddam atque exactum præ se ferant, tamen nugatoriæ sint atque imbecilles. Et alius quispiam, leges cum aranearum textis comparabat, quæ cùm à magnis auibus facilè discinderentur, muscas duntaxat irretirent.

Rationes dialecticæ telis aranearum similes. Anacharsis id fuit.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. *quæ cùm*) Puto lapsum memoriæ Erasmum hic posuisse magnas aues ὑπὸ σφηκῶν ὑφαίνειν. Sic enim apud Stobæum, ὥσπερ γὰρ εἰς ἀράχνια ἐαυτὸν ἐμπίπτων τις ὑπὸ κόνωπος, καθήκται, καὶ ὑπὸ σφηκὸς ξύλου μεγέθει ἀφιπτάτου ἅπτεται &c. cuiusmodi apophthegma quidam Anacharsidi adscribunt.

Laterem lauas. 48

Feruntur huc confines aliquot apud Græcos paræmiæ, quibus operam inanem significamus, veluti πίθον πίνειν, id est. Laterem lauas. id quod vsurpat Terentius in Phormione, Loquárne? incendam. Taceam? iastigem. Purgem me? laterem lauem. Theocritus in Charitibus,

Καὶ λάτιν εἰς ἁλὸς ἀκτὰν πλύνειν πίθον. id est,
Et nigram silicem lauisse liquentibus vndis.

Inania opera.

Lapidem elixas. 49

Cui simillimum est quod refertur apud Aristophanem in comœdia cui titulus, σφῆκες, Λίθον ἑψεῖς, i. Lapidẽ decoquis: pro eo quod est, maniter laboras. Αλλ' ὅταν αὐτοῖσιν τούτοις, κἂν λίθον ἕψῃς, ἄλεσσον. i. Quin vbi quis obiecrauerit, demisso sic capite, Lapidem decoquis, inquit. Neque enim vnquam mollescit lapis, quantumuis diutina coctione. Generaliter conuenit in quanuis inanem operam, speciatim in hominem durum, nullísque precibus mollescentem,

Aethiopem lauas. Aethiopem dealbas. 50

Eandem vim habent, Αἰθίοπα σμήχειν, id est, Æthiopem lauas. Et, Αἰθίοπα λούειν, id est, Æthiopem dealbas. Lucianus in libro contra indoctum, καὶ πρὸς τὴν παροιμίαν, Αἰθίοπα σμήχειν ἐπιχειρῶ. id est, Ac iuxta proverbium, Æthiopem lauare conor. Nam natiuus ille Æthiopum nigror, quem Plinius ex vicini lydens vapore putat accidere, nulla abluitur aqua, neque vlla ratione candescit. Hoc item peculiariter quadrabit, quum res parum honesta verborum fucis adornatur: aut quum laudatur illaudatus: aut docetur indoctus. Adagium ortum videri potest ab Æsopica fabula. Nam quidam mercatus Æthiopem, & existimans eum colorem non natura, sed superioris domini negligentia accidisse, nihil non adhibuit eorum quibus vestes candefieri solent. adeóque perpetuis lotionibus miserum diuexauit, vt illum in morbum impulerit colore, qui fortè manente.

† Pertinet huc Luciani distichon,

Εἰ τὸ μέλαν τρίχωσις δύναται διὰ τέχνης.
Οὐ δύναται, διάπλυσις τοῦτο καθηγεμών.

sic reddidit Acacius Cibicensis:

Abluit Æthiopem quid vis natura negare?
Iamdiu ars nigrum nemo potest facere.

Mala natura, aut etiam consuetudo improba pertinacè morosum, ceruicosam, vt mulierem impetiosam, seruũ sibi placentem, hominem inutilem qui recens ad honores sit euectus. Iuuenalis huc fortasse non male quadrat:

Mobilis & varia est semper natura malorum,
Cumque semel sumpsit pecudis conuicia, quidlas
Atque nefas, tandem desipiunt gestire capillis
Crinibus, tamen ad mores natura recurrit
Damnatos, fixa, & mutari nescia.

Arare littus. 51

Littorales arae steriles fere.

Αἰγιαλὸν ἀρᾶν, id est, Arare littus. Est sterilem operam sumere. Antonius ad Theonem,

Quid geris extrema, positus tellure, in ora?
Cultor in arenarum tales cui littus arandum?

Significans eum inaniter laborare. Huius peculiaris vsus erit, quum officium impenditur is cum à quo nihil sis fructus aliquando percepturus. veluti si quis doceat ὄνον νίτρα, aut beneficium collocet in ingratum. Salsitas enim facit vt littorales oræ fermè sint steriles: quod etiam prouerbio tessatum est, ἁμαθώδης χέρσος, id est, Salsiginosa vicinia, pro sterili. Lit autem ad ea loca, vbi humor marinus, vt nec arbores ferat atque huiusce rei varias adfert causas Plutarchus in commentario De causis naturalibus, primo ἠθικῶν problemate.

Harenæ mandas semina. 52

Stupidum docere.

Εἰς ἀμμον σπείρεις, i. Harenę mandas semina. Propterea quòd steriles harenæ, maximè littorales: nec idoneę ad fementem. O Liuone Paridi apud Ouidium,

Quid facis, Oenone, quid harenæ semina mandas?
Non profecturis littora bubus arat.

In Brabantis triticũ serunt harenæ.

Atqui in nostra Brabantia sunt agricolæ tam industrij, qui fertilissimas harenas cogant & triticum ferre.

In aquam sementem facis. 53

Εἰς ὕδωρ σπείρεις, id est, In aquam sementem iacis. Theognis,

Ἴσον ἐς ὑγρὸν σπέρμα βάλλε πολλῆς. id est,
Tam vti qui aquoreis semina mandat aquis.

Beneficium in ingratos perit.

Loquitur de his qui beneficium conferunt in ingratos atque improbos homines, idque perinde perire dicit, quasi fementem facias in vndis marinis. Aristophanis interpres & hoc pacto effert prouerbium, εἰς θαλάττην σπείρεις, id est, in mare fementem facis.

In saxis semina. 54

Stolidum instituere.

Κατὰ πετρῶν σπείρειν, id est, In saxis fementem facis. Quò quidem allusisse credi potest allegoria Euangelica de semine quod in petras inciderit. Nam hoc terræ genus ferè sterile est, vel quia non potest aratro proscindi, vel quia quod satum est non habet quò radices agat.

Ignem dissecare. 55

Meminit & huius adagij Basilius orat. πρὸς νέους.

— Εἰς πῦρ ξαίνειν, i. Ignem diuerberare. Ad hanc formam pertinet, quanquam hoc inter Pythagorica retulimus symbola. Aristides in communi defensione quatuor Rhetorum, ἐλήλυθε γὰρ αὐτῶν ἑκάστῳ τοῦτο πάσχειν ἐπιχειρῶν, εἰς πῦρ ξαίνων, καὶ λίθον ἑψῶν, καὶ σπείρων εἰς πέτρας. id est, Nõ intelligebas autem teipsum omnibus illis prouerbiis obnoxium esse: quòd ignem diuerberares, quòd lapidem elixares, quòd in saxis fementem faceres? Taxat Platonem qui apud Dionysium tyrannum nullum omnino fecerit operæpretium.

In aqua

In aqua scribis. 56

Nerram lucet. Κατ' ὕδατος γράφεις, Εἰς ὕδωρ γράφεις, id est, In aqua scribis, hoc est, nihil agis. Lucianus in Tyranno, Πλούτων ὁ Ναξίων, ἢ κατ' ὕδατος, φησὶν, ὕδωρ γράφεις, πρὸς Μικύλλου τινὰ ὀβολὸν ἀφορῶν: id est, Vtrum ludis Charon, an iam in aqua, quod aiunt, scribis, qui quidem à Micyllo obolum aliquem expectes? Plato in Phædro, ἢ οὐκ ἀνάγκη αὐτὰ εἰς ὕδωρ γράφειν μέλανι, σπείρειν δὲ κάλαμον; id est, Num hæc studiosè in aqua scribet nigra, semininis calamo? Extat huiusmodi senarius inter sententias Græcas,

Ἀνδρῶν δ' φαῦλον ἀγόρευμα εἰς ὕδωρ γράφειν. id est,
Hominum improbum non inscribe vsque quaque aqua.

Id istud prauat Xenarchus in Pentathlo apud Athenæum lib 10

Ὄμβρον δ' εἰς ὑδαρῆ γράφειν εἰς ὕδωρ γράφω. id est,
Imbrem tenuem scribo vt aquas tuas fumma. Item Catullus,

-mulier cupido quod dicit amanti,
In vento & rapida scribere oportet aqua.

In harena ædificas. 57

Εἰς ψάμμον οἰκοδομεῖς, id est, In harena ædificas. Ad quod Euangelica parabola videtur alludere, Non consilit quod super harenam structeris. Proinde rectè vsurpabitur vbi quis negotium aggreditur inutile futurum, vtpote non rectè iactis antè fundamentis. Inutile negotium.

Ventos colis. 58

Ἀνέμους γεωργεῖς, id est, Ventos colis. Colis autem dicebatur pro eo quod est, agricolationem exerces. Refertur à Zenodoto: dicitur in eos qui è suis laboribus nihil fructus reportant. Labores inutiles.

Ferrum natare doces. 59

Σίδηρον πλεῖν διδάσκεις, id est, Ferrum fluitare doces. De iis qui rem conantur, quæ repugnante natura, nequaquam fieri possit.

Cribro aquam haurire. 60

Κοσκίνῳ ὕδωρ ἀντλεῖ, ἢ ὑπορρέει. id est, Cribro aquam haurit. Quod etiam in obliuioso non inconcinnè diceretur. Plautus in Pseudolo, Non pluris refert quàm si imbrem in cribrũ geras. Id autem olim inter ἀδυνατολογίας habitum, vel illud est argumento, quod inter prodigia refertur, Tuciam virginem Vestalem aquam cribro tulisse, anno ab vrbe condita sexcentesimo nono, teste Plinio libri 28. capite 2. Cuius meminit Dionysius Halicarnasseus libro Romanarum antiquitatum secundo. Sumptum à fabula Danaidum puellarum, quas Plato scripsit apud inferos hoc pœnæ genus pendere, vt assiduè aquam in dolium pertusum vasis item pertusis inferant. Alciphron in epistola Galeni ad Cyrtonem, Καὶ τὸ λεγόμενον δὴ τῶν, εἰς Δαναΐδων πιθοὺς ἀμφορέας ἐγχέομεν πίθους. id est, Ac iuxta prouerbium, amphoras in Danaidum dolia infundimus. Lucianus in Timone, Ὥσπερ ἐκ τορνευτοῦ τετρυπημένου. id est, Tanquam è cophino perterebrato. Effertur & ad hunc modum, εἰς πίθον τετρυπημένον ὕδωρ ἀντλεῖς. id est, In dolium pertusum aquã haurit. Plautus in Pseudolo, In pertusum ingerimus dicta dolium. operam ludimus. Tuscia vestalis cribro aquam tulit. Danaides.

Apud simum, odorum vaporem spargis. 61

Εἰς σίμον θυμιᾷς, id est, In simum aromatũ odorẽm spargis. Nam perit omnis fragrantia, simique fœtore vincitur. Est apud Suidam. Conueniet autem in eos qui rem egregiam indignis adhibent. quod genus est illud, In lente vnguentum. In lente vnguentum.

Oleum & operam perdidi. 62

Eodem pertinet & illud quod est apud Plautum in Pœnulo, Tum pol ego & oleum & operam perdidi. id est, quicquid insumpsi, seu rei, seu laboris, id frustra insumptum est. Metaphora ducta est à gladiatorum ac palæstritarum certaminibus: in quibus certaturi, vnguentis quibusdam oleaceis perungebantur. Cicero in Epistolis, Nam quid ego te athletas putem desiderare, qui gladiatores contempseris? in quibus ipse Pompeius profitetur se & oleum & operam perdidisse. Quanquam potest & ad lucubrantium lucernas referri: sicuti Cicero fecisse videtur, scribens ad Atticum libro 13. Ante lucem quum scriberem contra Epicureos, de eodem oleo & opera exaraui nescio quid ad te, & ante lucem dedi. Idem ad eundem alibi, Non deflemus, ne & oleum & opera nostræ philologiæ perierit: sed conferamus tranquillo animo. Quo quidem in loco plus habet gratiæ, quòd ad rem animi translatum sit. Ergo hinc oleum pro sumptu positum est: nam & sic effertur adagium. Plautus in Rudẽtibus Et operam & sumptum perdunt. Eodem pertinet etiam illud quod coruus ille salutator sonare didicerat. Opera & impensa periit. Cuius fabulæ meminit Macrobius libro Saturnalium 2. quã (quoniam haudquaquam indigna memoratu videtur) non grauabor adscribere, idque ipsius verbis. Sublimis, inquit, Actiaca victoria reuertebatur Octauius, occurrit ei inter gratulantes coruum tenens, quem instituerat hoc dicere, Aue Cæsar victor imperator. Miratus Cæsar officiolam auem, viginti millibus nummũm emit. Socius opificis, ad quem nihil ex illa liberalitate peruenerat, affirmauit Cæsari illum habere & alium coruum: quem vt adferre cogeretur, rogauit. Allatus, verba quæ didicerat expressit, Aue victor imperator Antoni. Nihil exasperatus, satis duxit iubere illum deuidere donarium cum contubernali. Salutatus similiter à psittaco, emi iussit eum. Idem mirratus in pica, hanc quoque redemit. Exemplum sutorem pauperem sollicitauit vt coruum institueret ad parem salutationem: qui impendio exhaustus, sæpe ad auem non respondentem dicere solebat, Opera & impensa periit. Aliquando tamen coruus cœpit dicere dictatam salutationem. Hac audita dum transit Augustus, respondit, Satis domi salutatorum talium habeo. Superfuit coruo memoria, vt & illa quibus dominum querentem solebat audire, subtexeret, Opera & impensa periit. Ad quod Cæsar risit, emique auem iussit quanti nullam adhuc emerat. Hactenus Macrobij verba reddidimus. Diuus Hieronymus ad Pamachium videtur huic adagio velut alterum quoddam adagium subtexuisse, Oleum perdit & impensa qui bouem mittit ad ceroma. Siquidem hoc ipsum, Bouem ad ceroma mittere, prouerbium fuit, pro eo quod est docere indocilẽ: aut id muneris quempiam accipere, ad quod obeundum minimè sit idoneus, videlicet ingenio repugnãte. Nam ceroma dicitur vnguentum quo olim vngebantur athletæ: id ex oleo certisque terræ generibus conficiebatur. Porrò ad certamina bos inutilis est. *Oleum, pro sumptu.* *Et operam & sumptum perdere.* *Auis salutatrix.* *Opera & impensa periit.* *Bouem ad ceroma mittere.* *Ceroma vnguentum athletarum.*

Reti ventos venaris. 63

Δικτύῳ ἀνέμους θηρᾷς, id est, Reti ventos captas. De frustra laborantibus. aut qui ritè sequuntur ea quæ nulla sit assequendi spes: aut qui rem inanem inaniter captant. Nam vtre contineri ventus potest, reti nequaquam.

Tranquillum æthera remigas. 64

Αἰθέρα γαληνὸν ἐρέσσεις, id est, Aere tranquillo remigas. Apud Zenodotum refertur de incallum laboratibus. perinde est quasi dicas, Aerem diuerberas, remigantium more.

Mortuum flagellas. 65

Νεκρὸν μαστίζεις, id est, Mortuum flagellas. In eos, qui obiurgant illos qui nihil prorsus obiurgatione commouentur: aut qui vita defunctos insectantur ac lacerant.

Ollam exornas. 66

Χύτραν κατάλλεις, id est, Ollam exornas, siue picturas. De iis qui in re vehementer absurda frustra conantur. Ineptus enim labor, ollę vasi contempto, & culinariis vsibus destinato, picturæ lenocinium adhibere. Cui simillimum quiddam vulgo iactatur, Bracteis aureis inaurare iuglandium putamina. *Conatus absurdus.*

Ouum adglutinas. 67

Ὠὸν κολλᾷς, id est, Ouum glutino cõpingis. Refertur à Diogeniano. Ridiculè laborat qui fractum ouũ putamen glutino farcire & coagmentare conetur.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. Κολλᾷς) Quomodo κολλᾷς possit esse verbum indicatiui modi, præsentis temporis, secundæ personæ, quod significet adglutinas, intelligere non possum. à κόλλαω enim esset κολλάεις, & per contractionem κολλᾷς: & hoc in vsu potius quàm illud, vt θοάεις potius quàm θοᾷς. Quia tamen κολλᾷς vicinius est lectioni quam habemus, reponendum puto: aut certè futurum κολλήσεις, id est, adglutinabis. Vt si quem videamus multum temporis & laboris frustra impendentem in rem aliquam, illi dicamus ὠὸν κολλήσεις, Ouum conglutinabis. id est, Si hoc effeceris quod efficere conaris, perinde fuerit ac si ouum conglutinaris. Vel, Non minus in hac re tempus atque operam perdes quam in ouo conglutinando. *Correctum verbum κολλᾷς in κολλήσεις, κολλάεις.*

Oleum philologiæ.

Vtrem cædis. 68

Αὐλὸν δέρεις, id est, Vtrem cædis, aut Vtrem excorias. Extat apud Aristophanem in nubibus. Ad quod alludisse videtur Apulems in Asino, quum meminit de tribus vtribus à se percussis ac vulneratis. Sumptum vel à Bacchi sacris, vel ab iis qui percussis vtribus inanem mouent strepitum.

Vtrem vellis. 69

Huic simillimum, αἰγὸν τίλλεις, id est, Vtrem vellis. Vel quòd non sentiat, vel quòd pilis careat.

Actum agere. 70

Terentius in Phormione, One, actum (aiunt) ne agas. τὸ πραχθὲν μὴ πράξῃς. A iudicorum consuetudine sumptum, qua fas non est iterum agere causam de qua iam sit pronunciatum. Plautus, Rem actam agis, id est, incassum laboras. Quintus Fabius apud Titum Liuium, Dec. 3. lib. 8. Scio multis veltrum videri, Patres conscripti, rem actam hodierno die agi, & frustra habiturum orationem, qui tanquam de integra re, de Attica prouincia sententiam dixerit. M. Tullius libello De amicitia, indicaedici solitũ de negotio quod præpostere geritur. Sed cùm multis, inquit, in rebus negligentia plectimur: tum maximè in amicis & deligendis & colendis. Præposteris enim vtimur consiliis, & acta agimus: quod vetamur prouerbio.

Negotiũ præpostorum.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. *Sententiam.*) Idem in prouerbio, Priusquam mactaris, excoriis, ex loco hoc Ciceronis probare vult, hoc adagium, Actum agis, esse finitimum illi, Priusquam mactaris, excoriis. Quod mihi persuaderi nullo modo potest, ob eas quas proteram ibi causas.

Cotem alis. 71

Ἀκόνῃ ἀτίζεις, id est, Cotem alis. Dicitur in homines edaces, plurimique cibi: qui nihilo tamen habitiores inde reddantur. Nam in cotis macilẽtum hodiéque vulgo iactatur adagium, quum aiunt, tam pinguem quàm cotem, macilentum quempiam esse significantes. Hermolaus Barbarus in epistola quadam ad Picum interpretatur hoc prouerbium pro male collocare beneficium, vnde non fit reditura gratia: vt affine sit illi quod alibi dicetur, Ale luporum catulos, quum ex beneficio redit mala gratia.

Pinguem vt cotem, pro macilento dicimus.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. Ἀκόνῃ ἀτίζεις, *id est, Cotem alis*) ἀτίζειν hic non simpliciter significat alere, sed largo cibo alere ad laginandum: quemadmodum & ἀτάλλειν, à quo ἄτυτος, vt ab illo ἄτυτος, pro faginato. quo modo & altilis à Latinis vsurpatur. Ac ἀτίζειν significare hic quod dico, apparet ex declaratione Zenobij, siue, vt vult Erasmus, Zenodoti. qui his verbis ἀκόνῃ ἀτίζεις (ita enim legitur illic per infinitiuum) subiungit, ὅθεν ἐστὶ προφέρειν μὲ πολλῆ χρημένων, ἐφ' ὧν ἡ εἰς τὸ κάμα ἐπιδόσεως. Sed & apud Suidam totidem habentur verba excepto hoc πολλῆ: omisso, non consultò, sed librarij incuria.

ἀτίζειν, quid.

Hylam inclamas. 72

Ὕλαν χραυγάζεις, id est, Hylam inclamas. De frustra vociferantibus: aut in genere, de nihil proficientibus. Ab huiusmodi casu natum adagium, Hylas Theomantis filius, quum esset inter Argonautas formosus adolescens, adamatus est ab Hercule. Is quum esset in Mysia, fortè aquatum egressus; in fonte periit: vnde & à Nymphis adamatus ac raptus fingitur. Ad hunc vestigandum missus est Polyphemus, qui ingenti vociferatione nomen inclamabat Hylæ, neque quicquam tamen profecit. Atque hinc ortum prouerbium. Vergilius videtur ad nautarum clamorem retulisse, quum ait, Ecloga 6.

Hylas, puer formosus.

Hu adiungit, Hylam nauta quo fonte relictum
Clamassent, vt litus Hyla Hyla omne sonaret.

Meminit huius & Theocritus in Idyllio 13.

Τρὶς μὲν Ὕλαν αὔησεν ὅσον βοὸς ἄγριος ἀμήρ.
Τρὶς δ' ἀπ' ὀ πεύκης ὑπέμυκεν, ἀμᾶ δ' ἴαχεν ἄστυ. id est,
Ter quanto potuisset Hylam clamore vocabat,
Magnum intendens imo de gutture vocis:
Ter puer audyit, ac tenuis vox perculit aures.

Nihil obstat quo minus ad sacrorum consuetudinem referatur, quæ in Hylæ rapti memoriam sunt instituta, in quibus Hylæ nomen inclamabatur. Id fuerit venustius atque concinnius, vbi quis rem absentem frustra desiderat, vel deplorans, vel optans. Vt si quis ad inopiam redactus, optaret sibi centum talenta quæ quondam habuisset. Ad hanc paroemiam respexisse videtur Aristophanes in Pluto,

Vsus adagij venustior.

Νοῦς ἐστὶν ἀπόντος, καὶ μάτην κλαίεις. id est,
Desiderat absentem, mutter vecors.

De Mercurio dictum, placentas illas deplorante quas in sacris comederat aliquando edere.

Inaniter aquam consumis. 73

Μάτην ἄρα ἀνήλισκεν ὕδωρ, id est, Inaniter consumis aquam. In eos quadrabit qui frustra suadent. A prisco more iudiciorum sumptum, in quibus ad clepsydræ modum dicebatur. Æschines contra Demosthenem, ostendit primam aquam infundi solere actoribus, alteram patronis, tertiam iudicibus ad poenam constituendam, nisi primis sententiis reus fuisset absolutus. Et Demosthenes Æschinem prouocat vt vel in sua aqua, si possit, dicat quod decretum fuisset ipso vnquã authore scriptum, ἀφ' οὗ γε τοῦτο ἐγὼ γέγραφα πλείστου. Huc alludens Lucianus ἐν τῷ πρὸς τὸν ἀπαίδευτον μισθοῦ συνόντων, in rhetorem quendam iocatur, qui apud barbaros in conuiuio diceret, nõ ad aquæ, sed ad amphoræ vinariæ modum. Idem in Bis accusato, ἀνήλισκε γὰρ τὸ ὕδωρ μάτην. id est, Nam illius fauc in præsentia fluit aqua. Videtur id lubindicare Plato in Theæteto, quum aut quosdam σμικρὸν ὕδωρ, id est, ad pusillum aquæ, docere posse quæ gesta sint. Idem in eodem, κατατήκει τὸ ὕδωρ μου. id est, Viget enim aqua fluens. quòd oratoris sit ad præscriptas clepsydras dicere. Apuleius in Asino aureo, Rursum præconis amplo boatu citatus accusator quidam senior exurgit, & ad dicendi spatium, vasculo quodam in vicem colli graciliter fistulato, ac per hoc guttatim defluo, infusa aqua, populum sic adorat. Plinius Iunior Falconi, Et qui iubere posset tacere quencunque, huic silentium clepsydra indici. Idem Arriano, Dixi horis pene quinque. Nã viginti clepsydris, quas spatiosissimas acceperam, sunt additæ quatuor. Quintil. lib. 11. Et in quid ipse tibi sumas, probandum est: & laboratam congestamque dictum ac noctium studio actionem aqua deficit. Marcus Tullius in calce secundi libri Tusculanarum quæstionum, Cras ergo ad clepsydram: sic enim dicimus. Idem De oratore libro 3. de Pericle loquens, At hunc, inquit, non clamator aliquis ad clepsydram latrare docuerat, sed (vt accepimus) Clazomenius ille Anaxagoras, vir summus in maximarum rerum scientia. Proletas apud Athenæum libro secundo, πανοῦργε, ὕδωρ οἱ ῥήτορες, ὡς ὕδωρ ἄγουσιν. id est, Tantum, vt solent rhetores, ad aquam dixi. Fuerat autem de aqua sermo. hinc capta est allusionis gratia Demades iocabatur in Demosthenem ὑδροποτεῖν, quòd cæteri quidem ad aquam dicerent, Demosthenes ad aquam scriberet. Philostratus in Adriano sophista, τοὺς ἀπὸ κλεψύδρας appellat sophistas qui ad aquam exercebantur. Porrò primi horas & vmbris horas distinguebant. P. Scipio Nasica primus reperit clepsydram, qua nubilo quoque die ac noctibus horæ distinguerentur. Nunc pro clepsydris, clepsammis & ὡρολογίοις vtuntur horologiis.

Ad clepsydrã dicere.

Qui primus clepsydram reperit.

In aere piscari, Venari in mari. 74

Eiusdem generis sunt & illa quæ Plautus vsurpat in Asinaria, In aere piscari, & in Mari venatriculo. Quadrabunt simpliciter in eos qui frustra moliuntur τὰ ἀδύνατα, aut qui prepostere sibi quærunt aliquid vbi ne sperari quidem potest. Vt si quis in magistratibus vitam tranquillam, in voluptatibus beatam, in opibus felicem quærat. Itaque Libanus seruus ab hero suo Demeneto iussus vt vxorem ipsius argẽto defraudaret, significans nulla ratione fieri posse vt à muliere tenacissima quicquam auferretur: Iube, inquit, vna me opera piscari in aere, venari autem taculo in medio mari.

Qui frustra quid moliuntur.

Aquam è pumice postulas. 75

Superiori non admodum diuersum quod apud eundem poetam legitur, Aquam è pumice postulare. propeo quod est, frustra ab alio petere, cuius ipse, à quo petas, maximè sit indigus. Nihil enim pumice lapide siccius, nihil siticulosius. Perinde ac si quis ab indoctissimo doceri postulet, ab inconsultissimo consilium expectet, ab egeno munus, ab inope præsidium: denique ab auaro ac tenaci pecuniam. Plautus, Nam tu aquam è pumice nunc postulas, qui ipsus situat. Pumex, inquit idem, non æquè est aridus atque hic senex. Est autem Pumex lapis cauernosus quo solent poliri codices: natura adeo siccæ, vt si in vicem bullientem immiseris, feruorem extinguat: non solùm ad tempus, sed in totum. Nec aliud in causa putat esse Theophrastus, nisi quod

Pumex, siccissimus lapis.

Quæ causa pumicis sit natura ficta.

quòd vehementissima siccitate spumam totam ad se trahere nitatur. Meminit & de Chio quopiã Eudemo, qui pumice ære conspersò aceto munire sese consueuerit, vt post septimam hellebori potionem, nec balneis, nec vini potatione prouocaretur ad vomitum.

Nudo vestimenta detrahere. 76

Spes vana.

Ad hanc sententiam pertinet hoc quoque quod ab eodem est vsurpatum poeta, Nudo vestimenta detrahere. pro eo quod est, ab eo sperare emolumentum, cui ne sit quidem quod auferri queat. Sic enim idem Libanius in Afinaria Plautina admonitus ab hero vt ab ipso per fallaciam argentum abraderet, quo filio emeretur amica, Maximas, inquit, nugas agis. Nudo detrahere vestimẽta me iubes. Adducit & D. Chrysostomus prouerbium vulgo iactatum, quo dicebant, nec à centum viris vnum nudum spoliari posse. Apuleius Asini lib. 1. scripsit, nudum nec à decem psaltritis posse spoliari.

Antherícum metere. 77

Antherícum, herba. Antherices.

Τὸν ἀνθέρικον θερίζειν, id est, Antherícum metere, dicebantur qui laborem inanem ac sterilem caperent Antherícus, herbæ genus quod meti nõ possit, sed vellimanibus necesse est, velut & linum. Antherices vocantur summa spicarum fastigia, siue atheres. Herodotus asphodeli caules, antherices vocat, teste Suida: quos & tenaciores ait esse quam vt frangi queant. Antherici meminit & Plinius lib. 21. cap. 17. In Græcorum commentariis reperio promiscuè positum antherices & atherices.

Ex harena funiculum nectis. 78

Ἐκ τῆς ἄμμου χορδὴν πλέκειν, id est, Ex harena funiculum nectere. Est frustra conari quod nulla ratione potest effici. Quid enim stultius quàm ex harena, quæ nullo modo cohærescit, funem velle nectere? Prouerbium vtrumque, nempe tum hoc, tum quod proximè retulimus, vsurpat Aristides in communi detentione quatuor oratorum, Καλλιόπης Κλείς τινὰ χρηματιεῖ, ἢ τὰ διαμαρτὰ σοφίζοντες, σκιᾶ τινὶ λόγους ἀνακλώντες, (ὥσπερ ὁ Σοφοκλῆς) ἢ ἀνθέρικον θερίζοντες, ἢ ἐκ τῆς ἄμμου χορδὴν πλέκοντες, ἢ οἷόν ἐστιν ἰσχὺν ἀνιλύοντες. id est, Verùm abdentes sese en secessus quosdam, illic admirabilem illam comminiscuntur sapientiam, vmbra quadam attrahẽtes verba (quemadmodum abs te dictum est Sophocles) antherícum metentes, ex harena nectentes funiculum. & haud scio quam retexentes telam. Significat his adagiis, vmbraticum illud Philosophorum studium nihil omnino fructus afferre. Columella in præfatione carminis De cultura hortorum, Nã etsi multa sunt eius quasi membra, de quibus aliquid possumus effari: tamẽ eadem tam exigua sunt, vt (quod aiũt Græci) ex incomprehensibili paruitate harenæ funis effici non possit. Prouerbium peculiariter accommodabitur ad vius huiusmodi: siquis conetur in concordiam redigere moribus longè dissimillimos, & inter quos nihil omnino conuenit: aut siquis orationem ex argumentis dissonis contexat, quasi Chimæram quandam fingens, & huiusmodi mõstrum cuiusmodi describit Horatius, humano capite, equina ceruice, reliquis item membris ex variis animantium generibus ita collatis,

Vbratile tractant Philosophi.

Monstrum è varia conflatum.

- vt turpiter atrum
Desinat in piscem mulier formosa superne.

Ab asino lanam. 79

Cui finitimum est & illud, Ὄνου τρίχας ζητεῖς, id est, Asini lanas quæris. De iis qui stultè quærunt ea quæ nusquam sunt. Effertur adagium etiam ad hunc modum, Ὄνου τρίχας, id est, Asini lanæ. Aristophanes,

Τίς ἂν τὸ λῆμμα πεῖσεν, τίς εἰς ὄνου τρίχας; id est,
Asinis quis ad lanam suadeat? in Lethes solum?

Per asini lanam, res vanas significans, & quæ nusquam sunt. Trimeter Græcis constat, si tollas alterum τίς.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. *Iste adagium etiam*) Prouerbium Ὄνου τρίχας, vel potius τρίχες aut τρίχα (nec enim fidendum est vulgatis Suidæ exemplaribus) Aristophanis interpres non ait de iis quæ nulquam sunt dicti, sed re inutili. οὐ γὰρ αἱ τῶν ὄνων τρίχες χρήσιμοι εἰσιν, inquit. id est, Neque enim asini τρίχες vllam vtilitatem adferunt. Sic & Eustathius, ὅτι ἐπὶ ἀνωφελῶν καὶ ἀχρήστων vsurpari scribit. sed apud eum malè effertur prouerbium ita, εἰς ὄνου τρίχας, perperam addita præpositione ex Aristophanis loco. Cæterùm quum eius scholiastes ait asini τρίχας nulli vsui esse, fatetur illum habere τρίχας quam vocem cùm absurdam videatur hoc loco lanam vertere (quis enim asini lanam vsui non esse dixerit, cùm nullam habeat? malim interpretari villos. At quam altero modo effertur adagium ὄνου τρίχας ζητεῖς, tunc τρίχας interpretanti lanam; non repugnabo. Neque enim Asini villos quæret, iactari posset in eum qui stulte quæreret quod nusquam reperiri posset, si verum sit asinum habere villos. Nisi forte quis respondeat esse quidem villos asino, sed quos habiturum se nemo iperare debeat. Quamobrem Quoniam, vt ait Aristophanis enarrator, τὸ ὄνον ἔστι πεκτεῖν τις δύναται, ἔστι κείρειν. id est, asinum pectere potest quisquam, neque tondere. Quod etiam videntur existimasse qui Asinum tondes vsurpari putauerunt ἐπὶ τῶν ἀνωφελῶν διηλέγχοντες, id est, de iis qui impossibilia tentant. quæ etiam eiusdem enarratoris est sententia. Idem verò ait eam ob causam quòd neque pecti neque tondi possit asinus, prouerbium ὄνου τρίχας dici ὅτι ἐπὶ ἀνωφέλητον καὶ ἀδυνάτου. Suidas quoque ait prouerbium vsurpari ὅτι ἐπὶ ἀνωφέλητον (nam ex errore est in vulgatis editionibus ἀνοήτων) καὶ μὴ ὄντων. at ego scire velim de quibus asinis hoc intelligendum sit, eos neque pecti posse neque tondere. nullum enim vidi in quo hæc essent impossibilia, nimirum eius villos (præter paucos quosdam) pectere, eosdemque tondere. Sed agasonum hac de re esto iudicium. missum enim hunc sermonem faciam. ne de lana asinina disputans, de lana caprina disputare dicar.

Asinus neque pectitur neque tondetur.

Asinum tondes. 80

Eundem sensum habet, ἐπ' ὄνου κείρεις, id est, Asinum tondes. De iis qui rem absurdam atque inutilem aggrediuntur: propterea quòd asinum neque pectere pectis, propter villos: neque tondere, cùm lanam non habeat. Huius meminit Aristophanes in Ranis.

Lupi alas quæris. 81

Lupus alatus nusquam.

Λύκου πτερὰ ζητεῖς, id est, Lupi alas quæris. De iis qui quærunt ea quæ nusquam sunt. Aut vbi quis verbo dantaxat territat, atque re nunquam facturus quod minatur. neque enim fieri potest vt lupus alatus inueniatur. Prouerbium recensetur à Suida.

Quæ apud inferos. 82

Is fuit Ocnus, ac quo Lamiastæ in hortis & Fun. 33. ea. vndecimo de quo paulo post.

Eodem loco interpres admonet & huius adagij. tanquam eundem habẽtis sensum, τὰ εἰς ἅιδου, id est, Ea quæ apud inferos, citatque Aristarchum auctorem: inque inde natum putat, quòd Cratinus finxerit quendam apud inferos funem torquentem: asinum autem assidentem ea quæ ille tam tornaret, atque ita inaniter laborare qui torquebat. Quanquam illud τὰ εἰς ἅιδου, generaliter ad omnia pertinet quæ poetarũ fabulis traduntur, nulli credita nisi pueris, vnde quum inania somniisque similia significabimus, aptè dicemus, τὰ εἰς ἅιδου. Athenæus lib. Dipnosophistarum 4. refert, Democritum scripsisse volumen cui titulus fuerit, τὰ περὶ Ἅιδου, prodigiosis, vt coniectãdum est, refertum fabulis: & hinc potest videri ductum prouerbium.

Liber Democriti.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. *Eodem loco interpres admonet & huius adagij.* Imò verò nihil minus quàm hęc verba, τὰ εἰς ἅιδου, prouerbialia esse tradit. Nam hos Aristophanis versus enarrans,

Τίς τὸν ἀπεπίλας ὃν κακῶν ἐγὼ πράγματα;
Τίς δέ σ' ἀλόφους πλέξει, πῶς ὄνου τρίχας,
Ἢ ῥαφήσεις, πῶς πάσεται, πῶς οὐ τιλεῖ πρώτη;

postquam dixit, Aristophanem ex hoc secundo loco quem appellat ὄνου τρίχας (id est asini villos) indicare τὰ ἀδύνατα ἢ κατὰ ἅιδου, id est, impossibile esse vt extent apud inferos quæ feruntur extare: addit, paucis interiectis, λέγεται δὲ ἐγ ὄνου κείρειν, ὅτι τὰ ἀδύνατα ὀλιγωρεῖται. ὁ δὲ πρὸ τοῦ φαμὲν καὶ τὸ κόπρια πεκτεῖν, ἢ κωφὸν ἀκούσασθαι. ἀλλάττει δὲ καὶ τὸ εἰς ἅιδου. ἐπὶ τῶν οὖν ὄνου τρίχας ἀντὶ τοῦ ἀδυνάτων. id est, Dicitur etiam, Asinum tondes, de iis qui aggrediuntur impossibilia. eodem videlicet modo quo dicimus, Olam varegas, & Stercus odoribus perfundis. Impossibilia sunt autem & quæ apud inferos (ἀδύνατα ἢ κατὰ τὸ εἰς ἅιδου) propterea figitur asini villos poetico more finxit. Hæc ille: non dicens prouerbium esse τὸ εἰς ἅιδου: sed in eos qui aggrediuntur impossibilia, iactari hoc inter cætera, Asinum tondes. quoniã verò itidem ἀδύνατα ἢ τὰ εἰς ἅιδου, id est, impossibiles sunt res quæ apud inferos esse commemorantur: ideo poetã finxisse locum quendam illic appellari asini lanam, eius nomen sumendo à re quam impossibile est

esse indicare volentem, nihilo magis esse posse res quæ apud inferos esse narrantur, quàm esse posset res illa à qua locus ille nomẽ accepit. Obiter autem & de hoc te admonebo, vt quæ hic dicuntur ab Erasmo. Eodem loco interpres admonet, &c. ita intelligas, Eodem loco vbi est prouerbium, ὄνος πίνει sive πίνει, interpres Aristophanis admonet, &c. Hoc enim ita dicit quasi hoc prouerbium proximè subiungeretur illi, Ab asino lanam, quanquam in eo non citauerat ipsum interpretem, sed tantùm poetam.

V. *atque Aristarchum authorem*) Lapsus memoria hoc dixit. nõ enim à scholiaste Aristophanis, sed à Suida hic Aristarchi locus citatur in prouerbio ὄνος πίνει.

Contorquet piger funiculum. 83

Ocnus funẽ torquet.

Huic adeo simile est vt idem videri possit quod de ocno ono, id est, pigro asino, refert Pausanias in Phocicis, apud Ionas, vt ait, celebratum, σκάλλει ὄκνος τὸν δύσκολα, id est, Torquet piger funiculum. Ipsius verba super hac re subscribam, Μετὰ δὲ αὐτοὺς αὐτός ἐστι καθήμενος (ὄκνος δὲ ὄνομα τῷ) λίχνῃ δὲ ἄθροπτον) πυροίσιν μὲ ταῖς χερσὶν, παρέστηκε δὲ ὄνος ἔστε· ὑποδύσασα τὸ πεπεγμένον αἰεὶ τῷ χαμαὶ. ἔδει δὲ ἡ ὄνος, φίλεργός φασιν αὐθρωπον, γαμεῖται δὲ ὄχθη δυσκόπῳ· ἡ δὲ οὐτίσω συλλέξασα ἐργαζόμενον, ἐπολὺ ἀπόνως ὑπὸ ἀκαίρου ἀφύλακτον. εἶδε δὲ καὶ ὑπὸ ἰδίων, ὁ αὐτὸς ἔδεσε τοῦτο πανοῦργα· δεῖ ἐδὼ ὄνους φέρειν τὸν αἰρόμενον· εἰς ὁ αὐτὸς ὗτος σκάλλει τὸν ὄνον τὸν δύσκολον. id est, Post eos vir quidam est sedens (titulus indicat eum ὄκνον esse) factus est autem ad hunc modũ: vt ipse funiculum torqueat, attante asella, quę quod tortum fuerit assiduè abrodat. Hunc Ocnum aiunt hominem esse industrium, operique intentum, sed vxorem habere sumptuosam ac prodigam: vt quicquid is suo labore corraserit, id mox absumatur ab illa. Cognitũ autem est mihi, etiam ab Ionibus dici solere, si quem conspexissent in re quapiam elaborantem quæ nihil haberet emolumenti, Hic homo funiculum Ocni contorquet. Videtur argumentum picturæ sumptum ab occasione vocis ancipitẽ obtinentis significationẽ. siquidem σκάλλειν τὸν βίον aiunt Græci, pro comparare victum: Colligit autem qui rem agit, dissipat qui profundit. Atque hoc quidem argumentum apparet olim multorum artificum operibus fuisse celebratum. Siquidem Plinius in historia mundi, lib. 35 cap. 11. inter Socratis egregij pictoris argumẽta, commemorat & de asino spartum arrodente. Et piger, inquit, qui appellatur ocnos, spartum torquens, quod asellus arrodit. Fertur idem picturæ genus & Delphis fuisse, à Polygnoto Thasij dicatum. Quo quidem negant desidem & ignauum significatum (quemadmodum existimat Varro) imò laboriosum magis & industrium, sed cui sit vxor prodiga. Eoque Pausanias ait, non marem asellum, sed fœminam in pictura fuisse. Idem argumentum, marmore cælatum, Romæ duobus visitari locis, nempe in Capitolio, & in hortis Vaticanis, Hermolaus Barbarus testis est. Vsus est hoc adagio & Propertius,

Dignior obliquo funem qui torqueat Ocno,
Æternúmque tuam pascat asella famem.

Verùm illud interim admirãdum, cur Plinius eum scripserit appellatum ocnum, id est pigrum, qui funem torqueret, ac non magis asellum arrodentem: maximè cùm Propertius eum ocnum appellet qui torqueat, sed illi torqueri funem, vt asinum intelligas citius quàm torquentem. Meminit huius adagij Plutarchus in commẽtario πῶς ἂν τις ἀπὸ φίλων, ἀλλ' ὥσπερ ἐν ᾄδου ζωγραφούμενοι χρεοπόνους, ὧν τοὺς μὲν πονοῦντας ὑπὸ ἀκολασίας τὸ πεπλεγμένον καταλύοντας τὸ πλεκόμενον. id est, Sed quemadmodum apud inferos depictus is qui funem torquet: cui adest qui depascens absumit id quod tortum fuerit.

ANIMAD. HENR. STEPH.

Corrigit verba Plutarchi.

V. *inferos*) Huius loci Plutarchi falsam lectionem protulit, cui respondentem affert interpretationem. tu vtranque corrige, ita legens Græca verba, ἀλλ' ὥσπερ ἐν ᾄδου ζωγραφούμενοι χρεοπόνους ὧν τοὺς μὲν πονοῦντας ὑπὸ ἀκολασίας τὸ πεπλεγμένον καταλύοντας τὸ πλεκόμενον. & ea Latinè sic interpretans, Sed quemadmodum is qui apud inferos depictus habetur funis contortor, asino cuidam permittit depascenti absumere quod contorquetur. Miror autem cur verterit ᾧ τοῦ παρόντι, cui adest. nam ᾧ τοῦ quidem significat cui: sed παρόντι pro adest, hoc est, pro πάρεστι, nullo modo accipi queat.

Littori loqueris. 84

Ἀκτῇ λαλεῖς, id est, Littori loqueris. Refertur à Græcis adagiorũ collectoribus. Dictum in eos qui frustra vel suadent vel orant: perinde quasi surdo loquantur. Nam littora propter assiduum fluctuum fragorem, surda dicuntur. Ouidius, *Littora surda.*

Surdior ille freto, clamantum nomen Orestæ,
Transit mornatis in sua tecta comis.

Vento loqueris. 85

Suidas addit & hoc, Ἀνέμῳ λαλεῖς, id est, Vento loqueris. pro eo quod est, inaniter. Nam ventus omnia dissipat, cogitque euanescere. Vnde & Auris discerpta mandata dixit Vergilius, quæ abierant in oblivionem, Æneid. 4. Plautus in Mostell.

Hic nescit quidem mihi secus fabulari vento.

Consimili figura apud Athenæum legitur, γῇ καὶ οὐρανῷ λέγων, id est, Cælo ac terræ loqui. *Cælo ac terræ loqui.*

Mortuo verba facit. 85

Νεκρῷ λέγεται μῦθος ὡς ὦτα, id est, Mortuo ad aurem fabulam narrare. Plautus, Mortuo verba nunc facio. Terentius, Verba fiunt mortuo. Rursum Plautus, Nihilo pluris refert quàm si ad sepulchrum mortuo dicat iocum. Pertinet huc quod est apud Æschylum in Agamemnone,

Ἐστὶ δ' ἐλευθέρᾳ ζόῃ φωνὴν πρὸς τύμβον μάτην. id est,
Frustra ad sepulchrum vana plores mortui.

Natum adagium à ridicula consuetudine veterum, vita defunctos ter voce cientium (vnde & conclamati dicebantur:) præterea in pompis funeralibus multa deplorantium erga mortuum. Quem morem irridet Lucianus in libello De luctu, quem nos Latinum fecimus. *Conclamatio.*

Surdo canis. Surdo fabulam narras. 87

Eandem vim habet, κωφῷ ᾄδῃ, id est, Surdo canis. Vergilius in Bucolicis, Eclog. 10.

Non canimus surdis: respondent omnia sylvæ.

Horatius,

-narrare putaret asello Fabellam surdo.

Terentius in Heautontimorumeno,

Nam vis haud sit quàm mihi nunc surdo narret fabulam.

Item Titus Liuius de bello Macedonico libro decimo, Quæ vereor ne vanis auribus cecinerint. Æschylus in Ἀγαμέμνονι,

Ἤκουσας ἢ σε λανθάνει κωφὸς λόγος id est,
An audisti, an non audisti? num surdo loquor?

Allusit huc Ouidius Amorum lib. 3.

Quid tuvat ad surdas si cantet Phemius aures?
Quid miserum Thamyram picta tabella iuvat?

Ortum videtur à ridiculo casu, quo sæpe fit vt hospes incidat in surdum, quem percontetur multa, ridentibus iis qui surdum nouerunt. *Surdus surdè nasum.*

Frustra canis. 88

Ἄλλως ᾄδῃς, id est, Frustra canis. Πρὸς κωφὸν ᾄδεις, id est, In vanum cantas. De iis qui frustra suadent. A cantoribus ductum, qui quum ingrati sunt auditoribus, inaniter canunt, cùm à nemine audiantur: aut qui canunt suo sumptu, nihil suferentes præmij. Nam cantilenam Græci prouerbiali metaphora frequenter appellant orationem. Inde est illud in Euripidis Hecuba, Ἥξει τί μολὼν; id est, Veniet aliqua cantilena. & Eandem cantilenam canis, & Ad aures occinere, & ἐξῆλθε τὸ μολὼν φιλτάτῳ, id est, præter cantum lusans. Vsurpant adagium hoc, ac simul expositit Lycophron poeta, *Cantilena.* μολὼν.

Τοιῶν ἀλαλάξων ὡς κυὼν ὑδρᾶς κτύπον,
Λιτὰς κενὰ δαρδὰ φορμίζων μάτην. id est,
Itaque tibi vanos fratum sonos,
Inane & indomita pulsans carmina.

Interpres addit, prouerbium ad hunc etiam efferri modum, Εἰς κωφὸν κρούειν τὰς χορδάς. i. Frustra pulsas chordas. Sumptum autem à citharœdis, qui sic canunt vt nihil accipiant muneris, & domi cibum capiant. hoc est, suo sumptu, suóque victu, quemadmodum ait Plautus, aliis cantent. Nisi cui videbitur ad apologum Æsopi referendum, de tibicine frustra pisces inuitante cantilena. nam audierat Arionis fabulam.

Lapidi loqueris. 89

Λίθῳ λαλεῖς, Lapidi loqueris, eundem sensum habet. Et apud Terentium in Eunucho. lapis pro stupido bruto quo homine ponitur aliquoties. Non insolitum est quod *Lapis pro stupido & inerti.*

quod refert Laertius, Cuidam interroganti quanam in re melior esset cuiusvis filius si erudiretur. Si nihil aliud, inquit Aristippus, certè in theatro non sedebit lapis super lapidem.

Parieti loqueris. 90

Πρὸς τὸν τοῖχον λαλεῖς, id est, Parieti loqueris. Et hoc quoque refertur à Græcis collectoribus. Effertur & ad hunc modum, διὰ τοίχου λαλεῖν. id est, Per parietem loqui. Dici consueuit vbi quis rei quippiam faceret vehementer absurdæ. Fortassis ab amantibus sumptum: qui qui ad fores ac fenestras, aut etiam parietes amicarum perinde loquuntur nonnunquam, quasi sensus aliquis illis adsit. Plau. in Truculento vsurpat pro eo quod est taciturо loqui: Ego, inquit, ero paries: loquere tu.

Amabilis mentis.

Nugas agere. 91

Latinis perinde atque Græcis tritum adagium, Nugas agere, pro eo quod est, rem friuolam ac nihili facere, seu frustra conari. Λῆρον λαρεῖν, Atticis familiare, id est, Nugas nugaris. Aristoph. in Nebulis, Socratem subtilium nugarum antistitem vocat, quasi friuolarum argutiarum authorem, σὺ τὸ λεπτόνουν λῆρον ἐμοῦ. Λῆρος μακρὸς dixit Galenus lib. τῶν διαπύων φυμάτων 2. Λῆρος οὖν μακρὸς ἔδει εἶναι πᾶσι πόροις ἐντὸς τῶν φυμάτων ὑπάρχων. id est, Magnæ igitur nugæ sunt omnis pororum suppositio ad vim naturalem. Iucundius fit quum refertur ad personam, veluti apud Athenæum lib. 8.

Οἱ μωροὶ, φασὶ, λῆρόν εἰσιν.

id est,

Porrò pertus nugas esse prædicat.

Λῆρος.

Dicunt & ὀλίγον, id est, deliras ac desipis. quod est translatum ab aniculis, quæ posteaquam ætatis vitio cœperunt desipiscere, futiles quasdam nugas blaterare solent. Ausonius ad Paulum,

Phœbus iubet verum loqui.
Et si Persias patitur lirare sorores,
Nusquam ipse torquet ἄλλαντα.

In quibus versibus obscurior est allusio, ac propè dixerim inepta. Nam homo bilinguis pariter ad vtrumque sermonem, & duplicem nominis significatum respexit. siquidem λῆρος Græcis nugas significat, & lira seu porca Latinis vocantur sulci. Nam agricolæ primum proscindunt, dcinde comminuunt glebas, postremò liuant.

Lira seu porca. Delirare.

Proinde subtexuit, nũquam ipse torquet ἄλλαντα. Olim enim agricolatores delirare dicebantur qui à recto sulcorum ordine deflecterent. Inde translumptum ad eos qui desipiscunt.

Conatus irritus.

In cælum iacularis. 92

Εἰς τὸν οὐρανὸν πέδιλον, id est, In cælum sagittam torques. Est apud Zenodotum ac Suidam, de iis qui frustra laborant: aut qui audent eos lacessere quos nó possunt lædere: nihil enim ferire potest qui in cælum torquet, nisi quód diuos videtur petere. At non rarò fit vt iaculum in ipsum mittétem recidat. Extat huiusmodi quædam sententia in prouerbiis etiam Hebræorum, nempe apud Ecclesiasticum cap. 27. Qui in alterum mittit lapidem, super caput eius cadet, & plaga dolosa dolosi diuidet vulnera: & qui foueam fodit, incidet in eam, & qui statuit lapidem proximo suo, offendetur in eo, & qui laqueum alij ponit, peribit in illo.

Delphinum cauda ligas. 93

Δελφῖνα οὐρᾷ τινὰ δήσεις, id est, Delphinum cauda alligas. In eos qui quippiam incassum conantur: propterea quòd Delphinus cauda sit lubrica, nec ea parte teneri queat. aut quòd cauda sit valida, cuius agitatione fertur & naues aliquando subuertere, vt hac parte sit inuictus. Quadrabit & in eos qui ea via quempiam aggrediuntur, qua nequaquam possit superari.

Cauda tenes anguillam. 94

Αὐτὴν οὐρὰν τὴν ἔγχελυν ἔχεις, id est, Cauda tenes anguillam. In eos aptè dicetur quibus res est cum hominibus lubrica fide perfidisque: aut qui rem fugitiuam atque incertam aliquam habent, quam tueri diu non possint.

Folio siculno tenes anguillam. 95

Huic diuersum est illud, Τῷ θρίῳ τὴν ἔγχελυν, id est, Folio siculno anguillam subaudiendum, tenes, Vbi quis alioqui fugax & lubricus, arctiore nodo tenetur quàm vt possit elabi. Nam hic folium scabrum est (vt cui nomen etiam inditum ab asperitate scripserit Plutarchus, atque ob id ad retinendam anguillam natura lubricam vel maximè idoneum.

Medius teneris. 96

Huic sententiæ cõsine est illud apud Aristophanem in Ranis, τὸν ἔχεις μέσον. id est, Nunc medius teneris. De eo qui sic tenetur vt extricare sese nulla ratione possit. Translatum à palæstritis atque athletis, qui si quem medium corripuerint, facilè vincunt. Sunt autem verba Æaci ad Bacchum, ἀλλὰ νῦν ἔχει μέσον. id est, At nunc medius teneris. Eodem pertinet illud apud Terentium, Sublitnem medium arripere.

Delphinum natare doces. 97

Δελφῖνα νήχεσθαι διδάσκεις, id est, Delphinum natare doces. In eos competit qui monere quempiam conantur in ea re, in qua quum sit ipse exercitatissimus, nihil eget doctore. Nam Delphinus in natando perniciissimi impetus est, ita vt non modo superet omne natabium genus velocitate, verumetiam terrestrium animantium, vt author est Ælianus lib. 12. Quin & naues transilit, seque contento spiritu, telis in morem eiaculatur.

Aquilam volare doces. 98

Ἀετὸν πέτεσθαι διδάσκεις, id est, Aquilam volare doces. Diuersa metaphora sententiam eandem declarat. quod enim Delphinus inter pisces, id Aquila inter volucres. Quibus id etiam commune quòd vterque παιδιφιλὴς esse narratur. Allusisse videtur huc Gregorius in epistola quadam ad Eudoxum Τοὺς πολλοὺς ἡμᾶς χαίρειν, ἢ τοῦ μὴ πολλοὺς εἶναι δυσωπεῖσθαι. Sine valere vulgus, sine esse graculos qui volatum aquilarum probent.

In eodem hæsitas luto. 99

Terentius in Phormione, In eodem hæsitas luto. In eos competit qui sic implicantur negotio quopiam vt se nequeant extricare. A victoribus translatum, qui simulatque in lutum inciderint, quum alterum pedem conantur educere, altero altius immerguntur: rursum, vt hunc extrahant, alter quem eduxerant, denuo est infigendus. Eodem alludens Horatius, Serm. lib. 2. Sat. 7.

Canno plantam euellere.

Nequicquam (inquit) *cano cupiens euellere plantam.*

Huic simile est. In eodem hęsitare vestigio. Quint. Cursius lib. 4. Tertium diem metu exangues, iam armis suis oneratos in eodem vestigio hærere.

In aqua hæret. 100

Vsurpatur huic non dissimile prouerbium à M. Tullio lib. Officiorum 3. Dicit ille quidem multa multis locis, sed aqua hæret, vt aiunt. Significat autem Epicurum parum secum in disputando constare, séque ipsum inuoluere, dum ea quæ dicit alibi, pugnant cum iis quæ dixit alibi, atque ita quasi fluctuare, neque in solido cõsistere. Id quod euenire solet iis, qui quum aberrent à vero, verborum fucis rem inuoluunt. Translatum apparet vel à fluitantibus, qui vado destituti, huc atque illuc iactantur: quóque magis se commouent, hoc maiore periculo laborant. Aut certè ab oratorum clepsydra, de qua meminimus alibi: vt cum in aqua hærere dicamus, qui sese, distillata iam aqua, tamen è causa non potest expedire. Cicero ad Q. fratrẽ lib. 2. Quod idibus & postridie fuerat dictum, de agro Cãpano actũ iri, nõ est actũ. In hac causa mihi aqua hæret. Incertum, vtrum significet eam actionem integram sibi relinqui, an causam esse inextricabilem. Huc referendum illud quod paulo superius ex Quintiliano citauimus, Et laboratam congestámque dierum ac noctium labore actionem, aqua deficit. Nec abhorrent ea quæ pòst dicemus in prouerbio, Hæret in vado.

Epicurus inconstans.

Hæret in vado.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. qua) Cicero non dicit, Hæreo in aqua: sed, Mihi aqua hæret: & in loco proximè citato. Sed aqua hæret, vt aiunt. non autem, in aqua hęret. Quare viderit Erasmus vnde sumpserit illud, In aqua hæret. Videsne verò cum illo viri docti quæ sit huius adagij significatio. nam ipsemet alibi aliter explicat.

CHILIADIS PRIMAE CENTVRIA QVINTA.

Multa cadunt inter calicem supremáque labra. 1

VLPIANVS Apollinaris grammaticus apud Aulum Gellium in Noctibus Atticis lib.13.cap.26. duo quædam adagia notat,alterum Græcum, alterum Latinum : quorum amborum eadem sit sententia. Græcus est versiculus, Inquit, hexameter μεμιμένος,

Πολλὰ μεταξὺ πίλνα κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου.

id est,

Multa cadunt inter calicem supremáque labra.

Quo monemur,nihil tam certũ sperari, neque quicquam tam esse vicinum, quod non repentinus aliquis casus queat interuertere.adeoque non esse tutum venturis fidere, vt vix etiam illa sint certa quæ manibus tenemus. Originem adagij quidam ad huiusmodi fabulam referunt.Ancæus Neptuni & Astypalex Phœnicis filius,quum vitem sereret, grauitérque ministris instaret,vigerétque quidam operis tædio commotus in herum, negauit futurum vt ex ea vite herus vnquam vinum gustaret.Pòst vbi vitis prouenissent fœliciter, atque vuæ maturuissent, herus exultans lætitia,seruum eundem accersit,atque vt sibi vinum infundat,iubet.Deinde iam calicem admoturus ori,seruo quæ dixisset,redigit in memoriam, quasi vanam exprobrans diuinationem.At ille sententiam hanc hero respondit, Inter calicem ac summa labia,multa posse interuenire. Seruili sententiæ fauit euentus. nam inter loquendum priusquam ille vinum hauriret, alter quidam minister ingressus, nunciat vinetum ab apro quopiam immani vastari.Quibus auditis, Ancæus depósito poculo, protinus in aprum fertur,à quo inter venandum percussus interiit. Vsurpauit hoc adagij Lycophron in Iambicis,

Ancæi fabula.

Εἰδὼς δ' ἐμὸν σὺ κακὸν μαθὼν ἔπι-
Ως πολλὰ χωλὸς κἀδύνατος πεσεῖν
Μέσον ποτηρὴν κἀκφυγόντων χειλέων.

id est,

Misér at ego meo dicta cognoscens malo,
Vt plurima inter poculum ac labrum, olet.
Vertisse fatum,res agens mortalium.

Interpres erat Aristotelem authorem, qui & ipse de Ancæi fabula meminerit,in qua illud variat.Ancæo vitem inserenti, vatem accersitum quempiam prædixisse non futurum vnquam vt ex ea vinum gustaret. & expresso in calice vino,vatem irrisisse tanquam ψευσόμενον. Reliqua conueniunt cum iis quæ ex aliorum relatu commentariis. Festus Pompeius ab augure quopiam vicino,qui fortè præterierit, prædictum indicat. Lycophron autem aliò detorsit, nempe ad Agapenorem patrem, & Ancæum Aëtoris & Eurythemistidis filium,& ad aprum Calydonium. Dionysius apud Zenodotum, mauult parœmiam ad Antinoum referre,de quo meminit Homerus in Odyssea 22. Is Antinous erat vnus ex procis Penelopes, cui poculum tenenti, iámque bibere paranti, Vlysses iugulum telo transfixit. Atque ita manibus elapso poculo,concidit atque interiit. Sed non ab re fuerit Homericum carmen adscribere,

Antinous, procus Penelopes.

Ἡ, καὶ ἐπ' Ἀντίνοῳ βάλετο φίλον ἦτορ ἀγαυοῦ·
Ἤτοι ὁ καλὸν ἄλεσσε περιφραδὲς ἐν μεγάροις,
Χρύσεον, ἀμφωτον· καὶ δὴ μετὰ χερσὶν ἔμελλε
Οἴνου πίειν ἐέρσην· φρεσὶ δὲ οἱ οὐκέτι θυμῷ
Μνήσασθαι (τίς κ' οἶνον μετ' ἀνέρα δαιτυμόνα,
Μοῦνον ἐπὶ πλείονα, καὶ εἰ μάλα καρτερὸς εἴη,
Οἵ τινα δηϊάων τε κακὸν καὶ κῆρα μέλαιναν;)
Τὸν δ' Ὀδυσεὺς ᾧ λαιμὸν ὑπηνήνατο βαλὼν ἰῷ
Ἀντικρὺ δ' ἀπάλοιο δι' αὐχένος ὦλυε δουρί.
Βλήτρῃ δ' ἐτέρωσε, δίηνας δὲ οἱ ἔκπεσε χειρὸς
Βλημα· αὐτίκα δ' αὐλὸς ἀνὰ ῥῖνας πυκνὸς ἔλυθε
Αἵματος εἰδομένοιο.

id est,

Telum,hæc tatus,in Antinoum contorsit amarum:
At pulchram is paterat lamiam tollebat,utrinque
Auritam,atque auro nitidam:iamiámque manu illam
Admouebat vt biberet:neque pectore eadem
Volebat pauido.(quis enim fore crederet vnquam,
Vnus vt in tanto conuiuarum agmine,quamquam
Virtutis auctus,mortem sibi magnique fata
Moliretur) at hic iugulum comprès ilisse
Tolenti calicem.lacrymam penetrauit acutum,
Et contrà ceruicibus exiit arrea cuspis.
Pronitur in latus:excidit os humo,excidit ille
E manibus:mox inde cruor de naribus ingens
Emicat.

Nec alienum arbitror hoc loco meminisse quod Iulio Cæsari velut exprobranti vaticinij vanitatem, respónsum est,Venisse Calendas Martias, non etiam præterisse.

Venere Calendæ Martiæ, non præterire.

Inter os & offam. 2

Latinum est huiusmodi,Inter os & offam. Quod à cibis sumendis sumptum est,quemadmodum Græcanicum illud à potu. Nam olim Romani victitabant offis, vt testis est Valerius Maxim. Itaque perinde valet Inter os & offam, quasi dicas Inter os & cibum. Porro prouerbium refertur apud Gellium ex oratione quadam Catonis, de edibus vitio creatis, his quidem verbis,Nunc ita aiunt, in segetibus & in herbis bona frumenta esse.nolite ibi nimiam spem habere.Sæpe audiui,inter os & offam multa interuenire posse. Verùm inter offam atque herbam, ibi verò longum interuallum est. Festus ita refert adagium, Inter manum & mentum.

Ita fugias ne præter casam. 3

Erat apud Terentium in Phormione cum primis venustum adagiũ,Ita fugias ne præter casam : quo quidem admonemur, ne sic aliquod vitium fugiamus, vt in aliud maius incauti deuoluamur. Nostrapte culpa facimus(inquit) vt malos expediat esse, dum dici nimium nos bonos studemus & benignos. Ita fugias de præter casam,quod aiunt. Verba sunt Demiphonis senis,semet accusantis, quòd dum auari famam plus satis cupidè studeret effugere,stulti reprehensionem incurrisset.Donatus adagij metaphoram hunc ad modum enarrat(si modo commentum hoc Donati videtur esse) Ita fugito,ne tuam calam prætermittas, quæ sit tibi tutissimum exceptaculum. Aut,ita fugias, ne præter casam, vbi custodiri magis & prehendi fur & mulctari verberibus potest.Aut verbum erat,inquit,furem exagitantis,& interea prouidentis ne ante casam tranieat, ne in prætereundo etiam inde aliquid rapiat. Hanc veluti diuinationem, incerta ac varia coniectantium quis ferret, nisi videremus & iuris interpretibus & Græcorum adagiorum enarratoribus hunc eundem esse morem? Primum interpretamentum mihi magis arridet. Quidam enim calore fugiendi, etiam ea prætercurrunt vbi commodè potuerant quiescere. Quod vnica voce Græci ὑπερβατὸν vocant,id est, perperam præterire ac prætervehi, ab eo quod amplectendum erat,aberrantem. Opinor ad hoc adagium respexisse Lucianum in Nigrino,quum scribit,ἢ τῶν ἤ τι τοῖς τραγῳδοῖς λέγω καὶ κωμῳδοῖς λεγόμενον, ὅτι καὶ ὑπὲρ δέον ὑπερβατὸν διαζόμενοι. id est, Et hoc quod in tragœdijs & comœdijs dicitur, Iam & præter casam incitati.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. ὑπὲρ δέον) Quod vertit, ὅτι καὶ ὑπὲρ δέον διαζόμενοι, iam & præter casam incitati, vereor vt iuuis violenta sit interpretatio : & hic Luciani locus obtorto, quod aiunt, collo,ad Latini prouerbij sensum trahi videatur Atque vt verba facilè eam admitterent, non video quomodo præcedentibus & sequentibus respondeat. Haud scio an referri possit ad id quod sæpe legitur & apud historicos, qui quum describere volunt magnam hominum turbam certatim properantium irrumpere in aliquem locum,dicunt eos ὑπὲρ δέον ἐπὶ τὰ θυρατα; vel τὰ πύλας. interdum etiam ad hoc exprimendum vtuntur verbo διαζεύγνυμι, nisi me fallit memoria.Sed & περιδιαζεύγνυμι interdum in vsurpatum reperitur, vt apud hunc ipsum authorem,in dialogo qui ἀλιεὺς ἢ ἀνασιώντες inscribitur περιεζεύγνυντο ὀφασιάνται ἀλλήλοις ὑπὲρ τοῦτο, ἢ οἷον τοῦ πλησίον θύρας διξάλλοι περιδιάζοντο. Fateor quidem non οἷον θύρας hic legi,sed θύρας ; verũ, nisi errorem librarij hic esse suspicabimur, ὑπὲρ θύρας ita hic

ria hic accipere poterimus, vt apud Aristophanem ἐκ τῶν ὑποδημάτων pro κατά. Siue autem legas εἰς διαζώσμενον, vt in vulgatis editionibus Luciani habetur: siue, cum Erasmo διαζώσμενον, permde est.

Euitata Charybdi in Scyllam incidi. 4

Τὸν γὰρ ἐκφεύγων Χάρυβδιν, τὸν σκύλλον ἐφίσταται.

Iambici sunt dimetri ἀκέφαλοι quos casiline effuderit, an ars finxerit, incertum. Horum hic est sensus, Euitata Charybdi, in Scyllam incidi, hoc est, Dum vitio grauius malum, in alterum diuersum incidi. Sumptum adagiũ ab Homerica fabula, quæ narrat, Vlyssem, dum metu Charybdis propius ad Scyllam naue admoueret, sex è comitum suorum numero perdidisse. Quidam aiunt Scyllam Nisi Megarensium regis fuisse filiam, quæ propter aureum crinem ademptum patri, in monstrum hoc marinum conuersa sit, vt meminit Pausanias in Corinthiacis. Cui videtur assentiri Vergilius in Bucolicis, quum ait,

Quæ loquar, aut Scyllam Nisi, quam fama secuta est
Candida succinctam latrantibus inguina monstris,
Ah timidis nautis canibus lacerasse marinis?

Seruius indicat, Scyllam Phorci & Crateidis nymphæ filiam: hanc quum amaret Glaucus, Circe, quæ illius amore tenebatur, quòd eum in Scyllam propensiorem esse videret, fontem in quo nympha lauare consueuerat, magicis venenis infecit. In quem quum illa descendisset, pube tenus in varias mutata est formas. nam id Circe peculiare, in feratum figurani homines vertere. Horrens itaque suam deformitatem, ipse in mare præcipitem dedit, ac fabulæ præbuit argumentum. De rei veritate, diuersa est scriptorum opinio. Saluitius in Iugurtha putat esse saxum in mari prominens, quod procul visentibus muliebrem formam imiteturin quod illisi fluctus, quoniam & luporum eiulatum & canum latratum videntur imitari, finxerunt illam à pube huiusmodi feris succinctam esse. In Græcorum commentariis inuenio, triremem fuisse quandam unius permixtis, cui nomẽ fuerit inditum Scyllæ, ἀφ' οὗ σκύλλειν, quod hac grassantes piratæ mare Tyrrhenum ac Siculum infestarent, reliquiásque naues quotquot præterissent, dispoliarent: atque hinc natam fabulam. De Charybde verò narrant poetarum fabulæ, hanc fœminam fuisse voracissimam quæ, quòd Herculis boues rapuisset, à Ioue fulmine icta, in mare precipitata est, & in huiusmodi versa monstrum quod adhuc prisci nam seruat naturã. absorbet enim vniuersa: quæque absorbuerit, ea circa Tauromenitanum egerit litus, vt Saluitius est author. Vnde tanquam prouerbio scortum vorax, & auiditatis nunquam satiatæ, Charybdim appellat Horatius, 1. Carm. 27.

Quæ quid, Scylla.

Scylla, triremis.

Charybdis, voracissima femina.

Charybdis, scortum.

—ab milite
Quanta laboras in Charybdi,
Digne puer meliore flamma.

Seruius aut Scyllam in Italia esse, Charybdim in Sicilia. Vergilius in Æneid. lib. 3. tranſitum hunc inter duo periculum angustum eleganter describit,

Hæc loca (inquiens) vi quondam & vasta conuulsa ruina
(Tantum ævi longinqua valet mutare vetustas)
Dissiluisse ferunt: quum protinus vtraque tellus
Vna fuit: venit medio vi pontus, & vnda
Hesperium Siculo latus abscidit, arua quæque & vrbes
Litore diductas, angusto interluit æstu.
Dextrum Scylla latus, lævum implacata Charybdis
Obsidet. Et idem alibi, Æneid. 3.
Inter vtrumque viam leti discrimine parvo,
Nos tenuat cursus.

Homerus Odyssex μ, periculum vtrunque multis verbis describit, faciique Circen admonentem Vlyssem vt ad Scyllam potius inflectat cursum; quàm ad Charybdim, propterea quòd præstet sex è sociis desiderari, quã pariter omnes interire: declarans nimium plus discriminis esse in Charybdi quàm in Scylla,

—μὴ σὺν γε σῇσι τύχῃς ὀϊζυροῖσι μάχεσθαι.
Οὐ γάρ πώ τινά φημι σ' ὑπ' ἀνδράσι γουνὸν ἱκέσθαι
Ἀλλὰ μάλα σύλλα σκοπιὴν πεπαλάχθον ἔοντα
Νῆα περᾷς· ἔνθεν γε τοὶ φέρτερόν ἐστιν ὀΐσσαι
Ἐξ ἑτάρους ὅ τοι τοὶ πολέμιζεν, ἅμα πάντας.
Abijt vt illic tum fuerit, quum fauibus vndas
Illa resorbuerit. neque enim è discrimine tanto
Ipse vel eripiat Neptunus. verùm age Scyllæ
Vicinus scopulo, celeri præterue bere cursu.
Quandoquidem comitum sex multo perdere præstat,
Quàm vt semel omnium quotquot sunt auferat omnes

Adagio tristaria vti licebit. Vel quum admonebimus, si quando in eas rerum angustias deuentum fuerit vt extra dispendium discedi non queat, è duobus malis id quod leuius est eligamus (videlicet Vlyssis exemplo) & magis in eam vergamus partem vbi minus sit iacturæ. Quod genus, siquis pariter & de salute & de pecunia periclitaretur, malit propior esse pecuniæ quam vitæ periculo. propterea quòd facultatum iactura vtcunque sarciri potest, vita semel amissa nunquam restituitur. Vel quum offendemus negotium anceps & periculosum, in quo summa moderatione sit opus, vt in neutram pecces partem. Hic iam non habebitur ratio vtrũ maius sit periculum: verùm hoc tantum intelligitur, ingens vtrobique discrimen subesse. Prioris exemplum fuerit, Memento longe tutius esse in dispendij Scyllam incidere, quam in virtutis Charybdim. Præstabilius est in rei pecuniariæ iacturam, velut in Scyllam, incurrere, quàm in infamię Charybdim incidere. Posterioris hoc, Cauendum vt ita populo studeas, ne principis offendas animum. Caute circumspectèque rem gerito, memor tibi inter Scyllam & Charybdim esse cursum. Tertius fuerit modus, si inuertas hoc pacto, Dũ parum eruditus videri times, in arrogantiæ opinionem incurristi. hoc est planè quòd dicitur, dum Scyllam vitas, in Charybdim incidisti. Celebratur apud Latinos hic versiculus, quocunque natus authore (nam in præsentia non occurrit.)

Vsus adagij multiplex.

Incidit in Scyllam, cupiens vitare Charybdim.

† Hoc de prouerbio scio à multis multa dicta, & à quoque ferè tuam esse collatam symbolam. De Scylla verò (quia de nomine controuertitur à philologis, consule si vacat, P. Nannium 6. Miscellan. Iacob. Bononiensem annotationibus in Virgil. & eundem poetam in opusculo cui Ciris nouem. Potest adduci Ouidij illud, Metam. 7. —cumque fœuis

Scylla rapax canibus Siculo latrare profundo.

alio loco idem,

Per nos Scylla patri canos furata capillos,
Pube premit rabidos inguinibusque canes.

Tibullus item,

Scylla virginea canibus succincta figuram.

Sed desino plura.

Fumum fugiens, in ignem incidi. 5

Καπνὸν γὰρ φεύγων εἰς πῦρ ἐφέστηκεν. id est,
Dum vitat fumum, si mmam in ipsum decidi.

Senarius est prouerbialis superiori sententiæ finitimus. Lucianus in Necyomantia, Ἠγνόουν γὰρ ὅτι εἰς καπνὸν, φασί, τὸ πῦρ ἐκ τοῦ καπνοῦ ἐμβάλλω. id est, ignorabam enim quòd iuxta prouerbiũ, ex fumo in ipsum ignem compellerem. Vtitur & Plato libro De repub. 8. quum ait, populum, dum recusat ingenuis seruire, quasi vitato fumo, in flammam incurrere: videlicet vt seruis etiam seruire cogatur. Huc allusit Horatius, quum ait in Sermonibus,

Populus ingenuo seruire dum recusat seruis ipsis seruire cogitur.

—nam frustra vitium vitaueris illud,
Si te alio pravum detorseris,

Et in Arte poetica,

In vitium ducit culpæ fuga, si caret arte.

Plutarchus ἀεὶ δυσκολίας, Τῇ δ' ἀνοσίᾳ συμβέβηκε πίπτειν εἰς, φεύγουσι καπνὸν ἀδοξίας, εἰς πῦρ ἐμβάλλειν ἑαυτούς. id est, Ineptę autem verecundiæ illud haud dubiè accidit, vt fumum fugiens sese in ignem conuiciat. id est, in alium malum.

Latum vnguem, ac similes hyperbolæ prouerbiales. 6

Transuersum digitum aut vnguem discedere, frequenter est apud Ciceronem, pro eo quod est quamminimo spatio. Fit autem festiuior metaphora quoties his verbis perfectam imitationem ac plenum vndequaque consensum significamus. vt Academicarum quæstionum lib. 2. Ab hac regula mihi non licet transuersum, vt aiunt, vnguem discedere. Ibidem, Vbi enim aut Xenocratem sequitur, cuius libri sunt de ratione loquendi, multi, & multum probati: aut ipsum Aristotelem, quo profectò nihil est acutius, nihil politius? A Chrysippo pedem nunquam. Loquitur de Anciocho, qui reliquis contemptis, Chrysippum per omnia sequeretur. Rursus Academicarum quæst. lib. 2. Quibus concessis digitum progredi non possunt. Idem ad Atticum. Mihi certissimum est, ab honestissima sententia digitum nunquam. Rursus ad eundem lib. 13. Curandum est, atque hoc in omni vita, sua quenque, à nostra con-

Transuersum vnguem.

Pedem nunquam.

scientia transuersum vnguem non oportere discedere. Idem in Epistolis familiaribus, Vrge igitur trãsuersum vnguem, quod aiunt, à stylo. Sunt illa quidẽ minus figurata, sed tamẽ prouerbialia, quæ loquitur Plautinus Euclio in Aulularia. Si tu hercle ex isthoc loco digitũ trãsuersum aut vnguem latũ excesseris. Et Cicero in Verrẽ, Digitũ non discedebant. Idem ad Atticum libro 13. epi. 1. Pedem adhuc è villa egressi non sumus: ita magnos & assiduos imbres habebamus. Idem Academicarũ quæst. libro secundo. Non quæro ex his illa initia Mathematicorum, quibus non concessis, digitum progredi non possunt. Atque hunc imitatur diuus Hieronymus, Et Apostolicæ voluntatis sequentes vestigia, ne punctũ quidem, vt dicitur, atque vngue transuerso, ab illius sententiis recedamus. Metaphora partim sumpta videtur ab iis qui tabulam, aut saxum, aut simile quippiam digitis latis metiũtur, quoties exquisitè rei modus spectatur (nam reliqua cubitis metiri solemus. minima mensurarum, latus digitus est) Partim à iugerum mensoribus, qui stadiis, passibus, &, vt minima mensura, pedibus, soli spatium metiuntur. Vulgò etiam nunc dicunt Culmum latum, simili figura, pro eo quod est, ne tantulum quidem.

Digitum trãsuersum.

Digitum progredi.

Ne puncto quidem discedere.

Pedem vbi ponat non habet. 7

Vnde & illa prouerbialis hyperbole ducta videtur, apud Ciceronẽ frequens, Pedem vbi ponat nõ habet, pro eo quod est, Nec tantillum quidem agri possidet. Lib. Epist. ad Atticum 13. Ariobarzanis filius Romam venit, vult, opinor, regnum aliquod emere à Cæsare. Nam, quo modo nunc est, pedem vbi ponat in suo, non habet. Idem Philippicarum secunda. Quid erat in terris, vbi in tuo pedem poneres? Rursum lib. 7. ad Atticũ, Pedem in Italia video nullum esse, qui nõ in istius potestate sit. Item libro de Finibus 4. Quid enim sapientia? Pedem vbi poneret non habebat, sublatis officiis omnibus. Conuenit autem in hominem insignitè tenuem atque inopem, cui ne vestigium quidem pedis sit in agrorum possessionibus. Apud eundem est locus in fundum, quem possis mittere funda.

In hominem insignitèr inopem.

Iterum eundem ad lapidem offendere. 8

Δὶς πρὸς τὸ αὐτὸ πτῶμα σκῶμμα λίθον.

id est,

Iterum ad eundem turpe lapidem impingere.

Senarius elegans ac prouerbialis refertur à Zenodoto in Collectaneis adagiorum. Cic. Epist. fam. lib. 10. Culpa enim illa, bis ad eundem, vulgari reprehensa prouerbio est. Ouid. lib. Tristium 2.

At nunc (tanta meo comes est infamia morbo)
Saxa memor refero rursus ad illa pedem.

Vsurpatur ab Ausonio in epistola quadam, Etenim, inquit, poposcisti tu, vt tua epistola ad eundem lapidem bis offenderes. ego autem, quæcunque fortuna esset, semèl erubescerem. Est autem bis ad eundem lapidem offendere, iterum eadem in re peccare. Nam primus error, vel Græco adagio, veniam meretur: iteranti culpæ venia dari non solet. Inter Græcanicas sententias celebratur & hęc,

Δὶς ἐξαμαρτὼν σοφὸν, οὐκ ἀνὴρ σοφός. id est,

Sapientis haud est, bis in eodem labier.

Extat & Græcum epigramma, incertum cuius,

Εἴ τις ἀνὴρ γήμας, πάλιν ἄλλην πέμπτην λάβετο κούρην,
Ναυηγὸς πάλιν εἰς βυθὸν ἁρμενίσειν.

id est,

Altera connubium experto cui ducitur vxor,
Hic fractis repetit aquora ſæua rate,

Fertur & Publianus Mimus, non alienus ab hac forma,

Improbè Neptunum accusat qui iterum naufragium facit.

Iterum peccare in eadẽ re.

Bis in eodem labi.

Non putaram.

At Scipio sapienti ne semel quidem errare permittit, vt dicat, οὐκ ὤμην, id est, Non putaram.

Eadem oberrare chorda. 9

Horatius in arte poetica, sententiam haud dissimilem dissimili metaphora extulit,

-& citharœdus (inquiens)
Ridetur, chorda qui semper oberrat eadem.

A cantoribus ducta translatio est, quibus vehementer fœdum sit in iisdem fidibus sæpius peccare. In eos igitur concinnè dicetur qui vel in simili re crebrius peccant, vel culpam eandem iterum atque iterum committit. Primus enim lapsus vel casus datur, vel imprudentia: iteratus stultitiæ tribuitur, aut insciti.

Primo lapsu condonatur.

Non tam ouum ouo simile. 10

Extant apud authores aliquot similitudinis adagia, quorum de numero est. Non tam ouum ouo simile, de rebus indiscretæ similitudinis. Cicero Academ. quæst. lib. 2. Videsne vt in prouerbio sit ouorum inter se similitudo? tamen hoc accepimus, Deli fuisse complures, salutis rebus illis, qui gallinas alere quæsitus causa solerent. ij quum ouum inspexerant, quæ id gallina peperisset, dicere solebant. Neque id est contra nostram nobis satis oua internoscere. Idem prouerbium refertur & à Fabio Quintiliano. Vsurpatur & à Seneca in libello quem in Claudium Imperatorem lusit.

Non tam lacte lacti simile. 11

Idem pollet & à Plauto vsurpatur in Amphitryone, Neque lacte lacti magis est simile, quam ille ego similis est mei. Dicitur à Sosia de Mercurio, qui eius assumpserat figuram. Idem in Milite, Tam simile quam lac lacti est.

Non tam aqua similis aquæ. 12

Eandem vim obtinet quod vsurpat Plautus in Menæchmis, Nec aqua, aquæ, nec lacte lacti, crede mihi, vsquam similius, quam hic tui est, túque huius. Ad hanc formam & illud ex eadem scena, Tam consimilis est quàm potest speculum tuum. Rursum in Milite, Nam è summo puteo similior nunquam potest aqua aquæ fumi.

Quàm apes apum similes. 13

His M. Tullius illud etiam adiungit in Academicis quæst. Vt similia sunt & oua ouorum, & apes apum. Vbi iocatur in Democriti mundos, vsquequaque similes inter sese. Simili forma dicunt, Quàm ouis est ouis similis.

Ouis ouí similis.

Acanthia cicada. 14

Ἀκανθὶς τέττιξ, id est, Acanthia cicada. In indoctos atque infantes, aut mutices ignaros torqueri prouerbio solitum. Author est Stephanus Byzantius, iuxta oppidum Ætoliæ Acanthum cicadas, alibi vocales, mutas esse: atque hinc ortum adagium, cuius authorem citat Simonidem. Plinius Naturalis historiæ lib. 11 cap. 27. scribit in agro Rhegino cicadas omnes silere, vitra flumen in Locris canere. Idem testatur Pausanias lib. rerum Eliacarum 2. Strabo lib. Geographiæ 6. refert Rheginum agrum à Locrensi dirimi fluuio cui nomen Alex. Cicadas autem, quæ in Locrensi versantur ripa, sonantius stridere, quum in Rhegino sint mutæ. Huius rei hanc esse causam coniectat, quòd Rheginorum regio, quum sit vmbrosa atque opaca, cicadarum pelliculas humore torpefaciat: eaidem in agro Locrensi, quòd sit aprica, solis arefactas æstu, stridorem aptius emittere. Auget autem miraculum Rheginensium cicadarum, etiam fabulosè celebrata vocalitas vicinarum. Nam idẽ Strabo Timæum citat authorem, quodam in Pythiorum certamine Eunomum Locrẽsem, & Rheginensem Aristonem, in canendi certamen venisse. Aristonem Apollinem inuocasse Delphicum vt sibi canendi foret auxilio, quòd à Delphis Rheginenses olim essent profecti. Eunomus respondit, Rheginensibus ne certandum quidem omnino de Musica, apud quos cicada vocalissimum animal voce careret. Vtrisque certantibus, quum in Eunomi cithara, vna inter canendum chorda frãgeretur, cicada superuolans astitit, ac vocem alioqui defuturam suo cantu suppleuit. Atque ita victor declaratus statuam citharœdi posuit cum cicada citharæ insidente. Huiusmodi ferme tradit Strabo.

Cicada muta.

Cur mutescãt cicadæ Rheginorum.

Ælian. Alex. cap. 3.

Eadem pensari trutina. 15

Eadem pensari trutina, id est, eadem lege. Horat. in Sermon. 1. Saty. 3.

-hac lege in trutina ponetur eadem.

Idem in Epist. 2. Epist. 1.

-Romani pensantur eadem Scriptores trutina.

Conuenit cum illa iureconsultorum regula, Patere legem quam ipse tuleris. Siue vt eo pacto tecum agatur, quo tu cum alius egeris Persius, Sat. 1.

-Examenque improbum in illa Castiges trutina.

Huic simillimum, Ad eandem exigere regulam, ἴσῃ τάλαντῳ, id est, æquali trutina, siue lance. Plutarchus, ἀλλ' ἴσου τάλαντου πᾶσιν ἡμῖν ἐπιθεὶς ἀπάτην καὶ κακουργίαν ἐξέτασον. id est, Sed æqua lance omnibus addita malitia ceu plumbum rete detraxit.

Hinc pertinet illud. Digestorum 3. lib. 2. Quod quisque iuris in alterum statuerit, ut ipse eodem iure vtatur.

Zonam perdidit. 16

Zonam perdidit. Castrense prouerbium in ἀχρήμονας, id est, eos qui nihil habent nummorum. A Græca quadam fabula tractum Acron admonet. Porphyrion à militum

ἀχρήμονας.

Zona militū. militum consuetudine, qui quicquid habent, in zona secum portāt. Cuiusmodi tale hominem perquam venuste describit Lucilius, citante Nonio,

Cui neque tumentum est hoc secum, nec comes vllus:
Bulgam & quicquid habet nummorum secum habet omne:
Cum bulga exeat, dormit, lauat, omnis in vna
Spes hominis bulga, hac denuncta ei tutela vitæ.

Bulga.

Nam bulgam appellat Lucilius folliculum, siue crumenam, & sacculum de brachio propendentem. Sic enim & Horatius, lib. 2. epist.

Sustinet vnus & vnius loculique sacerte.

Tametsi Festus Bulgam Gallicum vocabulum autumat. Consimili modo Gracchus loquitur apud Gellū. lib. 15. cap. 12. Quum Roma profectus sum, zonas quas plenas argenti extuli, eas ex prouincia inanes retuli. Horatius in epistolis, *Ibit, eò quò vir quicquam perdidit.* Plautus in Pœnulo, Tu qui zonam non habes, qui in hanc venistis vrbem? aut quid quæritis? In quibus Plauti verbis duplex est allusio, & ad vestem Pœnorū more distinctam, & ad pecuniam quæ in zona gestatur: citra quam in vrbe sumptuosa non tam commode viuitur. Pescennius Niger apud Spartianum, vetuit ne milites zonam secum deferrent in bellum. sed siquid haberent pecuniæ, publicè commendarent, recepturi post prælium. simul & ipsis luxuriæ materiam eripiens, & hosti prædam, siquid aduersi euenisset. Est apud Lampridium in Alexandro, Miles non timet, nisi vestitus, calceatus, armatus, & habens aliquid in zona.

Ne milites zonam deferrent.

Costa numerabimus exta. 17

Costa numerabimus exta. Diomedes grammaticus, vbi prouerbium deducit, hoc exemplo vsus subiecit. Cuius hunc adscribit esse sensum, Ex euentu sciemus. Huic consimilis color illi comicus, Res indicabit. Nam vt ait Ouidius,

Exitus acta probat.

Exitus acta probat.

Et apud Græcos, αὐτὸ δείξει, id est, Ipsa res indicabit.

Multa nouit vulpes, verum echinus vnum magnum. 18

Πολλὰ οἶδ' ἀλώπηξ, ἀλλ' ἐχῖνος ἓν μέγα.
id est,
Ars multa vulpi, sed vna echino maxima.

Zenodotus hunc sensum ex Archilocho citat. Dicitur in astutos & varijs commutos dolis. Vel potius vbi significabimus, quotidiam vnica astutia plus efficere quàm alios diuersis technis. Nam vulpes multimodis dolis se tuetur aduersus venatores, & tamen haud rarò capitur: echinus (quem opinor hermaceum esse: nam hoc loco de terrestri, non de pisce fit mentio) vnica duntaxat arte tutus est aduersus canum morsus. Siquidem spinis suis semet inuoluit in pilæ speciem, vt nulla ex parte morsu prendi queat. Citatur apud eundem Zenodotum huiusmodi quidam vetus ex Ionis Chio, tragico poeta, Quos eosdem ex eodem citat in Sermonibus conuiualibus Athenæus è tragœdia cui titulus Phœnicia,

Echinus, seu hermaceus.

Ἀλλ' ὦ γεγηθὼς τὰς λέοντος ἴχνεσι
Καὶ τὰς ἐχίνου μᾶλλον οἰζύρας τύχας,
Οὐδὲν δ' ἀνόσιον ἡσύχου σοφίσματος,
Στρόφιν θ' ἁμὸν ἀκανθαρολίζας δόμους
Κεῖται δικαίως τῇ δυσχεροῦς ἀμύχανος.
id est,
Leonis artes in solo sanè probo,
At miseras echini comprobo miseros dolos.
Qui simul odorem bellatorum senserit,
Se contrahit spinis operto corpore,
Tutus tacens morsusque tactusque omnium.

Refert prouerbium ac simul ad carmen alludit Plutarchus in commentario cui titulus, πότερα τῶν ζώων φρονιμώτερα, χερσαῖα ἢ πελάγια. id est, vtra animantia prudentiora, terrestria an marina. Eius verba subscribam, τῶν δ' ἐχίνων ἐχίνου πᾶς τις αὐτῶν ἄμυνα καὶ φυλακὴ πεφυκεν ἱκανή,

Πολλὰ οἶδ' ἀλώπηξ, ἀλλ' ἐχῖνος ἓν μέγα. καθάπερ οὖν ὁ αὐτὸς, ὅταν φῇ,

Στρόφιν θ' ἁμὸν, ἀκανθαρολίζας δόμους,
Κεῖται δικαίως τῇ δυσχεροῦς ἀμύχανος.
id est,

Iam verò terrestrium echinorum in tuenda seruandáque incolumitate sua solertia prouerbio locum fecit,

Ars varia vulpi, sed vna echino maxima.

siquidem quum illa aggreditur, quemadmodum aiunt,

Hirsutos spinis corpus obuoluens suis,

Vitat echinus.

Tutus tacet, sic vt nec ore tangier
Vllo queat ratione, nec mordicier.

Plutarchus aut quisquis est eius operis author, versibus intermiscuit sua quædam verba, nequis id errore nostro factum suspicetur. Sed omnium copiosissime huius animantis ingenium & astutiam describit Plinius lib. 8. capite 37. Præparant, inquit, & hermaceos cibos, ac voluntati supra siccentia poma, affixa spinis, vnum non amplius ore tenentes portant in cauas arbores. Iidem mutationem Aquilonis in Austrum, condentes se in cubile, præsagiunt. Vbi verò ignem venantem, contracto ore pedibus, omni parte inferiore, qua tatam & innocuam habent lanuginem, conuoluuntur in formā pilæ, nequid comprehendi possit præter aculeos. In desperatione verò vltima, exte reddunt tabificam tergori suo, spinisque noxiam. Reliqua qui cupiet cognoscere, è loco quem ind caumus petat hæc ad prouerbij sensum potissimum attinebant. Celebre est & pisces echini ingenium, qui tæuitiam maris præsagient, correptis lapillis operit se, vt in ob[illegible]tatem stabilit pondere, ne minima volutatione atterat spinas. quod aspicientes nautæ, pluribus mox anchoris nauigia substernant. Author Plinius lib 9. cap [illegible] Vulpem autē versipellem esse, varijs instructam artibus, cum alij complures apologi, tum ille peculiariter indicat, qui refertur à Plutarcho in Moralibus: Quum aliquando pardus vulpem præ se contemneret, quòd ipse pellem haberet omnigenis colorum maculis variegatam, respondit vulpes, sibi id decoris in animo esse quod illi esset in cute neque verò parùm satius esse ingenio præditum esse vario, quam cute ver[illegible] color. Graci solertem ac varijs armatum dolis, πανοῦργον vocant & πανοῦργημα, Latini vafrum & versipellem. Narratur & alius quidā apologus, ab hoc prouerbio non malum abludens. Quum aliquando vulpes in colloquio quodā illi erat cum fele, iactaret sibi varias esse technas, adeo vt vel peram haberet dolis refertam: felis autem responderet sibi vnicam duntaxat artem esse cui fideret, siquid existeret discriminis: inter confabulandum, repente canum accurrentium tumultus auditur. ibi feles in arborem altissimam subsiliit, quum vulpes interim à canum agmine cincta capitur. Hinc fabula, præstabilius esse nonnunquam vnicum habere consilium, modò id sit verum & efficax, quàm plures dolos, consiliáque frtuola.

Vulpes dolosa.

Ποικιλόφρων.

Ποικιλόμητις.

Præstat vnicum consilium, dolis complurib.

Πολλὰ οἶδ' ἀλώπηξ, ἀλλ' ἐχῖνος ἓν μέγα.

Simulare cupressum. 19

Horatius in Arte poetica, -& forsitan cupressum

Scis simulare: quid hoc pictoribus atque poetis
Nauibus atque reis [illegible]

Acro prouerbium esse admonet, ortum ab imperito quopiam pictore, qui præter cupressum nihil nouerat pingere. a quo quum naufragis quidam petisset, vt vultum suum exprimeret, ac naufragium suum depingeret, interrogauit ille num ex cupresso veliet aliquid adiici. Res ea primùm in locum, deinde etiam in adagionem abiit. Conuenit vtique in eos, qui quod didicerunt, id vbique intempestiuiter inculcant, quum ad rem nihil attineat.

Imperitus pictor.

Flamma fumo est proxima. 20

Apud Plautū extat in Curculione, Flamma fumo est proxima. Commonet adagium periculum maturè fugiendum esse, quisque malum euitare cupiat, ei vitandam prius occasionem. Vt, qui corrumpi nolit, ab improborum abstineat consuetudine. Nam & illud protinus addidit poeta, Fumo comburi nihil potest, flamma potest. Fumus enim indicium est flammæ mox eruptura.

Vitanda malis occasio.

Ad restim res rediit. 21

Terentius in Phormione, Opera tua ad restim mihi quidem res redit plane. Hoc adagio summa rerum desperatio significatur. Nam eo hac tolent quidem amentes ad laqueum confugere. Iuuenalis,

Terre potes domitam salutis tot remorum vltimā

Eodem pertinet etiam illud, Suspendio deligenda arbor.

Summa desperatio.

Paupertas sapientiam fortita est. 22

Πενία δ' τὴν σοφὴν ἔλαχε, id est. Paupertas sapientiam sortita est. Zenodotus citat ex Euripide. alij tribuunt Aristoni. Ignauia est opulentia, verùm inopia multarum artiū repertrix est: id quod ipsa iactat apud Aristophanem in Pluto, artium omnium inuentionem sibi vendicans. Virgilius 1. Georgic.

Artiū inuentio paupertatis tribuenda.

-labor omnia vincit
Improbus, & duris urgens in rebus egestas. Ouidius,
Ingenium mala sæpe mouent. Persius,
Magister artis, ingenique largitor Venter.

Circunfertur hic quoque versiculus apud Græcos,

Πολλῶν ἀνιᾶς γίγνεται διδάσκαλος. id est,

Fames magistra. *Magistra multorum improba existit fames.*

Xenophon τὰ ἐκ τύχης appellauit σοφίαν ἀπαίδευτον. ἃ γὰρ ἐκ τύχης τοῖς λόγοις τοῖδε, οὐκ οἶδεν οὐδὲ ἐπιζητεῖ. hoc est, sapientiam quæ citra doctorem contingit: etenim quod hæc persuadet oratione, ad hoc illa re ipsa compellit. Theoc. in Pitcatoribus.

Ἀ πενία διδάσκει μὲν τὰ τέχνας ἐγείρει,
Αντὶ τοῦ μοχθεῖν δ' ἀδύνατον ποιεῖ.
id est,

Vnica paupertas, Diophantes, suscitat artes,
Ipsa labor ardui doctrix, studiique magistra.

Huc spectat & illud, quòd Iupiter aurei seculi tam paratam rerum copiam submouit, 1. Georgic.

Vt varias vsus meditando extunderet artes.

Item Mimus ille non inelegans,

Hominem experiri multa paupertas iubet.

Dolli egent. Potest & illud referri prouerbium, quòd videmus accidere nescio quomodo, vt penes Midas & improbos homines sit opulentia, doctique probique fere tenui sint fortuna. Qua quidem de re extant duo problemata Aristotelis titulo quorum altero rogat qui fiat vt paupertas apud probos viros plerunque versetur. Redditque huiusce rei varias causas: Siue quòd improbi per fas nefasque malùt parare diuitias, quam cum paupertate contubernium diutinum habere. proinde fugit illos quibus videatur maximorum flagitiorum occasio futura, ad illos deflectit quos existimat fere recte modestéque vsuros. Siue, quòd inops & virium & consilij (quippe fœmina) plus auxilij sub futurum sperat apud πολυδίκους ἄνδρας, vt habet prouerbium. Siue, quòd quum ipsa sit mala, malos vitat, ne sit πρὸς ὃ τι πᾶν, id est, malum accesserit malo, tum fiat intolerabile atque immedicabile. In altero rogat quid in causa sit vt opes à malis ferè possideantur, non item à bonis. An quia cæci sunt, inquit, & ob id errant in delectu. Hæc quoniam poeticen aut sophisticen sapiunt magis quam philosophum, præsertim seriùm, vix mihi fit verisimile ab Aristotele fuisse profecta. Quod autem dixit de cæcis diuitiis, id sumptum est potissimum ex Aristophanis Pluto. Quo in loco Plutus, qui deus est diuitiarum, rogatus vnde cæcitatis malum obtigisset, respondit ad hunc modum.

Plutus, cur cæcus. Ὀζεύς με τοῦτ' ἔδρασεν ἀθρόους φοβῶν.
Ἐγὼ γὰρ ὢν μακάριος, ἁπλοῦς ὅτι
Ὡς ἦλθε δοὺς καὶ σοφὸς καὶ σκαιὸς
Μόνος βαδίζειν, δ' ἐμὲ ποιοῦσι τυφλὸν,
Ἵνα μὴ διακρίνω σκαιὸν ἀπὸ μωροῦ.
Οὕτως ὀκνῶ πᾶσι χαρίζεσθαι φοβοῦ.
id est,

Hoc me malo multauit ipse Iuppiter.
Rebus videlicet mundeni mortalium.
Nam olim puer minabar id ioue, vt ad probos,
Doctos, modestos, tantum adirem. at Iuppiter
Oculos in hoc ademit, vt ne quempiam
Horum liceret iam mihi dignoscere.
Adeo bona ille frugis inuidet viris.

Hunc locum imitatus Lucianus in Timone, consimilia quædam de Pluto narrat, quem non cæcum modo facit, verumetiam claudum: cæcum quidem semper, at tum demum claudicãtem, quoties ad bonos viros mittitur, alias pedibus pernicissimus.

† Plin. 6. Epist. 23. Est indolis optimæ, breui producturus alia, si interim prouectus fuerit à nobis. neque enim cuiquam tam clarum statim est ingenium, vt possit emergere, nisi illi materia, occasio, fautor etiam, commendatórque contingat.

Seneca de vita beata, cap. 16. Qui ad virtutem tendit, etiamsi multùm processit, opus est tamen aliqua fortunæ indulgentia. Pertinet huc Callimachus hymn. in Iouem, lib. 1. ad finem,

Χαῖρε πάτερ, χαῖρ' αὖτις ἐδὺ δ' ἀρετὴν τ' ἄφθονα τίθει
Οὔτ' ἀρετὴ ἀτὴρ ὄλβου δίχα θυμὸν ἔπεισεν ἀνάσσειν
Οὔτ' ἀρετὴ ἀφενεὸς δίδυ δ' ἀρετὴν τε καὶ ὄλβον
id est,

Salue iterum atque iterum, da nobis & virtutem, & opes:
Neque sine virtute opulentia potest homines beare: neque sine opulentia virtus: da ergo & virtutem & opes.

Quos ego adduxi locos, vt facilius constet paupertatem quidem esse ad sapientiam iter, nisi tamen ea ad indigentiam vergat: qua qui pressi nihil ferè altum aut sublime vel facere aut cogitare possunt. At eam quam dixi tenuitatem rei familiaris, Apuleius extollit, aliique ad sapientiam ἡγεμόνα ducem ac principem asseuerãt. Rectè Arcesilaus ex Stobæo, cap. 95. πενία τὴν ἀρετὴν γυμνάσιον ἔμψυχον efficax virtutis gymnasium esse dicit paupertatem. Maxim. Tyrius serm. 37. αἱ ἄκραι τῆς τύχης συμφοραὶ πρὸς φιλοσοφίαν ὁδοί εἰσι, Viatica quædam sunt ad philosophiam quæ à fortuna veniunt calamitates. Quæ quanquam vera videantur, tamen id verius apud nos constat Dionysij Halicarn. lib. 4. τὸ μὲν ἄφθονα φρονήματα ἀγωνίας ἐκ παντὸς ἀπηλλαγμένους τῶν καθ' ἡμέραν ἀναγκαίων: Nihil generosum potest sapere qui quotidie victus penuria premuntur. Quare & Horat. 1. epist. 11.

Sit mihi quod nunc est, etiam minus, et mihi vitam
Quod superest aui, quicquid superesse volunt Di:
Ne tandem dubitem dubia de pendulus hora.

Ollæ amicitia. 23

Χύτρας φιλία, Ollæ amicitia. In amicos istos vulgares quadrabit, quos patina, non benevolentia conciliat. De cuiusmodi Iuuenalis.

Te putat ille suæ ceptum nidore culinæ:
Nec male coniectat.

Hos arcanæ literæ mensæ amicos nominãt. Plutarchus item in libello cui titulus, Quo pacto dignoscas adulatorem ab amico: id genus homines, ἀπὸ κολάκων καὶ παρασίτων vulgo dici solitos enarrat, quòd ventriculi sibique causa diligant, non ex animo: quique tum præsto sunt, quoties audiunt κῶς χαίρεις ὦ ἄνδρες. Nam Aristophanes grammaticus apud Athenæum lib. 9. tradit lotionem manuum, quæ præcedebat cœnam, vocari κῶς χαίρεις à cœna, παρὰ τὸ δεῖπνον. In eosdem, ni fallor, dictum est illud à Menandro comico citante Athenæo, Ἀπὸ κῶς χαίρεις.

Οἱ δὲ κῶς χαίρουσι παροιμιάζουσι φίλοι. κῶς χαίρεις.
id est,

Manibus vt data est aqua, hærent tunc amici maximè.

Effertur ad hunc modum paroemia, ζεῖ χύτρα, ζεῖ φιλία, id est, feruet olla, viuit amicitia.

Antiquiora diphthera loqueris. 24

Ferunt olla, viuit amicitia.

Ἀρχαιότερα διφθέρας λαλεῖς, i. Antiquiora diphthera loqueris. In eos quadrat qui nugas narrant, aut de rebus nimium priscis & iampridem obsoletis. Nam diphthera res quædam erat ex priscis illis fabulamentis relicta. Siquidem aiunt, diphtheram pellem fuisse eius capræ quæ Iouem lactarit, in qua creditum est antiquitus, illum omnia scribere quæ fierent. Vnde quæ nec in historicorum literis extarent, nec in hominum memoria seruarentur, ea velut ex Iouis diphthera petita dicebant. Quin subinde apud Aristophanem, ἀρχαῖα, παλαιά, id est, prisca atque antiqua, pro nugamentis, legeo. quòd antiquitas ferè fabulosissima sit, opinor: & ἀρχαιικῶς, pro eo quod est deliranter ac stultè. Simili modo vocamus κρονικὰ vetera & obsoleta desitáque. Sic apud Athenæum lib. 7. quispiam, Arrianus opinor, ταῦτα ἄττα κρονικὰ ἔδη ὦ ἑταῖρε. id est, Isthæc Saturnia sunt, ô amice, cibaria. Poetæ fingunt Saturnum regno pulsum, & huius loco regnare Iouem.

Diphthera quid. Ἀρχαῖα, παλαιά. Κρονικά.

Auribus lupum teneo. 25

Extat apud Terentium in Phormione: Antiphoni adolescenti vxor erat domi, quam nec emere poterat (vel quia non libebat, quòd in eam deperiret: vel quòd integrum non erat, quum esset iudicium sententus addicta) neque rursum retinere quibat, propter patris violentiam. Et quum à patruele fœlix diceretur, vt qui domi possideret id quod amabat. Imò, inquit, quod aiunt, auribus teneo lupum. Nam neque quo modo amittam à me inuenio, neque vti retineam scio. Móxque leno quasi referens paroemiam, ait fibi idem viu venire in Phædria: quem neque retinere poterat, qui nihil numerabat, neque repellere, quòd esset improbè blandus, ac mollites aureos polliceretur. Donatus Græcam paroemiam Græcis adscribit verbis, Τῶν ὦτων ἔχω τὸν λύκον, οὔτ' ἔχων οὔτ' ἀφιέναι δυνάμενος. Auribus lupum teneo, neque retinere neque amittere possum. Suetonius in Tiberio, Cunctandi causa erat metus vndique immi-

nentium discrimina. vt sæpe lupum tenere se amnibus diceret. Plutarchus in Præceptis ciuilibus, λύκον οὐ φασὶ δεῖν κρατεῖν. id est, Aiunt lupum non posse teneri auribus: quibus homines hac parte maximè ducantur, puniturn persuasione. Dicitur in eos qui eiusmodi negotio inuoluuntur, quod neque relinquere sit integrum, neque tolerari possit. Videtur ab euentu quopiam natum, vt alia pleraque. Aut inde certè, quòd vt lepus auribus quippe prælongis, commodissimè teneretur ita lupus, quòd aures habet pro corpore breuiores, teneri iis non potest, neque rursum citra summum periculum è manibus dimitti bellua tam mordax. Cæcilius apud A. Gellium lib. 15 cap 9. eandem sententiam, sed citra metaphoram, extulit. Nam hi sunt, inquit, amici pessimi, fronte nitori, corde tristi: quos neque vt apprehendas, neque vt amittas scias. Hac alludit Theognis, etiamsi alienius,

Lupus auribus tenetur.

Amici, qui pessimi.

Ἀρχιλόχου μοι θυμὸς ἐχὶ νῦν οἶδε φιλόπτους.
Οὔτε γὰρ ἐχθαίρει, ὅστις φιλεῖ ἐννεπέειν. id est,
Pectora nostra tua quàm misè amor egicit, vt quem
Non odisse queam, sed nec amare queam.

Vnde videtur illud effictum Martialis:

Nec tecum possum viuere, nec sine te.

Refertur & à M. Varrone, pro exemplo adagiorum, Auribus lupum teneo.

Necessarium malum. 26

Huic finitimum est illud, ἀναγκαῖον κακὸν, id est, Necessarium malum: de iis quos neque retinere possis, quòd quibusdam in rebus opus sit eorum opera: neque commodè ferre, quòd viri sint improbi. Natum videtur ex Hybreæ cuiusdam apophthegmate, de quo meminit Strabo lib. 14. Quum haberet Euthydamus tyrannicum quiddam, multis alioqui nominibus vtilis ciuitati, ita vt cum vitiis virtutes pensa facere viderentur: Hybreas orator in oratione quadam hæc de illo loquutus est, Malum est (inquit) ciuitatis necessarium. nam nec secum viuere possumus, nec sine te. Alexander item Seuerus imperator, rationales, quos tollere decreuerat, postea quàm perpendisset eos citra Reipub. incommodum tolli non posse, necessarium malum appellabat. Huiusmodi fuit & P. Cornelius Rufinus, furax quidem & impendiò auarus, sed idè egregius imperator: à quo Fabricius Luscinus compilari maluit quàm sibi hasta vanire, quemadmodum refert Gellius lib. 4. & Cicero de Orat. lib. 2. Torqueri poterit & in vxores, cum quibus incommodè viuitur: sed absque his Resp. omnino consistere non potest. Potest & ad alium rem accommodari: veluti si quis dicat, Pharmacum rem quidem molestam, necessariam tamen. Euripides in Oreste,

Lelapidatur.

Fœmellæ, necessarium malum.

Vxor, malum necessarium.

Ἀναγκαῖον γὰρ τὸ κακὸν ἀναγκαῖόν θ' ὅμως.
Multa enim sit res, necessaria tamen.

Non abhorret ab hac forma quod Plinius scribit, oraculo proditum fuisse, libro 18. capite sexto. Quonam igitur (inquit) modo vtilissimè colantur agri? Ex oraculo scilicet, malis bonis. Hoc velut ænigmate significatum est, agros quàm minimo potest impendio colendos esse.

Mala bona.

† Perlepidum est Petronij Arbitri carmen,

Crede ratem ventis, animum ne crede puellis,
Namque est tam mea tutus vnda fide.
Fœmina nulla bona est, vel si bona contigit illa,
Nescio quo fato res mala, facta bona est.

Multa Tiraquel. ad l. 9. Connubial. vt præterea quòd desideres, nihil habeas.

Non absque Theseo. 27

Οὐκ ἄνευ Θησέως, id est, Haud absque Theseo: Quum significamus rem alieno auxilio confici: Aut quum significamus rerum omnium communionem ac societatem. Nam Zenodotus scribit Theseum permultis viris fortissimis in certaminibus auxilio fuisse quippe qui & Meleagro adfuit in conficiendo apro Calydonio, auxiliatus & Pirithoo pugnanti cum Centauris, item Herculi cum Amazonibus belligeranti. Fabula de apro sic habet: OEneus Meleagri pater, quum de primitiis anni prouentus dis libans, Artemidem præteriisset, illa irata aprum immanem in agros Calydonios immisit, omnia populantem: ad quem conficiendum OEneus præstantissimum quenque excitit, præmiis ad id propositis. Inter multos certauit & Meleager, qui & belluam confecit, sed accersito ad auxilium Theseo. Reliquum fabulæ nihil ad prouerbij sensum attinet. De Pirithoo sic fertur, Pirithous Hippodamiæ procus, Centauros, quòd essent sponsæ cognati, conuiuio accepit. qui simul atque mero incaluissent, sponsæ vim adferre cœperunt. Coorta pugna, Theseus Pirithoo auxilium ferens complures Centauros trucidauit. De Hercule sic narrant, Quum Eurystheus Herculi iniunxisset vt Hippolytæ Amazonum reginæ balteum adimeret, atque illa pacta facturus, esset profectus, Iuno semper illi infesta, induta formam Amazonis, famam passim dissipauit aduentare hospitem, vel verius hostem, qui violare regium balteum, quem gestabat insigne regni, per vim erriperet. Quod vbi auditum esset, Amazones in Herculem parant arma. Hercules ratus hæc non errore, sed dolo geri, Hippolytæ occisa balteū abstulit. Deinde quo magis vlciceretur Amazonas, bello eas adortus est, & oppressit, sed Thesei adiutus opera. Refertur hoc adagium & à Plutarcho in eius vita: significátque, Theseū, vt dictum est, multis auxilio fuisse, tamen ex plerisque certaminibus nullum retulisse præmium. atque huius rei citat authorem Herodotum. Alludit ad prouerbium Aristides in oratione ad Thebanos de auxilijs, Καίτοι νῦν Ἡρακλεῖ φίλον εἶναι, Θησεῖ δὲ οὐκ ἄνευ Ἀμαζόνος ἐχθρὸν εἶναι κακὸν. id est, Quúmque sanè & ipsi Herculi opus esset amico, Theseus illum Athenas deductum refouet refocilátque. Proinde quoties facinus aliquod alieno nomine celebratur, alterius tamen opera potissimum peractum (veluti siquis librum suo nomine publicet, in quo lit doctioris alicuius adiutus opera) concinnè notabitur hoc adagio οὐκ ἄνευ Θησέως, id est, Non absque Theseo. Aut siquis dicat, nullam fortunam sibi iucundam esse posse, οὐκ ἄνευ Θησέως.

Sphæra per præcipitium. 28

Eiusmodi prouerbium refertur ab Eustathio in Iliados Homeri librum secundum. σφαῖρα κατὰ κρημνοῦ, id est globus per declue. subaudiendum volumus aut mittitur. Perinde est quasi iacas, currentem incitare. Nam sphæra vel suapte ipsa facilè per locum decliuem deuoluitur. Nec malè quadrabit in eos qui vitæ genus aliquod nacti sunt, ad quod videntur esse natura propensi: vt conueniat tum illo, ἵππος εἰς πεδίον, id est, equum in planitiem.

Equus in planitiem.

Magis mutus quàm pisces. 29

Ἀφωνότερος ἢ ἰχθύων, id est, Magis mutus ipsis piscibus. Prouerbialis metaphora de vehementer infantibus atque infacundis. Conueniet & in hominem immodicæ taciturnitatis. Horatius Odis. 4. Carm. 3.

Et mutus quoque piscibus
Donatura cygni, si liceat, sonum.

Pisces enim nullam edunt vocem, exceptis perpaucis, inter quos canis marinus. Lucianus aduersus indoctum, μᾶλλον δ' ἢ τοὺς ἰχθῦς ἀφωνότερος. id est, Imò verò magis es mutus quàm pisces. Rursus in Gallo, πολὺ ἀφωνότερος ἢ κατὰ τοὺς ἰχθῦς. id est, multo magis ero mutus quàm pisces. Vnde Plutarchus in Sympoſiacis existimat Pythagoricos à piscibus abstinuisse, quòd hos quasi suæ disciplinæ domesticos agnoscerent, propter ἐχεμυθίαν. id est silentium, quod inter animantium genera piscibus est proprium. nam cæterorum sua quibusque vox est. Aues permultæ canoræ sunt, quædam & humanum sermonem referunt: atque adeo terrestrium quoque manticora apud Ægyptios, si Plinio credimus. solis piscibus nulla vox. Causam adfert Aristoteles, quòd his neque pulmo sit, neque arteria, neque guttur. Etiamsi sint nonnulli qui sonitum quēdam ac stridorem edunt: quorum de numero sunt delphinus, lyra, chromis, voca (quem hinc dicto apparet quòd vocem edat: Mercurio sacrum prodidit Athenæus libro 7.) pecten. Verùm eum sonum non naturalibus organis vocis edi putat, sed vel attritu branchiarum, vel ab interioribus quæ sunt cucæ ventrem. Plutarchus existimat Græcis ἰχθὺν hinc appellari quòd vocem habeat compressam. Et Lucianus in Halcyone, ἄφωνα γὰρ δὴ πάντα καὶ ἰχθῦσι διαπεπλεγμένα. id est, Nam muta tanè quæ in aquis degunt. Athenæus libro Dipnosophistarum octauo citat authorem Maasseam Patrensem, qui prodiderit, in Clitorio amne Arcadiæ pisces esse vocales. Item Philostephanū, qui scripserit in fluuio Aorno, qui Pheneum vrbem interfluit, pisces dictis pœcilis vocem esse fermè qualis est turdorum. Tametsi Aristoteles admittat omnibus piscibus vocem, excepto scaphro & porco fluuiatili. Veteres autem quemuis piscē vocabant βλῶνα, quòd vocem edere non posset: βλῶσθαι siquidem est κωλύεσθαι id est cohiberi, & ὀλῶ vox. Vnde apud Theocritum βλωσθῆναι pro piscatum ire.

Cauis marinus, vocalis.

ἰχθὺς, Piscis quare dictus.

Βλῶνα.

Βλωσθῆναι.

Cur piſcibus abſtinuerint Pythagorei.

ri. Addit Athenæus, Pythagoricos à cæteris animantibus non prorſus abſtinere, ſed quibuſdam ex his veſci, quædam etiam ſacrificare, ſolos pisces non guſtare, quaſi ſacros ob σιγωπίαν quam Pythagoras docuit.

Turture loquacior. 30

Τρυγόνος λαλίστερος, id eſt, Turture loquacior. In garrulos & impendio loquaculos homines dici ſolitum. Sumpta metaphora ab auis natura, quæ non ore tantùm, ſed etiã poſtica corporis parte clamare ferunt: ob id opinor, quòd voce edens, etiam illã mouere videatur. Citatur apud Zenodotum ex Plotio Menandri. Ælianus libro 12. capite 10. meminit huius prouerbij, déque aue vtraque corporis parte loquaci. Theocritus in Syracuſianis mulieres quaſdam loquaculas, turtures appellat,

Auis vtraque corporis parte loquax.

Τρυγόνες ὰι παρόντι πατὰ σάρκα λάλοι.

Rana Seriphia. 31

Βάτραχος ὲκ Σερίφου, id eſt, Rana Seriphia. In homines mutos, & canendi dicendíque prorſus imperitos dicebatur. Inde natum, quòd Seriphiæ ranæ in Scyrum deportatæ non edebant vocem. In hunc modum collectanea Græcorum prouerbiorum decerpta è libris Didymi, Tarrhæi & aliorum. Totidem verbis Suidas. Et βάτραχος Σερίφιος, id eſt, rana Seriphia. Proditum enim eſt in Seripho inſula ranas mutas haberi. Meminit huiuſce rei Plinius lib 8. cap. 58. Cyrenis, inquit, mutæ fuere ranæ, illatis è continente vocalibus, durat genus earum. Mutæ ſunt etiamnum in Seripho inſula. eædem alìò tranſlatæ canunt, quod accidere & in lacu Theſſaliæ Sicendo tradunt. Quanquam in vulgatis exemplaribus cicadarum Seriphiarum mentio fit, non ranarum: ſed germanam lectionẽ Hermolaus ex fide veterum codicum reſtituit. Seriphus autem vna eſt inſularum quas Græci σποράδας vocant, Non videntur autem ſatis conuenire verba Plinij cum Græcorum commentariis. Nam hic ait mutas eſſe in Seripho, illi negant vocem edere deportatas in Scyrum: quaſi in Seripho vocales, in Scyro obmutescerent. Verùm attentius intuenti rem, nihil eſt abſurdi. Seriphus ranas habebat mutas: eas vt rem prodigioſam deportabant in Scyrum. quas quum Scyrij mirarentur eſſe mutas, præter ingenium ranarum indigenarum, dicebant βάτραχος ὰ σεριφιος. Ea vox abiit in prouerbium.

Plinij locus

Seriphus.

Alij ſementem faciunt, alij metent. 32

Ἄλλοι μὲ σπείρουσιν, ἄλλοι δ' ἀμήσονται, id eſt, Alij quidem ſementem faciunt, alij verò metent. Quod citra metaphoram etiam ad hunc modum efferunt, ἄλλοι κάμον, ἄλλοι ἄνασα. id eſt, Alij laborarunt, alij perceperunt emolumẽtum. His ſimillimum eſt illud Fabij dictum apud Liuium libro ab vrbe condita, 10. Quam arborem conſeruiſſet, ſub ea legere alium fructum, indignum eſſe dicere. Huc alludit Heſiodus, quũ ſcribit in Theogonia de ſucis,

Veſcentes alieno labore.

Ἀλλότριον κάματον ὀρτίλοιο νηπίῳ ἀϊόντες. id eſt,
Atque metunt ventrem in proprium ſudorem alienum.

Theognis item,

Οὔτι σὺ μὲ πεσσεμμεν, ἄλλοι κάμοντι μελήσει. id eſt,
Amicè tibi exhauſtos alij ne trade labores.

Conſimili figura dictum eſt à Diocletiano, nondum Cæſare, Ego apros occido, ſed alter fruitur pulpamento. Refertur autem in illius vita ad hanc fermè ſententiam, Quùm Diocletianus apud Tungros in Gallia in minoribus adhuc locis militans, in caupona quadam moraretur, & cum Druyde quadam muliere familiarem conſuetudinem haberet, illáque parſimoniam hominis incuſaret, ioco non ſerio reſpondiſſe fertur, tum ſe fore liberalem, quum imperator fuerit. Ad hoc illa, Noli, inquit, iocari Diocletiane: planè imperator eris ſimul ac aprum occideris. Quam quidem mulieris vocem ominis atripiens vice, ſtudioſè ſectari cœpit apros in venatu: haud intelligens videlicet ominis ænigma, quod euentus poſtea explicauit. Nam Numerianus imperator, factione Arij Apri ſoceri ſui interemptus fuerat. Qua re prodita, milites Diocletianum vindicem creant, & Auguſtum conſalutant. Ille itaque pro contione, quo Druydis dictum expleret, aprum manu ſua confodit, addens Maronianum illud, Æneidos decimo,

Æneæ magna dextra cadis.

Cæterùm interea dũ adhuc priuatus ille multos apros confeciſſet, nec affulgeret viquam imperij ſpes, dicere ſolitum ferunt, Ego quidem apros occido, verùm alter fruitur pulpamento.

Aliena iacis. 33

Ἀλλότρια βάλλεις, id eſt, Aliena iacis. Quoties res parũ ex animi ſententia cadit. Tranſlatum ab his qui ludunt alea quibus iacientibus interdum ea cadunt quæ minimè ſunt ad victoriam accommodata. Proinde ſiquando fruſtratur nos ſpes, rectè dicemur ἀλότρια βάλλειν. Adagium refertur à Diogeniano.

Aliam quercum excute. 34

Ἄλλην δρῦν βάναυσε, id eſt, Aliam quercum excute. In eos conuenit qui ſine fine petunt aliquid, aut qui continenter ab eodem mutuum poſtulant. Hos hoc adagio licebit ablegare, vt nobis omiſſis, aliorũ aures ſuis precibus ſolicitẽt. Parœmiam hinc natam putant, quòd olim mortales glandibus victitabant, Cereris vſu nondũ repcito. Hos qui quercubus excuſſis colligebant, mercede ad id conduci, balanitas, id eſt glandium collectores ſiue glandiarios, appellabant. Qui ſiquando circumpiceret ſi quæ glandes etiamdum in arbore reliquæ eſſent, prætereũtes per iocum acclamabant, Aliam quercum excute. Iam vocem vulgus arreptam vertit in prouerbium. Non inconcinnè accommodabitur ad negotium relinquendum, ex quo iam nihil emolumenti poteſt capi: aut mutandum amicum, qui iam vtilis eſſe deſinit: aut præceptorem mutãdum, vnde nihil eſt quod amplius diſcas.

Glandibus victitabant veteres.

Βάλανος ſic.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. Ἀλλὰν) Fortaſſe rectius ſic, Ex alia quercu glandes colligo.

Nuces relinquere. 35

Nuces relinquere, eſt omiſſis ſtudiis ac nugis puerilibus ad grauiora magiſque ſeria conuerti. Perſius, Satyra 1.

-& nucibus facimus quæcunque relictis,
Quum ſapimus patres.

Tranſlata metaphora vel à vetuſta nuptiarum cœremonia, in quibus ſponſus vxorem ducens nuces ſpargebat, vtpote iam puerilia renuntians, ita Catullus in carmine nuptiali,

Nemo ſpiſſas nuces olim ſpargebat.

Da puer propere nuces:
Concubine nuces da.

Virgilius in Bucolicis eccloga 8.

Sparge marite nuces.

Quanquam Plinius libro 15. capite 22. cauſas alias adfert quam ob rem nuces in nuptialibus cœremoniis conſueuerint antiquitus adhiberi. Sed præſtat ipſius referre verba: Nuces, inquit, iuglandes, quanquam & ipſæ nuptialium Feſceninorum comites, multum pinceis minores vniuerſitate, eædémque portione ampliores nucleo. Necnon & honor his naturæ peculiaris, gemino protectis operimento, puluinati primum calycis, mox ligneæ putaminis. Quæ cauſa eas nuptis fecit religioſas, tot modis fœtu mũnito: quod eſt verisimilius, quàm quia canendo tripudium ſonúmve faciant. Feſtus item indicat, in nuptiis à pueris nuces ſpargi ſolitas, vt nouæ nuptæ intranti domum noui mariti, fauſtum eſſet auſpicium. Addit Seruius, pueros catamitos, quum à turpi ſeruitio recederent, ſolitos nuces ſpargere, ſignificantes ſe poſthac omnia puerilia ſpernere. Vel hinc igitur, vel certè à puerorum luſibus qui nucibus perguntur, ductum prouerbium videri poteſt. Nam talis ac nucibus olim luſitaſſe pueros, vel Horatius teſtis eſt, quum ait, 2. Serm. 3.

-to tales Aule nucíſque.

Proinde ad hanc prouerbij formam pertinebunt & reliquæ illæ figuræ, Nunquam à nucibus recedere, Redire ad nuces, Nuces abiicere, Nuces intermittere, Nucibus indulgere, Nuces repetere, atque id genus alia.

Bis pueri ſenes. 36

Δὶς παῖδες οἱ γέροντες, 1. Bis pueri ſenes. Vna eſt ex illis prouerbialibus inſcriptionibus ſatyrarum Varronis. Quadrabit in eos qui prouectiore cùm ſint ætate, tamẽ puerilibus quibuſdam ſtudiis intempeſtiuiter atque indecorè detinentur. Aut in ſenes ætatis vitio deſipiſcentes, tanquam iterum in puericiam reuolutos. Seneca, Non, inquit, bis pueri ſumus, vt vulgo dicitur, ſed ſemper: verùm hoc intereſt, quòd maiora nos ludimus. Plato lib. De repub. 1. Οὐκοῦν ἐφ', ὡς ἔοικεν, ὁ γέρων δὶς παῖς γίγνεται ἄν, ἐφὴ ἐγὼ ὁ Σωκράτης. id eſt, Non ſolùm igitur ſenex, vt videtur, bis erit puer, ſed ipſe etiam temulentus. Ariſtophanes in Nubibus,

φίλος

Θύματα τοιαῦτα οἱ παῖδες τῶν πατέρων ἔθυον.
Εἶδον δ' ἔγωγε καὶ ἐγὼ τοὺς παῖδας οἱ γέροντες, id est,
I vero inquies tibi videri factum illud esse:
Respondeo ipse contra, senes hos esse pueros.

Sophocles in Peleo,

Παῖς ἐστ' ἀνὴρ γέρων ὅταν μὴ
Τροφεῖα σῶσῃ χειμασθέντα πάλαι.
Ἀεὶ γὰρ αὖθις παῖς ὁ γηραιὸς πάρα.
Ego Peleum Æaco fatum, pueri in vicem,
Senem pueris moderor atque tempero.
Nam iterum puer, quisquis senuerit, redditur.

Theopompus, Δὶς παῖδες οἱ γέροντες, ἐρεῖς καλῶς, id est, Pueros bis esse senes, rectè dicitur. Plato, Ἆρ' οὐ δὶς γέρων, ὃς γέρων παῖς ἂν εἴη; id est, Similis videtur bis seni puer senex. Antiphon, Γεροντοτροφία ἐστὶν ἀνοήτων παιδοτροφία, id est, Senem nutrire perinde est quasi nutrices pueros. Lucianus in dialogo cui titulus Τὸν ἐν Κρόνῳ, Οὕτω γὰρ αὖθις νεώτερος γενήσομαι, ἢ φασι τοὺς γέροντας δὶς παῖδας γίγνεσθαι. id est, Sic enim fiet vt verum videatur prouerbium, quo dici solet, senes rursum repuerascere. Huc pertinet quod libro De lingua Latina 3. scribit Varro Pupum senem. Identidem in Atellanis, haberi pupum senem, quod Osci suapte lingua vocent cainar. Nam veteres pupum, puerum vocabant. Neque verò prouerbium ideo tantùm esse dictum, quòd senes ætatis culpa desipiscant: verùm etiam quòd omnibus modis in senibus iàm velut exacta vita ad initium recurrere videatur, quemadmodum scitè dixit Aristoteles in problemate quodam, in quo quærit quodam pacto sint accipienda quæ priora dicuntur ac posteriora. Primum enim redit albor simul & raritas capillitij, quorum vtrunque pueris familiare: deinde balbuties, velut altera infantia. Præterea gingiua exarmata dentibus, aut certè perpaucis & eis vacillantibus instructa: quod & ipsum cum infantibus commune. Quinetiá senibus omne corpus ad puerilem deerelcit modum: cóntumilis virium imbecillitas. Iam verò cibi quoque contimiles vtrique cógruunt ætati. Postremò morũ ineptia, lenitas animi, & hoc ipsum, nihil sapere, in senibus infantiam quandam referre videtur. Autor est enim in Politicis Aristoteles, posse annos duodequinquaginta ingenij vigorem euanescere. Quapropter Euripides in Bacchis ait,

Τὸ γῆρας ἀνδρὸς εἰσορῶν ἐπὶ σχέσει. id est,
Vetteram vbi senectam video mentis indigam.

Senes pueris mirè delectantur. Vnde fit vt senes pueris mirè delectentur, quasi similes iam ad similium amorem propensi.

ANIMAD. HANC. STEPH.

V. barbare! Error est in his Græcis verbis, quem quum Erasmus nõ perspiceret, falsum sensum, eúmque absurdum, in sua interpretatione sequutus est. Ita enim legi debet Platonis locus, ἆρ' οὐ δὶς γέρων ὃς παῖς ἔφυ; id est, Ergo, vt apparet, senex fit bis puer.

Sexagenarios de ponte deiicere. 37

Sexagenarios de ponte deiicere, est natu maiores, perinde quasi deliros & ad omne vitæ munus inutiles, in otium reiicere, atque ab omni functione negotiorum relegare. Inde natum, quòd olim sexagenarios ferendorum suffragiorum ius non erat, ætate velut à publicis muniis dimissa. Vel quòd olim iuuentus Romana, quotola terret suffragia, senes inualidos de pontibus præcipites dederit. nam de póte suffragia ferri iam cœperant. Atque ea sententia magis probatur Sisinnio Capitoni apud Festum Pompeium, quàm vulgata illa, qua putant post vrbem à Gallis liberatam, ob cibarios inopiam sexagenarios in Tyberim de ponte deici cœptos. Varro lib. De vita patrum 2. honestam causam religiosissimque patefacit: quum in quintum gradum peruenerant, atque habebant quinquaginta annos, tum denique erant publicis negotiis liberi atque expediti, & otiosi. Ideo in prouerbium quidam putant venisse, Sexagenarios de ponte deici oportere, quòd suffragium non ferant quod per pontem ferebatur. Nonius Marcellus, Sexagenarios per pontem mittendos, malè dici populus ita intellexit. Macrobius Saturnalium lib. 1. Admiere vis doctis virit, in verborum comitiis ius suffragandi, ac tanquam sexagenarios malores de ponte deiicere? Ouidius in Fastis,

Pars putat, vt iuuenes ferrent suffragia fusi,
Pontibus infirmos præcipitasse senes.

Vade & deportani dicuntur senes, iam velut emeriti, & à ciuilibus negociis in otium remissi. Plato libro De legibus sexto, loquens de magistratu ἐπὶ τοὺς φυλακικοὺς, id est, legibus seruandis præfectorum, non admittit ad eum magistratum gerendum, minorem annis quinquaginta, nec finit in eo perseuerare maiorem septuaginta. vt si quinquagenarius magistratũ inierit, viginti annos eum administret: sin sexagenarius, decem duntaxat. Licebit autem vti prouerbio, vel in odium ætatis, tanquam ad nihil iam vtilis, & ab omni vitæ munere relegandæ: vel simpliciter in eos, qui propter ætatis imbecillitatẽ, rudes tam donati sunt, ac solutorum munerum vacationem acceperunt.

Ætas immunis, vel munus idonea ad omnia ferenda Reipub.

Crambe bis posita, mors. 38

Δὶς κράμβη θάνατος. id est, Crambe bis mors est. Plin. lib. 20. cap. 9. inter brassicæ species, tertio loco refert & cramben. Dioscorides lib. 2. crambes tres species facit, quarum prima, præterquam quod aluũ ad multa remedia efficax est, etiam ebrietatis & crapulæ incommoda tollit, si crudam edas ante cœnam ex aceto: vt indicat M. Cato. Aristoteles in cauta putat esse, quod quum ipsa sit frigida, & succum habeat dulcem, ac discutientem, sit vt vinosos humores in aluum detrahat, tenues humores in vesicam delabantur, ipsa in ventriculo remanens, corpus refrigeret. Atque ita humoribus vtrinque deductis, & refrigerato corpore, cessare crapulam. Inest autem peculiaris quædam vis crambæ, obsistendi vino, vt si in vineto seratur, vinum proueniat dilutius. Proinde apud Ægyptios Sybaritas solenne erat, ante omnia sumere cramben coctam. quibusdam mos erat ex amethystino vasculo crambes semen ante compotationem capere, quo citra periculum ebrietatis indulgere vino possent. Huiusmodi ferè Athen. lib. 2. addens illud, priscis cramben ac raphanum pro eodem habita. Vnde Theophrastus prodidit, vitem etiamnum viuã raphani odorem fugere. Verùm vt ad prouerbium redeamus, Suidas scribit illam antiquitus in cõuiuiis adhiberi solere, verùm recoctam, adeò nauseam adferre, vt Græcis in fastidii prouerbium abierit. Quoties enim rem iterum atque iterum repetitam non sine molestia fastidiebãt, dicebant Δὶς κράμβη θάνατος, id est, bis crambe mors: hoc est, κράμβη δὶς ἐφθή. crambe recocta. Ad hoc adagij Politianus arbitratur allusisse Iuuenalem, quum scribit in Satyra septima,

Crambe bis posita.

Declamare doces, ô ferrea pectora Patti,
Quum premit extinctos tacitis numerosa tyrannos
Nam quæcunque sedens modo legerat, hæc eadem stans
Pronunciat, atque eadem cantabit vappa iacebit.
Occidit miseros crambe repetita tyrannos.

Cramben repetitam appellat declamationem maximo cum tædio iterum atque iterum audiendam. Finitimum est illi quod alio cõmemorauimus loco, ὁ διὰ Κόρινθος, id est, Iouis filius Corinthus. Contrarium illi, δὶς καὶ τρὶς τὸ καλόν. id est, Bis & ter, quod est pulchrũ. Chil. 1. Cent. 2. prou. 49. Quod enim per se præclarum, id vel decies repetitum, vt inquit Horatius, placere solet: quod ineptum, id primo quoque offensione nouitatis, vtcunque toleratur: cæterùm iteratum, haud iam ferendum fastidium adfert. Et tamen erat priscis admodum celebris hæc herba, adeo vt nec religione careret, & ob hoc μάντις vocata. Per eandem iurare mos erat, præsertim apud Ionas, νὴ μὰ τὴν κράμβην. vt hinc quoque fastidij prouerbium ortum videri possit. Author Athenæus libro Dipnosophistarum nono.

Per cramben.

Ne Hercules quidem aduersus duos. 39

Μηδ' Ἡρακλῆς κατὰ δύο, id est, Ne Hercules quidem aduersus duos. hoc est, Nemo vique adeo viribus excellit, vt vnus pluribus par esse possit. Neque indecorum est cedere multitudini. Erit autem suauior metaphora, si significabimus, neminem, quantumuis erudítum, aduersus duos in disputando tutũ esse: aut eundem hominem pluribus negotiis sustinendis non esse simul parem: aut non posse resisti precibus duorum rem eandem petentium. Poterit & aliam in formam verti prouerbium ad hunc modum, Si negant vel Herculem aduersus duos esse parem, quinam ego tam imbecillis aduersus duos Hercules ílabo? Quanquam obiter huius vsum prouerbij in operis huius vestibulo paucis ostendimus. Plato lib. De legibus 11. ὅδε δὴ λόγος τις ἀληθὴς μάλιστα, ὡς οὐδὲ δύο μάχεσθαι πάντα, κἂν ὅσῳ περ ὁ ἥττων, σμικρόν τι δέμενον. id est, Verum est illud & iam ólim prouerbio celebratum, arduum esse aduersum duo eáque contraria pugnare, quemadmodum in morbis, assíisque compluribus. Significat nobis esse geminam pugnam, tum aduersus diuitias, tum aduersus egestatem.

Cõtra duo eáque contraria pugnare difficile.

Idem in Phædone vsurpauit, vbi Socrati per iocũ hortanti vt Cebetem ac Simmiam confutet argumentatione, respondet Phædon, ἀγαθὸν ἐπὶ δύο καὶ Ἡρακλῆς οὐκ ἱκανὸς εἶναι τι ξυμβῆναι. id est, At verò contra duos ne Hercules quidem dictus fuisse esse. Eodem alluſit Catullus in carmine nuptiali, quum ait,

-noli pugnare duobus.

Hæc sententia tametsi non iisdem verbis, aliquoties legitur apud Homerum: vt in Odyssea υ,

-χαλεπὸν γὰρ ἐρωήσασθαι ἑνὶ πολλούς. id est,

Vnus vix cõtra multos. *Difficile ac dirum aduersum compellere multos.*

Telemachus ita loquitur de se ac procis. Item Iliad. ο,

Αὐτίκα δ' οὐ μάτην, ὅτε οἱ ἐὼν ἐπιείκτης,
Ἕκτορ ἐπὶ δύο φῶτε μετ' ἀμφίβροτον ἤλυθεν ἄρουραν. id est,
Haud frustra Hectora, alioquin strenuus armis,
Conspexit timidissimus duos conflare ruentes.

Proverbij occasio. Occasionem adagij variè narrant. Quidam aiunt Molionidas adortos aliquando Herculem ex insidiis, neque illum hominum multitudine territum, non tamen contrà resistere, sed fuga saluti consuluisse: idque in vulgi sermonem abiisse. Vera propius est quod refert Suidas. Herculem, cõstituto certamine Olympiaco, secum viribus suis, primum ausum certare cum duobus, & vtroque confecisse. Hos aiunt fuisse Cteatum & Eurytũ, Neptuno patre & Molione matre progenitos. Deinde proxima Olympiade consimili modo congressum fuisse cum duobus quibusdam, atque ab his fuisse superatum. Quamquam sunt qui hos existiment fuisse Lycum & Pherandrum, sed qui vicerint Herculem, non qui victi discesserint. At Plato in Euthydemo longè diuersum ab his historiam adducit: puta, Herculem cum hydra pariter & cancro quodam immani, qui magnitudine erat, congressum, inferiorem discessisse, atque ob id Iolai nepotis auxilium imploraſſe. Sed non grauabor ipsius verba subscribere. In eo igitur quem dixi dialogo, Socrates cum duobus fratribus sophistis, &, vt sunt illi, contumeliosis, disputans, quasi cum duobus monstris vnus congressus: quum illi probro obiicerent Dionysodorus quòd fugeret, neque ad interrogata responderet, ad hunc modum respondit,

Ἐγὼ γὰρ, εἶπον ἐγὼ, πάλαι ἔγνων τὸν ὑμῶν ἑκάτερον ἱκανὸν ἅμα μὲν ὕδρᾳ φθέγξασθαι πρὸς τοσούτους λόγους, ἅμα δὲ καρκίνῳ τῷ ἐκ τῆς λίμνης, ἅμα δὲ καὶ ἄλλῳ τινὶ τῶν πολυκεφάλων θηρίων· ἐπειδὴ δὲ ὁρῶ ὑμᾶς οὐδὲ ἕν, οὐδὲ ἓν ἐρωτώμενον ἀποκρινομένους, ἀλλὰ πολλὰ ταῦτα καὶ πολλάκις, ἐθαύμασα ὑμῶν τὴν σοφίαν, ὅτι ποτὲ ἐστὶν, καὶ ἐβουλόμην ἀκοῦσαι ὑμῶν τί ποτε ἐρεῖτε πρὸς ἃ ἐρωτᾶσθε· νῦν δὲ ἐπειδὴ ὁρῶ ὑμᾶς οὐδὲν ἐθέλοντας ἀποκρίνεσθαι, ἀπέρχομαι. ὁ δὲ ἐμὸς ἑταῖρος Ἰόλαος ἐνταῦθα ἐκέλευσεν ἐμὲ μένειν. id est, Non iniuria, inquam, fugio, nam cum ea teruti sim impar, cur non fugiam ambos? Equidem Hercule multo sum imbecillior, qui tamen pugnare pariter non valuit & aduersum hydram sophisticam (cui, propter sapientiam, pro vno sermonis capite amputato multa repullulabant) & aduersum cancrum sophisticam quendam è mari profectum, & nuper, vt arbitror, aduectum. A quo quum Hercules ad sinistram angeretur, verbisque acriter morderetur, nepotis sui Iolai auxilium implorauit, qui subinde illi succurrit. Meus autem Iolaus Patrocles si venerit, magis alteram certaminis partem sustineret. Mordaci videlicet allegoria Socrates è fratribus sophistis alterum, hydram, alterum, cancrum nominat: sc, Herculem, Ctesippum, Iolaum.

Vnus vir, nullus vir. 40

Εἷς ἀνὴρ οὐδεὶς ἀνήρ, id est, Vnus quidem vir, nullus est. Sensus est, nihil egregium præstari posse ab vno homine, omni auxilio destituto. Huc pertinet quod ait Euripides in Heraclidis, μιᾶς δὲ χερὸς ἄκοσμος ἀλκὴ. id est, Nam solitariæ manus inualida pugna est. Item illud eiusdem, εἷς ἀνὴρ οὐκ ἀνὴρ ἐσθλός. id est, Vir vnus haud videt omnia. Poterit ad varios vsus deflecti prouerbium: vel ad insuauem vitam, si non adsit conuictor amicus: vel ad iudicium haudquaquam vni committendum: vel ad studium literarum, quod citra socium, & eiusdem, vt aiunt, æmulum Musæ, planè friget: vel ad quoduis denique peragendum negotium, quod citra alterius adminiculum commodè confici non queat. Adagij mentionem facit Zenodotus.

Vnus vir nõ cernit omnia.

Asinus inter simias. 41

Ὄνος ἐν πιθήκοις, id est, Asinus inter simias. Vbi quis incidit in homines naturos & contumeliosos, ipse illoIidus, à quibus impunè rideatur. Extat apud Aulum Gellium libri secundi capite 23 apud quem Menander comicus in fabula cui titulus Plocium, maritum de vxoris iniuria querentem inducit, his verbis, ὄνος ἐν πιθήκοις πάντ' ἐποίησεν ἀεί, ἐὰν νῦν. id est, Asinus inter simias, vulgo quod aiunt, fane illud. Constat autem simiam animal esse petulantissimi ingenij adeo vt non vereatur etiam leonem per lasciuiam agitare, naribus illius affixa. Quam & hodie vulgo simile quiddam dicunt, Noctua inter cornices, vbi stupidior aliquis in homines petulantes ac dicaces incidit. Nihil autem vetat quo minus generaliter vsurpetur, vbi quis negotium incidit vehemente ridiculum, aut in infortunium aliquod, vnde se non queat expedire. Noctua inter cornices, vel cornices.

Asinus inter apes. 42

Ὄνος μελίτταις, id est, Asinus inter apes. Consimilem habemus prouerbium, dici solitum, vbi quis inconsiderate incidit in homines improbos atque opportunos. Metaphora petita liquet. Quanquam ea adagij facies eiusmodi quopiam natum videri potest. Meminit Suidas.

Asinus in vnguento. 43

Ὄνος ἐν μύρῳ, id est, Asinus in vnguento. Quum delectari dicuntur homines his quibus non decent, aut qui vel vti nouerunt illis, vel delectantur. Nam asinus culmos ac fœnum manducare quam aurum, vel vnguentum, quo etiam offenditur. Locus fuerit huic adagio, Ecclesiasta inductus aliquis, nos incidat authores quos obiiciam, aut ego gaudium depranet. Siue quum amuso cuiquam cum eruditissimis viris viuere contigerit, quorum mores consuetudine neque fiui nouerit neque omnino gaudeat. Refertur à Diogeniano proverbium.

Res absurdæ plane.

Neque cœlum neque terram attingit. 44

Οὔτε γῆν ἅπτεται οὔτε οὐρανόν, id est, Neque cœlum neque terram attingit. De re vehementer absurda atque aliena, quæque nullo vicinitate pertinet ad ea de quo agitur. Lucianus in Alexandro, ταῦτα μοι χρησμοὶ πεμφθέντες, οὐτε γῆς, φασὶν, ἐπτόμενοι οὔτε οὐρανοῦ. id est, Octo mihi misit oracula, sed quæ neque cœlum, vt aiunt, neque terram attingerent. Aristides in Cimone leuiter alludens ad prouerbium, indicat metaphoram sumptam ab iis qui in medio pendent aëre, vtrinque liberi.

Nihil ad versum. 45

Οὐδὲν πρὸς στίχον, id est, Nihil ad carmen. De his qui longè discrepant ab ea quæ proposita sunt. Translatum videtur à scena, vbi histrio saltatũ gestúque, carminis genus repræsentat. Et haud Gloriabundus fuerit qui restituerit versus, alius quispiam emendatiores. Apparet enim vnum aliquem fuisse recitatorem, cuius est illa vox in calce comœdiarum. Calliopius recensuit. Nec alioqui video quorsum pertineat quod admonet Cicero, ab histrione denique discendum ad quam naturæ sit appositus. Quòd in prologo Comœdiæ requirebat, qui prologum dicit, quærunt clamores fabulæ ad se delerti, animus laborantis ad alios. Quòd si saltatio plurimum respondeat ad motus carminis, credam & hoc. Lucianus in Philopseude, Οὐδὲν πρὸς στίχον ταῦτα, φασὶν, οὐδὲ ἐπὶ τοῦτο ἐπηρώτων. Talia nihil ad carmen, vt dicitur: neque enim de his interrogabam. Quum in choreis non respondet ad numerum saltationis, eum κακέμφατον appellabant, quem ἀσύμφωνον dicebatur. Andreas Alciatus hoc seculo non modo iuris Consultus, verumetiam omnium studiorum decus; nec minùs suspiciendus ob rarum quendam ingenij candorem, quàm ob exactam omnium liberalium disciplinarum peritiam, libro Disputationum suarum 2 contendit quidem in sensu vtique prouerbij, cæterum de origine nonnihil dissentit. Manilq. ab oraculis esse natum, quæ quondam carmine reddebãtur, præsertim heroico, cuius inuentor fuerit Pythius Apollo. Græcis autem στίχος dicitur, quod ἑστηκὸς τὸ στίχος πρόσωπον πᾶν χρηματίζει. id est, quòd res oraculis respondeant. Hanc enim etymologiam adfert Eustathius in principio Iliados Homericæ, vnde probabilius esse iudicat Alciatus noster, quoties euenirent quæ prænuntiis aut proposito non quadrarent, dici solitum, οὐδὲ στίχος. Vsus est eo Vlpianus in Pandectis, lib. 11. Tit. de interrogatoriis actionibus, cap. Quod autem ait prætor, omnino no respondisse, pro non respondisse sic accepimus, vt omnino non respondere videatur qui ad interrogata non respondit; id est, οὐδὲ στίχος. Suidas indicat non-

Andreæ Alciati laus.

nunquam

nunquam vſurpari οὐδὲ πρὸς ἕνα, pro temere ac de nihilo, quæ absit. Adducit hos versus ex poeta nescio quo,

Οὐδὲ πρὸς ἕνα πάντας ἀνάγκῃ,
Πῶς ἐκ τοῦ πάντας τὸν ἕνα φράζ' ἕνας ἴχνος id est,
Adeone temere & inpicatus esse tam,
Prius atque rem omnem vt ipse habet cognouero?

Prior versus Græcus constabit si legas, pro ἕνας, χ' ἕνας, Vsurpant idem Aristophanes in Concionatricibus: quem locum respicimus prouerbio, Extra cantionem. Ciuil. Cent. 2 prou. 47.

Nihil ad fides. 46

Οὐδὲ πρὸς τὴν χορδήν, id est, Nihil ad chordã In eos quorum vita veheminter est inæqualis, quorúm vemores ab oratione dissident. Lucianus De saltatione, καὶ ἀνδρῶν φασι, οὐδὲ πρὸς χορδήν. ἐπεὶ γὰρ ὁ μὲν, ὁ δὲ πρὸς δὲ ὁ μὲν ἀριθμὸς λείπει. id est, Nihil ad chordam, vt dici solet. nam alia pes alia loquitur: rhythmus Idē in Metretico, ἢ ὅτι οὐ πρὸς τὴν κιθάραν ἐστί. id est, Et quòd pes probe responderet ad citharam. Plutarchus in commentario De verecundia, καίτοι ἐξῆς τὴν τῶν τρόπων οὐδὲ πρὸς λύραν ἀκούεται, οἷς πλάττει ἕλκειν πάντας πρὸς τὴν ἡδονὴν καὶ φίλους ἀφορισθῆναι, ἐκεῖ δηλῶν τι καὶ πάσχειν. ἀλλ' ἐξῆς πρὸς οὐδὲν τὸ πρᾶγμα καὶ ἄτοπα παραμίλλεται id est, Haudquaquam ob id quòd pes à lyra dissentiat, sicut ait Plato, ciuitates cum ciuitatibus, amici cum amicis conflictantes, extrema tum faciunt, tum patiuntur: sed quòd circa leges atque æquitatem peccetur. Locus autem quem cita: Plutarchus, est in libro De legibus septimo, Κινδυνεύεται συχνὰ τὰ φιλτατα πᾶσι φίλοις. πρὸς δὲ ἁρμονίαν καὶ συμφωνίαν τὰς λύρας, δῆλα μὲν μᾶλλον πρὸς χορδὰς ἑκάστοις, δῆλα δ' ἔστι πρὸς μελῳδίαν συνιέντας τινάς, καὶ τὰ λεγόμενα. id est, Reddentes voces cum lyræ tono concordes. Porrò vocis discrepantiam diuersitatémque, quoties alios modos edunt chordæ, alios is qui cantilenam composuit, & cætera. Videtur ad hoc prouerbium alluisse diuus Augustinus in epistola quadam ad Licentium, Aut si ego canto, inquit, tu autem ad aliam vocem saltas, nec sic quidem me pœnitet. Habet enim suam hilaritatem ipsa cantatio, etiam quum ad eam membra non mouet, cui plena charitatis modulatione [illegible].

Meret ab extrema dissidentes.

Formica camelus. 47

Μύρμηξ ἢ κάμηλος, id est, Formica camelus. De vehementer inæqualibus, & modò minimis, modò maximis. quod perinde sit quasi repente camelus in formicam vertatur. Lucianus in prima epistola Saturn. ἐπεὶ δὲ νῦν ἔχομεν, μύρμηξ ἢ κάμηλος, ὡς ἐν παροιμίᾳ φασί. id est, Nam, vt nunc viuitur à nobis, formica camelus, quemadmodum prouerbio dicitur. Loquitur de opibus inæqualiter inter mortales distributis, vt huic plurimum superfit, huic multum desit. Neque intempestiuè dicetur in eos qui sibi non cõstant, in vtranque partem immodici. Quod genus hominum describit Euripides in Troadibus,

Τί δ' ὧδε πάσχε δαίμον' ἐν δόμοις ἔχεις;
Μενῶ γὰρ οὐ φρονοῦσιν ἐν τύχαις ἐγὼ. id est,
Quid ita modo hos modo in hosce mores transfers?
Quæso acerbe amáque nimium quemlibet.

Mores qui sibi non constant.

Os sublinere. 48

Os sublinere, pro eo quod est dare verba, & arte quadam illudere, reperitur aliquoties apud authores. Nonius Marcellus tractum putat à ridiculo quodam lusus genere, quo dormientibus ora pinguntur. Plautus in Aulularia. Fidei centiebam maximam fidem esse. Ea subleuit os mihi pessimè. Idem alibi, Os mihi probè sublitum est. Idem in Epistol. Ego si adlegassem aliquem ad hoc negotium minus hominem quàm doctum, minúsque ad rem callidum, os sublitum esset. M. Varro in Mysteriis apud Nonium, Æs defraudasse cauponem, bonam luto obleuisse, quum portitores æra induxere. Sophocles in Antigone,

Ὁρῶν γ' οἶδ', οὐδ' ὑπόπτευον τόδε. id est,
-videns & hoc sed os tibi sublinens.

Vergil. item in carmine Bucolico, pueros inducit per lusum, Sileni faciem mori succo oblinentes.

-sæpeque videns
Sanguineus frontem moris & tempora pingit.
Ille dolum ridens, quo vincula nectitis, inquit.

Dare verba. 49

Dare verba, passim obuium est apud omnes authores pro eo quod est fallere. Persius 4 Satyra,

-tibi mane da verba, & decipe patrem. Terent.
Cui dare verba facile est. Ouidius,
Verba dat omnis amans.

Idem eleganter transtulit ad fallendas animi curas:

Dextro fudit curarum ludique labores:
Experior curis & dare verba meis.

Sed tum frequentiora tum expositiora sunt exempla, quàm vt operæpretium sit ea persequi. Tantùm illud admonuerim, nonnihil veneris accessurum prouerbio, si longius à simplici detorqueatur oratione, videlicet ad fraudem impositurámve, vel citra verborum fucos peragitur. Quod genus fuerit siquis dicat mundum hunc dare verba cultoribus suis, & Alchymisticam, quam vocant, artem, dare verba suis studiosis. & Eum sibipsi dare verba, qui sibi pollicetur haudquaquam speranda. *Alchymistica.*

Addere manum. 50

Illud inusitatius quod est apud Plautum in Persa, Addere manum, pro eo quod est, ludibrio habere. Translatum opinor ab iis qui manu ad aurem posita, motaque, quempiam irrident. Verba sunt hæc, Quid ais, crux, stimulorum tritor? quomodo me hodie versasti? vt me in trieas coniecisti? quomodo de Persa manus mihi addita est? Item in Pœnulo, Quo pacto auaræ Veneri pulchrè adji manum. Rursum in eadem scena. Ego faxo posthac dij deæque cæteri contentiores magis erunt atque auidi minus, quum scibunt Veneri vt addiderit leno manum. Idem in Aululatia, Ita illis impuris omnibus adjimanum. Iterum in Casina, Satin' Iepidè addita nobis manus merito? Quanquã variè scripti mendo, nunc adi, nunc addita. Mihi videtur rectius legi addidi, vt accipiamus sumptam metaphoram ab irridentium gestu, vt dixi, gestu, cuius meminit Persius, Satyr 3.

Nec manus auriculas imitata est nobilis albas.

Circumtondere comam. 51

Περικείρειν τὴν κόμην, id est, Circumtondere comam Græcis in probro est, pro eo quod est, ludibrio habere. Nam id lanis gratia fieri solet stupidis, vt eis nõ sentientibus, cæsaries circumtondeatur. Lucianus in Misanth. ἐκαθήμην πρὸς παροῦσιν ἐκκεκοπὼς ἀμφοτέρωθεν τὰ ἀκρωτήρια. id est, Sedebas quum tibi cæsaries ab illis circumtonderetur. Vsurpat idem in Pseudomante. *Habere ludibrio.*

Fucum facere. 52

Fucum facere, pro eo quod est imposituram facere, & artificiosa dissimulatione deludere: frequens est apud bonos authores. Terentius in Eunucho, Per alienas tegulas venisse clanculum, fucum factum mulieri. Quo loco, factum, supinum est, non participium. Quintus frater ad Ciceronem, Si eum, qui tibi promiserit, fucũ (vt dicitur) facere velle senseris. vt te id audisse & scire dissimules. Nam fucus herbæ genus, quam Græci φῦκος vocant, tingendis lanis vtile. Vnde simpliciter fucum pro colore reperire licet, & fucare pro colorare. Horatius in Epod. Od. 12. *Fucus.* *Fucare.*

-flectere fucatus crocodili.

Maximè si colorem non natiuum aut genuinum, sed artificiosum ac velut adulterinum significemus. vt idem Horatius Carm. lib. 3. Od 5.

-neque amissos colores
Lana refert medicata fuco.

Proinde mediamentum illud, quo cuti superinducto mulierculæ vitia formæ dissimulant, quasque personam assumunt, fucum vocant. Plaut. Vitia corporis fuco occultant. Vt autem fucus est color arte additus, ita persona facies est non vera sed apposititia. Vnde eleganter dictum a Senec. Vt personam malit quàm faciẽ ad est, videri malit quam esse. Lucretius item l. 3. *Persona.*

Nam veræ voces tum demum pectore ab imo,
Eliciuntur & eripitur persona manet res.

Cor. Tacitus in dialogo de oratoribus. Ita nec præceptor deerat optimus quidem & electissimus, qui faciem eloquentiæ non imaginem præstaret. Itaque personatos dicimus, qui aliud præ se ferunt quam sint. Quin & officias vocant, inania quædam rerum sepulchra, quæ veluti præstigiis quibusdam, oculis intuentium imponunt. Græci simplici verbo φενακίζειν vocant, & φενακισμὸν, huiusmodi imposituram φενακισμὸν, fuci artificem. Qui scripsit etymologicum Græcum, author inlyncerus & impurus, vocem deductã existimat ἀπὸ τῆς κόμης, quæ Græcis coma dicitur apposititia, Latini galericulum appellant. *Personati.* *Officia.* *Galericulum.*

Color. Quin & colorem pro fuco vſurpauit Iulianus, citante Vlpiano lib.Pand.14. Tit.Ad ſenat.conſul Maced.cap.9. Sed Iulianus (inquit) adiicit, ſi color quæſitus ſit, vt filiusfamiliàs qui mutuam pecuniam accepturus erat, fide iuberet. Quin & rhetores, probabilem rationem quam ad defenſionem commenti ſunt, colorem appellant. Iuuenalis Sat.6.

Dic aliquem nobis, dic, Quintiliane, colorem.

Et hęrente ſummo rhetore, vxor deprehenſa impudentiſſimo colore ſe tuetur,

conueneratolim
Vt faceres tu quod vellet, nec non ego poſſem
Indulgere mihi.

Album calculum addere, & ſimiles figuræ. 53

Ἀλκλὸν ψῆφον προσθεῖναι, id eſt, Album calculum addere, pro approbare, ſubinde legimus apud doctos. Inde ſumptum, quod antiquitus miſſis in vrnam calculis, ita ferebantur à iudicibus ſententiæ, vt albis abſoluerent, nigris damnarent. Qui ſi forte fortuna fuiſſent æquales, tamen liberabatur reus. Eiúſque rei cauſam Ariſtoteles copioſiſſimè reddit in problematibus. De calculorum more meminit Ouid.Metamor.lib.15.

Calculi albi, nigriquo olim vſurpati in iudiciis.

Mos erat antiquus, niueis atrisque lapillis,
His damnare reos, illis abſoluere culpa.
Tunc quoque ſic lata eſt ſententia triſtis, & omnis
Calculus immitem dimittitur ater in vrnam.
Quæ ſimul effudit numerandos verſa lapillos,
Omnibus è nigro color eſt mutatus in album.

Plinius iunior in epiſtola quadam, Nam quo magis intendam limam tuam, confitebor & ipſum me, & contubernales ab editione non abhorrere: ſi modò tu fortaſſe errori noſtro album calculum adieceris. Id eſt, ſi noſtrum hunc errorem tuo iudicio comprobaris. Lucianus in Apologetico ἐκ τοῦ περὶ τῶν λευκῶν ψήφων οὐ μικρὰν ἐπιδόσεως. id eſt, Haud paruo æſtimans ſi mihi contingat, album abs te plenúmque ſuffragium auferre. Plato libro De legibus ſecundo, ἐκ οὐκ ἀφανοῦς τούτου ψῆφον. id eſt, Haud poſuerim hunc calculum. Huc adſcribendum quod Alcibiades, nolens ſeſe iudicum permittere ſententiis, ait, Ne matri quidem confidere velle, ſed etiam hanc in huiuſmodi periculo ſuſpectam habiturum, ne nigrum calculum pro albo ſubiiceret. Ariſtides in Pericle, ſimplici verbo dixit ἐπιψηφίζειν, pro comprobare, éámque vocem tanquam Platonicam vſurpat.

Ἐπιψηφίζειν.

Creta notare. Carbone notare. 54

Ad hanc formam pertinent & illa, Creta notare, pro eo quod eſt, approbare: & Carbone notare, quod eſt damnare. propterea quòd Pythagoras aiebat, id quod eſſet colore candido, ad boni naturam pertinere: quod atro, mali vnde & felicia, alba dicimus infames, nigros. M. Tullius in actione pro Cecinna de teſte Sexto Clodio Phormione, Nec minus niger, inquit, nec minus confidens, quàm ille Terentianus Phormio. Et Horat.1. Serm.Saty.4.

Alba pro felicibus. Niger.

Hic niger eſt, hunc tu Romane caueto.

Idem 2.Serm.3.

ſum, an creta, an carbone notandi?

Quem imitatus Perſius, ait in quinta Satyra:

Quæque ſequenda ferant, & quæ vitanda vicißim:
Illa prius creta, mox hæc carbone notaſti.

Rurſum Horat.Carm.lib.1.Od.36.

Creſſa nec candet pulchra dies nota.

Candidum calculum Creſſam notam appellat, qua veteres, dies fortunatos ſignare conſueuerunt. Tametſi ſunt qui hoc loco pro Creſſa legunt Threſſa: quòd hic mos fuiſſe perhibetur Thracibus. Ad hanc formam pertinet etiam illud, Vnione ſignare, quod ſæpius apud authores eſt, pro eo quod eſt, inter felicia proſperáq; numerare. Ductum à veterũ ſuperſtitione, qui vnumquẽque anni diem, miſſis totidem in vrnã, aut (vt apud Scythas) in phareträ, calculis, ſignabãt: quem albi trahabantur proſperum abiiſſe, candido calculo, aut creta: quem egregie felicem, vnione: contrà, quem inauſpicatum, nigro lapillo notabant. Perſius Saty.2.

Creſſa nota. Vnione ſignare.

Hunc Macrine diem numera meliore lapillo.

Huius ſuperſtitionis meminit Plinius libro 7.capite 40. Vana, inquiens, mortalitas, & ad circunſcribendam ſeipſam ingeniosa, computat more Thraciæ gentis, quæ calculos colore diſtinctos, pro experimento cuiuſque diei in vrna condit, ac ſupremo die ſeparatos denumerat, atque ita de vnoquoque pronuntiat. Quid quòd iſte calculi candore illo laudatus dies originem mali habuit? Hactenus Plinius. Plutarchus in vita Periclis hiſtoriam refert ab his non abhorrentem, quam fortaſſis non abs re fuerit hic ipſius verbis adſcribere, Ἐπεὶ γὰρ μέρη διελὼν τὸ πᾶν πλῆθος, ὀκτώ μέρεσι, ἐψηφίσατο τὸ λαχὸν τοῖς λευκοῖς κύαμον διαχρῆσθαι καὶ χαίρειν πάσῃ, τὴν δίκην μαχομένην· διὸ καὶ φασί τινες ἐν ἡμέραις τισὶν ἡγεμονίας, λευκὴν ἡμέραν ὀνομάζειν, καὶ λευκὸν καιρόν, ἀποπροβλίτους. id eſt, Vniuerſam multitudinem partitus in octo partes, ſortibus vtebatur: & cui contigiſſet alba faba, huic, cæteris repugnantibus, permittebat in conuiuiis atque otio agere. quapropter etiam aiunt eos, quibus res aliquæ ſuauiter ſuccedunt, eum diem album vocare, nimirum ab alba faba. Ad hanc vicinitam pertinet, quòd quæ præcipua ſunt, ea melioris notæ eſſe dicimus. veſuti quum M. Tullius alicui ſalutem dici iubet de nota meliore. Triſtem notam dixit Iunius Decad.1.lib.4. Poſthumius nulla triſti nota eſt inſignitus. id eſt nulla crudelitatis infamia aſperius.

Albus dies. *alba faba.* *Nota melior & triſtis.*

Calculum reducere. 55

Calculum reducere, eſt mutare factum cuius te pœniteat. aut vertere conſilium rei non ſatis commodè inſtitutæ. Nonius citat Ciceronem in Hortenſio, Itaque tibi concedo, quod in duodecim ſcrupis olim, vt calculum reducas, ſi te alicuius dati pœniteat. Tranſlatum apparet aut à ratiocinantibus, aut (quod eſt vero propius) à ludo latrunculario. In ſumma, prouerbij ſpeciem habent quæcunque à calculis finguntur metaphoræ. Vt, ad calculos vocare, pro eo quod eſt, rationem inire & æſtimare. Marcus Tullius dialogo De amicitiâ, Hoc quidem eſt nimis exigue, & exiliter ad calculos vocare amicitiam, vt par ſit ratio datorum & acceptorum. Valerius Maximus libro quarto, capite de liberalitate, Si ad calculos reuocetur, paruum, vtpote ſeptem ingeribus, & hoc in Pupinia abditis, redactum: ſin animo prærogantis, omni pecunia maius. Et Ad calculos reuerti, eſt redire ad rationem, ac reſpectum, conſiliumque. Cicero ad Atticum, Quare nunc ſaltem ad illos calculos reuertamur, quos tunc abiecimus: vt non ſolùm gloriosis conſiliis vtamur, ſed etiam paulò ſalubrioribus. Et in epiſtolis Plinianis, Mouere calculos, pro eo quod eſt, proponere rationes. Et ponere, inquit, in vtraque parte calculos. id eſt, vtrinque rationes expendere. Et, Hic calculus accedat. id eſt, hoc momenti adiungatur. Neque quicquam prohibet eadem ratione dici, Decedere calculum, & Detrahere calculum.

Ad calculos vocare. Ad calculos reuerti. Mouere calculos. Calculos in vtraq. parte ponere.

Θ *præfigere.* 56

Theta præfigere, pro damnare. Perſius,

Et potis es vitio nigrum præfigere theta.

Auſonius in pædagogum ligurtiorem, carmine choliambico,

Miſelle doctor, u tibi ſit obſcæno,
Tuumque nomen theta ſelicis ſignet.

Sunt qui hoc ad figuram Græcanicæ literæ referant, quòd ea cordis humani tranſixi ſpeciem quodammodo repræſentet. Nam neſcio an debeamus Iſidoro credere, qui 1.Etymolog.lib.ſcribit, ita militari more ſolere fieri, vt cęſi Θ, ſalui T ſignarétur. Certè de hoc ſigno T ſit mentio etiam in Apocalypſi beati Iohannis Euangeliſtæ. Sed vero ſimilius quod ſcribit Aſconius Pædianus, olim in iudiciis ſortes, quæ mittebantur in vrnam, triplicem notã habere ſolere: ac Θ quidem damnationis, fuiſſe ſymbolum, T abſolutionis, A ampliationis. id eſt quoties ſignificabant ſibi parum adhuc liquere, ac denuo cauſam agi oportere.

Nota ſortilegorum in iudiciis olim.

Stellis ſignare. Obelo notare. 57

Ἀστέρι σημαίνειν, ὁ Ἀστέρι παραφέρειν. id eſt, Stellis notare. Euſtathius in 5.Odyſſeæ librum, admonet dictum de iis qui longam ac delectam viam peragunt: adeo vt neceſſum habeant regionum ſitum ſtellarum obſeruatione ſignare. Ductam autem eſſe metaphoram à nauigantibus, qui quum eouſque procęſſi ſunt à terra, vt iam cœlum vndique & vndique pontus, ſtellarum indicio curſum moderari ſolent, maxime Cynoſuræ & Helices, teſte Arato ὁ φαρμακεύς.

Cynoſura & Helice ſtellæ Septentrionales.

Οἵ τέλεσ μὲν, κυνόσουρα δ' ὀπιπεύουσι καλίσθαι,
Τὴν δὲ τρίτην, φοίνικα. τίκτε γὰρ ἀνέρας ἀγαθούς.
Ἐν δὲ τῇ πυμαντήν ἐστι χρυσέας ἀγυιάς.
Τῷ δ' ἅμα φοίνικι πρώτιον πρόσωπον ἀγινεῖ,

Ἀλλ' ἄγε, τοι παρὰ γ' ὄνειρός ἐστ' ἀλιτήριος,
Πολλὰ φερόμενος ψεύδεα τοισιν ὁμοῖα νοῆσαι,
Καὶ τ' ἄλλοις, καὶ μοῖραν ἀπὸ ταυτησιν ἀρέσθαι.
Μισητὸν γὰρ τοῦτο θεοῖς, ὅ φησι τις εἰδέναι.
Τῷ γ' ἀθέρι ἰθυντὴρ ἐκ ταυτὶλλοτρια.

Quorum carminum interpretationem adscribam ex Germanici Cæsaris interpretatione,

Hic Ienis altrites Helice Cynosuraque fulgent.
Dat Graius Helicen cui sua nauigatio alta,
Thoracat Cynosura regit sed candida tota,
Et liquido splendore Helice nitet haud prius ulla,
Quam se Oceano fulgentia condidit ora,
Stella micat cælo septem quæ Cressa flammæ.
Certior at Cynosura tamen fulcantibus æquor,
Quippe breuis totam puro se cardine vertit,
Sidoniámque ratem nunquam spectata resellit.

Et Aratum imitatus Ouidius, lib. de Tristibus 4.

Magna minorque fera, quarum regit altera Graium,
Altera Sidonias, vtraque fixa, rates.

Idem indicat Vergilius in quinto, de Palinuro loquens,

Talia dicta dabat, stanti cum puppe magistro,
Nunquam amittebat oculos, que iuba ardua tenebat.

Idem alibi,

Cuncta notat tacito labentia sydera cælo.

Consimiliter Homerus, cum alias, tum Odyssex lib. 5.

Αὐτὰρ ὁ πηδαλίοιο ἰθύνετο τεχνήεντως,
Ἥατο δ' οὐδέ οἱ ὕπνος ἐπὶ βλεφάροισιν ἐκάθητο,
Πληιάδας τε σκοπέων τε βοώτην ὀψὲ δύοντα,
Ἄρκτον θ', ἣν καὶ ἅμαξαν ἐπίκλησιν καλέουσιν,
Ἥ τ' αὐτοῦ τε στρέφεται καὶ τ' Ὠρίωνα δοκεύει,
Οἴη δ' ἀμμορός ἐστι λοετρῶν ὠκεανοῖο.

id est,

Ille quidem nauim arte regens clauo assidet hæres,
Nec sunt illapso torpere lumina somno,
Pleiadas, seroque recondentem ora Bootem
Suspectans, vrsamque, alio cognomine plaustrum,
Quæ fixa vsque loco se circumflectit eodem,
Et nunquam Oceani liquidas aspergitur vndis.

Astris signare vel notare eam.

Vnde ἄστρα σημαίνειν τινὰ ὁδὸν videntur ij qui notulis quibusdam & coniecturis arte deprehensis, rem aliquam peruestigatu difficilem inquirunt aut assequuntur: aut qui signis quibusdam multo ante colligunt quid sit euenturum. Postea deflexum est vt stellas prænotare dicantur qui quippiam velut animaduertendum insignunt. Cui diuersum ὀβελίζειν, id est, veru prænotato quasi iugulare ac damnare. Translatum ab Aristarcho, qui Homeri carmina in corpus redegit atque in libros digessit, versus nothos, hoc est adulterinos & subditicios qui non viderentur sapere venam illam Homericam, ὀβελίσκους, id est minutis verubus prænotatis, damnans: contra, qui viderentur insignes ac genuini, ἀστερίσκους, id est, stellulis illustrans. Quem morem secutus est & Origenes, & diuus Hieronymus in Literis diuinis. Quin hoc ipsum Aristarchi cognomen in proverbium abiit, quòd is eum damnandi notulis probandique morem excogitarit. M. Tullius Attico, Totum hunc locum, quem in Aristocratia ego valde meis orationibus, quarum tu Aristarchus es, soleo pingere, de flamma, de ferro (nosti illas λυκοῦφους) valde grauiter pertexuit. Atticum vocat suarum orationum Aristarchum, id est censorem & emendatorem: quòd illi mos fuerit, siquæ parum probasset in scriptis Ciceronis, ea ceris rubris notare. Quod quidem alibi declarat idem M. Tullius, lib. ad Att. 16. Quæ mihi florentia visa sunt tuo iudicio, cerulas enim tuas miniatulas illas exumescebam. Idem ad Dolabellam, Profert alter, opinor, duobus versiculis expensum: alter Aristarchus hos ὀβελίζει. Ego, tanquam criticus antiquus, iudicaturus sum. Item M. Varro de ling. Lat. Aristarchos appellat criticos grammaticos, qui de libris iudicant. Et Horatius. Fiet Aristarchus. id est castigator & expensor alieni scripti. Et D. Hieronymus subinde quempiam, sui temporis Aristarchum vocat, quòd arbitrio suo alia damnaret, alia probaret.

Aristarchus, censor librorum.

Cerula minia tula.

Ὀβελίζειν. Veru signare.

Notari vngui, & similia. 58

Ad eandem formam pertinent hæc quoque, Notare vngui: quòd soleat vngui signum apponi, vbi quid parum placet. Horatius dixit, transuersa calamo signum apponere, pro eo quod est damnare. In eúdem sensum, Censoria virgula legitur idem item apud D. Hieronymum, pro castigandi notandique authoritate. Item apud Quintilianum lib. Instit. 2. Qua quidem ita sunt se-

Transuersa sig. apponere.

Censoria virgula.

uere vsi veteres grammatici vt non versus modo censoria quadam virgula notare, &c. A Centoribus Romanis traductum, quorum partes erant notare siquid in moribus ciuitatis dignum emendatione iudicarent ac multam dicere. Eodem pertinent spongia, lima, cælum, quę in emendationis prouerbium abierunt. Spongia deletur quod non placerimma detrahitur atque expolitur quod redundat, quodque inculcum est. Cælo deformatur item ac fingitur id quod est rudius. Proinde in spongiam incubuisse dixit Augustus Atacem suum, quem deleuerat. Et elimata dicuntur expolita. Et sculpturam orationis, cultum dicunt.

Spongia, Spongiatum prouerb. Limam addere. Sculptura orationis.

Stylum vertere. 59

Stylum vertere, est mutare quod scripseris. Horatius in Sermonibus, *Sæpe stylum vertas.* Antiquitus in tabellis ceratis scriptitabant stylo graphiario, cuius altera parte, nimirum acuta, per æquor cereum ducta, literas exarabant, altera latiore runium obliterabant quod exarassent. Hieronymus aduersus Rufinum, Quandiu non renuebam laudationem tuam, sequebaris vt magistrum, fratrem & collegam vocabas, & catholicum in omnibus fatebaris. Postquam verò non agnoui laudes tuas, & me indignum tanti viri præconio iudicaui, vertis stylum, & omnia laudata prius vituperas, de eodem ore & dulce proferens & amarum. Hieronymus imitatus est Ciceronem, qui Verrinarum actionum 4. scribit in hunc modum, Timuit aliquando & commotus est, vertit stylum in tabulis suis quo facto causam omnem euertit suam. Inuenitur & stylum infigere, & stylo appetere, pro eo quod est scriptis insectari atque inuehi.

Stylum infigere. Stylo appetere.

Omne tulit punctum.

Omnium calculis. 60

Omne tulit punctum, & cunctorum calculis, legimus pro eo quod est omnium sententia & comprobatione. Quorum prius translatum est à consuetudine comitiorum, vbi tabella circumferri consueuit, in qua puncto apposito significabant cui candidatorum suffragarentur: posterius à iudiciorum sortibus, de quibus paulo superius meminimus. Horatius in arte poetica:

Omne tulit punctum qui miscuit vtile dulci.

Nam qui iucunda modò scribunt, iis duntaxat placent qui voluptatem appetunt: contrà qui vtilia, ab iis tantùm probantur quibus vtilitas quæritur. At qui voluptatem cum vtilitate coniunxit, is omnium suffragio laudabitur. Idem in epistolis,

Dixerit Alcæus punctis illius, ille meis quæ?
Quæ nisi Callimachus?

Item in Epigrammate choliambico, quod refertur à Porphyrione,

Ciceronum Rufus iste conditor,
Hic est duobus elegantior Plancis:
Suffragiorum puncta non tulit septem.

Aristides in Themistocle, ἐνέγκαι ἅπαν Ἑλλάδα. id est, qui est communis Græcorum calculus, dixit pro eo quod erat totius Græciæ consensus. Cicero libro Tusc. quæst. 2. Quæ flamma est per quã non cucurrerunt, qui hæc olim punctis singulis colligebant? Agit autem de magistratibus qui singulorum ciuium suffragiis mandabantur. Apuleius Asini sui libro 6. Certe calculo cunctorum vtcunque mors ei fuerat destinata, id est, omnium suffragiis sententiisque.

Punctis singulis.

Cumani serò sapiunt. 61

Οἱ δὲ Κυμαῖοι σοφοὶ ὀψέ, id est, Serò sapiunt Cumani. Id adagium refertur à Strabone Geographiæ libro 13. putátque eos vulgò malè audisse tanquã stupidos atque insulsos, ob hanc ciuitatem quòd ducentis annis portus vectigalia exegerint hoc nomine vt vrbem ædificarent, quę dare tamen non desierunt quum iam vrbs esset extructa. Adscit & aliam fabulam, Cumanos publica pecunia mutuo accepta, porticus construxisse: deinde quum pecuniam eam ad diem præceptum nó reddidissent, à deambulatione fuisse prohibitos. Aliquanto pòst quum ingens esset pluuia, creditores ludibrij causa præconem misisse, qui publicarent edictum, vti Cumani porticus subirent. Atque ita voce præconis admonitos subisse: inde natum adagium, Serò sapere Cumanos, qui nonnisi moniti senserint defugiendam esse pluuiam. Notat & Stephanus, Cumam ac Lesbum malè vulgo audisse stupiditatis nomine. Prouerbium autem non sentit de Cuma Italiæ, sed Æolidis, quæ eadem dicta fuisset Amazonium & Phriconitis, aut (vt Herodotus libro primo) Phriconis. Similimum

Cumani stupidi.

Serò sapiũt Phryges.

illi,Serò sapiunt Phryges. Nihil enim vetat quominus dicatur & in illos qui non nisi tuo malo docti, parent rectè monentibus.

Mala attrahens ad sese,vt Cæcias nubes. 62

Κακὸν ἑῷ αὐτὸν ἕλκειν ὅστις καιάκιον φῦσᾷ, id est,Sic mala sibiipsi,vt Cæcias nubem,attrahês. Versus est senarius, prouerbio celebratus in eos qui sibiipsis litium ac negotiorum materiam pariunt accersuntque. Ducta similitudine ab eius venti natura cui nomen Cæcias: quem Plinius media inter Aquilonem & exortum regione flare scribit, & vnum contra aliorum Septentrionalium ventorum naturam, nubes non pellere,sed attrahere. Quin ipsius adscribam verba,Ventorum,inquit, etiam frigidissimi sunt quos à Septentrione diximus spirare. Vicinus his Corus. Hi & reliquos compescunt,& imbres abigunt. Humidi Auster & Africus.& præcipuè Auster Italiæ.Narrant & in Ponto Cæciam in se trahere nubes.Hactenus Plinius. Aristoteles libro de mundo putat Cæciam circa ortus æstiuos flare, additque hunc à nonnullis eundem haberi cum illo quem alij Thrascian nominant,flatque proximus Argestę Quid autem in causa sit vt hic ventus nubes non more reliquorum à se propellat, sed ad se vocet, Aristoteles in Meteorologicis conatur ostendere.Vel quòd alius, inquit,ventus reflet aduersus eodem tempore: vel quòd hic è sublimi cæli parte spirans, puta Orientali, non trãsuersus per terram feratur,sed recuruata linea, propter reflexum,vnde exortus est,eò recurrit: atque ita fit vt nubes ad sese cogat.Vnde idem in lib. de mundo, Cæciam inter eos ventos numerat qui ἀνακλιντικοὶ, id est,reclinati flatus vocantur.In Problematis autem sectione 26.duas huiusce rei causas reddit.Alteram hãc esse putat, quòd eodem tempore reflet alius ventus Cæcia contrarius. Altera non dissonat ab iis quæ retulit: nempe Cæciam spirare ab eminentiore cæli regione, nimirum ab ea quæ vergit ad Orientem: hanc autem esse editiorem quam occiduam,colligit ex magnitudine & altitudine maris Occidentalis. Itaque fieri vt Cæcias occidentem regionem aduersus impetens, nubes contractas eas quæ suo in se reflexu adferebat. Huius rei mentionem facit & Plutarchus in vita Sertorij,scribens,hunc ducem animaduertisse Cæciæ naturam, qui tum fortè flabat,Cæcitanos (aut, vt Græci codices habent, Characitanos) hostes ad deditionem coegisse ad hunc modum.E regione speluncarum,in quibus illi se continebãt,obiecit aggeres cinereos.Quibus incussatione equirum concitatis, Cæcias tantum pulueris in fauces speluncarum deuexit,vt quum ferre non possent, sese Sertorio in manus darent. Refertur adagium ab Aulo Gellio,lib.2. cap.22,idque ex Aristotele. Refertur & à Theophrasto,lib. De natura ventorum.Sed ab hoc atque item ab Aristotele refertur: vt videatur etiam in bonam partem dici posse. Ait enim, ἕλκων ἑῷ αὐτὸν πλοῦτον, ὥσπερ ὁ κεκμὰς τὸν Θρᾷκα, id est, Attrahens ad sese diuitias,vt Cæcias nubes. Plutarchus in commentario cui titulus, Quo pacto quis possit ab inimicis iuuari ait τὸν ἐχθρὸν ἕλκειν τὸν φίλον, ὅπως καὶ φασὶ τὸν βορέαν τὸν αὐτὸν ἕλκειν τὸν λαιψηρίαν. id est, Quemadmodum enim Cæcias nubes, itidem improba vita probra ad sese trahit. Vsurpat idem in bonam partem in Præceptis politicis.Vnde de re quauis dici posse videtur in vtramlibet partem.vt, Hic ad sese eruditorum hominum gregem attrahit, perinde vt Cæcias nubes. Hic vndique pecunias attrahit ad sese, quemadmodum Cæcias nubes. Hunc omnes bonæ fœlicitates non aliter sequuntur quàm Cæciam nubes.Nusquam absunt iurgia, vbicunque hic adest: neque enim secus ad sese lites attrahit quam Cæcias nubes.Consimiliter ad rem referri potest: Res est tumultuosa,ambitio.quippe inuidiam,simultatem,profusionem atque id genus alia incommoda non aliter attrahit ad sese quàm Cæcias nubes. Modestia cunctorum hominum beneuolentiam allicit ad sese,itidem vt Cæcias nubes.

Aristotelis loci.

Cur nubes attrahat ad se Cæcias.

Locus Plutarchi.

Oleum in auricula ferre. 63

Domitius Calderinus.

Oleum in auricula ferre,est apud Martialem. Quo loco mihi non satisfacit interpres Domitius Calderinus, vir alioqui probe doctus. nam poeta taxare videtur hominem rigida supináque aure, id quod etiam Græci notant ὁ ὀρθὸν ἔχων καὶ τὸ οὖς ὑπτίως ἔχων. id est, Sublimem & supinam aurem habens. Carmen Martialis est huiusmodi,

Narratur quidam bello dixisse Marullo,
Ego tibi do oleum dixit in auricula.

Postò vt in Problematibus scripsit Aristoteles,aures aqua infusa offenduntur,oleo non item. Quod si fortè aqua in aurem incident, oleo infuso medemur,dum lubrica facta aure, aqua defluit. Proinde & vrinatores oleum auribus instillare consueuerunt, quò minus aqua lædantur Hinc itaque videtur natum adagium, nempe à gestu eorum quibus est aliquid liquoris infusum,quod ne effluat, aurem supinant,quasi auerſantes ac fastidientes audire. Neque tamen negauerim posse referri ad assentatores, qui velut oleum in aurem instillant,dum iucunda loquuntur magis quam salutaria. Cui diuersum est illud Persianum,

Auriculas teneras mordet si radere vero.

Oleum vendere.

Huc igitur pertinebit & illud Euangelicum de venditoribus oleiverùm cui placet hic sensus posterior, in auriculam,accutandi casu,legat oportet. Quod quoniã & prouerbij speciem præ se gerit, & vulgò iactatum Martialis indicat,non existimauit prætercundum.

Quid si cælum ruat 64

Τί ἐὰν οὐρανὸς πίπτῃ; id est,Quid si cælum ruat) Ironia prouerbialis in eos qui tutissimis etiam in rebus ridicula timent. Hoc vnde manarit,Aristoteles indicat libro τῶν μηχανικῶν προβλημάτων quinto:scribens,priscis illis & rudibus mortalibus persuasum fuisse,cælum hoc,quod videbant immanere, Atlantici humeris sustineri.quòd si ille se subduxisset, fore vt è sublimi in terrã deciderent. Idque nõ solum poetarum figmentis fuisse proditum, verumetiam a physicis nonnullis adfirmatum. Plutarchus in libello De facie quę apparet in orbe lunæ,citat Phœnacem quendam, qui metuerit ne luna decideret in terram, quique commiseratus sit vitam eorum qui lunæ forent subiecti: cuiusmodi sunt Æthiopes & Taprobani,si tantum pondus in eos rueret: idem veritus de terra cęloque, tali columnis Atlanticis fulciuntur. Theognis,

Priſci rudes.

Phœnax timebat ne luna decideret.

Ἐκμοὶ ὑπὲρ κεφαλῆς μάχαιρ' ἱμερτὴ ἐλάσσῃ
Καὶ σφε θανεῖν δείσω πολλὰ μεταιχμίσας,

id est,

Vtinam meo vertici capiti illabatur Olympus
Ferreus: antiquo quod metuere viri.

Terentius εἰ ἐὰν τοῦτο γένηται, Quid si redeo ad illos qui aiunt,Quid si hunc cœlum ruat? Allusit huc Horatius Odis,

Si fractus illabatur orbis,
Impauidum ferient ruinæ.

Vmbram suam metuere. 65

Τὴν αὑτοῦ σκιὰν φοβεῖσθαι, id est, Suam ipsius vmbram metuere dicuntur, qui pueriliter trepidant vbi nihil omnino sit periculi. Translatum vel ab iis qui fortè conspecta corporis sui vmbra,subitò expauescunt:vel à melancholicis quibusdam,qui authore Aristotele,propter oculorum imbecillos spiritus in aere proximo veluti suam quandam imaginem contemplantes, arbitrantur sese suos videre manes. Socrates in Phędone Platonis,Tu verò tuam,quemadmodum dici solet,metuês vmbram.id est,tibi ipsi diffidis.Qu. ad Ciceronem de consulatu petendo.Alter verò,quo dij boni, splendore est?Primùm nobilitate eadem qua Catilina. num maiore-Nõ:sed virtute.Quamobrem qui manium vmbram suam metuit,hûc negliges quidem. Quanquam is locus non vno modo erat depravatus in codicibus. Plutarchus Symposiacorum Problematum decade septima τῶν περὶ τὰς σκιὰς ἀλογούμενον ὄνομα ἐν διαφόροις διαλεκτοῖς σκιὰν ὀζῆν καλοῦσιν. id est, Qui vmbræ nomen refugiat ac molestè ferat, is vere vmbram videbitur formidare.Agit autem de vmbris ita vocatis, qui non ipsi vocati à conuiuatore, sed vocatum sequentes, adeunt conuiuium.

Locus Q. Ciceronis.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. *erat depravatus*) Ne hic quidem nulla superest depravatio. quid enim sibi vult illud manium. Nimirum Manius legendum esse vetera exemplaria docent.

Vel muscas metuit præteruolitantes. 66

Prouerbialis esse videtur hyperbole, quam refert Aristoteles septimo De repub.libro. ἀπὸ δόξης μὲν τῶν πολλῶν μυῖας μεταιωρουμένας id est, Qui muscas inquiens,etiam præteruolitantes metuat.id est,quamuis friuola de causa. Idem similem quandam commemorat in Moral.7. loquens de iis qui viqueadeo natura sunt timidi, vt etiam

Friuola, metuenda non sunt.

etiam si forex obstrepat, protinus expauescant.

Funem abrumpere nimium tendendo. 67

Ἀποῤῥήγνυται τὸν σχοινὸν ἐπιτείνων, id est, Abrumpetur tentus funiculus. In eos dici solitum qui dum extrema experiuntur, alienant à se eos cum quibus agunt: & vniuersi rei iacturam faciunt, dum plus satis attenti sunt ad lucrum. Lucianus in dialogo quodam, matrem lenam facit obiurgantem filiam quod amatorem in conuiuio nimis pertinaciter contempserit: periculum autem esse ne præter modum exacerbatus atque irritatus iuuenis, amorem pariter & commodum aliò conuertat. Ἀλλ' ὅρα, inquit, μὴ καὶ τὸν σχοῖνον ὑπερτείνωμεν καὶ ἀποῤῥαγῶμεν, id est, Ac vide ne, iuxta prouerbium, abrumpamus dum nimium tendimus, funiculum. Pindarus apud Plutarchum, χρὴ τὸν ἀπὸ δυσμενοῦς χρείας μεσεῖν, id est, Atque intolerabilium curarum funiculum soluenti. Quanquam hoc ab adagio nonnihil est diuersum, magisque congruit cum illo quod est apud Senecã in epistolis ad Lucilium, de explicandis catenis negotiorum; atque adeo abrumpendis, si nequeat explicari. Prouerbium generaliter trahi poterit ad quemlibet cunctatum immodicum, & ob id in malum aliquod erumpentem. Huic finitimum est illud Hebraicorum, haud quaquam inficete neque inuenustè dictum prouerbium, Qui nimium emungit fortiter, elicit sanguinem. Nec abhorret Mimus ille Publianus,

Furor fit læsi sæpius patientia.

Atque alter huic consimilis, eiusdem, opinor: etiamsi Senecæ nomine fertur,

Iratus animus lapsus grauius multo irascitur.

Antiquitates curatorum. Funiculus curatum. Emungens acrius, elicit sanguinem. Furor fit læsi sæpius patientia.

In matellam immeiere. 68

Εἰς τὸν ἀσκὸν ἐνουρεῖν, id est, In matellam immeiere. Quum sordidè tractantur, aut ad munus aliquod parum honestum adhibentur ij qui non indigni videantur, vtpote ipsi sordidi atque inhonesti, quasique ad contumelias ferendas facti. Lucianus de mercede seruientibus, Οὐδὲ ὀνειδίζεται μικρὸν ἀργύριον λαβόντα ὑπηρετῆσαί τινι ἀσελγῶς, ἢ τὸν ἀσκὸν ἐπισπάσασθαι, ἐνεγκόντα, id est, Neque hi quicquam indigni aut acerbum patiantur, neque illis conuitiis afficere videantur, si quod iubant in matellam immingant. Siquidem ad hûc vsum quam maxime natum matella. Ex aduerso Martialis Batsum quendam ioco taxat, qui in aureum vas incacasset, quum vitro biberet:

Ventris onus miserande nec te pudet crepis auro
Bassebibis vitro, gratus ergo eris.

Ad contumelias facti homines. Matella.

Risus Ionicus. 69

Τὸν Ἰωνικὸν id est, risus Ionicus. In molles & voluptuarios dicitur. Nam Ionum mollities, perinde vt Sybaritarum fastus, in prouerbium abiit, quòd alteri Græcorum, alteri barbarorum essent luxuriosissimi. Athenæus libro Dipnosophistarum duodecimo de luxu Ionum loquutus, ait extare parœmiam auream, quæ mores eius gentis testificetur. hanc, vt opinor, intelligens. Idem lib. 14. docet, saltationis genus olim fuisse lasciuum ac petulans, quod Ionicum dicebatur. Valerius Maximus libro rerum memorabilium secundo prodidit Ionas primos, vnguenti coronarúmque in conuiuio dandarum & secundæ mensæ consuetudinem, haud parua luxuriæ irritamenta, reperisse. Maximus Tyrius in dissertatione cui titulus, Quis sit philosophiæ finis, Crotoniates inquit, Olympicum oleastrum admirat, Spartiates armaturam, venationes Cretenses, luxum Sybarites, Ion choros. Hunc Horatius in Odis,

Motus doceri gaudet Ionicos *Matura virgo.*

lasciuas saltationes, & parum decoras gesticulationes significans. Vnde & apud Aristophanem ἰωνικῶς pro eo quo est ἁβρῶς, id est, molliter ac delicatè.

Iones, molles. Chorea Ionica. Ionicè, ἁβρῶς.

Risus Megaricus. 70

Τὸν Μεγαρικὸν, id est, Risus Megaricus, in eos dicendum qui parum tempestiue iocantur, quique (quod vetat Quintilianus) malunt aliquoties amicum quàm dictum perdere. Aut quorum artes iam in contemptum abierunt, successione maiorum artificum obscuratæ. Neque male quadrabit in senes, qui ætate aliena, lusus quosdam indecoros, ac voluptates iuuenes turpiter consectantur. Nam ioncea comœdia viguit ad tempus deinde in contemptum venit, irrita ab Athenienſibus. De risu intempestiuo celebratur & hic tetrastichus,

Τὸν ἄκαιρον ἐν ἑορτῇ ἄφιτε χαίρειν. id est,

Comica comœdia.

Non in loco videre, præpostera est animi.

Risus Chius. 71

Γέλως Χῖος, id est, Risus Chius, de molli lasciuóque lusu. Quanquidem & Chiorum mores taxauit vetus comœdia. Adagium commemoratur à Diogeniano.

Chij, lasciui.

Quicquid in buccam venerit. 72

Quicquid in buccam venerit. Quoties libere quoipiam ac toto ore quicquid significamus, inculpate, & quicquid forte fortuna in animum intulerit. Quemadmodum apud suos amicos facere solemus, apud quos impune quidlibet nugamur atque ebullimus. Marcus Tullius ad Atticum, libro decimo quarto, Aut si nihil erit, quod in buccam venerit scribes. Idem libro duodecimo, Quid quum coram iunius, & garrimus quidquid in buccam venit? Rectè torquebitur & in eos qui temere atque inconsiderate loquuntur: perinde quasi sermo vlis non pectore noscatur, sed in faucibus.

Quicquid in linguam venerit. 73

Huic par ferè germanum est illud quod vsurpat Lucianus in libello De ratione conscribendi historiam, Ἀλλὰ τοῦτο ἡ ἀκαταστασία ἐστὶν ἡ ἀπὸ τῆς γλώττης ἁπλῶς, φασὶ, ἁπτομένη, id est Commiscentes affingéntéque quicquid verbi temere in linguam venerit, aiunt. Pulchrè dictum hoc libro de republica octauo citat ex Æschylo tragico poeta Vlpianus & Athenæus libro Dipnosophistarum quinto, ὃς γε τὰ τυχόντα πεπτωκὼς, ἃ, φασὶ τὴν γλῶτταν ἐπιπίπτει ἔφη, id est iuxta poetã qui dixit, Quicquid in linguam forte ceciderit. Hoc velut interpretans Socrates in oratione Panathenaica, ἡμᾶς δὲ τοὺς ἀδόξους καὶ ἀγεννεῖς ἀνθρώπους, τὰ αἰσχιστα λέγοντας, id est, Simplices videlicet nos qui temere & arroganter ac futiliter quicquid in mentem venerit, loquuntur.

Quicquid in mentem venerit.

Momo satisfacere, & similia. 74

Τῷ Μώμῳ ἀρέσκειν, id est, Momo satisfacere. Proverbialis est hyperbole. Hesiodus in Theogonia & Momi cuiusdam meminit, quem ait, Nocte matre, Somno patre progenitum. Huic deo mos est, opium quidem nihil operis edere, sed aliorum deorum opera curiosis oculis contemplari, & siquid est omissum, aut perperam factum, id summa cum libertate carpere. Nam μῶμος, Græce reprehensionem sonat. Aristoteles de partibus animalium lib. 3. meminit huius qui naturam incusarit quòd bobus cornua in capite ac non in armis potius addiderit: videlicet quo vehementius possent ferire. Ad quod videtur alluisse Lucianus, quum in secundo Verarum narrationum libro, scribit se vidisse boues quotidiè quibus cornua mediè non in fronte, quemadmodum reliquis, sed sub oculis: idque ita visum esse Momo. Huius idem Lucianus cum alijs compluribus locis meminit, tùm in Dialogo de hæresibus, huiusmodi quandam de eo fabulam refert: Mineruam, Neptunum & Vulcanum de principatu certasse inter se contendisse. Et vt quisque artis suæ præcipuum aliquod specimen ederet, Neptunum taurum quendam finxisse: Mineruã domum excogitasse, Vulcanum hominem composuisse. Momus delectus arbiter certaminis, & artis expensor illis, inspecto vniuscuiusque opere, præter alia quæ in reliquorum operibus reprehendit, illud potissimum in hominis opificio notauit, quòd artifex non in pectore fenestras aut ostiola quædam addidisset, quo perspici posset quid in corde lateret, quod illi speculum aliquo muniique recessibus sinuosum fingeret. Cuius fabulæ mentionem facit & Plato. Philostratus in epistola quadam ad vxorem, de Momo scribit in hanc ferme sententiam, Hunc in Venere nihil alioqui quod reprehenderet inuenisse, nisi quòd tintinnabulum illius calumniabatur, vt stridulum nimiumque loquax, ac strepitu molestum. Quòd si Venus citra tintinnabulum incessisset, ita vt emersit à mari, tota nuda, nullam omnino ansam carpendi Momus inuenisset. Qui quidem deus tametsi non perinde gratus est atque cæteri, propterea quòd pauci veram reprehensionem libenter admittant: tamen haud scio an vllus alius è maxima poeticorum deorum turba sit vtilior. Quanquam nunc nostri Ioues exclusis Momo solam Lutetiam audiant, blanda salutaribus anteponentes. His igitur Momus varias adagiorum formas suppeditat. Vel quum Plato De republ. lib. 6. scribit, Philosophiæ studium esse eiusmodi, vt ne à Momo quidem possit reprehendi. Vel quum Venus Lucianica iam iuxta in iudicium, negat se dubitaturam, etiamsi Momus ipse iudicaturus esset. Vel quum Cicero scribit ad Atticum libro 5. Quòd me maximè horta-

Momus, quis. μῶμος quid. Cornua bouis sub oculis. Fabula de Momo reprehensore. Philostratus.

sis, & quod pluris est quàm omnia, in quo laboras, vt etiam Ligurino Momo satisfaciam: mouar si quicquam fieri potest elegantius. Ergo prouerbij speciem habebunt omnes id genus formulæ, Haud dubitem tecum vel Momo iudice decertare. Inculpatior est eius viri vita quàm vt vel Momus ipse possit carpere. Hanc faciem ne Momus quidem possit reprehendere. Nec Momum iudicem recusarim. Hæc vel Momo ipsi satisfaciant. Et si quæ fingi possunt consimiles. Ad hanc formam pertinet illud Ouidianum de forma Adonidis,

Liuor quoque laudaret. *Laudaret faciem liuor quoque.*

Breuiter omnes id genus hyperbolæ speciem prouerbij obtinent: veluti Terentianum illud, Ipsa salus, si cupiat, seruare domum hanc non possit. de familia deplorata. Item de loco vehementer munito, Hanc arcè ne Mars quidem ipse expugnarit. De homine pręfracto ac pertinaci, Huius animũ ne Vertumnus quidem ipse verterit. De re neutiquam probabili, istud ne Pitho quidem ipsa persuaserit. De re tacitu difficili, Hoc ne Harpocrates quidem ipse aut Angerona continere queat. In tanto rerum strepitu ne somnus quidem ipse somnum ceperit. De homine pręter modum suspicaci & diffidenti. Iste ne Fidei quidem ipsi fidem habeat.

Ne fideiquidem ipsi fidē habeat.

Argum fallere.

Hic vel Argum fallat, de vehementer astuto. Hic miserior est quàm vt ei vel ipsa inuidere possit inuidentia. Verùm de his loquendi formulis admonuimus in operis huius initio.

Cælo ac terra loqui. 75

Diffisi hominum præsidiis.

Qui frustra vociferantur, cœlo ac terræ loqui dicuntur. Sic enim solent qui diffidunt hominum præsidiis, exclamare, ô cælum, ô terra. Theognetus apud Athenæum libro tertio, ac rursus libro decimoquinto,

Πεφιλοσόφησας, γῆ τε καὶ θαλάττιος,
Οἷς οὐδὲν ἔστιν ἐν βροτοῖς πρὸς σὸν λόγον.

id est,

Terra loquens cælique philosophatus es,
Sed hîsce nulla est cura sermonis tui.

Consine est illi quod alibi retulimus, Vento loqueris.

In portu impingere. 76

Est apud Quintilianum in Institutionibus, In portu impingere, pro eo quod est, statim in ipso operis ingressu peccare. Vsurpatur & à diuo Hieronymo in Apologia secunda aduersus Rufinum, Statim de portu egrediens nauim impegi. Idem ad Pammachium, Egredientes de portu statim impegimus. Sumptum à nauigantibus, qui magno cum dedecore, prius quàm portu exierint, nauim illidunt. In diuersum sensum inflexit Papyrius Fabianus, referente Seneca in controuersiis, Nauim in portu mergis. De sene qui luxuriari cœperat aliena ætate. Apte dicetur in omnes qui negotio iam propemodum cum laude confecto, in extremo degenerant. Idem est apud Græcos, ἐν τῷ λιμένι ναυηγέω, id est, In portu impingere. Nilus quidem Græcus author ita refert, μὴ παρατείνειν τὰ πανία ἐν τῷ λιμένι γνώμην, id est, Ne efferatis animo, ne fortè naufragium tibi fiat in portu.

In portu mergere nauim.

In limine deficere aut offendere. 77

Huic proximum sit illud, In limine offendere, aut deficere. Translatum ab iis qui domum ingressuri, statim in limine pedem offendunt, prius quàm quicquam occeperint agere. Virgilius,

—cur inductores in limine primo *Deficiunt?*

Id est, statim, ac vixdum inito bello. Duriusculè dixit Q. Curtius libro sexto, in ipso limine victoriæ stamus: pro eo quod est proxima est victoria. Huic contrarium est quòd in epistolis ad Lucilium scribit Seneca, In summo deficit cliuo. Ducta translatione ab iis qui conscenso propemodum monte, tum delassantur quum proximi sunt cacumini.

In summo cliuo deficere.

Cantherius in porta. 78

Consine est superioribus, Cantherius in porta. Natum à Sulpitio Galba quodam, cui quum prouinciam exituro cantherius in porta cecidisset, Rideo, inquit, cantheri, in porta, quum tam longum iter sis iturus, iam lassum esse te, quum vixdum sis ingressus. Quod dictũ in prouerbium abiit. Refertur adagium à Festo Pompeio in dictione Ridiculus, atque is indicat conuenire, quum quis in principio rei vix inchoatæ deficit animo. Quid autem sit cantherius, dilucidè exponit. nempe equus exectis testibus: vt hoc differat cantherius ab equo quo mas alis à verre, caper à gallo, verues ab ariete.

Cantherius quid.

Citra puluerem. 79

Ἀπύρι, id est, Citra puluerem, Græci dicunt contingere quo quis facile citraque negotium potitur. Translatum vel ab haphe, id est, à pulueris contactu, quo se spargebat in palæstrico certamine congressurus: vel certè à puluere quo non indecorè sordidari scripsit Horatius eos qui certant Olympia, quive bellum gerunt. Plinius libro 35. Alcimachus Dioxippum, qui Pancratio Olympia citra pulueris tactum (quod vocant ἀπύριστον) vicit. Aulus Gellius libro quinto, Quandũ, inquit, causa est quum deditione repentè facta, sine puluere, vt dici solet, incruentáque victoria obuenit. Horatius in Epistolis.

Ἀπύριστι.

Quis circum pagos & circum compita pugnax
Magna coronari contemnat Olympia, cui spes,
Cui sit conditio dulcis sine puluere palmæ?

Inuenitur & ἀνάιμαστι, id est, citra sudorem & ἀναιμαστί, id est citra sanguinem.

Ἀνίδρωτι. Ἀναιμωτί.

Deserta causa. 80

Ἔρημον δίκην, id est Deserta causa, quum nemo repugnat. Translatum à iudiciis, vbi nonnunquam altera pars cedens tradit causã aduersario. Itaque deserta causa vincere, est vincere nullo contrà pugnante. Lucianus in Ioue tragœdo, ἆρ' οὖν ἔτι ἀφ' ἑαυτῶν κρατοῦντες ἔτυχον δίκης; id est, Itaque quid aliud videbimur fecisse quam deserta causa vicisse? Idem in Toxaride, Καὶ τοιοῦτος τοῖς ἐρήμην νικᾶν εἰωθόσιν ἀπαντήσεις, id est, Tu quoque ciuitates, nullo defendente, abs te capi. Vtitur & Socrates in apologia apud Platonem, ἐγὼ μὲν οὖν κατηγορίᾳ τε οὐκ ἐλεγχόμενος ἐρήμην ἂν ἁλοίην, id est. Deserta causa nullo defendente, accusantes. Iureconsulti composita voce appellant eam vocãt. Ita Paulus Pandect. lib. 4. Tit. de minoribus, cap. Et si sine dolo. Item, Et in eremodiciis ei subuenitur. Constat autem omnis ætatis hominibus restitutionem eremodicij prætari debere, si doceant se ex iusta causa abfuisse. Rursum lib. 46. Titu. Iudicatum solui, ca Quum quæreretur, Si interposita iudicatum solui stipulatione, quis reum non defenderet, postea ex eremodicio sententiã tam esset passus: an ob rem iudicatam obnoxia committatur, &c. Rursum in Codice libro tertio, Tit. de iudiciis, cap. Properandum, Sin autem reus abfuerit, & similis eius processerit requisitio, quemadmodum pro persona actoris ediximus, etiam absente reo eremodicium contrahitur. Hæc Iustinianus. Est igitur ἐρημοδικεῖν, quum altera parte absente fertur sententia.

Deserta causa vincere, accusare.

Ἐρημοδικεῖν.

Eremodicij quid.

Citra arationem citráque sementem. 81

Quæ citra operam nostram casu nobis eueniunt, ἄνευ ἀρότου καὶ σπόρου contingere dicunt Græci. Lucianus in Parasito Ὅτι δὲ μὴ τοῦτο, οὐ τὸν τοῦ Ὁμήρου, ὅτι φυτὸν χειρὶ φυτὸν οὔτι ἀρίσκει, δηλῶ τὰ ἀσπαρτα καὶ τὰ ἀνήροτα πάντα νέμοντα, id est, Quod videlicet vnus, iuxta egregium illum Homerum, nec manibus plantar, nec arat: verùm citra sementem, citra arandi laborem fruitur omnibus. Idem in Rhetorum didascalo, Καὶ ἄσπορα καὶ ἀνήροτα φυτεύσω πάντα. id est, Tibi porrò citra seminandi arandique laborem prouenient omnia. Id est, citra studium. Natum apparet adagium à fabula insularum fortunatarum. de quibus Horatius in Epod. od. 16.

Reddit vbi Cererem tellus inarata quotannis:
Et imputata floret vsque vinea.

Sumptum est autem, opinor, ex Homero, qui Odyssez libro nono, Cyclopum terram describit ad hunc modum,

Cyclopum regionis descriptio.

Κυκλώπων δ' ἐς γαῖαν ὑπερφιάλων ἀθεμίστων,
Ἱκόμεθ', οἵ ῥα θεοῖν πεπιθήτες ἀθανάτοιιν,
Οὔτε φυτὸν χερσὶν φυτεύουσ' οὔτ' ἀρόωσιν,
Ἀλλὰ τά γ' ἄσπαρτα καὶ ἀνήροτα πάντα φύονται,
Πυροὶ καὶ κριθαί, ἠδ' ἄμπελοι οἰνοπέδιαι φέρουσιν,
Οἵτινες οἰνον ἄφυλλον, ἐπὴν Διὸς ὄμβρος ἀέξῃ.

id est,

Venimus in terram quam magnanimi Cyclopes
Et legum expertes habitant. bi numine freti
Diuûm, nec manibus terra plantaria figunt,
Vomere nec segetem profundunt. quin ea cuncta
Nulla semente & nulla nascuntur aratro,
Ordea, frumentum, pleniíque operata racemis
Vinea: & largis hæc Iupiter imbribus auget.

Dormienti rete trahere. 82

Ἐκβάλλειν κύνα κύνῃ, id est, Dormienti rete capit. In eos qui-

eos quibus citra conatum obtingunt ea quæ cupiunt. Natum ex euentu, quòd aliquando acciderit vt dormientibus piscatoribus pisces forte retibus inuoluti caperentur. Quidam ad Timotheum imperatorem Atheniensium referunt, cui quòd multa feliciter obtingerent, magis cómoditate fortunæ quàm ipsius opera, ἀπὸ τύχης (id est fœlicis) cognomen inditum. In huius inuidiam pingebant nonnulli fortunam ad rete cogentem vrbes, illo iuxtà dormiente. Quos ille sic elusit (authore Plutarcho) vt diceret, Si huiusmodi vrbes capiò dormiens, quid me facturum arbitrarentur si vigilaro? Huc alluſit Terentius quum ait in Adelphis, Quid? credebas dormienti hęc tibi cõfecturos deos? Et illam sine tua opera in cubiculum tri deductum domum? Nõ dissimili forma dictum est apud T. Liuium libro ab vrbe condita 7. Vnicum belli ducem, qui nihil agenti sibi de cœlo deuolaturum in sinum victoriam censet. M. Tullius in Verrem actione vltima. Sed non idem mihi licet, quod iis qui nobili genere nati sunt: quibus omnia populi Romani beneficia dormientibus deferuntur. Quin & hodie vulgò dicetur in id genus homines, *Fortunatior est quam sapientior.* Et Eupolis comicus apud Athenæum,

Timotheus Atheniens.

Fortunatior quam sapientior.

—ὦ πόλις, πόλις,
Ὡς ἡ τύχη σ' ἐμάλλον ἢ τοὺς φρενᾶς φέρει. id est,
—ô ciuitas ô ciuitas,
Vt tu quidem ex fortuna magis quàm prouida.

Congruunt quæ dicentur in prouerbio, Atheniensium inconsulta temeritas.

Quum mula pepererit. 83

Adagium perpetuum fuit, Quum mula pepererit, quoties significamus aliquid nunquam futurum, aut adeò raro solere accidere vt improbum ac stultum videatur sperare. Ortum videri potest ex eo quod refert Herodotus in Thalia, Quum Babylonios vrbs obsideretur à Dario, quidam Babylonius conuiciis infectàs Darium atque exercitum, Quid, inquit, illic, desidetis Persæ? quin potius abscedetis, tunc expugnaturi nos, ἐπὰν ἡμίονοι τέκωσι; id est, quum mulæ pepererint. videlicet ratus id nullo vnquam tempore futurum: propterea quòd natura steriles sint mulæ. At paulo pòst euenit vt Zopyro mula quæpiam pareret, quo quidem ostento in spem capiendæ Babylonis erectus est: ac cepit. Huic simile quiddam refertur à Suetonio in vita Galbæ Cæsaris. Huius auo procuranti fulgur, quum aquila de manibus exta rapuisset, & in frugiferam quercum contulisset, summum sed terum imperium portendi familiæ, responsum est. Atque ille irridens, Sanè, inquit, quum mula peperit. Quod omen ita arripuit Galba vt eum postea res nouas molientem, nihil æquè confirmarit ac mulæ partus: exterisque vt obitœnum ostentum horrentibus, solus pro lætissimo acciperet, memor sacrificij dictique auti. Plinius lib. 8. cap. 44. de mularum sterilitate scribit hunc in modum, Obseruatum est, e duobus diuersis generibus nata, tertij generis fieri, & neutri parentum esse similia. Eaque ipsa quæ ita nata sunt, non gignere in omni animalium genere: idcirco mulas non parere. Huius rei causam adfert Alexander Aphrodiseus, quòd semina naturâ & habitu diuersa, si commisceãtur, tertium quiddam ab vtraque diuersum conficiunt, vtrumque simplicium prorsus amittunt. Veluti si misceas album nigro, abolitis vtriusque coloribus, redditur fuscus ab vtroque diuersus, quem Græci Ἀβλέφαρον appellant. Sed multo exactius de his Aristoteles lib. De generatione animalium 2. c. p. 6. refellens Democriti & Empedoclis rationes. Quanquam proditum est in annalibus Romanorum, mulas peperisse ixpe: verùm id prodigij loco habitum: vt eodem in loco quem modo citauit, testatur Plinius. Theophrastus vulgo parere in Cappadocia tradit. Aristoteles libro De natura animalium primo capite sexto, tradit mulas coire ac gignere in Syria supra phœnicem: sed esse id animal ibi sui generis, etiamsi simile.

Natura steriles mulæ.

Galba erectus ad imperij spem quomodo.

Locus Plinij

Mularum sterilitatis causa.

Ἀβλέφαρον, color.

Mulas peperisse.

Ad Græcas calendas. 84

Huic affinem habet sensum, Ad Græcas calendas, pro nunquam: propterea quòd Græci non habent calendas more Latinorum, sed νουμηνίας, id est nouilunia. Atque ad lunæ recursus Græci soluebant vsuras. Vnde Strepsiades in Nubibus Aristophanis, optat sibi incantatricem quampiam, quæ carminibus suis efficiat nequando luna exoriatur: sic enim fore vt nõ reddat vsuras. quandoquidem trapezitæ ad lunas mutuam dant pecuniam, & lunis vsuræ crescunt. Huc itaque respexit Augustus, quum diceret ad Græcas calendas soluturos, quos nunquam reddituros mutuum significabat. De quo in ipsius vita scribit Tranquillus ad hunc modum. Quotidiano sermone quædam frequentius & notabiliter vsurpasse eum literæ ipsius ostentant. In quibus idemidem, quum aliquos nunquam soluturos significare vult, ad Calendas Græcas soluturos ait. Huic simile est quod nunc inter eruditos iactatur, *Annus magno Platonis*, quem existimant nunquam futurum.

Græcas calendas habent, non Calendas.

Annus mag. Platonis.

Accessi luna. 85

Ἀκκησάμην σελήνην, id est, Accessi lunam. Dictum in competendinatores qui nouam lubinde causam comminiscuntur, quo negotium proferant: à nauta cuiusdam moribus ortum. cui Accessio fuerit nomen. Is quum esset ignauus, ita prorogare contueuit nauigationem, vt se diceret lunam magis opportunam expectare. Nam Græci, præcipuêque ex his Lacedæmonij, quicquid essent rerum auspicaturi, superstitiosè lunam obseruabant. Id quòd tacite notat Euripides, quum in Iphigenia in Aulide respondet Agamemnon, tum nutriam filiam, vbi lunæ dexter circulus aduenerit, videlicet de plena luna sentiens. Lucianus in libello De astrologia, palàm refert Lycurgum legem instituisse Lacedæmonijs, ne prælium iniret ante plenilunium. In eam superstitionem iocatur Aristophanes, τῇ πανσελήνῳ, id est plenilunio: serò aut nunquam futurum significans. Etenim quum Datis & Artaphernes ductores regis Persarum in Marathonem irrupissent, plenilunium obseruabant, vt tum exirent in prælium. Ergo priusquam illi venirent, Athenienses bellum aggressi sunt. Historiæ meminit Herodotus lib. 6. Inde quasi prouerbio de cunctantibus & quauis occasione rem proferentibus, dicitur, ἐς τὴν πανσέληνον i. e. est plenilunio. Adagium refertur à Diogeniano. De lunis Laconicis, & alibi nonnihil nobis dicetur.

Accessus nauta.

Plenilunio fiebat.

In cunctatores.

Vbi per harma fulgurarit. 86

Ὅταν δι' ἅρματος ἀστράψῃ, id est, Vbi per harma fulgurat. De iis quæ nimis constanter ac seriò, aut admodum raro fiunt, aut quum nimis a vere ac superstitiosè captatur rei gerendæ opportunitas. Strabo libro Geographiæ nono, vnde natum sit adagium indicat, scribens vicum quempiam esse desertum atque infrequentem apud Mycalessum Bœotiæ, seu Mycalessum Tanagræi iuris, quem harma, id est currum, nominant. Rursum alterum ab hoc diuersum, eiusdem tamen nominis in Attica, quæ quidem tribus ex Atticę populo Tanagrię similis, atque ob hanc similitudinem nominis quoque communionem sortitum. Cęterùm harma Bœotiæ sic vocatũ, quòd Amphiarao excusso currus inanis in eum locum delatus sit, vbi nunc sacellum eius extat. Alij ferunt, Adrasto fugiente, currum eius eo loco contractum fuisse, ipsum Arionis opera seruatum: hinc natam paroemiam, ὅταν τι ἀδύνατον ἀστράπτῃ, i. Vbi per harma fulgurat, videlicet Pythicis vatibus fulgur aliquod certum, quod eo loco veniret, obseruantibus, eoque viso sacra Delphos mittentibus. Obseruabant autem ad mentes tres, singulis mensibus tres dies, noctéisque totidem: atque e Iouis fulgurantis loco, qui est in muro inter Pythium & Olympium. Hęc ferme Strabo. Vtum adagij Plutarchus palàm indicat in Symposiacis, Ὅτε γάρ, inquiens, σπανίως καὶ δι' ἁρμάτων ἀστράπτει, ἀπιστοῦσι, καὶ διαζητοῦσι τὸν σημεῖον ὁλοτελῶς ἢ γνήσιον καθεστήκῃ. id est, Etenim qui raro & per harma, vt aiunt, conuiuium exhibent, hi cogũtur vtcunque accommodum ac notum describere. Itaque de raris & incertis dici solitum videtur. Potest & per iocum accommodari ad ea quę nunquam euentura credamus, quemadmodum aiunt, ad Græcas calendas.

Harma.

Harma Bœotiæ.

Per harma aliquid facere, pro raro.

Lydius lapis, siue Heraclius lapis. 87

Λίθος Ἡρακλεία, λιθὸς λυδὸς, id est, Heraclius siue Lydius lapis. In eos dicitur qui vehementer acri exactoque iudicio sunt. Refertur à Theophrasto, libro De natura lapidum. ait enim lapidem quendam esse qui Lydius seu Heraclius dicatur, qui attritu aurum atque argentum cuiusmodi sit arguat. Hùc quidam Magnetem putant, velut Herculanum, qui ferrum ad se trahit: vnde nomen etiam additum ὡς λίθος· sed ex Theophrasti verbis satis liquet βασανίτου significari, quem Latini vocant indicem, in quem Battus ille pastor apud Ouidium transfiguratus est, manente nihilominus etiamnum in lapide prodendi studio. Nec Heraclium vocatum ab Hercule, sed ab Heraclea Lydiæ ciuitate. De

Lydius, Heraclius lapis.

Magnes.

Index.

hoc meminit Plinius libro trigesimo tertio capite octauo,his quidem verbis,Auri argentique mentionem comitatur lapis quem coticulã appellant, quondam nõ solitus inueniri nisi in flumine Tmolo, vt author est Theophrastus:nunc verò passim:quem alij Heracleum, alij Lydium vocant.Sunt autem modici, quaternas vncies longitudinis,binaque latitudinis non excedentes. Iis coticul.speriti, quum è vena vt lima repuerint experimentum, protinus dicunt quantum auri sit in ea, quantum argenti,vel æris,scrupulari differentia, mirabili ratione non fallente. Huc allusit Theocritus in Arte,

Λυδὸν ἴσον ἔχεα πάρα σύριγα. id est,
Vt Lydo lapidi par os habeam.

Nimirum quo in variis osculis optimè iudicaret cuius essent: sic enim ineptiunt amantes. Scholiastes putat hos lapides apud Lydos inueniri, & hinc prouerbium ortum.Et ne dubites quin de iudice loquatur,sequitur,

—χρυσὸν ἐπεὶν
Πιέζῃ τις καὶ φαῦλον ἐπὶ στόμα αἰχμαμασθίς. id est,
Cuius ab effectu exploratæ mensarius aurum
Siue probum.

Festus parum. Adagium accommodari potest vel ad personam,vel ad rem.Ad personam hoc pacto, Tu scriptorum meorum optimus iudex,planèque, quod dici solet, *ψακτικὸς λίθος*. Item hoc modo, In pensitandis æstimandisque ingeniis emunctissime naris,ac prorsum Lydius,vt aiunt, lapis:Ad rem transfertur hoc pacto,Adolescentum ingenia libertas aperit: viris commissum imperium, Lydius,quod aiunt,lapis est.

Amussis alba. 88

Λευκῇ σανίδι, id est,Alba amussi,hoc est, nullo defectu,ac citra discrimen. Aulus Gellius in noctibus Atticis, Namque illi omnes, & eorum maxime Græci, multa & varia lectitantes, in quas res cunque inciderant, alba vt dicitur, linea, sine cura discriminis, solam copiam sectati conuertebant. Plutarchus in commentario *πρὸς τὸν ἀδολεσχίας*,*Εἰ μὴ ὥσπερ ἐν λευκῇ σανίδι καθ' ἓν ἕκαστον ἀκριβῶς*.id est, Est igitur planè alba linea erga sermones garrulus,propterea quòd nullo delectu quauis de re quiduis nugetur. Effertur & expressius adagium à nonnullis, *Λευκῷ λίθῳ λευκὴ σανίς*, id est,In albo lapide alba linea. Dicitúrque vel in eos qui nullo sunt iudicio, vel in stupidos, vel in eos qui incertis probant aut significant incerta. Sophocles in Cidalione apud Suidam,

Τοῖς μὲν λόγοις τοῖς σοῖσιν ἐν τῇ μαίεσθαι,
Οὐ μᾶλλον ἐν λευκῷ λίθῳ λευκὴ σανίς.
id est,
Nihilo mihi plus indicat sermo tuus,
Quàm lapide in albo signat alba linea.

Citatur à Nonio Marcello Lucilius lib. trigesimo, (sed corrupte vt opinor: quod genus sunt pleraque illius) Et amabat omnes.Nã discrimen non facit,neque significat linea alba. Vsurpatur & à Platone in dialogo cui titulus Charmides,vbi Socrates ait, se erga formosos adolescentes perinde esse vt albam amussim in albo lapide,propterea quòd neque discerneret satis inter formas,& omnes ex æquo amaret. Solet enim funiculus ille minio oblini,quo discrimen faciat: vnde & rubricam vocauit Persius,Satyr.3.

—ac si oculo rubricam dirigat vno.

Eadem per eadem. 89

Αὐτὰ δι' αὐτῶν, id est, Eadem per eadem. Refertur in collectaneis Diogeniani de his qui semper eadem inculcant,aut eadem assiduè faciunt. Non dissimile illi quod alio reddidimus loco *ὁ δὶς κάκιστος*, id est, Iouis Corinthus. Potest & in eos torqueri qui res nugaces nugaciter tractant:veluti siquis in authorem indoctum indoctos scribat commentarios, aut in obscœnum obscœnos.

Iouis Corinthus.

ANIMAD. RERR. STEPH.

V.*Αὐτὰ*) *Αὐτὰ δι' αὐτῶν*,sonat Ea per ea. at Eadem per eadem,additis articulis diceretur, *τὰ αὐτὰ διὰ τῶν αὐτῶν*.

Ad amussim. 90

Examussim Amussati in &c. Frequens est apud authores,ad amussim,examussim, examussatim,amussatim:pro eo quod est exquisita diligentia,atque exactissima cura. Gellius libro primo capite quarto, Ad hæc omnia scripta antiquiora tam curiosè spectabat,aut virtutes pensabat, aut vitia rimabatur,vt iudicium factum esse ad amussim diceres. Et amussitata pro examinatis apud Nonium.Transtrum à fabris lapidariis,aut signariis, qui funiculo illo regulari,operis æqualitatem explorant. Quanquam quam Festus in dictione examussim tetigerit, amussim quibusdam esse,non lineam,neque regulam, sed ferramẽtum quo fabri in poliendo vtuntur.Persius de poeta absoluta carmina componente, quod modo citauimus,Sat.1. *amussitata.*

—sciat tendere versum,
Non secus,inquit,ac si oculo rubricam dirigat vno.

Item in carmine de viro bono,quod Vergilio tribuunt.

Ne quid hiet,ne quid protuberet angulus,æquis
Partibus vt constet,ne quid detrectet amussis.

Vsurpat idem Basilius ad nepotes, quum iubet vnamquanque disciplinam ad finem felicitatis referre, perinde quasi lapides, iuxta Doricum prouerbium, ad amussim dirigentes. Natum videri potest apud Homerum Odyssea.quum loquatur de Vlysse nauem sibi fabricante,

Πάντα δ' ἐπητύσατο ἐν δόλῳ τέκτοσι ἴσκε. id est,
Expolit multa arte,sapere qui nouerit amussim.

Rursus Iliados e,

Ἀλλ' ὅτε τέκτων ἀμφὶ νεὸν ἐξέτεμεν
Τέχνῃ ἐπ' ἰκριόφιν, ὅς ῥά τε πάντα νοήσῃ
Ἐν στήθεσσιν ἑοῖσιν, ἐπιστάμενος κατὰ θυμόν. id est,
Materiam veluti naualem exæquat amussis,
Inclita fabri docti dirigitur,qui calleat artem
Quamcunque est,tenet atque probe,monitrice Minerua.

Est apud eundem & alius aliquot locis.

Ad vnguem. 91

Ad vnguem,eundem habet sensum. A marmorariis sumpta metaphora,qui superinducto vngui,commissuras explorant marmorum. Horatius 1.Sermon. satyr.5

—Venimus ad vnguem
Factus homo. id est,absolutus.Idem in Arte,
—carmen reprendite quod non
Multa dies & multa litura coercuit,atque
Perfectum decies non castigauit ad vnguem.

Vergilius secundo Georgicõn libro,

—nec secius omnia ad vnguem
Arboribus positis secto via limite quadret. Persius Satyr.1.
—vt per leue seueros
Effundat iunctura vngues.

Macrobius Saturnalium lib.1. Nec quisquam alius tam futilis posset esse iudicij, qui Romani anni sic ad vnguem,vt aiunt,emendatum ordinem non probaret.Ad consimilem modum Græci quod exactum sit & impensius accuratum,*διόνυχον* vocant. Plutarchus de præceptis bonæ valetudinis,*Ἢ οὐκ ἀκριβὲς σφόδρα καὶ διόνυχον λογισμὸν ἀλλ'*. id est, itaque vehementer exacta, quæ ad vnguem obseruata dicitur victus ratio.& *ἐξονυχίζειν* pro *ἀκριβῶς ἐξετάζειν*.quam vocem vsurpat & Athenæus lib.3.*ἐξονυχίζων ἕκαστα τὰ παραπεπλεγμένα τοῖς συμπλεγομένοις καὶ ἀναλύων*. id est, Porrò ad vnguem explorans omnia quæ congruunt iis qui cum spinis disputant. *Διόνυχον.* *Ἐξονυχίζων.*

ANIMAD. NOVA. STEPH.

perstrinxi.) Miror eum existimasse *διόνυχον* & *διόνυχον* dici vno verbo, quum in loco Plutarchi duæ sint orationis partes, interposita videlicet apostrophi nocula: quam præ tenuitate oculos Erasmi fefellisse haud absimile vero est.

V.*plorans omnia*)Nemo est,vt opinor, cui legenti non suboleat magnus aliquis error in his verbis, *omnia quæ congruunt iis qui cum spinis disputant.* & tamen, quantus quantus est, duntaxat ex non animaduersa distinctiunculæ præpostera collatione est ortus. Siquidem interpunctio quæ post *συμπλεγομένοις* ponenda fuit,in editione Aldina post *ἀναλύων* posita est: tam apertum in constructione errorem efficiens, & tam absurdum etiam sensum exhibens, vt imprudenti Erasmo hanc interpretationem obrepsisse,planè mihi persuadeã. Sed in eius locum hanc nostram repone, *Porrò ad vnguem explorans omnia quæ tecum disputantibus occurrunt & incidunt, spinas colligens.* Addo enim participium *συμπλέων* post *ἀναλύων*. *Correctus Athenæi locus.*

Incudi reddere. 92

Elegantèr Horatius, incudi reddere dixit, pro eo quod est,refingere ac mutare,corrigereque,

Et male tornatos incudi reddere versus.

Consimili forma dicunt Recoquere. Quintilianus lib. 12.Sed præcipuè tamen Apollonio Molonis, quã Romæ quoque audierat, Rhodi rursus reformandum ac velut *Recoquere.*

recoquen-

secoquendum dedit. Item Horatius : Serm. Satyr. 5.

-vrcolûm Servus ex quaquenno.

Lesbia regula. 93

Præpostèrè facta.

Lesbia regula dicitur quoties præposterè, non ad rationem factum, sed ratio ad factum accommodatur. Et quum lex moribus applicatur, non mores ad legem emendantur: aut quoties princeps se populi moribus accommodat: cùm contrà conueniat plebem ad principis arbitrium vitam instituere, si modò princeps ipse ad honesti regulam ac scopum respiciat. Huius adagij mentionem facit Aristoteles quinto Moralium libro, Τὸ δὲ ἀρχιτεκτονικὸν ἐστὶ κανὼν, ὥσπερ καὶ τῆς λεσβίας οἰκοδομῆς ὁ μολύβδινος κανών. ἐκείνη γὰρ τὸ σχῆμα οὐκ ἀλλὰ μεταποιεῖται καὶ ἡ ψῆφος κανών. id est, Siquidem infinitè res infinita sit, regula, quemadmodum plumbea Lesbiæ ædificationis regula. ad lapidis enim figuram trãsmouetur neque manet regula.

Indignus qui illi mutellam porrigat. 94

Hyperbolè prouerbialis est, de vehementer inæquabilibus ac ne vlla quidem ex parte conferendis. Martial.

Dispeream si tu Pyladi præferre mutellam
Dignus es, aut porcos pascere Pirithoi.

Nam sordidissimum obsequium est, misturienti matulam exhibere: quo qui sit indignus, is videlicet nimio inferior videtur. Vnde diuus Hieronymus in epistola ad Nepotianum, inter sordida captatorum ministeria hoc quoque commemorat. Ipse inquit, apponunt matulam, obsident lectum. Plutarchus in apophthegmatis Laconicis refert, puerum quendam Spartanum ab Antigono captum, ac vendi tum, parumsse quidem emptori in omnibus quæ nõ essent indecora ingenuis: cæterùm iussus adferre matulam, detrectauit ob equum, addens, non seruiam. Sugente domino, puer, Senties, inquit, quem emeris. simúlque cõcenso tecto sese præcipitem dedit. Exstat & hodie vulgo tritissimus sermo, Indignus est qui illi calceos detrahat. Quod adagium vsurpatum est est in Literis Euãgeliis à Iohanne Baptista. Qui etiam negant eodem die nominandos, quos admodum inæquales volunt videri.

Spartanus puer Antigono adferre matulam detrectauit.

Calciamenta detrahere.

Scopæ dissolutæ. Scopas dissoluere. 95

Homines nihili nullíúsque protsus consilij Cicero scopas dissolutas nominat, scribens ad Atticum epistolarum libro septimo, his quidem verbis, Cæsarem vidi Matutinis ad viii. Calendas Februarias manè, cum absurdissimis mandatis, non ad homines, sed scopas dissolutas: vt id ipsum ille mihi videatur irridendi causa fecisse. Idem in Oratore perfecto, agens contra eos qui numeros orationis contemnunt, scopas dissoluere dixit, pro eo quod est, rem prorsus inutilem efficere. Nam scopæ colligatæ, & speciem videntur habere qualemcunque, & ad verrendum pauimentum accommodatæ: porrò si dissolueris, nihil inutilius, nihil inelegantius. Tulliana verba sunt hæc, Sed siquos magis delectant soluta, sequantur ea sanè: modò siquis Phidiæ clypeum dissoluerit, collocationis vniuersam speciem sustulerit, non singulorum operum venustatem: vt in Thucydide, orbem modò orationis desidero, ornamenta cõpárent. Isti autem quum dissoluunt orationem, in qua nec res, nec verbum vllum est nisi abiectum: non clypeum, sed vt in prouerbio est (etsi humilius dictum est, tamen consimile est) scopas, vt ita dicam, mihi videntur dissoluere.

Scopæ dissolutæ nihil ineleganius.

Dissoluta oratio.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. *Februarias)* Lógè verior, vel potius sola vera est altera lectio, Non ad homine, sed scopas dissolutas. Siquidè legẽdo, Non ad homines, non in ipsum L. Cæsarem, cui mandata erãt data, sed in eos ad quos data erant, dicterium hoc iactaretur. Quod vel suspicari absurdum fuerit: præsertim cùm alibi huius legationem itidem irrisam scribat Cicero. Reponatur ergo hæc lectio, non hominem, sed scopas dissolutas. At quo sensu scopas dissolutas illum à Cicerone vocari putabimus? Mihi non placet exponi hominem nihili: quòd latius pateat hoc genus loquẽdi, homo nihili, & eo velut generalis quidam contemptus significetur. Atque, vt quod sentio proferam, sic appellari existimo eum qui suam rationem suásque cogitationes non in vnum locum quasi collectas, sed dispersas habeat (quo ferè modo Colligere se, interdum vsurpatur) ac velut mente vagetur. Aut potius hominem, cuius sermonum, factorum & consiliorum nec pes nec caput appareat. Siquis tamen hic ad eius tantummodo sermonem mandata illa exponentis respexisse dicat Ciceronem, ei facilè subscribam. vt vi-

Homo nihili.

dêlicet id Cicero tribuat homini quod eius sermoni tribuendum erat nomen. Siqui dem sermo hominis sumultuosè tota quædam nuntiantis (hac voce vtitur Cicero, turbulenta Trebonius dicit) vel tumultuosè res aliquas exponentis, aptissimè, meo quidem iudicio, scopis dissolutis comparabitur. Sæpe enim fieri videmus vt posterema eius verba cui primis nullo modo cohæreant. Quid si, vt apta & dissoluta opponuntur apud Ciceronem, ita & quem hic scopas dissolutas appellat, ei opponi dicemus, quem aptum ex fese in Paradoxo secundo nominauit? Nimirum hoc dicentibus fidem habeat fortasse qui nullum locum non adierit at qui adierit, verbis tenus inter se opponi comperiet illa, ac quod ad sensum attinet, nequaquam. Imò verò in hoc genere loquendi ne verba quidem ipsa ἀντικείμενα comperientur. Siquidem pro eo quod ibi dicit, Is qui est totus aptus ex fese, alibi dixit, Cui ex ipso apta sunt omnia, quibus verbis Platonica hæc interpretatur, ἕτερος ἐστὶν αὐτὸς παρ' αὑτῷ. Cæterùm ne cui videatur insolens is hæc orationis forma, Ille nón est homo, sed scopæ dissolutæ, proferam ex primo earumdem epistolarum libro prorsus similem. nam circa principium tertiæ à fine epistolæ leguntur hæc verba, Metellus, non homo, sed litus æque acer, & solitudo nera. Quanquam in vulgatis editionibus nomen hoc Metellus inepte cum præcedenti voce amantissimus coniungitur, ob omissum videlicet ἀνθυπαλλαγὴν.

Scopæ dissolutæ, quid Cicero intelligat.

V. *Quod est)* Dissolutarum scoparum nullum esse vsum posse constat: nec tamen Cicero, vt opinor, scopis dissolutis orationem istorum dissolutam comparans, planè inutilem factam intelligi vult sed exobiecta & cõtempta multo abiectiorem & contemptiorem, ex languida parúmque neruosa, multo liquidiorem & magis eneruem esse red litam. Eò enim mihi respicere videtur, quòd scopæ sint quidem res viles & abiectæ, sæpiúsque humiditatis habeãt, etiam dum sunt conglobatæ (quibus similis est istorum oratio antequam dissoluatur) at dissolutæ, multo abiectiores multoque etiam quam antea humiliores fiant ac tenuiores. Nam etiam humiditatis eam rationem in hac comparatione habere non dubium est, quam paulò ante Demosthenicę orationis vehementiam ex eo esse dixerit quòd contorta numeris teratur. numeris contortam apo dians quam antea vocarat aptã (cui solutam siue dissolutam, & dissipatam, itémque diffluentem opponit, non tamen implicatam aptam & & compositam, sed numeris quibusdam & densioribus & grauioribus. Possit enim aliquis, etiam minutos numeros sequens, aptè compositeque loqui, sed grauiter simul dicere non possit.

Apertis tibiis. 96

Apertis tibiis, id est clarisque voce Translatum à tibicinibus, qui quędam obturatis tibiarum foraminibus, quæ quę pretiosiora vocant: quę iam apertis tibiis, acriore ictu. Quintilianus Institutionum libro II. Illa verò iam penè apertis, vt aiunt, tibiis, qui quocunque inciderunt, veterem consuetudinem fori, & pristinum morem iudiciorum requirunt. Vehementior est metaphora, siquis dicatur apertis tibiis inuehi in quempiam, id est, non clanculum obtrectare, eo palam insectari lacerarèque conatus: aut apertis tibiis laudes cuius pręclaras celebrare, id est palàm & magnificè. Fortassis ad hanc sententiam pertinet sequius ille Græcus, quem citat Tullius in Epistolarum ad Atticum libro 2 ex poeta nescio quo, Cæus quidem (inquiens) noster, planè iam quid cogitet nescio.

Palàm insectari.

Οὐκέτι γὰρ ἐμπρήσειεν αὐτοῖς ἱστία. id est,
Neque enim minatus iam sic quisquam tibiis.

Tibiis magnis spirat.

Videtur innuere, Pompeium largitia promittere per legem Agrariam, & rem maximam moliri. Athenæus lib. 4 refert tibiarum genus, quas Anacreon *iuniores* appellat, cæteris minores, sonoque acutiore: quod epitheton indicat cognomen.

Quid opus erat longis tenere tibiis? 97

Dion libro 1. huiusmodi quoddam adagium refert, τί δὲ μακρὰς ἀναγκαῖον ἦν αὐτοῖς αὐλεῖν; id est, Quorsum attinebat me longis tibiis canere? Ilicque aptum conuenire in eos qui sumptissent manum operam aut sumptum. Ductum ab Othone, qui pedestrem Galbam iecerat lacrymam, in quo exta manu palpitantis extis posteà lectauit. Itaque præmittens sumptus & operæ festinationem, ferunt ita dixisse τί μάτην ἀναγκαῖον ἦν αὐτοῖς αὐλεῖν; quæ verba deinde in vulgi tabulam inscripserunt. Olim in lactis longioribus cani solitum est, qui mos postea sublatus, autho-

Otho Imp.

Mos veterũ.

re Plutarcho. Meminit huius & Suetonius in vita Othonis, Postridie quoque, inquit, in augurando, tempestate orta, grauiter prolapsum, identidem obmurmurasse: *τὴν μοι καὶ ἐμὲ μακρᾶς αὐλοῦ*; id est, Quid mihi cum longis tibiis? Quo quidem loco demiror quid commouerit quédam non obscuri nominis interpretem, vt reiectis Suetonij verbis velut aduterinis, Dionis substituenda putaret: quasi verò nefas sit, authoribus eandem sententiam diuersis explicare formis: aut quasi non elegantius etiam dixerit Suetonius quàm Dion.

Vtinam mihi contingant ea quæ sunt inter Corinthum & Sicyonem. 98

Eustathius enarrans Iliades secundū librum, ait hunc versum olim prouerbio fuisse celebratum,

Inter Corinthum & Sicyonem.

Βόσκοι τὰ μεταξὺ κορίνθου καὶ σικυῶνος. id est,
Sit mihi quod Sicyonem interiacet atque Corinthum.

Id inde venit in adagium, quòd vbis vtraque esset opulentissima, agríque longè feracissimi interiacerent. Aristophanes in Auibus indicat ex oraculo natum,

Ἀλλ' ὅταν αἰκάσωσι λύκοι τοιχεῖ τὰ κορώνης
Ἐν ταῖς τοῦ μεταξὺ κορίνθου καὶ σικυῶνος. id est,
Cornix cana lupique vbi eadem sede morantes
Quod spatium Sicyonem diuisit atque Corinthum.

Interpres ascribit, Æiopo consulenti de parandis opibus, ita responsum fuisse,

Εἰ τὴ μεταξὺ κορίνθου καὶ σικυῶνος. id est,
Si tenuas quod agri Sicyonem interque Corinthum est.

Refertur & a Zenodoto, atque ité Athenæo lib. Dipnosophistarum 7. Conueniet vbi quis optat ingentia Poterit & per iocum torqueri in eum qui quod assequi non potest, id votis tamen quasi somniat. Simili figura dictū est illud Theocriti in Ergatinis,

Quæ Crœsus tenuit.

Αἴθ' ἅμοι ἔσσαν ἅσσα Κροῖσον ποκα φασὶ πεδεῖν. id est,
Quæ Crœsum tenuisse ferunt, vtinam ita mihi sint.

Deum esse, Deum facere. 99

Hyperbolæ sunt prouerbiales de singulari laude dignis. M. Tullius in oratoris sui lib. 1. In quo tu mihi, inquit, deus esse videris. id est, singularis ac summus. Terét. in Adelphis, Deum te facio, id est sum mis laudibus effero. Inde natum quòd prisci mortales, si quem ob egregias ac minimè vulgares virtutes suspiciebant, eum deum ac dius genitum ajebant. Id quod euenit Alexandro Magno Scipioni Africano, Octauio Augusto cúmque his, aliis compluribus. Cui quidem rei Aristoteles adstipulatur Moral. lib 7. Hanc (inquiens) virtutem, heroicam, velut homine maiorem & diuinitati proximā, vocant. Hinc & Homerus Priamū de Hectore loquentem facit ad hunc modum, Iliados ω,

Diù genitus.

Οὐδὲ ἔοικεν
Ἀνδρὸς γε θνητοῦ παῖδ' ἔμμεναι ἠδὲ θεοῖο. id est,
Nec tam hominis sanè mortalis filius ille
Esse videbatur, sed diuo semine natus.

Porrò Laconibus, vt idem testatur, peculiaris hic erat mos, vt quum vehementer quempiam admirarentur, diuum virum appellarent. Idem commemorat Socrates apud Platonem in Menone. *ἢ οἱ Λάκωνες, ὅταν τινὰ ἐγκωμιάζωσιν ἀγαθὸν ἄνδρα, θεῖον φασὶν εἶναι.* id est, Et Lacones quoties laudant aliquem virum bonum, Diuinum inquiunt virum hic. Inde illa apud Homerum solēnia, *θεοῖς ἐπιείκελος ἠδὲ θεοῖσι*. id est, Deo similis, & diuina specie, *ἰσόθεος ἠδὲ ζάθεος*, id est, Deo par, & admodum diuinus. Contrà, si quem improbitate viros, belluas appellamus idque etiam vulgo tritissimum est. D. Hieronymus ad Aurelium Augustinum scribens, per ironiam forsit in quosdam, non contemtos communi hominum iudicio, sed noua quædam deliderantes, deos illos appellās. Quintilianus Institut. lib. 1. hominem omnibus numeris consummatum, vulgò mortalem deum dici solitum indicat. Nam sapientes (inquit, formantes eum qui sit futurus cōsummatus vndique, &, vt dicunt, mortalis quidam deus, non modò cognitione cęlestium vel mortalium putant instituendum, &c.

Θεῖος ἀνήρ.
Ἰσόθεος.
Ζάθεος.
Mortalis Deus.

In cælo esse. 100

Cui consine est, In cælo esse. pro eo quod est supra modum fortunatū esse ac glorioſum. M. Tullius ad Atticum lib. 2. Bibulus in cælo est, nec quare, scio: sed ita laudatur quasi vnus homo nobis cunctando restituat rem. Idem alibi ad eundem, Si verò quæ de me pacta sunt, ea non seruantur, in cælo sum. Rursum alibi, Nihil enim *συλλογιστικώτερον* in cælo esse. Huc alluit Horatius, quum ait, 1. Carm. 1.

-dius mœcent superis.

id est, Beatum me & celebrem reddunt. Et Theocritus in Hodœpoiis,

-εἰς οὐρανὸν ὑμῖν ἀβίωμαι.
In cœlum vobis fatum.

Ex aduerso, qui repentè decidunt à summa fœlicitate, dicuntur ex astris decidisse. Marcus Tullius ad Atticum libro 2. de Pompeio loquens, O spectaculum vni Crassō iucundum, cæteris non item. Nam quia decíderat ex astris, lapsus potius quam progressus videbatur. Sed expendé; lector; an hoc dictum magis pertineat ad illud quod alibi retulimus, Tertius è cælo cecidit Cato. Huic formæ cognatum est, in cęlum laudibus ferre, pro eo quod est summopere laudare. T. Liuius Decadis primæ libro secundo, Manat tota vrbe rumor: Fabios ad cælum laudibus ferunt.

Ex astris delapsus.

Tertius è cælo cecidit Cato.

CHILIADIS PRIMAE CENTVRIA SEXTA.

Sæpe etiam est holitor valde opportuna loquutus. 1

VLPIVS Gellius in Noctibus suis lib. 2. cap. 6. testatur hunc versiculum olim prouerbio fuisse celebratum,

πολλάκις τοι καὶ πανυπρὸς ἀνὴρ μάλα καίρια εἶπεν.
Sæpe etiam est holitor valde opportuna loquutus.

Quo quidē admonemur, non esse fastidiendam salutarem sententiam propter authoris humilitatem. nam fieri nonnunquam vt aliquis infimæ sortis ac notæ vir, aut minimè doctus, dicat quiddā haudquaquam asperhandum etiam summis viris. Huic respondet illud Cæcilianum apud Ciceronem in Tusculanis quæstionibus, Sæpe est etiam sub pallio sordido sapientia. Neque dissonat Plautinum illud in Captiui duo, *Vt summa sæpe ingenia in occulto latent.* Porrò quod ad Græcum attinet adagium, lectorem admonendum putaui, hunc quidem ad modum in omnibus, quos adhuc viderim, Gellianis codicibus inueniri scriptum. Verùm, sicuti recordor, aliquando scrupulum iniecit mihi, ac mendum subesse monuit Paulus Bombasius Bononiensis, inter bonarum literarum professores eius ciuitatis vt multo doctissimus, ita longè primi nominis. idque iure optimo: quippe qui primus ibi Græcas pariter ac Latinas literas pari facultate publicè priusquam docere cœperit. vir alioqui natis emunctissimæ acrisque iudicij. Mihi verò tum propter egregiā ac multijugam eruditionem, tum ob incredibilem quandam morum suauitatem ita coniunctus, vt haud scio an cum vllo mortalium vnquam mihi fuerit vel arctior necessitudo, vel consuetudo iucundior. Hunc igitur in literarius illis nostris confabulationibus aliquando dixisse memini, nequaquā placere sibi dictionē illam *πανυπρὸς*, in Gelliano prouerbio, planéque suppositiciam & adulterinā videri. suspicari verò sese, vt pleraque sunt apud eum authorem deprauata, pro *πανυπρὸς*, nescio quem holitorem illud *πανυπρὸν* submisisse. At tamē quidem, quanquam & admodum verisimile videretur, & plurimum apud me valeret hominis tam eruditi iudicium, tamen haud etiam sum ausus in tanto exemplarium consensu solus dissentire. verùm dum sursum ac deorsum in Græcis authoribus oberro, forte fortuna in collectaneis quibusdam (nullum quidem authoris titulum præferentibus, sed eiusmodi tamen vt aut Stobæi, aut certè ex hoc decerpta viderentur) huiusmodi tamen inuenio citatum ex Æschyli tragœdia cui titulus Phryges,

Sæpe etiam sub pallio sordido sapientia.

Paul. Bombasius.

correctio Gellij locum.

πολλάκις τοι καὶ μητρὸς ἀνὴρ κακόκαιρον εἶπεν. id est,
Sæpè etiam (inquit) matris vir opportuna loquutus.

Proinde prorsum ex Bombasij mei pedibus eo sententiam, atque omnibus eruditis quibusdam censeo, vt *μητρὸς*, legatur pro *κοπρὸς*, maximè quod eadem sententia totidem verbis etiam nunc vulgo dicitur, A viro stulto nonnunquam sapiens dictum profici. Respondet autem ad illam quam supra ex Euripide citauimus,

A viro stulto, sapiēs nōnunquam dictum profectū.

-μητρὸς γὰρ μητρὸς λόγος. id est,

Nam

-nam fultus Iaeta laquetur.

Etenim hoc tametsi vetus dictum est, tamen sit nonnunquam vt fatuus vel casu vel imprudens aliquid egregiè dicat. & ad rem vehementer accommodatum. Id quod accidere ixpenumero videmus. quid enim potuit vel ab homine saltissimo illei accommodatius, quàm quod narrat Suetonius dictum à quodam qui mente parum constabat, in Pompeium & Iulium Cæsarem, Salue rex, Salue regina? cùm Pompeius regni affectati laboraret inuidia. Cæsarem rumòi esse Nicomedi regi vxoris vice fuisse.

† Ex quo & à Iureconsultis scio non infestiuè disputatum, aliquàdo ab vxoribus etiam cordatè dici, statuíque, vt ab iis viri quamquam sapientes consilium sumãt. Nec enim eius rei exempla deficiunt. & Menon Nino suo præscribus Syriæ, & Popilius Numa, Cyrus, Augustus, & Iustinianus Cæsar vxorum consilia non temerè illi quidem γυναικοκρατούμενοι, paruerunt. Quis enim non nouit ex historiis, quæ fuerit illa Ægeria, quâ ita subinde vendicanti Certe & Diodor. de Nino lib. 3. cap. 2. Cyrus Aspasiam coniugem in consilium adhibere non dubitauit, & eum nunquam eius consilij pœnituit. Ælian. var. hist. lib. 12. De Augusto. Seneca de clementia lib. 1. cap. 9. Dion Niceus itidem, ne quid testes ἀξιόπιστον hac parte desint. Verùm & imperator Iustinianus in arduis negotijs vxorem consilij sui participem fecit, Authent. vt iud. sine quoq. suff. in princip. l. bene à Zenone, Cod. de quadr. præscript. Sed ne quid pluribus, vide Gellium libri secundi capite tertio, & Macrobium libri sexti capite septimo. Propius Seneca epistola 67. Potest ingenium formosissimum ac beatissimum sub qualibet cute latere. textus est in lege prima, §. sed neque, Cod. de vet. iur. enucl. cùm possit vnius forsitan & deteriores sententia multos & maiores in aliqua parte superare.

Copiæ cornu. 2

Ἀμαλθείας κέρας, id est, Copiæ cornu. Quum affatim omnia superesse significamus, copiæ cornu dicimus. Trãslatum à peruetusta fabula, quæ variè narratur apud authores. Quidam ad hunc modum narrant, Rhea Iouem enixa, metu patris infantem in Creta occuluit, nutriendum à duabus nymphis, Adrastea & Ida, Melissei filiabus. Hæ nutricauerunt illum capræ cuiusdam lacte, cuius nomen fuerit Amalthea. eam capram Iupiter iam adultus in sydera retulit, vocatúrq. à Græcis αἴξ ἰρανία, id est, capra cælestis. Huius alterum cornu nymphis nutricibus dedit, videlicet officij præmium: hanc adiciens facultatem, vt quicquid optassent, id illis ex eo cornu largiter suppullularet. Ouid. Fast. lib. 5. paulo diuersius fabulam narrat hoc pacto,

Fabula de cornu capræ Amalthea.

Nam Amalthea, Cretæa nobilis Ida,
Dicitur in syluis occuluisse Iouem.
Hic fuit hoedorum mater formosa duorum,
Inter Dictæos conspicienda greges,
Cornibus aereis atque in sua terga recurua,
Vbere quod nutrix posset habere Iouis.
Lac dabat illa deo. sed fregit in arbore cornu,
Truncáque dimidia parte decoxa erat.
Sustulit hoc nymphe, cunctisque decentibus herbis,
Et plenum pomis ad Iouis ora tulit.
Ille vbi res cali tenuit, solióque paterno
Sedit, & inuicto nil fouet arma manu,
Hydra nutricem, nutricis fertile cornu
Fecit, quod domina nunc quoque nomen habet.

Cornu fluminis Acheloi.

Legimus & Herculem Ætolis donasse copiæ cornu, propter coercitum cornu fluminis Acheloi: quare regionem illam, antea sterilem, fertilissimam reddidit, cornu nimirum laborum duritiem significãte, frugibus feracitatem. Hunc igitur titulum Phocion quidam Peripateticus libro suo indidit, vt testatur Aulus Gellius. Plinius item ostendit Græcos aliquot hanc inscriptionem nimis arrogantem suis commentarijs imposuisse, tanquam nihil in eis non contineretur, & quidquid inde peti atque accipi posset. Lucianus De mercede seruientibus, καὶ ἕξεις τὸν ἀμαλθείας κέρατα, καὶ ἀμέλξεις ἀρκτῖνον γάλα. id est, Et habebis copiæ cornu, & lac gallinaceũ emulgebis. Philostratus Dionem sophistam appellat ἀμαλθείας κέρας, velut omni genere virtutũ expolitum. Plautinus quidam seruus epistolam quandam copiæ cornu vocat, quòd plurimum ex ea cõmodorum capi posset. A. Gellius lib. 14. cap 6. Et simul dat mihi librum grandi volumine, doctrinis omnigenis, vt ipse dicebat, præfarcinatum. accipio cupidus & lubens, tanquam si copiæ cornu nactus essem. Apud Athenæum Philoxenus secundam mensam variis cupedijs instructam, copiæ cornu vocat. Citatur à Suida carmen huiusmodi,

Dion sophista, ἀμαλθείας κέρας.

Ἐξ ἴσου καὶ δὶς & τὸν ἀμαλθείας κέρας ἀρκτῖνον. id est,
Capra cui Amaltheæ præbet mihi pabula cornu.

Carmen est heroicum. Effertur adagium hoc quoque pacto, αἴξ ἰρανία, id est, capra cælestis. Comœdia vetus nota: Polyagrum quendam vxorem ad quæstum prostituentem: quam cælestem caprã vocat, ob immensum quæstum, vt testatur Plutarchus in commentario de audiendis poetis, Ἐκάλουν Πολύαγρον ἴρανον αἶγα πλουτοφόρον τριφόρον. id est, Fortunatus Polyager (id est, multorum agrorum possessor) cælestem caprã opes adferentem alens. Idem alibi aduersus Stoicos, ἐὰν δὲ τὰν Στωικὸν λαβὼν ἀμάλθειαν. id est, At qui Stoicam acceperit Amaltheam. Irridens paradoxa Stoicorum, qui suo sapienti tribuunt vniuersa, diuitias, libertatem, sanitatem, regnum. Horatius in Odis,

Capra cælestis.

-hœdo petulcior

† Turneb. 11. cap. 13. Tiraquell. fusè in l. si vnquam, de reuocand. donat. quò pertinet Acheloi cornu, de quo Gyraldus singulari de Hercule syntagmate. Idem Turnebus 7. aduersar. cap. 8. Horatij illud prætermittendum non fuit ex 1. Carm. 17.

-hinc tibi copia
Manabit ad plenum benigno
Ruris honorum opulenta cornu.

Lac gallinaceum. 3

Ὄρνιθος γάλα, id est, Gallinarum lac, eundem habet sensum. Dicitur enim in opulentos, & quibus quidvis rerum suppeditat. Aut de raris inuẽtu, atque ob id pretiosissimi sit hyperbole, significans nihil omnino deesse. Plinius in præfatione historiæ mundi, irridens Græcorum delicioſas quasdam & magnificas inscriptiones, Cerion, inquit, inscripsere, quod volebant intelligi fauum: alij ὠοῦ γάλα Ἀμαλθείας, quod copiæ cornu: velut lactis gallinacei sperare possit in voluminc hautlum. Aristophanes in Vespis,

Rara inuentu, & pretiosa.

-εἶτ' οὐ δώσ' αὐτῇ τίττιον γάλα
Αὐτὴ τὸ βίον λαβοῦσ' αὐ τὰς νῦν λιτανείας. id est,
-non hæc hercle gallinaceum
Hæc pro vita capiam, quam mi adimus in præsentia.

Eustachius in quartum Odyssææ, citat hoc adagium ex Anaxagoræ fabularum titulus ὠά. Rursum Aristophanes comicus in fabula cui titulus Ἱππῆς,

-δίδωμι τῷ υἱῷ
Λητῶς, πατρὶ, πάππῳ πατρὶ
Πλουτοφόροις, δαιμονίοις,
Βίοις, ἱππείοις, γεωπόνοις, γαμικοῖς,
Χορηγοῖς, ἁμιλλικοῖς, γάλακτ' ὀρνίθων.
Εἴ τι παρέσται ὑμῖν ἀγαθόν
Τοῦ δ' ἀγαθοῦ. id est,

Dabimus vobis ipsis, filiis, filiorum filiis, opulentiam bona valetudine, felicitatem facultatibus, pacem, inuentam, ipsum, choros festos, lac gallinaceum: et situs præ bonorum copia laboraturi.

Strabo Geographiæ libro 14. narrat de Samiorum agris, quòd essent omnium rerum ampliter feraces, illud vulgò iactatum esse, quòd lac etiam ferrent gallinaceum. Idem testatur hoc adagium apud Menandrum comicum inueniri. Athenæus libro Dipnosophistarum 9. ex Medea comœdiæ scriptore quopiam Xenesimacho, senarios hos adducit,

Lac gallinaceum.

-ἐγὼ δὲ λαγάδων,
Σπανιώτερον παρεστὶν ὀρνίθων γάλα,
Καὶ φασιανὸς ἀκριτὸς μᾶλλον & κάλως. id est,
-& quod dicitur proverbio,
Lac suppetit, res rara, gallinaceum, ac
Plumis vernalis phasianus adprobe.

Rursum libro nono adducit ex Numenio,

Ἢ δ' ὃς ὄρνιθος καλόν γάλα. id est,
Atque quod gallina dicitur lac.

Idem libro tertio indicat quibusdam lac gallinaceum esse album oui.

Non omnibus dormio. 4

Non omnibus dormire dicuntur qui non omnibus inseruiunt, neque per omnia gerunt morem. Trãslatum putant à maritis quibusdam nimis obsequentibus, qui vxores suas adulteris scientes produnt, somnum interim inter pocula simulantes, vt adultero quodlibet liceat. Quod genus obsequij notans Iuuenalis,

-dottus, inquit, *spectare lacunar,*
Dottus & ad talem vigilatis ferrore nasũ.

Galba leno in vxorem.

Plutarchus in libro cui titulum fecit ἀφορμῶν, fabulam super hac re non illepidam narrat: Quu Galba quispiam comitio Mecœnatem accepisset, sentirétque iam è nuptiis hominem inflammatum in vxorem suam, sensim demisit caput, perinde quasi dormiret. At quum interea famulus quispiam ad montani accedens vinum clam tolleret, ibi iam vigil & oculatus, Infelix, inquit, an nesciebas me soli Mecœnati dormire? Meminit huius adagij, & ad hunc quem dixi modum exponit Festus Pompeius, citans ex Lucilio: tractum ostendens à Capio quodam, qui Pararencho dictus sit, quòd simularet dormientem, quo impunitius eius vxor mœcharetur. Idem indicat huius rei meminisse Lucilium Vsurpat & M. Tullius libro familiarium epistolarum septimo, Olim, Nō omnibus dormio: sed ego in Gallo, non omnibus seruio. Videtur indicare Cicero aliter quoque putasse, Non omnibus dormio, vetus fuisse: alterum, nempe Non omnibus seruio, nouum. Vtrumque certè prouerbiale. Sed prius illud pertinet ad concessionem iuris, hoc posterius ad obsequium impendendum. Idem Tullius ad Atticum lib. 13. Est bellum aliquem odisse libenter, & quemadmodum dicitur, non omnibus seruire. Quo quidem locus (vt hoc obiter admoneam) mihi non videtur carere mendo. fortassè scriptum erat, Et quemadmodum non omnibus dormire. ita non omnibus seruire. Quæ & hæc ipsa vox, seruire, non vacat metaphora, quum dicimus, seruire ioci, seruire temporis, seruire vitijs, seruire ingenio vxoris, seruire populo, seruire commodis priuatis: pro eo quod est, nimium nōnnunquam facere quo satisfacias.

Cicero in Lesbium expressus.

Seruire ioco, tempori, &c.

Sardi venales. 5

Σαρδιανοὶ ἄνιοι, id est, Sardi venales. In eo libello cui titulus est De viris illustribus (quem alij Plinio, alij nulli Suetonio tribuunt: verùmque reclamante stylo) huiusmodi quoddam adagium refertur, Sardi venales, de negotio cuiusdam improbissimi atque inexplicabili. Id quod hinc esse ortum traditur, quòd Tiberius Sempronius Gracchus quum altero consulatu Sardiniam domuisset, tantum ex ea captiuorum adduxit, vt longa venditione res in prouerbium abierit. Plutarchus in Problematis Romanorum aliam adfert causam, nimirum olim inoleuisse morem apud Romanos foedissimum, vt qui ludos ederent in Capitolio Sardos venales pronunciarent: prodiretq; ne puer quispiam perludibrium mollicie cultus, quam bullam vocant. Eum morem hinc ortum putat quòd Veientes Hetruscorum populi multum temporis cum Romulo bellum gessisse it, quódque horum vrbem postremam Romulus expugnasset, Etiam T. Liuius lib. 1. narrat victos quidem à Romulo Veientes, sed tamen victorem ab vrbe munita abstinuisse. vnde & regem ipsum, & cum hoc captiuos quamplurimos Romam deductos, venales prouulgauit. Porrò cùm Lydi ab initio fuerint Hetrusci (quemadmodum testatur & Herodotus libro 1.) Lydorum autem caput erat Sardis, inde factum vt Hetruscos Sardorum nomine pronuntiarit venales. Refert eadem Plutarchus in vita Romuli, licet aliquanto diuersius. Debellatis Veiis captus est illorum dux, qui quum esset prouectæ ætatis, visus est rem imprudentius gessisse quàm pro ætate. Vnde mos inoleuit, vt quoties Romani ob partam victoriam immolarēt victimam, senem purpura indutum per forum in Capitolium inducerent, bullāque ad collum appensa, quod tum erat puerorum insigne, præco Sardianos venales pronuntiaret. Hetruriæ caput Veij sunt, & Hetrusci Sardianorum coloni putantur. Vsus est hoc adagio M Tullius libro Epistolarum familiarium 7. ad Gallum. Habes, inquit, Sardos venales, alium alio nequiorem. Sentit Cicero de contemptis & improbis, & (nisi fallor) patria quoque Sardis. Nam ita scribit paulo ante hunc locum, Id ego in lucris pono, nō ferre hominem pestilentiorem patria sua.

Sardi nequissimi.

Dasypus carnes desiderat. 6

Δασύπους κρέων ἐπιθυμεῖ, id est Dasypus carnes desiderat. Dicitur in eos qui ea requirunt ab aliis quæ ipsis affatim sunt domi. Est enim dasypus de genere leporū. Lepus autem (vt author est Plin. lib. 8. cap. 55.) animal est innocuum, esculentum & fœcundum, omnium prædæ nascens. Solus, præter dasypodem superfœtat, aliud educans, aliud in vtero pilis vestitum, aliud implume, aliud inchoato gerens partu. Dictus est autem dasypus, à pedibus hirsutis ac villosis.

Dasypus vnde dictus.

† Leporum genus ita partiūtur philologi, vt δασύπους sit genus ad λαγῶν, & cuniculum, κύνικλον: at cuniculus à lepore facilè discernitur. Polybius libro 12. & Galen. lib. 3. περὶ τροφῶν δυνάμεως. Aristoteles λαγὼν & δασύπους promiscuè habet: hinus distinguit quo ratione, nescio: Terent. eo prouerbio δασύπους εἶ κρεῶν ἐπιθυμεῖς, tu lepus es, & pulpamentum quæris, eius arguit non differre à dasypode leporem.

Tu lepus es, & pulpamentum quæris. 7

Sunt qui existiment cum proximo idem esse quod legitur in Eunucho Terentiana, Tute lepus es, & pulpamentum quæris. Dictum est autem à milite glorioso in adolescentem Rhodium, qui scorto suo illudebat, ipse ea ætate qua cornua vibrare iam posset. Donatus allegoriam variis modis exponit, indicans prouerbium hoc in molles conuenire: propterea quòd lepus à posteriore parte hoc est, à lumbis & clunibus, pulpamentum de se præbeat, eáque corporis parte lautissimus sit vel quòd eum canes, amatorum instar, sequantur: vel quòd lepus à physicis dicatur facere: lexus, modò mas, modò fœmina. Quæ commenta mihi frigida videntur, ac vt impudentius ita verius esse puto, ad Græcam paroemiam referre, δασύπους κρεῶν ἐπιθυμεῖ. Flauius Vopiscus in Numeriano imperatore, scribit adagium Terentianum citu esse Adrianis vetustissimi Romanorum comici.

Lepus, inepti iocus.

Pari iugo. 8

Pari iugo dixit Plinius in Epistol. pro eo quod est, pari studio, parique conatu. Quadrabit in eos qui negotium communi ciuitatis ac mutua contentione agunt. Translatum à bubus, idem plaustrum æquali iugo trahentibus. Plinij verba sunt hæc, Habet quidem gloria in studiis præterea quiddam ἀνταγωνιστικόν: nobis tamen nullum certamen nisi contentio, cùm vtroque pari iugo non pro se, sed pro causa niteretur. Theocritus in Arta,

ἄλλος δ' ἐφίλησε ἴσῳ ζυγῷ . . . id est,

Alius autem æquo iugo amauit.

De amore mutuo & æquali, quem Græci vocant ἀνταγωνιστικόν. Hunc finitimum iunt quæ scribit diuus Hieronymus ad Augustinum: Romæ dicuntur esse quamplurimi qui possint & audeant tecum congredi, & in disputatione de sanctarum scripturarum iugum ex æquo ducere. Extat & Græcis prouerbium,

ἴσῳ τε ζυγῷ ἕκαστα ἐλκύσαμεν ζυγόν. id est,

Idem æquo inque ducimus pondere iugum.

quod suo referemus loco.

Τοῦ ἀνταγωνιστικοῦ.

Vno fasce complecti. 9

Vno fasce complecti, legitur apud eundem Plinium, pro eo quod est, eadem opera & coniunctim agere, nō separatim. Verebamur, inquit, ne nos dies, ne nox, ne latera deficerent, si tot crimina, tot reos vno velut fasce complecteremur. Translatum est ab iis qui res multas simul colligāt, quo commodius gestari queant. Id Græci dicunt συλλαβεῖν, id est comprehensum.

Συλλαβεῖν.

Salem & mensam ne prætereas. 10

Ἅλα καὶ τράπεζαν μὴ ὑπερβαίνειν, id est, Salem & mensam ne prætereas. Ne contemnas amiculorum consuetudinem, aut Ne violes amicitiæ iura. Nam his rebus olim conciliabantur amici. & familiares antiquitus mutua inter sese conuiuia celebrabant. Quemadmodum testatur etiam Diogenes Laertius in vita Pythagoræ, & astipulatur Theocritus in Hyla,

Mos veterum in amicitia concilianda.

Οἵ ῥα πάρος τ' ἐπέβαινον ἐπ' ἀλλήλοισι τράπεζαν. id est,

Qui ad mensam semper eandem
Conibant ambo fidi nimirum vt amici.

Loquitur de Hercule ac Telamone. Tum Euripidis Hecuba, Polymnestoris exaggeratis iacturis, hospitalis etiā mensæ facit mentionem,

Mensa communis.

Ξενὶς τράπεζα πολλάκις τυχὸν ἐμοί. id est,

Mensa receptus sæpe commune mihi.

Quin & Eliæ lib. 14. cap. 4. ita legimus. Nos ergo memores salis quod in palatio comedimus, quia ἰσόθεοι reges videre nefas conducimus, &c. Inde est quòd (vt docet apud eundem Laertium Alexander in cōmentariis Pythagoricis) Pythagoras vetabat frāgi panem, videlicet ne diffecaretur quod amicos copularet. Idem cēuisse salem potissimum in mensa apponendū quòd æquitatis ac iustitiæ nos admoneat, vt quod & seruet tueatúrque quicquid occuparit, & ex liquidissimis rebus aqua marique fiat. Origenes aduersus Celsum lib. 2. Parium quēpiam rambographum adducit, qui Lycomantem inlectatus sit quòd talem ac mensum esset prætergressus.

Idque

Idque detorquet ad Iudam Christi proditorem. Idem in Matthæum sic loquitur de Iuda, Neque talis eiusdem, neque mensæ, neque panis communicati memor est factus. Certe apud Macedones patrio ritu fœdus quod sanctissimum vellent haberi, sic ineibant, vt panem gladio diuidum vterque libaret. Author Q. Curtius lib. 8.

Baceli similis. 11

Ἶσος Βακέλῳ, ἢ Βάκελος εἶ, id est, Baceli similis, & Bacelus es. In crudos ac parum vitos dictum, aut in magnos quidem corpore, sed animo ἀτρόπους. Tractum à forma morbique Baceli cuiusdam. Aut Suidas Bacelum proprie significare eum qui sit exectus, eoque in mollies dici, quòd hoc morbo potissimum laboret illud hominum genus. Antiphanes in Canibus Baceli quempiam taxat, apud Athenæum lib. 4.

In mollies.

οὐχ ὁρᾷς τὸν ἐχθρὸν
Τὸν χθὲς ἐ Βάκελον, ὃν ἀφῃρέθης; id est,
an Bacelum non vides
Manibus, quas sic fastidisti, nec pudet?

Suetonij locus

Meminit huius Suetonius in vita Augusti, scribens cum peculiari vocabulo Bacelum pro stulto assiduè solitum dicere. quanquam in vulgatis codicibus Baccolus scriptum est. Hermolaus existimat & apud Quintilianum rectè pro Bagoa, Bacelum legi posse. Verba Fabij sunt hæc, At vero statuarij artifices pictoresque clarissimi, quum corpora speciosissima pingendo fingendove effingere caperent, nunquam tamen in hunc inciderunt errorem, vt Bagoam aut Megabyzum aliquem in exemplum operis assumerent sibi. Verum equidem non video cur Fabiana scriptura mutanda sit, quum βάλανος barbara lingua significet eunuchum, quo nomine Lucianus philosophum quendam induxit, qui vultu corporisque figura eunuchum præ se ferret. Quin & Ouidius De amoribus, seruum puellæ custodem Bagoum appellat,

Quintiliani locus.

Βάλανος. Eunuchus. Vide Lexica. in Eunucho.

Quem penes est dominam seruandi cura Bagoi.

Batalus. 12

Βάταλος εἶ, id est, Batalus es. Olim in effœminatos per contumeliam dicebatur. Plutarchus ostendit id cognomen Demosthenis pueri indicium fuisse, & ab inimicis probro obiectum. Porrò cognominis huius idem varias adfert rationes, vel quod Batalus quispiam fuerit tibicen, mollis & effœminatus, qui muliebribus sandalis primus omnium in scenam prodierit, ac mundam (vt ita dixerim) cuirarit: vel quòd poetæ cuidam obiecerno nomen fuerit Batalo: vel quod apud Atticos Batalus appellata sit ea pars corporis quæ verecundè nominari non potest. Meminit huius rei Libanius. Idem nempe Demosthenes iam prouecta ætate, simili contumelia dictus est Argas: siue quòd hoc nomine fuerit quispiam malarum author legum: siue quòd (vt existimat Suidas) serpentis genus sit Argas. Dicunt item Græci βαταλίζειν, pro eo quod est turpiter atque effœminatè viuere.

Batalus tibicen.

Batalus Atticè quid.

Argas.

βαταλίζειν.

Bene plaustrum perculit. 13

Rusticorum prouerbium est, Bene plaustrum perculit. Apparet dici solitum in eos qui quempiam impellunt quo suapte sponte iam propendebat. Trâslatum è plaustris onustis, quæ quo exonerentur solent cuerti. Fit autem id commodius in eam partem, in quam propter solum decliuius, inclinant. Donatus indicauit hoc adagium, exponens in Eunucho hæc Parmenonis verba, Perculeris iam tu me? Ab hac sententia non abhorret Plautinum illud in Curculione, Qui monet, quasi aduocat. Verba sunt lenonis, qui libentius sit mutaturus fidem admonitus à trapezita, quod tamen vel citra monitorem erat facturus. Idem elegâter expressit Sophocles apud Plutarchum in vita Artaxerxis,

Monitor adiuuat.

Ταχεῖα πτῶσις ἐπὶ κακῶν εὐβουλία. id est,
Rerum malarum facilis est persuasio.

Plerique ad deteriora procliues sunt.

In Care periculum. 14

Ἐς Κᾶρ' ἐπὶ τὸν κίνδυνον, id est, In Care periculũ, subaudi, facito. Hoc est, In homine aut re viliore fac periculosam experientiam: in qua si parum fœliciter cesserit, nõ multum sit dispendij capiendum. Huic adagio Carum mores fecere locum. hic populus est, vt author est Mela Pomponius, incertæ originis: vt quos alij αὐτόχθονας, id est indigenas, nonnulli Pelasgos, alij Curetes existiment. gens viquaque ad arma pugnæque amans, vt

Carum mores.

Carres αὐτόχθονες.

alienæ etiam bellæ mercede conducti soliti sint agere. Vnde Theocritus in Encomio Ptolemæi,

—ὡς σὲ κατέσσεται τὸ Κάριον, dixit. id est,
Ad te atque auidas Caribus.

Item Herodotus in Euterpe, ostendit Cares barbaro seruitique fuisse ingenio & ad quiduis malorum ferendum paratos, mercede proposita. Id quod indicat & Aristophanes in Auibus, Εἰ δ' ἀλλόφυλός τις ἢ Κάρ. id est, quod si peregrinus est & Car. Strabo libro Geographiæ 14. narrat. Cares tota quondam errasse Græcia, palmamque stipendijs meruisse. Cæterùm in rebus bellicis vsque adeo præcelluisse, vt passim apud poetas arma bellica, Carica nomine ferri, quemadmodum Anacreon Caricas eas, Arcus Caricam citharam dixerit: quam alludit Aristophanes in Auibus. Suidas scribit, Cares primos mortalium mercede militasse, vt qui vitam suam vilem haberent. Hos igitur qui conduxerant primos in acie collocare consueuerant, vt primos hostium impetus suo exciperent periculo: aut vbi fortuna belli difficillima videretur, illic obiiciebantur. Perfæ sua lingua κάρδακας appellabant, qui rapto viuebant. Carum laudem his temporibus æmulari videntur Heluetij, gens bello nata, simplex alioqui ac minimè malũ hominum genus, planéque dignum, vt equidem sentio, quod hac quoque nota vacaret, & in literis & in cæteris honestis studijs egregie valituros, si relictis bellis huc animum appellerent. Vsurpat hoc adagium Socrates apud Platonem in Euthydemo, iubens in se potius fieri periculum trãsformationis, velut in homunctione Care quem si perdas, non admodum grauis ea iactura, Εἰ δ' ἐμοὶ οἱ νεανίσκοι, ὥσπερ ἐν τῇ ἀλοιφῇ ὁ κάνδυς ὁ Καρικός, ἀπόλοιντο, ἐγὼ μὲν ἡδέως ἂν ἀποδοίμην ἐμαυτὸν Διονυσοδώρῳ τούτῳ, ὥσπερ τὸ Μανίκιον κάρτα. καὶ εἰ μὲν βούλεται, χρυσοῦν, εἰ βούλεται πάνυ πολλοῦ χρυσίου ἀποφλαυρήσω. id est, Quod si mihi tui vos iuuenes, in me, tanquam in Care fiat periculum. Nam & ipse quandoquidem senex sum, paratus sum subire periculum, néque ipsum trado huic Dionysodoro, quasi Medex Colchicæ, perdat me, & si velit, in lebete coquat me: si minus, quicquid voluerit id faciat: tantùm vt me reddat probum. Idem in Lachete hoc respexit, quum ait, Cogitandum esse eis qui primum docere incipiunt, & artis suæ periculum cum magno iuuenum periculo faciunt, non Carem quempiam mercenarium, sed eorum liberos in discrimen addici. Et hunc imitatus Aristides in oratione Panathenaica, ὡς ἢ τοῖς Κᾶρι ἢ ἐπὶ τοῖς ἑαυτῶν σώμασι τὰς πείρας ποιῶνται. id est, In Care vero, non in suis ipsorum corporibus facientes periculum. Vsus est eodem M. Tullius in actione pro Lucio Flacco, Quid, inquit, de tota Caria? omne hoc vestra voce vulgatum est, Si quid cum periculo experiri velis, in Caria potissimum esse faciendum. Quem quidem locum apparet esse vitiatum, neque verear detestare, in Care legendum esse, non in Caria. Huic diuersum est illud, Asseo pilcari hanc, quod alibi reddemus.

Ἐς Κᾶρ' ἐπὶ τὸν κίνδυνον.

Caria.

Asseo pilcari.

In dolio figularem artem discere. 15

Item illud, ἐν πίθῳ τὸν κεραμέα μανθάνει, id est, In dolio figularem artem discere. De his qui primis statim maximis in rebus artificij sui capiant experimentum, cum paulatim à minutis ad summa proficere conueniat. Neque enim figulus statim à dolio, id est vase maximo, artem auspicatur: sed à pusillis quibusdam vasculis, in quibus non sit graue detrimentum si quid fœtus accidat. In hanc ferme sententiam vsurpat Plato in Lachete, Σκοπεῖν χρὴ μάλιστα ἐν τῷ Κάρι ἡμῖν ὁ κίνδυνος γίγνοιτο, ἢ ἐν τοῖς ἡμετέροις τε καὶ τοῖς τῶν φίλων παισί, καὶ ἐπιτρέψαι τὸ λυμῆναι καὶ τὸν παράμουσον ποιῆσαι, ὅτῳ τις ἐπιτρέψει. id est, Considerare oportet ne hoc periculum in nobis fiat non in Care, sed in filiis simul atque amicorum liberis: ac planè contingat quod prouerbio dicitur, in dolio figulina. Dicæarchus ad aliam sententiam torquet prouerbium, vt admoneat vnumquemque artificem in suis negotijs exerceri oportere, velut auriga in ducendis curribus, nauclerum in gubernanda naui, medicum in curandis morbis. Tanquam absurdum sit, fieri rem in aurigatione versari, te videlicet alienæ, ac non magis in dolio. Atque ita huc pertinebit illa sententia,

A pusillis auspicandum.

Quemque artificem in arte exerceri debere.

Quam qui quæque nouit artem, in hac se exerceat

Et Horatianum illud in Epistolis, 2. Epist. 1.

Nauim agere ignarus nauis timet, abstinet omnis
Non audet nisi qui didicit, dare quid medicus rasis?

Fabri tractant fabrilia. *Promittunt medici, tractant fabrilia fabri.*
Scribimus indocti doctique poemata passim.

Sic propemodum vsurpat Gregorius theologus in Apologia De fuga, οὐκ ἦν παιδίον δῶρα δεχόμενον, πρὶν αὐτὸς ἀνὴρ γένηται, καὶ πάθῃ τὰ τῶν ἀνδρῶν, καὶ δὲ τὰ ἐμὰ ἐπαινῶν, ἢ τὰ ἐκείνων ψέγων ἀκαίρως τῶν ἀμαθῶν, λίαν ἐμοὶ φαίνεται αἰνίττων. id est, Itaque alios velle docere, priusquam ipsi satis edocti sint, & in dolio, quod aiunt figulinam, in aliorum animis meditari pietatem, mihi quidem videtur hominum insigniter desipientium.

Ne sutor vltra crepidam. 16

Huic finitimum est illud, Ne sutor vltra crepidam. id est, Ne quis de iis iudicare conetur quę sint ab ipsius arte professione quę aliena. Quod quidem adagium natum est ab Apelle nobilissimo pictore, de quo Plinius lib. 35. cap. 10. scribit in hunc modum, Idem perfecta opera proponebat in pergula transeuntibus, atque post ipsam tabulam latens, vitia quę notarentur auscultabat, vulgum diligentiorem iudicem quam se præferens: fertúntque à sutore esse reprehensum quòd in crepidis vna i intus pauciores fecisset ansas. Eodem postero die superbe ob emendationem priorum admonitionis cauillante circa crus, animadgnatum prospexisse, denuntiantem ne supra crepidam sutor iudicaret. quod & ipsum in prouerbium venit. Hactenus Plinius. Huic simillimum est quod refert Athenæus: Stratonicus citharœdus fabro secum de musica contendenti, Non sentis, inquit, te vltra malleum loqui? Eodem pertinet quod huius nepos in epistolis scripsit, de artificio non rectè iudicare quenquam, nisi & ipsum artificem. Quòdque primo Moralium libro dixit Aristoteles, Earum rerum vnumquemque iudicem esse idoneum, quarum sit eruditus. Et quod idem scripsit libro secundo Naturalium, cæcum disputare de coloribus. Quæ verba iam inter nostri temporis scholasticos in prouerbium abierũt, quoties quispiam de rebus ignotis disputat. Ad eandem sententiam referendum quod ait Pacuius Prætor apud Quintilianum, fœlices futuras artes, si soli artifices de iis iudicarent.

Ab Apelle petitũ adagiũ.

Vltra malleũ loqui.

Cæcus de coloribus.

Dij facientes adiuuant. 17

Varro lib. de re rustica primo, Et quoniam, vt aiunt, dij facientes adiuuant, prius inuocabo deos. Significat diuinam opem non cessantibus, sed industrijs & pro sua virili conantibus auxilio esse solere. Huc arbitror referendum illud Homericum carmen, quod iam velut in prouerbium abiit,

Industrior deus adiuuat.

Τὴν μὲν ἐγὼ μάλα οἶδα καὶ ἐκ νεφέων ἐρύσσω,
Αὐτὰρ ὁ μοῖραν ὑπόδρα πατεῖ. id est,
Hanc partem ipse tuo perpendes pectore tecum,
Partem aliquam diuum tu quoque suggerat.

Id M. Tullius vsurpauit lib. Epist. ad Atticum 9. Omnia vobis imperatis agenda. Sed tamen

Δεῖ μὲ αἰτεῖς,
Αλλ' ὁ μόρσιμον ὑποθήσομαι. id est,
Par tum ipse mecum aptum fors suggerat ipsa.

† Cato apud Sallustium, vbi grauiter de coniuratis Catilinariis agit: Non votis, neque supplicijs muliebribus, auxilia Deorum parantur. Vigilando, agendo, bene consulendo prosperè omnia cedunt vbi socordię atque ignauiæ te tradideris, nequicquam Deos imploras: mali infestique sunt.

Cum Minerua manum quoque moue. 18

Huic finitimum est σὺν Ἀθηνᾷ καὶ χεῖρα κίνει, id est, Auxiliante Minerua manum interim inoue. Monet adagiũ, ne fiducia diuinæ opis industriam remittamus. Conuenit peculiariter in mulieres quæ lanificium exercent, fauente quidem atque inuocata Minerua, sed nihilo segnius interim operi insistentes. Sunt qui putent ab agasone quopiam natum, cuius asinus quum luto infixus hæreret, deberet que illi succurrere, otiosus Herculem implorabat. Huic is respondisse deum, vt interim manum admoueret asino laboranti, atque ita demum numen adfuturum. Alij diuersam huic fabulam afferunt: puta, quendam, quum esset decertaturus, Mineruam consuluisse num futurum esset vt victor discederet. Responsum est fore. Verùm quum ille ingressus in theatrum, in certamine manibus staret otiosis, percussum ab aduersario victum fuisse. Ad hoc adagium pertinet elegantissimum illud carmen, quod ex Agathonis tragœdia citat Aristoteles libro Moralium Eudemiorum quinto:

Admouendã manum, Deũ adesse.

Τέχνη τύχῃ δ' ἔοικε κἀτύχη τέχνῃ. id est,
Fortunam vt ars, sortem ita artem amat inuicem.

Citatur à Suida senarius hic in eandem sententiam,

Αὐτὸς τι τῶν δρῶν, εἶτα μὴ Διὸς τρέμε. id est,
Fac interim aliquid ipsa dum aures voco.

Nostro Marte. 19

Quoties nullis auxilijs adiuti, nostropte ingenio propriisque viribus rem peragimus, nostro Marte peragere dicimur, vt etiam quum nostro periculo res geritur. M. Tull. lib. Offic. 3. Hanc igitur partem relictam explebimus, nullis adminiculis, sed, vt dicitur, Marte nostro. Hactenus ille. Idem Philippica 2. de Deiotaro loquens, Rex cum ipse, tum sponte, nullis commentarijs Cæsaris, sed solus audiuit eius interitum, suo Marte res suas recuperauit. Cod. lib. 1. tit. 1. Ne liceat potentioribus, cap. 1. Diuinè admodum constituit Diuus Claudius consultissimus princeps, parens noster, vt iactura cautæ afferentur ij qui lib. potentiorum patrocinium aduocassent: vt hoc proposito metu, iudiciarię lites potius suo Marte decurrerent, quàm potentiorum domorum opibus interirent. Rursus lib. 3. tit. 1. de iudic. cap. 11. Ilo procul dubio obiciendo, vt is neque per alterutram litigantium partem, nec per iudices steterit quominus lis suo Marte decurrat, sed per patronos causarum, licentia detur iudicij. Translatum videtur ab imperatoribus qui saltis ipsorum auspicijs & copijs bellã gerunt. Siquidem Plautus etiã Mes copijs, dixit, pro meo Marte. Sapiunt prouerbium etiam illa, Vario Marte, Dubio Marte, Iniquo Marte. Huic adagio pene diuersum est illud quod alibi retulimus, ἀπὸ Θησέως, id est, Non absque Theseo.

Vario Marte, Dubio Marte, Iniquo Marte.

† Marte suo lite decurrere nostri aiunt, pro eo quod est, ad exitum fine vllo impedimento perduci, siue per alterutram litigantium partem, aut per iudicem steterit, quominus lis suo Marte decurrat, &c. l. properandũ, § illud procul dubio, C. de iudic.

Nequicquam sapit qui sibi non sapit. 20

Sententia vel hodie vulgo frequentissimè iactata, Frustra sapere qui sibi non sapiat. Plato in Hippia maiore, Καὶ πάνυ γε, inquiens, σωφρονεῖ, ἐάν τε σοφὸς, ἐάν τε μὴ σοφὸς ᾖ. id est, Idem itidem & plerunque videtur, quòd oportet eum qui sapiat, ipsum sibi maximè sapientem esse. Vsurpat & Cicero in epistola quadam ad Trebatium, ostendens ex tragœdia Medea sumptam, Et quando (inquiens) cœpi agere Medeam, illud tempet memento,

Quibus ipse sapiens prodesse nequit, ne quisquam sapit.

Est autem versus trochaicus. Idem Epistolarum familiarium lib. 13. ad Cæsarem imperatorem. Itaque ab Homeri magniloquentia contero me ad vera præcepta Execrides,

Μισῶ σοφιστὴν ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός.

Quem verum senex Praxilius laudat egregiè. Idem libro de Diuinat. citat ex Ennio in diuinos, Qui sibi ipsimet non sapiunt, alteri monstrant viam. Quibus diuitias pollicentur, ab his drachmas ipsi petunt. Citatur à Luciano in Apologia,

Μισῶ σοφιστὴν ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός. id est,
Sapientem eum odi qui sibi ipse non sapit.

Eundem Alexander torsit in Callisthenem, qui se moribus eorum quibuscum viuebat non accommodaret, sed præ se ferebat, nihil eorum quæ illic gerebantur sibi placere. Eaque libertas optimo viro attulit exitium: quum Anaxarchus philosophus omnium adulatorum abiectissimus, haberetur in pretio. Eam sententiam sic ad vnguem seruant huius tempestatis homines, vt hominis vocabulo videatur indignus qui non quauis ratione suis consulere commodis nouerit. Huius generis est illud apud Suetonium,

Callisthenes sibi non sapiebat.

Anaxarchi assentatio.

Appius cæcum, non tibi, Romule, Syluam.

Cantherium in fossa. 21

Cantherium in fossa, rusticum prouerbium: sed tamen è re militari natum. Hoc licebit vti quoties quis ad id negotij trahitur, in quo nequaquam valeat, aut vbi res vehementer erit impedita periculosáve. Refertur à Tito Liuio, Decadis 3. lib. 2. Narrat autem, quum Fabius Capuam obsideret secundo bello Punico, Iubellium Taurea inter equites Campanos nobilissimum, è Romanorum exercitu quemuis ad singulare certamen euocasse: assumque prodire Claudium Asellium. Deinde vbi diutius vterque alterum libero campo elusisset, Campanus in causa erat descendere nollet, alioqui equorum non equitum fore certamen. Eo cùm Romanus re quá verbis ferocior, extẽplo descendisset, rursum elusit

Taurea

Tam ea sermone, qui postea in rusticum versus est proverbium, Nummorum (inquiens) cantherium in fossa? Quanquam ex Latinis verbis parum liquet adagij sensus, tamen e contextis facilè deprehenditur. Pugnat autem cum illo quod alibi dicemus, πῶλον ἐς πόδιον, id est, equum in planitiem. Etenim quemadmodum plurimum valet equus in planitie, ita minimè valet in fossa.

Tantali talenta. 22

Ταλαντα Ταντάλου, id est, Tantali talenta. De immensis opibus. nam Tantalus Phryx ob luculentas divitias in fabulam hominum venit, ita vt fingatur & apud inferos simile quiddam pati, cuiusmodi solent inter congestas opes tenaces isti divites. Horatius, 1. Satyr. 1. Sermon.

Tantalus à labris sitiens fugientia captat
Flumina quid rides? mutato nomine de te
Fabula narratur.

Tantali fabula, in divites foenerandi tenaces.

Ostendit, allegoriam figmenti ad divites sordidos pertinere. Vsurpatur adagium à Platone in Euthyphrone. Suidas ait esse & apud Epicharmum & apud Anacreontem, Effertur & ad hunc modum, cum venusta quadam vocum allusione τάλαντα Ταντάλου ταλαντίζειν, id est, Talenta talenta talentizat. hoc est, libriat & accumulat. Porrò Tantalum prædivitem fuisse tradunt vel illud ex tragœdia carmen apud Plutarchum, libro De exilio.

Σπεύσω δ' ἀφ' ὑμῶν δεῦρο πρὸς μιᾶς ὁδόν.

id est,

Viam dirum duodecim jugera.

Idem alibi ingentes divitias πλοῦτον Ταντάλειον appellat: id est, opes Tantaleas. Antiphanes apud Athenæum libro 6.

Tantaleæ opes.

Οἷον περὶ ἴχθυς ἐν Θρίβοντ' ὁ ζωτικὸς
Μαλακῶς ἔχων ἔκειτ' ἀπωθεῖς ἀνήρ. id est,
Qualem enim habebat & Thribon, qui molliter
Ex alto ipse tractus Tantalus.

† In Petronij satyrico legitur admodum lepidum carmen,

Nec bibit inter aquas, nec poma fugacia carpit
Tantalus, et quæ jam vota premunt.
Divitis hæc mens est, cui nil natat ante catillum,
Quæ tenet, & pisces conloquitur cupiens.

Et Alexandri epigramma,

Hæc magis in media sitiens stat Tantalus unda,
Et poma ipsa sibi proxima habere nequit.
Nomine mutato ac tecum dicetur, amare,
Quæ non habeas, non frueris quod habes.

Sed de Tantalo multa satis alio loco.

Pelops talenta. 23

Consimili figura Theocritus Idyllio ϑ, dixit Pelopis talenta,

Μή μοι τὸν Πέλοπος, μή μοι χρύσια πάντα
Ἐν ἔχοντα μηδὲ τοῦτον ἀπόντα. id est,
Non Pelopis mihi tot aprique aurique talenta,
Nec tantos cernerem antecessisse pedes.

Porrò talentum apud Atticos maxima pecuniæ summa erat. talentum minus valebat libras sexaginta, talentum magnum octoginta. Vnde illud in Phormione,

Siquis daret talentum magnum. Imò malum.

Et Aristophanes,

—ἀλλ' ἴθι δ' Ὀπούντιε
Οὐκ ἀργύριόν σοι δῶ τάλαντον χρυσίου. id est,
-at ego sanè Opuntius
Nolim esse, siquis det talentum mi aureum.

Id est, Nolim esse luscus vel quantalibet pecunia.

Midæ divitiæ. 24

Μίδου πλοῦτος, καὶ Μίδου πλουσιώτερος, id est, Midæ opes, & Mida locupletior, in prouerbium abierunt, propter immensas eius regis opes, quæ fabulis quoque complurib⁹ fecere locum. Statius in Surrentino Pollij.

Vnus Midæ gazis, & Lydo ditior auro.

Midæ tyranni insignes dotes.

Fuit hic Midas Phrygiæ tyrannus, cui (iuxta poetarum figmenta) concessum à diis est, vt propter Bacchū hospitio acceptum; quod vellet optaret, accepturus quicquid optasset. Optauit vt quicquid corpore contigisset, protinus in aurum verteretur. Historicorum literis proditum est, huic puero dormienti formicas in ós grana tritici congessisse: respondisse augures, omnium mortalium illum ditissimum futurum: atque ita euenisse. Huic Plinius primum attribuit locum in ter insigniter diuites, libro trigesimo tertio.

Non omnino temerè est quod vulgò dicitur. 25

Apud Aristotelem vsurpatur prouerbij vice, & apud eruditos iam olim in proverbium abiit nobilis illa Hesiodi sententia (οὐδὲν ἅπαντες ἴδμεν, quemadmodum ait Aristides in defensione Periclis) quæ dicit, non vsquequaque institū esse dolere quicquid rumore populi iactatum facit. Est in operibus Volumine secundo cui titulus Opera & dies,

—δῆλοι δὲ καὶ ἀνθρώποισι φάτιες,
ἥτε μάλ' ἀρχαλέαι γ' ἔμμεν καὶ λοιγὸς ἁθρήσαι.
φῆμαι δ' οὔτις πάμπαν ἀπόλλυται ἣν πολλοὶ
λαοὶ φημίζωσ'· θεὸς ἔσσ' ὅ τι καὶ τά περ αὐτή.

id est,

Rumores hominum curæ vitare molestos.
Fama autem est celeranda, quæ certissima: verum
Dispicere hanc periculosum ne cernere eam tam.
Nam non vana quidem, quæ per populos ferunt fama,
Et populus quæ sit, deæ quia numen & ipsa est.

Fama descriptio.

Potest bifariam accipi sententia: nimirum aut non plane tanti videri quod plurimis est in ore, quodque populi consensus approbat: aut, non prorsus abolere posse rumorem etiam falsum, qui iam in vulgus dimanauit. Proinde admonet vt bene cautos nos vel tanti per temeritatem in fabulam vulgi venire contingat. Quod autem famam deam dixit, cum Homero seruit, qui complurib⁹ locis θεὸν τὴν φήμην inducit. hic enim deam ipsam appellat. Et huc accommodatus Virgilius 4. Aeneid.

Oëta dea,

Hæc passim dea fœda virum diffundit in ora.

Domum quam fecisse semper relinquat imperfectam. 26

Quum nulla huius poetæ sententia non cesserit in prouerbium, tamen equidem eas libentius recensuerim, quæ, propter ænigmatis obscuritatem, proclive accedunt ad speciem proverbiorum. quod genus est illa ex eodem quem modo citauimus libro,

Μηδ' οἶκον τοῖον, ἀτιτάλλειν καταλείπειν,
Μηδὲ γυναῖκα κακήν, ἣ κακὰ πάντα τίθησι. id est,
Nec ædificium tale quod relinquere imperfectum,
Nec uxorem malam, quæ mala omnia facit.

Hyemi cornicis symbolo expressa.

Proculus interpres adnotauit locum hunc bifariam accipi. quibusdam videri, monere potiū vti quisque domiciliū ante hyemem absoluendum curet, ne tum non habeat quo defendat frigoris molestiam. Hyeme enim, cornicis id carmen symbolo, videlicet auis hyberna. Porrò cum semper auis, tum maxime mensibus hybernis, οἶκος φίλος, οἶκος ἄριστος, id est, est grata domus, domus optima, quemadmodum in prouerbio est. Alij putant significatum, ædificium semel institutum, non oportere semiperfectum relinquere, ne vulgo risui fis. & qui præterierint, obloquantur, carpantque leuitatem tuam, qui quod cœperis non absolueris. Quandoquidem hunc obscuri sensus morem vulgo peculiarem esse, vel Euangelicæ notant parabolæ. Eam autem obtrectantium petulantiam per cornicem voluit indicare poeta: nempe auem garrulam & obstreperam: vt hinc etiam verbum prouerbiale ductum sit κορώζειν. κορώζειν

At ipsi Proculo magis probatur vt καταβολὴν accipiamus, vnicuique negotio quod semel instituerimus, huic idoneum imponendum, vt nihil omnino desideretur; & vbique commendandum ad perfectionem. Id quo longius auocabitur à simplici sermone, hoc venustius fiet & magis prouerbiale. Velut si quis adhortetur aliquem ne literarum studium desertum, sed laudabiliter institutis summam imponat manum: ne vulgo laudabilis fit quod à bene cœptis desiterit, Hesiodium hoc obiiciens,

Μηδ' οἶκον τοῖον, ἀτιτάλλειν καταλείπειν,
Μηδὲ γυναῖκα κακήν, ἣ κακὰ πάντα τίθησι.

Ne à chytropode cibum nondum sacrificatum rapias. 27

Ænigmaticum est & illud quod eo loco continenter sequitur,

Μηδ' ἀπὸ χυτροπόδων ἀπαρχόμενον ἀπολείπειν
Ἐσθίειν, μηδ' ἀπύειν, id est,
Neve à chytropode sublatam protinus esam
Ante sacrum neque cetera edas.

Nondum sacrificata ne rapias.

Indicat & M. Tullius, Irreligiosum fuisse cibum è patella edere. Scribit enim ad hunc modum lib. de Fini-

bus ?. Atqui reperiemus asotos, primùm ita non religiosos, vt edant de patella: deinde ita mortem non tumentes, vt illud in ore habeant ex Hymnide.

Mihi jam mensis satis sunt vitæ, septimum verò spondeo.

Est autem versus trochaicus. Suetonius in Vitellio, prodit eum illum adeo non profundæ modò, verumetiam intempestiuæ fuisse gulæ, vt ne in sacrificio quidem vaquam, aut vllo itinere temperarit, quin inter altaria ibidem statim viscus & farra è foco penè rapta manderet, circáque viarum popinas fumantia obsonia, vel pridiana atque semesa. Quantum ad simplicem attinet sensum, docet, ne ritu pecudum ad cibum capiendum irruamus: sed ita demum edamus, si prius inde primitias dijs immolauerimus. Antiquitus enim (vt author est in Sympos. Plutarchus) inter res sacras habebatur & mensa quotidiana: proinde cibum sumpturi, diis consecrabant τὰς ἀπαρχάς, hoc est primitias: ac deinde non indecorè neque tumultuanter, sed religione quadam ad conuiuium accedebant lotis manibus, non aliter quàm ad sacrum epulum. Sed prouerbialius fiet si intelligamus, non esse spoliandos nec inhumanius expilandos ministros aut seruos, verum & illis aliquam pecuniæ portionem relinquendam quo viuant. Fortasse quadrauerit & in hos qui præpropera auiditate cõmodum auferre studẽt priusquã oporteat: & quodãmodo messem facere priusquam maturuit seges. Veluti siquis legatũ aut promissum statim è vestigio flagitet, quum ciuilius sit in dies aliquot silere. aut siquis modò nactus imperium, protinus incipiat populum exactionibus spoliare: aut siquis sponsam puellam, non expectata ætate, nec expectatis nuptiarum ceremonijs properet amplecti. Sumptum est à ritu sacrorum, in quibus olim epulabantur. Huc pertinet & illud quod alibi retulimus ex Athenæo, libro nono Ἀπὸ τηγάνου id est, à patella frixoria. Libro sexto refert hunc senarium ex Pherecrate,

Non irruendum ad cibũ pecudum more.

Messem facere priusquam seges maturuerit.

Ἀπὸ τηγάνου ὕφαιμον ἁφὴν φαγεῖν. id est,
Se vesci aqua ditui à sartagine.

Ἀπὸ τηγάνου.

Quidam pro lopade τήγανον dixere, quod Iones ἤγανον, hinc vox compolita Ἀποτηγανίζειν. Ita Phrynicus apud Athenæum lib. 6. νῦν δ' ἀποτηγανίζειν αὐτὸ συμβόλων. id est, Iucundum est à sartagine, tollere sine symbolis. id est, si nihil sit soluendum, & si id liceat immuni. Rursus alias apud hunc ipsum ex Archestrato, ἁφαρπάζων ὀβελίσκον. id est, Rapiens à vero: de muliere quæ sacra nondum immolata deuorare dicta sit. Apud eundem libro sexto Anaxandrides,

Ἀποτηγανίζειν.

A veru rapere.

Τῶν ζωγραφημάτων ἡ καλὴ χαιρεκρατία
Ἐν τοῖς πίναξι μιμήματα θαυμαζέσθω.
Αὐτὴ γὰρ ἁμοῦ τὸν λοπάδος ἀφαρπάζει,
Ἀπὸ τοῦ τηγάνου τ' ἀδρὸν θεὸν ἁφαρπάζει. id est,
Pictorum opera pulchra, tabulis pensilibus
Spectantur, ac spectata sunt miraculo: at
Rapiuntur hæc à lopade pulchrè, ac protinus
Reddunturipsa exanimia à sartagine.

In genere potest accommodari ad quemuis qui negotium irreuerenter, & illotis (vt aiunt) pedibus aggreditur.

Hæc potior. 28

Plutarchus in Problematib. Græcanicis prouerbium quodam refert ad hunc modum, Ἀπὸ τινος ἐρρέθη τὸ παροιμιῶδες, αὕτη κυρία Δίνων ὁ Ταραντῖνος στρατηγὸς ἀγαθὸς ἐν τοῖς πολεμικοῖς, ἀνὴρ χαρίεντα καὶ τὰ πολιτικὰ, ὡς καιρὸς αὐτῷ τι παρῄνουν, εἰσὶ δὲ οἱ λέγουσι, ἐν τῷ ῥητορικῷ ἀγῶνι ἀναστὰς ὁ κῆρυξ ἀνῄρει τὴν ψῆφον, ἣν ἔφερε Δίνων, ἀλλ' αὕτη, φασὶ, βελτίους. ἢ ὅτι πρὸς τοὺς ἀγαθοὺς ἐν τοῖς πολεμικοῖς χαριεστέρως. Horum verborum hic ferme sensus. Vnde fluxit illud quod prouerbij vice dicitur, Hæc victrix: Dinon Tarentinus ductor exercitus, vir adprime fortis, reique bellicæ haud quaquam peritus, quum in concione dixisset sententiam, eáque ciuium suffragijs esset reiecta: deinde præco pronuntiaret sententiam quæ vinceret, sublata dextera, hęc, inquit, potior. Nam hunc ad modum retulit Theophrastus. cæterùm Apollodorus in Rhytino illud adiunxit, quum præco respondisset, At hæ sententiæ numero plures sunt. Dinonem protinus subiecisse, Sed hæ meliores. Atque ita pauciorum sententiam fuisse promulgatam. Quibus ex verbis conijcere licet, ita vulgò dici solere, siquando significaretur consilium aliquod esse præstantius & conducibilius, etiamsi pluribus secus videretur. aut vbi qui numero pauciores essent, facultate præponderaret. Quod genus fuerit (vt rem exemplis demonstrem) Maxima pars hominum voluptate lucri quæ fœlicitatem metitur, perpauci virtutem amplectuntur. caue nequid te moueat multitudinis exemplum: αἵρεσις γὰρ κρείσσων. Item, Nemo penè est in toto principis famulitio, qui tibi non bene velit, sed vnus tibi refragatur, qui tantum vbique valet vt imperium ferè principem agat tyrannum. Quare si res è suffragijs penderet, viceras: sed αὐτὴ κυρία. Porphyrion leuiter. ceu digito. prouerbium indicat, exponens cum locum in Horatianis Epodis, Od. 16.

Numero pauciores, facultate maiores.

Eamus omnes exercitus ciuilis,
Aut pars inducat melior grege.

Victoria melioris.

Quanquam deprauatè, sicut opinor, legitur in multis exemplaribus κρείσσων νίκη. Castigate legetur, ni fallor, καρτερὰ νίκη, hoc est, præstantiorum victoria. Nam oda concionalis est, ac fugam decerni iubet communibus omnium suffragijs. Quod si fieri non queat vt id quod est optimum multitudini probetur, saltem vincat ea sententia quæ sit potior, etiamsi paucioribus suffulta suffragijs. Ad id faciunt quæ Plato scripsit libro De leg. 1. pulcherrimum esse victoriæ genus, quum turba cedit potioribus, & in decernendo magis spectatur pondus suffragiorum quàm numerus. Verba Platonis ex eo quem dixi libro, sunt hæc, ἐν ὁτῳοῦν μὲν δὴ οἱ ἀμείνους τῶν πολλῶν τὸ πλῆθος, ἢ τὸ χεῖρον ἀρχὴν αὖ πάντων ἀναιροῦντες ἐν πόλει, ὁπωσοῦν τι αὐδήσεσθε τῶνδε νίκην. κάλλιστον δ' ἄθλον τοῦτο. id est, Quibuscunque siquidem in ciuitatibus meliores qui sunt, ij vincunt multitudinem ac deteriores: vbi respublica seipsa superior recte dicetur, & huius victoriæ nomine meritissimò laudabitur. secus autem, vbi secus accidit. Eodem respexit Plinius quum queritur in epistolis, numerari sententias, non expendi. Huc pertinet Liuianum etiam illud. Maior pars vicit meliorem. Indicat idem Homerus Iliados lib. 2.

Pudet suffragiorum, non numerus.

Numerari sententias, nõ expendi.

-ἀτὰρ εἰ τὰ χερείονα πολλὰ . . id est,
-quando, super est tam deteriora.

Neque verò prætereundum hoc loco quod de Zenone philosopho memorat Diogenes Laertius. Zenon quum videret Theophrastum magni fieri laudarique quòd plures haberet auditores, ad hunc respondit modum, Ἐμοὶ μὲν χορὸς μείζων, ἀλλ' ἐκεῖνος συμφωνότερος. id est, Mihi quidem est illius chorus, at meus melius consonãs. Itaque locus fuerit adagio, siue quum negabimus spectandum quàm multis placeamus, sed quam bonis: siue quum suadebimus, id sequi oportere, non quod pluribus placeat, sed quod per se sit optimum factu, etiamsi paucissimorum calculis approbetur. Siue quum dicemus, vnius aut alterius studium pluris æstimandum, qui vel opibus, vel gratia, vel authoritate præpolleat, quàm multitudinis benevolentiam, quæ numero tantùm superior sit, reliquis omnibus inferior. Quemadmodum apud Plautum quispiam contemnere se dicit minutos illos deos modò Iouem vnum sibi propitium habeat. Nec absurdè trahetur in vsum, quoties vna vis plus potest reliquis omnibus: vt siquis dicat, Hęc causa pluribus probatur, pluribus fulcitur rationibus, nititur æquo, dictatur à legibus: verùm altera, κυρία. sic enim volo, sic iubeo. Nam omnia cedant necesse est quoties rex huiusmodi promit oraculum quale profert apud Homerum Agamemnon,

Deteriorũ victoria.

Chorus ille maior, meo cõsonãtior.

Εἰ δ' αὐτός μοι δῶσι, ἑκὼν δ' οὐκ αὐτὸς ἕπωμαι: id est,
Ipse equidem eripiam, si tradere sortè grauentur.

De cuiusmodi Lucianus in Captiuo, ἢ τὸ δικαστὸν ἐν τῇ χειρὶ τιθέμενον. id est, Qui ius in manu reponit. Pyrrhum quidam adolescens admodum, interrogabat cuinam relicturus esset regnum, is respondit, ὅτῳ ἂν, inquit, ὑμῶν τὴν μάχαιραν ἐξήτεον ἐγώ. Quicunque vestrum acutiorem habebit gladium. Id dictum Plutarchus in eius vita non arbitratur multum abesse ab illa tragica exectatione,

Ius in manu.

Ferro diuidere.

Κύριος.

Θνητῶν ἀδέλφοι δῖα διαλαχόντες ἀλλήλοις. id est,
Fratres acuto diuidant ferro domus Vices habendæ.

In hos igitur qui vi rem gerunt, & quibus, vt Ennius ait, ferro geritur res, quibus ius est in armis, & quibus leges inter arma silent, per ironiam rectè torquebitur, αἵρεσιν, ἢ αὖ κυρίαν. Nam Græcis κύριος non solùm dominum significat, verùm etiam eum qui præualet authoritate. Et Suidas indicat concionem illis κυρίαν dici in

dicis in qua solitè fiue creari magistratus. Aristophanes in Acharnensibus πυρίαν ἀναψυκτὸν appellat,in qua ἐνίκων τὰ ψηφίσματα.id est,vincebant suffragia. Nonnunquam ad rem refertur, vt apud Euripidem in Iphigenia Aulidensi,

Οὐκοῦν ἐχ᾽ ὁ παῖς μᾶλλον πατρὸς ἢ μητρὸς λόγῳ. id est,

Plus vsurpet nostra debet quàm huius hic oratio.

Significat enim rerum,quanquam esset conditione inferior Menelao, tamen hoc se potiorem esse quòd iustiorem haberet causam. Non abhorret hinc quod M. Tullius dixit in Pisonem, Sed omitto vt sit factus vterque nostrum.sit saue fors domina campi.

Delius natator. 29

Δήλιος νεκυμβατής, Delius natator. Olim vulgò dicebatur admodum natandi peritus, quique posset in tenuissima natare aqua.Natum adagium, aut certè factum illustriùs ex Socratis apophthegmate.quum enim huic Euripides librum obtulisset Heraclitj (cui cognomen additum σκοτεινῷ, propter affectatam scriptorum obscuritatē) rogaretque cuiusmodi videretur, respondisse fertur hoc pacto,εἰ μὲν συνῆκα,γενναῖόν μοι δοκεῖ καὶ ἡ ἐξήγησις εἶναι. πολὺ δ᾽αὖ μοι δοκῶ δεῖν νεκυμβατοῦ τινος τὸ μὴ οὐκ ἐπιστῆσαι ἐν αὐτῷ.id est, Quæ quidem intellexi, præclara arbitror autem & ea quæ non intellexi.quanquam natatore Delio opus,vt ne quis in eo præcipitet. Hæc Socrates alludens simul & ad prouerbium & ad Heraclitj sensus nimium abstrusos ac profundos: vt nisi natator insignitè peritus contigisset, periculum esset ne lector in eo libro suffocaretur mergeretúrque. Laertius in Heraclito refert hoc dictum ad Cratetem quendam, qui primus Heraclitj librum De natura Græcis inuexerit, & hoc elogio commendarit.

Heraclitus ob sensus.

Discendo discere discunt. 30

Ἐκ τοῦ λέγειν τὸ λέγειν περιζέσθαι,id est, Dicendo consequimur vt dicamus. Syrianus Hermogenis interpres Eugoras sophistam taxat, qui dicendi facultatem non putarit ratione, sed vsu duntaxat constare, fierique vt dicendo consequeremur dicendi facultatem. Ἀξιοῦντος ἧ,inquit, τοῦ τὰ συμφέροντα πεφυκότα, τὸ λέγειν ἐκ τοῦ λέγειν περιγίνεσθαι.id est,Existimantis,iuxta vulgare prouerbium,dicendi facultatem dicendo contingere. Vsurpauit & M.Tull.lib.1.De oratore,In quo,inquit, fallit eos,quod audierunt,dicendo homines vt dicant efficere solere.Verùm etiam illud dicitur, peruersè dicere homines peruersè dicendo facilimè consequi. Plinius lib.Epist.8.Video etiam multos paruo ingenio, tamen multa, vt bene agerent agendo consecutos. Latius autem patet adagium, nempe ad cuiusuis rei peritiam, quam potissimum vsus suppeditat, optimus rerum omnium magister.Proinde prouerbiales erunt omnes id genus, Fabricando fabricam discis, canendo Musicam, militando militarem artem,scribendo discis scribere.

Peruersè discere homines, peruersè discendo.

Fabricando, fabri fiunt.

Multi bonique. 31

Πολλοὶ καγαθοί, Multi bonique. Prouerbiali figura dicebatur olim. Translatum à ritu sacrorum,in quibus sacrificus rem diuinam facturus dicebat,τίς πάρεστω; id est, Quis hic?Dein qui aderant, respondebant,πολλοὶ καγαθοί. id est, Multi & boni. Atque hæc partim ominis causa dicebantur (oportebat enim in sacris εὐφημεῖν, hoc est,bene ominata dicere) partim vt si quis esset sibi conscius admissi piaculi,discederet à mysteriis. Plutarchus in Symp.ἐπὶ μαρτύρων γὰρ τῷ Πλάτωνι πολλοὶ τ᾽ ἀγαθοὶ καὶ πάρεσαν.id est, Quandoquidem Platoni testes adsunt multique boni. Sed de hoc antè meminimus. Quo quidem allusit & Aristides in Pericle, ἀλλ᾽ ὡς γ᾽ εἷς τῶν πολλῶν καγαθῶν, ἀνενέγκατο ἀυτῷ τὴν καθαρὰν τῶν μαρτύρων ἀπόδειξιν. id est, Verùm, velut vnus è numerò honestorum ac bonorum, citra inuidiam ac purum illi reddidit testimonium. Quinetiam Homericum illud iam prouerbij vice receptum est, τὸν τε μέγαν τε; magnúsque bonúsque. Est subinde & apud Aristophanem. Prouerbium igitur locum habuerit quoties aut testes,aut iudices, aut coniectores significamus idoneos ac neutiquam reiiciendos.

Magnúsque bonúsque.

Heroum filij noxæ, 32

Ἡρώων ἀρίστων τέκνα πήματα,id est, Virorum heroum filij noxæ.Veteribus illud obseruatum fuit,præstantium virorum filios multum à progenitorum moribus abfuisse.Vnde & Demosthenes dixit,Τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν, ὅταν ἁμαρτάνωσιν, φαῦλοι κριταὶ γίγνεσθε τῶν ἁμαρτημάτων.id est, A viris egregijs, perinde quasi fato quodam id accidat,improbos proficisci filios. Quæ quidem Demosthenis sententia refertur ab Aristide in Cimone. Interpres, qui quis is fuit,homo nec indiligens,nec indoctus,hoc loco prouerbium citat quo modo retulimus. Manet & hodie vulgatus iocus,Ex sapientissimis patribus stultissimos propagari liberos.Euripides in Heraclidis generaliter hanc sententiam ad omnes mortales retulit,

Ex sapientissimis patribus, stultissimos liberos propagari.

Ἴσως γὰρ οὐ πολλοῖς ἴσως
Ἔφυσεν ἀγαθὸς ὢν πατὴρ παῖδας καλούς. id est,

Forsan forsan vtor plurimos
Inuenies, qui patre non sit nequior.

Astipulatur huic sententiæ locus aliquot Homerus, nominatim Odysseæ,

Παῖδες γάρ τε πατρὸς ἀμείνονες ἠὲ χέρηες.
Οἱ πλέονες, κακοὶ υἱέες. ὀλίγοι δέ τε πατρὸς ἀρείους.
Æquat rara patrum soboles: sed plurima ab illis
Degenerat, pauci superant prouisse parentem.

Declamat hoc argumentum Lucius Patrianus in Seuero Cæsare, multis exemplis declarans, ita ferè vsu venisse,vt viri, seu virtute, seu literis, seu fortunæ indulgentia insignes, aut nullos omnino liberos habuerint, aut tales reliquerint vt magis ex vsu rerum humanarum fuerit illos absque liberis decedere.

Nunquam ex malo patre bonus filius. 33

Euripides hanc sententiam prouerbio celebrem fuisse testatur, ex malo patre non progigni bonos liberos:

Κακὸν φυτὸν, πάλαι᾽ ἀνθ᾽ ὡς καλῶς ἔχει,
Οὐκ ἄν γενοιτο χρηστὸν ἐκ κακοῦ πατρός. id est,

Haud bene,vt quod distantat recte probum
Patre ab improbo non possit nasci filium.

Astipulatur huic dicto prouerbium illud, κακοῦ κόρακος κακὸν ᾠόν,id est, Mali corui malum ouum. Item illud Theognidis,

Οὔτε γὰρ ἐσθλὸς ἐὼν πέφυκε φαῦλος γενέσθαι id est,

Non etenim ex spurcis rectus nascitur.

Atque id genus alia,quæ suis referentur locis.

Alio relinquente fluctu, alius excepit. 34

Aristides in Themist. Θεμιστοκλέα δὲ τὰ δεύτερα αἰεὶ τῶν πρώτων μείζονα ἐξαίρειν, ἢ τὸν τῆς παροιμίας ἐκεῖνον ἀποτελεῖσθαι λόγον, ὃν ἔφην αὐτὸν εἰπεῖν κῦμα. τὸ δ᾽ ἱστάμενον, ἕως διέξεισι δι᾽ αὐτοῦ τὸ τριακοντόρου νεῦρον. id est, Themistocle posteriora semper maiora prioribus excipiebat,atque illud quod prouerbio dicitur, illi accidit.nam hæc illum reliquit vnda,illa verò excepit,donec per tricymias victor euasisset. Videtur autem versus fuisse prouerbialis, quem Aristides ad vsum suæ sententiæ nonnihil detorserit.Legetur integrè ad hunc modum,

Τὸ μὲ ἔφυγε κῦμα, τὸ δ᾽ ἱστάμενον μ᾽ ἔσχεν. id est,

Hæc me reliquit vnda,at illa corripit.

Sumpta metaphora à periculosè nauigantibus,qui semper post vnius impulsum fluctus,alium expectant, succedentibus inuicem procellis Atque etiam numerant vndarum insultus, perichitantes nautę. nam decimam quanque maximè formidant, quam veteres decumanā appellabāt. Græci grauissimas illas procellas, τριακοντόρους vocant.Nec inconcinnè deflectetur ad incursus malorum, quum, vt ferè fit, calamitas calamitati succedit, iuxta prouerbialem illum veri culum,

Decumana vnda.

τριακοντόρους.

Fortuna abesse nulli contenta est semel.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V.Τὸ μὲ ἔφυγε (In superioribus horum adagiorum editionibus legitur ἔφυγε in hac repositū fuit ἔφυγεν per ν,quia versus alioqui non legeretur integrè, vt vult Erasmus,quasi in ἔφυγε produci possit. Sed quum ἔφυγεν legeret (vt ostendit eius interpretatio per præteritum reliquit)debebat illi in mentem venire ἱστάμενον mutandum esse in ἱστάμενον, vt posset itidē verti per præteritum,excepit.Cui mutationi apertè reclamat metri ratio. Legendum est igitur vtrobique ἔφυγε ; & ex reliquis faciendum relinquebat, excipiebat itē ex excepit. vt ita efferatur Latinè prouerbium, Hæc me relinquebat vnda, at illa excipiebat. vel potius,intercipiebat.Hæc autem præterita imperfecta indicant sumptum esse hoc prouerbium ex alicuius sermone, narrantis quemadmodum tempestate agitatus fuisset. Sic verò & alia prouerbia itidem ex alicuius narratione sumpta,tempus imperfectum seruarunt : ex quibus est & illud ; Δίκην δίκελλ᾽ ὑπεκπεσὼν βλέβλιον ἐκύμβη.

Vnde sumpta adagium.

Quod hîc quoque non perspiciens Erasmus, ἴσπεπε (vocem & indubitatam lectionem, vt arguit ipsum metrũ) vertit quasi esset τάχυ. Idem tempus habes & in illo prouerbio, Ἄμας ἄπτωτον, εἰ δ' ἀπτῶτον σκάφος.

Duobus pedibus fugere. 35

Ἐκ δυοῖν ποδοῖν φεύγειν, id est, Duobus pedibus confugere. Aristides in oratione Panath. ἐμοὶ μὲν οὖν τῶν ἀρίστων, τὸ παῖσαι τοῦ ἐν χρείᾳ βοηθοῦντος τυχεῖν δοκεῖ τῇ πόλει, ὥσπερ οἱ δυοῖν ποδοῖν εἰς ἀσφάλειαν, ἢ μισθώσασθαι τὴν ἀρίστην ναῦν ἐρᾶν. μίαν γ' ἐφαμὲν σύμβουλον εἶναι, καὶ τάχιστ' ἄμεινον, τὸ ταχὺ δ' ἥκιστ' ἀρχόν. id est, Atqui primum illud ipsum, quòd quibuscunque opus esset auxilio, ad hanc confugerent ciuitatem, planè tanquam duobus pedibus, neque vllam reliquarum ciuitatum respicerent: magnum & euidens argumentum est, ac monumentum columna præstantius, eam protinus ab initio præcelluisse. Is qui scholijs quibusdam haudquaquam contemnendis hunc authorem illustrauit, admonet prouerbium ductum ab iis qui festinant cursu. vt non dissimile videatur illi ἀμφοτέραις χερσίν, id est, Ambobus manibus. quo prouerbio tediosam celeritatemque peragendi negotij significamus. vel à nauigantibus: perinde quasi dicas. duobus clauis. n. m gubernaculum nauis pedem appellabant, quòd eo nauis, quum huc atque illuc vertitur, velut ingredi videatur. Itaque conuenire fuerit illi quod alibi diximus, ἐπὶ δυοῖν ἰσμοῖν. Vt alterutrum sensum accipiamus, aut summo studio summáque celeritate illos ad vrbem confugere solitos: aut tutissimum illic omnium receptaculum fuisse. Quanquam Aristophanes ἐπ' ὄρθιον, ad celeritatis significationem retulit, quum ait,

Ἀνάβαιν' ἐπὶ τὴν πατρίδ' ἀμφοῖν ποδοῖν.

id est,

E patriâ vtroque dentelauimus pede.

Interpres admonet à nauibus sumptum secundo vento currentibus: sensum autem esse hunc, summa vi summóque conatu.

Ambobus manibus.

Duobus clauis.

Quis aberret à ianua? 36

Τίς αὐ θύρας ἁμάρτοι, id est, Quis aberret à ianua? Dici solitum, vbi quis penitus aberrat à vero, totóque fallitur iudicio. Vtitur ab Aristotele τὰ μετὰ τὰ φυσικὰ lib. 2. ipsa statim in fronte: & in omnibus quidem exemplaribus, quæ mihi videre contigit θύρας pro τὴν scriptum reperio. Præterea ianuam vertit Argyropylus, nec malus interpres, nec philosophus cuiquam aspernandus. Adhæc Auerrois (cuius nunc præcipua in philosophiæ scholis authoritas) hunc chartæ locum, palàm declarat sese de ianua sensisse. Denique in commentariis Alexandri Aphrodisei, consimili modo θύρας inuenio. Quòd si quo modo fas esset à tot exemplaribus, à tantis authoribus dissentire, mihi quidem magis probabilis lectio videtur si θύρας legatur pro τὴν, non pro τῶν. Quod autem θύρας interpsit, mirandum non est. Primum quòd perfacilis erat ipsius vnius literulæ depravatione, haud scio an fortuita, maximè quum in sono nihil ferme sit discriminis. Deinde metaphoræ ratio magis obuia magisque ad manum sita fieri potuit vt doctis etiam philosophis imposuerit. Quippe quibus fabula nõ perinde nota fuerit vt communis illa similitudo de domus ingressu, déque primis cognitionis principijs. Postremo de codicum inter se consensu nequaquam mirandum videbitur iis qui sunt vel mediocriter in pensitandis conferendísque codicibus exercitati. Fit enim sæpenumero vt vnius archetypi mendum (modò veri fucum aliquem præ se ferat) in vniuersam deinde veluti posteritatem librorum propagetur,

Exemplarium collatio.

Archetypi libri vnius mendum.

Καὶ παῖδας παῖδαι, καὶ τοὶ μετόπισθε γενοντο.

id est,

Et nati natorum, & qui nascentur ab illis.

Neque verò hæc dixerim quòd hac de re, si quis fortè diuersum sentiat, digladiari velim: vel quòd hoc sit ab nostro instituto alienum, vel quòd non ignorem quam lubrica plenáque discriminis res sit, in tantis authoribus quicquam immutare. Tantùm coniecturas, quibus adducor, in medium adferam. quæ cui videbuntur idoneæ, nostræ subscribet opinioni: sin minus, veterem sententiam hoc iam obtinebit libentius quòd etiam in dubium vocata, vicerit. Primum igitur omnium mihi scrupulum haud mediocrem iniecit vetustissimus simul & emendatissimus codex orationum Aristidis Theronis, in quo non solùm θύρας inuenio scriptum, verumetiam indicatam fabulam antiquissimam, pariter & authorem, vnde prouerbium hoc Aristotelicum, si fallor, demanarit. Igitur Aristides in oratione cui titulus Pericles, verba sunt hæc, Οὐκοῦν πρὶν τινα τῶν ἀντιπάλων ἕλοις, ἕνα τῶν φίλων προσλαβὼν ἐλθὲ πρὸς ἐκεῖνον τὸν τῆς Πανδίονος Πῶλον, ὃν τῆς ὥρας διήμαρτε, καὶ τὸν Εὐρυτίωνα φιλήσων ὤφθη αὐτῷ προσελθών. Is est, Itaque priusquam aduersariorum quempiam ceperis, vnum ex amicis venatu nactus adducis. Atque idem accidit tibi quod apud Pindarum Peleo, qui aberrãs a fera quam petebat, Eurytionem, quem vbi charissimum habebat, interemit. Adstipulantur hoc loco ichnea quæ extant in hunc authorem: nullo quidem certo titulo, veruntamen, sicuti res indicat hominis haud indiligentis, nec indocti. proinde non grauabor & huius adscribere verba, si quis forte fortuna requisiturus est. μεμνηται, inquit, ὁ ὑμνῳδὸς Πίνδαρος ὅτι τὸν Εὐρυτίωνα ὁ Ἰφικλου τοῦ Λαμπροῦ παῖς, ἐπιβουλεύσαντι Ἀρχαδικῷ συγγενοῦς ὄντος ἀπέκτεινε Πηλεύς. φίλον γὰρ ἐκάλει τὸν ἄνδρα, ὡς καὶ τὸν Ἀκάστου παῖδα Ἀκαστον ἐκάλουν οἱ Ἕλληνες, ἐπειδὴ συνῆν αὐτῷ τὴν Ἰωλκὸν οἰκῶν. ἐπεὶ δὲ ἐκεῖνος ἐπεβούλευσε τῇ τοῦ Πηλέως ἀκμῇ, ἀπέκτεινεν αὐτὸν ὁ Πηλεύς. ἐμνήσθη δὲ καὶ Ἡσίοδος τοῦ Εὐρυτίωνος. ὁ δὲ Λαμπρὸς παῖς Ἰφικλος, ὁ πατὴρ ἦν τοῦ Εὐρυτίωνος. id est, Meminit in hymnis Pindarus, quemadmodum Eurytionem Iri (qui pater Actoris) filium, ex Argonautis vnum, secum venatum impudens occiderit Peleus. Amicum autem vocat quòd huic esset affinis. nam Peleus ante Thetidem, Polymelum habuerat vxorem Actoris filiã. Porrò Actor Iri pater erat, cui filius Eurytion. Proinde non dissimile veri videtur, ex Pindaro profectum id dagium quod tacito, sicuti fere fecit, authoris nomine vsurpauit Aristoteles. vt intelligamus illum τὸν ἔξω διημαρτῶν, qui non solùm feram ea parte non ferit quam destinarat, verum toto aberrat captu, ne attingens quidem quod appetebat. Iam verò neque potuisset vt quisquam hæc probet: nisi videbuntur cum Aristotelis sententia vel ad amussim, vt aiunt, cõgruere. Differit. n. eo loco philosophus de rerum naturalium cognitione quæ sit facilis & difficilis. Facilitatis illud argumentum adducit, quòd ea nemini non aliqua ex parte contigerit: difficultatis, quòd exactè nulli. Neminem autem fuisse qui nihil omnino veritatis in rerum cognitione naturalium attigerit, id prouerbio veluti fulcit, τίς αὐ inquiens θύρας ἁμάρτοι; Tam quam singulorum exactum tenere scientiam, perinde sit quam si, quamcunque partem destinaris, eam citra errorem ferias: cursú vbiq. labi, aut velut à toto corpore abetrare, & in aliud longè diuersum. ceu telũ, ictum coniecturã. Verùm quo curioso etiã lectori ac diuersum fiat satis, ipsius Aristotelis ex eo quem dixi libro verba subiciebam, Ἡ περὶ τὰς ἀνθρωπίνας διανοίας τυχεῖν, τῇ μὲν χαλεπὸν, τῇ δὲ ῥᾴδιον. σημεῖον δ', τὸ μήτε κοινὸν ἔργον μηδενὸς τυχεῖν αὐτῶν ἁπάντων ἐπιστήμονος, μήτε πάντας ἁμαρτάνειν τὸ ἀεὶ τι φύσει. καὶ ὥστε ἐκ μὲν τοῦ μᾶλλον ἢ ἧττον ἕκαστον τούτων ἐπιδέχεσθαι τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον ἀληθεύειν. ἔστι δ' οἷον θύρας ἔχειν τινὰς ἁπάντας τυγχάνειν μὲν τοιαύτας ἁμαρτεῖν δ' οὐκέτι ῥᾴδιον. τὸ δ' ὅλον τ' ἔχειν μέχρι μέν τινος ἐνδέχεται καὶ τοῦ μᾶλλον αὐτῶν. id est, Veritatis cognitio partim difficilis est, partim facilis. huius rei illud argumentum est, quòd neque quisquam illam sit assequutus pro rei dignitate, neque rursum omnino frustratus sit aliquis: sed quemvnusquisque aliquid de natura differat, fit vt vnusquisque per se nihil aut paulum adferat ad illam momenti, verùm ex omnibus in vnum collectis aliqua magnitudo cõfletur. Itaque si res ad eum habere videtur modum, quemadmodum prouerbio dicimus, quis non attigerit ostium? hoc quidem nomine facilis fuerit: cæterum habere totum, partem autem non posse, difficultatem illius declarat. In his philosophi verbis non video quis locus sit ianuæ. verùm illa similitudo principiorum & ostij, præbuit, ni fallor, erroris ansam. Quin potius, ἁμάρτοι ἂν τὴν θύραν Aristoteles sentit eum qui nulla ex parte consequitur quod petit. id quod mox τὸ ὅλον ἔχειν vocat, quasi confusim ac generatim habere: cui contrarium, τὸ μέρος ἔχειν facit, velut exactè tenere, & non solùm feram vtcunque, sed hanc aut illam bellux partem, quam maximè velis, attingere. Tametsi in hunc locum interpres tam multos adfert sensus vt nullum idoneum percepisse videatur. Idem admonet etiam, lectionem aliam aliis placere, Quod quòties fit, mihi protinus suboritur suspicio mendum aliquod subesse. alioqui ἁπλοῦς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἔσω, id est. Simplex veritatis oratio: quemadmodum verè dixit Euripides. Iam verò hunc telum illud scitas penitissimum. Alexander Aphrodiseus,

Prouerbij sensus.

diſcus, qui præterquam quòd tota eius oratio noſtræ ſententiæ palàm ſuffragatur, nominatim etiam admonet prouerbij metaphoram à ſagittariis eſſe ductam, quorum nemo ſolet à lato aberrare ſcopo, nimirum cuiuſmodi eſt tota bellua: quum ab exili ſcopo nonnunquam aberrent. Sed præſtiterit & huius verba eatenus ſubſcribere quatenus ad prouerbij pertinent explanationem, Ἀναξ. ὁ μὲν, ἔφη, τῷ φίλους τε πολλοὺς καὶ ἑταίρους ἔχειν τὸν αὐτὸν, καὶ μανθάνειν αὐτὰ πάντα ἱκανὸς εἶναι τὸν φρονοῦντα, δίκαιον δὲ τὸν ἐξ φύσεως ἐμὸν εἶναι τῶν δὲ τῶν ἀφεστηκότων. ἔφη δ' τὸ μανθάνειν κατ' ἀξίαν ὑφ' ἑαυτοῦ, τὸ μὲν χαίρειν αὐτὸν ἀνδρεῖον δὲ καὶ τὸν χαλεπαίνειν, καὶ ὅτε μὲν χρὴ ὑπάρχειν τοιοῦτος τὴν ζήτησιν αὐτὸν. ἐγὼ δὲ μὴ αὐτὸν χρὴ, ὅτε νῦν ἐδόκει φύσει μὲν τοιοῦτος εἶναι. ὅτε δὲ χαλεπὸς ἀφορμὴν δ' ἂν ἡμᾶς δι' ὧν ἔφη, καὶ ὅτι τὸ μάτην καλὰ φερειν αὐτὸς ὡς ῥᾴδιος πάντα μᾶλλον ὑπομένειν ὡς πάντα χαλεπὸν. ὡς ἔοικεν ἔοικε καὶ ἐμοὶ τυγχάνειν ἀποροῦντι ὅ τι ποτὲ ἐστὶν ὁ λεγόμενος ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων, ὅτι ἐπὶ τοῖς τυγχάνει τὸν τοῦ θεοῦ λεγόντος, σημεῖον αὐτὸ τῷ ῥᾳδίως αὐτῷ ἔχειν, ἐκ τοῦ τὸ παροιμιῶδες ἀφορμὴν λαβόντα, ὅτι ἐπὶ θύρας ἀμάρτοις, ὅτι ἐπὶ τοῖς τυγχάνει τὸν τοῦ θεοῦ λεγόντος, σημεῖον αὐτὸ τῷ ῥᾳδίως αὐτῷ ἔχειν, ἐκ τοῦ τὸ παροιμιῶδες ἀφορμὴν λαβόντα, ὅτι ἐπὶ θύρας ἀμάρτοις ἢ λέγοντα μὲ ὅτι ἐπὶ ἄλλοις ἢ μανθάνειν χαλεπὸν ἢ δύσκριτον ἐστὶν. εἰρῆσθαι δ' ἐπὶ τῷ τοιοῦτῳ, ἐπὶ ὅτι σκοπὸν τοξεύοντας. ὅταν δὲ, ἂν μὲ, σκοπὸς ὁ παροιμιάζων ἢ σκοπὸς, ῥᾴδιον αὐτὸ τυγχάνειν. ἂν δὲ ἢ πλατὺς, ἢ χαλεπὸν τὸ τοῦτο τυγχάνειν. διὸ δὲ πάντες τυγχάνουσι φασὶ τοῦτο. id eſt. Videtur autem mihi, quòd permulti tentant de ea diſſerere, neque quiſquam illorum omni ex parte fallitur; hoc argumento demonſtrare, tractationem hanc nobis naturalem eſſe. At rurſum quòd nemo pro dignitate plenèque de illa ſit loquutus, ex hoc & amplitudinem illius & difficultatem argui poſſe. Simúlque illud admonere, non oportere obiter aut indiligenter veſtigationem illius peragere: imò ſectandam quidem eſſe, propterea quòd ad eam natura propenſi videamur: at rurſum non oſcitáter, eo quòd ſit difficilis. Atque his verbis adhortatur nos vt eam neque contemnamus, tanquam omnino facilem: neque rurſum per deſperationem ab ea deterreamur, tanquam admodum difficili. Itaque ſi perinde videtur habere, quemadmodùm prouerbio dicimus. Quis non attigerit ianuam? Quòd omnes aliquid rectè dixerint, quicunque de ea ſunt loquuti, id facilitatem illius arguere, adhibito prouerbio demonſtrat, nempe illo, Quis non attingat oſtium? Quod quidem vſurpari conſueuit de rebus factu procliuibus, & in quibus omnino nihil inſit vel difficile vel arduum. Sumptũ eſt autem à ſagittariis ad ſcopum propoſitum inculantibus. ſiquidem ij, ſi ſcopus fuerit minutus, facilè ſit vt fallantur, neque feriant: ſin autem amplus, haud difficilè feriunt. Hactẽnus Alexãdri verba retulimus, è quibus ſatis abundè arbitror liquere, Σύρας legendum, non θύρας. Quãquam totum hoc quicquid eſt, eruditorũ iudicio relinquimus. Etenim ſiquis erit cui ianua illá impendio placebit, habiturus eſt quo ſuffragium ſuum non omnino abſurdè tueri poſſit. Haud enim ſcio an & antiquitus fieri ſoleat quod hodie nonnullis in locis videmus. vt aggeres qui ſcopum ſuſtinent, à lateribus atque item à tergò muris defendantur, ſupernè imminente tecto, vt ingreſſus ille qui patet, ianuæ ſpeciem habere videatur. Porrò vehementer imperitus ſit oportet qui non ſolùm non attingat ſcopum aut aggerem, verumetiam ab ipſo aberret ingreſſu, quem difficile non ſit vel cuiuis attingere. Mihi tamẽ vero propius videtur vt ad Pindaricam fabulam referatur adagium. Sed ſuper hoc, quemadmodum dixi, docti pronuntiabunt. nos commentatoris officio functi, ſat habuimus; quod apud authores inuenerimus, quódque nobis videatur, id expendendum in medium proponere. Affine videtur huic prouerbio quod apud Platonem legitur in Phædro, Λυσίας τῷ σκοπὸς ἁμάρτοι. id eſt, Lyſias prorſum aberrauit. Alluſit huc leuiter Lucianus in Timone, quum ait, Iouis fulmẽ, quod in Anaxagoram philoſophum torſerat fallente manu, ab ipſo quidam aberraſſe; cæterùm in Caſtoris ac Pollucis templum fuiſſe detortum. Nec abhorrent ab hac forma, Toto aberrare cælo, & Tota aberrare via, quę retulimus aliàs.

Salſuginoſa vicinia. 37

Vicinia falſa.

Ἁλμυρὸν χώρημα, id eſt, Salſuginoſa vicinia. De ſterili, agreſti atque inhumana vicinia dicebatur. Ariſtides in Themiſtocle, ἔγω τὸ χώρημα ἁλμυρὸν, ἄσφαστον. id eſt, Sit falſa, vt aiũt, vicinia. Interpres adſcripſit adagium ex Alcmane lyrico poeta ſumptum. Plato lib. De leg. 4. μάλα γε μὰ ὄντως ἁλμυρὸν τὸ τοιοῦτον χώρημα. id eſt, Haud ſanè verè, ſalſuginoſa malaque vicinia. Transferri poteſt vel ad negotium multi quidem laboris, at parum frugiferum: vel ad vicinos moleſtos. Traductum ab agris, mari finitimis, qui plerunque ſolent ad culturam inhabiles eſſe. Proinde Virgilius etiam terram ſalſam, vt minimè feracem, damnat. Adhæc videmus homines & ipſos littorales ferè cæteris inhumaniores, tanquam immanitatis nonnihil ex immaniſſimo contrahant elemento.

Ad fractam canis. 38

Πρὸς τρύχουσαν ᾠδήν, id eſt, Ad fractam canis. ſubaudi, vel chordam, vel citharam. Suidas oſtendit dici ſolitum de iis qui fruſtra laborant. Antiquis mos erat ad citharam canere, in qua ſi chorda rupta ſit, ad eam fruſtra vocem accommodes, quum illa non reſpondeat. Fabulam de cicada, fractæ fidis vicem ſupplente, diximus alibi. Quanquam non inciẽtè accommodabitur vbi non reſpondetur officius alicuius, aut vbi quis ſuadet obſtinato, aut orat inexorabilem.

Vtre territus. 39

Ἀσκῷ ἐοικὼς μορμολύττεσθαι, id eſt, Vtre terreri, ſiue terreri. Dici ſolitum quoties inanem formidinem aut concipit aliquis, aut incutit. Sumptum ab iis qui vaſorum inanium ſtrepitu pauefaciunt pueros, aut alioqui formidoloſos: vel potius qui vaſorum huiuſmodi ſonitu propellunt aues, vt indicat in Auibus Ariſtophanes. Extat apud Diogenianum, atque huic finitimum putat ἀσκῷ σωλίζειν. Heſychius vnica dictione pronuntiat, ἀσκοφλαμπίζειν pro inani metu. Putat idem valere, τῇ σκιᾷ μορμύσσειν, id eſt, vmbra territari. Vmbra territas.

Leonem larua terres. 40

Μορμολυκείων ἐπὶ φοβεῖν τὸν λέοντα, id eſt, Laruis terres leonem. Apud eundem refertur. Conuenit de minis inanibus ac terriculis deridendis. Quanquam, vt inquit Plinius, hoc tale támque ſœuum animal rotarum orbes circumacti, currúſque inanes, & gallinãceorum criſtæ cantúſque etiam magis terrent: ſed maximè ignes. Quòd ni fallor memoria, repeti apud authorẽ quempiam, leonem etiam laruis & appoſititiis vultibus offendi. Adagium vſurpat Seneca lib. 2.

Principatus Scyrius. 41

Ἀρχὴ σκυρία, id eſt Imperiũ Scyrium. De ſtigido tenuique regno. Scyrus inſula, quam olim incoluere Pelaſgi & Cares, petricoſa & infrugifera, nec vllius bonæ rei ferax. Suidas addit, quoſdam referre prouerbium ad Theſeum, qui quum inuaſiſſet ditionem Lycomedis, atque huius vxorem ſollicitaſſet ad ſtuprum, præcipitatus ſit. vnde videtur ſœuum imperium dictum principatus Scyrius. Legimus & de ſaxis Scyroniis, quod an ad hoc prouerbium pertineat neſcio. Iuxta priorem interpretationem adagium eleganter accommodabitur ad munus aliquod, vnde præter inanem titulum, & moleſtam adminiſtrandi curam nihil emolumenti capitur. Author Zenodotus.

Poſt Lesbium cantorem. 42

Μετὰ λέσβιον ᾠδὸν, id eſt, Poſt Lesbium cantorem. Hoc adagio ſignificabant aliquem non primas, ſed ſecundas tenere parteis. Finitimum illi, οὐδὲν πρὸς τὸν παρμένοντα. id eſt, Nihil ad Parmenonis ſuem. Lacedæmonicum prouerbium, hac natum occaſione, quemadmodum narrat Suidas: Quum Lacedæmoniorum res ſeditionibus tumultuarentur, conſultum oraculum iuſſit vti Lesbium cantorem accerſerent. Accerſitus itaque Terpander Lesbius, nimirum Antiſſeus, & ad Lacedæmonios miſſus, is canendo ſic illorum animos delinuit, vt ſeditionem omnem ſedaret, redactis in concordiam ciuibus. Qua ex re factum eſt vt Lacedæmonij Lesbiis cantoribus primas in arte Muſica partes tribuerent, & ſiquem alium canentem audiſſent, protinus dicerent, μετὰ λέσβιον ᾠδὸν, id eſt, Poſt Lesbium Muſicũ. Zenodotus prouerbium hoc citat ex Cratini fabula cui titulus Chiron. Meminit huius adagij Plutarchus in commentatio quem inſcripſit, πρὸς τὸν τοῖς ἔξω λεγομένοις τιμωρημένον. quanquam mihi quidem ſtylus non redolet Plutarchum. Nihil autem vetuerit quominus prouerbium etiam ad rem deflectatur: veluti ſi quis affirmans quærendam eruditionem, ſed poſt paratam pecuniam, dicat, μετὰ λέσβιον ᾠδὸν. Lesbij cantores.

Callipides. 43

Καλλιππίδης olim prouerbio dicebatur qui in mo-

hendis negotiis, quum multa se facturũ minaretur. nihil tamen conficeret: aut, quemadmodum ait Terentius, qui sedulò mouens sese, nihil promoueret. M. Tullius ad Atticum l. b. 13. Quod ad me de Varrone scribis, scis me antea orationes aut aliquid id genus solitum scribere, vt Varronem nusquam posſem intexere. postea autem quàm hæc cœpi φιλελληνικα, Varro mihi denuntiauerat magnam sane & grauem περιστασιν. Biennium præterijt quum ille Κληπτοδε assiduo cursu nullum cubitum processerit. Quibus verbis Cicero notat M. Varronis tarditatem, qui quum magnas quasdam spes ostenderet, se nihil vnquam absoluebat. Suetonius Tranquillus in Tiberio, Ad extremum vota pro itu ac reditu suo suscipi passus est, vt vulgò iam per iocum Callippides vocaretur: quem cursitare ac ne cubiti quidem mensuram progredi, prouerbio Græco notatum est. Hactenus Tranquillus. Parum autem liquet vtrum omnis prouerbij ratio sita sit in Callippidis cognomine. quod à pulchritudine equorũ est dictum: an aliud quodda fuerit prouerbiũ quod in Callippidẽ sit dictũ quẽadmodũ ex Suetonij verbis coniectura sumi posse videtur. Deinde quis hic fuerit Callippides, cuius tardam celeritatem notarit adagium non satis perspicuum est: nisi quòd haud dissimile veri videtur, acciẽdum esse de Callipide tragœdiarum histrione, cuius meminit Plutarchus in Apophthegmatis Laconicis, his quidem verbis, ὁ δὲ τὸν Ἄρχιν ἰδὼν θαυμάζοντας, εἶπεν· οὐκ οἶδας σὺ Κάλλιππον τὸν τραγῳδοδιδάσκαλον ἀπὸ μικρᾶς ὁδοῦ ἰόντα ἐν πολλῷ χρόνῳ διανύσαντα; ὅτι ταῦτα, τοῦτον μὲ ἀπιόντα εἶδον, καὶ θεωροῦντες, ὅπως σοβαδὸν εἰς τὸν συμπόσιον ἐμβαλὼν ἑαυτὸν, ἐπιδείκνυται, νομίζων ἑκάστων ἀξιοῦσθαι τῆς εἰς ἐμὲ σπουδῆς. πλὴν ἦλθεν, ἐπιτηδείως μὲν βαδίζων, ἐν ὀλίγοις ὅσοις εἰμὶ δ' Ἀχιλλεύς, ἀναβλέψας δὲ ἐπ' ἐμὲ, καὶ τὸ εἶδος Κληπτοδεμου ὁ δεκαλίτρας, ἐπὶ τῷ Λακεδαιμονίοις τοῖς μίμοις καλῶν. Quorum verborum hæc ferme sententia est, Quarum rerum admiratione reliquos teneri videbat, eas ipse ne cognoscere quidem videbatur. Euenit aliquando vt Callippides tragœdiarum histrio, multi nominis atque opinionis inter Græcos, & ab omnibus in pretio habitus, primum illi fieret obuius, ac salutaret: deinde arrogantius inter reliquos regis assectatores admisceret sese, ostentarétque, ratus futurum vt ille prior aliquid comitatus inciperet exhibere. Tandem quum diceret etiam Non agnoscis me rex, nec qui sim audisti? Agesilaus contemplatus hominem, Annon tu es, inquit, Callippides ille dicticta? Nam sic appellant Lacedæmonij mimos. Hæc Plutarchus. Δικηλίκτης autem apud Græcos simulachrum ac repræsentationem imitaménque significat, vt autho est Eudemus. vnde Lacedæmonij, mimi vocabulum duxisse videntur: quod ipsum etiam ἀπὸ τῆς μιμήσεως, hoc est ab imitatione, ductum est nobis. Licet igitur coniicere, Callippidem hunc, aut quisquis is fuit, ita gesticulationibus vti solere, vt quum mira agilitate moueri videretur, à loco tamen non discederet. Meminit huius nominis etiam in Nebulis Aristophanes, indicans eam vocem ἀπὸ τῆς ἵππου esse deductam.

Sedulo mouens se nihil tamen promouens.

Callippidis cognomen.

Callippidis histrio.

Δικηλίκτης.

Balneator. 44

Βαλανεὺς, Id est Balneator, siue balnei caupo. Id nominis vulgato conuitio dicebatur in hominem alienarum rerum plus satis curiosum. Propterea quòd huiusmodi genus hominum, quoniam in otio viuit, neque suis negotiis distinetur, aliena curare cõsueuit. Quemadmodum ille Damasippus Horatianus, 2. Serm. 3.

-aliena negotia curas,
Excussus propriis.

Cuiusmodi sunt & tonsores.

Vnde idem Horatius, 1. Serm. 7. *-opinor*
Omnibus & lippis notum & tonsoribus esse.

Plato libro De republica primo videtur vsurpare in verbosos. Quanquam germana inter se vitia sunt, curiositas & garrulitas, teste vel Horatio, 1. Epist. 18.

Percunctatorem fugito: nam garrulus idem est.

Meminit adagij Diogenianus.

Aliena curans.

Tonsoribus omnibus notum.

Bacchæ more. 45

Βάκχης τρόπον, id est, Bacchæ more. De tetricis ac taciturnis dicitari solitum, quod essent huiusmodi Menades illæ, Bacchico afflatæ furore. Author idem Diogenianus. At Iuuenalis retulit ad vitam intemperantem,

Qui Curios simulant & Bacchanalia viuunt.

A lasso rixa quæritur. 46

Seneca De ira libro tertio prouerbium huiusmodi refert, A lasso rixa quæritur. Aut, Lassus rixam quærit. Quod in quem sensum antiquitus fuerit vsurpatum, nõ satis liquet. quòd si coniecturas sequi licet, apparet dictum in quosdam morosiores, & ad rixandum proclitiores: non quòd offendantur, sed quòd alioqui animo male affecti sunt: vt sunt difficiles ac submorosi quibus fortuna aduersa est. Sed ipsius Senecæ verba subscribã, ex quibus prouerbij tenalus hic (vt opinor) colligi poterit. Ideo quibus stomachus suspectus est, processum ad res agendas maioris negotij, balnei cibo temperent, quam maximè mouet fatigatio: siue quia calorem inedia compellit, & nocet sanguini, cursumque eius venis laboriantibus sistit: siue quia corpus attenuatum & infirmum incursabit animo. Certe eb eandem causam iracundiores sunt valetudine aut ætate fessi. Fames quoque & sitis ex eisdem causis vitanda est. exasperat enim & incendit animos. Vetus dictum est, A lasso rixam quæri. Æquè autem & ab esuriente, & ab omni homine quem aliqua res vrit. Nam vt hulcera ad leue tactum, deinde etiam ad suspicionem tactus condolescunt: ita animus affectus minimis offenditur: adeo vt quosdam salutatio, epistola, oratio & interrogatio ad litem euocent. Nusquam sine querela, ægra tanguntur. Hactenus Seneca. Huc pertinet quod scribit Plinius lib 22. cap. 24. Sic & in lassitudine promiores esse ad iracundiam & in siti.

Submorosi quib. aduersa fortuna.

Iracundiores, valetudine aut ætate fessi.

Gladiator in harena consilium capit. 47

Gladiator in harena consilium capit. Admonet, cere nata mutandum aliquãdo consilium, & temperi, quod aiunt, seruiendum. Refertur & hoc ab Annæo Seneca lib Epist. ad Lucilium 3 Iam intelligis, inquit, educendũ esse te exitiis occupationibus spectionis & malis. Sed quomodo contequi possis, quæris. Quædam nonnisi à præsente monitore discuntur. Non potest medicus per epistolas scribi aut balnei tempus eligere. vena tangenda est. Gladiatorem in harena capere consilium. Aliquid aduersi rei vultus, aliquid manus mota, aliquid ipsa inclinatio corporis, intuentem monet. Quid fieri soleat, quid oporteat, in vniuersum & mandari potest & scribi. Tale consilium, non tantum absentibus, sed etiam posteris datur. Illud autem quando fieri debeat aut quemadmodum, ex longinquo nemo suadebit. cum rebus ipsis deliberandum est. Hactenus ille. Cæsar Commentario belli Gallici 5 Quod plerunque iis accidere consueuit, qui in ipso negotio consilium capere coguntur. Dicimus & Ex re nata consilium capere.

In ipso negotio consilium capere.

Inelegantior Libethriis. 48

Ἀμουσότερος Λιβηθρίων, id est, Indoctior Libethriis. prouerbium hyperbole, quadrans in hominem admodum idiotam, & ab omni Musarum commercio prorsus alienum. A gentis huius agresti imperitia sumptum est prouerbium. tradunt enim Libethrios, nunces ac poetices, breuiter omnium elegantiorum disciplinarum, stolidissimos contemptores fuisse: adeo vt apud hos quidam occisum Orpheum existiment. quorum de numero Zenodotus est, qui Libethrios gentem Perficæ scribit fuisse. Seruius Libethrium fontem quempiã esse credidit, vnde Virgil in Melibœo Musas Libethriades cognominarit. Plin lib. 4. mentionẽ facit Libethriæ fontis, quem constituit in Magnesia, quæ Thessaliæ regioni adiũgitur. Solinus Libethrum vocat genere masculino. Strabo item lib. Geographiæ 9. Libethri meminit, Hoc in loco (inquit) consecrata est Musis ædes, fonsque Caballinus, & Libethridum spelunca nympharum. Qua ex re suspicari licet, eos qui & Helicona & Pieriam & Libethrum & Pimpleam eisdem Musis consecrarunt, Thraces extitisse: Pieres autem vocabantur, quibus extinctis loca hæc Macedones nunc possident.

Libethrius fons Musis sacer.

Domesticum thesaurum calumniari. 49

Τὸν οἰκεῖον θησαυρὸν διαβάλλειν, id est, Domesticum thesaurum calumniari, siue traducis. hoc est, eua ipsius carpis lacerásque. Simillimum illi quod alibi retulimus Horatiano. Vincta propria cædere. Aristides rhetor in Pericle, Τὸν οἰκεῖον θησαυρὸν διαβάλλειν μὲν αὖ, εἰ ταῦτα διαβεβλήμεθα, id est, Domesticum thesaurum infimulabimus, si quidem istis obtrectabimus. Nullus autem sanæ mentis, quæ domi recondita habet, traducit ac reprehendit: sed suis quisque fauet, alienis inuidet. Conuenit & in illos qui sua ipsorum arcana non celant.

Nemo sua reprehendit.

Quales

Qualis vir, talis oratio. 50

Annæus Seneca in Epistolis quas scripsit ad Lucilium libro secundo, Apud Græcos, inquit, in prouerbium cessit, Talis hominibus fuit oratio, qualis vita. Græcum id prouerbium extat apud Aristidem, in secũda Rhetorices aduersus Platonẽ defensione, Οὐκ ἀπεικότως ἔφη παροιμία φάναι, ὁποῖος ὁ βίος, τοιοῦτος καὶ ὁ λόγος, ἀμέλει καὶ τοὺς τρόπους ὁμοίους εἶναι συμβαίνει. id est, Non dissonat autem ab eius adagium, quo dicunt, cuiusmodi sunt mores, eiusmodi & orationem esse: ac rursum, qualis sit oratio, tales item esse mores. Ad eandem facit sententiam quod inter Solonis apophthegmata commemorat Diogenes Laertius, τὸν λόγον εἶδωλον εἶναι τῆς τοῦ ἔργου. id est, Orationem factorum esse simulacrum. Persius 5. Satyra sententiam hanc allegoria texit, quum ait,

Mores, talis oratio.

-pulsa dignoscere cantu
Quid solidum crepet, & pictæ tectoria limæ.

Nimirum innuens, haud aliter animum hominis ex oratione spectari, quam vasa dignoscuntur crepitu, quem reddunt digito pultata. Idem in Satyra 3.

Ex oratione spectatur animus.

-sonat vitium percussa, maligne
Respondet viridi non secta fidelius limo.

Idque prouerbij non solùm locum habet quum improbum aut probum virum arguit oratio, verumetiam quum ex stylo perpendimus ingenium cuiusque, omnémque mentis habitum ex ipsa dictionis ratione coniectamus. Etenim tumidi, styli turgidi, abiecti, humilis, exanguis: asperi, scabri: amarulenti, tristis ac maledicus: delicis affluentis picturatus ac dissolutus. Breuiter omne vitæ simulacrum, omnis animi vis, in oratione perinde vt in speculo repræsentatur, ac vel intima pectoris, arcanis quibusdam vestigiis deprehenditur. Itaque Seneca Mæcenatis delicias ac mollitiem ex ipsa hominis dictione colligi scribit. Huc pertinet quod Socrates apud Platonẽ iubet loqui Charmidem vt eum videat, nimirum hominem ex oratione æstimaturus. Idem in Gorgia negat se nosse Archesilaum Perdiccæ filium, quòd nunquam cum eo venerit in colloquium. At vulgò prædicant se nosse hominem quem viderint tantum, cùm animus hominis non perspiciatur nisi ex oratione.

Vitæ simulacrum, oratio.

Loquere puer vt te videã.

Ἡ ψελλὴ ἡ πίθηκος. 51

Ἡ ψελλὴ ἡ πίθηκος, id est, Balba non credit. Locus prouerbialis, vbi quis sua mala conatur dissimulare, quæ præ se fert, etiam quũ dissi nulat. Volunt siquis neget se bixum esse, idque ipsum non possit nisi blęsè dicere. Dicitũ est enim πίθηκος, pro πίθος. propterea quòd qui linguæ vitio laborant, in literis duabus σ & ρ potissimum laborant. Refertur à Suida. Notatus est & Alcibiadis labdacismus, qui pro ρ litera, Λ solitus sit pronuntiare, nõ linguæ vitio, sicut arbitror, sed magis ob delicias. Apud Aristophanem in Vespis, vbi quispiã pro Θέογνις θέων, proque κύριαν κύλικα dixisset, Ὅλως θέωλον, πλὴν κοφὴν κύλικα ἴσχε, alter subiicit,

Alcibiadis labdacismus laborauit.

Ὀρθῶς γὰρ λαμβδάζει τὰ ῥάμνα.

Nostris ipsorum alis capimur. 52

Τοῖς αὑτῶν πτεροῖς ἁλισκόμεθα, id est, Nostris ipsorum pennis capimur. Aristoph. in Auibus,

Ταυτὶ δῆτ' ἐγὼ παθὼν, κοὐκ ἂν Αἰσχύλον,
Τὰ δ' ἐχ' ὑπ' ὀργῶν, ἀλλὰ τοῖς αὑτῶν πτεροῖς.

Æschylus autem, vt admonet interpres, in fabula cui titulus Myrmidones, hoc prouerbium appellat κλωσσάν. quòd ex apologo Libyco ductum sit. Fertur autem apologus huiusmodi: aquilam ictam sagitta, quum inspexisset iaculum ad imaginem pennarum effectum imitatúmque, dixisse,

Τὰ δ' ἐχ' ὑπ' ὀργῶν, ἀλλὰ τοῖς αὑτῶν πτεροῖς
Ἁλισκόμεθα.

Vsus est hoc Athenæus lib. 11. Καὶ ταῦτα οὐχ ὑπ' ὀργῶν, ἀλλὰ τοῖς αὐτῶν πτεροῖς, καθ' ὃ Σοφοκλῆς Αἰσχύλον, φησίν. id est, Idque non ab aliis, sed tuis ipsius alis caperis, vt egregius ille dixit Æschylus. Conuenit in eos qui ipsi præbent occasionem sui mali, vt Chremes Terentianus in Eunucho τιμωρούμενος, quum seruum hortatur vt technam aliquam in Menedemum intendat, à quo mox ipse deluditur dolis.

Qui sibi occasionem mali præbent.

Bonæ fortunæ, siue, Boni genij. 53

Ἀγαθοῦ δαίμονος. id est, Boni genij, vel Bonæ fortunę. subaudi, nomine. sermo est bene ominantis in re quapiam aggrediũda, quemadmodum & illud Persianum, Hoc bene sit. Itaque festiuius erit quum ad iocum trahetur, de eo qui rem incœpetat, leuem quidem illam, sed perinde laborans quasi esset maxima. velut si fordidus quispiam tandem vini cadum relineret, aut caleum diu seruatum, aliquando proponeret ἀγαθοῦ δαίμονος. Zenodotus & item Aristophanis interpres ostendunt prouerbium hinc esse natum, quòd olim peracto conuiuio sublatáque mensa meracum inferri contigerit. isque calix ἀγαθοῦ δαίμονος, id est, boni genij, appellatur. Huius commenti authorem citat Theopompum interpres Aristophanis in Vespis. nec diuersum est quod adfert ex Apollodoro. Cui sententię fuisse assentiri videtur Aristophanes in Equitibus,

Μὰ δί', ἀλλ' ἄκρατον οἶνον ἀγαθοῦ δαίμονος.

Item in Vespis

Μὰ τὸν Ποσειδῶ, μηκέτ' ἀκράτου μηδὲν ἀγαθοῦ δαίμονος.

Idem in eodem,

Καὶ σπένδων ἀγαθοῦ δαίμονος.

Paulo diuersus in Pace,

Νῦν γὰρ πίνειν ἀρκτούρου τοῦτον ἀγαθοῦ δαίμονος.

Quanquam Athenæus libro D. pnosophiæ 11. palàm demonstrat, à lotione qua cœnati vtebantur, calicem inferri solere qui diceretur ἀγαθοῦ δαίμονος. Quæ fane mos hodie æque durat Germanis. Id poculum olim dicebat μετάνιπτρον, quòd à lotis manibus adferretur, qui mos & hodie religiosè seruatur apud Britannos. Antiphanes in Lampade,

Δώσω σοι ἀγαθοῦ μετάνιπτρόν τ' ὀπτερυγίου. Rursus idem,

Ἄλλα νῦν ἐμοὶ δώσουσ' ἀγαθοῦ μετανίπτρον.

Hũc calicem qui quis accepisset, præbebat alteri cuipiam, vt idem author indicat. Erat autem mos apud veteres, vt propinantes aut hibituri, deum quempiam aut hominem omnis causa præfarentur: eúmque gigantem causa proferebant. Quemadmodum apud Lucianum in Lapithis Alcidamus Cynicus sponsæ Herculis nomine propinat. Item Horatius, Carm. lib. 3 Od. 19.

Mos veterũ.

Da nunc properte nectar,
Da mollis medicæ date per cubitum.

Aliis magis placet hinc ductum adagium, quòd antiquitus primus calix ἀγαθοῦ δαίμονος sit appellatus, eáque voce bene ominari soleant, ob Bacchum, ceu vernaculum ac domesticum deum. Quinetiam mensis cuiusque diem à primo proximum, ἀγαθοῦ δαίμονος appellitabant antiquitus. Fertur & apud Thebanos sacellum fuisse ἀγαθοῦ δαίμονος. Denique est & insula quædam huius nominis in mari Indico, quemadmodum ostendit Stephanus. Plutarchus conuiualium quæstiunculârum decade tertia, demonstrat antiquitus fuisse morem vt non gustarent vinum nisi prius libassent alicui deo: quo potus illius, ceu pharmaci, sibi innoxius esset & salutaris. Atque Athenis quidem vndecimo mensis die immolabant vini primitias, eúmque diem πιθοίγια appellabant. Ast apud Bœotos septimo mensis ineuntis die, sacris peractis bono dæmoni, gustabant ab exorto Zephyro: quòd is ventus præcipuè suscitet moueátque vinum, adeo vt quòd illum effugerit, videatur iam duraturũ. Mensis autem is vocabatur μεσατίριος. Aristides in Themistocle videtur ad hoc alluisse prouerbiũ, quum ait, ἀλλὰ κατέστη τῶν ἥρωσιν αὖ ἀγαθοῦ δαίμονος. id est, Verùm constitit Græcis boni genij vice. Quanquam hoc magis referendum ad id quod alibi diximus, Bonus genius & malus genius.

Bacchus deus domesticus.

Ad aquam malus. 54

Εἰς ὕδωρ κακός, i. Ad aquã malus. In infimæ sortis homines olim dicebatur, ac sordidissimis quæstibus addictos, propterea quòd antiquitus infames habebantur multóque omnium contemptissimi, qui litigantibus aquam subministrare consueuerunt. Nam aliàs admonuimus, veteres ad clepsydratum mensuram in iudicijs dicere solitos. Infundebatur & certãtibus per clepsydras aqua. eam aquam tenues quidam ac nullius frugis homines infundebãt, dispensabantque. Porrò qui hoc ministerio fungebantur, Athenis habebantur selecti, sei pariter ac bonæ famæ indigitum aliter quam Romanis legibus notantur scenici, & aliorum publicorum certaminum ministeria quædam. Est aliud huic consine, βάλλ' εἰς ὕδωρ, id est, auser in aquam, id est, in malam rem.

Ast clepsydrâ dicere.

Auser in aquam.

Phocensium execratio. 55

Φωκέων ἀρά. i. Phocensium execratio. De iureiurando multis vinculis astricto. Nã olim in foederibus, quo minùs violarentur, adhibebant non solùm promissa, dextras & sacrificia: verùm execrationes in caput eius qui-

Mos veterũ in fœderibus.

cunque non staret pactis. id quod ex Euripide licuit colligere, cuius hi versus in Iphigenia Aulidensi,

Ορκους συναψαι, δεξιάς τε συμβολὰς
Μητρὸς δικαίου, ἢ δι' ἐμπύρου φλογὸς
Σκηπτοῦχος καὶ Διὸς παις, καὶ θεῶν ὁμευνέτης πάλαι.

Eorum versuum sententiam nos olim sic vertimus,

Vt cerent iureiurando pacti,
Atque inter ipsos tingerent dextras, adhæc
Adolenda diuum ponerent aris sacra:
Ac semetipsi abingerent, diræ ad id
Caput obeuntes execrationibus.

Prouerbiũ autem (vt ad id redeam) ab huiusmodi profectum est casu: Phocenses Ioniæ populus olim communi populi consilio patrium solum reliquerunt, adacti deuotionibus atque execrationibus quibusdam, ne quisquam vsquam de repetenda patria cogitaret. Itaque iuxta Diæ oraculum, Aristarcha duce, Galliam Narbonensem adierunt, ibique ciuitatem florentissimam Massiliam, condiderunt. Cuius historiæ mentionem faciunt, Herodotus lib. 1. Strab. 4. Meminit & Horatius libro Epodon, Od. 16.

Massilia condita à Phocensibus.

Forte quid expedit, communiter, aut melior pars
Malis carere quæritis laboribus.
Nulla sit hac potior sententia, Phocæorum
Vt ciuis profugit execrata ciuitas,
Agros, atque lares patrios, habitandaque fana
Apris reliquit & rapacibus lupis.

Deinde quis fuerit eiusmodi ritus execrationis aperit,

Sed iuremus in hæc, simul imis saxa renarunt
Vadis leuata, non redire sit nephas.
Non cum reflua domum pigrat dare lintea, quando
Pulsat Matuta lauerit cacumina:
In mare seu celsus procurrerit Apenninus,
Nouaque monstra iunxerit libidine
Mirus amor, iuuet vt tigres subsidere cervis,
Adulteretur & columba miluo:
Credula nec flauos timeant armenta leones,
Ametque salsa lanx hircus æquora.
Hæc & quæ poterunt reditus abscindere dulces,
Eamus omnis execrata ciuitas.

Phocis. Stephanus φωκαία vrbem Ioniæ facit, cuius denominatiuum φωκαεὺς iuxta Herodotum, ἡ φωκαδὶς: & alteram eiusdem nominis in Mycala Cariæ. Est autem & φωκὶς Bœotiæ regio iuxta Parnassum, à quo denominatiuum φωκεὶς ἡ φωκική. Hoc idcirco visum est mihi admonere, quòd quidam affinitate nominum labi videntur. Siquidem à Phocæis siue Phocæensibus Ioniæ ductum est hoc prouerbium: à Phocicis Bœotiæ natum est quod alibi referemus, Phocensium seu Phocidentium desperatio. Prouerbium refertur à Zenodoto.

Sybaritica oratio. 56

Συβαριτικοὶ λόγοι, id est, Sybaritici sermones. Hesychius narrat Ακοστον quempiam, Sybaritam opinor, summo studio incubuisse vt orationis quodque genus haberet lautum & opiparum: hinc iocum prouerbialem ortum, vt oratio nitidior & accuratior, Sybaritica diceretur. De luxu Sybaritarum in apparandis conuiuiis dictum est in prouerbio, Sybaritica mensa. Sic & Asianicum dicendi genus venit in prouerbium. Fit enim ferè, vt qualis vita, talis sit oratio. Congruet & in orationem arrogantem atque ampullosam. Nam & fastus nomine notati sunt Sybaritæ, Sybaritæ per plateas.

Fastus Sybaritæ.

ANIMAD. RENR. STEPH.

V. *Sychius narrat Ακοστον quemp.*) Sensum verborum Hesychij planè peruertit Erasmus, dum non intelligit quid hic significet σπουδαζῶσαι, quid item ὁπαδικῶσαι. hæc enim Hesychius, Συβαριτικοὶ λόγοι. ἡ γὰρ Ακοστου ἐσχολίακε πρόθυμον σπουδαζῶσαι παρόμοια φασὶν, ὡς καὶ τὸν Ἀκόστιον αὐτὸν εἶδος ὁπαδικῶσαι καὶ συβαριτικὸν ἀποφαίνεσθαι. παροιμιάζεται δὲ οἱ συβαριτικοὶ λόγοι. id est, Sybaritici sermones. Acopum enim, quum in Italiam venisset, magnam existimationem & gratiam collegisse aiunt: adeo vt genus sermonum eius abundare cœperit, & Sybariticum appellatum sit. In prouerbium ergo Sybaritici sermones abierunt. Hic apud Hesychium de orationis genere lauto & opiparo ne γρῦ quidem habes, meam sequẽdo interpretationem, quę vnicuique Græcorum verborum propriam (vt viri docti animaduertent) tribuit significationem. Vnde igitur lautitiam illam Erasmus huc inuexit? Nimirum ex verbo ὁπαδικῶσαι malè intellecto. Pro eo autem quod verto, Magnam exstimationẽ & gratiam collegisse, vertit ille, Summo studio incubuisse vt, &c. non bene σπουδαζῶσαι cum σπουδάσαι confundens: & nouam etiam constructionem dans huic verbo, σπουδάσαι εἰς ὁπαδικῶσαι. Idem error infrà.

Asopus.

ὁπαδικῶσαι λόγους.

V. *hunc locum*) Hęc prouerbij enarratio apud Hesychiũ (cui illam adscribit) nusquam apparet, vt præcedentis adnotatione ostendi.

A linea incipere. 57

Ἀπὸ γραμμῆς ἄρχειν, id est, A linea incipere, dicuntur qui ab ipso rei exordio sumunt initium. Aristides sophista in Themistocle, Λύτη πρώτη θεμιστοκλέους ἐξέτασις ἦν κρίσις καὶ δοκιμὴ οἷα τ' ἄνδρα ἀπὸ γραμμῆς ἄρχειν. id est, Hoc primum Themistoclis specimen ac probatio. hinc virum spectato, à linea exorsus. Is qui in hunc authorem addidit scholia, putat hoc prouerbium finitimum illi, ἀφ' ἑστίας ἄρχεσθαι. id est, A lare exorsus. Mihi magis videtur cognatum illis quæ diximus alibi, A capite, A carceribus. Sic enim vocabant vnde primùm emittebantur equi: quod ipsum & oppidum vocatur, authore Festo. Sumpta est autem metaphora ab iis qui curru certant in stadiis. Nam iis linea quædam ducitur ad quam ex æquo stent, donec currendi signum accipiant, vt ostendit Aristophanis interpres in eo quem mox citabimus loco. Tertullianus lib. aduersum Marcionem 1. Age igitur ad lineas rursus & ad gradum. Ad lineas dixit, pro eo quod est, ab integro.

A carceribus. 58

Ἀπὸ βαλβίδων, id est, A repagulis, siue carceribus. Eandem habet sententia cum eo quod proximè retulimus. Aristophanes in Vespis,

Καὶ νῦν ἄθλου γ' ἀπὸ βαλβίδων, ὅθεν περ ἀρχὴ κἀνδρίζου.
Atqui protinus à carceribus de fonte rei referemur.

Id est, ἀπ' ἀρχῆς ἀθλίου. Interpres ostendit, vt modò dixi, metaphoram mutuò sumptam à stadiis, in quibus carceris erant repagula quædam, vnde cursus initium erat, quæ Græci βαλβίδας seu ἀφετηρίας appellant: iuxta has linea tendebatur cui insistebant, cursum. Vnde frequentes illæ apud Latinos etiam scriptores formulæ, A carceribus ad metam, A meta ad carceres. Quę quidem exempla citauimus alibi.

Βαλβίδες. *Ἀφετηρίαι.*

Noua hirundo. 59

Νέα χελιδὼν, id est, Noua hirundo. Suidas hoc adagium erat ex Auibus Aristophanis, fallente, sicuti opinor, memoria. Nam extat apud hũc poetam in Equitibus. his versibus,

Ἐξαπατᾷ γὰρ πώς μ' ἀοίδιμος ὅπλισιν πανοῦ,
Σκηλὰ δὲ παῖδας ἐξ ὁδοῦ, ὥσπερ νέα χελιδών.
Οἱ δ' ἴδιον ἐπὶ τοῦτο τὸ ποιητὴ φῦλ' ἀκρῶν ἔκλεψεν. id est,
Iterum coquos ego fefellit, statui hæc ad illos,
Spectate pueri non videtis ver nouus ecce hirundo,
Illi tuentur, interim autem fustibus ipsi carnes.

Interpres admonet prouerbialis figura dictum, ac perinde valere, quasi dicas initium veris, propterea quòd id temporis appareat hęc auis. Quemadmodum & Horatius 1. epist. 7. *-Zephyris & hirundine prima.* Suidas ait dici solere, quoties verba darẽtur alicui. Sumptum est à ioco puerili. nam hi data opera, nouam hirundinem adsimulantes videre sese, ostendunt aliis: deinde contemplãtibus illis & intentis, interim quod volunt surripiunt. Theognis apud Athenæum lib. 8. declarat Rhodius solenne fuisse, quotannis publicis votis inuitare hirundinem sub tempus vernum, quod illi χελιδονίζειν appellabant: acclamantes in hunc modum, ἦλθε, ἦλθε χελιδὼν, καλὰς ὥρας ἄγουσα καὶ καλοὺς ἐνιαυτούς. id est, *Veni, veni hirunde, pulchra tempora adducens, ac pulchros annos.* Proinde quadrabit in eos qui falsa spe quapiam iniecta fallunt ac nocent.

Χελιδονίζειν.

Iouis & regis cerebrum. 60

Διὸς ἐγκέφαλος. ἡ βασιλέως ἐγκέφαλος, id est, regis cerebrum. De cibo vehementer opiparo ac suauitant de molliter delicatéque viuentibus. Clearchus apud Zenodotum, scribit opiparas epulas apud Persas, Iouis cerebrum appellari. Athenæus libro duodecimo docet, Sardanapalum iis qui voluptatem aliquam essent commenti, Iouis ac regis cerebrum apponere solitum, cibum, opinor, exquisitum. Idem libro decimoquarto, Iouis cerebrum inter secundæ mensæ delitias annumerat. Apud Apulęum in prima Apologia citatur Ennius,

Quid scarum præterij, cerebrum Iouis penè supremi.
Nefortè ad patriam hic capitur, [illegible]que bonusque.

Ephip-

Ephippus apud Athenæum, Διὸς κόρος, id est, Iouis cerebrum, inter secundæ mensæ lautitias commemorat.

Nectaris flos. Veneris lac. Idem cibum peramatum νέκταρος ἄνθος vocat, id est, nectaris florem. Atque alibi vinum τὸν ἀφροδίτης γάλα, id est, Veneris lac, ab Aristotele nominatum docet. Rursum alio in loco mauues cibos, τὰ βλίτου βρώματα, id est, Heic. a cibos, dictos indicat.

Non mouenda moues. 61

Κίνει τὰ ἀκίνητα id est, Non mouenda moues. Quadrabit aut in eos qui moliuntur *adnouere* aliquid, aut qui res sacras violant, aut qui pacta mutant: siue qui conuiciis incessunt eos quibus ob authoritatem debetur reuerentia. Benedictus inde natum putat, quòd fas non sit mouere neque arcas neque sepulchra, neque sacella, quibus reuerentia quædam ac religio debetur. Plutarchus in commentario De dæmonio Socratis, scribit hanc vocem editam cuidam euocanti manes amici defuncti, τὰ ἀκίνητα δὲ κίνει. Idem ἀνοσίου πράγματος vsurpat in eum qui recepta de diis opinionem conuellere videbatur. Meminit huius Plato libro De legibus octauo, proferens legem quam Iouis terminalis appellat, ne quis vicini, ciuis, aut hospitis limites agrorum mouerat: ne quis item vrbis aut regionis pomœria moueat: multique quisque lapidem fœdere iureque iurando fixum exiguum lapidem fœdere iureque iurando fixum, τερμόνιος ἐπικλήσεως, τὰ ἀκίνητα κινῶν ἴσως ἂν ἔτι, id est, Existimans hoc esse verè quòd dicitur, non mouenda mouere. Idem libro De legibus 11. οὐκ ἀκίνητα γὰρ δὴ ἀνήκεστον δὲ τὸ μὴ κινεῖν τὸ ἀκίνητα. id est, Inter multa recte iam dicitur, Ne quæris nonmouenda. Meminit & eiusdem operis libro tertio. Et in epigrammate quodam ita legitur:

—ἀλλ' ἄκινον ἄκινος ἐὼν ἀλέσει. id est,
Immota haud tangit ne Libitina quidem.

Sophocles in Antigone,

Ὅρους μὲ τοὺς πάλαι δίκῃ τεθεὶς φράσεις. id est,
Coegerit me non mouenda proloqui.

Idem in Oedipo Coloneo,

Ἀλλ' οὐ γὰρ αὐδᾷ τἀκίνητ' εἰπεῖν. id est,
Neque enim fauet ea verba in aures loqui,
Quæ fas nefas mouere.

Plutarchus in libello De auscultando, ἐπιθυμία κινεῖν χορδὰς τὰς ἀκινήτους. id est, Cupiditas chordas mouens non mouendas. Idem ἀβέλτερος,

Κινῶν χορδὰς τὰς ἀκινήτους φρενῶν. id est,
Fidis mouens animæ mouendas mentium.

Eleganter huc alluſit oraculum quod extat in Eratone Herodoti,

Κύριον ἐξ ὄλου, ἀκίνητόν θ' ἱδρύσασθαι. id est,
Et Delum quamuis sit adhuc immota, mouebo.

Simul enim respexit ad fabulam, siue mauis historiam, Delum antea fluitantem, postea fixam in gratiam Apollinis. Vnde Maro, Æneid. 3.

Immotámque coli dedit & contemnere ventos.

Neque mel, neque apes. 62

Μήτε μέλι, μήτε μέλιττα, id est, Neque mel, neque apes. In eos dici solitum, qui recusant incommodum ferre quod sit cum commodo quopiam coniunctum. Veluti siquis apes, quòd ingt aculeatæ, nolit perpeti, is nec melle quidē, quòd optat, fruetur. Res enim mortalium ita temperauerunt superi, vt semper incommoditas comes sit commoditatum. Tryphon grammaticus in figuris hoc exemplum adfert paræmię, citatque ex Sappho poetria Lesbia,

Commoda plena incommodis.

Μήτ' ἐμοὶ μέλι, μήτε μέλιττα. id est,
Neque mihi mel, neque apes.

Celebratur Mimus ad hanc faciens sententiam,

Feras quod ladit, vt quod prodest ferus.

Eodem pertinet illud Plautinum, Fortiter malum qui patitur, pòst potitur bonum. Idem obscurius quidem, sed tamen eleganter innuit Homerus, vt opinor, per herbam moly, cui radicem nigram, florem lacteum attribuit: radicis nigræ tymbolo laboris molestiam significans, qua peruenitur ad animi tranquillitatem, virtutis absolutæ præmium.

Herba moly, apud Homer.

Tussis pro crepitu. 63

Βὴξ ἀντὶ πτῶσις, Tussis pro crepitu. Dici solitum quoties aliquis perplexus aliud pro alio simulat. Veluti siquis in adulteræ domo deprehensus fingeret se quippiam mercatum venisse. Translatum ab his qui crepitum clara tussi dissimulant. quod genus homines etiam hoc tempore non rarò magno cum risu deprehenduntur.

Cornicibus viuacior. 64

Τῶν τὰς κορώνας βιώσιμος, i. Cornicibus viuacior. De vehementer annosis, prouerbialis hyperbole, ab auis eius prodigiosa viuacitate sumpta, de qua ita scribit Plutarchus in commentario qui inscribitur ὅτι τὴν ἀνθρωπίνην χρηστηρίων, cùm Hesiodum, sub persona Naidis, ætates animalium varias sic complectentem,

De cornicis viuacitate.

Ἐννέα ζωὴν βροτέην λεύσσει ἀρίδηλα κόρακος
Ἀνδρῶν οἳ νέατοι, οἵ θ' ἡβῶσι μέγ' ἐν πολυλείῳ·
Τρὶς δ' ἐλάφου αἰὼν ἔπλησε γέρων, αὐτὰρ ὁ φοίνιξ
Ἕνδεκα τοὺς κόρακας. δέκα δ' ἡμεῖς τοὺς φοίνικας
Νύμφαι ἐριβρεμέτεω, κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο. id est,
Tot vita fecle hominum bene gustat garrula cornix,
Quotquot ad pergit cornicis tempora ætatem,
Ceruinam ætatem cornus ter præterit ater,
Ceruinos annos nouies egit Indica phœnix:
Atque crispicoma subole, Iouis almitonantis,
Egredimur decies phœnicia fœtus nympha.

Hos versus Hesiodios interpretatus videtur quidam, quisquis fuit: extat autem carmen inter reliquas Maronis appendices. Eique huiusmodi,

Ter boues de segne nouem superauit in annos
Iustus senescentem quos implet vita virorum,
Hos nouies superat viuendo garrula cornix,
Et quater egreditur cornicis fœtus cornus,
Alipedem cornum ter vincit corvus at illum
Multiplicat nouies phœnix sæpe parabilis ales,
Quem tot perpetuo decies per autumnis ævo
Nymphæ Hamadryades, quarum longissima vita est.
His cohibent pecus vmosa vita animantum.
Cætera sacrata nouit arbitrio Iouis.

Hos versus ideo pariter libuit subiicere, vt mihi sæpe ex tempore, id quod erit necesse, vertenti, venia detur, siquando videbor non omnia vsquequaque ad amussim reddere: cùm in his apparuerit quantum sibi permiserit antiquitas in traducendis poetarum carminibus. Eandē hanc Hesiodi sententiam oppido quam commode breuiterque reddit Plin. lib. 28. cap. 7. Hesiodus inquiens, cornici nouem nostras attribuat ætates, quadruplum eius cerui: id triplicatum coruis. Etiamsi nonnullis authoribus hæc fabulosa videntur, inter quos Aristoteles arbitratur hominē nullum aliud animal esse viuacius, excepto vno elephanto. Manilius,

In cornicibus omnibus superfluit.

De anu nimium viuace. Item Horatius in Odis, 4. Carmin. 13.

—seruatura diu parem
Cornicis vetulæ temporibus Lycen.

Eodem pertinet quod philosophus ille moriens, cornicibus inuidisse legitur longæuitatem, quam natura negasset homini. Synesius in epistola quadam, Εἶναι δὲ κύκνοις, ἵνα μὴ κόραξι μόνοις ἐπὶ τοσοῦτον ἐξῇ τοῦ ζῆν διαμένειν. id est, Consentaneum est suauissimum principem, cornicis annis apud nos imperaturum esse.

Theophrastus inuidit cornici longæuitatem, quod id natura cesserit hominibus.

Tithoni senectus. 69

Τιθωνοῦ γῆρας, i. Tithoni senecta. Fabulæ tradūt Tithonum adamatum ab Aurora in cœlum sublatum fuisse atque illius succo perfusum, ad tātam peruenisse senectutem, vt tandem optauerit vt in cicadam verteretur. Lucianus in quodam dialogo, ἦ γοῦν Τιθωνὸν ἔζα ὁ γέρων. id est, Atque vetera Tithonum vixebat senex. Huius Tithoni personam inducit Aristo Chius in libro de senectute propter vitæ tatis miraculum, vt tetigerat in Catone M. Cicero. Suidas adagium refert hunc in modum, κατὰ γῆρας Τιθωνοῦ βαθύτερον. id est, Senectas Tithoni profundius.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. Τιθωνοῦ) Quem vsum habeat hoc adagium, & veram in partem accipiatur, in ambiguo relinquit: cùm tamen Eustathius apertè dicat, ἢ ἐπὶ τοῦ ὅτι διηνεκῶς γηράσκοντος Τιθωνοῦ ἔφασαν. id est, Prouerbium autem de infelicibus senibus Tithoni nomen vsurpatum. Quum tamen viuacitatis duntaxat habetur ratio, male sonare non videtur. vnde & illud ab aliquo bene precante alij prolatum, κατὰ γῆρας Τιθωνοῦ βαθύτερον.

Nestoreos annos. 66

Idem certè apud Latinos Nestoris anni in prouerbium abierunt, qui tres ætates attribuit Homerus Odyssex ;.

Τρὶς δ' ἀνὴρ φαίην ἂν ἐγὼ τρὶς ἄνδρα τοῦτον. id est,
Hunc tum ego, hominum tria genera, dixerim esse.

Idem affirmat in primo Iliados. Iuuenalis,

-atque iuuenem dextra conuertat annos.

Tertiam ætatem indicas. Breuiter prouerbij faciem habebit quicquid ab iis sumetur qui insigni vinacitate fuerunt. Vetus gnice vinactor, quam Hesiodus scribit nouem corui ætates viuere. & ceruo vinactor: cortuo vinactor Hesiodi vinactor, quem tragœdia hoxit. ex ætates homum vnius. Et Sibus vinactor, quos Graeci historicos prodiderunt, trecentos annos viuere. Quod genus exemplis siquis deinceret, legat Lucianum de macrobiis, ad cubitum usque & longius, vbi quot quaque genimum octauum.

Vitra pensum vivit. 67

Lepidum est quod a Lucianus in Philopseudeis ὑπὲρ τὸν μόρον ἤδη ζῶσι, id est, Iam enim vitra fusum viuit: hodie, vivit vitra fatalem diem. Allusum ad Parcarum fusos, quibus eorum mortalium euitium fabulantur poetæ. Quos & theologi metaphysice fatales, periodum appellant, quam pertexit ut pro nihilo habeat.

Parcarū fusi.

Vitæ periodus

Facilè quum valemus recta consilia ægrotis damus. 68

In Andria Terentiana, adolescente non admodum commodato consilium simul & elegans sententia profertur, Hæc quum valemus, recta consilia ægrotis damus. Tu si hic es, aliter sentis. Ducta videtur ab oraculo Thaletis philosophantis, vt narrat Laertius. Interrogatus quidnam esset difficillimum, respondit γνῶθι σαυτόν, id est, nosce ipsum: quid facilimum, respondit, ἄλλῳ συμβουλεύειν, id est, alteri consilium dare. Comicus autem translationis gratiam admiscuit. Euripides in Alcestide,

Μὴ τόν γε νεκρὸν ἀλλ' ἐμὸν θρηνεῖτε μόρον. id est,
Ne mortuum hic deplorate, sed meum fatum.

Verba sunt Herculis Admetum consolantis superuacuis morte. At ille,

Ῥᾴων ἀνὴρ ἄλλοισι συμβουλεύειν σοφός. id est,
Facilius alij monere, quam sibi in malis animo imperare.

Refertur & hunc similis sententia prouerbialis,

Ἄνθρωπε κοινὰ δεῖ φρονεῖν βροτοῖς ἀεί,
Μηδ' ἐμφορεῖσθαι σὸν γόοις ἰδίοις. id est,
In animo esse hominem omnes, communia
Precamur ipsi. Non videmus proprias.

Ducta est sententia à communibus hominum moribus. omnes enim ægrotantibus recte præcipiunt quid fugiendum, quid agendum, & obiurgant nonnunquam, quòd salutis cauta non obtemperent bene monentibus: ipsis, postea quàm in morbum incidêrint, non succurrunt illa præclara monita, sed alijs item monitoribus & obiurgatoribus est opus. Porrò cupiditas omnis, animi morbus est, quo velut excæcatus, aut non perspicit, aut, si perspicit, sequi non potest ea quæ sunt ad salutem necessaria. Nam Phædria Terentianus prudens & sciens in flammam matrem mittit, & viuus videnséque perit. Item Horat. 1. Epist. 8.

Cupiditas cæca.

Fugienda sequitur, agitent quæ profore credit.

Perspicit auarus aliquando, quam prodigiosa res sit ambitio: contra, ambitiosus auari morbum perstudet: & vterque alteri in alieno malo recte consulit. neuter in suo tamen.

Quæ supra nos, nihil ad nos. 69

Τὰ ὑπὲρ ἡμᾶς, οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς, id est, Quæ supra nos, nihil ad nos. Dictum Socraticum, deterrens a curiosa vestigatione rerum cælestium & arcanorum naturæ. Refertur prouerbij vice à Lactantio, lib. 3. cap. 20. Ex his, inquit, vnum obiicam quod ab omnibus sit probatum. Celebre hoc prouerbium Socrates habuit, Quod supra nos, nihil ad nos. Torqueri potest & in illos qui de negotijs principum, aut theologicis mysterijs temere loquuntur. Vertere licebit & in contrarium, Quæ infra nos, nihil ad nos. vbi significabimus res leuiusculas quas vt nobis curæ esse debeant.

Quæ infra nos, nihil ad nos.

† Horat. 3. Carm. 11.

-Quid aeternis minorem
Consiliis animum fatigas?

Aristoteles 2. de arte dicendi, ex anonymo quodam, Θνητὰ χρὴ θνητὰ καὶ ἀθάνατα ἀθανάτου φρονεῖν. id est, *mortalia mortalem, vt decet non immortalia immortalem sapere.* Non enim potest humanus animus, pars ædificij diuini & æterni consilijs cognoscendis, nedum cogitandis. Rectè Socrates aduersus ophistas: Τὰ μὲλλοντα δὲ θεοφιλεῖς ἀμήχανον ἀνθρώποις φωνὰς εἶναι.

Notum lippis ac tonsoribus. 70

Quæ iam in ora vulgi abierunt omnibus tonsoribus ac lippis nota dicuntur: propterea quod olim in tonstrinarum consessionibus omnes rumusculi circumferri consueuerunt. Quod ait licet Aristophanes in Plauto,

Κάρων γὰρ ἦν τις Ἡρακλεώτης, ταχὺ
Ἐπὶ πολὺ κεκτημένος τὰ καθ' ἡμᾶς
Οὐ γὰρ ἐπαύετ' οὐδέποτε τὴν κεφαλὴν. id est,
Hermes quidam Heracleotes, celer,
Et multa possidens ea quæ ad nos pertinent.
Non enim desinebat vnquam caput
Tondere, quin ea quæ dicebantur
Latum esset.

Et apud Terentium Antipho in tonitrua, de puella cognouit. Item Iuuenalis de tonitribus,

-audet in urbe
Cornelia fari quæ possit tonsa Gabinia.

Et Horatius. Serm. 1.

-cupis
Omnia quæ & lippis notum & tonsoribus esse.

Vbi prouerbium expressit, significans rem vulgo iactatam. Tonsores dicuntur obscœni, expetentes rem diuulgandam oculorum. Dionysius Siculus garrulitate commotus lectulum quo recubuit Plutarchus, Tonsorū garrulitas.
semper de latere recedebat. Plutarchus quem semper de Dionysio, detexitque tyrannidem illius adamantinam esse & inexpugnabilem: ridens tonsor, Hæccine, inquit, loqui nos de Dionysio in cubiculo sub dio tepeo nouacula? Quod dictum immutatque Dionysius recollecto forsan in crucem tulit. Atque ita, quod ait Plautus, voces per iugulum redire in autorem. Vt autem totorum genus vique adeo loquax sit ad existimat esse in causa, quòd maxime officinas loquacissimi quique conueniant, deinde quorum assiduo conuictu garrulitatis morbo inficiuntur & ipsi. Quas ob res Theophrastus, vt idē ferunt Plutarchus, Cur garruli tonsores.
κουρεῖα σκυτεῖα, id est, ineptæ vinolentorum potationes) appellauit, quòd illic loquacitate ceu temulenti reddantur homines. Sed infamia laborant balneatores, quòd ibi quoque desidant otio segnitiem quidlibet. Quam male factum est, vt veteres xyrallos nonnullos λίχνας dixerint? vt indicauit Ioannes grammaticus, quòd hybernus frigoris. Hos huc fere turba tenuis teporis gratia conferre consueuerit. ibique desidens otiosis tabulis tempus tabere. Hæc loca vetus ignauis apta Hesiodus iubet vitare agricolam,

Παρ' ἀκαλαρτέα δῶμα γυναικός λιχνῆς,
Ὃς χαίνει. id est,
Ne frugum hyemis valeat serraria sedes,
Ac inuiga tepidæ.

Optat ephippia bos piger, optat arare caballus. 71

Oppidò quàm eleganter extulit Horatius, primi Epistol. 14.

Optat ephippia bos piger, optat arare caballus.

Vitium illud ingenitum humanis ingeniis insitum, vt semper alienam sortem magis inuidentur, quam contemnant ac fastidiant, optent inexperta, experta damnent. Siquidem ephippia vocantur quas vulgo sellas equestres appellant, additas in hoc vt commodius sedeat eques. Veteres bubus arabant, non equis. Videtur esse sumpta allegoria ex apologo quopiam. Citra metaphoram duxit Terentius, Nostri nolunt pecuniæ. Sus forte minime talenta.

Fertilior seges est alieno in arvo. 72

Ouidius mutauit metaphoram, eandem explicans sensum.

Fertilior seges est alieno semper in arvo:
Vtilius quæ pecus, quam vicinus habet.

Persius satyra sexta,

-sterilis & angulus ille
Pictis, quia pinguior.

In eandem sententiam celebratur & Mimus, Vsus, vt opinor, ex illis Publij ab A. Gellio laudatis,

Aliena nobis, nostra plus illis placent.

Et Horatius 1. Satyr. 1. Serm.

Qui fit, Mæcenas, ut nemo quam sibi sortem
Seu ratio dederit, seu fors obtulerit, ea lo
Contentus vivat, laudet diuersa sequentes?

Passim

Facem bibat qui vinum bibit. 73

Haud dubium quin prouerbialiter dixerit Aristophanes in Pluto, fęcem eporandam eidem qui vinum prius ebiberit. id est, qui fructus iit optimis, eundem bonis cõsulere debere deteriora.

Ὅστις δ' ἔπειθ' ἡδὺ † οἶνον πίῃσι
Πίνειν, σοὶ τοῦτον δεῖν πιεῖν τρύγα. id est,
At vbi haud grauatus bibere vinum ea, fax item
Tibi nunc etiam est ebibenda soluet.

Verba Chremyli de muliere, quæ quondam vernans ac florẽs ætate placuerat, tum anus fastidiebatur à iuuene.

Cręso, Crasso ditior. 74

Apud Græcos opulentia Crœsi Lydorum regis in prouerbium abiit, præsertim nobilitata dicto Solonis. *Crassus, diues.* Apud Romanos item Marci Crassi, cui cognomentum etiam diuitis additum est. Hic negabat diuitem esse, nisi qui reditu annuo legionem tueri posset. In agris suis sestertium vicies mode possedit. Commemorantur & alij nonnulli apud Plinium libro 33. capite 10. & item 3. qui immodicas opes possederunt. atque in his est Aristoteles, cuius hæredes in auctione septuagiesta patinas venum produxisse leguntur. Verum non eidem in vulgi esse sermonem. proinde nihil attinet hoc loco referre. Festiuior erit adagij figura, si numerum etiam commutemus: vt diuus Hieronymus, Crœsos licèt spires & Darios, literę mentiri non sequuntur. Horatius, *Arabum gaza.* Arabum gazas dixit, pro cumulatissimis opibus, non sine specie prouerbiali: quemadmodum & Persicos apparatus, pro nimis exquisitis ac sumptuosis. *Perfici apparatus.*

Pactoli opes. 75

Τὸν παχτωλὸν πλοῦτον, id est, Pactoli diuitias, pro summis opibus alicubi dixit Philostratus. Est autem Pactolus Lydię fluuius, ex monte Tmolo profluens, aureis scatẽs harenis, vnde & χρυσορρόας à poetis cognominatus. Cuiusmodi narratur & Tagus in Iberia, & Ganges in India, & Hebrus in Thracia. Plinius addit Padum in Italia, negatque vllum esse aurum absolutius quam id quod in fluuiis reperitur, vtpote curſu ipso tritúque perpolitum. Horat. in Epodis, Od. 15. *Pactolus aureis arenis fœcundus.*

Sus peccet & multa dives tellure licebit.
Tibique Pactolus fluat. Iuuenalis,
-tanti tibi non sit opaci
Omnis harena Tagi, quodque in mare volvitur aurum.

Has hyperbolas in varios vsus accommodare licebit, veluti si quis dicat, Hos tantos sumptus fustiuere nemo queat, ne si Pactolus quidem illi domi fluat. Huius hominis cupiditatem ne Tagus quidem ipse possit explere. Nihil mediocre sperabat, sed totos Pactolos ac Tagos animo conceperat. Aut, Pactolos pollicebatur. id est, diuitias essentissimas. *Pactolos polliceri.*

Iro, Codro pauperior. 76

Contrà, Iri & Codri paupertas prouerbio locum fecit. Ouidius,

Irus erit subitò qui modò Crœsus erat.

De Codro Iuuenalis,

Tota domus Codri vbeda compentur una.

De Iro mentionem facit Homerus Odysseæ σ, scribitque eum publicum fuisse mendicum apud Ithacenses, corpore speciéque prægrandi, à matre dictum Arnęum, à iuuenibus Irum fuisse nominatum, quòd iret nuncius quò iussus esset. Cum hoc commissus Vlysses, quum haberetur & ipse pro mendico, eiicit hominem. Quin & *Hecale pauperior.* Hecale paupertate nobilis est, cuius meminit Plato in Cittellaria. Si quidem eius vt volo, nunquã Hecale fies. Meminit & Ouidius,

Cur nemo est Hecalen, nulla tibi quæ ceperit Irum?
Nempe quòd alter egens, altera pauper erat.

His formulis quot modis vti liceat, in operis ingressu satis ostendimus.

Mysorum postremus. 77

Μυσῶν ἔσχατος, id est Mysorum extremus. Strabo Geographiæ libro 12. refert Mysorum populum vsque adeo contemptum fuisse, vt prouerbio locum fecerit. Id vsurpat M. Tullius in oratione pro Lucio Flacco. Quid (inquit) porrò in Græco sermone tam tritum atque celebratum est, quàm si quis delicatui dicitur, vt Mysorũ vltimus esse dicatur? Idem ad Quintum fratrem, Nisi me fortè Paconij nescio cuius hominis, ne Græci quidem, vt Mysi, aut Phrygis potius, querelis moueri putas. Nimirum gentis eius contemptum declarans. Summum itaque defectum & infimam humilitatem hoc adagio significabant. *Mysi, contemptus.*

Mysorum vltimus navigat. 78

Ἔσχατος μυσῶν πλεῖ, id est, Mysorum postremus nauigat, prouerbialiter dicebatur, qui frustra laboraret. Origo prouerbij fictitij fit in plerisque non vno narratur modo. Quidam tradunt, olim Græcis pestilentia laborantibus, oraculo responsum esse, vt ad vltimum Mysorum nauigarent. ac primum quidem ambigebat quid sibi vellet oraculum: tandem diu circumacti, reperiunt Æolidem in extremis Mysorum esse sitam, atque eò demum grandam esse monuisse numen. Asserebant, Telepho, post interemptos auunculos, consulenti Pythium quò gentium sibi demigrandum foret, non antiquitus moris esse homicidis eo tum venire, respondisse vti ad extremam Mysorum regionem esse conferret: venisseque in Teuthraniam, quæ Mysiæ extrema pars, atque eius loci principatum obtinuisse. Sunt qui dicant hunc non ob eandem auunculorum fugisse, sed vti matrem quæreret, quam in Teuthrania tandem inuenerit. Prouerbium autem dictitatum vbi dura quæpiam imperarentur, factúque difficilia.

Tangere hulcus. 79

Κνῆν ἕλκος, id est, Mouere seu tangere hulcus, est mouere dolorem, eúmque rei facere mentionem quæ nos magnopere vrat. Terentius, Quid minus necesse fuit quam istic hulcus tangere? Quo loco Donatus admonet subesse prouerbium. Octauius Augustus, vt author est Tranquillus, Iuliarum Iuliatum & neptis infamem vitam morte ipsa grauius tulit, nec eas aliter appellare consuevit, quàm tres vomicas, aut tria carcinomata sua. Nimirum quòd earum nõ sine magno dolore suo recordaretur. Hanc metaphoram M. Tullius oppidò quàm eleganter expressit in Clodium: qui populum fame iam exasperatum, concionibus insuper seditionis in rabiem agebat. Vt tu, inquit, in hoc hulcere tanquam vnguis existeres. Plutarchus De adulatione, χρὴ τοῖς ἕλκεσι προσφέρειν ἰητρούς. id est, Arcani sermonis quũ mouillet hulcus. *Tres vomicæ, & tria carcinomata.* *Vnguis in hulcere.*

Refricare cicatricem. 80

Quum dolor temporum spatio iam mitior redditur, refricari cicatrix dicitur. Notam vide dicta metaphoram: nempe à corporali vulnere, quod iam coïta cicatrice obductum, quę si tacta domo aut etiam recordatione fuerit, recrudescit vulneris pristini dolor. Cicero ad Atticum, Appij vulnera non refrico. Idem in Rullum, Ne aut retractare obductam reip. cicatricem videar. Idem retractare dolorem dixit lib. De oratore 2. Domus & Reticare memoriam, & Suffricare memoriam, pro eo quod est leuiter renouare. sed in malam fere partem. *Reficere memoriam.*

Odorari, ac similes alię notę metaphoræ. 81

Translationes quæ ducuntur à corporis sensibus, quoniam velut ad manum sunt, & quasi de proximo sumuntur, omnes fermè prouerbiales sunt, quemadmodum admonuimus in operis huius initio. velut Odorari pro rescisĉere, & sagacitèr deprehensum atque animaduersum cognoscere. Odor pro suspitione ac rumore. Cicero, Est nonnullus odor dictaturæ. Olfacere apud Terentium in Adelphis, pro deprehendere. Subolere apud eundem, pro suspectum esse. Obolere, pro molestum esse, aut ęgre in suspitione. Vnde & nasuti dicuntur, & emunctæ naris, & mucosis naribus. Denique nasus ipse in prouerbium abiit, pro iudicio. Horatius, *Emunctæ naris.* *Nasus.*

-non quia nasum
Illi major erit.

Et putent quæ displicent. Huc pertinent & illa, Olet mendacium, Redolet Atticismum, Olent accusationem. Itidem gustum rei vocamus, veluti primam aliam experientiam & degustationem, quasique specimen. Cicero ad Atticum, Hominem degustes. Idem alicubi, Et Latinus ille tuus Atticissimus ex intervallo regustandus. Vnde & saluam primam dicemus primum illum gustum, quem pueri tanquam à nutricibus imbibimus. Et palato satisfacere dicitur quod animo placet, & Deuorare dicimus quum rem alioqui acerbam, veluti citra sensum perferimus: translatione sumpta ab iis qui amara catapotia tanquam inuito palato solent bombete. Vnde aliquoties apud Ciceronem & Fabium, Deuorare taedium, Absorbere molestiam. Animi sunt alia supprimere arrogantiam, despuere iniuriam quidam. Concoquere item, pro vincere molestiam. Nauseare, cum tædio audire. Homerus, dicens quod dolor non inebat *Gustus rei.* *Saliua prima.*

verbo declarans factum eum paupertate coniunctum.

Tuo te pede mensura. 89

Ad eandem sententiam pertinet illud Horatianum, 1. Epist.7.

Metiri se quemque suo modulo ac pede, verum est.

Lucianus in libello cui titulus Περὶ τοῦ πένητος, Ἀλλ' ὅμως ἀεί ποτε καὶ ἐκεῖνος τῷ οἰκείῳ μέτρῳ ἐκαίνου. id est, Verùm diiudices dimetiarisque propria vtrumque mensura. Nimirum hoc est quod dixit Horatius, suo modulo ὀικείῳ μέτρῳ, & tanquam interpres sui, adiecit ac pede. Pindarus item,

Domestica mensura.

Χρὴ δ' ἐπ' αἰσαν ἀεὶ πάντ' ὁρᾶν μέτρων. id est, *Oportet autem iuxta suam quenque conditionem, vnumquemque rei spectare modum.* Et Aristophanes in Auibus,

Οὐκ ἀπομετρήσεις σαυτὸν εἰσαῦθις ἔνδοθεν.

id est,

Non ipse te remetieris huc intus, Abiò profectus.

Monet adagium nequis se dilatet vltra conditionem suam, néue seipsum ex assentatorum laudibus, aut vulgi opinione, aut fortunæ fauore, verùm propriis ac veris dotibus, animique virtutibus æstimet. Translatum ab iis qui corporis humani modum, pedum numero æstimant. Portò iusta cuiusque hominis mensura, septem ipsius pedibus conflat, si quid pictoribus & statuariis credimus. Eódem pertinet illud Martialis,

Mensura humana.

Sunt qui metiatur pondera, ferre parati.

Non videmus manticæ quod in tergo est. 90

Catullus in Scazonte,

Sed non videmus manticæ quod in tergo est.

Id est, non videmus nostra ipsorum vitia, quum aliena curiosis oculis perspiciamus. Prouerbium natum est ex apologo quopiam Æsopico, qui fertur huiusmodi apud Stobæum, Αἴσωπος ἔφη δύο πήρας ἔχειν ἡμᾶς φέρειν, τὴν μὲν ὄπισθεν, τὴν δ' ἔμπροσθεν. ἐν ταῖς μὲν τὴν ἑτέρων κακίαν ἐντιθέναι τὰ δὲ ἴδια ἁμαρτήματα, εἰς τὴν ὄπισθεν τιθέναι πήραν. Quorum verborum hæc ferme sententia; Finxit Æsopus singulos mortales binas habere manticas, hoc est peras, alteram ante pectus, alteram à scapulis tergóque propendentem. Sed in priorem, inquit, aliena vitia immittimus, in posteriorem nostra. Persius, Sat.4.

Sine pera.

Vt nemo in sese tentat descendere, nemo:
Sed præcedenti spectatur mantica tergo. Horatius, 2. Ser.3.
Respicere exemplo vitæ quod turpis egestas
Terruerit Canidi, quod sæpe inopia dirum
Fecerit Vmbreno, quod mendax infamet Natta.
Cur alienus
Sit melior patre quisque, alius quo nemo repertus
Pejor auo, diues quo vappa nepotum.
Omnia hæc, ne
Cum Romam pisces vectentur rhombus, & ostrea
Ciuibus, vt mauis imitere viuere Bibulo?
Quo te demisit peregre fortuna, hoc sapias, rem
Si poteris recte; si non, quocunque modo rem.

Diuus Hieronymus; Sed illa est vera inter amicos reprehensio; si nostra opera non videntes, aliorum, iuxta Persium, manticam consideremus.

Festucam ex alterius oculo eiicere. 91

Hanc humani ingenij cæcam φιλαυτίαν non solùm poetarum literæ, verumetiam Euangelicæ (neque enim grauabuntur in hunc citari ordinem) notarunt, quum aiunt quosdam esse qui festucam videant in oculo fratris, in suo trabem non videant. id est; aliorum vel minimis vitiis offendantur; suis & maximis blandiantur. Sic enim habet Matthæus, Τίδε βλέπεις τὸ κάρφος τὸ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ τοῦ ἀδελφοῦ σου, τὴν δὲ ἐν τῷ σῷ ὀφθαλμῷ δοκὸν οὐ κατανοεῖς; ἢ πῶς ἐρεῖς τῷ ἀδελφῷ σου, ἄφες ἐκβάλω τὸ κάρφος ἀπὸ τοῦ ὀφθαλμοῦ σου, καὶ ἰδοὺ ἡ δοκὸς ἐν τῷ ὀφθαλμῷ σου. id est, Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, trabem verò quæ in oculo tuo est non intelligis? Aut quomodo dices fratri tuo, Sine eiiciam festucam ex oculo tuo: & ecce trabes in oculo tuo? Sic enim ad verbum Græca reddita sonant. Diuus Hieronymus, Qui per trabem, inquit, oculi sui, festucam alterius nitatur eruere. Hoc hominum genus Horatius eleganter notat, 1. Saty.3.

Festuca fratris trabs oculis tui.

Quum tua (inquiens) peruideas oculo mala lippus inunctis;
Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum
Quàm aut aquila, aut serpens Epidaurius?

Idem alibi, Serm. lib. 1. Sat. 3.

Qui ne tuberibus propriis offendas amicum
Postulat, ignoscat verrucis illius

Quod ipsum prouerbij speciem euidentèm ante se gerit. Tubera maiora vitia dixit, verrucas minora, quæ alibi nævos appellauit.

Verrucis offendi qui tubera habet.

Intra tuam pelliculam te contine. 92

Intra tuam pelliculam te contine, Porphyrion prouerbium esse admonet, quo vetamur; oblivi sortis nostræ, maiora conari quàm pro nostra facultate. Idque inde sumptum putat quòd olim ductores in pellibus hoc est, in pelliceis tentoriis, dormitarent. Mihi videtur festivus referri ad asinum illum Cumanum, quem apologi fabulantur adaptasse sibi leonis exuuium, atque ita ipse ad tempus pro leone gessisse. Verum eam rem illi magno fuisse malo, quum agnitus, & magno omnium risu, aliena appositaque exutus pelle, fustibus ad necem cæderetur. Neque absurdè quis ad Cleonem Atheniensem referat, qui ex byrsopola, hoc est coriario, tractus exercitui ductor, fortuna fauente victoriam reportauit, capta Pylo, suam ipsius ciuitatem furto spoliauit, atque ad eum modum ad summas opes euectus est. tandem per alium eiectus maléque acceptus pœnas dedit, quod non in propria pelle quiesset. Hic inducitur in Aristophanis comœdia cui titulus Equites, neque non alius locis subinde mordetur ab eodè poeta. Huc nimirum videtur alludisse Plautus, quum militem gloriosum & iactabundum fingit elephantino corio circumtectum, non suo: siue quòd stolidum significaret, siue quòd maiora quàm pro facultate loquentem, Horatius, 1. Serm.8.

Asinus Cumanus adaptauit sibi leonis exuuium.

Et meritò quoniam in propria non pelle quiesset.

Martialis in sutorem quendam, qui Cleonis exemplo, prius ad summas euectus diuitias, vt venti erant, ita velum in altum sustulit, deinde ad pristinam rursus inopiam largitionibus suis redactus est, vt nihil iam esset nisi cerdo,

Lassis (inquit) satis vsi sed te, mihi crede, memento
Intra pelliculam cerdo tenere tuam.

Intra cutem suam cogere.

Item Seneca in Epistolis, Sapientem vndiquè submouent, & intra cutem suam cogunt. Id citra metaphoram sic extulit Ouidius,

Crede mihi, bene qui latuit, bene vixit, & intra
Fortunam debet quisque manere suam.

Alludit huc & Lucianus in imaginibus, ἵνα ὅτι μάλιστα ὧν ἔχῃ ἐπὶ τοῖς παροῦσι χάρτοις. id est, Non iam manèt in iis quæ adsunt. De iis qui fortunæ successibus elati, suæ conditionis nó satis meminerunt. Denique mihi non absurdum videtur si prouerbium referatur ad Marsyæ excoriati fabulam, qui quoniam parum memor suæ conditionis ausus est cum Apolline certare, sua pelle exutus est.

Marsias excoriatus.

Pennas nido maiores extendere. 93

Est apud Horatium in epistolis, 1 ep.20. non dubium quin prouerbialis metaphora; Pennas nido maiores extendere, pro eo quod est, rem fortunámque, quam mediocrem aut tenuem à maioribus acceperis, auctiorem reddere: Quod quidem si virtute fiat summa laus est: tantum abest vt vitio dandum existimem.

Ait (inquit) Libertino natum patre, & in tenui re,
Maiores pennas nido extendisse loqueris,
Vt quantum generi demas, tantundem addas?

Translatum ab auium pullis, qui sit grandescunt, subnascentibus plumis, vt materno nido capi non possint.

In tuum ipsius sinum inspue. 94

Hac nostra tempestate multis regionibus hoc circumfertur adagium. Iubent enim hominem aliena vitia taxantem, in suum ipsius sinum inspuere, tanquam admonentes vt domesticorum malorum recordatione, desinat arrogantius insectari vitam alienam. Idem antiquis fieri solere colligi vtcunque potest ex verbis Plutarchi, qui lib. 28. cap. 4. scribit hunc in modum, Vehiam quoque à deis spei alicuius audacioris petimus, in sinum ipsum spuendo. Idem in eodem capite scribit ex autoritate Salpæ, torporem sedari quocunque membro instupente, si quis in sinum suum exspuat. Quorum vtrunque non prorsus abhorret à nostro vulgato prouerbio. Siquidem qui carpit aliena, spe quadam improba petat. quasi speret sibi nihil simile à quopiam opprobrari posse. quum nemo sit qui non aliquo vitio teneatur. Et qui proprij mali, quasi sibi ipsius sensu careat, seu torpore quodam tenetur. Seneca libro De beneficiis septimo, fortassis vtrum de quo quærèris, si te diligenter excusseris, in sinu inuenies. Lucianus in Apologia de mercede seruientibus, ἐγὼ ὅτι μὲν εἰς τὸν κόλπον τὸν ἐμαυτοῦ ἐμπτύσομαι, εἰδὼς ἔσται μοι καθαρόν. id est, Quódque non prius in tuum ipsius sinum inspueris quàm accusare cœperis. Idem in Votis. ἐκπλαγεὶς γὰρ ὁ Ἀδείμαντος ἐς τὸν κόλπον ἑαυτὸν ἐνέβλεψε, εἰδὼς οἷός ἐστι μὴ ταπεινός. locatur quispiam in amicum, quòd tanquam oblitus sui; opes immensas imaginaretur, neque in sinum spuebat, vt agnosceret quinam esset, Idem indicat Theocritus Ecloga sexta Nam Polyphemus, quum paulò arrogantius suam fortunam extulisset,

Torporem sedari spuendo in sinum suum.

Ὡς καὶ βασιλῆϊ ἔοικε, τίς εἰς ἑαυτὸν οὐκ ἐνέπτυσε.
Ταῦτα γὸ ἀ χαλὰ μὰ Κυκλωπὶς ἐξεδάκξω.

Quorum carminum hæc ferme sententia est, Neque

Abominantes in sinum expuebant.

me ledat inuidia, neue nocerat fascinatio, ter in meum infpui sinum. Nam idem Cotyttaris amis docuit. Scholiastes addit, eum morem sua etiamnum ætate duraſſe mulierculis, vt abominantes inuidiam in sinum expuant. Refert & Callimachi verſum.

Δείμορε, τί πλάτεισι ἑκὰς ἀθρόον χαμάδηλα τίλλων; id est,
O fortuna quam multos cur conijcis omnes?

Huc fortaſſe pertinet quod ait Lucianus in Necyomantia, Τρὶς ἐμοῦ πρὸς τὸ πρόσωπον ἀπτύσας. id est, Poſteaquam ter mihi deſpuiſſet in faciem. Nec alienum hinc eſt quod in ſecunda Satyra ſcripſit Perſius, Sat.2.

-frontémque atque vda labella
Infames digito & turpi pollice tangit *Expuit*

Iuuenalis Satyr.7.

Conſputúrque ſinum, rerum deprehendere meſſem Scribet.

Eſt ſimili ſuperſtitione protectum eſt quod refert Athenæus libro primo, præſcindendi malis ſolitos terebinthum. Refert vetuſtum hunc Cyrenæi,

Τρὶς δ' ἀπτύσαι ξυμφορὴν θεὸς δίδωσιν ἀμείνω.
id eſt,
Ter vero abſerſis, melius bona fortuna donat.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. carpit alterius ſive quidem in proba peccat, quaſi verò ſibi nihil ſimile à quoquam improbari poſſit.) Ita nouo quodam modo ſpem exponit, vt Plinij dictu à prouerbio quod me dò poſuit & ab eius ſententia non abhorrere putetur. At nihil recte eſt quum impliciter accipiendo ſpem in ſua ſignificatione, planè hoc quod ait Plinius, cum prouerbio præcepto conueniat. vt apertiſſimè oſtendunt hæc Diuini verba in epiſtola 191. quæ eſt ad Modeſtum, μὴ μόνον τὰς χεῖρας ἀπόνιπτε, ἀλλὰ καὶ τὴν ψυχὴν ἀπόνιπτε. ἐγὼ δὲ τὰς χεῖρας, τὰ πρόσωπα πιθανῶς. Ergo nodo ob hanc, modo ob illa cauendos nos in ſinum tuum iubemur deſpuere. Sane quidem. Qui etiam hoc addere debuit Erasmus, nonnunquam in ſinum ſuum deſpuere, non eſſe inuidiam vitare volentium, ob viam ex iis rebus quæ hic referuntur, ſed irridentium dum taxat. Sic Tibul.lib.2.eleg.2.de ſene amatore loquens, ancillam charæ puellæ in medio foro detinente,

Hunc puer, hunc, inquit, tibi ſe committit anilla.
Deſpuit in molles & ſibi quiſque ſinus.

Sic & apud Theocritum puella quædam ex vibe ruſticum quendam a quo ſe abſtu. dere dens, interim dum illi deformitatem, grauiolentiam atque exprobrat, in ſinum ſuum deſpuitque ter. ſcribit enim, τρὶς ἀπὸ τοῦ κόλπου πτύσον. Quæ particula ter hic a Tibullo eſt omiſſa vt videmus, vbi irridentes pueros in ſinum ſuum deſpuentes facit, ſed in eadem vbi declarat quo modo magæ cantibus ſit vtendum dicit,

Ter cane ter cantus deſpue ter omnia vincis.

Vbi an intelligendum ſit, Deſpue in tuum ſinum, aliquis fortaſſe roget. Plinius quidem certè De pacte & ipſe abſolute dixit, ſcribens, Eadem ratione, terna deſpuere deprecatione in omni med.cina nos eſt. At Lucianus Chaldæum quendam facit μετὰ τῶν ἐπῳδῶν (id eſt dictis carminibus, vt loquitur Tibullus) deſpuentem ter in faciem, non ſuam, ſed eius propter quem dicebat carmina.

In ſinum deſpuere, irridentium eſt.

Noſce teipſum. 95

Ad eandem ſententiam pertinent tria illa inter omnia ſapientum apophthegmata vel maxime celebrata, adeo vt, quemadmodum in Charmide teſtatur Plato, pro foribus templi Delphici ab Amphictyonibus inſcripta, veluti digna deo viderentur. Quorum primum eſt γνῶθι σαυτὸν, Noſce teipſum. In quo modeſtiæ mediocritatiſque commendatio eſt, ne nobis vel maiora vel etiam indigna ſequamur, Nam hinc omnis vitæ peſtis oritur, quòd ſibi quiſque blandit, & quantum aliis præter æquum detrahit, tantum ſibi ſpontaneus vitio præter meritum tribuit. M. Tullius ad Qu. fratrem lib.3. Et illud γνῶθι σαυτὸν, noli putare ad arrogantiam minuendam ſolùm eſſe dictum, verumetiam vt bona noſtra norimus. Fertur hic quoque ſenarius inter ſententias prouerbiales,

Τὸ γνῶθι σαυτὸν, παραχρῆ δὲ χρήσιμον. id eſt,
Vbique conſert vt teipſum noueris.

Citatur à Nonio Marcello Satyra quædam Varronis hoc titulo γνῶθι σαυτὸν.

Ouidius de Arte amandi, lib.2.

-fama celebrata per orbem
Littera conſcripta quæ ſibi quemque iubet,

Iuuenalis Sat.11.

e cælo deſcendit γνῶθι σαυτόν.

Ouidius hanc ſententiam ad Pythagoram authorem refert. Platonicus Socrates ab Apolline præfectam arbitratur Platonem in Thædro, τὸ δυσμαθὲς πᾶσι καὶ δυσεύρετον ἐπίταγμα, γνῶθι σαυτόν. id eſt, Nondum poſſum meipſum, iuxta Delphicam inſcriptionem, cognoſcere. Sunt qui ex Homero, tanquam Oceano, hanc quoque mutuò ſumptam exiſtiment apud quem Hector quum in reliquos omnes impetum faceret, tamen Aiacem vt ſe præſtantiorem deprecatur. Sic enim ait poeta,

Hellor Aiacem detrectat.

Αἴαντ' δ' ἐχέμαχον Τελαμωνιάδεω.
id eſt,
Cogreſſum Aiacis fugit Telamonis heroi

Diogenes Thalem tribuit, apud hunc Antiſthenes Phemonoe ait eſſe inſcriptum. Cæterum Cicero vtriq; tribuit, Thaleti autem rogato, τί δὲ δύσκολον; ἔφη, ἑαυτὸν γνῶναι. τί δὲ εὔκολον; δοῦναι ἑτέροις. id eſt. Quid eſt difficile? reſpondit, ſeipſum nosſe. Quid facile? cæterum admonere Macrobius in Somnium Scipionis ſuum commentario tradit, cuidam Delphicum oraculum conſuluenti quonam munere poſſet ad felicitatem peruenire, reſponſum ad hunc modum, Si teipſum cognoueris. Id autem oraculum redditum fuit Crœſo, vt author eſt Xenophon in Paædia Cyri. Citatur a gnomologis græcis ex Antiphane ſenarius,

Ἐν θνητὸς εἶ βέλτιστ', θνητὰ καὶ φρόνει. id eſt,
Præclare ſi mortalis es, mortalia tu cogites.

Eandem ſententiam ſic extulit Pindarus, θνατὰ θνατοῖς πρέπει. id eſt, Mortalia mortales decent. Demonax interrogatus quando cœpiſſet philoſophari? Poſteaquã, ioquit, cœpi noſſe meipſum. Socrates, quòd Apollinis oraculo ſolus eſſet ſapiés iudicatus quũ Græcia tot haberet ſophos, ſic interpretatus, quòd cæteros profitentes ſe ſcire quod nescirebãt hoc nomine vinceret, quòd ſciret ſe nihil ſcire & hoc vnũ ſe ſcire profitebatur. Cete ũ hanc Socratis modeſtiam vicit Anaxarchus, qui prædicabat ſe nec id quidem ſcire quod nihil ſciret. Apud Menandrum Comicum quipiam corrigit hoc omnibus laudatiſſimum dictum.

Κατὰ πολλὰ μὲν ὀρθῶς εἰρημένον
Τὸ γνῶθι σαυτὸν, χρήσιμον τιθεὶς γνώμην
Τὸ γνῶθι τοὺς ἄλλους. id eſt,
Multis modis dictum videtur perperam,
Cognoſce teipſum, magiſtratum ſi nomen ſuſcepiſti hoc,
Cognoſce cæteros.

Nequid nimis. 96

Alterum diuerſis verbis eandem ferme ſententiam complectitur μηδὲν ἄγαν, id eſt, Nequid nimis. quam quidem, tanquam vulgò celebratam, Terentius in Andria etiam Soſiæ libertum perſonæ tribuit. Diogenes Laertius Pythagoræ adſcribit. Ariſtoteles tertio Rhetoricorum lib. ad Biantem authorem refert, tradens de iuuenum immoderatis affectibus, quos ait vbique nimia vehementia peccare. nam & amare nimium, pariter & odiſſe nimium: ſeſnes non item. Sed vt ipſius Ariſtotelis vtar verbis, πρὸς τὸν Βίαντος τρόπον, ἢ φιλεῖν ὡς μισήσοντας, ἢ μισεῖν ὡς φιλήσοντας. id eſt, Iuxta Biantis admonitionem, & amant tanquam oſuri, & oderunt tanquam amaturi. Sunt qui Thaleti tribuant: ſunt qui Solonì tribuant. Laertio. Plato quodam loco ex Homero citat. Neque deſunt qui ad Homerum veluti fontem referantur. Eius hi verſus ſunt in Odyſſea,

Immoderatis affectibus ſolitum.

-μηδὲ σοὶ αὐτῷ
Λυγρὸν ἐπορθύνωμεν ἀκούοντες μὲ φιλότητα,
Ἔξοχα δ' ἐχθαίρων. ἀμέτρητον δ' ἄμμιγα πάσα.
id eſt,
-nequaquam is placet hoſpes,
Qui vnde præterque modum ſimul odit amatque:
Sed puto rectius eſſe vt ſint mediocria cuncta.

Idem in Iliados ι.

Τυδείδη, μήτ' ἂρ μοι ἀμείλιχε μήτε τι νήπιε. id eſt,
Ne nimis aut laudes Tydida, aut conuiperes me.

Equidem ad Heſiodum referre malim: cuius illud eſt in opere cui titulus ἔργα καὶ ἡμέραι,

Μέτρα φυλάσσεσθ'. κάιρὸς δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστος. id eſt,
Menſuram ſeruate. modum in re quæ optimus omni.

Modus optimus in re omni.

Euripides cùm aliis aliquot locis, tum in Hippolito coronato,

Οὐτὶ τὸ λίαν γ' ἦν οὐδὲν ὠφελοῦν βροτούς

Τὸ μηδὲν

Τοῦ μηδὲν ἄγαν. id est,
Sic equidem minus approbo, quicquid
Est vehemens, quàm quod languet,
Ne quid nimium.

Pittacus apud Plutarchum, σοφοὶ δ' εἶπον τὸ μηδὲν ἄγαν ἐπαινοῦντες. id est, Sapientes hoc verbum, Ne quid nimis, præter modum laudarunt. Sophocles in Electra,

Μηδ' εἰς ἐπαίνους ἐκβάλῃς τὸν μὴ σφόδρα.
id est,
Ne nimium ei tribue laudis, qui non valde
Quem admiratus es, aut in magno habeas.

Plautus in Prologo: Modus omnibus in rebus, sorores, est optimus. Eodem pertinet Homericum illud Iliados.

Ἔνθα κε νῦν ὑπὲρ μοῖραν ἀμύμονα νόστον ἄγοιμεν.
Μηδὲ τὸ μοῖραν ἐπάμμορον ἠδ' ἀμέριμνον.
id est,
Quo nunc rerum fatis contingat ire nefas,
Et parcum, & curæ fallax habeatque futuri.

Id imitatus videtur Publius Nasonis,

Κρεῖσσον δ' οὐδὲν ἔπος μέτρου ἐπὶ πάντα ἄριστον.

Id est, Satietatem habet & mel & iucundos dolores veneris. Plinius libro 11. Pernicio autem & in omnibus quidem vitæ, quod nimium. Horatius 1. Serm. Sat. 2.

Est modus in rebus, sunt certi denique fines
Quos ultra citraque nequit consistere rectum.

Rursus idem, 1. Epist. 18.

Virtus est medium vitiorum, utrinque reductum.

Phocylides,

Πάντων μέτρον ἄριστον. id est,
Omnium rerum optimus
Est modus.

Et Ripheus in epigrammate,

Τὸ μηδὲν ἄγαν, ἄξιον ἐν βροτοῖς. id est,
Hoc, Ne quid nimium, mortalibus præstat omni.

Quanti autem scripserit Aristoteles modum in pronuntiatione tegnare, quem dixerimus in cæteris omnibus. Denique Plutarchus in Camillo, docet pietatem esse medium inter contemptum omnium & superstitionem, ἡ δ' εὐσέβεια μεσότης ἐστὶ δόξης, ἄκρων. id est, Pietas autem, est rerum omnium quæ ad Deos pertinent quæ nimietatem præter amorem, de quo alias verbis fecimus & Aristoteles, pro duo suppositionis sapientiam. Huc pertinet quod ex poeta quodam refert Athenæus lib. 12. de laudibus vini.

Pietas medium est.

Πάντας δ' οὐκ ἔστιν ἐπαινέσαι ἀνθρώπους
Πανόλβῳ δ' ἐν μέτρῳ. ἐσθλὸν μέτρον ἐν χρείαις.
id est.
Atqui omnes hominum pectus de pectore curas,
Si modice bibitis, ejicit, ubique modo accessum est.

Spondè noxa præsto est. 97

Ἐγγύα, παρὰ δ' ἄτη. id est, Sponde sed noxa præsto est. Quæ quidem omnia Socrates apud Platonem putat ad eandem sententiam pertinere. nam qui pro altero fide iubet, id pollicetur quod non sit in ipso situm præstare, nempe fidem alienam. Sed primum illud Apollini tribuit, reliqua duo à mortalibus adiecta credit. Plinius lib. 7. cap. 32. cuncta pariter adscribit Chiloni: sed ita ut oraculorum vice fuerint habita. Rursus (inquiés) mortales oraculorum sanctitatem dedere Chiloni Lacedæmonio, tria præcepta eius Delphis consecrando aureis literis, quæ sunt hæc. Nosse te quenque: &, Nihil nimiú cupere: Comitemque ætas aliena atque his esse miseriam. Explicuit Plinius quid sit spondere. fideiubemus enim pro eo cui creditur pecunia. & sæpe fit ut fideiussor cogatur creditori numerare pecuniá. Fideiubemus & apud iudices, de sistendo reo: atque illo fallente plectuntur vades. Et hoc dictum ad Homerum authorem referunt, cuius hoc est carmen Odiss. θ,

Φίλαι τοι δῴδωτι γε χεῖρ' ἐπὶ χεῖρα βαλόντε.

Tria præcepta Chilonis.

Chersias apud Plutarchum in conuiuio Platonis refert ad fabulam Homericam de Ate, quæ quod adhuc è boni sponsioni de natiuitate Herculis, ab eo præoccupata est in terrâ. Citantur ac laudantur hæc tria apophthegmata à Plutarcho in libello de futili loquacitate.

Nouit quid album, quid nigrum 98

Οἶδε τί λευκὸν ἢ μέλαν, id est, Nouit quid album, quid nigrum. Dupliciter in sententiam accipi potest: aut, Nihil discriminis facit præ quærant. Nouit id quod nemo vel indoctus ignorat. Non enim adeo est albi nigrique discrimen, quam vt quispiam non videat. Aristophanes in equitibus,

Νῦν ἀριστερὸς ἦν δεξιὸς τοῖς ἄλλοις.
Οὗτος γὰρ μόνος οἶδε, τὴν ἡμέραν ὅταν. id est,
Nunc sinister erat dexter cæteris omnibus,
Hic enim solus nouit diem quando sit.

Interpres offendit exponendo quæ præcedunt. Videtur esse tritum à pueris his maioribus quidues tantùm naturales colores noscentes, album & nigrum, dicere Pompeio.

Albus an ater sis, nescio. 99

Albus an ater sis nescio. Solet dici de homine vehementer ignoto. Cicero Philippicâ secundâ, Sic meum amicum fecit hæredem, vt cum illo commodo, si quod erat animi quidam dolor iungeretur, te is, quem numquam vidisti, Rubrius Cassicus fecit hæredem. Et quidem vide quam te amarit is, qui albus ater ve tuus ignorans, fratris suum præterit. Quintilianus in vndecimo Oratoriarum institutionum libro, Negat (inquit) se nosse, utrum habeas poetarum, verum Cæsar ne albus an ater homo. Catullus, epigrammate in Mentulam, cuius in Cæsarem hoc erat carmen,

Nihil est ab omni parte beatius,
Ve fortunatum non te amicitia deum.

Apuleius in Apologia magiæ. Etiam libenter te rupet vique albus an ater es, sagorabam adhuc hercle non satis doctus. Diuus Hieronymus aduersus Iouinianum, Quis te oro, ante Socratem hominem nouerat quis dupondio supputabat? Quantus es quod vel tam nobilis es factus in Christo? Impie qui contra scribo, quum in eadem vbique tecum consistam qua balbus & crubescens, albus vt aiunt an ater sis nescio.

Horatius in Satyrarum posteriore, lib. 2.

Quanta mali species, hæc quum mihi dicit amicus.

Quo loco Porphyrio ita admonet, proverbiali figura dictum albus & ater pro eo quod est bonus & malus. & Horatium, album, aut quid liberalem animum reddidisse arbitratum ad ordinem & æruminorum. Huc festiuiter alludit Mateon apud Athenæum lib. 4. de sepia loquens,

Albus & ater, pro, bonus & malus.

Ἡ μὲν ἰχθὺς ἔσω τὸ χρῶμ' ἐν μέλαν ἔχει. id est,
Intus quam sit pisces sola album nouit & atrum.

Est enim sepia colore albo, sed succum habet atrum, quem spargit in metu ne deprehendatur. *Sepia.*

Non nouit natos. 100

Simillima huic figura est, natum non noui. pro eo quod est, prorsus ac omnibus ignoro. M. Tullius libro Familiarium epistolarum nono ad Papyrium, Nã mihi scio iam à regibus vltimis allatis esse literas, quibus mihi gratias agunt quod ipse mea literarum regem appellauerim? quos ego non modo reges appellatos, sed omnino natos nesciebam. Simillimum est illi quod est apud Aristophanem in Vespis, Οὐδὲ γὰρ ἐγὼ τοῦτον ἤδη. id est, Qui me ne vnum quidem nouisset. id est nullam omnino mei rationem habuisset. Item Theocritus in Pharmaceutria.

Οὐδ' ἴγνα κατθνάσκοντα τὸν ἄνδρ' ἐσίδοισα. id est,
Non etenim laudatum me quæ ad mortem, inquit,

In eandem sententiam vsurpauit Plautus in Euchione, Non magis me respicias quam si natus nunquam fiem.

CHILIADIS PRIMAE CENTVRIA SEPTIMA.

Odi mensorem compotorem. 1

MIΣΩ μέτρητα συμπότην, id est, Odi mensorem compotorem. In eos qui quæ inter amicos & inter pocula dicuntur liberius, foràs eliminant. Lucianus in Lapithis, ex poeta quopiam citat. Martialis.

Mixti μέτρητα συμπότην,
Proculle locatur enim poeta in Proculum quempiam, qui inter pocula iussus postridie cœnatum venire, venit ter: ibi perinde quasi quæ inter vina dicuntur, pondus habere debeant. Huius prouerbij meminit Plutarchus in Symposiacorum primo libro problemate, vbi quærit num conueniat in conuiuijs philosophari. Putat autem dictum aduersus eos, qui præter modum lasciuiunt & vigentem conuiuij ad bibendum impellentes, exigentésque præscriptum poculi modum. Solent enim nonnulli, non admodum auidi bibendi, sic effugere, vt interiectis sermonibus conuiuas in oblitionem auocent. Deinde siquis forte memor exigat, mentiuntur iam ebibisse sese. Dores autem in Sicilia ὀινοστάμους, id est, conuiuiorum seu mensurarum præfectos. μετρητὰς appellant, quos Latini Moderatores vocant: quasi Nostro, quòd bibendi modum imperent. Vnde prouerbium quadrare videbitur in eos qui modum in conuiuio præscriptum nimium exacte requirant. Alias magis videtur vt prouerbium admonear ἀμνηστίας, hoc est, oblitionem omnium quæ in conuiuijs vel fiunt, vel dicuntur. Id enim testatum esse maiorum fabulis, qui Baccho simul & festiuitati & oblitionem coniecerint, nimirum hoc inuenientes, non oportere meminisse liquid in conuiuio peractum sit, aut certè leuem admodum ac puerilem reprehensionem sufficere. Nam festiuis pueros cædi solitos vel Iuuenalis indicat, Sat. 1.

Et nos ergo manum ferulæ subduximus.

Idem Plutarchus alias eodem in opere narrat, Lacedæmonios hunc fuisse morem, vt siquem amicum aut hospitem in domum acciperent, ostensis foribus dicerét, ἔνδοθι μὲν τούτων ἔξω λόγος, id est, Hac non egreditur sermo. Damnat autem hanc consuetudinem, propterea quòd sentiat, in conuiuijs sermonibus vtendum non ineptis, sed eruditis ac frugiferis, quos efferri sit honestum & conducibile. Refert idem in vita Lycurgi: ex cuius institutione qui natu maximus erat, stabat ad ostium, & ad eo quemlibet ingredientibus dicebat, ostensis foribus ἔνδοθι τούτων ἔξω λόγος ἰὼν οὐκ ἐξέρχεται, id est, Per hasce nullus sermo progreditur foras. Horatius hoc quoque inter iucundi conuiuij commoditates commemorat. 1. Epist. 5.

—ne fidet inter amicos
Sit qui dicta foràs eliminet.

Huc pertinet ille Græcorum senarius,

Τὸν γὰρ γαμοῦντ' ὄμνυε μὴ ψεύσειν ἅπαξ. id est,
Iurando vino pacta iurat fœmina.

Innuens irrita esse solere quæcunque in compotationibus effutiuntur. Alluditur autem ad prouerbium, quod alibi retulimus εἰς ὕδωρ γράφω, id est, In aqua scribo, de re euanida. Huc adscribendum, quod (quemadmodum in Symposiacis testatur Plutarchus) veteres Bacchum oblitionis filium finxerunt. Idque per iocum inuertit apud nunc qui patrem, dicens patrem potius oblitionis appellandum fuisse quàm filium: quod vanum, præsertim immodicum, vel ante senectam adimat homini memoriam.

Duobus sedere sellis. 2

Duabus sedere sellis, est incertarum esse partium, & ancipiti fide, ambabus satisfacere velle. Quo verbo non ineptè composito ὁμοσέδιον Homerus appellat Martem, id est, nunc his nunc illis partibus fauentem. Macrobius in Saturnalibus cœnis, lib. 2. cap. 3. Laberius Mimus in senatum à Cæsare lectus, quum à Cicerone ad considium non reciperetur, dicente, Reciperem te nisi angustè sederemus: iunis mordaciter respondit, Atqui solebas duabus sellis sedere: obiciens tanto viro lubricum fidei. Sed id quod Cicero dixit, nisi angustè sederemus, scomma erat in Cæsarem, qui in senatum passim tam multos admittebat, vt eos quatuordecim gradus capere non possent. Hactenus Macrobius. Est autem omnium contensu turpissimum, cum vtraque parte colludere. At Solon legem tulit qui puniretur is qui in ciuitatis tumultu neutri partium adhæsisset.

Hac non egreditur sermo.

Vino inscribo muneris iusiurandum.

In aqua scribo.

Mars apud Homer.

Duos parietes de eadem dealbare fidelia. 3

Huic finitimum videtur illud, Duos parietes de eadem dealbare fidelia. pro eo quod est, eadem re duplicem inire gratiam, eadémque opera duos pariter demereri. M. Curius ad Ciceronẽ. Sed amice magne noli hanc epistolam Attico ostendere. Sine eum errare & putare me vnum bonum esse, nec solere duos parietes de eadem fidelia dealbare. Volebat enim Curius pariter & Attico & Ciceroni videri summus, ac de se vno fructum quidem Ciceronis, mancipium autem Attici facere. Tractum videtur ab his, qui parietibus opus albarium superinducunt. Legitur & huiusmodi Græcum adagium apud Suidam, δύο τοίχους ἀλείφειν, id est, Duos hinus parietes. In eos qui in factionibus, vtrique partibus blandiuntur. Ad hanc classem pertinet illud Hebræi vatis. Vtroque claudicare pede. Item illud euangelicum, Duobus seruire dominis. Rursum illud ex Apocalypsi, de iis qui neque calidi sunt neque frigidi.

Vtroque claudicare pede.

Duobus dominis seruire.

Vnica filia duos parare generos. 4

His simile quiddam etiam nunc vulgo dicunt, dignum videlicet quod vel vnum inter antiquitatis adagia connumeretur, Vnica filia geminos viros parare generos. Vbi quis idem beneficium duobus simul polliceatur, aut pro eodem officio quod alteri præstiterit, à duobus gratiam repetat.

Nisi is qui illi seruus vesperi vehat. 5

Ex Menippeis Varronis satyris citatur hic titulus, tum ab A. Gellio, tum à Macrobio: neque dubitandum quin prouerbialis (sicut sunt & alij plerique) quo salubriter admonemur ne præsentium successuum prosperitate sublati, futuris curam abiicianus. neque vlla de re securi simus, priusquam exitum viderimus. Idem hodie quoque vulgo dicunt, diem nondum ad vesperam decurrisse. quum significant diuersum exitum posse accidere. Apparet Maronem ad parœmiam alludere, quum ait primo Georg. libro,

Exitus exspectandus.

Denique quid serus vesper vehat.

agens de prognosticis occasus. Potest referri & ad illud Solonis sententium, ὅρα τὸν τελευτὴν μακρὸν βίου, id est, *Spectà finem* longæ vitæ. Tac. Annus Decad 5 lib 3. In secundis rebus nihil in quenquam superbe ac violenter conuiuere decet, nec præsenti cedere fortunæ, quum quid vesper ferat incertum sit. Huc alludit Philippus rex apud eundem, Decad 4. lib. 9. quum Thessalus respondens minacem clausulam adiecit, nondum omnium dierum solem occidisse.

Sol omnium dierum nondum occidit.

Multi thyrsigeri, pauci Bacchi. 6

Πολλοὶ μὲν ναρθηκοφόροι, παῦροι δέ τε βάκχοι.
id est,
Plures thyrsigeros, paucos esse cernere Bacchos.

Carmen hexametrum prouerbio Græcis celebratum, quo significatum est, compluribus mortalium adesse virtutis insignia, aut etiam famam, qui tamen vera virtute vacent. Vt non omnes verè theologi, qui pileum theologicum gerunt, quive hoc nomine sunt donati. Non omnes poetæ, qui se eo titulo circumferunt. Non omnes generosi, qui torquem gestant aureum. Nõ omnes virgines, quæ pallis sunt capillis. Neque πολυσοφία aut τριβωνοσοφία, (quemadmodũ loquitur Plutarchus) Philologium facit. hoc est, gestata barba, aut gestatum pallium. Translatum à cæremonijs Bacchanalium, in quibus thyrsos, id est hastas quasdam viteas, quatiebant afflati furore. Vsurpatur à Platone in Dialogo cui titulus Phædon. Alluit huc eleganter Plutarchus in libello quem scripsit aduersus Colotam. Εἰς Ἀνδρίαν ταῦρον λοιπὸν ἐμβὰς ὁ Κολώτης καὶ τὸν ἄνδρα τὸν ἐκ τῆς εἰκῆ δόξης, ἣν παρηκολούθησεν, ἀγαθὸν μιμητὴν ὄντα τοῦ Πλάτωνος, id est, Quidam amicus Aristodemus Æginensis: nam hominem nosti, Academicorum non thiasotem, sed addictissimum mysten Platonis. παρηκολούθησεν appellat, nomine & cultu duntaxat Academicum, non re. Sæpe tum est & illud Herodis Attici in palmatum, crinitum, barba

In multis insignia, non virtutes.

Barbam & barba ad pubem vsque porrecta, Video barbam & pallium, philosophum nondum video.

Barbam & pallium video, philosophum non item.

Non omnes qui habent citharam, sunt citharœdi. 7

M. Varro libro De re rustica secundo, eandem sententiam extulit diuersa metaphora, Sed nō omnes (inquit) qui habent citharam, sunt citharœdi. Huc adscribendum videtur quod lepidè scripsit Seneca, quendam personam malle, quàm faciem. Faciem vocat, vbi quis talis videtur qualis est: personam, quum præ se fert aliquis quod non est. Potest & ad auaros torqueri, si neges eos diuites qui possident opes, sed qui recte norint vti. Vti non est citharœdus, quisquis tenet citharam, sed qui citharā recte nouerit vti. Non is rex, cui contigit amplum imperium; sed qui sciat administrare.

Facies. Persona.

Flures thriobolos, paucos est cernere vates. 8

Πολλοὶ θριόβολοι, παῦροι δ' τε μάντιες ἄνδρες. id est,

Plures thriobolos, paucos est cernere vates.

Simile carmen est superiori, eodem modo Græcis celebratum. Philochorus apud Zenodotum author est, olim tres nymphas Apollinis nutrices Parnassum incoluisse, quæ Thriæ dicerentur, vnde postea receptum sit vt calculi sortitique diuinorum thriæ vocarentur. Vnde thriboli, qui thrias in vrnam diuinam iaciunt. Sunt qui affirment, rationem diuinandi per sortes à Minerua fuisse repertam, quæ quum magis floret quàm oracula Delphica, mendax & vana reddita est: idque opera Iouis, Apollini gratum facere cupientis. Deinde vbi rursum mortales Delphica frequentarent oracula, Pythiā ad hunc modum dixisse.

Thriæ, nymphæ. Thriboli.

Πολλοὶ θεριόβολοι, παῦροι δ' τε μάντιες ἄνδρες.

Multi qui boues stimulent, pauci aratores. 9

Consimilem habet sententiam & hic versus,

Πολλοὶ βόεσσιν, παῦροι δ' τε γῆς ἀρωτῆρες. id est,

Quos taurum stimulent multi, sed rarus arator.

Multi præ se ferūt, quod nō sunt.

Multi præ se ferunt quod non sunt. Siquidem antiquitus arabant bubus, vt antè dictum est. eos extimulabāt prælonga arundine, aut hastili cuspide quapiam acuminato. Qui mos & hodie durat apud Italos.

Simia in purpura. 10

Πίθηκος ἐν πορφύρᾳ, id est, Simia purpurata. In varios vsus potest adhiberi paræmia, nempe vel in eos qui tametsi magnifico cultu sint ornati, tamen cuiusmodi sint, ex ipso vultu moribúsque cognoscitur: vel in eos quibus dignitas indecora additur: vel quoties rei per se fœdæ, ascititia peregrinaque ornamēta indecenter admouentur. Quid enim tam ridiculum quàm simia vestita purpurea veste? Atque id tamen non raro fieri vidimus apud istos qui simias habent in deliciis, vt quam maximè possunt ad humanum morem ornent, ac vestiant aliquoties & purpura: quò parum attentos aut imperitos fallant proque homine salutetur simia: aut si deprehensus fuerit fucus, res magis sit ridicula. Quàm multos id genus simios videre est in principum aulis, quibus si purpuram, si torquem, si gemmas detrahas, meros cerdones deprehendes. Lepidius erit si longius transferatur, velut in eos qui barba pallióque simulant sanctimoniam. Tales Augustinus alicubi non inelegāter amiculo philosophos appellat. Et Ammianus libro decimo quarto, Antigonum quendam amictu tenus philosophum appellat. De barbę tenus sapientibus antea nobis dictum est.

Multi simij in aulis principum.

Simia simia est, etiamsi aurea gestet insignia. 11

Πίθηκος ὁ πίθηκος, κἂν χρύσεα ἔχῃ σύμβολα, id est, Simia simia fuerit, etiam si aurea gestet insignia. Superiori respondet, admonens fortunę ornamenta non mutare hominis ingenium. Citatur adagium à Luciano in oratione contra ineruditum. Natum videtur à simiis illis Ægyptiis salutationem humanam imitantibus. Lucianus refert apologum in hunc modum, Rex quidam Ægyptius simias aliquot instituit, vt saltandi rationem perdiscerent. Vt enim nullum animal ad figuram hominis propius accedit, ita nec aliud actus humanos aut melius aut libentius imitatur. Artem itaque saltandi protinus edocte, saltare cœperunt, insignibus induté purpuris, ac personatę. Multóque iam tempore maiorem in modum placebat spectaculum, donec è spectatoribus facetus quispiam nuces, quas clanculum in sinu gestabat, in medium abiecit. Ibi simiæ, simulatque nuces vidissent, oblitæ choreę, id esse cœperunt quod antè fuerant, ac repentè è saltatricibus in simias sedierūt. contrisisque personis, dilaceratis vestibus, pro nucibus inter se depugnabant, non sine maximo spectatorum risu. Narratur apologus non absimilis de fele, quam Venus belle adornatam in pedisequarum ordinem asciuerat: ac saltè aptè ἐμμελῶς, donec mures è cauo quopiam in medium procurrente, declarauit sese nihil aliud esse quam felem.

Simia simia est, etiamsi aurea gestet insignia.

Apologus fictus ex Luciano de Simiis.

Apologus Æsopi.

Asinus apud Cumanos. 12

Ὄνος ἐν Κύμαις, id est, Asinus apud Cumanos Competit in eos, qui cùm sint inepti ridiculique, tamen apud ignotos ipsa nouitate habentur in pretio. Aut in eos quibus honos aliquis præter meritum additus à fortuna, rumorem & insolentiam (ita vt ferè fit) conciliat. id quod elegater notat Demosthenes Olynthiacarum orationum prima, τὸ γὰρ δὴ φαίνεσθαι παρὰ τὴν ἀξίαν, ἀφορμὴ τῷ κρείττονι γίγνεται. id est, Fœlicitas enim & rerum successus qui contigerit immerenti, stultis vehemię cauſam præbere solet. Cui congruè illud ex Æschylo citatum,

Honos præter meritum, insolentiam adsit.

Ἡ δαιμονία μὲ ἄνοιαν ἐν δυτυχοῦσιν ἄρσαι.

id est,

Grane pondus amens, rebus vtens prosperis.

Narrauimus alibi fabulam de asino fugitiuo, qui apud Cumanos se gessit pro leone.

Ira omnium tardissimè senescit. 13

Ὀργὴ πάντων γηράσκει id est, Ira postremum senescit. Huc diuersum illud Aristotelis apophthegma, qui, authore Laertio, rogatus quæ res quam ocyssimè conficeret, respondit, beneficium. M. Tullius vtrunque complexus, cui placet, inquit, obliuiscitur: cui dolet, meminit. Nam vulgo mortales iniuriæ tenacissimè meminisse solent, benefactorum quàm facillimè obliuisci. Græcum adagium videtur ex Sophocle sumptum, cuius in Œdipo Coloneo hæc sunt verba,

Cui placet, obliuiscitur: cui dolet, meminit.

Θυμοῦ γὰρ ὅστις γῆρας ἐκφεύξοιτο λόγῳ, πλὴν
Θανόντ' ἀπαύστου κῦδος ἄρσει κἀπίσω. id est,

Senectā nulla obtinget iracundia
Nisi mors: sepultos nullus attingit dolor.

Hoc idem innuit Homerus lepidissimo sanè figmento de Litis & Ate. Hanc, deam facit, quę noxas ac turbas soleat immittere rebus mortalium: atque ipsam quidem acribus oculis ac prænelocibus esse pedibus: cęterùm post eam multo interuallo consequi Litas deas, quę quod Ate turbauerit, sarcire molliantur. Has & strabis oculis fingit, & pedibus claudis, illud meminit innues, offensas esse citas, reconciliationes esse tardas: propterea quòd iniurię diu meminisse solent homines. Carmen ipsum Homeri subscribam ex Iliados libro nono.

Ate.

Litæ.

Καὶ γὰρ τε Λιταὶ εἰσὶ Διὸς κοῦραι μεγάλοιο.
Χωλαί τε, ῥυσαί τε παραβλῶπές τ' ὀφθαλμῶ,
Λίπρ' ἂτης μετόπισθεν Ἀτη δ' ἰσχυρὸν ποδοῖν.
Ἣ δ' Ἀτης, σύνεκά περ, ἑῆς ἰθὺς ἔπεται ταχέως,
Πολλὸν ὑπεκπροθέουσα, φέρουσα δὲ πᾶσιν ἐπ' αἶαν,
Βλάπτουσ' ἀνθρώπους. αἱ δ' ἐξακέσσονται ὀπίσσω.
Ὅς μὲν τ' αἰδέσσῃται κούρας Διὸς ἀμφὶς ἰούσας,
Τὸν δὲ μάλ' ὄνησαι, καὶ τ' ἄλλον λίσσεσθαι.
Ὅς δ' ἀπίπτῃσι, καὶ τε στερεῶς ἀπόσσεται,
Λίτονται δ' ἄρα τοίγε ἑὸν πρὸς πατρὸς ἰοῦσαι,
Τῶν δ' Ἀτλὼ ἁμὶ ἕπεσθαι, ἵνα βλάψειε λιτοῦσα.

Quorum versuum non indolem neque gratiam, sed sententiam vtcunque reddemus Latinis auribus,

Nam Litas etiam genuit Saturnius ingens
Iugosas, pedibus claudis, ac lumine lęsas,
Quæ Ates à tergo venium, medeantur vt illi.
Ipsa Ate pedibúsque valens, & robore præstans
Proinde gradu celeri longè præcurritur, omnes
Mortales ledens: verum ha post tergo sequuntur,
Sartura quicquid commouerit illa malorum.
At vero natas Ioue qui reuerētur & audit,
Se fimulat adiere, huic commoda plurima grata
Conciliant, huiusque vicissim vota receptant.
Reyet at si quis præfractis & pernegat illis,
Tunc adito Ioue patre, precantur vt ulciscat Ate
Hunc adsit, pœnæque suo det denique damno.

Eiusdem Ates fit mentio Iliados τ, vbi Iupiter impurās

huic deę quòd à Iunone deceptus esset, illam capillis arreptam in terras præcipitem dedit, interdicens ne vnquam rediret in cœlitum contubernium.

Si vultur es, cadauer expecta. 14

Captatores testamentorum & hæredipetæ vulgata metaphora vultures appellantur, quòd sensibus orbis, ceu cadaueribus, inhient. Nam huic aui proprium, cadaueribus tantũ viuere. Vnde & natura tãtũ illi sagacitatis addidit, authore Plinio, vt biduo aut triduo præuolet illuc vbi cadaucra sint futura: eoq (vt refert vetè magnus ille Bahius) ingenti agmine soleat comitari castra militũ. Hoc minus nocens, quã sint homines isti diuitum funeribus imminentes, quòd neque fruges attingit, neque vllum animal quamcunq; symbolen occidit, aut infectatur: tantum cadauera vel eorum quæ sponte interierunt vel ab aliis relicta sunt, depascitur. In quibus tamen abstinet à sui generis, id est auium, cadaueribus. quemadmodũ & Plutarchus docet in problematis rerum antiquarum. nequid interim adferam ex Aegyptiorum opinione qui dicunt vultures omnes esse fœminas, nec alite: ex huro concipere, quam è Zephyro grauidæ fiunt arbores. Vnde mirum est hanc auem innocentissimam, apud homines tam malè audire. Proinde qui diuites audent aut accusare, aut veneno tollere è medio, muliq; vocantur, qui verò dumtaxat obsequiis & adulationibus aucupantur, vt misceantur testamento, vultures prouerbio dicuntur Seneca libro Epistol. decimo quinto, epistola nonagesimatexta. Si vultur es, cadauer expecta. Martialis libro sexto,

Vultures omnes, fœminæ.

Amisit pater vlricum Silanum.
Cœpit mittere munera Oppianus
Heu crudele nefas, malaque Parca,
Cum vultur hoc erit cadauer?

Diogenianus in collectaneis meminit huius adagij, sed alia figura, ἄσπερ γύπες, id est, vulturum ritu. Admonet autem dictum de iis qui vel ob hæreditatis vel alterius alicuius emolumenti spem insidiantur cuipiam.

Coruum delusit hiantem. 15

Coruus hiãs.

Haud dissimili figura dictum est ab Horatio in eum qui captorem suum arte frustratus fuerat, 2. Serm. Sat. 5.

-coruum delusit hiantem.

Nam hæc quoque auis cadaueribus imminet.

-pitruncque (inquit) recollus
Scriba ex quinquuiro coruum delusit hiantem.

Loquitur de Corano, qui Nasicę socero ipe testamenti per dolum ostentata, moriens, nihil præter plorare reliquit. Videtur autem, hoc adagium effectum & imitatum ad illud Græcorum, λύκος ἔχανε, id est, *Lupus hiat.* vt itidem dicere liceat, lupum delusit hiantem: & κόραξ ἔχανε, id est, Coruus inhiabat.

Cornicari. 16

Κραζειν.

Quin & Graci prouerbio κράζειν dicunt, pro eo quod est, inhiare prædæ, aut ineptè garrire. Aristoph. in Pluto.

Αὐτὶ τί δ' ὁ κράζεις οὐκ ἐμοὶ τι καλλιφορμα
Ζητῶν μαθεῖν ἥκεις;
Quid ero stes fatuo, nempe si qui, quam rei
Furto inuolarim, vt inde tibi partem feras.

Interpres admonet esse prouerbium in eos, qui cornicum more frustra cornicãtur. Sunt autem verba Chremuli senis, qui ait se non ignorare quid sibi vellet Blepsidemus, sursum ac deorsum vertens orationem, dum studet furti confessionem elicere, nimirum vt consecius in prædæ partem veniret. Persius Satyra quinta,

Nescio quid tecum grauis cornicaris inepte.

Vsus est & D. Hieronymus in epistola ad Rusticum monachum.

In vino veritas. 17

Ἐν οἴνῳ ἀλήθεια, id est, In vino veritas, passim apud authores vsurpatum adagium, significans, ebrietatem, animi fucum tollere, & quicquid in pectore conditum est, in apertum proferre. Vnde diuinæ literæ vetant vinum dari regibus, quòd ibi nullum sit arcanũ vbi regnet ebrietas. Plinius libro 14. capite vigesimo secundo scripsit, vinum vsque adeò mentis arcana prodere, vt mortifera etiam inter pocula loquantur homines, & ne per *iugulum quidem redituras voces continent*: vulgóque, inquit, veritas attributa vino est. Celebratur & Persæ cuiusdam apophtegma, qui negauit tormentis opus esse ad exquirendum verum: vino enim rectius elici. quod approbans Horatius in Odis, 3 Carm. 21.

Tu lene (inquit) tormentum ingenio admoues
Plerumque duro, tu sapientium
Curas & arcanum iocoso
Consilium retegis Lyæo.

Idem in arte poetica

Fœges dicuntur multis vrgere culullis,
Et torquere mero quem perspexisse laborent
An sit amicitia dignus.

Rursum alibi, 1. Epist. 4.

Quid non ebrietas designat? operta recludit.

Effertur & ad hunc modum apud Athenæum lib. 2. paroemia, οἶνος καὶ ἡ ἀλήθεια, id est, Vinum & veritas, quòd largius potu non tantum effutiunt sua arcana: verumetiam audacius in alios loquuntur. Apud Plutarchum in vita Artaxerxis, Sparamizas Mithridati per vinum quiddam intolentius eloquuto, φθόνος μέλλεις ὦ Μιθριδάτα, νῦν δὲ φασιν ἄλλοτε οἶνον καὶ ἀλήθειαν εἶναι. id est, Nulla quidem inuidia est ô Mithridates: cæterùm quando Græci dicunt, vinum & veritatem esse, &c. Celebratur à Græcis hæc quoque sententia prouerbialis, πῶν τὸ κρυπτὸν ὑπὸ φρενῶν, ὅταν ἡ γλῶσσα τὰ μυθίσατο. id est, Quod in corde latebrij, id in lingua ebrij. Theognis,

Vinum & veritas.

Quod in corde sobrij, id in lingua ebrij.

Ἐν πυρὶ μὲν χρυσὸς τε καὶ ἄργυρος ἔμπρησε δοκεύει
Γινώσκειν· ἀνδρὸς δ' οἶνος ἐδάξ νόον. id est,
Aurum aut argentum fabris exigitur igni.
Virum hominis prodens argutus ingenium.

Athenæus hunc senarium citat ex Euripide

Vinum animi speculum.

Κἀστὶν γὰρ οἶνος χαλκὸς ἐς σ' ὁ θεὸς ἡ νοῦς.

id est,

Forma ære lucet, vena produnt pectora.

Apud eundem Ephippus

Οἶνου τι πάθος ποτ' ἀεὶ ζητοῦμεν ἐγὼ καὶ σύ;
Οἶνος μεθύοντας φαίνει τοὺς λόγους. id est,
Vis multa vini multa te cogit loqui:
Loqui proinde vera dicunt ebrios.

Athenæus lib. 10. refert Anacharsidis dictum, ὅτι δύο δεῖ πῖν μέτρα οἴνου γεγονέναι. id est, quòd falsæ opiniones accidunt temulentis. Ac mox narrat quiddam haud infestiuum: Quidam è conuiuis dixerat Anacharsidi, Vxorem duxisse admodum deformem. At ille, Prorsus (inquit) idem mihi videtur. sed heus puer porrige poculum meracius, vt illam faciam formosam. Non solùm igitur amanti, verùm etiam ebrio πάντα καλά, καλὰ πάντα, quemadmodum inquit Theocritus. Atqui, verum qui pótest dicere, qui labitur rerum iudicio? Sed veritas non semper respondet mendacio, verùm interdum simulationi.

Amanti, & ebrio quæ pulchra non sunt pulchra videntur.

Potest autem fieri vt ex animo loquatur qui tamen falsum dicat, & verum dicat qui non verè loquatur. Postremò prouerbium non sentit de intana temulentia, quæ facit vt quæ fixa sunt videantur ambulare: & quæ simplicia, videantur multiplicia: sed de moderata, quæ, *diuersorium* ac fucum exuit. Alcibiades in Symposio Platonis, σὺ δ' ἐστιῶσαι με αὖριον ἐπανάγκασον εἰμὶ παρὸν μὴ λαλήσω, οὐκ ἂν τὰ παιδὸς ἐν μετὰ παιδὸς εἴη. id est, Quę verò nunc sequuntur non prius audieris quam prouerbium illud recentiorum, Vinum & cum pueritia & sine pueritia veridicum est. Quibus ex verbis liquet, idem de pueritia quod de vino prouerbio iactatum fuisse. Durat & hodie vulgo tale prouerbiũ, non audiri verum nisi à tribus hominum generibus, pueris, ebriis, & insanis. Huc adscribendum arbitror versiculum illum prouerbialem,

Ἡ παῖς ἀμολογεῖται τὰ κἠν ἀλλᾷ λέγει.

id est,

Verum solet prolapsa lingua dicere.

Nam verum esse creditur quod exciderit imprudenti: quandoquidem id demum vacat fictionis suspicione. Ex huiusmodi lapsu colliguntur & omnia certioris fidei.

Sæpe Neoptolemi pro nomine nomen Orestis
Exit, & errorem vocis vt omen amo.

Denique M. Tullius in Topicis inter ea quæ certam faciunt fidem commemorat pueritiam, somnum, imprudentiam, vinolentiam, infantiam.

Quæ fidem faciant.

† Horat. 1. Sermon. 4.

-verax aperti præcordia Liber.

Athenæus lib. 10. κάτοπτρον ἔστιν οἶνος χαλκοῦ, οὕτω δὲ καὶ θεοῦ, speculum æreum formæ: vinum mentis index. Coruel. Tacitus de morib. Germanor. diem, noctémque continuare potando, memini probrum: crebræ vt inter vinolentos vices: sed & de reconciliandis inuicem inimicis, de

sitis, de iungendis affinitatibus, & asciscendis principibus, de pace ac bello plerunque in conuiuiis consultant, tanquam nullo magis tempore, aut ad implices cogitationes pateat animus, aut ad magnas res ineat, gens non astuta, nec callida: aperit adhuc secreta pectoris licentia loci. Ita Seneca epist. 83. Non est animus in sua potestate deuinctus ebrietate: quemadmodum multo docta ipsa rumpuntur, & omne quod in animo iacet in summam partem vis caloris erectat. sic vino exstituante quicquid in ipso iacet abditum, effertur, & prodit in medium.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. *non prius audieris.*) Hæc est Marsilij Ficini interpretatio, in qua eum Alcibiadis verba ita detorsisse, & Erasmum, quum eam mutuaretur, id non perspexisse, summopere miror. Hic enim est sensus eorum manifestissimus, Quod autem sequitur ex me non audieris, nisi primùm quidem (vt vulgo biunt) vinû & sine pueris & cum pueris esset veridicum. Aliis nihil interpretationis ita vertuntur hæc verba, ἐὰν μὴ πρότερον, ac si idem valeret quod ἐὰν μὴ πρότερον μοῦ ταῦτα λέγοντος, quasi idem significarent quod ἐὰν μὴ πρότερον ταῦτα λέγω, οὕτω, &c. aut, ἐὰν μὴ πρότερον φράσω vel οὕτω λέγοντος: extrinsecus addendo hunc coniunctiuum. Atqui sequitur statim pòst ἔτι τοῦτο, ad quod tendere hoc πρότερον manifestum est.

Bos in lingua. 18

Βοῦς ἐστὶ γλώττῃ, id est, Bos in lingua. In eos qui non audent libere quod sentiunt dicere. Translatum vel à robore animantis, quasi linguam opprimens non finat eam eloqui: vel hinc quòd Athenientium numisma quondam bouis obtinuit figuram. Item apud Romanos, Seruius rex, ouium ac boum effigie primus signauit æs, authore Plinio, lib. 18. cap. 3. Idem testatur Plutarchus in Problematibus rerum priscarum, quòd priscis omnis ferè possessio erat in gregibus & armentis vnde & à pecoribus dictam pecuniam voluerit. Itaque qui munita pendendæ mercedi reticerent, aut qui pecunia corrupti loqui non audirent, bouem in lingua dicebantur habere. Ac Iulius Pollux nono de rerum vocabulis libro prouerbium hoc exponens his fermè consentanea commemorat: addens ipsum nomisma bouem vulgo vocari solere. proinde in Deliacis spectaculis, si cui munus dandum erat, præconê pronunciare solitum. Tot boues illi dari iussum. Bouem autem valuisse duabus drachmis Atticis, vnde fuisse qui crederent hoc nomisma, Deliorum fuisse proprium, non Athenientium. Addit item ex Draconis legibus extare mentionem τῶν ἐπὶ δέκα βοῶν διαφόρων, id est, De pendendis decem bubus, id est, nummis decem. Neque defuisse qui tenuerint Homerum quoque de nomismate loquutum, non de animante quum ait,

Χρύσεα χαλκείων, ἑκατόμβοι᾽ ἐννεαβοίων.

Verùm hanc opinionem alio in loco refellit Iulius Pollux, ostendens illam fuisse commutationem rerum citra nummos. Qui ipsi tenuisse Homerum, libro secúdo tradit bouem apud priscos in honore fuisse, cùm multis de causis, tum præcipuè quòd Apollini sacrum sit animal. Itaque in altera parte nomismatis insculpebant bouem, in altera faciem regiam. Adagium autem effert ad hunc modum, Βοῦς ἐστὶ γλώσσῃ βέβηκεν, id est, Bos in lingua incedit: admonens id dici solitum vbi quis pecuniæ causa taceret: Theognis,

Βοῦς μοι ἐστὶ γλώσσῃ. id est,
In lingua mihi bos.

Philostratus in vita Apollonij, γλῶτταν τε οὐ σπουδαίως ἐπέσχον σιωπῆς. βοῦς ἐστὶ γλώττῃ, σιωπᾶν δίκαιον λέγειν. id est, Linguam primus hominum coercent. bouem in illa, silentij inueniens decretum. De Pythagora loquitur, silentij authore. Item in Scopelia in sophista, καὶ οἱ χαλινὸν ἔχοντες ἐπὶ στόματος τοῦτο γλώττης τάττε ἔχ βοῦς ἀφωνίας ἐπ᾽ αὐτῷ βεβηκυίας. id est, Neque mirandum est si quidam linguam habentes vinctam, bone silentij eam occupante. Extat apud Æschylum in Agamemnone,

Τὰ δ᾽ ἄλλα σιγῶ, βοῦς ὅτι γλώσσης μέγας
Βέβηκεν. id est,
Tacco cætera, linguam occupans bos quidam
Ingens.

Argentanginam patitur. 19

Ἀργυρᾳγχῆ πάσχει, id est, Argentanginam patitur. Supponitur hominum, est natum ex historia quam refert Aristides in Monodia Atticis, atque item Plutarchus in vita Demosthenis: cuius hoc modo: Quum aduersus Macedonum legatos, qui auxilij petendi causa Athenas venerant, acriter in concione dixisset Demosthenes, obstitisse quominus impetraturi postulata viderentur. causa in diem posterum reiecta legati Demosthenem ipsum adierunt, magnáque pecuniæ summa, ne contra ea diceret, redemerunt. Postridie, quum res denuo foret agenda, Demosthenes multa lana collo circumuoluto in concionem prodiit, fingens sese συνάγχην (id est, anginam) pati, eámque rem impedimento esse quominus ex more diceret. Tum è populo quidam, cui simulatio subolebat, exclamabat cum nõ συναγχᾶν, sed ἀργυραγχᾶν pati. Est autem συνάγχη morbi genus, vulgus medicorum depraua tè squinantiam appellat. Hunc Aretæus Cappadox libro 2. commemorat inter morbos acutos, intendens bifariam appellari vel συνάγχην, quòd id mali comb. sit familiare. vel συνάγχειν, quòd ipsorum coarctet ac præfocet.

Demosthenes accepit vt taceret.

συνάγχη

Equus me portat, alit rex. 20

Ἵππος με φέρει, βασιλεὺς με τρέφει. id est,
Me vehit equus, me pascit rex.

Refertur inter Græcorum adagia, atque adduxit hinc natum: Iuuenis quidam sub Rege Philippo stipendia faciebat: is quum admoneretur vt missionem peteret, sesèque à militia abdicaret, negauit se facturum, his quidem verbis,

Ἵππος με φέρει, βασιλεύς με τρέφει. id est,
Equus me portat, rex alit.

Significans se commodissimè viuere, vt qui & pedibus fideliter ageretur, & alimenta pecuniaria peteretur. Huc alluxit Horatius quum in Epistolis sub Aristippi persona fecit,

—*rebus hoc & agendis*
Sæpe facit: Splendidus multo, fit equus vt me portet alat rex.

Quo quidem in loco Acron huius admonet prouerbij, cuius etiam meminit Diogenianus. Apparet è tragœdia quapiam assumptum. est enim carmen anapæsticum dimetrum.

Etiam corchorus inter olera. 21

Καὶ κόριχος ἐν λαχάνοις, id est, Etiam corchorus inter olera. Dicitur solitum in homines nullius pretij, qui tamẽ in numero aliquo studeant haberi. Nam κόριχος oleris genus est vilissimi, quod Plinius lib. 21. in catalogo olerum recensetur. Idem alibi commemorat inter herbas sponte nascentes. Scribit autem corchorum Alexandrini ebrij herbam esse, conuolutis folijs, ad similitudinem mortis, multis remedijs vtilem. Meminit prouerbij Theophrastus lib. De plantis 7. cap. 7. corchorum referens inter olera, quæ vel cocta vel cruda possint edi: verùm ob amantudinem prouerbio esse infamem Suidas & Hesychius authores sunt, nonnullis putcem existimari corchorum, contemptissimum nullíusque pretij qualis sit lupporus. Aristophanes in Vespis, κἄπειτ᾽ ἐπιλαβόμενος τῆς κορίχου, id est, Deinde corchorum attigimus. Nec hìc tacuit interpres de prouerbio.

κόριχος.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. *olera. Dici*) Cur potius in malam partem vsurpetur hoc prouerbium quàm in bonam partem, non satis perspicio. Negauerit enim, vt opinor, nemo, quin hoc sonêt ipsa prouerbij verba, latius explicata, Etiam corchorus, quantumuis sit amarus, inter olera numeratur: Aut, in olerum numero habetur: Aut, oleris nomen obtinet. Vel alia forma, Ne corchoro quidẽ, quantumlibet amaro, oleris appellatio denegatur. Aut. Ne corchorum quidem tua amarities ab olerum numero segregabit. Quod si hinc est verborum sensus, apprimè profectò etiam in bonam partem vsurpabitur: veluti si de eo quem cæteris longè inferiorem aliqua in arte vel scientia esse fatebamur, ita tamen vt inter eius generis artifices censeretur, dicamus, etiam corchorus est de olerum numero. Id est, Hic, qualis qualis est, ita locum habet inter ὁμοτέχνας, vt corchorus inter olera. Sic de Chœrilo quopiam loquentes, si velimus significare, eum, quantumuis abiectus & contemptus sit præ aliis, de poetarum tamen esse gregẽ dicemus, Etiam corchorus inter olera. Vel sic, Etiam Chœrilus inter poetas, vt corchoro inter olera suus est locus. Aut, Vt corchorus inter olera, itidem Chœrilus inter poetas locum habet. Quod dictum & elegantius redderetur & apertius, ita dilatatum, Vt in oleribus non brassicæ soli

In bonam summ partem adagium.

Fiunt circumlocutiones adagiorum.

locus est, aut malua, aut asphodelo, aut lapatho, verùm etiam corchoro: ita in poetis non Homero soli locus est, aut Archilocho, aut Sophocli, aut Pindaro, sed etiam Chœrilo. Quòd si ab oleribus ad legumina comparationem transferre libeat, non minus prouerbialem formam præ se feret tua oratio. quinetiam prouerbium habebis planè essictum ad huius veteris exemplar, si legumina omnium amarissimi nomen ponas, vt omnium olerum amarissimi corchori vides in eo positum esse nomen. nimirum si ita loquaris, Etiam lupinus inter legumina. Quod dilatari & ipsum sic poterit, Quemadmodum non faba tantum, vel pisum, vel lens leguminum nomen obtinent, sed id lupino cum illis commune est: ita etiam, &c. Ex his, vt opinor, satis apparet adagii huius vsum quam Erasmus scribat, videlicet dici in homines nullius pretij, qui tamen in numero aliquo studeant haberi. quasi videlicet hoc modo efferretur adagium, Etiam corchorus vult haberi inter olera, vel studet, aut cupit haberi. Quæ oratio longe diuersa est ab hac, Etiam corchorus est inter olera. vel, de olerum numero. Cæterum hoc quoque obiter adnotabo, legendum esse λαχανων, vt sit anapæsticũ dimetrum catalecticum.

V. id est.) Verbi ἁψασθαι τῶ λαχάνου, corchorum attigimus: quasi ἅψασθαι sit ab ἄπτω, quod idem significet quod ἅπτομαι, id est tango: quum sit à verbo ἕψω, id est, coquo. Sed impositile Erasmo videtur genitiuus, cuius nõ animaduertit eundẽ esse hic vsum qui est in illa phrasi, πιεῖν τῶ οἴνου.

Graculus inter musas. 22

Cui non dissimile videtur, κολοιὸς ἐν ταῖς μούσαις, id est, Graculus inter musas. Indoctus inter doctissimos: infantissimus inter eloquentissimos. Recte dicetur & in homines ostentatione fal æ doctrinæ sese iactitantes, & viris eruditis impudenter obstrepentes. Est enim graculus suis minimè canora, sed tamen odiosè garrula atque obstrepera. Confine est his quod in Bucolicis ait Vergilius,

-sed argutos inter strepere anser olores.

Graculus.

Cygnũ canori.

Cygnos canoros esse sic omnium poetarum literis est decantatum, vt nihil sit celebratius, etiamsi nemini contigit hunc audire cantum. Nec desunt philosophi qui huiusce rei rationem quoque reddere conentur. Ælianus addit eos non canere nisi flante Hauonio. vnde fertur etiam prouerbium, κύκνειον ἆσμα, id est, Cygnea cantio. Contrà, anseres molesto quodam stridore obganniunt. Proinde quum indoctus inter eruditos garrit, in tempore vsurpabitur adagium, Anser inter olores.

Anseres, molesto stridoris.

In lente vnguentum. 23

Τὸν ὀθνεῖον φακῆ μῶνον, id est, In lenticula fabulam. subaudi, narras. Vbi quis mentionem inducit vilis cuiusquã & nihili hominis, aliis de viris egregiis verba facientibus. Ad hunc quidem modum legitur in omnibus vulgatis exemplaribus, apud A. Gellium libro decimo tertio decapite vigesimo septimo: verùm placet Hermolai castigationi subscribere, qui locum hunc ita restituit, vt legat τὸ ὠ φακῆ μύρον, id est, In lente vnguentum. Quadrat autẽ in hominem, aut in rem quampiam quæ neutiquam in tempore adhibeatur iis quibus minimè congruit. veluti si philosophum iuuenũ lasciuientium conuiuio misceas: aut inter pocula de rebus grauibus ac theologicis incipias disputare. Quemadmodum videlicet lẽticulæ vili legumini ineptè quis admiscuerit vnguentum. Siquidem, authore Dioscoride, & oculorum aciem hebetat, stomacho grauis, intestinis noxia, nervis, pulmoni & capiti inimica: gignit turbulẽta insomnia. Dicetur etiam vbi plura inter se dissimilia confundentur. Verba Ptõonis apud Gellium sunt hæc, Videte tamen ne existimetis semper atque in omni loco mortales mulcos pro multis hominibus esse dicendum: ne planè fiat Græcum illud de Varronis satyra prouerbiũ, τὸ ὠ φακῆ μύρον, id est, In lente vnguentum. Idem vsurpauit M. Tullius lib. ad Atticum primo, Legati (inquit) cum authoritate mitterentur, qui adirent Galliæ ciuitates, daréntque operam ne ex cum Heluetiis se iungerent. Legati sunt Q. Metellus Creticus & L. Flaccus, τὸ ὀθνεῖον τὸ φακῆ μύρον. Lentulus Clodiæ filius. Tametsi hic quoque locus eodem mendo laborat quo Gellianus ille. Citatur autem adagium ab Aristotele, in lib. De sensu & sensili. καθάπερ φησὶν Εὐριπίδης ἐπὶ σκιπόδων Στρατ[illegible], ὅταν φακῆ ἐφεστιμμένη θύηται μύρον, id est, Nam verum est quod ait Stratis Euripidem taxans, vbi lenticula coquitur, non oportere vnguentum infundere. Quo sanè loco quæ portenta habeant nostri vulgati codices, nihil attinet hic commemorare. Citat & Athenæus libro Dipnosophistarum quarto,

Βαμβαλίαν τιν' ὠφελῆ τὸ βάσανον σοφὸν,
Ὅστις φακὴν ἑψητὴν μὴ πηχῶν μύρῳ. id est,
Vos admonere callidum quiddam volo:
Vbi lens coquitur, vt aqueus ne quis infundite.

ex Phœnissis Stratidis Comici poetæ. Citat & ex Sopatri Necya, Ὀθνεῖε Ὀδυσσεῦ, τὸ ὠ τῶ φακῆ μύρον, πάρες σύμε. id est, Ithacensis Vlysses, in lente vnguentum, adest: aude animo. Adducit & Clearchum prouerbiorum collectorem, qui hoc quoque recensuerit prouerbij titulo, τὸ ὠ φακῆ μύρον. addẽs extare apud Varronem, compluresque Latinorum vios eo prouerbio, quibus incognitum tamẽ sit, vnde Varro delumpserit eum iambicu. Huc mihi videtur Aristophanes alludisse, cùm ait in Eupim,

Clearchus, & diligentia collectoris.

Καὶ περιφυτίσας ἐρυθρὸν ἄλας
Καὶ μύρου ὀνίγκιν. id est,
Praterea spreto sesamum sursum,
Et vnguentum infundes.

Porrò vnguentum intelligo oleum odoratum, ac velut vnguentarium. Alioqui plebeium oleum admiscere lenti, nihil prodigiosum. Athenæus libro 2. citat hunc trimetrum ex Eupolide.

Vnguentum quid.

Ὀψὼν ποιεῖσθ' ἁπανταχοῦ μύρα.
Condimentum opiparum vbi malimque opsonium.

Est autem apud scriptores hoc legumen cumprimis celebre, quemadmodum bulbus, cepe, & allium: nonnulli etiam encomium lentis scripsere. Quædam per se pulchra sunt quæ tamen sibi non congruunt. elegantis igitur est scire quid cui cõueniat. Diocles philosophus habitus est ὀψοφάγος: hic cuidam interroganti vter piscis esset melior, congrus an labrax, (nobis dictus lupus) alter, inquit, elixus, alter assus. Sic Flaccus 2. Epist. 2. de poeta, *bello malus, vitus vrbi.* Quoties munus delegatur minus accommodo, aptè dixeris, τὸ φακῆ μύρον. Adiicietur & hoc: Apud authores dictionem hanc comperio variè scriptam, nunc acutè φακῆ, nunc circunflexè, φακῆ, quod quum tam crebrò occurrat, vix insitia calúve factum videri potest. Vnde cõicio φακῆν dictam ex contractione pro φακίαν. nam φακίας legimus apud Athenæum. Idem λεντίῶ dictam admonet pro λεντίαν. Hæc igitur quibus placet origo, malunt dicere φακῆ: quibus magis placet forma communis, origine neglecta scripserunt φακὴ & φακῆ.

Encomium lentis.

† Prouerbium à Rodolpho Agricola doctè vsurpatum in 3. De inuent. Dialect. c. 14. fol. 429.

Anulus aureus in naribus suis. 24

Huic penè cognatum est illud quod extat in prouerbiis Hebræorum, Anulus aureus in naribus suis. Sic enim habetur Prouerb. cap. 11. Circulus aureus in naribus suis, mulier pulchra & fatua. Vbi res quæpiam per se præclara illic adhibetur vbi minimè addecet. Vt si stulto contingant opes, fatuæ forma, genus ignauo, eloquentia viro improbo, magistratus imperito. His enim rebus non modò non ornantur, verùmetiam magis ridiculi fiunt. Olim autem anulis quibusdam aureis in auriculas insertis ornari sese credebant, maximè barbari. Inseritur & suillis naribus anulus æreus, quo minus noceant agris, rostri suffossione, quæ peculiaris est huic animãtii quapropter & agricolationem monstrasse creditur. Quòd si anulum aureum rostro suillo inseras, res sit oppido quàm ridenda. Celebratur apud Græcos Menandri versiculus ab hac sententia non admodum abhorrens,

Barbarorum ornatus.

Μισῶ πονηρὸν, χρυσὸν ὅτις εἶπεν λέγειν. id est,
Odi improbum qui verba proloquitur proba.

Huc pertinet illud quod memorat in noctibus A. Gellius, Quum quispiam improbæ famæ vir sententiam dixisset Reipub. conducibilem, iusserunt eandem ab alio quopiam integro bonóque viro pronunciari, atque illius nomine decerni: quod absurdum existimarent à malo viro bonum consilium aut bonã sententiam proficisci. His adiungendum est illud Antiphanis apud Athenæum libro sexto,

Mali viri bona oratio, odiosa.

Σαπρὸν σίλουρον ἀργυρᾶ πίναξ ἔχων. id est,
Putrem Silurum quadra habens argentea.

Quidam Silurum existimat eum esse quem nunc vulgo Sturionẽ dicimus, pulcem multò omnium laudatissimum.

Silurus putris in quadraargentea.

In tibur-

In eburnã vaginã plumbeum gladium.

Huic confine est illud, ἐν ἐλεφαντίνῃ κολεῷ μολύβδινον ξίφος, id est, In eburna vagina plumbeus gladius, natum ex Diogenis Cynici apophthegmate. nam cùm adolescens quispiam insigni forma fœdum quiddam atque obscœnum dixisset, Ex eburna (inquit) vaginã plumbeum gladium educis.

Omnia octo. 26

Ἀκτὼ πάντα. id est, Omnia octo. quum nihil deesse significamus, aut quum multa inter se similia videntur. Παροιμίαν hinc natam existimant: Stesichorus poeta in oppido Catana splendidè sepultus fertur, monumento diligenti quadam ratione ex omnibus octonis cõstructo, octo columnis, octo gradibus, angulis octo. atque hinc prouerbium increbuisse ἀκτὼ πάντα. Meminit huius & Iulius Pollux in nono, cap. 7. agens de ludo taxillorum, quem ait numeris constare, in quibus sit vnus qui Stesichorius appelletur, nimirum octo: idque cognominis sumptum esse ab eius monumento. Sunt qui dicãt eum qui Corinthios in vnam ciuitatem coegit, ciues vniuersos in octo tribus distribuisse, atque hinc ortum vulgi sermonem. Neque desunt qui scribãt, idque Euandro (vt aiunt) authore, octo deos esse qui rerum imperent summę, ignem, aquam, terram, cælum, lunam, solem, mithram, noctem. Mithram autem Persæ eundem cùm sole existimant. Rursum alij dicunt octo fuisse certaminum species in Olympiis, atque inde ductum adagium, Omnia octo. Quòd si nobis quoque conceditur in ænigmate diuinare, non absurdè natum videri potest à fabula quam narrat Plutarchus in commentario De dæmonio Socratis: Deum ac cæteris Græcis oraculo responsum fuisse apud Ægyptios, item demum malorum finem fore, si aræ quæ in Delo erat duplasserent. Qui cùm non intellexissent quid sibi vellet oraculum, ridiculè duplatis singulis aræ lateribus imprudentes solidum octuplum effecerunt, ob non seruatam proportionis, quæ longitudine duplum reddit. Cæterùm hac in re consultus Plato, geometriæ cumprimis peritus, respondit, deum Græcis imperitiam exprobrasse: monere vt geometriæ darent operam. Delectatum apparet hoc prouerbio Heliogabalum imperatorem, cui morem hunc fuisse scribit Ælius Lampridius, vt simul ad cœnam vocaret octo caluos, octo luscos, octo podagrosos, octo surdos, octo nigros, octo prælongos, & octo prælongos & obesos.

Stesichori poetæ sepulcrum.

Octo dij qui rerum omnib. imperent.

Mithras sol.

De ara duplicata Delo, oraculum.

Interpres oraculi Plato.

Heliogabali luxuria.

Omnia idem puluis. 27

Πάντα μία κόνις, id est, Omnia idem puluis. De indifferenta similitudine. Lucian. ἀλλὰ πάντα μία κόνις ἐστίν, id est, Quin nobis omnia idem, quod aiunt, puluis. Alludens ad defunctorum cineres, inter quos nihil appareat discriminis. Confine illi quod alio demonstrabimus loco, Eiusdem farinæ. Siquidem antiqui farinam, pollinem vocabant.

In defunctorum cineribus nihil discriminis.

Currus bouem trahit. 28

Ἡ ἅμαξα τὸν βοῦν ἕλκει, i. Currus bouẽ ducit, de re quæ præposterè geritur: Veluti si vxor præscribat marito, si discipulus reprehendat præceptorem, si populus imperet principi, si ratio pareat affectui. Lucian. in Tryphone, Νῦν ὁ νὸς τὸν πεσσόμενον, ἡ ἅμαξα τὸν βοῦν πολλάκις ἀφῆρεν. id est, Nunc id euenit quod vulgo dici solet, Plaustrum sæpenumero bouem ipsum aufert. Translata metaphora è plaustris per decliue retro labentibus, vnáque secum bouem auferentibus.

Res præposteræ.

Ab equis ad asinos. 29

Ἀφ' ἵππων ἐπ' ὄνους, id est, Ab equis ad asinos. Vbi quis à studiis honestioribus ad parum honesta deflectit: veluti si quis è philosopho cantor, è theologo grammaticus, è mercatore caupo, ex œconomo coquus, è fabro fieret histrio. Quadrabis item, vbi quis è conditione lautiore ad abiectiora deuenerit. Procopius sophista in epist. quapiam, Τὸ λεγόμενον, ἀφ' ἵππων ἐπ' ὄνους μεταβάντας. id est, Iuxta prouerbium, ab equis ad asinos transiuimus.

Ab asinis ad boues transcendere. 30

Huic diuersum est illud Plautinum in Aululatia, Ab asinis ad boues transcendere, pro eo quod est, ex humiliore conditione ad ditiorum partes transire. Sic enim apud Plautum in Aululatia Euclio, cuius pauperculi diues quidam expetebat affinitatem: Venit hoc mihi in mentem Megadore, te esse hominem diuitem, factiosum: me item esse hominem pauperum pauperrimum. Nunc si filium locassem meam tibi in mentem venit te bouem esse, & me esse asinum. Vbi tecum conuenerit sim, vbi onus nequeam portare pariter, inceam ego asinus in luto: tu me bos haud magis respicias, natus quam si nunquam fuem. Et te vtar iniquiore, & meus me ordo irrideat. neutrobi habeam stabile stabulum, si quid dinortij fiat. Animi me mordicus tendant, boues incursent cornibus, Hoc magnum periculum est, me ab asinis ad boues trãsendere. Hactenus Plautus. Videtur allegoria ex apologo quopiam mutuo sumpta, qui mihi in præsentia non succurrit.

Ab asino delapsus. 31

Ἀπ' ὄνου πεσών, id est, Ab asino delapsus. In eos dicitur qui inconsulte quispiam agunt & imperite, aut in eos qui à præsentibus cõmodis, quibus ob insciticm vti nesciunt, excidunt. Est autem in Græcis verbis cæta alluſio ad finitimã orationem mutato accẽtu, ἀπὸ νοῦ, id est, à mente, delapsus. tanquam vecors & mentis impotẽs. Vtitur hoc adagio Plato libro De legibus tertio, Δεῖ σφαττομένοις μὴ, μὰ Δία, τοῖς ἐπὶ τοῦτο ἰοῦσιν ἀπὸ νοῦ πεσεῖν, ἐμὲ μὲν, τὸν ἐπ' ἐμοὶ ἐκλελοιπότα κατηγορεῖν τὸ σῶμα, βίᾳ ὑπὸ τῶν λόγων φερόμενον, καὶ τὸν πλησίον. ἄλλο τι δοκῶ σοι παθεῖν. id est, Mori ante videtur iis qui ad id ipsum vt deprauique reiiciendus, ne tanquam os habens effrene, impetu abreptus (iuxta prouerbium) ab asino tanquam à mente excidat. Vtitur item Plutarchus in Gryllo. Rursum Aristophanes in Nubibus,

Κακῶν γ' ὄντως ὦ χαῖρε δεινῶν.
Ἦ τινας ἵππους ἔλαυνον τὸν νοῦν ἔχειν;
Τί δῆτα μανθάνω, ὅσον οὐκ ἀπ' ὄνου πεσών;
Malè, vt videtur, accidit tibi quispiam.
Ita per deos, equos agens, mœror excidi.
Quid hæc ita, vt delapsus asino, blatteras?

Primus versus dicitur à Strepsiade danistam irridente, quòd pecuniam filio suo mutuò datam repetat. Alter est danistæ inuicem tacita illusione notatus, qui studio alendorum equorum pecuniam eam assumpserat. Tertius rursus Strepsiadis, dicentis illum deliraro, perinde quasi non ab equis, sed ab asino decidisset. hoc est, ἀπὸ νοῦ, id est, à mente. Quandoquidem & Latinus mente delapsi dicuntur, qui mente excidere. Suetonius in Augusto, Rectorẽ quoque iqitus apponere ætatę paruis, aut mente lapsis. Quidam huic quoque prouerbio huiusmodi affingunt fabulam. Duo quidã, cũ in desertis locis asinum quempiam forte fortuna nacti essent, cõtendere inter sese cœperunt, vter eum, vti suum, domum abduceret. nam vtrique pariter à fortuna videbãtur obiectus. Hac interim de re illis inuicem altercantibus asinus sese subduxit; ac neutri eo potitus est. atque hinc prouerbium natum autumant. Mihi magis placet, in adagio captatam fuisse allusionem de qua diximus, maximè quod animaduertam grammaticis id studio fuisse, vt omnibus adagiis fabulam aliquam, aut historiam, vel commentitiam, adiungerent. Vt autem Suetonius dixit mente lapsos, ita Vlpianus, titulo de magistratibus conueniendis, facultatibus lapsos dixit, qui redacti essent ad inopiam.

Mente delapsus aut lapsus.

Facultatibus lapsi.

Telluris onus. 31

Γῆς βάρος, id est, Terræ onus, De homine vehementer inutili, qui nihil aliud quàm terram suo pondere grauet. Refertur inter adagia Græcanica natum ex Homero, apud quem Achilles Iliados σ hoc pacto loquitur, indignè ferens otium, & quod nõ ineat prælium cum reliquis copijs:

Ἀλλ' ἦμαι παρὰ νηυσὶν ἐπικρατὲς ἄχθος ἀρούρης. id est.
Nauibus assiduo, telluris inutile pondus.

Rursum in Odyssea υ.

Οἷον μὲν τὸν ἔγωγε νόον ἔχε θυμαρὲς ἄλλῳ,
Ἔμπης οὐ μὲν ἔγωγε, νέος τε πολὺς τε πέλωρον
Ἔμμεναι, ἀλλ' αὖτως ἄχθος ἀρούρης ἄνδρα.
Quem tandem nobis errorem addiderit edendi,
Eno! tamque graue, vanique & pœna egenum
Artibus edoctum nullis, neque cuiquam vtile
Polientem, ac tantum telluris inutile pondus?

Vtitur eo Plato in Theæteto, οὕτω γὰρ ἀκίνδυνον ἔτι ἐλλογεῖσθαι, γῆς βάρος ἄχθη. id est. Existimant enim se non haberi pro nugis & inutilibus terræ oneribus. Nec id quidem, nec prorsus nisi falsum, ἀπεικὸς ἴσως ἐστὶν, quod memorat Athenæus libro octauo. Strato, picus quidam citharœdus Corinthi peregrinabatur, hunc cum attentè quædam fixis oculis intueretur, idque diu, tandé, Quid,

Stratonicus citharœdus.

inquit, tibi per deos vis mater, aut quid me sic continenter intueris? Demiror, inquit ille, matris vterus te decem menses ferre potuit, quum ciuitas angatur vnũ duntaxat diem te portans. In tales quadraret epitaphium quod Timocreontis Rhodij, poetæ, cæterùm voracis ac bibacis, sepulchro inscriptum indicat Athenæus lib 10.

Epitaphium Timocreontis Rhody.

Πολλὰ μὲν ἐγ πολλὰ φαγὼν, ἐγ πολλὰ δὲ πίνων
Κεῖμαι Τιμοκρέων, κεῖνα Τιμοκρέων ὁ βοιδ@.

id est,

Multum edi, multumque bibi: mala plurima dixi in
Mortales, sicco hic Timocreon Rhodius.

Arabius tibicen. 32

Ἀραὶ@ αὐλητὴς, id est, Arabius tibicen. aut ἀράβι@ ἄγγελ@, id est, Arabius nuncius. In eos dici solitum qui à semel cœptis nunquam desistunt. Quod vitij Flaccus cantoribus peculiare esse scripsit, vt iussi cantare, nunquam adducantur vt incipiant: si inuiti cœperint, nunquam desinant. Citatur ex Menandro, ἀραβίαν ἄρα ἐγὼ παίσομαι αὐτὸς, Arabiam ego hercle tibiam excitaui. Meminit adagij Iul. Pollux, cap. de loquacibus, ad hunc modum, ἀράβι@ αὐλὸς, id est, Arabia tibia. Citatur & Cantharus in Medea, αὐτομάτην ἐκκινήσων ἀράβιον, id est, Citharœdum excitaui Arabium. Celebratur Græcis & hic versiculus de tibicine Arabio,

Cantet ille proprium.

Arabia tibia.

Δραχμῆς μὲ αὐλεῖ, τὴν ἀρχὴν ἡ πεύτη, id est,

Dragma canit sed quatuor compescitur.

Dragma canit, quatuor desinit.

Quòd paululo pretio prouocaretur ad canendum, non nihil magna mercede desisteret. Adagium hinc natum existimant, quòd olim tibijs canendi artem non discebant ingenui, tanquam sordidam, sed hanc sola mancipia exercebant: quæ plerunque ex Arabia producebantur. Deinde ingenuis vsqueadeo placere cœpit, vt indoctus haberetur quisquis huius esset rudis: donec Alcibiades tibias abiceret, oris deformitate conspecta ad speculum. Conueniet & in eos qui laborant morbo quem Græci vocant ἀσφαλογλωσσίαν, id est, qui dicendi finem facere nescunt. In quos extat illud Sophoclis,

Ἀνὴρ γὰρ ὅστις πολλὰ λέγειν ἀεὶ,
Λέληθεν αὑτὸν πᾶν ξυνιεὶς ὠν ἅμαρ.

id est,

Quicunque gaudet continuatim proloqui,
Is se gratum esse quotquot adsunt non videt.

Artem quæuis alit terra. 33

Τὸ τέχνην πᾶσα γαῖα τρέφει, id est, Artem quæuis alit regio. Prouerbialis sententia, qua significatum est certissimum viaticum esse eruditionem aut artificium aliquod. Nam hæc neque eripi possunt à latronibus, & quocunque terrarum abeas te comitantur, nihil adferentia sarcinæ. Suetonius scribit, aliquando Neroni prædictum à mathematicis, fore vt imperio deturbaretur: vnde vocem illam Neronis celeberrimam extitisse, τὸ τέχνην πᾶσα γαῖα τρέφει, quo maiore venia meditaretur citharœdicam artem principi gratam, priuato necessariam. Itaque quum intelligeret sibi pereundum, illud identidem dictitabat, Qualis artifex pereo! volut indignum esset, qui tantus esset musicus vt vbiuis gentium viuere posset, nunc fame ad mortem adigi. Nec enim assentior hoc loco interpretum sententiæ, qui locum apud Suetonium hunc secus enarrant. Idem nullo conuicio magis offensus est, quàm quòd quidam illum malum citharœdum appellasset. Idem euenit Dionysio Syracusano tyranno, qui imperio exutus, Corinthi ludum aperuit, ac pueros literas & musicam docuit. Apparet autem senarium esse quem citat Suetonius, sed paucarum syllabarum commutatione depranatum, fortassis sic restituetur,

Eruditio, viaticum certissimum.

Τὸ τέχνην γε πᾶσα γαῖα θρέφει.

Fertur inter Græcorum sententias huiusmodi senarius, ab hoc prouerbio non admodum dissidens.

Ἄμαυρὸν ἐστὶ χεῖμα θνητοῖσι τέχνη, id est,

Ars ipsa inopiæ portus est mortalibus.

Ars vnicum in egestate perfugium.

Hoc est, Vnicum confugium in egestate est ars. Vnde qui sapiunt, etiamsi suppetat abundè res familiaris, tamen liberos suos opificium aliquod discere cogunt: quòd, si contingat vt fortuna auferat opes, aut in exilium ire iubeantur, sit quo sibi victum parent. At nunc plerique quibus domi nihil est, in diuitum familijs consenescunt: vnde si pellantur, aut mendicãdum sit, aut tollendum quod non posuerunt, contra Platonis legem. Qui scripsit Cornu copiæ Latinum, citat simillimum hunc prouerbium, opinor vulgo iactatum, Suis cuique ars pro viatico est. Honestissimum sanè viaticum, modo ars sit honesta.

Non eras in hoc albo.

Non eras in hoc albo, hoc est, Non eras in hoc numero. Translatum ab albata tabula, in qua quondam scribebantur nomina iudicum. Plinius in præfatione historiarum mundi, Quum hanc operam condicerem, non eras in hoc albo. id est, non eras in eorum numero quos hæc lecturos credebam. Erat & album prætoris, in quo leges & formulæ describebantur. Pandectarum lib. 1. tit. De edendo, ex Vlpiano eum quoque edere Labeo ait, qui producat aduersarium suum ad album, & demonstret quid dictaturus sit. Atque hoc sanè loco, aduersarium non declarat eum quicum lis est, sed tabulas ex tempore notatas memoriæ gratia. In quem sensum M. Tullius vsus est in oratione pro Roscio, idque non semel. Andreas Alciatus existimat legendum, Aduersaria, non aduersarium lib. Disputationum 3. Itò secundo eiusdem operis libro tit. 1. multa fit mentio de albo Quintilianus lib. Institutionum 11. Quorum alij se ad album & rubricas transtulerunt. Videlicet leguleios & formularios irridens, qui non ex libris iurisprudentium, sed ex albo prætoris iuris scientiam discerent. T. Liuius Decadis primæ lib. 9. Ciuile ius repositum in penetralibus pontificum euulgauit, fastósque circa forum in albo proposuit, vt quando lege agi posset sciretur. Apuleius Metamorphoseos libro sexto meminit albi, siquidem Iouem adlocuturum deos, ita facit exordiri. Dei conscripti Musarum albo. Quibus in verbis mihi subesse videtur obscura quidem sed faceta allusio scriptoris, ad deos à poetis confictos: quasi ii demum in deorum numero sint, quos illic Musæ, quibus affluat scribunt poetæ, constituerint.

Album prætorium.

Oleo tranquillior.

Oleo tranquillior, hyperbole prouerbialis in homines minimè iracundos, lenique ingenio præditos: à liquoris natura sumpta, quo nihil magis tacitum magisque lene. Plautus in Pœnulo, Ita hanc canem faciam tibi oleo tranquilliorem. Est autem vsqueadeo tranquilla olei natura, vt mare quoque rem omnium sæuissimam tranquillet: atque ob id vrinantes aiunt oleũ ore spargere, quòd mitiget elementi naturam asperam, lucemque deportet. Author est Plinius. li. 1. Idem confirmat Plutarchus, & cur ita fiat rationem reddit in libello De causis naturalibus. Rursus in Conuiualium quæstiuncularum Decade sexta, causam adferens cur Homerus inter tot liquores oleum duntaxat appellauit ὑγρὸν (id est humidum siue liquidum) ostendit oleo nihil inesse asperum, sed vndique lene esse, & ob maximè reddere imagines more speculorum. Præterea nec morum aut percussum strepit, quemadmodum humores reliqui: nec luctatur cum igne, sed tacitè pascit. Denique non est alius liquor qui tam latè diffundatur quum inungitur corpori aut ferinis ficcescat, aut æquè molliat ac leniat. Vtitur hoc adagio & Plato in Theæteto, de scientia, placida ingenia, quæ leniter ac tranquilla ad disciplinas & disputationes accedunt, oleo molliter fluenti comparans. ἐγὼ οὖν λέγω τὴν μὲν αὐτοματίαν ἐν ἀλυπίαις ἀρχομένην ὅπῃ τοὺς μαθεῖν ἐν ἡσυχίᾳ μετὰ πολλῆς τῆς ῥᾳστώνης, οἷον ὕδωρ ῥεῦμα ἀφεῖναι μέσον ἐκ στομάτων τὸν πολιτῶν ὅπῃ οὗτοι ἕξουσι διαπορεύεσθαι, id est, At hic adeo leniter ac circunspectè simúlque expeditè ingreditur ad disciplinas quæstiunculque multa cum mansuetudine olei in morem citra strepitum fluentis, vt admireris, tantus cùm sit, hunc ad eum modum agere.

Olei natura.

Homines ingenio leni.

Auricula infima mollior. 36

Huic simillimum quod M. Tullius vsurpat in epistolis ad Q. fratrem libro 2. Tu, inquiens) quemadmodum me censes oportere esse in Repub. & in nostris inimicitiis, ita & esse & fore auricula infima scito molliorem. Ammianus libro 19. In aliis mirum seuerus, in hoc titulo, ima (quod aiunt) auricula mollior. Translata metaphora ab ea auriculæ parte, quæ non est aliud in humano corpore mollius aut flexibilius lentiúsque: vt quæ nec osse rigeat, neque cartilagine duresçat, neque neruis intendatur.

Apio mollior, aut mitior. 37

Ἀπίου μαλάττερος, id est, Apio mitior. Simili figura dictum est à Theocrito,

Καὶ νῦν μὰν αἰνῶ μαλάττερος. id est,

Et iam certe apio mansuetior.

Est autem apius Græcis raphanus aut pyri genus.

Spongia

Spongia mollior. 38

Eiusdē generis est τῆς σπογγιᾶς μαλακωτέρης, i. Spongia mollior. Sic enim assentator quispiā loquitur apud comicum quempiam, citente Plutarcho in commentario De discrimine adulatoris & amici,

Ἐμοὶ Νικόμαχος οὐδὲ ἑξακοσίοις πέζαις,
Ἂν μὴ ποιῇ πόνον μείζονα βλέπειν ἐλᾷ.
Ἂν μὴ τοιοῦτον σπογγιᾶς μαλακωτέρης
Τὸ φορτίον. id est,
Nicomachē me ne sexcentis quidem passibus opponas velim,
Nisi pepona laris, quantus est, efficere;
Nisi spongia illis molliorem qualibet
Reddidere vultum.

Pepone mollior. Ad eundem modum dicebant, Pepone mollior. Theopompus apud Athen. lib. 2. μᾶζαι μάλιστα πάντων ἡμῖν πέπονες μοι γίγνοιτο. id est, Molliora mihi pepone & cucumere facta sunt. Ad hanc formam pertinet quod idem citat ex Epicharmo, Πράσσειν ἥδιον μαλάχης. id est, Mitior equidem malua. quòd ea herba vim habeat lenitendi. Idem, Cinædo mollior. Plautus in Aululari, Ita fustibus sum mollior quam vllus cinædus. Nam prisci saltatores & pantomimos, cinædos vocabant, quòd cum gesticulatione canerent. Similiter Catullus,

Mitior malua.
Cinædo mollior.
Cinæde Thalli mollior cuniculi capillis.

Fœlicibus sunt & trimestres liberi. 39

Trimestres filij.
Τοῖς δυνατοῖς ἡ τελείωσις παιδία. id est,
Fœlicibus sunt & trimestres liberi.

Senarius proueibialis in principum ac diuitum fœlicitatem; quibus per adulationem omnia laudi vertuntur, quique sibi nihil non licere putant: adeo vt quod in homine plebeio perinde vt nummum scelus damnatur, in illis virtutis titulo celebretur. Vnde nata sit paroemia, Suetonius Tranquillus declarat, Claudij Cæsaris vitam his verbis exordiens, Patrem Claudij Cæsaris Drusum, olim Decimum, mox Neronem prænomine, Liuia quum Augusto grauida nupsisset, tertia mensem tertium peperit: fuitque suspicio ex vitrico per adulterij consuetudinem procreatum. Statim certe vulgatus est versus,

Τοῖς δυνατοῖς ἡ τελείωσις παιδία. id est,
Potentibus sunt mensium & partus trium.

Nam mēse septimo, decimo & vndecimo, legitimi sunt partus: quarto & octauo, neque vitales ferè, & perquam rari. mense tertio, nulli partus editi legantur. Author Plinius lib. 7. cap. 5.

Aurem vellere. 40

Aurem vellere veteres dicebant admonere, à prisco ritu sumpta figura, quo in ius ducturi quempiam, aurem vellicabant, attestantes eum quem quasi testem meminisse volebant. Vide Horatianum illud in Sermonibus, 1. Serm. 9.

-dicet an testari. ego verò
Oppono auriculam.

Frons sacra Genio. Siquidem vt frons antiquitus erat sacra Genio (veluti scribit in Maronis Silenum Seruius) vt digiti Mineruæ, genua Misericordiæ: ita auris Memoriæ deæ, quā Græci μνημοσύνην vocant Vergil. in Sileno,

Quum canerem reges & prælia, Cynthius aurem
Vellit, & admonuit, Pastorem, Tityre, pingues
Pascere oportet oues, deductum dicere carmen.

Quod imitatus Calphurnius in Bucolicis,

-vellit nam sæpius aurem
Inuida paupertas, & dixit, vilia cura.

Nonnihil decoris adiunxit prouerbio Calphurnius, quòd ad rem trāstulit. quanquam potest paupertas hoc loco pro dea accipi †. Ammianus Marcellinus libro 22. Quem ab ima sorte aduſque iubendum Imperatori penè elatum, ideoque intolerabilem, humanorum spectatrix Adrastia, aurem, quod dicitur, vellens, monēnique vt castigatius viueret, reluctantem præcipitem tanquam è rupe quadam egit excelsa. Seneca libro De Beneficiis quarto, Nec tanquam munus dabo, sed verba mea redimam, & aurem mihi pervellam, damno castigabo promittentis temeritatem. Rursus lib. 2. Loquar mecum & mihi aurem pervellam. hoc est, ero mihi ipsi monitor, ne similiter peccem. Vtitur in hunc modum & alius aliquot locis, vt in epistola quadam, Sit ergo aliquis custos, & aures subinde pervellat, abigátque rumores, & reclamet populis laudantibus.

Alter Hercules. 41

Prouerbialis hyperbole, οὗτος ἄλλος Ἡρακλῆς, id est, Hic alter Hercules. Ælian. var. histor. 12. cap. 22. De viro præstrenuo ac laborum tolerantissimo. Extat hoc titulo fabula quæpiam ex Menippeis Terentij Varronis, mirum ni prouerbialis. Aristoteles libro Moralium Eudemiorum 7. ὁ γὰρ φίλος ἕτερος αὐτὸς ὥσπερ ἡ παροιμία φησὶν, οὗτος Ἡρακλῆς καὶ ὁ τοῦ. id est, Nam amicus cupit esse, sicuti prouerbio dicitur, alter Hercules, alter hic. Plutarchus scribit id cognominis vulgo Theseo attributū, quòd multa fortiter patraret exemplo Herculis. Laertius in vitis philosophorum ostendit & Cleāthem philosophum, alterum Herculē vulgò dictum fuisse: quòd esset omnium laborum patientissimus: adeo vt noctu hauriendo e puteo aquam vectum diurnum pararet (vide & φρεατύας dictus pro Cleanthe) & nihilo tamen segnius egregiam operam interdiu nauaret philosophiæ. Clearchus apud Zenodotum aliam fabulam adfert vnde hoc sit natum adagium. ait enim Briareum (qui & ipse Hercules dictus est) profectum Delphos, sublatis inde thesauris aliquot ac monumētis ex iis quæ eo in loco seruabantur, inxtè veterem quandam consuetudinem, ad columnas, quas Herculis cognominant, sese contulisse, atque itidem illis quæ illic erant, fuisse potitum. Deinde Tyrium Herculem venisse Delphos vt oraculum consuleret, deúmque respondisse, οὗτος καὶ οὗτος Ἡρακλῆς, id est, Hic alter Hercules: atque oraculū in adagionem abiisse. Nec desunt qui huius dicti originem referant ad Titormum quendam bussequam, qui multis exemplis Milonem superarit. Is se profitens superatum, sublatis in cælum manibus dixit, Ὦ Ζεῦ πάτερ, Ἡρακλέα ἢ τοῦτον ἔσπασας; O Iupiter, num hunc nobis Herculem alterum genuisti? Huc pertinet illud Theocriti in Pastoribus,

Θαρσεῖν Ἡρακλεῖ χρὴ καὶ τέκει θηλύδρι.
Virtute Alcide hunc certare & robore dicunt.

Subiicitque pastor,

Κἠμὲ τρισκαιδεκάμηνον Πολυδεύκης ἔτι μητρὸς ἐόντα. id est,
Me quoque Pollucem mater præcurere dixit.

Erat enim hic excellens in pugilum certamine. Et Græculus adulator apud Iuuenalem, diuitem imbecillum Herculi æquat, Antæum procul à tellure tenēti. Macrobius libro Saturnalium tertio scribit in hunc modum, Salios autem Herculi propter vbertatem doctrinæ altioris assignat: quia is deus & apud Pontifices idem qui & Mars habetur. Et sanè ita Menippea Varronis affirmat, quæ inscribitur Θεῶν ἔστι Ἡρακλῆς, quia cùm de Hercule multa loqueretur, eundem esse cum Marte probauit. Apud Latinos quoque Ruticello cuidā prodigiosis viribus Herculis nomen attributum. Is mulum suū tollebat: vt scribit M. Varro, citante Plinio lib. 7. At Hippocrati medico, quòd pestilentiam ab Illyrijs venientem prædixisset, dimissis ad auxiliandum circa vrbes discipulis, Gracia ob meritum eosdem decreuit honores quos Herculi. nam & is ἀλεξίκακος habitus est. Author idem Plinius eodem lib. Quin nomen hoc Herculis videtur vulgari sermone ad omnes viros egregiè fortes transferri solere, non alter quàm Catonis ad graues & sapientes. Nam Varro quadraginta tres Hercules enumerat, additque hoc nomine honoratos fuisse omnes qui fortiter quippiam egissent. Tellatur & Macrobius in Saturnalibus, hoc nominis compluribus fuisse commune & ante Amphitryonis primignum. Sic & Achilles appellabantur insignes fortitudine duces: quorum de numero fuit Lucius Sicinius Dentatus, ob ingentem fortitudinem Romanus Achilles appellatus, quòd centum & viginti prælijs cum hoste pugnasset, nec vllam haberet cicatricem auersam. Author A. Gellius libro 2. cap. 11. Denique rationem aut argumentum Achilleum vocant quod sit insuperabile & insolubile.

Salij Herculi assignati.

Hercules ἀλεξίκακος.

Quadraginta tres Hercules.

Achilles.

Achilleum argumentum.

Bipedum nequissimus. 42

Bipedum nequissimus, de homine vehementer improbato, quique vel pecudes nequitia superet. Dictum est in Regulum quendam oratorem, quem Plinius lib. 2. epist. 5. subinde suis pingit coloribus: vbi & adagij hoc refertur. sed ante hunc Cicero torserat in Clodium in oratione pro domo sua, Hoc tu proscriptore, hoc consiliario, hoc ministro, omnium non bipedum solùm, sed etiam quadrupedum impurissimo, Rempub. perdidisti. Consimili figura Alexander Imperator apud Ælium Lampridium, Nuper certè patres meministis, cùm ille omnium non solùm bipedum, sed etiam quadrupedum spurcissimus Antonini nomen præferret, Heliogabalum significans, imperatorum vnum omnium effœmigatissimum, & quem optimo iure Romanum Sardana-

Regulus orator impudentissimus.

Heliogabalus.

palum possis dicere. Addit autem in hoc sermone nominis generalitas gratam quandam & novam ἔμφασιν, quemadmodum & nullum animal pro nullo homine vulgo dicimus. † Sallust. Iugurtha, homo omniū quos terra sustinet sceleratissimus. Apulcius 4. de asino, Sed dudum scilicet omnium, bipedum nequissimus. Chrysteros vigilans, &c.

Adamantinus. 43

Ἀδαμάντιος, id est, Adamantinus, pro eo quod est inexorabilis aut infatigabilis. Huic prouerbio incredibilis huius lapidis duritiei locum fecisse dicit Plin. lib. 37. scribit ad hunc modum, incudibus adamantes deprehenduntur ita respuentes ictum, vt ferrum vtrinque dissultet, incudesque etiam ipsæ dissiliant. Quippe duritia inenarrabilis est, simulque ignium victrix natura, & nunquam incalescens. Vnde & nomen indomita vis, Græca interpretatione accepit. Hactenus Plinius. Vnde quicquid inuictum atque inexpugnabile, id adamantinum vocamus. Hesiodus,

Ἀλλ' ἀδαμαντος ἔχει κραδίη φρεσὶ σῇσιν. id est,
Duros at hic animo solido ex adamante gerebat.

Theocritus in Amaryllide,

Καί μ' ἴσως οὐκ ἐθέλησε· τί γὰρ ἐμοὶ ἐστὶν ἀδαμαντίνα σπλάγχνα; id est,
Me quoque respiciet, neque enim est adamantina forsan.

Vulcanus adamantinis vinculis irretitus. Eodem pertinet quòd Homerus Vulcanum fingit adamantinis vinculis irretientem Venerem & Martem: quòd Mars portas & columnas inferorum ex adamante fabricatus est. Socrates in Gorgia Platonis rationes adamantinas vocat, id est inexpugnabiles. Rursus lib. de Repub. 10. ἀδαμαντίνους λόγους dixit pro firmiter tenere, ἀδαμαντίνους δὴ δεῖ τοὺς τοιούτους δόξης ἔχεσθαι, εἰς ἅιδου ἰόντα. id est, Oportet nimirum adamantinè sententiam hanc obtinentem ad inferos proficisci. Plutarchus in vita Dionis, ὅτι ἡ πάνυ φαύλη καὶ πεπαλαιωμένη κατ' ὀλίγον ὑπὸ μικρῶν ἐλέγχων ἀπορίας καὶ ἀδαμαντίνους ἀναγκαίους ἀλγηδόνας ἀκίνητος, εἰς ὃ τὸν ἀδαμάντινον Διονύσιον ἔφη δεσμὸν ἀπολωλεκέναι τὴν μοναρχίαν, ἐκπεσεῖν καὶ διαφθαρῆναι. id est, Ex hoc autem progressa ac paulatim serpens circa adolescentem remissio, adamantina illa vincula, quibus semel Dionysius dixerat se relicturum astrictam monarchiam, solvit ac perdidit. Horatius in Odis, 1. Carm. 6.

Quem Martem tunica tectum adamantina.

Item alibi,

-si figit adamantinos,
Summis verticibus dura necessitas Clavos.

Itidem Augustinus aduersus Manichęum, Sed quum ostendere cœpero certas necessariasque rationes, quę illas propositiones adamantinis (vt dicitur) catenis innexæ consequuntur. Denique scriptoribus aliquot, propter infatigatam studij tolerantiam, adamantini cognomen inditum, vt Didymo grammatico, & Origeni theologo. In consimilem sensum vsurpat Pindarus in Isthmiis encomio quinto, laudans Lamponem quendam inter fortes fortissimum, qualis est Naxia cos inter reliquas:

Naxia cos.

Φαίης κέν τιν' ἀνὴρ ἐν ἀλλοτρίαισιν ἔμμεν
Νάξιον πύξαισι θ' ἁβρὸν
Χαμαιδάμαντ' ἀέθλοις. id est,
Diceres sanè eum virum inter athletas esse Naxium in cæteris saxu ferrique domitricem cotem. Plinius libro trigesimo sexto, capite septimo, meminit Naxij marmoris, quod diu fuit in pretio: & hinc cotes dictas Naxias, quæ in insula Cypro nascerétur. Est autem Naxus, vna Cycladum haud procul à Paro, cuius marmora celebrantur ob candorem. Pindari interpres ponit Naxum hanc in Creta, quid sequutus, incertum. Plinius ponit Naxum oppidum in Sicilia. Stephanus indicat hoc nomen (vt pleraque sunt) compluribus locis esse commune. Addit Creticam cotem appellatam Naxiam, quæ eadem dicta sit ναξιαί. Subindicat autè hoc prouerbium magis pertinere ad diiudicandum & prodendum quod tallebat, quàm ad robur: quemadmodum ante de Lydio lapide diximus. Vnde considerandum an in Plinio pro Cypro legendum sit Creta, aut Naxo.

Naxus.

Plinij locus.

Ferreus, Aheneus. 44

Simili figura, ferrea atque ahenea dicuntur, quæ solida firmáque significamus. Vergil. Georg. 2.

Non mihi si centum linguæ sint, oraque centum,
Ferrea vox.

Ferrea vox.

Quo quidem in loco videtur expressisse illud Homericum ex secundo Iliados libro,

Οὐδέ μοι αὖτις ἔπειτα δύω μὲν γλῶσσα, δύω δὲ φρένες ἔμπης,
φωνὴ δ' ἄρρηκτος, χαλκοῦν δέ μοι ἦτορ ἐνίσκει. id est,
Non mihi si sint ora decem, totidem quoque linguæ,
Vox infracta tamen ipsique mihi simul æreus adsit.

Horatius in prima epistola, lib. 1.

-hic murus aheneus esto. *Murus aheneus.*

De decreto animi non conuellendo.

Homerus Iliados χ.

Ἦ γὰρ σοί γε σιδήρεος ἔνδοθι θυμός. id est,
Ferreus nimirum tibi mens in pectore clausa est.

Idem Odysseæ υ.

-οὐδέ μοι αὐτῷ
Θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι σιδήρεος· ἀλλ' ἐλεαίρω. id est,
-neque enim mihi saltem ipsi,
Ferreus est animus sub pectore, sed miserescens.

Et Iliados ϕ. σιδήρεον μένος ἠμὲν πυρός. id est, Ferream incendii vim dixit,

Ἦ δ' ἐς πυρὸς μένος ἦλθε πολυκμήτοιο σιδήρου. id est,
Ferrea verò ignis venit in præclara virtus.

Ferreus. *Molles.*

Paulò diuersius est quòd Cicero Attilium, ferreum scriptorem vocat, pro duro atque imperito. Nam in artibus dura dicuntur, quæ parum sunt artificiosa: contrà mollia, quæ summa arte perfecta. Verba M. Tullij lib. De finibus 1. sunt hæc, Electram tamen malè conuersam Attilij mihi legendam putem. De quo Licinus ferreum scriptorem, verùm opinor, scriptorem, vt tamen legendus sit. Eundem in libris De diuinatione, durissimum & malum poetam vocat.

Cornea fibra. 45

Neque dissimili figura dixit Persius, Satyra 1.

-neque enim mihi cornea fibra est.

Cornus arbor.

Nam cornus & durissima sunt, & sensu carent, quemadmodum & vngues. Quanquam potest & à corno arbore corneum dici, cuius lignum durissimum esse constat. Persij carmen in prima satyra sic habet,

Non ego quum scribo, si sit tibi quid aptius exit:
Quando hæc rara auis: si quid tamen aptius exit:
Laudari metuam. neque enim mihi cornea fibra est.

Humanis affectibus tarentes.

Vnde qui carent humanis affectibus, robur, adamãtem, silicem, ferrum, cornu in pectore gestare dicuntur.

Aiacis risus. 46

Αἰάντειος γέλως, id est, Aiacinus risus. In eos qui temerè ac vecorditer rident: id quod appositè dicetur in homines mortiferis voluptatibus gaudentes, breui perituros: aut qui malefactis gaudent, mox pœnas daturi. Cuiusmodi risum eleganter describit Homerus in Odyss. υ,

-μετὰ δὲ πρῶτα γέλασσε Ἀθήνη.
Ἀσβεσε γὰρ μέγα πᾶσι, περισκέλλεν δ' ἀνέμοιο.
Οἱ δ' ἄρα γαθμοῖσιν γελοίιον ἐμπεδέοντο.
Αἰμοφόρυκτε δ' ἄρ' ἦσι φίλον κῆρ, ὅττε δ' ἤμαρ ὀρώρει
Δαιτυμόνων πιμπλαντο, γόου δ' αὖτις ἐμάσσε. id est,
Dimæ protus risum commouit diua Minerua
Haud compescendum, mentemque exinpleuit illi
Protinus attonitis malus risere alienus.
Mandunt interea tabentes sanguine carnes:
Lumina complantur lachrymis, mens anxia mœret.

Adagium natum est ex historia Aiacis. Is adeo graviter tulisse legitur Vlyssem sibi præiatum in capessenda successione armorum Achillis, vt præ dolore in insaniam versus sit: itaque gladio districto in gregem pecorum insilit, existimans sese Græcorum copias cædere. tum duos quoldã maximos fures à trabe suspensos flagris cecîdit, arbitrans hos esse Agamemnonẽ atque Vlyssem: quorsi alteri vt iudici, alteri vt victori potissimum erat iratus. His igitur suibus plurimo cum risu insultauit, addens conuitia quæcunque suggerebat splendida bilis. Deinde posteaquam resipuisset, partim pudore, partim metu sibi mortem cõscisit. Nec intèpestiuiter torquebitur in eos quibus risus oboritur nulla de causa: quem vulgo dicunt aut insaniæ aut stultitiæ argumentum esse. Attestatur & senarius ille prouerbialis,

Γνῶθι δ' ὁ ῥηϊδὼς κἀπί τι μὴ γελοῖον ᾖ. id est,
Rides fatuum, vt nulla risus causa sit.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. *sues.* Ἀγασσε, id est, atiectes interpretatur sues, per incogitantiam, vt opinor: sicut alibi κατάγειν hircum. Accepit autem hæc ex Zenobio, apud quem legitur, δύο δὲ μαγείρους κεκυί. &c. Zenobius autẽ ex Sophocle: occisos tamen dicente, δύο δ' ἀρχιτέκτονας κεκυί. Cæterùm Zenobius Agamemnonẽ & Menelaum facit illos arietes, Aiacis quidem opinione: at Sophoclis scholiastes

ait.

ait. Fortasse vnum quidem existimabat esse Vlyssen, alterum autem Nestorem aut Menelaum Erasmus, vt vides neutrum sequutus est.

Canis vindictam. 47

Historia de Euripidis misero exitu.

Κυνὸς δίκην, id est, Canis vindictam. Macedonicum adagium, in eos qui præter expectationem pœnas dant iis quos aliquando læserunt. Natum ab Euripidis tragici poetæ interitu. In Macedonia vicus quispiam est qui Thracum dicitur, propterea quòd olim a Thracibus sit inhabitatus. hic quum canis quidam Archelai regis abertasset, Thraces de more suo mactatum sacrificarunt, ac deuorarunt. Quod vbi compertum esset Archelao, talentum eis mulctam dicit, verùm quum illi soluendo non essent, Euripidem subornarunt qui regem exoraret vt ibi mulctam remitteret, ita vt fecit. Postea vero quum Euripides in sylua quadam solus esset, & Archelaus à venatu reuerteretur, canes Euripidem cinctum descripserunt deuorarúntque. Existimatum est autem eos canes ex eo prognatos fuisse cane quem Thraces sacrificarant. Hinc adagium apud Macedonas increbuit, Canis vindictam, subaudiendum passus est, aut aliud commotus. Valerius Maximus lib. 9. capite De morte non vulgari, refert, Euripidem, quum ab Archelao rege Macedonum coërcitus adhibitus fuisset, domum à conuiuio repetentem, à canibus fuisse dilaceratum. eos canes ab æmulo quopiam immissos fuisse, confirmat A. Gellius Noctium Atticarum lib. 15. capite 20. Suidas addit, hos æmulos fuisse Arrideum Macedónem, & Crateuam Thessalum poetam, quos Euripidis gloria vrebat. hi finxerunt eum à regis canibus dilaceratum fuisse. Sunt qui narrent, eum non à canibus sed à mulieribus fuisse dilaniatum, quum intempesta nocte Craterum adolescentem peteret Archelai amasium. Testatur enim & Gellius Euripidem μισογυνῆ, id est, mulierum osorem, fuisse. Sed quod ad superiorem attinet opinionem, fabulam non vsqueq; adeo dissimilem narrat Plutarchus in Dialogo de comparatione terrestrium animantium & marinorum, Pyrrhus, inquit rex iter faciens, canem reperit corpus hominis interfecti seruantem: quúmque cognouisset eum tertium iam diem impastum manere, nec à cadauere diuelli, iussit extinctum sepeliri: canem secum adducendum curauit. Paucis pòst diebus militum delectus est actus, omnésque regem sedentem præteribat. Aderat & canis, quietus interim: donec domini interfectores præterirent conspicatus est. in hos protinus irruit, cum clamore irruit, ac saepius allatrauit: subinde respectans Pyrrhum, adeo vt non solùm ipsi Pyrrho, sed & omnibus qui aderant, suspicio nasceretur. Proi de quum & aliæ nonnullæ coniecturæ, ita vt fit, accederent aliunde, duo comprehensi sunt, & facinus confessi, supplicio sunt affecti. Addit & Hesiodi interfectores ab ipsius cane proditos, supplicium dedisse. Subnectit his quod sua memoria dicit accidisse: Quidã irrupit in Æsculapij templum, sublatis aureis & argenteis aliquot monumentis: clam & ignotus (vt putabat) aufugit. At canis templi custos, cui nomen Capparus (nam indignus qui peteret ἀνώνυμος) quum videret neminem ęditiorum sua voce commoueri, fugientem sacrilegum est insequutus: ac primum quidem saxis petitus, haud tamen discedebat. exorto die non accedebat propius, sed procul oculis obseruans sectabatur, nec cibum obiectum capiebat. Rursum, iuxta dormientem cubabat & ipse, & abeuntem ad consimilem modum insequebatur. quòd si qui viatores fuissent obuij, iis cauda abblandiebatur, in illum vnum latrabat ac fœuiebat. Hæc quum ab aliis alij didicissent, simúlque & canis & hominis figuram cognouissent, sacrilegum apprehenderunt, & ad supplicium duxerunt, cane præcedente, hilari iam ac gestiente quòd maleficum esset venatus. Vnde ei cani de publico pastus decretus est, eiúsque rei cura sacerdotibus mandata. Verùm vt ad prouerbium redeamus, apparet aptè dici posse & in hunc sensum, quoties author illati mali dissimulatur. veluti quum veneno tollitur inimicus, & spargitur in vulgum rumor, illum febri periisse: aut quum princeps immissis in ędes alicuius satellitibus omnia diripit, & fama dissipatur, à latronibus fuisse spoliatas: aut quum tyrannus subuertit eum cui male vult, deinde facti inuidia confertur in magistratus tanquam illo inscio fecerint. Videtur hinc fluxisse quod hodie passim apud Germanos dictitant, vbi quid accidit incommodi certi, incerto autore, quódque nemini possis imputare, id canis accidisse morsu.

In quos tortum adagia.

In tuo regno. 48

Quod cuiusque priuatum est, regnum eius dicitur. Inde & Melibœus Vergilianus, Eclog. 1.

Post aliquot mea regna videns mirabor aristas.

Scæuola apud Ciceronem in Oratore, Id, nisi in tuo regno essemus, non tulissemus, id est, in tua villa. Nam Crassi loquitur in Tusculano, quæ villa tum erat Crassi. Quinetiam vulgo iactatur adagium, Suum quenque domi regem esse: quod tamen ab ipsa vsque antiquitate manasse videtur. Quandoquidem apud Homerum Odysseæ ι, versiculus hic extat,

Suum quenque domi regem esse.

Αὐτὰρ ἐγὼν οἶνον μὲν ἐμὴ μήτηρ ἐνέπασσε.

id est,

Edibus in nostris ego regem gessero fundi.

In tuo luco & fano est situm. 49

In tuo luco & fano legitur apud Plautum, pro eo quod est in tua potestate, tuo arbitrio, tua tutela, tua manu. Translatum à fanis & lucis numinibus dicatis. Nonnihil diuersum est quod ait M. Tullius in oratione pro Aulo Cecinna, In meis castris præsidiisque versatus. id est mecum facis, & pro me pugnant quæ dicis.

In meis castris & præsidiis.

Intra suas præsepes. 50

Simili figura dicit Plautus in Casina, Scit, si id impetret, futurum quod amat intra præsepes suas. Pro eo quod est certum ac paratum. nam quod intra septa nostra clausum sit id tutò certóque possidemus, Dictum est autem in senem dantem operam vt ancilla, quam amabat, villico suo nuberet. hoc quidem consilio vt insciente vxore, quum liberet, ea rursus potiretur. Idem in Rudentibus, Ad herum arbitrum vocat me hic intra præsepes meas.

In ære meo est. 51

Quem nobis officiis obstrictum significamus, ita vt iam totus certóque noster sit, eum in ære nostro dicimus esse. Nam antiquitus omnis pecunia ærea erat, aurivsu nondum reperto in feriendis nomismatis. Memini legere apud Ciceronem libro epistolarum familiarium 13. Et mehercle semper sic in animo habui, te in ære meo esse, propter Lamiæ nostri coniunctionem, & singularem necessitudinem. Item libro 15. Marcum Fabium quòd mihi amicum tua commendatione das, nullum in eo facto quæstum. Multi enim anni sunt quum ille in ære meo est & à me diligitur.

Pecunia olim ærea.

† Iuriconsulti nomen æris vsurpant ὡς πᾶσι τοῦτο, pro eo quod in patrimonio est. Vt cùm dico in meo ære esse aliquid, hoc est in meis bonis, vt quod possim mihi proprium tribuere.

A teneris vnguiculis. 52

Ἀπὸ τῶν ἁπαλῶν ὀνύχων, id est, A teneris vnguiculis. pro eo quod est, à prima pueritia. Translatum à catulis, quorum vnguiculi nondum duruerunt. M. Tullius, A teneris, vt Græci dicunt, vnguiculis. Flaccus in Odis,

-& teneros amores
De tenero meditatur vngui.

De cruce vngui.

Plutarchus in libello de puerorum institutione, ἐκ τῶν ἔσω καὶ ἐκ βαθέων καὶ ἐνύχων ἐλέγχειν τὴν τέχνην. id est, Vt intrinsecus, & quod dicitur, ab vnguiculis ament liberos. hoc est à prima statim infantia. De matribus loquitur quæ suis vberibus lactant fœtus suos.

Ab incunabulis. 53

Eundem habet sensum, Ab incunabulis. id est, à primis vitæ rudimentis. Plautus in Pseudolo. Sed hic seruus Carysto huc qui aduenit? quid tapit vsq. à cunabulis. Item Titus Liuius. Ab incunabulis imbutum odio tribunorum. M. Tullius ortotis incunabulis vocat primam illam à fundamentis institutionem. Et Vergilius,

-gentis cunabula nostræ.

Aurelius libro Pandectarum primo, titulo de officio præfecti prætorio, His cunabulis præfectorum authoritas initiata in tantum metuit augeri, vt appellari à præfectis prętorio non possit. Aristoteles in Ethicis lib. 2. dicit, ὁκ παίων, ὁκ παίων. quorum posterius citat ex Platone. Est autem is locus apud Platonem libro de legibus 10. τῶν οὖν παιδόθεν πᾶς μαθὼν, ἐκ παίων πεῖθον ἡδονὰς ἐναντίας προσήκειν, προσῆν τε ἀνάγκην χαίρειν, &c. id est. Nunc vero credentes fabulis, quas a puero, quum adhuc lacte aleremur, à nutricibus ac matribus audiuimus. Similiter & crepundia pro prima ętate accipiuntur.

Cum lacte nutricis. 54

Cognatum est his quę superiùs retulimus, Ab incu-

nabulis, A teneris vnguiculis. Cicero Tusc.quæst.lib.3. Nunc autem simulatque editi in lucem & suscepti sumus, in omni continuò prauitate & in summa opinionum peruersitate versamur: vt penè cum lacte nutricis errorem suxisse videamur.

Error cum lacte nutricis

Ante victoriam encomium canis. 55

Πρὶν τὸν νικῆσαι ἐλεύσεσθαι ἄδειν, id est, Ante victoriā encomium canis. In eum qui præproperè gloriatur, re nondum confecta. Nam apud Græcos, qui rem strenuè gessissent in bello, oratione quapiam aut carmine laudabantur. quę laudatio propriè encomium dicitur. Extat enim Theocriti carmen in laudem Ptolemæi, cui titulus Encomium: & Luciani Demosthenis encomium. Apud Romanos, orationes, supplicationes, triumphi præmia virtutis erant. vnde licebat dicere, Antequam viceris, triumphum paras. Plato in Lysīde. Πρὶν νικῆσαι τινα, πῶς τις ᾄδειν εἰς τοὺς ἐπινικίους ἐμέλλησεν. id est, Priusquam viceris, & lacus & canis de teipso encomium, Non abludit hinc quod ait Plato in Theæteto, φασὶ μὲν οἱ κύκνοι ἐπειδὰν αἴσθωνται δεῖν ἀποθνήσκειν ἀᾴδειν. id est, Videbimur galli ignari more, priusquam vicerimus, à sermone desilientes canere. Siquidem hic mos animanti cantu victorem se testari. Huc pertinet illud quod alibi retulimus ex Solonis autoritate, ὁρᾶν τινας μακρὸν βίον. Tum illud Pindari in Isthmiis, ἄστε δ' ἀφάνεια νίκαν ἐμφανεστάταν, ποτὶ τὸν θάνατον ἰόντι. id est, Est autem incerta fortuna etiam pugnantium, priusquam ad summum finem perueniatur.

Encomium quando cani solitum.

Omnes attrahens vt magnes lapis. 56

Πάντας ἕλκουσαν οἷα μαγνῆτις λίθος.

id est,

Cuncta attrahens haud aliter ac magnes lapis.

Hoc carmen Suidas citat ex Pisīde. Videtur prouerbiale. metaphora ducta à natura lapidis, ferrum ad se trahentis, & attractum tenentis: quem quidam eundem putant cum eo quem Heracleum vocant, cuius alibi mentionem fecimus, in prouerbio, Lydius lapis. Hoc miraculi Plinius verbis attollit lib. 36. cap. 16. ad hunc modum. Quid lapidis rigore pigrius? ecce sensus manúsque tribuit illi. Quid ferri duritia pugnacius? sed cedit, & patitur mores, trahitúrque à magnete lapide: domitrixque illa rerum omnium materia, ad inane nescio quid currit, atque vt propius venit, assistit, senectúrque, & complexu hæret. Siderītem ob hoc alio nomine appellant, quidam Heracleum. Magnes appellatus est ab inuentore (vt autor est Nicander) in India repertus. Hactenus Plinij verba reddidimus. Inter multas magnetis species, Æthiopicum commemorat, attractu vsque adeo efficaci, vt non ferrum modò, verumetiam alterum magnetem ad sese trahat. Eóque tantus huius lapidis honos, vt argento expendi soleat. Commemorat & hæmatiten non perinde in attrahendo ferro violentum, sed alio insignem miraculo. Siquidem vt est colore sanguineo (nam hinc etiam vocabulum) ita si teratur, sanguinē reddit. Huius igitur lapidis tam prodigiosa vis prouerbio locum fecit. Citat Suidas Euripidem ex Oeneo.

Heraclii lapidis natura.

Magnes lapis vnde dictus.

Hæmatites lapis.

ὡς τε μαγνῆτις λίθος

Τὴν διάνοιαν ἕλκει, τὴν μελαινάν τε πέλει. id est,

Sicuti magnes lapis

Mentem trahit, transfértque rursum ac dimouet.

Consine est illi quod alibi diximus,

Ἐφ' ἑαυτὸν ἕλκων, ὥστε λιμένας νέφη.

id est,

Ad se attrahens, vt Cæcias nubes trahit.

In syluam ligna ferre. 57

In syluam ligna ferre, est aliquem iis rebus augere velle, quibus ipse maximè abundet. Horatius in sermonibus,

Atque ego quum Græcos facerem natus mare citra
Versiculos, vetuit me tali voce Quirinus,
Post medium noctem visus, quum somnia vera:
In syluam non ligna feras insanius, ac si
Græcorum malis magnas implere catervas.

Eadem ratione dicimus, In mare deferre aquam: quorum vtrunque nos in epigrammate quodam coniunximus,

Largiri numeros tibi Petre, hoc est
Syluæ ligna, vago mari addere undas.

Vtrunque congruit cum eo quod alio retulimus loco, Vlulas Athenas.

Lumen soli mutuas. 58

Τὸ φῶς ἀλλήλῳ δανίζειν, id est, Lumen soli mutuum dare. Quum docemus doctissimum, monemus vehementer prudentem: aut quum conamur exponere quæ per se sunt clarissima: aut sermone celebrare, quæ sua sponte sat illustria sunt. Sol enim fons omnis luminis putatur: qui lucem mutuare solet, non mutuò accipere. Referrur in eis collectaneis quę Plutarchi titulo circumferuntur. Est simile quiddam apud Fabium de iis qui per se clara conantur illustrare, eos perinde facere quasi quis studeat clarissimo soli mortale lumen inferre.

Sol, luminis auctor.

Fontes ipsi sitiunt. 59

Fontes ipsi sitiunt, Ironia prouerbialis in eos qui petunt ab aliis quod ipsis affatim abundet domi. Cic. ad Q. frat. Tibi quod rogas (quoniam ipsi fontes iam sitiunt) siquid habebo ipse, scribam. Significat fratrem magis abundare versibus, quos tamen a se petat, perinde quasi carminum indigens. Idem ad Attic. lib. 12. Non ad Διγάεαν χρήνην, sed ad ἐρυθρὰν cum venisse, vt scribis, in tantis præsertim angustiis.

Ipsa olera olla legit. 60

Ipsa olera olla legit, in eos quadrabit qui suum ipsorum vitium in aliud quippiam reiiciunt: aut qui sic ad scelus aliquod quasi facti sunt vt non possint non peccare. Catullus in Cæsarem,

Mentula mœchatur, mœchatur mentula certe
Hoc est quod dicunt ipsa olera olla legit.

Nam olla coquēdis oleribus nata est: vel quòd absurdissimum sit, siquis dicat ollam legere olera, quæ non coquet, nisi siquis immiserit. Non igitur olla in causa est, sed qui iniicit mala olera. Non est admodum huic dissimile quod ex Homero, ceu prouerbiale, citat Tertullianus, ipsum ferrum virum attrahit. Id à nobis alio dictum est loco, in prouerbio, Tollenda mali occasio. Item. Ipsa olla lenticulam attigit.

Ipsum ferrum virum attrahit.

OEdipi imprecatio. 61

Οἰδιπόδειος ἀρά, id est, OEdipi imprecatio. De tragicis & ingentibus malis. Qui Græca colligunt adagia, citant ex Æschylo huiusmodi fabulam: & Eteocles & Polynices, de more patri ex vnoquoque suro partem anteriorem mittebant. quum autem aliquando per imprudentiam atque incogitantiam, coxam, hoc est posteriorem partem, misissent: ille existimans id nō oblitione neque imprudentia, sed contumeliæ causa factum, imprecationibus diris eos est execratus. Alij narrant, OEdipum, simulatque cognouisset se parricidam esse, tum autem cum matre consuetudinem habuisse, suis ipsius manibus oculos sibi eruisse. Quæ res vbi eius loci incolis cognita est, OEdipum expulerunt vrbe. Ille in exilium abiens, filios, quod patrem in calamitate non defenderent, execrationibus deuouit. Quæ quidem neutiquam irritæ fuerunt: nam iuuenes mutua cæde extincti sunt: mater sibi mortem conscriuit: OEdipus ipse fulmine ictus interiit. Cuiusmodi autem fuerint huiusmodi imprecationes, Diogenes Cynicus apud Laertium propemodum indicat: qui per iocum dicere solitus erat, sibi τοὺ Οἰδιποδείους ἀρὰς, id est tragicas execrationes, occurrisse. Esse enim sine domo, sine ciuitate, priuatum patria, pauperem, palantem, vitam in diem agentem. Sophocles in tyranno fingit OEdipum (ignarum etiamnum de quo Phœbus dixisset exigendo, tanquam qui ciuitatem suis sceleribus pollueret) multa dira in eum, hoc est in se, precantem. Euripides in Phœnissis,

Fabula de OEdipo.

Ἀρὰς ἀρᾶται παῖδ' ἀπαυτόπαις. id est,

Diriſſimas preces precatur Ipheris.

Verba Iocastę de OEdipo. Idem in OEdipo Coloneo sic OEdipum imprecantem facit Polynici, vt fraterna manu occideretur, vicissimque occideret,

—τὸν δ' ἀλλαχοῦ ἀρὰς
Ἃς ἐκπελῶμαι, μήτε γῆς ἐμφυλίᾳ
Δορὶ κρατῆσαι, μήτε νοστῆσαι πάτρα
Τὸ πῖλον αὖθις, ἀλλὰ συγγενοῦς χερὶ
Θανεῖν, κτανεῖν θ' ὃν ἂν περ ἐξελάσειεν.
Τοιαῦτ' ἀρώμην, καὶ καλῶ τὸν ἔφορον
Στυγοῦ πατρῷον ἐρινύν.

Et reliqua quæ sequuntur. id est,

Hunc

Hæc te sequantur agmine imprecamina:
Tibi quæ imprecor, vti neve natali solo
Ponas e bello, neve ad Argos postea
Redire incolumis fraterna manu
Perimamque, ac vicissim cum dedas neci
Quia te expulit, fratrem. Ista vobis imprecor,
Testorque patrij tristem numen tartari

Horatius hoc genus imprecationis diras vocat Epod. 5.

Diras agam vos. dira deprecatio
Nulla expiatur victima.

Huiusmodi autem parentum in liberos deuotiones esse formidandas Homerus quoque testatur Iliados ι, quum Phœnix narrat se paternis execrationibus obnoxium fuisse, idque contigisse quod illi fuerant imprecatæ. Carmen Homeri sic habet,

Μοῦνος γουνάσσιν ἐμὸν φίζωσε φίλον υἱὸν
Ἐξ ἐμέθεν γεγαῶτα. θεοὶ δ' ἐτέλειον ἐπαράς.
id est,
Orat ne in genibus proles aliquando sederet
Ex me nata sua: deque audiuere precantem.

Efficimus pro nostris opibus mœnia. 62

Efficimus pro nostris opibus mœnia, Quadrat in tenui fortuna paruisque facultatibus homines, qui tamen ipsi quoque pro rei modulo viuunt lautè. Plautus in Stycho, Quibus diuitiæ sunt domi, scaphis & cantharis bathrochis bibunt: Nos nostro Samiolo poterio tamen viuimus nos; tamen efficimus pro opibus nostris mœnia. Hactenus Plautus. Itidem vulgo dicitur hodieque, Pusillæ auiculæ pusillos nidulos construunt.

Pusillæ auiculæ, pusillos nidos construunt.

Omnium rerum vicissitudo est. 63

Terentius in Eunucho, Omnium rerum vicissitudo est.

Quæ sententia significat in rebus mortalium nihil esse perpetuum, nihil stabile, sed omnia velut æstuario quodam fluxu refluxúque decedere atque accedere. Atque his verbis fortunæ ab aliis ad alios transferuntur imperia, opes, gloria, voluptas, eruditio, denique quicquid est aut commodorum aut incommodorum. Sophocles in Œdipo Coloneo has rerum humanarum vices eleganter describit,

—μορσιμ' ἁ γήρασκε
Θνατῶν γὰρ, ὃς μὴ καρτερεῖ ποτε.
Τὰ δ' ἄλλα τοι σχεδὸν παντὸς ἐπιψαύει χρόνος.
Φθίνει μὲν ἰσχὺς γᾶς, φθίνει δὲ σώματος.
Ἀπιστοῖ δὲ πίστις, βεβαιοῖ δ' ἀπιστία.
Καὶ πνεῦμα ταὐτὸν οὔποτ' οὔτ' ἐν ἀνδράσιν
Φίλοις βέβηκεν, οὔτε πρὸς πόλιν πόλει.
Τοῖς μὲν γὰρ ἤδη, τοῖς δ' ἐν ὑστέρῳ χρόνῳ
Τὰ τέρπνα, πικρὰ γιγνεται, κἀπειθ' φίλα.

Quorum carminum sententiam vtcunque reddemus.

—*solis deis*
Nunquam senecta molesta nec mors accidit.
At reliqua miscet cuncta tempus impotens,
Terra per hos vis atque robur interit,
Simulque nostri corporis perit vigor.
Moritur fides perfidia pulsata inimicum,
Nec animus idem, nec eadem flagrantia
Haud vnquam amico durat erga amicitum
Nec ciuitati in ciuitatem permanet.
Siquidem his flatim, illis post pusillum temporis,
Iucunda quæ fuerant, amara ac tristia:
Ingrata dudum, grata fiunt mucem.

Homerus item Iliados Ζ.

—τὰ δ' ἄλλα μεταίσσεται ἀνδρας. id est,
Nunc his nunc illis contingit vertere.

Item Iliados Σ.

Ξυνὸς ἐνυάλιος, ἑκατέρῳ δ' ἐπιτάρροθος ἀκτή. id est,
Communis Mars, inque vicem permit perimentem.

Mars communis.

Neque vero prætereundum hoc loco bellissimum eiusdem poetæ figmentum de duobus doliis, ex quibus Iuppiter variè miscet res mortalium. Carmen extat in Iliados vltimo libro, quod non ab re fuerit adscribere:

Dolia duo Iouis.

Δοιοὶ γὰρ τε πίθοι κεῖνται ἐν δώματι Διὸς
Δώρων οἷα δίδωσι, κακῶν, ἑτέρων δὲ ἐάων.
ὯΙ μὲν κεραμμένος δώῃ ζείδωρος Κρονίων,
Ἄλλοτε μὲν τ' ἐσθλῷ ὁτὲ μὲν κακῷ ὁμβρήσας.
id est,
Dolia namque Iouis duo stant in limine, plena
Muneribus quæ is donat: in hoc mala sunt, bona in illo.
Hinc miscens dispensat acuto fulmine gaudens,
Nunc mala distribuens ac tristitia, nunc bona rursum.

Tractum videtur adagium ab Æsopi responso. is enim rogatus (authore Lactio) quid ageret Iuppiter, respondit, τὰ μὲν ὑψηλὰ ταπεινοῖ, τὰ δ' ἐστερνὰ ὑψοῖ. id est, Deprimit excelsa, & tollit humilia.

Quid Iuppiter in cœlo agat.

Euripides in Ione,

Τὰ θνητὰ πάντα, τἀδίκ' ἐν βροτοῖς μάτην. id est,
Cuncta modis mortalium
Sunt res, vt in eodem nihil duret statu.

Euripides in Iscuidibus,

Οὐδὲν θνητῶν αἰσχρὸν τέλος. id est,
Fortuna cuncta versat in contrarium.

Theognis in sententiis,

Ζεὺς γάρ τοι τὰ πόλλ' ἐπιρρέπει, ἄλλοτε ἄλλῳ,
Ἄλλοτε μὲν πλουτεῖν, ἄλλοτε δ' ἐλλιπέειν.
id est,
Nunc etenim huic libram inclinat, nunc Iuppiter illi,
Vt modo sit dures, nil modo possideat.

In quibus versibus Theognis (vt illud obiter indicem) allusit ad locum Homericum in Iliados θ, vbi Iuppiter aureis lancibus expendit Troianorum ac Græcorum fata. Fertur in eandem sententiam huiusmodi versiculus,

Τὰ θνητὰ μεταβολὰς πολλὰς ἔχει. id est,
Varias vices res obtinent mortalium.

Celebratur & hoc dictum κύκλος τῶν ἀνθρωπίνων, id est, Circulus res mortalium: vt subaudias, sunt. quòd circumagantur, & velut in orbem recurrant, fortuna versante rotam. Item Pindarus in Thrrone,

Circulus res mortalium.

Ῥοαὶ δ' ἀνδρῶν ἀνδρῶν
Εὐθυμίαισι μεῖξαι ἐν Πόνοις ἐς αὖθις ἔβαν.

Quorum carminum sensus est, iucunda ac tristia, æstus in morem, vicissim accidere mortalibus. Homerus locis aliquot appellat ἐπιρρέπειαν νίκης, id est, Victoriam alternatim nunc his nunc illis obtingentem.

Victoria ἐπιρρέπεια.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. *Nec animus*) Vnum Græcum vocabulum πνεῦμα, duobus Latinis reddidit, animus & flagrantia, vel, vt in alia editione, fragrantia. quum nil tale significet, sed metaphoricè accipiatur: eo modo quo apud Latinos interdum Aura.

Iucunda vicissitudo rerum. 64

Μεταβολὴ πάντων ἡδύ. id est, Iucunda rerum omniũ vicissitudo, Sententia prouerbialis, quum ab aliis passim authoribus vsurpata, tum verò ab Aristotele 2. Rhetoricarum præceptionum libro, Καὶ τὸ μεταβάλλειν, ὅτι εἰς φύσιν ὁ χρόνος μεταβάλλων. τὸ δ' αὐτὸ καὶ, ἐπιβολὴ πάντων ἡδύ. διὰ τὸ κατὰ φύσιν ἕξιν. ὅπερ εἴρηται, μεταβολὴ πάντων ἡδύ. id est, Varietas quoque vicissitudoque, iucunda. fit enim iuxta naturam tranimutatio: quod autem semper idem stati perpetuique habitus, parit satietatem. vnde illud dictum est, Vicissitudo rerum omnium iucunda. Vtitur ab eodem, libro Moralium Eudemiorum 7. Sumptum apparet ex Euripidis Oreste, μεταβολὴ πάντων ἡδύ. id est, Mutatio iucunda rerum est omnium. Eodem allusit Virgilius in Bucolicis, Alternis dicetis: amant alterna camœnæ.

Amant alterna Camœnæ.

Fertur & Mimus quidam in hanc sententiam non illepidus,

Nil iucundum nisi quod commendat varietas.

Item alter huic consimilis,

Bonarum rerum consuetudo pessima est.

Ea rerum natura, eiusmodi sensus humani fastidium, vt nihil esse possit tam suaue quod non abeat in nauseam, si paulo diutius vtare: nihil tam egregium, quod idem diu placere possit. Vnde & illud Iuuenalis,

Vsus nimius, nauseã creat.

—*voluptates commendat rarior vsus:*

Varietas autem tantam in omni re vim habet, vt commendatione nouitatis interdum & pessima pro optimis placeant.

Inuitis canibus venari. 65

Inuitis canibus venari. Hoc adagio significatum est, non fœliciter succedere quod à nolentibus extorquetur. Neque eorum officio vtendum qui non ex animo operam suam nobis commodant. apud Plautum in Stycho Panegyris patri interminans ne se suámque sororem inuitas viris collocet: Stultitia est (inquit) patri, venatum ducere inuitas canes. Additque sententiam qua metaphoram explicat: Hoitis est, vxor inuita quæ ad virum nuptum datur.

Opera non ex animo impensa.

Inuitos boues plaustro inducere. 66

Simile dictum etiam hodie perseuerat vulgo celebratum, incommodum esse, bubus inuitis plaustrum ducere, aut inuitis equis plaustrum agere. Videtur autem ex Theognide sumptum,

Μή μ' ἀέκοντα βίᾳ κατὰ θυμὸν ἄμαξαν ἔλαυνε.
Inuitum ne me flagrica stimulisque iubentem
Vt fingas vnquam ducendo inducere plaustro.

Velocem tardus assequitur. 67

Βραδὺς ταχέος ἐφικνεῖται, id est, Assequitur celerem tardus. In eum competet qui viribus imbecillior, arte atque ingenio vincit potentiorem. Natum adagium ex Odysseę θ. vbi lepidissima narratur fabula: quemadmodum Vulcanus claudus, quum suspectam haberet vxorem Venerem, quòd furtim cum Marte congrederetur, nec vires suppeterent quibus adulterum deprehenderet, ad artes atque ingenium confugit. Lectum suum adamantinis atque inuisibilibus catenulis circumuinxit, quod vbi fecisset, foras abire se simulat. Deinde cùm in artissimis essent complexibus Mars & Venus, vinculis illis hoc magis irretiti, quo magis se circumagerent: ecce tibi repente redit Vulcanus, & prodente sole, deos omnes adhibet deprehensi adulterij testes. Quo loco Homerus,

Vulcanus vt Martem deprehensum inserit.

Deprehensus Mars cũ Venere.

—βραδὺς δέ τε ἔργοισιν ἔπεσσι.
Ὣς καὶ τὸν Ἡφαιστον ἐὼν ταχὺς ἔλλαβε Λάτη,
Ἀμφοτέρω δὲ ἔοντε. Διὸς δ' ἐλάλητον ἵκοντο.
Χωλὸς ἐὼν τέχνῃσι. τὸ γὰρ μοι μάλιστα φίλον. id est,
Nonnunquam assequitur tardus celeremque citumque.
Sicuti nunc Vulcanus, vt est vestigia tardus,
Manuum tamen cepit, qui pernicissimus vnus
Cunctorum quicunque tenent supera aethra deorum:
Et quamquam ei claudus pede, rem tamen arte peregit.

Multi apologi eodem recidentes.

Proinde etiam debet pœnas deprehensus adulter. Eodem pertinet apologus de vulpe & coruo prædam eandem cursu petentibus, quam vulpes celeritate impar, ingenio sibi vendicauit. Item de cancro cursu cum vulpe certante. Item de corydo auicula, volatu certante cum aquila. Accidit huiusmodi quiddam & in piscibus, vt qui tardissimi sint, arte capiãt velocissimos quorum de numero est raia, quæ abdens sese locis harenosis aut limosis, capillamentis illis suis porrectis pisces allicit, allectósque ad os vsque pertrahit. Item torpedo abscondit sese in arena, limóve: ac pisces forte incidentes torpore afficit, atque ita depascitur. qua quidem arte venatur etiam hominem. Occultat sese & pastinaca, Græcis trigonis dicta, sed diuersa ratione. Atque ita fit, vt cùm sint ipsæ segnes, tamen aliquando capiantur, mugilem habentes in aluo. Author est Aristoteles libro de naturis animalium nono: Plinius autem libro nono testatur, mugilibus præcipuam esse velocitatem, vt aliorum piscium vim timentes, transuersa nauigia supernactent.

Tarditas cõ silio adiuta.

Theognis adagium retulit ad hunc modum,

Καὶ βραδὺς ὠκὺν καὶ θοὸν ἀνέρα διώκει. id est,
Tardus ac tardus celerem insectando prehendit.

Aquilam testudo vincit. 68

Ab hoc non discrepat illud quod refert Diogenes Laertius in vita Menedemi philosophi, ex Achæi poetæ satyra, cui titulus Omphale,

Ἡλίκετ' ἄρα καὶ ἡ θεὸς ἀθανάτων ταχὺς,
Καὶ θοὸν χελώνης αἶψα ἐν βραχεῖ χρόνῳ. id est,
Capta est profecto celer ab imbecillibus,
Et aquila tempore in breui à testudine.

Hos senarios ait vsurpare solitum Menedemum in eos qui secum in ciuilibus honoribus contenderent. Accipi potest per ironiam, aut simpliciter, vbi quis potentiorem arte vincit, & quod viribus non potest, assiduitate conficit.

Intempestiua beneuolentia nihil à simultate differt. 69

Senarius est Græcis prouerbij vice celebratus,

Ἀτιμίης δύνει ἀνὴρ ἔχθρας δεφέρει. id est,
Par odio importuna beneuolentia.

Suidas in dictione ἀτιμίης narrat hoc versu Hippolytum respondisse Phædræ nouercæ, dicenti se illius amore captam esse. Quadrabit in eos qui dum officiosi student esse, non habita temporis ratione, nocent, aut molesti sunt sedulitate. Veluti qui non apto tempore obiurgant amicum: aut qui immodicis aut intempestiuis laudibus conciliant homini inuidiam: aut qui pecuniam suppeditant adolescenti qua fiat deterior. Fertur & alter huic consimilis,

In officiosos nonnihil.

φιλῶ μὲ βραίνων, ἀλλ' ἐχθρὸς ἔξεφέρει. id est,
Quum necet amicus, mihi ab hoste discrepat.

Huc respexit Horatius in epistolis, 2. lib. epist. 1.

Nil moror officium quod me grauat.

Rursum eadem epist.

Sedulitas autem, quem stultè diligit, vrget.

Itidem Seneca lib. de beneficijs. Sæpe, inquit) nihil interest inter amicorum munera & hostium vota. Quicquid illi accidere optant, in id horum intempestiua indulgentia impellit atque instruit. Quid autem turpius quam quod euenit frequentissime, vt nihil interfit inter odium & beneficium? In his Senecæ verbis, pro vota, quod nos ex veterum exemplaribus reposuimus, vulgati codices habebant acta. Id admonendum erat, ne quis ignarus vt mendum tollat: quod in multis antehac vsuenit. Huc pertinet illud Ennianum, optimo iure laudatum à Cicerone libro secundo De Officijs, Benefacta malè locata, malefacta arbitror. Prouerbio accedet nonnihil gratiæ, & paulo longius deflectamur. veluti si dicas, nullos æque nocere bonis literis atque eos qui sedulò quidem, at parum fœlicter tractãt eas. Aut, Neminem magis officere famæ quàm ineptũ præconem. Aut, Secundam fortunam nocentiorem esse aduersa.

Seneca laus.

Benefacta male locata.

Nosce tempus. 70

Γνῶθι καιρόν. id est, Noueris tempus. Celebratur in primis inter septem sapientum apophthegmata: ac vt alia pleraque, pluribus authoribus adscribitur, à nullo non vsurpatum. Hesiodus,

Μέτρα φυλάσσεσθαι· καιρὸς δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστος. id est,
Obserua modum nam rebus in omnibus illud
Optimum erit siquis tempus spectauerit aptum.

Huc alluserit Theocritus in Idyllio,

Ἀλλὰ τὰ μὲν θέρεος, τὰ δ' ἐν χειμῶνι τὰ χαλέπ. id est,
Verùm alia æstiuo atque hyberno tempore sunt.

Alia sunt æstate, alia hyeme.

Quin & Isocrates ad Demonicum scribit, inuicundum in omni re esse quicquid intempestiuum sit. Adeo cunctis in negotijs plurimum habet momenti, temporis & opportunitatis obseruatio. Idem admonent Græcorum sententiæ,

Εἰς μέγα τὸ μικρὸν θὲν ἐν καιρῷ δοθέν. id est,
Vel maxima est pusilla res loco data. Rursus alia,
Καλὸν τὸ καιρὸν πάντα κόσμον μᾶλλον. id est,
Res bella cunctis nosse temporis modum.

Præterea Pindarus in Pythijs.

Ὁ δὲ καιρὸς ὁμοίως πάντων ἐπὶ πραγμάτων. id est,
Tempus pariter in omnes res fastigium obtinet.

Item illud Horatij, 4. Carm. 12.

Dulce est desipere in loco.

Tantam vim habet opportunitas vt ex honesto inhonestum, ex damno lucrum, ex voluptate molestiam, ex beneficio maleficium faciat, & contrà: breuitèrque rerum omnium naturam permutet. Hæc in aggrediundo conficiendóque negotio præcipuum habet momentũ: vt non sine causa veteres videantur eam diuinitate donasse: tametsi apud Græcos mas est hic deus, appellatúrque καιρός. Eius simulachrum ad hunc modum fingebat antiquitas: Volubili rotæ pennatis insistens pedibus, vertigine quàm citatissima semet in orbẽ circumagit: priore capitis parte capillis hirsuta, posteriore glabra: vt illa facilè prehendi queat, hac nequaquam. Vnde dictum est, occasionem arripere. Ad quod eruditè simul & eleganter alluserit quisquis is fuit qui versiculum hunc conscripsit,

Occasio deus. Καιρὸς deus.

Fronte capillata est, post hac Occasio calua.

Sed libet & Poũdippi super hac re carmen adscribere, quod quamobrem Politianus omittendum existimarit, admitor. est autem huiusmodi,

Occasionis pulchra descriptio.

Τίς τίνος ὁ πάππος; Σικυώνιος. ὄνομα δὲ τίς;
Λύσιππος. οὐ γὰρ τύχης καιρὸς ὁ τοξότης.
Τίνδε δ' ἐπ' ἄκρᾳ βάσει ἕστακας τί δ' ἔργον τόδε;
Ποσὶν ἵχνος διφυίσταμαι πάντα μοι.
Κοσσοὶ δ' ἐξόπιθεν τί φέρουσ' ἔχεις ἀνδράσι λίχνα
Ὧδε ἀκμῆς πάσης ἐξυπνίσας τυλίῳ.
Ἦ χὤπως τί κατ' ὄψιν ὑποστάντες ἀκόντιζον.
Νὴ Δι' ἐκφεύγω θοὸς τί θαμὰ πλανῇ;
Τὸν γὰρ ἀεὶ πλανῶντα πόθεν ἐξεύρετέ μ' ἀνθρῶν,
Οὔτε δ' ἐμὸν ἴσμεν ἀρχέτιν ἐξονίσιν.
Τοῦτ' ὀνόμασαι μοι πάντα ἐτύμως ὄνομα
Ξεῖνε, καὶ ἐν σοφίῃσι δίδου διδασκάλιον.

Quos

Quos versus nos ita vertimus, non quo cum archetypo Græco certaremus, sed crassiore (ficuti solemus) Minerua, planéque ex tempore: quod vel tacente me carmen ipsum indicauerit, videlicet vt intelligi duntaxat possint ab iis qui Græce nesciunt.

Quæ patria artifici? Sicyon. Quo nomine? Nomen
Lysippo dictum est. Ipse quis es? loquere.
Illa ego cunctis dominans Occasio. cur, age, pinnis
Insistis? Volucrique acuor assiduo.
Cur gemina in pedibus gestas talaria? Dicam:
Hac illac volucrem me leuis aura rapit.
Quid dextra sibi vult inserta nouacula? Signum hoc
Quòd quamuis acie sim mage acuta, docet.
Tecta capillitio facies quidnam admonet? Illud,
Quisque vti me, quoties offertur, arripiat.
Cur autem capitis pars posteriora caluet?
Quem semel alatus præterij pedibus,
Is quamquam volet inde cito me prendere cursu
Haud queat, simul ac verteris terga, viro.
Hæc itaque idque tua me finxit imagine causa
Hospes scalptoris ingeniosa manus,
Spectandamq; domus hic prima in fronte locauit:
Scilicet vt cunctos & moneam & doceam.

Non ab re fuerit & Augustianum epigramma subscribere: quod, vt admonet Politianus, è Græco videtur effictum: quanquam cum aliis nonnullis diuersum, tum illo potissimum nomine, quòd hic additur pœnitentia comes. Carmen sic habet,

Cuius opus? Phidiæ qui signum Palladis, eius
Quique Iouem fecit tertia palma ego sum.
Sum dea, quæ rara & paucis Occasio nota.
Quid rotulo insistis? Stare loco nequeo.
Quid talaria habes? Volucrem jam. Mercurius quæ
Fortunare solet, trado ego quum volui.
Crine tegis faciem? Cognosce nosco. Sed hem tu
Occipiti caluo es? Ne teneare fugiens.
Quæ tibi tam cita comes? Dicat tibi. Dic rogo quæ sis.
Sum dea cui nomen nec Cicero ipse dedit.
Sum dea quæ facili non facilique cadunt.
Nempe vt pœniteat: sic Metanea vocor.
Tu modò dic quid agat tecum. Siquando volaui,
Hæc mihi me retinent quos ego prætereo.
Tu quoque dum rogitas, dum percontando moraris,
Elapsam dices me tibi de manibus.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. *Hæc allusit Theocritus.*) Non intelligo qualis ista esse possit allusio. nam de duobus florum generibus Polyphemus loquens amicæ apud Theocritum, ait, Sed vnum ætate, alterum hyeme nascitur: quare vtrunque vnà tibi adferre non possem. Quid hoc pertinet ad istud apophthegma prouerbiale, Nosce tempus: quo inclinationes rerum & momenta temporum (ex quibus rerum agendarum occasiones pendent) obseruare iubemur.

V. *Verùm*) γίγνεται significat hic non fiunt, sed nascuntur. quod si Erasmus considerasset, nequaquam, vt opinor, allusum esse ad prouerbium, dixisset.

Olet lucernam. 71

Τὸν λύχον ὄζει, id est, Lucernam olet. De re meditata multóque studio elucubrata. Inde ductum quòd studiosi ad lucernam vigilantes sóleant elaborare, si quid accuratius velint excudere. Lætatum olim in Demosthenem, illius ἐυσυνθετίαν τὸν λύχον ὀσφραίνεσθαι, id est, Enthymemata lucernam olere: quòd omnia de scripto diceret, ac præmeditatus domi. Vnde & illud de eodem celebratur elogium, quòd plus olei quàm vini consumpserit. Erat enim abstemius & ὑδροπότης: atque extrema etiam senecta ad lucernulam illam suam exercebatur.

Demosthenes nunquam dicebat nisi præmeditatus.

Aristophanis aut Cleanthis lucerna. 72

Aristophanis & Cleanthis lucerna propter insignem studij diligentiam in prouerbium abiit. vt is ad Aristophanis aut Cleanthis lucernam dicatur lucubrare, qui summo studio exquisitáque cura singula pensitat. Varro libro De lingua Latina primo, Quod non solùm ad Aristophanis lucernam, sed etiam ad Cleanthis lucubrem, nolui præterire eos qui poetarum modo verba, vt significat, expediunt. Opinor autem adagium sentire de Aristophane grammatico. Neque fama caruit etiam Epicteti lucernula, quæ post illius mortem magno ære redempta est. Cæterùm quod ait Iuuenalis,

Epicteti lucernula.

Hæc ego non credam Venusina digna lucerna?

magis pertinet ad inuestigationem quàm ad lucubrationem.

De plaustro loqui. 73

Libertas veteris Comœdiæ eousque progressa est vt non solùm ciuium primates, verumetiam deos nominatim taxaret. id quod apparet ex Aristophane, qui in Pluto Iouem, Mercurium, Æsculapiũ, reliquósque deos omnes contumeliosè tractat, Bacchum item in Ranis non admodum honorificè. Quoniam autem apud priscos illos huiusmodi fabulæ in plaustris agebantur à iuuenibus ore fæce collito; ne possent agnosci, qui magna licentia in obuium quenque dicteria iacebant: inde natum adagium, ἀπὸ ἁμαξῶν λέγειν, id est, Tanquam è plaustro loqui: de iis qui palam ac liberè conuiciantur. Id notat Aristophanes in Nebulis, dicens, Οὐ μὲ σκώπτειν ἀπὸ τοίνου ἄξεις οἱ τραγῳδοποιοὶ σοι. id est, Non me ludes, nec mi facies ea quæ tragœdiarum nones ista. Nisi malumus hæc referre ad consuetudinem quæ posterioribus etiam seculis duravit apud Athenienses. Nam in festo quod Lenæum appellant, mos erat pœtas inter se concertare scriptis carminibus, ad risum concitandum accommodatis, quæ sedentes in plaustris pronuntiabãt, mutuo sese conuicia dicentes. Sunt qui ad Eleusinia sacra, quæ Magna vocantur, referũt: in quibus mulieres curru vehebantur: atque interim dum veherentur, ex more mutuis conuiciis sese lacessebant. Lucianus in Ioue tragœdo, Θεὸς δαιμόνων οὐδεὶς φιλόσοφος, ἀλλ' ἐξ ἁμαξῶν παρρησιάζεται, καὶ μαχόμενος ἔστιν ὅτε τ' ἀγαθῷ, ἰὸς πῖ ἐκ. id est, Vt nullus deorum pareat, verùm è plaustro liberè loquitur, Corripiens simul insontem pariterque nocentem. Obiicit & Demosthenes Æschini, quòd in se, veluti de plaustro, dicenda & non dicenda protulisset. Vnde hoc ipsum, Veteris comœdiæ licentia, prouerbij quiddam sapit. Diuus Hieronymus ad Rusticum monachum, Ego enim neminem nominabo, nec veteris comœdiæ licentia certas personas eligam atque perstringam. Allusit huc, opinor, Aristophanes in Equitibus,

Comœdiæ veteris licentia.

Οἴμοι, οὐδ' ἴδιόν γ' ἐξ ἁμαξικηγοῦ λέγω. id est,
Heu mihi, nil in loquens è plaustrario.

Siquidem ἁμαξικηγοὶ vocantur plaustrorum fabri.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. *eligam atque*) Nec hic quidem dixisset allusionem esse ad hoc prouerbium, si propius Aristophanis locum inspexisset. In eo enim chorus hæc dicit ὑφιστάμενος, verbis aduersus Cleonem velitanti, qui quum orationi suæ vocabula quædam adhibuisset minimè abiecta, sed grauissima & significantissima, & ea quidem ab arte τῶν ἁμαξικῶν, id est carpentariorum, translata: chorus metuens ne ἀηδιαστόλως, huiusmodi vocũ inopia, Cleone in hac velitatione discederet inferior, illum ita allo quitur, Οἴμοι, οὐδ' ἴδιόν γ' ἐξ ἁμαξικηγοῦ λέγω. q.d. Tu quoque, quemadmodum & Cleon, ex carpentariorum officina verba grandia non depromis. Verba autem metaphorica quibus vtebatur Cleon, sunt hæc, πικτηρώματα, ῥομφαιώματα καὶ λιμώματα: quæ nihil minus quàm conuiciosa sunt, aut ad conuiciandum prolata. Ergo quouis potius hic alluserit Aristophanes, quàm ad prouerbium de quo nunc agitur, quod summam in conuiciando indicat licentiam. Ego certè illum aut ad nullum, aut ad hoc respexisse prouerbium, ἰδίαν ἐξ ἀφνοῦ λέγω, cùm scriberet, ἰδίαν ἐξ ἁμαξικηγοῦ λέγω: & non aliunde quàm hinc tam festiuam loquendi formulam mutuatum esse, mihi persuadeo.

Plaustra conuitiis onusta. 74

Eodem alluserit Lucianus quum ait in Eunucho, καμήλους ἁμάξας βλασφημιῶν κατακεκορεσμένας ἀφιέντων. id est, Et fœda plaustra conuiciis onusta inter se effundebant. Loquitur de duobus philosophis inter se contumeliosè altercãtibus. Significat autem τὸ βολικὸν tantum conuitiorum quantum plaustro potuit vehi. Quæ quidem ipsa figura ad prouerbij naturam pertinet, quum dicemus, plaustra promissis onusta. & naues pollicitis onustas: pro maximis amplissimisque promissis. Nam & ἁμαξαῖα (id est plaustralia) Græci vocant magnifica fastuosíque, à plaustris ducto nomine. Alexis apud Athenæum libro nono, detorsit in bonam partem, παρὰ τοῖς πολλοῖς τράπεζα, ἐφ' ἧς ἔστιν ὧν ἁμαξῶν ἁμάξας. id est, Apposita mensa est, ac dein circumtulit rerum bonarum plaustra.

Naues pollicitis onusta.

Tollat te qui non nouit. 75

Tollat te qui non nouit. Si cuius dolos iam nõ ignotos esse nobis significabimus, neque posthac posse ab illo falli, concinnè dicemus, Tollat te qui non nouit.

Refertur à Quintiliano libro sexto, Simile est, inquit, quod dicitur παροιμία, & proverbia opportune aptata: vt de homine in aquam lapso, vt alleuaretur roganti, Nihil te qui non nouit. Hæc habij verba obscura: quæ sub obscura velut interpretatur Horatius in Epistolis de scurra quodam qui ponte ruinæ cadentis tanquam curru fracto, miserandis vocibus prætereuntes implorabat vt humo tolleretur. Peregimus autem qui pramatæ dolo ignarus, siquando alleuaturus accessisset, à scurra ludibrio habebatur. Verùm vbi iam illius simulatio plerisque innotuisset, neque aliquando curru vere fracto tolli precaretur, nemo subuenit, omnibus plerumque solitos agere ludos arbitrantibus. Nimirum euenerat homini quod Aristotelem dixisse ferunt, qui rogatus quidnam lucrifacerent mendaces, Hoc, inquit, vt nec vera dicentibus habeatur fides. Verus Horatij hunc hi, 1. Epist. 17.

Simulator ipse contemptus.

Quid mendaces lucrifaciant.

Nec semel irrisus, triuiis attolere curat
Fractum qui perhibet, rabiosa signa morari.
Lachrymæ, si fortunam tetigere decoram,
Credi possunt haud inscitæ fortè lacessunt.
Quare peregrinum, vetitum trahe rancidum aprum.

Plautus. Porro vocem hanc plautus, Aulus Gellius lib. 18. cap. 7. commemorat inter verba inusitata, quibus vsus sit Manius Manlius. atque significare ait peregrinum. Quanquam eodem nomine vsus est M. Tullius, eodem fortasse significatu, in oratione quam dixit pro Cæcinna. Est autem dicto Græca μεταφορᾷ, significatque tam errorem hominum, tum impostorem. Potest & hoc pacto effluxisse adagium,

Quare peregrinum. Quare hospitem, aut Quare peregrinum, quemadmodum extulit Flaccus. Commonet & nos ex his quibus aliquando sumus delusi, eáque experientia facti cautores, minusque credula. Simile est illud Iuuenalis,

Fatuos non inuenit. *-fatuos non inuenit.*

Nam fatui facile decipiuntur. Nec abludit hunc Græcum illud τὸν αὖθις ἀγωνᾷ id est, Non iterum vulpes subaudi, decipitur.

Oppedere, & Oppedere contra tonitrua. 76

Oppedere, proterbialiter pro reclamare & contemnere reperimus vsurpatum. Horatius 1. Sermon. 9.

-cui tu certus Iudex oppederet

Aristophanes in Pluto,

Καὶ τὸν πατέρα δεῖ τοῦτον παρεῖν.

Rursum in eadem alibi,

Καὶ τὸν πατέρα καταπαρεῖν.

Ac paupertatem oppetere tuam.

Quòd tam diuites facti paupertatē negligere possent. Idem in Nubibus,

Καὶ βύσσομαι ἀλλοκότοις ἐπὶ τοῖς κεφαλαῖσι. id est,

Velóque ipsum oppedere contra cæli tonitru.

Verba sunt Strepsiadis adeò ratis tubes & contemnentis tonitrua Iouis. Interpres addit rationem ex artificio quodā in scena repræsentari solito, lapidis ex amphora in vas quoddam æneum præcipitatis, atque ita tonitrui strepitum imitantibus. vt hoc fit velut obstrepere tonitruis. Equidem opinor allusum ad veterum poppysmandi consuetudinem. Antiquitus enim, quum fulguraret, poppysmatibus obstrepebant, id remedio fore tati ne quid læderet fulgur. Aristophanes in Vespis,

Poppysmandi mos vetus.

Καὶ ἐπεράσω, ποππύζουσι, id est, Quod si fulgurato, poppysmant. Vnde quidam, per iocum, veluti perperā imitantes aliorum poppysmata crepitum ventris edebue. Cyclops apud Euripidem in eiusdem nominis tragœdia, Iouis tonitruum contemnens, loquitur hoc pacto,

Εἰτ' ὄκτιον γαλκοῦς ἀμφορεὺς, πίπτον
Κεῖσ', ἢ δὶς ἑπτὰ βοῦς ἀγειν ἐς ἅρμ' ἔτυπτον. id est,
Vbi lectus erat, aut ære amphora, aut plumbum
Quatuor, Iouis ex pari tonitribus ouis crepat.

In antro Trophonij vaticinatus est. 77

Ἐν Τροφωνίου μαντεύεται, id est, In Trophonij antro vaticinatus est. De homine vehementer tristi tetricóque, propterea quòd olim creditum est, eum qui in Trophonij specum descendisset, postea nunquam ridere. Aristophanes in Nubibus,

In tetricos.

-εἰς δεδοικὼς ἐγὼ
Εἶτα καταβαίην, ἀσκὸν εἰς Τροφωνίου. id est,
-vt videlicet horrui,
Haud aliter ac subiens specum Trophonij.

Porrò historia de Trophonio variè narratur à Græcis. Quidā aiunt hunc Trophonium in secandis saxis summum artificem fuisse, fanumque subterraneum extruxisse in Lebadia Bœotiæ regione, quod Trophonij vulgò cognominatum est, nominum ab artifice. Dein qui consulerentur oracula, in aditu specus videre solitos nudos atque inde flatu quodam abripi sub terram. Gestare autem secum placentas quasdam, quas lemuribus & serpentibus occurrentibus obiicerent. Deinde percepto oracolo, rursus per alium hiatum in summam terrā restitui. Alij narrant hoc pacto. Agamedes Stymphali, quæ est Arcadiæ pars, rex erat: is vxorem duxit Epicasten, cuius filius erat Trophonius. Ij ceus tempestatis mortales omnes artificio superabant, ac Delphicum templum extruendum recepta ratque in Eride ærarium quoddam condiderant Augeæ, vbi aurum suū reconderet. qui postea soluta lapidis cuiusdam commissura, quam in hoc ipsum reliquerant, nocturno ingressi, pecuniam furati conuenerunt, loco Gereyone Agamedis germano, atque Epicastæ filio. Quæ res quum vehementer perplexum haberet Augeam, forte fortuna accidit vt Dædalus Minoem fugiens, ac eum diuerteret. Hunc exoratum Augeas vt arte quapiam fures hos meditantes caperet Dædalus laqueos quosdam fummo armario coniunctos, quibus Agamedes captus est. Id cognoscens Trophonius, ne ille etiam in Epicasten Agamedis amplexum se pellexisse arguteret, quæ esset vna cum Gereyone Orchomeno profugit. Hos quum Augeas, authore Dædalo, per quietum & tacitum (alij aliter, nempe Gereyone, Athenas, vt testatur Callimachus) in Arcadiam: alter verò in Lebadiam Bœotiæ regionem. Vbi parato illi domicilio vbertaneo per omnem vitam perfruebatur. Quo defuncto, vulgo creditum est hic certa reddi oracula, ac Trophonio, perinde vt deo, sacrificari cœptum. Quidam aiunt Agamedem & Trophonium Dædali opera suffuratos aufugisse, & Trophonio fugienti terram hiatu diductam, vtrúmque absorbuisse circa Lebadiam. Aliquot post annis, quum Bœotii pestilentia laborarent, consultum oracolum respondit, Trophonij manibus honorem habendum esse. At illi quum essent ignari vbinam terrarum illius esset monumentum, apum indicio reperierunt. Nam vbi eas conspicerent è cauo quodam subsidentes, comperiebant eum esse locum. Quare visum est aliquem in id antrum demittere, qui rem exploraret. Quidam igitur ingressus, duos dracones obuios habuit quibus obiectis cibis mellitis, mœtus euasit. Vnde & mos inolevit, vt antrum Trophonij subituri, placentas aliquot secum deferant. Priusquam autem subirent, certis diebus ceremonijs præscriptis lustrabantur, purè interim agentes: deinde stola sacra ornati deiecte-bant, hastas manu gestantes, vt aiunt domum aliquo vim serpentum depellerent. M. Tullius 1. de diuinatione quæstionum libro primo tradit Trophonium & Agamedem exadificato templo Apollinis Delphico, venerantes deum, laboris sui mercedem petisse, nihil quidem certi, sed quod esset optimum hominibus. quibus Apollo se id datum ostendit post diem septimum. qui vt illuxit, mortui iam reperti. Recentiores ita tradunt, Trophonium verum quempiam fuisse supra modum gloriæ famelicum, Empedocliique hominem, extructoque ibi subterraneo domicilio oracula reddidisse. deinde vbi ille fanum instruxisset, gentium quendam in id immigrasse, atque oracula reddere perrexisse. post superstitione mortalium, plures in id antrum demissos esse, ac dies complures fame commoratos. Plutarchus in commentario De dæmonio Socratis, narrat Timarchum quendam in Trophonij specum ingressum, postea quam inde rediisset, prodigiosa dictu narrasse ibi visa. Meminit & Cicero libro De natura deorum tertio, huius Trophonij. Meminit Herodotus in primo. Sed plurima de hoc nugamento nugantur apud Philostratum Apollonius, vir (meo iudicio) dignus qui non alia de re philosophari debuerit. Ridet locis aliquot Trophonium hunc Lucianus, adamantinus omnium superstitionum insectator: per cuius antrum & Menippus se iocatur ab inferis rediisse. Huius mutui meminit facit Euripides in Ione,

Ti Δελφικὰς ἐκ Τροφωνίου φήμας id est,
Quod ex antro Trophonij responsa oraculum?

Item in eadem,

-σταλὰς δ' ἐπὶ σφαγὰς Τροφωνίου. id est,
-templa adis Trophonij.

Quæ nos de Trophonij antro retulimus, partim ex Aristophanis interprete, partim ex Zenodoto sumus mutuati.

Plutarchi locus.

Cicero lo-cus.

Alia opinio.

Alia opinio de Trophonio

Excubiarum causâ canens. 78

Φρυγῶν ἀοιδὸς, id est, Excubiarum gratiā canens. Dicebatur

cebatur olim in hominem vigilantem ac diligentem: inde ductum quòd qui excubias agunt, canere consueuerunt, vel vti vigilantium tædium cantu solentur, vel ne interim obdormiscãt. Sic ait Strepsiades in Nub. Aristoph. malè acceptus in schola Socratis,

In diligentem.

φεῦδε τὰ χνυμάδε, φεῦδε χρεὰ,
φεῦδε ψυχὴ, φεῦδε δ' ἐμοί.
Καὶ σοὶ τοῦτ' ἴσ τι πῶν κακόν,
φεῦγε, ἄδου, ἀλίγει φεῦδ' ὀνήσεται. id est,
Cadi rumumque, cassusque calor,
Ca flacit anima, cassa soleæ.
Hisque malis accedit & illud,
Dum canto vigil, pene interij.

Effertur autem bifariam parœmia, φεῦγε κάδον, καὶ φεῦγε κάδον. Alluditur ad hanc vocem φεῦδ', quę significat cassum & inanem.

Sale emptum mancipium. 79

Ἁλάτου ἀνδράποδον, id est, Sale emptum mancipium. In barbarum quempiam ac vilem homuncionem olim dicebatur. Nam negotiatores olim in mediterranea silem importantes, mancipia reportabant à barbaris. Et Thraciæ genti peculiaris erat mos mancipia sale commutare. vnde comicus quidam,

Thracij mos.

Θρᾷξ δοῦλος ἐπρίατο ἁλὸς ἡμιμναίου, id est,
Geminosus, et Thrax sale redemptus scilicet.

Huiusmodi fermè referunt à Zenodoto.

Salis onus vnde veneras, illuc abiit. 80

Ἁλὸς φορτὸς ἔνθενπερ ἦλθεν ἐνθάδε, id est,
Sal abiit illuc vnde demanauerat.

Senarius prouerbialis in eos qui parta tueri nequeunt, aut in eos quib. malè parta malè dispereũt. Natũ adagiũ ab euentu: Negotiator quidam nauem onustam sale vehebat: nauis dormitantibus, influxu aquæ marinæ sentina vehementer adaucta, & salem vniuersum soluit ac corrupit, & nauem ipsam demersit: itaque quod ex aqua marina natum fuerat (nam hinc concrescit) sal in eandem denuo liquefactum est.

In eos, qui parta tueri nequeunt.

Salem vehens dormis. 81

Fertur & his verbis adagium ex eodem euentu natũ, ἅλας ἄγων καθεύδεις, id est, Salem portans dormis. Quadrabit in eum qui in re periculosa socorditer atque indiligenter agit, propterea quòd sal influxu sentinæ facilè corrumpitur.

Malè parta, malè dilabuntur. 82

Respondet superiori sententiæ quòd est in 2. Ciceronis Philippica, Sed vt est (inquit) apud poetam nescio quem, Malè parta, male dilabuntur, Quod autem de authore dubitat Tullius, est apud Plautum in Pœnulo, Malè partum, malè disperit. Festus Pompeius ex Nevio citat, Malè parta male dilabuntur.

Male partum male disperit.

Qui se non habet, Samum habere postulat. 83

Ὃς αὑτὸς αὑτὸν οὐκ ἔχει, Σάμον θέλει. id est,
Qui semet ipse non habet, Samum cupit.

In eos conueniet qui impudenter quippiam postulant: aut qui minora curant, maiorum negligentes: Natum ex historia quapiam, cuius meminit Plutarchus in Apophthegmatis Laconicis. Athenienses vibe victori tradita, postularunt vt Samum duntaxat sibi relinqueret. Atque is respondit ad hunc modum, Quum vestri non sitis, alios habere postulatis. Atque hinc ducta parœmia.

Ὃς αὑτὸς αὑτὸν οὐκ ἔχει, Σάμον θέλει, id est,
Qui semetipsum non habet, Samum petit.

Dion sophista in libello περὶ τῶν αἰσχρῶν, elegãter accommodat in alium sensum, ὃς αὐτὸς αὑτὸν οὐ φιλεῖ, πῶς ἄλλον φιλῶν id est, Qui sibiipse non est amicus, quomodo alteri est amicus? Quadrabit & in eos qui imperium affectant in alios, quum ipsi sibi nequeant imperare.

Qui sibi non est amicus, quo modo alteri est amicus?

Occulta musices nullus respectus. 84

Occultæ mufices nullius respectus. Græcis quondam celebratum adagium: cuius sensus est, Quamuis egregias ingenij dotes, si non proferas, perinde esse quasi non habeas. Quo videtur allusisse Persius, quum ait, Satyr. 1.

Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter.

Extat & in Hebræorum prouerbiis, nempe Ecclesiastici capite 20. simile quiddam, Sapientiæ reconditæ, & thesauri abstrusi, nullam esse vtilitatem. Hoc nostrũ refertur à Suetonio in vita Neronis imperatoris: quem scribit imperatoriæ dignitatis oblitum, vtque adeo musices studiosum fuisse, vt non modò nihil omitteret eorum quæ generis eius artifices, vel conseruandæ vel augendæ vocis gratia facitarent, verumetiam in scenã prodire cõcupiuerit: ubinde inter familiares Græcũ prouerbiũ iactans, Occultæ musicę nullũ esse respectũ. Vsurpat idem Aulus Gellius, lib. Noctium 13. cap. vltimo, Nosti (inquit) magister verbum illud scilicet vetus, egregiam musicam quæ sit abscõdita, eam esse nulli rei. Vsurpatur à Luciano in Harmonide, οὐδὲν γὰρ ὄφελος ἀπόρρητον, φασὶ, καὶ ἀφανοῦς τῆς μουσικῆς. id est, Nulla enim vtilitas occultæ (quemadmodum prouerbio dicunt) & abstrusæ musices. Allusit huc haud dubiè Ouidius, quum ait,

Tu licet & Thamyram superes atque Orphea cantu,
Non erit ignota gratia magna lyræ.

Sunt autem nonnulli mortales, qui vel natiuo quodam ingenij vitio, vel data etiam opera, quæ sciunt dissimulant, & aliis grauantur impertire. His illud nonnunquam euenire solet, vt pro indoctis negligantur. His adscribendum quod Graeci τυφλὸν πλοῦτον appellant, id est, cæcas diuitias, reconditas opes & abstrusas. Ad hũc modum vocat Plutarchus compluribus locis, atque item Lucianus. Hoc dictum Plutarchus in vita Lycurgi testatur vulgò apud Lacedæmonios fuisse iactatũ, quòd illic Plutus seruaretur inhonoratus, non aliter quam imago picta inanimis & immobilis. Sic enim Lycurgus nstituerat rempublicam, vt diuitiæ nec vsui cuiquam esse possent, nec ornamento.

Qui dissimulãt quòd sciũt.

Ficulnus. 85

Lignum ficulnum, vt fragile, atque ad omnia fermè inutile prouerbijs aliquot locum fecit. Nam σύκινος λόγος, id est, vtrum ficulnum, appellant mollem atque inutilem, vt Theocritus in Ergatinis,

Vtr ficulnus.

-μὴ παρίδῃ τις
Εἴτα, σύκινος ἄνδρες, ἀπώλετο χοὔτος ὁ μισθός.
Nequis præterijens dicat, stulti homines sunt,
Atque hæc deperiit merces.

Scholiastes admonet prouerbium ductum à lignoficus, inutili, fragili & inualido. vnde dictum & ficulnũ pro fidium, pro inutili. Apud Aristophanem in Fucis, quidã interrogat, τίνος ξύλου σύ; id est, Cuius ligni es? Respõdetur συκίνου, id est, ficulni. Quo loco monet interpres, ex ficulno ligno fumum existere acerrimum ac molestissimum. Apud eundem in Pluto sycophanta minatur, siquidem nactus esset iux tortis virum ficulnũ, vlturum iniuriam.

Ficulnus.

Καὶ ξυλλάβοιμ' ἄνδρα τινὰ, ξύλινον.
Εἰ δ' οὖν ἐτύγχανε τοῦτο ξύλινον. id est,
Si quempiam manticiar quidem ligni
Virum atque ficulnum.

Rursum apud eundem in eadem fabula,

Καὶ σύκινον μὲν ἐγχέλυν τοῦτον δίκην
Ἐγὼ θεοῦ τοσοῦτον ὄντα δώσω δίκην. id est,
Ficulnum ego hercle ac præpotentem ipsum deum
Compulero pœnas hoc die dependere.

Ficulnum deum appellans imbecillum ac nullarum virium. Huc alluit Horatius, quum Priapum ita loquentem facit,

Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum.

Ac paulò pòst.

-pedes vsque fissa nate ficus.

Ficulnam mẽtem dixit Lucianus ὁ τὴν φρένα τὴν ἀπαιδεύτου λέγων,

Χαυλιόμισυ ἔχων καὶ συκίνην γνώμην. id est,
Claudum habens ac ficulneam mentem.

Eodem respexit Alexander Pseudomãtis, libros Epicuri lignis exurens ficulnis: nullius pretij philosophum significans. Et συκίνη βοήθεια, id est, ficulnum auxilium, pro inualido atque inutili. Aristophanes in Lysistrate,

Ὃς ἐμοὶ ἦσθ' οὐκίνη βοήθεια. id est,
Ficulna nobis qui erat opitulatio.

Et συκίνη μάχαιρα, id est, Ficulna machæra, pro calumnia. Et συκίνη ναῦς, id est, Ficulna nauis, pro vili mimmique pretij naucula. Quin apud Naxios Bacchum, quem βακχᾶ dicunt, vteum effingunt: alterum quem κιλλὸν appellant, ficulnum. nam ficus illi μάλιξαι vocant Existimant autem Bacchum non vini tantum, sed & ficuum curborem. Sic ferme Athenæus lib. 3. Drucria figura dixit Theocritus in Aita, χρύσεον πὰρ αἰ ἄδδυς. id est, aurei quondã viri. Item prædium sacrũ & Aschoræ sacra, & Robur adamantinum.

Lupi illum priores viderunt. 86

Lupi illum priores viderunt. In raucum dicitur, & cui vox repẽte fit adempta. Festiuius dicetur in eos qui metu alicuius obticescunt, alioqui feroces. Virgilius in Ecloga cui titulus Mœris, *vox quoque Mœrim*

Iam fugit ipsa: lupi Mœrim videre priores.

Seruius admonet, physicos authores esse, ineſſe eâ vim lupis, vt si quidem hominem priores viderint, et vocem adimant. Neque desunt philosophi qui huiusce rei causam reddere conantur. Socrates apud Platonem lib. De republica primo, rem ad allegoriam vertit, dicês Thrasymachum tibi vocem adepturum fuisse, nisi forte fortuna prior conspexisset, Καὶ ἐγὼ, inquit, *οἰκότως ἐκπεπλῆχθαι, καὶ ἄφωνον αὐτὸν ὁρᾶν μου δοκῶ, εἰ μὴ πρότερος ἑωρακὼς αὐτὸν ἐτύγχανον ἐγὼ ἢ οὗτος ἐμοὶ, ἄφωνος ἂν ἦν ἔγωγε.* Theocritus in Idyllio ξ.

Οὐ φθονέω. λύκον ἴδες. id est,

Edere non poteris vocem: lupus est tibi visus.

Illud interim obseruatione dignum, Theocritum vertisse sententiam, quum negat eum proloqui posse, non qui à lupo sit visus, sed qui lupum viderit. Sed allusit duntaxat ad prouerbium Theocritus, quum significaret rivalem conspectum, cuius nomen erat Lupus.

Quæcunque in somnio videntur. 87

Ὅσσα ὀνείρῳ ἐσσὶ, id est, Quæcunque per somnium vides. De votis immodicis dicitur. nam quicquid optaris, id somniare contingit quibuslibet. Inde Micyllus ille Lucianicus diuitem se ac præpotentẽ somniat. Apud Theocritum piscator somniat aureum piscem. Et infimæ sortis homines nonnunquam regnarum connubium somniant. Pastor quidam apud Theocritum in Ecloga nona,

—ἴκω δ' ἅτε δοῦ' ὀνείρῳ
φαίνεται πολλὰς μὲν ἴσας, πολλὰς δ' ἐλαίας. id est,

Pessideo quæcunque solent sub nocte videri
In somnis, vim magnam ouium multasque capellas.

Interpres admonet proferri hunc in modum: ὅσσα ὀνείρῳ φέρει. id est, Ferre quicquid in somnio videtur. Catat & versum Homericum,

Quæcunque mentiuntur somnia.

Οὐδέ μοι ἤματι δοίης ὀνείρατα δύσφρονα θυίειν. id est,

Nec mihi si tantum dederis quàm multa sopitis
Somnia vana ferunt.

Est autem apud hũc poetam Iliados α, sed paulò aliter,

Οὐδέ τί μοι τόσσα δοίης ὀνείρατα δαίμονες ἐσθλοὶ τε. id est,

Harenæ copia. *Nec mihi si tantum dederis, quantum extat harenæ ac*
Pulueris.

Videtur huc allusisse M. Tullius in Salustiũ, Vnde tu, qui modò ne paternam quidem domum redimere potueris, repente tanquam somnio beatus, hortos pretiosissimos, villam Tiburti & Cæsaris reliquas possessiones parabis.

Bona Porsenæ. 88

Bona Porsenæ dicebantur, quæ velut ab hostibus erepta paruo væneunt. Eam appellationem Liuius ab vrbe condita scribit ad suam vsque ætatem durasse: putátque inde natam quòd in bello soleant bona Porsenæ væuire Romæ, eáque consuetudo vnà cum titulo perseuerarit & in pace: quòd alioqui is mos hostiliter bona vendendi nõ congruat tam pacatæ regis profectioni. quod si minus probatur, existimet eam consuetudinẽ à mitiori principio fuisse natam. Illud arbitratur vero proximum, quòd Porsena discedens ab Ianiculo, ex fœderis lege, castra opulenta, conuecto ex propinquis ac fertilibus Hetruriæ aruis commeatu, Romanis dono dedit inopi tum vrbe ab longinqua obsidione. Ea deinde ne populo immisso diriperentur, hostiliter væuisse, bonáque Porsenæ appellata gratiam muneris magis significante titulo, quàm auctionem fortunæ regiæ. Fortasse non ineptè dicetur in res quæ dono cuiuspiam, aut fortunæ commoditate, citra nostram operam contingunt. Nam Liuius non indicat vlum adagij.

Probabilior adagij ratio.

Leonina societas. 89

Leonina societas est quum omne commodum ad vnũ aliquem redit, reliquis vi fraudatis: qualis ferme solet esse cum regibus aut præpotentibus plebeiæ sortis hominibus. Extat in Pãdectis in quibus ex Vlpiano refert Aristo, Cassium respondisse, societatem talem coiri non posse, vt alter lucrum tantùm, alter damnum sentiret: & hanc societatem, leoninam solitum appellare. Cæterùm Cassianam appellationem, haud dubium prouerbialem, ex Æsopi Græci apologo natam apparet, qui talis circumfertur: Leo, asinus, & vulpes societatem inierant, vt quod venatu cepissent, id in commune partirentur. Prædam vbi erãt nacti, leo iubet vt asinus partiatur. Ille (vt est stolidus) in tres æquas portiones distribuit. Qua gratia mox indignatus leo quòd cæteris æquaretur, asinum adortus dilaniat. Restabat vulpes: eâ de integro partiri iubet: illa totam ferme prædam leoni attribuit, sibi vix paucula quædam seruans. Leo comprobata distributione rogat quinam illam artem partiendi docuisset? Et vulpes, Calamitas, inquit, asini.

Apologus de leonina partitione prædæ.

Ex tripode. 90

Τὰ ἐκ τοῦ τρίποδος, id est, Ex tripode dicta. Dicitur solitum de iis quæ vehementer vera atque indubitata videri volumus. Effertur varie adagium, *οὐκ ἐκ τρίποδος*. id est, Tanquam ex tripode dicta: *ταῦτ' ἐκ τρίποδος*, id est, Hæc ex tripode dicta, id est certissima, perinde quasi ex Apollinis oraculo profecta. M. Tullius in epistola quadam ad Brutum, Hæc ex oraculo Apollinis Pythij edita tibi puta. Translatum à tripode vel Delphica, vel Pythia. nam hæc duo oracula quondam summam fidem apud mortales obtinuerunt. De Pythio testatur Strabo li. Geographiæ nono, fuisse quondam celebratissimum, idque liquere thesauris ingentibus inibi constructis, in quos sacra conferrẽtur pecuniæ, tum operibus præstantissimorum artificum: deinde ludis Pythus illic celebratis: denique innumerabilibus oraculis, quæ mandata literis extarent. Tripodem ita describit, Authores, inquit, certi memorant, diuinum ipsum domicilium, profundam & curuam esse speluncam, non admodum lato patentem ore. atque hinc autem reddi, sacro efflante numine. Excelsum autem ostio imminere tripodem, quem simulatque Pythia vates inscenderit, hausto diuinationis spiritu, responsa edere, partim metro, partim oratione libera. Comicus, Non Apollinis magis verum atque hoc responsum est. Plato lib. de legibus duodecimo, Ne si Pythius quidam affirmauerit. Quin illæ quoque figuræ prouerbium recipiunt, Quicquid dixerit, oraculum videri vult. Quicquid dixerit, legem esse vult. Stoicorum *δόγματα*, id est decreta. Et quod apud Plinium de medicis ait Cato. Ex hoc puta vatem dixisse. id est, existima verum fore quod dixi. Ipse Plinius alibi, Vtinámque falsum hoc & non à vate dictum quamplurimi iudicent. Et Plutarchus in commentario, De dignoscendo adulatore ab amico. *Ἐὰν ἀκούσας ὁτιοῦν ἐκφύγῃ φάσκων, ἢ γελάσῃ, ἢ σκώψῃ.* id est, Quòd is audito quicquid dictũ fuerit, ita dixit, vt existimet se oraculum accepisse, non sententiam. Cæterum ab his nonnihil diuersa sunt quæ Athenæus 2. Dipnosophistarum libro commemorat, nẽpe in Bacchi certaminibus præmium fuisse tripodẽ, atque ob id, qui vera dicerent, vulgò de tripode loqui dictos. Tripodem autem fuisse lebetem tribus fultum pedibus. Huius duo erant genera, alterum Apollinis, ob veritatem oraculorum: alterum Bacchi, in quo vinũ miscebatur, quòd ebrii vera loquantur, quemadmodum dictum est in prouerbio, In vino veritas. Simili figura dixit Galenus lib. *περὶ φυσικῶν δυνάμεων*, primo, velut ex adyto, *Ἀπεφθέγγετο γὰρ ὁ λύκος οὗτος ὥσπερ ἐκ μαντείου τινὸς χρυσοῦν ἔχοντος τρίποδα, ἀφ' οὗπερ τὰς πυθοχρήστους ἐκείνας ἢ οὔρησιν*, id est, Pronuntiabat enim lupus ille, perinde quasi ex adyto quopiã redderet oraculum, quod superfluum est ex nutrimento renum id esse vrinam.

Tripus, præmium in Bacchi certaminibus.

Folium Sibyllæ. 91

Folium Sibyllę apud Latinos eandem vim obtinet. Iuuenalis,

Credite me vobis fol um recitare Sibyllæ.

Id est rem indubitatam. Aristophanes in Pace,

Οὐ μετέχω μάντιν, ἐπεὶ οὐδὲ Σιβύλλαν. id est,

Haud equidem agnosco, neque enim canit ista Sibylla.

Ductum adagium à Cumana Sibylla, cuius oracula cum primis celebrantur. Huic autem mos erat (vt refertur M. Varro) in palmarũ foliis oracula scribere. Quod sequutus Vergilius in tertio Æneidos,

Sibyllæ Cumanum oracula.

Infandam vatem aspicies quæ rupe sub ima
Fata canit, foliisque notas & nomina mandat.
Quæcunque in foliis descripsit carmina virgo,
Digerit in numerum, atque antro seclusa reliquit.
Illa manent immota locis, neque ab ordine cedunt.

Item in sexto,

—foliis ne tantum carmina mandã,

Ne tur-

Ne turbata volent rapidis ludibria ventis.

Frater viro adsit. 92

Ἀδελφὸς ἀνδρὶ παρών, id est, frater viro adsit. De fido auxilio dictum, propterea quod in rebus periculosis vix vnquam frater solet fratri deesse. Apud Platonem secundo De Repub. libro, Adimantus Glauconis aduersus Socratem disputantis partes excipiens, Nondum (inquit, Socrates) satis hac de re disertum Cur ita? Nempe quia id nondum est dictum, quod maxime dictum oportuit. Tum Socrates, ἴσως τὸ λεχθέν, ἀδελφὸς ἀνδρὶ παρών. id est, Igitur frater adesto viro, vt habet prouerbium: quare tu, si quid hic prætermisit, adiuua. Idem ex Homero sumptum adagium testatur in Protagora, vbi Socrates Prodicum aduocans, vt Simonidem eiusdem ciuitatis hominem à Protagoræ calumnia tueatur, Videor equidem (inquit) aduocare te, quemadmodum ait Homerus, Scamandrũ ab Achille obsessum Simoentem aduocasse,

φίλε κασίγνητε, Διογενὲς Σιμόεντα
Σκάμανδρον.

id est,

Frater amice, hominis pariter compescere vires
Ambo huius studeamus.

Est autem is locus in Iliados φ. Rursum Iliados χ, similiter Hector iam impar Achilli Deiphobum fratrem inuocat vti ferat suppetias. Pallas enim illi apparuerat Deiphobi specie, ac deceptus Hector frustra inclamat,

Δηΐφοβον δ' ἐκάλεσσα κασιγνήτοιο μάχην δὲ
Δηΐφοβον; fratrem intento clamore vocabat.

A quo quum destitueretur, diem fatalem adesse intellexit. Plutarchus in vita Cæsaris refert, Cæsarem Cæsare retinente gladium, fratris auxilium ad hunc modum imploraſſe, idque verbis Græcis, ἀδελφὲ βοήθει.

Ne temere abyduni.

Alcibiades Ionæ perditus.

Μὴ εἰκῇ γε νῦν ἄβυδον, id est, Ne temere Abydũ, subaudiendũ nauiges. Ne quod graue periculũ suscipias sine causa idonea. Veluti si quis admoneat, ne se facile cõciet aliquis in aulã principis, quòd ea res nõ omnib fœliciter cedat: aut ne cõpotationibus temulentis adsciscat sese, quòd fere non contingat abire sine malo: aut ne poetarum attingat literas quòd animos complurium soleant corrumpere. Athenæus lib. 12. narrat Alcibiadem posteaquam à tutoribus accepisset suas facultates, Abydum Hellespontiacam nauigasse, atque illic luxu deliciisque fuisse corruptum: vt non dissimile sit illi, Non cuiuis homini contingit adire Corinthũ. Male audiebat Abydena gens, quòd calumniatrix esset, vt intelligas ea gratia non esse tutum illic versari. Meminit adagii Stephanus & Suidas. Stephanus sic effert adagium, εἰ μὴ δὶς εἰκῇ ἄβυδον πατεῖν, id est, Si ne temere quidem Abydum calcaverit est, nequis confidenter illam ingrediatur. Indicat vtrumque de temeratis, addens hoc iuxta solitum in eos qui Abydum insulæ Mileti incolebant. Commentum est olim nulli quoddam oppidum in Picardia, quod negant vllum hospitem potuisse transire non aliquo notatum scommate.

Vna hirundo non facit ver. 94

Μία χελιδὼν ἔαρ οὐ ποιεῖ, id est, Vnica hirundo non efficit ver, hoc est, vnus dies non sat est ad parandam virtutem aut eruditionem. Aut, non vnum aliquod benefactũ benedictúmve sufficit ad hoc vt viri boni, aut boni oratoris cognomen promereatis: plurimis enim virtutibus ea res constat. Aut vt certum aliquid cognoscas, non satis est vnica coniectura. Quòd si permultæ conueniant, tum demique probabilis tuerit coniectura, siquidem fieri potest vt vna quæpiam hirundo casu maturius appareat. Sumptum ab hirundinis natura quę veris est nuntia, nam hyeme deuolat. Vnde Horatius, 1. epist. 7.

-zephyris & hirun line prima.

De primo vere sentiens. Aristoteles libro Moralium primo, Τὸ γὰρ ἦρ οὔτε μία χελιδὼν ποιεῖ, οὔτε μία ἡμέρα. id est. Ver enim nec vna hirũdo facit, nec vnus dies. Et beatũ eodẽ modo fœlicémve nec vnus dies, nec breue efficit tempus. Aristophanes in Auibus,

Δοκεῖ γ' ἔτους εἶναι καλλίστου χελιδόνων. id est,

Multa videtur opus habere hirundine.

Interpres indicat allusum ad prouerbium quod modo retulimus, Μία χελιδὼν ἔαρ οὐ ποιεῖ. Huic affine videtur illud Sophocleum in Antigona:

Πόλις γὰρ ἀνὴρ εἷς τις οἰκήσας μόνος.
Nam que vnus quæ sit viri, haud est ciuitas.

Etenim quemadmodum vna hirundo non facit ver, ita nec vnus homo facit ciuitatem, nec vnus nummus diuitem.

Da mihi mutuum testimonium. 95

Δός μοι μαρτύριον, id est, Da mihi mutuum testimonium, hoc est, da mihi tuum testimonium, recepturus itidem meum siquando desiderabis. In eos recte iaciendum qui se mutua talione laudant ac prædicãt: aut qui mutuo studio sibi inuicem suffragantur: aut qui ad gratiam testificantur neglecta religione. M. Tullius pro L. Flacco, repudians eleuantque Græcorum testium fidem, Verumtamen (inquit) hoc dico de toto genere Græcorum. Trium vel literas, do multarum artium disciplinam non adimo testimonis leporẽ ingeniorũ acumẽ, dicendi copiam. Deinde si qua sibi alia sumunt, non repugno. Testimoniorum religionem & fidem nunquam ista natio coluit: totumque hunc de re qua sit vis, quæ authoritas, quod pondus, ignorant. Vnde illud est, Da mihi testimonium mutuum? Non Gallorum, non Hispanorum putatur, totum istud Græcorum est, vt etiam qui Græcè nesciunt, hoc quibus verbis à Græcis dici soleat, sciant. Quibus ex verbis M. Tullij latis liquet, adagium hoc ætate illa multo fuisse tritissimum.

Mutuum muli scabunt. 96

Mutuum muli scabunt. Vbi improbi atque illaudati se vicissim miraſtur ac prædicant. Translatum à mulis qui sicuti reliqua iumenta, sese inuicem dentibus scabere solent. Citatur hic titulus, Mutuum muli scabunt, à Nonio Marcello inter reliquos Menippearum titulos M. Varronis, imrũ ut prouerbialis. Autumnus in altera præfatione monobiblorum, Sed vt quod per adagionem ait primus, prouerbio hominamus, mutuo muli scabunt. Meminit huius & Varro lib. de lingua Latina tertio. Quanquam is locus est ita admodum depravatus, non temporũ modo culpa, verum etiam imperitorum librorum vulgarium quibus hoc vnicè propositum videtur, vt omnes bonos libros radicitus extinguant. Sic autem legitur, Amica Philoptorus, eius qui senex puerum dicit pultum, puellam pulsam. Sic fiet mutuam mulinam. Arbitror legendum mutuum muli: vt subaudiatur, scabunt. Symmachus in epistola quadam, Mutuum (inquit) scabere mulos, cui prouerbio ne videar esse connivus, præconiũ virtutũ tuarũ presso dente restringo. Non videtur autem adagium recte accipi posse nisi malam in partem: veluti si indoctum indoctus, deformem deformis, improbum improbus vicissim laudaret. Cuiusmodi fabulam memorat Horatius de duobus fratribus, qui se mutuum scabebant, ac mutuo officio alterum alter vicissim efferebant laudibus.

Varronis locus depravatus ab Erasmo emendatur.

Frater (inquit) erat Romæ, consulti rhetor, vt alter
Alterius sermone meros audiret honores,
Gracchus vt hic illi foret, hic vt Mutius illi.

Idem poetas indoctos notas, qui tamen inuicem se recitantes audiebant, ac laudabant, ead. epist.

Discordo. Alcæus puncto illius ille meo quis?
Quum nisi Callimachus?

Tradunt operas mutuas. 97

Huic confine est Terentianum illud ex Phormione, Tradunt operas mutuas, de adolescentibus qui se vicissim in peccatis defenderent. Translatum videtur ab agricolis vicinis, qui mutuam inter se operam cõmodare solent. Aut ab artificibus qui mutua nonunquam vtuntur opera, maxime, fabri ferrarij.

Senes mutuum fricant. 98

Locus Spartiani testimonium.

Huc pertinet & iocus ille in prouerbiũ versus, de senibus mutuo se fricantibus. Narrat autem fabulam Aelius Spartianus in Adriani Imperatoris vita. Is Adrianus balneo veteranum quempiam seruuli penuria, sese marmoribus affricantem conspicatus, eum & seruulis aliquot & lumptibus donauit. Quod reliqui veterani fœliciter cessisse videntes, cœperunt & ipsi complures sub oculis imperatoris sese marmoribus affricare, vt hoc modo principis elicerent benignitatem. At ille euocatis senibus, iussit vt alius alii vicissim defricarent, atque ita pueris nihil opus fore. Is locus postea in vulgi fabulam cessit. Celebratur & Scipionis Aemiliani apopithegma, lumenta quod manibus caret, alieno egere fricta. Quo pertinuerit, ex sequentibus licebit cognoscere non pauciora, quæ præcone quo tanto non egeant.

Fricantem refrica. 99

Τὸν ξύοντα ἀντιξύειν, id est, Scalpentem vicissim scalpe. Refertur in Diogeniani collectaneis. Par est de merente bene, bene mereri, & officium officio pensare. Suidas ab asinis metaphoram translatam existimat inuicem morficantibus: & in vtramque partem dici posse, qui se mutuis officiis adiuuant, aut qui se mutuis cõtumeliis afficiunt. In quam sententiam celebratur & Mimus ille non illepidus, Senecæ titulo, sed falsò,

Ab altero expectes, alteri quod feceris.

Aristides in communi defensione quatuor oratorum, Τὸν ξύοντα δ' ἀντιξύειν καὶ τοῖς ὄνοις ἡ παροιμία δίκαιον. Περικλέα γ' ἂν καὶ τοῖς λοιποῖς μᾶλλον, ἢ τοῖς ὄνοις ἐοικέναι φαίην αὐτὸν ἐπιμηρίζοντα. id est, Scalpentem inuicem scalpere, etiam asinis videlicet tribuit prouerbium: porrò Periclē cũ leonibus magis quàm cum asinis esse conferendum dixerint Homerici. Huc pertinet illud, χεὶρ χεῖρα νίζει, id est, Manus manum lauat. Quod citat in Axiocho Plato,

Διὰ παντὸς ἦν τῷ σῷ ἐπὶ φρενῶν τὸ Ἐπιχάρμειον,
Αἱ δὲ χεὶρ τὰν χεῖρα νίζει, δοὺς τι, κἀλάβ' τι. id est,
Semper tibi mos erat in animo volvere illud Epicharmi dictum,
Abluit manum manus, da aliquid & aliquid accipe.

Quanquam Aldina editio pro φρενῶν, habet φωνῶν, id est, in ore habere. & metrus trochicus tetrameter Græcus constabit, si pro λάβ' τι legas λαμβάνε τι. Quod idem alio loco citauimus, sed aliter, mendosum exemplar secuti: quũ Græcus Plato nondum esset ad manum quẽ consulere possemus. Cuius rei visum est commonefacere lectorem, nequis hoc nomine mihi calumniam struat, quòd temere Platonis scripturam inuerterim. Quantum autem ad sententiam pertinet, nihil omnino refert, νίζει legas, an νίζει, quandoquidem vt manus manui mutuum præstat officium lauando, itidem & scalpendo.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. *pro λάβῃ τι*] Imò verò legendo λαμβάνέ τι, nihilo melius constabit quàm antea. oportebit enim in λάμβανε mediam syllabam producit: quòd planè est inauditum, nec vllo, vt opinor, veteris poetæ exemplo defendi potest, in versu cuius non fit turpecta lectio. Legendum ergo potius, λαβὲ τὸ σὺ. quam lectionem apud Stobæum aliquando reperisse mihi videor. Ipse Erasmus antea scripsit λαβέ τι, recte, si addidisset σὺ. quod pronomen non caret aliqua gratia & emphasi, quantũ iudico: & cũ eo plenus est versus trochaicus catalecticus.

Ferrum ferro acuitur. 100

Non erat consilii in hunc ordinem admiscere prouerbia theologorum, nũ quòd ea contemnam, sed partim quòd hoc honoris habendum iudicauerim. Sacris literis, partim quòd passim in manibus sint. Vnum tamen illud, quoniam sic ad amussim ad ista quadrat) non pigebit adscribere: Id est, in Prouerbiis Salomonis, capite vigesimo septimo: Ferrum ferro exacuitur, & homo exacuit faciem amici sui.

CHILIADIS PRIMAE CENTVRIA OCTAVA.

Aequalem vxorem ducere. 1

Ἴσῃ κῦ σωφρονοῦσα, id est, Æqualem tibi vxorem ducito. Adagium admonet, nequis cupiditate aut ambitione allectus, se potentiorem ducat vxorem: iam eiusmodi fermè connubia inauspicatò cedere. Plutarchus in libello De liberis educandis parentes admonet, vt eiusmodi locupletiores vxores despondeant quæ nõ sint multo ditiores, vel potentiores. prudenter enim dici prouerbio, Tua sorte vxorem ducito. Celebratur & hoc inter sapientum apophthegmata, atque à nõnullis Pittaco adscribitur, Γάμει ὁμοίαν ἀφ' ὁμοίων, id est, Vxorem ducito ex æqualibus. Nam si duxeris ex potentioribus te prognatam, dominos tibi parabis, non affines. Diogenes Laertius in vitis philosophorũ huiusmodi quiddam commemorat, quod quidem affirmat non ineleganti epigrammate celebratum esse. Adolescens quidam Atarnetes Pittacon consuluit, vtra sibi è duabus ducenda esset vxor. Nam duæ offerebantur: altera par opibus ac genere: altera vtroque superior. At ille sublato scipione quo nitebatur, admonuit vti pergeret ad triuia ciuitatis quò pueri lusus conueniunt: eos consuleret. & quod illi dedissent consilij, id requireretur. Pueri ex prouerbiali cantione responderunt, Æqualem vxorem esse ducendam. Itaque adolescens altera prætermissa, duxit æqualem. Idem Dioni suadet Callimachus. Hæc autem sententia hoc impensius placuit Pittaco, quòd ipse nobiliorem se duxerat, Draconis sororem, cuius imperium fastidiáque molestissimè legitur tulisse: vt hoc dictum non in tempore, sed suo malo videatur reperisse. Extat autem epigramma, tametsi illic Ἰὼν, nõ Δίων legitur, mendose opinor. Id est huiusmodi.

Tua sorte vxorem ducito.

Consilium Pittaci.

Ξεῖν' Ἀταρνείτης τὶς ἀπείρων Πιττάκου ἤτει,
Τὸν μετυλλαῖον παῖδα τὸν Υρραδίου.
Δοῖα γάμει, δυοῖν μοι καλῶ γάμον. ἢ μία μὲν δὴ
Νοῖσα, καὶ πλούτῳ καὶ γλυκὺ κατ' ἴσμε.
Ἡ δ' ἑτέρη σοφίῃσι. τί κεῖνον ἐς αἰδέομαι σὺ
Βάλλειν ποτίβλων εἰς ὑμέναιον ἄλω.
Εἶπεν. ὁ δὲ σπείσας χοντίνοιο πίτυλον ἀείρας.
Ἡνίδε παῖδες, ἔφη, τῶν ἐρέειν ἴτον.
Οἱ δ' ἀμφ' ἰνὸς πλατῆνα ἴσας βάμβικας ἔχοντες
Ἐστιχον ἄθρεῖν παῖδες ἀπειρεσίω.
Κεῖνον ἔρχετο, φασὶ, μετ' ἴχνια. κ' ὡς ἐπέπυστο
Πλησίον, οἱ δ' ἄλεγον, τῷ κῦ σωφρονέοντα.
Ταῦτ' εἶπον ὁ ξεῖν' ὃ φρόνησιν μείζονα εἶναι
Δραξάσθ', ἢ πλούτου κλῆσιν ἐν δόμῳ φέρῃ.
Τῷ δ' ἐλπίδα ὡς καὶν ἔχῃς ἐς εἶναι ἑταῖρον νύμφιον.
Οὕτω κ' οὐ Δίων τῷ κῦ σωφρονέοντα λάβῃ.

Quos versus, quoniam Ambrosius Camaldulensis, Diogenis interpres, non omnino infeliciter Latinos fecit, haud grauabor adscribere.

Hospes Atarnetes rogitauit Pittacon olim,
Sic Milesiadem, Hyrradioque satum,
Magne senex, geminæ cernunt mihi nubere, quarum
Et genere atque opibus conuenit vtra mihi:
Altera præstabit quæ præstat, consule, dicque
Vtra ex his potius (ut capiaris) mihi.
Hæc baculum tollens, sic, tela semina, dixit,
Consilium pueris quod petis, expedient,
Quos celer in gyrum tractatu vertere turbo
Assiduo lusu vertitur ex triuio.
I, sequere illorum monitus, sic fatur: at ille
Sectatur, referunt, Tu tibi sume parem.
Quæ postquam audiuit, monitus puerilibus hærens,
Ad magnos hospes adiuuat thalamos:
Atque parem parvas latus traduxit in ædes:
Sic Dion æqualem, sis sapis, ipse cape.

Est autem allegoria à turbine puerili qui flagellis circũagitur. Aiebat enim quisque pro suis viribus turbinem sibi congruentem. Dein ira apud Ouidium ad iuuum sexum transtulit prouerbium:

Quàm male mæquales veniunt ad aratra iuuenci, *Nubendum pari.*
Tam tuus in magno coniuge nupta minor.
Non honor est, sed onus, species laesura ferentes:
Si qua velis apte nubere, nube pari.

Plutarchus De liberis educãdis, τὸ γὰρ τῷ κῦ σωφρονέοντα λαβεῖν, σοφὸν, id est, Sapientis est vxorem sibi parem congruámque ducere. Huc adscribendum putaui carmen illud ex Thesmophoriazusis Aristophanis titulo inscripta,

Δίκαιόν γὰρ γέροντι νυμφίῳ νεᾶν. id est, *Vxor seni sponso regina est.*
Regina siquidem mulier est sponso seni.

Idem admonet versus ille Euripideus, in Rheso,

Οὐκ ἄξιόν μ' ἀστοῖσι μείζονα γαμεῖν δόμον. id est,
Nolim ex potentioribus me coniugem.

Neque verò solùm id spectari conueniet, vt par sit vxor generis claritate, aut modo rei familiaris: verùm vt ætas non admodum discrepet, vt forma, vt vitæ genus. Potest & longius trahi, nimirum ad negotium suscipiendum, cui sis conficiendo per ãc idoneus. Ità ad vitæ genus aptum, & ad amicum tuis accõmodum moribus.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. Τῷ κῦ σωφρονέοντα λάβ.) Mirum est hunc errorem apud omnes propemodum inualuisse, vt cum Erasmo hanc

hanc Græcam orationem πλὴν κῆ σαυτὸν ἔλα, putent Latine ad verbum interpretatā, sonare, Æqualem tibi vxorem ducito: subaudiēdo videlicet accusatiuū γυναῖκα. Hoc enim existimare absurdum esse legentibus quæ dicam, perfuaturum me spero. Hæc verba quū Erasmus ita interpretatur, Æqualē tibi vxorē ducito, perinde est ac si illud prouerbiale dictum, ἀπόβλεπε ἴλλαχε, ἑαυτῷ κόμιζε, Latinè ita redderes, Vxorem nactus es, hanc institue, vel, hanc tuo modo rege. Atqui hoc esset (dixerit aliquis) non ipsum prouerbium interpretari, sed eius vsum & accōmodationem ostendere. nam nomen vxorem in prouerbio non reperitur, sed Spartam. Nimirum nec in hoc de quo nunc agitur, reperitur vxorem, sed turbinem. Quum enim pueri hæc verba inter ludendū alij aliis inclamitarent, πλὴν κῆ σαυτὸν ἔλα, id est, Eum qui secundum te est versa: ex re præsenti videlicet subaudiebant accusatiuum βίμβλητα, id est, turbinem. Nec verò quòd Pittacus puerorum dictum de eligēdo turbine, locum habere in eligenda vxore voluerit, ideo verba eorum idem quod antea significare desierūt. Nec Callimachus his verbis quibus suum epigramma claudit, Ὅστις καὶ σὺ Δίων πλὴν κῆ σαυτὸν ἔλα, aliud significat quàm, Itidem & tu Dion turbinem eum qui secundum te est versa: si nuda verborum proferatur interpretatio. sed ea ad propositum accommodando, sensus eorū est, Eam quæ secundum te est, in vxorem ducito. Quæ verba qui tanquam simplicem Græci prouerbij interpretationem ponit, eo magis reprehēsionem meretur, quòd angustissimis finibus includit illud dictum quod latissimè patere, & ad quamplurima accommodari potest. Nam quemadmodū ad amicum Dionē scribam, Quod attinet ad duas illas puellas, quarum tibi datur optio, vtram velis in vxorem ducere, πλὴν κῆ σαυτὸν ἔλα: ita etiam ad alias eius literas respondens, dicere possim, Quod scribis te incertum esse, hancne an illam capere debeas prouinciam: πλὴν κῆ σαυτὸν ἔλα. Item, Quod scribis vt tibi dē consiliū, vtramne aulcā an ihā alterā amplecti debeas: ad pueros te remitto, dicentes, πλὴν κῆ σαυτὸν ἔλα. Item, Iā binas a te literas accepi, in quibus me consulis de eligenda, in qua ityum exerceas, materia: illud puerorum dictum, πλὴν κῆ σαυτὸν ἔλα optimum tibi consilium fore existimo. Ad alia denique permulta hæ puerorum voces eleganter accommodari possunt. Sed esto, non alia esse eorum vsus exempla quàm quæ hic ponimus: saltem eadem ratione qua dicentur significare, Æqualem vel conueniētem tibi vxorem ducito: significare dixero & hæc, Materiam tibi conuenientem sume, Prouinciam cui sis idoneus, cape, Vitæ genus tibi congruum sequere. Sed nemo est, vt opinor, qui non statim his expolitionibus (si interpretationes appellentur) reclamaturus sit. Nam vt possemus ita interpretari, dicendum foret, in articulo πλὴν quemlibet horum accusatiuorū subaudiri, ὑπόδυσιν, ὑπομένοντα, ζωλὸν (quoniā cū + nō cōueniret βίον, alioqui locū hic potius habens) at has phrases, ὑπόδυσιν ἔλαυνε vel ἔλα, ὑπομένοντα ἔλαυνον, ζωλὸν ἔλαυνε, quibus nisi planè ferreis auribus audire possemus? Quid? ista, χωλὸν ἔλαυνε, pro χωλὸν ἄγε, minúsne dira nobis crepabitur? Nec verò tot verbis opus esse ad refellēdam hanc interpretationem existimasse, nisi Erasmum tantam illi authoritatem dedisse animaduertissem, vt passim à viris etiam non indoctis recipiatur. Cæterùm quod attinet ad illa duo verba κῆ σαυτὸν, quomodo duobus Latinis aptè exprimi possint, ignorare me fateor: ac vereor vt præpositio Secundum, qua vsus sum, parum sit Latina: & tamen quam per catachresin (si aliter non possumus) vsurpare potius debeamus non inuenio.

V. φὴν) Duo sunt quæ apertè repugnāt huic interpretationi: vnū quòd κῆ σαυτὸν accipiendum esset pro καὶ σαυτὸν, nouo planè modo, non secus quàm si quis Latinè te aut te ipsum pro se aut seipsum vsurparet: alterum quòd ἔλαν pro ἄγαν intelligendum foret. Legendum est ergo apud Plutarchum ἔλα, non ἔλαν, nec ἔλαν: & ita interpretanda eius verba, Nam dictum illud, Eum qui secundum te est, versa, sapiēs est. De his autem verbis, πλὴν κῆ σαυτὸν ἔλα, vide proximè præcedentem annotationem.

Ne my quidem facere audet. 2

Mussare.

Qui metu non auderent hiscere, ij quondam negabantur my facere audere. Refertur adagium à Varrone, lib. de lingua Latina 3. Putat enim ille mussare verbum deductum à my literæ vocabulo, quasi μύζειν, propterea quòd muri non amplius sonare queant quam my. Est enim ea litera maxime omnium muta, præsertim in fine, mirè os contrahens & occludens. Verba Varronis sunt hæc, A quo idem dicit quod minimum est, neque (vt aiunt) my facere audent. Videtur esse carmen Ennianum. Nam hunc paulo superius citauerat, Dicit quod minimum est, neque (vt aiunt) my facere audent. Est autem Græcis μύζω, tum fugo, tum naribus vocem reddo. Aristophanes in Νεφελοκοκκυγίᾳ,

Τί μύζεις, πανδεῖ πνεούσης τραχεῖα.

Μύζειν.

Quum enim Mnesilochus dixisset, μὴ μῦ, id est, mu mu, Euripides respondet,

Mutire. Mugire.

Quid mussitas? peracta sunt cuncta optimè.

Et apud Latinos mutire ac mussare, est tacitè ferre, & quasi vocem absorbere. Terentius, in Adelph.

Mussitanda mihi sunt ad hæc omnia.

Vergilius, Æneid. 12.

--mussat rex ipse Latinus.

Apud Aristophanē in Equitib. duo priuatim apud se quæsturi quædam de vitijs ciuitatis, ieiunū hunc cōmunt,

μῦ μῦ μῦ μῦ μῦ μῦ μῦ μῦ μῦ μῦ μῦ.

Ex quo licet cōiicere hanc vocem loqui formidantium.

Ne gry quidem. 3

Μηδὲ γρῦ φθέγγεσθαι, id est, Ne gry quidē loquitur: hyperbolice item prouerbialis apud Græcos, pro eo quod est, ne tantulum quidem. Nam Gry, minimum quiddā significat, aut vocem fullam quam edere solent ij qui grauantur sermone respondere, aut nonnihil minutissimum. Aristophanes in Pluto,

Gry.

—καί μοι προσδιαλέγεται,
Καὶ ἅμ' ἀπεκρινόμην τι· τοῦτο δ' οὐ γρύ. id est,
—neque vi jubigit simul,
Atque interim rogatus hæc quid fibi velint,
Prorsum nihil respondet, ac ne gry quidem.

Hinc & verbum deductum γρύζειν. Idem in eadem fabula,

Γρύζειν.

Γρύζειν δὲ καὶ πλημμελεῖν ὦ καὶ δάμμαλις
Grunnire verò auditis etiam, perditi?

Philostratus in vita Apollonij, Οὐδαμοῦ ἐφθέγξατο, οὐδ' ὑπῆχθο γρύξαι, id est, Haudquaquam loquutus est, neque adduci potuit vt vel hisceret. Huius vocis vsus admodum frequens est apud Aristophanem.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. Μηδὲ) Satius videtur prouerbiū esse re sine verbo φθέγγεσθαι, hoc modo, Μηδὲ γρῦ, vel Οὐδὲ γρῦ quia non tantùm ad verba refertur, verumetiam ad res: ideóque non iungitur duntaxat cum verbis loqui significantib. sed & cum aliis. Iulianus Imperator in oratione scripta ἀπὸ Ἑλλήνων τῷ βασιλῆ τῷ δήμῳ, Ὁ γὰρ τοι καλὸς Κωνσταντῖνος ἐκλεγόμενον αὐτὸν ἐμοὶ πλὴν πατρῴων κτημάτων ἄπεσται, ἐμοί τι, ὑπὲρ ἐμοῦ, ἄτε δὴ μετὰ δίκης ὄντος. Athenæus lib. 8. Ὄψα δὲ μηδὲν εἰς πλεῖστον μηδὲ γρύ.

Pili non facio. 4

Est Latinis hæc familiaris hyperbole, Non facio pili, Ne pilo quidem melior: quum minimum quiddam momenti significant. Catullus, Non faciunt pili cohortem. Cicero ad fratrem, Ego enim ne pilo quidem minus te amabo. Idem, Interea de Cappadocia ne pilum quidem. Tametsi in vulgatis exemplaribus pileum hoc loco scriptum est. Quod quidem adagium etiam his temporibus nulli non est in ore. Pili vilitas etiam Græcis in prouerbio fuit. Vnde ἄξιος πεκλῆς, id est, dignus pilo: in hominem nihili. Quo durior erit translatio, hoc venustior: nam, Pili non facio, præter hyperbolen, nihil pene habet figuræ. At Ne pilo quidem doctior, Ne pilo quidem iucundior, Ne pilo quidem honoratior, atque id genus orationes, quoniam paulo longius recedunt à simplici sermone, paululum accipiunt gratiæ.

Cicero in eum.

Pilo dignus.

Nauci non facio. 5

Nauci esse, & Nauci facere, pro eo quod est nihil esse, & nihi li facere, fæpiculè apud Plautū reperietur. Quid autem nauci significet, seruus quidam Plautinus, quum ea voce esset vsus, tamen scire se negat. Plautus, Qui homo timidus erit in rebus dubiis, nauci non erit. Grammatici quidam (inter quos Pompeius Festus) aiunt nauci significare nucis putamen, aut olex nucleum, aut eam membranulam quæ visitur in medio nucis iuglandis interiita, denique rei cuiuslis putamen,

Nauci.

ὄφελος quod Græci ὄφελος, nauci vocatum existimat. Quidam à voce Græca deducunt ναῦον, quod declarat pellem caprinam. Sunt & aliæ de nauci sententiæ, quas qui volet cognoscere, legat Festum in dictione Naccæ. Nauci non habeo, dixit Ennius apud M. Tullium libro De diuinatione 2. Non habeò denique nauci Marsum augurem.

Nauci nō habere.

Flocci non facio, aut Flocci facio. 6

Eadem ratione dictum est, Flocci facere, & Ne flocci quidem facere, pro eo quod est, ne tantuli quidem facere. Est autem floccus particula lanæ quæ inutilis à vellere diuellitur atque euolat, aut certè simile quiddam nullius momenti. Exempla passim apud authores obuia sunt, vt non videatur operæprecium hoc inculcare loco.

Floccus quid.

Huius non facio. 7

Ad hanc formam pertinet illud Terentianum ex Adelphis: Huius quicquam non faciam. Donatus admonet esse δεικτικὸν demonstrantis aut floccum, aut stipulam, aut summum digitum, aut huiusmodi quippiam. Athenæus libro duodecimo prodidit, Sardanapali statuam ipsius monumento impositam, hoc gestu digitorum, vt significaret res humanas omnes prorsus esse contemnendas, ac ne digituli quidem crepitu dignas.

Sardanapali statua.

Vitiosa nuce non emam. 8

Apud Plautum est in Milite: Vitam tuam vitiosa nuce non emam, pro eo quod est, ne minimo quidem. Et vulgo dicimus, Cassa nuce nón emerim, & Putamine nucis non emerim. Aristophanes in Pace:

Cassa nuce non emerim.

Οὐκ ἂν πριαίμην ἐγὼ ἂν οὐδὲ μιᾶς. id est,
Non emerim nec vnica quidem nuce.

Consimile his quod legitur apud eundem Plautum, citante Festo, Non ego istud verbum empsitem titiuillitio. Nam hoc verbo tanti nihili rem significare solent, quemadmodum & Græci dicunt πτωλόν. Rursum Butubata (qua voce vsus est Nævius) pro nugatoriis, authore Festo.

Titiuillitio nō emerim. Butubata.

Ne teruncium quidem insumpsit. 9

Est aliquoties apud Ciceronem hyperbole teruncij, quod apparet esse genus minutissimi nomismatis: ad Atticum, Atque etiam spero, toto anno imperij nostri teruncium sumptus in prouincia nullum fore. Plautus in Captiui duo: Neque ridiculos iam teruncij faciunt: quemadmodum Græci dicunt, ἡμιοβέλιον, pro re vilissima. Varro teruncium à tribus vncis dictum putat.

Homo triobolo. 10

Itidem Plautus in Pœnulo hominem trioboli dixit, pro nequissimo, planéque nullius pretij. A nummo minutissimo. Consimili figura dixit Aristophanes in Vespis, pro vilibus versibus τετραπήχεις ἐπῶν. Gregorius in epistolis de vili contemptóque dixit. μᾶλλον ἀνδράποδον ὀλίγων ὀβολῶν ἄξιον, id est, Imò potius mancipiū paucis obolis dignum. Dicuntur & triobolares.

Triobolares.

Homo tressis. 11

Consimili modo Persius tressem agasonem appellat, contemptissimum homuncionem. Idem,

Et centum Graecos curto centusse licetur.

Tressis. Assis.

Id est, minimo. Tressem autem dixit nouè, quasi tribus assibus æstimādum. Assis autem erat æreī nummuli genus. Persianum carmen sic habet in quinta Satyra:

Heu sterilis veri, quibus vna Quiritem
Vertigo facit, hic dama est, non tressis agaso.

Dupondij.

Confine Hieronymianum illud: Quis te dupondio supputabat? Iustinianus in præfatione Pandectarum, noluit adolescentes legum studiosos, veteri non minus ridiculo quàm friuolo cognomine nuncupari dupōdios, sed Iustinianos nouo.

Dignus pilo. 12

Ἄξιος πεττός, id est, Pilo digni, dicuntur Græcis, nulla bona re digni, quòd pilo nihil contemptius. Aristophanes in ranis,

Εἰ πάντ' ἦλθον δῆτ' ἐξὸν τεθνηκότας,
Ἥκειν ἅπαξ οὐκ ἄξιός τις ἦν πεττοῦ. id est,
Siquando vem huc, emori sanè volo, aut
Siquid tuorum sustuli dignum pilo.

Adagium commemoratur à Diogeniano.

AMMAD. HENR. STEPH.

V. Ἄξιος πεττοῦ.) Ita quidem legitur apud Zenobium: sed fortasse mendosè, pro οὐδ' ἄξιος πεττοῦ, vel οὐδὲ πεττοῦ ἄξιος, id est, Ne pilo quidem digni. Ita enim vsurpatur frequentius, nec mimis de rebus quàm de personis: vt, οὐδὲ πεττοῦ ἄξιον πῶμα. Aristophanis etiam locus negationem admittet, si ita muteetur orationis forma. Ne pilo quidē dignū furatus sum quicquā: alioqui mori velim.

Nec vno dignus. 13

Ἄξιος οὐδὲ μόνου, ἢ ἄξιος ἐνὸς, id est, Ne vno quidem dignus, & vno dignus, de vilissimo. Translata metaphora à iactu talorum, in quo μονᾶς, i. vnionis numerus infimus erat. Denū vbique in rationib. numerorū minimū quiddam est vnio, ac ne numerus quidem vt autumant philosophi. Ex aduerso, quem multi pretij significant, hunc πολλοῦ τινὸς ἄξιον, id est, multa re dignum, trita figura Græci dicunt, & τοῦ τυχόντος ἄξιον, id est, quauis re dignus. & è diuerso: ὀλίγου ἄξιον, id est, paulo dignū, quem contemnunt. Gregarium autem est ac plebeium, vnius duntaxat hominis vice supputari. Proinde Homerus Iliados λ quum medici dignitatem explicare vult, ait,

Quauis re dignus. *Paulo dignus.*

Ἰητῆρ γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων. id est,
Vnus homo medicus multis æquandus bonore est.

Medicus multorum instar.

Ad quod respexit Plato libro De legibus quinto, Ὁ μὲ γὰρ ἑνὸς, ὁ δὲ πολλῶν ἀνταξιώτατον, id est, Nam hic quidem pro vno, ille pro pluribus aliis æstimandus est. Ad hanc formam pertinent & illæ Rhetorum figuræ, quum aiunt vnum aliquem sibi pro theatro esse, & Vnius cuiuspiam iudicium pluris se facere, quàm infinitę multitudinis.

Vnū aliquem pro theatro esse.

Dignus obeliſco. 14

Ἄξιος ὀβελίσκου, id est, Dignus obeliſco, dignus quouis honore. Summis enim viris eiusmodi columnæ ac pyramides erigebantur, magnificis inscriptæ titulis, aut ingentes colossi: sic enim stupidi principes olim fingi gaudebant. Tametsi prouerbium ancipitem habet sententiam, propterea quòd Aristarchus obeliscis iugulare sit solitus quæ parum probaret. Meminit huius præter alios Suidas.

Stupidorum principum pyramides & colossi.

Aureus in Olympia ſtato. 15

Quem summo præmio dignum Græci significant, ei dicere solent, Aureus in Olympia statuēre. Lucianus in Pseudologista, χρυσοῦς (φασὶν) ἐν ὀλυμπίᾳ ἕστηκε, id est, Aureus (vt aiunt) in Olympia stato. Quòd is honos id ætatis præcipuus haberetur, loco tam celebri statuam inter illustres viros habere. Huc alluſit Virgilius, quum ait Eclog. 7.

Si pecus a gregem supplenerit, aureus esto.

Plato in Phædro, Τυγχάνω χρυσοῦν εἰκόνα ἐναντίον τῶν ἀναθημάτων. id est, Polliceor me statuam auream tibi æqualē Delphis collocaturum. Ibidem paulò pòst, Παρὰ τὰς Κυψελίδων ἀναθήματα κειμένας ἐν ὀλυμπίᾳ ἕστηκε, id est, Inter statuarum Cypselydarum monimenta in Iympia fabrefactus stato. Interpres fortassis χρυσοῦς legit, aut certè somniauit, vt qui verterit aureum. Portò reges Corinthi dicuntur Cypselidæ à Cypselo, qui pulsis Bacchidis è Corintho, ibidem imperio est potitus, summásque coegit diuitias: cuius rei argumentum (inquit Strabo) τὸ ὀλυμπιάδων ἀναθήματα Κυψέλου, σκυτάλαις χρυσοῖς ἀφωμοιωμένα δοκοῖς. Aliusit huc & Philostratus in Apollonij vita. καὶ στεφανοῦται ἐν ὀλυμπίᾳ. id est. & coronabant te in Olympia. Non dissimili figura dixit Persius Satyra secunda,

Cypſelida.

Præcipuus sumto, sitq; illis aurea barba.

Quibusdam enim ignis aurea barba consueuit addi.

Aurea barba dignus.

Quauis re dignus. 16

Ἄξιος τοῦ τυχόντος. id est, Quauis re dignus. Refertur ab omnibus Græcorum adagiorum collectoribus. Vtitur Plato in Sophista, ἢ τοῖς μὲ δοκοῦσιν εἶναι τοῦ μηδενὸς τίμιοι, τοῖς δ' ἄξιοι τοῦ τυχόντος, id est, Alijs videntur nulla re digni, alijs rursus quantauis. Similiter dixit Terentius, Hominem quantiuis pretij. Quanquam huius adagionis modo est facta mentio.

Homo quantiuis pretij.

Dignus Argiuo clypeo. 17

Ἄξιος εἶναι τῆς ἐν ἀσπίδι ἀκοπίδος, id est, Dignus es Argiuo clypeo. De generoso ac maiorem in modum venerando: inde sumptum quòd olim apud Argiuos, ex more pueri incorrupti puriique clypeos quosdam gestantes, pompas agebant. Usque honos erat illi ætati, prisco quodam instituto decretus.

Puerorum Argiuorum mos.

Dignum propter quod vadimonium deseratur. 18

Vbi rem maximi momenti volemus significare, quę-

que

que vel quantouis dispendio debeat expeti, dignam esse dicemus cuius gratia vadimonium deseratur. Nam qui vadati sunt, nō nisi summo suo periculo abesse possunt. Plinius secundus in præfatione Naturalis historiæ: Inscriptiones (inquit) propter quas vadimonium deseri possit, hoc est, quarum gratia omnia sint posthabenda, vel maximè sera. Seneca De beneficiis lib. 4. Vadimonium promittimus, tamen deseritur. Non in omnes datur actio. Deserentem vis maior excusat. Hæc Senecæ verba declarant, vehementer vrgens esse oportere quod excuset vadimonij promissi desertorem. Horatius, 1. Serm. 9.

Vadimonij deserores.

-& casu iam respondere vadato Debebat.

Ridet improbum garrulum qui maluerit periclitari de causa, quàm à nugis discedere. Cōsimilis est forma quasi pro aris focisque dimicare, quum de re chara seriáque certamen est. Nec dissimili schemate dixit Celsus lib. Pand. 6. tit. De rei vendicatione, Laribus sepulchrisque auitis carere. Finge (inquit) pauperem, qui si reddere id cogatur, laribus sepulchrisque auitis carendum possis, dum ita ne deterior sit fundus, quàm si initio habeat: sufficit tibi permitti tollere ex his rebus quæ non foret ædificatum.

Pro aris & focis.

Laribus sepulchrisq; auitis carere.

Animo esse securo.

In vtramuis dormire aurem. 19

In vtramuis dormire aurem, est animo ociosè, securo, vacuóque esse. Terentius in Heauton. Ademptum tibi iam faxo omnem metum, in aurem vtramuis ociosè vt dormias. Vtitur eo & Basilius in epistola quadam, sed malam in partem, ita vt supinam securitatem intelligi velit. Menander in Plocio apud Gellium,

Ἐπ' ἀμφοτέρᾳ, τὴ' ὀθόνιγγες ἢ μάλλα καθεύδειν. id est,

In aurem vtranque, quandoquidem data ei, cubet.

Sic enim vertit nescio quis.

In dexteram aurem. 20

Eodem sensu dixit Plinius in dexteram aurem. Ita enim scribit Romano suo: Nihil quod in dexteram aurem, fiducia mei dormias, non impunè cessatur. Id est, nihil est quod sis securus. Sic enim admonent medici, vt in primo somno qui profundissimus esse consueuit, in aurem dexteram incumbamus: quum experrecti redormire cupimus, in sinistram. Porro qui leui somno vult vti, in neutram incumbit aurem, quo facilius expergefiat.

Medicorum monitum.

Porrectis dormire pedibus. 21

Huic affine est illud, Ὑποτείνασθαι τὼ πόδε καθεύδειν, id est, Porrectis pedibus dormire. Lucianus De mercede seruientibus. ἢ τὸν δι' ἡ τῆς ἀρχῆς ὑποτείνασθαι τὼ πόδε καθεύδειν, id est, Iámque tandem quod optari solet, obtigit, vt porrectis pedibus dormias. Ad eandem figuram pertinet, quod in Aristophanis Pluto dixit Mercurius, ἀναπέδιλω ἀίσσουσιν, id est, Sublatis pedibus requiesco, & supinus per ocium. Et supinitatem, negligentiam, incogitátiámque significamus. Et cōlerere manus, in Hebræorum prouerbiis, in ignauum, Paulú dormies, paululum dormitabis, paululum conseres manus, vt dormias: apud Salomonem in Prouerb.

Supinus. Conferta manum.

Naso suspendere. 22

Naso suspendere, est vafrè ac subdolè irridere. Plinius libro 11. capite 37. docet à suæ ætatis hominibus nasum subdolæ irrisioni fuisse dicatum. Nam apud veteres authores nihil huiusmodi legitur. Verba Plinij subscribam: Et altior homini tantum (quem noui mores subdolæ irrisioni dicauere) nasus. Horatius 1. Sermon. 6.

Nasus irrisioni dicatus.

-naso suspendis adunco. Idem 2. Serm. 8.

-balatro suspendens omnia naso.

Persius de Horatio, qui vafrè tectéque rideat, Saty. 1.

Callidus excerso populum suspendere naso.

Idem alibi:

Naſuti.

Discę sed ira cadat naso, rugosáque fruna.

Vnde nasuti vocantur, qui doctè norint alios irridere. Martialis,

Rhinocerotis nasus.

Non cuicunque datum est habere nasum. Idem,

Et pueri nasum Rhinocerotis habent. Idem rursum,

Nasutus sis vsque licet, sis denique nasut.

Persius Sat. 1.

-rides, ais, & numis vnctis
Naribus indulges.

Græci simplici efferūt verbo, μυκτηρίζειν, ἀντιμυκτηρίζειν, id est, irridere, vicissim irridere, τὸ τῷ μυκτῆρι, id est naso. Cassius ad Ciceronē, lib. Epist. famil. 15. Quósque vbi ridiculo aut scommatico dicterio læserūt, velut rusticè gladio ἀντιμυκτηρίσαι, id est, vicissim naso suspendere. Nasum irrisum veteres consecrasse, ex multorum monumentis palā est. Vide Pierium in hieroglyphicis, li. 33.

Dignus quicum in tenebris mices. 23

Qui certissima esset fide, eum dignum dicebant quicum in tenebris micaretur. Cicero libro officiorum tertio, Hoc nónne est turpe dubitare philosophos, quæ ne rustici quidem dubitant, à quibus natum est id quod tritum est vetustate prouerbium? quum enim fidem alicuius bonitatémque laudant, dignum esse dicunt quicum in tenebris mices. Idem de finibus libro secundo, Cur iustitia laudatur, an verum est tritū vetustate prouerbium, Quicum in tenebris mices? Est autem micare, lusus genus quoddam, quod adhuc apud Italos durat, vt repentè porrectis digitis, certantium vterque numerum diuinet. Huius Cicero mentionem facit libro De diuinatione secundo, Quid est enim sors? Idem propemodum quod micare, quod talos iacere, quod tesseras. M. Varro, Micandum erit cum Græco, vtrum ego illius numerum, an ille meum sequatur. Nemesianus in carmine Bucolico, *Digitos iactate micantes.* Meminit & diuus Augustinus libro de Trinitate octauo, capite quinto, Nam id (inquit) vbi volumus facile habemus, vt alia omittam, vel micando digitis tribus. Porrò quicum micat in tenebris, ei liberum est, si velit, fallere. Proinde dignus qui cum in tenebris mices dicitur, qui sit vsqueadeo certa fide, vt nec hi cutò possit, velit quèpiā mē dacio fallere. Habēt Græci simile quiddam, Dignus huc est cui vel iniurato fidem habeas, Οἷ' ἀνὴρ κ ἀνώμοτος πιστόσασθαι ἄξιος, id est, Hic vir dignus cui credas etiam iniurato. Cui diuersū, Ne iurato quidē illi crediderim.

Homo incorrupta fidei.

Micare.

Iniurato credere.

†Non omnes sciunt quid sit micare digitis. Lusus est ab Italis forte petitus, qui inter equitandum, vt longè alioqui vitæ tædium fallant, sortitione digitorū, vt apud Nonium Marcell. hoc est digitis nunc apertis, nunc contractis, variéque ductis aut reductis diuinandum sociis dare solent, de numero quem ipse in animo habeat qui micat, luditque. Galli appellant, *La morre.* Sed de eo nonnihil Tiraquell. de iure primogen. ad 37. quæstion. & Pierius lib. 36.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. κ' ἀνὴρ) Passiuo πιστόσασθαι hic vtendum erat.

E Iouis tabulis testis. 24

Ἐκ τῆς Διὸς δέλτου ὁ μάρτυς, id est, Ex Iouis tabulis testis. Apud Græcos dicebatur pro certo & indubitabili teste. Lucianus in libello de mercede seruientibus, Εἴτε τὶς μοιχὸν ἢ παιδεραστὴν, εἴτε ὁπωσοῦν, ὡς τῆς Διὸς δέλτου ὁ μάρτυς, id est, Si quis te adulterum, aut pæderastem dixerit, is protinus (iuxta id quod dici solet) ex Iouis tabulis testis. Alludit est, ni fallor, ad diphtheram, in qua Iupiter omnia mortalium acta describere fingitur à poetis.

Certus testis est indubitatus.

De qua prouerb. antiquitus diphthera loqueris Chil. 1. cent. 5. pro. 24. post, Serò Iupiter diphthera inspexit Chil. 1. cent. 10. pro. 58. V. Turneb.

Atticus testis.

Ἀττικὸς μάρτυς, id est, Atticus testis, legitur in Collectaneis Diogeniani, pro probatissimo atque incorruptissimo teste, Quod si quis per ironiam torqueat in testem vanum, non inconcinnè dixerit.

Attica fides. 26

Ἀττικὴ πίστις, id est, Attica fides, legitur apud eundē de minimè vanis minimēque periuris: inde natū quòd apud Atticos templum esset Fidei deæ constructum: cuius meminit etiam Plautus in Aulularia. Velleius Paterculus meminit his quidem verbis, Si quis hoc rebellādi tempus quo Athenæ à Sylla captæ sunt, imputat Atheniensibus, nimirum veri vetustatisque ignarus est. Adeo enim certa Atheniensium in Romanos fides fuit, vt semper & in omni re quicquid syncera fide gereretur, id Romani Attica fide fieri prædicarēt. Quintil. lib. 12. cap. De genere dicendi, scribit hunc in modum, Quos ego existimo, si quod in his finibus vberius inuenerint solum, fertiliorémve segetem, negaturos Atticam esse, quòd pluspiam acceperit seminis reddat, quia hanc eius terræ fidem Menander eludit. Ex his colligimus Atticam fidem dictam, quòd nec detraherent pactis nec adderent. Talis erat & soli fides non admodū feracis, quum agrorum fides laudetur, si cum fœnore reddant quod creditum est.

Templum fidei Athenis.

Græca fides. 27

Ἑλληνικὴ πίστις, id est, Græca fide, reperitur pro certa item fide. Fortassis idem cum proximo: nisi malumus per ironiam accipere. Ausonius ad Paulum,

Nobiſcum inueniet κατὰ πίστιν, *ſi libet vti*
Non Puna, ſed Græca fide.

Idem de Philone villico ſuo,

Mutuatur ad Græcam patrem.

Græca fide, i. numerata pecunia. Plautus Græcam fidem dixit, vbi non verbis neque ſtipulationibus, ſed præſente pecunia res agitur. Sic enim apud eum loquitur Ciareta lena in Aſinaria, Diem, aquam, ſolem, lunam, noctem, hęc argento non emo. Cętera quæ volumus vti, Græca mercamur fide, id eſt, numerata pecunia. Euripides in Iphigenia Taurica, πιστὸν Ἕλλὰς οὐδὲν ἦν. Græcia nequaquam nouit fidem. Hoc tanę nomine ea natio peſſime audiit olim.

Punica fides. 28

In periuros. Pœnorum perfidia in prouerbium abiit, quòd ea gęs peculiariter periurij vanitatiſque notata ſit, quemadmodum abunde teſtatur T. Liuius, cuius hæc verba ſunt libro ſecundo De bello Punico, Quæ Punica religione ſeruata eſt fides ab Annibale. Idem bello Punici ſecundi libro primo, Has tātas viri virtutes ingentia vitia æquabant, inhumana crudelitas, perfidia pluſquam Punica, nihil veri, nihil ſānctī, nullius dei metus, nullum iuramentum, nulla religio. His coloribus depingit Annibalem. Subindicat idem Q. Curtius in Tyrios Pœnorum auxilio deſtitutis. Rutilum Maximinum apud Iulium Capitolinum in Gordianis, Afros iniquiores, fidem Punicam præſtiterunt: & quod modo citauimus ex Auſonio, Pœna fides. S. Iuſtinus in Iugurthino, Comperio Bochum magis Punica fide quàm ob ea quæ prædicabat, ſimul Romanos & Numidam ſpe pacis detinuiſſe. Plautus, Nemo me Pœnus Punior, alludens ad morum perfidiam. Pœni fœdifragi temper habiti. Idem in Pœnulo, Et is omnes linguas ſcit, ſed diſſimulat ſciēs ſe ſcire, Pœnus plane eſt, quid verbis opus eſt?

Altera manu fert lapidem, altera panem oſtentat. 29

In ſimulatos amicos. Qui coram blandiuntur, clam obtrectantes, palam amicos agunt, clanculum nocent: aut qui hinc prouuit, illinc lædunt, ſaliam beneficij ſpem oſtentant, vt nacti occaſionem fundi tas perdat, ij dicuntur altera manu portare lapidem, altera panem oſtentare. Tranſlatum ab iis qui canes oſtentato pane pelliciunt, deinde accedentibus ſaxum illidunt. Exclio Plautinus in Aulul.

Nunc ſcitt quam pollicetur, animum inhiat, vt deuoret:
Altera manu fert lapidem, panem oſtentat altera.

Diuus Hieronymus ad Rufinum, Hęc apud te amicè potius expoſtulare volui, quàm laceſſitus publicè deſcribere, vt animaduertas me reconciliatas amicitias purè colere, & non iuxta Plautinam ſententiam, altera manu lapidem tenere, panem offerre altera. Eodem elegantèr alluſit, ſcribens ad eundem Rufinum, An tibi ideo panem non damus, quia hæreticorum cerebro lapidem illidimus? Simile quiddam habet Gregorius Theologus in epiſtola ad Eutebium epiſcopum Cæſarienſem, ὥσπερ ἕτερός τις ἀνὴρ τὸ μὲ τὴν χεῖρα καθαίρει τῆς κεφαλῆς, τῇ δ ἑτέρᾳ τὴν πεινῶσαν, id eſt, Perinde quaſi quis eiuſdem viri altera manu ſcabat caput, altera malam ferret.

Altera manu ſcabit, altera ferit.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. *manu*) Verte potius, demulceat caput. nam ſcabere caput magis propriè dicunt κνᾶν.

Ex eodem ore calidum & frigidum efflare. 30

Ἐκ αὐτοῦ τοῦ στόματος τὸ θερμὸν καὶ τὸ ψυχρὸν πνέειν, id eſt, Eodem ex ore calidum ac frigidum proferre. Bilingues & qui eundem modò laudant, modò vituperant, ex eodem ore calidum ac frigidum ſpirare dicuntur. Natum ex Apologo quopiam Æſopi fabulatoris. Satyrus quidam quum vehemēter algeret, hyberno gelu ſupra modum ſæuiente, à ruſtico quodam inductus eſt in hoſpitium. admiratus autem cur homo inflaret in manus ori admotas, rogauit cur ita faceret. is reſpondit, vt frigidas manus halitus tepore calefaceret. Deinde vbi extructo foco, appoſita menſa, in pultem feruidā rurſum inflaret, magis etiā admiratus, ſciſcitatus eſt quid hoc ſibi vellet: vt pulteni, inquit, nimium feruētem halitu refrigerem. Tum Satyrus ſurgens à menſa: Quid ego audio, inquit? Tún' ex eodem ore pariter & calidum & frigidum efflas? Valebis: neque enim mihi ratio eſt cum eiuſmodi homine commune habere hoſpitium. At huiuſce rei quam Satyrus admirabatur, cauſam reddit Ariſtoteles in Problematis, ſectione trigeſimaquarta, problemate ſeptimo, idque ideo fieri putat, quòd qui vehementius efflat is non mouerat vniuerſum aerem, ſed ore contracto paululum vēti exprimat, vt calor ab ore protectus, à reliquo aēre (quē ob impetum plurimum moueat) cōtinuo euaneſcat, atque in frigus abeat. Id quod ſecus fit in eo qui faucibus apertis vniuerſum aerē exhalat. Huc adſcribi poterit quod refert ſecundo libro Plinius, pluſquam prodigioſum, fontem eſſe quendam in Dodona, qui cùm ſit frigidiſſimus, & faces ſiquis ardentes immergat, extinguit: ſi extinctæ admoueantur, accendit. Quæ omnia torquere licebit in rhetores, qui eadem norunt laudare & vituperare, efferre atque attollere. Item in iureconſultos, qui cauſam eandem nunc tuentur, nunc impugnant. Ad eum ſenſum detorſit Plutarchus, quòd Circe eadem virga mentem adimit, ac reddit. pecudes facit, & homines. Extat apud Græcos hic ſenarius prouerbialis,

Fons Dodonæus.

In cauſidicos & rabulas.

Circes virga.

Τὸν αὐτὸν αἰνεῖν καὶ ψέγειν ἀνδρὸς κακοῦ. id eſt,
Laudare eundem, carpereque, viri eſt mali.

Athenæus li. 4. docēt eſſe fiſtulæ genus, à Græcis dicitur μαγάδις, ſiue παλαιομαγάδις, quod idem & grauem & acutam vocem reddit. Vnde verſum adducit ex Alexandride,

Μαγάδιν λαβόντα, μικρὸν ἄμα καὶ μέγαν. id eſt,
Granae ac puſillum magadi prolapſa ſimul.

Id Græcis dicitur μαγαδίζειν, ſonare ſimul duas voces grauem & acutam, ἅμα βαρὺ καὶ ὀξύ, vt vocant muſici. Ariſtoteles ſectionis decimænonæ problemate, iuxta Græcos codices, decimooctauo, iuxta Theodori verſionem decimoſeptimo, vtitur eo verbo μαγαδίζειν, quęrēs cur hęc ſola harmonia, quā dixi, ſonetur magade. Rurſus in problemate trigeſimo nono iuxta Græcos codices, μαγαδίζουσι δὲ τῇ ἅμα βαρὺ καὶ ὀξὺ συμφωνίᾳ, id eſt, Magadiſſant in concentu diapaſon.

Oculatæ manus. 31

Oculatas manus dixit Plautus quæ promiſſa velint exhiberi re, nó oratione promitti. Nam oculos habere, quibus videant exhibita, aures non habere, quibus audiant pollicitationes. Ita lena quædam in Aſinaria, adoleſcenti montes aureos pollicenti, quum illa nihil cōmoueretur promiſſis, Semper, inquit, oculatæ noſtræ ſunt manus, credunt quod vident. In eadem erat ſententia leno ille Terentianus Sannio, Nunquam, inquit, ego adeo aſtutus fui quin quicquid poſſem, mallem auferre in præſentia potius. Huc alluſit Chærea in Eunucho, Fac nunc promiſſa vt appareant.

Cæca dies, & Oculata dies. 32

Plautus item cæcam diem & oculatam, pro die qua non numeratur præſens pecunia & qua numeratur. Sic enim leno quidam loquitur in Pſeudolo, Eme die cæca hercle oleum, id vendito oculata die: iam hercule vel ducentæ fieri poſſunt, præſentes minæ. Hoc eſt, Eme non præſente pecunia, ſed in diem partā, reuende pecunia præſente. Vocant & Iureconſulti cæcam diem & cæca teſtimonia: quæ ſcripto permittuntur abſentibus. Nam cæca ſunt non tantùm quæ non vident, ſed quæ non videntur & abſunt.

Quæ cæca dies, & cæca teſtimonia.

Lentiſcum mandere. 33

Σχῖνον διαπραγεῖν, id eſt, Lentiſcum mandere, vel arrodere, Græco prouerbio dicitur is qui nimio cōmēdi corporis ſtudio ſuperſtituunt. nam ex lentiſco dentifricium fieri conſueuit. Is eſt puluinculus quidam candidandis dentibus comparatus. Hebant & denti calpia ex lentiſco, hoc eſt, cuſpides quædam purgandis dentibus accommodæ. Martial. in Apophoretis,

Dentifricium ex lentiſco.

Lentiſcum melius, ſed ſi tibi fraudem cuſpis
Defuerit, dentes penna leuare poteſt.

Quin & Dioſcorides libro primo indicat lentiſci ſuccū ex aqua decocta figere vacillantes dentes, ſi eo colluantur. tum & cuſpides hinc factas, ſi affricentur, vtiles eſſe dentibus abſtergendis. Huiuſmodi igitur quibus dentiſcalpium ſemper in ore eſt, lentiſcum arrodere dicuntur, & μαστιχόῤῥωγες, id eſt lentiſci arroſores appellantur. Nam dentium cura olim vt delicatis probro dabatur. & Apuleio inter reliqua crimina obiectum eſt quod dentifricium paraſſet. Recte transferetur adagium & ad reliquum totius corporis cultum.

Succus lentiſci.

Apuleio dentifricium obiectum.

Vnico digitulo ſcalpit caput. 34

Molles atque effeminati vno digito caput ſcalpere dicuntur, nimirum folliculi ne comam ſtudiosè compoſitam perturbent. Id primùm dictum putant à Caluo poeta in Pompeium, hinc in omnes parum viros tranſlatum. Iuuenalis ſatyra nona,

Qui digito ſcalpit caput.

In molles & impudicos.

molles & impudicos exgeſtu notans. Porrò geſtum cum

eum antiquitus impudicitiæ habitum argumentum, testatur in epistolis Seneca, Rerum (inquiens) omnium, si obseruetur, indicia sunt. & argumentum morum ex minimis quoque licet capere. Impudicum & incessus ostendit, & manus mota, & vnum interdum responsum, & relatus ad caput digitus, & flexus oculorum. Improbum interdum risus, insanum vultus habitúsque demonstrat.

Motus impudicorum.

Summo digito caput scalpere. 35

Τῷ ἄκρῳ δακτύλῳ τὴν κεφαλὴν κνᾶν, id est, Summo digito caput scalpere. Idem cui cum proximo. Lucianus in Rhetorum præceptore, delicijs effœminatum hominem describit his verbis: Ἐν δὲ τούτοις ἦν πάντως τις καὶ μαλακὸς ἀνὴρ, ἀβρὸν βαδίσματι τὸν αὐχένα, γυναικεῖον τὸ βλέμμα, μαλακὸν τὸ φόρημα, μίσγων λευκοφορίᾳ, τῷ δακτύλῳ ἄκρῳ τὴν κεφαλὴν κνώμενος, id est, Inter hęc autem virum quendam egregiæ sapientem, atque insigni forma, lubrico incessu, fracta ceruice, muliebri aspectu, voce mellita, olentem vnguenta, caput summo digito scalpentem.

Effœminati descriptio.

Phryx plagis emendatur. 36

Phryx plagis emendatur. In barbaros seruilique ingenio homines dicitur, qui non pudore, neque monitis, sed verberibus reddantur meliores. cùm contrà generosus animus (vt ait Seneca) rectius ducatur quàm trahatur. Cicero pro L. Flacco in testes Asiaticos, Asia vestra constat ex Phrygia, Mysia, Caria, Lydia. Verum igitur nostrum an veltrum est hoc prouerbium Phrygem plagis fieri tolere meliorem. Adagium ita refertur apud Suidam versu trochaico,

Seruilis animus.

Φρὺξ ἀνὴρ πληγὰς, ἀμείνων καὶ δίκαιός ἐστιν. id est,
Verberatus Phryx, melior & æquior esse magis.

Ostendit Athenæus e Phrygia nutti solere mancipia laudatissima.

Ἀνδράποδ' ἐκ Φρυγίας, κἀπὸ Ἀρκαδίας ὑπουργούς. id est,
Mancipia ex Phrygia, ęd ab Arcadia auxiliares.

Nihil sacri es. 37

Οὐδὲν ἱερὸν ὑπάρχεις, id est, Nihil es sacri. Sermo contemnentis prouerbialiter. siquidem Græci quicquid præclarum ac vehementer conducibile videri vellent, id sacrum appellabant, vt ἱερὰν ἰφόν, Sacra res communis, & ἱερὰ πόλις, id est, sacram ciuitatem, dixit Aristides, tanquam omnium tutatricem, & quod alio citauimus loco, ἱερὰν ἄγκυραν, id est, sacram anchoram. Plutarchus in vita Pelopidæ, Sacri præsidij mentionem facit. Theocritus in Hodœporicis,

Sacrum pro vehementer conducibili. Sacra ciuitas.

Ἀλλ' ἴτ' ἐς καλὰς ἕκατον δίφρον, ἤ τι μὴ νῦν
ἱερόν, id est,
Hactenus igitur, si vis age iam deponito, quanquam
Nil sacri est.

Verba sunt contemnentis pignus. Qui prouerbij traducunt originem, aiunt Herculem, conspecta Adonidis imagine, contempsisse, his verbis, οὐδὲν ἱερὸν εἶ, id est, Nihil es sacri. seu quòd existimaret iis duntaxat habendum esse diuinitatis honorem, qui de genere mortalium essent benemeriti: siue quòd fures, qui in eius templum confugissent, nō essent in tuto, propter loci religionem, quemadmodum in aliorum deorum sacellis. nunc accommodatur ad quamuis rem despicatui habitam. Ab hac interpretatione non discrepant quæ refert Theocriti scholiastes, huius commenti authorem citans Cleandrum.

Adonidis contemptus ab Hercule.

Nihil sanum. 38

Summam morum corruptionem, & nullum honesti respectum his verbis Græci significant, οὐδὲν ὑγιὲς, id est, Nihil sanum. Exempla passim in comœdijs tragœdijsque Græcorum sunt obuia. Aristophanes in Pluto,

Πλουτίδιόν τι χρὴ, μελιδημόνια καὶ ὄρνεα,
Εἶναι ταυτηγὶ, ἄδικον, ὑγιὲς μηδέν,
Ὡς τῷ βίῳ νῦν αὐτὸ νομίσας ξυμφέρον. id est,
Scitatum an expediret vt in consuetum
Verso instituto pristinisque moribus,
Iniquus esset, subdolum, sani nihil,
Natus ista vita commodis conducere.

Andromache in sui nominis tragœdia apud Euripidē, ita describit Spartanorum mores,

Ὦ πᾶσαν αὐχῶν ὧδε Σπάρτην εὖ χθονὸς βεβῶσθαι,
Σκῆπτρόν τ' ἔχουσι, δόλια βουλεύσασθαι,
Ψευδῆ δ' ἄκεντες ἐκ χερὸς βέλη φέρειν καλῶς,
Ἄδικον, οὐδὲν ὑγιές.

Vituperatio Spartanorum.

id est,

Heus omnium mortalium iniustissimi,
Spartam incolentes, fraudulenti consilij,
Mendacium principes, & opifices
Telis malorum, tortuæ, sani nihil.

Aristophanes ὁ Θεσμοφοριαζούσας (si modò non fallit titulus) de fœminis,

Τὰς οἰνοτόκους, τὰς ὀρεσδρεπτίδας, τὰς λάλους,
Τὰς οὐδὲν ὑγιὲς, τὰς μετ' ἀνδρὸς κακόν
Vinu bibaces, prodítrices, garrulas,
Nihilque sanum, maximum viris malum.

Vbi planè prouerbialiter dixit οὐδὲν ὑγιὲς, pro perditissimis. Marcus Tullius ad Atticum libro decimoquinto, Quid quæris? οὐδὲν ὑγιὲς. id velut interpretatus in epistola quę præcessit ab hac tertia, Quid quęris? nihil synceri.

Nihil synceri.

Dionis gry. 39

Τὸ Διωνὸς γρῦ id est, Dionis gry. Rectè dicetur aut vbi quempiam magno animo contemnimus, ac ne responso quidem dignum habemus: aut quum rem nihili significamus. Nam de gry alio diximus loco. Adagium ortum ex euentu. Dion Alexandrinus natione, præcipuam in philosophia laudem est consequutus. huic erat frater luctator, nomine Topsius. itaque quum quidam ex eius cōcertatoribus Dionem probris incesseret, fanda atque nefanda in eum euomens, multa interim turba ad conuicium, vt fit, affluente, ipse ne verbo quidem respondit maledictis, videlicet philosophiæ dogmatum memor. Cæterùm vbi iam intra æthium luatum vestibulum esset (nam cōuiciator eousque fuerat prosecutus) nihil insacundiæ præ se ferens, hoc tantùm respondit, οὐδὲ γρῦ, id est, Ne gry quidem. Iuuenis autem animi impotens, laqueo se præfocauit. Ea res in vulgi fabulam abiit.

Dion Alexandrinus philosophus.

Cæcus cæco dux. 40

Τυφλὸν τυφλῷ ὁδηγὸς, id est, Cæcus cæco dux. Adagiū Euangelicis quoque literis celebratum, quo lubentius etiam refero. Vti licebit quoties indoctus indoctum docere, inconsultus imprudenti consilium dare conabitur. Allusit ad prouerbium M. Tullius libro De finibus vltimo, C. autem Drusi domum compleri consultoribus solitam accepimus, cùm quorum res esset, ipsi non videbant, cæcum adhibebant ducem. Hęc Cicero. Drusus enim sureconsultissimus alius prospiciebat animo, quum corporis oculis nihil cerneret. Huic confine est Horatianum illud, Cęcus iter ostendit. Horatius ad Sęcuam, 1. epist. 7.

Drusus, cęcus

Cæcus vti si monstret iter, tamen aspice.

Quod quidem Porphyrion perinde dictum autumat, qua id dicat, Sus Mineruam. Prępostèrè enim res geritur, quum cæcus videntibus iter commonstrare conatur. Apud Aristophanem in Pluto Carion seruus Stomachabatur in herum, quòd ipse videns, Plutum oculis captum sequeretur,

Ὅστις ἀκολουθεῖ κατόπιν τηλικαῦτα τυφλῷ,
Τοιαυτὶ τοι δρᾷν ἢ παθεῖν αὐτῷ πάλιν.
Οἱ γὰρ βλέποντες τῶν τυφλῶν ἡγούμεθα,
Οὗτοι δ' ἀκολουθοῦσί μ' ἐς τὸ βέλτιστον. id est,
Luminibus vt qui captum & orbum hominculum
Sequatur à tergo: hoc agitas præposteri,
Nam qui videmus, ducimus cæcos: at hic
Sequitur, simúlque cogit eadem facere me.

Cæca speculatio. 41

Ἀλαοσκοπιὴ, id est, Cæca speculatio. Composita Græcis est dictio ἀπὸ τοῦ λάειν, quod est videre, inde ἀλαὸς cæcus, & σκοπεῖν, id est inspicere. Ita Suidas ex Homero citans. Etymologus addit alias coniecturas ex Methodio, citans idem dictum. Suidas prouerbialem dictionem admonet, quoties aut conniuent quibus datum est negotium, aut ipsi nihil vident quibus obseruandi partes sunt delegatę. Translatum ab iis qui è speculis sublimibus diligenter circunspectant vndique, & quod viderint, alijs renuntiant. Homerus aliquoties hoc habet, Οὐδ' ἀγορητυὸς ἔην. quod Etymologus citat ex Methodio. pro eo quod est, haudquaquam cęcutienter speculatus est. Vti conueniet quoties significabimus aliquem rem sagaciter odoratum, ac deprehendisse. Tanquam si dicas, Episcopos ad cætera supinos ac cęcutientes, siquid exiterit vndesperetur quęstus nonnihil, ibi ἀλαοσκοπιὴν ἔχειν. Aut contrà, siquis erit falsus, aut hallucinatus, ταύτην μὲ ἀγορητυὸς ἔχεις.

Alaoscopiæ

Speculæ sublimes.

Sine cortice nabis. 42

Sine cortice nare dicuntur qui iam per ętatem non

egêt custode morum: aut qui eo doctrinę processerunt, vt iam præceptorum opera non habeant opus. Horatius Serm. 1 Sat. 4.

-scrutator auaucrit aures
Membra animumque tuum, nabis sine cortice.

Id est, Citra custodem ac præmagogum ipse te reges ac moderaberis. Acron proverbij admonet, putátque metaphoram mutuo sumptam a iuuenibus, qui cum primùm natare discunt, corticibus aut suberibus ventri subligatis natant: deinde exercitatiores, citra huiusmodi adminicula natare incipiunt. Plautus in Aulularia, Quasi pueris qui nare discunt, corpea induunt ratis, Qui laborent minus, facilius vt nent, & moueant manus. Est autem Græcis, φλοὸς siue φλοὸς (nã variè scribunt) quod Latini vertunt liber (sic enim vertit Theodorus) cortex arboris semper fluitans, & ob id aptus nauibus præsertim ancoralibus, indicat enim ancoræ locũ, vt à nautis caueatur. & pulcherrimum tragulis: suntque enim funes rectum funes, vtilis & calorum obturamentis: postremò & tenuiatum calceatui, mensibus hybernis. vnde loco proverbiali apud Græcos cortices arborum dicuntur: quæ nec non pudet viros ætatis mensibus tali vti calceatu. Meminit Plinius libro 16. cap. 8. Lucianus in Veris narrationibus, narrat φλοιοπέδας, vnde Græci φλοιοβοεῖν dicunt supernatare. Et φλοιὸς loca quæ paludis terræ tegunt laxe.

Qui natare discant.

φλοιὸς, siue φλοὸς *liber.*

φλοιοβοεῖν. φλοιὸς.

Vt possumus: quando vt volumus, non licet. 43

Πῶς ἂν μάλιστα βουλόμεθα, ὡς ἐν δυνάμεθα. id est,
Non vt cupimus, sed vt licet.

Scitum proverbium, quo monemur tempori ac necessitati seruiendum esse. Terentiana Mysis in Andria, rogata quam Athenis vitam agerent, vereeundè dicit meretricum quæstum conuenire. Vt quimus, aiunt quando, vt volumus, non licet. Cęterùm in Platone apud Donatum, Vt vis vt possis, quando non quis vt velis. Item Plato in Hippia maiore Τοιαῦτα ὦ Ἵππια, τὰ νῦν ἀκριβῶς ὅσα βούλεταί τις (φασὶν ἄνδρα τινὰ ἱκανὸν πεπυρωμένον) δύναται. id est, Eiusmodi sunt, Hippia, res nostræ, non quales quis optaret (vt vulgi proverbio dicitur) vtcunque, sed quales esse possunt. Allusit eodem & in Cratylo, ὅσον ἂν ἡμῖν ᾖ δυνατὸν. id est, Prætati vtcunque potuerimus. Sic enim modestiæ gratia præfantur qui negotium aliquod suscipiunt. Huc pertinent & illę Græcorum sententię,

Vt vis, vt possis, quando non quis vt velis. Item Plato in Hippia maiore.

Βούλεται πάντες, ὅσον δύναμεθα. id est,
Omnes cupimus, si nonnihil adiecero.
Πάντες κρῆσσον ζῆν θέλουσι, ὡς ἐ δυνάμεθα. id est,
Bene vitæ omnes cupiunt, si non possumus.

Nemo contentus sua sorte.

Nemini sua fortuna satisfacit, & aliud votis destinat, quod tamen haud scio an quicquam vnquam sit æquatus. Vitæ est vbique inæquabilitas nostra nobis parum placere, verùm facultatem deesse non animum: videlicet fortunam esse parum commodam, aut vitam non satis integram, aut ęquolam non satis eruditam.

Athenienſium inconſulta temeritas. 44

Ἡ τῶν Ἀθηναίων δυσβουλία, id est, Athenienſium inconſulta temeritas. Quadrat in eos quibus male conſulta vertunt bene. Nam id olim vulgo tributum eſt Athenienſibus, quòd ipſi quidem ſocorditer conſulturent, patriúmque prolpicerent, verùm Minerua ciuitatis præſes illorum malè inſtituta bene vertere conſueuit. Simile eſt huic quod hodiéque vulgo dicunt, Eſt fortunatior quàm prudentior: de quopiam non ſuapte induſtria, ſed fortunę commoditate, ſucceſſu rerum vtente. Eupolis apud Suidam & Athenęum lib. 10. in Athenienſium mores,

Fortunatior quàm prudentior.

Οἷς δ' οὐκ ἄν ποτ' ἦλθ' ἐπ' οἰκίας ποθῶ,
Νυνὶ σφραγὶς λίθινος ὢν πᾶσι πᾶσι
Ἐπιτυγχάνει τ' εὐτυχῶν τ' οὐδὲν φρονῶν, id eſt,
Quos antehac nec præſica conuiuio
Quisquam tuliſſet, nunc videmus ſcilicet
Belli duces, ciuitatis, ciuitas,
Fortuna vt eſt felicitore quàm ſapis.

Porrò Athenienſium incogitantiam notat & Ariſtophanes hoc verſu in Nubibus,

φασὶ γὰρ δυσβουλίαν τινὰ τῇ πόλει προσπεσεῖν. id eſt,
Mala conſilia ferunt huic adeſſe ciuitati.

Quo loco interpres adſcribit fabulam huiuſmodi: Cùm Neptunus à Minerua victus, non poſſet Attica regione potiri, iratus immiſit illis δυσβουλίαν, id eſt, ſcitaque ſtultaque conſilia: hoc deinde vitium Athenienſibus, ὀληχόμοις, hoc eſt vernaculum fuiſſe, idque Mineruam non mutaſſe: cęterum quod ſibi male conſuluiſſent, illa in bonos exitus vertebat. Alludit huc idem Ariſtophanes in Veſpis,

Athenienſium incogitantia.

Γλαῦκ' ἦν τὸν ἐμὸν πρὶν μάχεσθαι τοὺς ἐναντίους ἰδεῖν. id eſt,
Vltra noſtros ante pugnam prouolaret copias.

Eodem mihi leuiter alluſiſſe videtur Demoſthenes: quum ait in Olynthiaca prima, in ipſa ſtatim fronte, Ἀλλὰ μὴν ὑμᾶς γε τύχη τινὰ καὶ δαίμων, τάχα δ' ἴσως καὶ τῶν ἐνθάδε λογισμῶν εἷς ἕκαστος ἐν τῷ παρόντι μᾶλλον ἢ τὰ δέοντα ἐνθυμεῖται. id eſt, Sed & veſtræ fortunæ arbitror, nonnullis ex tempore venire in mentem, vt dicant ea quę ad rem pertinent. Verùm hoc vitio manifeſtius exprobrat illis in alia quadam oratione, dicens, alios homines ſolere conſultare prius, ac deinde rem aggredi: contrà Athenienſes poſt rẽ factam conſultare. Theognis,

Athenienſes poſt rẽ factam conſultare.

Πολλοὶ τοι χέρνιβα φέρει, δαίμονι δ' ἐπέδωκε,
Οἷς τὰ κακὰ δοῦναι χερσὶν ἐπεστράφατο. id eſt,
Multis iuua quidem mens eſt ſed numina dextra
Sæpe bene vertit & id quod temere inſtituunt.

Ariſtophanes in Concionatricibus,

Λόγος τις ἐστὶ τῶν παλαιῶν γραμμάτων,
Οἱ πρόσθεν ἦσαν ἐν βουλαῖς ἐμπειρότατοι,
Ἅπαντ' ἐπ' ἐσθλὸν ἐξέβαινεν αὐτοῖς πάντα. id eſt,
Extremo quidam ductus a maioribus,
Palumbi tabulatus ac catenulis,
In melius aliamen omnes vsibus cedere.

Medium carmen Græcum carebit vitio, ſi tollatur coniunctio ἢ quanquam editio Aldina habebat. Et apud Liuium ſubinde nominatur fortuna Romana. Nec abhorret hinc quod alibi ſcripſimus, δύσετε κύριον ἄρτον id eſt, Dormiendi tete tolit.

ANIMAD. HENR. STAPH.

V.H.) Cur δυσβουλίαν vtrobique reddiderit inconſultam temeritatem, & cuius diſcriminis gratia adiectiuum inconſultam addiderit, non percipio, ſed perinde mihi videtur eſſe ac ſiquis ſtultam amentiam, aut amentem ſtultitiam dicat. Nam inconſultus ac temerarius ad maiorem expreſſionem, vt ſynonyma, copulantur. An ergo interpretari oportet Athenienſium temeritas, omiſſo illo adiectiuo? Ne ſic quidem rectè, meo iudicio, Græcam vocem reddideris. periculum eſt enim nequis Athenienſes de rebus ſuis non conſultare, ſed inconſultò & ſine vllo conſilio (id enim propriè ſonat temere) exſolitos agere intelligat. quum contrà nullos magis de illis conſultare ſolitos conſtet: ſed nequaquam prudenter. Vnde vertendum cenſuerim Athenienſium ſiniſtra conſilia, aut peruerſa conſilia: vt ſit δυσβουλία pro κακοβουλία.

Vbi non ſis qui fueris, non eſt cur velis viuere. 45

Cicero in epiſtola quadã lib 7. Familiarium, ſententiam huiuſmodi veteris proverbii citat, Vetus eſt, inquiens, Vbi non ſis qui fueris, non eſſe cur velis viuere. Sumptum eſt à communi mortalium affectu, qui nihil minus tolerandum putant, quàm vt inter eos neglecti aut etiam notari viuant, apud quos aliquando cũ ſplendore atque authoritate fuit verſati. Adeo vt exilium vbiuis præoptẽt potius, aut etiam è vita decedere, quàm mutatæ fortunæ pudorem perpeti. Id quod notauit Euripides in Hecuba: quam ita facit loquentem, vt dicat, ſibi pudorem in cauſa eſſo quominus obtueatur Polymneſtorem. Pudere enim in tam calamitoſo rerum ſtatu, conſpici ab eo cui aliquando viſa ſit florens. Idem in Alceſtide,

Mutatæ fortunæ pudor.

-τί μοι ζῆν δῆτα κύδιον, φίλοι,
Κακῶν κλύοντι κακῶν προσαχθεῖ. id eſt,
Poſſem, amici, cur mihi ſit viuere
Cordi, malè audienti & affecto malè.

Ad eandem facit ſententiam quod apud Sophoclem ait Aiax,

Αἰσχρὸν γὰρ ἄνδρα τῷ μακρῷ χρόνῳ βίον
Κακὸν μακύνειν, ὅστις οὐδὲν ὠφελεῖ. id eſt,
Eſt turpe vitam prorogare longius
Quicquam malum nil explicat ſeſe fuit.

Item paulò pòſt in eadem tragœdia,

Ἀλλ' ἢ καλῶς ζῆν, ἢ καλῶς τεθνηκέναι
Τὸν ἐλεύθερον χρή. id eſt,
Verùm aut decorè viuere ingenuum virum
Decet, aut decore appetere mortem.

Fertur hic quoque ſenarius,

Τλῶ αἰσχρὸν οὖσ' ζῆν ἡ φθόνον ἡ τύχη. id est,
Fortuna quibus inuidit aspera viuere,
Hos tædet rerum ac turpe est illis viuere.

Sed propius ad Ciceronis sententiam accedit locus ille apud Euripidem in Hecuba, vbi Polyxena ratiocinatur, sibi non esse causam cur optaret viuere, quòd omnibus ornamentis pristinæ fortunæ iam esset spoliata.

Τί τὸν μὰ δῆτ' ζῆν ἡ πατὴρ μ' ὑπῆρξε,
φωτῶν ἀπάντων πρῶτ' ἐμοῦ πρεσβεύσας βίου.
Ἔπειτ' ἀφ' ἁβρᾶς ζηλοῦσι τἀμὰ κἀμὲ νῦν,
Βασιλῆσιν νύμφαις. id est,
Quæ namque vita causa iam superest mihi?
Vt cui pater rex omnium fuerit Phrygum.
Eternum rudus mi lucis hoc imitum:
Dein spes in ampium educabar regibus, Desponsa.

Et reliqua quæ sequuntur. Sunt enim longiora quàm vt hic potem esse percensenda.

Premere pollicem, Conuertere pollicem. 46

Antiquitus in pollice fauoris erat studiique significatio. Qui faueret, pollicem premebat: qui minus faueret, pollicem conuertebat. Qui gestus in prouerbium abierunt, vt iam premere pollicem dicatur, qui quoquo pacto fauet: conuertere, qui malè vult. Plin. lib. 27. cap. 2. Pollices, quum faueamus, premere etiam prouerbio iubemur. Iuuenalis,

Pollicis gestus

-conuerso pollice vulgi,
Quemlibet occidunt populariter.

Horatius vtroque pollice dixit, pro summo fauore.

Consentire suis studiis qui crediderit te,
Fautor vtroque tuum laudabit pollice ludum.

Porphyrion enarrat hunc ad modum, Vtroque pollice, id est vtraque manu, συνεκδοχικῶς, synecdoche, à parte totum. An qui vehementius laudat, manus iungens, iungit pollicem cum proximo? Acron hoc pacto, Vtroque pollice, συνεκδοχικῶς; manu vtraque, sublatáque pariter ac sæpius mota. hic enim gestus valde laudantium est. Sanè vtrumque, sicut ex his conuci licet, prouerbij origo fuit.

Faciem perfricare, Frontis perfricta. 47

Frons pudoris sacra.

Frons habita est antiquitus pudori sacra, & facies item: id quod & prouerbio testatum est, quo dicunt, pudorem esse in oculis. Inde frontem aut faciem prouerbio perfricuisse dicuntur qui pudorem omnem dediderunt, velut abstersa manu à vultu pudore. Translatum apparet à gestu quorundam qui dicturi facturíve quippiam apud ignotos, manu faciem perfricant: id quod rusticani cuiusdam pudoris indicium est, quem coneris peruincere. Hunc gestum Quintilianus notat inter vitia pronũtiationis, libro vndecimo, Vitiosa enim (inquiés) sunt illa, intuen lacunaria, perfricare faciem, & quasi improbam facere. Plutarchus scribit hunc gestum peculiarem fuisse M. Tullio, vt dicturus, lęua faciem demulceret. Alioqui non inficias it ipse Cicero, initio dicendi trepidantiorem fuisse tese. Fabius libro 9. citat hęc ex Caluo, Perfrica frõtem, & dic te digniorem qui prętor fieres, quàm Catonem. Significat id esse dictu vehementer improbum. Plinius in præfatione naturę historiarum, Perfricui faciem, nec tamen profeci, quando alia via ingens occurris. M. Tullius Tusc. quæst. lib 3. in eundem sensum dixit, perfricare os: Quid tergiuersamur Epicure? nec fatemur eam nos dicere voluptatem quam tu idem, quum os perfricuisti, soles dicere. Seneca lib. 5. epist. 40. Perfrices frontem oportet, & ipse te non audias. Huc pertinent etiam illa, quòd effrontes appellamus inuerecundos. Et, Qua fronte audebis hęc facere? quod enim Horatius dixit in arte:

Gestus Ciceronis se ad dicendum comparantis.

Perfricare os.

-clament periisse pudorem

Id Persius imitatus,

-Exclamet, inquit, *Melicerta perisse*
Frontem de rebus.

Os impudens, durum, ferreum.

Item illa, Quo ore obiurgabis filium? Et, Os impudens, Os durum, Os ferreum, quum impudentiam indicamus. Ouidius,

Non tibi plus cordis, sed minus oris adest.

Non plus audes aut sapis, sed minus pudet. M. Tullius in Verrem, Os hominis infignemque impudentiam cognoscite. Idem in Philippica quinta, Sed illud os, illam impuritatem. Idem pro C. Rabirio Posthumo, Quod habent os, quam audaciam. Rursus in Oratore, Quod tamen os est illius patroni, qui ad eas causas sine vlla scientia iuris audet accedere. In Philippica vndecima, Audisset furentis introitum Dolabellę, vocem impuram, atque os illud infame. Martialis lib. 9.

Sententica medicata dedit mihi pocula virga
(Os hominis) mutsum me rogat Hippocrates.

Homericus Achilles Agamemnonem κυνὸς ὄμμα appellat, id est, canino aspectu. & apud eundem,

Agamemnon, canius aspectus.

Κυνὸς ὄμματ' ἔχων, κραδίην δ' ἐλάφοιο. id est,
Canis habens oculos, cor cerui.

impudentiam significans cum timiditate coniunctam. Denique haud scio an huc pertineat quod apud Athenæum in Dipnosophist. adducitur è Cyrenæo poeta,

Τρὶς δ' ἀπόπαιε ξαμένοιο Διὸς δίδωμ' ἄμεινον. id est,
Perrò ter absterfis dijs donant melliora.

Ter absterfis dy donãt melliora.

Subindicat (ni fallor) impudentius id postulare, vt quæ sint acta in conuiuio, narret.

Frontem exporrigere, frontem contrahere. 48

Frontem explicare, quum hilarescimus: contrahere, quum ringimur (hoc est, vbi quid molestum est) dicimus. Plinius in libro vndecimo, Frons & aliis, sed homini tantùm, tristitiæ, hilaritatis, clementiæ, seueritatis index. Terentius, Exporrige frontem. Horatius in Odis,

Sollicitam explicuere frontem. Idem 2. epist. 18.
Deme supercilio nubem.

Exporrecta fronte, hilariter. Porrectiore fronte mecũ loquaris oportet, apud Plautum. Obducta fronte, Corrugata fronte, Contracta fronte, Caperata frõte Plaut. Caperat frons teneritudine. Quod quidemà caprinis cornibus translatum volunt. Et Nubila frons, Serena frons, Explicita frons.

Attollere supercilium, Ponere supercilium. 49

Plinius, Supercilia, inquit, homini & pariter & alternè mobilia. & in his pars animi. negamus, annuimus. Hæc maximè indicant fastum. Superbia alibi conceptaculum, sed hîc sedem habet: in corde nascitur, huc subit, hic pendet. Nihil altius simul abruptiúsque inuenit in corpore vbi fontaria esset. Hactenus ille. Inde prouerbio Attolli supercilium dicimus, arrogantiam significantes: Adduci supercilium, fastidium indicantes. Citat & Suidas, αἰσχυντῆναι τὰ ὀφρύσι, καὶ ταῖς γναθοις φυσῆσαι, id est, Contractis superciliis, & inflatis buccis. Quod Græci vnico verbo dicunt καταφρυᾶσθαι. Lucianus à persona ad rem transtulit, sermonem arrogantem ac superciliosum appellans καταφρυαμένους λόγους. Poni dicitur supercilium, quum à fastu receditur. Et fastuosos homines superciliosos nominamus. Denique simpliciter ipsum supercilium pro fastu atque arrogãtia ponitur. Philosophorum supercilium quis ferat? Porrò quod Plinius ait, superciliis annuere nos, atque renuere, Homerum sequutus est, apud quem versus hic aliquoties legitur,

Buccas inflare.

Καταφρυᾶσθαι.

Η καὶ κυανέῃσιν ὑπ' ὀφρύσι νεῦσεν Κρονίων. id est,
Sic ait, atque supercilijs pater annuit atris.

Id æmulatus Mario,

Sic ait, & totum nutu tremefecit Olympum.

Conniuere. 50

Prouerbiali metaphora conniuere dicuntur qui prudentes culpam quam intelligunt, indulgentia tamen ac studio dissimulant, quasíque non vident id quod vident, quemadmodum vulgo loquuntur: vt parentes ad leuiora quædam liberorum vitia cõniuent. & natura ad quędã adolescentiæ vitia quasi conniuet: & maritis ad quædam vxorum errata conniuendum: & corrupti iudices, in causa conniuent. Hallucinamur imprudentes, excutimus nolentes: conniuemus data opera. Exempla crebra sunt in actionibus Ciceronis. Est autem conniuere, subinde claudere oculos, quemadmodum facimus ij qui propter imbecillitatem vlus non ferunt lumen solis: at ij facilè falluntur. Contrà, qui ἀτενὲς ὁρῶσιν, i. qui fixis aspiciũt oculis, hos nihil potest suffugere. Quod nos conniuere dicimus, Græci vocant tum σκαριχᾶσθαι, tum ἰλλαίνειν. vnde est illud apud Aristophanem in Equitib. Σκόπει δὲ μὴ σοὶ σκαριχήσομαι. id est, A'spice ne inconniuenter, aut nihil conniuens. Quod nos hallucinari, illi σκοτοδινιᾶν: quod nos excutire, illi αἰμασσύνειν. Quæ quidem omnia si transferantur ad res animi, pertinebunt ad prouerbiorum rationem.

Conniuere.

σκαριχᾶσθαι.

ἰλλαίνειν.

σκοτοδινιᾶν.

Αἰμασσύνειν.

Bibe elleborum. 51

Aristophanes in Vespis, πῖν' ἑλλέβορον, id est, Bibe elleborum. Quo dicto significat insanire quempiam. πῖθι verò dixit, non πίνε, quòd (vt admonet interpres) hoc ad simplicem potum referunt grammatici; illud ad potionem pharmacorum. Idem ostendit & verbum

Ἐλλεβοριᾶν. Ἐλλεβορίζειν. hinc esse fictũ, ἐλλεβοριᾶν καὶ ἐλλεβορίζειν, pro insanire. Quique parum animo constant, ἐλλεβόρου δεῖσθαι, id est, elleboro opus habere dicuntur. Atque iidem apud Latinos etiam authores elleborum edere, & elleboro sese purgare, prouerbio iubentur: propterea quòd antiquitus plurimus vsus fuerit huius herbæ ad leuanda mentis & capitis vitia. Plinius lib. Naturalis historiæ 25. cap. 5. elleborī duo facit genera: sicut & Dioscorides libro quarto, Candidum, quod Italia veratrum album appellat: & nigrum, quod alij vocant entomon (etiamsi in Dioscoride atomon legimus) alij polyrrhizon: plerique Melampodium vocant, ab inuentore Melampode vate: vel eiusdem nominis pastore, quòd is animaduertisset eo purgari capras: deinde dato eorum lacte sanauit Prœtidas furentes. Sed Aulus Gellius Plinium sequutus ait coloris discerniculum non in semine, neque in virgultis, sed in radice apparere. Candido vomitiones cientur, eoque stomachum & ventrem superiorem purgat: nigro aluus inferior diluitur. Vtriusque periculosa sumptio, sed alibi, vt præstantior, ita periculosior. Quod ipsum tamẽ adeo vulgatum esse cœpit, vt plerique, studiorum gratia, ad peruidenda acrius quæ commentabantur, ixpiùs sumptitauerint. Nominatim autem Carneades Academicus scripturus aduersum Stoici Zenonis libros candido elleboro superiora corporis purgare solitus legitur, ne quid ex corruptis in stomacho humoribus, ad domicilia vsque animi redundaret, & instantiam vigorémque mentis labefaceret. Nigri verò religiosum etiam vsum fuisse testatur Plinius. Siquidem hoc & domos suffiebant purgabantque aspergentes & sese & pecora. Tum solenne cum precatione colligebatur, & superstitiosius, vt meminit etiam Theophrastus. Primùm enim gladio circunscribebatur, deinde qui succisurus erat, exortum solis spectabat, precabatúrque vt id sibi liceret dijs concedentibus facere. Obseruabat & aquilæ volatum, quæ si propius aduolasset, moriturum eo anno qui succiderat, augurium erat. Ex Plinio igitur colligere licet, vtrumque genus, cum candidum, tum nigrum, cum ad alia complura mala, tum aduersus melancholiam remedium efficax habere. Vnde & prouerbium natum, quod tamen variè effertur. Plautus in Menæchmis, Non potest hæc res trium iugerum elleboro obtineri. Demosthenes Æschinem in actione monet vt sese purget elleboro. Lucianus in Dialogo Menippi ac Tantali, Ἀφρὸν ὦ Τάνταλε, ἢ γὰρ ἔμφρων εἶ τὰ νῦν δεῖσθαι δοκεῖς ἑλλεβόρου καὶ ἑλλεβόρου γε πολλοῦ. id est, Desipis Tantale, &, vt verè dicam, elleboro poto tibi est opus, eoque sanè meraco. Et apud eundem Rhadamanthus, in secundo Verarum narrationum libro, ita pronunciat, vt Aiax traditum ab Hippocrate elleborũ biberat, priusquam in heroum consortium recipiatur, alludens ad eius insaniam. Ibidem legitur non licuisse Chrysippo in beatorum insulam immigrare, nisi quartum iam sumpto elleboro. Nimirum illuc alluditur, quòd ter in vita bibisse memoratur, vt testatur etiam Petronius in carmine quodam. Horatius 2. Epist.

Expulit elleboro morbum bilemque meraco.

Ouidius in epist. Ponticis lib. 4.

I, bibe, dixissem, purgantes pectora succos,
Quicquid & in tota nascitur Anticyra. Persius, Sat. 3.
Anticyras melior sorbere meracas.

Insanum significans. Ausonius ad Theonem,

Elleborúmque libas Samy Lucumonis acumen.

Stoicum insanum significat, quique mentis morbo laboraret, effetque sapientis indignus nomine, cùm nemo sapiens nisi sanus. Dictum est autem eadem figura qua Græci dicunt πλεῖν ἐπὶ Μασσαλίαν, id est, Nauiges Massyliam. Strabo libro Geographiæ nono, duas Anticyras commonstrat, & in altera quæ sit post Criſſam oppidum, elleborum nasci, in altera eiusdem nominis, quæ sit ad sinum Maliacum & Oetam montem, optimè temperari. atque in eam quamplurimis è regionibus adnauigari sanitatis gratia. Pausanias in vltimo libro scripsit, supra Anticyram montes esse magnopere petricosos, in his copiosè prouenire elleborum: nigro purgari aluum, albo vomitum cieri, ac superiora corporis purgari. Stephanus addit, Anticyrensem quempiam fuisse, qui Herculem elleboro dato liberarit insania. Horatius in arte,

Si tribus Anticyris caput insanabile nunquam
Tonsori Licino commiserit.

Tres Anticyras dixit pro vniuerso elleboro, significans deploratam & immedicabilem insaniam. Simili figura, quos indicant esse parum integræ mentis, & hodie iubent deportari Chelam. Ad hanc formam pertinent illa, Tonsoris eget, aut Curatore est opus. Horatius,

Nec tonsore putas nec curatore egere.

Tutores enim dabãtur pupillis, curatores, mẽte captis. Sic & Columella libro primo, capite tertio, scribit, Catonem dicere solitum, eum qui agrum incoleret nec salubri cœlo, nec fertilem, velut commotæ mentis, ad agnatos ac gentiles esse deducendũ. Varro libro De re rustica 2. cap. 2. Qui salubrem locum negligit, mente captus est atque ad agnatos & gentiles deducendus. Cicero lib. 2. de inuentione, Si furiosus existet, agnatorũ gentiliumquein eo pecuniáque eius potestas esto. Nam duodecim tabulæ furiosis ius admunt administrandi res suas, & ad gentiles agnatósque transferunt: quemadmodum legimus libro Institutionum primo, titulo de Curatoribus, & Pandectarum lib. 27. titulo vltimo De curatore furiosi. Rursum eiusdem operis lib. 1. titulo 18. De officio præsidis. Et apud Ciceronem lib. 3. Tusculanarum quæst. Qui ita sit affectus, cum dominum esse rerum suarum, verant XII. tabulæ. Verba XII. tabularum sunt hæc, Prodigo & furioso bonorum suorum administratio interdicta esto, & in curatione agnatorũ sunto.

Strychnum bibit. 53

Στρύχνον ἔπιεν, id est Strychnum bibit, in insanos itẽ cõpetit, à strychni herbæ natura, quę vel gustata, statim insaniam parit. Dioscorides in quarto, quatuor strychni genera facit. e quibus poltreinum, μανικὸν vocat, id est insanum. Plinius libro 21. cap. 31. quum duo strychni genera salutaria demonstrasset, tertio (inquit) folia sunt ocymi, minime diligenter demonstranda. Remedia enim non venena tractamus. quippe insaniã facit: paruo quoque succo. Quanquam & Græci authores in iocum vertere. Drachmæ enim pondere lucum pudoris gigni dixerunt, ſpecies varias imaginémque conspicuas obuersari demonstrantes. Duplicatum hunc modũ legitimã insaniam facere: quicquid verò adiciatur ponderi, representari mortem. Hoc est venenum quod innocentissimi authores simpliciter doryenion appellauere, ab eo quòd cuspides in præliis tingerentur, passim nascente. Dioscorides scribit, strychni radicem cum vino potam, mensura ☾ visa quædam ac ludibria non iniucunda parere: duplicato modo suppositam, stuporem triduanum inducere: quadruplicato potam, adimere vitam, remedio esse, si multum ac largiter biberis ac reuomueris. Vnde mihi magis videtur congruere in φιλαύτους, & sibi placentes, &, vt Flaccus inquit, sibi pulcros. nam Theophrastus tradit, qui strychnum ederint, sibi videri pulcherrimos. Cuiusmodi multos hominũ videmus qui sibi nulla in re displicere possunt, perinde quasi strychno vescantur. Est diuersum insaniæ genus, quo quidam sibi displicent in omnibus: sed alterum vulgatius est & immedicabilius. Neque verò hoc ego recensuissem in hoc opere, ne vt scilicet adagia nó colligi à me sed nasci quis calumniaretur. Illud quod Plinius dicens, Græcos in iocum vertisse, satis indicaret, herbæ huius naturam in prouerbium abiisse.

Στρύχνος. Strychnus.

Doryenion.

Ἰσχὺς ἀδάγιου.

Ede nasturtium. 54

Ἔδε κάρδαμον, id est, Ede nasturtium. In socordem, ignauum, hebetem, stupidũ, olim dicebatur: propterea quòd huic efficaciam inesse credant erucæ contrariam: vim enim vigorémque animi suscitare: venerem coercere: quum illa è diuerso venerem acuat, vim mentis hebetet. vnde & nomen apud Græcos habere videtur καρδιακὸν quasi cor domans. Plinius lib. 19. cap. 8. Nasturtium, inquit, nomen accepit à narium tormento. Et inde vigoris significatio prouerbio id vocabulum vsurpauit, veluti torporem excitantis. Græcis à corde nomẽ habet. Dioscorides tradit, nasturtio vim esse similẽ erucæ & sinapi. quod attinet ad acrimoniam in nares erumpentem. Cæterùm quod ait nasturtio stimulari venerem dissentit à Plinio. Aristophanes ὁ Θεμιστοφανέους, Ἐδὲ δ' ἐφεῦρε κάρδαμα. τί καρδαμίζεις; id est, Edi nere nasturtia. Quid nasturtiaris? Idem in Vespis,

Καρδαμίζειν.

Ὀξύθυμον καὶ δικαιον καὶ βλεπόντων καρδιακὸν. id est,
Acrimoniæ & iusti & oculis qui exhibent nasturtia.

Porcum

Vis nasturtij.

Κάρδαμον. Nasturtium.

Nauiges Massiliam.

Duæ Anticyræ

Porcum immola. 55

Neque prætereundum existimo quod Plautus in Menæchmis, porcum synceru & sacrum immolare iubet eum quem mente captum significat. Adulescens, quibus hic precibus porci væneunt sacres, synceri, nummum vnum en à me accipe. Iube te pium de mea pecunia. Nam ego quidem insanum esse te certo scio. Opinor quòd veterum vsu qui cuiuspiam irati numinis intemperiis ageretur, hoc piaculo se soleat purgare. Idem paulo post in eadem fabula, Nam tu quidem hercle certo non sanus satis Menæchme, qui nunc ipsus maledicas tibi. Iube, si sapias, porculum afferri tibi. Horatius in Sermonibus,

Mos veteris.

-immolet æquus
Hic porcum lemuris

Loquitur de eo qui iam ab insania resipuisse videretur.

Multa Syrorum olera. 56

Πολλὰ σύρων λάχανα, id est, Multa Syrorum olera. Dicetur aut in magicæ artis peritos, & herbis maleficis eam exercentes aut in eos qui rebus vilibus abundant. Fortassis rectè dicetur & in eos qui in rebus non multæ frugis nimium insumunt operę, quippe non in agris exercendis, sed in hortis colendis occupati: quæ plus adferant voluptatis quàm emolumenti. Prouerbium refertur à Plinio libro vigesimo, capite quinto, vbi commemoratis variis remedijs herbæ staphylini, (quam eandem & pastinacam vocant) hęc subnectit, Syriam in hortis operosissima. inde quoque prouerbium est Græcis, Multa Syrorum olera. Simillimam staphylino herbam serit, quam alij gigidion vocant. Hactenus Plinius. Vt autem existimem paræmiam in maleficos quadrare posse, illa me coniectura commouet, quòd paulo antè Orpheum citauerat authorem, staphylino amatorium mesce. Neque Syrorum mores vulgo nota caruisse, vel adagium illud testatur, σύρε φοῖ πρὸς σὲ φοινίσσω, id est, Syre eodem Phœnicem. Atque in hoc prouerbio miseretur nostri Cælius Rhodiginus, qui tam insigniter torqueamur, neque quicquam tamen ipse subleuat.

Paſtinaca.

Syri natali ſolum.

In Cælium Rhodig.

Melle litus gladius. 57

Melle litus gladius, In pernicioſam adulationem dici solitum. Diuus Hieronymus ad Aurelium Augustinum, Nonnulli familiares mei, & vasa Christi (quorũ Hierosolymis & in sanctis locis per magna copia est) suggerebant, non simplici animo à te factum: sed laudem atque rumusculos & gloriolam populi requirentem, vt de nobis cresceres: vt multi cognoscerent te prouocare, me timere: te scribere vt doctum: me tacere vt imperitum, & tandem reperisse qui garrulitati meę modum imponeret. Ego autem (vt simpliciter fatear) dignationi tuę primum idcirco respondere noluj, quia tuam liquidò epistolam non credebam, & vt vulgi de quibusdam prouerbium est, melle litum gladium. Si locus hic mendo vacat, Hieronymus Augustini epistolam mello litum gladium appellat, propterea quòd pariter & reprehensionem haberet. quasi gladium quo iugularet: & blandimenta, quibus reprehensionis asperitatem dissimularet. Porrò prouerbium Augustinus respondens palàm explicat. Plinius libro vigesimo primo tradit, Heracleę in Ponto, ab eisdem apibus aliquando mella reddi perniciosissimum habentia venenum. Quę qui ederint, abiiciunt se humi, refrigerium quęrentes. nam sudore diffluunt. Id cur fiat, pabulum in causa est. ea est herba alba, quam ægolethron appellant. Alludit autem ad morem barbaricum, qui solent tela venenis tingere, quo vulnus esset immedicabile, præsentissimum malum erat oleum incendiarium, quod illitum telo, ficubi hęsisset in corpore, tenaciter cremabat: incendium aqua iniecta irritabatur, solo puluere insperso contopiri poterat. Author Marcellinus libro vigesimo tertio.

Locus Hieronymi.

Oleum incendiarium.

Lethale mulsum. 58

Θανάσιμον μελίκρατον, id est, Lethale mulsum, eandem cum superiori habet sententiam. Diogenes, formosa scorta, θανάσιμα μελίκρατα, id est, Lethiferum mulsum, appellare consuevit: tametsi nihil vetabit & in assentationem & in fœdas voluptates torquere: breuiter, quicquid ita iucundum est, vt idem sit perniciosum. Legimus & mellitum venenum apud Plinium. & idem Diogenes orationem ad gratiam comparatam, suauémque prurítum, μελιτίνιον αἴσχιστον (id est, mellitam præfocationem appellabat, quòd assentatione quidem delectaret, cęterum mendacio strangularet admittentem. Quod videlicet illi Hieronymiano simillimum est: adeò vt suboleat mendum subesse exemplaribus, & pro gladio laqueum legi debere. Quis enim solet gladium oblinire melle? Ad hanc formam attinet quod refert Irenęus lib. 3. cap. 19. Lacte gypsum male miscent: præsens enim venenum habet gypsum, & additum lacti fallit.

Locus Hieronymi.

Gypsum lacti male miſcetur.

Lanum lino nectis. 59

Λίνον λίνῳ συνάπτεις id est, linum, lino connectis. Huius adagij duplicem apud Græcos interpretes sensum inuenio: Quorum alter est, Infirmis infirma copulas, friuola friuolis. alter, Eadem non eisdem rationibus facis aut dicis. Ctesippus in Platonis Euthydemo, Haud tu quidem linum, vti prouerbio dicitur, lino cõnectis, si pater tuus, pater est omnium. Est autem ironia in sophistam qui friuolis argutiis id sibi collegisse videbatur. Aristoteles in tertio libro τῶν φυσικῶν ἀκροάσεων, disputans de infinito, vbi Parmenidis sententiam præfert sententiæ Melissi. Melissus enim ipsum infinitum, totum dixerat: at Parmenides totum dixit esse finitum, à medio æquè distans. Fieri enim (inquit) non potest, vt infinitum cum toto atque vniuerso, perinde atque cum lino linum, nectatur. Ipsa philosophi verba subiicibam, si quis forte requiret, διὸ ἄπειρον οὐδὲν Παρμενίδῃ Μελίσσου ἀμείνων. ὁ μὲν γὰρ ἄπειρον εἶναι φησίν. ὁ δὲ τὸ ὅλον πεπερασθαι, μεσόθεν ἰσοπαλές. οὐ γὰρ λίνον λίνῳ δεῖ συνάπτειν, τῷ ἀπείρῳ ἢ ὅλῳ τὸ ἄπειρον. Suidas hoc ad gium ex Stratidis citat Politia. Proculus item in discutiendis quæstionibus quę exoriuntur ex dictis Platonis, quodam in loco sic vtitur, vt videatur conuenire in eum qui copulet inter se pugnantia, ostendens quemadmodum Plato de Homero diuersa pugnantiáque dixerit: οὐ γὰρ λίνον λίνῳ συνάπτειν δεῖ, τὸ ἔμπαλιν ἀλλήλοις συμπλέκειν, id est, Annon enim linum lino connectere est, ita inter se copulare? Huic affine est quod apud Athenæum libro 6. ex Thebano poeta, Pindaro (ni fallor) citatur, φοτιπλλὸν ἄτε ξύλον ξύλῳ ξόω, id est, Adglutinans ceu lignum ligno. Prior enim dixerat de paranis: is qui hoc dicit, sermonem suscipit de adulatoribus superiori congruentem.

Lignum ligno adglutinare.

Senesco semper multa addiscens. 60

Γηράσκω δ' αἰεὶ πολλὰ διδασκόμενος. id est,

Discens assidue multa senecta venit.

Hic pentameter ex elegijs Solonis in prouerbium abiit. significat autem vsu vitæ multáque rerum experientia parari prudentiam. Conuenit cum ea quę citatur apud Gellium sententia,

Vsus me genuit, peperit mater memoria.

Citatur à Platone libro de Repub. 7. Rursum in dialogo De philosophia, quęrens quispiam num philosophia sit σπουδαῖον, Quid aliud (inquit) est philosophari, quàm id facere quod dixit Solon: Dixit autem,

Discenti assidue multa senecta venit.

At mihi quidem videtur semper aliquid discendum ei, qui in philosophum sit euasurus, siue iunior sit, siue senior: vt quamplurima dicat in vita Citat & in Lachete. Seneca in epistola quadam ad Lucilium, Tamdiu discendum est quamdiu nescias: &, si prouerbio credimus, quandiu viuas. Citatur semel atque iterum apud Marcũ Tullium in Catone maiore. Quinetiam Terentianus ille Demea Solonis sententiam retulit, quum ait, Nunquam ita quisquam bene subducta ratione ad vitam fuit, quin res, ætas, vsus semper aliquid apporret noui, aliquid moneat: vt illa quę credas scire, nescias: & quæ tibi putaris prima, in experiundo reperies. Alludit huc cuiuscunque est versiculus ille, neque inelegans, Senecæ nomine celebratus. equidem è Publianis Mimis vnum esse suspicor: hac adductus coniectura, quòd in hoc numero quoldam reperio qui nominatim ab Aulo Gellio sub Publij titulo referuntur. Senarius autem hic est,

Tamdiu diſcendum quamdiu viuas.

Diſcipulus eſt prioris poſterior dies.

Vita dolaris. 61

Ζωὴ πίθου, id est, Vita dolij, prouerbio dicitur vita frugalis, parca & ab omni strepitu atque ambitione semota. Breuiter talis qualẽ Diogenes nobilis ille Cynicus Athenis egisse legitur, vnico cõtentus pallio, baculo,

Diogenis Cynici domicilium.

quo canes abigeret : dolio de palo suspenso pro domicilio libenter vtens , crudis herbis & aqua simplici victitans , pane exsiccato pro cazino, manu cava pocali vice solitus vti : idque à puero quodam didicisse se prædicabat , quem fortè ad eum modum aquam haurientem viderat. Porrò vt in dolio habitaret, inde sibi dicebat in mentem venisse,quod cochleas contemplatus,nullum aliud æque commodum domicilium iudicasset , vnde proreperet ad solem, & vbi se conderet à ventis atque æstu. Poterit torqueri & in eos qui nimium sordidè nimiumque dure atque immundè viuunt. Hos ita deprigit Eubulus comicus apud Athenæum lib. 2. ἀτεθῆ τε καὶ χαμαιστρωτὰς, *Discinctos, & humi cubantes*, id est,Illotis pedibus humi cubantes, in aere domicilium habentes. Idem lib. 4 de Pythagoricis,ex Antiphane,

Εἰσὶ γάρτοι τινὲς μικρὸν ἀπὸ τοῦ βίου,
Ῥᾴστου πάντων, συχνοῖς μὲν οὐ γνώριμοι,
Incolæ, vt ita fuat verendo paululum,
Silentium, tristitia, frigoris rigor,
Simul ferendum corpus expers balnei. id est,

Hamaxobij. Ad hanc formam torqueri poterit Hamaxobiorum (ea gens est Sarmatiæ)appellatio, vt Hamaxobij dicantur qui dure sordide que viuunt. Nomen hinc inditum genti,quod iis plaustra ædium vice sint.

In diem viuere. Ex tempore viuere. 62

In diem viuere,est præsentibus rebus contentum viuere atque ex parato , minime sollicitum de futuris. Quæ vita Græcis dicitur τὸ ἡμερήσιον ζῆν. Et τὰ ἡμερήσια, qui ad eum viuunt modum. Theocritus in Idyllio 7,

Οἱ βροτοὶ πλουτεῦσι, τὰ δ' οὐκέτι τὰ τετυγμένα. id est,
Mortales fluunt, haud sunt nobis tradita tuta.

Aristophanes in Equitibus,

Κἀγὼ σοὶ θεῶ σοι, καθ' ἡμέραν καὶ ἡμέρας. id est,
Ego affatim tibi suppeditauero ordeum & villum diurnum.

Homerus Odyss. φ.

Νῆιν, ἀχεῖα τὰ φρονέοντες θνητοὶ ἐόντες. id est,
Agrestes stolidi, tantumque diuina sentientes. Persius, Sat. 3.
--atque ex tempore viuis.

Ex tempore dicere.
In horam.

Id est,citra sollicitudinem futurorum Vnde & ex tempore dicere,id est , citra præmeditationem. M. Tullius Philippica 5. simili forma dixit, In horam viuere. Quæ non faciebat Annibal , qui multa ad vsum reseruabat; hæc ij quæ in horam viuerent,non modò de fortunis & de bonis ciuium,sed ne quidem de vitæ tuæ cogitauerunt.Nec ab'udit ab hac specie quod scribit Horatius in Arte poetica , & mutatur in horas. hoc est subinde.

Vita macerata. 63

Βίος μεμαλαγμένος, id est, Vita macerata, seu permollita. De molliter viuentibus,quibus ex factis omnia supponunt. Refertur à Diogeniano , Zenodoto, & Suida. Translatum arbitror à leguminibus,aut salsamentis maceratis, támq. ad esum accommodationibus : aut a tritico iam molito,pisto ac subacto. Cui diuersum est

Vita spinosa.

βίος ἀκανθώδης, id est Vita spinosa.

Ipsa dies,quandoque parens quandoque nouerca est. 64

Versus est Hesiodi in libro De obseruatione dierum auspicatorum atque inauspicatorum,qui deinde in prouerbium abiit,longo hominum quo probatus, vt apud Gellium refert Phauorinus philosophus : is est huiusmodi,

Natura an nouerca , an mater dubitatio.

Ἄλλοτε, μητρυιὴ πέλει ἡμέρη ἄλλοτε μήτηρ. id est,
Ipsa dies,quandoque parens, quandoque nouerca est.

Eo versu significatum est , non omni die bene esse posse, sed alio bene, atque alio malè. Inde translatum, quòd matres bene volunt liberis,nouercę oderunt priuignos.Proinde Plinius dubitare se dicit verum natura sępius nouerca sit an mater,vt quæ tot venena,tot item remedia progignat.

Nunc pluit,& claro nunc Iupiter æthere fulget. 65

Diuersa metaphora rem eandem explicuit Theocritus in Batto,

Χ' ὁ Ζεὺς ἄλλοκα μὲν πέλει αἴθριος, ἄλλοκα δ' ὖει. id est,
Nunc pluit, & claro nunc Iupiter æthere lucet.

Id est , Aliquando res aduersæ sunt , aliquando secundæ : quemadmodum cælum nunc serenum est & placidum,nunc turbidum ac tempestuosum. Huic affinis est allegoria Pindarica è Pythiis hymnis. Non semper eosdem flare ventos,sed nunc hos, nunc alios:

Ἄλλοτ' ἄλλαισι πνοαὶ ὑψοῦσι θ' αἰθέρος. id est,
Aliàs aliis flatus subleuantes volantium ventorum.

Idem in Isthmiis,hymno 4.

Ἄλλοτε δ' ἄλλοῖ' ὄρσας πάντας ἀέξοντες ἔνεικαν ἴλαοι πνοαί. id est,
Sed aliàs alius ventus omnes homines adflans agit.

Plus aloes quàm mellis habet. 66

Plus aloes quàm mellis habet.Prouerbialis metaphora, perinde declarans ac si dicas, plus molestiæ quàm voluptatis. Nam aloe frutex quidam est odore graui, gustu amarissimo,cuius meminit Dioscorides lib.3. Plautus in Amphitryone, Ita cuique comparatum est in ętate hominum , ita diis placitum, voluptati vt mœror comes consequatur.Quin incommodi plus malique adsit, boni si obtigit quid. Apud eundem alicubi legitur, vitam hominis plus aloes quam mellis habere. Et Iuuenalis de vxore, Sat. 6.

Aloes natura.

Plus aloes quàm mellis habet.

Apuleius extra metaphoram sic exsulit in Floridis, Sed verum verbum est profectò quod aiunt,nihil quicquam tam prosperè diuinitus hominibus datum , quin & tamen admixtum sit aliquid difficultatis. Has rerum humanarum vices , ac tristium lætorúmque mixturam Homerus Iliados vltimo libro perquàm eleganter indicuit , figmento duorum doliorum quę scribit in Iouis limine sita esse : quorum alterum sit plenum tristibus, alterum lætis ex quibus alio mortalium fortunas temperans,

Duo dolia Iouis homerica.

Ἄλλοτε μὲν τε κακῷ ὄρσας κύρσας, ἄλλοτε δ' ἐσθλῷ. id est,
Nunc lætis rursus mixet,nunc tristibus idem.

Quemadmodum & superius indicauimus. Verùm admodum maligne temperat Iupiter Homericus , nimio plus admiscens malorum , quam bonorum , vt si suam quisque fortunã ad calculos vocet,minima sit futura ratio eorum quę nobis ex aniani sententia euenerunt De Ioue Homerico quid sentiendum sit , viderint qui talium deorum sunt cultores: certe de deo nostro qui solus est & verus deus,sine cuius prouidentia nihil accidit in vita hominibus vel boni vel mali , sentire quod malignè temperat mala cum bonis,extremæ impietatis est. Id quod eleganter dictum est à Pindaro in Pythiis hymnis, ἑνὶ γὰρ πατὶ πάντων πότμοι καὶ δόσιες ἀνθρώποις ἀμφοτέραι. id est , Ad vnum enim bonum duo pariter incommoda distribuunt mortalibus immortales. Plinius libro vigesimo septimo , sententiam inuertit quum ait, nihil esse tam malum in rerum natura , cui non boni quippiam inesse adiunctum. Quandoquidem compertum est etiam aconito (quo non aliud venenum nocentius) inesse remedium,cùm ad alia , tum ad oculorum vitia. Ad eundem modum Euripides citante Plutarcho ,De virtut.cap ex imm

Bona mixta malis.

Nihil tã malum, cui nõ sit adiunctum aliquid boni.

Οὐκ ἔστι γάρτοι χωρὶς ἀλγηδόνος κακά,
Ἀλλ' ἔστι τις σύμμιξις.
Bona sine malis non licet,
Mixtura quædam. id est,

Naues onustæ conuitiis. 67

Adsimili figura dixit Homerus Iliados ν, conuicia, quorum onus, nauis centricinis non queat portare: cuiusmodi Lucianus dixerat, ὅλας ναυσὶ βαστάσαι πονηρίας, vt ante dictum est.Carmen Homeri sic habet,

Ἐσθλὰ μὲν ἐπίστασαι ἀνείδεα μυθήσασθαι,
Πολλὰ μάλ', ἅ κεν οἴοισιν ἐπιζώσειε χολώσας. id est,
Proborum superest ambobus copia summa:
Quorum onus haud portet centum ratis tecta remis.

Affine & illi quod alio dicetur loco.

Οὐδ' ἂν ἀθροίσειε νέες ἑκατὸν Αἰγύπτιαι. id est,
Quos tollere nec centum queant Aegyptiæ.

Hermippus apud Athenæum libro primo , describens quid à quaque regione soleat importari , versiculum hunc loco admisceat.

Καὶ Θρῇξ πολίταις ψεύδη, πολλὰ καὶ πολλάκις. id est,
Atque à Perdicca vos bus mendacia multis.

Notans ni fallor , Lyciorum mores. Nam Perdicia pars est ac ortus Lyciæ. Lycias fortes notat & Vergilius Æneidos quarto veluti vanas.

Lydia fortes.

Tollere

Tollere cornua. 68

Tollere cornua, pro eo quod est, animo efferri, nunc quoque vulgo tritissimum est. Horatius de Baccho, 3. Carm.

-& addit cornua pauperi.

Ouidius item de ebrietate,

Tum veritas fugit, tunc pauper cornua sumit.

Translatum a pecoribus quæ cornibus oppositis minantur. Horatius in Epodis, Od. 6.

Atque in nos acuerunt,
Proh ah cita cornua.

ANIMAD. HENR. STEPH.

Cornua sumere & tollere.

V. *Tollere cornua.*) Aliud est Cornua sumere, aliud Cornua tollere. Nam cornua sumit qui non habet: id est, per metaphoram, animos & ferociam sumit. At cornua tollere dicitur ab Horatio non qui ferociam accipit, sed qui, tanquam cornuta bestia (vnde apud Plautum, Cornutam bestiam petis) cornibus eos à quibus lacessitur, ferit.

Tollere cristas. 69

Tollere cristas. Diuersa metaphora, sensus idem. Iuuenalis,

-quid apertius? & tamen illis
Surgebant crista.

Id est, sibi placebat. Translatum ab auibus cristatis, in quibus cristæ erectiores, alacritatis atque animorum indicia sunt. Nisi ad militum cristas referre malimus, quo sanè hominum genere nihil nec insolentius, nec stolidius. In hanc sententiam Aristophanes in Pace dixit, detrahere cristas, ὥσπερ ἡμῶν τοὺς λόφους ἀφεῖλε, id est, quæ nobis cristas detraxit, videlicet reddita pace. Cristas detrahere. Fasces submittere. Contrà, Submittere fasces dicuntur qui de iure suo concedunt, ac legitimam potestatem vltrò ad priuatam mediocritatem demittunt. Plinius lib. 7. cap 30. Cn. Pompeius confecto Mithridatico bello intraturus Posidonij professione sapientiæ clari domum, fores percuti de more à lictore vetuit, & fasces lictorios ianuæ submisit, is cui te Oriens Occidénique subiuerat. M. Tullius in Bruto, Quum enim in maximis causis versatus esses, & quum tibi ætas nostra iam cederet, fasces que submitteret. Et apud T. Liuium in secundo ab vrbe condita, Publicola submissis fascibus in concionem ascendit. Tropus addit gratiam dicto, veluti si dicas philosophiam theologiæ sub mittere fasces.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. *Aristophanes*) Imò sine vlla metaphora hoc dicit.

Animus in pedes decidit. 70

Qui vehementer consternantur atque expauescunt, iis animus in pedes decidere dicitur. Quin hodie vulgo audimus, Totus animus mihi erat in genibus, pro eo quod est, vehementer eram exanimatus. Homerus Iliados o.

In. consternatos.

Ταρβησεν, πᾶσιν δ' ταρφὺ στυφέλιζε θυμόν. id est,
-pauor ingruit ingens
Omnibus, inque pedes animus mox decidit imos.

Vespa cicadæ obstrepens. 71

Σφὼξ ζαμενὴς τεττιγὸς ἀκουάζων. id est,
Scilicet obstrepitans argutæ vespa cicadæ.

Apud Theocritum est in Hodœporis. Nam his verbis contemnit quidam pastor pastorem à quo prouocatur. Quadrabit in eum qui certat longe impar cum superiore. Aut qui negotium facessit longe se præstantioribus. quod genus est illud, Catulus leonem allatrans.

Catulus leonē allatrans.

Pica cum luscinia certat. Epopa cum cygnis. 72

Impar impari.

Consimilem habent sententiam quæ leguntur apud eundem in eadem Ecloga,

Οὐ θέμις ἀηδόνι ποτ' ἀηδόνα μοῦσα ἐρίσδειν,
Οὐδ' ἔτεον κύκνοις. id est,
Haud fas est Lacon philomelam vt prouocet vnquam
Pica, nec argutis epopa obstrepat improba cygnis.

Pilos prolana. 73

Τρίχας ἀντ' ἐρίων, id est, Pilos pro lana. Prouerbialiter apparent dicta etiam illa apud eundem poetam in Hodœporis, de re vehementer inæquali, aut negocio supra modum absurdo,

Τις τρίχας ἀντ' ἐρίων ὑποκέκριτο τὶς δ' ἁπαλὸν
Λῆρον ἔρεπτόμενος καπὶ κυμα βοὸς ἔλαχεν ἀμέλγειν. id est,
Quis vnquam lanarum pilos detondat vnquam?
Qui capra pro prima para vellere tollit agnas
Emulgere cadum?

Caprá pilos habet potius quàm lanam, ouis lanigera est. Hæc dicuntur in pastorem qui certaturus hœdum opponebat agno.

Tibiam tubæ comparas. 74

Αὐλὸν σάλπιγξι συγκρίνεις, id est, Tibiam tubæ comparas. Refertur à Diogeniano. Conuenit in res supra modum impares, propterea quòd exilem vocem edat fistula, tuba prægrandem.

Cicadæ apem comparas. 75

Τέττιγα τῷ μύττῃ συγκρίνεις, id est, Cicadę comparas apem. Nam cicada cum maior, tum canora, quum apis sit non modò minuto corpusculo, verùm etiam penè muta. Lucianus in Rhetorum doctore, prouerbium vtrunque attingit, οὐκοῦν ὑπερφυᾶ δράμοις, ὅπου ἡ σάλπιγξ πολὺ αὐλοῦ καὶ οἱ τέττιγες τῶν μυιῶν, id est, Inuenies tanto voce superiorem, quanto tuba superat tibias, aut cicadę

Testudinem pegaso comparas. 76

Χελώνην πηγάσῳ συγκρίνεις, id est, Testudinem pegaso comparas. De rebus nequaquam inter se cõferendis. Pegasus equus erat volucer. si fabulis credimus: testudine nihil tardius. Vergilius in Thyrsi aliquot dissimilitudinis formulas congessit.

Sic cumbes cateli similes sic matribus hœdi
Noram, sic parui componere magna solebam.
Verum hæc tantum alias inter caput extulit vrbes,
Quantum lenta solent inter viburna cupressi

Aliter catuli longe olent: aliter sues. 77

Apud Plautum legitur in Epidico sordidior quidem metaphora, sed tamen ad rem significandam apta: Aliter catuli longe olent, aliter sues. Quo dicto significatum est, non vestę dignosci hominem ab homine, verùm mentis naturam quandam, genuinum ac proprium in vnoquoque, quod in ipso vultu oculisque eluceat, quo liberum a seruo, generosum a rustico probum ab improbo facile discernas. Atque hinc est hominis veluti peculiaris quidam odor quo deprehenditur, si quis modo sit sagaci nare. Huc allusit Martialis libro sexto:

Quum bene se tutam sceleratis mille patellis:
Omnis quam cœnat, lbadia lhaisolet

Huc pertinet etiam illud cuiusdam apud Fabium, Ne facies quidem liberi hominis habet. Quod quum à quodam esset dictum, cum non esse liberum, cui non sit facies liberalis.

Vt sementem feceris, ita & metes. 78

Elegantissima metaphora dixit Cicero: Vt sementem feceris, ita & metes, id est, reportabis præmium tuis factis dignum. Plautus in Epidico: Sed vt acerbum est, pro benefactis quum malam messem metas, id est quũ pro beneficio maleficium reportes. Et apud Platonem: Quam hic messem facturus est? Haud sanè bonam. Hęc metaphora communis est etiam Sacris literis, Qui seminant in lachrymis, in exultatione metent. Et diuus Paulus, Qui seminat in carne, de carne metet corruptionem: qui seminat in spiritu, de spiritu metet vitam ęternam. Et si vobis seminauimus spiritualia, magnum si vestra carnalia metamus? Huc respicit illud Euripidis in Hecuba,

Ὑμεῖς δ' ἔοικε' ἄνοια τῇ δυσβουλίᾳ πατρί. id est,
Habetis ad vos instituto congrua.

Denique illud pene solenne est apud Græcos poetas, κακῶν κακόν. Aristophanes in Equitibus,

Κακῶν κακόν.

-ἐξ μεγάλων δίκαιαμαι
Τὴν ἐξ ἁπάντων, ἣ τοῦδε μὲ κακῶν κακόν. id est,
-neque magnam de vitis ista,
Sed miseras tantùm, atque eas malas mast.

Illud item frequens, κακὸν ἐκ κακῶν κακόν, id est, Te malum perdam male. interpres admonet figurę prouerbialis, qua de re dictum est in huius operis vetit. bello. Rursum Euripides in Hecuba, -ἐμὲ κακὸν

Bonis bene, malis male euenit.

Κακόν τι πάσχει, ἢ δ' ἐχθρὸν ὀπτεχεῖν. id est,
Bonis bene euenit, sed malis male.

Idem in eadem fabula,

-ἀλλ' ἐπὶ τὰ μὴ καλὰ
Πρᾶσσε τἀλλὰ τἀδὲ καὶ τὰ μὴ φίλα. id est,
--quæ tibi quæ non decent
Haud veritus es patrare, ea quæ non libent.

Diogenis Cynici ſaltum.

Perquam feſtiuum eſt quod de Diogene refert Laertius. Super cœnam quidam illi obiiciebant oſſa, veluti canis, quòd Cynicus eſſet. Eam contumeliam ille ſic pęſſus: acceſſit propius, & iuxta illos ſtans mingebat, viciſſim illis canem agẽs. Sed propius huc pertinet quod idem refert in Zenone qui ſeruum in furto deprehenſum cædebat. ſeruus interim clamabat, in fatis fuiſſe vt furaretur. At Zeno, Illud etiã vt cædereris. Seruus quoniam audierat herum diſputantem de neceſſitate fatorum, eam prætexuit ſuo commodo: ſed ſcitè retorſit philoſophus.

Zenonis in ſeruum furem ſaſtum.

Carica muſa. 79

Trifles & inamœna cantio.

Καρικὴ μοῦσα, id eſt, Carica muſa. καρικαὶ ᾠδαὶ id eſt, Caricæ cantiones. De lugubri aut ruſtica, atque indocta, ſeu moleſta cantione dici ſolitum. Quadrabit in poetam: ut oratorẽ indoctũ. Antiquitus de triſti ſtridulaque & inamœna cantione dicebatur, propterea quòd (vt tradit Athenæus libro Dipnoſophiſtõn quarto) Cares itidem vt Pœnices in luctu tibiis vti ſolent magnitudine palmi, lugubre quiddam & ſtridulum ſonantibus. Fas autem erat bibas Phœnicum lingua gringos vocaſi, quod iis in Adonidis luctu ſoleant vti. Porro Adonidem γρῆλλον, id eſt, Gringen, appellant. Hinc eiſdem verbum γρίζειν. His cõſima tradit Iulius Pollux lib. 4. niſi quòd ibi γρῖζαι inuenio ſcriptum. Caricam muſam notat Ariſtophanes in Ranis,

Cares, nobis vſui inſita.

Γρίζειν.

Σκολιῶν Μούσης τ' ἠδὲ καρικῶν ἀυλημάτων. id eſt,

Obliqua Muſis & Caricorum carmina,
Modoſque tibiarum.

Eadem καρικὰ ἀυλήματα veteres *ſtatiua*, id eſt, obliqua vocabant vel à tibiarum ſpecie, vel ab aliquo in conuiuiis canendi ordine, de quo meminerimus in prouerbio, Ad Myrtum canere. Meminit & Plato apud Athenæum in Lacombus,

Ad myrtum canere.

Αὐλεῖ δ' ἴχανά τις καρίνα, καρικὸν μέλος
Μέλιζεται. id eſt,

Calamos habens puella, Caricum melos Modulabitur.

Plato quoque philoſophus lib. de legibus 7. mentionem facit Caricæ mulæ, quam interpretatur θρηνῶδες ᾆσμα, id eſt, Lugubrem cantionem. Heſychius indicat inde ductum, quòd ad pompas funebres conduci ſoleant è Caria fœminæ, quæ lamentantium perſonam agerent. Itaque orationem indoctam & inamœnam rectè dixeris καρικὴν μοῦσαν. Ea quam conueniat illud Sopatri apud Athenæum libro quarto,

Pectis.

Πηκτίς τ' ὀμοῦ γαυλιῶτις βαρβάρα. id eſt,

Pectis camana iactans ſe barbara.

Pectis autem organi genus eſt, duabus chordis inſtructum. Idem Athenæus dubitat an Caria ſit eadem dicta Phœnice. Nam Phœnices fiſtulas ſiue calamos γίγγρας appellant, vocabulo (vt videtur) à ſtridore ſoni effecto. Cum iis conſentiunt quæ Plato ſcribit libro De legibus (quem modò citabam ſeptimo ἔνιοτε ἀρὰ δεῖ μισούντων οὕτως γιγνέσθαι τοὺς πολίτας ἑορτάς, ὅταν ἡμῖν μὴ καθαρτέον, ἀλλ' ἀποφράδες ὦσι, πᾶν ἴσως δεῖ μᾶλλον χοροὺς τινὰς ἕξωθεν μεμισθωμένους ᾄδειν, οἵων ἀρχὴ πᾶς τις δυνατώτατος μισθώσασθαι καὶ τὴν μετ' ἐκείνων ψυχαγωγίαν πᾶς τελεώτατος, id eſt, Et ſiquando oportet ciues iſtiuſmodi lugubrium auditores fieri, cùm dies fuerint non puri, ſed nefaſti, tum magis conueniet venire choros aliquos muſicos aliunde conductos, quemadmodum hi qui ad funera conduci ſolent, Cariõs quadam muſa deducunt vita defunctos Carum barbariem in dicendo taxat Homerus ſecundo Iliados libro,

Carum barbaries in dicendo.

Νάστες αὖ καρῶν ἡγήσατο βαρβαροφώνων. id eſt,

Naſtes ducebat Cares, quæs barbara vox eſt.

Καρβαίζειν.

Vnde & populari dicto Græcis καρβαίζειν ſiue καρβαρίζειν aut καρβαρίζειν dicũtur, quib. barbarus eſt & agreſtis ſermo. Et Marcus Tullius apud Quintilianum in capite de pronuntiatione dicit, illos ex Lycia & Caria oratores in epilogis bene canere, nimirum reprehendens illorum pronuntiationem. Strabo libro Geographiæ decimo quarto, oſtendit Cares occaſione frequenter fuiſſe mixtos Græcis, & tamen barbarè craſſèque ſonuiſſe linguam Græcorum, quod idem euenit Græcis in lingua Romana, & nobis in lingua Britãnica. Hoc vitium Strabo μιξοβαρβαρίαν, μιξοβαρβαρισμόν, βαρβαροφωνίαν, vocat. De cantionibus Carum & Phrygum meminit & Marcus Tullius in Bruto. Erat & ſaltationis genus tumultuoſum ac militare, vnde nonnunquam ſauci diſcedebant: nam ab armatis peragebatur, quòd Iulius Pollux libro quarto

μιξοβαρβαρία.

Carica ſaltatio.

καρικὸν appellat.

Attica muſa. 80

Cui diuerſum ἀττικὴ μοῦσα, id eſt, Attica muſa pro venuſta lepidáque oratione. Nam inter dicendi genera laudatur in primis Atticum. Diogenes Laertius, & Plutarchus in vita Platonis ſcribit id cognominis vulgo tributum fuiſſe Xenophonti, vt Attica muſa vocaretur, propter admirabilem quandam hominis in dicendo venuſtatem. Vnde & Atticam eloquentiam & Atticum leporem appellãt, quemadmodum indicauimus alibi. Sed ad hominem accommodatum erit venuſtius præſertim ſi accedat ironia: veluti ſi inelegantem aliquem, & ab omnibus literis & gratiis alieniſſimũ, Atticam muſam voces. Nam amuſi vocantur omnes huiuſmodi.

Xenophontis eloquentia.

Amuſi.

Eodem bibere poculo. 81

Eodem bibere poculo, eſt iiſdem affici incommodis, maliſque communibus obnoxium eſſe. Plautus in Caſſina, Vt ſenex eodem hoc poculo quo bibi biberet. Trãſlatum vel à bibendi certaminibus, vel ab iis qui metuũt venena. Idem hodiéque noſtrati vulgo tritiſſimum manet. Etenim ſiquando minantur ſe parem gratiam relaturos, aũt ſe de eodem porrecturos poculo Taxat Martialis quendam qui conuiuis vinum dilutum & acerbũ apponebat, cùm ipſe de exquiſitiſſimo biberet: qui mos & hodie pleriſque diuitibus. atque hinc prouerbiũ natum videri poteſt. Fit autem interdum vt qui imprudẽtes poculum acerbum guſtarint, ſtudeant & alios illicere vt ex eodem bibant. Fit aliquoties & in Diuiniis literis mentio de calice Babylonis, quum ſignificatur aliqua calamitas irroganda. Denique Dominus noſter in Euangelio rogat filios Zebedæi, num poſſent de eodem poculo bibere: vnde ipſe deſtinarat bibere: addẽs alterũ ſimile prouerbiale. De eodẽ baptiſmo. Nec. n. dubiũ eſt quin vtrumque fuerit vulgari ſermone celebratũ. Paulo diuerſius eſt quod ait Ariſtophanes in Equitibus,

Οὔτοτ' ἂν ἓν τῷδ' ἂν πίοι κοτύλῃ ποτ' ἐν. id eſt,

Ille nobiſcum haud eodem potet vnquam poculo.

Taxat ſellatorem.

In planitiem equum. 82

Εἰς πεδίον ἱππον, i. In planitiem equũ. Quoties quis ad id prouocatur, in quo plurimum valet, quoque vel maximè gaudet. Equus in campo tanquam in ſua eſt harena. Apud Lucianum in Captiuo, cùm ipſe iudices poſtularet, Plato reſpondet, πῶν ἐκεῖνο, εἰς πεδίον ἱππον. id eſt, Hoc ipſum quod dici ſolet) equum in planitiem: videlicet hominem rhetoricum ſignificans, & in agẽdis cauſis exercitatum. Plato in Theæteto, ἱππικὸς εἰς πεδίον ἀγωνίζεσθαι, Σωκρατικὸς δὲ λόγος, id eſt, Equites in planitiem prouocas, Socrates ad diſputandum. Tametſi quidam codices ἵππων habent hoc loco, non ἱππικὸς. Synefius in epiſtola quadam, Εἰ μὲν δὴ τὸν ἀληθῆ καὶ ἵππον εἰς πεδίον, τὸν δὲ ἐν τῷ λόγῳ, ἀναγράψαι ἐγχειρῶ, id eſt, Ad hoc ipſum certe prouoco, equum in planitiem (iuxta id quod dicitur) adhortari me putans Translatum videtur à militia. Nam quoties res eſt pediti cum equite, pedes fugit campeſtria, ſectatúrque loca impeditiora.

Acanthida vincit cornix. 83

Acanthidem ſuperat cornix. Calphurnius Bucolicus poeta. ecloga ſexta,

Aſſyle credibile eſt, ſi vincat acanthida cornix,
Vocalem ſuperet ſi turpis aedona bubo.

Acanthis enim vocalis eſt auis, & in primis canora: cornix obſtrepera quidem, ſed minimè canora. Acãthidem Theodorus nunc ſpinum vertit, nunc ligurinum. Quin & aëdona Græcè dixit. Sic autem pronunciandum, vt ae faciant duas ſyllabas. nã Græcis ἀηδὼν luſciniã ſignificat. Plinius Græca voce dicit acanthidẽ, quaſi dicas ſpinulã, eo quòd in ſpinis viuat, eoq. aſinos habet inuiſos, quòd hoc animal ſpinæ florem deuoret. Eſt autem auium minima, tantę fœcunditatis vt pariat duodena. Author Plinius lib. 10. capitibus 63. & 74.

Acanthis.

Prius teſtudo leporem præuerterit. 84

Πρότερον χελώνη λαγῳὸν διαδράμοι, id eſt, Prius teſtudo leporẽ curſu prætererit. De re neutiquã veriſimili. Teſtudine nihil tardius. vnde & teſtudineũ inceſſũ dicimus. Et apud Ciceronem libr. De diuinat quiſpiã teſtudinem, tardigradã, & domiportam vocat. Lepus autẽ celeritate præcellit. Meminit huius adagij Diogenianus. Huius generis ſunt illa apud Theocritum in Thyrſide,

Νῦν ἴα μὲν φορέοις τὸ Κάπις φορέοντι δ' ἄκανθαι,
Ἁ δὲ καλὰ ῥαδινοῖσι ἐπιστήσοιτο πεδίλοις.

Πυθέας

Τρίβε δ' ἔρεβος ἐρίπνα, ἢ ἀ τίνος ὄνυξ ἀνίκει,
Διὰ φρενὸς ἰνὶ δράκοντι, ἢ τὸν κάπρε δόλιον θῆρα,
Καὶ ξηρὸν ἐν πλατάνοις αὐλὸν ἀροίγνυτο. id est,
Nunc vocem profer te rubi, producite spinæ,
Iunipernique comæ narcissi flore decentis:
Omnia vertantur, portet pomum mitia pinus,
Postquam obiit Daphnis, trahat & iam terrea molestos,
Montibus in summis pecoris custodia nostra canet.

Cancros lepori comparas. 85

Cancrorum tarditas.

Καρκίνους λαγωῷ συγκρίνεις, id est, Cancros lepori comparas, de supra modum dissimilibus. Etenim vt leporum celeritas, ita cancrorum tarditas nota est. Simillimum est illi quod proximè retulimus Refertur & hoc apud eundem. Suidas addit καρκῖνος λαγὼν αἴρει, id est, Cancer leporem capiet: de absurdis, quæque fieri nullo modo possunt.

Terræ filius. 85

Primus, teste Scriptura, de terra factus est.

Olim homines obscuro ignotóque genere prognati, terræ filij dicebantur, propterea quòd terra sit omnium communis parens. Vel quòd iuxta quorundam etiam historias, primitùs mortales è terra nascebantur. Tertullianus in Apologetico aduersus Gentes. Nam & terræ filios vulgus vocat, quorum genus incertũ est. Apud Athenæum lib. 10. legitur γηγενὴς ἄνθρωπος, id est, è terra genitus homo. M. Tullius ad Atticum lib. 1. Et huic terræ filio nescio cui, committere epistolam tantis de rebus non audebam. Idem ad Trebatium libro Familiarium epistolarum septimo, Cn. Octauius tuus familiaris summo genere natus, terræ filius. Persius,

-præsto est mihi Manius hæres,
Progenies terræ quæ ex me quis mihi quæritas
Sit pater: haud promptè, dicam tamen. adde etiam vnum,
Vnum etiam, terræ est iam filius. Iuuenalis, Sat. 4.
Vnde fit vt malim fraterculus esse gigantum.

Gigantes.

ad prouerbium palàm alludens. Nam gigantes è terra progenitos poetæ fabulantur. Huc pertinet quod apud Euripidem Ion Xuthum percontatus,

Τίς δ' ἐκ φύτευσε μητρός; id est,
Num fatus telure matre? Atque ille respondet,
Οὐ πάντ' ἔλεγεν τέκνα. id est,
Non parit natos solum.

Apud Pausaniam, Strabonem, atque alios id genus authores, legimus populos quosdam αὐτόχθονας appellatos, qui non aliò referant originem suam, quemadmodum plerique faciunt: verùm ex ipso solo nati videri velint, quorum de numero sunt Athenienses. Qui ibi nobilitatem virtute peperissent, nullis maiorum imaginibus illustres, noui homines dicebantur. Portiò ignoti & subitò apparentes, incertum qua regione profecti, Cæli filij vocabantur, quasi è cælo demissi. Neque dissimili ratione οὐρανιῶνες, id est, de cælo lapsi dicebantur. Iuuenalis,

Noui homines.

Tertius è cælo cecidit Cato.

Quanquam hoc magis conuenit in homines eximia virtute. Plutarchus in mulierum quam scripsit aduersus Herodotum, de naui quadam vnde subitò vox est edita Adimanto, ἐκ δὲ νεὼς ἐκείνης ἐβόησέ τις ἑκάστῳ, ὁρᾶτε ταύτην, id est, Nauis autem illa erat (vt videtur) è cælo delapsi. Atque hic sermonis color sumptus est è tragœdijs, in quibus machinis quibusdam sic repentè ostendebantur personæ populo, vt è cælo venisse videri vellent. Apud Romanos noui homines dicebantur, qui maioribus obscuris nati, suis virtutibus innotuissent: quod M. Tullius ab inimicis probro obiectum, ipse gloriæ sibi vertit.

Ex quercubus ac saxis natæ. 87

Huic finitimum est illud Homericum, E quercu, E saxis prognatus: quod quadrabit vel in hominem obscuro genere, vel in eum qui sit agrestis atque effero ingenio, moribusque immanibus. Inde ductum adagium, quòd antiquitus in cauis quercubus, tectorum vice vititarent homines, atque hinc è quercubus nati fingebantur. Inde illud, *-& duro robore natos.*

A Deucalione Pyrrhaque nati homines.

Præterea creditum est ex saxis à Deucalione Pyrrhaque proiectis, mortalium genus absumptum diluuio, instauratum fuisse. Homerus in Odyss. τ.

Οὐ γὰρ ἀπὸ δρυὸς ἐσσὶ παλαιφάτου, οὐδ' ἀπὸ πέτρης. id est,
Nam neque fatidica quercu satus es, neque saxo.

Id imitatus Pallada in epigrammate,

Οὐ γὰρ ἀπὸ δρυὸς ἐσσὶ παλαιφάτου, φασὶν,
Neque te, quod aiunt, quercu aut lapi edidit.

Allusit ad id festiuiter Plato libro de Republica octauo, οὐκοῦν οὐ δρυὸς πόθεν ἢ ἐκ πέτρας τοὺς πολιτευομένους ζητοῦμεν, ἀλλ' οὐχὶ ὃν ἂν ἥκιστα δόξειεν εἶναι τοιούτους id est, An existimas è quercu quacunque aut rupe respublicas nasci, ac non potius ex moribus eorum qui in republica versantur? In crudeles & immites conuenit illud Theocriteum in Apolo de Cupidine,

-ἢ ἐκ λεαίνας
Μαδὸν ἐβύζαξας, ἢ ἐν ὄρεσσι τὰ μᾶτηρ ἐτέκνωσε; id est,
-scilicet illa leæna
Vbera suxit, & in nemore hunc genitrix fera pauit.

Deorum cibus. 88

Nectar, ambrosia.

Θεῶν βρῶσις, id est, Deorum cibus. De præclaris epulis dicebatur, propterea quòd Homerus fingit deos nectare atque ambrosia victitare, nec ob id vnquam senescere. Tranquillus in Nerone, Parricidij, inquit, & cædes à Claudio exortus est. Cuius necessitatis non author, at conscius fuit: neque dissimulauit, vt qui boletos (in quo cibi genere venenum is acceperat) quasi deorum cibum, prouerbio Græco, collaudare instituerit. Horatius Serm. 2. Sat. 6. *-nolim epulæque deorum.*

Aristophanes in Ranis, τὰ μακάρων ἐδώδιμα, Regum aulica conuiuia significans.

Tertius Cato. 89

Tertius Cato, prouerbialis ἐφυρωνία in viros impudico tetricos, atque alienæ vitæ censores. Nam duorum Catonum, senioris, cui nomen Censorio: & minoris, cui nomen Vticensi, gravitas pariter atque integritas vulgo celebratissima quondam fuit, adeo vt è cœlo dimissi dicerentur, vt bellum cum vitiis gererent Iuuenalis,

-habeat tam Roma pudorem,
Tertius e cælo cecidit Cato.

Sapientum octauus. 90

Septem Græciæ sapientes.

Huic per omnia simillimum est illud Horatianum in sermonibus, *Sapientum octauus*, in eum qui sibi multum tribuat in sapientia. Numerantur enim apud Græcos septem sapientes: eorúmque apophthegmata oraculorum vice celebrãtur, etiamsi de nominibus magna inter scriptores varietas est. De numero certè constat inter omnes: vnde per ironiam sapientum octauum dicebant, dignum qui septem illis adderetur. Horatius,

Hæc mihi Stertinius sapientum octauus. Item Ausonius,
Sapientesque supra Græciæ septem viros
Octauus accessit sophos.

† Quinam illi septem celebrati sapientes, scio quidã multis præditum. Ad id placet iudicium Lactantij lib. de vera sapientia 4. cap. 1.

Bis dat qui citò dat. 91

Meminisse (ni fallor) apud Senecam alicubi legere, Bis dat qui citò dat. Idem libro de beneficijs 2. Ingratum est beneficium quod diu inter manus dãtis hæsit. Quæ sententia monet haud cunctanter, haud grauatim opitulãdum amicis cùm opus est, sed vltro non expectatis precibus deferendum officium. Inter epigrammata Græca fertur & hoc distichon nomine tituloque Luciani,

Χάριτες χαίρετε πλειστάκτιδες ὦ φιλέοντες
Πάντα χαρεὶς αὐτὸ, καὶ δὶς τρισσὰ χάρις.

Χάρις?

Id carmen Latinè non potest commodè verti, propterea quòd lepos & argutia epigrammatis sita sit in hac voce χάρις, quæ Græcis aliquando beneficium significat, aliquando gratiam qua commendatur aliquid, aliquando Deam ipsam. Citatur simillis apud Ausonium sententia Græca,

Ἀχάρις ἀβέβαιος, ἄχαρις χάρις.

Est autem instium carminis Heroici, ex Epigrammate quopiam, Tardum beneficium, ingratum est. Eam ille hic vertit,

Tardum beneficium, ingratum.

Gratus quæ tarda est, ingrata est: gratia namque
Quando fieri properat, gratia grata magis.

Rursùs neque aliter vertit idem,

Si vere quid facias, facias citò: nam citò fallam
Gratum erit, ingratum gratia tarda facit.

Vnde & Hector apud Euripidem in Rheso contemnit, ac damnat auxilium serò delatum amicis,

Μισῶ φίλοισιν ὄκνιον βοηθόον. id est,
Odi equidem amicis segnem succurrere.

Extat & Mimus non inuenustus in hanc eandem sententiam:

Bis eli gratum, quòd opus est, vltro si offerat.
Item alter huic adiungimus,
Beneficium inopi bis dat qui dat celeriter.

Multa ea de re Seneca de beneficijs 1. cap. 1. item lib. 2. cap. 1. & 7. passim que Ausonius Panegyrico ad Gratianum ait, eum spem solitum superare, cupiẽda præuent-

re,vota præcurrere,quæque animi celeritas affectaret, beneficiis præeuntibus antecedere. Idem effertur in panegyrico Hauiensium nomine,ad Constantium: Nescis imperator tua commendare beneficia,præstandi celeritate occupas tempus optãdi: Pari laude Symmachus prosequitur Theodosium, epist. 48.lib. 10. Ex quo & Arcadius & Honorius gloriantur [vltrò se deferre beneficia inopinantibus, l.ii. Cod Theod.de infirm. iis quæ sub tyranno.

Honos alit artes. 92

Id quod est apud Marcum Tullium Honos alit artes, videtur esse sumptum ex Aristophanis Pluto,

Οὔτε γὰρ μισθὸς αὐτῇ ἐστὶν οὔθ' ἡ τέχνη. id est,

Neque præmium vllum ejus artis nec ipsa ars vigent.

Colligit enim non esse consentaneum, Athenis vllos esse bonos medicos,quum med cis nulla sint præmia. Diogenianus autem hoc inter adagia commemorat. Huc alluſit Martialis quum ait,

Sint Mæcenates, non deerunt Flacce Marones:
Diuitias quæ tibi vel tua rura dabunt.

Honos, virtutis præmium.

Et Aristoteles scribit honorem esse præmium virtutis. Ac priscorum leges, non solùm comminabantur pœnam maleficiis,sed & præmiis & honoribus inuitabant ad rectè agendum.Pindarus in Isthmiis hymno nono, tanquam vulgo celebrem sententiam citat, Εἰ δέ τις ἔργοις ἀγαθὸν, τὸ πλεῖστον ἐσθλοὶ μοῖραι κρατέουσι, id est, Bit autẽ dictum quoddã inter homines celebre, Bonum præstantum non esse in terra occultandum silentio. In hoc autẽ præclara sunt rectè facta virorũ illustrium,vt cæteris præluceant ad capessendam virtutẽ. † Symmachus lib. 1. epist. 37. Vetus sententia est ,artes honore nutriri.eam nostrę ætatis vsus confirmauit.Nemo enim bellis notus,aut domi clarus exsortem [præmij] tenuit industriam Itaque cùm digno fructus tribuitur,eandem viam capessentibus spes paratur.Seneca epist.103. Magnificum, laudari à laudato viro, laude digno: & cum æquè antiquus poeta ait, Laus alit artes, non laudationem dicit, quæ corrumpit artes, nihil enim æque eloquentiam,& omne aliud studium auribus deditum vitiauit,quam popularis assentio.

Vel cæco appareat. 93

Prouerbialis hyperbole frequens apud authores, Vel cæco appareat,de re vehementer perspicua.Aristophanes in Pluto,

Τοῦ τῶν πλησίον, ἀλλ' οὐ τὸν ὑμέτερον
Τυφλοῦ δεξιὸν ὄντα. id est,

Quam non tua efferebat vel cæcus hoc Videat.

Eusebius aduersus Hieroclem, ἀλλ' οὐδὲ τυφλοῦ, φασὶ, δῆλον. id est,Quinetiã vel cæco perspicuum aiunt esse. Plato lib.de Republica octauo, καὶ τυφλῷ γε δῆλον ὡς μεταβάσεως, id est, Sanè & cæco perspicuũ est trãsmutari. Idẽ in Sophista, ἆρ' οὐ τὸ φαύλοις, καὶ τυφλοῖς δῆλον, καὶ τυφλῷ; id est,qui fieri potest vt hoc non appareat (quẽadmodũ prouerbio dicitur) vel cæco? Sũptũ videri potest ex 8. lib.Odyss.Homericæ, Καί κ' ἀλαοῖς δι ξύλα, δόκησεν ἰδέσθαι, i. Hanc etia cæcus metam discerneret hospes. Quintil.lib.12. Nam quis ignorat quin illud lõgè sit honestissimum, & liberalibus disciplinis, & illo quem exigimus animo dignissimum, non vendere operam, nec eleuare tanti beneficii authoritatem? quum pleraque hoc ipso possint videri vilia, quod pretiũ habent. Cæcis hoc (vt aiunt) satis est.Neque quisquã qui sufficientia sibi(modica autem hęc sunt) possidebit, hũc quæstum sine crimine sordidũ fecerit.In his verbis Fabij vox quæpiã deesse videtur,vt legas,Cæcis hoc (vt aiunt) satis perspicuũ est.Alluſit ad hoc adagium Antigonus rex vnoculus,cũ allato instrumento prægrandib. scripto literis,ξωτὶ μὲν καὶ τυφλῷ δῆλα, id est,Hæc quidẽ vel cæco perspicua sunt,inquit. Recensuit Plutarchus τῶν ἀποφθεγμάτων,Decade secũda.Apud Titum Liuiũ lib. belli Macedon.2.quũ Phaneas Philippũ violẽtus in Ætolos dicentem interfatus dixisset, Rem in verbis non verti:aut bello vincendum, aut parendum melioribus: Philippus respondit, Apparet id quidem etiã cæco: iocatus in valetudinem oculorum Phaneæ.

Quintiliani locum.

Phaneas cæcus.

Multis ictibus desicitur quercus. 94

Πολλοῖσι τυπτῶν δρῦς σιφὰ δαμάζεται. id est,

Multis rigida quercus domatur ictibus.

Ardua, vincti etiam labore improbo.

Senarius hic extat in Diogeniani Collectaneis ,de re factu quidem ardua, quæ tamen assidua industria peruincatur.Huic non dissimile videtur Hesiodium illud,

Εἰ γάρ τις καὶ σμικρὸν ὀπὶ σμικρὸν καταλείῃ,
Καὶ τῆμαι τῆδ' ἐθέλῃσι, τάχα κεν μέγα καὶ τὸ γένοιτο.
Si paulum paulo admoues, faciesque ita crebro,
Mox magnum quidquam tibi conficietur & ingens.

Pusillum pusillo addere.

Id quod non tantum ad lucri naturam pertinet,quod ex minutissimis sæpe maximum conflatur ,verumetiam ad industriam assiduamque si vehemens non sit,tamen si perpetua atque indefatigata fuerit, res difficillimas quoque facile conficit. Quemadmodũ vnicus ictus nihil adferre momenti videtur ad dejiciendũ molẽ querni roboris,verùm ea crebris ictibus facile prosternitur.

Caudæ pilos equinæ paulatim vellere. 95

Caudæ pilos equinę paulatim vellit,qui quod viribus atque impetu fieri nequit,id tempore atque assiduitate conficit.Horatius in Epist.lib.1.Sat.1.

Vter permisso cadaque pilos vt equinæ
Paulatim vello demo vnum,demo etiam vnum,
Dum cadat elusus ratione ruentis acerui,
Qui peruit ad fastos, & virtutem æstimat annis.

Sertorij consilium prudens.

Natum e facto quodam ducis Sertorij, cuius rei meminit Plutarchus in eius vita. Hic enim quum suis copiis ex barbara turba conflatis,ratione superiendere nõ posset, in re militari plus habere momenti consilij,quàm vires temerarias,postea quã illi parũ fœlicitèr pugnassent,duos proponit equos, alterum masculentum atque inualidum,alterum vegetum.cauda pilosa. Atque inualido illi inuenẽ adhibet prægrandis corpore, & admissis viribus contra vegeto illi pusillum & imberbillũ admouet homũcionem Hic singulos pilos paulatim vellens,breui spatio totam depilauit caudam: iuuenis è diuerso,caudam omnem simul manibus vtrisque cõprehensam,vi atque impetu conatur reuellere, qui quum frustra sudaret,risui fuit circumstantibus. Sub hęc assurgens Sertorius cuius cõsilio iussuque hæc fuerant acta) Videris, inquit, commilitones,quanto plus possit ingenium quam vires.

Ingenium viribus præstat.

† Plinius Sertoriani facinoris meminit 3.lib.Epist. 9. Erat in consilio Sertorianum illud exemplum,qui robustissimum, & infirmissimum militem iussit equi caudam &c.reliqua nosti.hæc ille.

Virum improbum vel mus mordeat. 96

Καὶ μῦς δέκεν ἄνδρα πονηρόν.
-sceleratum mordeat & mus.

Hem ilichium heroicum,quo significatum est,quacũque ratione vindictam non deesse malis, sed eos aliquo pacto meritas dare pœnas. Cõpetit & in eos qui de re quantumuis friuola rixam mouent,seque lętos querũtur, & offendos simulãt,nequid dẽt.Id quod nuper cuidã accidit apud Britanos medico,mihi vt patria cõmuni,ita & amicitia cõiunctissimo. Libet enim obiter hanc fabulã inserere.Ciuẽ quendã Londonensem, virũ egregiè nummatũ,& habitu adprime probum,arte curaque sua liberarat,non sine suo ipsius periculo. Nã is pestilentissima febre tenebatur.& (vt fit in periculis) medico mõtes aureos fuerat pollicitus,si non grauaretur sibi in tanto vitę discrimine,dexter adesse, obtestatus & amicitiam quæ illi cum eo intercedebat. Quid multis?persuasit & mutuũ & Germano. Adfuit. Nihil non fecit. Reuixit ille.Vbi verecunde de pecunia medicus admonuisset,eluſit nugator,negans de mercede quicquã addubitandum,cæterum arcę nũmariæ clauẽ penes vxorẽ esse.Ite nostri, inquit mulierũ ingenũ,nolo sentiat tãtã pecuniæ summã à me datã. Deinde post dies aliquot hominẽ obuiũ forte factũ,tam nitidum, & nulla morbi vestigia præ se ferentẽ,appellauit, & nõdum datę mercedis admonuit Ille constanter affeuerare pecuniã suo iussu ab vxore numeratã esse.Medicus negare factũ.Hic vide quã ansã bonus ille vir arripuerit? cum fortè medicus eũ Latine numero singulari appellasset, ibi velut atroci lacessitus iniuria, Vah(inquit) homo Germanus tussas Anglũ?Moxque velut impos animi, præ iracũdia caput mouẽs,diraque minitãs,subduxit sese. Atque ad eũ modũ honestus ille ciuis eluſit,dignus profectò quẽ sua pestis reperat.Risimus quidẽ fabulã ,nec tamen sine dolore,propter indignè frustratũ amicũ nec tine tã insignis ingratitudinis admiratione.Referunt gratiã leones in periculis adiuti, memineruntofficij dracones: homo homini, amicus amico sic merito, pro mercede quę nulla satis digna repẽdi potest ,iudibriũ reponit. Atque hęc in tacti detestationẽ diximus,nõ gratis odiũ. Nec enim par est,ex hocvno nebulone Britãnos omnes æstimari.Refertur adagiũ inter Græca epigrammata,

Bellua quædã beneficij memores.

φασὶ παροιμιάσαι, καὶ μῦς δέκεν ἄνδρα πονηρόν. id est,

Vulgò

Vulgò aiunt, vel murem etiam mordere ſolitum.

At is quiſquis eſt (nam incertus author) inuertit prouerbium, dicens, Bonos viros vel à mure morderi, malos ne draconem quidem audere dentes admoliri. hoc eſt, imbecillis paſſim nocere, propterea quòd ij impunè lædi poſſe videantur, vtpote non relaturi iniuriam.

Vel capra mordeat nocentem. 97

Καὶ αἴξ δακοι᾽ ἂν κάδοκα πονηρόν. id eſt,

Mordebit vel capra nocentem.

Ita reperitur in Collectaneis Diogeniani. Senſus nihil diuerſus a proximo. nam capra minimè alioqui mordax eſt, niſi quòd improbis omnia ſunt infeſta. Suidas indicat orthographiam: quum enim ad corpus refertur, hoc eſt, quum ſignificat hominem afflictum ac tolerum, vult primam acui, πόνηρος, vnde & πονηρεύεσθαι dicuntur quibus res ſunt aduerſæ: & Ariſtophanes in Pluto,

πονηρὸς ἦν ἡμῖν ξυμμάχου. πονηρός.

Auxilia nobis miſera ſatis præbuit.

Quum ad animum, vltimam acui, πονηρόν, id eſt, improbus, & πονηρῶς improbè. Nam quum dicimus πονηρὸν πάθημα, ἢ πονηρὸν ὕδωρ, quod hominis eſt, ad rem inanimam trāſtulimus, quemadmodum frugus ſceleratum, & fallaces diuitias dicimus.

Litem mouebit, ſi vel aſinus lanem momorderit. 98

Celebratur Græcis & hic ſenarius prouerbialis,

Δίκην ἐγείρει κἂν ὄνος βαλὼν μόνον. id eſt,

Litem mouebit, ſi vel aſinus mordicus tantum.

Quadrabit in eos qui de re quantumuis exigua litem ſuſcitant. Natum videtur ab euentu quopiam. Extat autem apud Iurecōſultos actio ex lege, Si quadrupes damnum dederit. Refertur à Zenodoto & Suida: quanquam apud vtrumque ſcriptum eſt, μαχεῖται pro μαχεῖσθαι, quorum hoc mihi videtur ſenſus expoſcere.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. *Litem mouebit, δίκην ἐγείρει* nō ſignificat litem mouere, ſed pœnas dare. ac vt malè accepit hoc loquendi genus, ita & participium συνεφαρμόσαντα, quod eſt apud Suidam & Zenobium. putauit enim vſurpatum eſſe in voce media pro συνεφαρμόσαντα, & inde contrarium huic prouerbio dedit ſenſum, ſuæ videlicet interpretationi congruum. nam ὅτι ἀντὶ τοῦ ὅτε μάχεσθαι συνεφαρμόσαντα, ſignificat. De iis quibus ob res parui momenti ſtruuntur calumniæ. Puto præterea tranſiecta eſſe verba, vt ſit, κἂν ὄνος δίκην ἐγείρει, ἤτοι ὑφίκει. vt ad eundem nominatiuum referatur verunque verbum. Sic alicubi meminì me legere tranſiectam orationem in qua eſſet particula κἄν. Hanc autem ſequendo verborum ordinationem, videri poſſet ad quādam Diaconis legem eſſe alluſum, qua & in bruta animaduerti volebat.

† Conferri recte id poteſt in rabulas & ſycophantas, quos litium concinnatores appellat Vlpianus l. ne quicquam, §. circa aduocatos, D. de offic. proconſul. vt διαβολέας eleganti nomine Iulius Pollux. De iis Plautus Perſa, Etiam ſi nihil eſt litium, lites ſerunt. Sed de his hominum monſtris, alio loco multa ſatis.

Litem parit lis, νόκα item noxam parit. 99

Δίκη δίκην τίκτει, καὶ νόκα βλάβην. id eſt,

Litem parit lis, noxa item noxam parit.

Senarius in rixoſos & litium auidos dici ſolitus, quibus lis ex lite, alia ex alia naſcitur: negotium ſeritur ex negotio, iniuria propagat iniuriam. Extat apud Suidam.

Bonas dux bonum reddit comitem. 100

Ὁ χρηστὸς ἄρχων, ἑαυτοῦ τὸν χρηστὸν ποιεῖ, id eſt, Qui bonum ducem præſtat, is bonum reddit comitem. In principe ſitum eſt vt ſit bene morata ciuitas, ſi modò ipſe bonus ſit imperator. In epiſcopo magna ex parte poſitura vt plam efficiat plebem, ſi tamen ipſe pius & integram agat vitam. Prudens & incorruptus magiſtratus & probos & integros reddit ciues. bonus paterfamilias demum efficit bene natos. Item Doctus ac diligens præceptor eruditum reddit diſcipulum. Frugi nuptus vxorem in ſuos trahit mores. Vnde quiſquis præfectus eſt negotio, debet in primis operam dare, vt ipſe ſuo fungatur officio, priuſquam ab aliis officium exigat. Sūpta eſt metaphora à militia, in qua fere qualiscunque fuerit dux, eiuſmodi ſolet eſſe miles. Refertur in Græcorum Collectaneis, ſed ἀδέσποτον. Extat autem apud Plutarch. authorem minime vulgarem in vita Lycurgi, ὅτι ἡ πεῖθαρχία μάθημα μέν ἐστι τοῦ ἄρχεσθαι, ἀρετὴ δὲ τοῦ ἄρχειν· ἐπεὶ οὖν ὁ χρηστὸς ἄρχων, ἑαυτοῦ χρηστὸν ποιεῖ ἀκροατήν. id eſt, vt populus dicto ſit audiens, hoc diſcit a principe. nam qui bonum præbet ducem, is facit vt alij bene ſequantur.

Qualis dux, ita & miles.

CHILIADIS PRIMAE CENTVRIA NONA.

Amyclas perdidit ſilentium. 1

Ἀπώλεσαν Ἀμύκλας σιγήν. id eſt, Amyclas perdidit ſilentiū. Quibuſdam eruditis (in quibus eſt author operis haud quaquam aſpernandi, quod inſcribitur Copiæ cornu) placet hoc ad prouerbiorum ordinem pertinere, neque nos ab illorum ſententia magnopere diſſidemus. Conſentaneum enim eſt rem vulgari ioco fuiſſe iactatam. Innuit autem adagium Vergil. Æneid. li. 10. quum ait,

-ſaluámque Camertem,
Magnanimo Volſcente ſatum, ditiſſimus agri
Qui fuit Auſonidum, & tacitis regnauit Amyclis.

videlicet epitheto notum eius euentum indicans. Eum Seruius interpres enarrat hunc in modum. Quum apud Amycleos ſubinde nuntiaretur hoſtium aduentus, idque falsò, & ob eam rem ciuitas frequenter inani terrore quaſſaretur, lata lege cautum eſt, nequis vnquam hoſtis nuntiaret aduentum. Atqui poſt euenit, vt verè iam aduenirent hoſtes. quod cùm nemo nuntiaret propter legis interdictum, ciuitas de improuiſo capta eſt. Qui caſus (vt apparet) populari ioco dedit occaſionem, vt dicerent Amyclas ſilentio periiſſe, ſicui ſua taciturnitas fuiſſet incommodo. Citat idem Lucilium, Mihi neceſſe eſt loqui. nam ſcio Amyclas tacendo periiſſe. Accipiendæ ſunt autem hoc loco Amyclæ non vt ſit vna è centum illis vrbibus Laconiæ quam Lacedæmonis filius condidit, ſed oppidum quoddam ſitum inter Caietam & Tarracinam, conditum ab is Laconibus qui comites, Caſtoris & Pollucis fuerunt, eique nomen indidere, quo Laconicas illas Amyclas referret Seruius exiſtimat Laconas Pythagoricæ diſciplinæ fuiſſe ſequaces. Quoniam autem interdixiſſe creditus eſt Pythagoras συμφορίαν, hoc commento quòd diceret humanas animas in animantium corpora demigrare, & eam ob rem prohibuiſſe ne quod animal occideretur (quemadmodum atteſtatur & Iuuenalis, A cunctis animalibus abſtinuit qui Tanquam homine) nefas eſſe ducebant ſerpentes qui ex victimis paludibus naſcebantur, occidere. quorum tanta increuit multitudo, vt ciuitatem eam deleuerint, teſte etiam Plinio. Poteſt igitur & hinc ortum videri vulgare dictum, Amyclas ſilentio periiſſe, quòd Pythagoricæ dogmatis obſeruatio perniciem illis attulerit: quorum primum eſt, ἐχεμυθία, id eſt ſilentium, quod in quinquennium indicebat iis qui ſuæ Philoſophiæ vellent initiari, ſicuti declarat Aulus Gellius. Porrò quod ait Seruius, Lacones Pythagoricæ fuiſſe factionis, non recordor apud alium authorem legiſſe me, niſi quòd Plutarchus in Symposiacis tradit, Tyrrhenos huius philoſophi decretis vſque adeo fuiſſe addictos, vt etiam ea quæ ille ſymbolis ſuis præcepit, ridicula ſuperſtitione ſoliti ſint obſeruare. Aut igitur ex his erant Amyclei, aut eiuſdem inſtituti ſectatores. Meminit de Amyclarum ſilentio Sillius Italicus,

-quáque quietæ ſilentia Amyclæ.

Meminit & Catullus (niſi fallit inſcriptio carminis) de Vere, quod nuper nobis Aldus Manutius noſter exhibuit, in antiquiſſima quadam Galliæ bibliotheca repertum.

Sic Amyclas dum tacebant perdidit ſilentium.

Prouerbium ad varios vſus accommodare licebit, veluti ſi vbi quis pecuniam creditam perdidiſſet, quòd non appellaſſet debitorem, aut iure præſcriptionis (vt vō-

Autor Cornucopiæ, Perottus.

Tacita Amyclæ.

Amyclæ oppidum.

cant) excidisset à possessione, Amyclarum silentium appellet: aut siquis audacius agens causam suam, iussúsque tacere respondeat πρὸς ἀμύκλας ἡ σιγὴ ἀνάκειται. Hoc inutile silentium Græci vocant ἀνωφελῆ, atque huic diuersum vitium ἀδολεσχίαν. De vtroque extant Plutarchi præcepta.

Ἀνωφελῆ. Ἀδολεσχία.

Timidior esprospiciente. 2

Δειλότερος εἰς τὸ προσκοπεύοντα, id est, Formidolosior eo qui prospectat. Dicitur in nimiam supra modum pauidum. Id ortum aiunt ex huiusmodi fabula: Quidam natura timidus, audita Herculis fama abdiderat se præ metu in specum quendam: deinde cum aliquando prospectaret, & Herculem forte fortuna prætereuntem vidisset, immodico metu exanimatus est, ac protinus diriguit in saxum versus, quod adhuc vilitur specie viri velut à specu prospicientis. Vnde τὸ προσκόπελον, saxum illud vocant. Suidas author. Meminit & Zenodotus, quemadmodum & mox sequentis.

Timidior Pisandro. 3

Δειλότερος Πείσανδρος, id est, Timidior Pisandro. Dicebatur olim & hoc in immodicè formidolosos. Aiunt autem Pisandrum fuisse quempiam prodigiosa timiditate adeo vt anxius esset ne suam ipsius animam alicubi videret quę se vnum reliquisset. Idem videtur esse cum illo Ciceronis, Vmbram suam metuere.

Diomedea necessitas. 4

Διομήδειος ἀνάγκη, id est, Diomedea necessitas. De is qui vi adacti, non sponte quid faciunt. Vsurpatur à Platone libro De republica sexto, Διομήδειος ἀνάγκη μόνον ἀναγκαῖον ἀνδρὶ φεύγειν μάχην ἢ αἰσχύνην ἐπιφέρειν, id est, Diomedea, vt dicitur, necessitas est facere omnia quecunque isti probarint. Quidam originem adagij referunt ad Thracium illum Diomedem, qui solitus fertur hospites suos compellere vt cum finibus suis deformo. illius rem haberent quo facto eosdem interimebat. Vnde fabula spargit, Diomedis equas homines pabuli vice esitare solitas, videlicet illius à viris agitatas, equas appellans. Et sanè in hunc sensum interpretatur Aristophanis enarrator in Concionatricibus, vbi versus hic habetur,

Vide Natal. Com.

Καὶ ταῦτ' ἀναίδην μοῦνος Διομήδειός γε

Quæret adolescens nu n qua sit necessitas sibi sectari anum. Respondet illa esse, & quidem Diomedeam. Alij referunt ad Diomedem ducem Græcorum, huiusmodi commentum adferentes: Quum Diomedes & Vlysses communi opera subiato Palladio, redirent noctu, Vlysses quo facti gloriam in se vnum transferret, destinabat occidere Diomedem præcedentem, ac Palladium secum portantem. Itaque quum eósem in caput illius à tergo vibrassot, Diomedes, animaduersa ad lumen lunæ gladij vmbra, subtraxit se plagæ, correptúmque Vlysse vinctis manibus præcedere compulit, gladio lato subinde cædens illius tergum. Hinc Diomedea necessitas. Huiusmodi fere Suidas ac Zenodotus.

Ad pristina præsepia. 5

Εἰς φατνίαν φαίνεται, id est, Ad pristina præsepia. In eos dicebatur, qui è vita quapiam lautiore excussi, ad pristinam tenuitatem rediguntur. Aut contrà de iis qui restituuntur in pristinam fortunam vnde exciderant: aut qui ad solitum contubernium sese recipiunt. Translatum ab animantibus, quibus nota familiariáque præsepia gratissima solent esse. Vsurpauit & Plautus in Curculione, Tormento non retineri potuit ferreo, quin reciperet se huc etiam ad præsepem suam.

† Horat. 1. ep. 15.

Scurra vagus, non qui certum præsepe teneret.

Idem video in ore vulgi ad eos torqueri solitum, qui vel gulæ dediti atque ventri nihil non ferant atque patiantur.

Alia vita, alia diæta. 6

Ἄλλος βίος, ἄλλη δίαιτα, id est, Alia vita, alia viuendi ratio. In eos quadrabit qui commutata in melius fortuna, pariter & vitæ rationem morésque commutant. Translatum ab iis qui lautius incipiunt viuere, vbi res lautior obtigit. Huc allusit Aristophanes in Pluto, quum ait,

Ἐπειδὴ πλοῦτός, ὡς ἔοικε, τοῖσιν ἀνθρώποις φανεὶς.
Πρὸς τὴν ἀλλοίαν τε τρόπων ἅπασα κατέδυ. id est,
Deinde diuitem factum, nihil tam leue iuuat:
At pauper antehac deuorabat quæuis.

Diues fallax fastidiens lenam.

De iuuene iam anum amicam fastidiente, postea quàm desiisset egere. Allusit huc Horatius,

Non eadem est ætas, non mens.

Per medium anulum traharis oportet. 7

Διὰ δακτυλίου δεῖ σε ἕλκεσθαι, id est, Per anulum trahendus es. In eum quadrabit qui sit vehementer extenuato gracilique corpore, seu morbo, seu cura, seu studio, seu qua alia re. Aristophanes in Pluto,

Διὰ δακτυλίου δῆτ' ἐμὲ μᾶλλ' ἀπῄνεσας. id est,
Itaque projecto per anulum me traxeris.

Verba sunt anus volentis se videri, vsque adeo maceratam atque exhaustam dolore, vt per anulum trahi posset. Equidem opinor adagium esse sumptum à lusu quo ouum aceto maceratum per anulum trahitur. Cuius rei meminit Plinius libro 10. cap. 60. Magicum erat, aliquid per anulum traiicere. Nam cerebrum capręper anulum aureum traiectum, prius quam lac daretur infantibus, instillabatur contra comitiales cxteróque infantium morbos: veluti testatur idem lib. 28. cap. 10.

Anus bacchatur. 8

Γραῦς βακχᾶται id est, Anus bacchatur. In eos dici solitum, qui præter ætatem indecore lasciuiunt. Nam bacchanalium licentia iuuenculis vtcunque permittitur, aniculis certè foedissima est. Quandoquidem insanię species est, aut vetulam amare aut potare, aut choros ducere, aut reliquis puellaribus lusibus indulgere.

Anus hircissans. 9

Γραῦς τραγίζουσα, id est, Anus hircissans. De anu adhuc intempestiua libidine prurienti, &, vt aut Plautus, catullicute. Aristophanes in Pluto,

—ἀλλ' ἀνίσως
Γραῦς καὶ τραγίζουσ' ἡδοφόβια κατιδεῖν. Id est,
-verum nouerat
Anus capriſſantia vorare viatica.

De iuuene, cui anus libidinosa omnia suppeditabat, quo vicissim ab illo voluptatem auferret. Nota est harcorum libido odórque, qui & subantes consequitur.

ANIMAD. HENR. STAPH.

V. *Anus hircissans*) Sic & paulo pòst vertit Anus capriſſantis, deceptus vocum in diuersis linguis affinitate. quasi τραγὸς is esset Græcis qui a Latinis dicitur caper, cùm illi contrà appellent τράγον hircum, siue caprum: at τέτραγον, aprum.

Flere ad nouercæ tumulum. 10

Πρὸς τὸ μητρυιᾶς τάφον δακρύειν, id est, Ad nouercæ tumulum lachrymari, est simulare gestu dolorem, cùm re gaudeas. Neque enim cõsentaneum est, priuignum molestè ferre nouercæ mortem, nihilo tecius tamen officij causa nonnunquam ad tumulum illachrymat. Quod idè de diuitis hæredibus non inconcinnè dicetur, in quos extat Publianus ille minus, cum primis elegans,

Hæredi fictus, sub persona risus est.

† Potest huc conferri prouerbium aliud, Nouercale odium, & quæ sunt eiusdem farinæ. Certè video à veteribus nouercarum nomen prælatis donatum epithetis: præterquàm quod enim dicuntur Maroni *miſæ*, Ouidio *terribiles*, item *diræ*, & Claudiano 3. de rapt. Proserpinæ, ab aliis etiam non pœnitendis auctoribus suis coloribus ornantur: vt à Seneca tragico *ſunesta ſæua*, præterquam quod à principe poetarum 2. Georg. à Nasone 2. de Trist. lib. Valerio Argonautic. 5. itemque Papinio 2. syluar. elegantèr efformatur. In Hercule furente apud Senecam sic illa loquitur,

-facere se quicquam apparo
Dignum nouerca. Idem,
-ô nouercales manus!

Et Agamemnone act. 2.

-quod nouercales manus *Ausæ.*

Quin & Afranius,

Mulier, nouercæ nomen huic adde impium.

Apud Senecam lib. 4. controuersiarum. Sestius Pius: Sed adhuc, inquit, crudelis & pertinax nouerca post omnia deuicta nihilominus sæuit. Eandem nouercarum affectum & Eüripides expressit in Ione,

φεύγειν χρὴ φαῦλ' ἀνθρώπων τυχεῖν.
Nouercarum proprium est inuidia laborare.

Idem Alcestide,

Ἐχθρὰ γὰρ ἡ πάντα μητρυιὰ τέκνοις. Τί σοὶ δ' ἐγὼ δοκῶ κακὸν ἄλλο πλὴν θανεῖν; sed & σκηπτοῦχοι δόμων δεσπόται διαφθορεῖς ἀεὶ γεγῶτες. Earum odium exco.pris longè multis cognoscere est, sed perfidia maximè liquet. vt cætera sileam, Diocletiani rescripto, l. 2. C. quib. cauſſ. cess. long. temp. præscript. Qua ratione & Caius Iurisc. ait, Non esse consentiendum

dum parentibus, qui iniuriam aduersus liberos suos testamento inducunt. quod plerumque faciunt malignè, contra sanguinem suum inferentes iudicium nouercalibus delenimentis infatigationibusque corrupti. l. 4. D. de inoff testam. Sed multa eadem re Turaq. ad leges connubial.

Celerius elephanti pariunt. 11

Sunt quibus hoc quoque inter adagia videtur adnumerandum, quod scriptum est apud Plinium secundum in præfatione historiæ mundi. Nam de Grammaticis, inquit, semper expectaui parturiri aduersus libellos meos quos de grammatica edidi: & subinde abortus fecere iam decem annis, cùm celerius etiam elephanti pariãt. Hactenus Plinius. Itaque cunctationem immodicam, & quorundam nimis lenta molimina his verbis licebit significare. Porrò de elephantorum partu Plautus in Stycho, Audiui sæpe hoc vulgò dicier, solere elephantum grauidam perpetuò decem esse annos. Huic astipulatur Plinius lib. 8. Decem annis gestare in vtero, vulgus existimat. Etiamsi Aristoteles biennio parere putat, nec sæpius quam semel singulos gignere. Theophrastus refert, arborem quandam Indicam non ferre ante centum annos. † Pierius de sacris Ægyptiorum literis, libro 2. & Plinius hist. nat. lib. 8. cap. 10. &c. multa de elephantis proferunt: vt nihil amplius desideres. Latinis parturire dicuntur, qui moliuntur, animóque destinant aliquid. Proinde licebit adagium etiam in hanc vertere formam, Quando tandem paries, obsecro, quod tot iã annos parturis, vt nec elephanti diutius?

Parturire.

A mortuo tributum exigere. 12

Ἀπὸ νεκροῦ φορολογεῖν, id est, A mortuo tributum exigere dicebantur, qui per fas nefasque diuitias vndecunque congerunt. Citat Aristoteles lib. Rhetoricorum 2. καὶ ἀπὸ νεκροῦ φέρει, id est, Vel à defuncto vectigal aufert: ostendens dici solitum in eos qui turpiter vndecunque lucrum aucuparentur è rebus minutis ac sordidis, veluti Vespasianus è lotio: aut è turpibus, velut è lenocinio quæstúque corporis: aut quum à quibuslibet extorquetur, ab amicis, à tenuibus, à mendicis, postremò vel à mortuis. Probro datum est Romanis principibus quòd suffossis Corinthiorum monumentis, æra Corinthia sustulerunt, ipso etiam vocabulo rei turpitudinem exprobrante. Nam ad eum sublata modum, φόρου. ἀπὸ νεκροφορείου dicta sunt. Attici φόρους vocant emolumentum, siue vectigal quod ex re quapiam fertur, etiam pecuniarum. Qui prædas huiusmodi colligunt, φορολόγους φορολόγων. appellant, inuisum omnibus hominum genus, & optimo iure inuisum. Deductũ est autẽ φόρος à verbo φέρειν, Fœnus. quod est ferre, à quo Latinis quoque dictum fœnus, quia vocc veteres non vtebantur nisi de prouentu terræ, quę veluti gratissima debitrix, pro singulis granis aliquoties centena reddidit. Siquidem præter naturam est (quemadmodum in Politicis scripsit Aristoteles) vt pecunia pecuniam pariat. At hodie res adeo recepta est apud Christianos, vt contemptis agricolis, quo non aliud hominum genus vel innocentius, vel magis necessarium reipublicæ, fœneratores propemodum inter reipublicę columina habeantur, cùm vsuram prisci quoque mortales illi damnarint, ethnicorum etiam leges moderentur & coerceant, Hebræorum prorsus interdicant, sanctorum pontificum decreta detestentur, ac modis omnibus insectentur. Opinor hoc prouerbium, aut idem, aut certè vehementer cognatum esse illi quod alibi retulimus,

A statuis tributum exigere.

Ἀπὸ γὰρ τοῦ ἀνδριάντος ἄλφιτα. id est,
Ipsis farinas posuit à statua quoque.

Farina.

Per iocum enim pro vectigali farinas posuit, quòd ad cibum referantur omnia, & defunctis signa ponebantur, memoriæ causa. Proinde qui vectigal hinc quoque corradit, is à mortuis extorquere videtur.

Larus parturit. 13

Κέρφος ὠδίνει, id est, Cepphus parturit. Antiquitus dicebatur in eos qui pollicerentur ingentia, nihil dignum promissis exhibentes. Aiunt Cepphum, siue Cemphum auiculam esse stupido ingenio, vnde & in prouerbium stoliditatis abiit, quam nonnulli larum appellant: alij (quorum est Theodorus Gaza) fulicam vertunt: eam viuere spuma marina, plumis ac pennis esse copiosis, corpore pusillo: quum parturit, vociferari. Hinc natum prouerbium, Larus parturit, vbi quis magna præ se fert, pusilla præstiturus. Hæc fermè scribit interpres Aristophanis in comœdiam Pacem. Hesychius tradit esse auem leuissimam circa mare versantem, quæ facile vento moueatur, eoque hominem inconstantem ac leuem, cepphon dici. Plinius lib. 8. cap. 29. memini cepphi quadrupedis, quod Pompeius ex Ægypto deportatum Romanis ostenderit, cuius pedes posteriores humanis pedibus, priores manibus erant similes. Id negat postea Romæ visum. Verum id quidem nihil ad prouerbium.

Parturiunt montes, nascetur ridiculus mus 14

Ὦδινεν ὄρη, εἶτα μῦν ἐτέκετον.
Mons parturit, ridendum mus exit.

In ostentatores.

Senarius prouerbialis, dictus in homines gloriosos & ostentatores, qui magnis promissis, tum vultus vestitú que authoritate magnam de se inuehunt expectationem: verùm vbi ad rem ventum est, meras nugas adferunt. Vtitur hoc adagio Lucianus in libello cui titulus, Quemadmodum oporteat historias conscribere. dicit enim sic reclamari à vulgo in Cupidinem, Herculis aut Titanis personam assumentem, ὦδινεν ὄρος. Athenæus in Dipnosophistis lib. 14. refert, quòd Tachas rex Ægyptiorum huiusmodi se iactantia terrebat Agesilaum Lacedæmoniorum regem, quum a Deum venisset, suppetias illaturus in bello ὦδινε ὄρος ζητῶν φοβηθῆναι δ' ἐποίησε μῦν, id est, parturiebat mons, Iupiter autem metuit, at ille peperit murem. Erat autẽ Agesilaus pusillo corpore. Porro dicto offensus, respondit, φαντασμαί σου ποτε ᾔδειν, id est, Atqui ego quando tibi videbor leo. Post euenit vt exorta seditione apud Ægyptios, quum Agesilaus non adesset regi, coactus sit ad Persas fugere. Porrò Græcis videtur esse carmen anapæsticum. Vtitur & Horatius in arte poetica,

Agesilaus pusillo corpore.

Quid dignum tanto feret hic promissor hiatu?
Parturient montes, nascetur ridiculus mus.

Porphyrion in Aesopi apologo quopiam natum existimat: is fertur eiusmodi, Quam olim quidam rudes atque agrestes homines viderent in medio terram intumescere, moueríque, concurrunt vndique ad tam horrendum spectaculum, expectantes vt terra nouum aliquod ac magnum portentum ederet, monte nimirum parturiente, foréque vt Titanes rursum erumperent, bellum cum diis redintegraturi. Tandem vbi multum diuque suspensis attonitisque animis expectassent, mus prorepsit è terra, moxque mus omnium ingens exortus.

Aureos montes polliceri. 15

Χρυσᾶ ὄρη ὑπισχνεῖσθαι, id est, Aureos polliceri montes. Prouerbialis hyperbole de iis qui immensa promittunt, speque amplissimas offerunt: a Persarum arrogantia ducta, qui propter auri venas, montes aureos iactabant. Plautus in Stycho, Neque illic ibi merent Persarum mõtes, qui esse autei perhibentur. Atque idem in Milite, in eandem sententiam dixit argenti montes, Tum argenti montes non magnas habet. Terentius in Phormione, Is senem per epistolam pellexit, modo non montes auri pollicens. quo quidem loco illud obiter admonendum arbitror, quod opinor vulgus interpretum latere, modo non dictũ pro eo quod est apud Græcos μοντιχί, id est, tantumnon: id perinde valet quam dicas, propemodum. Nam tantumnon Graecanico modo reperies tum apud Liuium, tum apud Suetonium, neque semel apud Valerium Maximum. Apuleius in prima actione Apologiæ suæ, Qui si est auaritia egenus, & ad omne lucrum inexplebilis, nec montibus auri satiabitur. Diuus Hieronymus in Rufinum, Vt quum montes auri pollicitus fueris, ne scorteum quidem nummum de thesauris tuis proferas. Aristophanes ἀναίσχυντον.

Arrogantia Persarum.

Mare auri.

Κἀχαν ἑκτὼ ἀλώπεκι ὅτι χρυσᾶν ὄρεσιν. id est,
Manes & octo cacauit in auri montibus.

Cacauit, dixit pro delicdit, Liciura comœdiæ veteris. Phœnix Colophonius apud Athenæum libro 11. de Nino rege prædiuite loquens, ex monte fecit mare, sic, Ὅστις ὑγρὸν χρυσὸν πόντον, id est, Mare possidens auri. Paulo diuertius dixit Salustius in Catilinario, Mania montesque polliceri cœpit. Ad eundem modum Persius,

Maria aut montes polliceri.

Magnos promittere montes.

vt hyperbole magnitudinis sit non in aureis, sed simpliciter in ipsis montibus.

Ambabus manibus haurire. 16

Ἀμφοῖν ἀμφοτέραιν, id est, Haurire ambabus, subaudi manibus. De iis dici consuevit qui summo conatu quippiam agunt. Itidem Aristophanes in Equitibus,

Κἀμφοῖν χερσὶν μυσπολοῦσαν τὴν δημοσίων. id est,

Vtraque manu bona dispergens publicè fecit.

Huic confine est illud Homericum ex Iliados π.

Οἶδ' ἀγαθὸς, οἶδ' ἐσθλὸς ἀριστερὰ τοξάζεσθαι βοὸν. id est,

Nouis equidem clypeum dextra lævaque mouere.

Inuenitur & illud, ἀμφοῖν δωρεῖσθαι id est, Ambabus manibus largiens, id est, affatim & prodigè, aut etiam perbenignè. Plato in Sophista, ἀμφοτέρων ἐπὶ τὰ ἴσα κινεῖσθαι, ἐκατέρᾳ ἀμφοῖν χρῆσθαι, id est, Et quod dici solet, nequaquam altera prendendum manu, quin magis ambabus. Nihil ab hac forma recedere videtur quod scriptum est apud Aristidem in Cimone qui citat hunc locum ex hymno poetæ cuiusdam μεγάλα δ' ἔστενε Λυδία ὑπ' αὐτῷ τοξικῷ ἀμφοτέραις χερσὶ, κραταιᾷ τε φόβῃ, id est, graviter autem gemuit Asia, ab illis percussa ambabus manibus, robore belli. Vicimus illud quod est apud eundem in oratione Panachenaica, ὁ δ' ἀμφοτέρα τῷ χαλεπῷ πολέμῳ, ἅτε πεπαιδευμένος ἐκ παίδων Ἀθηναῖος Ἑλλήνως ἐρεῖ καὶ βαρβάρως, id est, At ille vtraque aderat manu, ducens vsque ad Atticam Græcos simul ac barbaros. Quanquam hoc loco potest etiam citra figuram dictum accipi, vt intelligamus vel de terrestribus pariter ac maritimis copiis, vel de barbaris ac Græcis. Quandoquidem & nostrum manum dicimus, vt apud Virgilium Aeneid. ν.

Vtraque manu adesse.

-incensum maris euoluit ardens.

De plena manu dictum est alias, quod Græci dicunt ὁμοίᾳ χειρὶ, quasi dicas, diuite manu: vnde & Cererem ὁμώνυμον cognominant, quemadmodum nos almam, quòd affatim alat: & ὁμώνυμον ὕδωρ quòd copiosè nutriat.

Vno ore. 17

Vno ore, pro summo consensu, passim apud authores obuium est. Terent. Vno ore, omnes omnia bona dicere. M. Tullius in sermone De amicitia, Vna est enim amicitia in rebus humanis, de cuius vtilitate omnes vno ore consentiunt. Seneca Epistolarum lib. xi. epistola 82. In tanta iudiciorum diuersitate, referendam bene merentibus gratiam, omnes vno tibi (quod aiunt) ore affirmabunt. Aristophanes in Equitibus,

Οἱ δὲ ἐξ ἑνὸς στόματος ἅπαντες ἀλίσκεσθε. id est,

Vna voce. *Ore vniuersi clamitant vt ipsimet.*

Plato lib. De leg. ι. Μιᾷ δὴ φωνῇ καὶ ἐξ ἑνὸς στόματος πάντα συμφωνῶ, id est, Vna voce, & ex eodem ore omnes concinere. Idem lib. De repub. β. πάντες γὰρ ἐξ ἑνὸς στόματος ὑμνοῦσιν, ὡς καλὸν οὐκ ἂν ποτε γένοιτο καὶ δίκαιον, id est, omnes enim vno ore prædicant, quod honesta res sit & modestia & iustitia.

† Cicero dial. de senectute: Quanta auctoritate fuit in Attilio Calatino, in quem illud elogium vnicum, vno ore plurimæ consentiunt gentes, populi primarium fuisse virum. Martial. ad Domitianum, in Amphitheatro,

Vox diuersa sonat populorum, ex ore tamen vna,
Cum verus pateris dicere te esse pater.

Aquilam noctua comparas. 18

Ἀετὸν γλαὺξ συλλέγεις, id est, Aquilam noctua comparas. Mart. in Scazonte, Aquilasque similes facere noctuis quæris. Aquila vltus acerrimus, adeo vt ἀκαριαίοις ἀκμαῖς, id est non connuens aduersus solem intuentur. Et sunt qui tradant hanc auem hoc experimento probare, degenerétne sint pulli an genuini. Contrà noctua, solis lumen modis omnibus refugit. Pindarus quodam loco graculos cum aquila confert.

Aquila, visus acerrimus.

Congregare cum leonibus vulpes. 19

Congregare cũ leonibus vulpes, res impares dissimilésque permiscere. Martialis,

Quid congregare cum leonibus vulpes?

Rerum disparitas.

Vulpes dolis nititur, leo viribus fidit. Quãquam vtrunque coniunxit Pindarus, indicans virum fortem leonem oportere præstare in exhauriendis certaminum laboribus, vulpem in consilijs. Sic etiam in Isthmis scribit, Τόλμα γὰρ ἐσθλῶν θυμὸν ἐς ἀρωγὰν ἔχει μόχθων· ἐν πόνοις δ' ἀκμαῖς. i. Animo similis trementibus leonibus in ferendis laboribus, consilio verò vulpes.

Aquila in nubibus. 20

Ἀετὸς ἐν νεφέλαις, id est, Aquila in nubibus, plerique Interpretantur de re magna quidem illa, sed quam non facile assequatis alij de iis qui longè reliquis præcellunt. Aristophanes in Equitibus,

Ὡς ἐν νεφέλαις ἀετὸς γενοίμαν. id est,

-gaudio ipse nomine,
Quod aquila iam in nubibus videlicet

Verba sunt populi Atheniensis promittentis sibi futurum vt orbi vniuerso imperet. Et paulo inferius in eadem Comœdia tanquam oracului pronunciatur,

Oraculum de Atheniensium vrbe.

Ἀετὸς οὖν γίγνει, καὶ πάσης γῆς ἄναξ ἔσει. id est,

Quippe aquila es, terræ & omnium dominaris in orbem.

Dicuntur & hæc de populo Atheniensi: nisi fortè placet allusio ad spes huius principatus inanes. Rursum in Aubus αἰετὸς ἐν νεφέλαις γίγνεται, id est, Aquila in nubibus fies. Interpres admonet, alludere poetam ad oraculum quondam Atheniensibus redditum, quo prædicabatur futurum vt Athenienses tanto interuallo reliquas vrbes superarent, quanto aquila in nubibus reliquis auibus esset sublimior. Pindarus item in Nemeis (quem locum modò attigimus) se vocat aquilam, Bacchylidem ἀηδόνιον γῆρυν, videlicet quòd illum immento vinceret interuallo,

Αἰετὸν αἰετὸς ὣς πτανοῖς
Ὃς ἴακχον ἀΐδα τελέσσαι μελεμαχάνᾳ
Δαφοινὸν ἄχαν τόκαι,
Κραγέται δ' ἀκριβοῦς ἐπέων ῥίμματα.

Quorum carminum hęc est sententia: Aquila pernix inter volucres, quæ repente aduolans eminus, corripuit cruentam prædam: loquaces autem graculi humi pascuntur.

† Non mihi tempero quin adiiciam huc emblema lepidum Asciati,

Vt sublime volans tenuem secat aera falco,
Vt pascentis auem gratius, ac ipse, sanus:
Sic summam turbat plebem clamosa, togatam ingens,
Sic sua non tantum se foret vrbs videat.

Videtur meo quidem iudicio, respexisse ad illud quod est apud Apuleium Florido 1. Aquila enimuerò cum se nubium tenus attollit nè sublimatur. Præter locum Pindari, & alibi attulimus ex Olympiis Bacchylidem, σοφὸς ὁ πολλὰ εἰδὼς φυᾷ· μαθόντες δ' ἀλιτρὸν κραυγάσαι πάρεξ ἐπέων ἀκραντα πάρεστιν ἀμφὶς ἀοιδοῖς. hoc est, sapiens multarum rerum gnarus est natura: at discentes procaces inepta loquacitate eorum, imperfectè admodum garriunt ad cuiusque diuinum Iouis altitudinem. Ad quem Scholiastes locum sic, ἀπὸ τοῦ ἀετοῦ φησὶ τὸν Βακχυλίδην γεγενῆσθαι ἀπὸ ἀναβάσεως. Lege Plenium lib. ιν. Brodeum Miscell. 6. cap. ιν.

Volantia sectari. 21

Huic affine est quod vsurpat Aristoteles tertio Ἠθικῶν libro· πρὸς τὰ φαινόμενα διαπορεῖν, id est, Volantia sectari: loquitur autem de vehementer obscuris & quæ difficillimum sit perscrutari. Cui non dissimile est illud, ex Persij Satyr. ι.

Est aliquid quo tendo, & in quod dirigis arcum,
An passim cornes sequeris et temnere laqueat?

Passim cornes sequens.

De iis qui nullum certum vitæ scopum sibi proponunt, sed ex tempore viuunt, ad quamuis occasionem mutabiles.

† Artemidorus ὀρεοσκοπίαν, id verbum ad spes inanes retulisse mihi videtur. Qua ratione sapiens Hebræus inter ea quæ difficillima cognitu centet, auiculę vestigium in aere viam numerat. Prou. 30. 19.

Ibyci grues. 22

Αἱ Ἰβύκου γέρανοι, id est, Ibyci grues. Græcis in prouerbium abierunt, quod dici contigit quoties scelestis novo quodam & improuiso casu proditis, scelesti pœnas dant iis quos læserunt. Id quod ex huiusmodi quodam euentu & improuiso casu proditis, scelesti pœnas dant iis quos læserunt. Id ex huiusmodi quodam euentu natum memorant. Ibycus poeta quidem, quum in latrones incidisset iam occidendus, grues fortè superuolantes obtestatus est. Aliquanto pòst tempore, quum iidem latrones in foro sederent, rursúmque grues superuolarent, per iocum inter se susurrabant in aurem, Αἱ Ἰβύκου γέρανοι τῶνδε, id est Adsunt Ibyci vltores: eum sermonem assidentes in suspitionem rapuerunt, maximè desiderato tam pridem Ibyco. Rogati quidnam sibi vellet ea oratio, hęsitanter atque inconstanter responderunt, subiecti tormentis facinus confessi sunt. Atque ita vestigium grauum indicio, pœnas Ibyco dederunt, ac potius suo ipsorum indicio, vt dicitur, perierunt. Huiusmodi ferme Plutarchus in commentario De fortuna loquacitate, & de sera numinum vindicta. Meminit huius adagij Ausonius in Monosyllabis,

Scelus prodibitum.

Grauum indicio, latrones pœnas dederunt.

Ibycus vt perit, vindex cui altitonans grus.

Extat super hac re Græcum epigramma, titulo Antipatri, quod

tu, quod non grauabimur adscribere,

Ἶβυς λῦσαι σε κρατίστευσεν ἀπ' ἀστεϊ νόσου
Βαστε ἐμεμφόμην ἀντῆρα δυσμενέα,
Πολλὰ δὴ ἐπιστάμενον χαλκὸν τ' ἐφ' ἀνδρὶ βαλεῖν
Μέτρῳ ἐξ ἀγκῶνος ἐπιπρέπτου διώκων.
Οὐδὲ μάχῃ ἐκ χειρὸς, ὅθι τε κορύσσεται ἀνὴρ,
Τῶν ἧς ἐπὶ κλυτότοξον ἀνὴ φόνον.
Σὺ δὲ φίλοι κῆρ χαῖρε, ἰὼ φιλοκύδεϊ φῶτα
Ἀντίθεον, τί δὲ νῶϊ τ' ἀμφίδρομοι χάρωσι
Οὐδὲ γὰρ ἐ Φοίνικος ἀνὴρ Λιβύων ἀνάειδε
Ὅμιλον μαιμώοντα ἐπιφρίσσοντα Ἐνυαλίοιο.

Vertissem & hos versus meo more, ni commodum Petrus Ægidius Antuerpiensis, hospes meus, imò Pylades meus, & si quid hoc quoque vsquam est amicius, iam Latinos fecisset, ac (mea quidem sententia) fœlicitèr. Eos adscribam simul & hoc laboris haud illubenter effugiens, & incomparabilis amici mentionem cupidè arripiens.

Petrum Ægid.

Quondam ad desertum veniantes Ibyce lituus,
Vitam prædonis eripuere tibi.
Sæpe gruum nubem implorantis, quæ tibi testes
Aduenere mecu quum morerère tuo.
Attamen haud frustra, siquidem clangore volucrum
Sysiphio cædem est Eumenis vlta Jolo.
Latronum genus heu cupidum lucri atque rapinæ
Cur vos nequaquam terruit ira deûm?
Quando nec Ægilbus vatem qui occiderat olim,
Atrarum ecquidus fugerat Eumenidum.

Meminit huius poetæ Marcus Tullius libro Tusculanarum quæstionum quarto, cuius poema maximè lascivum fuisse testatur.

AMIMAD. HENR. STEPH.

Refutat suo sensu versus Plutarchi.

Vadierunt, quod dicì consueuit quoties) Plutarchus sequentem historiam suo de loquacitate sermoni accommodat, nec ex ea probare vult quod Erasmus hìc aut, sed homines plerumque sua loquacitate sibi magna mala accersere: quod & aliis historiis antea confirmauerat. hanc verò narraturus, ita præfatur: Qui autem Ibycum interfecerant, nónne ita comprehensi fuerunt dum in theatro sederent? Et postquam narrauit, addit, καὶ λέγεται δ', ὅτως ἀνήχθησαν· οὐχ ὑπὸ τῆς γραμῶν παιδιᾶς, ἀλλ' ὑπὸ τῆς αὐτῆς λαλιστερίας, ἣν ἐφ' ἑαυτῶν ἐπιδεικνύμενοι ἔκριναν ἑαυτοῖς φόνον, id est, Conuincti autem, ad supplicium ita ducti fuerunt non à gruibus puniti, sed à sua ipsorum garrulitate, tanquam Erinny aut Pœna, ad cædis confessionem adacti. Vbi obseruandum est Plutarchum narrationem ipsam velut per parenthesim ponere. nam quum dixisset, οὐχ ὅτως ἐφάνησαν subiungit, καὶ λέγεται δὲ, ὅτως ἀνήχθησαν. adeo vt per interrogationem totus sermo continuetur, hoc modo, Ibyci autem interfectores nonne ita comprehensi fuerunt, in theatro sedentes, quam gruibus conspectis, &c. nónne conuicti, abducti fuerunt ita, non à gruibus puniti, &c. Intelligendum est autem, ita captos & ita tractos ad mortem, quemadmodum ij quibus tuam loquacitatem mortis causam attulisse ostenderat: ac præsertim is de quo proximè mentionem fecerat sacrilego. At Erasmus, quam vertit, Atqui ita velut gruum indicio pœnas Ibyco dederunt, lógè à sensu horum Plutarchi verborum discedit, καὶ λέγεται δ', ὅτως ἀνήχθησαν, οὐχ ὑπὸ τῆς γραμῶν παιδιᾶς. Quin tamen & ad vindictæ diuinæ mirabile exemplum accommodari possint Ibyci grues, inficias non ibo: vix enim vllum illustrius in profanis scriptoribus reperitur. vnde cùm alij Christiani scriptores hanc cæperunt historiam ad probandam diuinam prouidentiam, tum verò Nemesius: qui cùm dixisset, Quinetiam punitio quæ delicta consequitur, vel potius ipsorum delictorum patefactio, quando accidunt quædam per quæ ea prodantur, cùm alioqui à nemine redargui possent: prouidentiam esse declarat. cùm, inquam, hæc dixisset Nemesius, statim addit, γράφουσι δ' οἱ παλαιοὶ ἔτι καὶ ἑξῆς ἐπὶ τοῖς γεραναὶ κατὰ τῶν Ἴβυκον φονέων ἐλθοῦσαι τὸν μὲν τῆς θεωρίας τὸν κατ' Ἴβυκον ἐπετέλεσαν πάθος, ὡς δὲ πᾶς τις ἴδοι τὸν κατ' Ἴβυκον ἐπετέλεσαν. Sed hoc animaduertendum est, aliud esse verba hæc citare, Ibyci grues, respiciendo ad totam historiam: aliud autem, siquis non vlterius quàm ad hæc verba respiciat, Ibyci vltrices adsunt, vel, Ecce Ibyci vindices: quæ ab interfectoribus effutita, per iugulū illis redierunt. Græca verba sunt apud Nemesium, Ἴβυκος ἐμὲ ἀπώλεσε τὸν Ἴβυκον, apud Plutarchum, ἐμὲ Ἴβυκον κτείνει πάντων. vnde corrige fœdissimum in Suidæ vulgatis editionibus mendum, in

Prouidentiæ diuinæ testimonium, ex proditis sceleribus.

huius historiæ narratione, pro εἶναι reponens εἰδέναι.

Veriora iis quæ apud Sagram acciderunt. 23

In incredulos.

Ἀληθέστερα τῶν ἐν Σάγρᾳ, id est, Veriora iis quæ apud Sagram acciderunt. Dictum olim in incredulos, quique non nisi magno malo docti credunt. Refertur à Strabone lib. Geographiæ sexto, Post Locros (inquit) Sagra fluuius labitur, in cuius ripa Castoris & Pollucis aræ sitæ sunt ad quas decem Locrorum millia, vnà cum Rhegini adversus Crotoniatas numero cêties ac tricies mille, Marte collato victoriam reportarunt. Ex quo euentu natum est in incredulos adagium. Ἀληθέστερα τῶν ἐν Σάγρᾳ, id est, Veriora iis quæ apud Sagram acciderunt. Addidere plerique, quo die certamen initum est, iis qui in Olympiis erant, eum bellum euentum nuntiatum fuisse: tanta celeritate nuntiatæ pugnæ veritas comperta est. Meminit huius pugnæ Iustinus lib. 20. tametsi de numero occisorum a Strabone dissentit. Meminit & Eustathius in Bœotiam Homeri, additque dei solitum de rebus verissimis quidem illis, at non creditis. Postremò meminit & M. Tullius De natura deorum 2. Nam de Sagra (inquit) Græcorum, etietiam vulgare prouerbium, qui quæ affirmant, certiora esse dicunt quàm illa quæ apud Sagram.

Victoria nobis in.

Verissima sed non credita.

Rudem accipere. Rude donare. 24

Rudem accipere, pro dimitti à munere: Rude donare, pro dimittere: crebriter apud idoneos authores obuia sunt. Inde ducta metaphora quòd antiquitus gladiatores quibus permissum erat à gladiatorio munere cessare, rude donati dicebantur. Ea cessatio dicebatur virga, quam rudem appellabant, vnde hoc modo dimissi, rudiarij vocantur. Proinde quicunque à munere quouis in otium restituuntur, vel ob ætatem, vel ob imbecillitatem. Rudem accepisse dicentur. Horatius in prima epistola.

Donati rudi milites. Rudiarij.

Spectatum satis & donatum iam rude quæris
Mecænas iterum antiquo me includere ludo.

Item Iuuenalis,

Ergo sibi dabit ipse rudem si nostra mouebunt
Consilia.

Ouidius,

Sic igitur tarda vires adimente senectæ,
Me quoque donari iam rude tempus erat.

M. Tullius Philippicarum 2. Tam bonus gladiator rudē tam citò accepisti? Lepidior erit metaphora, si longulè repetatur? veluti si quis adhortetur quempiam vt à studiorum laboribus abstineat, sibique rudem impartiat: aut qui vitam aulicam reliquerit, eum aulicæ vitæ rudiarium appellemus. Hinc ferme contrarium videtur quod ait Fabius, Acutę eloquentię candidatus. quanquam equidem hoc loco legendum arbitror autię, pro acutę & bonarum literarum candidatus. Nam candidati propriè dicuntur qui magistratum ambiunt. Quod si transferatur alìò, transibit in prouerbij speciem.

Candidati.

† Qui erant emeriti gladiatores rudēque donati, nō amplius cogebātur in arena dimicare ferro, sed rudib. tātū batuere. At rudis gladius videtur è ligno fuisse, id ξύλῳ ξύλῳ dicitur Dioni in Commodo, quo locò de exercitiis eius agit cum gladiatoribus. Ea duplex fuit, vna Lanistarum, è ferula, tironum altera, cuius discriminis nos monuere docti homines. De rude ac pileo gladiatorum, Petrus Faber, vir πολυμαθέστατος, Semestrium, cap. 11.

Mali corui malum quum. 25

Κακοῦ κόρακος κακὸν ὠόν. id est, Mali coruī malum ouum. Aptè vsurpatur quoties à malo præceptore discipulus malus proficiscitur: ex improbo patre filius improbus: ex patria illaudata vir illaudatus. denique factus scelerato ab homine scelestus. Metaphoram alij referunt ad naturam animantis quę nec ipsa est idonea cibis humanis, nec ouum parit ad quicquam vtile. Sunt qui dicant fieri, vt coruorum pulli parentes ipsos deuorent, si forte non pascant illos ad satietatem, & hinc ductum adagium. Alij malunt ad huiusmodi fabulam referre. Corax quidam primus Syracusis post mortem Hieronis, instituit artem Rhetoricem mercede profiteri. Cum hoc adolescens quidam Tisias hac lege pactus est, vt tum demum mercedem persolueret vbi iam artem perdidicisset. Dein vbi iam arte cognita, premiā reddere cunctaretur, Corax in ius discipulum vocat. Ibi iuuenis huiusmodi lemma proponit. Percōtanti quis esset actus finis, vbi Corax respondisset, persuadere discendo, Age (inquit), si persuadeo iudicibus, me nihil debere, non reddam, quia vici causam: sin minus persua-

Olum corui quale.

Corax, primus Rhetoricę doctor.

deq,non reddam, quia non perdidici artem. At Corax Tisię dilemma tanquam vitiosum & ἀντιστρέφον, in discipulum retorsit ad hunc modum.Imò,(inquit) si persuadeo,dabis: quia tenes artem, & debes ex pacto:sin minus,dabis, quia sententiis iudicum damnatus. Quod commentum tam vafrum, támque callidum vbi iudices audissent admirati versutiam adolescentis, succlamarunt,νικᾷ πάντως νικὼν οὐκ. Sunt qui narrent hoc succlamatum à corona circumstantium quum alter alteri litem intenderet. Huiusmodi ferme leguntur in Prolegomenis in Hermogenis Rhetoricem. Ex hac fabula (ni fallor) efficta est ea quam narrat A. Gellius in Noctibus Atticis lib.5. capite 10.de Protagora sophista, & huius discipulo Euathlo:quę tametsi longiuscula est, & in promptu sita, tamen quòd omnium lepidissima videatur,non pigebit adscribere. Gellius igitur ostenso vitioso dilemmate (quod antistrephon vocant,propterea quod totidem verbis possit in aduersarium retorqueri) Quale est (inquit,prouulgatum illud quo Protagoram sophistarum acerrimum vsum esse ferunt aduersus Euathlum discipulum suum. Is namque inter eos & controuersia super pacta mercede hęc fuit: Euathlus adolescens dives, eloquentię discendæ causa rúmque orandi cupiens fuit. Is in discipulum Protagoręse dedit, daturúmque promisit mercedem, grandē pecúniam, quantam Protagoras petiuerat: dimidiúmque eius dedit iam tunc stipem priusquam diceret: pepigítque vt reliquum dimidium daret,quo primùm die causa n apud iudices orasset & vicisset. Postea quum diutule auditor assectatórque Protagoręfuisset, & in studio quidem facundiæ abundè promouisset, causas tamen non reciperet, tempúsque iam longum transcurreret,& facere id videretur ne reliquū mercedis daret:capit consilium Protagoras (vt tum existimabat) astutum, petere instituit ex pacto mercedem,litem cum Euathlo contestatur. Et quum ad iudices conuiciendæ consistendęque causæ gratia venissent, tum Protagoras sic exorsus est, Disce,(inquit)stultissime adolescens, vtroque id modo fore,vti reddas quod peto,siue contra te pronuntiatum erit, siue pro te. Nam si contra te lis data erit,merces mihi ex sententia debebitur,quia ego vicero: sin verò secundum te iudicatum erit, merces mihi ex pacto debebitur, quia tu vicęris. Ad id respondit Euathlus,Potui(inquit)huic tuę tam ancipiti captioni ilse obuiam,si verba ipse non facerem,atque alio patrono vterer-sed maius mihi in ista victoria proludium est,quum te non causa tantum,sed etiam in argumento vinco. Disce igitur tu quoque magister sapientissime,vtroque modo fieri, vti non reddam quod petis,siue contra me pronuntiatum fuerit, siue pro me. Nam si iudices pro mea causa senserint, nihil tibi ex sententia debebitur, quia ego vicero. sin contra me pronuntiauerint,nihil tibi ex pacto debeo, quia ego non vicero. Tū iudices dubiosum hoc inexplicabilęque esse, quod vtrinque dicebatur tam,ne sententia sua vtrancunque in partem dicta esset, ipsa sese rescinderet, rem inindicatam reliquerunt, cautam in diem longissimum distulerunt.Hactenus Gellius.Quid autem? annon optimo iure iudices hoc saltem sententiæ vice pronuntiare debuerunt, νικᾷ πάντως νικὼν οὐκ? Narrat eandem fabulam L. Apuleius in Floridorum libris, non dicam copiosius: neque enim potest copiosius referri quàm à Gellio denarrata est, sed tamen florulentius, & (vt ita dixerim)picturatius. Meminit Euathli Aristophanes in Fucis,atque item in Acharnensibus.

Protagoræ,& Euathli historia.

Protagoræ pactio mercedis ab Euathlo.

Respondit Euathlus Protagoræ.

† Vide Pierij hierogl. lib. 23. c. Rhetor. & Tiraquellum ad leg.7.connub.

Ab impiis egressa est iniquitas. 26

Concinit huic Hebraicum illud ex libro Regum 1. cap.24.quod Dauid nominatim etiam pro vetusto proverbio citat, Ab impiis egredietur iniquitas. Significat autem ab improbis semper mali quippiam exoriri, à bonis nihil malorum proficisci. Proinde nihil esse cur Saul metuat ne à se occideretur: hoc facinus impium, non nisi ab impiis esse patrandum, se manus suas regia cæde non inquinaturum. Porro prouerbium, siquidem hoc quoque iuuabit,Hebræo sermone pronuntiatur ad hunc modum,*Meresiabahem iesseresiabah*. Quandoquidem habent hoc peculiare pleraque prouerbia, vt in ea lingua sonari postulent in qua nata sunt: quod si in alienum sermonem demigrarint, multum gratiæ decedat. Quemadmodum sunt & vina quædam quæ recusent exportari, nec germanam saporis gratiam obtineant, nisi in iis locis in quibus proueniunt.Item propemodum dicitur apud Græcos versu prouerbiali,

Quæ sint linguæ vitia, magis nulla sunt.

Τέκμαρ γὰρ ἐσθλὸς ἐκ κακοῦ γενήσεται. id est, *Malis bene, bona spes.*
Probus ab omnes falla promanant probe.

Lemnium malum. 27

Λήμνιον κακόν, id est, Lemnium malum, de malis immensis ac miserandis. Historia, vnde natum adagium, variè narratur,neque magni refert eam anxiè prolequi. Herodotus in Eratone & prouerbij & historiæ meminit in hanc ferme sententiam:Pelasgi ex Attica per vim expulsi,Lemnon incolebant. Huius iniuriæ quum pœnas de Atticis sumere cuperent, probèque cognitos haberent dies festos ac cæremonias illorum,collocatis insidiis, vxores Atheniensium abduxerunt, quum Mineruæ sacra facerent in Braurone: hísque in Lemnum nauigio asportatis, concubinarum vice sunt vsus. Cæterùm mulieres quum plurimos liberos parerent, omnes & Atticis moribus instituerunt, & Atticè loqui docuerunt. ita factum est vt nec miscere coniugia cum puellis Pelasgicis vellent: & siquando Pelasgus quempiam pulsare conaretur, omnes conglobati Attici huic suppetias ferrent. Breuiter, adeo inualescebat pubes Attica, vt plerisque in rebus priores tenere videretur. quare visum est Pelasgis, vt filios ex Atticis mulieribus susceptos trucidarent. Idque perfecerunt,occisis vnà & matribus. deinde sterilitate, orbitate, pestilentia, reliquisque plurimis adacti malis, Delphicum oraculum consuluerūt,qua via calamitatibus leuari possent. Hinc igitur ait per omnem Græciam increbuisse prouerbium vt ingentia miserandáque mala, Lemnia dicerentur. Partim igitur hinc natum putat, partim illinc, quòd aliquando Lemniæ mulieres graueolentia maritorum offensę,eos vniuersos sustulerunt, auxilio Thoantis, cuius rei meminit & Euripides in Hecuba.

Quæ fuit Lemnos sustulere femina
Funditus, Item in Seneca in Agamemnone,
Et sceleri Lemnos nobilem.

Cicadam ala corripuisti. 28

Τέττιγα πτερῷ συνέλαβες, id est, Cicadam ala corripuisti.Dicitur in eos qui quempiam prouocant minime ex vsu suo. Lucianus in Pseudologista, scribit Archilochū poetam iambographum, & ad maledicendum egregiè instructum,ad hunc modum respondisse cuidam à quo fuerat conuitio prouocatus, Τέττιγα πτερῷ συνέλαβες. Est autem huius insecti mira quædam & prodigiosa loquacitas, maximè efferuescente sole. Plinius negat ilia vocem esse, sed stridorem cum tractu: eúmque sonum emittit non alis, quemadmodum muscę, apes, culices: nam his stridor simul cum volatu desinit: at cicadę si presseris alas, vehementius etiam perstrepit: sed in pectore subesse ait duos specus, attritúque membranę, mobili accedente spiritu,per hos è visceribus sonum edi.Ergo quemadmodum si cicadam natura garrulam apprehendas, clarius obstrepit, ita si poetæ homini præbeas occasionem simultatis,non modo non tacebit, sed clarius obstrepet, & omnem bilem chartis illinet atris. Proinde Platohem aiunt admonuisse, nequis hominem poetam sibi faceret inimicum. Et Hutatius, *Genus irritabile vatum*,dixit.

Deuota garrulitas.

Poetam ne faceris tibi inimicum.

† Pertinet huc quòd alio loco relatum meminl ex Plauti amphitryone,

Bacchabacchanti si velis aduersarier,
Ex insana insaniorem facies seriis sapiens.

Consilium hoc silendi,seu dissimulandi contumelias vnum inter officia oratoris Quintilianus posuit, lib. 6. cap.5. Bonus altercator vitio iracundiæ careat: nullius enim rationi magis obstat affectus,& fert extra causam & plerunque deformia conuicia facere ac mereri cogit,& ipsos nonnunquam iudices incitat melior moderatio,& nonnunquam etiam patientia, neque enim refutando tantúmque à contrario dicuntur, sed contemnenda,eleuanda,ridenda sunt: nec viquam loci plus reperit vrbanitas, odium mordet & pudor: contrà turbantes audendum & impudentiæ fortiter resistendum. Sunt enim quidam præduri in hoc oris, vt obstrepant ingenti clamore, & medios sermones intercipiant, & omnia tumultu confundant: quos vt non imitari,sic acriter propulsare oportebit, & ipsorum improbitas retundenda. Rectè pieque Lactant. lib. 6.cap.18. Qui referre iniuriam nititur,eum ipsum à quo læsus est, gestit imitari:ita qui malum imitatur, bonus esse nullo pacto potest.At quia ipse (Tullium intelligit) caninam illam facundiam

facundiam; vt Salluſtius ab Appio dictum refert, exercuit, voluit quoque hominem camino modo viuere. Meminit adagij in Archilocho ſuo Lilius Gyraldus dialogo 9.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. *Dictus in eos qui*) Nimium generalis foret hæc expoſitio, & huic prouerbio communis cum illis, ὀπόσοι ἀπράγμονες, ἀπάγχειν ἄξιοι. Eum igitur cicadam ala prehẽdere dicamus qui aliquem ad id incitat & inſtigat, ad quod ſua ſponte & ſine vlla inſtigatione plus ſatis prõptus pariter eſt. Quia cicada natura quidem ſua garrula eſt, ſed quum ala prehenditur, tunc verò multo vehementius perſtrepit.

Tenedia bipennis. 29

Τενεδία πέλεκυς, id eſt, Tenedia ſecuris. Conuenit aut in eos qui nimium ſeuerè iudicant ac puniunt: aut qui celeriter expediunt controuerſias, & litium ambiguitates. Inde tranſlatum quòd olim rex Tenedi ſecurim geſtans, lites audire conſueuit: cauſaque iudicata, protinus eum qui feciſſet iniuriam, ſecuri percutere: aut quòd Tenedius quidam rex legem tulit in adulteros, vt vtriuſque corpus ſecuri concideretur: eiuſque legis exẽplum etiam in filium edidit. proinde in nomiſmate iuſtitiæ inſculpi, altera ex parte ſecurim, altera duos vultus ex eadem ceruice prominentes. cuius rei meminit & Stephanus in vibium Catalogo. Plutarchus in Commentario de Pythiis oraculis, oſtendit ſecurim typum atque inſigne fuiſſe Tenediorum, idque propter canes qui ſunt apud illos in loco qui dicitur Alterium. Verba Plutarchi (ſiquis forte requiret) ſunt hæc, Ἐπεὶ καὶ τὰ νομίσματα τοῖς χρυσοῖς ἀλλήλοις ἀντιβάλλοντες, ἐν μὲν τῷ ἑτέρῳ πελέκεις, ἐν δὲ τῷ ἑτέρῳ πρόσωπα δύο γυναικῶν ἀντικρὺς ἀλλήλων ἐστὶν ἐκτετυπωμένα, διὰ τὸ κυναγίαν ἀσκεῖν παρ' αὐτοῖς. μετὰ γὰρ τῶν ἐν τῇ χαλκείᾳ τοῦτο πολίτευμα ἔχων. Lucianus in Philopſeude, Τοῦτ' οὖν, ἔφην ἐγὼ, ἴσως ἦν ἄρα καὶ τομίαν τινὰ τὴν ψῆφον. id eſt, Ratus enim (iuxta illud quod vulgo dici conſueuit) ſecurim quandam mihi venuſſe ad incidenda mendacia. Mihi videtur alluſum ad Alexandri Magni factum, qui nodum inſolubilem in Midæ plauſtro eſſe diſſecuit, quemadmodum oſtendimus alibi. Meminit & Pauſanias in Phocicis, ſed originem adagiorum ad aliam fabulam refert. Scribit autem ſecurim inter anathemata, fuiſſe monumentum Periclis, cuius pater Euthymachius Tenedius, qua de re vetuſta ferretur fabula: Cycnon filium fuiſſe Neptuni, ac regnaſſe in Colonis. Porro Colonæ erant in terra Troiana, contra inſulam cui nomen Leucophrys. Porrò quum Cycnus haberet filiam nomine Hemitheam, ac filium nomine Tennen ex Procleа, ea fuerat Clytij filia, ſoror Caletoris, quem Homerus in Iliados o, tradit interfectum ab Aiace, quòd is Caletor in Proteſilai nauim ignem inieciſſet. Hæc igitur quum eſſet defuncta, huic ſucceſſit Philonome, Craugali filia: quæ quum adamaret Tennen, ac reiecta fuiſſet, mentitur apud maritum, quòd ipſa nolens ab eo fuerit de ſtupro ſolicitata. Cycnus vxoris mendacio perſuaſus, Tennen vnà cum ſorore ciſtæ inclusum abiecit in mare. Cæterùm incolumes appulſi ſunt in inſulam Leucophryn, cui pòſt à Tenne nomen verſum ſit Tenedos. Cycnus tandem vbi comperiſſet ſe deceptum, nauigat ad filium, ſimul & agnoſcturus errorem ſuum, & veniam deprecaturus. Quum autem appuliſſet Cycnus, & nauim ab arbore quapiam aut ſaxo religaſſet, Tennes præ iracundia ſecuri funes incidit. Vnde prouerbium dici cœptum de iis qui pertinaciter negarent aliquid: Hic eſt qui Tenedia ſecuri hoc aut illud incidere poſſet. Huic non diſſimilis hiſtoria refertur in prouerbio, Tenedius homo.

Tenedius.

Numiſma Tenedy.

Colona.

Theſaurus carbones erant. 30

Ἄνθρακες ὁ θησαυρός πάφλαγον, id eſt, Carbones theſaurus erant. In eos competit qui ſpe ſua fruſtrantur, quique magnificis rebus expectatis, meras nugas reperiunt. Ex euentu quopiam natum videtur quo quiſpiam theſauri ſpe fodiens, carbones defoſſos inuenit. Eáque res in riſum, vulgique ſermonem abiit. Nam antiquitus carbones in terra defodi ſolebant, ad indicandos agrorum terminos, propterea quòd (vt teſtatur in opere De cultate Dei diuus Auguſtinus) nulla res magis durabilis, magiſque perpetua quam carbones ſub terra defoſſi. Lucianus in Zeuxide, Τὸ δ' ἐν τῷ μαχαίρᾳ, ἄνθρακες ἦσαν ὁ θησαυρός ἄρα, id eſt, Verùm iuxta prouerbiũ, theſaurus noſter carbones erant. Rurſum in Philopſeude, Τὸ γοῦν τῶν λόγων ἐκεῖνο, ἄνθρακες ἦσαν ὁ θησαυρός πάφλαγες, id eſt, Proinde iuxta id quod dici ſolet, tu nobis qui theſaurus credebaris, ea bones extitiſti. Idem in Timone de auro inuento: Δείδια γὰρ μὴ ἄνθρακας εὕρω ἀπηνεῖς &c. id eſt, Vereor itaque ne expergefactus carbones reperiam. Rurſum in Votis, Καὶ ἄνθρακές σοι ὁ θησαυρὸς ἐγένετο. id eſt, Ac theſaurus tibi carbones fuerint. Alciphron in epiſtola quada, Οὐκοῦν ἅπαντες οἱ θησαυροὶ ἄνθρακες ἦσαν; id eſt, Non omnes theſauri mihi cinis erant?

Spe fruſtrati.

Carbones ſub terra defoſſi olim.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. *Ab Stanno*) πάφλαγον ſignificare non poteſt, erant, ſimpliciter: & depravatum eſt apud Zenobium pro πάφλαγες. quod legebat apud Lucianum pro πάφλας.

Octapedes. 31

Ὀκτάπουλς, id eſt, Octapedes. Scythico prouerbio dicebantur, qui duos poſſiderent boues, & curruum vnum. Lucianus in Scytha ſiue Proxeno: Οἱ παρ' αὐτοῖς ὀκτάπουλς καλούμενοι, id eſt, Qui apud illos Octapedes vocantur. Dici poterit per ioculum in hominem qui ſibi locuples videatur: vel in eum cui ruſticanæ ſunt opes. Inter opes enim ruſticanas præcipuè recenſet Heſiodus τὸν βοῦν ἀρότῆρα, id eſt, Bouem aratorem. Addit prouerbio gratiam alluſio ad ſcorpium, polypum, ſepiam & teuthidem, octonis pedibus animantia, & ob id Græcis dicta ὀκτάποδα. Scorpius etiam prouerbio lotum fecit, Octapedem excitas. Siquidem hoc animal ſub omni lapide dormire dicitur. Suidas ὀκτώπους ſcribit per ω non per α.

Bos mater rei ruſticæ poſſeſſio.

Octapedem excitas.

Satius eſt recurrere quàm currere malè. 32

Ῥᾷστον ὑπιδεῖν μᾶλλον ἢ δρομεῖν κακῶς. id eſt,
Satius recurrere, atque vti curras malè.

Senarius prouerbio celebratus, cuius hic eſt ſenſus, Præſtat mutare conſilium ab incepto, quam in male inſtituto pergere. Lucianus aſinus ſententiam hanc ſecum volubat non ad modum aſininam,

Ἔκρινα τοῦτο δὴ τὸ λοιπόν.
Παλιν δρομεῖν μᾶλλον ἢ δρομεῖν κακῶς. id eſt,
Viſum eſt tandem, iuxta vulgi ſermonem,
Potius recurrere, atque currere peperam.

Quin & hoc ſeculo vulgò dictitant, non prorſus aberrare eum qui medio è curſu recurrat: ſignificantes probandos eos qui maturè reſipiſcunt ab ſtultitia.

Solus currens vicit. 33

Μόνος θέων ἐνίκα τις, id eſt, Solus currens vicit. De iis qui vincunt nemine contrà certante. Tranſlatum à ſtadiis. Nihil autem eſt negotij vincere, ſi ne no tecum certet. Concinnè dicetur in eos qui ſibi placent, quaſi pulchrè cauſam ſuam probarint, quum nullus adſit qui contrà diſputet. Lucianus in Imaginibus, Ῥᾴδιον δὲ οὐδὲ τοῦτο ἔδοξε, τὸν πάνυ γε μεμψίμοιρον Δίωνα κρατεῖν. id eſt, Haud eſt difficile (iuxta prouerbium) quum ſolus curras, vincere. Affine illi quòd alias recenſuimus, ἐρήμην νικᾶν, id eſt, Deſertam cauſam vincere. Nec alienum ab illo, ἀκόντι νικᾶν, id eſt, citra pulueremvincere. Et ἀποράτι νικᾶν, id eſt, Citra ludorum vincere, quorum alibi meminimus.

Deſertam cauſam vincere.

Leonem ex vnguibus æſtimare. 34

Ἐκ τῶν ὀνύχων λέοντα γνώσεσθαι, id eſt, Ex vnguibus æſtimare leonem, eſt ex vna quapiam coniectura negotium vniuerſum perpendere, ex paucis multa, ex minimis maxima conuincere. Natum videtur adagium a Phidia ſtatuario, qui (ſicut narrat Lucianus in Hæretibus) inſpecto leonis duntaxat vngui, quantus eſſet totus, eo perpendit, totúmque ex indicio vnguis effinxit. Plutarchus in commentario De defectis oraculis videtur ad Alcæum referre. ſic enim ſcribit, κατ' Ἀλκαῖον ἐκ τῶν ὀνύχων τὸν λέοντα γνώσεσθαι, id eſt, Non Alcæi more leonem ex vnguibus deprimentes. hoc eſt, ex re minima maxima colligentes. Philoſtratus in vita Apollonij, Οἷόν τε ὄνυχος ἴδιον ὁρῶ, id eſt, Qualem ex vngui iam eſſe video. Baſilius magnus ad Maximum Philoſophum, ἐοικότως τοῦ ψυχικοῦ εἴδους ὄντος τοῦ ἀνθρώπου, ἐκ τοῦ ὀνύχου τὸν λέοντα. id eſt, Animi imago re vera eſt oratio, proinde cognominus te ex literis, non aliter quam leonem, vt aiunt, ex vnguibus. Fit autem hoc mathematica ratione, (vt docet Vitruuius libro tertio) vt ex membro vel minimo totius corporis modus colligatur, quemadmodum Pythagoras Herculaui corporis menſuram ex Pliano Padio, quod Herculis ſus pedibus inerat metatus, ratio-

Phidiæ iudicium, de leonis magnitudine.

Pythagoræ iudicium de Herculis corpore

cinatus est. Sic ex vnius arteriæ pulsu, medici de tota hominis valetudine iudicant: sic ex colore, aut cingulo, aut oculorum nutu, totam hominis vitam licet coniicere. sic ex vnica epistola doctrinam omnem æstimamus: ex vnico responso totam hominis sapientiam perpendimus.

† Lubens hoc illustrandi caussa, & non omnino extra rem, vt opinor, conferam, quæ Cicero disputat tertio de Oratore: Athenis iamdiu doctrina ipsorum Atheniensium interiit, domicilium tantùm in illa vrbe remanet. dicorum quibus vacant ciues, peregrini siuuntur, capto quodammodo nomine vrbis, & auctoritate. Quæ de Atticorum doctrina luo iam tempore exoleta Cicero fassus est, eadem & sua ætate questus est Synesius epistola 130. cuius verba non singula, sed quæ ad Ciceronis illa proxime accedant, adducere non pigebit: Ἐπειδὴ τὰ Ἀθήνησιν ἐπίσημα ἐστὶ καὶ ὀνόματος ἕνεκα τῶν παλαιῶν ἡ ἄσκησις γίγνεται σοφιστῶν. οἱ γὰρ ἐνθάδε ἔχουσι μὲν τὰς Ἀθήνας σημεῖον, ἀλλ' οὐ τὰ πράγματα τῆς χώρας ἐνταῦθα, ἡ καὶ ἐκεῖθεν ἱερὸν ἀφιερωμένον τὸ δόγμα λάμπει γνώσεως, ἡ πάλαι ποτὲ ζάλης, ὅπως ἐκβιβάσῃ φιλοσοφίας ὅλως ἐκκλησίαν ἐπιτηδείαν διαμάζειν. πολλὰ δημοσίᾳ τε καὶ ἰδίᾳ ἐπαίδευσε τοῦτο τὸ ἐπώνυμον τῆς Ἑρμοῦ φιλοσοφίας· νῦν δὲ ἐκεῖνο ποιεῖ μόνον. Ἀλλὰ καὶ μᾶλλον τοῦ πόλεως ἐστὶ σοφῶν, ἢ ἀνδρῶν, ἵνα σπουδάσωσιν αὐτοῦ οἱ ἀκουσόμενοι, &c. hoc est, Fructum quidem cepi ex Athenis quantum voles, eámque ob rem mihi videor prius peregrinum & degustum diligentior factus. & deinde: Nam Athenæ quod nunc habent dignum gratiæ præter eximia locorum nomina: sicut enim pellis victimæ tam confectæ, reliquitur pellis ad indicium animalis quod vixerit aliquando: ita pulsa hinc philosophia reliquitur, vt amplius obambulans admiretur Academiam, & Lyceum, & per longum, varium Porticum cognominet Chrysippi philosophiæ, quæ nunc varia non est. Athenæ quidem olim ciuitas, sapientum erat habitaculum: nunc autem eam colunt mellis opifices.

Simulatio, si diuturna.

In tenebris vt gerentes.

Confusè disputantes.

Areopagitæ. Athenienses iudices.

In impudites.

Cauda de vulpe testatur. 35

Ἡ οὐρὰ τὴν ἀλώπεκα μαρτυρεῖ, id est, Cauda de vulpe testificatur. In eos dicitur, qui pusilla in re cuiusmodi sint declarant. Est autem vulpi cauda pro corpore maior ac pilosior, vt non ut facile celare. Alioqui canis videri possit. Vide quadrabit de exitu declarante cuiusmodi fuerint reliqua. Quidam primo aggressu agni, in cuentu vulpes comperiuntur.

Aggressu agni, exitu vulpes.

E fimbria de texto iudico. 36

Ἐκ τῆς κροσπέδου τὸ ὕφασμα γινώσκω, id est, E fimbria textum omne cognosco. hoc est, ex vno aliquo pusillo reliquorum facio coniecturam. Translatum à negotiatoribus qui inspecta texti margine, facile de vniuerso, cuiusmodi sit, iudicant.

De gustu cognosco. 37

Ἐκ γεύματος γινώσκω, id est, Ex degustatione iudico. hoc est, ex minima experientia. Ductum item à negotiatoribus, qui gustato duntaxat vino aut oleo, de reliquo mox pronuntiant. Est enim cuique arbori fœtui suus quidam sapor & indoles, & forma quoque peculiaris, quæ quoties mutarentur in diuersum, prodigio habitum fuit, vt elegantèr Theophrastus in historia plantarum libro secundo, capite quarto. Vnde Plinius, Ad eum (inquit) gustum tibi reliqua promitto. Seneca, Et gustum tibi dare volui. Et degustationem, huiusmodi experientiam vocamus. Haud alienum fuerit hùc adscribere quod Irenæus refert prouerbij nomine. Vt discas mare falsum esse, nihil opus totum ebibere. siquidem è paucis guttis deprehendere licet, quale sit vniuersum mare.

Gustum dare.

Mare falsum esse ex p. gut. cognoscitur.

In tenaces & edaces.

Æthiopem ex vultu iudico. 38

Τὸν Αἰθίοπα ἀπὸ τῆς ὄψεως γινώσκω, id est, Æthiopem ex ipso vultu cognosco. Præfert quisque aliquo signo, cuiusmodi sit moribus. Præ se fert enim Æthiops nigrore vultus, intortis capillis, labris tumentibus, dentium cándore, patriã suam. nam vestem mutare potest Æthiops, faciem non potest.

De fructu arborem cognosco. 39

Ἐκ τοῦ καρποῦ τὸ δένδρον γινώσκω, id est, E fœtu cognosco arborem: E factis hominem iudico. Quæ paræmia etiam in Euangelicis literis extat, quemadmodum ostendimus in operis initio, Vestis & omnis externus cultus, folia sunt quæ sæpenumero mérituntur, quemadmodum illa ficus mentita est Christo: sed pro Christi gloria patienter tolerare infamiam, bene velle maleuolis, nec rependere iniuriam, fructus est arboris bonæ. Hæc siquis constanter & alacriter præstat, arguunt animum sincerum. nam ὑπόκρισις, nec diuturna potest esse, nec fieri potest quin alicunde cedens naturæ prodat animi morbum.

In tenebris saltare. 40

Ἐν τῷ σκότῳ ὀρχεῖσθαι, id est, In tenebris saltare. Est rẽ gerere clanculum, nullo teste nulloque iudice. Translatum ab iis qui choros ducunt, quos in tenebris nemo queat diiudicare, recténe an secus moueant pedes. Lucianus in Sectis, Ἐν σκότῳ γοῦν, ὀρχούμεθα, id est, In tenebris vt aiunt) saltauimus. Quibus ex verbis videtur a Lucio dici posse etiam in illos qui temere nulloque iudicio, nulla certa ratione rem agunt, sentit enim Lucianus, nos philosophia destitutos, tanquam in tenebris saltaturos: vt quicquid in manus venerit, id esse credamus quod quærebatur. Apparet hùc tacite alludisse Platonem libro de Republica octauo, ἵνα μὴ σκοτεινὸν διαλήσωμεν, σφῶν αὐτῶν ἀκούσαντες, id est. Ne tenebrosè disseramus, prius deliberemus. Nam qui confuse disputat, velut in tenebris saltet.

Areopagita. 41

Ἀρεοπαγίτης, id est Areopagita. De tristi seueróque dicebatur, aut etiam de iudice vehementer incorrupto. Inuenitur & Σεμνοτάτης Ἀρεοπαγίτου, id est, Tristior Areopagita. Athenis in summa erat Areopagitarum auctoritas: hi erant iudices qui de capitalibus caussis pronuntiabant, tanta integritate vt noctu atque in tenebris non interdiu, neque luci caussis cognoscerent: quo non dicentes, sed duntaxat quæ dicerentur spectarent. Idem esse testatur Lucianus in Sectis. Alludit ad prouerbium Cicero ad Atticum libro Senatus ἄφωνος nihil constantius, nil seuerius, nil fortius. Idem eiusdem operis libro quarto, Ex quo intellectum tres τῶν ἀμηχανιῶν, ambitum, comitia, interregnum, maiestatem, potiam de inque Rempub. eam hocci non facere.

Atticus aspectus. 42

Ἀττικὸν βλέπειν, id est, Atticus aspectus, perinde est quasi dicas os impudens. In eos dicebatur qui vultu ipso præ se ferebant impudentiam, dicendique confidentiam. Nam hoc vitio notati sunt Atticorum mores, Aristophanes in Nubibus,

Ἐπὶ τῇ κεφαλῇ τὸν Ἀττικὸν βλέπων, id est,

Ac vultum ipso aspectus Atticus exuncti.

Sic enim loquitur Strepsiades de filio Socratica è schola redeunte, quem ex ipsa fronte conuicit, malam caussam agere posse: quòd nescio quid Atticæ salutis simul atque impudentiæ præferret. Quin & Achilles apud Homerum Agamemnonem appellat, ἀναιδέα, ob impudentiam. tales & ἀναιδεύτους dici admonet Hesychius.

Lari sacrificant. 43

Λαρίζουσι, id est, Lari sacrificant. In tenaces dicitur qui de suis nemini quicquam impartiunt, aut tenuis edaces, qui nihil de appositis epulis attingunt amicis, neque quicquam faciunt reliquum. Nam antiquis religiosum erat, ex iis quæ Laribus immolabantur, aliquid foras efferre. Hùc alludit Aristophanes in Pluto, apud quem Carion Mercurio obtestanti vt aliquid sibi de sacrificio quod intus agebatur impertiant, οὐ θέμις (inquit) ἐκφορεῖν, id est, Efferre nequaquam licet. Item in eadem tabula mulieri volenti pro fortibus spargere bellaria,

Ἐᾶσόν γε (inquit) πρὸς τοὺς ἔνδον ἄνδρας τινάς,
Οὓς δεῖ σὺ φράσον πρεσβύτας ὄντ' ἐκφορεῖν.
Iubas prosc. vt mortuus sit, apud Lares,
Nam nefas efferre quicquam, inferre sed decet magis.

Apud Romanos authore Plutarcho, nefas erat mensam prorsus inanem tolli: vel quòd innuerent semper aliquid reseruandum in tẽpus posterum: vel vt assuescerẽt temperare cupiditati, à præcipuis cibis abstinentes. vel vt hoc pacto seruorum animos sibi conciliarent, cũ quibus mensam aliquo pacto communem habere viderẽtur. vel quòd religiosum haberetur in sacris quicquam vacuum conspici. Porrò mensa, sacra quædam res est. Cato libro De re rustica monet vt vili cæcubo diebus Lari sacrificet pro copia, addita foco corona. Huic diuersum adagium fingi potest, τὸ ἔκπυστον ἔνεστι, id est,

Mensa, sacra res.

Hecate sacrificare.

id est, Hecatæ sacrum facere. Siquidem in huius deæ sacrificio qui cœnam inferebant, ipsi nihil inde gustabant, neque quicquam auferebant præter tumultum & fumum, vt inquit in Symposiacis Plutarchus. Idem fieri conturnix: siquid inferebatur reliquis diis, quos ἀπαρχὰς appellant. Torquebatur in eos qui alius consulunt, non sibi: suis parant opes, ipsi non fruuntur.

Proteruiam fecit. 44

Proteruia.

Erat hoc religiosum in nonnullis etiam hostiis, nequid ex sacris epulis relinqueretur: aut siquid reliquum esset, ingrati abiumeretur. Porrò id genus sacrificij, Romani Proteruiam appellant. Vnde celebratur illud Catonis festiuiter dictum in Albidium quendam, qui patrimonium vniuersum luxu absumpserat, vnis exceptis ædibus quæ incendio conflagrarunt: Proteruiam (inquit) fecit: propterea quòd ea quæ comedere non potuerit, quasi combussisset. Author Macrobius libro Saturnalium 2. Ad hoc facit quod apud Athenæum libro 8. Theocritus Chius Diocliti Gurgiti, qui deuorato pisce calido, dixit se cælum exussisse, Vnum (inquit) illud tibi supererat vt mare ebibas, atque ita tres res omnium maximas confeceris, terram, mare, cælum. At quoties sumptus superat quæsitum, nec morbus decedit iam in naturam versus, quid superest, nisi vt ad malas artes vertant sese, quo luxui semper glitcenti suppeditet pecunia? Atque hæc est vna non infima pestis Germaniæ nostræ, præcipuè apud eos qui nobilitatis titulo gloriantur: quamquam sunt in his qui nobilitatem fingunt, vt hæc faciant impunitius, qui subornant à quibus vocentur Ionckeri, iactant arces paternas, addunt plumam galero, pingunt clypeum, in quo dextera librans macheram dissecet elephantem, subscribunt epistolis suis tres literas. Equ. Si quis sit natus viculo quopiam, puto Ornithoplutus dicto loco mo, non se scribit Isocompensem (nam id plebeium est) sed Ornithoplutus ab Isocomo. Atque tum tibi ius esse putant indicere bellum cui visum est. Si legum seueritas coerceret talium iuuenum intemperantiam, non essent tam multi quibus suppleta vel infligere cogerentur, vel condonare. Per aleam enim, chartas, scorta, compotationes & ocium venitur ad æs alienum, mox ad rapinas & sycophantias. Currit in militiam, redeúnt cum præda non ab hostibus parta. His rudimentis exercitati, nullum horrent facinus.

In bellones ac veraces.

Leges sumptuariæ.

Apud veteres erant leges sumptuariæ, atque adeò Corinthi, quæ ciuitas erat cæteris corruptior, tamen lex erat opposita, sumptuosus quàm pro rei familiaris modo viuentibus. Eam apud Athenæum libro sexto Diphilus refert hisce verbis,

Τοιόνομοι δὴ θῦτε' ἐνθάδ'
Κορινθίοις. ἐὰν αὖ τις ὀψωνῇ' ἀεὶ
Λαμπρῶς ὁρῶνθ', ἅπαν ἀναγράφειν πρὸς τὸν
Ζῆν ἐν τοῖς πολίταις. κἂν μὲ ἰσάκις ἔχῃ
Ἢ οἰκίαν ἐνδοξον ἐκπονῇ ποιῶν,
Ἐκ τῶν ἐπιόντων τοῦτον ἐξ ἐμοῦ βίου.
Καὶ δ' ἐὰν τὴν οὐσίαν ἀναλίσκων τύχῃ,
Ἀπόντος αὐτοῦ τοῦτο μὴ ποιεῖν τινα.
Ὃς' ἂν δὲ μὴ πίθηται ἐπιβλέπει ζημίας.
Καὶ δ' μικρὸν ἐπὶ τοῖς ὄχλοις ζῇ πολυτελῶς,
Τὸ δημόσιον παρὰ δίκην αἰτῶν ἀράκινον.
Οὐκ ἐνδέχεται γὰρ ζῆν ἄδικα κἀνόμως τινὰ
Τῶνδ', ἀνίκα. ἂν ἀκριβαίως ἴχῃ
Ἅπαντα δι' ἐμοῦ τοῖς ἀκριβῶς, ἅπαν χαμηχῶς,
Ἢ τῶν ἀνοήτων ἔστ' ἀγορὰ, ἢ μάστιγες
Τὸ δ' ἐν μέσῳ ἐστὶν οὐδὲν ἐν τοιούτῳ βίῳ. id est,

Hoc lege cautum est hic apud Corinthios:
Si quempiam obseruare semper splendide
Videmus, hunc rogamus unde viuat, & Quid faciat operæ si facultates habet,
Vt reditus harum soluere expensas queat,
Perpetimur illum perfrui bonis suis.
Sin ea te sumptus superet ea quæ possides,
Probibemus hunc ne faciat hæc in posterum.
Ni parcat, iam plectitur multis grauis.
Sin sumptuosè viuat is qui non habet,
Tradunt eum tortoribus, prò Hercules.
Ne enim licet vitam absque malo vllo degere
Talem si vis, sed est necesse aut noctibus
Abigere prædam, aut fodere muros alienos,
Aut hæc patranium iungier commercio,
Aut in foro agere sycophantam, aut perfidum
Præbere testem. Nos genus hoc mortalium
Eximus hæc ex vrbe vt beati puremus.

At hodie Germania in non obscuris ciuitatibus fert hoc genus nepotes & ganeones, qui non solùm nihil habent: verumetiam multis multa debent, neque cuiquam illorum dicitur, Heus tu, vnde suppetit res tuo luxui? Quod si fieret, fortassè comperirent esse verum quod scripsit Diphilus.

Hic sentem nihil attraxit. 45

Opera supervacanea.

Αὐτὸς μὲν μάστιγος ἄξιος ἐστιν, id est, Funis quidem iste piscium attraxit nihil. Senarius prouerbialis, quo significabant operam frustrà sumptam, neque ex sententia euenisse, quod quis conabatur. Tralatum ab hamato funiculo piscantibus qui leue hamum retrahunt inanem. Natum videtur ex fabula Aristophanis cui titulus Διπλοφορία ζωμοῦ, vbi legitur hic sensus. Ad adagium alius respondet in Vespis. Ἀλλ' οὐκ ἔστακεν. Itaque non attraxit. De eo qui tetenderat patri laqueum ne quo exiret. † Simile est quod de iactu retis Iurisconsulti disputant, l. 12. D. de action. emp. cum quo conferam titul. ad l. Rhod. de iactu. Val. Max. 4. cap. 1. Sueton. de claris Rhetorib. olim nominat.

Semper tibi pendeat hamus. 46

Adsimili metaphora dixit Ouidius in Amoribus,

Casum sperne velox, semper tibi pendeat hamus,
Quo minus ne sedeas, quo loue pisces erit. Id est,

Semper experienda fortuna, & omnis tentanda occasio. Simile illi, Omnem mouere lapidem.

† Obdurandum, nihilque vsquam desperandum, sed obfirmandus animus. Exhibet ep. 24 potest id esse documento nihil desperare, nulli rei fidere, cum videamus tot varietates, tam volubili orbe circumagi.

Diues aut iniquus est aut iniqui hæres. 47

Diuus Hieronymus ad Heliodorum scribit in hunc modum. Vnde & illa vulgata sententia mihi videtur esse verissima, Diues aut iniquus, aut iniqui hæres. Quòd si verum est illud Hesiodum, non omninò temere esse quicquid vulgò dicunt mortales, prouerbium hoc haud

Ingentes sine fraude non parantur opes.

obseruanter expendendum est iis qui fas opibus itultè se iactant. Neque enim fere parantur ingentes opes sine fraude. Et ipse possessor eas per fas nefásque cõgessit, aut certè successit ei qui has ea praui via. Plato li. de Legibus v. Ὦ πάλαι ἡμῖν ὀρθὸς, ὡς ἐοικε, οἱ παλαιοὶ ἀγαθοὶ. id est, Ita verum est quod vulgò dicimus, admodum diuites non esse bonos. Circumfertur apud Græcos & hic versiculus ex Menandri comœdiis,

Οὐδεὶς πλουτεῖ χρηστὸς ὢν δικαίῳ τῷ τρόπῳ. id est,

Nunquam vir æquus, ditis euasit cito.

Huc respexit ille qui Syllæ retenti sese, dixisse legitur: Quomodo vir bonus esse potes, qui tantas possideas opes, quum à patre nihil tibi sit relictum? Refert Plutarchus in illius vita.

Herculanus nodus. 48

Ἡράκλειον ἄμμα, id est, Herculeus nodus, pro vinculo arctissimo atque indissolubili legitur apud eruditos. Seneca ad Lucilium: Vnus tibi nodus; sed Herculeus restat. Sic enim vocat syllogismum qui vix dissolui posset. Quod in eos quadrabit qui sunt arctissima necessitudine copulati. Idque vnde in natum, Plutarchus propemodum indicat in Alexandri vita. Scribit enim, Alexandrum Magnum, subacto oppido Gordio, Midæ regia, visere voluisse plaustrum illud celebre, mirando artificio ex corni libro connexum, de quo talis fama apud barbaros increbuerat, quisquis eius nodos explicuisset, ei totius orbis imperium portendi fatis. Alexander ense dissecuit. Aristobulus scribit eum facillimè dissoluisse, nempe adempto clauo quo temoni iugum annectitur. Illum hunc Ausonius, scribens Paulino suo: Nec tu Alexandri Macedonis peruicaciam supergressus es, qui fatalis iugi lora quum soluere non posset, abscidit, & Pythiæ specu quod nefas erat patere, penetrauit. Rursus ad eundem in carmine,

Gordius ut fatalis soluere lora
Pœnum posse ducem reor, abdita aperiis
Principibus, & vtroque caput celantis nodo.

Gordius nodus.

Nodum autem eum quem ostendit Hercules, religiosum ac sacrum apud priscos fuisse, satis liquet ex iis Plinij verbis quæ sunt in historia mundi, libro 28. cap. 6. Ad vulnera nodo Herculis præligata virum quantum ocyor medicina est. Atque etiam Vendiani cinctus tali nodo, vim quandam vtilem habere dicuntur. Festus Pompeius ostendit antiquitus fuisse morem, vt

Mos æternum nuptus.

noua nupta laneo cingulo præcingeretur, vincto nodo Herculis: quem vt omnis gratia tolluebat in lecto, vt & ipse fœlix esset in liberis tot prouidis. nam Hercules septuaginta liberos reliquit. Athenæus lib. 11. tradidit Heracleotas Bœotiæ gentē hoc ipsum à cæteris distingui, ὅτι ἐπὶ τῶν ὤτων ἔχουσι ὁ λεγόμενος Ἡρακλῆς δεσμός, id est, quòd super aures gestent vinculū quod Herculanum dicitur. In confimile sensum M. Tullius vsurpauit Trabali clauo. adiectione in Verrem 7. Et vt hoc beneficium quemadmodum dicitur Trabali clauo figeret, cum consilio causam Municipiorum cognoscit. Meminit & Horatius clauorum trabalium.

Vsurpatum Herculanum.

Trabalis clauus.

Fure quondam strenus Milesii. 49

Πάλαι ποτ' ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι. id est,

Fuere quondam strenui Milesij.

In degenerantes.

Hoc senario notabant eos qui à pristina fortuna defluxissent, aut à maiorum moribus degenerassent. Breuiter, in omnes quadrabit qui desierunt esse quod erant, facti deteriores: in senem: in pauperem factum è diuite: in priuatum, qui quandoque regnarunt: in obscurum, qui aliquando floruerit. Origo prouerbij varie narratur à Græcis. Quidam sic ait Milesios olim belli gloria præter cæteros floruisse, adeo vt quoscunque bello lacesserēt, eos superarent. Proinde Polycrates Samiorum tyrānus bellum quod dā gesturus, quum in animo haberet Milesios socios ad eam rem accersere, oraculum super eo negotio consuluit. Deus respondit, Quondā fuere strenui Milesij. Alij diuersum adferunt fabulam. Quum Cares bellum adiectus quoldam mouere iret, statuitque eius gentis auxilijs vti quæ tū esset inter finitimos pollentissima; quidam Milesios accersendos censuerūt, alij cum Persis res componendas. Itaque consultus hac de re Apollo, respondit modò dictum senarium. Dissipato per omnem Asiam oraculo, Milesij pro eo modum omnes in prælio cum Persis collato exercitunt. Itaque oraculum cum risu in prouerbium abiit. Rursum alij ferebant, Cares cum Dario belligerātes, iuxta vetus quoddam oraculum, quo monebantur vt florentissimos auxilio aduocarent, in Branchidas fuisse profectos. Atque eius loci deum consuluisse num Milesiorum auxilijs oporteret vti. Itaque eum respondisse, Quondam fortes fuisse Milesios, significantem videlicet, eos iam imbelles esse & degeneres effœminatos. Verum hoc commentum exploratiore temporis ratione coarguit Zenodotus, liquidem hunc senarium legi apud Archilochum, qui floruit ætate Cyri Persarum regis, à quo Darius fuerit tertius. Angelus itaque Politianus mauult ad Milesiorum mores in molliciem versos referre: quemadmodum facit & Athenæus lib. Dipnosoph. Vsurpat hoc adagium semel atque iterum Aristophanes in Pluto,

Aliæ opiniones de Milesijs.

Καὶ σοὶ δοκῶ μοι νοῦν προσθεῖναι τοῦτο,

Πάλαι ποτ' ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι. id est,

An præter hæc reuocat aut hoc quoque,

Fuisse quondam strenuos Milesios.

Dicitur autem sub personā adolescentis qui reuocatus ab anu quam pauper aliquando diuitem emolumenti gratia coluerat, tunc diues effectus, eandem exhaustam taliter dimisit. Alluserat eodem in Vespis, iocans in senes,

Ὦ πάλαι ποτ' ὄντες ὑμεῖς ἄλκιμοι μὲν χοροῖς,

Ἀλκιμοι δ' ἐν μάχαισιν.

Καὶ κατ' αὖθ' ἁνὴρ τὸν μόλοβδον λάβρις μαχμήσατο.

Πρίν ποτ' ἦν, φησὶν Εὔπολις.

Δ' οὐκέτ' ἐν χοροῖσι θαλίαισι δή. Λίθ' ὑπολοῦσ' ἀρίζει. O qui quondam fortes fuistis in choreis, fortes in pugnis, & secundum hoc deniq. tantum viri pugnacissimi: prius olim fuerunt, prius ilia: nunc verò perierunt, cygno magis cani tam. Aristophanes in Ranis notat Μιλησίας στρόμβους, id est, tragulas Milesias, ve delicias effœminatorum. Vsurpatur & à Synesio in epistola quadam ad Philosophon mulierem, significans sese à pristina fœlicitate redactum ad calamitatem.

Milesiæ tragulæ.

Fuimus Troes. 50

Ἦμεν Τρῶες, id est, Fuimus Troes. Hic loquendi color in Græcanicis tragœdijs adeo passim obuius est, vt tanquam in adagium abierit, vbi perisse quempiam significant. Euripides in Hecuba, Καὶ ἦν ποθ' ἡδονή, id est, Et quondam ego fui. Sophocles in Electra,

Ἀτλησμόνως δ' ὄλωλα· νῦν δ' οὐκ εἰμί τι. id est,

Miser ego seruitutis sum posthac ego.

Id imitatus Virgilius secundo Æneidos libro,

-fuit Troes, fuit Ilium, & ingens

Gloria Teucrorum. Rursum alibi,

Et campos vbi Troia fuit. extinctam significans. Eandem sententiā diuersa metaphora extulit Ouid. lib. De tristib.

Nos quoque florauimus, sed flos fuit ille caducus,

Fitmmáque de stipula nostra breuisque fuit.

Ad eandem figuram pertinet & illud ex Terentiana fabula cui titulus ἑαυτὸν τιμωρούμενος, Imo habui Chremes tanquam perisse significans. Item illud ex Rudentibus Plauti, Miserum ilthuc verbum & pessimum est, habuisse. Præterea nobilis illa vox M. Tullij de cōiuratis supplicio affectis, Vixerunt, quum occisos significaret. Hāc termonis figurā ex antiquissima illa Lacedæmonij chori cantilena putant increbuisse. Eius chori mentionem facit Plutarchus in libello cui titulus, Quo pacto laudare se quispiam citra inuidiam possit. Meminit & Diogenianus in Græcorum adagiorum Collectaneis. Constabat autem is chorus triplici serie atque orbe, senum, puerorum, iuuenum. Senum hæc erat cantio,

Habuisse, miserum.

Vixerunt.

Ἄρματα ποτ' ἦμεν ἄλκιμοι ποτ' ἄνδρες. id est, *Chorus Lacedæmoniorum.*

Nos fuimus olim strenui iuuenes.

Deinde puerorum hæc erat,

Ἄμμες δ' ἐσόμεθα καὶ ἄμεινον ἢ νῦν, αἰῶνα θάλλοντες. id est,

At nos fumus erimus experiere, si velis.

Hunc chorum (quem τριχορίαν vocant) instituit apud Lacedæmonios Tyrtæus, iuxta triplex ætatum discrimen. Nam puerilis ingressus est vitæ, virilis ætas progressus, senecta exitus. Τριχορία.

Pyrausta interitus. 51

Πυραύστου μόρος, id est, Pyrausta interitus. In eos dicebatur qui sibi plus exitium accersunt. Ait enim Zenodotus Pyraustam insectum esse quod lucernis aduolet, atque ita exultis alis concidat, pereátque. Citat autem hunc ex Æschylo senarium,

Δεδοκται μοῖρ' ὑπὸ πυραύστου μόρου, id est,

Magnoperē exitium metuo pyraustæ exitus.

Tradit eadem de pyrausta Ælianus De natura animantium li. 2. citans eundem ex Æschylo locum. Meminit de pyrausta & Plinius li. 11. ca. 36. Gignit (inquiens) aliqua & contrarium naturæ elementum, siquidem in Cypri ærariis fornacibus ex medio igne, maioris muscę magnitudine, volat pennatum quadrupes: appellatur Pyralis, à quibusdam Pyrausta (aut, vt nonnulli codices habent, pyrotus.) Quandiu est in igne, viuit: quò euasit longiore paulo volatu, tunc emoritur. Cuiusmodi ferme tradidit Aristoteles tertio libro De animalibus è niue vetustiore vermem nasci, qui niue exemptus non viuat. Eum nos vidimus in Alpibus. Quòd si placet ad hoc referre adagium, conueniet & in eos qui ἀπόμαχοι sunt, id est, qui celeriter intereunt. Nec inuenustè deflecteretur in eos qui nusquam viuere possunt, nisi in propria patria si contingat agere peregre, rebus omnibus offenduntur. † Imò de iis de quibus Hesiod. qui ἐσθλῶν καὶ ἀμφαγαθῶν. solet & commodè in eos flecti qui vt verbo vtar Comici scientes volentésque pereunt, ipseque coniiciunt in manifestum discrimen. *Pyraustæ interitus.* Ἀπόμαχοι.

Post festum venisti. 52

Καπήνην τῆς ἑορτῆς ἦκας, id est, Post festum venisti. Refertur à Diogeniano. Dicitur in eos qui negotio cuipiā egregio non interfuerunt: propterea quòd tertius, iam re peracta, accesserint. Socrates in Gorgia Platonis, Ἀλλ' ἆρα ὑστερίζω, καπήνην ἑορτῆς ἥκων, ἢ οὐκ ἔτι; id est, Num (inquit) post festum (quemadmodum dici consueuit) venimus ac serius? Legitur & hoc pacto, μετὰ τὰ Παναθήναια καπήνη, id est, Post Panathenæa. Item μετὰ τὰ ἐν Δελφοῖς Πύθια, id est, Post Pythia venisti. † Adeo magna vis est in occasione rerum agendarum, vt nisi quis maturè accesserit, videatur officio excidisse alioqui parū gratus, quia tempestiuè non venerit, vide Herodotum, lib. 3. Me veluti peracto (inquit) iam festo aduenientem, iuxta prouerbium, prætoris, & reserans simul, & claudens theatrum. *Post Panathenæa. Post Pythia.*

Merx vitronea putet. 53

Merces vitroneæ putent. id est, ingrata sunt quæ vitro nō petentibus offeruntur. Translatum videtur à negotiatoribus qui merces à vendente vitro oblatas, suspectas habere solent, quasi studeant eas extrudere. Adagiū refertur à Diuo Hieronymo in quæstionibus Hebraicis, Tritum (inquit) prouerbium est, vitroneas putere merces. vnde & nos de industria dicēda reticemus, vt auidius velis audire quę tacita sunt. Vsurpat idem in epistola ad Demetriadem virginem. Ab hac sententia non abludit illud Ouidianum, *Vitroneæ putent merces.*

Quod venit ex facili, facilis sequēsque remittit,

Quodque petas, quodque metus torsit, habere nocet.

Quin

Quin vulgo etiamnum in ore est, vitro delatum obsequium plerunque ingratum esse. cui tamen refragatur Mimus ille non inuidus,

His est gratum, quod opus est, vitro si offeras.

Ea sunt grata quæ vitro offerantur.

† Hoc non tam generaliter est accipiendum. nam fieri vt quæ proclivia sunt & parabilia soleant esse gratiora, quam juxta vel precibus constant, vel non parantur nisi magnis laboribus.

Illotis pedibus ingredi. 54

Ἀνίπτοις ποσὶν εἰσβαίνειν, id est, Illotis pedibus ingredi. Est confidenter atque imperitè rem egregiam aggredi, tanquam profanè & irreuerenter. Translatum a sacrorum cæremoniis, in quibus omnia pura lotaque iubeba tur exhiberi. Lucianus in Deorum actis vita, Οὐ μὴν ἀνίπτοις γε ποσὶ πρὸς τοῦτο ἦλθον, ἀλλ' ἐκ πολλοῦ, id est, Haud quaquam illotis (vt aiunt) pedibus ad illa veneram. hoc est, neutiquam inexercitatus, neque rudis. Idem in Rhetorum præceptore notat eos, qui ἀνίπτους ποσὶν, id est, Nullis bonis disciplinis instructi, ad rhetoricum munus accedunt. Æneas Sophista in epistola quadam, Οἱ μὲν πολλοί, ἃ δὴ λέγουσιν, ἀνίπτοις ποσὶν ἐπεισπηδῶσι τοῖς ἱεροῖς, id est, Plerique quidem illotis (quod aiunt) pedibus irrumpunt ad sacra. A. Gellius in Noctibus: Illotis (quod aiunt) pedibus & verbis reprehendit doctissimi hominis orationem. Macrobius Saturnal. lib. 1. Illotis pedibus prætereunt: de literatoribus loquitur qui reconditam illam in Vergiliano poemate doctrinam negligunt. Huiusmodi Galenus libro De virtute simplicium remediorum septimo, ἀμούσους vocat καὶ βεβήλους. Καὶ δὴ καὶ, inquit, ἴσως θαυμαστὸν, εἰ μὴ καὶ μυστηρίων βεβήλους ὑπολαμβάνειν ἔστιν ἅπαντας ἀμούσους. ἀλλ' οὐκ ἀπαναίσχυντοι χρὴ καὶ θρασεῖς εἶναι τοῖς βιβλίοις οὕτ' ἐξὸν οὔτε πρέπον τοῖς τοιούτοις χαμαιπετῶς. id est, Ac fortassis haud quaquam mirum est illi & mysteriorum profanos quid. in, sacris non initiati, sunt auditores. At eos libros nec illi qui scripserunt, scripserunt profanis, nec ego hæc scribo iis qui nondum in primis rudimentis sunt exercitati. In genere sermonem omnem parum verecundum, nimisque procacem ac petulantem, illorum proverbio vocant.

In imperites & impudenter temerarios.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. Ἀνίπτοις) εἰσβαίνειν non significat ingredi, id est, incedere aut intrare: sed ascendere. Nec proverbium necessariò effertur cum hoc verbo, non magis quàm cum ἴκειν, aut ὁδεύειν, aut alio huiusmodi: sed proverbialia verba sunt ἀνίπτοις ποσὶν, vt & ἀνίπτοις χερσὶν. quibus authores, prout visum est, hoc vel illud verbum accommodant. Vnde igitur illud εἰσβαίνειν Erasmus sumpsit? Nimirum ex proverbio quod integrè ita effertur, ἀνίπτοις ποσὶν εἰσβαίνειν ἐπὶ πῦρ. Id est, Illotis pedibus concendens rectum. Nam Suidas, postquam illis verbis ἀνίπτοις ποσὶν suam explicationem dedit, ἀπαιδεύτως ἢ χαρίεν τινὸς προσδεηθεὶς (vbi fortassè melius legeretur ἀπαίδευτος, id est, imparatè) affert & hæc, quibus suam tribuit expositionem seorsum, hanc videlicet, ὅτι ἐπὶ ἀμαθῶν ὅτι τιταίνεται καὶ πράξεσιν ἀφυσικοῖς. Id est, De iis qui imperitè ad rem aliquam agendam se cõferunt. Apud Zenobium autem illud ἀνίπτοις ποσὶν non ponitur seorsum, sed duntaxat cum his verbis εἰσβαίνειν ἐπὶ πῦρ, cum eadem narratione quæ & apud Suidam.

Illotis manibus. 55

Ἀνίπτοις χερσὶν, id est, Illotis manibus. A Diogeniano refertur, pro eo quod est irreuerenter atque imparatè. Translatum item à sacrorum puritate. Hesiodus in Operibus & Diebus vetat ne quis mane Ioui libet vinum χερσὶν ἀνίπτοισιν, id est, manibus illotis.

Μηδέ ποτ' ἐξ ὄρθοιο Διὶ λείβειν αἴθοπα οἶνον
Χερσὶν ἀνίπτοισιν μηδ' ἄρ' ἀέξαντι θεοῖσιν. id est,
Ne vnquam mane Ioui vinum libaueris ardens
Illotis manibus neque diuûm præterea vllis.

Ac ne vel amnem quipiam ingrediatur, aut fontem χέρνιβα ἄνιπτον, idē vetat, i. manibus illotis. Vnde χέρνιβον apud Homerum crebra mentio. Ea vox perinde sonat, quasi dicat manuum lotionem: à qua rem diuinam antiquitus auspicabantur, atque etiam conuiuium, vtpote rem sacram. Gregorius cognomento Theologus in apologia De fuga sua in Pontum, coniungit vtrumque, ἀνίπτους χερσὶν, ἃ δὴ λέγεται καὶ ἀμούσοις ποσὶ, τοῖς ἁγιωτάτοις ἐαυτοῦ ἐπεισπεσών. id est, illotis, vt dici solet, manibus, ac profanis pedibus, iemet rebus sacratissimis ingerût.

Χέρνιβον.

Caius lib. Pandect. 1. Titulo de origine iuris, §. in foro, inquit, caulas dicentibus actas (vt ita dixerim) videntur esse, nulla præstatione facta, iudicem exponere, quo magis interpretari oporteat pro mittentibus iuris consultis, omnibus rebus, atque origine non repetita, atque illotis vt ita dixerim manibus protinus materiam interpretationis tractare? Vtunque prouerbium rectè vsurpabitur in eos qui vel audacius, vel parum instructi, rebus quibus oportuit, negotium inuadant, veluti si quis principis munus capessat, nulla neque virtute, neque rerum vsu præditus. † Vide Pierium lib. 35. ex cuius initio fere lumes, quæ ad rem faciant.

In temerarios.

Aquilæ senectæ. 56

Ἀετῷ γήρᾳ, id est, Aquilæ senectæ. In senes dicebatur bibaces magis quàm edaces. Nã Plinius lib. x. cap. iii. refert aquilas neque senio, neque ægritudine oppetere, sed fame. in tantum superiore accrescente rostro, vt aperiri nõ queat. Eóque aquilam tantum ita senectã bibere, aut de præda sanguinem sugere: quum nullæ ferè aues aduncis vnguibus vtantur potu, præter tinnúculum, & miluum: quanquã hi quoque perquam raro bibant. Author Aristoteles lib. De natura animal. 8. sed idem lib. 9. narrans de aquilæ rostro eadẽ ferme quæ Plinius, ad hæc hanc rei datam fabulam quę significat hoc ideo accidere aquilæ, quòd olim, quũ homo esset, hospiti fecit iniuriã. Terentius in Heautontimorumeno, Visa verò est (quod dici solet) Aquilæ senectus. Verba sunt Syri admonentis heros, quòd pridie ferè ue bibisset in conuiuio. Est autem veluti peculiaris senibus bibacitas: siue quòd natura frigus ætatis, vini calore pensare desideret: siue quòd vini hilaritas minuit senectutis molestiam. Vnde Plato quoque quum iuuenibus in totum interdixerit vsum vini, viris moderatum permiserit, senibus largiores compotationes concedit. tũ cur senectus sit vinosior, causam reddit etiam Alexander Aphrodiseus in problemate quarto ab vltimo, quod ætas ingrauescens minuat calorem, vinum autem humectet & refrigeret. vnde & vulgò lac senum dicitur. *Narretur & prisci catonis Sæpe mero caluisse virtus*, vt inquit Flaccus.

Aquilæ senectæ.

Cato, libarius reprehensus.

Aquilæ senectæ, corydi iuuenis. 57

Ἀετῷ γήρᾳ, κορύδῳ νέῳ, id est, Aquilæ senectæ, corydi iuuenis. De viuida viridique senecta quæ præstantior sit aliquorum iuuenta. Nam anus aquila præstat corydo auiculæ, etiam ætate integra. Citra allegoriam extulit Euripides in Andromache,

Πολλῶν νέων γὰρ, κἂν γέρων ἄνὴρ ἦ,
Κρείσσων. id est,
Multis enim iuuenibus antestat senex,
Cui mens adest generosa. † Vide Pierium, lib. 19. & Tiraquellum de nobilitate.

Camelus vel scabiosa complurium asinorum gestat onera. 58

Κάμηλος ἢ ψωριῶσα πολλῶν ὄνων ἀπήρτισται φορτία, id est, Camelus etiam scabiosa, complurium asinorum tollit onera. De iis qui viqueadeo præstant quoidam, vt etiam senes aut alioquin ægroti, præstantiores tamẽ sint illis integris. aut de his qui rebus parum prosperis, tamen plus valent ob priscæ fortunæ reliquias, quàm alij rebus integris. Vsus est Synesius. † Ea est quorundã hominum adeo viuida doctrina & ita excellès ingenium, vt etiam sine studio multos vel egregiè solertes & industrios anteuertant multis certè iladus.

Palinodiam canere. 59

Παλινῳδῆν. Id est, Palinodiam canere est, diuersum ab his quæ prius dixeris, dicere, atque in cõtrariã vertere sententiã. Translatũ est a Stesichori Lyrici poetæ fãcto, cuius meminit Plato in Phædro. Is quũ Helenã carmine vituperasset, oculis orbatus est. intelligens aũt (Achille, sicut scribit Pausanias in Laconicis, Helenæ nullu nũciate) cęcitatis suæ causam, prioribus palinodia cecinit, Helenãque prius vituperatã laudauit, itaq. visum recepit. Hũc Socrates iocatus, tale velle imitari, & amoris vituperati prius canere palinodia, quam orbetur oculis. Sonat aũt Græcè παλινῳδία, quasi dicas recantationẽ. Quo quidẽ verbo Flaccus vsus est in odis, promittens palinodiam amicæ quã conuitio eloquio carmine prouocarat,

Palinodiæ quid.

-dum mihi
Fias recantatis amica
Opprobriis animumque reddas.

M. Tull. ad Atticũ. Expecta palinodiã diuinã. Vsurpauit hoc adagiũ nominatim prouerbij vice Ioannes Curysostomus. Item Plato in epistola ad Dionysium tyran-

Vertere vela. Funem reducere. 60

Vertere vela, est in diuersum mutare sententiam, vtraque institutum Horatius, Carm. lib. 1. Od. 7.

—nunc retrorsum
Vela dare, atque iterare cursus
Cogor relictos.

Mutare institutum. Trāslata metaphora à nauigantibus qui cursus errorem verſis velis corrigunt. Hanc Persius in quinta Satyra nonnihil notans, Funem reducere dixit, pro eo quod est, instituta mutare in diuersum,

Quę dederam supra, funemque reduco.

Venia primum experienti. 61

Συγγνώμη πρωτοπείρῳ, id est, Venia primum experienti. Refertur à Diogeniano. Ignoscendum his qui rudes nouo quopiam in negotio incipiunt versari, si quid per imperitiam peccarint. Chrysostomus sententiam excitat in homilia quadam Καὶ γὰρ ὁ ἀρχὴ πάντων συγγνώμη ἁπάντων ἔδοξεν εἶναι, id est, Et enim qui lapsus est in initio, veniam damus omnes, ob imperitiam. Fertur & hoc Συγγνώμη πρωτοπείρῳ ἁμαρτούσῃ, id est, Venia primum deliquenti. Prudentius in Hymnis, παῖδες ἀκούσιας φεύγετε νόσους dixit, quòd iteratu in facinus, non oporteat impunitum esse. Alibi retulimus εἰς ἀεὶ ἁμαρτάνων. Celsus lib. Pandect. 1. Tit. De legib. & senat. Nam ad ea debet potius aptari ius quę & frequenter fiunt & facile, quàm ad ea quę perraro eueniunt: ne quia quæ semel aut bis fiue sit Theophrastus accidant, contemnant legislatores. Theophrasti Græca hæc habent, τὰ γὰρ ἅπαξ ἢ δὶς οὐκ εἰώθασιν παραλύειν.

Condemnanda suspicantibus

Euripus homo. 62

Εὔριπος ἄνθρωπος, id est, Euripus homo. In inconstantes, ac moribus inæqualibus homines dicetur. Quadrabit & in fortunæ vices, quę res mortalium, velut æstu quodam furtam ac deorsum iactat: vt rectè dixerit Plautus in Captiuis dicto, Dij nos quasi pilas homines habent. A maris Euripi prodigiosa quadam reciprocandi celeritate ducta metaphora. Est autem Euripus, maris pars inter Aulidem Bœotię portum, & Euboeam insulam: cuius meminit Strabo lib. 9 & Plinius lib. 2. Et quotundam tamen, inquit, priuata natura est, velut Tauromenitani Euripi fretus, & in Euboea septies die ac nocte reciprocantis, tam rapida conuersione, vt quemadmodū author est Pomponius Mela, ventos ac etiam plena vētis nauigia secum portet. Neque dum huius tam stupendæ rei causa satis idonea perquisita est a scriptoribus. Etiam si T. Liuius, secunda Bell. Punici lib. 8 aduentis quibusdam illic flantibus ita rapi credit. Seneca in Hercule Oetæo.

Euripus undas flectit instabiles vagas,
Septémque cursus flectit, & totidem refert.
Dum Ilíum Titan mergit Oceano iubar. Bœotius item,
Exæstuantis more fertur Euripi.

Euripus

Cicero pro Plantio, Quod fretum, quem Euripum, tot motus, tantas, tam varias habere creditis agitationes, commutationes, fluctus, quantas perturbationes, & quitos æstus habet ratio comitiorum? Obiicit Æschines Demosthenī, quòd subinde commutata factione. Euripum ipsum inconstantia sua vicissēt. Vnde Græci Euripulon, hominem incerta fide vocant. Gregorius Theologus in epistola quadam ad Sophronium equitum magistratum, ὁρᾷς οἷα τὰ ἀνθρώπινα, καὶ ὅτι πάντως τὶς τῶν ἀνθρωπείων ἀβεβαιότης ἐφέστηκε πράγμασιν ἡμῖν, καὶ τὸ ἀστατοῦν καὶ ἀπαιδεύτως, ἐγὼ δὲ διαμένειν ἐπὶ τοῦ ἴσου ἐμοὶ, ὅτι μὴ δυστυχεῖν, ὁ δὲ λέγουσι, ἀλλὰ τὰ, ἀμείβεται μὲν οὖν καὶ μαλακώτερος, οἷς αἴρεις τῷ μᾶλλον πιθανὸν καὶ κάμμιαν πρὸς καθ' ὕδατος, ἢ ἀνθρώπων διάνοια, id est, Vides quę sit conditio rerum nostrarum, vtque rota quędam negotiorum humanorum cursu circumagatur, nunc his, nunc illis florentibus ac marcentibus, dum neque prosperitas, neque aduersitas (vt aiunt) nobis constat, sed quam ocyssime in diuersum mutatur ac transilit, vt auris ac literis aquę insculptus fidere liceat citius, quàm humanę felicitati. His verbis pulchrè depingit Euripum humanæ conditionis. Inuenitur & πρὸς Εὔριπος, id est, Fortuna volubilis. Nihil enim hac instabilius, & Εὔριπος διάνοια, quòd cogitatio nunc huc nunc illuc feratur.

Euripus incerta fide homo.

Endymionis somnum dormis. 63

Ἐνδυμίωνος ὕπνον καθεύδεις, id est, Endymionis somnum dormis, in eos quadrabit, qui sese immodico somno fagināt: aut qui diuturno in otio vertantur, nec vllis se negotiis exercent, sed mollem feriatāmque agunt vitam: Natum à fabula nouissima Endymionis: is erat puer adprime formosus, ac Lunę adamatus: Cui quidem illa à patre Ioue precibus impetrauit, vt quicquid optasset, id ferret. Optauit Endymion vt perpetuum dormiret somnum, ἀθάνατος καὶ ἀγήρως μένων, id est immortalis perseuerans, & expers senij. Visus est hoc adagio Aristoteles 10. Moralium libro, colligens neque otium conuenire dis, neque rursus vllam aliam actionem illis dignam videri, præter cōtemplationem. Porrò quum constet inter omnes, illos viuere, contentaneum est eosdem & agere quippiam. Neque enim inquit, oportet eos Endymionis, vt aiunt, dormire somnum. Cicero lib. de Finib. 5. differens id maximè nobis insitum à natura, vt agamus aliquid: Itaque, inquit, ne si iucundissimis quidem nos somnus viuros putemus, Endymionis somnum nobis nolimus dari: idque si accidat, mortis instar putemus. Idem Tusculą quę. lib. 1. Quinquam qui segniorem faciunt, somni similliman volunt esse. Quasi verò quisquam ita nonaginta annos velit viuere, vt cum sexaginta confecerit, reliquos dormiat. Ne fues quidem id velint, non modo ipse. Endymion vero, si fabulam audire volumus, nescio quando in Latmio obdormiuit, qui est mons Cariæ, nondum opinor ei expergefactus.

Otium diis nō conuenire.

Vltra Epimenidem dormis. 64

Ὑπὲρ τὸν Ἐπιμενίδου καθεύδεις, id est, Vltra Epimenidis somnum dormis. In eos dicetur qui perpetuum agunt ocium. Historia de Epimenide Cretensi theologo extat in Noctibus Gellianis: extat & apud Diogenem Laertium. Is ambulando fessus in specum quendam subierat, illic obdormiuit: nec experrectus est à somno ante exactos annos 47. Meminit huius Plinius lib. 7. cap. 51. his verbis, Magna quidem fabulositate, quam equidem & in Gnomo Epimenidē simili modo accipio: puerum cītu & itinere defessum, in specu septem & quinquaginta dormisse annis: rerum faciem, mutationemque mutantem, velut postero expergefactum die: hinc pari numero dictum, senio ingruente, vt tamen in septimum & quinquagesimum atque centesimum vitæ duraret annum. Lucianus in Timone, Ὑπὲρ τὸν Ἐπιμενίδου καθεύδεις, Nam ipsum etiam Epimenidem somno vicisti.

Longissimus 47. annorum somnus: vel alij 57.

Graue.

Matura satio sæpe decipit, sera semper mala est. 65

Columella de re rustica scribit hunc in modum: Sed quum omnia in agricultura strenue facienda sunt, tum maxime sementis. Vetus est agricolarum prouerbium Maturam sationem sæpe decipere solere, seram nunquam quin mala sit. Hactenus Columella. Admonet adagium in omni negotio maturandum esse, neq. paulò latiùs esse, occupare tempus legitimum, quam serius aggredi. Veluti siquis admoneat vt puer tenera adhuc ætate præceptoribus committatur erudiendus. Consultius enim anteuertere quam prouectioribus annis tum demum incipere.

† Satiùs est citiùs incipere, quàm tardiùs: illud enim quanquam sæpe frustretur auspicantes, tamen minore periculo id fit, quam si serius ad rem aggrediare.

Fames meliæa. 66

Λιμὸς μελιαῖος, id est, Fames Meliça. De fame extrema, deque rebus difficillimis. Est enim Melus oppidum Thessaliæ, quod Nicias Athenensium dux obsedit expugnauitque, non tam machinis bellicis, quàm fame. Hæc ferme Suidas. Idem effert hoc pacto, λιμῷ μελίῳ, fame Melia. Meminit huius historiæ Thucidides in quinto. Prouerbium est apud Aristophanem in Ausbus,

Rem perquā difficilis.

Τοὺς δ' αὖ θεοὺς ἀπολεῖτε λιμῷ μελίῳ. id est,
Iterum deos fame excalcio Melia.

Saguntina fames. 67

Saguntina fames consimili ratione in prouerbium venit. Historię meminerunt T. Liuius, Val Maximus & M. Tullius in Philippicis, Est autem Saguntum Hispanarum oppidum, iuxta flumen Hiberum, societate fœdereque coniunctum cum Romanis. id longa Pœnorum obsidione famēque eò redactum est, vt ciues extructo in foro igni, quicquid erat pretiosārum rerum in eum conicerent: ac postremò, seque suosque libe-

Saguntini Romanis fidissimi.

ros eodem præcipitarent, ne venirent in hostium manus. Ausonius, Iam iam Perusina, iam Saguntina fame Lucaniacum liberet. Græci vehementem & intolerandam famem, quæque λιποθυμίαν inducat, βούλιμον appellant & βουλιμιᾶν dicuntur qui animo deficiunt, præsertim ob inedi.am. Aristoteles sectionis 8. problemate 4. quærit cur in frigore & hybernis mensibus homines magis βουλιμιῶσιν, nam hoc verbo vtitur. & quam Aristoteles vocat βουλιμίαν, Theodorus vertit famem caninam. Mos erat olim apud Græcos, famem virgis ex ædibus eiicere, dicentes, ἔξω βούλιμον, ἔσω πλοῦτον καὶ ὑγιείαν, id est, Foras famem, intro diuitias & sanitatem. *Foras famem.*

Famis campus. 68

Λιμοῦ πεδίον, id est, Famis campus. In ciuitates dicitur ingens fame pressus. Est autem locus quispiam hoc nomine. addunt, quum aliquando illic summa fame laborarent, apud Athenienses oraculum admonuisse, vt famem, loco designato certis piaculis placerent. illi designarunt campum qui est post Eratium. Atque hinc eum locum, famis campum appellant. *Fames placata.*

Elephantum ex musca facis. 69

Ἐλέφαντα ἐκ μυὸς ποιεῖς, id est, Elephantum ex musca facis, id est, Res exiguas verbis attollis atque amplificas. Lucianus in Muscæ encomio, πολλὰ δ' ἔτι ἔχων εἰπεῖν, καταπαύσω τὸν λόγον μὴ δόξω, κατὰ τὴν παροιμίαν, ἐκ φασῆλ ὀλέφαντα μῦς ποιῶν. id est. Multa adhuc commemorare possem: sed finem dicendi faciam, ne videar & ipse, iuxta tritum prouerbium, ex musca elephantum facere. Sumptum videri potest ex Homero, qui inter prælia deorum & heroum, muscæ improbitatē describit, cum hæc inuictum & acrem bellatorem cōferens Menelaum, Iliad. 4. Quin & D. Augustinus libro contra Manichæos de duabus animabus, non dubitat muscam conferre ac præferre Soli, velut animal inanimi.

Elephantus non capit murem. 70

Ἐλέφας μυῶν οὐχ ἁλίσκει, id est, Elephantus non capit murem. Generosus & excelsus animus negligit prædas viles, ac lucella minuta. Vir egregiè doctus non insectatur minutulos istos literatorum fimios. Homo præpotens non offenditur iniuriolis tenuium. *Leonis.*

Aquila thripas aspiciens. 71

Ἀετὸς θρῖπας ὁρῶν, id est, Aquila tripas aspiciens. De magnis qui pusilla negligunt. Est θρὶψ auicula quæpiam minutissima, quam aquila quum videat (vt est oculatissima) haud tamen dignatur persequi, vtpote prædam vnguibus suis parum dignam. Ad hunc quidem modum inuenio in commentariis Græcorum, verùm haud scio an mendosè. Nam thripas repetio vermiculi genus esse. *Magni pusilla negligunt.*

De pilo pendet. De filo pendet. 72

Ἐκ τριχὸς κρέμαται, id est, De pilo pēdet. De re vehementer periculosa. Videtur natum ab historia illa Dionysij tyranni, propter gladium de pilo in caput impendentem. Ad quod alluſit Persius Satyra 3. *Dr imperdite summa discrimina. Lib. 5. Tuscul.*

Et magis auratis pendens laquearibus ensis,
Purpureas subter cervices terret.

Citatur hic versiculus apud Macrobium libro Saturnalium 1. ex Enniānorum annalium lib. 3.

Hac nocte filo pendebit Hetruria tota.

Et Ouidius,

Omnia sunt hominum tenui pendentia filo,
Et cito quæ valuere ruunt.

Id est, versabitur in summo discrimine. Hoc dicto non est aliud hodie vulgo tritius. Synesius in epistola quadā λίνῳ λεπτῷ φασὶ μόνῳ τὸ ζῆν ἐρτῆσθαι. id est, Aiunt vitam de tenui pendere filo. Eodem pertinet dictum illud Laconicum, cuius meminit Plutarchus in Apophthegmatis Laconicis. nam quum quispiam Lampen Æginitam efferret, tanquam longè ditissimum, propterea quòd multa possideret nauigia, Lacon quidam, ἀκούσας, ἔφη, τὸ δόλιμον ἐκ χαρτίου ἐρτημένον, id est, Nihil, inquit, moror fœlicitatem de funiculis pendentem. Numisma innuens, nauticas opes incertas esse, ac fortunæ ludibriis obnoxias. *Felicitas à funibus pendens.*

Nil intra est oleam, nihil extra est in nuce duri. 73

Est versus prouerbialis apud Horatium in Epistolis, dicendus in eos qui ad insaniam vsque impudentes, non verentur & confessa negare, & manifestò falsa pro certis affirmare: denique quiduis dicere, ne victi in disputando videantur. Qualem Plato inducit sophistam Euthydemum, qui canem aiebat suum patrem esse, & eundem patrem omnium, & omnes omnia scire, atque id genus portenta pertinaciter, ne coarguereturasseuerabat. Carmen Horatianum est huiusmodi, *Negare confessa, & falsa pro veris affirmare.*

Ni intra est oleam nil extra est in nuce duri.

Nimirum inter ianos conuenit, & nucem corticem habere durum, & baccam oleæ, lapillum intus durum. Proinde ludit operam quisquis cum id genus hominibus disceptat, qui dicunt lucem tenebras, & tenebras lucem, vt ait vates ille diuinus. Simile est quod adfert Galenus De virtute simplicium remediorum, libro 2. quosd m Anaxagoram authorem citasse, qui pronunciasset niuem non esse albam. Verba Galeni sic habent, *Nix alba non est.*

Καὶ τινες δὲ αὐτὸν τῶν ἀναξαγόρου μαθητῶν μάρτυρα, ὅτι χιόνα λευκὴν οὐκ ἔστιν ἀληθῶς. Atque illorum nonnulli, etiam Anaxagoram testem adducunt qui de niue pronuntiarit, quòd non sit alba.

Iupiter orbus. 74

Ζεὺς ἄτεκνος. id est, Iupiter orbus. Vbi quis palàm falsa asseuerat. constat enim Ioui quamplurimos esse liberos, vtpote deo longe mulierosissimo atque Bacchum, è cerebro Palladem produxerit. *Iupiter salacissimus.*

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. Ζεὺς ἄτεκνος (id est Iupiter orbus), ἄτεκνος vulgo recepta significatione non ionat orbus, id est, qui liberos amisit: sed sterilis, non generans, ἀμὴ γεννῶν. Quod si vertas, Iupiter orbus, id est, qui liberos amisit: non video quomodo is iactari poterit hoc prouerbij in eum qui palàm falsa asseuerat. Quid tum enim si Iupiter quamplurimos habuerit liberos, vtpote longè mulierosissimus salaciſſimúsque deus? nónne tamen omnes potuit?

In mari aquam quæris. 75

Ἐν θαλάσσῃ ζητεῖς ὕδωρ. id est, in mari quæris aquam. Ibi quæris, perinde quasi difficile inuentu, vbi nihil aliud occurrat: veluti siquis in moribus sceleratissimi hominis vnum aut alterum admissum vestiget, quum tota vita sit contaminata: aut siquis in scriptoribus indoctis pauca captet quæ reprehendat, quum nihil occurrat non reprehendendum. Martialis, Si memini, per mare, inquit, quæris aquam. Item Propertius Elegiarum libro primo,

—nunc tu
Insanus medio flumine quæris aquam.

Fluuius cum mari certat. 76

Ποτὰμὸς θαλάττῃ ἐρίζει. id est, Fluuius cum mari certat. Vbi minimi cum maximis certamen suscipiunt. Est autem locus quispiam (vt authos est Suidas) in Leontide, cui nomen ποτάμοι, id est, fluuij. Huius incolæ ποτάμιοι, quasi fluuiales, dicuntur. hi notati sunt quod quàplurimos in suam ciuitatem adscriberent, quos ea non satis commode caperet. Atque hinc prouerbij locus, quòd quum fluuius esset (id est locus non admodum amplus) mare videretur æmulari: quum omnes vndecunque in sese reciperet. *Minimi certamen cum maximo committunt.*

Balbus Balbum rectiùs intelligit. 77

Balbus balbum rectius intelligit, id est, Barbarus barbari rationem. Ita enim natura comparatum est, vt qui balbutit, hoc est, parum expeditè loquitur, melius intelligat sermonem illius qui & ipse consimili modo balbutiat, quam qui integrè & articulatè loquatur. Cōcinnè dicetur in eos quibus indoctis indocta magis & nota sunt & placent. D. Hieronymus hoc adagio monachi cuiusdam stultitiam tangit, haud scio scitiusne an acrius. Et ideireo, inquit, se eruditum putat, quia hoc Iouinianum solus intelligit. Est quippe prouerbium, Balbum melius balbi verba cognoscere. Hæc ille. Porrò Iouiniani stylum vt portentosum & vehementer obscurum, idem Hieronymus mirtis salibus deridet in præfatione librorum quibus illius conatus eruerat. *Iouiniani stylus.*

Herbam dare. 78

Herbam dare, pro eo quod est, victorem agnoscere, ac se victum fatere, passim obuium est apud doctos. Inde sumptum, quòd (vt est author Festus Pomp. ius) id erat pastoralis vitæ indicium. propterea quod antiquitus curtis, vel alio quopiam certamine superati, herbam ex eodem statim loco decerptam aduersario porrigebant, victoriæ agnitæ symbolum. Plinius lib. 22. cap. 4. loquens de corona obsidionali graminea, Dabatur, in-

quit,viridi è gramine, decerpto inde, vbi obsessos seruasset aliquis Namque summum apud antiquos signum victoriæ erat,herbam porrigere victos,hoc est,terra & altrice humo, & humatione etiam cedere. Quem morem, inquit, etiam nunc durare apud Germanos scio. Idem lib. 8. cap. 5. de elephante, Mirus nanque pudor est,victúsque vocem fugit victoris, terram ac verbenas porrigit. Festi.us autem erit adagium si ad literariam victoriam tra sferatur.

† Accius in Melagro, *Gaudent, currunt, celebrant, herbam conserunt, donant, tegunt pro se quisque cum corona, clarum comitat caput* ex Nonio Marcello,quo loco tradit veteres herbam pro palma vel victoria vsos esse. Afranius: *Fit opus luculentum, hoc dic herbam dat.* Symnachus ad eum sensum lib 3. epist. 44. Sed quid ego de hoc plura? cùm sim tibi dicto audiens,atque herbam dederim voluntati tuæ. Idem lib 9. epist. 61 Quibus ego veluti herbam porrigens cum venia petitione respondeo. Ex quo nisi fallor,Isidor.lib. 10. Etymol.pernicax proprie dicitur, ait,qui in suo proposito ad victoriam perseuerat: antiqui enim vicium dicebant, quam nos victoriam:credo quod inde dicatur herba vicia a victoriali.

Dare manus. 79

Simili figura dixit Horatius Dare manus,pro eo quod est, se victum agnoscere. Nam qui se victori dedunt ne interimantur, vtero manus ad vincula offerunt. Horatius in Epodis,od 17.

Iam iam efficaci do manus scientæ.

M. Tullius in sermone De amicitia, Ad extremum dat manus,vt ita dicam,se patitur. Id si animus res deflectatur,redditur tenuitas. Est autem hominum genus qui numquam agnoscunt se victos in disputando,etiam quũ maximè sint deiecti. Quales depingit Galenus lib. αἱ φυσικῶν δυνάμεων secundo, ἀλλ' ὅταν τις ἀναγκασθῇ, φέρειν τὴν ἧτταν καταπίνουσι τὸ ὑγρὸν ὀμμάτων ἐξαίφνης ἐκδύντες τὴν παλαιστικὴν ἐπιδείκνυσθαι δύναμιν, ὑπὸ τῆς παλαιστικῆς ἐν τῷ γῆς ὕδατι κειμένης, πολὺν ἄνθρακα τὴν πάλαισιν γεγράφθαι, ὡστε μηδὲν ἔτι αὐχεῖν αὐτὸν τῶν ἐμβεβλημένων, ἐκ τῶν ἀπαλλαττόντων. καὶ ποτὲ μὲν ἐπιτιμῶν ἑαυτοῖς, id est, Verum vbi quis sedargutus est, nihilo sectus complectitur amens, nec agnoscens se conc disse, similis est vulgaribus istis palæstritis qui deiecti a luctatoribus, & humi iacentes supini, tantum abest vt iapium agnoscant, *ut* etiam ceruices eorum à quibus deiecti sunt, teneant, non sinentes illos auelli, ac vel ita se vicisse arbitrantur. *Victus victorem complectens.*

Vt canis è Nilo. 80

Qui leuiter ac velut obiter artem quampiam, aut authorem degustant, hi ceu canis è Nilo degustare dicentur. Id adagij natum est ex apophthegmate quodã, cuius meminit Macrobius Saturnalium lib.1.id est huiusmodi:Post fugam Murinensem, quærentibus quid ageret Antonius,quidam familiaris eius respõdit,Quod canis in Ægypto,bibit & fugit. Nam in illis regionibus constat canes raptu Crocodilorum exterritos, bibere & fugere.Solinus ait,eos nonnisi currentes lambitare, ne deprehendantur. *Canis Ægyptius.*

Hastam abiicere. 81

Hastam abiicere dixit M.Tullius in oratione pro Murena,pro eo quod est,causæ diffidere, & contentionem relinquere. Translatum à militia. Desperat enim quisquis arma in bello abiicit:& aut fugam spectat,aut mortem expectat.Græci simplici vocabulo *πλάσασθαι* vocãt. timidos,& in bello fugitiuos,nimirum ab clypei iactu, Id cognominis Demosthenes in prælio quodam emeruit: tam ignauus in bello quàm in concionibus inuictus. Cleonymus apud Aristophanem in Vespis, *κλασιπλοΐδης* appellatur. Plato lib. De legibus 12. declarat *πλάσασθαι* nomen multo probrosissimum esse. *Πλάσασθαι.* *Κλασιπλοΐδης.*

Harena cedere. 82

Confine est his,Harena cedere,pro desistere à certamine,& victoriam vltro concedere. Translatum à pugna gladiatoria.Sic & Horatius,

Iam Scythæ laxo meditantur arcu
Cedere campis.

In harenam descendere. 83

In harenam descendere, pro eo quod est, certamen inire. A gladiatoria item harena translatum, de qua Flaccus.1. Epist.1.

Ne populum extrema toties exoret harena.

Quæ si ad rem animi transferantur, metaphoram habebunt proverbialem. In exemplis referendis, quoniam passim obuia sunt, non arbitratus sum vel immorandum mihi, vel remorandum lectorem. Meam arenam dixit Plinius in epistolis,pro mea functione.Ita enim scribit Fabato, Itaque Betitio Prisco quantumplurimum potuero præstabo, præsertim in arena mea, hoc est,apud centumuiros.

Austrum perculi. 84

Austrum perculi, id est, operam lusi:est apud Plautum in Epidico. Quo quidem adagio non grauatus est vti Paulus in epistolis iuris Aerem enim verberantis ictum cedens eludit. Sumptum videri potest vel ab iis qui exercentur ad artem gladiatoriam, ensem per aera ventilantes: vel ab historia, cuius meminit Aulus Gellius de gente quadam, quæ cum hoc vento bellum gessit. Antonius Muretus Plaustrum legit, non Austrũ, sumpto adagio à rusticis, quibus plaustra effracta sunt: vultque quadrare in eos, qui fortunæ tristi casu crudeliter affliguntur. *Aerem verberans.*

De facie nosse. 85

De facie nosse, est leuiter cognitum habere, quasi quem semel atque iterum videris duntaxat: non qui cũ sis familiariter versatus. Id si transferatur ad res animi, fiet ridiculius. M. Tullius in Pisonem, Habet hoc ipsa vitium, quam tu ne de facie quidem noisti, id est,ne tenuiter quidem.

† Difficillimum, immò etiam valde periculosum ex facie hominem diiudicare. Frontis nulla fides. Sileni Alcibiadis'

Ne vmbram quidem eius nouit. 86

Simillimum est huic illud quod vsurpat Marcus Tullius in epistola ad Atticum libro octauo, O hominem amentem & miserum qui ne vmbram quidem τῶν καλῶν viderit. Plutarchus τὴν σκιαγραφίαν, Menandrum citat, qui beatum dixerit eum qui vel σκιᾶς, id est,amici vmbram, habeat. Et apud Athenæum, parasitus quispiam panes rancidos & atros in conuiuium illatos, ἄρτους σκιᾶς appellauit,quasi manes panium, non panes. Quanquam adagium magis videtur ductum ab antiqua pictura, quæ rem duntaxat vmbris ruditer repræsentabat. Et nota est specus Platonica, in qua qui desident,rerum vmbris obiectantur. *ἄρτους σκιᾶς.* *Specus Platonica.*

Nomine tantum notus. 87

Huic simillimum est illud Horatianum in Sermonibus, 1.Ser 9

Accurrit quidam notus mihi nomine tantum.

Nam hoc quoque proverbio vulgus tenuem quandam ac vulgarem notitiam significat. Atque id etiam plus habebit veneris si ad res animi traducatur, vt siquis dicat philosophiam alicui vix etiam nomine cognitam. *Vulgaris notitia.*

Prima facie. Prima fronte. 88

Sapiunt & hæc quoque proverbium,maxime quum ad res incorporeas referuntur:Prima facie.Prima fronte.pro eo quod est, primo obtutu, & priusquam pressius ac diligentius consideres. Fallit enim plerunque primus ille aspectus, neque raro caligant oculi pudore quodam Deinde iterum atque iterum contemplati perspicimus quædam quæ nos antea fefellerant,& primum illud oculorum iudicium quasi recantamus. Huius adagij frequens est vsus apud scriptores Latinos, nominatim apud Quintilianum lib. 12. Papinianus lib. 12.Tit.de conditione sine causa,Cessare conditio prima facie videtur. Item li.16.Tit.ad Senatusconsultum Velleianum, Quum prima facie quidem alienam, re vera autem suam obligationem suscipiat. & aliis item aliquot locis. Celsus li. 22. Tit. De probationibus cap. Quingenta: Prima fronte æquius videtur vt petitor probet quod intendit,&c. *Primus aspectus fallax.*

Intus & in cute. 89

Intus & in cute notus, est modis omnibus cognitus: perinde quasi dicas, foris atque intus notus. Persius 3.Satyra:

Ad populum phaleras, ego te intus & in cute noui.

Id est,alijs fucum facito, mihi plane notus es, neque potes imposturam facere. Et summam cutem primam illam rei quasi frontem ac speciem vocamus. Ausonius in præfatione in periocha Homeri: Hæc eius species apparet summam cutem primi operis intuenti. Et Horatius,epist.lib.1.ep. 6. *Sume cutis.*

Introrsum turpis, speciosa pelle decora.

Domestice notus. 90

Simili figura dixit Lucianus in Pseudologista, Ἀφροδισιάδος

ἀνδρὶ ἐλευθέρῳ, καὶ οἰκοθεν τὸν ἀκριβῶς εἰδότι, id est, Viro libero, & qui te ex domestico conuictu cognitum habeat. Id erit venustius si ad res animi traducatur, vt si quis dicat artem rhetoricam οἰκεῖαν alicui notam. Eiusdem generis est Plinianum illud, in epistola ad Atticum, Clementem hunc ego in Syria quum adolescentulus militarem, penitus & domi inspexi.

Domi inspexi.

A limine salutare. 91

Huic pene diuersum est, A limine salutare. Plurimum venustatis obtinebit & hoc si ad res incorporeas deflectatur. Veluti si quis dicatur theologiam à limine duntaxat salutasse: qui videlicet neque valde diuturnam, neque præcipuam operam impenderit, sed rudimenta modò degustarit. Seneca epistola 4. Nec ego nego prospicienda ista, sed prospicienda tantùm, & à limine salutanda. Agit de dialecticorum argutiis quas abundè satis existimat leuiter attigisse. Translatum à vulgaribus istis amicis qui non admittuntur in penetralia, sed procul atque à limine salutant, ac deinde discedunt.

Dialectitorum argutiæ, salutandæ à limine.

Primoribus labiis degustare. 92

Primoribus labiis degustare est leuiter quippiam attingere. Ductum ab his qui cibum aut potum tenuiter degustant, nihil inde in stomachum transmittentes. Cicero pro Cœlio. Equidem multos & vidi in hac ciuitate, & audiui, non modò qui primoribus labiis degustassent genus hoc vitæ. Idem De natura deorum libro 2. Is etiam dixit fore sempiternum, hunc censes primis (vt dicitur) labiis degustasse physiologiam? id est, naturæ rationem. Quintilianus libro 12. Sed hoc transeo, de quo neminem qui literas vel primis (vt aiunt) labiis degustarit, dubitaturum puto. Procopius sophista in epistola quadam, πλὴν ἡ τοιαύτη ἐμμετρία, εἰ καὶ πόνων γενναίων πρόκειται ἄκρῳ δακτύλῳ, φασὶ, τῷ δὲ ἡδονῆς ἀφαιρεῖται. id est, Rursum in hac stomachabar, si quum tantam rem summo, vt aiunt, digito degustandam præbuisset, deinde voluptate spoliaret: Quibus in verbis illud nouè dictum, quod digito gustum tribuit: nisi hoc sensit, qui leuiter degustant, eos rem degustandam summo digito admouere linguæ.

Summo digito gustare.

ANIMAD. NEMB. STEPH.

V. *Quibus in*) Imò verò non dixit hoc nouè Procopius, nec præter Græci sermonis consuetudinem. Sic enim & Iulianus imperator in oratione εἰς τὸν ἀπαίδευτον κυνικὸν loquutus est, dicens, γεύεσθαι δὲ τρυφῆς μηδ' ἄκρῳ, φασὶ, τῷ δακτύλῳ, ὡς αὐτῶν πιστεύω πολλοῖς. Sic & Lucianus: sed pro δακτύλῳ ponens ὄνυχι (quod obiter notandum est, vt eo, quum opus erit, ad maiorem vtamur hyperbolè) in dialogo De sectis, οὐδὲ γὰρ ἔοικεν, εἰπεῖν τὴν ἀλήθειαν ὄκνῳ, ἀλλὰ τοῦτο μὲν, εἴτις ὀλίγον ἐστὶν ἀκριβῶς ἀπογευσάμενος αὐτῆς ἄκρῳ τῷ ὄνυχι ἀπολουσαιτο.

Summis labiis. 93

Summis labiis Græci paulò diuersius vsurpant, nempe cùm quis verbis duntaxat simulat quippiam, non autem ex animo facit. Lucianus in Apologia, ἢ καὶ ἄκρου χείλους φιλοσοφῶν, id est, Ac summis labiis philosophum agens. Item in Dial. amatoriis, ἐπ' ἄκρου τοῦ χείλεος τοὺς ὅρκους ἔχειν, id est, Summis in labiis iusiurandum habentibus. De Amatoribus loquitur qui venereum iurant iusiurandum, non ex animo. Seneca lib. 1. cap. 10. Non à summis labris ista venerunt, habent hæ voces fundamentum. Ad eundem modum D. Hieronymus in epistola ad Rusticum monachum, Vt non leui, inquit, citatóque sermone, & (vt ita loquar) summis labiis hospites inuitemus. Hic aulicis & ciuilibus quibusdam mos est, polliceri omnia, sed verbis illis solennibus quibus nemo vel tantulum commouetur nisi egregiè stultus.

ANIMAD. NEMB. STEPH.

V. *sed*) Fallitur hic, eodem pertinere hoc genus loquendi quo illud prius, eandémque significationem habere existimans: quum hæ duæ paruæ voculæ ἀπὸ & ἐπὶ magnum inter ipsa discrimen ponant: adeò vt Seneca quidem ac Hieronymi verba cum priori planè conueniant, cum posteriori autem minimè. Luciano enim hic dicitur, ἐπ' ἄκρου χείλους φιλοσοφεῖν, cuius philosophici sermones à summis labris veniunt, nec habent fundamentum, vt ex altero quod subiungit paulo pòst proverbio manifestissimum est (cuius hic mentionem non faciam, quòd ei inter prætermissa ab Erasmo proverbia suum locum assignauerim) & Homeri etiam versus proximè illa verba sequens apertissimè declarat. At eos ἐπ' ἄκρου τοῦ χείλους πηδᾶν ὕμνους ἔχειν dicit, (id est, in primoribus labris iuramenta habere) quibus semper aliquod in promptu est iusiurandum. Sic autem & ἐπὶ γλώσσης ἔχειν loquutus est, ἡ πλῆμμα γὰρ καὶ ἀκαιρίαν καὶ ὁ φόβημα, ἀσχήμων καὶ ὄμως ἐπ' ἄκρου αὐτοῖς πως χεῖλεσι, vbi & votem ἀσχήμων observa. ea enim significatur quod paratum & in promptu nobis est, quasi quod manu teneamus, aut velut ad manum habeamus. Vt igitur Iupiter fulmen suum ἀσχήμων (id est, apud eundem scriptorem, quod manu tenet) paratissimum semper habet quoties raculari libuerit: ita cui iusiurandum in primoribus labris versari dicitur, id habere intelligitur veluti ἀσχήμων & maximè in promptu, simulátque proferre vtrum illi fuerit ad id vt ex tempore futurum sit. Nam quod est in primoribus labris, id in oris esse limine & proinde egressui proximum videtur. Iam verò quoniá vsuuenit aliquando vt quę egressui sunt proxima, & quæ iamiam videntur exitura, aliquo casu intrò retineantur, hinc fit vt Plautina phrasi dicamus etiam in primoribus labris nobis versari verbum aliquod, Galli nostri dicunt habere in extrema lingua) quod parum absit quin proferre possimus, & cuius quædam veluti vestigia memoriæ adhuc habeamus impressa. An verò & hoc modo vsurpetur Græcis ἐπ' ἄκρου χείλους, nescio: Luciano quidem certè significare id quod dixi, alter quem ex eo protuli locus, satis, vel me tacente, ostendit. Nec illud dubium est, quin vt ἄκρον, itidem hoc vel illud dicatur aliquis εἶναι ἐπ' ἄκρου τοῦ χείλους, vel ἐπ' ἄκρης τῆς γλώσσης ἔχειν.

Extremis digitis attingere. 94

Huic germanum est, Extremis attingere digitis, proeo quod est, leuiter attingere, quod ita demum adagium videbitur si metaphora accesserit. M. Tull. in eo loco quem modo citaui, Equidem multos & vidi in hac ciuitate, & audiui, non modo qui primoribus labiis gustassent genus hoc vitæ, & extremis, vt dicitur, digitis attigissent, sed qui totam adolescentiam voluptatibus dedisset, & emersisse aliquando, & se ad frugem bonam, vt dicitur, recepisse. Græci sic efferunt, τῷ ἄκρῳ ἅψασθαι δακτύλῳ, id est, Summo contingere digito. Ita Basilius in epistolis, οἶδα γὰρ αὐτὸς, εἰ καὶ ἄκρῳ δακτύλῳ τῆς ἡσυχαστέου μέλιτος τὴν παρ' ὑμῶν ἀκριβεστάτην πεῖραν, id est, Noui & ipse, tametsi summo digito, mel dulcissimũ vestratis ecclesię gustauimus anno superiore. Translatum videri potest à luctantibus. Nam Græci vocant ἀκροχειρίζεσθαι, colluctari cum quopiam citra reliqui corporis congressum, sed summis duntaxat digitis. Lucianus in Demonactis vita, Οὐδὲ κατὰ τοῦ πεφυσημένου ἄκρῳ τῷ δακτύλῳ ἀψάμενος, id est. Neque summis, vt aiunt, digitis attigerat. Euripides hyperbolen citra metaphoram vsurpauit in Iphigenia Aulidensi,

Οὐχ ἅψεται σῆς δεξιᾶς ἀγαμέμνων ἄναξ,
Οὐδ' εἰς ἄκρας χεῖρα.
Haud plum continget Agamemnon tuam,
Non vel manu priore.

Extrema manu.

Dimidium plus toto. 95

Mediocritas laudata.

Πλέον ἥμισυ παντός, id est, dimidium plus toto, ænigma prouerbiale quo commendatur aurea mediocritas. Refertur & exponitur à Platone lib. de legib. 3. ἆρα οὐκ ἀγνοοῦντες τὸν Ἡσίοδον ὀρθῶς λέγοντα, οὐκ ἥμισυ τοῦ παντὸς πολλάκις ἄμεινον εἶναι; σαφῶς γὰ τὸ ὅλον λαμβάνων. ζημιοῦσθαι, τὸ ἥμισυ μηρύειν, πολὺ τὸ μετρίως τοῦ ἀμέτρου πλέον ἀγαθὸν ἄμεινον ἂν χρῆσθαι, id est, Nónne quod ignorauerint Hesiodum rectissime dicentem, dimidium sæpenumero plus esse, quàm totum? videlicet quum totum accipere noxium fuerit, dimidium autem moderatum, ibi moderatum immoderato plus esse duxit, vtpote quod sit deteriore melius. Ad eundem modum enarrant Hesiodi interpretes: nimirum in toto significatam esse τὴν ὑπερβολὴν in dimidio τὴν ἔνδειαν. Siquidem qui dimidio contentus est, is in medio consistit: contra, quisquis ad totum vsque progreditur is mediocritatem prætergressus, ad extremum peruenire oportet. Meminit eiusdem adagij & lib. De Rep. 5. Rursus lib. De legibus 6. declarans in ciuitate præcipuum esse, vt eximiis viris committantur magistratus λαχεῖν δὲ λέγεται μὲν ἥμισυ παντὸς ἐν τοῖς παροιμίαις ἄμεινον, ἡμῖν δὲ καλῶς αὖ ξυμβαίνει ταῦτα ξυμφωνεῖν τῷ λόγῳ, ὃς ἡμῖν φαίνεται, πάσης ἀρχῆς τὸ ἥμισυ, id est, principium enim, totius negotij dimidium dicitur in proverbiis: ac bene cœpisse, ab omnibus vbique laudi datur. Cæterùm hoc mihi sanè plusquam

dimidium videtur. Plato alludit ad vocis amphibologiam: nam ἀρχὴ Græcis & principium rei, & magistratum sonat. Putacus apud Laertium vbi se sponte abdicasset magistratum, agri sibi à Mytilenæis relicti dimidium refecuit, (authore Soficrate) dicens, dimidium præstabilius esse toto. Idé pecunia a Crœsio missa recusauit respondens, sibi dimidio plus esse quam vellet. Carmen extat apud Hesiodum lib. 1. operis cui titulus Ἔργα καὶ Ἡμέραι. Scribit enim ad fratrem Persam in hunc modum,

ἀρχὴ, vox ambigua.

Ἥδιον δ' ἐν κλήρῳ ἑλέσθαι δίκαιον μοῖραν, πολλὸν
Ἁρπάζων ἐφέρειν μέγα κυδαίνων βασιλῆας
Δωροφάγους, εἰ τόν γε δίκην ἐθέλουσι διδοῦναι.
Νωμᾶν δ' ἴσον ὧν μάλα χρὴ τῷ μέτρῳ ἐπὶ μικρὸν ὀφέλλειν.
Οὐδ' ἐσθλὸν τὸν μᾶλλον ἔχειν τοῦ μοίρης ὃν ἄμεινον.

Quos versus vtcunque vertimus ad hunc modum,

Iámque paterna mihi cedebat hereditatis facultas,
At tu vitam sortem rapiebas plurima regi
Donatos tibi cancellans, qui munera nosti hæc
Affectare, verum iustis nescire videntur
Dimidium quam sit toto præstantius. & quam
Magna sit vtilitas malvæ, asphodelique vocatus.

Asphodelus.

Quid autē sit asphodelus, videtur olim parū inter eruditos constitisse. Quando quidē Gellius 11. 8 hanc quæstionem in studiosorum conuiuiis propositam fuisse prædicat tanquam de re paucis cognita. Theodorus alicubi vertit albucum. Quod autem ad huius adagij pertinet enarrationem, ex multis Luciani locis colligere licet, asphodelum herbam esse plebeiam ac vilem, atque hac victitare manes, apud quos nullus luxus, nulla sit ambitio. Quinetiam apud Theocritum Idyllio septimo asphodelus inter rusticanas herbas commemoratur,

Κνίδαν τ' ἀσπαρέα καὶ τερώνθιον ἠδὲ σίλινον.

Diuitiū luxus immoderati.

Proinde poeta, regum ac locupletum immoderatos luxus taxat, illorum talibus, populorum mediocritatem anteponens. Plutarchus item in Conuiuio septem sapientum, locum hunc Hesiodum putat ad frugalitatis admonitionem esse referendum. Suidas ex cuentu natum parœmiam existimat, huiusmodi quandam adferens fabulam. Duo fratres erant, quorum alter moriens fratri testamento mandauit & hunc quem pupillum relinquebat tutelam & facultatum illius procurationem. At is quum esset eiusmodi cuiusmodi vulgo sunt homines, nimium vt plus apud eum valeret lucru quam pietas: pueri res occupare conatur, adque dum molitur, etiam suæ perdidit. Deinde postulauit, vt sui ratio haberetur, quo posset in locum meliorem restitui, responsum est ad hunc modum,

Νυνὶ δὲ καὶ ἥμισυ ἴσον τόδε τοῦ παντός. id est,
Dimidium quàm vt toto præstantius, illud
Haud nouit stultus.

Suidas citat ex Marino quodam, λέγεται δὲ ἡ ἀρχὴ οὐκ ἀρχὴ μόνον, ἀλλ', ἐπειδήπερ ἡμῶν τὰ πάντα, καὶ ἡ ὅλη τοῦ παντός, id est, Contigit autem nobis principatus, non principatus tantùm, neque iuxta prouerbium dimidium totius, sed ipsum totum vniuersum. Regum igitur est, dimidiu totius: totum auferre, tyrannicum. Itaque prouerbium trifariam licebit vsurpare: primum quum mediocritatem illam vere auream esse remus, citra quam nihil est in rebus humanis nec honestum, nec iucundum, nec laudatum: mediocritatem autem opportunitate metimur, quemadmodum Hesiodum imitatus ait Pindarus,

Regum, dimidium: tyrannorum est auferre totum.

Ἔστιν δ' ἐν ἑκάστῳ μέτρῳ, τέλεται δὲ καιρὸς ἀρίστῳ. id est,
Adest vnicuique rei modus, ad eam cognoscendam optima opportunitas. Etenim pro loco quod alias nimium est, alias erit parum. Idem in Nemeis hymno vltimo,

Κέρδεσι δὲ καὶ μέτρον ἀμείνων·
Ἀσφάλειαν δ' ἔχοντι τὸ ξύνετον παντί. id est,
In lucris autem oportet modum seruari.
Nam immensarum rerum cupiditates vehementiores habent
insanias. Altera vtendi ratio fuerit, quum æqualitatem

Æqualitas, amicitiæ parens.

anteferemus, quam Pythagoras dixit amicitiæ tum parentem, tum altricem: contrà inæqualitatem, discordiarum bellorumque matrem: id quod eleganter exultit Euripides in Phœnissis,

Τὸ ἴσον, τὸ δ' ἥμισυ μᾶλλον τοῦ πλείονος κακοῦ.
Καὶ γὰρ μιᾷ τε πόντιοι ἐν μέσῃ σταθμῷ
Ἴσοις ἴσῳ κεῖνται διὰ ζυγοῦ δίκαι,
Νυκτὸς τ' ἀφεῖσ' ἴσα φαεσιφόρῳ τέλει τε φῶς
Ἴσον διελίσσει τὸ πανύστατον κύκλου.
Κἀδίκημ' οὐκ ἔστιν ἴσον φόβου ἴσχα τυραννίδι,
Ἐν ᾗ πρὸς αὐτὸν τὸν φίλον τις δυσλύτοις ἔχθεται.
Illud nate iuuerit pulchrius,
Æqualitatem amplectamini: hæc enim
Gratiam amicis semper, vrbes vrbibus,
Sociisque sociis nectit, etenim æqualitas
Cum legibus respondet atque concinit.
At quod minus sit, cum hac quod est plus, præstitum
Vsque habet, & hinc discordiarum exordia.
(Si quæ sit modus cunctorum & æqualibus
Æqualitas mortalibus præscripsit, ac
Prænimis numeros, & atque nolit, ac
Lucri diuina sicut hæc, discrimina,
Vt æquum æquis vtribus exigant simul
Orbem nec altera alteri vnquam inuiderit
Superata. deinde nixque fulque seruiunt,
Mortalibus. & reliqua.

Tertia vtendi ratio, fiquando deterrebimus ab inferenda iniuria, iudicabimusque satius esse (iuxta Platonis sententiam) iniuriam in tele admittere quàm inferre alteri. Nam id sibi velle prouerbium hoc, demonstrat Plutarchus in commentario De audiendis poetis. Huc arbitror pertinere quod de Dario refert Plutarchus. Quum enim Præfectos prouinciarum ad sele accersitus, pertentatus esset, num grauia essent tributa: atque illi respondissent, esse mediocria: iussit de singulis dimidium pendi, iudicans esse satius dimidium accipere cum beneuolentia prouincialium, quàm totum cum odio suorum. Fortassis & hodie peccatur à nonnullis aduersus hoc prouerbium. Dum enim plerique nihil omnino volunt de suo iure concedere, veniunt in periculum ne perdant & illa quæ bono iure tenebant. Mea sententia non semper aspernandum illud comici Syri consilium: Priusquam venias in periculum, seruésne an perdas totum, dimidium (siue vt legunt alij) diuiduum face.

Satius æquo iniuria, quàm iniuriam inferre.

Darij factum præclarum.

Dimidium dimidium iuuat.

Serpentis oculus. 69

Ὄφεως ὄμμα, id est, Serpentis oculus. De his dici consueuit, qui acribus & intentis intuerentur oculis. Ab animante sumpta metaphora. Sunt enim huic animanti oculi duriores ac perspicaces. Vnde Flaccus, 1. Serm. Satyr. 3.

Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum
Quàm aut aquila, aut serpens Epidaurius?

Ne moueto lineam. 97

Μὴ κίνει γραμμήν, id est, Ne moue lineam. Pindaricorum hymnorum enarrator exponens eum locum, Οὗτος δ' ἐνίδρυε λίθους ἀμείβων ἐκ τυμφαίου ἄνδρα, πανὶ γραμμᾶς ἀντεῖλεν (Loquitur autem de Antæo, qui iuuenibus de ponsum filium extrema statuerit linea, vt qui primus ad eam cursu peruenisset, is vxorem abduceret domū) recensēs huiusmodi prouerbium, Μὴ κίνει γραμμήν, id est, Ne moueris lineam. Idque translatum existimat à more veterum qui metam ducta linea significabant, in qua præmium propositum erat, quod auferret victor. Ducebatur autem & altera linea pro carceribus, quemadmodum alibi diximus: vnde cursus erat initium. Igitur vtraque linea prouerbij inuenit occasionem κίνει γραμμῆς, à principio, & Μὴ κίνει γραμμήν, id est, Ne moueris metam. Significat autem non esse mutandas leges, neque præterundos fines rerum præscriptos. Huc peculiarius pertinet Theocriticum illud, ὁ δ' ἔκτυπε πάσσας,

Καὶ τὸ λίθινον γραμμᾶς ἐκίνησεν. id est,
Atque è tumulo lapidem mouit.

Alludit ad flumen Galatea, saxum aliquod ab extrema ripa secum auferens. Est & ducta linea in tesserarum lusu: de qua dictum est alias.

Eandem tundere incudem. 98

Tandem incudem assidue tundere, est indefatigabili assiduitate in operis alicuius studio perseuerare. Metaphora ducta à fabris, crebris ictibus incudem ferientibus: atque ita tandem aliquando ferri rigorem perpetuo labore vincentibus. M. Tullius libro de oratore 1. Ego autem si quem nunc planè rudem instituo ad dicendum velim, his potius tradam assiduis, vno opere eandem

eandem incudem, die noctúque tundentibus. Conueniet in grammaticos, ac literatores quibus sine fide eadem sint inculcanda pueris, vt hæreant aliquando.

Lacerat lacertum Largi mordax Memmius. 99

Lacerat lacertum Largi mordax Memmius. Hunc versum Crassus orator vsquequaque vulgo iactatum ait vt Tarracinæ passim in omnibus parietibus inscriptus videretur. Fabula vnde natum est adagium, sic habet: Memmius quidam Romanus quum ageret Tarracinæ, mulierculam quandam deperibat, sed nos citra riualem. Cum hoc igitur quum aliquando rixa incidisset, eò iracundiæ prouectus est Memmius, vt Largij (nam id riuali nomen) brachium mordicus arriperet. Ea res postea quam in popularem abiit iocum, fecerit quidam & φιλόγελως senarium hunc in omnibus eius vrbis parietibus quinque literis notarunt, depictis tribus l l l & duobus m m. videlicet vt aduenis percunctandi minime præberet occasionem. Itaque quum M. Crassus Tarracinam aliquando venisset, admiratus nouum literarum ænigma senem quendam oppidanum percunctatus est, quidnam sibi vellent eiusmodi literæ. Atque is exposita fabula, versiculum explicuit,

Lacerat lacertum Largi mordax Memmius.

Huius rei mentionem fecit M. Tullius libro de Oratore secundo. Tametsi L. Cæsar, qui hæc loquitur apud Ciceronem, existimat narrationem hanc totam in Memmium aduersarium dedita opera confictam fuisse.

Cicada vocalior. 100

Τέττιγος λαλαγέστερος, id est, Cicada vocalior. Diceba-tur in hominem impendio garrulum, aut admodum Musicum: propterea quòd hoc insectum rore duntaxat viuens, cantu potissimum delectetur. Et quoddam ita musicæ deditos, vt neglecto cibo pertinaci fuerint inedia, in cicadas à diis mutatos narrat apud Platonem Socrates in Phædro, & Theocritus in Dydime,

—τέττιγες ἐπὶ τόκα φέρτεροι ἆδον. id est, *—quippe cum melius quæsquam cicadæ.* *Lo cos qui ri mum dedi ti Musicæ.*

Apud Diogenem Laertium refertur Timonis carmen in Platonis eloquentiam,

Τὸν πάντων δ' ἁβρὸν θηρεύσατο, δεῖ δ' ἀγορητὴν
Ἡδὺν ἐπὶ στήθεσσι τεταγμένον οὐδ' ἐπίκωμον
Ἀκρήτοις φιλέοντα πιεῖν λιγὺ μοῦσαν ἰεῖσαν. id est,
Cunctos anteibat lautissimus ille sonans
Orator, quibus non credunt scripta cicadis,
Quæ super arboribus resident lucis in opacis,
Ac mittunt vocem modulato gutture amœnam.

Est autem allusio, quam Latinus interpres non potest reddere, in θηρεύσατο ad Platonem, & in ἁβρὸν ad illius Academiam. Alludit item ad carmen Homeri Iliados σ, de senibus qui ὄπα λιγυρὴν ἱεῖσιν, id est, Vocem floridam emittunt. Apud Athenæum lib. 6. paralitus quispiam seipsum depingens κικάδιον inquit, τεττιξ, id est, garrulitate cicada sum. Et apud eundem lib. vndecimo Theopompus τέττιξ ᾠδικὸν, id est, Cicada stridet, quod tamen hinc videtur bonum omnino causa dici. *Cicada, id..*

CHILIADIS PRIMAE CENTVRIA DECIMA.

Ἀντιπελαργεῖν. 1

Fa est filiorum pietas in parentes senio, vel paupertate pressos.

ΑΝτιπελαργεῖν, apud Græcos est mutuam officij vicem rependere, maxime nutricandi, fouendique eos à quibus aliquando fueris enutritus, aut institutus: vt si liberi parentes ætate fessos vicissim alant foueántque: aut si discipulus præceptorem inuicem eruditat. A ciconiæ natura sumptum, quæ Græcè pelargus dicitur. Ea inter aues pietatis symbolum obtinet. Extat autem lex pietatis magistra, quæ edicit, Vt liberi parentes alant aut vinciantur. Ad id respexisse videtur Homerus Iliados Δ, quum ait: *Pelargus.*

Οὐδὲ τοκεῦσι
Θρεπτῆς φίλος ἀντιδίδωσι, μεμνημένος ὡς οἱ ἀμείβῃ:
Nec nutricari officium genitoribus vicissim
Persolvit charus, breue at illi contigit quum.

Eodem alludit Euripides in Oreste,

Καὶ μὴν τίνει γ' αὖ τῇ τεθραμμένῃ πρόφας. id est,
Atque rependit mortua altrici vicem.

Hanc itaque legem, quam plerique etiam mortales negligunt, sola ciconia inter omnia animantium genera exprimit. Siquidem reliqua tantisper amant, agnoscúntque parentes, dum egent illorum ad nutricationem operæ: vna ciconia parentes senecta defectos, vicissim alit & volandi impotentes humeris gestat. Quorum posterius laudatur in Ænea, cui inde Pij cognomen: alterum miris laudibus fertur in puella quæ matrem captiuam complures dies fuis vberibus aluit. Hanc ob causam (vt author est Suidas) antiquitus in regum summo sceptro ciconiæ figura ponebatur, in imo hippopotamus: vt ipso gestamine admonerentur, pietatem plurimi facere oportere, violentiam cohibere. Nam hippopotamus animal efferum est ac violentum: atque adeò impium, quippe quod interfecto patre matrem ineat, teste Plutarcho in commentario cui titulus. Vtra animantia sint prudentiora, terrestria, an aquatilia. Laborant infamia impietatis & viperæ, quod pertracta matris aluo nascantur. Item scorpiones & aranei, qui post incubatus officium à suis fœtibus interimuntur. Testis Aristot. lib. De natura animal. 5. De ciconiarum pietate, Plinius lib. 10. cap. 23. testatur his verbis Ciconiæ nidos eosdem repetunt. Genitricum senectam inuicem educant. Quin & diuus Basilius ciconiarum nobis pietatis erga parentes exemplum proponit. Eodem allusit Cra- *Ciconiæ in regum summo sceptro ciconia depicta.*

tes Cynicus, scribens Hipparchiæ vxori de filio nato, quum ponendum esset ei curæ futurum vt illum matri ciconiam pro cane remittat. Recepta. Canes enim vocantur Cynicæ sectæ philosophi. Significat igitur puerum fore pium qui parentem iam decrepitam mutuo foueat. De ciconiarum pietate meminit & Aristophanes in Auibus,

Ἀλλ' ἔστιν ἡμῖν ἔνδοθεν τόμος,
Παλαιὸς ὃν τῶν πρὶν πελεστῶν κἀμῶν.
Ἐπὰν ὁ πατὴρ ὁ πελαργὸς ὀλιγοπτερύξῃ
Πάππαι ποιοῦσιν, ἢ τὸν ἀρχαῖον τρόφον,
Δεῖ τὸν νεοττὸν ἀντιπαλαπτερυγεῖν. id est,
Nobis quidem auibus priscus lex viget
Ciconiarum inscripta tabulis, vt simul
Ciconia parens educauerit suos
Ciconiadas, & iam volucres euaserint,
Pium vicissim nutriant patrem suum.

Vtitur eodem Plato in Alcibiade primo. Sed nemo profecto venustius, nemo felicius, quam Angelus Politianus in quodam epigrammate.

Κύντι γ' ἑταῖμα.
Εἶχα τέως τὸν γηρ' ἀντιπελαργίσαι. id est,
Sinas Latini olim Græcorum literis eruditi, nunc Græcum vetus annum atque effetum, vicissim suas docemus literas. Porrò huiusmodi officium quod liberi vicissim in parentes collocant, Græci vnico verbo dicunt γηροτροφεῖν seu γηροκομεῖν & γηροβοσκεῖν. Extat in hanc sententiam huiusmodi senarius: *Γηροτροφεῖν Γηροκομεῖν Γηροβοσκεῖν.*

Ἰσαντῶν ἡλίκους γεγόνασι τοὺς γονεῖς, id est,
Vltro ætatis tantæ parentes consenuit.

Vno tenore. 2

Tenorem, rei progressum vocant. Vnde quæ sui similia, sibique veluti perpetua quadam successione esse, horum eundem esse tenorem dicimus. M. Tullius lib. de oratore perfecto: Quæ vno tenore (vt aiunt) in dies fluit. Loquitur de æquabilitate dictionis, nulla varietate reficientis auditorum aures. Idem in libro De claris Oratoribus: Vnus enim tonus est orationis, & idem stylus. Quo quidem loco haud scio an pro tono, tenor legere præstiterit.

In quadrum redigere. 3

In quadrum redigere dixit M. Tullius in eodem libro, pro eo quod est, in ordinem aptamque structuram concinnare. Sumptum ab iis qui arbores aut lapides mathematicis gnomonibus exæquant, vt vndequaque congruant inter ipsa: proinde quod conuenit, quadra-

re dicimus. Vergilius Georgicon lib. 3.

Induige ordinibus, nec secius omnia sulcis
Arboribus positis, stellio vna limite quadret.

De face haurire. 4

M. Tullius in catalogo illustrium oratorum, figura mirum ni prouerbiali dixit, De face haurire, pro eo quod est, sordida quæpiam ac plebeia, minisque humilia perlequi. Vsurpat hoc prouerbium Atticus eo quo dixi libro in Ciceronem, qui tempus tereret in commemorandis oratoribus quibusdam obscuris ac nullius penè nominis. Mutuò sumptum à sordidis istis, qui vinum vnà cum ipsis fæce hauriunt, nequid omnino reliquum faciant in dolio: vnde & plebis infimam fæcem dicimus. *Plebis fæx.*

In laqueum inducere. 5

In laqueum inducere, & In casses inducere, est arte sic concludere quempiam, vt iam nullum sit effugium. Qui mos fuit Socrati Platonico, suis illis sogasunculis eò depellere sophistas, vt negarent quæ prius affirmauerant: quæ negauerant, affirmarent: denique nihil non dicerent. Quintilianus lib. Institut. 5. Turbantur enim, & à patronis diuersæ partis in laqueũ inducuntur. Græci, qui iam capti tenentur, ἐμπλοκὰς vocant. Ouidius 2. de arte, ἐμπλοκάς.

Decidit in casses præda petita meos.

Euripides in Hippolyto coronato:

Κρυπτοῖς ἐν βρόχοις ἑρπετῶν. id est,
Pensilibus irretita cassibus.

Ibidem paulo pòst:

Λῦσαι τ' ἄθλιον ἐξ ὀπιστήρων βρόχων. id est,
Heram à tenacibus expedire cassibus.

Bœotica sus. 6

Ἡ βοιωτία ὗς, id est, Bœotica sus. Vetustissimum adagium, olim in stolidum & indoctum hominem iaci solitum, vsurpatur à Pindaro in Olympiacis: *In stolidum.*

Ἐστιν αἰνίσσειν ὄνειδος ἀνδρὶ—
Σὺν λόγοις φθόνερὸν βοιωτίαν ὗν.

Admonet Æneam chorodidascalum, ita curet canendum hymnum, vt vetus illud probrum veris rationibus liceat effugere, quod in amusos dici consueuerit, Βοιωτία ὗς. Interpres originem prouerbij refert ad hùc modum: Qui priscis temporibus Bœoticam regionem incolebant, ὕαττοι appellabantur, gens barbara & agrestis: proinde quidam depravata voce, pro ὕαττοι, ὗες, id est, sues appellabant. Idque scomma cessit in prouerbium, vt primum in Bœotos diceretur: ab his in quoslibet indoctos, inconditos, moribúsque rusticanis homines torqueretur, βοιωτία ὗς. Interpres citat eundem Pindarum ex Dithyrambis,

Ἦν ὅτε σοὶ πρὶν βοιώτιον ἐκάλουν ὕειον. id est,
Erat quum Bœoticam gentem sues vocarent.

Citat & ex Cratino: Ἀλλ' οἶσθ' ὅτι σὺ βοιωτιὸν πεζοφόρον γένος ἐθρέψω. id est, Iste sunt Sybœoticum pedestre genus virorum. dictione ridicula composita ex sue & boue. In commentariis Græcorum inueni, βοιωτικὸς, id est, Bœoticus animus, pro stupido brutóque. Plutarchus in commentario περὶ τῆς ἀφροσύνης indicat Atticos stupidi, bardi, insulsi, denique & suis cognomen indidisse Bœotis, potissimum ob edacitatem. Cui adstipulatur Athenæus lib. 10. referens hos versus ex Eubulo. *Bœoticus animus.*

Πεπὶν μὲ ἄκμων καὶ φαγεῖν μὲ δίδοῖας
Καὶ πρὸς πόνον πρὸς δὲ Ἡμαίους λάχῃ
Καὶ μικρὰ φαγόντα, πὶ δὲ πολλὰ μάγα. id est,
Summa ad bibendum atque ad vorandum strenua,
In his valemus. Athenienses dicere
Prompti, edere parca, multa Thebani solent.

In Græcis versibus apparet πεπὶν scriptum pro πίειν aut πιεῖν, & μὲ prius pro γὲ, & πὶ pro εἰ. Idem Eubulus in Europa:

Κτίζε βοιωτὴν πόλιν
Ἀνδρῶν ἁβρῶν ἐὼν δ' ἡμῖν.
Vrbem parant ille Bœotis viris,
Diem per omnem ingurgitare strenuis.

Rursus ex Eubuli altera fabula:

Οὕτω σφόδ' ἐστὶ πολὺ ὗς τις βοιώτιος. id est,
Vsque adeò mores obtinet Bœoticos.

Bœotici mores. Idem approbat multis malorum authorũ testimoniis. Sunt autem inter se cognata vitia, πονηρία & stoliditas. Atque hinc Herculem Thebanum edacem faciunt, sed eundem à literis alienissimum, adeo vt præceptorem suum trucidarit. Fuit autem & hic Bœotus, nimirum Thebis natus. Rursum Plutarchus De dæmonio Socratis: Ἀνεγείρειν τὸ παλαιὸν ἀφ' ἡμῶν εἰς μυθολογίαν ὑπόνοιαν. id est, Reficiare vetus illud aduersus Bœotios de literarum odio probrum. Quanquam ipse Plutarchus Bœotus fuit, homo quidus citius, quàm stupidus. Denique quoniam constat vel ob Romanum imperium latissime propagatum, vel ob commercia negotiatorum, voces Germanicæ, Gallicæ, Britannicæque linguæ fuisse mixtas, suspicor à Græcis ad nos dimanasse, quòd hominem stupidum ac nullo mentis acumine præditum, vulgo dicimus bot, pro Bœoto, proprium enim huic linguę, voces quamuis multarum syllabarum in vnam syllabam contrahere. *Bot.*

Impossibilia captas. 7

Ἀδυνάτα θηρᾷς id est, Quę fieri non possunt, venaris. In eum qui molitur quod efficere non queat. Sumptũ ab aucupio seu venatu prędarum, quas consequendi nõ fit facultas. Quod quidem inter adagiones non recensuissem, nisi reperissem in collectaneis Græcorum. Nam præter metaphoram θηρᾶν nihil sapit prouerbij. Cęterum præceptum est haud inutile. Siquidem si recte præcipiunt Græci, non esse tẽtandum de quo dubites multo minus quod certum sit te non assecuturum. Veluti siquis animi tráquillitatem opibus, aut voluptatibus istis vulgaribus sibi comparare conetur, aut literarum perfectam eruditionem citra linguarum cognitionem, hic ἀδυνάτα θηρᾷ. Pindarus in Nemeis, κατὰ δ' ἐλπίδων χαῦνον τὸν ὀφθαλμὸν ἀνὴρ ἀπάτᾳ. inanis spei literdis exitus. Idem in Pythiis hymno tertio, *Tentandum non est, de quo dubites.*

χρὴ δὲ καθ' αὑτὸν αἰεὶ παντὸς ὁρᾶν μέτρον. id est,
Oportet autem apud sese semper cuiusque rei
Videre modum.

Interpres indicat hunc esse sensum, nequis tentet maiora suis viribus. Commemoratur inter Chilonis apophthegmata, Non esse tentandum quod efficere non possis. Quædam enim consilia magnifica sunt, sed ob hoc ipsum inutilia, quod ἀδυνάτα.

Cribro diuinare. 8

Κοσκίνῳ μαντεύεσθαι, id est, Cribro diuinare, est coniectura sagaci rem deprehendere. Aut stulte de rebus occultis diuinare. Lucianus in Pseudomante, κοσκίνου καὶ τῶν λόγου μαντευομένου, id est, Cribro, quod aiunt, vaticinans. Meminit & Theocritus in Idyllio tertio:

Εἶπε γὰρ αἴσχιστ' ἀμφὶ σέθεν κοσκινόμαντις. id est,
Cribro vaticinans, verum mihi dixit Agræo.

Genus diuinandi suspenso cribro.

Porrò genus hoc diuinandi suspenso cribro, in hodiernum vsque tempus durat apud quosdam superstitiosos. Apud veteres vaticinia peragebantur cribro, lauro, & tripode.

Hydram secas. 9

Ὕδραν τέμνεις, id est, Hydram secas. Est apud Platonẽ libro de repub. 4. ἐγκωμιάζοντες, inquit, ὅτι πρὸς τοὺς ὑδραν τέμνειν, id est, Ignari se reuere tanquam hydram secare. Est autem hydram recidere, ita vnum aliquod incommodũ tollere, vt in eius locum alia plura recipias. Adagium natum à fabula hydræ Lernææ, quam alij centum fuisse capitum aiunt, alij octo, è quibus vnum erat immortale. Cum hoc monstro multum diúque conflictatus est Hercules, propterea quòd vno recisо capite, plura renascerentur. † Megera apud Senec. trag. Hinc vnius laboris gradus est ad sequentem. Plutarchus in commentario De fortuna Alexandri, ὑδραν τέμνειν αἰεὶ τὸν πολέμων ἀναβλαστάνοντα, id est, Hydram secans, semper aliquibus bellis repullulantem. † Plato 4. de Repub. caput hydræ amputare dicit eos, vt est in prouerbio, qui singulis maleficis singulis legibus conantur occurrere. Ex vnius enim sceleratí alicuius suppicio renascuntur plures continuò, qui simili in genere delinquunt. Et scio videas frequenter commixti, quæ sæpius vindicantur. De Alexandro loquitur cui vno bello confecto, subinde aliud atque aliud exoriebatur. Cyneas cognita Romanorum multitudine idemidem post acceptam cladem copias instaurantium dixit, Pyrrhum sibi videri aduersus Lernæam hydram pugnare. Hinc Horatius 4. Carm. 4. *Hydra Lernæa.* *Cyneæ legatus.* *Pyrrhi vox.*

Non hydra secto corpore firmior
Vincis dolentem crescere in Herculem.

Accommodari poterit ad eos qui litibus inuoluuntur nunquam finiendis. Lis enim litem parit, & læpenumero pro vna enecta tres subnascuntur. Seneca quodam in loco scribit, negotia sordida quæ nos auocant à studio sapientiæ, abrumpi posse, explicari non posse. quòd *Lis, litem parit.*

Rego-

negotium ex negotio feratur, & occupationi occupatio, velut vnda succedat vndæ.

Ne ramento quidem. Ne festuca quidem. 10

Ne ramento quidem ditior, hyperbole prouerbialis quum alias aliquoties apud Plautum, tum in Rudentibus, Nunquam hercle hinc hodie ramento fies fortunatior: perinde quasi dicas stupa ditior, ita vt vulgo loquuntur. Simili figura dixit Aristophanes in Lysistrata:

Ἀνάπεσον μηδὲν ὑπόδι, μηδὲν μαλάχης φορ. id est,
Mihi hic quum reliquum, nequeris ne festucam quidem.

Idem in Vespis:

Τοῦ δ' ὄφα τὴν πυκνὴν οὐδὲ παπύλιον. id est,
Non is haud videt fomitem ne papyllum quidem.

παπύλιον. Interpres ait, παπύλιον significare minutissimum quippiam. Quibusdam ea vox magnetem lapidem declarat. Subnectit eodem in loco consimilem figuram:

Papyllum non habet.

Ην δ' ὦ πανδαισία πάνυ ἄχερω. id est,
Quod si vel acinum flexerit somno caput.

ἄχερω vero significat minutissimum ac leuissimum illud quod è capitis excussis euolat. Qua voce vsus est & Homerus Iliados 8.

Ἐν δ' ἄλιτον ἄχερω φαεσίμβροτον ἠὲ μέλαιναν. id est,
Vt cum tenuis sacra arcta tactitat achras.

Hebraicarum peritiæ literarum affirmant *Mots* (quam vocem Hieronymus vertit pulueretm, sequutus Septuaginta, qui transtulerunt χοῦν) idem Hebræis sonare quod Græcis ἄχερω.

ἄχερω.

Sacrum sine fumo. 11

Ἄθυτα θυσία, id est, Sacrificium absque fumo: de nimium tenui conuiuio, & in quo nihil cocti oblonij apponitur. Translatum à pauperculorum sacris, molas, thuiculum, lac, aut corollas offerentium, quum dij nidorem illum expectent vnà cum fumo subuolantem, iuxta Homerum. Lucianus in Amoribus, Βωμὸν μὲ ὁ δαίμων ὁ τῶν ἐρώτων ἐκέλευσε τὰς ἀκάπνους ὡς θᾶττον ἐπισπεῖν πυρὰς, id est, Ara è perquàm edax deus est Luciane, quique fumu expertibus sacris haudquaquam gaudeat. In eum sensum vsus est & Athenæus ἀκάπνοις γὰρ αἰεὶ ἔοικε θύειν ὁ ποιητὴς θύμῳ, id est, Nam poetæ semper sacra sine fumo sacrificamus.

ἄκαπνα θύειν.

Non est curæ Hippoclidi. 12

Οὐ φροντὶς ἱπποκλείδῃ, id est, Non est Hippoclidi curæ. Siue, vt carmen reddam, Non curat Hippoclides. Est enim versus iambicus dimeter catalecticus, hoc adagio significabant se quippiam negligere, neque magnopere laborare. Natum autem est ex historia quã plumbus narrat Herodotus in Eratone. Vt autem in pauca conferam, hic Hippoclides erat Tisandri filius, qui cum multis aliis iuuenibus Clisthenis Sicyonij filiam ambiebat. Verùm quum Clisthenes procos toto anno probaret, & Hippoclides in conuiuio indecoram quandam saltationem ediditset, subiatis in altum pedibus, pater offensus inhonesto iuuenis lusu, ait, Ὦ παῖ Τισάνδρου διώρχεο γαμέων τὸν γάμον, id est, Fili Tisandri, à nuptiis tua saltatione excidisti. At ille protinus respondit, Οὐ φροντὶς ἱπποκλείδῃ, id est, Haud curat Hippoclides. Ea vox (vt testatur Herodotus) in ipsa prouerbium abiit. Id dictum in ipsum retorquet Herodotum Plutarchus in libello quem aduersus eum scripsit, Δοκεῖ μοι τὸν Ἡρόδοτον ἱπποκλείδης, ὁ παῖς ἐκεῖνος χορεύσας ὀλίγον τὴν πρωτοστασίαν ἀπὸ ἀκροχειρισμοῦ πεσὼν διὰ κεφαλῆς, οὐ φροντὶς ἱπποκλείδῃ, id est, Videtur mihi velut Hippoclides cruribus manuum vice in mensa gesticulans postquam à veritate desultauit, dicere, Non est curæ Hippoclidi. Lucian. in apologia, Ἐμοὶ γὰρ ἀρκεῖ μοι τὸ, οὐ φροντὶς ἱπποκλείδῃ, id est, Mihi sufficerit illud quod dicitur, Haud curat Hippoclides. Idẽ in Hercule, Καὶ ὁ ἱπποκλείδης ὁ φροντίς, id est, neque laborabit Hippoclides. Mentionem huius adagij facit & Eustathius in Iliados Homericæ primum librum scribens. Alluxit hinc Aristophanes in Vespis, sæpius repetens illud ὀλίγον μοι μέλει, id est, Leuiter mihi curæ est.

Hippoclides quis.

Canis in præsepi. 13

Ἡ κύων ἐν τῇ φάτνῃ, id est, Canis in præsepi. In eos dicitur qui nec ipsi fruuntur re quapiam, neque reliquos inde sinunt vti. veluti siquis egregios codices inclusos diligẽter adseruet, quos nec ipse vnquã euoluat, nec alius euoluendi faciat copiam. Quemadmodum canis in præsepi, nec ipse vescitur hordeo, & equum vetat vesci. Lucianus aduersus indoctum, Ἀλλ' ὁ τῆς κυνὸς φυτὸν, τὸν ἐν τῇ φάτνῃ καθεύδουσαν, ὃ ἔστι μὴτε αὐτὴν ἐσθίειν κριθῶν, ἄλλῳ τε τοῦ ἵππου δυσμενῶς φαγεῖν ἐπιτρέπειν, id est, Verum haud aliter facis quam canis ille in Itabulo cubans, qui quum ipse non edat hordeum, tamen haud finit equum qui posset edere, id facere. Vtitur eodem in Timone. Citatur apud Suidam in prouerbio, οὔτε φορεῖ τὸ δέρμα, id est, Ad præsepe ducis canem, nihil autem adduc ad Bacchum. hoc est, adfers quæ ad rem nihil attinent, ex his vero quæ pertinebant ad causam propositam nihil adfers. Simile quiddam refert Athenæus lib. 6. de gente quadã Galatarum, qui dicuntur Coristæ. abominantur aurum, nec importãt in suam regionem, nihilo tecius tamen alios non deliuant eo spoliare. Aiunt eam gentem esse reliquias Galatarum, qui sub duce Brenno spoliarunt oraculum Delphicum, quos insecutus Bathanatus dux inclementer tractauit. hinc aurei odium, cuius gratia tantum passi sunt malorum, quod tamen alios non tenuerit.

Canis in præsepi.

Coristæ.

Captantes capti sumus. 14

Ἀγρεῖς ἠγρέμεθα, id est, Captantes capti sumus. Quum res propositæ cuiusmodi, vt ipsi circumueniamur ab iis quibus consultamus imponere. Id quod non raro solet vsu venire, vt in eas insidias incidamus quas aliis struxerimus. Sæpe fit vt qui simulat amorem, quo puellam in amorem pelliciat, ipse verè in eum incidat. Et qui dat operam vt mulierculæ alicui consilium eximere tentulentum, ipse reddatur ebrius: & qui finitimũ moliatur imperio depellere, ipse suum amittat imperium. Sic & Horatius in 2. Epist. lib.

Græcia capta ferum victorem cepit.

Videtur eodem alludere Plato, quum ita scribit in Theæteto, ἀεί μοι δοκεῖ Σωκράτης μάλιστα ἀληθῆ λέγειν ὁ λεγόμενος, id est, Mihi videtur ô Socrates maximè capi ratio quę capitabat. Sophocles in Oedipo Coloneo.

Captatur captus.

Τοῦτό δ' οὐκ ἔστιν ὅστις ἐν βραχεῖ χρόνῳ ἔπειτ' ἐκεῖνος. id est,
Scito quòd te cas sectatis, teque captatum plectentem
Fortuna cepit. Plautus in Epid. Iam cautor ipse cautus est. Lucianus in meretricijs dialogis, καὶ ἐξέπλησα ἀκαπνοθύτων γυναικῶν ἐμαυτὸν, id est, & cepi mulieres, & simul ab illis captus sum. Translatum aut à bello, aut piscatione, seu venatu.

Tenens tenetur.

In venatu perijt. 15

Festiuus dixit Lucianus in Toxaride, Ἀπόλωλεν ἀνὴρ ὑπ' αὐτῆς ἀγρευθείς, id est, Et ipsa venatu perijt, hoc est dum adolescentem venatur, studetque irretire, etiam ipsa teli perdidit. Quin etiam illa ipsa, venari laudem, aucupari famam, prouerbiales sunt metaphoræ, velut, Expiscari, pro sollicitari, atque exquirere.

Venari laudi. Expiscari.

In laqueos lupus. 16

Εἰς παγίδας ὁ λύκος, id est, in laqueos lupus. Quum improbus quispiam tandem in extremum adducitur discrimẽ. Etenim quum lupus animal sit infidelissimum, applauditur ab omnibus si quando contingat illum irretiri, ac protinus acclamant omnes, εἰς παγίδας ὁ λύκος. Refertur à Zenodoto.

Annosa vulpes haud capitur laqueo. 17

Γέρων ἀλώπηξ οὐχ ἁλίσκεται, id est, Vulpes anus laqueis capi haud vlis potest. Senarius prouerbialis dicendus in eum, qui longa ætate, multaque rerum experientia callidior est, quam vt arte dolisque capi queat.

In longo vsu callidos.

Vulpes haud corrumpitur muneribus. 18

Ἀλώπηξ δώροις οὐ διαφθείρεται id est, Vulpes non corrumpitur muneribus. Suidas huius adagij Cratinum citat authorem. De caludis ac vetutis quos haud facile sit obiecto munusculo, aut alientatiuncula, pollicitisue fallere. Larus enim, & aliæ quædam aues esca capiuntur, vulpes non item. Verbum autem, δωροδοκῶν, sumptum est à concionibus aut iudicijs, in quibus nonnulli pecunia corrupti dicunt sententiam.

In versutos.

Atticus in portum. 19

Ἀττικὸς εἰς λιμένα, id est, Atticus in portum. In eos dicebatur, qui hinc virtutem ostentare solent vbi cutum est atque vbi nihil opus. A nautis Atticis sumptum, qui portum ingressuri, ostentandi sui gratia magnifice vela gerebant: in ipsa re, hoc vbi in primo nauali, non perinde strenui.

Ostentatio intempestiua.

Capra Scyria. 20

Αἶξ Σκυρία id est, Capra Scyria. Zenodotus huius prouerbij Chrysippum erat tum authorem, tum interpretem. Conuenit in eos qui beneficium maleficio corrumpunt: aut qui virtutes admixtis vitiis contaminant atque obscurant, quiue recte cœpta, non recte finiunt. Veluti capra Scyria, quòd fera sit, mulctrũ quod lacte impleuerat, ipsa rursus euertit, atque hoc modo beneficium quod dederat, eadem perdidit. Alij putant dici in eos vnde plurimum emolumenti capitur, propterea quòd eius regionis capræ maximam lactis vim reddere dicantur. Id quod affirmat & Athenæus Dipnosophistarum libro primo, citans hoc Pindari carmen.

Σκυρίαις δ' ἐν ἀμέρᾳ βόσκονται αἶγες ἐκγεγαῶτες — id est, *Scyriæ ad mare gestum lac capræ præstantissimæ.*

Suspendio deligenda arbor. 21

In se vehementer indigna, neque vllo pacto toleranda, veteres arborem suspendio deligendam esse dicebant. Inde natum quod olim in Theophrastum philosophum præcipuum meretricula quædam nomine Leontium, ausa sit scribere. Plinius Secundus in præfatione Historiarum naturæ: Ceu verò nefarium adiectus Theophrastum hominem in eloquentia tantum, vt nomen Diuinum inde meruerit, fel posse etiam tæmi. nam, & prouerbium inde natum, Suspendio arborem eligendam. Hactenus Plinius. Simile huic est illud apud Euripidem in Alceste.

In Theophrastum scripsit fœmina.

Ἄξια μὲν πεπόνθαμεν
Καὶ πάλαι, πλέκομεν δίκαν
Οὐρανίῳ πάτερ. — id est,
Meas ille cade dignas fecit,
Vel potius, vt laqueo gulam
Præfecit aliquis prædulo.

Plautus in Curculione, Mea præda illa est, Proin tu te in laqueum duas, Iuuenalis,

Ferre potes domini culpas? tot verbera pro quo?

Et apud Plautum, qui vitæ tædio tenebatur, optat nummum quo reliqui emat. Quum hæc ederem anno 1525. forte incidi in commentarios Cælij Rhodigini. Is dicit in huiusmodi explicatione cęcutire multos, ac se iactat omnem difficultatem explicuisse, quum nec vlla sit difficultas, & si qua esset, nihil explicent ea quę commemorat de impendio crucis. Nec enim fortes sibi deligunt arborem, sed aguntur in crucem. Cæterum qui cogitant de conficienda nece, solent alij aliud suspendij genus eligere, vt appareat illos hoc agere non impotentia mentis, sed certo destinatoque consilio.

Vite tædio laborantes.

In Cælium Rhodigynum.

Minerua felem. 22

Ἀθηνᾶ ἢ ἄλωπι. Minerua felem, subaudiendum, comparas. Quum multo inferiora cum præstantioribus comparantur, quòd leuicula quapiam in re conueniãt. Quid enim habet Minerua dea cum fele commune, præter glaucoma oculorum? nam is oculorum color Mineruæ tribuitur, qui & noctuis adest & felibus: vide apud Homerum etiam epitheton, βλαυκῶπις Ἀθήνη. Est & hoc felibus commune cum noctuis, quod & noctu cernunt & pariter insidiantur muribus. Refertur apud Zenodotum & Suidam. Etymologus indicat discrimen orthographiæ, quo ἅλωπηξ, pro gente (est enim Scythię, à paludibus dicta) scribitur per α. pro animante, per diphthongum, αἴλουρος, quasi dicas Torquicaudam, aut trahicaudam, quod tamen apud authores video neglegi.

ἅλωπηξ & αἴλουρος.

Vorsuram soluere. 23

Vorsuram soluere dicitur, qui sic è præsentibus malis extricat sese, vt aliis grauioribus impediatur. Nam Donato vorsuram facere, est ęs alienum alieno ære soluere: aut minore fœnore maiorem acceptam pecuniam occupare. Hinc ducta voce, vt author est Festus Pompeius, quòd versant creditorem. Terentius in Phormione: In eodem luto hęsitas, vorsuram soluis: præsens quod fuerat malum, in diem abiit, plagæ crescunt. Cicero ad Atticum, Admirabilis abstinentia ex tuis præceptis: vt verear, ne illud quod tecum permutaui, versura mihi soluendũ sit. In oratione pro L. Flacco, Negauit tele omnino vllam versuram fecisse Romę. Seneca De beneficiis libro 7. Domi (quod aiunt) versura fit, & velut lusorium nomen statim transit. Idem libro 2. epist. vlt. Vt vt se res habet, ab Epicuro versura facienda est. id est, Ab Epicuro sumendum est mutuum, quo tibi satisfaciam. Idem simili tropo dixit libro primo, epistola quarta, Sed vt epistolę finem imponam, accipe quod hodierno die mihi placuit, & hoc quoque ex alienis hortis furoptum est. Lactantius libro secundo Institutionum vius est hoc prouerbio: Quum igitur, inquit, ortum rerum tribuis naturæ, ac detrahis Deo in eodem hæsitans luto, versuram soluis. Explicuit elegãter hanc metaphoram Demosthenes in Olynthiaca prima: Διόπερ ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μὴ τοῦτ' ἀφῶμεν, ὥσπερ οἱ δανεῖζοντες ὁρῶντες ἐνίους τῶν πολιτῶν, μικρὰν ὑπερημερίσαντας χρόνον, ὀργὴν ἔχοντες καὶ δίκην ἀφιᾶσιν ἀπράκτους. οὕτω καὶ ἡμεῖς ἂν ὀκνῶμεν ἀεὶ πολλὰ φανερῶς ἐξαδικοῦντες, καὶ ἀπιστοῦντες ταῖς ὑφειλαῖς ζημιοῦντες, πολλὰ καὶ χαλεπὰ, ὧν ἐπιβουλόμεθα ὑπάρχειν τοῖς ἀπολέμοις ἡδέως πονεῖν, καὶ κινδυνεύειν ὑφ' ἡμῶν ἐν αὐτῇ τῇ χώρᾳ, id est, Vereor Athenienses, ne quemadmodum hi qui contrahunt æs alienum, facile magnis vsuris ad breue tempus diuites sunt, paulo pòst etiam à principali summa excutiuntur: itidem & nos, si diutius videamur negligentes, cunctaque ad voluptatem quęrentes, paulo pòst in necessitate reperiamur, vt nobis multa etiam acerba sint facienda quæ nequaquam voluerimus, dęque hoc ipso loco periclitemur.

Præsentibus extricati malis, vt grauioribus implicentur.

Animam debet. 24

Τὴν ψυχὴν ὀφείλει. id est. Animam debet. Donatus prouerbium esse admonet de eo qui immodico ære alieno renetur, vt plus quàm omneis facultates debeat, ac denique seipsum debeat. Terentius in Phormione, Quid si animã debet? Erat enim antiquitus lex, vt qui soluendo non esset, is nexus addiceretur creditori, luiturus corpore, id est opera, quod ęre non posset. Extat apud Gellium lex duodecim tabularum, quæ iubebat dilaceari corpus eius qui multis creditoribus deberet, nec esset soluendæ rei.

Summum ius, summa iniuria. 25

Summum ius, summa iniuria, hoc est, Tum maxime discedit ab æquitate, quum maxime superstitiose hæretur legum literis. Id enim summum ius appellant, quum de verbis iuris contenditur, neque spectatur quid senserit is qui scripsit. Nam voces ac literæ, quasi legum summa cutis est. Eam ineptiam quorundam superstitiosorum iuris interpretum, copiose simul & eleganter illudit M. Tullius in actione pro Murena. Terentius, Verum illud Chremes dicunt, Ius summum, sæpe summa malitia est. M. Tullius Offic. 1. Ex quo illud, summũ ius, summa iniuria, factum est iam tritum sermone proverbium. Columella primo rei rusticæ libro, Nec tanè est vindicandum nobis quicquid licet. Nam summum ius antiqui summam putabant crucem. Citatur & Celsus adolescens libro Pandect. 45. titulo De verborum obligatione, Cap. si seruum Stichum. qui scripserit, quæstionem esse de bono & æquo: in quo genere plerumque sub authoritate iuris scientię periculosè erratur. Itidem Paulus lib. 50. titulo De regulis iuris: In omnibus quidem, maxime tamen in iure, æquitas spectanda est. Simili figura Seneca libro De ira primo dixit, summo animo. Si intelligis non exalto venire nequitiam, sed summo, quod aiunt, animo inhærere.

Summum ius quid.

Summo animo inhærere.

Ne ignifer quidem relictus est factus. 26

Οὐδὲ πυρφόρος ἔμφυη, id est, Ne ignifer quidem superfuit: vbi significamus, omneis ad vnum interisse, adeo vt ne ei quidem fit parcitum qui ignem præferat exercitui. Nam priscis mos erat vt vates actem præcederet, lauro coronatus, ac facem gestans. Ad hoc belli vim abstinebant vtrinque, quòd nefas duceretur, in virum sacrum ferrum stringere. Proinde si crudelem aliquam stragem significare voluissent, ne ignifero quidem parcitum aiebant. Meminit huius adagij Eustathius Iliados μ. enarrans hos Homeri versus:

Οὐκ ἔτ' ἐγὼν ὀλοὸν περὶ ἄγγελον ἔπτατ' ὀΐω
Ἀφραδέως τοτ' ἰόντα. — id est,
Haud equidem sane credo vti sit rediturus ad vrbem
Hinc posthac aliquis vel nuncius.

Admonet hoc quoque figuram habere prouerbialem, οὐδὲ ἄγγελον ὑπολιφθῆναι, id est, Ne nuncius quidem relictus est, quoties significamus ad vnum omnes exinctos, vt ne vnus quidem effugerit qui rem gestam renuntiaret. Nam is vel dedita opera relinqui solet ab hoste.

Ne nuncius quidem relictus.

Παπαιοφία. 27

Huc affine est, παπαιοφία, qua voce significabant internicionem & eiusmodi perniciem vt nihil omnino reliquum

ret quum fieret. Thucydides in septimo historiæ suæ libro: ἐξ οὗπερ γὰρ τὸ πρῶτον ἐπολεμήθη, ἡμέρας ὅλους ἐκάτερα ἐνίκησαν καὶ ἡττήθησαν καὶ ἐν τῷ αὐτῷ ἐκάτερα ἔπαθον. id est, nam ex quo primum bellum gestum est, dies omnes alternis victi & victores fuimus. Ita & apud Gallos, sed in terrestribus rebus quod dici solet, & pedites, & naues, & denique nihil erat quod non pariter pereat. Veritus erat si à bello, naufragio, incendio ac similibus casibus diuinitus quatiatur. Venit in dicas, libidinem magnam quidem esse pestem Christianæ religionis, verùm assentiam prorsus, πανωλεθρίαν esse pietatis. In Græcarum literarum studium imperitiam omnium bonarum disciplinarum fuisse πανωλεθρίαν. Non dissimili forma Cicero in Pisonem, templum Castoris appellat bellum omnium legum ac religionum, quod ibi fuerit oppressa legum authoritas ac religionum cultus.

Bellum omnium legũ ac religionum, ibi.

Thracium commentum. 28

Θρᾴκιον πλάσμα, id est, Thracium commentum, sive inuentum. Apud Zenodotum legitur, torquendum in eos qui pacta eludunt callido vafroque aliquo commento. Porrò vide id prouerbium natum fuerit, indicat Strabo libro Geographiæ nono, ex Ephoro authore. Thraces pactos cum Bœotiis aliquot dierum induciis, nullo legitimo incursionis agebant nocturno tempore. Hos quum propulsarent Bœotij, atque expostularent quod violasset inducias, responderunt Thraces, se nihil præter pacta fecisse: pactos enim esse de diebus, noctibus incuriate. His ferme similia refert Zenodotus, nempe Thraces conditionis decem dierum induciis, nullam impressionem fecisse in Bœotios: iam negligentius agentes induciarum fiducia, atque ex his nonnullos trucidasse, aliquot vinctos abduxisse. Deinde expostulantibus de violatis pactis Bœotiis, respondisse, dies, non noctes pacto contineri. Ea res prouerbio locum fecit Θρᾴκιον πλάσμα, id est Thracium inuentum. Est enim proprie πλάσμα, excogitata cauillatio, qua pactum eludimus quas Plautus lutulas vocat. Et Terentius, Ne quid tuo aliud capiti. Addunt enim extra pactionem commenti quippiam, quo rem omnem inbruerunt.

Thracum per fides.

Romanus sedendo vincit. 29

Romanus sedendo vincit. Vetus prouerbium in eos qui tranquilli atque otiosi tamen quæ volunt efficiunt: aut qui non viribus, sed arte rem gerunt. Marcus Varro lib. De re militica primo, capite secundo, Vetus igitur interea vetus prouerbium, quod est, Romanus sedendo vincit, vtut pernos dum ille venit. Ex historia habij cuiusdam natum arbitror, qui Hannibalem iuueniliter exultantem, sua patientia fregit. de quo extat versus dicte Ennianus,

Vnus qui nobis cunctando restituit rem.

Citatur apud Ciceronem in Catone maiore. Vsurpatus est diuinitus à Marone lib. 6. Quanquam Livius libro de bello Macedonico primo refert simile quiddam de Sulpitio consule. Quibus inquit, si vndique circumuentus copijs foret, sedentem Romanum debellaturum credi potuerit.

Non viribus, sed arte rem gerentes.

Scopum attingere. 30

Τυγχάνειν τοῦ σκοποῦ, id est, Scopum attingere. Est voti compotem fieri, aut coniectura rem ipsam assequi. Lucianus in Icaromenippo, ἐγὼ τοῦ σκοποῦ ἥκιστα, id est, Tuique coniectura haud procul abest à scopo. & ἀποτυγχάνειν τοῦ σκοποῦ, id est, non attingere scopum. & ἐξαμαρτάνειν τοῦ σκοποῦ, id est, aberrare à scopo: atque id genus aliæ figuræ omnes prouerbium sapiunt. Hoc adagio festiuiter vsus est Diogenes in puerum saxa in crucem iaculantem: Euge, inquit, continges tandem aliquando scopum. Pindarus in Nemeis hymno nono, ἀκοντίζων σκοπὸν ἄγχι καμοῦσαν, id est, Proximè iaculans ad scopum musarum. Idem hymno sexto, ἔχομαι μεγάλαν ἐλπίδα σκοποῦ τυχεῖν, id est, Spero quòd magna pollicitus scopum attingam. Dicitur & ἔξω σκοποῦ βάλλειν, hoc est extra scopum iaculari, vbi quis loquitur aliena ab eo quod agitur. Vsus est Greg. Nazianzenus in Monodia.

Aberrare à scopo.

Iaculari extra scopum.

Simia non capitur laqueo. 31

Οὐ πίθηκος ἐν ἀβροχοῖς θηρεύεται, id est, Simia non capitur laqueo. In callidos tergiuersatores dici solitum qui coargui non queunt. Id olim dictum est in Heraclidem, qui per imprudentiam perperam citarat ex Dionysio quod erat apud Sophoclem. Mutilum est exemplar, vt ibi conspecto carmine agnosceret suum errorem. Hic quoque tergiuersanti, nec lapsum agnoscenti, dicenique casu fieri posse vt in diuersis poetis versus conuentiant, scripsit quispiam, simiam haud capi laqueo. Author Diogenes Laertius. Carmen Græcum sic habet,

Ἴσασι πάντες οὐκ ἀβροχοῖς πίθηκον,
Ἀλλ' ἐν παγίδι, καὶ τοῦτο χρόνῳ δὲ δεκάτῳ. id est,
Laqueo vt simiam fas non est capitari:
Capitur quæcunque, capitur anno demum.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. Οὐ πίθηκος) Nescio cur hic γάρ omiserit, vt sit, Annosa simia non capitur laqueo. Certè ita additur, falsum fuerit hoc prouerbium dictum. Sic & antea, γὰρ δρυὸς ἐκ βαλάνου πέφυκε. qui versus omnino similis ei est quem nunc habemus, nisi quòd πέφυκε in eo legitur, non ἐκ βαλάνου.

Largitio non habet fundum. 32

M. Tull. lib. Officior. 2. O animo, inquit, meminisse debemus, id quod à nostris hominibus sæpissime vsurpatum, iam in prouerbij consuetudinem venit, largitionem fundum non habere. Quo dicto significabant, stulta liberalitate quantallibet opes exhauriri, vel effluere posse. Translatum videtur a pertuso dolio Danaidum apud inferos. Quæ fundo carent, Græci vocant ἀπύθμενα. Vnde Parthenius apud Athenæum libro 11. ἀπύθμενον φιάλην dixit.

Stulta liberalitas quia faciat.

ἀπύθμενα.

Inexplebile dolium. 33

Ἄπλητος βυθός, id est, Inexplebile dolium. Varius est huius adagionis vsus. Quadrat enim primùm in πολυφάγους, id est, In glutones, edaces: congruentius autem in illos bibacitate inexplebili, qui quo plus biberint, hoc plus sitiunt, quemadmodum olim dictum est de Parthis. Sic enim Crassus tentasse videtur qui erat nescio quem (nam locus mutilus est) qui dolium pertusum dixerit, quum ventrem ingurgitaret, quanquam natura quoque ventris inexplebilis est, quicquid deperditum infuderis, id alias vas excipiunt. Quadrabit & in obliuiosum, cui liquida eruditionis infundas, protinus effluit: quique prius obliuiscatur, quàm perdidicerit, cuiusmodi Strepsiadem facit Aristophanes in Nebulis,

In edaces, vel bibaces.

Dolium pertusum.

In obliuiosum

Οὐ τὰ σκληρίδια τὰ μικρὰ μανθάνων,
Ταῦτ' ὀβολίσκους ἐκκακεῖ μαθών. id est,
Huiusmodi minutulas qui argutias
Prius atque didicit, ded discit iterum.

Sic propemodum vsus est Plautus in Pseudulo, In pertusum ingerimus dolium, operam ludimus. Competet etiam in homines præter modum profusos, quemadmodum indicant Aristoteles libro Oeconomicorum primo, ἐγὼ γὰρ οὐκ ἐπαινῶ ὅστις κτᾶται χρήματα, εἶτα μὴ, οἷόν ἐστιν ἐκ πάσης ἀπολαύειν, ἢ τὸν ὕδωρ εἰς πίθον τετρημένον. id est, Siquidem oportet eiusmodi esse qui norit & parare, & parata tueri. Alioqui nihil profuerit parasse, propterea quod hoc sit cribro haurire, quod quæ prouerbio dicunt, pertusum dolium. Congruit item in auaros, quorum cupiditatibus nihil est satis, verùm quo magis implentur opibus, hoc magis inanes esse videntur. Quod eleganter ille Solonis carmine testatum est apud Plutarchum in libello περὶ φιλοπλουτίας,

In auaros.

Πλοῦτου δ' οὐδὲν τέρμα πεφασμένον ἀνθρώποισιν. id est,
Non est præfixus opum finis mortalibus vllus

Zenodotus & tartarum ipsum recte accipi inexplebile dolium putat, quòd tot milibus defunctorum nunquam expleatur. Et Lapsanius ille Hebræus hunc inter insatiabilia nominat. Quadrabit & in eos, qui male ab alijs rapiunt, quæ male item profundant in alios. Vsurpatus & de frustra laborantibus, quemadmodum alio demonstratum est loco, veluti apud Catullum,

Dona virginis idem illa repleuerit vrnis.

Adagium natum a notissima fabula puellarum Danaidum, quæ ob iussos necatos suos pœnas apud inferos dare dicuntur, vt situlis perstillantibus aquam hauriãt, atque in dolium item pertusum infundant, gratissimum, sed inutili labore. Cuius fabulæ mentionem facit Horatius in Odis,

Vasa Danaidum.

Et inane lymphæ
Dolium fundo pereuntis imo.

Item Tibullus,

Et Danaï proles Veneris quæ numina lædit,
Infernas lethæi dolet a portat aquas.

Meminit huius Lucianus in Timone. Et Aristoteles lib. Politicorum tertio. Rutilus Lucianus in Hermotimo.

Ἐπὶ τοῦ μὴ ἐξ ἴσου πεφυκότος ἢ πράγμα ἐξαναλίσκοντος, ἐς ἃ ἐμπίπτειν, ὃ ἐπὶ τῶν δυναστῶν λέγεται, id est, Attrahit enim dum exhauritur negocium labórque, & contrà fit atque in Danaidum dolio. Vtrumque & Plato, cum alias aliquot locis tum in Gorgia.

Cum asello versus vestigia quaeris. 34

Ἀνὴρ ὄνῳ ἐπὶ τὰ ἴχνη, id est, Vbi præsentis vestigia quæris. Proverbium qui imperite præsentia negligit, absentia frustrà quærentes notat. Translatum videtur ab asinorum, qui de dissimulatam [illegible] vestigia persequi nugantes quo bonis sine à periculo. Hoc genus homines Plato de Republica libro quinto scribit similes esse τοῖς κυσὶν, ἃ πὰ λίθου ἐκβαλόντος ἐπὶ τὸν βάλλοντα χωροῦσιν, id est, Canibus qui lapides mordent, quum eos qui iecerint non audeant attingere. At hoc proverbium quod scribit Plutarchus in vita Lucullo. Nam illum quum hortaretur Archelaus, vt relicto bello Ponticum transiret: se enim fore vt [illegible] rerum potiretur. Ille respondit: τοῦτο μὲν οὖν, ἔφη, τὸν ὄνον ταῖς ὑφαῖς ὅτι κεκτῆσαι αὐτῷ φράσεις. Negauit se tum asinum emisse, vt vestigiis eius, ad mana illatum, vestigia sua adhiberet.

Bona à vobis in communem vsum conferuntur. 35

Ἀγαθὰ παρ' ὑμῶν ἀγαθοῖς εἰς κοινὸν ἐκφέρεται. id est,

[illegible]

Hoc verè præclarum, tum virtutibus vbi vera bona sunt & virtutis & amicitiæ gratia conferuntur inter omnes probos intercedit, ad sui similem accedit, non ex [illegible] quibus ista constituit vel [illegible] Quidam non [illegible] Hercule, [illegible] Ceu Trachinij dicerunt mauis vs mulieret, [illegible] Verè etiam primus dixerit Ennius & trimeter Iambicus in eandem sententiam,

Ἀμοῦ γὰρ ἐσθλοῦ, κοὐ κακοῦ φίλος φίλου. id est,

Amici amicos vtro adeant. [illegible]

Tametsi potest aptari quum Homerus ait Iliad. ϛ.

Ἀλλήλοισι φίλοι δαῖτα ἀγάσσεσθε Μυΐλκῳ. id est,

Inuicem Mercurio epulum.

Scholiastes indicat, hoc verbo fuisse significatam Mercurij fortitudinem in bello. Exitus enim vox formidolosum arguit, & βοὴ apud Græcos interdum bellum declarat: quemadmodum & hodie apud Germanos. Zenodotus in collectaneis diuersa sententia est hoc adagium ex Euripide [illegible] vsurpatum, cui titulus Chrysogenes,

Ἀγαθὰ δ' ἀγαθοῖσι ξυμβάλλεται ἀεί. id est,

Vtrò adeant boni, semper boni conferunt.

Idem fermè significat Plato in Sympotico, Ἵνα ἐκ τῶν παρόντων ἀγαθῶν ἀγαθὸν ἀεὶ περιῇ ἐς τὸν ἔπειτα χρόνον· ἀγαθὸν δὲ ἄνευ σώματος οὐκ ἔστιν ἀγαθόν. id est, Vt & prouerbium perdurans hoc modo: Bonum ad bonorum commune vtro veniunt. Sentit videtur Plato. Homerum fecisse Menelaum deterrimum principium accessisse communem, quòd Agamemnonem vocat [illegible], Menelaus fuerit imbellis. Citatur Athenæus & ab Athenæo lib. 4. Tametsi non hunc ipsum Homeri locum, cum virtutis addat elogium,

Βελὸν ἀγαθὸς Μενέλαος. id est,

Bonus bellator Menelaus.

Et quum aliquot locis illum fortiter rem gerentem inducat, alicubi etiam φιλόμαχον cognomento honestet. Apud Athenæum libro primo, ex Cilatino, quidam qui inuocatus ad conuiuium accesserat, ita loquitur, Ἀγαθὸς αἰ ποτὶ ἀγαθὸν ἄνδρα ἔρχεται ἐς ἑστιασιν· ἀγαθὸν δὲ καὶ τὰ τῶν φίλων. id est, Bonus enim ad bonos viros conuiuatûrus venit: nam res amicorum communes.

In puteo cum canibus pugnare. 39

Ἐν φρέατι κυσὶ μάχεσθαι, i. In puteo cum canibus pugnare. Dici solitum vbi cuipiam negotium incidit cum homine rixoso & contentioso, a quo se nequeat extricare. Effertur etiam hoc pacto, ἐν φρέατι χειρομαχεῖν, voce compositâ.

Mihi ipsi balneum ministrabo. 37

Ἐμαυτῷ λουτρὸν διακονῶ, id est, Ipse mihi balneator ero, vbi quis suis ipsius inuertit commodis. Aut vbi quis non expectato, alieno officio, ipse suum agit negotium. Aristophanes in Pace,

Ἀλλ' αὐτὸς αὑτῷ, κἀγὼ μαυτῷ ξύλα σχίσω. id est,

Balneum & ipse mihi: ita hæc vobis grata parauero.

Interpres admonet translatum à balneis, in quibus cessante balneatore, ipsi qui lauant, aquam hauriunt, atque infundunt. Zenodotus putat & ad eos referri posse qui glandes ingenti mactas coquunt. Porrò is haud abiunde referretur ad glandium excussores. Nam Græcis βαλανεὺς, Balnearium cauponem significat, βάλανος & glandem: atque hinc anceps prouerbij interpretatio.

βαλανεὺς. βάλανος.

Vir fugiens haud moratur lyræ strepitum. 38

Ἀνὴρ φεύγων οὐ μένει λύρας κτύπον. id est,

Hunc qui fugit, strepitus lyræ haud remorabitur.

Senarius proverbialis in eos qui in rebus periculosis ac lentis, properandi studio negligunt leuiora. Nam qui fugit in tempore, non putat sibi aberrandum ac vacuum vt catorem aliquem auscultet. Idque ad complures res accommodari potest, veluti si dicas, non esse rebus frustris ac voluptatibus nugandum, quum hæc vita tot periculis sit obnoxia. In hanc sententiam eleganter Seneca epistola quadam ad Lucilium, Transeuntibus, inquit, [illegible] nugas: & ad illa, quæ nobis aliquam spem sanæ lætitiæ, properemus. Nemo qui obstetricem parturienti mulieri accersit, edictum & ludorum ordinem perlegit. Nemo qui ad incendium domus suæ currit, tabulam picturatam perspicit, vt sciat quomodo Hercules exactus sit. At mehercle vndique tibi nunciantur & incendium domus, & periculum liberorum, & obsidium patriæ, & bonorum direptio. Adijce his naufragium, motúsque terrarum, & quicquid aliud timeri potest. Inter illa distractus, rebus tam variis [illegible] in mole tantâ vacas. Plutarchus in eo quem scripsit de εἰ Delphico.

Οὐκ ἀδὲς ἀκροατὴν, ἀλλὰ φίλα. id est,

, Ingrata naubia, ingrata lugenti lyra.

Conuenit huic dicto Ecclesiastici, Musica in luctu, importuna narratio.

Musica in luctu, importuna narratio.

Cauinum prandium. 39

Cauinum prandium proverbio dicebatur abstemium, & in quo nullum vinum biberetur: propterea quòd peculiari naturæ proprietate, canes à vino abhorrent. Hanc [illegible] refert ab A. Gellio libro Noctium Atticarum decimo octauo, capite viginti octauo, his quidem verbis. Eius autem loci in quo id prouerbium est, verba hæc sunt. [illegible] ex M. Varronis Satyrarum libro, qui [illegible] inscribitur, id est, Aqua rigens inscribitur. Non vides apud Maecilium scribi, tria genera esse vini, nigrum, album, mediocre: quod vocant κυῖρον id est, gnuum, nouum, vetus? Et cinerem gnum, virus cloum, vrinam: mediocre, id est, concoctionem: nouum refrigerare, vetus [illegible], mediocre vero esse prandium canum. Quæ dum inquit Gellius, prandium canem, rem [illegible] diu & anxie quæsiuimus. Prandium autem abstemium, in quo nihil vini potatur, canum dicitur, quoniam canis vino caret. Quum igitur medium vinum appellasset, quod neque nouum, neque vetus esset: & plerunque homines ita loquantur, vt omne vinum aut nouum esse dicant, aut vetus, nullam vim habere significauit neque noui, neque veteris quod medium esset: idcirco pro vino non habendum, quia neque refrigeraret, neque calfaceret. Hactenus Gellius. Plutarchus in Symposiacis scribit, Theophrastum hoc vocasse solitum, ἄστα συμπόσια πεπαυμένα, quemadmodum alias admonuimus.

Vinum genera vini.

Vir fugiens, & denuo pugnabit. 40

Ἀνὴρ ὁ φεύγων, καὶ πάλιν μαχήσεται. id est,

Qui fugerit, is rursum hic prælabitur.

Senarius proverbialis, quo monemur non protinus abiicere animum siquid parum feliciter successerit: nam victos posse vincere. Proinde Homerus πρόμαχα νικᾶν vocat, id est vigilantes nunc apud hos, nunc apud illos pollentem. Apud eundem Iliados η, Alexander sic loquitur Hectori,

Victos posse vincere.

Victoria in manibus.

Νῦν μὲν ἐμεῖο φίλου ἀπέβη κλέος, ἄλλοτε δ' αὖτε σεῖο. id est,

Vtcunque nunc victoria cessit Menelao: Tu tamen ego ad proximum pugnæ superato vicissim.

Demosthenis probro datum est ab inimicis, quòd in hoc prælio quo Philippus Macedonum rex Athenienses apud Cheronæam vicit, clypeo abiecto fugisset, eaque gratia ἀσπιδοκόμης ignominioso cognomine vocatus. Verum id probri Demosthenes, homo non admodum verecundus

candus proverbiali, notissimoque versiculo legitur eludere iubitus,

Αὐτὸς δὲ φεύγει, κοὐκέτι μαχήσεται.

Huic consimile est illud Davi Terentiani, Hac non successisse, aliâ ingrediendum est via. Vsurpat adagium Tertullianus libro de Fuga in persecutione: sed omissis, inquit, quibusdam divinis exhortationibus, illum magis Græcum versiculum secularis sententiæ sibi adhibent. Qui fugiebat, rursum prælabatur: vt & rursus forsitan fugiat. Et quando vincet, qui quum fugerit victus est?

Ex stipula cognoscere. 41

Ἐκ τῆς καλάμης γινώσκειν, id est, Ex stipula iudicare, dicitur quoties è vestigiis quibusdam in senecta reliquis, conjecturam facimus cuiusmodi quis fuerit in adolescentia: translata metaphora à segetibus. Homerus in ξ Odyssez,

Ἀλλ' ἔμπης καλάμῃ γε σ' ἐίσομαι ἠὲ ἰόεντα
Γνώσεσθαι. id est,
Attamen inspecta stipula te suspicor illud
Comisse.

Vtitur hoc adagio Lucianus in Pseudomante, quem nos olim Latinum fecimus. Aristoteles in Rhetoricis καλάμην senectam interpretatur, Ὅταν γὰρ, inquit, τὸ σπέρμα ἤδη τὸ γήρως καλάμην ἐποίησε μάλιστα γὰρ τοῦτο ἐν γήρᾳ ἔχει τὸ γῆρας. ἄμφω γὰρ ἀπεστέρηται, id est, Etenim quum senectam dixit culmum senem ostendit, ac repræsentauit. nam vtrique defloruerunt. Aristophanes in Vespis non dissimili figura vsus est,

καλάμην.

Ἀλλά σε τῆς παλαίας
Δεῖ τῆς ἀναλίου τευτλίνην ἔχειν. id est,
Verùm è reliquiis robur horum colligi
Tenuile oportet.

Ex reliquiis coniecture.

Dicimus item, ex fragmentis, ex ruina rem cuiusmodi fuerit coniectare.

Eodem cubito. 42

Ἀπὸ πήχεως, id est, Eodem cubito: hoc est, eadem regula, eadem mensura. Vtitur hoc aliquoties Lucianus, cùm aliàs, tum in libello De ratione conscribendæ historiæ, ἡ ὅλως πᾶσα ὑπ' ἐμοῦ μέτρῳ ἀκριβεῖ, id est, In summa cubitus vnus, atque exacta regula. Aristophanes in Ranis,

Eodem cubito.

Καὶ γὰρ ἐστὶν μουσικὴ καλῶς πεπαιδευμένῳ,
Καὶ κατορᾶς ἐξαίφνης ἐν πυκνῷ ἐπῶν. id est,
In lauta enim liberalitate poetica:
Promentis è regulâ, cubitoque carminum.

Non dissimili figura dixit Cornelius Tacitus libro De oratoribus in præfatione, quum ait, se quæ a præstantissimis viris acceperat, iisdem numeris, iisdémque rationibus persequi velle. Plinius Epistolarum libro octauo dixit, pari libra. Illud fortasse παροιμιῶδες, ac non inutile fuerit admonere, pleraque metaphoras a mensuris ductas esse proverbiales, vt pensiculare rem, pensitare factum, rependere beneficium, remetiri gratiam, librare negotium, expendere causam, remunerare beneficium, atque id genus alias.

Iisdem numeris. Pari libra. A mensuris metaphoræ proverbiales.

Monstrari digito. 43

Δείκνυσθαι τῷ δακτύλῳ, id est, Monstrari digito, pro eo quod est, insignem esse, hodie quoque proverbio vulgari dictitant. Horatius in Odis, 2. Carm. 1.

Quod monstrer digito prætereuntium.

Persius Sat. 4.

At pulchrum est digito monstrari, & dicier, Hic est.

Lucianus in Harmonide, Καὶ τὸ δείκνυσθαι ἤδη ἐν πλήθει, ἢ Δίωνα δεῖ τὸν δακτύλῳ id est, In turba insignem esse, digitóque demonstrari. Natum videri potest ab eo quod in vita Diogenis narrat Laertius. Quum hospites quidam Athenas aduentassent, vt Demosthenem, cuius famam acceperant domi, conspicerent, Diogenes ἰδὼν μέσον δειλινὸν ἀγυιᾶς, ἔνθ' ἀμφὶς ἀγορὴ ἐν Ἀθηναίοις ἀριστήρης, id est, Medio postrecto digito, Hic est vobis, inquit, ille Atheniensium concionator. Simul significans Demosthenem & gloriæ auidum, & moribus contaminatis.

Diogenes risit Demosthenem gloriæ populari appetentem.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. *monstrari. Natum videri potest*, &c.) Quomodo hinc natum esset, quum ab Æschylo in Agamemnone, tot annis antè vsurpatum fuerit?

Ne altero quidem pede. 44

Μηδ' ἂν ἕτερον ποδὶ, id est, Ne alterũ quidem pedem discedere. Lucianus in Harmonide. Idem in Sectis, Οὐ πώποτε ἐξ Αἰθιοπίας ἐπὶ τὰ πρόσω ἐβάδισεν, id est, Qui ex Æthiopia nunquam vel alterum promouerit pedem. Annumerandum illis, quæ retulimus alibi, latum digitum, & latum pedem, latum vnguem: quibus vel consensus opinionum, vel studij assiduitas significatur, velut illo, nocte dieque. quod aliter extulit T. Livius belli Macedon. Alij in castris sine stationibus per totum annum vnúmque diem noctibus æquabant.

Nocte dieque. Ne altero quidem pede.

Ex diametro opposita. Diametro distant. 47

Ἐκ διαμέτρου, id est, ex Diametro. De vehementer inter se pugnantibus, olim dicebatur Sumpta metaphora à Geometris, apud quos perfectissima oppositio, ex diametro est. Lucianus in Tyranno, ἐκ διαμέτρου γὰρ εἰσὶ βίου φωναὶ, id est, nostra enim, & illorum vita, ex diametro, quemadmodum aiunt, inter se distant. Athanasius in libro quodam de synodo Nicena, εἰ δὲ ἐκ διαμέτρου ἐστὶ τοῦτο τοῖς λεγομένοις τῷ Σαβελλίῳ φρονοῦσι, id est, Qui iuxta diametrum, vt ita loquamur, aduersatur Sabellij sententiæ. Basilius in epistola quadam ad Athanasium κατ' ἐκ διάμετρον dixit. Diametrus enim est recta linea, figuram, qua longissimè patet, ex quo secans, velut diametrus orbis est, quæ sic à summo ad summum tenditur circulum, vt per centrum eat, definitore Macrobio in Somnium Scipionis libro secundo. Nec ab hoc dissentit Euclidis diffinitio. Latini lineam hanc, dimetientem vocant. Nam Græcis διάμετρος & ἡ διάμετρος, id est, a dimetiendo. Nominis causam reddit Aristoteles in Problematis Sectione 15. problem. 2. Cognatum est illi quod alio recentiorum loco, δὶς ἐκ πυρὸς.

Diametrus. Dimetiens.

Audi quæ ex animo dicuntur. 46

Ἀκούε τ' ἀπὸ καρδίας, id est, Audi quæ dicuntur ex animo. Nam ficta, quæque citra dissimulationem dicuntur ex animo dici dicuntur, eaque ex corde proficisci vulgus ait. Lucianus in Ioue Tragœdo, Οὐκοῦν ἀκούετε ὦ θεοὶ τὰ γοῦν καρδίας φωνὴν, id est, Itaque audite dij, nimirum ex animo dicenda, sicuti prouerbio dicitur. Nã adulatorum & simulantium oratio in faucibus nascitur, non in corde. Plutarchus in commentario quem inscripsit, Quo pacto quis possit assentatorem ab amico dignoscere, refert hos senarios,

Ἐμοὶ γὰρ ἀλαθεῖς, εἰ δὲ βούλεται,
Πτωχὸν κακὸν εἶναι τὸν δόκιμον φίλον
Φίλον παρ' ἐμοῦ τ' ἐκ καρδίας ἐρεῖ.
Mendicus etenim sit mihi, si libuet
Mendicus & infrà, qui mihi vobis bene
Tumore posito, possit ex animo loqui.

Addit, hoc haud facile dictu diuitibus, ac principibus, quibus modis omnibus est inuisa veritas: neque quicquam ferũt aures delicatæ, nisi quod assentatione multa conditum sit, & adulationem sapiat. Ad hanc figuram pertinet illud Plautinum, corde amare. item illud, persequi corde, animo, & viribus. vtrunque est in Captiui duo. Contrarium est huic, A summis labris, pro eo quod est, non ex animo. Seneca in epist. ad Lucilium, Non à summis labris ista veniunt.

Corde amare. A summis labris.

Aut bibat, aut abeat. 47

Aut bibat, aut abeat. Quo quidem adagio monemur, vt aut tempori, locóque nos accommodemus, aut ab hominum consuetudine nos subducamus. Quemadmodum Cato fecisse legitur, qui quum non posset sumere vultum Floralium licentiæ conuenientem, discessit à theatro. Natum est a priscis illis Græcorum symposiis, hoc est compotationibus, in quibus mos erat, talis sortiri quempiam, qui conuiuio quasi præsideret, ac decreta conuiualia præscriberet, quæ νόμους, id est leges appellabant. De huiusce legibus Valerius Valentinus iocoso carmine conscripsit cui titulum fecit Tapullę, teste Festo Pompeio. Porrò præfectum συμποσιάρχην, hoc est regem nominabant. Plutarchus συμποσιάρχην vocat. Varro apud Nonium, Modiperatorem à Latinis vocatum scribit, quasi modum imperantem, nequis aut plus satis biberet, aut parum. Athenæus lib. 10. ex Eupolidis authoritate docet, huic præfectos rei, ὑπάρχους dictos, ab aliis ἐφεστῶτας. Horum consuetudinis meminit & Horatius in Odis,

Sympesiarcha. Modiperator. ὑπάρχους. ἐφεστῶτας.

Nec regna vini sortiere talis.

Ex legibus iocosis hæc vna fertur Aut bibat, aut abeat. Commemoratur à Cicerone, lib. Tuscul. quæst. 5. Mihi quidem, inquit, in vita, seruanda videtur illa

lex quę in Græcorum conuiuiis obtinetur, Aut bibat, inquit, aut abeat. Et rectè aut enim fruitur aliquis pariter cum aliis voluptate potandi, ne lobrius in violentiam vinolentorum incidat, aut discedat. Sic iniurias fortunæ quas ferre nequeas, deuitando reliquus. Hactenus ille. Quod nunc efferunt, πῖθι, ἢ ἄπιθι, id est, aut bibe, aut abi. Quanto ciuilior hæc lex, quam ea quam Empedocles in conuiuio præscripta conuiuis præfectus vt aut biberet, aut vinum in caput illius effunderetur. Eam rem tam indigne tulit Empedocles, vt postridie coacto concilio, & inuitatorem, cuius opera id erat factum, & sympotas etiam reum peregerit, damnandosque curarit. Refert Diogenes Laertius. At nostri Mnamones hos quoque leges magis Scythicas præferebant: Aut bibe, aiunt, aut hunc cantharum quantus est, in caput tibi pergam tibi. Itaque non raro ex conpotatione mortes ortæ.

In Germanos hoc.

Domi conficturam facere. 48

Οἴκοθεν πλάττειν, id est, Domi conficere. Quod non aliunde petitur, id domi fieri prouerbio dicitur. Plautus in Curculione: Hinc ego de me conficiam domi. Et in Asinaria, Hoc ego, inquit, domi conficiam. Et hoc ipsum comperto Senecæ de beneficiis libro quarto. Domi quod natat, verum sit, & velut laborum nomen Italiam transiit.

Domi fieri.

Domi habet, Domi nascitur. 49

Ad eandem pertinet metaphoram, Domi habere. Nam id domi discimus habere quod à nobis natum est, nec necesse est ab aliis mutuo sumere. Translatum apparet ab ea consuetudine boum, quæ aut ipsi educamus quæ à domo deducimus. Terent. in Adelphis, domi natum videri scribit M. Tullius ad Varronem. Sed quid ego nunc hæc adfero, cui domi talia nascuntur? Idem Acad. quæstionum libro. Define quæso communibus locis, domi nobis ista nascuntur, id est, hæc oratorum sunt propria. Item de diuersis eleganter. Quod in rebus istis fœlicitatem vocamus, domi natæ sunt. Vide beatus esse quæras. Regum est domi continua habere, non ab aliena pendere sententia.

Confringere tesseram. 50

Apud Plautum in Cistellaria confregisse tesseram dicitur, qui libertæ tum in domum alicuius præcluso Siquidem quum amans dixisset se iureiurando astrictum vt lenæ huius diceret, ora is ne se perirum fieri pateretur, illa respondens, Abi, inquit, quæ cere vbi tuo iurando satis sit subinde. Item apud nostrum in Alcemmatche, confregit tesseram. Est autem tessera symbolum hospitale, quo prolato cognoscebantur hospites inquando rediissent.

Tessera quid.

Frigidam aquam suffundere. 51

Frigidam aquam suffundere, Plautus in Cistellaria videtur vsurpasse pro eo quod est, instigare clanculum. Sic enim in ea fabula meretrix queritur de matronis maritos suos in meretricum odium quoad possunt inflammantibus: Ita nostro ordini parum bene dicuntur, clàm si occasio vlquam est, aquam frigidam subinde suffundunt. Viris cum suis præcinunt nos facere, tuas pelices esse aiunt. Translatum apparet ab iis qui certaminibus equestribus aquam equis aspergebant, quo refocillati currerent actius: atque hoc pacto ad cursum instigabant. Cuius ministerij meminerunt etiam Pandectę iuris Cæsarei libro tertio, titulo De iis qui infamia notantur, ex Vlpiano his quidem verbis. Et generaliter ita omnes opinantur, & vtile videtur, vt neque Thymelici, neque Xystici, nec agitatores, nec qui aquam equis spargũt, cæteræque eorum ministeria, qui certaminibus sacris deseruiunt, ignominiosi habeantur. Hactenus Vlpianus. Id fiebat, opinor, in Olympicis, aut similibus certaminibus, nonnunquam & ob hanc causam, ne rotę agitatione feruescentes, flammam concuperent. Nisi cui magis probatur, vt traductum putetur ab iis qui ludibrij causa, aqua conspergunt aliquem, qui balneatorũ iocus est. Vnde & Iulius Pollux lib. 7 docet κνίσαι interdum vsurpari pro conuiciari. Sic Aristophanes in Pluto, κνισῆς μὲ καὶ σὺ τοὺς ἀνθρώπους. Quæritur quispiam quòd contumeliæ causa conspersus sit aqua multis præsentibus. Sed probabilius est translatum ab officinis ærariis, vbi fabri subinde frigidam in ignem aspergunt quo ignis fit vehementior.

Clanculum instigare vel incitare.

κνίσαι.

In senem ne quod collocaris beneficium. 52

Γέροντι μηδὲν ποτὲ δανείσῃς χρημάτων τινῶν, id est, Nequid vnquam beneficij collocaris in senem. Refertur nominatim prouerbij vice ab Aristotele libro Rhetoricorũ 2. Χ' ὅτις συμβουλεύει μὴ εὐεργέτει φίλον χάριτος πότε μάρτυρα παρεῖναι μοι ποτ' ὦν ἔρδω χάριτας, id est, Qui consulit nequis cum tene meat amicitiam, huic testimonij loco est prouerbium, Nequando bene merearis de sene. Dicitur hoc hodieque vulgò, Neque in senem, neque in puerum collocandum esse beneficium propterea quòd alter non referat, alter non meminit. Extat & huiusmodi quoddam apud Diogenianum adagium, Μὴ σοι δῷς ἔρδοντι χάριτας, μηδὲ γυναῖκα, μηδὲ παῖδα, μηδὲ κύνα τινός, μηδὲ λέοντα κατακείμενον, id est, Nequid beneficij colloces neque in senem, neque in mulierem, neque in puerum, neque in canem, cuiuspiam, neque in gestulum remigem. propterea quòd perire videatur quod in eiusmodi genus hominum insumitur. Seneca de beneficiis tertio. Sic fit vt præceptores eorumque beneficia intercidant, quia totam pueritiam relinquimus: sic fit vt in adolescentiam nostram collata pereant, quia ipsa nunquam retractatur.

Vulgare dictum.

Stultus qui patre cæso liberis pepercit. 53

Superiori protinus illud subtexuit, & quidem prouerbij nomine Ἠλίθιος ὃς πατρὸς φονέως τοῖς παισὶ φείδεται.

Καὶ ὃς πατέρα κτείνας παῖδα καταλείπει. id est, Et qui suadeat occidere liberos, quorum patrem occideris. Hesychius citato hoc prouerbium, Stultus qui patre occiso liberos reliquit. Refert idem postea inter sententias, Iatum qui occiso patre liberis pepercit. Est autem versus prouerbialis,

Νήπιος ὃς πατέρα κτείνας τοῖσιν ὑπολείπει

Infelicem, qui patre perempto pignora linquit.

Vsus est Herodotus in Clione ἐμοὶ γὰρ μοι τὸν φίλτατον πεποίηται, ὡς εἴ τις πατέρα κτείνας τοῖσι παισὶν αὐτοῦ φείσεται, id est, Nam mihi nunc perinde facile videor, ac si quis occiso patre, liberis illius parcat. Hoc adagium vsurpatum refertur Philippus Macedo, quum liberos etiã è medio tolleret quorum parentes occiderat. Aut enim oportebat primum à parentibus occidendis abstinere, aut filios item submouere, paternę necis vltores aliquando futuros. Refertur vox memorabilis matrum qui Maximinum imperatorem trucidarunt vna cum filio, Ex pessimo genere ne catulum quidem esse relinquendum. Huc pertinet Homericum illud ex Odyss. ς.

Ne catulum quidem relinquendus ex genere malo.

Οὐ γάρθοι τῷ παῖδα κατακτάμεν οὐδ' ἀνιόντα

Ἀνέρος, id est,

Vt bene habeat: ipso prolem superesse parenti.

Erit vsus adagio quoties admonebimus aut non esse prouocandos homines aut ita conficiendos, ne in posterum reliquis nos exerceant.

Χρησταίνεσθαι. 54

χρησταίνεσθαι dicebantur, atque hodie quoque vulgò dicuntur, qui probe loquuntur & improbe faciunt. Dictum autem peculiariter in Pertinacem imperatorem, quemadmodum in huius vita testatur Iulius Capitolinus. Paulus in epistola ad Romanos, hunc in modum blandiloquentiam, χρηστολογίαν, vocat, καὶ διὰ τῆς χρηστολογίας καὶ εὐλογίας ἐξαπατῶσι τὰς καρδίας τῶν ἀκάκων, id est, qui per blandiloquentiam ac benedicentiam seducunt corda innocentium.

Qui blandiloquentia seducit innocentes.

Pulchrè dixti. Belle narras. 55

Huc pertinere videntur ironiæ illę prouerbiales passim in comœdiis obuię, Dixti pulchre: Belle narras, καλῶς ἔλεξας. De re dicta vehementer absurda. Plato in Euthydemo nominatim pro prouerbio commemorat. Verba Platonis sunt: τὸ γὰρ λεγόμενον, καλὰ δὴ πάντα λέγεις, id est, Etenim quod dici solet, omnia pulchra dicis. Item in Gorgia, ἀκούσῃ δὲ σοῦ μάλα καλῶς λέγοντος, id est, Audiam, vt aiunt, valde pulcrum sermonem.

Fictiles opes. 56

Κεράμιναι πλοῦτοι, id est, Fictiles diuitiæ. De rebus incertis, frugalibus, ac neutiquam duraturis. Quemadmodum figulorum vasa facilè comminuuntur quolibet casu. Refertur adagium à Diogeniano.

Lepus dormiens. 57

Λαγὼς καθεύδων, id est, Lepus dormiens. Quadrat in eum, qui non facit id facere sese adsimulat aut quod facit, id se facere dissimulat. Qualem quidam arbitrantur fuisse Vlyssis somnum, quum à Phæacibus in Ithacam insulam exponeretur, authore Plutarcho. Nam leporem patentibus genis dormire, cum alij permulti tradunt

tradunt authores, tum Plinius in libro vndecimo, capite trigesimoseptimo: id quod etiam hominibus nonnullis aut accidere, quos Græci ὑποβατταρίας appellant. Neque perperam, opinor, dicetur & in timidos. Adagium à multis authoribus refertur.

ὑποβατταρίας,

Sero Iupiter diphtheram inspexit. 58

Ὀψὲ Ζεὺς τὴν διφθέραν ἐπεσκέψατο, id est, Inspexit, etsi sero, pellem Iupiter. Senarius prouerbialis in eos qui sero quidem, sed aliquando tamen pro malefactis dant pœnas. Antiquitas enim credidit Iouem omnia in sua diphthera, hoc est pelle caprina scribere: ac multa quidem pro tempore dissimulare, verùm aliquando de improbis pœnas sumere. Bellè quadrabit & in principes, qui diu dissimulata maleficia tandem puniunt.

Dissimulatio principum.

Aut mortuus est, aut docet literas. 59

Ἢ τέθνηκεν, ἢ διδάσκει γράμματα. id est,

Aut periit, aut profecto literas docet.

Senarius prouerbialis, quo significabant olim, cuipiam omnino male esse: tametsi parum liqueret quid rerum ageret. Is autem hac occasione venit in vulgi sermonem, authore Zenodoto: Athenienses duce Nicia parum fœliciter aliquando pugnauerũt aduersus Siculos, permultis occisis, pleriſque captiuis in Siciliam abductis, qui Siculorum filios literas docere coacti sunt. Proinde pauci qui fuga elapsi redierant Athenas: rogati quid hic aut ille faceret in Sicilia, modò memorato versiculo respondebant, Aut perit, aut docet literas.

Oportet testudinis carnes aut edere, aut non edere. 60

Δεῖ χελώνης κρέα φαγεῖν, ἢ μὴ φαγεῖν.

Testudinis carnem aut edas, aut non edas.

Trimeter prouerbialis, in eos qui negotium susceptum frigidè ducunt, neque explicantes, neque relinquentes. Sunt qui putent hoc dictum ab authore Terpsione profectum esse: quorum est Athenæus libro octauo, declarans hunc primum præcepisse de gastrologia, æditis regulis per quas liqueret à quibus esset abstinendum, quibus contrà vescendum: inter quas erat & hæc de testudine, φαγεῖν ἢ μὴ φαγεῖν. Addunt testudinis carnem si modicè edatur, ventris tormina facere, rursus si coprosè, leuare: cuiusmodi quiddam & de lactucis refert Plinius. Perinde quasi dicas: aut bellandum est, aut non bellandum: aut studendum, ut non studendum. Nam pleræque res sunt, quas si facias acriter, plurimum conducunt: sin ignauiter, officiunt. Velut ea quæ mediocritatem non recipiunt, quod genus est musicæ, poeticæque. Sunt tamen quædam quæ degustasse ut satis. quo de genere putant esse philosophiæ studium Epicurus ille Neoptolemeus, & Callicles Platonicus. Nõ abhorret ab eo quod est in Apocalypsi, Vtinam aut calidus esses, aut frigidus.

Tertullianus de gastrologia quædam præcepit.

Bonæ leges ex malis moribus procreantur. 61

Macrobius Saturnalium libro tertio, Vetus verbum est, inquit, Leges bonæ ex malis moribus procreantur. Nam sicuti medicorum pharmacis nihil opus foret, nisi morbis laboraretur: ita legibus ferendis nihil opus esset, nisi perperam viueretur. Vnde apud Æginetas olim pecuniaria pœna mulctabatur is, qui legis instituendæ dedisset occasionem. Author Aristoteles libro Rhetoricorum secundo. Cornelius Tacitus libro decimoquinto, Viu probatum est, leges egregias exempla honesta apud bonos ex delictis aliorum gigni. Huc pertinet quod Solon ἐρωτηθεὶς, διὰ τί τοῖς πατροκτόνοις οὐκ ἐθήκατο ζημίαν, διὰ τὸ ἀγένητον εἶναι, id est, rogatus quam ob causam non tulisset legem in parricidas, respondit, quòd non speraſſet futurum parricidam.

Erinetarum institutum.

Bos alienus subinde foras prospectat. 62

Βοῦς ἀλλότριος ἐκ πολλοῦ ἔξω βλέπει, id est, Bos alienus subinde foras prospectat. De iis qui apud alienos non satis ex animi sententia tractantur, eoque sæpius suos desiderant. Vnicuique domi, ac velut in suis præcipuis iucundissima vita, peregrè permulta sunt quæ lædant, plurima desunt. Alluſisse videtur ad hoc prouerbium Plutarchus in Sympoſiacis decade octaua, problemate. ἕνεκα δὲ ἑαυτῶν καταφρονοῦντες, μηδὲ ἔξω βλέποντες πυνθάνεσθαι. id est, Verùm ne ipsos contemnatis, neve foras prospicatis. id est, Ne aliunde petatis quod ab ipsis Platonis interpretibus sumi potest. Proinde recte dicetur, ἔξω βλέπων, qui non contentus suis, aliunde pendet. Vsurpat & in libello περὶ τοῦ πρῶτον ψυχρὸν εἶναι.

Apud exteros malè habiti.

Septimus bos. 63

Ἕβδομος βοῦς, id est, Septimus bos. Olim in stupidos brutosque dicebatur, vnde celebratus senarius,

Τὸν ἕβδομον βοῦν ὄνος ἐπιστρέφει. id est,

Vt ruſticum adagium septimum narrat bouem.

Id hinc ortum esse tradunt, quòd antiquitus post sextã lunam, bouis imaginem è farina pinsere consueuerint, qui septimam lunam cornibus referret. Sunt qui maline hinc natum, quòd quum apud veteres sex animantium genera tractari dus soleant, ouis, sus, capra, bos, gallina, anser: pauperes non habentes vnum ex istis, quod immolarent, bouis simulachrum è farina fingere consueuerunt: is quoniam sensu vitaque careret, in stolidorum abiit prouerbium. Citatur apud Suidam in Euripides & Achæus in Iride, qui prouerbium hoc vsurpauerint, tametsi verius illorum non reiecit.

Mos quidem vetus.

Summis naribus olfacere. 64

Τῇ ἄκρᾳ ῥινὶ ὀσφραίνεσθαι, id est, Summa hare olfacere, pro eo quod est, ceu experimento, coniecturaque qualicunque deprehendere. Extat apud Lucianum in Ioue redarguto.

Si meus ille stylus fuisset. 65

Si meus stylus fuisset, dixit M. Tullius in secunda Philippica, pro eo quod est, si hoc negotij meo arbitrio, meoque artificio compositum fuisset. Translata metaphora à fabularum authoribus, quorum stilo & calamo fabula tota conficitur. Verba Ciceronis hæc sunt: Sed vnam rem vereor ne non probes. Si enim fuissem, non solùm regem, sed regnum etiam de Rep. sustulissem. Et si meus ille stylus fuisset, vt dicitur, mihi crede non solùm vnum actum, sed totam fabulam confecissem. Porrò stylus est cuspis illa graphiaria qua scribimus in tabulis ceratis. Transfertur autem ad characterem & filum quoddam orationis, ad quod alluſit Cicero.

Stylus, quid.

Indus elephantus haud curat culicem. 66

In epistolis quæ Phalaridis nomine feruntur, extat huiusmodi quoddam adagium, κώνωπα οὐκ ἐλέφας ἰνδὸς ἐλαύνει, id est, Culicem haud curat elephantus Indicus. Dictum est autem ob singularem durit.em cutis elephantinæ, qua fertur etiam iacula excutere, tantum abest vt culicis morsu possit offendi. Ad liberi poterit quotes significabimus excelsis animis leues & vulgares iniurias esse negligendas.

Cutis elephãti durissima.

Lutum luto purgare. 67

Πηλὸν πηλῷ καθαίρειν, id est, Lutum luto purgari dicitur vbi res sordida sordibus tollitur, hoc est, quæ sordes non tolluntur, sed aut mutantur, aut augentur etiã. Apollonius in epistola quadam, ἀγνοεῖ ὁ ἀνὴρ καὶ θεοὺς ἐπιστομίζων, μὴ πηλῷ πηλὸν καθαίρειν. Loquitur de sacerdotibus qui deorum aras sanguine polluerent, eãmque expiationem esse ducerent. Huc pertinet Diogenis, ni fallor, dictum Is ingressus balneum sordidum, Qui hic inquit, lauant, vbi luuant? indicans talibus balneis conspurcari corpora potius quàm purgari. Idem accidit Alexandrinis qui in vibibus alunt vim ibicum in hunc vsum, quòd serpentes ac macellorum sordes deuorent, verum suis immunditiis omnia turpius compurcant.

Quocunque pedes ferent. 63

Ὅπῃ ἂν οἱ πόδες φέρωσιν, id est, Quocunque ferant pedes pro eo quod est, quouis. Quadrabit vbi nihil certũ spectatur ad quod nostri dirigantur conatus. Lucianus in Hermotimo, Οὐδὲ τοῦτο δὴ τὸ τῆς λύρας πεπαίδευμαι. ἔνθα δὲ ἡμᾶς οἱ πόδες φέρωσιν ἀπιόντας. id est, neque iuxta prouerbium, quocunque nos pedes tulerint, illuc ibimus. Horatius in Epodis, Od. 16.

Nihil certũ

Ire, pedes quocunque ferunt, quocunque per vndas
Notus vocabit, aut proterua Africus.

Rursus 3. Carm. 11.

I, pedes quo te rapitis & aua.

Ita & Theocritus in Hyla:

Ἄνδρες ἄγαν ὀκνεῦτε. id est,

Ducebant quocunque pedes, ibat.

Rursus in Thalysiis:

καὶ δὴ τὸ μεσαμέριον τόδε ἕρπει. id est,

Quo tardem te quæso pedes? medio trabis æstu

Et Virgilius.

Quo te Mœri, pedes? an quo via ducitin urbem?

Nec dissimili forma Plato lib. De Rep. tertio, ἵνα ἔνθα μὲ ὁ λόγος ὥσπερ πνεῦμα φέρει, ἐκεῖσε ἴωσι, id est, ad quos-

quæ ratio ceu ventus tulerit, huc eundum est.

Cyclopica vita. 69

In barbarum vitæ genus.

Κυκλωπικὸς βίος, id est, Cyclopica vita, pro vita vehementer effera ac barbara, quæ neque legibus, neque disciplina ciuili constet: neque religione deorum gubernetur. Qualem describit Homerus Odysseæ lib. 9. sub persona Polyphemi,

Νήπιός εἰς ὃς ξεῖνον ἑὸν πόσιν εἰλήλουθας,
Ὃς μὴ Διὸς αἰγίδα δείδιθι, μηδὲ θεοπτας,
Οὐ γὰρ πολλὸν ἀμείνονες ἐσμὲν ἀλεύασθαι,
Οὐδὲ Διὸς μεγάλοιο.
Delirus, aut certe longinquis hospes ab oris
Huc ades, vt qui me tubeas curæque moueri,
Siue timore Deûm, neque enim Cyclopica turba
Curamus summúmue Iouem, diuósque beatos.

Eodem in libro,

Τῶν δ' ἀνδρῶν τις πρόσσω, ὅτις τάδε ἶσιν,
Ἠὲ δύεσθαι τε κῆρι φίλῃσι καὶ ἀμφιπολεύειν,
Ἠὲ καὶ ὀξέως ταῦτα νόῳ βάλλεσθαι ἑκάστῳ. id est,
Quod genus hoc hominum experiar iam, sitne ferorum,
An sit, aquique vndes an & hospitis
Obseruent, animo reuerentes numina diuûm.

Homerum æmulatus Euripides Cyclopem hoc pacto loquentem facit,

Ζεὺς δ' ἐστὶ θεῶν πρεσβεύτατος ἡμέτερος ζεύς,
Οὐδὲ σέβω ὅστις ζῆλός ἐστι σμικρῶν θεός. id est,
Atque hospes ego fulmen Iouis non horreo,
Neque me Ioue potentiorem habeo deum.

Strabo libro Geographiæ 11. scribit, hoc vulgo dictum in Albanorum gentem, quòd Cyclopum agerent vitã, vtpote neque culturæ studiosi, & ad omnem vitæ cultum inertes & rudes.

ANIMAD. HENR. STEPH.

βίος, institutum vitæ.

V. Κυκλωπικὸς βίος.) Interpretatur & hoc prouerbium de vita vehementer effera ac barbara, βίος, id est vitam accipiens pro vitæ instituto ac moribus. ideóque prouerbij explicationem ex illis Homeri versibus petens, in quibus eorum vitæ genus agreste ac ferum describit. Atqui βίος hoc in prouerbio non ita accipitur: sed vt in illis, βίος μακαρίων, βίος ἀνθρώπων, item Ἀβροτος βίος. pro victu videlicet, & ita veteres intellexerunt, non ad illos Homeri versus respicientes, sed ad hos,

βίος, pro victu.

Οὔτε φυτεύουσι χειρὶ φυτὸν, οὔτ' ἀρόωσι,
Ἀλλὰ τά γ' ἄσπαρτα καὶ ἀνήροτα πάντα φύονται.

Vnde & ab Eustathio Cyclopica vita exponitur beata & laboris expers. in suis in Dionysium τ' οἰκουμένης cõmentariis, pa. 110. nostræ editionis. Strabo quoque ad illum versum Ἀλλὰ τά γ' &c. Cyclopicę vitæ appellationem refert. apud quem tamen non reperias quod Erasmus ab eo dici ait, nimirum hoc vulgo iactatum in Albanorum gentem, sed quum dixisset eos qui exercitum in Albanorum regione ductassent, commemorare ibi ἄσπαρτα καὶ ἀνήροτα πάντα φύεσθαι. (quod videlicet Homerus de Cyclopibus scripsit) addit, illos Cyclopeam quandam narrare vitam. Id est, Albanorum vitam appellandam esse Cyclopicam, si vera sint quæ de iis narrant illi: vtpote talem qualem Homerus Cyclopibus tribuit. Quin etiam Cyclopicam vitam appellari beatam, otiosam & omnis laboris expertem, hinc apparet quod illa ipsa verba quę modo protuli, ab Homero de illis vsurpata, in prouerbium de huiusmodi vita abierint. Lucianus De mercede seruientibus, ἀπράγμων γὰρ ἄσπαρτα καὶ ἀνήροτα πᾶσι τοῖς πλουσίοις τὰ παρὰ φύσιν. Iam verò cur κυκλωπικὸς βίος, de vita efferata ac barbara potius in prouerbium abiisse quam λαιστρυγόνιος βίος. quum similem vtrisque idem poeta tribuat barbariem? Quin tamen Cyclopicam vitam vt & Læstrigoniam vsurpare possit aliquis pro agresti & barbara non nego: sed quomodo veteres vsurpauerint, ad illum Homericum versum respicientes, declaro. Nam Max. Tyrius alio respiciens, & prouerbialem vsum non spectans, Cyclopicam vitam de solitaria vsurpauit.

Albanorũ vita Cyclopea.

Longè latéque. 70

Quum ingens discrimen significant, longè latèque distare dicunt. Aulus Gellius, Sic existimo, nisi me lectoris istius omnisque antiquæ orationis amor atque veneratio, cæco esse iudicio facit, longè latèque esse amplius, prolixius, fusius, in significanda totius ciuitatis multitudine, mortales, quàm homines dixisse. Citantur in Pandectis hæc ex Vlpiano, Si vsus fundi sit relictus, minus vtique esse quàm vsumfructum, longè latèque distare nemo dubitat. Translatum videtur ab agrorum mensoribus.

Similes habent labra lactucas. 71

Similia similibus obtingitia.

Similes habent labra lactucas. Vbi similia similibus contingunt, veluti præceptori parum docto discipulus indoctus, improbo populo magistratus improbus: contumelioso patrono contumelioſus actor. vxori morosæ maritus morosus breuiter quoties mala malis, digna dignis euenium. Natum adagium ab asino carduos pascente. Est autem lactuca herba mollis ac tenera, quæ tamen non admodum sit dissimilis carduo, præsertim syluestri. Itaque quemadmodum carduus spinosus est, atque maiorem in modum asperis foliis & caule, denique ipso etiam flore: itidem & asini labris nihil durius ac pericolosius, vt illis nõ alia lactuca magis apta videatur. Porro carduos lactucarum vice etiam in conuiuiis à nonnullis apponi solere, testis est Iulius Capitolinus in vita Pertinacis Imperatoris. Plinius item libro decimonono, de carduis in hunc modum: Poterant videri dicta omnia quæ in pretio sunt, nisi restaret res maximi quæstus, non sine pudore dicenda. Certum est quippe carduos apud Carthaginem Magnam, Cordubámque præcipue testertium. sena millia vt parcius reddere: quoniam postenta quoque terrarum in ganeam vertimus, etiam ea quæ refugiunt quadrupedes conficiæ. Vsurpat, simúlque interpretatur prouerbium diuus Hieronymus, scribens ad Chromatium in hunc modum: Secundum illud quoque de quo semel in vita Crassum ait risisse Lucilius, Similem habent labra lactucam, asino carduos comedente: videlicet vt perforatam nauim debilis gubernator regat, & cæcus cæcos ducat in foueam. & talis sit rector, quales illi qui regũntur. Hactenus ille. Fuit autem hic Crassus, auus eius Crassi qui pugnans aduersus Parthos interiit, cuius signa postea retulit Augustus Numeratur is inter eos qui nunquam in vita risisse feruntur, eaque gratia ἀγέλαστος, id est irrisibiles cognominati Marcus Iulius in actionibus, Crassum Licinium, auctore Lucilio, semel duntaxat in vita risisse tradatur. Plinius libro naturalis historiæ septimo capite decimonono, ferunt (inquit) Crassum auum Crassi in Parthis interempti, nunquam risisse, ob id Agelastũ vocatum, sicuti nec fuisse multos. Diuus Hieronymus contra Rufinum. Ego certe vt homini teuerissimo risum moueam, vt interim aliquando Crassum, quem semel in vita risisse scribit Lucilius. Meminit & Macrobius libro Saturnaliorum secundo.

Lactuca. Cardus.

Locus Plinij de cardue.

Crassus ἀγέλαστος.

Dignum patellæ operculum. 72

Huic simillimum est illud quod ab eodem Hieronymo refertur in epistola ad Chromatium: Dignum patellæ operculum. In mea enim, inquit, patria rusticitas vernacula: Deus venter est, & in diem viuitur, & sanctior est ille qui ditior est. Accessit huic prouerbio, iuxta tritum populi sermone prouerbium, dignum operculum. Significat autem episcopum ad improbos populi mores accómodatum. Idem aduersus Rufinum, Quod libium Eulebij pro Pamphili veteres, quod tuum quasi operculum venenatæ patellæ inponeres. Plato in Hippia maiore, differens de pulchro ac decoro, quiddam habet non abhorrens ab hoc prouerbio, ἀτεχνῶς φράσει φαίη ἂν τις τὸν λόγον, ὥσπερ εἰ ἐρωτηθείη τις περὶ τοῦ καλοῦ μαντὶ χρυσῆ τρυβλίῳ τοιοῦτον καλὸν ἐπιθεῖναι, τί φαίημεν; id est, Verum inquiet, vbi quis ollam illam pulchram, de qua modo loquebamur, igni admouerit, pulchris fabis plenam, decet illam aurea teryne aut ficulna? Quod Græce dictum est, τρυτάνη, Platonis interpres vertit tudeculam. Etymologus indicat, τρυτάνη vocem esse Atticis peculiarem, quæ illis significat δίμοιρα. Suidas ait instrumentum esse quo mouetur olla.

Dignum patellæ operculum.

Si iuxta claudum habites, subclaudicare disces. 73

Plutarchus in libello De liberis educandis, ἐὰν χωλοῦ συνῇς, ὑποκλάζειν μαθήσῃ. id est si iuxta claudũ habitaris, disces subclaudicare. Pindari interpres extulit hunc in modum,

Χωλῷ μεμιγμένος κἂν ἴδρις, κλάζειν μάθοις, id est,
Claudo vel vni si propinquus manseris,
Disces & ipse claudicare protinus.

Huc pertinet illud Hesiodium, à nobis alibi dictum, πῆμα πῆμα γίνεται, &c. Ea vero rerum humanarum est infœlicitas, quòd facilius transiliunt vitia quàm bona. Et tu-

Malus vitiosus noxa

Et tamen verissimè dictum est quod addit Herodotus, ἀνὴρ κακὸς ἀνδρὶ ἀγαθῷ ἐπιστὰς ἀπώλεσε. ita Pindarus in Nemeis hymno septimo, ἐσθλὸν δ' ἔβλαψε μὲν ἀνὴρ, τὸ φθόνῳ τε χείμενον ἔρεμνὸν φυλάσσει δ' αἰεὶ τὸ γενναῖον κατὰ κλέος. id est, Virum bonum quidem læsit, quod obiectum est vitio, animo contentum amicum. Quidam omnino de quinto quem video nec lectionem, nec interpretationem huius loci constare Græcis. Quidam enim pro ἐσθλὸν legunt ἐσσὸν τοι, referuntque ad eo nimodorem aut in commodorum communicationem quam bonus capit ab homine, maxime à vicino. Et legendum videtur ἔστιν τοι. Vt respondeat participio, qui nocuit. Interpres adducit & illud ex Hesiodo,

Ἐσθλὸς γὰρ ἐσθλὸν, ἢν ἐπαύρηται φίλου. id est,
Bonus enim bono, si contingat, prodest.

Themistoclis apophthegma. Pernicies improborum consuetudinis.

Notum est illud Themistoclis, qui proscripto agro iussit & hoc præconem addere reliquis dotibus, quod bonum haberet vicinum. Prouerbium admonet, perniciosam improborum hominum consuetudinem, propterea quod cùm corporis, tum maxime animi vitia contagio serpunt in vicinum. Naso,

Tum spectant oculi læsos, ladantur & ipsi:
Multaque corporibus transitione nocent.

Morbus oculorum.

Id Aristoteles existimat potissimum viu venire in morbis oculorum, quòd ea corporis pars maxime sit mobilis. Item in scabie, quòd in summa sit cute, & humore glutinoso ad vicinum permanet. Postremo in omnibus morbis qui è spiritu corrupto nascuntur, vt pestis, quòd spiritus facile ab alio in alium transeat. Denique est occultus quidam naturæ consensus, quo fit vt oscitare incipiat qui viderit oscitantem, & mictiuriat qui mientem conspexerit. author est Alexander Aphrodiseus. Et balbutire dicit, quibus assiduo cum balbo viuit. Morum autem scabiem affinat conuictor conuictori. Aristoteles Sectionis 6. problem. 4. quærit quare impetitudo, tabes & scabies contagio migrent ad alios, nec idem accidat in omnibus morbis. Plutarchus in commentario De ratione dignoscendi verum amicum ab adulatore, scribit tantam habere vim assiduam consuetudinem, vt imprudentes etiam imitentur vitia eorum quibuscum viuimus. Quemadmodum Platonis familiares, eius gibbum imitabantur: Aristotelis amici balbutiem eiusdem exprimebant. Alexandri Macedonum regis familiares ceruicis inflexum, & vocis in dicendo aspiritatem effingebant. Plato De legibus secundo eleganter indicat quomodo fallat contagium, τ πειν ἐκεῖν, τί ἂν ἀναλαβὼν ἔφη τις, ὅταν τις ἐπαφῇ τοῖς ἐπιεικέσι τῶν ξένων κακῶν αἰθρώποις, μὴ μανῇ, χάριν ἔχων δικαίως, ἢ μὴ δικαίως ὁ παιδιᾶς μείζω, σπουδῶν αὐτὸ ἡμῖν μοχθηρίαν, ἢ τι ἀκούσας δίκαιον ἀκούσῃ ἢ χαίρειν ἐποιήσεις αὐ χαρᾷ. id est, Vtrum probabile, an potius necessarium hoc ipsum esse, quod quum quis cum prauis hominum improborum moribus conflictatur, non odit, sed gaudet magis approbás, quanquam veluti per iocum reprehendit, somnians suam ipsius malitiam, tunc profecto necesse est vt similis euadat gaudens vtcunque gaudeat.

Corrumpunt mores bonos colloquia prana. 74

Cur satius sit morbi migrare in alios.

Eodem pertinet ille Menandricus senarius, quem diuus Paulus Apostolus haudquaquam grauatus est in prima ad Corinthios epistola citare,

Φθείρουσιν ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαί. id est,
Mores bonos conuictus inficit improbus.

Tertullianus ad vxorem vertit Græcum carmen, sed libertate Latinę concœdit, Conuictum (inquit) atque commertia Deo digna fectare, memor illius versiculi sanctificati per Apostolum,

Bonos corrumpunt mores congressus mali.

Consimilem huic sententiam refert Aristoteles nono Moralium libro.

Celebratur & hic senarius à Græcis,

Κακὸς ἐμαυτῶν κακὸς ἀκούσεσθαι κακός. id est,
Malus ipse fies, si malis conuixeris.

Locus Senecæ de malorum conuictu.

Quanquam autem alienus ab hoc instituto videtur huiusmodi conquirere, tamen non mihi tempero quin illud adscribam ex Senecæ De ira libro 3. si non magnopere pertinens ad prouerbij declarationem, certè ad vitam instituendam in primis conducibile. Sumuntur (inquit) à conuersantibus mores. Et vt quædam in contactis corpore vitia transiliunt, ita animus mala sua proximis tradit. Ebriosus conuictores in amorem vini trahit. Impudicorum cœtus fortémque & siccat, virum emollit. Auaritia ni prohibeas vitia sua transfundit. Quotidie ex proximo hauriendo crudelitas subrepit, & humanum nihil esse desinit. Eadem è diuerso ratio virtutum est, vt omne quod secum habeat, erigant. Nec tam valetudini prosunt veris regio & salubrius cælum, quàm animis priùs firmis, in turba melioribus versari. Quæ res quantum possit, intelliges, si vt feris feras quoque conuiuæ nostro transcelere, nullique immanitati vim suam permanere, si hominis contubernium cui parsit fuit, vique Senecæ verba reddidimus. Porro quam omnis contuberniij cognitio plurimum habet momenti ad corrigenda deprauandaque morum ingenia, tum præcipue vel exordio, quæ quidem ex arcanis nobis animi penetralibus depromuntur, genuinam quandam & occultam vim, atque vt Græci dicunt, ἐνέργειαν secum differt, adeoque in auditoris animum quæ habentur tractanda, præsentaneum vel momentum, si quod fuerit: remedium efficax, si salutaris. Proinde nullum adhuc apophthegma prudentum hominum me legere, quod mihi videatur cum eo ferendum quod Ioannes Coletus meus, vir pariter & eruditus & incorruptus, subinde dictitare consueuit. Tales nos esse, qualia sunt quotidiana colloquia, tales audire quales loqueter audimus. Iam verò quod de colloquiorum dictum est, idem oportet & de lectionibus accipere. Qui vitam omnem in Ethnicis conterunt literis, gentiles euadunt. Qui præter obscœnos authores nil cuiquam morbis obscœnis reddantur oportet. Etenim lectio colloquium quoddam esse videtur.

Io. Coletus.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. *Corrumpunt bonos mores colloquia prana.*) Qui hic ὁμιλίαι interpretantur colloquia, non plenam Græci prouerbij sententiam reddere, sed eam velut festinagere mihi videntur. Non dubito enim quin Menandri sensum, mores bonos corrumpi non solum colloquendo cum improbis hominibus, cohæsuque dicta audiendo, verumetiam facta cernendo. Pleriq; enim in probos probis suo exemplo multitudinem nocere, etiam prorsus tacentes, quotidiana experientia satis probet. Age ergo pendamus igitur alteram significationem earum vocis ὁμιλίας censeo: vt intelligamus cohabitationem cum improbis eos qui aliquot sint bene moratis, corrumpere. Nisi forte existimet aliquis interpretandum esse nomen ὁμιλίας hoc in versu, quàm verbum ὁμιλεῖν in illo ad eandem pertinente sententiam, Κακοὶ ὁμιλοῦν, κακοὶ ἔασιν ἀνδρῶν κακός. apud Theognin item, quum scribit, Τοῖσι μανθάνειν, ἀγαθὸν ὁμιλεῖν. Dixerat autem paulo antè, κακὸν δὲ μὴ φρονεῖν ἀνδρα φημί. Sed qui hoc existimabit, qua ratione moueri possit, alij viderint. Cæterum & hoc obiter annotabo, me, dum pater meus Nouum testamentum Græcum excuderet, in margine vnius veterum exemplarium quę habebat, legisse è regione huius loci Pauli μὴ πλανᾶσθε. φθείρουσιν ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαί, hæc paucula verba, τὸ χρηστὰ autem τῷ σοφὰ τῷ ἔθνεσι. Ibidem scriptum est, Μεταίρει τὸ παρακεῖ γράμμα ἐν ἀναβάσει.

ὁμιλίαι vocis significationes.

Annus clibanum. 75

Ἀνὸς κλίβανος id est, Annus clibanum. In eos olim dicebatur qui noue quopiam rem reperissent. Nam Annus quidam Aegyptius clibanorum vsum, in quibus panes coquerent, fertur excogitasse. Siquidem priscis temporibus polentaque victitabant cocti panis vsum nescientes. De ratione coquendi panis in furnis, permulta Plinius libro 18 cap. 11. & himotes vocabulum etiam indirum. Nã Plautus in Aulularia artopticiam vocat. Seneca in epistola quadam ad Lucilium ostendit, antiquitus panem manuum tractatione subactum, fermenti cinere tectaque percoqui solere: deinde paulatim repertos furnos & alia genera, quorum feruor seruiret arbitrio. Hic panis dicebatur κλιβανίτης. Meminit huius adagij tum Suidas, tum Aristophanis interpres ὁ ἀχαρίστων. Quanquã exemplaria plerique, ἀνὸς κλίβανος habent, in vno duntaxat loco ἀνὸς & scriptum reperi, quod mihi quidem magis arridet, vt vocabulum sit proprium.

Panis primus.

Magistratus virum indicat. 76

Ἀρχὴ ἀνδρὸς δείκνυται. id est, Imperia demonstrant virum. Dimeter iambicus prouerbio celebratus. Quidam Pittaci Mitylenæi putãt apophthegma. Sunt qui Solonis tribuant, quorum de numero Sophocles est, vt ferunt Aristoteles quinto Moralium libro. Quibus nominibus citauit. Item Theophrastus in prouerbiis, quæ quidem ea non extant, Brantius adscribit. Hoc ad meos dum putaui,

ne quis cauilletur sententiam esse, non prouerbium. Quanquam & Plutarchus in vita Ciceronis ostendit fuisse prouerbio celebratum dictum, loquens hunc in modum, Οὐ δεινὰ μὲν ἴσως καὶ λίαν ἔκφυλα τοῖς ἀνδράσιν ὑπάρχειν καὶ βασκίζειν. ἔθνεσι γὰρ ἀφ' ὧν τὸ πάθος αὐτοῖς, καὶ πόλεσι διαφερούσαις καὶ βασιλεῦσι συμβαίνει. id est, Quod autem videtur ac dicitur, maximè mores hominis ostendere atque explorare, nimirum potestas ac magistratus, etenim nonnullos affectum, & omnem aperiens malitiam, id Demosthenem quidem non adfuit. Sophocles in Antigone,

Mores hominis explorat potestas.

Ἀμηχανοῖ δ' ἀνδρὸς αἴδεσ ὁπόσον σθένει
Ψυχὴ τε καὶ φρόνημα καὶ γνώμη σοφὴ αὖ
Ἀρχαῖς τε καὶ νομοισιν ὑπεξέλθῃ φανῇ. id est,
Fieri haud potest, quamquam vt per nouerim
Animum, si pro hac rem hunc fore iam, si primo
Imperia mihi dem, certe cautus.

Sensus est, in vita priuata vix satis perspici posse mores & ingenium hominis. Verùm si committas imperium, vt quod libeat, idem liceat, tum demum apparere quo sit animo. Eleganter inuertit Epaminondas, cui quum Thebani per cõtumeliam magistratum quempiam sordidum & contemptum mandassent, non contempsit, sed ea cura gessit vt munere prius contemptissimo dignitas & authoritas accederet, dicens, Οὐ μόνον ἀρχὴ ἀνδρὸς δείκνυται, ἀλλὰ καὶ ἀρχὴ ἀνήρ, id est, Non solùm magistratus virum ostendit, sed magistratum vir. Meminit Plutarchus in præceptis ciuilibus.

Epaminondæ modestia.

Idem Accij quod Titij. 77

Extabat olim adagium apud M. Varronem in satyra cui titulus Testamentum: refertúrque apud Aulum Gellium in Noctibus Atticis, Idem Accij quod Titij. Quòd siquis (inquit) vndecimo mense κατ' ἐξοχὴν natus est, Accio idem quod Titio ius est. Nimirum significans eodem fibri iure futurum, filium decimo mẽse natum, quo eum qui natus sit vndecimo. Sumptum videtur à Iurisconsultorum consuetudine, Titij & Accij vocabulum pro quibuslibet duobus subinde vsurpantium.

Titius. Accius.

Muta persona. 78

Κωφὸν πρόσωπον, id est Muta persona. Martialis in sexto Epigrammatum libro,

Comædi tres sunt, sed amat tua Paula Lycorce
Quatuor, & κωφὸν Paula πρόσωπον amat.

Quadrabit in eos qui in conuiuio deliberantium, aut disputantium, aut etiam in conuiuiis, cæteris loquentibus, soli tacent. Traductum apparet a lege comœdiarum, in quibus non temere plures tribus personæ solent induci in eadem scena. Quòd siquando quarta accesserit, aut muta prorsus est, aut perpauca loquitur. M. Tullius ad Atticum lib. 12. Si Cottam & Varronem fecissem inter se disputantes, vt a te proximis literis admoneor, meum κωφὸν πρόσωπον esset. Mutas nuptias dixit alicubi Pindarus, pro clancularijs & in quibus non decantetur hymenæus, ἄφθογγος γάμος. De doryphoremate dictum est alias.

Muta nuptiæ.

Caput sine lingua. 79

Ab hoc non admodum abludit ille Laberianus trimeter,

Caput sine lingua, est pedaria sententia.

Competit in eos qui in consultationibus aut disceptationibus ipsi quidem nihil habent quod dicant, verùm aliorum sententiis annuunt. Nam pedarij senatores dicebantur ij, qui in senatu quidem sedebant, verùm sententiam non rogabantur, sed in aliorum sententias pedibus discedebant. Vnde referente Festo Pompeio in dictione pedarius, à Lucilio dicti sunt Agipedes, quòd pedum discessione dicerent sententiam. Refertur à Gellio Noctium Atticarum libro tertio, capite decimonono. Habet & crocodilus caput sine lingua, sed dentibus armatum, quales nunc videmus multos, qui quum bene dicere nesciant, tamen mordent letaliter. Nilus procul abest à nobis, sed hoc genus crocodilis plena sunt omnia.

Pedarij senatores.

Agripedes.

Corpus sine pectore. 80

Prouerbiali figura dixit Horatius in Epistola ad Albium, 1. Epist. 4.

Non tu corpus eras sine pectore, dij tibi formam,
Dij tibi diuitias dederant, artemque fruendi.

Item Ouidius in Heroinis,

Hunccine tu speras hominem sine pectore, dotes
Posse satis forma Tyndari posse tua?

Perinde verò dictum est corpus sine pectore, quasi dicas, sine mente. Nam sapientiam & ingenium in pectore atque in corde constituunt. Vnde & cordatos appellamus prudentes. Et Iuuenalis tardum ac stolidum significans,

Cordati.

-cum læua in parte mamillæ
Nil faciat Arcadico iuuenis.

Cerite cera dignus. 81

Olim notari indignos atque improbos & nequam homines, Cerite cera dignos prouerbio vocabant, nimirum Ceritem ceram, insignem ignominiam appellantes. Horatius 1. Epist. 6.

Quid deceat, quid non, obliti, Cerite cera
Digni, remigium vitiosum Ithacensis Vlyssis.

Acron & Porphyrion huiusmodi tradunt originem adagij: Romani Ceritibus bello subactis eam dixere conditionem, Ne suffragij ius haberent, ne leges vllas aut æderent, aut haberẽt. Eamque ignominiam in adagium abiisse. Meminit de tabulis Ceritibus & Aulus Gellius lib 16. cap. 13. Primos autem municipes, inquit, sine suffragij iure Cerites esse factos accipimus. Concessumque illis, vt ciuitatis Romanæ honorem quidem caperent, sed negociis tamen atque oneribus vacarent, pro sacris bello Gallico receptis custoditísque. Hinc tabulæ Cerites appellatæ versa vice, in quas Censores referri iubebant quos notæ causa suffragijs priuabant. Confine videtur illi quod alibi diximus, Sutorium atramentum.

Cerites priuati iure suffragiorum.

Dy laneos habent pedes. 82

Macrobius libro Saturnalium primo, cap. 6. scribit in hunc modum: Cur autem Saturnus ipse in compedibus vitatur, Verrius Flaccus causam se ignorare dicit. Verùm mihi Apollodori lectio suggerit: Saturnum Apollodorus alligari ait per annum laneo vinculo, & solui ad diẽ sibi festum, id est mẽse hoc Decembri. Atque inde prouerbium dictum, Deos laneos pedes habere. significari verò decimo mense semen in vtero animantium in vitam grandescere: quod donec erumpat in lucem, mollibus naturæ vinculis detinetur. Hactenus Macrobius. Lucianus item in Cronosolone, Saturnum in compedibus fingi solere significat. Atque huius figmenti rationem reddit in libro de Astrologia, nempe quòd orbis Saturni longissime à nobis semotus sit: ob hoc in tartara coniectum finxere, ex aeris profunditate sumpta occasione. Deinde quòd motus sit omnium tardissimi, vt quasi stare videatur, compedibus alligatum finxerunt. Plutarchus in problematis scribit, Tyrrus fuisse morem, vt deorum statuis vincula inicerent. Ænigma prouerbij indicat, deos ad scelerum vltionem lente quidem procedere, sed tamen aliquando de malefactis pœnam sumere vel inopinato. Sic interpretatur Porphyrion, demonstrans quod scribit Horatius libro Odarum tertio, oda secunda,

Cur Saturnus in compedibus fingeretur.

Deos ad vltionem lentè procedere.

Raro antecedentem scelestum
Deserunt pede pœna claudo.

affine esse prouerbio quo dicitur, deos iratos, pedes lanatos habere, quia nonnunquam tarde veniunt nocentibus.

Zenone moderatior. 83

Ζήνωνος εὐτραπελώτερος, id est Zenone temperantior. Testatur & Laertius in Zenonis vita philosophum hunc tum in victu, tum in voluptatibus Venereis vsqueadeo patientem ac parcum fuisse, vt crudis duntaxat veteretur, ac pallio prætenui tegeretur. Vnde & Philemon in comœdia taxat hominem, qui post panem obsonij loco caricis veteretur, aquam vini loco biberet, ac discipulos esuriem doceret. Hinc & in vulgi sermonem abiit, Zenone temperantior. Philemonis versus apud Diogenem ex fabula cui titulus Philosophi, sunt eiusmodi,

Zenonis temperatus vita.

Εἶτ' ἄρτον ἔφαγεν ἡμιδάκτυλον ὀβολοῦ,
φιλοσοφίαν καρδιῶν οὗτος φιλοσοφεῖ,
Γνοὺς διδοὺς ἡ μάθοις τἀλαζόνα. id est,
Post panis esum, caricæque obsonium
Aquam biberat perdurat inde simplicem.
Nouum enim philosophiæ celebrat hic genus:
Docet esurire, ac discipulos stabilitat.

Quanquam sunt qui versus hos Posidippo tribuant, non Philemoni, velut idem admonet Laertius.

Syloſontis chlamys. 84

Η Συλοσῶντος χλαμύς, id est, Syloſontis chlamys. Refertur à Diogeniano, dici solitum in hos qui se cultu vestitúque tactitant ac vendicant. Videtur haud absurde dici posse & in eos quibus munus exiguum in tempore

Munus ma-

pore, magno cum fœnore rediit. Historiæ, quę prouerbij dederit occasionem, meminit Herodotus in Thalia: quanquam apud nunc χλαμὺς legitur, non χλαμυδοφόρους autem vestis militaris. Meminit & Strabo Geographiæ libro 14. Historia ne habet: Syloson quidam quum teniisset Darium Hystaspis filium, quum adhuc priuatus ageret, chlamyde quadam sua admodum bella impensius fuisse delectatū, eam vltro dono misit. Cuius tam tempestiuę liberalitatis memor Darius, quum iam rebus esset præfectus, totam & vrbem & insulam Samiorū Sylosonti in manus tradidit, vnius vestis munus tam opulento regno compensans. Mētionem facit huius rei Valerius quoque Maximus, libro Memorabilium quinto, titulo De gratitudine. Porrò quod alię chlamydem seu chlanydem vocant, hic amiculum appellat, id est pallij genus.

Syloson.

Opera Sylosontis ampla regio. 85

Ἔστι συλοσῶντος ἔργα μεγάλα. id est,

Per Sylosontem regio facta est amplior.

Senarius in prouerbium versus, quem refert Strabo libro Geographiæ 14. Nam Syloson munificentia Darij, mortuo Policrate, Samiorum adeptus tyrānidem, quum acerbius exerceret imperium, ita vt ferè solent ij qui ab humili fortuna repente ad res amplas prouehuntur, & ob hanc causam insula desereretur ab incolis, prouerbio dici cœptum,

Ἔστι συλοσῶντος ἀμαχανία. id est,

Spatiosa regio est Sylosontis gratia.

Conuenit in acerbè gerentem magistratum, aut in principem malum, cuius vitio deseratur ab incolis regio. Venustius redderetur longiore deflexu veluti si in hominem τυραννικὸν, qui domum aliquam compilarit, dicatur aut in profusum ac prodigum, cuius luxu loculi facti sunt manes.

Phalaridis imperium. 86

Φαλάριδος ἀρχή, id est, Phalaridis principatus. Refertur inter Græcas paroemias. Rectè dicetur in eos qui crudelius exercent imperium, aut potestatem sibi delegatam. Ortum adagium à Phalaride Agrigentinorum tyranno, quem sua crudelitas nobilitauit. Inter multa autem crudelitatis exempla celebratur in primis æneus ille taurus, Perilli siue Perillai (nam sic appellat Lucianus) inuentum, quo subiecto igni mortales viui sic exurebantur, vt pro eiulatu humano mugitum ederent morientes. Eum taurum, exusto primum in eodem artifice, Delphos mississe legitur, vt Phœbo dicatus, in eius templo reponeretur, monimentum futurum simul & artis exquisitissimæ, & inuēti crudelissimi, & pœnę merito in authorē retortæ. Verū Delphi munus, vt à tyrāno missum, repudiarunt. Hęc fermè leguntur apud Lucian. Simili figura dictum legimus φαλαρισμὸν, pro immani crudelitate. Cicero ad Atticum libro 7. Nam iudum quidem, cuius φαλαρισμὸν times, omnia teterrimè facturum puto. Idem in actione contra Pisonem, Quoniam (inquit) Phalarin grammaticum habemus, id est, qui perperam scripta etiam capite punit.

In crudelius imperantes.

Perilli taurus

φαλαρισμὸν.

Manliana imperia. 87

Vt hoc prouerbium rectè cōgruit in hos qui sæuiunt in eos in quos ius nacti sunt, ita Manliana imperia confine illi prouerbium, probè torquebitur in eos qui nimis rigida iuris obseruatione, humanitatis & æquitatis obliuiscuntur. Historia quæ prouerbio causam dedit, narratur à Tito Liuio primæ decadis octauo libro. Extat & apud Valerium Maximum, aliosque complures scriptores: & ad hunc fermè habet modum. T. Manlius quum consul bellum cum Latinis geteret, edictúmque esset nequis extra ordinem pugnaret, Titus Manlius consulis filius turmæ præfectus, prouocatus à Genutio (siue, vt Valerius, à Geminio) Metio Tusculanorum equitum præfecto, oblitus edicti consularis conflixit, & prouocatorem hasta confodit. Deinde vbi comitante turma, ac velut ouante spoliis ornatus ad patrem tenderet, ille mox in cōspectu omnium, filium quòd extra ordinem pugnasset, ad palum deligari, deinde virgis ex more cædi, postremo securi feriri iussit. Salubri quidem in posterum exemplo, quemadmodum ait Liuius, sed in præsentia nimium inuidioso consuli. Siquidem (vt author est Valerius libro Memorabilium nono, capite De ira) quum victor Romam reuerteretur, nemo iuuenum obuiam ire in tantum totius iuuentutis odium venerat. Hinc & cognomē additum vulgo Imperioso. Refert simile seueritatis exemplum Valerius Maximus libro secundo, capite De disciplina militari, de Posthumio Tiburto, cuius filius fortissimus adolescēs, quòd feliciter quidem, sed iniussu patris cum hoste cōmisisset, à patre securi percussus est. Quanquam T. Liuius 1. decadis lib. 4. maluit hoc de Manlio Torquato, quam de Posthumio credere: atque in variis scriptorum opinionibus hoc potissimum argumēto fele vti testatur, quòd vulgato prouerbio Manliana imperia dicta sint, non Posthumiana, quum tamen Posthumius ætate præcesserit Manlium. Quod si prior tam æui exempli fuisset author, occupasset nimirum insignem titulum crudelitatis: præterea quòd Manlio cognomen inditum esset Imperioso, non Posthumio. Meminit & Seneca De beneficiis libro 3. de Manlio siue Manlio quodam, qui relegatus à patre, reuersus eum à molestia lictis intentata liberauit. Recte ad prouerbium allusit M. Tullius libro De finibus 2. Vide ne ita sint Manliana nostra aut maiora etiam, si imperes quod facere non possim. fortasse pro nostra, scriptum erat iussa.

In summa iniuria uenter.

M. Torquati dictum, ne quis extra ordinem pugnaret.

Mālio cognomen imperioso datum.

Posthumius Tiburtus.

Complurium thriorum ego strepitum audiui. 88

Πολλῶν θρίων ἐγὼ ψόφον ἤκουσα. id est,

Thriorum ego strepitum audiui complurium.

Senarius est prouerbialis, quo minas & inanem clamorem nos contemnere admonemus. Quemadmodum Thais illa Terentiana sęuas & gloriosas Thraso minas pro nihilo ducit magnum nebulonem appellans. Aristophanes in Vespis,

Ὅτι θρίον πολλῶν ἀκούσας ἔδακε Σίμων τὴν ψῆφον. id est,

Thria nam quid strepant, vt ignotus qui audierit.

Porrò thria à Græcis dicuntur ficulnea folia, quæ cùm incenduntur, minacem quendam edunt strepitum, & formidandum iis quibus antè non fit auditus, alioquin inanem & contemnendum. Nisi malus legere σκῶρ, sic enim Græci vocant calculos quos in vrnam mittunt sortilegæ, quum diuinant, quemadmodum admonuimus alibi. Solent huiusmodi diumatrices aliquando è sortibus dira prædicere, quo stultos ac credulos terrifient, quum sæpenumero nihil euenat eorum quæ minantur.

Inanis clamor nihil facessit.

θρία.

σκῶρ.

Ne inter apia quidem sunt. 89

Οὐδ' ἐν ἄπιοις εἰσὶν, id est. Ne in apio quidē sunt, pro eo quod est, ne ingressum quidem aut initium rei attigerunt. Sumpta metaphora ab iis qui ortos ingrediuntur. Nam antiquitus, extremus ille hortorum ambitus, apio conserebatur: quem qui nondum prætergressi essent, velut in horti limine adhuc esse videbantur. Aristophanes in Vespis:

Οὐδ' ἐν ἀπίοις ἐσμὲν ἔτι τοῦ πράγματος, οὐδ' ἐν τηγάνῳ. id est,

In apio nondum est vel ipso, sed nec in rutis adhuc.

Hoc est, nec initium habet eorum quæ sunt futura. Interpres & aliam quandam hoc loco refert sententiam, volens adagium ad gymnicum agonem pertinere, ad quod qui præparatent infantes, statim vt essent nati, in apio collocare consueuerunt. Itaque perinde dictum videtur, Ne in apio quidem: quasi dicas, ne in primis quidem rudimentis. Rutam autem comicus addidit risus causa, quòd apium prælocutus fuerat. Porrò morem apio coronandi putant iam olim ab Hercule inductum post interfectum Nemeę leonem: quod & Pindarus indicare videtur alicubi: nam in Nemeis hymno quarto dicit, ἐπεὶ ἐν ἀέθλοισι βαρυκτύπου Διὸς νεανίαι πάλαισαν. id est, Vbi in certamine tumultuosi, florent Corinthiacis apiis. Significat quendam in certamine Neptuni Isthmico coronatum fuisse à Corinthijs.

Vetus mos gymnicorum.

Podex lotionem vincit. 90

Πρωκτὸς λουτρὸν νικᾷ, id est, Podex lotionem vincit. Callistratus, apud Aristophanis interpretem, adagium hoc retulit ad eos qui se in malum aliquod adigunt, propterea quòd ea corporis pars, etiam si lauetur, semet rursū inquinat, ita vt ipsa sit in causa quo minus lauari possit. Quadrabit etiam vbi quid frustra nec significabimus, veluti siquis nocentem è carcere redimat, atque ille mox iterato commisso semet eodem præcipitet. Aut si quos reconcilies, mox in pristinam relapsuros simultatem: aut castiges incorrigibile ingenium, quod genus est mulierum. Conueniet & in illos qui suo ipsius vitio malo. Veluti siquis morum intractabilitate obtineat ne posthac obiurgetur à præceptore. Putant adagium videri sumptum ab iis potissimum qui cita sunt aluo, quos Nonius fonolos appellet. Aristophanes in Vespis: Πρωκτὸς λουτρὸν οὐκέτι νικᾷ, id est,

Podex pertinens foturam. Itidem & morbus dicitur vincere artem, curamve medici, quum est immedicabilis. Ex veterum monumentis deprehendes fuisse morem publicum, vt post exoneratam aluum adhiberetur eius partis lotio, quæ tamen subinde erat repetenda. Martialis inter illæ catellæ laudes commemorat, quòd post depositum ventris onus rogaret lauari. Legimus & barbarum quendam seruitutis impatientem, ligno, cui spongia erat addita tergendo podici, in guiam adacto sibi conciusse necem.

Mos veterum publicus.

Conscientia mille testes. 91

Quintilianus Oratoriarum institutionum libro 5. hanc sententiam vt prouerbialem citat, Conscientia mille testes. Sensus interpretc non eget. quis enim nesciat, conscientiam omnium cruciatissimã: adeo vt nulla tormenta melius prodant maleficium, quàm conscientia, nullus carnifex seuerius puniat, quàm hæc, vnde & illud:

Heu quàm difficile est crimen non prodere vultu!

Extat & Græcanica sententia, συνειδησις πληγὴ ψυχῆς. id est, Conscientia verberat animum. Iuuenalis item,

-et sæuit atrox intra præcordia testis.

Hanc sensere poetæ, cum de Diris & vltricibus furiis fabulantur.

Mysorum præda. 92

Μυσῶν λεία, id est Mysorum præda. In eos olim dicebatur qui impune à quibuslibet ludu.tur ac diripiuntur. Ortum adagium a Mysis, quos aiunt quondam finitimorum incursionibus male vexatos fuisse, quo tempore Telephus rex peregre agebat. Vetus hoc adagio Aristoteles libro Rhetoricorum primo tractans de locis ex iecturalibus, οὓς γε καὶ ὑπὸ πολλῶν ἀδικουμένους, καὶ μὴ ἐπεξιόντας, οὕτως ἔχειν πρὸς τοὺς πολλοὺς παροιμιῶδες λέγει. id est, Eos item, inquit, qui à complurib. affecti iniuria, non curant de vltiscendo. Nam vt trito dicitur prouerbio, Mysorum hi præda sunt: hoc est, passim ab omnibus incessuntur, propterea quòd veteres ferendo iniuriam inuitant nouas. Vtitur eo Demosthenes aduersus Æschinem. Quo quidem in loco scholi depranarunt pro Mysorum, miserorum, in translatione Leonardi Aretini. Citatur & ex Stratidis Medea, & Iambis Simonidis.

Impunè læsi.

Vitra septa transilire. 93

Τὰ πὲρ τὰ ἐπεσταλμένα πηδᾶν, id est, Septa transilire. Congruit vel in eos qui rem quampiam nouam & incredibilem designant, longèque supra vulgarium hominum facultatem. Vel in hos qui à re proposita digrediuntur. Vel in illos qui præscriptos sibi terminos, & potestatis mandatæ modum transeunt, natum adagium à Phyllo quodam pentathlo Opuntio, vt quibusdam placet, Crotoniata, qui tum saltu, tum disco mirum in modum valuisse legitur. Hæc ferme Suidas. Extat & in scripto ita tuæ illius huiusmodi,

Πίντ' ὅπλ' ποτ' ἐπεσταλμένα πήδ' ἐς πήδημα φαίνω.
Δισκεῦσι δ' ἐκεῖ, πὲντ' ἀπελεγόμενον. id est
Quinque supra quinquagesima septa salit Phyllus:
Discum autem iacit centum exceptis quinque.

Phyllus, pentathlus.

Meminit huius adagij Plato in Cratylo, ἢ ὑπὲρ τὰ ἐπεσταλμένα ἅλεσεν, id est, Et vltra septa salisse. Refert & Iulius Pollux libro De rerum vocabulis tertio. Lucianus in Somnio, ὑπὲρ τὰ ἐπεσταλμένα ἤδη πηδᾷ. id est, Vltra septa iam transilit. De somnio, cuius finis cum sit somnus, iam etiam vigilanti duraret. Chrysostomus homilia in 2. Cor. 3. πεπήδηκε τὰ παρίσα, id est, Septa transcendit. de Paulo loquitur, qui quum gratis doceret Euangelium, plus præstitit quàm ab Apostolis exigebatur. Cicero de oratore lib. 1. Et quasi certarum artium forensibus cancellis circumscriptam scientiam. Idem in actionibus, Ab his cancellis, quibus me circumscripsi, declinauero. Locus enim is, in quo celebrantur ludi forenses, fossis, cancellis, aut aliis id genus septis erat circumscriptus.

Cancellis circumscriptus.

Pyrice facta. 94

Pyra, insula quæpiam est haud procul à Chio, cuius meminit & Homerus lib. Odyssez 3. Pyram appellans:

Ἤτοι μὲν δὴ Χίον ναιήμενοι πετραήεσσαν.
Νῆσον ὑπὲκ λαιῆς, αἰπεῖαν τε ἀσπερχὲς ἔχοντες. id est,
Certe supra Chium vrebamur asperam, iuxta
Insulam Pyram, ipsam Chium à sinistris habentes.

Strabo Pyra pronuntiat plurative, & neutrali genere. Meminit huius & Plinius lib. mundanæ historiæ 5. Ea insula quoniam esset & perpusilla & ignobilis, in cõtemptus ac vilitatis prouerbium abiit, vt quæ sordide, parúmque magnificè fierent, Pyrice facta dicerentur. Hæc ferme Stephanus. idem citat Cratinum,

Πύρας τ' Διονύσου ἄγοντες. id est,
In Pyra Bacchum ducentes.

Eundem rursus in Nemesi:

Πύρασι πλὴν σπερμάτιον ἄγει. id est,
In Pyra spartam ducis.

Pyrice, insula contempta.

Bos Cyprius. 95

Κύπριος βοῦς. id est, Cyprius bos. In brutum ac stolidum iactitatum, propterea quod Cypri boues magis bruti ferantur, quippe qui stercore humano pascantur. Refertur à Suida ac Diogeniano. Interpres Aristophanis in Plutum, scribit Bœoticos boues σκωραγεῖς fuisse, id est oletum edentes. Hoc autem nomine Aristophanes medicos appellat, quòd in curandis ægrotis sordida quædam tractent, lotium aut ventris excrementa contemplantes. Sed de Cypriis bubus consentit Plinius libro 28. capite vltimo, narrans Cyprios boues hominum excrementa appetere, non pastus causa, sed vt hoc remedio torminibus medeantur.

Bœotici boues merdivori.

Cyprio boui merendum. 96

Festus Pompeius versum hunc Soladicum citat ex Ennio.

Cyprio boui merendum.

Ostenditque conuenire, quoties conuiua sordidus & insipidus, sordido atque insipido accipitur conuiuio. Originem adagij refert eadem quam nos modo commemorauimus. Festiuius erat fiadi res animi delectatur, vt si quis apud spurcos spurce loquatus, apud indoctos indocte.

Sordidus, sordidis cibis epulans.

Equum habet Seianum. 97

Equum habere Seianũ, olim prouerbio dicebatur in calamitosum, & ad extremam inopiam redactum. Allegoria sumpta est ab equo quodam fatali, cui à Cn. Seio domino nomen indium est Seiano. is ex Diomedeis equis prognatus fuisse creditus est. Fuit insigni quidem specie, verum eiusmodi quodam fato, vt quisquis eius equi possessor esset, is cum omni domo ad internecionem vsque deperiret: id quod Cn. Seius ipse capitis damnatus ac miserando affectus supplicio deinde & Dolabella bello interfectus post hunc Cassius ab hostibus occisus: deinceps Antonius detestabili exitio perditus probauit. Hunc equum C. Bassus Argis se vidisse refert, haud credibili pulchritudine, vigoréque & colore exuperantissimo, nempe puniceo. Hoc adagium & refert, & copiosius explicat Aulus Gellius, lib. Noctium Atticarum tertio, capite 9. Fieri potest vt hæc de equo superstitio manarit ab equo illo Durateo, cuius Odysseet, meminit Homerus, qui fatalem interitum attulit Trojanis. Ad quod alludens Maro, Æneidos secundo,

Seius quis, & equus eius Seianus.

Equus Durateus.

-scandit, inquit fatalis machina muros.

E diuerso quædam fataliter esse felicia credidit veterum superstitio. Nam author est Trebellius Pollio in libro De triginta tyrannis, vulgo persuasum fuisse, res iis feliciter cedere qui Alexandri magni imaginem, auro argentóve expressam gestarent. Nec hodie desunt qui gladios in bello fortunatos, & huiusmodi quasdam nugas pollicentur principibus. Ac magis mirandum est se qui istiusmodi impostoribus credant.

Gladij fortunati.

Aurum habet Tolossanum. 98

Huic similimum est illud, Aurum habet Tolossanũ: in eum qui magnis ac fatalibus afficitur malis, nouóque se miserando exitio perit. Refertur ab A Gellio eodem loco, quem modo citauimus, in hunc modum. Eadem sententia est illius quoque veteris prouerbij, quod ita dictum accipimus: Aurum habet Tolossanum. Nam quum oppidum Tolosanum in terra Gallia, Q. Cepio consul diripuisset, multúmque auri in eius oppidi templis fuisset, quisquis ex ea direptione aurum attigit, misero cruciabilique exitu perijt. In plerisque codicibus Gellianis hactenus legebatur, in terra Italia: sed mendose, quum Strabo & Iustinus Tolossam ponant in Gallia. Meminit auri Tolossani M. Tullius libro De natura deorum tertio: Cognosce, inquit, alias quæstiones auri Tolossani, coniurationis Iugurthinæ. Strabo libro Geographiæ quarto, admonet hanc pecuniam Tolossanam, Delphicę pecuniæ partem fuisse. Brennus enim Prausus natione, Tectosagis auxiliantibus, Delphos incursauerat: deinde (quemadmodum refert Iustinus lib. 32.)

Locus Gellij.

ra) cum Tectosagi se in antiquã patriã Tolossam recepissent, pestilentia laborare cœperunt: à qua non prius sunt liberati, quàm aruspicum responsis monitis, aurum, argentúmque sacrilegio quæsitum, in Tolossensem lacum mergerent: quod omne magno post tempore Cepio Romanus consul abstulit. Quod quidem sacrilegium exitium attulit tum ipsi Cepioni, tum illius copiis. Erant autem auri pondo ex. millia: argenti pondo quinquies decies centum millia. Scribit enim Strabo, Tolossanos ex priuatis fortunis auxisse sacram pecuniam, vt magis Deum sibi reconciliarent. Narrantur & alia quædam hoc loco à Strabone de auro Tolossano ex Posidonio: verum quoniam ad adagionis enarrationem non magnopere pertinere videbantur, sat habuimus locum iudicasse.

Polypi caput. 99

In varios. Πολύποδος κεφαλή, id est, Polypi caput. In hominem varium, & in quo pariter & vitia quædam & virtutes inuenias, cuiusmodi Catilinam describit Sallustius. Competit & in rem ex qua non parum commoditatis capere queas, sed quæ eadem nonnullis incommodis noceat. Allegoria ducta est ab eius piscis capite, quod (sicuti testatur Plutarchus in libello cui titulus, Quomodo sint adolescentibus audiendi poetæ) esu quidem suauissimum & esculentum, cæterum somnia parit tristia ac prodigiosa. Vnde huiusmodi esum interdicebant iis qui cuperent ex insomnijs præscire futura: quemadmodum & fabarum, vt testis est idem Plutarchus in Symposiacis. Proinde poeticen, Polypi caput vocat, in qua sicuti sunt permulta cognitu tum iucunda, tum frugifera, ita sunt nonnulla, nisi caueas, pestilentia. Porrò ex huiusmodi rebus, id quod inest commoditatis conuenienter excerpere, quod noxium vitare. Iuxta Simonidis doctrinam apiculas imitari, quæ præteritis reliquis, ad ea duntaxat aduolant vnde possint aliquid ad maleficium idoneum excerpere: nec aliud colligunt, quàm quod sit vsui futurum. Prouerbium integre refertur apud Plutarchum hoc pacto:

In commoda, incommoda.

Poetica, capiti Polypi cõparata.

Πολύποδος κεφαλὴ ἐνῆν μὲν κακὸν ἐνῆν δὲ καὶ ἐσθλόν. id est,

In Polypi capite inest quidem malum, inest & bonum.

Itidem Theognis in sententijs de vino prædicat:

Ἔσθλὸς ἐὼν κακὸς ἔσσι. id est, Bonus ac malus es.

Posset ad hanc formam torqueri fabula de hasta Achillis, quę vulneris auxilium tulit, eadem quæ vulnus infixerat.

Achillis hasta.

Æstate penulam deteris. 100

Ἐν θέρει τὴν χλαῖναν ἀποτρίβεις, id est, Æstate penulam deteris. Refertur a Zenodoto, Diogeniano, Suida. Rectè dicetur in eum qui res necessarias temere nec in tempore profundit, qui quando futuras vsui seruentur. Id quod vulgo factitant adolescentes, qui facultates patrias stultè prodigunt in inuenta, quibus sustinenda fuerat imbecillitas senectę. Neque malè quadrabit in eos, qui corporis vires in voluptatibus frustrà consumunt, quis in obeundis negotijs serijs postea sint desideraturi. Nam χλαῖνα summa vestis est, quæ pro tempore sumitur ad ventos, pluuiam, frigus arcendum, quasi Latine dicas penulam. Iuuenalis,

In prodigos & adolescentes.

χλαῖνα.

-& multo stillaret penula nimbo.

Quanquam & Latini lænæ vocabulo vtuntur, pro eo quod Græci χλαῖναν appellant. Nonius indicat genus vestis militaris, quæ sit omnium extima, veluti chlamys, pallium, & penula. Apud Diogenem Laertium tale quiddam obiicit Philemon comicus in Cratetem, quòd æstate gereret pallium crassum, hyeme laceram tunicam: videlicet quo disceret temperantiam ac tolerantiam.

CHILIADIS SECVNDAE CENTVRIA PRIMA.

Festina lente. 1

Σπεῦδε βραδέως, id est, Festina lente. Prouerbium hoc non inuenustam ænigmatis speciem præ se fert, propterea quòd constat ex verbis inter se pugnantibus. Ideóque referendum est ad eam formam quam in operis huius initio demonstrauimus, nimirum eorum quæ per ἐναντίωσιν, id est contrarietatem efferuntur. Quod genus est illud, *Beatissimum diuitiarum*, id est, infelix felicitas. Nec absurde mihi coniecisse videtur, siquis effictum existimet ex eo quod est apud Aristophanem in Equitibus, σπεῦδε βράδιον, id est, Propera properè, vt illusor (quisquis is fuit) τὸν ἀναπόδιστον in ὀκνηρὸν commutarit. Ad hunc autem figuræ colorem, atque ad hanc alusionis facetiam, non mediocrem gratiam adiungit tam commoda, támque absoluta breuitas, quæ & ipsa velut in gemmis, itidem & in adagijs, nescio quo modo peculiariter decere mihi videtur, & ad precij miraculum facere. Etenim si vim ac sententiam æstimes quã hæc tam circumcisa vocum breuitas in se cõplectitur, quàm sit fœcunda, quàm grauis, quàm salutaris, quàm ad omnem vitæ rationem latè patens, profectò facilè discesseris in hanc sententiam, vt in tanto prouerbiorum numero non arbitreris vllum aliud esse perinde dignum quod omnibus incidatur columnis, quod pro templorum omnium foribus describatur, & quidem aureis notis: quod in principalium aularum valuis depingatur: quod primatium inscalpatur anulis: quod regijs in sceptris exprimatur: denique quod omnibus vbique monumentis repræsentetur, propagetur, celebretur: vt quod tantopere expediat semper cuiusque obuersari animo, quo nusquam non occurrat oculis, nulli quidem morta lium non maximo futurum vsui, præcipuè tamen principibus, & iis quibus, vt verbis dicam Homericis,

Huius adagij commendatio ab vtilitate.

Ἄνδιξ ἐπιτροπὸς ἔστω, καὶ ποιμὴν λαῶν. id est,

Committi populi, ac tam multa negotia curæ.

Leuius peccat plebeius, quàm princeps.

Quandoquidem à plebeæ sortis hominibus, siquid forte sit vel prætermissum socordia, vel admissum temeritate, quemadmodum iactura leuior, ita & incommodum quod acceptum est, faciliore remedio sarcitur. At verò principis vel vnica cessatio, semelve præcipitatum consilium, Deum immortalem quas tempestates nonnunquam excitat, quantas rerum humanarum ruinas secum trahit? Rursum si adsit σὺν βραδεῖ σπεῦδε, hoc est, maturitas quædam ac moderatio simul ex vigilantia lentitudinéque temperata, vt neque per temeritatem quicquam faciat pœnitendum, neque per socordiam quicquam præterea quod ad Reipublicæ commodum pertinere videatur: quanto se quid esse possit hoc imperio felicius, firmius, stabiliúsque? quanquam hęc felicitas haudquaquam ipsis imperij terminis circunscribitur, quin vndique longe latèque ad finitimos populos dimanet, nec vsquam æquè locum habet Hesiodium illud:

Adagium hoc regium.

Πόλλ' ἐπὶ βουσὶν ἄροτος, ἐπὶ δ' ἀνδράσιν ἄλλος ἀμείνων.

Proinde sic equidem existimo, prouerbium hoc, siquod aliud, optimo iure βασιλικὸν, id est regium appellari debere, non tantum ob eam quam modo diximus causam, verumetiam quod duobus his vitæ ingenijs principum ferè peculiariter videantur esse confinia. Nam fortunę fauor, rerum affluentia, tam paratæ voluptatum illecebræ, præterea protinus licere quicquid collubitum fuerit: denique pestilentissimum illud assentatorum ὄχλος, semperque paratus, quicquid quocunque modo dictum factúmve fuerit, arrisus, applausus, adgratulatio: hæc inquam atque id genus alia, non mirum si quibuldam socordiam concilient: maximè si is omnibus fomentis ætas iuuenta contigerit, & huius comes rerum imperitia. At è diuerso fit nonnunquam vt insitus ille principum ingenijs vigor, & impetus quidam (vt ita dixerim) leoninus, adauctus amplitudine fortunæ, excitatus rerum maximarum successibus, inflammatus vel iracundia, vel ambitione, vel alijs huiusmodi cupiditatibus, extimulatus consilijs præfestinis, trahat interdum ipsos, tum omnem imperij molem in præcipitium auferat. Quanquam siquidem in vtramlibet partem peccandum sit, non paulo præstiterit, regem impendio lentum esse,

Præstat lentè cuncta perficere, quàm properè aque præcipitè.

quàm plus æquo præcipitem. Homerus Agamemnoni vitiosam quandam animi mollitiem, hoc est, ἀσθένειαν effinxisse videtur: vt eius nullum egregium facinus adferatur, aut animosum, nisi quum ob ereptam Chryseidem stomachatur, & Achillem sua spoliat Briseide. Rursum Achilli parum moderatos impetus, hoc est, οὐ σπουδῇ, attribuit: nisi si cui tamen σπουδὴν βραδεῖαν videtur quum in consilio dilecto gladio regem impetiturus, a Pallade coerceatur, admonitus vt intra conuicia duntaxat indignetur. Atqui hoc ipsum erat impotentis animi, ob quamcunque primùm contestatio probris, tam maledicis conuiciis in eum debacchari, penes quem rerum erat summa. Achillem imitatus videtur Alexander ille Magnus, ac plane vicit quippe quem eousque præcipitem egerit impetus animi, vt in amicissimos etiam ferrum distrinxerit. Agamemnonem Sardanapalus alius est annuo anno, sed ita ad nutum vt longo præcesserit intervallo. Quin vtriusque generis innumerabiles inuenire liceat, qui vel huius inertiam, vel illius ferociam referant: perpaucos autem reperias qui proximorum hoc secuti, temestiuam celeritatem cum prudenti tarditate recte miscuerint. Inter quos pro multis vnus sufficiet Fabius ille Maximus, cui cognomen etiam additum Cunctatori, quicunque ibi laudem peperit immortalem, tum Romano imperio cunctando restituit rem, tum ducum inter precipites celeritate iam ad extrema redactam. Itaque non sine causa video factum, vt hoc σπεῦδε βραδέως in tantum arriserit duobus imperatoribus Romanis, omnium facilè laudatissimis Octauio Augusto, & Tito Vespasiano: quorum vtrique singularis quædam aderat animi magnitudo, cum incredibili quadam lentitate ac celeritate coniuncta vt quum amabiles mortalium plerisque, tum omnium animos sibi deuinxissent, nihilo secius tamen pari diligentia, si quando res virum postularet, celeriter res maximas confecerint. Octauius igitur Augustus hoc dicto tam impense delectatus est, quemadmodum in Noctibus Atticis lib. 10. cap. 11. narrat A. Gellius, & hunc secutus Macrobius Satur. lib. 2. vt non in sermonibus modò quotidianis crebrius usurparet, verumetiã epistolis suis frequenter interereț, admonens his duabus vocibus, vt ad rem agendam adhiberetur simul & inducirię celeritas, & diligentiæ tarditas. Quod quidem Græcus Latinus existimat vnico verbo dici, matura. Nam maturari, quod neque præpropere fiat, neque serius quàm oporteat, sed ipso in tempore. In hunc lentum vsurpasse Maronẽ, cùm ait Æneid. 1. Maturate fugam. Quanquam omnino vox hæc apud authores significat idem quod festinare, sed ita festinare, ne tempus legitimũ anteuertas. Siquidem festinata recte dixeris etiam præpropera, maturata non dixeris. Neque dissident ab his quæ Suetonius tradit in huius vita, N. hel, inquiẽs, minus in duce perfecto quàm festinationem, temeritate nunquam cuiusmodi arbitrabatur. Crebrò itaque illa iactabat,

Σπεῦδε βραδέως, σπουδαῖος ἐφ' ἑπτάκις ἀμείνων ἢ ταχύς.

Festina lentè.

Hæc ferme Suetonius. Est autem versus trochaicus tetrameter catalecticus ex poeta quopiam, vt conijcio, decerptus, cui Cæsar de suo subiecit σπουδαῖος. Cuius hæc est sententia, Festina lentè. Nam qui tãto citraque lapsum rem gerit, melior est quàm audax & confidens. Tutiora sunt enim quæ lentis consilijs prouidentur, quam quæ calidis cõsilijs properantur. Iam verò dictum idem Tito Vespasiano placuisse, ex antiquissimis illius nomismatis facilè colligitur: quorum Aldus Manutius mihi spectandum exhibuit argenteum, veteris planèque Romanæ sculpturæ, quod sibi dono missum aiebat à Petro Bembo Patritio Veneto, iuuene cum inter primos erudito, tum omnis literariæ antiquitatis diligentissimo perscrutatore. Nomismatis character erat huiusmodi, altera ex parte faciem Titi Vespasiani cum inscriptione præfert, ex altera anchoram, cuius medium ceu temonem delphin obuolutus complectitur. Id autem symboli nihil aliud sibi velle, quàm illud Augusti Cæsaris dictum, σπεῦδε βραδέως, indicio sunt monumenta literarum hieroglyphicarum. Sic enim vocantur ænigmaticæ scalpturæ, quarum priscis seculis multus fuit vsus, potissimum apud Ægyptios vates ac theologos: qui nefas esse ducebant, sapientiæ mysteria literis communibus vulgo profano prodere, quemadmodum nos facimus: sed siquid cognitu dignum iudicassent, id animantium rerúmque variarum expressis figuris ita representabant, vt non cuiuis statim promptum esset conijcere: veràm ineũ singularum rerũ proprietates, si peculiaris cuiusque animantis vis ac natura cognita, penitúsque perspecta fuisset, is demum collatis eorum symbolorum coniecturis, ænigma sententiæ deprehendebat. Veluti quum Ægyptij Osirin suum (quem eundem Solem esse putant) significare volunt, insculpunt sceptrum, inque eo speciem expiimunt oculi, nimirum innuentes hunc deum esse, regalique potestate sublimem, cuncta despicere, quia solem Iouis oculum appellat antiquitas. Huiusmodi ferme refert Macrobius libro Saturnalium 1. Item annum hoc modo demonstrabant. Effingebant serpentem ita circumuolutum, vt caudam ore teneret alterum, innuentes annum semper itidem vicibus temporum reciprocantibus in se recurrere. Vnde Seruius autumat apud Græcos ἐνιαυτὸν vocabulum attributum anno, atque huc respexisse Maronem, quum ait,

Atque ipse suã per vestigia volvitur annus.

Etiam si Horus Ægyptius, cuius extant duo super huiusmodi symbolis libri, serpentis sculptura non annum, sed quum repræsentari traditi: annum autem tum Libris, tum Phœnicis imagine. Scripsit his de rebus Plutarchus in Commentario de Osiride, & Chæremon apud Græcos testimonio Suidæ, cuius ex libris excerpta suspicor ea quæ nos nuper conspeximus huius generis monimenta: in quibus etiam hæc inerat pictura, Primo loco circulus: deinde anchora, quam mediam, vt dixi, Delphinus obtorto corpore circumplectitur. Circulus (vt indicabat interpretamentum adscriptum) quoniam nullo finitur termino, sempiternum innuit tempus. Anchora quoniã nauim retinendo & alligat fixitque, tarditatem indicat. Delphinus quòd nullum aliud animal celerius, aut impetu permotore, velocitatem exprimit: hæc si forte connectas, efficiunt huiusmodi sententiam, εἰς σπεῦδε βραδέως, id est, Semper festina lentè. Porrò hoc scripturæ genus non solùm dignitatis plurimũ habet, verumetiam voluptatis non parum, siquis modo rerum, vt dixi, proprietates penitus perspectas habuerit: id quod partim contingit solere: cõtemplatione rerum causarumque naturalium, partim liberalium cognitione disciplinarum. Veluti siquis ex Aristotelicis libris, quos de naturali auditu inscripsit, probe teneret analogiam quãdam esse, & similitudinem inter magnitudinem motum, ac tempus. nam horum trium, vnumquodque pariter in eodem existunt. Siquidem vt tempus adhæret motui, ita motus adhæret magnitudini. Quod in magnitudine punctum, hoc momentum in tẽpore, impetus in motu (liceat enim sic appellare quod in motu minimum est atque indiuisibile: neque enim de vocibus laborandum, si de re conueniat.) Iam igitur si in recta linea magnitudinem consideres, duo puncta reperies, quorum alterum sit initium duntaxat, alterum finis tantùm, hoc est, vnde quasi fluit longitudo, & in quod desinit. In eadem si motum constituas, duos item reperies impetus, alterum vnde motus oritur, alterum in quem desinit. Horum ea ratio est, vt qui initium est, tantùm eius motus initium sit: qui finis, tantùm modo finis. Motum tempus necessariò comitatur. Est enim huius veluti regula: cuius naturam si separatim contemplere, duo vides momenta (liceat enim ita loqui) alterum temporis illius initium, alterum finem. Rursum autem, si in eadem linea consideraris puncta magnitudinis, impetus motus, momenta temporis, quæ medi intercedunt inter initium & finem: vides horum vnumquemque velut ancipitem esse naturam. Etenim ad initium relata, fines sunt: ad finem, initia. Proinde vbi finita erit magnitudo, ibi simul & finitus motus, & tẽpus finitum sit oportet. Finita est autem ea magnitudo in quam tale competit initium, vt idem finis esse non possit: talis inquam finis, vt in eundem non cadat ratio principij. Id quod euenit in omnibus figuris, excepta circulari, seu spherica. Nam vt in hac nullum certum est punctum, quod propriè dici queat initium: nullum item quod ita sit finis, vt tantùm eam recipiat appellationem: ita nec momentum huiusmodi vllum est, nec impetus. vnde consequitur vt ibi neque finita sit magnitudo, neque motus finitus, neque finitũ tempus. Rursum vbi quodlibet magnitudinis punctũ, simul & initium & finis esse potest, ibi magnitudinẽ infinitam esse necesse est. Ad eandem rationem vbi quilibet impetus vel principium motus esse potest, vel finis, illic motus videtur infinitus. Denique vbi quodlibet momentum, simul vel initium temporis esse potest, vel finis, ibi tempus infinitum oportet esse. Sed infinitũ tempus, æternum vocamus, quod quidẽ æterno respõdet motui. Motus æternus magnitudinem item æternam

Achillis irascendus animus.

Sardanapalus.

Fabius Maximus, Cunctator.

Maturare quid.

Augusti dictũ.

Nomisma Vespasiani.

Hieroglyphica litera.

Anni symbolũ

Delphini anchorã mediã circumplectitur, & circuli explicatio.

Magnitudo, motus, tempus.

Modus.

Tempus.

Vnde collecta mundi æternitas à philosophis.

Vnde ratiocinia mundi æterni-tatis à Philoso-phis.

nam sequirit. Hæc non possunt competere nisi in sphæricam aut circularem magnitudinem. Vnde philosophi quidam æternitatem mundi collegerunt, quòd animadverterent cœli vniuersi sinem nunquam & ipsæricam esse figuram, & motum item esse sphæricum. Porrò non tolùm in huiusmodi magnitudinem, circuli ratio quadrat, verumetiam motus huic adhærens circulus est quidam. Item tempus cum dimetiens motum, non respuit appellationem circuli, quemadmodum testatur etiam Aristoteles quarto περὶ τῆς φυσικῆς ἀκροάσεως libro. Hæc igitur atque id genus alia qui ex philosophorum disciplinis perdidicerit, is facilè cõiecturabit, quamobrem Ægyptij circulo sempiternum tempus exprimere voluerint. Iam verò Delphini vim naturámque paucis inspiciamus. Tradunt authores hunc incredibili velocitate, & admirabili impetu reliquum animantiũ genus longo interuallo posse relinquere. Promde Oppianus libro de naturis piscium secundo, Delphinos non cum quibuslibet auibus, sed cum aquilis confert,

Delphini cum aquilis compa-rati.

Οσσον δ' αἰόλον ἶριν ἐπουράνιον βροτοὶ ἄλλοι
Αἴνεσιν ἄφθιτον ἔμμεν ὑπὲρ νεφέων λέοντες,
Ὅσσον αἰσυδέειν ὁ ἐγκυρσήρη ἁρπάκτης,
Τόσσον ἠδ' ὑπέρτερος ὁ ἰχθύων ἡγεμονεύει. id est,

Quippe citas quantum cæteri omnes, insignis honore
Regali reliquas aquila præcellitur omnes,
Inque feris leo ornamoris fœnique dicatus
Serpentum in genere exuperat, tantum impete delphin
Eximius vincit regnantes æquore pisces.

Confert & iaculo,

Cum tela, vo-lucri Delphi-nis.

Διὰ γὰρ βίος ὠκύτερος ἰοβόλοιο Ἰάκτου. id est,
Namque per æquora lata sagitta *More volans.*

Denique confert etiam vento, vel turbini potius, ac procellæ ventorum:

Cum vento, & turbine.

Ἀλλοτε μὲν βαθὺ κῦμα διαπρήσσων ὑπολάβρῳ. id est,
Altas aliquando per undas
Turbinis instar eat.

Plinius libro historiæ mundi nono, capite octauo, Aristotelis secutus sententiam, haudquaquam ab his discrepantia refert, videlicet delphinum omnium animalium pernicissimum esse: neque id solum inter maritimi generis, verumetiam volucri quauis ocyorem, quouis acriorem telo. Singularem autem huius velocitatem hoc potissimum argumento colligi, quod quum os habeat longo dissitum interuallo à rostro, nempe medio pene ventre (quæ res in consectandis piscibus non mediocrem illi moram adferat necesse est: neque enim nisi resupinus atque conuersus corripit) tamen vix vllus est piscium qui illius effugiat celeritatem. Nec ignorat ipse hanc naturæ dotem, sed veluti laudis, animíve causa, certat aliquoties cum nauigiis, plenis velis euntibus. Est enim præcipue φιλόμουσον delphin, quin & μουσικὸν aiunt nonnulli, & ob id capitalis est hostis crocodili, quo non aliud animal intensius homini. Itaque non pauescit hominem, vt alienum, verùm obuiam nauigiis venit: alludit exultans, certat etiam, & quamuis plena præterit vela. Quinetiam in mugilum venatu apud stagnum Lucrinum magnificè declarat quantum valeat celeritate, quantum polleat ingenio, quantum denique bene velit homini. Iam verò quid dicam de impetu vix credibili? Siquidem vbi fame concitatus fugientem in vada ima persequutus piscem, diutius spiritum continuit, non aliter quàm arcu emissus ad respirandum emicat, tantáque vi exilit, vti plerunque vento turgentia vela natorum saltu transuolet. Quod igitur symbolum magis conueniebat ad exprimendum actem illum & indomitum animi impetum, quàm delphinis? Porrò ad significandam tarditatem cunctationemque, non male quadrabit χρυσῆ piscis, quem Latini remoram vocant: verùm quoniam huius figura parum cognobilis videbatur (nam præterquam quòd admodum pusillus est, nec vlla insigni nota discernitur) magis ad id placuit ancoræ symbolum, quę siquando periculose nauigarit ob ventos nimium secundos, ibi cursum immoderatum nauis figit ac retinet. Itaque dictum hoc σπεῦδε βραδέως ex ipsis vsque priscæ philosophiæ mysteriis protectum apparet, vnde acitum est a duobus omnium laudatissimis imperatoribus, ita vt alteri adagionis esset loco, alteri insignium vice, vtriusque moribus ingenioque mirè quadrans. Nunc verò in Aldum Manutium Romanum, ceu tertium hæredem deuenit,

Haud equidem sine mente reor, sine numine diuum.

Ebenus seu bonus tar-ditatis.

Nam huius eadem, quæ quondam Tito Vespasiano placuerunt, celebrantur insignia, non nouissima modò, verumetiam grauissima quibuscunque vbiuis terrarum bonæ literæ vel notæ sunt vel cariæ. Neque vero symbolum hoc tum illustrius fuisse crediderim, quum inscalptum imperatorio nomismati, negotiatorum manibus terendum circũferretur, quàm nunc quum vbique gentium, vel vltra Christiani imperij terminos, vnà cum omnigenis vtriusque linguæ voluminibus propagatur, agnoscitur, tenetur, celebratur ab omnibus qui liberalium studiorum colunt sacra: præsertim ijs, qui fabulosa barbara ista pinguique doctrina, ad veram atque antiquam aspirant eruditionem: ad quam reuocandam vir is quasi natus, & ab ipsis, vt ita dixerim, fatis tactus scalpitúsque videtur: tam ardentibus votis vnum hoc opus, tam infatigabili molitur studio, vsqueadeo nullum refugit laborem, vt literaria supellex & integra, & nitida puráque bonis ingeniis restituatur. Quam quidem ad rem quantum iam tulerit momenti, tametsi fatis, pene dixerim inuitis, ses ipsa nimirum indicat. Quòd si pulcherrimis planeque regis Aldi vestri votis deus aliquis bonis literis amicus aspiraverit, & siquidem numina læua sinant, intra paucos annos illud futurum polliceor studiosis, vt quicquid est bonorum authorum in quatuor linguis, Latina, Græca, Hebraica, Chaldaica, tum autem in omni genere disciplinarum, id vnius huius operæ & plenum habeant & emendatum, nullámque iam literariæ supellectilis partem quisquam desideret. Quod simul atque contigerit, tum verò palam fiet, quantum adhuc bonorum codicum in abdito sit vel retrusum ob negligentiam, vel suppressum quorundam ambitione, quibus hoc vnum cordi est vt soli sapere videantur. Tum denique cognitum erit quàm prodigiosis mendis fœdent authores etiam hi qui nunc satis emendati putantur. Cuius rei si cui libebit velut ex degustatione coniecturam facere, Plinianas epistolas, quæ propediem ex Aldina officina prodibunt in lucem, cum vulgatis exemplaribus conferat: quodque ibi deprehenderit, idem in aliis expectet autoribus. Herculanũ mehercule facinus, ac regio quodam animo dignum, rem tam diuinam, quasi funditus collapsam, orbi restituere, latentia peruestigare, eruere retrusa, reuocare extincta, sarcire mutila, emendare tot modis depravata, præcipue vulgarium istorum exemplarium vitio, quibus vnius etiam aureoli lucellum antiquius est, quàm vel vniuersa res literaria. Adde ns, quòd quantumlibet exaggeres eorum laudem qui respublicas sua virtute vel tuentur, vel etiam augent, in re certe profana, tam angustis circunscripta spatiis versantur. At qui literas collapsas vindicat (nam id penè difficilius quàm genuisse) primùm rem sacram molitur & immortalem, tum non vnius alicuius prouinciæ, sed omnium vbique gentium, omnium seculorum negotium agit. Postremo quondam Principum hoc munus erat, inter quos principua Ptolemæi gloria, quanquam huius bibliotheca domesticis & angustis parietibus continebatur. Aldus bibliothecam molitur, cuius non alia septa sint quàm ipsius orbis. In hanc dignissimam non absurde mihi videor expatiatus, nempe quo studiosi hoc impensius his insignibus & iuuent & delectentur, posteaquam cognouerint à tam inclytis authoribus fluxisse: præterea quid velint, intellexerint. Denique quum meminerint quantum bonæ rei Delphinus ille pollicetur, siquis modo deus pulcherrimis conatibus dexter adfuerit. A diuerticulo repetetur fabula, à prius expostulauero querelam de typographis quibusdam pessimè de re literaria merentibus. Non est noua querimonia, nunquam tamen iustior quàm hisce temporibus, quibus hæc mihi quarta, ni fallor, parabatur editio, ea fuit anno 1525. Venetorum vrbs multis quidem nominibus celeberrima, per Aldinam tamen officinam celebrior est, adeò vt quicquid librorum illinc adfertur ad exteras nationes, ob ciuitatis ea tùm tituium iuco ut vendibilius. Atqui eius nominis lenocinio sordidi quidam typographi sic abutuntur, vt vix ab vlla ciuitate nobis veniant authores impudentius depravati, nec ij tanc quilibet, sed omnium primi, velut Aristoteles, M. Tullius & Quintilianus, nequid queratur de sacris voluminibus. Curatum est legibus nequis consuat calceum, nequis fabricet scrinium, nisi fuerit ab eius officij sodalitio comprobatus. & tantos authores, quorum monumentis etiam regio devetur, emittunt in vulgus, adeò literarum ignari, vt ne

Aldi Manutij Typographi insigne & laudes.

Mendis scatent authores optimi.

Ptolemæi bibliotheca.

Insordidos & inertes typographos.

legere quidem possint: adeò ignaui, vt nec relegere libeat quod excuditur: adeò sordidi, vt citius patiantur sex millibus mendarum opplerí bonum librum, quàm paucis aureolis velint conducere qui prælú castigationi. Nec vlli magnificentius pollicentur in titulis, quàm qui impudentissimè depranant omnia. Ex legum authoritate datur redhibitio. Si quis pannum vt cocco tinctum vendiderit, si deprehendatur id tinctum nihil additum cocci, quin mulcta afficiatur qui quis in huiusmodi mercibus fucum fecit: & lucro suo vel furto potius fruitur, qui eadem opera tot hominum millibus imponit? Olim & in describendis libris adhibebatur religio non minor quàm nunc adhibetur in notarijs publicis ac iuratis: certè maior debebatur, nec aliunde tam prodigiosa librorum confusio profecta est: quàm quòd obscuris quibuslibet & hominibus imperitis, mox etiam mulierculis citra delectum tertam sacræ tractatio committebatur. At quantulum est mali quod adfert scriba negligens aut indoctus, si conferas typographum? Ibi hic coercent leges publicæ. Punitur qui vendit pannum apud Britannos tinctum, pro panno tincto apud Venetos. & audacia sua fruitur, qui meras cruces & tragelij termina vendit pro bonis authoribus. Dicet, Non est venditoris emptori præstare quodlibet vitium. Certè hic debebat esse. Si titulus promittit exactam diligentiam, & liber lateat mendis, & tam crassa quæ nec ab eruditis statim deprehenduntur. Iam typographorum innumerabilis turba confundit omnia, præsertim apud Germanos. Non licet cuiuis pistorem esse. Typographia quæ vsus est nulli mortalium interdictus. Nec tutum est quidvis pingere aut loqui: vt quamuis materiam excudere fas sit. Vbi tertiarum non volitat nouorum librorum examina? quorum singuli etiamsi afferrent aliquid forte dignum, tamen ipsa turba studijs vehementer officeret, vel ipsa farietate, quæ bonis in rebus est multo pernitiosissima: vel hoc ipso quod his velut illecebris, animi hominum natura appetori, & nouarum rerum auidi, seuocenturà lectione veterum scriptorum, quibus nihil melius proferri potest, etiamsi non inficior a neotericis aliquid latuerit posse quod illos fugerit. Exstiterit potest, verbi causa, qui doceat aliquid quod latuerit Aristotelem, nullum tamen arbitror exortum qui philosophiæ corpus tradat absolutius quam ille tradidit. Sic erit fortassis qui in sacris literis videat quædam quæ fefellerint Chrysostomum aut Hieronymum: at non arbitror fore qui in summa præstet quod illi præstiterunt. Nunc illis propemodum antiquatis, omnibus omnium nænijs terimus horas, negliguntur interim honestæ disciplinæ cum suis authoribus, collabitur authoritas senatuum, conciliorum, scholarum, iureconsultorum ac theologorum. Quòd si res pergat quà cœpit, futurum est vt summa rerum ad paucos redacta, barbarica quædam tyrannis sit apud nos qualis est apud Turcas. Vnius aut paucorum libidini parebunt omnia, nec erunt politiæ ciuilis vlla vestigia, sed militari violentia gubernabuntur vniuersa. Lacebunt omnes honestæ disciplinæ, lex vna vigebit, Sic vult ὁ αὐτοκράτωρ. Religionis antistites aut nullo erunt in pretio: aut siquid habebunt opum dignitatisve, id totum seruiet iis quorum non iudicio, sed nutu ac tenutu temperabuntur omnia. Quanto melius cõsuleretur rebus humanis, si quemadmodum in elementis mundi alia ab aliis temperantur vt æterno fœdere consistant omnia: sic in Republica sua cuique legitima maneret authoritas, populo tribueretur, quod æquum est, senatui ac magistratui tantum tribueretur quantum eruditio, leges & æquitas paterentur, episcopis ac sacerdotibus suus maneret honos, nec monachis negaretur quod debetur. Horum omnium concors discordia, & eodem tendens varietas, longè fidelius seruaret Reipublicæ statum quàm nunc dum quisque ad se rapere conatur omnia. Ne familia quidem potest constare, nisi maritus functionis partem cedat vxori, nisi discrimen sit inter liberos & seruos, & nisi serui quoque non pro iumentis habeantur, sed pro hominibus: postremò nisi discrimen sit inter seruum & seruum, vt qui liberaliter seruiunt, habeantur indulgentius, ac præmium officiorum expectent libertatem. Dicet hic aliquis, Heus diuinator, quid hæc ad typographos? Quia nonnullam malì partem inuehit horum impunita licentia. Impient mundum libellis, non iam dicam nugalibus, quales ego forsitan scribo, sed impijs, indoctis, maledicis, famosis, rabiosis, impijs ac seditiosis: & horum turba facit vt frugiferis etiam libellis suus pereat fructus. Prouolant quidam absque titulis, aut titulis (quod est scelera-

Redhibitio ex legibus.

In describendis libris quæ olim adhibita religio.

Veteres libri, recte tractati.

Impunita licentia typographorũ, quandam importet malì.

tius) fictis. Deprehensi respondent, Detur vnde alam familiam, denuam tales libellos excudere. Aliquanto meliore fronte respondeat sutor, impostor aut leno, Da qui viuam, & desinam his artibus vti, nisi fortè leuius crimen est, clam minuere rem alienam, quàm palàm eripere famam alienam: aut sic vt ad quæstum abutar tuo alienóve corpore, quàm vitam alterius ac famam vita quoque clariorem impetere. Sed querelæ iam dudum istis: indicandum est remedium. Mitigabitur hoc malum, si principibus ac magistratibus curæ fuerit, vt quantum fieri potest excludantur otiosi, quos potissimum bella mercenaria nobis progignunt: deinde si improbos, quos nec ratio nec pudor coërcet, legesque ostendant fustem paratum, mox se verterint ad meliora: deinde conatibus ex quæ faciunt ad publicam vtilitatem, si viribus destituantur, succurrant præmia vera principibus, vel ab episcopis & abbatibus, vel ex ærario publico. Nam à negotiatoribus, qui se plerique Mammonæ dedicarunt, fortassis improbum sit tale officium exigere. Qui extructo alicui sepulchrove, qui statuam aut tabula aut statua ponit, sibi promittunt nomen apud posteros, quanto viuaciorem famam hac via sibi pararent? Ex multis vnum exemplum proferam. Vix alius in enarrandis sacris voluminibus dexterius versatus est quam diuus Iohannes Chrysostomus, nec alius scriptor magis accommodatus his qui se parant ad munus concionandi. Et scripsit plurima, quorum bonam partem habemus, vtcunque versum, sed plerisque depravatis, nonnullis etiam admixtis, quæ nihil habent Chrysostomi. Quanta verò lux accederet Sacris studijs, si tantus doctor totus haberetur Græcus & emendatus: aut certe sic haberemus cum loquentem Latine quemadmodum loquitur Græcè? Non hîc commemorabo, quot modis pereant magnatibus pecuniæ, quantum absumant alea, scorta, compotationes, profectiones non necessariæ, pompæ, bella quæsita, ambitio, colax, morio, ludio: haltem ex his quæ turpiter pereunt, aliquam portionem decidant vel vtilitati publicæ, vel suæ gloriæ, vel vtique Aldo hęc momenti quis non fauit eruditorum? Quis non suggessit aliquid, quod illum laboribus tantis imparem subleuaret? Quoties ad illum ab Hungaris ac Polonis missa sunt vitro vetusta exemplaria, non sine honorario munere, vt ea iusta cura publicaret orbi? Quod Aldus moliebatur apud Italos (nam ipse concesserat in fata, quanquam gratiosi nominis titulo adhuc commendatur officina) hoc Iohannes Frobenius molitur apud Cisalpinos non minore studio quàm Aldus, nec prorsus infœliciter, sed quod negari non potest, impari lucro. Si causam requiras, ex multis hanc vnam esse puto, quòd non est idem ingeniorum candor apud nos, qui est apud Italos, sanè quod ad rem attinet literariam. Nec enim vereor prædicare quod iam expertus. Quum apud Italos ederem Prouerbiorum opus, homo Britannus, quotquot illic aderant eruditi, vitro suppeditabant authores nondum per typographos euulgatos, quos mihi suspicabantur vsui futuros. Aldus nihil habebat in thesauro suo quod non communicaret. Idem fecit Iohannes Lascaris, Baptista Egnatius, Marcus Musurus, Frater Vrbanus. Quorundam officium sensi, quos nec de facie nec de nomine noueram. Venetum nihil mecum apportabam, præter confusam & indigestam operis futuri materiam, idque ex euulgatis duntaxat autoribus. Magna mea temeritate simul vtrique iumus aggressi: ego scribere, Aldus excudere. Summa negotij intra menses plus minus nouem confecta est, & interim mihi cum calculo malo nondum noto res erat. Hic mihi cogita quanta pars vtilitatis abfutura fuisset, nisi docti libros manu descriptos suppeditassent. In his erant opera Platonis Græca, Plutarchi vitæ, eiusdem Moralia, quæ sub finem operis mercœpta sunt excudi, Athenæi Dipnosophistæ, Aphthonius, Hermogenes cum commentarijs, Aristotelis Rhetorica cum scholijs Gregorij Nazianzeni, Aristides totus cum scholijs, Commentarioli in Hesiodum ac Theocritum, Eustathius in totum Homerum, Pausanias, Pindarus cum accuratis commentarijs, Prouerbiorum collectio titulo Plutarchi, rursus alia titulo Apostolij, cuius libri nobis copiam fecit Hieronymus Alexander. Erant & alia minuta, quæ vel non successerunt, vel non attinet referre. Horum nihil adhuc fuerat typis euulgatũ. Nunc vicissim accipe candorem amici cuiusdam Cisalpini, quem in præcipuis habebam, nec habere desij: quandoquidem amicos mores nosse oportet, non odisse.

D. Chrysostomi scripta.

Candor Italorum.

Antiqui emissi ab Aldo.

odisse. Quum adornarem editionem Venetam fortè viderem apud illum Suidam, cuius margines habebant paroemias annotatas. Opus erat ingens, & erant euoluenda plurima. Cupiens igitur hoc laboris sucrifacere, rogaui faceret eius voluminis copiam vel ad horas paucas, dum pueri notulas in meum codicem transcriberet. Iterum atque iterum rogauit pernegauit. Cum nudum ostentationis genus non admodum essem, nec exoriturus, rogabam num ipse haberet in animo edere proverbia, me certum perlubenter hoc opus felicius tractaturo. Deierabat nihil esse tale. Quid igitur inquam, te mouet? Tandem velut tormentis adactus, fatus est, hæc tam cupidè quæri, per quæ docti hactenus fuissent vulgo nuncupati. Hinc illæ lacrymæ. Latitant in collegiis ac Monasteriis Germanorum, Gallorum, & Anglorum peruetusti codices, quos exceptis paucis adeo nõ communicant vltro vt rogati vel celent, vel pernegent vel iniquo pretio vendant vsum, decuplo æsti natorum codicum. Tandem pulchrè seruatos vel caries tinea que corrumpunt, vel fures auferunt. Magistrates autem adeo non adiuuant sua benignitate rem literariam, vt existiment nullam pecuniam perire perditius, quàm quæ in tales vsus consumitur: neque quicquam omnino placet illis vnde non vecti, al aliquod tollitur. Quòd si pari candore principes Cisalpini prosequerentur honesta studia cum Italis, Frobeniani serpentes non tantum abessent ab opibus delphinis Aldini. Ille lente festinans non minus auri sibi peperit, quàm nominis, vtroque dignus. Frobenius diui baculum semper erectum gerit, non aliò spectans quàm ad publicam vtilitatem, dum à columbina simplicitate non recedit, dum serpentum prudentiam magis exprimit insignibus suis quàm factis, fama potius diues est quam re. Sed digressionum iam modus esto, nunc ad adagionis enarrationem nostra fele referat oratio. Trifariam vti licebit prouerbio: primùm siquando admonebimur, diutius deliberandum, priusquam aggrediare negotium: posteaquam statueris, tum velociter peragendum, vt ad consultandi moram pertineat anchora, ad conficiendi celeritatem delphinus. Huc pertinet Salustianum illud, Antequam incipias, consulito: vbi consuleueris, maturè facto opus est. Quam sententiam Aristoteles recenset sexto Moralium libro, tanquam vulgò iactatam, Aiunt, inquiens, de quibus iam deliberaris, ea celeriter esse peragenda, cunctanter autem consultandum. Cuius authorem Biantem fuisse testatur Laertius, qui solitus sit admonere: τοὺς ἄλλους ἐγχειρεῖν μὲν προμηθουμένους, ὁ δ' αὐ βεβαίως περᾶν ἃ διανοεῖται. id est, Cunctanter aggrediendum negotium, verùm in suscepto constanter perseuerandum. Nec admodum abludit hinc Mimus ille, Publianus opinor, Diu apparandum est bellum, vt vincas celerius. Item ille, Deliberare vtilia, mora tutissima est. Adde iis prouerbium illud, ὁ νυκτὶ βουλὴ, id est, In nocte consilium. Præterea Sophocleum illud in OEdipo tyranno,

φερτὸν γὰρ οὐ τὸ σπουδῇ, τὸ μὴ σπουδῇ δ' ἴσως. id est,
Periculosa est præpropera pœnitentia.

Addendum his illud Platonis, quod alibi citauimus, Qui plus satis festinat initio, serius ad finem perueniet. Paulò diuersius est, sed tamen ad nanc referendum formam, quod ait Quintilianus, præcox illud ingeniorum genus non temere peruenire ad frugem. Et quod vulgò dicunt, Qui pueri adhuc, & velut ante tempus sapiunt; eos in senectute stultos euadere. quod Actius approbare videtur, qui apud A. Gellium ait, Sibi in iuuenilibus ingeniis itidem vt in pomis immaturis placere acerbitatem: nam hæc demum maturescere. Porrò maturitas tempestiuam adfert suauitatem, reliqua ante tempus putrescere. Alter vitupandi modus fuerit, quum admonebimus adfectus animi, rationis velut habenis reprimendos esse. Siquidem Plato animum hominis in treis partitur partes, rationem, iracundiam, concupiscentiam, in hoc philosophiæ summam sitam esse putat, si affectus pareant rationi, non aliter quàm Regi; cui quidem ob id ipsum sedem in cerebro, velut in arce datam existimat. Peripatetici, quorum signifer est Aristoteles, affectus qui sunt animorum impetus quidam, ceu stimulos quosdam à natura datos existimant, quibus ad virtutis vsum excitemur, quanquam reclamantibus Stoicis, & nominatim Seneca in libris quos ad Neronem scripsit De ira. Putant enim affectus huiusmodi non modo nihil conducere ad virtutem, verum etiam officere: quanquam ne ipsi quidem inficias eunt, in animo sapientis illius quem imaginantur reliquis primos impetus, anteuertere solitos rationi, quos funditus extirpare non queas: verùm ij, ne consequatur assensio, protinus à ratione reiiciuntur. Hoc innuit Homerus quum Tydeo primo, Pallas à tergo astat Achilli, iamque manum admouentem gladio, coercet. Igitur violentos illos animi motus, delphinum rectè dixeris, anchoram moderatricem sapientiam Seneca scripsit, nulli rei prodesse moram, nisi iracundiæ. Imo quicquid impensè cupimus, aut odimus, ibi plurimum refert mora. Plutarchus in Apophthegmatis Romanorum narrat Athenodorum philosophum, quum ob eximiam familiaritatem ab Octauio Augusto veniam redeundi domum, admonuisse illum, vt nequid iratus diceret, aut faceret, prius quàm viginti quatuor Græcorum literas apud se mente ordine recensuisset. Quo audito respondet, vbi illo adhuc opus esse quo disceret & tacendi artem: neque hoc prætextu totum annum hominem apud se detinuit. Huc spectat etiam Terentianum illud, Vide ne nimium calidè hoc fiat modo. Sunt autem quædam ingenia quibus calcaribus est opus: sunt quibus frano. Proinde rectè veteres illi delphino & chorum complecti voluerunt, quod oporteat alterum altero temperari, & vtrunque cum altero coniungi, quo videlicet ejusmodi quidem animi habitus emittat, qualem Plato constituit ex musica gymnasticaque si pariter exerceantur. Tertia vtendi ratio fuerit, quum admonebimus, in omni negotio vt iandam præcipitem celeritatem: quod vitij quibusdam ingeniis peculiariter natiuum est, vt ubi primum cœperint quantulacunque mora longa videatur. Hujusmodi festinationis comites esse solent error & pœnitentia, iuxta versiculum illum apud Græcos celebrem

Ὑστεροβουλίαι κακῶν ἀπάντων. id est,
Mali omnium consilia sera.

Hic occinendum notabile illud Catonis dictum, Sat citò, si sat bene. cuius mentionem fecit diuus Hieronymus, scribens ad Pammachium in hæc verba. Scitum est illud quoque Catonis, Sat citò, si sat bene. quod nos quondam adolescentuli, quum à perfecto oratore in prætiuncula diceretur, rimabamur. Meminisse me puto erroris mutui, quum omne Athenæum scholasticorum vocibus consonabat, Sat citò, si sat bene. Hactenus Hieronymus. Quadrabit & in illos qui præpropere famam affectant, malúntque paratam ac magnam, quàm solidam & perpetuam. Solent enim præcocia fuboli hæc cessere. Quod autem paulatim accreuit, durabile est. Horatius, Carm. lib. 1. Od. 12.

Crescit occulto velut arbor ævo
Fama Marcelli.

Et Pindarus in Nemeis, hymno 8. Αὔξεται δ' ἀρετὰ χλοαυγεῖ σὺν ὕδατι κείνοις ἐν ἀνδράσιν, οἷσιν ἀβρὸν αἰθέρα πνέοντες ἀκαμάτοις ἐν φρασὶν ἐξ ὑπερτάτου γένους ἔχουσιν αἰεί, id est, Augescit autem virtus, veluti quum arbor virenti rore surgit, sapientes inter viros sublata suttosque ad liquidum æthera. In summa, quicunque vel socordia peccant, vel immoderato impetu, iis illud Octauij Cæsaris σπεῦδε βραδέως, simul symbolum illud olim Titi Vespasiani, nunc Aldinum, oportebit in memoriam reuocare, vt delphini atque anchoræ memineriut.

Pedetentim. 2

Κατὰ σοβὰς βαίνειν, Græcis prouerbio dicitur, quod Latini reddiderunt Pedetentim, vbi quis non præcipitanter atque inconsideratè, sed sensim, atque cunctanter aggreditur negotium, atque ita rem gerit magis quàm impetu. Translatum ab his qui cautim, ac prætentantes per glaciem locúmve lubricum ingrediuntur. Terent. in Phorm. Dij bene vertant quod agas, pedetentim tamen. Quintilianus, At si, quod secundo loco diximus, nesciet actor, quid proponi rebus attulerit, paulatim, & (vt dicitur) pedetentim experietur. Alexis comœdiarum scriptor iam extremæ senectutis, quum lento incessu inambulans rogaretur à quodam quid ageret, κατὰ σοβὰς βαίνω, inquit, id est, Pedetentim morior. M. Tullius De Officiis lib. 1. Si imminus etiam erit pedetentim quæ faciendum. Idem in oratione pro P. Quintio, Viri boni quum palam fraudentur, quum experiundi potestas non est, tum de tamen & pedetentim illuc deducendum, vt ac necessitate coacti, bonis, multis vadimoniis desertis, ipse illum ac denicati. Et in Verrinis, actione 2. Quæ tamen à me pedetentim cauteque dicentur.

Vetusti codices in monasteriis latitates.

Principes auari.

Aldus diues. Frobenius pauper, non re.

Pallas apud Homerum, cohibet Achillis iram pertinax.

Ingenia quæ calcaribus indigent, & quæ freno.

Sat citò, si sat bene.

Præpropere famam affectantes.

Vt in pomis, sic in ingeniis placet acerbitas.

Alexidis senis vox.

Placidè bos. 3

Ἀτέμως βοῦς, id est, Lentè bos, subaudiendum, incedit, aut simile quippiam. Congruet in illos qui placidè ac paulatim, citraque tumultum, sed tamen assiduitate rem conficiunt. Equorum laus est velocitas. Boues non valent celeritate, sed viribus & assiduitate pollent, non impetu. Proinde in pugna stataria, vel leonibus formidandum animal, & ad exhauriendos ingentes labores appositum. Eodem pertinet illud, Bos lassus fortius figit pedem. In sacris precibus, tradit Plutarchus in commentario de Osiride & Iside, mulieres Helæas publicis ac solennibus votis ad hunc modum solitas Bacchum inuocare, vt accederet *βουφόνιδι*, id est, Bubulo pede: siue quod huic animanti, quum sit viribus immensis præditum, deinde tanta corporis mole, tamen peculiare videatur molliter quasique pedetentim ingredi nulloque strepitu: vel quòd bouis pedes aruæ calcatu reddunt meliora, quum reliquorum animantium noceant.

Assiduitate conficientes.

Bubulo pede.

Tacito pede. 4

Hic simillimum est quod indicauit, quisquis is fuit, certè haudquaquam indiligens scriptor, qui Rhetoricam Aristotelis exponit, *σὺν χρόνῳ ποδί*, id est, Tacito pede, seu lento pede, quum cautim ac pedetentim ad rem accedimus. Apud Latinos aliquando secius vsurpatur tacito pede, pro furtim ac clanculum, vt apud Ouidium,

Tempora labuntur, tacitisque senescimus annis.

Tacitis annis.

id imitatus Columella in carmine,

--tacito nam tempora gressu
Diffugiunt, rutilusque sono conuertitur annus.

Cumini sector. 5

Impendio parcus ac sordidus, olim prouerbio *κυμινοπρίστης*, id est, Cumini sector dicebatur. Testis & Aristoteles lib. Moralium quarto, *Τοιοῦτον δ' ἐστὶ καὶ κυμινοπρίστης ἢ παῖς ὁ μισθός.* id est, Ex hoc genere est Cumini sector, & quisquis eiusmodi. Meminit & Theocritus Idyllio x,

In sordidos, & tenaces.

Κόσσυφον οὐ πτερόεντα φυλάσσεις τὰς φακὰς ἰφῖν
Μὴ πιτυλὰς τεῦ χεῖρα κατὰ πρίστου τ' ἀμμιτος. id est,
Lenticulam coquere, pastor tibi præstat auare,
Ne fodias digitos cupiens secuisse cuminum.

Scholiastes non dissimulat vulgò sic dici solitos, homines præter modum frugales ac parcos. Item Alexis in Philocalo apud Athenæum libro octauo, *— ἀλλ' οὐδ' ὅτι*

Κυμινοπρίστης ὁ πρόσθ' ἦσθ' οὐ συνήθως. id est,
Cæterum non probe,
Cymino prisca olim esse tam mores tibi.

Cumini quid.

Est autem cuminum per se quidem exilis herba, tum præcipuè genus Æthiopicum, quod Hippocrates (authore Plinio) regium appellat, quod olim ferebatur à male precantibus authore Plutarcho, atque ita fœlicius prouenire creditū est. Quo magis quadrat in hos huiusmodi conuicium, qui ob parsimoniam male audiunt. Idem Plutarchus Conuiualium quæstionū decade secunda, significat hominem vehementer parcum, cuminum appellari solere. Siquidem loquens de iis dicterus, quę citra dolorem dici possunt, Velut, inquit, si quis hominem splendidum ac benignum, cimbicò appellet, aut cuminum. Est autem *κύμβιον* Græcis apicula seu parsimonia, Suida interprete. Hesychius legit cymbion, addens dici solitum in parcos. *κυμβία* autem dici fundum ollæ fictilis. Aristoteles libro quem modò citaui, ait homines perparcos *κυμβίστας* vulgò dici solitos: Iulius Pollux *βύμβιστας*, opinor quòd per domum obambulet semper murmurantes. Nam *βυμβὶξ* trochus est quo ludunt pueri. Apud eundem mulier impendio sordida *ὀβολοστάτις*, vir *ὀβολοστάτης* dicitur, quasi minutissima quæque ad stateram expendens, vnde & *ὀβολοστατῶν*. Eustathius autem indicat eosdem & *κυμινοπρίστας* & *κυμινοπρίστας* dici, putátque vocem dictam ab auro adulterino. Hesychius addit eosdem vocari *καρδαμωλόφους*, quod aliquid desculpant è nasturtio ob parsimoniam. Nec desunt qui eosdem *κνῖφας* & *κνῖπας* siue *κνίφας* (nam vtrunque scriptum reperio) vocant. Est autem cnips animalculum culici non dissimile.

Cimbicum.

Ficos diuidere. 6

Huic affine est quod refert Martialis lib. Epigram. 5. *σῦκα μερίζειν*, id est, Ficos diuidere: vnde & licebit cognomen fingere *συκοτόμου*. Martialis carmen est huiusmodi,

Quadringenta secat, qui dicit σῦκα μερίζειν.

Sordidum ac parcum significans, etiamsi ditissimum. Captatus autem est iocus ex vocis amphibologia sectoris.

Myconius caluus. 7

Μυκόνιος φαλακρός, id est, Myconius caluus. Strabo libro Geographiæ decimo, refert vulgo Myconios caluos dici solitos, quod in ea insula vitium hoc quasi gentilitium sit atque omnibus fermè commune. Idem affirmat Plinius libro 11. cap. 37. Meminit & Stephanus. Est autem Myconus vna Cycladum insularum. Quanquam Herodotus in quarto scribit, in Scythia quoque gentem esse ab ipso natali caluam. Admonet & Donatus grammaticus, Hecyram Terentianam, interpretans, prouerbio dictum Caluus Myconius, citatque Lucilij testimonium: Myconi omnis calua iuuentus. Tuetur autem Terentium, qui à nonnullis hoc loco imperitiæ nomine reprehenderetur, quòd quum Apollodorus caluum dixerit, ipse crispum mutauerit: putátque poetam non insciti, sed facetius etiam per ironiam dixisse crispum, quam si caluum dixisset. Quod quidem etiam ipsum prouerbium respit de rariś inuentu: veluti siquis Scytham dicat eruditum, Italum bellacem, negotiatorem integrum, militem pium, aut Pœnum fidum. Erit autem elegantius adagium, si caluos homines, rarióque capillitio simpliciter Myconios appellemus: perinde vt siquis fastuosum Sybaritam nominet, negotiatorem Phœnicem. Notati sunt olim & alio nomine Myconij, quòd ob tenuitatem alienas cœnas captarent: proindè qui inuocati ad conuiuium venirent, Myconij more venire dicebantur. Inuehitur enim in Periclem Archilochus apud Athenæum in primi libri fragmētis, *ὡς ἄκλητον ἐστιάσατο εἰς τὰ σύμποτα Μυκονίου δίκην*, velut qui inuocatus ingereret se ad conuiuia Myconiorum more.

Calui ferè omnes Myconij.

Myconus.

Cœnas captātes nō inuitati.

Quum aqua fauces strangulet. 8

Aristoteles Moralium libro septimo citat huiusmodi quoddam adagium, *ὁ δὲ ἀκρατὴς ἔνεχος τῷ παροιμίᾳ, ὡς ἡ φασὶν ὅταν τὸ ὕδωρ ἀγχόνην φέρῃ, τί δεῖ τι πίνειν*; id est, Intemperans autem obnoxius est prouerbio quo dicimus, Quum aqua fauces strangulet, quid iam opus est bibere? Refert idem in eundem vsum, libro Moralium Eudemiorum sexto, disputans de eo qui prudens intemperantiæ vitio noxia sequitur, haudquaquam ignorans quid sit optimum: hunc autem longè insanabiliorem esse eo qui falsus opinione, non expetenda expetit. Vsurpauit & Galen. alicubi, *ὅταν τὸ ὕδωρ πίῃς, τί ὀπισθοροθοῖς*, id est, Quum aqua præfocat, quid insuper sorbebimus? Fortassis Galenus scripserat, *τί ὀπισθοροθοῖς*. Quadrat in eos qui in absurdissima sententia pertinaciter manent: vel manifesta negantes, quibuscum frustra disceptes. Consta: enim faucibus situ arentibus aquam esse remedio ac soluere præfocationem. Continet illi quod alibi diximus:

In pertinaces.

Nil extra est oleam, nil extra est in nuce duri.

Dimidio vitæ nihil differunt felices ab infelicibus. 9

Aristoteles Moralium libro primo, *ὁ δ' ἀγαθὸς ἐν τοῖς ὕπνοις ὅμοιος ἔοικεν & κατ' ὕπνον, ὅθεν φασὶν, οὐδὲν διαφέρειν τὸν ἥμισυ τοῦ βίου τοὺς εὐδαίμονας τοῖς ἀθλίοις*, id est, Porrò probus atque improbus nequaquam in somno dignoscuntur. Vnde natum est vt dicant fœlices nihil à reliquis distare dimidio vitæ. Idem refert libro Eudemiorum secundo, reddens hanc causam, quòd dormientes nihil agant. Ex actionibus autem nascitur fœlicitas, aut infœlicitas hominis. Proinde non inscite dixit Aristo apud Plutarchum in commentario De contentione ignis & aquæ, *Οὐ γὰρ χρόνου τοῦ βίου τοῖς εὐδαίμοσιν ὁρίσασθαι, ὅσον & οἷον τελεῖται τὸ ἥμισυ ἀφαιροῦντα τὸν ὕπνον*, id est, Quum exiguum vitæ tempus datum sit hominibus, somnus velut publicanus dimidium eius auferit. Plato libro De legibus 7. *Καθεύδειν γοῦν δεῖ τὸν εὐδαίμονα ἄξιον & μηδὲν ἧττον*, id est, Nullus enim dormiens alicuius est pretij, nihilo magis quàm is qui viuus non est. Prouerbium consolatur parum fortunatos, diuitúmque ac potentium insolētiam retundit. Somnus enim adimit nobis nostri sensum, vnde fit vt neque miseris molesta sit sua calamitas, neque fortunatis iucunda fœlicitas. Præterea fœlicitas, iuxta philosophos, sita est in actu rationis per habi-

Felicitas, & infelicitas vnde.

Felicitas in quo sita.

habitum virtutis:somnus autem quies est animi, bonis pariter ac malis communis.

In eadem es naui. 10

M Tullius Epistolarum familiarium libro secundo ad Curionem: Etsi vbicunque es,vt scripsi ad te antea, in eadem es naui, tamen quod abes gratulor. In eadem es naui dixit, pro eo quod est,in communi periculo. Siquidem ad eos qui eodem vehuntur nauigio, periculũ naufragij communiter pertinet: neque magnopere refert,in prora sint, an in puppi, an carina, quum nihilo magis absint à discrimine. Idem alibi,Hoc mitor enim querórque quenquam hominem ita perfundare alterũ velle,vt etiam nauim perforet in qua ipse nauiget:hoc est,vt remp.euertat,cum qua sit etiam ipsi pereundum. Aristophanes in Vespis.

Περὶ τῆς πόλεως γὰρ ὅτι τῷ πράγματι ὅλῳ. id est,
De ciuitate est,nam de tota puta.

Nauis pro republica. Est autem familiare poetis à nauibus ad rempublicam similitudinem mutuari.

Qui arat oliuetum. 11

Columella de re rustica libro sexto, paræmiam huiusmodi refert,Quinctiam,inquit,compluribus interpositis annis,oliuetum putandum est.Nam veteris prouerbij meminisse conuenit,Eum qui aret oliuetum,rogare fructum:qui stercoret, exorare:qui cædat,cogere. Allusit huc Vergilius 1.Georg.

Exercetque frequens tellurem,atque imperat arui.

Huic adagio locus fuerit, vbi significabimus fieri non posse quin voto potiatur is qui curam extremam impenderit. Vulgaris enim diligentia quasi rogat,mediocris impetrat, extrema cogit. Allusio fit ad eos qui à principibus improbo studio officioque sic impetrant, vt non precibus,sed vi videantur impetrasse.Laudatur, atque imitandus proponitur in Euangelicis etiam literis flagitator importunus.

De flagitatore importuno.

Difficilia quæ pulchra. 12

Δύσκολα τὰ καλά, id est, Ardua quæ pulchra. Extat apud Platonem in Hippia maiore,in calce dialogi,πάλαι γὰρ παροιμίαν ὅτι ποτὲ λέγεται τὰ καλὰ, δοκῶ μοι ὑφηγεῖσθαι.id est, Nam quod ait prouerbium,difficilia esse quæ pulchra sunt,videor mihi intelligere. Et in Cratylo,circa initium,πάλαι παροιμία ὅτι χαλεπὰ τὰ καλὰ ὅτι. id est, Vetus prouerbium est, difficilia esse quæ sunt egregia. Citatur alicubi à Luciano. Item à Plutarcho in libello De liberis instituendis,prouerbij nomine.Quidã prodiderunt Pittacum vbi semet abdicasset imperio,dixisse, χαλεπὸν ἀγαθὸν ἔμμεναι, id est, Difficile bonum esse. Porrò Solonem Pittaci mollitiem atque ignauiam taxantem dixisse;χαλεπὰ τὰ καλά.id est, Difficilia quæ honesta: vtriusque dictum in prouerbium abiisse. Vsurpauit Plato libro de Rep.4. ἴσως γὰρ ὦ Σώκρατες τὸ λεγόμενον δηλοῖ,ὅτι χαλεπὰ τὰ καλά. id est, Fortassis enim verum est ó Socrates quod dici solet, difficilia esse quæ pulchra sunt. Vsus est eodem libro Politiæ 3. πάντες γὰρ ἐξ ἑνὸς στόματος ὁμοῦσι, ὡς καλὸν μὲν σωφροσύνη καὶ δικαιοσύνη,χαλεπὸν μέντοι καὶ οὐ ῥᾴδιον. 3. omnes enim vno ore canunt. Honestam quidem rem esse temperantiam ac iustitiam, sed difficilem tamen ac laboriosam. Vtitur eiusdem operis libro sexto ac septimo, & aliis compluribus locis. Sunt qui hinc arbitrentur natam paræmiã, Periander Corinthius, initio populariter ac moderatè gerebat imperium: postea versis moribus, tyrannicè agere cœpit. Id simul atque cognitum esset Pittaco Mitylenæo, diffisum de suipsius animi constantia, magistratum deposuisse, relictóque imperio in exilium abiisse.Percontantibus deinde quibusdam, qua gratia fugisset imperium:respondisse,quòd admodum esset arduũ, probum esse,propter mutatum Periandrum.quibus auditis,Solonem addidisse suum apophthegma,χαλεπὰ τὰ καλά. Huc spectat illud quoque quod meminit Plutarchus in commentario περὶ δυσκωφίας, Platonem quũ Heliconem quendam Dionysio datis literis commendasset, scribens illum virum probrum ac modestum, adscripsisse in calce epistolæ, χαρίσῃ δὲ σὺ ταῦτα περὶ ἀνδρὸς τοιούτου,ζώου φύσει θυμαλγοῦς.id est,Hæc autem tibi scribo de homine, videlicet animante natura mutabili. Nec absurdè quis referat ad celeberrimam illam Hesiodi sententiam.

Difficile, bonum esse.

Periander eo tempore.

Virtus in arduo.

Τὴν δ' ἀρετὴν ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν
Ἀθανάτοι, μακρός τε καὶ ὄρθιος οἶμος ἐπ' αὐτὴν
Καὶ τραχὺς τὸ πρῶτον· ἐπὴν δ' ἐς ἄκρον ἵκηαι
Ῥηϊδίη δ' ἔπειτα πέλει χαλεπή περ ἐοῦσα. id est,
Omnino vitium facile est contingere cunctis,
Est via ad id breuis, & vicina in sede moratur.
Contrà,virtutem superibus vndique diis
Præsepsere,& longus ad hanc perque ardua callis,
Asper & est primum,sed vbi alta cacumina victor
Contigeris,iam fit facilis,licet ardua dudum.

Neque quicquam est tritius eo quod dixit Aristoteles lib.Moralium Nicomachiorum secundo, Περὶ τὸ χαλεπώτερον εἶναι ἐγγὺς τοῦ εὖ ἢ τοῦ εὖ τυγχάνειν ἔργον. Et ars & virtus circa id versatur quod est difficilius. Eodem pertinet, Litera Pythagoræ discrimine secta bicorni.Et euangelicum illud de via arcta quæ ducit ad vitam. Item de duplici via apud inferos,quarum altera ducit ad campos Elysios,altera ad malam rem. Diximus alibi de Litis & Ate, quę fabula declarat, multo difficilius esse benefacere quàm male,sarcire concordiam quam rumpere. Eam ic sententiam Pindarus extulit in Pythiis hymno quinto. ῥᾴδιον μὲν πόλιν στάσιν τε φαεσιμβρότοις, ἀμφότερα δυσπαλὲς δὲ χαλκῷ τε καὶ ἀνδρῶν ὑπ' ἀνίαις, εἰ μὴ Διὸς ἀγχόνιον κυβερνητὴρ γένηται. id est, Facile est ciuitatem commouere, etiã mari. cæterum in locum pristinum illico reponere, difficile sanè est, ni Deus principibus gubernator contingat.Retulimus alibi quòd in tedtione etiam Androclides abiectissimus belli ducem agat.Et nos hac ætate vidimus per quos quanti tumultus excitati sint. Celebratur elegans Lacedæmonij dictum,apud quem quum quidam laudibus veherent Philippum,quòd ciuitatem opulentissimam euertisset,Atqui inquit, non posset talem condere.Huiusmodi voces inscribi deberent principum animis,qui quum ne minimam quidem vrbeculam extruant,dij sibi videntur quòd vrbes & agros perdant.

Sarcire concordiam difficilius, quam rumpere.

Colophonia ferocitas. 13

Κολοφωνία ἰθύς. id est, Colophonia ferocitas, in insolentes,qui ferociter despiciunt, & affligunt humilioris fortunæ homines.Aut in eos quibus sua ferocitas exitium attulit. Sumptum ab arrogantia superbiaque eius gentis.Refertur à Diogeniano in adagiorum Collectaneis.Theognis,

Colophonij feroces.

Ὤλεσε γὰρ Μάγνητας αἰπόλιν ἠδὲ Κολοφῶνα. id est,
Perdidit & Colophona Ferox meos & Magnetes.

De gentis huius ferocia nonnihil dictum est nobis in prouerbio,Colophonium suffragium.

Nemini fidas nisi cum quo prius modium salis absumpseris. 14

Vulgò apud nostrates circunfertur adagium,haud fidendum esse cuipiam, nisi cum quo prius modium salis absumpseris Significat autem hominis ingenium nõ posse perspici, nisi diuturno conuictu, longoque commercio. Apparet prouerbium hoc ab antiquitate profectum esse. Quandoquidem Aristoteles libro Moralium 8. simile quiddam refert his quidem verbis, Ἔτι δὲ μετὰ διαγωγῆς χρόνου ἡ συνήθεια, καὶ τὸ παροιμιῶδες, οὐκ ἔστιν ἑνδέχεσθαι ἀλλήλοις πρὶν λεχθῆναι ὑφ' ἁπάντων ἀλλήλους. id est, Præterea autem spatio temporis & consuetudine opus est.Siquidem iuxta prouerbium,fieri non potest vt nos mutuò pernoscamus, antequam salis,quem dicunt,modium pariter absumpserimus. Idem Moralium Eudemiorum lib.7. Διὸ εἰς παροιμίαν ἦλθεν ὁ μόδιον ἅμα δεῖν. id est, Quapropter in prouerbium abiit salis modius.Eodem in libro refert illud quoque ex poeta quopiam hemistichium,ni fallor,

Diuturno conuictu, perspici hominis animum.

—οὐδ' ἀνὴρ χρόνου φίλος. id est,
Non est amicus absque temporis mora.

Addit ex Theognide,

Οὐ γὰρ ἀνειδίσαις ἀνδρὸς νόον οὐδὲ γυναικὸς
Πρὶν παραδοῦναι ἀκριβῶς ναυσιφόρῳ. id est,
Haud nosse ingenium te viri licet,aut mulieris,
Vt nec nauigii,ni experiare prius.

Notat hanc paræmiam & Plutarchus in Commentario περὶ φιλικῆς ἕξεως, his quidem verbis, Τοιοῦτόν γε ἀληθῶς, καὶ φιλόσοφε Διόγενες, ἐστὶν ὃ μᾶλλον ἀρετῆς, φιλίαν ἐστὶν ὃ φησὶ πλησμονὴν τοῦ χρόνου ποιεῖν ἑταιρείας δίδωσιν, οὐδὲ σύμφορον ἡ συνήθεια ἀξιοῖ μίσθωσιν δηλῶν, ὑγιῶς λέγων τὴν ἀρχὴν τῆς φιλίας, οὕτω δεῖ μοι περὶ τῆς ἀνδρὸς εἶναι βεβαίως ἢ ἀμαρτάνειν ἐξέστω, id est,Alienus enim,quę-

admodum ait Theophrastus, non oportere amantem iudicare, sed amare poltea quàm iudicaris. Siquidem vbi natura ipsa dux est ad beneuolentiam præcedens iudicium, neque expectans illum vulgo celebratum salis modium, quippe quæ amicitię seminarium inseuerit, ibi non oportet acerbos & exquisitos esse delictorum expensores. Meminit huius paroemiæ & M. Tullius in sermone de amicitia: Verum illud est quod vulgo dicitur, Multos modios salis simul edendos esse, vt amicitiæ munus expletum sit. Huc pertinet illud quoque Sophoclis in Oedipo:

Amare postquam iudicaris.

Χοὐ δίκαιον αὐθέκα διακρίνειν τινά,
Καλὸν δ' ἁνεν τοῦ μακρὸν γενοῖς μακρὸν. id est,
Mora temporis probum arguit tantum virum.
At improbum vel vnico ignoscas die.

Huc pertinet etiam ille senarius prouerbialis,

Ἥβης δ' ἁμαρτὼς ἐστὶν ἀθανάτοις χρόνος. id est,
Nota morum et index temporis est mortalibus.

Idem admonet illud Epicharmi,

Νῆφε μὴ μεθυσθεὶς ἀσκόν. id est,
Epicharmi grauis de non temere credendo.
Sobrius sis, ne memoreris nemini confidere.

Versus integer refertur apud Ciceronem libro epistolarum ad Atticum primo, Atque ita tamen nouis amicitiis implicari iumus vt crebro mihi veterē illē Siculus inlusurret Epicharmi cantilenam illam istam,

Νᾶφε μὴ μεθυσθεὶς ἀσκόν, πίθε πᾶσι πίστιν.

Sic enim carmen trochaicum è vestigiis codicum restituimus, nequis temerè deprauet. Nam quodam νᾶφε dixit pro νῆφε, & μεθυσθεὶς pro μεθυσθεὶς, Μελίτη proprietas est. Cicero in libello de petitione consulatus, Quamobrem Epicharmion illud teneto, neruos atque artus esse sapientiæ, non temere credere. Item illud Euripidis in Helena:

–πάφερε δ' αἰσχίω
Οὐδὲν βροτοῖσι δεινὸν ἐστὶν ἢ βροτός. id est,
–*prudente difficultia*
Haud alia res vllius est mortalibus.

Inuenio citatum & mutilatum ad hunc modum,

Ἀνὴρ μεδίμνου συμφαγεῖν. id est,
Modium salis priusquam edederis.

Quo quidem licebit vti, si dicas, Vide quid agas, qui tua arcana credas isti, nondum δεῖν μεδίμνου συμφαγεῖν. Aut sic, Tum demum illi fidas δεῖν μεδίμνου συμφαγεῖν. Est autem iambicus dimeter, ex poeta quopiam, sicuti coniecto, sumptus.

Leporem non edit. 15

Antiquitus superstitiosè creditum est, esu leporinæ pulpæ conciliari formam. Vnde extat iocus Martialis in Gelliam lib. 5. quę missō lepore addebat ex vulgata opinione ad muneris commendationem,

In deformes.

Formosus septem Marce diebus eris.

Id poeta in ipsam torquens, quæ deformis esset,

Si me non fallis, inquit, ſi verum, lux mea dicis,
Edisti nunquam Celsa tuleris rem.

Plinius libro 28. cap. 9 scribit leporem in cibis sumptum gratiam corporis in septem dies cōseruare. Lampridius scribit poetam quendam in Alexādrum Seuerum, quòd quotidie veteretur leporina, ita lusisse,

Pulchrum quòd videt esse nostrum regem,
Quem Syrum iua detinet propago,
Venatus facit & lepus comestus,
Ex quo continuum capit leporem.

Primum carmen vitiatum est. Hos versus quum quidam ex amicis ad Alexandrum detulisset, respondisse fertur in hanc sententiam satis Christianè, (Nam hoc illi ab inimicis obiectum est, quòd Mosen quendam & Christum haberet in lario)

Pulchrum quod putas esse vestrum regem
Vulgari misericordia tabella,
Si verum putas esse, non videor.
Tantùm tu comedas velim lepusculos,
Vt fias animi malis repulsis
Pulcher ne inuideas limore mentis.

Lepus marinus.

Si vides lector parū obseruatas metri leges, memineris Imperatorem scripsisse, cuius est præscribere leges, non parere. Est autem & piscis lepus appellatus, qui venenum habet immedicabile, si quis imprudens ederit. In Indico mari etiam contactu necat hominem, authore Plinio: lenta tabe consumit. Malum hac deprehenditur nota, quòd piscem olēt qui ederint. Huic homo vicissim pestilens est, cuius contactu protinus emoritur. Hoc cibis admisto, multos sustulit Domitianus: eodem Trium fratrem sustulisse creditur, vt author est Philostratus in Apollonij vita. Proinde in hos qui contabescunt, nec vlla medicorum ope possunt restitui, dici poterit, Edit leporem marinum.

Domitianus, beneficus.

Edit leporem marinum.

Plena manu. 16

Plena manu, pro eo quod est, ampliter, copiosè, prolixè, minimèque maligne. Translatum ab iis qui nō minutim & parcè, sed plena manu largiuntur. Cicero ad Atticum libro secundo, At hercle alter familiaris tuus Horatius, quam plena manu, quàm ornatè nostras laudes in astra sustulit. Seneca in Declamationibus, Liberaliter hodie, & plena manu faciam. Idem in ludicro quod scripsit in Claudium Cæsarem, At Lachesis, quæ & ipsa homini formosissimo faueret, fecit illud plena manu, & Neroni multos annos donat. Fit lepidius, quo magis ad animi res transfertur.

Sine riuale diligere. 17

Sine riuale diligere dicuntur, qui stultè miramur quod nemo alius concupiscat. Veluti simia catulos suos & miratur & amplectitur: & indocti poetę suas nugas soli diligunt. Sumpta est allegoria ab amantibus, quibus est amica deformis, & quam alius nemo velit. Extat adagium in Epistolis Alonianis. M. Tullius ad Atticum lib. 6. Huius nebulonis oratione si Brutus moueri potest, licebit eum solus ames, me omnium non habeb. 8. Item libro ad Qu. fratrem 3. O dij quam ineptus, quàm se ipse amans, sine riuali. Horatius in arte poetica,

In stulti sui amantes.

Nullum vltra verbum aut operam insumebat inanem,
Quin sine riuali teque & tua solus amares.

Pedibus trahere. 18

Pedibus trahere, est rem pro suo arbitratu versare. M. Tullius ad Atticum libro 4. Non recordor vnde ceciderim, sed vnde surrexerim. Fratrem meum & te si habeo, per me pedibus illa trahuntur. Idem libro 1. primo Epistolarum familiarium. Nam de iudiciis quod quereris, multo labore minus, trahuntur per me pedibus omnes tres. Apud T. Liuium tertiæ decadis libro 4. Audionodorum paratem cedere principatu, Demarata vxor admonuit vocis quam Dionysius vsurpare solebat, Non equo insidentem, sed pedibus tractum debere relinquere tyrannidem: facile esse momento quo quis velit, cedere possessione magnæ fortunę facere & parare eam difficile atque arduum esse. Ex his verbis liquet eos pedibus trahi, qui planè victi, sunt in potestate victoris. Metaphora ducta videri potest vel à Vulcano illo Homerico, quem Iupiter vt longè viribus præstantior, pedibus tractum è cœlo deiecit, quemadmodum testatur ille,

Ποδὸς τοῦδε πρὸς Διὸς βολῇ σὺν πημάτων. id est,
Protractum pedibus supero deiecit Olympo.

Vel ab eiusdem Hectore, cui victor Achilles libro Iliados vigesimo secundo,

Ἀμφοτέρων μετόπισθε ποδὼν τέτατο τένοντε
Ἐκ σφυρὸν ὀστέου πτέρνης, βοέους δ' ἱμάντας ἔασεν
Ἐκ δίφροιο δ' ἕδυν, κεφαλὴ δ' ἔρυτο πᾶσα. id est,
Quâ post ambo pedes calcaneis inus adharet.
Talo, transfodit nerous, ac bubula lora
Inserit, corpus de curru deligat alto,
Pendulum at interea trahitur caput.

Trahitur ad eundem modum & Cacus apud Maronem libro octauo ab Herculę victore,

–pedibúsque trahor mea cadauer. *Protrahitur.*
Iuuenalis Satyra quinta,
Ducēris planta velut vltus ab Hercule Cacus,
Et ponēre foras, si quid tentaueris vnquam
Hospite.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. *Pedibus trahere, est rem pro suo arbitratu versare*) Hoc dixit quia legebat apud Ciceronem, Per me pedibus trahuntur, & Per me trahuntur, accipiebat pro Ego traho. Sed trahantur legi debere, & per me alia significatione accipi, in meis in Ciceronem castigationibus ostendi.

Naribus trahere. 19

Τὴν ῥῖνα ἕλκειν, id est, Nare trahi, est citra iudicium, alieno arbitratu quouis adduci. Metaphora mutuò sumpta à bubalis animantibus, qui anulo in summam narem inserto, circunducuntur, non aliter quàm equi frēno. Quanquam & equis lignum aut ferrum dentatum in nares inseritur, aut etiam in mortum, ad cohibendam eorum ferociam. Id instrumentum Postomin appellatum

Postomis.

tum indicat Nonius. Lucianus in Dialogo quodam Iunonis & Iouis, Σὺ μὲν γὰρ οὐδὲ τὸ διοπετὲς ἐκεῖνο, καὶ ἐξ ἀφανοῦς ἥκον, φασὶ, ξένον. id est, Iste quidem modis omnibus tibi dominatur, ducitque te, & circumagit. ipsa, quod dici solet, nare trahens. Idem in Hesiodum, Οὐδὲν κωλύει σὲ τὸν ἐπὶ ῥῖνα ἕλκοντα τὸν ἕλκοντα. id est, Nihil obsterit quo minus à quibusuis nare traharis. Obtorto collo trahi dicuntur, qui volentes nolentes ad aliquid adiguntur. Philostratus in Heliodoro pro eodem dixisse videtur, Mento trahere. ἀλλὰ παράγοντα αὐτὸν εἰς τὰ δικαστήρια ἕλκοντά τε καὶ ἄγοντα τὸν ἐκ τοῦ γενείου ἕλκοντα. id est, Sed adduxit illum ad tribunalia, & volentem & mento trahens. Id translatum est ab equis, quos equisones inferiore labro trahunt donec imponant frænum.

Obtorto collo trahere. Mento trahere.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. *ad Tribunalia*) Non mento trahens, sed barba trahens interpretari debuit. quam enim λαβὼν πρᾶγμα barbam? Nempe cum decepit illa quam fallo imaginabatur ab equis metaphora.

Barbarus ex triuio. 20

Βάρβαρος ἐκ τριόδου, id est, Barbarus ex triuio. In hominem dicebatur extremæ humilitatis, ac prorsum nullius pretij, perinde quasi dicas, extremum ac vilem seruulum alicunde è triuiis emptum, non dono datum, aut domi natum. Lucianus in eum à quo fuerat Prometheus appellatus, εἶτα ὁ τυχὸν βάρβαρός τις ἐκ τριόδου μικρὸν. id est, Qualis bene barbarus quispiam è triuio: Quanquam quidam hoc loco legunt non barbarus, sed βόρβορος ἐκ τριόδου id est, Cœnum è triuio: quæ lectio sola probanda est, mea quidem sententia, propterea quòd eo loco de luto fiat mentio, non de barbaro quopiam. Item Plato libro de Rep. septimo, ἢ πόρρωθέν γε βορβόρῳ βαρβαρικῷ τινι id est, Ac reuera in cœno quopiam barbarico. Loquitur de anima demersa tenebris ignorantiæ.

In hominem abiti.

Rara auis. 21

Rara auis, prouerbio dicebatur res quæuis noua, & inuentu pertæsa. Persius, Sat. 6.

...si forte quid aptius exit,
Quando hæc rara auis est. Iuuenalis.
Rara auis in terris, nigroque simillima cygno. Idem.
...cerno quoque rarior albo.

Quin & Phœnicis raritas in prouerbium abiit. Ducta allegoria ab auibus peregrinis & inusitatis, quæ nonnusquam casu in nostram regionem deuolant, vel miraculi gratia deportantur. Vnde illud sæpius iteratum apud Aristophanem,

Τίς ἔστιν ὄρνις οὑτοσί; id est,
Quæ est hæc auis? De hospite & ignoto.

Phœnicis quis raritas.

Succisiua opera. 22

Succisiuis operis fieri dicitur, quod horis quibusdam quasi furtiuis agitur, vbi iam ordinariis ac legitimis officiis perfuncti sumus. Metaphora traducta à mercenariis aut seruis, qui præter pactas operas quas debent, extra iustas illas horas nonnihil etiam operantur sibi quod cedat in peculium. M. Tullius lib. De oratore secundo, Quæ ego sero, quæ cursim arripui, quæ succisiuis operis, vt aiunt, iste à puero summo studio, summis doctoribus. Idem Philippica secunda, Et tamen omni genere monumentorum meorum perfecisse operis succisiuis, vt mea vigiliæ, meque literæ, & iuuentuti vtilitatis, & nomini Romano laudis aliquid adferrent. Idem libro De leg. 1. Succisiua quædam tempora incurrunt, quæ ego perire non patior, vt siqui dies ad rusticandum dati sunt, ad eorum numerum accommodentur quæ scribimus. Plinius in præfatione historiæ mundi, Et occupati officiis, succisiuis temporibus ista curamus: id est nocturnis. Itaque quòd obiter atque aliud agentes curamus, id operæ succisiuæ tribuitur. Græci simili pene figura παράγειν appellant. Agathon apud Athenæum,

Τὸ μὲν παράγειν ἔργον οἷς τυγχάνομεν,
Τὸ δ' ἔργον οἷς παράγειν οὐκ ἐθέλομεν.

Quorum carminum, quandoquidem verti commodè non possunt, hæc est sententia, Quod obiter faciundum erat, ei principalem operam impendimus: quod principalis est operæ, id obiter curamus. Legimus etiam τὸ ἐξ ὑπογύου παράγειν, quod à proposito sit paulo alienius: & παράγειν, quod nos fere, obiter, aut negligenter vertimus. Diuus Hieronymus in epistola quadam, Quum hoc furtiuus, vt aiunt, operis ad lucernulam velox notarij manus me dictante signaret. Furtiuus vocat quod illi succisiuas.

Argumentum Ciceronianæ diligentiæ.

Παράγειν?

Παράγειν. *Furtiua opera.*

Compressis manibus. 23

Compressis sedere manibus, dicitur in otiosos, & nihil aliud quàm sua fata deplorantes. Titus Liuius ab vrbe condita lib. 7. Cur veteranus dux fortissimus bello, compressis, quod aiunt, manibus sedeas? Extat & in Hebræorum prouerbiis, Paululum conseres manus: in ignauum, figura sumpta à gestu sollicitorum quidem, sed inertium tamen.

Paululum conserpe manus.

Loca seriaque. 24

Quoties omnia nostra cum aliquo communicamus, tum eo loca seriaque conferre dicimur. M. Tullius libro de finibus bonorum secundo, At quicum loca seriaque, vt dicitur, quicum arcana, quicum occulta omnia. Tecum optime, deinde etiam cum mediocri amico. Donatus in Adelphos, huiusmodi ferme figuras omneis quæ constant ex contrariis, prouerbiales existimat. Quod genus sunt, Fanda infanda. Quo iure quaque iniuria, Facta atque infecta, Digna atque indigna, Fasque nefasque, Clamque palàm que, Terráque marique, Noctéque diéque, Iuuenéque senéque, Neque in minimo neque in maximo, Neque deos neque homines veretur, Vocatus atque inuocatus, Re salua & perdita, atque alia huiusmodi generis innumerabilia, de quibus meminimus & in initio operis.

Ea tela texitur. 25

Prouerbialis allegoria, Ea tela texitur, pro eo quod est, eiusmodi negotium in manibus est, & res incœptantur tales. Translatio sumpta à textoribus telam instituentibus. M. Tullius in extremo De oratore libro, Quanquam ea tela texitur, & ea incitatur in ciuitate ratio viuendi, ac posteritati offenditur, vt eorum ciuium, quos nostri patres non tulerunt, similes habere cupiamus. Plautus dixit Exordii telam, pro incœpere negotium, Exorsa est hæc tela non omnino pessimè mihi. Affine est illi quod alibi dicemus, Exordiri telam.

Exordiri tela.

Multas amicitias silentium diremit. 26

Πολλὰς φιλίας ἀσεσημείωτος διέλυσεν, id est, Multas amicitias silentium diremit. Admonet adagium, assiduo conuictu ac frequentibus alloquiis necessitudines ali, intermissione & absentia dissolui. Meminit huius Aristoteles lib. Moralium 8. Εἰκὸς δ' ἐχέγγυον τὴν ἀπουσίαν γίνεσθαι, ἐν τῇ φιλίᾳ δεῖται καὶ συνηλικιώτου τοιοῦ. ὅθεν ὀρθῶς πολλοὶ δι' ἀσεσημείωτον φιλίας διέλυσαν. Quòd si diuturna fuerit absentia, videtur & necessitudinis obliuionem adferre: vnde dictum est illud, Multas amicitias silentium diremit. Versus, vt refertur in Collectaneis, deminutus est vna syllaba. Ab Aristotele citatur integer heroicus,

Plurimum amicitias soluere silentia solent.

Apud Athenæum libro quinto, citantur ex Anonymo poeta versus hi,

Οὐ χρὴ συμπότοισιν φίλοις ἀπόχρησθαι τὸ λοιπὸν
Δηρὸν, ἀλλ' ἀμύμονος ἢ πάλαι χαίρειν εἰπεῖν.
Non diu amicorum mensis decet abstinuisse:
Quippe animi memoris res hæc renouatio bella est.

Figuratius, atque ob id ipsum elegantius est illud Alphij fœneratoris dictum apud Columellam, Bona nomina nonnunquam mala fieri, si nunquam interpelles. Ille nomina, iurecõsultorum more, debitores vocat: & interpellare, subinde creditum reposcere. Vox autem Græca ἀσεσημείωτος, non ita commodè reddi Latinè potest: neque enim simpliciter significat silentium, sed illud silentium quum quis non appellat ac salutat amicum.

Nomina bona interpellare.

Ad pileum vocare. 27

Ad pileum vocare, pro eo quod est, ad libertatem inuitare, aut promissis ingentibus, seditionem commouere, prouerbiali figura dixit Macrobius libro Saturnalium primo, Dicet aliquis nunc me dominos de fastigio suo deiicere, & quodammodo ad pileum seruos vocare. Atque hæc quoque verba sublegit à Seneca, quie-pistola quadragesima septima scribit in hunc modum, Dicat nunc me vocare ad pileum seruos, & dominos de fastigio suo deiicere. Liuius libro 24. Postero die serui ad pileum vocati, & carcere vincti emissi, confusaque omnis multitudo Hippocratem atque Epicidem creant prætores. Metaphora ducta à veterum consuetudine, qua serui quum tantum mucarent, ac manumitterentur, capite raso pileum accipiebant. Vnde est in Amphitryone Plautina, sub persona Sosiæ serui libertas-

Veterum mos in seruis manumittendis.

tatem optantis. Quod ille faciat Iupiter, vt ego hodie raso capite caluus capiam pileum. Huc pertinet quod Plutarchus refert in Apophthegmatis Scipionis, qui non prius suimmit agere cum Carthaginiensibus de pace, quàm L. Terentium, quem captiuum habebant, ad se reduxerent. Terentius autem Scipionem triumphantem subsequutus est pileatus, veluti libertus. Item quod ibidem refertur de T. Quintio, quem in triumpho subsequuti sunt pileati omnes Romani, quos in bello captos, & apud Graecos seruientes, drachmis quingentis redemptos ipsi dono dederant. cuius meminit Titus Liuius lib. 4. de bello Macedonico. Martialis libro Epigrammatum secundo ad Olum,

Pileati.

Tolis pileo sarcina redemta.

Hoc est, Rebus omnibus relictis contemptisque, peperi mihi libertatem. Etenim qui potest nihil habere, is nulla seruire cogitur, eique liberum est tuo more viuere. Atque ideo subiicit:

Seruum potes Ole non habere,
Et regem potes Ole non habere.

Persius Satyra quinta,

-hanc nobis pileus donat.

Suetonius in Liberto, Seruiusque ad pileum frustra vocatis, in Siciliam profugit. Idem in Nerone: Obiit trigesimo secundo aetatis anno, die quo quondam Octauiam interemerat. Tantúmque gaudium publice praebuit, vt plebs pileata tota vrbe discurreret, nimirum hoc indicio additam sibi libertatem significans. Seruius in Aeneidos octauum, refert Feroniam seruorum deam haberi, in cuius templo capite raso soliti sunt pileum accipere. Videtur autem pileum prisci insigne fuisse virtutis spectatae, vt hinc fluxerit mos, vt qui magistri doctorisque titulo decorantur, pileum accipiant. A. Gellius Noctium Atticarum 7. cap. 4. scribit seruos eos venire solitos pileatos, quorum nomine venditor nihil praestaret. Eius rei Caius Sabinus iureconsultus hanc fuisse causam scribit, quòd eiusmodi conditionis mancipia insignia esse in vendendo deberent, vt emptores errare & capi non possent: neque lex vendundi operienda esset, sed oculis iam perciperent quodnam esset mancipiorum genus.

Feronia, seruorum dea.

Eiusdem musae aemulus. 28

Eiusdem artis aut disciplinae studiosi, eiusdem musae aemuli dicuntur. Vsurpatur apud Aulum Gellium prouerbij vice. Graecis ὁμότεχνος appellant eiusdem artis opifices.

ὁμότεχνος.

Lolio victitant. 29

Aenigmate prouerbiali lolio victitare dicuntur luscioſi & excutientes, quos Graeci, teste Nonio, myopes vocant. Plautus in Milite: Mirum est lolio victitare te, tam vili trimo. Quid iam? Quia luscioſus. Verbero, aedepol tu quidem caecus, haud luscioſus. Lolium autem Plinius inter frugum pestes commemorat, vnà cum carduis ac tribulis. Vergil. in Bucolicis,

Lolii fruges pestis.

Infelix lolium & steriles dominantur auenae.

Item Georgicon libro 1.

Mox & frumentis labor additus, vt mala culmos
Esset rubigo, segnisque horreret in arvis
Carduus, intereunt segetes, subit aspera silua,
Lappaque, tribulique, interque nitentia culta
Infelix lolium, & steriles dominantur auenae.

Lolium oculos caligat.

Inest autem lolio peculiare quoddam malum, vt oculis caliginem inducat, id quod indicat Ouidius libro Fastorum primo, quum ait,

Et cantata lolij oculos turbantibus agri.

Hinc nimirum locus prouerbialis.

Intus canere. Aspendius citharoedus. 30

Qui priuati commodi impendiò studioſi essent, ac ferè quicquid rerum agerent, id omne ad domesticam referrent vtilitatem, ij prouerbio Intus canere, iidem apud Graecos ἐνδόθεν ᾄδοντες id est, Aspendij citharistae, dicebantur. M. Tullius in Verrem actione 3. Atque etiam Aspendium citharistam, de quo saepe auditis (id quod est Graecis in prouerbio) quem omnia intus canere dicebant: sustulit, & in intimis aedibus suis posuit: vt etiam illum ipsum artificio suo superasse videatur. Facetissimè taxauit Cicero Verris rapacitatem, qui intus canentè in intimis aedibus collocarit, hoc est, plus quàm intus cecinerit. Idem in Rullum aduersus legem agrariam: Atque hoc carmen hic tribunus plebis, non vobis sed sibi intus canit. Nam ostendit Tullius in ea oratione, legem, tametsi popularis videretur, haud tamen populi, sed decemuirum vtilitati repertam. Porrò de Aspendio citharoedo Asconius Pedianus ad hanc fermè sententiam enarrat, Vulgares citharoedi, quum canunt, vtriusque manus funguntur officio, ita vt dextra plectrum teneant: id quod foris canere appellant: sinistra digitis chordas carpant, quod quidem intus canere vocant. Difficile autem visum est quod Aspendius citharoedus faciebat, qui nequaquam vtraque vteretur manu, sed omnia, id est totam cantionem, intus & sinistra tantùm manu complecteretur, atque ita tacita leuique modulatione sinistra contactis chordis, cantilena peragebatur, vt vox ad citharoedum duntaxat aut proximè assistentem perueniret. Hinc fluxisse prouerbium, vt furaces homines Aspendij citharistae Graecis vulgò dicerentur: quòd vt hic carminis, ita illi furtorum essent occultatores. Fatetur Asconius adagionem etiam in illos aptè dici, qui multum intestinis suis commodis cōsulunt praeter honestatem. Neque discrepat interpretamentum quod affert Zenodotus ex Zenone Myndio in adagiorum Collectaneis. Porrò Aspendus Pamphyliae ciuitas est, authore Stephano: vnde Aspendij dicebantur, apud quos citharoedi hoc artificio praecelluisse videntur. Ad hoc prouerbium apparet alluisse Plinium libro vigesimo octauo, capite quinto, quum ait, Verùm id remediis cecinit, non epulis.

In hominum furaces.

Aspendus.

In lapicidinas. 31

Εἰς λατομίας, id est, In lapidicinas. Simillimum est illis, Εἰς κόρακας, & Εἰς τὸν μαγειρον, quum significamus quempiam è medio tollendum, & in rem malam aliquò auferendum. Natum à Philoxeno poeta dithyrambico, qui quum Dionysij tyranni poemata non probaret, vtpote indocta, in lapidicinas ab eo detrusus est: deinde reuocatus illinc amicorum precibus, vbi denuo Dionysium sua carmina pronuntiantem audisset, Iuxerat: & rogatus à Dionysio quid esset rei, respondit, satius ac potius esse in lapicidinis vitam degere, quàm illius audire poemata. M. Tullius in Epistolis ad Atticū lib. 4. Philoxeni animum probat, qui maluerit in carcerem reduci quàm assentari tyranno. Lucianus in libello cui titulus De mercede seruientibus, Σὺ δ' οὐκ ἐπὶ τὰ μαὶ ἐπαινῶν, εἰς τὰς λατομίας διοτενεῖς ἀφίξει, id est, Quod ni tu laudes, protinus in Dionysij lapidicinas relegaberis. Plautus in Captiui duo, Inde ibis porrò in latomias lapidarias. Hoc nomine carcer erat insignis, quem Dionysius extruxerat. Plutarch. li. 2. De fortuna & virtute Alexandri, ἐφ' ὧν ἐδέησαν Διονύσιον, ἐ ἐ ποιητὴν φιλόξενον εἰς τὰς λατομίας ἐμβαλεῖν, ἐπὶ τὸν πρᾶον αὐτὸν διορθώσασθαι καὶ ἡμερῶσαι, βιβλίου ἐπ' ἀρχῆς ἕκαστου μαχεσαμένου καὶ ἀντιλέγοντος. id est, Qualis rursus erat ille Dionysius, qui Philoxenum poetam in Latumias coniecit, quòd ipsius tragoediam emendare iussus, ab ipso statim initio vsque ad finem dispunxit. M. Tullius in Verrem actione 7. Latumias Syracusanas omnes audistis, plerique nostis. Opus est ingens, magnificum, regum ac tyrannorum, totum est è saxo, in mirandam altitudinem depressum, & multorum operis penitus excisum. Item eadem: Carcer ille qui est à crudelissimo tyranno Dionysio factus Syracusis, quae Latumiae vocantur, in ipsius imperio domicilium Romanorum fuit. Vt quisque istius animum aut oculos offenderat, in Latumias statim coniiciebatur. Idem in eundem actione tertia: L. Suetius homo omnibus ornamentis praeditus, qui iuratus apud vos dixit, multos ciues Romanos in Latumiis Ipsius crudelissimè per vim morte esse mulctatos, &c. Huius carceris meminit & T. Liuius belli Punici secundi libro 6.

Philoxenus poeta.

Latumiae.

ANIMAD. NENR. ETSPR.

V. Εἰς λατομίας.) Mutilauit adagium Erasmus, & male (ac sine authore, vt opinor) in classem retulit illorum εἰς κόρακας & εἰς τὸν μαγειρον. nam integrum prouerbium est apud Suidam, ἄπαγε με εἰς τὰς λατομίας, id est, Abducito me in latomias. quę verba dicta Dionysio à Philoxeno (malliem te in latomias iterum abduci, quàm cogi laudare eius poemata) in prouerbium abierunt. Id autem iis quadrat qui paratos se aiunt quiduis potius perpeti quàm vt ad hoc vel illud indigne adigantur. vt Philoxenus à seipso impetrare non poterat & animo suo imperare vt tyranno illi assentaretur.

Vsus adagiorum vitandus.

Equi senecta. 32

Ἵππου γῆρας, id est, Equi senecta. Prouerbium in eos dici solitum, qui praeclaris rebus gestis in iuuenta, posteaquam contenuerint, ad sordidas curas semet abiiciunt. Allegoria sumpta à generosis equis, qui senio facti

Senio, segnes facti.

Sibi intus canere.

facti segnes, in pastinum tuæ carnæ, aut aliud id genus opus detruduntur: olim in pretio habiti, dum viribus integris essent. Plutarchus in libello cui titulus, An tenì sit administranda Respublica, Οὐ τοιοῦτον δοκεῖ, τὸν ἀπὸ καλάμου, ἵππον γήρας ἐπὶ χόρδαι μανθάνειν ἀναλαμβάνοντα; id est, Annon planè videbitur equi senectam, quemadmodum vulgò vocant, accersere, nemine compellente? Cum hoc conuenit Ennianum illud quod refertur à Cicerone in Catone Maiore,

Sicut fortis equus spatio qui fortè supremo
Vicit Olympia, nunc stupeo confectus quiescit.

Si tibi amicum, nec mihi inimicum. 33

Plato in Theæteto, Ἀλλ' εἰ οὕτως ὦ Θεόδωρε, σοὶ φίλον, οὐδ' ἐμοὶ ἐχθρὸν, φασὶ δὴ παγκρατιάζεσθαι. id est, Si istud tibi amicum Theodore, nec mihi est inimicum: quemadmodum prouerbio dicunt. Hoc est, Si tibi res placet, mihi non displicet. Captata est autem in figura vocum pugnantia: deinde πὶ ἀμφίβολον φίλον καὶ ἐχθρὸν, quorum vtrumque è personis ad res detorquetur, quanquam ad personas relata sunt vitatoria. Visus erit quoties alienæ obtemperamus voluntati.

Rana Gyrina sapientior. 34

Plato in Theæteto, Ὅτι ἡμεῖς μὲν αὐτὸν ὥσπερ θεὸν ἐθαυμάζομεν ὅτι σοφὸς· ὁ δ' ἀφαεστέρωσεν οὐ τὸν φρόνιμον οὐδὲν βάτιον βατραχοῦ γυρίνου. id est, Nos illum tanquam deũ ob sapientiam admirabamur: at ille nihilo magis antecellebat prudentia quam rana gyrina. Sumptum est adagium ab informi partu ranarum, quem Græci γύρινον vocant, à figura corporis in gyrum orbiculati: quo fit vt mira celeritate se quò velint voluant versentque, quemadmodum testatur quisquis is fuit qui scripsit Etymologicon Græcarum dictionum. Meminit gyrinorum & Hesychius. Suidas etiam Aristophanis adduxit testimonium,

Γυρίνου γένος.

—εἶτ' πατέρες βοῶσιν γυρίνου. id est,

Quemadmodum patres clamant gyrinorum.

Nec ab his abhorrent quæ tradit Plinius libro 9. cap. 51. Ranę, inquit, superueniunt, prioribus pedibus alas fœminæ mare apprehendente, posterioribus clunes. Pariunt minimas carnes nigras, quas gyrinos vocant, oculis tantùm & cauda insignes: mox pedes figurantur, cauda findente se in posteriores. Mirúmque, semestri vita resoluuntur in limum, nullo cernente, & rursus vernis aquis renascuntur, quę fuere natæ, perinde occulta ratione, quum omnibus annis id cueniat. Hactenus Plinij verba recensuimus. Meminit & Aristus. Ἀπὸ δὲ ὕδατος πατέρες βοῶσιν γυρίνων. id est, Inde gyrinorum clamant per stagna parentes. Porro quum ranę tribuitur loquacitas, quę stoliditatis solet esse comes, minimum mentis inesse oportet gyrinis, quos vix deprehendas animal esse nisi mouerentur. Vt autem hunc locum diligentius expenderem, Hieronymus Aleander, vir non tantùm literis clarus; mihique vetere necessitudine iunctus, in causa fuit: ille rursus, quod indicauit, Cœlio Calcagnino transcribit. Nos neutrum voluimus sua laude fraudatum esse. neque enim vnquam tam iuuenilizer fuimus affecti, vt nobis placuerint cornicula Æsopica.

Hieronymus Aleander.

In puteo constrictus. 35

Plato in Theæteto, Τί γὰρ χρὴν αὐτὸν ἐρωτᾶν περὶ τοιούτου πράγματος, ἐν φρέατι συχνῷ; id est, Cur enim vtatis inexplicabili quæstione, in puteo, quemadmodum aiunt, constrictus? Quadrabit in eos qui in angustias eas redacti sunt, vt extricare sese nullo modo possint. Non admodum abludit ab illo, ἐν φρέατι κυνομαχεῖν. id est, In puteo cum cane pugnare. Item illo, Canthetiũ in fossa.

Canthetium in fossa.

In eadem ansas venisti. 36

Plato in Phædro, Περὶ τοῦτό μοι τὸ φίλτατε πάλαι λαβὼν ἐλήλυθας. id est, Quantum ad istam rem pertinet, amice, in eadem ansas venisti. Id est, nihilo minus teneris, nec potes effugere quin dicas. Item Aristides in cõmuni quatuor oratorum defensione, Ὡς εἶχεν αὖ πάλιν ὁ Χαιρεκράτης εἰς τὰς αὐτὰς λαβὰς ἐπανῆκεν. id est, Itaque Callicli erat in easdem ansas recidendum. Quadrat in eum qui sic irretitus est, vt quocunque se vertat, teneatur, nec explicare sese possit. Huic simillimum est quod scribit Lucianus in Hermotimo, Οἰόμενος γὰρ ἀποφεύγειν, εἰς τὰ αὐτὰ κεφάλαια ἐμπέπλεκται. id est, Nam arbitratus effugisse te, in eandem nassam incidisti. Item illud quod alibi dicetur, κύπρον ἀφεῖναι.

In eandem nassam incidere.

Qui possim ab hoc epulo abesse? 37

Plato in Phædro, Πῶς χρὴ τὸν τοῦδε πώματος χωρὶς ἀπέχεσθαι. id est, Quî possim ab hoc epulo abstinere? De re vehementer suauì atque expetenda, quod genus est festum aliquod conuiuium. Adiutum opinor ad eam fabulam, qua tradunt Dianam Iracunde sustulisse quod quî reliqui dijs adhibiti essent ab Oeneo ad sacrum epulum, sola fuisset prætereta, solâque domi sederit, secum stomachans quod nihil ex illo nidore sentiret. Qua de re meminit Lucianus in Lapithis. Item in libello de sacrificijs.

Optantis in re periculosa.

Dulcis cubitus. 38

Γλυκὺς ἀγκών, id est, Dulcis cubitus. Abominantis est sermo aut quum aliud dicimus, aliud sentientes. Plato in Phædro. Γλυκὺς ἀγκών, ὦ φαίδρε λέγεται ὅτι ἂν τὸ μακρὸν τοῦτο καὶ πρὸς Νείλου ἐκτείνῃ, καὶ ὧδε ἀγκὼν καλεῖται· ἢ ὅτι οἱ μάγειροι φερόντων τῶν ἐπιτηδείων, μᾶλλον χερῶν λαγοκραφίας ἢ καθάπτουσι πυξαμίσκων; id est, Num Phædre fugerat te quòd dulcis cubitus à longo illo qui in Nilo est, cubito dictus esset? Quæ netiam præter cubitum illud fugere, quòd qui rerum ad cruditatem sunt pertinentium, conferendarum orationum ac posteris relinquendarum tam cupientissimi. Hactenus Plato. Ancon autem Nili pars est, in qua naugantes plurimum iudãt & perichitantur. vnde prouerbio dicebant, κατ' ἐμπορικὸν, γλυκὺς ἀγκών, id est, Dulcis cubitus, quasi deprecãtes eius loci discrimina. Id autem peruulgatum est quasi dicas, Καλὰ φράσον. id est Bona verba, aut bene ominata loquere. Sunt qui à Cario, eo Platonis nostrum existimẽtes in fabula cui titulus Phaon, senem facetum, amãtem tibicinam, atque hęc loquentem Ὦ χρυσοῦν καὶ φίλτατον ἐμοὶ ἀμφιεσθεῖσ' ἁπαλοῖς ἤθεσιν ὑπὸ γλυκὺς ἀγκών. id est, O aureum amiculum, o meis deliciosis moribus gratus cubitus. Suidas scribit Anconem Carthaginensibus vocari domicilium obscurissimè prostandum, in quod cõuici solerent siquibus indignaretur tyrannus. Prętereà summa montium iuga, Anconesvocari. Denique prętor alia gurgitem ac tumorem fluminis circa ripas propter anfractum & amnis repercussum, Anconem dici à cubiti figura, ni fallor, ducta similitudine: quòd quibusdam locis ripa excurrat, prominęatque specie cubitali. Vnde & oppidis ac locis aliquot Anconis indutum est vocabulum, vt Anconi Picentiuorum ciuitati, teste Stephano. Item Ouidius libro Transformationum vltimo,

Ancon.

—& ipsi nutoris Ancon.

vt quidam legunt. Valerius Argonauticon libro quarto,

Quid memorem quas Iris aquas, quas torqueat Ancon?

Vnde non absurdè κατ' ἀντίφρασιν quis acceperit, sicut placet Zenodoro. Nam alij putant per exclamationem dictum. Athenæus libro Deipnosophistarum 12. ostendit Anconem locum quempiam fuisse Sardis, voluptatum mulieribus paratum; in quo popinę, scorta, atque alia id genus delicię. Dulcis igitur Ancon, ob blandimenta voluptarum: sed in eo complures naufragium faciebãt. Idem indicat, Pollcratem apud Samios, mulieres aliquot voluptatum architectrices instituisse, ad exemplum Anconis ducis Sardorum, eúmque locum Lauram dictum fuisse, siue Samiorum flores. Idem adiungit, Omphalen eius gentis reginam, per vim virgines dominorum cum eorum seruis inclusisse ad stuprum, ne sola haberetur impudica. Lydos autem eum locum, in quo fœminę constuprabantur, γλυκὺν ἀγκῶνα appellasse, sceleris atrocitatem verbo mitigantes. Anconem autem dictam putat ab eo quod illic gerebatur. Etymologus indicat ἀγκῶνα dici locum ossibus durum, ἀπὸ τοῦ ἀγκᾶσθαι ὑπὸ χειρὸς, id est, ab adducenda manu, velut ἄγχειν, id est, frangendo: siue ab ἄγχειν, id est, à præfocando. Hesychius adiicit, & murorum flexus ἀγκῶνας vocari. Breuiter quicquid in cubiti speciem inflectitur, ἀγκὼν dicitur: quemadmodum iunt & citharæ ancones.

Ancon, locus voluptuosus.

Etymon Anconis.

Bos ad præsepe. 39

Βοῦς ἐπὶ φάτνῃ, id est, Bos ad præsepe. In emeritòs dici consueuit, quique iam ob ętatem ocio vtique molliori indulgent. Effertur, & ad hunc modum, βοῦς ἐν αὐλῇ, id est, Bos in stabulo. Congruit & in eos qui nullis honestis negotiis exercentur, sed turpi ocio atque abdomini seruiunt. Philostratus in Cassandra, Ἀλλ' οἱ ταῦροι καὶ γυναικῶν βοῦς ὅτι φάτνῃ. id est, Verùm inter adulescentulos ac mulieres, bos ad præsepe. De Agamẽ-

Bos in stabulo

none loquitur, voluptariam agente vitam. Effertur item ad hunc modum, βοῦς ὅτι αὐλίῳ γέρων, id est, Bos in stabulo senex: Rursus hoc modo, βοῦς ἐν αὐλείῳ καθ', id est, Bos in stabulo desides. De iis qui molliter & in otio viuunt. Athenæus libro 8. refert quiddam non ineptum, nec alienum ab hoc prouerbio. Cantor quidam imperitus, quum Stratonicum excepisset conuiuio, iactet poculà ostentabat illi artem. Quum autem esset splendidum ac magnificum conuiuium, ac Stratonicus eo frustraretur, non habens alterum quicum fermocinaretur, confregit poculum, ac poposcit maius, multósque cyathos quum accepisset, soluque calicem ostendisset, affatim bibens obdormiit, cætera fortunæ committens. Cū autem forte comessabundi quidam superuenissent cantori ex notis, Stratonicus illico factus est lobrius. Ij qui audissent quòd semper multum vini bibens fuisset inebriatus, compendio respondit, Insidiator enim & sceleratus ille cantor, tāquam bouem ad præsepe, data cœna occidit. Quod in Atheneo verbis legimus ἀλλ' ἐμοὶ δοκῶ, opinor legendum ἐπείγομαι. Congruet & in illos qui in suum alantur exitium, quemadmodum ij qui se voluptatibus mundi explent, orco quid aliud quam victimæ nutriuntur, veluti bos ad præsepe?

Bos in stabulo senex.

Historia de Stratonico.

ANIMAD. HENR. STEPH.

Redditus ad ea quæ verius fuerunt.

V. Βοῦς) In emeritos & obætatem ocio vnæque mollitiei indulgentes dici putat hoc adagium, quòd existimet idem esse cum illo βοῦς ἐν αὐλίῳ. Quæ in re fallitur non obscurè est. neque enim admittebatur bos ad præsepe tum primùm quum consenuisset, sed in iuuentute perinde ac in senectute edebat ὅτι φάτνῃ, id est, in præsepi. Ita enim vertere malo quàm Ad præsepe: ea ambiguitas vlla sit, cùm Ad præsepe tonet potius ὅτι φάτνῃ, veluti subaudito verbo alioquin notus, aut participio. Porrò nec verba hæc βοῦς ὅτι φάτνῃ prouerbiana esse, nec talem sensum habere apud Philostratum, dictus erat, meo quidem iudicio, si quòd esset ab eo allusum, intelligeretur. is enim Agamemnonis cædem describens, alludit ad Homeri verba, vel potius ea vsurpat, quæ apud illum habentur de eadem cæde. Habentur autem duobus locis, primùm Odyss. ω,

Τὸν δ' ἐν οἴδματ' ὄλεσσεν ἀνώγεῳ, ᾗ κατέπαφε
Δειπνίσσας ὡς τίς τε κατέκτανε βοῦν ἐπὶ φάτνῃ.

deinde eiusdem Odyss. λ,

Ἀλλά μοι Αἴγισθος τεύξας θάνατόν τε μόρον τε,
Ἔκτα σὺν οὐλομένῃ ἀλόχῳ· ἔσαν δὲ καλέσσας,
Δειπνίσσας ὡς τίς τε κατέκτανε βοῦν ἐπὶ φάτνῃ.

Nunc totum Philostrati proferemus locum, τὸ δὲ μυκηθμὸν τῶν σκηνῶν Ἀγαμέμνων ἔχει, κἀκεῖ ἐκ τῶν Ἰλιακῶν πεδίων τραπεὶς, οὐδ' ὅπῃ σκιρτήσῃ τοῖς ἵπποις, ἀλλ' ὡς μηρυκώμενος ἢ γαυριῶν, βοῦς ὅτι φάτνῃ, πάντα γὰρ μετὰ πόνους τούτους τὰ ἐν δείπνῳ. id est, Præcipuam autem scenæ partem Agamemnon habet, non in Troianis campis versans, nec in Scamandri alicuius ripis, sed inter adolescentes & mulierculas, bos in præsepi. Hoc enim est illud, & post labores & in cœna. Nec verò tantùm vsurpat Homeri dictum Philostratus, sed & explicat postremis his verbis, quæ Homerico dicto subiungit: quasi videlicet Homerus ea comparatione significare voluerit duo, τὸ μετὰ πόνους πάντας, & τὸ ἐν δείπνῳ. id est, & post labores, & inter cœnandum. Nam bos reuersus à laboribus, in præsepi edit simul & requiescit. Illud igitur nullo modo verum comperietur, de Agamemnone voluptariam agēte vitam loqui hic Philostratum. Nec vero Eustathius vllam prouerbij speciem his verbis subesse ait, sed duntaxat comparationem esse dicit, eámque honorificentissimam: quòd videlicet tauro comparetur, quem aliquis apertè adoriri non audens, vtpote superiorem futurum, clam & ex insidiis aggressus interficiat.

V. Βοῦς) At in illis verbis βοῦς ἐν αὐλίῳ καθ' (aut κάθηται, vt apud Eustathium) prouerbium agnoscam eo tamen illum quem hic Erasmus explicat, non agnosco sensum: nec veteres, vt opinor, agnouerunt. Ait enim Suidas βοῦς ἐν αὐλίῳ καθ', παροιμία ἐπὶ τῶν ἀχρήστων, id est, Prouerbium de inutilibus. Sed & Eustathius ex Pausania docet hæc verba prouerbialia esse ὅτι ἀχρεῖος. Iam verò & apud Longum in Pœmenicis, dicit quidam, εἰ δ' ἐι μέλλω βοῦς φαίην, ἐν αὐλίῳ καθεύδειν, τὰ Δαφνίδος πάλιν ἔσται δεῦρο ἀνακεκινημένα, id est, Ne si hoc quidē futurum sit, vt bos, quod aiūt, in stabulo relinquar, quo loco sint res Daphnidis, reticebo. Quibus ex verbis conijcio duci solitum de iis prouerbium qui accepti iam esse desinunt, nullóque in pretio apud suos esse, sed potius cōtemptui ab illis haberi incipiunt, quòd videlicet & bobus id vsuueniat, postquam senectute ad labores rusticos redditi planè inutiles, stabulo inclusi manent, foras non prodeuntes. Et aptissimè hoc sensu, ni fallor, dixerit ille apud Longum. Ne hic quidem me deterrere poterit metus, ne, quod aiunt, bos in stabulo relinquar. At eo sensu quem Erasmus sequitur, ineptissimè dictum id fuerit, imò verò ne consistere quidem possit: nimirum vt hoc intelligat, Ne ille quidem metus, ne mihi accidat vt molliter & in otio viuam. Mecum facit & illud prouerbium, γέρων βοῦς ἀνάγκαις δίμιτος.

Historia de Stratonico.

V. Ἐκτέτραπται) Hæc citat Erasmus, quòd in iis allusisse Stratonicum putet ad prouerbium: quum verba hæc omnia, Tāquam bouem ad præsepe, data cœna occidit, sint Homerica (sed non prouerbialia tamen) ad quæ non alluserit, sed potius quę festiuè detorserit Stratonicus.

V. Φαγέδαινα.) Malè opinatur pro φαγέδαινα legendum esse σαγήνη. quam lectionem sequutus, malè etiam interpretatus est, Ac Stratonicus eo frustraretur, pro Stratonicus illius psallentis auditor esset. ita enim vsurpatur hic φαγεδαινᾶν, vt κυνεσιφάγος, αἰκισμὸς καὶ λύμη. quarum significationum exempla in nostri Græcæ linguæ thesauro habes. Quod si hic aliter legas quàm φαγέδαινα amittit gratiam, imò verò vix satis intelligitur festiuum Stratonici aduersus illum φαγέδαινα dictum.

Ne genu quidem flexo. 40

Οὐδὲ γόνυ κάμψας, id est, Ne genu quidem flexo, Philostratus in Antęo, καὶ οὐδὲ γόνυ, φησὶ, κάμψας ἀπολύσῃς ἐκ Λιβύης ἐπ' Ἀνταῖον, id est, ac ne genu quidem curuato, aduersus Antęum exuitur. Idem in Herode, Ἐνθάδε, ἔφη, γόνυ κάμψωμεν. id est, Hic inquit, genu flectamus. Dictum est autem ἀφθογγεὶ pro eo quod est, ne tārulum quidem. Etenim qui iam incipit ad quietem componere sese, primùm genu flectit. Itaque perinde valet, οὐδὲ γόνυ κάμψας, quasi dicas, citra respirationem, sine omni intermissione. Sumptum apparet ex Aeschyli Prometheo, vbi Vulcanus sic loquitur,

Ἀλλ' οὐ σίδηρον τλῆναι φέρων πάρα,
Ὀφθαλμὸν ὅστις ἀντίπαλον κάμψει γόνυ. id est,
Ideo petram ferens hanc non habebam,
Inferens aduersus quæ genu vnquam flexerit.

Nisi mauis esse mutuatum ex Homericæ Iliados ν. vbi de Hectore hæc loquitur Menelaus,

φεύγει μὲν ἀσπαίροις γόνυ κάμψασ', ἄτιν φίλον
Δαΐων ὀρθοῦται. id est,
Ille tabens genua flectet, puto, si modo tristi
Fugerit e bello.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. ne Sum.) Nihilo minus, imò etiam magis ex hoc eiusdem tragœdię loco sumptum videri posset, (pag. 28. meæ editionis) vbi Oceanus de suo gypo dicit,

—ἄπολις δ' εἰμὶ τῶν
Σῶν βουλεύσεων οὐδὲν κάμψαντος γόνυ.

Sed cur ex Æschylo potius quam ex Homero dicendum sit sumptum esse prouerbium, non intelligo, præsertim quum ipsemet Aeschylus si vllum aliud, vel hoc maxime loquendi genus ex Homero petiisse comperiatur, ex αἰσπαίροις γόνυ κάμψαν, faciens ἀσπαιρῶν κάμψαντος γόνυ: aduerbio αἰσπαίροις quod versus non admittebat in nomen synonymum mutato.

Quo properas, num ad ephebum? 41

Philostratus in vita Apollonij, Ὁ, τι Καλλίνικος λέγει, ποῖ πρίχως; ἢ δῆλα δὴ ὅτι φοβεῖ μὴ ἐν ἀπόπτῳ τὰ ἐρώμενα ᾖ παρὰ τοῦ Ἀφροδίτου τόκου ὄντα δεῦρο ἀνακεκινημένα. i. Ac Cilicibus celebratum dictum, Quò curris, num ad ephebum? de illo quoque ferebatur, adagiique vim obtinebat. Parum liquet quid sibi voluerit Cilicum illud adagium: nisi forte sumptum est ab Apollinis oraculo, ad quod vndique festinabatur. fingebatur autem imberbis Apollo, quemadmodum & Bacchus.

Et puero perspicuum est. 42

Καὶ παιδὶ δῆλον, id est, Et puero perspicuum. De re supra modum perspicua, confessāque. Vtitur & Plato quodam in loco, quem antè commonstrauimus, & Philostratus in vita Apollonij. Est in epistolis Basilij, τοῦτο καὶ παιδὶ γνώριμον. i. Hoc & puero notum. Finitimum illi quod

Videre per fenestram.

quod alibi retulimus, ἐκ τῆς τριχῶδους θύρας. i. vel cæco perspicuum.

Ne in melampygum incidas. 43

Μὴ τὸν Μελαμπύγου ἐμπέσοις. i. in Ne melampygũ incidas. In latrones & iniuriosos homines quadrat. Est autem comminantis nequando incidant in eum qui malefactorum pœnas de eis sumat. Vetus hoc adagio Philostratus in Apollonij vita, libro secundo, Καὶ πολλοὶ ἐδόκουν τὸν Μελαμπύγου τυχεῖν. id est, Et hoc fortassis erat in melampygum incidere. Aristophanes in Lysistrata.

Καὶ Μυρωνίδης γὰρ ὧν πρωκτὸς ἀνθρώπου,
Μελαμπυγίστι τ' ἦν καὶ χαλεπὸς ἅπασιν· id est,

Melampygus, Hercules.

Et Myronides enim erat hirsutus illinc, Melampygúsque hostibus omnibus. Melampygum dixit quasi iudicem, victorémque. Porrò Melampygus Græcis significat eum qui nigro sit podice: quo quidem cognomento notatus est Hercules, quòd eam corporis partem, non Lydorum more vellam, neque candidam (quemadmodum effœminati solent) sed nigris pilis hirsutam ac syluosam haberet. Nam Græci quemadmodum molles & imbelles, fractósque delicijs, μαλθακοὺς καὶ ἀλκιμόθυμους appellant: itidem è diuerso fortes ac strenuos, μελαμπύγους vocare consueuerunt, vt author est Lycophronis interpres. Idem ostendit paræmiam ad hunc quoque modum efferri, Οὔπω Μελαμπύγου τυγχάνεις. id est, Nondum in Melampygum incidisti. Prouerbium ex huiusmodi quadam historia natum existimant, quam partim ex Suida, partim ex Gregorij Nazianzeni enarrationibus adscribemus. Olim duo quidam fratres erant, omni genere maleficiorum passim in omnes debacchantes, vnde & ex morum atrocitate nomina reperierunt. nam alter Passalus dictus est, alter Achemon: siue (vt alicubi legitur) Achmon. Hos mater nomine Sennonis vbi videret atrocia facinora passim patrantes, iussit cauere nequando in Melampygum incideret. Euenit deinde vt Hercules aliquando sub arbore quadam dormiret armis in eandem reclinatis. Accesserunt Cercopes siue Perperi fratres (vt vtunque enim cripti inuenitur, & Herculem dormientem ipsius armis aggredi tentarunt. Ille protinus sensit insidias: & correptos ac vinctos, de clava à tergo suspendit leporum ritu, atque ad eum modum gestabat. Illi pendentes capitibus deorsum demissis, quum Herculis posticum nigris pilis horridum atque hispidum viderent, materni moniti memores, super hac re inter sese confabulantur. Quod simul ac audisset Hercules, hoc cognomine delectatus, & in risum effusus, eos vinculis solutos dimisit. Notat hanc historiam Plutarchus in libello De discrimine amici & adulatoris: quum ait Hercule Cercopibus fuisse delectatum. Meminit & Herodotus in 7. de loco dicto Lapide Melampygo, & Cercopum sede. Quo sanè loco lapsus est insigniter Laurentius Valla: quòd fabulã hanc aut nesciret, aut certe non animaduertit. Plutarchus in libello De puerorũ educatione refert & hoc inter Pythagorica ænigmata, Μὴ φαγεῖν τὰ μέλανα. id est, Non gustanda quæ nigra sunt cauda. Atque hunc in modum interpretatur, Abstinendum à coniunctis mortalium atrorum & improborum. Quanquam hoc à prouerbio diuersum.

Passalus, & Achemon ipsa historia.

Laurentij Vallæ lapsus.

Noctuinum ouum. 44

Γλαυκεῖον ᾠόν, id est, Noctuinum ouum. Refertur à Nicolao Perotto in Copiæ cornu, prouerbij loco, nec explicatur tamen. Fortassis antiquitus abstemium & à vino abhorrentem hoc adagio significabant. Philostratus enim in vita Apollonij, lib. 3. de quo noctuæ id oppidò quam prodigiosum refert. itaque satius est ipsius referre verba, Τὴν γλαῦκα, inquit, ἐπιφοιτῆσαι τῷ γυναικείῳ, καὶ τὰ μὲν ἄλλα ἀπόντος τοῦ ἀνδρὸς ἐπιτηδεύειν, ἐπειδὴ δὲ ἐπανῆκεν ὁ ἀνὴρ, ἐκφοβῆσαι τὸ ζῷον καὶ τὸν ἄνδρα μὴ ἐθέλειν ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς ἐλθεῖν· ἀλλ' ἐπειδὴ ἐκύησεν ἡ γυνὴ, καὶ ἔτικτεν, ἐπανελθεῖν καὶ τὴν γλαῦκα καὶ τὸν ἄνδρα ξυνοικεῖν. id est, Obseruandum vbi loci indulgetur noctuæ, deinde oua subducere oportebit, eáque mediocriter cocta infanti mandenda dare. Quòd si quis ex his ederit, prius quàm degustarit vinum, inseretur illi vini odium, adeo vt in omnem vitam quàm maxime sobrius sit futurus. Aelianus libro de naturis animantium primo, fabulam refert paulo magis etiam quàm hæc est, amicam. eam quoque præterea ipsius authoris recentiore verbis, Οἱ πλούσιοι συμποσίαις αὐτὴν τὴν νύκτα ἐπιτηδείαις ἀμύητον τοῦ πότου ἐποίουν· αἱ δὲ παρεσκεύαζον, ἀπιοῦσαι δὲ ἐκ τῶν οἴκων ἐφαίνοντο, ἀπὸ τοῦ πότου φάσματα, ἀπὸ τοῦ κώμου φόβητρα ἐπὶ τοῖς κώμοις ἐπιτηδεύουσαι· καὶ δὴ τοῦτο ἐκ τῶν ἀνδρῶν ἐγνωκότων, ταῖς ἐν γυναικείοις ταῖς ἐκείνων ἀνοίαις. id est, Ciconiæ noctuas ouorum perdere solitas arcent miro ingenio. nam hæ contactu reddunt ea subuertanea, sterilíaque. Remedium igitur aduersus hæc illi adhibent. Platani frondes in nidum conueniunt, quas noctuæ postea quàm contigerint, torpescunt, ita vt iam incubare nó queant. Hactenus Aelianus. Sunt qui negent noctuinum ouum inueniri. Prouerbium itaque quadrabit vel in hominem vtilis, nullíusque frugis, iuxta Balsamentum Æliani, vel in rem falsam inuentu, iuxta horum sententiam.

In abstemiũ.

Vini odium, ex ouo noctuæ.

Amazonum cantilena. 45

Ἀμαζόνιον ᾆσμα. i. Amazonum cantilena: in delicatos ac lasciuos & parum viriles. Philostratus in Apollonij vita lib. 4. Μηδεμίαν δὲ αἰτίαν, ἵνα μὴ ἐξ ἀμαζονίου τινὸς, οἷς ἔρρει τοῦτο τὸ ᾆσμα ἀμαζόνιον ᾆσμα. id est, Ad rationẽ de tam ero mortuum, (quod ideo factum habeo, vt aliquando Amazonum quoque fuerit cantio. Quid autem ibi velit Amazonium cantus, fatear me nondum satis compertum apud idoneos authores. Nisi forte placet vt accipiamus, Amazones ludibrij causa in molles viros carmen vsitate celebrare. Quòd si fas sit mutare scripturam, malim nequaquam dissimile vero ἀμαζονίου μαζονίου legamus. Sic enim apud Iuuenalem legimus. Sic enim apud Iuuenalem legimus. Sic enim apud Iuuenalem legim

Ex vno multa facere. 49

Ἐξ ἑνὸς πολλὰ ποιοῦσιν, id est, Ex vno multa facere, prouerbio dicebantur qui rem quampiam minutim secabant Quadrabit in eos qui idem aliis atque aliis modis variant: vt non iam vnum, sed plura videantur. Plato in Menone, Καὶ παῖς πολλὰ ποιῶν ἓν τοῦτο, ἐάν φαύλως τις ἐρωτᾷ ἐκ σκώπτει, id est. Ac puer ex vno multa faciens, quo dicto taxat eos qui rem quampiam vndecunque comminuunt. Narratur apud Titum Liuium belli Macedonici libro quinto illepida fabula de cauponе quodam, qui ritu vnius cenae ex vario coctas apparatu proponebat, vt dux Romanus admiratus rogaret vndenam media bruma suppeteret tanta venatus copia. Tum arridens caupo, contellus est eas omnes ciborum species ex vno sue domestico confectas fuisse. Neque secus isti faciunt, inquit, qui commemorandis variis & nouis cibis nomina vobis reticulant, quum haec omnia vna gens sit.

Ex vnius sectione.

Historia sectae de cauponе.

Iouis Corinthus. 50

Ὁ διὸς Κόρινθος, i. Iouis filius Corinthus. In eos dicitur qui temere eadem aut dicunt aut faciunt. Pindarus in Nemeis hymno 7 Τοῦδε γὰρ τοῖς τυχοῦσι τὰ αὐτὰ τέρπεται, ἄπειρα τῶν ἐπιχωρίων ἐπὶ μαλθακαῖς ἐλπίσι Διὸς Κόρινθος. Negat se velle iterum atque iterum eadem iterare: perinde quasi pueris nugas narraret διὸς Κόρινθος. Nam μαλθακαῖς eum significat qui frustra nugas effutit. Interpres hoc loco fabulam adiecit, ad prouerbium hoc, meo quidem animo, non multum pertinentem, tamen adscribam. Aletes, inquit, cōsuluit Dodonæum oraculum, quod tum Iouis erat, tum Corinthiorum imperio potiri posset. Respondit est, tum demum potiturum quum quispiam illi glebam daret, aut ruder, idque die multarum coronarum: nam id addidit. Itaque Corinthum profectus, partem ab rustico quopiam petit, is glebam porrexit. Seu fit hic iam perfectum oraculum, adnūmque ad capessendum imperium adiecit. Parentabatur eo die Manibus, eámque ob causam, quum pleraque ciuitas in monumentis abesset, accedens, reperit Creontis filias, iam pacificantes de imperio. Harum natu minimæ persuadet, si velit adiutare, se, simul atque principatum esset consecutus, illam ducturum vxorem. Illa imperij cupiditate prodit ciuitatem, ac portis apertis Aletem admittit. Is itaque victor, Iouis Corinthum eam appellat, quòd ex Iouis oraculo contigisset. Deinde subrexit aliam fabulam, cum aliorum interpretamento fere conuenientem. Ea est huiusmodi. Olim Megarenses Corinthiis erant vectigales: caeterum quum illorum imperium insolētius grauatim ferrent, ac defectionem parārent, missus est legatus Corinthiorum nomine, qui apud plebem Megarensem cùm alia multa ferociter dixit tum illud indignabundus ac vociferans intonuit, Οὐκ ἀνέξεται ὁ διὸς κόρινθος id est. Non feret Iouis filius Corinthus. Id vbi sæpius iteraret concitatus populus, succlamare cœpit, feri feri Iouis Corinthum: simúlque legatum expulerunt. Erat autem Corinthius hic Corinthiorum rex, Ioue progenitus. Tametsi Pausanias in Corinthiacis negat se apud authores serios reperisse, Corinthum Iouis fuisse filium, sed vulgus duntaxat Corinthiorum ita prædicare. Vsurpat adagium Plutarchus in commentario quem inscripsit aduersus Stoicos: Πολλοὶ γὰρ ὁ διὸς κόρινθος ὅτι τὸ λεγόμενον ἀφεῖλκον, ἵνα μὴ ἀκαίρως δοκῶ, λάτερ. id est, Multus igitur Iouis Corinthus ad orationem illorum admittitur. Nā pistilli circumuolutionem, ne mordere videaris, omitte. Aristophanes in Ranis.

Corinthus quis.

Pistilli circumuolutio.

-πυτί τι λῦ σχῆμα
Ἀλλ' ἢ διὸς κόρινθος ἀ πῶς στρώματα. id est,
-quid aliud hoc erat rei,
Nisi Iouis Corinthus ipsis stragulus?

Verba sunt ministri, Bacchi θυμελικοῦ notantis, qui dixerat,

Διὸς ἀῦ

Λέγετε αὖ αὖθις αὖ γε πῶς τὰ στρώματα. id est,
Haec rursus iterum tolle singulas stromata.

Idem in Concionatricibus:

Ὅτι δὴ ἀπόπατον ἡμᾶς ἀφῖνεν
Ὁ διὸς κόρινθος. id est,
Vbi demum conspexerimus, Iouis
Apparuit Corinthus.

Philostratus in Antipatro sophista, Ὠθούμενον δὲ αὐτὸν τῶν συγγενῶν εἰς τὸν γάμον, καὶ διὸς κόρινθον ἡγουμένων τὸν Ἀντίπατρον. id est, impellentibus autem illum cognatis ad nuptias, & Iouis Corinthum existimantibus Antipatrum. Quāquam hic Iouis Corinthum vsurpasse videtur pro homine magnopere felici. Vsurpat hoc adagium & Socrates apud Platonem in Euthydemo, Ἀλλ' ἀπόχρη, ἔφη, λεγόμενον, ὁ διὸς κόρινθος γέγονεν. id est, Sed prorsus, id quod dici solet, Iouis Corinthus fit. Conuenit cum illo quod alibi reculimus, δὶς τράγῳ. i. Bis crampe. Neque solùm vti licebit, quum eadem iterum atque iterū dicuntur: verumetiam quum in eodem negotio nimiū assidue perstitur. Veluti siquis cibum semper eundem apponat: aut siquis semper studius literatus incumbat, aut assidue venetur, vt hunc iam oboriatur ex assiduitate satietas, recte dicemus, ὁ διὸς κόρινθος. Molestū est enim quicquid perpetuum, vel Pindaro teste in Nemeis, Ἀλλὰ γὰρ καὶ πάντων ἐν παντὶ ζημία ἔρδειν. κόρον δ' ἔχει ἡδονὰν ἐν τῷ πόνῳ· ἀλλ' ἀφροσύνα: id est, Verumenimuero intermissio in omni negotio iucunda. accipiunt autem satietatem & cantilenę & amœni floscui Veneri. In nonnullis exemplaribus pro μῦν, scriptum erat μὴν Sic in epigrammate,

Διὸς κόρινθος

Παῖσ' ὦδε μὴν, ἀκμὴν ἐπὶ διὸς Κορινθῳ,
Ὡς καὶ τῷ μῦν ἐστιν ἡδὺ κἀμοί. id est,
Insuauis ei qui quid nimium est, nam dicitur olim,
Mel quoque, si immodica est copia, bilis erit.

Pro homine permultum felici.

Bis crambe.

Molestū, quicquid perpetuum.

Illud admonitu non inutile duxerim, prouerbium bifariam accipi posse (nam & hoc ostendit interpres Pindari) vel quum eadem iterantur sæpius, vel quum ij qui initio magnifice loquuntur, minantúrque ferociter postea timide fugiunt, id quod euenit legatis Corinthiorum, qui quum sæpius illud intonuissent in concione, Οὐκ ἀνέξεται ὁ διὸς κόρινθος εἰ μὴ λαβὼν δίκας παρ' ὑμῶν (i. Merito tulsperabit Iouis Corinthus, nisi pœnas sumpserit de vobis) postea quum ad manus esset ventū ignauiter ausugerunt: Nec illud prætereundum, adagionem accommodari posse tum ad rem tum ad personam. Ad rem hoc pacto: Iam millies audiui, non possum diutius ferre ὁ διὸς κόρινθος. Ad personas: vt siquis hominem eadem semper inculcantem ὁ διὸς κόρινθος appellet. Indicat & hoc interpres Pindari.

Testulæ transmutatio. 51

Ὀστράκου μεταβολή, id est, Testulæ conuersio. De rebus repente in diuersum commutatis. Lucianus in Apologia περὶ τῶν ὑπὸ πολλῶν θαυμαζομένων, Ἔπειτα πάντων ἐκλελοιπότων, ὀστράκου φασὶ μεταπεσοῦσης, καὶ τοὺς αὐτοὺς φέρον ἐς ἑκατέρους ἄνω καὶ κάτω ἀφανεῖς καὶ ἄδηλον ποιοῦν. id est, Deinde oblitis omnium, testula, vt aiunt, transmutata, volens ipse semet in teruitutem vsqueadeo manifestatam & insignem eo tecit. Incertum vtrum sumpta sit metaphora à ludi genere quodam, quem ostracinda Græci vocant (hunc innuit Plato in amatoriis, nempe in Phædro, φασὶ δὲ, inquit, χρῆναι ἐκ τούτων καὶ ἀποστατέον εἶναι ἀπὸ τούτων, ὁ ἐρωτικὸς, ὥσπερ οἱ μεταπεσόντες ὀστράκου μεταβάλλουσιν, ὁ δὲ ἀπὸ καιροῦ ἐπὶ ἀκαιρότερα καὶ ἡδονὰς ἀγοντας καὶ ἡδονὰς. id est, Tandem profugus fit ab his: & dum necessariò priuatus est his qui prius erat amator, testula in diuersum verta, fugatè prompit immutatus: at ille cogitur insequi, ad gnans, deóque obtestans) an ab ostracissimo suffragiorum genere quodā, quod per calculos ac tabas ferebatur, in hoc repertum vt per id ciues, qui vel opibus immodicis, vel nobilitate, vel gloria, vel alia quauis insigni virtute multitudinis inuidiam in se prouocassent, in exilū decenne relegarentur. Hoc pacto fuit ejectus & Aristides: non aliā ob causam, nisi quòd molestum esset populo iusti cognomen illi vulgò tributū. Ferebatur autem ostracismus ad hunc modum. Ostraci, id est testulæ, viritim in comitiis dabantur. In eis, quem quisque vellet vrbe cedere, literis interpris indicabat: hos deinde omneis in fori locum quendā cancellis circunseptum deportabant. Porrò magistratus, quibus hoc datum erat negotij, primum vniuersos recentebant: qui nisi plures sex millibus tulissent, nihil cōficiebatur. Deinde semotis vnicuiusque calculis, is qui pluribus calculis damnatus erat, ad decennium in exilij ire iubebatur, ita tamē vt illi liberum interim esset fructus suos accipere. Erat itaque ostracismus non improbitatis castigatio, sed vulgaribus animis infitę inuidiæ placatio. Antiquatus est autem hic ostracismus, ejecto per hunc Hyperbolo quopiam homine contempto atque humili. Hactenus ferme referuntur à Plutarcho in vita Aristidis. Ab hoc igitur ostracismo quoniam magna vulgi licentia ac temeritate perpetrabatur, ac repente præstantissimi cuiusque ciuis fortunam

Ostracismus.

Ejectus Aristides ostracismo.

Antiquatus ostracismus.

tunam commutabat, non absurdè videri potest ductum à digito. De lusu ostracorum, Iulius Pollux in hunc ferè modum tradit : Pueri ducta in medio linea duas in partes sese distribuebant : quarum altera intra ostracum, altera extra dicebatur. Deinde mittente quopiam ad lineam testam, si eius partis superior extitisset aliquis, hunc insequebantur qui illi adhærebant, reliquis in fugam conuersis. Cæterum à fugientibus qui comprehensus esset, is considebat, asinus dicitur, testáque proiecta dicebat, Nox dies. Nam interior testæ pars picè subiecta erat, quæ nocti respondebat. Hoc autem lusus genus appellabatur ὀστρακισμὸς ἀπὸ στρεφῆς, id est, Testæ conuersio. Plato libro de Repub. 7. videtur ad lusus genus referre, quum ita loquitur, Τῶν δή, ὡς ἔοικεν, ἐκ τοιούτου ἐπιστροφὴ ἐστὶν ἡ ἀπὸ σκότους ἐπὶ φῶς περιαγωγή· ἐν ἀληθείᾳ γὰρ ἐκείνη τῶν τοιούτων ἐπιστροφὴ ἐστὶν ἀπὸ τοῦ ὄντως ἡμέρου ἐπὶ τὸ ἀνάπαλιν ἢ ὄντως ἐστὶν ἀπαίδευτον, id est, Illuc sanè vt videtur, non fuerit testæ conuersio, sed mentis circunductio, ex nocturno quodam die ad eius quod verè est ascensum erectus. Agit de philosophia quæ a falsis bonorum simulachris educit animum ad verorum bonorum cognitionem.

Lusus ostracismi.

Alterum pedem in cymba Charontis habere. 52

Extremæ decrepitæque senectæ homines, etiam hodie vulgò dicuntur alterum pedem in sepulchro habere. Nec huic abhorrent quæ scribit Lucianus in Apologia, Πρὸς αἰτηθεὶς ὑπὸ τοῦ Αἰακοῦ ἡμιόλιον, ἢ ἀπαγαγὼν τὸν ἕτερον πόδα τοῦ πορθμείου ἔχοιεν, id est, Quòd iam sit Æaco ipsi vicinus quique iam tum non alterum pedem in cymba Charontis habeat. Idem in Sectis, Καὶ τὸν ἕτερον ἤδη ἐπὶ τῆς σχεδίας ἔχοντα, id est, Et alterum pedem, vt aiunt, in tumulo habentis. Pomponius libro Pandectarum 40. titulo De fideicommiss. libert. cap. Apud Iulianum, dixit his verbis, Ego discendi cupiditate, quam solam viuendi rationem optimam in octauum & septuagesimum annum ætatis duxi, memor sum huius sententiæ quam dixisse fertur Iulianus, Etsi alterum pedem in sepulchro haberem, adhuc addiscere quædam vellem. Haud scio an huc pertineat quod Lucianus scribit in votis, ὅτι μὴ ἀπὸ τῆς ἑτέρας πεδικῆς. id est, Qui quidem iam alterum pedem habeat in naui. Plutarchus in commentariolo De puerorum institutione, notat senes vulgato communi vocari solere κατοκλάσεις καὶ σκελιδίσκας, quòd iam ætate desperent, & fossæ comites essent, magisque battuarię laxæ, quam homines. Plautus Acheruntium senem dixit, Terentius Sannionem : & capulorem dixit nescio quis. Græci πυμβοκοπιστὰς vocant, authoribus Hesychio & Suida, ac πυμβόνους, extremæ ætatis homines. illos, quòd tumulo sint proximi : hos quòd brevi mittendi sint ad inferos, ἀποπέμπειν, quod est mittere, & πυμβόνους, quòd qui morientur crederentur per Stygiam paludem transmitti ad inferos.

Κατόκλασις. Σκελιδίσκαι. Πυμβοκοπιστάς. Πυμβόνους.

Cauam Arabiam serere. 53

Τὴν κοίλην Ἀραβίαν σπείρειν, id est, Cauam Arabiam serere. Pro frustra sudare, aut in re perdifficili nec admodum frugifera operam sumere. Lucianus in Apologia, Ὡς τὴν κοίλην Ἀραβίαν σπείρῃ ὁδηγήσων, vt cauam Arabiam serere aggrediatur. Significat autem paludosam Arabiæ partem, neutiquam idoneam sementi. Plutarchus περὶ τῆς ἀδολεσχίας, Τῶν μὲν γὰρ ἀπὸ τῆς λύπης δακρυόντων ἄγονον εἶναι τὸ σπέρμα λέγουσι. τῶν δ' ἀδολεσχούντων ἡ λαλιὰ καὶ ἄκαρπος ἐστὶν, id est, Aiunt enim sterilem esse sationem humilium Asiæ regionum : at loquaculorum ipsa oratio inutilis est atque infrugifera.

Frustra operam sumere.

AMINAD. HENR. STEPH.

V. *Plutarch.* Ad confirmationem eius quod dixit, Plutarchi locum adhibet, quouis potius quàm eo pertinentem, vt quidem legitur in Aldina editione, & aliis, ac legi debet in quibus non ἀόνους habetur, sed σωνίας. Quam depravationem quum non animaduertere-t, sed ex duabus vocibus ἀόν τις, quasi corruptis, faciendum existimaret χόρας (hoc enim ex eius interpretatione coniicere pertacile est) vt cum ἀόνους conueniret: deinde genitiui ἀνατολίων nouam quandam significationem sibi fingeret ex Plutarchi verbis eum quem hic habet exortus tandem sensum, quum verus, & quem nobis spectare exhibent, legendo σωνίας, sit huiusmodi. Eorum enim qui proclives sunt ad venerem, sterile semen esse dicuntur loquacium & imperfectus & infrugifer est sermo. Confert enim hoc loco Plutarchus eos qui sunt proclives ad fundendum verba, cum iis qui proni sunt ad emittendum semen. Quod autem de his ait Plutarchus, id nostrate etiam iactatur proverbio.

Lynceo perspicacior. 54

Lynceï perspicacitas in proverbium abiit. Plinius naturalis historiæ lib. 2. cap. 17. Nocturnam inquit (lunam) primúmque eadem die vel nocte, nullo alio in signio quam in aperto conspici. Quod paucis mortalium contigit. & inde fabula cernendi Lynceo. Sunt qui tradiderint, Lynceum primum reperisse fodinas metallorum æris, argenti, auri. & hinc vulgò natam fabulam, quòd ea quoque videret quæ sub terra forent. testis Lycophronis interpres. Meminit huius & Plato in epistola quadam, Aristophanes in Pluto,

Lynceus, primus reperior fodinarum metalli, &c.

Βλέπειν τι δεινὸν ἐξ ὀπῆς ἐοικότα τῷ Λυγκέως.
Fax vt videas vel Lynceo ipso acutius.

Lucianus in Hermotimo. Σὺ γὰρ ἤδη τὸν Λυγκέα ἡμῖν ἐδείκνας, ἢ ὁρᾷς τὰ ἔνδον, οἷός ἐστι, καὶ τὰ ἔνερθεν, id est, Tu verò nobis ipso etiam Lynceo perspicacior es : qui, sicuti videtur, per pectus ipsum, quæ sunt intus cernis. Idem in Icaromenippo, Πόθεν τὸν κατάδηλον Λυγκέα τινὰ ἀφῶν ἡμῖν ἀνέφηνας ἥκοντα; id est, Qui nunc repente, quasi Lynceus quidam effectus cuncta discernis?

Horatius in prima epistola ad Mecœnatem,

Non possis oculo quantum contendere Lynceus,
Non tamen idcirco contemnas lippus inungi.

Lynceï perspicacitas.

M. Tullius M. Varroni, Quis est tã Lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat, nusquam inhærret? Apollonius in Argonauticis scribit hunc Lynceum vsquèadeo fuisse perspicacem, vt etiam terram ipsam colorum acie penetraret, quæque apud inferos latent, perspiceret.

– Λυγκεὺς δ' ἐξοπίσω ἐπέκερσε
Ὄμματα, τοῖόν περ γε θεὸν ἔχε δῶρον ἄνασσα
Φοίβη καὶ τέρψεσκε κατ' ἠερόεντα κέλευθα. id est,
At intro visus rodebat acumine Lynceus,
Si modò quæ abstrusa, rerum quæ predita: illum,
Perfacile iusserat præsidia dira terræ.

Plutarchus in commentario quem conscripsit aduersus Stoicos, testatur famam fuisse de Lynceo quòd saxa quoque & arbores oculorum acie penetraret. Pausanias in Corinthiacis tradit Lynceum Danao vita defuncto, regni successionem suscepisse. Pindarus in Nemeis hymno decimo, meminit Lynceï qui ex Taygeto monte viderit Castorem & Pollucem sub quercus trúco latitantem, & horum alterum iaculo vulnerasse. Pindari interpres citat historiam rerum Cyprianarum, Aristarchum & Didymum.

Lynceï perspicacitas.

Quod in animo sobrij, id est in lingua ebrij. 55

Τὸ ἐν τῇ καρδίᾳ τοῦ νήφοντος, τοῦτο τὸν λαλοῦντα ἔχει τὸν μεθύοντος, id est, Quod in corde sobrij, id est in lingua ebrij. Proverbialis sententia, quam refert in Collectaneis Diogenianus. Vsurpat Plutarchus, idque proverbij nomine, in libello cui titulus περὶ ἀδολεσχίας. Nec prætereundum illud Herodoteum, Οἶνος κατοπτρίζει ἄνθρωπον, ὁκοῖός τις ἐστί. Subindente vino, superstantia verba. Nam sobrios aut metus aut pudor coibet quo minus effutiant, ea quæ latius putarent suppressisse. at vinum & pudorem discutit, & timorem abigit. Vnde fit vt temulenti saepenumero non contineant voces per iugulum reditaras. Pindarus in Nemeis, Θαρσαλέα γὰρ ἐν θρασὺ κραδία φωτὶ γίνεται. Audax iuxta crateræ vox hinnit quòd vinum adfert confidentiam : hinc quòd in conuiuio tutum est magnificè loqui : hinc quòd qui vicit, merito citráque periculum laudatur.

Temulenti loquaces.

Virgultea scaphula Ægeum transmittere. 56

Ἐπὶ φαύλου καὶ Αἰγαῖον διαπλεῦσαι, i. Virgulto Ægeum transmittere. In eos dicitur qui rem supra modum arduam leui opera conficere tentant. Lucianus in Sectis Ἐπὶ φαύλου μὲν γὰρ καὶ μικρᾶς φασὶ τὸ Αἰγαῖον διαπλεῦσαι δυνατὸν εἶναι. i. Virgulto, quemadmodum prouerbio dicitur, Ægeum aut Ioniam mare transmittere cupient. Citatur hic senarius à Suida. Extat autem apud Aristophanem in pace,

Nem arduam, leui opera conficere.

Καρδίας ἐπαινετὸν ὅστις ἐστὶν πλοῖον. id est,
Causa laudati nauigij & in vimine.

Taxat Simonidem, tanquam lucri cupidiorem, quòd ad quæstum scripserit carmina. Porrò [illegible]

flexibile, aut ramus ſalignus: ξύλον ἰτέινον, videlicet quòd inflectatur ob lentitudinem. Citatur & hic,

Σὺν τοῖς δεξιτῶσι, καὶ ἐν ἰτέοις πλέων. id eſt,
Quiſquis ſecundo nauigarit flumine,
Is vel ſaligno nauigarit flumine.

Extat & hic inter ſententias prouerbiales, citatus item ab Ariſtophanis interprete,

Οὐδὲ θύοντ' ἐν ἰτέοις πλέων. id eſt,
Nec ſacrificans nauiges vel ſalicibus.

Phœnice viuacior. 57

Lucianus in Sectis. Ἡμᾶς φοίνικος ἐμβιώσεται, id eſt, Nos phœnicis annos vixerit. De phœnicis viuacitate diximus alibi. Cuius etiam raritas prouerbio facit locum, Phœnice rarior: quale eſt illud, Coruo quoque rarior albo. Negant enim phœnicem eſſe nisi vnicam, ſiqua fides ſcriptoribus.

Quum plurimum laborauerimus, eodem in ſtatu ſumus. 58

Lucianus in Sectis, ἡμεῖς δ' οἱ πολὺ παρεμπεζομένοις πολλὰ μαχόμενοι ἐσμὲν ἴσα καὶ, id eſt, Ac iuxta prouerbium, cùm multum laborauerimus, itidem vt antea ſumus. De frustra laborantibus. Quod euenit his, qui poſt diuturnum ſtudium nihilo reperiuntur eruditiores, poſt longam negotiationem nihilo ditiores.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. μαχόμενοι.) Nihil minus quàm prouerbium redolent hæc verba, Quum multum laborauerimus, itidem & antea ſumus. quid enim hic eorum quæ ineſſe ſolent prouerbiis? At Lucianus ipſe ait eſſe prouerbialia, dicet aliquis. Ait, Eraſmi quidem iudicio, & eorum qui cum eo παρεμπεζομένους deponens faciens: at ſiquis paſſiuè accipiat hoc participium, nihil tale ab eo dici comperiet. Qua in ſignificatione accipiendum eſſe mihi viſum eſt, antequam hunc Eraſmi locum legiſſem: & nunc, eo lecto, in ſententia permaneo. vt videlicet πολὺ παρεμπεζομένους ſignificet, Velut ij qui prouerbio feruntur. Vel, Qui prouerbiis celebrantur. vel, Qui prouerbiis locum dederunt, vel, Qui in prouerbia abierunt. Illi autem qui ſunt? Non intelligo qui potius eſſe dici debeant quam Siſyphus, Tãtalus, Danaides.

Aquam in mortario tundere. 59

Ὕδωρ ὑπὸ τὸν πάτταλον, id eſt, Aquam pistillo tundere. Lucianus in Sectis. Ὥσπερ ἐάν τις ἐν ὑδρίᾳ ὕδωρ ἐγχαράξῃ πάτταλον, id eſt, Tanquam ſiquis aquam in mortarium infulam ferreo pistillo tundat. Quadrat in eos qui laborant inaniter. ſiquidem aquam ſiquis vel ætatem contundat, nihil aliud erit quam aqua. Lucianus in eodem opere, Οὐκ οἶδας ὅτι αὖ λοιδόρει, φασὶ, τοὺς ὄμους πατοῦν ὕδωρ, ὁμοίως τὸ ὕδωρ μένει. i. Ignarus quòd etiamſi humeros, vt aiunt, verberando decutias, tamen aqua manet aqua. Suidas ad hunc effert modum, Ἀναστελεῖς τοὺς ὤμους ὕδωρ πίνων, ὁμοίως ὕδωρ μένει, id eſt, Verſas ſcapulas aquã pinſens, aqua tamen æque aqua manet. Quantumuis doceas, ὅσον λάρας, quantumlibet admoneas ſtupidum, ſui ſimilis eſſe pergit.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. *Suidas*) Imò non: Suidas ita effert (frigidum autem illud foret ἀναστελεῖς τοὺς ὤμους. i. Verſas ſcapulas) ſed ita effertur in quibuſdam mendosis Suidæ exemplaribus: at in minus depravatis, hoc modo, αὖ λοιδόρει τοὺς ὤμους. quod idem eſt cum illo, αὖ λοιδόρῃς τοὺς ὤμους. id eſt, etiamſi amittas humeros. nõ, vt Eraſmus vertit, decutias. Quanquam apud Lucianum (vt & hoc obiter adnotem) eſt λοιδόρει. vt miror cur Eraſmus per ſecundam perſonam reddiderit, decutias. niſi forte putauit eſſe λοιδόρῃ ſecundam, vt λοιδόρημαι prima eſſet. Sed præterquam quod durius in media voce vſurpatur hoc verbum, pro λοιδοροῦ, etiam ipſa orationis ἀκολουθία tertiam perſonam apertè exigit.

Gnomon & regula. 60

Quod eſt in re quapiam præcipuum, & ad quod vnum reliqua omnia conferuntur, regulam & gnomonem prouerbio vocabant. Lucianus in Harmonide, Ὅτι τὸ κεφάλαιον πρῶτον ἁπάσης μούσης, φασὶ, καὶ ὁ ἰδιώτης κανὼν ἅπασιν. id eſt, Quod eſt caput omnis virtutis, gnomon, vt aiunt, & recta regula. Idem in Scytha, Οὗτος σοι Χαλκιδικὸς κανών. i. Hic tibi Græcanica regula. Item in Sectis, Τέκτων κανόνα καὶ στάθμην ἀεὶ φέρων. id eſt, Hanc regulam & amuſſim certiſſimam rerũ eiuſmodi. Porrò ad regulam exæquant fabri ſtructuram. idem vtuntur & gnomonibus. Conſtat autem gnomon è duabus lineis rectis, quas vtrinque dimetiens diſſecto quadrangulo conſtituit. *Gnomõ quid.*

Caput. 61

Eiuſdem formæ eſt, quum præcipuam negotij partem aut authorem rei, caput vocamus. Terentius in Adelphis, Te eſſe huic rei caput. Exempla tum apud Græcos ſcriptores, tum apud Latinos paſſim obuia ſunt. Eundem in modum & arcem dicimus rei cuiuſpiam. Ariſtoteles in præfatione Rhetoricorum ad Alexandrũ, Ὡς αἰκρόπολις ἡ συνήθεια, id eſt, Quoniam inconsuetudo arx eſt. Πανύασις apud Athenæum libro 10. πάντων μεθυσμάτων μητρόπολιν εἶναι οἶνον, id eſt, Vinum omnium malorum metropolim eſſe, dixit. hinc oriri temulentum, hinc intemperiam, hinc debacchationes. Plato de legibus lib. 2. Κεφάλαιον δ' ἡγούμεθα παιδείας εἶναι τὴν ἰδίαν ἕξιν id eſt, caput eruditionis cenſemus rectam educationem. Plautus in Aſinaria, Ego caput huic argento fui hodie reperiundo, ego pes tui. Quin nec caput nec pes ſermonis apparet. Idem in Captiuis, Quod neque pes viſquam, neque caput appareat. Aliter vſurpant capitis vocabulum quum indicant rem non ſingulatim explicari, ſed in ſumma proponi. Sic Æſchines aduerſus Timarchum ὡς ἐφ' ἑνὸς κεφαλαίου εἰρῆσθαι. id eſt, Vt in ſumma dicam. Idem in oratione περὶ τῆς παραπρεσβείας, eodem ſenſu dixit διὰ κεφαλαίων id eſt, Per ſingula. Itidem Demoſthenes in oratione περὶ τῶν ἐν Χερρονήσῳ πραγμάτων ἐπὶ κεφαλαίου φράσαι, καθόλου βούλομαι, id eſt, Vbi in ſumma de quibus loquor, dixero, volo deſcendere. Rurſus in oratione contra Zenothemin, περὶ οὗ πρᾶγμα ἐστὶ καθ' ὃ τοῦτ' ἔχον εἶπεῖν ἐν κεφαλαίῳ, πᾶσιν ἔδοξε. id eſt, itaque negotium quidem de quo feretis ſuffragia, vt in ſumma dixerimus, ſic habet. *Nec caput, nec pes.*

Somnium. 62

Rem futilem, inanem & nihili, ſomnium prouerbio dicimus. Terentius in Adelphis, De argento ſomnium. Lucianus in Harmonide, Πάντα ἀπὸ τῶν, ὑπνώματα ὀνείρατα, φασὶ, καὶ ἐνύπνια εἶναι, id eſt, Omnia illa, ſubuetanea ſomnia, ſicut aiunt, & verborum vmbræ. Idem in dialogo Nirei & Therſitæ & Menippi, Ὀνείρατα μοι λέγῃς, id eſt, Somnia mihi narras. Plato lib. de Rep. 7. ὅπως ὕπαρ ἡμῖν ἐν ὑμῖν ἐνύπνιον τοῦτο ἐν ἄλλῃ εἱμαρται, id eſt, Atque ita verè nobis as vobis ciuitas habitabitur, non autè ſomnium. Idem in Theæteto, Ἄκουε δὴ ὕπαρ ἀντὶ ὀνείρατος, id eſt, Audi iam ſomnium pro ſomnio: frivolam rationem pro frivola. Et Syrus ſeruus in Adelphis, herum ſuum ſomnium vocat præ Dea, Tu quantus, quantus es, nihil nisi ſapientia es. ille futilis, ſomnium. Plautus in Captiui duo, Hic vigilans ſomniat. Plato lib. De legibus 3. ſomnia dixit, pro tenuibus veſtigiis, quem enim narraſſet Datum non fuiſſe regis filium, ſeu eruditione reſiaque inſtitutione hic ad regnum permenſit, vt ipſe in diuiſione principatus ſepunum modo portionem obtineret, ὃν ἐγὼ τότε, inquit, σμικρὰ ὀνείρατα λαλοῦντα. id eſt, Cuius rei nunc quoque exigua retinet ſomnia. *De re inani.* *Vigilans ſomniat.*

Ne inſtruxerimus quidem. 63

Lucianus in libello cui titulus, Quomodo conſcribenda ſit hiſtoria. Οὓς τοὺς λεγομένους δὴ τοὺς, ὅσοι τερατίαν τὴν παντελῆ μυθολογούμενοι ἀκούσαντες. id eſt, Qui mecum conſtituis, quod dici ſolet, talia fabulantes audierit: quòd in conſortum officinis ſeu otioſi deudeant, & quam quiſque fabulam adferat in medium. vnde Flaccus,

-gaudent vbi vertice rapto
Garrula ſecum narrare pericula nautæ.
Item alibi, *-opinor*
Omnibus & lippis notum & tonſoribus eſſe.

Ne inſtruxerimus quidem otioſi deſidet.

Nunquid & Saul inter Prophetas. 64

Libro Regum 1. cap. decimo, refertur huiuſmodi prouerbium, Natum à Saule, qui quum in prophetarum cœtum incidiſſet, ſubito & ipſe diuino ipſius afflatus, vaticinari cœpit. Id admirantes qui Saulem antea cognouerant, inter ſe dictitabant, Quid accidit Sauli? num & Saul inter Prophetas? Ea vox deinde vſitata eſt Hebræis in prouerbium de re noua & inopinata, ſubitáque. Eſt autem apud illos iambicus dimeter. Gregorius Nazianzenus in Apologia De fuga ſua in Pontum, ſic vſurpat vt quadrare videatur vbi promiſcuè quilibet ſibi magnificam aliquam functionem vſurpat: velut hiſce temporibus nemo non tractat. *Rei inopinatæ nouæque.*

Sacras

Sacras literas, αἰτιᾶται, inquit, ὡς διδάσκαλος θεῶν. ἐν πάσῃ θεσπιῳδίᾳ ὄντων αὐτῶν καὶ Σαοὺλ ἐν τοῖς προφήταις, καὶ τοῦτο παλαιὰ ἱστορία καὶ παροιμία. id est, Dum pro eo quòd deberent esse doctes Dei prophetant omnes, adeò vt & Saul sit inter Prophetas, iuxta priscam historiam ac prouerbium. Finitimum illi, Καὶ ὑπὸ τὰ ἀγάλματα, καὶ τὸ ἐν τῷ μύρῳ. id est, Corchorus inter olera, & in lente vnguentum: siue, Lenti admistum vnguentum.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. *Inter olera, & in lente vnguentum: siue, Lenti.*) Atqui explicans antea prouerbium In simum aromatum odorem spargis, dixit, Conueniet autem in hos qui rem egregiam indignis adhibent, quod genus est illud, In lente vnguentum. Quomodo igitur hoc prouerbium In lente vnguentum, affine est huic, In simum aromatum odorem spargis, etiam illi, Nùquid Saul inter prophetas, affine esse potest? Hæc duo prouerbia, In simum aromatum odorem spargis, & Nunquid Saul inter prophetas, quid commune inter se habent, vt iam cum vtroque affinitatem habere tertium illud possit?

In foribus vreeum. 65

De re contemptu, & vili.

Ἐπὶ θύραις τοῦ ὑφεκτέον, id est, In foribus aqualem. Nam hoc verbo vsus est Plautus. Aristoteles lib. rhetoricorum 1. τὸ γὰρ τέλος ἀγαθόν, ἐκ τούτου εἴρηται, Καὶ διὰ τοῦτο ἐκεῖνα Πρίαμον. καὶ, Αἰσχρὸν τὸ λέγειν τὰ μέτρια καὶ τὸ παροιμιάζεσθαι ἐπὶ θύραις ὑφεκτέον. Id est, Finis autem bonus: vnde illa dicta sunt, Et laudem Priamo. Præterea, turpe diu mansisse. Iam verò prouerbium etiam illud, Vreeum iuxta fores, Interpres quispiam (nam librum κείμενον suppeditarat eruditissimus amicus noster Baptista Egnatius) ait significari rem contemptam ac vilem. Negliguntur enim quæ passim sunt obuia, quæque facilè quibuslibet contingunt. Itaque vreeum in foribus positum nemo

Rubo negligitur, expetitur.

studet tollere. proclive enim. verum vmones in scriniis reconditos magis expetunt. Plutarchus ἐκ τοῦ ἀνελευθερίας, ait rubum vitro hærentem negligi ac præterirri, vineam oleasque expeti: recentiens hanc sententiam, Οὐ γὰρ αἱρετὸν πάντων τὰ ῥᾴδιον διορθοῦσθαι. id est, Non est tollendum quod admodum facile contequi licet. Item in Epistolis Senecæ, Multi aperta tranleunt, co.dita & abstrusa rimantur. Furem signata solicitant. Vile videtur quicquid patet. aperta effractarius præterit. Hos mores habet populus, hos imperitissimus quisque: in secreta irrumpere cupit. Porrò prouerbium imperfectum ac mutilum videtur. quandoquidem Aristoteles ad eum modum pleraque refert, tanquam alioqui per se satis nota. Apparet esse hemistichium iambici trimetri à Comico quopiam mutuò sumptum.

Haudquaquam difficile Athenienſem Athenis laudare. 66

Aristoteles libro Rhetoricorum primo, Ὥσπερ γὰρ ὁ Σωκράτης ἔφη, οὐ χαλεπὸν Ἀθηναίους ἐν Ἀθήναις ἐπαινεῖν, id est, Quemadmodum enim dixit Socrates, haud difficile est Athenienses Athenis laudare. Citat idem eodem in opere, de procœmiis agens, Haudquaquam esse difficile Athenienses laudare apud Athenienses, verùm apud Lacedæmonios id fore difficile. Extat autem in Menexeno Platonis, idque in adagionis locum cessit. Dictum est autem, propter encomia, orationésque panegyricas, quæ Athenis ex more exhibebantur iis qui fortiter oppetiissent in bello: in quibus quoniam plurima dicebantur in laudem populi Athenensis,

Suis laudibus quisque fauet.

pronis auribus audiebantur: propterea quòd suis quisque laudibus fauet.

Exiguares eſt ipſa iuſtitia. 67

Aristoteles libro Rhetorices primo, ἀπὸ καὶ τοῦ δικαιοσύνην φασὶ μικρὸν εἶναι. id est, Vnde etiam aiunt, ipsam iustitiam, exiguum quiddam esse. Quo prouerbio significabant non multum adferre momenti si probus sis: nisi talis etiam habearis: & opinionem longe plus valere quàm rem ipsam. At quanto melius Æschylus in tragœdia cui titulus ἢ περὶ τῷ Ἀμφιάρεω, de Amphiarao,

Οὐ γὰρ δοκεῖν ἄριστον ἀλλ' εἶναι θέλει,
Βαθεῖαν αὔλακα βλέφρονος καρπούμενος. id est,
Neque enim videri, at esse vir cupit optimus,
Mentis profundæ fœgete perfruens bona.

Rectius Socrates, admonens vt talis quisque sit qualis haberi velit. Modestius Euripides in Oreste, probans opinionem, vbi res ipsa non adest, tanquam optimo proximam,

Κρεῖσσον γὰρ ἔστω, κἂν δόξῃ μὴ τυγχάνῃ. id est,
Res ipsa vt adsit optima est opinio.

Itidem Terentius in Adelphis, Si tibi illuc re ipsa non dolet ac simulare certe est hominis.

Occaſione duntaxat opus improbitati. 68

Aristoteles libro Rhetor. Καὶ πρὸς οὓς ἕνεκα προφάσεως, ἢ προγόνων, ἢ αὐτῶν, ἢ φίλων ἢ πεπονθότων καλῶς, ἢ μελλόντων, ἢ ἀπολωλότων, ἢ πρὸς οὓς κίνδυνος. ὅπερ γὰρ παροιμία, πρόφασιν δίκαιος, ἢ πρόφασιν πονηρός. id est, Aut aduersus quos occasionem habens, siue progenitorum nomine, siue suo ipsorum, siue amicorum: siue eorum à quibus beneficio fuerunt affecti, aut curæ habiti vel ipsi vel maiores ipsorum: vel eorum pro quibus tolliciti sunt. Quemadmodum enim prouerbio dicitur, Occasione duntaxat opus est malitiæ. Quadrabit in nocendi cupidos, qui ne tenere læsisse videantur, causas prætexunt. Celebratur hic minus Publij, ni fallor, in hanc sententiam:

Causas prætexunt, qui facere male volunt.

Malefacere qui vult, nusquam non causam inuenit.

Circunfertur & hodie vulgo apud nostrates adagium non vsquequaque spernendum. Facile inuenerit qui cupit credere crimen. Eodem spectat Terentianum illud, Fingent causas ne detrudulo. Item illud Martialis,

Irasci tibi nemo te putabit amice:
Non quæro, nemo sed solet hoc facere.

Fortassis huc alludit & Euripides, quum sic ait in Iphigenia Aulidensi,

Ἐπὶ βραχεῖ τοι τἄνδικ' ἐξεύρει λόγῳ,
Ἐφ' ἧπερ ἐσθλὸς ἦν πρόθυμος αἰσχύνεται
Δίκῃ τε δίκην δικαίων δίκαιος χρεών. id est,
Occasione tantum opus est iniquis,
Vt & ipsi quique nobis superfuit liberi,
Te versus accipiamus ipsius ad modum,
Quo te nemo putet esse.

Citant & huc locum ex Menandro,

Μικρὰ προφάσεως δεῖ τῷ θεὸν καλῶς. id est,
Ad prune agendum parua satis occasio est.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. *Occasione*) Verti potius debere prætextu quàm occasione sequens annotatio docebit.

V. *à quibus beneficio fuerunt affecti, aut curæ habiti vel ipsi, vel*) Miror non animaduertisse Erasmum hæc planè à ratione aliena esse, vt improbi occasionem maleficiendi habeant eorum nomine (ita enim loquitur) à quibus beneficio fuerunt affecti, aut curæ habiti. Ideóque non καλῶς sed κακῶς, nec μελλόντων sed μελλόντα legendum esse. Nam καλῶς quidem Græce dicitur, sed absurdè in huius loci sententia: at μελλόντων participium admittit quidem linguæ Græcæ consuetudo, quum non vsurpetur μέλλω, sed μέλλει impersonaliter, idque genitiuo iungatur, non accusatiuo. Verùm totum locum aliter interpretari satius fuerit, vt etiam appareat πρόφασιν hic prætextum significare, sicut à me modò dictum est. His ergo ni fallor Aristotelicorum verborum est sensus, Iis etiam iniuriam inferunt, aduersus quos prætextum habent: quippe quòd ipsorum maiores, aut illi ipsi, aut certè amici eorum malo aliquo affecerint aut affecturi fuerint, aut ipsos, aut ipsorum maiores, aut eos quorum curam susceperunt. Vt enim in prouerbio est, prætextu duntaxat indiget improbitas. Animaduerte igitur πρόφασιν vtrobique à me verti prætextum, non occasionem: ne forte intelligas opportunitatem, qua verum quidem est opus habere improbos ad committenda sua maleficia: sed non de ea nunc agit Aristoteles. Quum enim mihi dicit vir aliquis improbus, Tui maiores, aut, Tui amici mihi fuerunt iniurij, vel, Tui maiores iniuriâ illaturi erant meis maioribus, si potuissent: hæc dicendo, non captat idoneam inferendæ iniuriæ occasionem, sed hoc vel illud prætexit improbæ suæ voluntati: hoc vel illud cauatur, propter quod ratione aliqua moueri videatur ad volendum mihi iniuriam inferre: quam illaturus sit quum occasionem nactus fuerit. Est autem hic locus in primo Rhetoricorum libro, non in secundo.

Aristotelis locus, suus sensus restitutus.

Vel à mortuo tributum auferre. 69

Καὶ ἂν τοῦ νεκροῦ φέρῃ. Etiam à mortuo tollit. In hominem vndecunque per fas nefasque lucrum captantem. Aristoteles lib. Rhetor. 3. tractans de rebus quæ pudenda habeantur, Οἷον, inquit, τὸ ἐπὶ τοῖς νεκροῖς, ὥσπερ

In turpiter auaros.

ἐχ ἱ παρεμία, τὸ ἐχ ὑπηκόου φέρειν. ὑπὸ αἰχμαλώτου πάρ. id est, Veluti si quis exigat à pauperibus, hue defunctis: vnde etiam illud ortum est adagium, Etiam à defuncto tollere: propterea quòd id à turpi lucri cupiditate proficiscitur. Finitimum est illi,

Αὐτῷ γε χ τῶν κτέρισμα δέχεσθε. id est,
Ipsis vel allatum funus pertinat.

A statuis vestigal colligere. Natum à statuis qui & a sepulchris aut defunctorum statuis vectigal colligunt. Legitur in epistola quadam ad Craterem Diogenis, Καὶ τοὺς ἀνδριάντας τοὺς ὑπὸ τῆς ἀγορᾶς ἀγομένους αἴτει τὰ δίφρα. id est, Adi & statuas quæ in foro sunt, atque ab his cibum petito.

Pudor in oculis. 70

Aspectus pudorem auctit. Ἐν ὀφθαλμοῖς ἡ αἰδώς, id est, In oculis pudor. Horum nos pudet quæ in propatulo sunt. Aspectus enim vel incutit vel renouat etiam pudorē. Vnde ait vt puer, cum pudescunt, oculos tegant. Et apud Platonem Socrates metuens de amore, ob pudorem oculos tegit, nimirum hue alludens. Hinc & poetæ Cupidinem, quòd sit impudentissimus, excæcum fingunt. Eodem pertinet illud Ciceronis, Epistolam non erubescere. Videmus etiam eos qui oculis capti sunt, a verecundia plurimum abesse. Hue spectant Ouidius, quum ait noctem, vt potè cæcam, pudore vacare.

Nox, inquit, & amor, vanisque nihil moderabile suadent.
Ista pudore vacat, Liber amorque metu.

Refertur adagium ab Aristotele libro Rhetoricorum 2. Καὶ τὰ ἐν ὀφθαλμοῖς ἐν τῷ φαίνειν. ὅσα ἐν ἡ παρεμία, τὰ ἐν ὀφθαλμοῖς ἐν αὐτῇ. id est, Et ea quæ sunt oculis exposita, quæque in propatulo sunt. Vide & illud proverbio dicta: Pudorem in oculis esse. Citatur & apud Athenæum libro 13. Idem in Problematis cautam inquirens quamobrem pudefactis rubeant aures, iratis oculi, huius adagij testimonium citat. Ἢ ὅτι, inquit, τῷ μὲν αἰδοῖ τὰ ὀφθαλμοῖ, καταλύεται τὸ σῶμα πρὸς τὸ φοβεῖσθαι. ὥστε τὸ κίνησιν ἀπολείπειν τὸ σῶμα πρὸς ὀφθαλμοὺς, χωρεῖ δὲ εἰς τὸν δικτυοειδῆ φέρεται αἷμα. πῶς δὲ ὁ ἐν τοῖς ἄκροις θερμὸς ὤν. ὁ γὰρ ἀὴρ θερμαίνει. ἐμπίπτοντος δὲ τοῦ πνεύματος τὸ σῶμα. μᾶλλον δὲ γίνεται φανερὸν ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς, ἀφ' ὧν χρὴ ἄνω λαμβάνειν. id est, An propterea quòd pudor in oculis, frigus quoddam adducat vnà cum metu, atque ob id merito calor deliruat oculos? Is verò demigrans inde fertur ad locum sui maxime capacem. Est autem huiusmodi, summa pars aurium: nam reliqua pars est ossea. Rursum iratis calor infunditur: vnde potissimum appareat in oculis propter albicantem illorum calorem. Refertur hic versus ex Euripide,

Pudorem in oculis esse.

Αἰδὼς ἐν ὀφθαλμοῖς γίνεται τίκτον. . id est,
Mea gnata, in eum nascitur hominum pudor.

Aristophanes in Vespis,

—ἀνὰ κοινὸς γ' ἐν ἐστὶ
Οὐδ' ἐν ὀφθαλμοῖσιν αἰδὼς ἀλλ' παλαιὸν ἐμβάδιον. id est,
—*caterum ejus hæc nusquam est*
Calceamenti vetusti nec vel in oculo pudor.

Huc referri potest & illud quod Aristoteles libro Rhetoricorum primo ex Sapphone citat,

Αἰδὼς κάρ οὐκ ἐν ὀφθαλμοῖς ἔμμεναι. id est,
Non esset tibi pudor in oculis.

Quo ore. Qua fronte. φαιδροσκοπεῖν. Hinc & illæ figuræ, Quo ore qua fronte audebis obiurgare filium? Et illud apud Ciceronem in epistolis ad Atticū, Nec enim conquisitores φαιδροσκοπεῖν audent. Quin & hodie vulgò dicunt, Non audebis faciem ostendere. Apud Euripidem in Iphigenia Aulidensi, Menelaus iubet Agamemnoni vt sese aspiciat, videlicet quò facti pudeat.

Βλέψον εἰς ἡμᾶς, σ' ἀρχὰς ὅτι λόγων ξύστας λάβω. id est,
Aspice in nos reita, vt hoc capiam loquendi exordium.

Isque respondet,

Μὴ πρόσῳπα αἰσχαλόεντα βλέφαρον, Ἀτρέως γάλως;
Num verebor lumina in te tollere, Atreo satus?

Agamemnon oculis caninis. Fortassis huc adscribendum erat quod apud Homerum Achilles Agamemnonem κυνῶπιν vocat, ob impudentiam, velut oculis caninis & inuerecundis.

Conciliant homines mala. 71

Συνάγει πολὺ ἀλλήλους κακὰ, id est, Conciliant homines mala. Sententia proverbialis, quæ declarat id quod vulgo fit, ex hostibus nonnunquam amicos fieri propter malum aliquod incidens vtrisque commune. Aristoteles libro Rhetoricorum primo, Οὐδὲν γὰρ κωλύει ἐνίοτε ἅμα συμφέρειν τοῖς ἐναντίοις. ὥστε λέγεται οἷς τὰ κακὰ συνάγει πολὺ ἀλλήλους, ὅτου ἡ ἕξις ἐναντία ἀμφοῖν. i. Nihil enim vetat quo minus idem conducat ambobus aduersariis. Vnde dicitur illud, Conciliari homines malis, quoties idem vtrisque noxium fuerit. De syncretismo diximus alibi. Quin hue quoque potest deflecti proverbium, vt dicamus, indoctum fauere indocto, infantem infanti, nepotem nepoti. Neque enim bonarum modo rerum similitudo conglutinat necessitudinem, verumetiam ex malis communibus sæpenumero mutuus nascitur benevolentia. Amant ferè inter se, qui simul fecere naufragium, qui militarunt vnà, qui timul capti fuerunt ab hoste: denique qui corporis, aut animi morbis iisdem laborant. *Ex malis communibus orta benevolentia.*

Ama tanquam osurus, oderis tanquam amaturus. 72

Δεῖ φιλεῖν ὡσπερ μισήσων, μισεῖν δ' ὡσπερ φιλήσων, id est, Sic amandum tanquam iis osurus, hic oportet odisse tanquam iis amaturus. Hanc Biantis sententiam Aristoteles in libris Rhetoricorū satis indicat in prouerbium abiisse, quum ita scribit: ὅτι τὸν δεῖ ὡσπερ φασι, φιλεῖν ὡς μισήσοντα, ἀλλὰ μᾶλλον μισεῖν ὡς φιλήσοντα. id est Non est amandum quasi iis osurus, quemadmodum aiunt: sed ita exercendum odium tanquam in aliquando amaturus. Ac paulo inferius: δεῖ φιλεῖν, οὐχ ὡσπερ φασι, ἀεὶ γὰρ φιλήσοντα. id est, Oportet amare non quemadmodum aiunt, sed tanquam semper amaturum. Commonstrat enim hic Philosophus quo pacto refellendæ corrigéndæque sint sententiæ vulgò receptę, atque inculcatæ. M. Tullius in sermone de amicitia, scribit, Scipioni vtique adeo non placuisse dictum hoc, Bianti nomine celebratum, vt negaret vllam vocem inimicioram amicitię reperiri potuisse, quam eius qui diuisset, ita amare oportere vt si aliquando esset osurus: nec verò se adduci posse vt hoc, quemadmodum putaretur, à Biante dictum esse crederet, qui sapientis habitus esset vnus è septemviris in puri cuiusdam, aut ambitiosi, aut omnia ad suam potentiam reuocantis esse sententiam. Quonam enim modo, inquit, quisquam amicus eius esse poterit, cuius se putabit inimicum esse posse? quinetiam necesse erit cupere & optare vt quam sæpissime peccet amicus, quo plures det sibi tanquam antias ad reprehendendum. Rursum autem recte factus commodique amicorum necesse erit angi, dolere, maudere. Quare hoc quidem præceptum, cuiuscunque est, ad tollendam amicitiam valet. Illud potius præcipiendum fuit, vt eam diligentiam adhiberemus in amicitias parandis, vt nequando amare inciperemus eum quem aliquando odisse possemus. Hactenus Cicero. Refertur ab eodem Aristotele paulò superius, ac repetitur libro Moralium Eudemiorum septimo hic locarius,

Οὐδεὶς ἐραστὸς ὅστις οὐ φιλεῖ. id est,
Non est amicus his qui amare desinit.

Qui emolumenti causa amat, postea eo quod concupiscebat, amare desinit. At bonorū amicitia quoniā virtuti nititur, immortalis est. Extat autem hic versus apud Euripidem in Troadibus. Diogenes Laertius mutilum adagium refert, ὅ φασι φιλεῖν ὡς μισήσοντας. οὐ γὰρ πλείστους δεῖ κακοὺς. id est, Iubebat amare tanquam osuros: plurimos enim esse malos. Huc adscribendus mimus ille Publianus qui est apud A. Gellium, *Bonorum amicitia, immortalis.*

Ita amicum habeam, posse vt fieri inimicum putes.

Et alius eiusdem, vt opinor, sed Senecæ titulo,

Ita crede amico, ne fit inimico locus.

Sophocles item in Aiace Mastigophoro,

Εἶτ' οὐ δοκεῖς ἁμαρτὸν ἄρτιον ὅτι
Ὅστ' ἐχθρὸς ἔσθλὸν, ὡς τὰ πολλὰ ἐχθαίρεται.
Ὡς ἐχ φίλοισιν αὖθις ὡς τὰ φίλτατα
Τοσαῦτ' ὠφελεῖν εἰώθασιν βουλεύματα,
Ὡς οὔτ' ἀμοιβὰς εἰς τὸ πᾶν ἐχόντα χρὴ
Βροτῶν ἄπιστα δ' ἐν τύχαις κεῖται. id est,
At ipse dudum nuper, vt si quando fim
Inimicus vlli, hunc oderim hactenus, velut
Aliquando amicum habiturus: ergà amicum item
Officia sic exercerem, vt qui non fiat
Semper futurus amicus. etenim plurimis
Sodalitatis portus est tutus parum.

Atticus aduena. 73

Ἀττικὸς πάροικος, id est, Atticus aduena: In violentos & feroces vicinos dicebatur. Duris apud Zenodotum ait ex Atticorum moribus natum, quod olim finitimos è tedibus *De vicinis violentis.*

è sedibus suis exigere consueuerint. Crateras inde manasse putat, quòd Athenienses qui Samum missi fuerant, indigenas expulerint. Notatur adagium ab Aristotele lib. Rhetoricorum 3. ὅτι, inquit, τῶν μὲν παρόντων ἡ γνώμη κύριον, οἱ δὲ μάρτυρες, ἀπόντων μάλιστα. i. Ad hæc nonnulla præsentia sunt & sententiæ tanquam testimonia, vt Attica aduena. Proinde propriè quadrabit in eos, qui ita nuperè in tumultu aliquod afferunt, vt superiores eluciant.

Purpura iuxta purpuram diiudicanda. 74

Ex collatione iudicii nasci.

Ἡ πορφύρα πρὸς τὴν πορφύραν διακριτέα. id est, Purpura ad purpuram diiudicanda est. Certissimum iudicium ex collatione nascitur. vnde emptores mercaturi purpuram, ne fallantur, alteram adhibent purpuram. Licebit vti quoties negabimus, infantiam aut insciti am indoctorum plene deprehendi, nisi cum eloquentium & eruditorum scriptis conferantur. Etenim si vel Sallustium conferas cum Cicerone, iam velut obmutescit ille alioqui per se disertissimus. Refertur adagium à Phœbammone sophista in commentario De figuris rhetoricis. Meminit & Isocrates in oratione Panathenaica, Ἀλλ' ὥσπερ τὴν πορφύραν τῇ χρυσῷ συνεῤῥύμῃ καὶ δοκιμάζουσι τὰ τοιαῦτα θεωροῦντες. i. Sed quemadmodum purpuram & aurum consideramus ac probamus, purpuram cum purpura conferentes. Haud arbitror prorsus ἀνεπιδόκιμον fore si de conferenda purpura locum huc adscripsero ex Aureliano Flauij Vopisci: Meminisse, inquit, fuisse in templo Iouis Opt. Max. Capitolini pallium breue purpureum, laneſtre: sed quod quum matronæ atque ipse Aurelianus iungeret purpuras suas, cineris specie decolari videbantur cæteræ, diuini comparatione fulgoris. Hoc munus rex Persarum ab Indis interioribus sumptum, Aureliano dedisse perhibetur, scribens, Sume purpuram qualis apud nos est. Nam postea diligentissimè & Aurelianus & Probus, & proximè Diocletianus missis diligentissimis confectoribus, requisiuerunt tale genus purpuræ, nec tamen inuenire potuerunt. Dicitur enim sandix Indica talem purpuram facere, si curetur. Alluſit huc Quintilianus lib. 12. cap. De generibus dicendi, agens de dictione quę, quòd mediocris est, per se habet admirationẽ, sed admotis iis quæ sunt eximia, desinit esse admirationi. Habet, inquit, admirationem: neque merito. nã nec illud quidem facile est: sed euanescunt hæc atque moriuntur comparatione meliorum. vt lana tincta fuco, citra purpuras placet: at si contuleris, etiam lacernæ conspectu melioris obruatur, vt Ouidius ait.

Saturnia lema. 75

Lema quid.

Κρονικὸν λῆμα. i. Saturnię lemæ. In cęcutientes ac stupidos dicitur, præsertim in eos qui ætatis vitio desipiscunt. Est enim lema humor in oculis concretus, vnde lippitudo nascitur. Deriuatur autem ἀπὸ τοῦ λέω. i. video, & μὴ negatiua particula: quòd eiusmodi lachrymę crassæ oculos occupantes, visui officiant. Aristophanes in Pluto,

Ἀλλ' ὦ κρονικῆς γνώμης, ὥσπερ οἱ λημῶντες τὰς φρένας ἄμφω. id est,

Saturnius animi, vere lippitis sensibus ambo.

Saturnalia.

γνώμης dixit pro λήμης, vnde λημᾶν Græcis lippio, cæcutióque significat. Porrò Saturnię dicuntur quasi tenues ac veteres: propterea quòd Κρόνος, id est Saturnus, podagrosus ac senex à poetis fingitur, & temporum deus: quasi χρόνος-αἰχμὴ verò. i. prisca & antiqua, Græci nonnunquam stulta vocant. Plato in Euthydemo, ἔχει φλυαρίᾳ, καὶ ἀρχαϊκότερος εἶ τοῦ δέοντος. i. nugaris, ac stultior es quàm decet. Et κρονικώτερα, μωρότερα. & χρόνους nugas, ac deliramenta. Timotheus apud Athenæum lib. 3. Νῦν ὁ Ζεὺς βασιλεύει, τὸ πάλαι δ' ἦν Κρόνος ἄρχων. i. Iuuenis regnat Iupiter: olim autem principatum tenebat Saturnus. Aristophanes in Vespis,

Καὶ πῶς προλοφύσῃ φησὶν κἀπιδίξειν κρόνους
Τὸν νοῦν. id est,

Sese tragœdos, mente Saturnos ait
Mox editurum. idem in Nebulis,

Bonus κῶμος.

Καὶ πῶς ὦ μῶρ' οὐ κρονίων ὄζων ἐς βακχεῖλιος id est,

Et quomodo ofsulte, & Saturnalia olens, & iumentis

Dionysodorus in Euthydemo Platonis, Socratem Saturnum vocat, bardum ac stupidum sentiẽs. ὦτος, inquit, ὁ κρόνος. i. Adeò es Saturnus. Alluſit huc Lucianus in Timone, λημᾶς καὶ ἀμβλυωπεῖς ὡς τὰ γενόμενα. Cæcutis ac lippis ad ea quæ patrantur. Atque inibi paulò inferius, καὶ κατ' ὀλίγον κρόνον σε, ὦ Σάτορ ἀφανίζει λανθάνων, παραπέμπων τὰς τιμάς. id est, Et paulatim Saturnum te deorum præclarissime, reddunt, depellentes ab honore. Plutarchus ætate desipientes offendit vulgò κρονικοὺς appellatos fuisse, id est, Saturni more delirantes: videlicet propter anules fabulas, quę de hoc deo feruntur. Eas refert idem Plutarchus in commentario de facie apparenti in orbe lunę: Saturnum in insula quapiam fortunata, profundo in antro dormire, laxa complexum aurea. Cęterum hunc somnum illi accidere ex vinculis eum vinũ ante confectis à Ioue. Aues autem quæ in sepuli cacumine versantur, adferre illi ambrosiam, vniuersámque insulam tanta fragrantia cõpleri, è rupe, velut è fonte scatente: adesse dęmones qui Saturnum obleruent & inseruiant. Hos olim cum illo amicitia coniunctos fuisse, quum dius atque hominibus imperaret: multaque de futuris rerum euentibus ex se prędicere. Sed maxima maximisque de rebus sic efferunt, vt Saturni somnia videantur. Nam quicquid cogitarit Iupiter in animo, id somniare Saturnum. Huiusmodi quædam nugamenta de Saturno commemorantur in hoc quo dixi libello. Iam illud eruditi lectoris iudicio relinquo, nũquid ad hoc adagium pertineat quod Pythagorici συμβολικῶς mare Saturni lachrymam appellant, vt tellatur idem author, commentario de Isside & Osiride. Siquidem est aqua marina non tam tolsum & amara, sed crassior item & impurior reliquis.

Saturni lachryma.

Cucurbitas lippis. 76

Κολοκύντας λημᾶν, id est, Lippire cucurbitas. Ad superiorem adagij formam pertinet. Aristophanes in Nubibus,

Νῦν γέ τοι ὦδε καθορᾷς αὐτὰ, τί μὴ λημᾶς κολοκύντας.
id est,

At nunc ipsas plane cernis, nisi fors lippis colocynthis.

κολοκύντας Græci vocant quas nos cucurbitas. Verba sunt Socratis ostendentis nubes. hoc est, Nisi plane nihil vides, & tantas habes in oculis lemas, quantæ sunt cucurbitę.

Ollas lippire. 77

Χύτρους λημᾶν, Ollas lippire. Prouerbialis hyperbole, proximę simillima. Lucianus aduersus ineruditum, & multos coementem libros, χύτρους, inquit, λημῶντας, id est, Ollas lippientes. Lachrymas indicans ollis æquales. Hoc adagium vtrunque quoties ad animum refertur, fit elegantius & iucundius: veluti figuris hominem crassi iudicij, ac vehementer cæcutientis, & turpiter errantis, dicat lippire non lemis, sed ollis.

Odium agreste. 78

Rustici oderint implacabilius

Μῖσος ἀγρικὸν, id est, Odium agreste. Atrox odium veteres ne appellabant, propterea quòd rustici plerumque μνησικάκως sunt & acerbius atque implacabilius oderunt. Lucianus contra indoctum, Μῖσος δ' ἄχθος φησὶν, ἀλλ' ἔστιν ὅτε καὶ τῆς βδελυρίας. id est, Laborat autem agresti, sicuti dicitur, omnium odio propter insolentiam. Vnde & ciuilitatem appellamus morum comitatem, humanitatémque. Et apud Iurisconsultos ciuilis actio discernitur à criminali. Denique Græci quicquid barbarum, immane, aut crudele volunt intelligi, id ἄγριον vocant.

Ciuilitas. *ἄγριον.*

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. sic appellabant, propterea quòd rustici plerumque μνησικάκως sunt.) Quin à Luciano hîc ita vsurpatur ἄχθος, vt à Phocilide in ἄχθος ὀρῶν ab Homero in ἄχθος χθονός, ἄχθος ἀρούρης, neminem inficiaturum puto. At qua in significatione ἄχθος hic vsurpat Homerus? Nimirũ pro *Inimicus*, si grammaticis credimus: id est pro Ferus, translatione videlicet non à rusticis, id est iis qui agros incolunt, sed à feris bestiis sumpta. Quòd si quis fidem grammaticis derogat, at ipsi Homero adhibeat, qui inde sumi à se metaphoram apertè ostendit, quum ait,

Ὡς ὅτ' ἂρ' ὄφριν κῦμα κυλίσσεται, ὕπτιον ἄκρον
Πρηνέα θῆσι θέουσα, λέων δ' ὡς ἄχθος ἐδήει.

Lachis quid.

Hinc etiam manarunt illa, ἄχθιον κακὸν, ἄχθιον ἔχθος. vnde & Latini per vocem ferum interpretantur, non ad rusticorum videlicet mores, sed ad ferarum intractabile ingenium respici existimantes quibus & ἄχθια ἔφατα potest addi. Quinetiam à feris, non à rusticorum moribus, ductam esse verborum ἀχθεσθῆναι & ἀχθεσθῆναι metaphoram coniiat. Iam verò quin Lucianus, ii rusticum

Ferarum intractabile ingenium.

(id est rurale aut rusticum) quoddam odium significare voluisset, alio potius non ambiguo usus fuisset vocabulo, nimirum ἀγροῖκον, minimè dubium est ἄγριον enim, itidem vt apud Latinos agreste, nonnunquam pro rurali, nonnunquam pro ferò positum reperitur. quanquam in hac significatione sæpissimè, in illa autem perquàm raro. adeò vt agreste carmen, agrestem musam, id est, agrestium seu agricolarum aut etiam pastorum, ἄγριον μοῦσαν, ἄγριον αὐλὸν recte appellaturi simus. ἄγριον μῆλον & ἀγρίαν μῆλα vix recte. illa certè Iulius Pollux habet, hæc non item. à quo hoc quoque obtinendum est annotari, ἄγριον dici ὅταν ᾖ σκληρὸν, ἡμερον ὅταν ᾖ μαλακὸν. At verò de ἀγροικῳ quod hic Erasmus posuit, quid dicendum est? Videne acceperit, scire vellem. Nisi forte hæc ante oculos hanc scripturam potuit quod facilè induco: vt credendum sit vt ἄγριον ὠδὴν idem sonare quod ἀγροικον ὠδὴν. ita etiam ἀγροικὸν vel ἄγριον indifferenter scribi existimans fieri potest vt apud Lucianum siue ἄγριον μῦθον siue ἀγροικὸν legeretur, perinde esse putauerit. At ego nec pro ferò nec pro rustico, ἄγριον vsquam reperio, præterquam apud Theocritum & quidem metri lege coactum. Quod si ergo ἄγριον μῦθον scribatur apud Lucianum, Huic certè scripturæ contentanea fuerit expositio Erasmica: sed non tanti est eam tueri, vt hoc nomine scripturam illam mutare velim. Imò verò si in Luciani exemplaribus ἀγροικὸν μῦθον legeretur, ea lectio, nisi pecta mihi esset, & ad mutandam in ἄγριον tot exempla, quæ attuli, me solicitarent. Quibus plus ponderis apud nos habere non debet locus quidam Aristophanis in quo ἀγροικὸς ὄρχις inuenitur præsertim quum eius scholiastes duram esse hanc explicationem sentiens, vt ἀγροικὸς ὄρχις ponatur pro ἄγριος, aliam adferat.

V. *id est, Liberum*) quasi hic prouerbij symbolum esse non puto. etsi Erasmus non aliunde fortasse quàm ex hoc verbo, suspicatus eli quæ risile dicta esse ἄγριον μῆλον. Sic alibi verbum ἀγριαίνω & participium ἠγριωμένον symbola prouerbiorum esse falsò existimauit, vt suo loco ostendemus.

V. *Immane aut crudele volunt intelligi id ἄγριον vocant*) Hoc fateor me ad mores rusticorum in hac appellatione respicere nego. nec certè id Erasmus ipse erat dicturus, si ἥμερον ὦδὸν & πλεονάσαντα pro ἄγριον & πλεῖστον vsurpari recordatus fuisset. vt omittam inter syluestres homines potius quàm inter rusticos, Cyclopes reperiri.

Megarenses neque tertij, neque quarti. 79

Μεγαρεῖς οὔτε τεῖοι οὔτε τέταρτοι id est, Megarēses neque tertij neque quarti. Dicebatur olim in homines supra modum ignauos & contemptos, nulloque honore dignos. Natum adagium ex oraculo quodam. Id quidam, inter quos Stephanus Mneas & Ion, Æginenibus, alij Megarensibus redditū existimant. Narrat itaque Mneas, quum Æginenses in Achaia debellatlent Ætolos, ac decimam pentecostorum cepissent, (ea est nauis remigum quinquaginta) hanc Apollini Pythio victoriæ monimētum dedicarunt. Rogabántque Deum, quinam esset Græcorum præstantissimi, arbitrantes futurum vt ob eam victoriam ipsis prima laus ab Apolline tribueretur. Oraculum hunc ad modum respondit,

In ignauos, nullóque dignos honore.

Ἵππους μὲν Θεσσαλὸν λευκοχαίτειαν τε γυναῖκας
Ἀνδρας δ' οἳ πίνουσιν ὕδωρ ἁγνὸν Ἀρεθούσης.
Ἀλλ' ἔτι καὶ δὴ οἵδε μετ' ἀμφοτέροις, οὔτε μαχηταὶ
Τίρυνθ' ἠϋκτίμενον καὶ Ἀρκαδίης τελεμήλου
Ἀργεῖοι λειοθέστιος κυπρηγενέος τε γάλακτος.
Ὑμεῖς δ' Αἰγινῆται, οὔτε τρίτοι, οὔτε τέταρτοι,
Οὐδὲ δυωδέκατοι, οὔτ' ἐν λόγῳ οὔτ' ἐν ἀριθμῷ.

id est,

Thessala equa præstat reliquis, mulierque Lacæna:
Porrò viri potant qui pulchra fluenta Arethusæ.
Hos quoque prata ea, media gens incola tenet
Tirynthi, Arcadiæque bidentibus inclyta albis,
Argiui stimuli bellorum, armisque potentes.
At vos Ægini, neque tertius accipit ordo,
Nec quartus, neque bellimus, neque denique vestri
Vlla vsquam ratio est, nusquam numero aut loco fertur.

Qui scripsit commentariolus in Theocritum, refert hoc epigramma paulo diuersius, nimirum ad hunc modum,

Ἵππους μὲν πάσης τε πλατυχρόα κῶρος Ἄχαιης,
Ἵππους Φρικίης, Λευκοχαίτειαν τε γυναῖκας,

Ἀνδρας δ' οἳ πίνουσιν ὕδωρ ἁγνὸν Ἀρεθούσης.
Ἀλλ' ἔτι καὶ δὴ οἵδε μετ' ἀμφοτέροις, οὔτε μαχηταὶ
Τίρυνθ' ἠϋκτίμενον, καὶ Ἀρκαδίης τελεμήλου,
Ἀργεῖοι λειοθέστιος κυπρηγενέος τε γάλακτος.
Ὑμεῖς δ' ὦ Μεγαρῆες ἔτι τρίτοι, οὔτε τέταρτοι,
Οὔτε δυωδέκατοι, οὔτ' ἐν λόγῳ, οὔτ' ἐν ἀριθμῷ.

Callimachus item in epigrammatis ad Megarenses retulit prouerbium,

Τοὺς δ' ἄλλους ἀρίστους
Νομίσῃς, ὡς Μεγαρέων, κἀλόγῳ καὶ ἀριθμῷ.
Sed veluti Megarensibus accidit olim,
Nympha infelicis non locus, aut ratio.

Item Theocritus in Catellæ amore,

Ἄμμες δ' ἔστι μέλῳ τινὶ ἄξιοι, οὐδ' ἀριθμοί,
Δύσμορε Μεγαρῆες, ἀτασθαλίαν ὀνίμενοι. id est,
Nostri nec ratio est, numero neque ponitur vllo,
Extremæ sortis vtpote quondam Megarenses.

Nullo in numero esse.

Est & inter amantes ordo, quum hic primus est apud amicam ille secundus, alius tertius aut quartus. Quemadmodum & in testamentis est primus, secundus & tertius hæres. Effertur etiam hac forma prouerbium, Μεγαρέων ἄξιος μερίδος, id est, Megarensium parte, seu loco dignus. Huc spectat & Homericum illud Iliados C.

Inter amantes ordo.

Οὔτι μετ' ἐν πολέμῳ ἀριθμῷ, οὔτ' ἐν βουλῇ.
Nusquam in consilio, nusquam numeratur in armis.

Refertur ex Euripide,

Δόλοι γὰρ ἀνδρὸς ἐν τύχαισι κἀν μάχῃ
Λεσβιῶν, ὃν οὔτιν' ἔχει παρὸν ὄμμα. id est,
Fraudes siquidem viri in rebus & pugna
Numerum sed desiderant, licet sibi adsint maximæ.

Hanc figuram & Latini videntur exprimere, M. Tullius, Nemínem esse puto, qui modo in aliquo numero sit, hoc est, qui sit alicuius momenti, alicuius precij. Idem Philipp 3. Bombalio quidam pater, homo nullo numero, nihil illo contemptius. Plutarchus in Sympoliacis, Τῶν γὰρ μικρῶν πολιτῶν ἔνιοι Μεγαρέων οὐδὲν λόγῳ. id est, Atqui meorum ciuium, veluti Megarensium nulla ratio. Idem alias in eodem opere, Τῶν δὲ Δημοκρίτειον, ἔφη, σμικρὸν, οἷον Αἰγινῆται ἢ Μεγαρῆς ἀριθμὸν οὐκ ἔχει λόγῳ. id est, Atqui Democritarum, inquit, magnum, perinde vt Megarensium aut Æginensium, nullus numerus, neque respectus. Equidem arbitror & Aristophanem huc leuiter alludisse quum scribit in Acharnensibus,

Ἢν μὴ Μεγαρεῖς μήτ' ἐν γῇ μήτ' ἐν ἀγορᾷ,
Μήτ' ἐν θαλάττῃ, μήτ' ἐν ἠπείρῳ μένειν. id est,
Megarensium ne vis manere esset neque
In terra alibi, nec foro, nec in mari,
Neque continente.

Siquidem excludens Megarēses quatuor locis, nimirum ad illud respexit οὔτε πλοίῳ. Quanquam in verbis, opinor non abesse mendum, videlicet in μήτ' ἐν γῇ, nisi fortè quarto loco sibi permittit spondeum, quemadmodum permittit anapæstum. Mihi subolet hunc & M. Tullium allusisse, quum in Bruto suo sic loquitur, Duobus igitur summis Crasso & Antonio, L. Philippus proximè accedebat, sed longo interuallo, tamen proximus itaque eum, etsi nemo interecedebat, qui se illi anteferret, neque secundum tamen, neque tertium dixerim. Nec enim in quadrigis eum secundum numerauerim, aut tertium, qui vix e carceribus exierit quum palmam iam primus acceperit: nec in oratoribus, qui tantum abiit à primo, vix vt eodem curriculo esse videatur. Similis forma M. Tullius in Academicis lib. 2. dixit quintæ classis Democritum: Quis inquit, hunc philosophum non anteponat Cleanthi, Chrysippo, reliquisque inferioris ætatis, qui mihi cum illo comparati, quintæ classis videntur? Id est postremi ordinis. E diuerso primæ classis dicuntur, qui cæteris præferuntur. & nulla classe, qui prorsus contempti. Translatum à Classibus, in quas Seruius Tullius rex diuisit populum Romanum pro censu modo Florus epitome 49. dixit vltimæ sortis hominem vehementer obscurum. Andriscus, inquit, vltimæ sortis homo, Persei regis se filium ferens, &c. Item epitome 19. C. Glauciam dixit vltimę sortis hominem. Hoc fiet lepidius si transferatur ad animi res: veluti si dicas, vltimæ sortis ingenium aut orationem cum aliorum scriptis vix conferendam, extremæ classis orationem. Ad hanc pertinet formam, quum dicunt hominem primæ notæ, postremæ notæ. Et M. Tullius, salutem appellat de meliore nota salutationem accuratam. Ad personam accommodauit Catullus.

Quintę classis homo.

Prima classis homines.

Vltimæ sortis homo.

Primę notæ homo.

De meliore nota salutare.

Id transla-

Et quisquis de meliore nota.

Id translatum videtur à negotiatoribus, qui vino aut panno notam affigunt indicantem mercis pretium.

Lepus procarnibus. 80

Λαγὸς ὑπὲρ τῶν κρεῶν, id est, Lepus de carnibus: subaudi periclitatur. In eos dicitur, qui ob aliquam sui vilitatem in discrimen vocantur. Nam leporem non infectamur quòd mordeat, sed quòd pulpamentum habeat. Est enim animal & esculentum & timidum, atque inerme: vt natura, hominum escis leporem genuisse videatur. Rheginenses autem vulgo lepores dicti sunt vtpote pauidi ac formidolosi. Effertur etiam ad hunc modum adagium, ὁ λαγὸς ὑπὲρ τῶν κρεῶν ἁρίζει, id est, Lepus pro carnibus currit. De iis qui magno suo periculo, aut capitis etiam discrimine, atque ob id acriter decertant. Translata metaphora à venatu, in quo lepus quoniam intelligit sese ad necem peti, perniciissimo cursu fugit, adeò vt non rarò deficiat, medioque in cursu examinetur. Qua de re Plutarchus in commentario de terrestrium & marinorum animantium prudentia, narrat quiddam haudquaquam indignum quod hoc inseratur loco: Οἱ δὲ κύνες διώκοντες μὲν ἁπάντων, καὶ μὴ αἰσθανόμενοι, πόσον τὴν ἀφιππεύσιν ἔχει τὸ σῶμα μεγάλην περιβάλλουσι. διὸ δὴ καὶ παρὰ τοῖς ἀγῶσι τῶν ὁ λαγὸς, ὁ μέγιστον πολλάκις, ἐπὶ τὸ τέλος ἐκλείπων τοὺς διώκοντας εἰς τὴν ἁρμὸν ἐλαύνει, τοῦτον καταβάντες οὐκ ἀποστρέφουσι τὸ αὐχένος, ἀλλ' ἐπιστρέψαντες αὐτὸν ἀπὸ τῶν κρεῶν χάσκοντα, ἀφαιροῦσι· καὶ φιλονικίας ἀγωνίζονται, id est, Porro canes quum leporem insequuntur, siquidem occiderint ipsi, gaudent dilacerare, atque alacres sanguine sese contaminant, obliniuntque. quòd si lepus desperans de sese quemadmodum accidit sæpenumero, quicquid habet halitus, id omne quàm intentissimo cursu consumpserit atque ita defecerit, canes examinem repertum omnino non attingunt, verùm constituunt mouentes caudam, perinde quasi non carnium gratia decertarint, sed magis de victoria contenderint. Charon apud Aristophanem in Ranis:

Lepus, quale animal.

Δοῦλον μὲν οὖν
Εἰ μὴ τὸν ναυμαχοῦντα νῦν ὑπὲρ τῶν κρεῶν. id est,
Seruum haud vcho, nauale ni pugnet
Certamen, ac pro carnibus pugnauerit.

Adscribit hoc loco Aristophanis interpres, apud Arginusam seruos nó pro pecunia, aut alio quouis præmio, sed pro vita dimicare solere. Idem in Vespis,

πρῶτον δοῦναί νιν καρδίαν,
Καὶ τὸν ὑπὲρ τῶν κρεῶν δρόμον δραμεῖν. id est,
Effecero vt cor mordeat, cursúmque curras pro capite ac vita.

Idem in eadem fabula,

Ἢ λαγὸν ὑπὲρ κεφαλῆς δραμεῖν; id est,
Leporem cucurrisse, anne lampadem magis?

Plutarchus in Dialogo quem scribit aduersus Epicurũ, πρὸς μὲν οὖν τοῦτον γελάσας, εἰς τὸν γαστέρα τῶν ἀδρίαν ἐμβλέψας αὐτοῦ, καὶ τὸν ὑπὲρ τῶν κρεῶν ἐπίξον. id est, Pape, inquam ridens, in ventrem ipsum viris inimicum facturus videris; & ad cursum qui pro carnibus dicitur, adacturus. Significat autem cum Epicureos in summum discrimen adducturus, quòd aduersus voluptatis assertores proposuisset, nec iucundè viui posse secundum Epicurum. Suspicor alludi ad priscas historiasque referunt aliquoties bellum natum inter populos ob direptas è sacrificiis carnes. Ita Pindarus in Nemeis,

Ἵνα κρεῶν νιν ὑπὲρ μάχας ἔμαιμεν: id est,
Vbi pro carnibus pugnas gessit.

Carpathius leporem. 81

Ὁ Καρπάθιος ὁ λαγώς, id est, Carpathius leporem. Dicebatur in eos, qui sibi rem nouam accersebant. Hinc deductum adagium, quod quum in Carpathiorum insula lepores non essent, illi curarunt importandos alicunde. Verùm vbi eius animantis magna vis increuisset, vt est mira fœcunditas, fruges insulæ populari cœperunt. Refert & interpretatur parœmiam Iulius Pollux, quinto de rerum vocabulis libro. Addit nec in Ithacensium insula nasci lepores, nec in Sicilia fuisse priusquam Anaxilas Rheginensis eos importasset, vnde victor in Olympiacis, Rheginensium nomismati currũ inscalpsit & leporem. Refert item & interpretatur Aristoteles libro Rhetoricorum tertio.

In eos, qui sibi rem nouam arcessunt.

Γρύζειν. 82

Γρύζειν, prouerbio dicũt hiscere seu mutire. Sunt qui putent χρύζειν esse vocem suillam edere, deductam ἀπὸ τῆς χοιρου, de quo meminimus alibi. Vnde & Grylli nomen effictum apud Plutarchum, & Grunij Corocottæ porcelli, cuius meminit diuus Hieronymus. Aristophanes in Pluto,

Grillus.

Γρύζεις δ' ἢ βλαύσω σ' ὦ κατάρατε; id est,
Audebis & mutire, sceleratissime?

Idem in eadem fabula,

Ἀλλὰ θρύπτει μὰ Δί' οὐ γρύζει. id est,
Imò perrat, neque quid hiscat.

Similli figura Terentius dixit in Adelphis, quid grunnis? Et in Phormione, Quod illi ad aurem obgrunnas. Gemiré.

Nullum animal, Quod animal. 83

Prouerbialis videtur & illa figura, Nullum animal, & quod animal. Aristophanes in Pluto,

πονηρὰ γὰρ δῆτ' ἐστὶν ἡ γυνὴ δεῖ κακόν·
Οὐδὲν πάντως ζῷον ἀλλοῖον τυγχ. id est,
Impia namque est hæc mulier, quæ scilicet
Haud aliud vsquam est animal exitiosius.

Idem ἐν τοῖς Ἡφαίστοις,

Τοῦτο δ' ἐστὶ θηρίον τί ποτε; id est,
Fera at ipsa quæ, quæ nam bellua est?

M. Tullius ad Atticum, Terentij vestigium nullum agnoui, Menagenes certe periit. Fecit iter per possessionem, in qua animal reliquum nullum est. Nec abludit ab hac figura Plinianum illud, Regulus bipedum nequissimus.

Ne musca quidem. 84

Huic affinis est & illa prouerbialis hyperbole, Ne musca quidem: qua maximam hominum solitudinem significamus. Plautus in Truculento: Quas tu mulieres mihi narras, Vbi musca nulla fœmina est in ædibus? Hoc allusit Vibius Crispus orator delectationi natus, vt ait Fabius:

De solitudine maxima.

Cuius erant mores, quales fecundia,

Quemadmodum scripsit Iuuenalis, quum rogatus ecquis esset cum Cæsare in conclaui, respondit, Ne musca quidem intus esse. Ancipiti ioco Domitiani consuetudinem notans, cui mos erat quotidie sibi decretum horarium captare nec interim aliud fere agebat, nisi quòd muscas captas stylo configeret.

Communis Mercurius. 85

Κοινὸς ὁ ἑρμῆς, id est, Communis Mercurius. Lucianus in Vocis, Οὐκοῦν τὸ μεσηγορίζειν τοῦτο, κοινὸς ἑρμῆς, φασὶ, καὶ ἐς μέσον καταθεῖναι φασὶ τὰ πεῖσμα. id est, Itaque quod passim in ore est omnibus, communis, vt aiunt, Mercurius opésque in medium allatas depone. Plutarchus in libello, cui titulus, ὅτι μάλιστα πᾶσι κοινοὺς δεῖ τοὺς φιλοσόφους εἶναι λόγους, διὰ παιδιᾶς καὶ σπουδῆς λέγων· καὶ τοῦτο ἑρμοῦ ἐστὶ κέρδος καὶ ἐμπόλαιον καὶ ἐμμελὲς ἡμῖν φησίν. id est, Sed imperitia & inelegantia communem Mercurium, cauponatorem & quæstuosum factum esse. Quidam hinc natam paroemiam arbitrantur; quòd Mercurius, vt est furtorum author ac repertor, primus obtendit, quæ furto parta sint, ea in medium communiter oportere deponere. Alij malunt hoc referre, quòd Mercurius sit orationis author, perquam inter homines omne commercij genus conflat: vnde & medius inter superos atque inferos à poetis fingatur pariter superis deorum gratus & inimis, quòd sermo animi interpres, sumimos cum infimis, reges cum plebe conciliet. Extat super hac re fabella non illepida Aristidis in 2. lib. quem aduersus Platonem conscripsit in defensionem Rhetorices. Eam hoc magis libuit adscribere, quòd is author haudquaquà adhuc vulgò not⁹ est. Νικᾷ γὰρ αὐθρώπινα χαλκεύσαντα ἐν τῷ δήμῳ ζῆσαι, δεηθέντι πολὺς ὢν χρὸ τοῦ ζῆν καὶ θεραπεῦσαι. ὅτε γὰρ αὐτὸς οὐκ ἦν ὑπὸ χρόνου, οὐδὲ τὸν ὑδρίαν τὸ σῶμα ἦν, ἀλλ' οἱ μείζους καὶ ἰσχυροὶ ἦσαν. ὅτε τοῖς δεῖται ζῆσαι τοῦτον αὐτοῖς. πάντα γὰρ τοῦτον ἀπόλωλεν. ἀλλὰ ἀλλ. πρὸς ἐν τῷ πλοῦτον αἰσθάνεται. ἐπεὶ οὖν Ὅμηρος φησὶ τοὺς Πυθμένας ἐπαγαγεῖν ὑπὸ τῷ χαρακι, πρὸς τοὺς ἀπὸ τοῦτον σωθῆναι τὸν ἡμῶν ὁρίζειν, καὶ ἐκεῖ ἀν ποιεῖν ἐν τῷ λοιπὸν, ἐν τῷ καὶ ἄρτον, ἐν πολλῶν ἀλλων ὄντα. ὡς δὲ λαλοῦντα πρὸς ἐν μείνῃ τὸ καλαπόδιον τῷ σώματι, ἀλλ' ἐν τῷ πρὸς ἀλλήλους ἀναβρυνόμενα, οὐδεὶς αὐτῷ ὑπάρχων ἀλλ' ἀρκεῖ. φησὶ μὲν οὖν τὸ ἄρτιον ἐν ἡμῖν ἐν τῷ μικρὸν ὑπερβάλλοντα, καὶ τὸν ὁ Πρωταγόρας ἀεὶ τὸν ἐν φιλόσοφον, ἀνέχοντα πρὸς τὸν ἀλλοῦντα μὴ ὑπὸ τῷ ἀλλοῦντα πραγμάτων, οὐκ ἐν ἀνεῖσθαι ἐν πόνοις ἐλθεῖν, ἀλλ' αὐτὸς ἀφ' ἑαυτῶν. Ὁ δὲ Ζεὺς τὸν Πρωτεῖον ἀγαθὸν ἀλλὰ λέγει, ἐν ἡμᾶς καὶ ἑαυτὸν ἐλαφρὸν λογισμὸν τῷ φραστικῷ, πᾶν αὐτοὶ πάλιν ἔρημον ἀλλὰν ρητικὸν ἔχοντα ἐν δὲν τὸν ἀλλοῦντα. ὁ μὲν οὖν Πρωτεὺς

Mercurius, medius inter superos, & inferos.

Hominum rerum rudimentum.

Optimi virtute à potentioribus inferiores.

Vestitu carebant.

Rhetoricæ beneficio, homines se mutuo iuuare cœperunt.

Homo, omnium factus dominus.

id est, Posite canis qui te lacteret, catulosque luporum.

Prouerbium est, teste interprete, in eos qui lædunt ab iis de quibus bene meriti sint, aut in ingratos. Addit ille dictum Socratis, κακοῦ τοῦδε τρέφε λύκους, Malis facienes bene nutri lupos. Nam plerunque solet id vitio venire illis qui catulos luporum enutriunt. Extat super hac re non inelegans Epigramma, quanquam incerto authore, de oue lupi catulum alente suis vberibus:

Τὸν λύκον ἐδίδαξα μαζῶν τρόφιν, οὐ διὰ δίψης
Αἷμα τι δειλαίης σπάσμα θ' ἑοῦ στόμα.
Αὐξηθεὶς δ' ἐπ' ἐμοὶ κατ' ἐμοῦ πάλιν ἤσκησεν ἴσας.
Ἦ χαλεπὸν δήξας πίονα φῶτ' ὀδύνας.

id est,

Lacte lupum vberibus propriis, non sponte, sed horsum
Me demens adigit pastor vt ipsa cam.
In me rursus ea est fera postquam creuerit ex me.
Natura haud vnquam deserit esse suum.

In ingratos.

De canibus autem sumptum est ex Actæonis fabula, à suis ipsius canibus dilacerati. Nam & hoc indicant enarratores Theocriti: ex quibus facile liquet quodnam sit illud prouerbium antiquum cuius meminit M. Varro in libris De re rustica, tractans de canibus alendis. Diligenter, inquit, vt habeant cibaria prouidendum. Fames enim hos ad quærendum cibum ducit, si non dabitur: & à pecore abducet, si non præbebimus. Nisi vt quidam putant, & illuc peruenerint, vt prouerbium attollant antiquum, vel etiam vt aperiant de Actæone, atque in dominum adferant dentes. Idem in Phædone citante Nomio, Credo, inquit, plures dominos comedere seruos, quam canes. Quasi id Actæon occupasset, & ipse prius suos comedisset, &c. Hinc vsque Varronis relata. Cæterum legimus & leones & dracones, nutritos iuxta gratiam olim retulisse. Verùm nulla est fera tam ingrata, quæ sit cum hominibus ingratitudine conferenda.

Plures serui comedunt dominos, quàm canes.

E dolio hauris. 87

Ἐκ πίθου ἀντλεῖν. id est, E dolio haurire dicebatur olim qui abundabat rebus optatis. Est enim dolium vas vinarium ingens, vnde largiter haurire licet: neque facile sentitur detrimentum, videlicet in tanta copia. Theocritus ὁ ἐργατίνας,

Ἐκ πίθου ἀντλεῖς· δοῦν τοι ἐγὼ δ' ἐχω ἐχθέσι δῶρα. id est,
Dolia plena fluunt tibi, sed mihi vix fex acris est.

Vini copiosius suauius.

Scholiastes admonet prouerbium dici solitum de iis quibus adesset benigna rerum copia. Dictum est habere dolia, pauperes vappam bibant è lagœnis. Nam vini vis quo copiosior est, hoc suauior esse consueuit: vbi paulum est liquoris, celeriùs vapescit. Admonet & & Hesiodus, dimidiato dolio parcendum esse, quod sera sit in fundo parsimonia. Huc simillimum est quod subinde occurrit apud Chrysostomum, ἐκ πιθῶν, id est, è fontibus, quoties vberem paratámque rerum copiam significat. M. Tullius in Bruto, dixit eos è dolio potare, qui vinum adhuc feruens bibunt: quòd vinum expressum primum dolius excipitur: vbi defæcatum est aliquantulum, conditur in vasa. Ipsius verba præstat adscribere: Vt si quis, inquit, phalerno vino delectetur, sed eo nec ita nouo, vt proximis consulibus natum velit: nec rursus ita vetere vt Opimium aut Anicium consulem quærat. Atqui ex notæ sunt optimæ, Credo, sed minima vetustas non habet eam quam quærimus suauitatem, nec est iam sane tolerabilis. Num igitur qui hoc sentiat, si is potare velit, de dolio sibi hauriendum putet? Minimè, sed quandam sequatur ætatem. Sic ego istis consuerim, & nouam quasi de musto & lacu feruidam orationem fugiendam: nec illam præclaram Thucydidis nimis veterem tanquam Anicianam notam persequendam. Hactenus M. Tullius. Nec arbitror alienum ab hac forma quod Athenæus lib. 11. ex Hipponacte citat, ἐκ μύλης πίνειν, id est è mulctro bibere. Scazontes Hipponactei sic habent,

Ex fontibus haurire.

E mulctro bibere.

Ἐκ πηλίδος πίνοντες, ὑφ' ἧς λέπας αἰνῶς
Κάλλει τοῦ χρωτὸς, καταφὲς. id est,
Mulctro bibentes nam calix eis decus,
Quippe hanc mulier forte fregerat lapsus.

Vnà cum ipso canistro. 88

Αὐτῷ κανῷ, id est, Vnà cum ipso canistro. Quadrat in eos qui rem intemperanter profundunt, deuorántque & obligurinat. Mos enim erat antiquis, vt testatur Didymus, vt cœnæ canistris inferrentur. Citatur apud Zenodotum Plato,

Ἀνήρπακας αὐτῷ κανῷ.

Ipsa

ipsò cœnitro cuncta requisti simul.

Prius locusta bouem pariet. 89

Prius locusta bouem pariet, πρὶν ἢ ἐλθεῖν. M. Varro de lingua latina libro 3 refert ex Ennio versum hunc,

At ne prius pariet locusta lucam.

Luca bous, elephantus. Nam lucas antiqui boues appellabant ob magnitudinem.

Per tenebras quæ apud Quercum. 90

Τὸ κατὰ δρῦν σκότος, id est, Per tenebras quæ apud Quercum. de ingenti ac fatali calamitate dicebatur. *Historia Prienensium à Samiis occisorũ.* Zenodotus Aristotelem eiusmodi authorem, in politia Samiorum, Prienensium plurimos a Milesiis occisos fuisse iuxta locum cui nomen Quercus. Vnde receptum, vt Prienensium mulieres, eius calamitatis memores per tenebras, quæ circa Quercum essent, iurarent. Huius historiæ simul & adagij meminit & Plutarchus in Problematis, ad hanc ferme sententiam. Quum bellum esset inter Prienenses & Samios, initio mediocribus dãnis inuicem sese afficiebant: deinde iusto prælio commisso, mille Samij a Prienensibus occisi sunt. Septimo pòst anno congressi cum Milesiis, primos quosque ciuium, ac nobilissimos simul vno prælio amiserunt. Quo tempore Bias ille sapiens Samum à Prienensibus orator missus, egregiam laudem adeptus est. Post eam itaque calamitatem atrocem ac miserandam, Prienensium fœminæ per tenebras quę circa Quercum erant, obtestari ac deierare cœperunt, quod liberos, parentes, maritos, charissima quæque pignora eo loco perdidissent.

Concupiuit assam farinam. 91

In eos qui sua sorte non contenti, lautiora quærunt. Ἥρπασεν ὀπτὸν ἄλφιτον, id est, Concupiuit assam farinam. In eum dicebatur qui domesticam tenuitatem pertæsus, apud alios lautiorem vitam quæsisset. Dictum est autem in Platonem, qui relictis Athenis, ter in Siciliam ad Dionysium nauigauit, quo fortunam suam redderet lautiorem, quemadmodum interpretantur cmnes. Nam hanc profectionem probro illi datam fuisse testatur etiam Aristides in oratione qua tuetur oratores quatuor aduersus Platonis calumniam. Diogenes authore Laertio, quum animaduertisset Platonem in opiparo quodam conuiuio, à reliquis temperantem cibis, & oleis duntaxat vtentem, taxauit hominis ambitiosam abstinentiam: Τί ὁ σοφὸς ἐν Σικελίαν πλέων τὴν πραιζὸν τῶν ὄψων, τὴν ἐλαιομείαν οὐ λαμβάνει; id est, quid homo sapiens, cum ob huiusmodi mensas in Siciliam nauigaris, nunc appositis non frueris? Ad quod ita Platonem respondisse narrat: Νὴ τοὺς θεοὺς Διόγενες καλῶς τὸ ἰτυλαῖον ἔχεις ἐλαίας ἐν τῷ πλοίῳ ἔγκομμι. id est, Per deos Diogenes & illic plerumque oleis, atque id genus cibis vtebar. Ad quod rursum Diogenes, Τί οὖν οὐδὲ τοὺν τὸν εἰς Συρακούσας; ἢ πάντα ἄπλυτα ἐν ὄψοις ἔφησε ἐλαίας, id est, Quorsum igitur attinebat Syracusas nauigare? Num id temporis Attica non ferebat oleas? Theocritus in Cyclicis:

Ἥρπασε μὲν τὸν ὀπτὸν ἀμὸν ἄλφιτον, ὀπτὸν ἄλφιτον. id est,

Nam puto & hic assę correptus amore farinæ.

Assa farina, quid. Porrò farinam assam, nouam & lautiorem victus rationem vocat, propterea quòd priscos illos pulte duntaxat victitasse legimus, videlicet cibano coquendi panis vsu nondum reperto. Vnde & Annus ille Ægyptius qui primus panarium cibanum excogitauit, in prouerbij locum abiit, tanquam qui rem nouam esset commentus, quemadmodum alibi retulimus. De deliciis coquendi panis, multa recensęt Plinius lib. 18. cap. 11.

Battologia, Laconismus. 92

Βαττολογία, Græcis multiloquium vocatur, à Batto quopiam inepto poeta, qui hymnos quosdam con scripsit prolixos, in quibus eadem crebrius iterabantur. Hinc vox etiam conficta, βαττολογεῖν, quæ quidem adeo vulgo fuit vsurpata, vt ea Matthęus Apostolus sit vsus. Sic enim apud hunc loquitur Christus, προσευχόμενοι δὲ μὴ βαττολογήσητε ὥσπερ οἱ ἐθνικοί. id est, Orantes autem ne battologisetis, more Gentilium. E diuerso Λακωνισμὸς, id est, Laconismus, in breuiloquentiæ significationem abiit: quo modo vsurpatur aliquoties apud M. Tullium in epistolis.

Batti silphium. 93

Βάττου σίλφιον, id est, Batti silphium; Græci nouum & rarum quempiam honorem prouerbio vocant. Aristophanes in Pluto, *De raro honore.*

Οὐδ' ἂν ἀνάδοιτ' οὐδὲν μοι
Τὸν Πλοῦτον αὖθ', ἢ τὸ Βάττου σίλφιον. id est,
Nec si mihi concesseris
Ipsumque Plutum, ipsumque Battī silphium.

Negat se sycophanta quæsturum, etiamsi præmiũ quantumuis magnum detur. Idem in Equitibus,

Τὸν καλὸν οἶδ' ἀνεῦρες
Τὸ μὴ φίλτατ' ἄξιον γοῦν ὄντα μάτην. id est,
Nullum scio te inuenisse
Qui dignus hoc tam silphio est notus quidem est mihi ille.

Interpres diuersam originem adagionis adscribit. Battus a Thera iuxta Cretam insula profectus, oraculo monitus Apollinis, vel (vt alij tradunt, domestica pulsus seditione, Cyrenen condidit. Cui quum Atti beneficij memores summum honorem habere studerent, donarunt illi silphium herbam apud illos omnium pulcherrimam, simúlque nomisma ferentes, in cuius altera parte, regis facies erat insculpta, altera silphium quo fuerat a ciuitate donatus. Cuius rei meminit & Aristoteles in Republica Cyrenæorum. Sed fusius narrat Herodotus in Melpomene, addens, apud Libyas regem Battum appellari, & hoc nomine compellatum ab oraculo, significante fore regem. Sunt qui dicunt imaginem fuisse datam. sunt rursum qui nummum, in quo ciuitas erat expressa, regi silphium deferens. Porrò silphium inter herbas primam gloriam obtinet, cuius & folia, & fructus, & caulis, & succus pretiosissimus fit. Vnde Ampeliotæ (ea gens quædam est Africæ, Delphis silphij caulem consecratum suspenderunt, vt author est Alexandrides. Hæc ferme adfert in Plutum: nec diffidendum quæ Suidas memorat. At item in equites scribit, silphium fruticem esse inamœni odoris: rursus iuxta alios amœni, & ad medicamenta vtilem. cuius vsum primus inuenisse creditur Aristæus Apollinis & Cyrenę filius, qui & mellis inuenisse traditur. Illud quid sibi velit, nescio: Aristophanis interpres ait, in altera nomismatis parte insculptam βασιλέως, id est, regnum, seu regiam, si transferas tonum: pro eo Zenodotus legit Ammonem. sic enim habet, ἐν τῷ νομίσματι Θ, ὅτι μὲ βασιλέως Ἄμμωνα, ἐπὶ δ' ἑτέρου τὸ φυτὸν τὸ σίλφιον. id est, Nomismatis altera parte Ammonem, in altera silphium expressum. Ammonem, vt arbitror, sentiens Iouem regnorum largitorem, si quidem Homero credimus. Huius Batti meminit & Pindarus in Pythiis: Χρῆσεν εἰσοικῆσαι Βάττον καρποφόρῳ Λιβύᾳ. id est, Respondit habitatori Batto frugiferę Africæ. Eruditi quidam putant silphium laserpitij genus esse.

Ne malorum memineris. 94

Μὴ μεμνησικάκει, id est, Ne malorum memoriam refices. *Thrasybuli lex.* Thrasybulus, vbi ciuitatem Atheniensium triginta tyrannorum sæuitia liberasset, plebiscitum interposuit, nequa præteritarum rerum mentio fieret. Quam malorum oblitionem Athenienses ἀμνηστίαν vocant. author Valerius Maximus libro quarto Rerum memorabilium, titulo de animi moderatione. Meminit & M. Tullius in prima Philippica, his quidem verbis, In quo templo quantum in me fuit, ieci fundamenta pacis, Atheniensiumque reuocaui vetus exemplum. Græcum etiam verbum vsurpauit, quod tum in sedandis discordiis vsurpauerat ciuitas illa, atque omnem memoriam discordiarum, oblitione sempiterna delendam censuit. Aristophanes in Pluto,

Μὴ μεμνησικάκει σὺ τοὺς φυλέτας ἔτι. id est,
Mala ne acta reflices, Phyla si tapta sit tibi.

Interpres inter alia tale quoddam commentum adscribit. *Thrasybulus, ob triginta tyrannos sustulit.* Thrasybulus occupato loco quodam cui nomen Phyla triginta tyrannos sustulit: pòst vbi arrogantius quiddam dixisset, aut dixisse μὴ μνησικάκειν, id est, Ne malorum memoriam reuoces. idque dictum in prouerbiũ abiisse. Probus Æmilius refert, post exactos tyrannos Thrasybulum hanc tulisse legem, nequis de præteritis actis accusaretur aut mulctaretur. ea lex dicta est oblitionis. Idem socios volentes contra legem sęuire in eos cum quibus reditum erat in gratiam, publice cohibuit, & legem latam confirmauit. Huic pro tantis meritis præmij loco data est corona ex duabus virgulis oleagnis, & hoc ciuili honore vir prudens contentus fuit. Admonet adagium, non esse reficiendam commemorationem præteritorum malorum memoriam. *Memoria malorum amittenda non renouanda.* Sunt autem apud Aristophanem verba Mercurij ad Carionem seruum. Plato libro De legibus 4 τὸν γὰρ μετ-

σπουδῆς βελτίω γ' ἐγὼ. Id est, Dicam certè, non autem quòd velim præteritorum malorum memoriam vobis refricare. Sumptum videtur ex Homero, apud quem aliquoties hic versus, nempe Iliados ζ. ι.

Ἀλλ' ἤτοι μὲν ταῦτα μελήσεται ἔμπεδα εἶναι. id est,
Verùm hæc acta quidem, manifestè erunt ut spondeo.

Hunc tanquam prouerbialem subinde usurpat Tullius ad Atticum lib. 6. Eodem spectat & illud eiusdem Odysseæ θ.

—ἤτοι γὰρ ἀνὴρ τό γε βάξεται,
Δαυὸν ἄφαρ πρὸ φίλων αἰπήμονα ἔμμεναι ἄλλῃ. id est,
—si dictum est verbum durius illum,
Id procul abripiant venti per inane procellæ.

Plutarchus περὶ τῆς φιλαυτίας, δεῖ τὴν αἰσχρὰν πρᾶξιν ἡμέραν ἐκείνην τιθέναι. id est, Oportet eum diem obliuioni tradere. Erit hic vsus prouerbij, si iuxta vulpinum illud consilium, admonebimus aliquem ne præteritorum malorum memoria semet affligat: quandoquidem quod factum est, infectum fieri non potest. Lucianus in Cæsare, Ἐς δὲ τὴν αὔριον ἐμβλέπειν τὸ μὲν σῶφρον ἡγοῦμαι τὴν ἐπιοῦσαν τοῦ παρόντος κρείττω τοῖς πράγμασιν ἐλπίζειν· τὸ δὲ ἐκείνην ὑπερβαίνειν τὴν ἡμέραν, ἐν ᾗ τὰ αἰσχρὰ πεπράγαμεν. id est, Cæterùm in posterum diem reponere odium & malorum meminisse, ac pridianam quādam memoriam resciuare, apage, neque diis dignum neque alioqui regale.

Mentam belli tempore neque serito, neque edito. 95

Μίνθην ἐν πολέμῳ μήτ' ἐσθίειν μήτε φυτεύειν. id est,
Mentam nec comedas, nec plantes tempore belli.

Aristoteles problematum sectione vigesima, statim initio refert hoc adagium, causam vestigãs vnde dictum hoc in ora vulgi peruenerit. Arbitratur autem esse causam, quòd menta corpori frigus adducat: eius rei argumentum esse, quòd semen genitale minuat: frigus autem aduersari torpori, dein atque audaciæ: sicut ostendit sectionis decimæquartæ vltimo problemate, quum ait eos, qui natura sunt frigida, formidolosiores esse: contrà, qui calida, audaces. Potest & in eum sensum deflecti paræmia, vt admoneat nequid alieno tempore fiat quod officiat, quemadmodum menta bellum inutilis est inutilis.

Menta vires.

Nequid fiat alieno tempore.

Ad coruos. 96

Βάλλ' εἰς κόρακας, id est, abi ad coruos, perinde valet quasi dicas, abi in malam rem, atque in exitium. Aristophanes ὀρνιθίοις,

Βάλλ' εἰς κόρακας τὸν δ' ὀπίσω τὸν βίβλον; id est,
Apage ad coruos, quis & qui pegmen ostium?

Rursum in Pluto:

Οὐκ εἰς κόρακας; id est,
Annon ad coruos?

Iterum in eadem fabula:

Κίβδηλε κόρακας δεῦρο φέρ' ἴωμεν. id est,
Ocyus hinc ad coruos abeas.

Reperitur apud hunc poetam & aliis plerisque locis. Plutarchus in commentario quem scripsit aduersus Herodotum, taxat eum quòd Hagoram ad Cares, velut ad coruos relegarit. id est, quod eum Carem fecerit. Elegantèr dictum est à Diogene Cynico, Κρεῖττόν ἐστι κόρακας ἀναδῦναι ἢ κόλακας. id est, Satius est ad coruos deuenire, quàm ad adulatores, quòd hi & vivos & bonos etiam viros deuorarent. Zenodotus scribit, in Thessalia locum esse quendam, cui nomen inditum Coruus, in quem nocentes præcipites dabantur: atque huius adagij Menandrum etiam meminisse. Quosdam autem originem adagionis ad huiusmodi quandam historiam referre: Bœotios quondam Arnam incolentibus oraculo prædictum est, futurum vt è finibus expellerentur, simulatque corui albi apparuissent. Euenit deinde vt adolescentes aliquot per lasciuiam ac temulentiam coruos, quos ceperant, gypso oblitos, ritum emitterent. Quos vbi vidissent volantes Bœotij, recordantes oraculum, arbitrabantur adesse tempus quo forent suis è sedibus eiiciendi: in mopere perturbati sunt. Cæterùm adolescentes territi & ipsi tumultu profugerunt, ac locum quendam sibi mercati sunt, cui nomen κόραικον, id est, coruorum. Contigit aliquanto pòst vt Æoles, eiectis Bœotiis, Arnam occuparet, apud quos hic deinde mos receptus, vt maleficos relegarent in eum locum cui nomen erat Corui. Aristophanis interpres paulò diuersius hanc recenset historiam, nempe Bœotios aliquando à Thracibus subuersis ac profligatis, respondisse deum, vt ibi sedem figerent vbi coruos albos conspexissent, conspexisse autem in Thessalia iuxta sinum Pagæticum circunuolantes coruos quosdam soli sacros, quos pueri per lusum gypsatos dimiserant. Bœotij verò ratum perfectum oraculi symbolum, sibi sedem constituerunt. Sunt qui paræmiam ad coruorum volatum referant, quòd in desertis ferè locis volitare consueuerint: vt prouerbium conueniat cum illo, In extremas solitudines publicitus deportandum. Euripides in Hecuba,

Coruus locus quis.

Corui albi.

Coruorum volatus.

—οἴχεσθ' ἔστ' ἐπὶ τέρμα
Νάσων ἐρήμων ἁμὸν ὀβριμῦ τέκος) id est,
—hos hunccè solitarias
Quantum potest aliquo amittetis in insulas?

Stratonicus citharœdus, apud Athenæum lib. 8. detorquet in cantorem quendam, is quum ei nescio quis molestus esset, ἄφες, inquit, τὸν κίρκον, deprauata per iocum voce ἄφες pro βάλλε.

Mitte in aquam. 97

Βάλλ' εἰς ὕδωρ, id est, Mitte in aquam, hoc est, auser è medio. Dicitur vel in hominem, vel in rem exitio dignam. Tractum à supplicio quorundam, qui in profluentem aut mare præcipitabantur. Quæ pœna, peculiaris erat parricidis apud Romanos. Vnde philosophus in Timone iubet aurum abuci in mare, quod aliquando fecisse legitur Crates ille Thebanus. Horatius 1. Carm. Od. 24.

Parricidarū pœna.

Vel nos in mare proximum
Gemmas & lapidem auium & inutile,
Summis materiam mali
Mittamus, scelerum si bene pœnitet.

Mihi non absurdum videtur hi referatur ad aquam clepsydrarum dispensandam: vt intelligas in ius eamus, dum: & ad prouerbium quod alio diximus loco, ἐφ' ὕδωρ ὁ πονηρός, id est, sub aquam malus. Effertur adagium etiam hoc pacto, βάλλ' εἰς ἀνήλιον, id est, abi in perniciem.

Abi in exitium.

In Beatam. 98

Βάλλ' εἰς μακαρίαν, id est, Auser te in Beatam. Quibusdam placet dictum κατ' ἀντίφρασιν, pro eo quod est, in rem malam. Fingunt enim, apud inferos locum esse quendam cui nomen Μακαρία. Aristopha in Equitib. μακαρία

Ἄπιθ' εἰς Μακαρίας ἀπιθόδυν. id est,
Auser te hinc procul in Macariam.

Ad consimilem fermè modum Athenæus Dipnosophistarum libro primo, εἰς Μακαρίαν λίμνην, id est, In Beatam paludem. Deuouet enim balneum vnde male fuerat affectus. Plato in Hippia maiore, βάλλ' εἰς Μακαρίαν ἢ ἄνεμον. id est, Auser in Beatam hominem. Alij fabulam huiusmodi allegant. narrant Macariam Herculis hanc fuisse, de qua prædictum erat oraculo, vt se vltro morti obiceret. Sic enim Athenas fore liberas ab incursione Eurysthei, siquis Heraclidarum se sponte offerret ad necem. Itaque, Hercule defuncto, quum Eurystheus illius liberos persectaretur, atque illi in misericordiæ aram confugissent, Athenienses recusantes eos in hostium manus tradere, cum Eurystheo bellum susceperūt. Porrò edito oraculo, futurum vt Athenienses ab Eurysthei incursatione liberarētur, siquis è liberis Herculis semet inferis deuoueret, Macaria sese spontaneæ morti obtulit. Quo facto, congressi cum hostibus Athenienses, victoriam reportarunt, cùm alius quamplurimis interfectis, tum Eurystheo ipso, ab Hyllo, siue Iolao Herculis filio, perempto: cuius caput amputatum ad Alcmenam detulit. illa defuncti oculos effodit. Cæterum Athenienses Macariæ tumulum floribus & coronis decorantes, dicebant, Βάλλ' εἰς Μακαρίαν, id est, Mitte in Macariam. Hi igitur ortum adagium. Primum de his ferebatur qui sese per virtutem in periculum sponte demitterēt deinde de quouis piaculo dici cœptum. Pausanias refert, Macariam esse paludem in Marathone, in qua magna vis Persarum perierit, ignoratione viarum in ipsam prolapsa, qua ex re natum videri potest prouerbium. Huc alluſit Stratonicus citharœdus apud Athenæum libro octauo: qui iratus discipulo Macedoni quòd nihil rectè faceret, εἰς Μακεδονίαν, inquit: ex Macaria faciens Macedoniam: simul alludens ad illud prouerbium, Dema non nic Milesia.

Macariæ filius.

Alabanda fortunatissima. 99

Ἀλάβανδα Καρῶν εὐτυχεστάτη, id est, Alabanda Carum fortu-

fortunatissima. Stephanus in commentario de vrbibus, tradit, Alabandam Cariæ ciuitatem esse conditam à Care, à cuius filio nomen sortita sit: Siquidem is postquam in equestri prælio strenue nauasset operam, Alabandus est dictus. Cares enim sua lingua, Ala vocant equum, Banda victoriam: eáque vocem aut Romanis etiam in vsu fuisse, vt bãdam victoriam dicerent. Equidem opinor hinc Germanis durare vocem eam, qua præpotentem & antiquæ nobilitatis principem, Banderum vocant, vt qui victor olim hoc honoris virtute bellica sibi peperisset. Addit ex Philoxeni in Odysseam Homeri commẽtariis, solœcismi genus esse quod Alabandiacum vocetur: veluti si quis ἀὶ pro οἱ ponat, aut apud nos non pro ne, aut quod pro vt quandoquidem Homerus quoque Caras βαζαφώνους appellat. Iuuenalis in tertia Satyra, Alabandam recenset inter vrbes barbaricis deliciis ac luxu perditas,

Hic alta Sicyone, aſt hic Amydone relicta:
Hic Andro, ille Samo, hic Trallibus, aut Alabandis.

Stephanus admonet, olim Alabandam inter Cariæ ciuitates opulentissimam ac florentissimam fuisse: vt prouerbio quoque locum fecerit quod modo retulimus. Quadrabit igitur vbi volemus intelligi fortunam amplam, & vitæ genus voluptarium, quanquam à literis & virtutis studio alienum. Veluti si dicat aulicus aut negociator quispiam, Alij se in literis macerent, alij cum paupertate philosophentur, ἀλλὰ Βάνδα καλῶν ὑπάρχομαι. Itaque conuenire fuerit illi quod alio dictum est loco, Εὐδαίμων ὁ Κόρινθος, id est, Felix Corinthus. Poterit & per irrisionem vsurpari: veluti si iocaris in quempiam parum egregium, qui tamen in gente vehementer barbara crassaque præcellere videatur, ἀλλὰ Βάνδα καλῶν, &c.

Alabandica, solœcismi genus.

Felix Corinthus.

Rubo arefacto præfractior.

Ἀγριώτερος βάτου αὖος, id est, Rigidissimus rubus aridus. Aut ἀγριώτερος βάτου αὔου, id est, Rigidior arido rubo. Prouerbialis est comparatio in difficilem atque inexorabilem, ac præfractum, & suorum (vt vulgo vocant) morum hominem. Quod genus homines Græci vocant αὐθ' ἑαύτων, id est, Suo quodam instituto viuentes, expertéque se vsus communis. Refertur adagium à Suida simul & à Zenedoto, Ductum admonet à rubo, qui simulatque exaruit, rumpi potest, inflecti nequaquam. Vnde & in senes accommodatius dicetur, ætatis vitio difficiliores.

In difficiles, & inexorabiles.

CHILIADIS SECVNDAE CENTVRIA SECVNDA.

A Χνιμάν συντόλαν, id est, Tristis scytale. De re tristi seriáque dicebatur, aut de nuncio qui dolorem adferret. Meminit huius Aristophanes in Lysistrata. Refertur à Diogeniano. Quin Aristophanes grãmaticus librum conscripsit περὶ τῆς συντόλας ἀχνυμένης, citatúrque ab Athenæo libro Diphnolophistarum tertio. Plutarchus in conuiuio septem sapientum, Τίνων αἰσθόμενος ὀλίγον ὕδωρ ἂν τις ἄλλο τὸ ἀχνυμένην συντόλην φήσειεν. id est, Æthiopis mandatum istud, quid aliud appelles quàm scytalem tristem? M. Tullius ad Atticum. Habes scytalam Laconicam. Quod quidem videtur non absurdè vel ad epistolam perbreuem, vel ad obscuram & arcanis de rebus conscriptam, vel ad solicitam ac tristia nunciantem ac mandantem accommodari posse. Quid sit autem scytale Laconica, docet Aulus Gellius Noctium Atticarum libro decimo septimo cap. 9. Sed ipsius verba præstiterit adscribere. Lacedæmonij autem (inquit) veteres, quum dissimulare & occultare literas publicè ad imperatores suos missas volebant, ne si ab hostibus exceptæ forent, consilia sua noscerentur, epistolas id genus factas mittebãt. Surculi duo erant teretes, oblongi, pari crassamento, eiusdémque longitudinis, derasi, atque ornati consimiliter, vnus imperatori in bellum proficiscenti dabatur: alterum domi magistratus, cum iure atque cum signo habebant. Quando vsus venerat literarum secretiorum, circum eum surculum lorum modicæ tenuitatis, longum autem quantum rei satis erat, conplicabant, volumine rotundo ac simplici, ita vt oræ adiunctæ vndique & cohærentes lori quod plicabatur coirent. Literas deinde in eo loro per transuersas iuncturarum oras, versibus ab imo ad summum proficiscentibus, inscribebant. Id lorum literis ita perscriptis reuolutum ex surculo, imperatori commenti illius conscio mittebant. Reuolutio autem lori literas truncas atque mutilas reddebat, membráque eorum & apices in parteis diuersissimas spargebat. Propterea si id lorum in manibus hostium inciderat, nihil quicquam coniectari ex eo loro quibat. sed vbi ille ad quem erat missum acceperat, turculo compari, quem habebat, capto, ad fidem perinde vt deberet fieri sciebat: circumplicabat, atque literæ per ambitum eundem surculi coalescentes, rursum coibant, integrámque & incorruptam epistolam & facilem legi præstabant. Hoc genus epistolæ Lacedæmonij συντόλιον, id est loricatum surculum, appellant. Hactenus A. Gellius. Meminit huiusce rei Plutarchus in Lysandro: cui Pharnabazus rex supposititia scytala imposuit. Suidas eadẽ ferme refert quæ Gellius de scytala. Strabo Geographiæ lib. 1. hyperbolè hanc quoque cõmemorat, Ager angustior est quàm scytala Laconica.

Lucet ex Gellio, de scytale Laconica.

Hirundinum musea. 2

Χελιδόνων μυσεῖα, id est, Hirundinum musea. Aristophanes in Ranis,

Ἐπιφυλλίδες ταῦτ' ἐστὶν ἃς γωμῳδοῦμεν,
Χελιδόνων μυσεῖα, λυσιτελῆ τίχνης.

Interpres admonet, prouerbium esse in impendio loquaces, & obstreperos. Hirũdines enim inepto garritu plus tædij auditoribus adferre, quàm voluptatis. Est enim hæc auis minimè canora, sed molesto quodam stridore. Vnde apud Pythagoricos loquacitatis symbolum esse meruit, quú vetant ne quis hirundinem sub eodem habeat tecto. Apte dicetur in poetas inductos, oratores loquaces magis quam eloquentes, aut in cœtum hominum inepte loquacium.

In garrulos.

Luscinia nugis insidentes. 3

Ἀηδόνες λίχαις ἱζάνουσαι, id est, Luscinia nugis insidentes. Proximũ illud ad imperitos & tamen garrulos, cõuenit hoc ad eruditos, qui tamẽ immodicè suo studio delectẽtur. Quod genus sũt poetę posthumũ. Plautus in Bacchid. ad puellã trattulit, Metuo inquit, ne luscinioli defuerint cãtio. Quanquã in Græco prouerbio iocosa deprauatio videtur inesse, vt pro λίχμαις dictũ sit λίχαις. Sumptũ est autẽ ab incredibili canẽdi tum studio, tũ arteque huic auiculę tributur. Siquidẽ (vt narrat Plinius lib. 10. cap. 29) diebus ac noctibus quindecim continuis citra intermissionẽ cant deinante te frondiũ germine. Multus nominibus admiratione digna auis. Primũ tanta vox in tam paruo corpusculo, tã pertinax spiritus: deinde in vna, perfecta musicę scientia. Modulatus editur sonus: & nunc continuo spiritu trahitur, in longũ nunc variatur inflexo, nunc distinguitur concisо, copulatur in torto, promittitur, reuocatur, infuscatur ex inopinato, interdum & secum ipsa murmurat. plenus, grauis, acutus, creber, extentus, vbi visum est, vibratus, summus, medius, imus. Breuiter, omnia tam paruulis in faucibus, quæ tot exquisitis tibiarum tormentis ars hominum excogitauit. Ac nequis dubitet artis esse, plures singulis sunt cantus, & non idem omnibus, sed suus cuique. Certant inter se, palamque animosa contentio est. Victa morte finit sæpe vitam, spiritu prius deficiente quàm cantu. Meditantur aliæ iuniores, versúsque quos imitentur accipiunt. Audit discipula intentione magna, & reddit: vicibusque retinent. Intelligitur emendatæ correctio, & in docẽte quædã reprehensio. Hæc & alia nõnulla de lusciniarũ cantu refert Plinius quo diximus loco.

De cantu luscinię.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. Ἀηδόνες) λίχας interpretari hic nugas, est meras nugas agere. nec nunus nugatorium fuit antea, col. 201. apud Hesiodum σμικρὰ λίχνα, tepidas nugas vertere, quũ hic λίχνα significet domũ publicam in qua mendici confabulantur: illic autem λίχαι cathedras vel loca in quibus congregati quilibet garrire, aut ea in quibus philosophari solebant. Vnde & λίχνοι χαθ' ὁδοὺς ἀλλότριοι καλούμενοι καὶ φιλοσοφίστριαι. hic autem ἀηδόνες ἐπὶ λίχαις ἱζάνουσαι, de consessu hominum eloquentium dici videtur. Sed plura in nostro linguæ Græcæ Thesauro.

Asinus portans mysteria.

Ὄνος ἄγων μυστήρια, id est, Asinus portans mysteria. In eum dicebatur qui præter dignitatem in munere quopiam versabatur. Veluti si quis ignarus literarum, bibliothecæ præfectus esset. Aristophanes in Ranis,

In imperitum, a cui honorifico præfectu munere.

Νῦν τὴν δ' ἴχθυ' οὐ ἄνον ἄλσιν μοσύνεα.
Ἀτὰρ οὐ κατέξω ἐκ τὴν πάτειν χρόνον.
Ita per locorum spinas vehens asyllosa,
Vt nunquam non asinum fustuebo diutius.

Interpres affirmat inde natum adagium, quòd olim quibus ad peragenda sacra Eleusinia opus erat, asino impositi deportabantur. Quadrabit & in eos quorum opera alius dum exigit vtitur, quum ad ipsos præter molestiam nihil interim redeat. Veluti siquis cibos alius gestet, quibus ipse non liceat vesci. Huc alludisse videtur Apuleius, cùm ait fingit asinum Cererem deam circumferentem. Suidas adscribit, Dæmonem ad lapidem molarem referre, quem Græci μύλωνα appellant: propterea quòd in sacris nobis Testamentariis coronas imponere consueuerint. Itaque torqueibitur eleganter in eos quibus immerentibus nomen habetur, veluti quum inductis doctoris titulus, pileum & anulus, aliáque id genus insignia tribuuntur.

Iterum tranquillitatem video. 5

E malis emergere.

Αὖθις αὖ γαλήνην ὁρῶ, id est, Rursum denuo tranquillitatem video. Aristophanis interpres prouerbium esse scribit, quo nos significamus e malis emergere, fortuna in melius commutata. A nauigantibus ducta metaphora quibus, cessante procella, grata fuit esse tranquillitas. Archilochus ait,

Ex.

Ἐξαῦτις δ' αὖτε Ἡφαιστόχαρι μάλ' ἀγλαὲ,
Ἐκ πημάτων γ' ὀλίγης αὖ γαλήνης ἐρᾷ.

Hegelochus erat histrio quispiam tragœdiarum: ne quem vexigi tota remoretur. Notat autem obiter Aristophanes Euripidis ὁμοιολογίαν, apud quem hic versus est in Oreste,

αὖθις αὖ γαλήνη 'σ' ὁ δ.

Quam eandem irrisit etiam Stratis. Quanquam videtur & allusio subesse in Græcanicis verbis γαληνὸν ὁρῶ, i. felem video, & γαλήνη ἐρᾷ, id est, tranquilla video. Atqui vicissim Euripides, ad eum comicum, Æthiopem taxat, quibus idem dixerit in hisce versibus,

Δὶς ἑπτὰ γὰρ μῆνας τόνδ' ὁ παῖς λέλοιπ' Ἄιδου,
Ἥκω δ' ἐς αὐλὰς τάσδε κατέρχεται.
Νῦν δ' ὁ μὲν ἐν γαίᾳ κεῖται σὸς γεννήτωρ,
Χθονὸς εὐμαρεῖ πρέμνῳ, νέᾳ δὲ νικᾷ δόξαν. id est,
Sapiens ille idem, et nouus loquutus Aristylus.
Ad terram enim, inquit, venio & accedo, velut
Si per iocum, vicino cuipiam dicat quo,
Matrimonii causa venturum, probet, mihi commoda.

Pindarus in Hymnis,

Ἀλλὰ νιν μὲν γαῖ' ἔχει δ' ἀνὰ ἡσυχίαν ἀκίνητον.

In tranquillo est. 6

In portu nauigare.

Ad hanc formam pertinet Terentianum illud ex Eunucho, Tum autem Phædriæ meo fratri gaudeo esse amorem in tranquillo. Item illud, Quæ in scopulum è tranquillo inciderat. Et quod alibi diximus, Ego in portu nauigo. Item illud, In terra sunt. Eadem autem loquutionis specie dicimus, In tranquillo, qua dicimus In tuto, in proclivi.

Septennis quum sit, nondum edidit dentes. 7

Ἑπτάετες ὢν οὐδέπω τὸν ἴφυον, id est, Quum sit septennatus annos, nondum tamen dentes produxit. Aristophanis interpres admonet prouerbio dici solere. Mihi quadrare videtur in eum qui natu grandis, tamen adhuc quasi puerum agit, aut qui diu commoratus alicubi, nihil adhuc authoritatis aut honoris sit assequutus. Metaphora mutuò sumpta videtur ab infantibus, quibus circiter annum ætatis septimum, omnes dentes soleant enasci. Aristophanes in Ranis,

—σκαλαθυρὶς Ἀρχίδημος,
Ὃς ἐπὶ τῶν ὀδόντων, ὡς ἔφην φράσαι.

Archidemus.

Vbi poeta captâs iocâdi occasione, pro ἐδόντας, φράσαι mutauit. Taxat enim obiter Archidemũ quempiã, qui morè Atheniẽsium neglexerat, apud quos hospes septẽnnis in ea versatus ciuitate, in ciuium numerum adscriptus iam velut in cognationem ac ius illorum ascisceabatur.

De pulchro ligno vel strangulare. 8

Tolerabilior videri calamitate, quæ cum honestate coniuncta sit.

Ἀπὸ καλοῦ ξύλου καὶ ἀπάγξασθαι, id est, De pulchro ligno etiam strangulari conuenit. Admonet præmissis, calamitatem tolerabiliorem esse, si cum honestate fuerit coniuncta, & dedecore vacauerit. Aristophanes in Ranis ad prouerbium alludens,

—ἄξιον γοῦν τῷ ξύλῳ,
Ἢν τι τὴν τύχην τοιοῦτον τοῖς σοφοῖς δικάσῃ.

Quasi minus miserum sit suspendium si ex arbore pendeat insigni. Circunfertur huic simillimum prouerbium etiam hodie apud nostrates, Si demergendus sim, in aqua pura me demergam. Hoc est, si percundum est, honesta morte perire satius. Aut, Si peccandũ, honestiore peccandum titulo. Potest referri & ad eos qui vincuntur quidem, sed à victore tam insigni, vt honestius & optabilius videatur sic vinci, quàm alios quosdam vicisse. Vnde est Virgilianum illud,

Victus magni dextra cadis.

Ab insigni victore victus.

Et apud Ouidium, Aiax pudendum sibi putat cum Vlysse vel certasse, etiamsi victor discesserit:

-mecum, inquit, certasse feretur.

Item apud Homerum Iliad. φ, ad hunc modum loquitur Achilles,

Ὣς μ' ἔφατ' ἔκτορ κτεῖνε σὺ δὲ πάτροκλον ἀρίστου.
Τῶ ἐμεῦ δὴ μᾶλλον ἀμείνων δὲ καὶ ἐξοπίσω εἰμί.
Νῦν δὲ σὲ μὲν δὴ ἐγὼν ὧδε κατακτείνω ἀφύσσω. id est,
O ti me necet, hic qui deges tu optimus Hector,
Tum, quanto quam ego, virtute pereirem:
Nunc me fata volunt obscura morte perire.

Pindarus in Pythis hymno tertio, non dissimili sensu dixit καλὸν πῆμα, id est, pulchra noxa. De Ixione loquitur, qui deceptus imagine Iunonis, sibi parauit exitiũ.

Non Chius, sed Cius. 9

Chy notati inconstantia, & luxus.

Didymus prouerbium tale esse putat in his Aristophanis verbis, οὐ χῖος, ἀλλὰ κῖος, id est, Non Chius, sed Cius propter vitæ ac morum notatam gentis inconstantiam, ac voluptatem, pro temporis ratione commutantis instituta, ac eidem ad fortunæ commoditatem accommodantis. Aristophanis carmina è Ranis sunt hæc in Theramenem,

Πεπωκὼς ὄξος ἢ κριθῶν, οὐ χῖος, ἀλλὰ κῖος. id est,
Euoiasti e mustis, haud Chius, sed Cius.

Quanquam hoc loco Aristarchus Cous legit, nõ Cius. Theramenes enim Cous fuisse dicitur. Fortassis allusum ad id, quòd is Theramenes fuerit Prodici Coi discipul⁹ Huius mentionem facit & Lucianus in Amoribus, Οὐκ ἔστιν ὅπως ἂν δικαίως, εἰ μὴ ἄρα καὶ τὸν Θηραμένην ὀνειδιεῖ ὁ πάππος. id est, Itaque & ipse quoque, si fieri potest; optatus Theramenes fieri ille cothurnus. nisi forte allusum est ad vocum affinitatem, quum res longè dissentiat. Nam Chij male audiebant ob mores effœminatos, quum Chij nec tibicinas, nec meretrices reciperent in ciuitatem, vindicat Athenæus libro 13. Itaque qui paulo ante nugator, mox veluti Janus fumat vultum tetricum in hunc modum dicetur, οὐ χῖος, ἀλλὰ κῖος. Aristarchus, qui legit Cous, videtur ad taxillorum lusum spectasse, in quo iactus qui Cous dicitur, habebat lex Chius vnum duntaxat. Itaque Cous fœlicior erat iactus. Quo dicto videat Theramenem nusquam infœliciter committendũ. Eupolis, qui legit Chius, putat Theramenem acitum in Chiorum ciuitatem, quum natus esset Cous. Didymus tamen effert prouerbium οὐ χῖος, ἀλλὰ κῖος, vt mutatio nominis indicet hominis vertatile ingenium ac temporiseruiens, semper ad potiorem partem sese accommodans. Huiusmodi ferme referuntur in commentariis eius fabulæ. Porro de cothurno diximus alibi.

Thera menes.

Cius.

Cous, lusus Chius.

Cratinus.

Extra oleas. 10

In eum qui prætergreditur præsumptã aliquem terminum.

Ἐκτὸς τῶν ἐλαιῶν φέρεται. id est, Extra oleas fertur. Vbi quis terminos præscriptos transgreditur, aut aliena nec ad rem pertinentia facit, dicitur. Aristophanes in Ranis,

Μὴν ἐ δοκεῖς ἁρπάσας
Ἐκτὸς οἴσ' τῶν ἐλαιῶν. Id est,
Ira ne te cursitum rapiat extra oleas?

Interpres adagium hinc natũ ait; Stadia, in quibus cursendi certamina peragebantur, oleis per terram positis vtrinque lepiebantur, quas præterire nõ licebat. proinde qui præterisset oleas, extra stadiũ currere videbatur.

Coronam quidem gestans, cæterum sitis perditus. 11

Στέφανον μὲν ἔχων ἀπολλύμενος δὲ δίψῃ id est, Coronã quidem gestans, cæterũm hic perditus. In temulentum & lurconem apte torqueibitur, quique obligurita re, redactus sit ad inopiam. Aristophanes in Equitibus,

Ὃς τὸν Κοπαΐδα στέφανον μὲν ἔχει σῶον, ἀπόλωλε δ' ἀπολωλώς.
Id est, Qui Cadmeũm Copaïdem coronam quidem gestãs aridam, verùm sitis perditus. Taxat autem Cratinum comicum tanquam ebriosum ac detestantem. Effertur adagium & ad hunc modum apud Diogenianum,

Δυ-

Ἀγρὸς οὗτος οὐ φέρων μῆλον· δίκαιος δ' ἀνὴρ ἀεί. id est, *Vir æquus quum portet furta, fit examinatus.*

Natum, ἀεί con. Natum est à moribus Cynicæ cuiusdam. Is primùm erat tibicen vinolus, atque in conuiuiis assidue coronatus potabat. Nam priscis mos erat in comporationibus coronas gestare. Deinde è tibicine factus est olympionices, atque in Olympiis sæpe victor coronam tulit (vnde Cratinus eum πανσεφανον vocat) alioqui pauperimus, neque tantillo ditior factus hac victoria. Nihil enim habuisse fertur præter oleastrum.

Aphya in ignem. 12

Intra, aut statim absumuntur. *Aphya piscis.* Ἀφύαις πῦρ, id est, Apyha in ignem. Proverbium in eas quæ celeriter intereunt, aut absumuntur, siue quę facilè ac statim conficiuntur. Nam aphya piscis genus cándidum, molle ac tenerum, quod ad motum ignis, protinùs decoquitur. Vnde meretrices aliquot, aphyas dictas indicat. Athenæus lib. 13. quod essent candidæ, graciles, & oculis prægrandibus. Talis enim aphya. Frigitur autem in oleo feruenti: vnde fertur & illud apud Græcos, ἀφύων ὑπερέφανον, id est, Aphyarum honor oleũ ac protinus, vt contigerunt oleum feruens, iam decoctæ sunt: adeo vt statim cum oleo stridant, statimque percoctæ tollantur è patella. Hunc piscem Suidas scribit etiam ἀφρὸν (id est spumam) appellari, propter candorem: & ἐξήρανται complura commemorans eius genera. Athenæus lib. 7. quibusdam & ἀφρίλλα dici, nimirum à spuma: & ob id Veneri sacrum, quòd eam poetarum fabulæ gignant è spuma maris. Idem eorum quæ suprà dictimus Clearchum adducit autorem, addens & ad hunc modum efferri paræmiam εἰδὼς πῦρ ἀφύαν, id est, Aphya vidit ignem. Quasi vidisse modo sufficiat ad dectorationem. Non dissimile ei quod alibi recensuimus, ἐπ' ὀμαλὸν εἶναι πόδα, id est, Equum in planitiem.

Bolitus pœnam. 13

Bolitus, stercus bubulum. Βολίτου δίκην, id est, Bolitipœnam: dicunt, vbi quis de re friuola nihilque plectitur. Bolitus autem Græcis significat stercus quoduis, sed proprie bubulum. Porrò Solon legem tulit quæ pœnam minabatur etiam iis qui bubulum stercus furto sustulissent. Huc alludit Aristophanes in equitibus;

Τοῖς βολίτοις ὑπόρρυλον. id est,
Bubulis stercoribus vectus.

Hesychius putat Græcis idem βόλιτον & βόλινον, nisi quòd prius illud tonum sit peculiare. Idem indicat Etymologus. sic autem appellari bouis excrementa, quòd liquidiora sint quàm cæterorum animantium. Citat autem & Hipponactem, qui βολίτινον πανοῦργον dixerit fœminam, opinor extreme contemptam & βολίτινον velut è bubulo stercore conflatum. Cynulcus apud Athenæum lib. 13. Ἀλλὰ βολίτινον ἔχων τὸν τένοντα τοῦτον. id est, Sed è bubulo stercore conflatum habens alterum crus. In Phrygiorum agris videre est domos bolitinis parietibus, in aliis bubulum stercus ad ignis materiam fieri. Quin & hodie nostrates, quem insigniter contemnunt βόλινον appellant.

Haud vnquam arcet ostium. 14

In impendiò hospitales. Οὐδὲ κωλύει ἡ θύρα. id est, Haud vnquam arcet ostium. Interpres Aristophanis paræmiam admonet esse de iis qui impendiò sunt hospitales, quorum fores semper patentes neminem excludunt. Sumptum aut ex Eupolidis comœdia cui titulus φίλοι. Eleganter accommodabitur vel ad credulum, qui quoduis mendacium admittat auribus.

Semper aliquis in Cydonis domo. 15

Cydon. Ἀεί τις ἐν Κυδωνὸς, id est, Semper aliquis in Cydonis domo. Cydon Corinthius quispiam erat, adeo insignis hospitalitate, vt etiam proverbio locum fecerit. Refertur à Suida pariter & à Zenodoto, neque non ab Aristophanis interprete. Hęc quum non careant gratia, quoties simpliciter accõmodantur ad homines φιλοξένους, tamen pluriculum habebunt Veneris si ad animum deflectantur: veluti siquis admoneat pium hominem ne sinat animum suum quibuslibet cogitationibus patere.

Summis vnguibus ingredi. 16

In molliori re fastidii. Ἐπ' ἄκρων ὀνύχων, id est, Summis vngulis. Metaphora proverbialis in eos qui auidius auscultant. nam ij solẽt semet in summos pedes erigere. Καὶ ἐπ' ἄκρων ὀνύχων βαδίζων. id est, Summis ingrediens pedum vngubus. in tenuiosos. Refertur adagium ab Aristophanis interprete. in Ἀγοραίοις putárque huc alluisse poetã, quũ ait,

Εἰδὼς δὲ καὶ σοφώτερος, ἐπ' ἄκρων τ' ἀκροδίνιον ἐπαίρων. i.
Summis natibus nonnihil elatis, animos addente cauno,

Id est, Litterimini, vbi quę placetis.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. Ἐπ' ἄκρων) Non ait Aristophanis interpres ἐπ' ἄκρων ὀνύχων esse proverbium in eos qui auidius auscultant: sed Aristophanem dixisse ἐπ' ἄκρων τῶν πυγίδων ἐπαίρων, alludendo ad proverbialia verba ἐπ' ἄκρων τῶν ὀνύχων: quia οἱ νέοι τὰ ἀκόντια, δοκιμάζοντες τὴν τοῦ ποδὸς κατάστασιν. Profert deinde hoc genus loquendi, ἐπ' ἄκρων ὀδοιπορῶν, ex Iuis Sophoclis versibus:

Εἶκον πρασσὶς ἄμματρος ἐκφυὴς ἔτι,
Τῷδ' ὀδοιπορῶν, κατ' ἄκρων ὀδυπόρων.

Subintelligi, Solent enim imolentes ἐπ' ἄκρων ὀνύχων καθίζειν, id est, summis pedum vngubus ingredientem qui laudes suas audiunt, nates tedii extollere consueuerũt. Hæc ille. Cęterum ἐκφυὴς, quum sit præteritum imperfectum, nescio cur Erasmus per præsens vertat.

Haud impunè vindemiam facies. 17

Οὐκ ἐρήμους σηκούς, id est, Haud in pu e vindemiã facies. I eos cum petet, qui nulle seruante impunè decerpunt vuas. Aristophanes in Vespis, Ἀλλ' οὐκ ἐρήμους ἥδ' ἔσθ' ἁδίως πεποιήσεις. id est, At ne existimetis vos adeò facile atque impune vindemiam facturos. Nam ἐρήμους Græci fieri dicunt quod ibi nullo prohibente, nullóque obsistente. Commune est illi quod alio referemus loco,

Γαμεῖ ὀπώρα φίλαξ & ἀλλοπάνοπ[illegible] id est,
Est dulce pomum, verbum est cerastes aspi.

Solent enim vinibus & pomariis adhiberi custodes, præsertim autumno, cum iam maturi fœtus furem inuitant. Itidem dicunt, ἐρήμου κατηγορεῖν, ἐρήμου δίκην χάριν, & ἐρήμου τυχεῖν, & ἐρήμου πρίασθαι, & καθεῖρξεν, quemadmodum indicauimus alibi.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. Οὐκ ἐρήμους) ἐρήμους, quod adiectiuum est nomen, putarunt esse aduerbium, quod nullum habitantium videret. Atqui subaudiendum relinquitur αἰπόλους. de vuis dici φυλάττειν notissimum est. adeo vt ἐρημοφυλακεῖν sit verbum totum, Non vindemiabis desertas, hoc est incustoditas, subaudiendo vites.

V. *Haud eos*) Proverbium hoc, Haud impunè vindemiam facies, competere in eos qui impunè (decerpunt vuas (vel potius decerpturos se fuerant) supervacaneum est ad monere: cum ipsa proverbij verba id prima fronte ostendant. At quis esset eius vsus, & quomodo ad alia transferri & apte accommodari posset, hoc verò docere necessarium erat. Quod quum ab eo prætermissum sit, ego Aristophanis verba proferens, eius vsum docebo, ac eadem opera falsam eorum interpretationem corrigam. Quum ergo chorus apud Aristophanem oligarchiam Philocleonis laudans, dixisset, Nunquam ita diuicide neque ita prudenter vilium audiuimus loquentem, respondet ipse Philocleon:

Restituitur sensus adagio, eiusque communis vsus.

Οὐκ, ἀφ' ἑσπέρας οὐδ' ἐπ' ἠοῖ ῥᾳδίως πεποιήσεις, id est, Minimè verò: (subaudi, ita loquuturum putabat) sed deceptas vites hic facile se vindemiaturũ esse arbitrabatur. Dicere volens, sed patrocinium nobis defuturum existimabat Bdelycleon, &, nobis patronum nullum habentibus, forte vt causam tuam nullo negotio teneret, sperabat. Hic particulam ἂν vides cum verbo πεποιήσεις non iungi, & hunc lectionis nodum non tetigisse Erasmi interpretationem: neque esse eum loci sensum, quem illa præ se fert, At ne existimetis vos adeo facile atque impunè vindemiam facturos. Sed nec cum altera lectione quam ponit, vllo modo conuenit. siquidem ἀφ' ἑσπέρας οὐδ' ἐπ' ἠοῖ non significat, At ne existimetis sed, At non existimabat. Minimum est verò, vt hic ἐπ' ἠοῖ (quam videlicet pro ἐπ' ἠῶ poitum fuisse, chia per apostrophum ι, deinde tenuis in aspiratam mutata) imperatiui modi esse credidit: ita & εἶσι non vno in loco pro imperatiuo accepisse: vt in proverbio, Quatuor obolis non æstimo. illic enim τεττάρων ὀβολῶν τὴν οὖσαν, interpretatur, Quatuor obolorũ esse puta & paulo post pro puta ponit existimato. Atque hinc admonemur vsurpari εἶσι in soluta oratione, pro εἶμαι: at in imperatiuo non esse εἶσι (vnde enim ει;) sed ἴσθι. & in singulari numero, non εἶσι (vnde enim ει;) sed ἴσθι.

V. *impunè*) Dicit ἐρήμους à Græcis ita vsurpari, deceptus loco Aristophanis male intellecto, vt modò vidimus.

Sed & in omnibus quæ quidem viderim Lexicis Græcolatinis erratum est, vbi ἀπρίατος aduerbium esse dicitur pro, Indicta causa, Nullo defendente. Nam nec ἀπρίατος nec ἀπρίατον tanquam aduerbia, vel nomina absolutè posita, sic à Græcis vsurpantur: sed quum Indicta causa, vel Nullo causam defendente, significare volunt, (non, vt Erasmus ait, Impunè, Nullo obstitente) vtuntur πρὸς ἀπρίατον: ne hoc quidem velut aduerbio, sed tanquam nomine adiectiuo, subauditum extrinsecus habente δίκην, vt quum dicunt, ἀκούσῃ πρὸς ἀπρίατον δίκην, vel ἀπρίατον καταδίκῃ.

Mens est in tergoribus. 18

Ὁ νοῦς ἔστιν ἐν τοῖς σκύτεσιν, id est, Animus est in tergoribus. De tollicitis dictitari solitum, quique malum aliquod imminens timere videntur. Aristophanes in comœdia cui titulus Pax,

De sollicitis.

Ἡμερασίῳ ὦτ', ἐπεὶ συλήσαιμί γε.
Ὁ νοῦς γ' ἡμῶν ἐστιν ἐν τοῖς σκύτεσιν. id est,
Tecastinus quidem, si ita fata veniam dabis.
Tum namque noster animus in corio erit.

Metaphora sumpta est vel a lotis quibus cæduntur serui, (nam hæc è bubulis tergoribus tecantur: vnde Plautinum ænigma, Vbi vnus homines mortui incursant boues) vel à clypeis, qui bubulo corio solent obduci. Proinde congruet vel in eos qui flagra metuunt: vel in eos, quos belli imminentis metus habet sollicitos. Non dissimile Terentianum illud ex Eunucho, Iamdudum animus est in patinis. Item illud Aristophanicum in Vespis de nomine cuiusdam auido,

Animus in patinis.

Ὁ νοῦς πλατταγιστὶ φέρεται κατὰ λίβυρνον. id est,
At volat animus noster circa clepsydram.

Circa clepsydram animus

Breuiter quæcunque in re tumus interriti, in ea dicimur ἕλιξ.

Σκύτη βλίττειν. 19

Mali instantis suspicio.

Σκύτη βλίττειν, id est, vt verbo verbum reddam, Tergora tuetur. Cohinc proximo, quo significabant quempiam præ se ferentem vultu quod mali quippiam instare suspicaretur: adque coniecturis aliquibus colligeret: veluti siquis conspectis boum tergoribus, bellum futurum coniiceret, quòd his integantur clypei. Citatur adagium ex Bupondis fabula, cui titulus Chrysogenes,

Ἀτὰρ ἐγὼ μέν, ἢν λεχθήσομαι, σκύτη βλίττων. id est,
Iam, quod aiunt, obtuetur tergora.

Barbarici clypei.

Fortasse nec illud absurdum fuerit, hinc natum prouerbium dicere, quod in clypeis barbaricæ quædam & horrendæ facies depingi soleant barbarorum, aut Cyclopum, aut belluarum etiam. vt eam ob causam, qui truculento essent vultu, σκύτη βλίττειν dicerentur. Athenæus libro tredecimo, Οὐ πολλοὶ οἱ σοφρονίσαντες, ἢ διδάξαντες σκύτη βλίττειν. id est, Qui nihilo te fecit emendatiorem, tantúmque docuit torum obtueri. Sentit enim, discipulum à philosopho nihil aliud didicisse, quam superciliũ & vultus truculentiam. Quanquam hoc adagium in sua duntaxat lingua gratiam habere potest. Aristophanes in Vespis,

Ἐγὼ μὲν γάρ σοι βλέποντι σκύτη τυπτήσω. id est,
Ego tibi quidem faxo dum te tergora obtueri.

ANIMAD. HENR. STEPH.

Verior adagij sensus.

V. *coniecturis*) Imò verò hæc opinio priore videtur absurdior: ac, si ad vultum referendum hoc esset, non de truculento vultu, sed de mœstitiam præ se ferente intelligi deberet: quasi videlicet scorteo, siue coriaceo. neque enim apud Aristophanem, qui minatur alteri se facturum illum σκύτη βλίττειν, intelligit se facturũ vt ille truculentiam vultu ostendat, sed potius vt planè dejecto mœstoque sit vultu, vt pote de sua causa desperans. Sequendo autem hanc explicationem, eadè forma diceretur σκύτη βλέπειν, qua ἐρίφειον βλέπειν & ταῦρον βλέπειν apud eundem Aristophanem dicitur, nec non ἀρίων βλέπειν. Et initio quidem mea fuit hæc sententia (pro qua etiam facere mihi videbatur hic Athenæi locus lib. 13. μετὰ σοφιστῶν τὸν δῆμον λεπτῶν, ἀκόντων σκυτίνων) sed posteaquam cogitare cœpi σκύτος à Demosthene & aliis accipi pro scutica, seu loro quo cædebantur serui: & vidi Aristophanis interpretem, præterquam quod dicit prouerbium de illis vsurpari quibus suspicio oritur de futuris malis (quæ expositio & apud Zenobium habetur) etiam hæc verba Aristophanis. Ἕωλα γάρ σε τύψομαι σκύτεσιν σκύτη τυπτήσων, exponere, πληγὰς σοι ἐμβαλῶ, id est, plagas tibi infligam. tum verò lententiam illam retractaui; & credidi, quod & nunc credo, σκύτη βλίττειν à seruis esse sumptum parata ad eos cædendos verbera intuentibus. quum enim illis nullum esse possit tristius spectaculum, & ad quod magis exhorrescant, elegantius nõ videtur prouerbio dici σκύτη βλίττειν, id est, lora vel iuuticam cernere, quicunque impendentis quali cogitatione anguntur, & vultu deiiciuntur.

V. Torum obtuer. Scitè enim discipulum à Philosopho, &c. Si locum ipsum Athenæi adieris, lector, quam parum ei conueniat, σκύτη βλίττειν ad supercilium & vultus truculentiam referri. contra quam apte ita explicari possint illa verba, vt modò dixi, facile perspicies, dùmodo negatiuam particulam οὐκ ἢ οὐκ ante διδάξαντα repetas: quod Erasmus non fecit. Nam vt seruos à dominis, ita & liberos à patribus scimus verberũ metu plerunque magis quàm vlla alia ratione σωφρονίζεσθαι. At nulla in hoc Athenæi loco fit patrum mentio: dixerit aliquis. Imò verò in veteribus quidem codicibus, in quibus σος scriptum est compendiariè pro πατρος, sed hoc compendium aut non animaduersum, aut tertiò ignoratum à typographis fuit. ita enim tum in Aldina tum in Germanica editione legitur, ὅτινας γὰρ ἀφῆκα χοὰς εἰφὰς τῷ χρονίζοντι φοβεῖσθαι πολλὰ καὶ σωφρονεῖσθαι ὑπὸ διδάξαντος σκύτη βλίττειν quum legi debeat σωφρονεῖσθαι per ε & ου χρονίζοντι πατρὸς, id est, magis. Qui error quum lateret Erasmum, non filij a patre, sed discipuli à magistro castigationem intellexit.

Cochleare crescet. 20

Δοιδὺξ αὔξει, id est, Cochleare crescet. Chrysippus apud Zenodotum & Aristophanis interpretem, aiunt, hanc præmiam dici tolere in pusillos homunciones per ironiam: nam cochleare & pusillum est & contortum. Aristophanes in Equitibus,

In pusillos.

Σκεῦός τι χρήσιμον, δοιδὺξ ἢ τρύπη. id est,
Duo vtilia vasa, cochleare & terua.

Est autem toryma qua mouetur olla.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. Δοιδὺξ αὔξει, id est, *Cochleare crescet*) αὔξει futuri tẽporis esse aut eius significationem habere posse non puto, & crescit vertendum censeo, non crescet. Sed & δοιδὺξ cur potius pro cochleari accipiat quàm pro pistillo quod in mortario circumagitur, nbi intelligo, præsertim quum optimè illi conueniat quod a Zenodoto & alcho iste Aristophanis dictum, esse μικρὸν καὶ στρογγύλον, id est parum & rotundum (nam Erasmus, στρογγύλον nescio quam recte interpretatus sit contortum, dum certæ cuidam cochlearium formæ accommodare vult hoc vocabulum) quum idem in alio eiusdem Aristophanis loco aperte pro pistillo sumatur: in eo autem qui hic citatur, nihil sit quod in altera significatione potius quàm in hac accipere nos cogat: quum denique quod præcipue considerandum est) de hac testimonium Pollucis, Hesychij, Ienonaltæ Aristophanis habeamus, de ima nequaquam. Sic enim Pollux. Ἔστι δὲ καὶ ὑφορίσκος, ὃ ἔνιοι δοιδὺξ ἄλεκτρυὼ δὲ τῷ δοιδύκῳ ὁ τὴν ὄνον ἀθεμελώτως, ἀθυμερίδας Εὔπολις πάλαι. Hesychius δοιδὺξ, ὑφορίσκος. Enarrator Aristophanis, exponens illa poetæ verba in Pace, Οἵους ἀνατρίψασθαι πρέπον, aut, ἀνατρίψασθαι οἱ μὲ δοκεῖς, ἐξὸν τὸν πᾶν ἄνω τρίψαι. οἱ δ' ὑπὸ τῶν ἀρχόντων δοιδύξι κόπτουσι τὰ ἀκανθώδη. Locus autem Aristophanis in quo manifestè de pistillo vsurpari dico, est in Pluto hic, Ἐκόλα παῖς αὐτῷ λίθινον δοιδύκιον Παριῶνα καὶ δοιδύκια καὶ πίθιστον. Sed apertiùs etiam apud Dioscoridem, cum alibi, tum vbi dicit, ὀξυκέρατος ἐν δοιδυκίῳ χαλκοῦ, ἐχέτω δὲ καὶ δοιδυξ κατὰ τὸ αὐτὸ πιστοποιούμενον ὕλης. At de altera significatione apud Suidã duntaxat testimonium reperio, nescio an ex recentiore quopiam, vt alia multa, adiectum. Quanquam esto perinde constare de vna ac de altera, rationem, ob quam de cochleari hoc adagium dicatur, nullam video: at propter quam de pistillo dici possit, perspicio & eam quidem, vt opinor, si non veram, certè verisimilem, quam habes in sequenti annotatione.

V. fortè in pusillos homunciones per ironiam) Non animaduertit quæ illic dicuntur: quæ siquis bona fide referri sibi velit, hæc à Zenodoto scribi sciat, Δοιδὺξ αὔξει, de iis qui non crescunt, inquit Chrysippus quinetiã de iis qui parui manent, proscribium dictum fuit. nam δοιδὺξ parvus est & rotundus. Ab Aristophanis autem

De iis, qui nõ crescunt.

scholiaste ita scribi, *proverbiũ δύδυξ αὖξει*, de valde parvis: aut de iis qui non crescunt, inquit Chrysippus. de iis præterea qui parvi manent, dictum fuit adagium, nã *δύδυξ* paruus est & rotundus. Sed apud hunc in vulgatis exemplaribus male legitur *ὅτι τὸ αὐξανόμενον* pro *ὅτι τὸ μὴ αὐξανόμενον*, vt apud Zenodotum habetur. Cæterùm iã videmus falsum esse quod Erasmus ait, Chrysippum apud illos scriptores tradere, parœmiam illam dici solere in pusillos homunciones per ironiam. Nam primùm Zenodotus ne meminit quidem prorsus huiusmodi expositionis, sed Aristophanis enarrator duntaxat: qui tamen authorem profert Chrysippum non huius, sed illius quam subiungit: fortasse ex Zenodoto eius authoritatem mutuans: deinde ironiæ nullam mentionem facit vllam. Sed & illud miror, cur ex tribus explicationibus vnam duntaxat protulerit, quæ apud Aristophanis scholiastem solum habetur: reliquis duabus, quas & apud Zenodotum inueniebat, prætermissis. Ego contrà illam planè reiiciens (vt pote quæ *δύδυξ* simpliciter exponere videatur potius quàm *δύδυξ αὖξει*) reliquas duas optime conuenire dico: modò *δύδυξ* non pro cochlea accipiatur, sed pro pistillo (quam receptam passim eius significationem esse, præcedente annotatione docui) vt videlicet intelligamus iactari solitum adagium generaliter de iis qui non crescerent, & de quibus nihilo magis spes esset fore vt crescerent, quam de pistillo. Aut non generaliter de omnibus non crescentibus, sed de parvis, qui semper manerent parui, & quos crescere non magis possibile videretur quàm pistillum crescere possibile est. Aptissimè autem ad hyperbolem sumptum videtur pistillum, quia tantum abest vt id possit crescere, vt potius decrescere & diminui attrita assiduo necesse sit. Plane igitur, meo quidem iudicio, adagium hoc è numero est eorum quibus *ἐπ' ἀδυνάτῳ* exprimitur adeo vt si hîc ironia cõstituatur, talis ironia intelligenda sit qualis est in illis, Terra volat, ipsi fontes fluunt.

Connæ calculus. 21

De iis, quæ nullius pretij sunt.

Κόννης ψῆφος. id est, Connę calculus. In hominem, aut rem nihili, nulliúsque momenti. Prouerbium manauit à Conna quopiam citharœdo, siue (vt quidam volunt) lyrista, ex eorum numero qui citra vocem organo canebant. Sunt qui dicunt Connam fuisse quendam extremæ sortis hominem, qui deuorato patrimonio pauperrimus fuerit. Callistratus, apud Aristophanis interpretem, ad hunc modum effert parœmiam. Κόννου δίφθιον, id est, Connæ siculnum folium, quòd eo lunitare sit solitus Aristophanes in Lucis.

Conna.

οὐδ' ἡμῖν τιμᾷ Κόννου ψῆφον. id est,

Te quidem Connæ suffragium existimare, hoc est, nihili duc-

Vnicum arbustum haud alit duos erithacos. 22

In discordes. Erithacus, auis.

Μία λόχμη οὐ τρέφει δύο ἐρίθακους, id est, Idem arbustum non alit duos erithacos. Zenodotus author est, hoc adagio notatos illos qui ex rebus minutis festinant ditescere. Mihi videtur non intempestiuè dici posse in eos quibus parum conuenit, nec in eodem munere concorditer versari queunt. Est autem erithacus, auis quędam solitaria, vt eodem in saltu non temere nisi vnam inuenias. Hanc Theodorus Gaza nunc syluiam, nunc rubeculam interpretatur. Thomas magister ait à quibusdam *ἐρίθια* vocari, ab aliis *ἐρίθαλον*, à plerisque *ἐρίθακον*. Aristophanes eleganter ad hoc alludit adagium in Vespis.

οὐ γὰρ ἂν ἔστιν

Τρισὶ φυσὶ δυοῖν' οὐ μία λόχμη κατέπτα δύο. id est,

non enim fieri potest

Vt tres vnquam saltus alat vnus duos.

Non omnino dissimile est huic quod dixisse fertur Alexander Magnus, Mundum non capere duos soles.

ANIMAD. BENED. STEPH.

Μία.) Melius, meo quidem iudicio, hic interpretatus esset λόχμη saltus (vt paulò pòst) quàm arbustum.

Pedibus ingredior: natare enim non didici. 23

De eo, qui in numerib. exercetur, cogitur,

Πεζῇ βαδίζων γὰρ ἐν θαλάττῃ. id est,

Ambulo pedes: natare imperitus sed non didici.

Prouerbialis senarius, in eum qui maiorum rerum imperitus, minutioribus negotiis sese exercet, Aut qui propter imperitiam priuatus & humilis viuit: huic qui sese necessariò confert ad alind genus: quandoquidem ad illud nequaquam est idoneus. veluti si quis negotiator fiat, ad literas indocilis. Refertur huic adsimilis versus,

Imperitus rerum grauiorũ

πεζῇ βαδίζων, ἐν θαλάττῃ σκάπτων. id est,

Fodere cum, cultus, pedibus ambulo mos.

Apud Aristophanem in Auibus sycophanta similiter excusat suam professionem, τί γὰρ ποιῶ, σκάπτειν οὐκ ἐπιστάμενος, id est, Quid quęso faciam, quando fodere nesciam? Huc videtur referendum & Euangelium illud, Fodere non valeo, ἐπαισχύνομαι, siquidem pro quauis operæ mercenariæ pretium Aristophanes in Vespis,

οὐ γὰρ ἐπιστήμων ἐστὶ σκάπτειν ἔτι. id est,

Ignosce: peritus non est fodere ille ely.

Nimirum a ludens ad vulgatum adagium: perinde quasi dicat, Reliquarum imperitus artium, furto tantum rem paratam in Equitibus,

Οὐδ' ἂν κλέπτειν δύναιτ' ἄν.

Ne furari quidem quit.

Vna domus non alit duos canes. 24

In lucrum cõmuniter, & consentientes, ex pretentis.

Εἰς οἶκος οὐ δύο κύνας τρέφει καλῶς, id est, Eadem domus non bene canes alit duos. Prouerbio iactatus senarius in eos, inter quos parum conuenit, propter idem lucrum quod communiter expetunt. Sic de regnum non ferunt duos tyrannos, eadem respublica non ferunt duos expilatores: idem mundus non ferunt duos ambitiosos, quorum vterque conetur tenere primas. Refertur ab Aristophanis interprete.

Vallus vitem decepit. 25

Delusus ab eo cui fidebat

Ἡ χλωρὶς τὴν ἄμπελον διέφθειρεν. id est, Vallis vitẽ decepit. Vbi quispiam ab eo fallitur aut læditur à quo pẽdebat, cuique fidem habebat. Traductum a vallis, quibus alligatæ vites contra vites. Fit autem interdum vt illi radicibus actis, ramis ac frondibus suis vitem strangulent, aut prostratã palmitem secum trahant. Aristophanes in Vespis,

Εἶτα τὴν ἄμπελον ἡ χλωρὶς διαφθερεῖ; id est,

Itane vitem vallis ipsa vinctam palis suam?

Trepidat in morem gallicuiusdam. 26

De eo qui expauescit.

πτήσσει δὲ τὸν ἀλεκτρυόνα. id est Trepidat tanquam gallus gallinaceus. In male affectum & commotum, aut etiam pauitantem opportune dicetur πτήσσειν enim Græcis fugitare significat, atque expauescere. Peculiariter autem de auibus dicitur. Aristophanes in Vespis,

Πτήσσει φοινίχου ὥσπερ ἀλεκτρυών. id est,

Gallis in morem Phrynichus horret.

Phrynichus.

Fuit hic Phrynichus Melanthæ filius, Athenienſis tragœdiarum scriptor, quem Athenienses mille drachmis mulctarunt quòd Miletiorum excidium tragœdia cõplexus esset. Quodquidem ego non adiecturus eram inter adagia, nisi commentarius Aristophanis hoc nominatim prouerbij loco retulisset. Meminit huius & Plutarchus in Alcibiade, qui quũ antea fuisset ferox & insolens, ex Socratis familiaritate, cuius singularem integritatem suspiciebat, cœpit esse mansuetus ac modestus. Citat autem hunc senarium è poeta quopiam,

Εἶτ' ἐξέπτης οὐκ οἶδ' ὅποι φόβον. id est,

Paulò reiecit, more gallinacei,

Quem vitam alas illi iubentes tuas.

Memini huius & in vita Pelopidæ. Certamen autem gallorum apud veteres solenniter ac publicitus exhibebatur. Cæterùm quanquam animal natura pugnax est, tamen gallus vbi se scutis impares in conflictu, mire deiectus ac suppiex profugit, ritum præbens spectatoribus.

Non magis parcemus quàm lupis. 27

Præmium iis qui lupos interfecissent.

Οὐ φειδόμεθα μᾶλλον ἢ λύκων, id est, Haud magis parcemus ac lupis. Aristophanis interpres proverbialem figuram esse admonet: inde natam, quod antiquitus lex ad interficiendos lupos etiam præmio constituebat apud Atticos. Etenim qui lupi catulum interemisset, huic talentum: qui adultum occidisset, duo talenta dabantur. Vnde & Apollinem, λύκειον καὶ λυκηγενῆ cognominarunt. Aristophanes in Auibus,

φειδόμεθα γὰρ τοῦ μᾶλλον ἢ λύκων; id est,

Quid enim hîc magis parcemus quàm lupis?

Nisi figna vidit auis. 28

πλὴν ὅ τις ἴδοι ὄρνις, id est, Nisi quæ vidit auis. Hyperbole prouerbialis de re vehementer occulta. Aristophanes in Auibus,

Οὐδεὶς εἶδε τὸν ἐμὸν θησαυρὸν πλὴν ἴσως ἐγώ. id est,

Nemo meum vidit thesaurum, nisi forsan ego.

Suidas etiam hunc versiculum citat ex Aristophane,

Οὐδείς με δύναται πλὴν ἐμοῦ καταγελᾶν ἴσως. id est,

Nemo me contemnere queat præterquam ego.

Perdicis crura. 29

In Loripedes. Πέρδικος σκέλος, id est, Perdicis tibia. Perdix capo quispiam erat claudus, ab Aristophane locis aliquot notatus, vnde & in prouerbium abiit. Cuius mentionem fecit Aristophanes grammaticus in prouerbiis orationis solutæ. Diceba tur in crura gracilia distortáque. Refertur à Suida, πέρδικος τοῦ, id est, Perdicis pes. In loripedes quadrat. Citatur hoc carmen apud Athenæum in primi libri fragmentis,

Ἔγχεα πεῖν μοι ἐγὼ φίλιππε σκέλη.

Ἀνδρὸς ἔστε τις, ἢ πλακοῦντα τις δότω. id est,

Infunde vitro, & crura perdicis mihi.

Mactauerit deus aliquis, aut placentam porrigat.

Verùm haud videtur hoc ad prouerbium admodum facere.

Tolle calcar. 30

Ἆρε τὸν κέντρον ἀποπάτει, id est. Tolle calcar vlterius. Extat adagium in Aristophanis Auibus,

—ἆρε πλήκτρον, εἰ μαίνῃ. id est,

—tolle calcar, si furis.

In eum qui parat vltionem. In eum dici solitum qui iam vltionem parat. Mutuo sumpta metaphora à gallis pugnam initurís, quibus ferrei stimuli quidam alligari solent, quo se tutiores sint inter certandum. Quinquam, authore Aristotele libro De animalibus secundo, capite duodecimo, natura calcar addidit ex auium genere iis, quæ ob corporis molem sint ad volatum minus idoneæ: cuiusmodi sunt galli. Id confirmat Plinius libro decimo, Et regnum, inquit, in quacunque sunt domo exercent, dimicatione paritur hoc quoque inter ipsos, velut ideo tela adnata cruribus suis intelligentes: nec finis sæpe commorientibus.

Minus habes mentis quàm dithyrambo. 31

Διθυράμβου μᾶλλον ἢ φρενῶν ἔχεις. id est,

Minus sapis quàm poetarum dithyrambici.

In furiosos. In stupidos ac furiosos torquetur. Adagium annotatur ab Aristophanis interprete in Auibus. Sumptum à poetis dithyrambicis, qui Baccho afflati, furebant. vnde & Horatius,

Aut insanit homo, aut versus facit.

In odis, Pindari grandiloquentiam atrollens, Seu, inquit, per audaces noua dithyrambos Verba deuolui, numerisque fertur Lege solutis. Philostratus in Sophistis, immoderatam in dicendo vehementiam ac grandilocentiam aliquoties lappellat τὸ διθυραμβῶδες, eósque dicit ἐκβακχεύεσθαι, καὶ ἐνθουσιᾶν.

Cercyræa scutica. 32

Κερκυραία μάστιξ, id est, Cercyræum flagrum. De re *De ornato nō decoro.* superuacaneo cultu exornata. Quadrabit & in ea quibus ornatus aliquis videtur neutiquam decoris aut congruus. Cercyræis (quoniam crebris seditionibus agitabantur) mos erat gestare flagra ingentia, ansis ebuineis exornata. Quidam aiunt ea duplicia fuisse, itaque in prouerbium abierunt. Autor interpres Aristophanis in aues. Lycurgus rhetor, quum ob immodicam linguæ libertatem è concione eiiceretur, exclamauit, ὦ πονηρὰ σκυτική, οὐκ ἐξ οὗ πολλῶν ταλάντων ἀξία εἶ. id est, O Cercyræa scutica, quàm multa vales talenta. Notans populum inutilem, magno tamen alendum. Refert Plutarchus in vita decem rhetorum.

Larus. 33

In eum qui rei cupiditate capitur. Κέρκωψ λαρίσκος, id est, Cepphus larus. In garrulum ac vecordem dicebatur, præsertim qui cuiusuis rei cupiditate deceptus capitur. Ab auis ingenio ductum, quam spuma marina gaudere tradunt. Capitur autem ad hunc modum. Obducitur spuma primum longiore interuallo: deinde propius propiúsque. Postremo manibus gestantes exhibent. Larus itaque cibi auiditate captus comprehenditur. Aristophanes vtitur in Pluto. Interpres admonet cognomen esse prouerbiale. Rursum in Nebulis Cleonem Larum vocat, quòd furtis ac rapinis inhiaret. Lucianus in libello De mercede seruientibus, σωτὴρ ὁ θεραπευόμενος ἐστιν ἐπιτυχὼν τοῦ ἄγκιστρου· ὁ δὲ λάρος, καθάπερ ὁ λαρίσκος, ἅπαν ἁρπάζων ἐπὶ θάλατταν, id est, Sumpta verò fiducia, venatum aggredere, si videtur, lari in morem totam escam ore deuorans. Athenæus lib. Dipnosophistarum 10. indicat auem hanc Herculi attributam à priscis, quòd & ille fuerit ἀδηφάγος, atque ἀδηφαγία eidem βυφαγία esse vocatam. Olim præcipuus gurgitum luxus erat in piscibus, id quod omnium libri testantur, quicunque vel apud Græcos vel apud Latinos scripserunt de hoc genere. (Quo magis mirum est hodie religionis causa vulgus piscibus vesci.) Proinde congruet & in obseruatores, quòd larus auis piscium sit appetens. βυφαγία

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. Κέρκωψ) Cur hæc duo coniunxerit Erasmus, κέρκωψ λαρίσκος non intelligo. neque enim habetur apud Aristophanem ἀμφοτερολεξία, sed duntaxat ὀνόματα. Ac etiamsi forent synonyma hæc nomina, vt Erasmus hîc existimat, non tamen vtrunque ponendum esset. vt Sappho propter suam canoram poesin non dicitur luscinia philomela, sed vel luscinia, vel philomela. Quanquam suspicari possit aliquis illi hæc duo nomina scripsisse interposita diaitole, tanquam optionem dantem nobis vtro vti vellemus. Sed vbi sunt duo nomina synonyma, eodem quo accommodantur vnum per metaphoram, non protinus accommodabitur, & alterum. κέρκωψ igitur pro fatuo poni constat, vnde & κερκωπίζειν ab Hesychio exponitur τὸ παραφρονεῖν, ἀπονωθρίζειν verb, vt certum foret λάρον eandem auem vocari, tamen an λάρον & λαρώθειν eadem metaphora vsurpare possemus, incertum esset. Iam verò diuersas esse aues κέρκωπα & λάρον ex Nicandri scholiaste liquet. ait enim, ὁ γὰρ κέρκωψ διαφέρειν δοκεῖ τοῦ λάρου. Quamobrem nomen λαρώθειν, & quæ de eo afferuntur, ab hoc prouerbio aliena censenda sunt.

Cepphus parturit. 34

Κέρκωψ ἔτεκε, id est, Larus parturit. Dicebatur in *In magnificos pollicitatores.* eos qui pollicerentur ingentia, deinde nihil promissis dignum præstarent. Est enim larus auis multa plumarũ copia circumtecta, exterum carnibus exiguis: partus autem vociferatur. Recenletur adagium ab Aristophanis interprete, in comœdia cui titul Pax. Cõi. est illi,

Parturiunt montes: nascetur ridiculus mus.

Canis festinans cæcos parit catulos. 35

Η κύων σπεύδουσα τυφλὰ τίκτει, id est, Canis festinans *In temerè festinantes.* cæcos parit catulos. In eos iaciebatur qui, nimio festinandi studio, rem parum ablolutam ædunt. vt si quis operis parum elimati præcipitet æditionem. Hinc natum, quod canis quia celerius pariat, catulos cæcos velut adhuc immaturos edit. Aristoteles libro De generatione animalium quarto, demonstrat id potissimum euenire in animantibus quę multifidis sunt pedibus, & numerosum aiunt fœtum, vt vulpes, vrsa, lœna, canis, lupa. Nam hæc omnia cęcos pariunt catulos: quædam etiam informes adhuc ę lunt. In cauta putat quòd quũ corporis humor non sufficiat alendo tam numeroso fœtui, natura partum imperfectum potius educit. Galenus item libro quem conscripsit de semine, ἡ γὰρ κύων ἤδη τυφλὰ τίκτει τὰ σκύμνους, id est, Canes verò etiam prouerbio iactatum est, ob festinationem cæca parere. Quanquam canum catulos Galenus mauult imperfectos dici quàm cæcos, quum talpæ propriè cæcæ dicantur. Animantia quæ fœtus ædunt cæcos, ἀτελέσκυα vocantur Græcis, quasi Latinè dicas ęquipara. Alludit ad parœmiam Aristophanes in Pace, *ἀμφιλογεῖ?*

Η κύων ἀνεμεσήτως τυφλὰ τίκτει. id est,

Cæca parit properato Acalanthus tumulo nixa.

Et interim Græci grammatici dubitant quid sit Acalan- *Acalanthis.* this: alij putant nomen inlignis canis, deductum ἀπὸ τοῦ ἀκάνθου δῶ. id est, quòd placidè currat. Sunt rursus qui suspicentur auem esse. κάνθαρον autem ritu inaudito est, quo in ædibus magnatum, & hodie in collegiis, cõuocantur familiares ad officium. Alij suspicantur dictum ἀπὸ τοῦ κάνθου ἄγειν, id est, à blandiendo, quòd notis adblandiens canis alliciat hospites. Sic diuinant, Aristophanis interpres, Etymologus, & Suidas.

In canis podicem inspicere. 36

Aristophanes ἐν ὀρνιθοκονίαις,

Τὸν κύνα δ' ἴσως ἐς πρωκτὸν πυθοῦ ἐμοῦ. id est,

Canem quidem hunc inspicere meum podicem.

Interpres admonet vulgò dici solere in cęcutientes: *In ea cunctantes* adscribens & hunc trochaicum,

Ἐς κύνα δὲ πυθοῦ ἐμοῦ μὴ πείσῃ δι' ἀκόντων. id est,

In ca-

In canis despicere podicem, trimaque vulpium.

Alluſit eodem & in Acharnenſibus, Τῶν ὀπῶν φυσῶν ἐ φυσητύνης. Obſcœnius eſt quàm vt vertere libeat. Has profectò nugas pigeret adiicere, ni propoſitum eſſet operi ſuſcepto per omnia ſatisfacere, ἡγ δὲ ἔχειν ποιητὴν τοιαῦτ.

Tentantes ad Troiam peruenerunt Graci. 37

Tentando res perfici.

Theocritus in Syracuſiis, tentando atque experiendo quantumlibet etiam ardua perfici, figura prouerbiali ſignificans,

–ἐπειρᾶτε, inquit, περιμάχητον ἄλσος ἀέξειν.

Κἠμεῖς πειρᾶσθαι, πέρα πάντ' ἔστιν ἰόντι. id eſt,

–tentando ad Troiam venere Pelaſgi.

Cuncta, pulcherrima, perpeti vſus.

Deum ſequere. 38

Rationi parendum.

Plutarchus in libello De audiendo, refert hoc adagium, quod & inter ſeptem Græciæ ſapientum oracula celebratur, ἕπου θεῷ, id eſt, Sequere deum. Putat hunc eſſe ſenſum, Obtempera rationi. Quaſi cuique debeat oraculum eſſe quicquid in pectore dictauerit ratio. Vnde & Virgilius dixit,

–*en cuique deus ſua dira cupido.*

Cui verſus ille Græcis celebratus aſtipulatur,

Ὅ τοῦ γὰρ ἕκαστον ἔσω θεὸς ἐν κραδίῃσι. id eſt,

Luctì enim ſuus cuique animus, deus.

Et Menander apud Plutarchum,

Ὅ τοῦ γὰρ ἡμῖν ὁ θεὸς. id eſt,

Nam noſter animus numen eſt.

Achilles, Pallas obtemperans.

Et conſimilia quædam apud Lucanum dicit Cato Vticenſis. Sumptum videtur ex Homericæ Iliadis libro primo, vbi Achilles Palladi obtemperans, hæc dicit,

Ὅς κεν τοῖσι θέλοντα μάλα τ' ἔκλυον ἀμφί. id eſt,

Qui dis parentem, prona huius vota recipiant.

Apud eundem eſt hoc hemiſtichium nō vno loco poſitum, καί τις θεὸς ὑγιαίνοι, id eſt, Qui & diuûm aliquis ductor ſuit. Plato in Critone, Ἀλλὰ ταῦτα, ὦ Κρίτων, καὶ οὕτως ἔστω ταῦτα· ἐπειδὴ ταῦτα ὁ θεὸς ὑφηγεῖται, id eſt, Sine igitur ô Crito, & hoc pacto agamus, quandoquidem hæc nos ducit deus. Cicero libro De finibus tertio, commemorat inter præcepta veterum ſapientum, quæ conſtat prouerbiorum vice celebrata. Quęque ſunt, inquit, vetera præcepta ſapientum, qui iubent tempori parere, & ſequi Deum, & ſe noſcere, nihil nimis.

Lingua quò vadis. 39

Γλῶσσα ποῖ πορεύῃ; πόλει ὀλέθρου καὶ πάλιν ἀνατρέψεως. id eſt, Lingua quo vadis? Erectum ciuitatem, eandē denuo ſubuerſura. Refertur à Sanda, Zenodoto, Diogeniano. Docet linguam plurimū vtilitatis adferre mortalibus, & eandem rurſum plurimam adferre pernicie: tametſi membrum corporis ſit perquam exiguum. Profindè D. Iacobus Apoſtolus eam clauo nauis adſimilem facit, quæ quum pars ſit minima, tamen totam nauem aut ſeruat aut euertit. Bias, referente Plutarcho in libello De audiendo, rurſum in alio De loquacitate, Amaſidi Ægyptiorum tyranno iubenti vt ſibi quod eſſet in victimæ, quam ad illum miſerat, carnibus & optimum & peſſimum mitteret: linguam reſectam miſit, innuens huius vſum eſſe præcipuum, ſiue prodeſſe cupias, ſiue nocere. Nec inſcitè dictum eſt à Salomone, cap. 18. Mors & vita in manibus linguæ.

Ollas oſtentare. 40

Ridiculè, pro maxima oſtendere.

Χύτρας ἐπιδείκνυσθαι, id eſt, Ollas oſtentare, eſt rem per ſe ridiculam ac ſordidam, perinde vt maximam, efferre. Plutarchus in libello De auſcultando, taxans ſophiſtas, quibus mos erat ἀδόξους (id eſt, infames) materias verborum fucis exornare, quum vomitum, febrim, Buſiridem, atque id genus alia laudant, ἡγ τὸ δεῖν, inquit, χύτρας ἐπιδείκνυσθαι, Ac per Iouem ollas oſtentantes. Non quòd proſſus improbandum ſit ſiquis ve. exercēdi vel laxandi ingenij gratia ludat nonnunquam in huiuſmodi argumentis: modo iocus ſit eruditus, & cum voluptate miſceat nonnihil vtilitatis. Quandoquidem ridentem dicere verum, quid vetat? Imò ſit vt citra offenſam & gratius irrepat in animos mortalium veritas, huiuſmodi lenociniis commēdata. adeò vt Aulus Gellius non dubitet ridiculas Æſopi fabellas tetricis illis & è cœlo delapſis Stoicorum dogmatis anteponere. Luſit & ipſe Plutarchus in Grylio, feſtiuiter ſanè. ſed ita tamen vt philoſophum iocari, non ſcurram, poſſis agnoſcere. Ergo prouerbium affine fuerit illi quod alibi dictum eſt, χύτραι ποικίλαι, id eſt, Ollam variegas.

Puer glaciem. 41

Quod retinere non poſſimus, amittere tamen nolumus.

Ὦ παῖ χιόνιον, id eſt, Puer glaciem. Dicebatur in eos qui quum retinere quidpiam non poſſent, nolunt tamen amittere. Veluti ſiquis magiſtratum recuſet deponere, cui gerendo ſit impar aut à munere nolit abſolui, quod tueri tamen non poſſit. Competet & in eos qui ponte non data ſe amouere, quod tamen aliquanto pòſt ſit elapſuri ne. vt quum opes vrgemus premimúſque, mox nihilominus nos reſcituras. aut quum rem noxiam vrgemus, nec volumus amittere quod lædit. Refertur à Zenodoto, ſut. à Diogeniano. Meminit Plutarchus & explicat libr. de futili loquacitate. Sumptū videtur è Sophocle, qui amorem comparat puerīs, qui glaciem cō pectam arripiunt manibus, ac deſtillātur: ſed ea mox liqueſcente, nec facilè poſſunt abiicere lubricam maſſam, nec retinere noxiam. Itidem amor nec excuti poteſt ob voluptatem adiunctam, nec retineri ob moleſtias admixtas voluptatibus maiores.

Vnum ad vnum. 42

Singula, ſingulis compaꝛata.

Ἓν πρὸς ἕν, φασὶν, inquit Lucianus, id eſt; Vnum ad vnum, nimirum figuram prouerbialem eſſe ſignificans, quum exactius ſingula ſinguli componantur. Theocritus in Paſtore,

–ἐμὲ δὲ τὸ βωκολικεῖσθαι.

Ἓν πρὸς ἕν.

id eſt, ſi libet ad verbum reddi,

–*te verò nihil ſecuſſe boues*

Vnum ad vnum.

Sic enim quidam eruditi legunt. Plato libro De legibus quinto, ἀλλ' ἡ καθ' ἑνὸς ἕκαστον ἀνάγκη πρὸς ἓν τὸν νοῦν ἔχειν. Reddetur & hoc ad verbum, Oportet autem omnem, vnū ad vnum, ad hoc reſtinare. hoc eſt prorſus quemquam ad idem in lib. 6. ἓν ἐφ' ἑνὶ πιπτόντα. Vtitur & lib. 2. plane prouerbiali figura, ἓν πρὸς ἕν. Rurſum lib. 4. καθ' ἓν ἕν. Tranſlatum videri poteſt a præliorum quoties aciter res geritur ſingulis aduerſus ſingulos dimicantibus. Niſi potius ad Laconicum illud apophthegma referre. narrat enim Plutarchus in libello de futili loquacitate, Lacedæmonios aliquando vnum legatum ad Demetrium regem miſiſſe. Quumque ſtomacharetur tyrannus, vocifemretúrque, Vnum, inquiens, ad me Lacedæmonij legatum nihil attonitum reſponditſe, Vnum ad vnum. Nec abſurdè dixeris, à mathematicis mutuò ſumptum, quorum eſt hæc loquendi figura peculiaris, ἓν πρὸς ἕν, id eſt, Vnum ad vnum. ſic enim proportionem conſtare dicunt quam vocant paritatis ſiue æqualitatis.

Legati Lacedæmonij, ſuperbum vltionem.

In nocte conſilium. 43

Non præcipitandum conſilium.

Ἐν νυκτὶ βουλή, id eſt, In nocte conſilium. Admonet adagium non eſſe præcipitandum conſilium, neque ſtatim ad primos animi impetus quippiam agēdum. Nox autem propter ſolitudinem ac ſilentium, vel maximè ad conſiderandum conſultandúmque de rebus grauibus eſt idonea. Præterea ſæpenumero fit vt ſomnus, ſedata cupiditate, priſtinam ſententiam veritas. Vnde etiam vulgò dicitur ab idiotis noſtratibus, Super hac re indormiam. vbi ſignificant ſe per otium deliberaturos. Porrò præceps conſilium malè auſpicatum eſſe ſolere, & vulgato ſermone dicitur, & eleganter admonuit Sophocles apud Plutarchum libello de garrulitate,

Οὐ γὰρ τι βουλῆς τοῦτο γ' ἐμὸν τέκος. id eſt,

Curſus enim haud eſt finis idem & conſilij.

Conſilij & curſus non idem exitus.

Siquidem in curſu vincit qui celerrimus ſit: in conſultando, cunctatio tutior eſt, periculoſa celeritas. Plutarchus in Sympoſiacis, decade ſeptima, problemate nono, citat Platonem, qui ſcripſerit, apud Lacedæmonios, ni fallor, fuiſſe νυκτερινὸν σύλλογον, id eſt, Nocturnum conuentum grauiſſimorum ad quem difficiliimæ cauſæ reiiciebantur. Addit, apud veteres hoctem Ἀφρόνιον fuiſſe vocatam, ἀφ' οὗ τὸ εὖ φρονεῖν à bene ſapiendo.

Vbi quis dolet, ibidem & manum habet. 44

Ὅπου τις ἀλγεῖ, τοῦτο καὶ τὴν χεῖρ' ἔχει. id eſt,

Vbi dolet quis, ibi & manum frequens habet.

Senarius prouerbialis, quem refert Plutarchus libro De futili loquacitate. Natum eſt dictum à naturali hominum conſuetudine, qua fit vt ei corporis parti quæ dolet, frequenter manus admoueamus. Tempeſtiuū

ter vremur quum significabimus quempiam ea tractare, déque iis libenter verba facere quæ mouent animũ. Stobæus idem refert ad hunc modum,

Ὅπου τις ἀχθῆται καὶ τὸν νοῦν ἔχει.
Vbi quis dolet, illic & mentem habet.

Lippo oculo similis.

Allusisse videtur ad prouerbium Cicero Epist. ad Atticum lib. 3. Sed non faciam vt aut tuum animum angam querelis, aut meis vulneribus sæpius manum afferam. Item Plautus in Persa, Quasi lippo oculo me meus herus vtitur, manũ abstinere haud quit tamen. Plutarchus hinc torquet, Vbi quid hic dolet, huc delectat, ibiquisque lingua habet. Sic laudibꝰ arguitur vir victoriosus Homerus. Et Pindarus taxatur vt φιλάργυρος, quòd multus in laudando auro. Nam hoc pacto fratrem auspicatur Olympium, ἄριστον μὲν ὕδωρ, ὁ δ' ὑπερθύμου πῦρ αἰθόμενον νυκτὶ μαλερώτατον ἔπλετο πάντων. id est, Optima quidem aqua, cæterum aurum, velut ardens ignis, eminet noctu magnifices supra opes. Rursum in Isthmias hymn. 3. Καὶ μεγαλάνωρ τέτμοισι χρυσὸν ἄφατον ἀρετᾶν ἄγων. id est, Et multipotens meritarum aurum hominis eximium in cæteris.

Plus apud campanos vnguenti quàm apud cæteros olei fit. 45

Campaniæ regio.

Plinius naturalis historiæ lib. 18. cap. 11. In Campania tamen, inquit, laudatissimus campus est. Montibus subiacet numbus, totis quidem 40 mil. pass. planitie. Gratia terræ eius, vt protinus soli natura dicatur, puluerea summa, inferior bibula, & pumicis filtulans vice. Montium quoque culpa in bonum cedit. Crebros enim imbres percolat atque tranſmittit: nec diluit, aut madore voluit, propter facilitatem culturæ. Eadem acceptum humorem nullis fontibus reddit, sed temperat: & concoquens intra se vice lucci continet. Seritur toto anno, panico semel, bis farre. Et tamen verè legetes quæ interquieuere fundunt tolam, odoratiorem nitiua. adeo terra non cessat parere. Vnde vulgo dictum, Plus apud Campanos vnguenti, quam apud cæteros olei fieri. Quantum autem vniuersas terras campus circumcampanus antecedit, tantum ipsum pars eius quæ Laboriæ vocatur, quem Phlegræũ Græci appellãt. Hactenus Plinius. Sicuti placebit adagium ad allegoriam trahere, poterit accommodari vel in regionem, vel in hominem adeo cæteris antecellentem, vt apud hunc maior sit exquisitarum rerum copia, quàm apud alios mediocrium, aut vulgarium.

Ne via quidem eadem cum illo vult ingredi. 46

Μηδ' τὴν αὐτὴν ὁδὸν βαδίζειν, id est, Ne via quidem eadem ingredi dicuntur, qui extremo dissidẽt odio, adeo vt non tolùm mensa tectove communi non sustineant vti, sed ne via quidem communi velint ambulare. Vnde & vulgata dicãtur nonia, Viqueadeo illum amat, vt si forte fortuna fuerit obuius, in aliam deflectat viam. Plutarchus in commentario περὶ φιλαδελφίας. Τὸ δὲ ἀδελφῷ μηδ' τὴν αὐτὴν ὁδὸν ὁσίως ἐθέλειν βαδίζειν. i. Cum fratre verò ne via quidem eadem libet putare ingrediendum esse. Huic congruit prouerbialis ille versiculus,

Κακὸν σὺν αὐτῷ μηδ' ὅλως ἐλθεῖν ποτε.
Vno loco malo ne vis fuisse comes.

Extra cantionem. 47

Ἔξω τοῦ μέλους (id est Extra cantum) agi dicíve dicũt quod ad rem non pertinet. Etiamsi prouerbio in alienam transfuso linguam, perit genuina illa gratia. Siquidem ἔξω μέλους perinde sonat quasi dicas, parum modulatè, parum cõcinnè, parùm aptè, parum decorè. Nam quod in musica est μέλος, id in vita decorum. Lucianus in Eunucho. κἀγὼ φοβοῦμαι μὴ ἔξω τι εἴπω τοῦ μέλους. i. Et apud quos vereatur aliquis præter cantum quippiam dicere. id est, quod a re esset alienus. Imitatus est hanc figuram ex Platone, qui libro De legibus 3. scribit ad hunc modum, ἔξω μέλους ἴσως γε αὐδῶμεν φαῦλον. id est, Præter cantilenam mihi dicturus fuisse videris. Et in Critia, ἔξω μέλους γ' ἴσως ἐσμὲν αὖθις ἅπαντες τὸ νῦν, δι' ἀπειροκαλίαν ὀκνοῦντες ὑμνεῖν. id est, Quòd liquid extra cãtionem imprudentes de ipsis fumus loquuti, congruam poenam exigere. Aristophanes in concionatricibus, elegãter vnico verbo vtitur ἐξαχορδίτῃ, pro eo quod est absona nec ad rem facientia loqui.

Quod in musica μέλος, id in vita decorum.

ἀπεσήχανεν ὅπως
Μηδὲν ἐξαχορδίτῃ δῆτ' ἀποδίξαι.
ne quid absonum
dicere.

id est,

Vt ne quid alienum loquare & absonum
Ab his tibi qua sint probanda.

Dissona tibia.

Aristoteles lib. Rhetoricorum 3. notat à poetis quibusdam dictum ἄχορδον ἢ ἄρυθμον, μέλος, cantionem dissonã, nec fidibus respondentem. Apte torquebitur in eos qui secus viuunt quàm docent. Finitimum est huic quod alibi retulimus, οὐδὲν πρὸς τὸν ζυγόν, nihil ad verbũ, seu nihil ad carmen. Quod quidem Aristophanes ἀκαιρολογούμενος, nouè vtitur pro temerè,

Οὐ γὰρ ἐμὸν ἱδρῶτα καὶ φειδωλίαν
Οὐδὲν πρὸς ταῦτ' ἔστιν καταπύστου ἀσβόλου. id est,
Neque enim meo sudore quod parauerim,
Neque parsimonia, temere ac nihil.
Ad rem profudero,

Οὐδὲν πρὸς ταῦτ' ἔστιν scholia exponunt, οὐδὲν ὑπάρχει πρὸς τοῦτο, id est, temere & absque causa. Posterior versus Græcus non constat suis pedibus. Restituetur si legamus, Οὐδέν τι πρὸς ταῦτ' ἔστιν καταπύστου ἀσβόλου. Quod carmen equidem duxi satius vel alienore citare loco, quàm eo studiosum fraudare lectorem. Natum, vt videtur, ab apophthegmate Themistoclis, qui Simonidi poetæ petenti quiddam à se parum æquum, respondit ad hunc modum, Neque tu bonus esses poeta, si præter cantum caneres: neque ego bonus princeps, si præter leges iudicem. Sumptum est ab antiquis cantoribus, qui vocem ad lyram accommodabant. Aut certè à concentu vocalium musicorum, vbi siquis dissonat ab harmonia, grauiter offendit aures. Lucianus ἐξαίσιον, vocat quæ ad causam non pertinent. M. Tullius ἀδιάφορα, quæ aliena à re proposita. Ἐξαίσιον. Ἀδιάφορα.

Ignis, mare, mulier, tria mala. 48

Circumfertur apud Græcos & hic trimeter prouerbialis,

Πῦρ καὶ θάλασσα καὶ γυνὴ, κακὰ τρία. id est,
Ignis, procellæque & mulier, hæc tria tria.

Nam incendio nihil formidabilius, mare item periculosissimum est. Vnde & Æschylus in Perſis,

Ἅμαχον κῦμα θαλάσσης. id est,
Maris haud vincitur vada.

His autem simillimum quiddam esse mulierem sentit paræmia. Porrò mulierem omnem esse malam, perquam venustè significauit Lacon quidam, qui quum vxorem duxisset perpulchram, dicebat è malis quod minimum esset, eligendum. Fatetur & apud Euripidem Medea, fœminarum genus esse malum,

Ἀλλ' ἡμὶν οἷαι τοῖς σοφοῖς κακὸν πέλει,
Γυναῖκες. id est,
Sumus quidem quales sumus nos fœmina,
Neque enim male audire dicere.

Euripides apud Planudem in vita Æsopi, inter omnia mala principatum tribuit mulieri,

πολλαὶ δ' ὀργαὶ κύματων θαλασσίων,
πολλαὶ δ' πόλεμοι πυρὸς ἀχρὶς πνοαί,
Δοκοῦσ' δὲ πολὺ δεινὸν δ' ὄφις μορφῇ.
Πολλῶν δ' οὔτι δεινὸν, οἷα γυνὴ κακή. id est,
Furore multo fœmi tratum mare,
Pronique flatus, & ignis acris impetus,
Inopia scelera, scelera alia quam plurima:
Sed nil ita acerbum & maxime vt mulier mala.

Falces postulabam. 49

Ἅμας ᾐτούμην, id est, Falces postulabam. In eos qui respondent id quod ad rem nihil attinet. Plutarchus in commentario περὶ ἀδολεσχίας, admonet, vt qui velit accuratè respondere, mentem rogantis diligenter perdiscatque illud fiat quod prouerbio dici consuevit, ἄμας αἰτοῦντι. Est autem senarius prouerbialis apud Suidam & Zenodotum,

De eo qui quod ad rem non pertinet respondet.

Ἅμας ᾐτούμην, ἀλλ' ἀπηρῶν σκάφας, id est,
Falces petebam, at bi ligones denegant.

Videtur hinc natum, quòd agricolæ cuipiam à vicino falcem commodare petenti, negauerit ille sibi ligonẽ esse domi. Theocriti scholiastes in Pastoribus annotauit, Atticis ἄμας dici quod communis Græcorum lingua vocat δικέλλαν siue σκαπάνην, id est ligonem. Quòd si σκάφος idem significat quod σκαπάνη, ridiculum erit in responso, perinde ac siquis petenti gladium, neget se habere ensem. Sunt qui sentiant σκάφας esse poculi genus, aut vasis cani.

Alba anis. 50

De re inusitata atque auspicata

Ἀλφὰς ὄρνις id est, alba auis: pro re noua atque auspicata

picata dixit M. Tullius in Epist. familiaribus libro septimo: Quum enim salutationi nos dedimus amicorum (quæ fit hoc etiam frequentius, quàm solebat, quòd quasi albam auem videntur bene sentientem ciuem videre) abdo me in bibliothecam. Quadrabit & in rem nostram iam & ultitatam, quòd aues perpaucæ sint hoc colore. Ita Iuuenalis,

-cornix quoque rarior albo.

De albæ gallinæ filio dictum est alibi.

In alieno choro pedem ponere. 51

Misere se negotiis alienis.

Ἐν ἀλλοτρίῳ χορῷ πόδα τιθέναι, id est, In alieno choro pedem ponere: est se immiscere negotiis alienis, & aliorum ubi vendicare partes. Plutarchus in commentario quem inscripsit, Quo pacto sentiat aliquis citra inuidiam laudare possit, ἐν δὲ τῷ ἀλλοτρίῳ χορῷ πόδα τιθέναι, φησὶν, ὁ τὰ παρόντα καὶ ἴδια παρορῶν καὶ ἀμελῶν, id est, Eum quidem qui in alieno pedem imponit, curiosum ac ridiculum esse, prouerbium declarat. Idem in Symposiacis, Ἐγὼ δὲ καὶ ἐν ἀλλοτρίῳ χορῷ πόδα τιθέναι, φέρε, id est, Ego verò, tametsi pedem in alienum interens chorum, dicebam. Hoc est, respondens de re quæ ad philosophi professionem non pertinebat. Athuus est huic adagio metaphora perquam elegans, neque discrepans à specie prouerbiali, qua vsus est Aristides in Miltiade. Μιλτιάδην δὲ τὸν μαραθῶνι καὶ χορὸν πλέξομεν; id est, Porrò Miltiadem, qui est apud Marathonem, qua chori parte collocabimus? Interpres addit; metaphoram sumptam à choris Dionysiacis. Certè constat mutuò sumptum à choreis ac saltationibus: quibus siquis ignotus admisceat se, derideatur atque exibiletur illico. Plato in Euthydemo, Τίνα δὲ σοφίαν ταύτην τὴν χορεύουσαν ταῖς ψυχαῖς; ἢ ποίαν λέγεις; id est, Hanc sapientiam in quo choro illa tuemus? inter bonas aut quid censes?

Ne magna loquaris. 52

Temperandū sibi à magniloquentia.

Μὴ μεγάλα λέγε, id est, Ne grandia loquaris referunt à Diogeniano: admonet temperandum esse à magniloquentia iactantiáque, qua nihil omnium intolerabilius. Dictum est autem propter Nemesim deam, quæ grandiloquentiam huiusmodi non sinit impunitam. M. Tullius Epistolarum ad Atticum libro quarto, epistola octaua,

Μήπω μέγ' εἴ τις σφὶν ἐγὼ ἔρος ἀντιάσῃ: id est,
Ne quando iactes, ni prius perfeceris.

Aristophanes in Ranis,

Ὦ δαιμόνι' ἀνδρῶν μὴ μεγάλα λέγε λέγε. id est,
Mirande vir, ne magna nimium dixeris.

His verbis Bacchus reprimit Euripidem, per arrogantiam semet anteponentem Æschylo. Sophocles in Aiace flagellifero,

Μηδὲν μέγ' εἴ τιν' οἶσθ' ἐρᾷς ἵν' εἶ κακοῦ; id est,
Ne magna loquere: non vides quo injus malo?

Theocritus in Cyclope,

Μηδὲν μέγα μυθεῦ. id est,
Nequid sublime loquaris. Theognis,

Μήποτε Κύρν' ἀγορᾷ τῶν μέγα εἶδέ τις οὐδὲν
Ἀνθρώπων ὅ, τι τύχῃ χ' ἡμέρα ἀνδρὶ γένῃ. id est,
Verbum, Cyrne, cave magnum ne dixeris vnquam.
Nescit quidnam homini nocue diesue ferat.

Plato in Phædone, Μὴ μέγα λέγε, μήτε ὑμῶν ἐμοῦ ἀπιστοῦντος ἔτι ἀντιλέγῃ ἢ μηδὲν καλῶς λέγοντος, id est, Ne loquare grandia, ne qua nobis inuidia futuram orationem interturbet. Antiquitàs enim finxit deam Nemesim, *Nemesis, vindex inflatis.* iactantiq vltricem. Ita Pindarus in Isthmiis hymno quarto, Ἀλλ' ὅμως καίγε μὰν κατέβρεξε σὰν Ζεὺς πατὴρ ἁ πάντιμος, id est, Attamen gloriationem obnubila silētio. Iupiter hæc & illa partitur. Est enim vnica placandæ inuidiæ ratio siquid accidit boni; ad authorem Deum referatur. Idem in Nemeis hymno decimo, Ἔστι δ' ἁ μέγ' ἀβρύνεσθαι καιρὸς ἀντιάσῃ, id est; Est autem graue in hominum inuidiam incidere. Est enim inuidum mortalium ingenium; nec vllā re citius saturatur, quàm audiendis laudibus alienis. Idem eiusdem operis hymno quinto, ἀβλεμίαις μέγα τιμῶν. Huc allusisse videtur Virgilius, libro 10.

Dixerat ille aliquid magnum?

Μέγα φρονεῖν. Inuenitur sæpius & μέγα φρονεῖν, pro eo quod est, insolentem atque elatum esse. Sophocles in OEdipo tyranno,

Φρονεῖν δὲ οὐ χρὴ μέγα· id est,
Sentire enim altum vt fœmina.

Extat & senarius prouerbialis:

Οὐ δύνῃ μεγάλοις, μὴ μέγα φρόνει. id est,
Ne quid tume, quum res secunda maxime. *Μέγα πνεῖν.*

Ἐμμέγα πνεῖν. i. Magnum spirare. Euripides in Bacch.

Κἂν πνέων ᾖ μέγα.
Quamuis magnum spirans veniat.

Eleganter Horatius huiusmodi grandiloquentiam, ampullas & sesquipedalia verba vocat in Arte poetica, *Sesquipedalia verba.*

Proicit ampullas & sesquipedalia verba.

Terentius in Militem gloriosum; Et magnifica verba. Legimus & τραγικῶς λέγειν, id est, loqui tragice, καὶ τραγῳδεῖν, pro eo quod est, magnificis verbis efferre. Horatius in epist. *Tragicè loqui.*

Et spirat tragicum satis, & feliciter audet.

Tametsi non me fugit, poetam hoc loco simpliciter dixisse, spirat tragicum.

Exercitatio potest omnia. 53

Μελέτη πάντα δύναται, id est, Cura omnia potest. Laertius hanc sententiam Persandro tribuit, qui Isthmum etiam tentarit persodere. Significat autem, nihil esse tam arduum quod diligentia curáque non efficiatur. Virgilius in Georg.

-labor omnia vincit *Dij laboribus bona vendunt.*
Improbus, & duris vrgens in rebus egestas.

Extat apud Græcos prouerbialis sententia, Θεοὶ πονηθεῖσι πόνοις πωλοῦσι τὰ, id est, Dij bona laboribus venundant. Huc allusit Horatius,

Perrupit Acheronta Herculeus labor.

Sophocles in Electra,

Πόνῳ τὰ χρηστὰ κἀξ ὀνειράτων. id est,
Citra Laborem nihil bene est.

Fertur & versus Menandri,

-πάντα τὰ ζητούμενα
Δοκεῖ μαρτύρεται φασὶν οἱ σοφώτατοι. id est,
Quæcunque votis expetuntur, prædicant
Egere curis, quæ valent prudentia.

Simplicius Antiphanes,

Τῆς ὀπτιμείας πάντα δεῖται γίγνεται. id est,
Domat atque subigit cuncta diligentia.

Quanquam autem in præsentia non est neque propositi, neque operis huius, quicquid ad huiusmodi sententias facit, in vsum conuertere, tamen haud grauabor (quandoquidem casus obtulit) adscribere verba Senecæ ex lib. De ira secundo, Atque nihil est, inquit, tam difficile & arduum, quod non humana mens vincat, & in familiaritatē perducat assidua meditatio. Nullique sunt tam feri suique iuris affectus, vt non disciplina perdomentur. Quodcunque imperauit animis, obtinuit. Quidam nunquam ridere consueti sunt. Vino quidam, alij Venere, quidam omni humore interdixere corporibus. Alius contentus breui somno vigiliam indefatigabilem extendit. Didicerunt tenuissimis & aduersis funibus currere, & ingentia vixque humanis toleranda viribus onera portare, & in immensam altitudinem mergi, ac sine vlla respirandi vice perpeti maria. Mille sunt alia, in quibus pertinacia impedimentum omne transcendit; ostenditque nihil esse difficile, cuius sibi ipsa mens patientiam indixerit.

Quid primum aut vltimum? 54

De rerum copia, vel in hæsitantes de rei alicuius initio.

Τί πρῶτον, ἢ τί ὕστατον; Quid primum aut vltimum? Figura prouerbialis, qua vtimur quoties aut rerum copiam tantam significamus, vt hæsitemus vnde potissimum exordiamur: aut quum perplexi dubitamus quid primum agere debeamus. Lucianus in libello cui titulus De mercede seruientibus, ἢ τί σοι πρῶτον, ὦ φίλτατε, ἢ τί ὕστατον, φασὶ, καλεῖν ἐπαινῶν ἀπὸ τοῦ ἐπαίνου ἄρξωμαι; id est; Quidnam tibi primum, amice, aut postremum, vt dici solet, commemorem ex his quæ & pati & facere coguntur ij qui mercede seruiūt? Porrò Lucianus desumptit ex Odyssea libro nono in quo Vlysses ad hunc loquitur modum,

Τί πρῶτον, τί δ' ἔπειτα, τί δ' ὕστατον κεν ἄεισα; id est,
Quid primum, quid mox, & quæ tandem vltima dicam?

Iuuenalis,

Quò te circumagis? quæ prima aut vltima ponas.

Eiusdem characteris est illud Euripidis in Iunone insaniente.

Ὦ μοι, τίν' ὑμῶν πρῶτον, ἢ τίν' ὕστατον
Πρὸς στέρνα θῶμαι;
Quem vestrum ouc, quem pectori admoueam meo
Primum vltimúmue?

Dente Theonino rodi. 55

Theonino dente rodi dicuntur qui conuitiatores

Theon, maledicum. rantur. Sumptum à Theone poeta quodam rabiosæ loquacitatis, petulantissimæque maledicentiæ: vnde & Ausonius in carmine hendecasyllabo, poetam quempiam indoctum & mordacem, Theonem appellat,

Nec posthac metuet vbique dictum:
Hic est ille Theon poeta jaspis,
Bonorum malus carnifex Lacerna.

Horatius in Epistolis,

Dente Theonino qui circumroditur.

Neque dissimili figura est vius in epistola ad Iulium Florum,

-hic delectatur iambis,
Ille Bionæis sermonibus.

Bionei sermones. Acron admonet Bionem philosophum fuisse, qui mordacissimis dialogis lacerauit poetas, sic vt nec Homero parceret. Porphyrion autumat Aristophanis comici patrem fuisse.

Zoilus. Zoili quoque mordacitas propemodum in prouerbio est, sed vt inuidum intelligas magis quàm

Sceus loliginum. oblatratorem. Horatius hoc vitium alicubi succum loliginis vocat, & salem nigrum, quòd cum morsu addat

Sal niger. & famæ maculam.

Hipponacteum præconium. 56

Hipponacteum præconium pro infami nota dixit M. Tullius, in mirum prouerbiali schemate, in Epistolis familiaribus, de Tigellio quodam ita scribens, Eúmque addictum iam tum puto esse Calui Licinij Hipponacteo præconio. Nam Hipponax poeta fuit lambographus, amarulentus, ac noxæ mordacitatis: qui, authore Dionysio Halicarnasseo, trimetrum Archilochium de industria in Scazontem infiegit, quum inimicos lacerare vellet, quo videlicet ferirent fortius. Hic Bupalum & Anthermon, quòd ab his deformi specie depictus esset, versibus iambicis infectatus legitur. Erat autem Hipponacti notabilis in vultu fœditas: quamobrem quidam imaginem eius proposuere in ridentium circulis, quorum aliquot suis carminibus creditur ad laqueum compulisse. Negat id esse verum Plinius, libro tricesimosexto, capite quinto.

Archilochia edicta. 57

Adagionis faciem habet & illud quod Cicero scribit

De contumeliosis, & maledicis. ad Atticum libro secundo, Itaque Archilochia in illum edicta Bibuli, populo ita sunt iucunda, vt eum locum in quo proponuntur, præ multitudine eorum qui legunt, transire nequeamus. Archilochia edicta, contumeliosa vocat ac virulenta. Archilochi poetæ mordacitas vulgò celebratissima fuit. is Lycamben socerum, à quo fuerat repudiatus, huiúsque filiam adeo virulentis versibus infectatus est, vt vterque se laqueo præfocauerit.

Archilochi patria. 58

Ἀρχιλόχου πατρίς, id est, Archilochi patria. Diogenianus testatur hoc dici solere de mordacibus ac maledicis. Videas enim populos nonnullos natura dicaces, cu-

Siculi dicaces iusmodi fuisse feruntur Siculi.

Genuino mordere. 59

Qui clanculum obtrectant lacerántque quempiam, eum genuino mordere dicimus. Persius Sat. 1.

-& genuinum fregit in illo.

Genuinum frangere. Lucilium sentiens poetam Satyricum. Item diuus Hieronymus, Possim respondere, si velim: possim genuinum latus infigere. Dentes autem genuini sunt omnium recondissimi, ac propemodum operti gingiua. Serò emergunt homini: nempe circiter annum vigesimum: mulus & octogesimo, vt author est Plinius libro vndecimo, capite trigesimoseptimo. Et ob id haud absurdè, liuoris atque obtrectationis morbo dicati. Potest nó absurdè referri & ad viperæ denticulos illos quibus eam venenum infundere putant. Plinius eodem quod modò citauimus capite, Nam hi quoque sunt viperis sub gena fistulosi. Potest & ad canes referri, qui postremis dentibus ossa duriora circunrodunt. Omnis autem obtrectatio, morsus dicitur: vnde Aristophanes iocatur, in anulo non inesse remedium aduersus sycophantæ morsum. Diogenes apud Laertium, rogatus cuiusnam animantis morsus esset perniciosissimus, Ex feris, inquit, obtrectatoris: ex cicuribus, adulatoris. Hoc venenum Horatius loliginis succum appellat.

Aureo piscari hamo. 60

Mediocria ea quæ magnis imperfit. Aureo piscari hamo dicuntur qui mediocris commodi cupiditate periculum adeunt vt maximarum rerum faciant iacturam. Commemoratur inter facetè dicta Octauij Cæsaris à Suetonio. Fit enim nonnunquam vt piscis hamum etiam ipsum secum auferat. Potrò metaphoræ plerunque à piscatione ductæ, prouerbij vice fuere vsurpatæ. Sicut expiscari apud Terentium pro eo *Expiscari.* quod est diligenter elicere atque exquirere. Vorare hamum, apud Plautum. Semper tibi pendeat hamus, apud Naſonem. Quod siquis pugnet, Augusti dictum non esse prouerbium: certè prouerbiale est, nec indignum quod in hunc ordinem allegatur. Potest fieri vt quibusdam etiam hoc libuerit, aureo hamo piscari. Siquidem, authore Suetonio, Nero Cæsar reti aurato, funibus purpura coccoque nexis, piscari solitus est. Proinde quoties sic ambimus quippiam, vt si potiamur optatis, mediocre sit emolumentum: sin fallat ipes, damnum ingens: aptè dicemur aureo piscari hamo. Id quod frequenter viuunt ii qui scrutantur abditas terræ venas, *Alcumistæ.* sed frequentius qui vulgò dicuntur Alcumistæ, de quibus apud Athenæum libr. 6. venustè dixit Phalerus Demetrius, ὅτι πολλάκις ἐπιχειροῦντες τὰ μεγάλα ἐξέπεσον τῶν ὑπαρχόντων, ἃ δὲ ἐλάμβανον οὐ προσῆκεν. id est, Quòd frequenter certus consumptis incertorum gratia, quæ se capturos speculabantur, nón ceperunt: quæ verò habebant, abiecerunt.

Sapientia vino obumbratur. 61

Plinius historiæ mundi libro vigesimo tertio, capite primo, Vinum iecunos bibere nouitio inuento inutilissimum est. Curas vigorémque animi impedit ad procinctum tendentibus. somno accommodatum, ac securitatibus: iámque dudum hoc fuit quod Homerica illa Helena ante cibum ministrauit. Sic quoque in prouerbium cessit, Sapientiam vino obumbrari. Hactenus Plinius. Potrò quod Plinius citat, est Odyssex quarto. In prouerbiis item Ecclesiasticis duo referuntur quæ sapientem etiam dementent, vinum, & mulieres.

Homines frugi omnia recte facere. 62

M. Tullius libro Tuscul. quæst. 4. Frugalitatis nomen tanquam ad caput referre volumus: quòd nimirum eo nomine virtutes continerentur, nunquam illud tam peruulgatum esset, vt iam prouerbij locum obtineret, Homines frugi omnia rectè facere. Hactenus Cicero. Docet adagium, quosdam improbos nomines certis in rebus nonnunquam esse vsui, ac præclarè se gerere: verum vbique ac perpetuò prætare virtutem integrum atque inculpatum, id eius demum esse videtur qui natura veréque sit probus. Alludit ad hanc sententiam Euripides in Hecuba, quum ait,

-αὐχοῦσι δ' ἄλλοι,
Ὅ τι πονηρὸς, ἐδὲν ἄλλο πλὴν κακός.
Ὅ δ' ἐσθλὸς ἐσθλὸς, ἐν παροιμίαις ἴσον
Θνητὸν διῴκηκ', ἄλλα χρεὼν εἰ' ἀεί. id est,
-cæterum in mortalibus
Quisquis malus, nil aliud esse quàm malus:
Frugi vsque frugi. sit non eum ingenium grauet
Fortuna varias, sed probus semper manet.

Item in Iphigenia in Aulide,

-ὁ δ' ἐσθλὸς, ἐσθλὸν πανταχοῦ καλόν. id est,
-at qui probus, Is palam est semper probus.

Aristoteles lib. Moralium 7. Τὸ μὲν γὰρ ἀγαθὸν ἁπλοῦν, τὸ δὲ κακὸν πολυμορφον. καὶ ἀγαθὸς μὲν ὁμοίως εἷς, καὶ μεταβάλλοντες τὰ πολλὰ. ὁ δὲ φαῦλος καὶ ὁ ἄφρων ἀεὶ ἕτερος ἑαυτῷ καὶ οὐχ ὁμοίως. id est, Siquidem quod bonum, idem simplex: contrà quod malum, id varium est. Et qui bonus, is semper sui similis, neque vnquam commutat mores. At quisquis improbus & stultus, haudquaquam idem esse videtur mane & vesperi. Huic mirè concinit illud literarum arcanarum, Stultus vt luna mutatur, sapiens permanet vt sol.

Fallacia alia aliam trudit. 63

Terentius in Andria, Fallacia alia aliam trudit. Donatus admonet prouerbiali figura dictum. Sumptum à consuetudine eorum qui alios fallere, ac dolos dominis confarcinantium ne deprehendantur. Vnde consutis do- *Consuti dolis.* lis dixit Plautus. Et sutelas appellat huiusmodi technas, *Suidas.* δόλους ὑφαίνων, apud Homerum, id est, dolos texere.

Sera in fundo parsimonia. 64

Prouerbialis sententia apud Senecam in prima epistola, Sera in fundo parsimonia: digna profectò, quæ omni sermone, omni cadó, omni cellæ penuariæ inderibatur. Admonet, in tempore parcendum rebus necessariis, neque imitandum profusorum vulgus, qui tum demum incipiúnt parcere, posteaquam viderint in summum supereresse. Erit elegantior sententia si traducatur ad res animi: veluti siquis admonet iuuenes ne sinant optimos illos annos inaniter effluere, ne illis eueniat quod plerisque solet euenire, vt iam natu grandes animum

ad res

ad res honestas applicent: & quum perpusillum vitæ superfit, tum temporiparcere incipiant. Seram enim in fundo parsimoniam esse. Prouerbium sumptum apparet ex Hesiodo, cuius hi sunt versus in opere cui titulus Opera & dies,

Ἀρχομένου δ' οἴνου μὴ λαίφεσι γ' ἐφεσσάσθω,
Ἀλλὰ καὶ αὐδήσας ἀπὸ οἴνου πωλέο φειδώ. id est,
Plena vbi aestus sunt, aut iam prope mensa vini,
Tum satiare: sed in medio sic parcior esto.
Absurdum siquidem est grane in imo parcere fundo.

Allusit hunc Persius Satyra secunda,

donec deceptus & expes
Nequicquam fundo suspiret nummus in imo.

Plutarchus in Sympoſiacis, Decadis ſeptimæ problemate tertio, indicat poetam admoniſſe, tum eſſe bibendum vinum quum eſt optimum. Vinum autem, in medio ſalubertimum optimumque eſſe potu: quemadmodum ſumma pars olei potiſſimum laudatur, mellis infima. Primùm, quod vini vis calorem eius autem videtur maxime colligi circa medium, proinde id optimum eſſe ſeruare. Deinde vini pars inferior vicina faecis corrumpitur, ſumma pars ab aere proximo lædituri. Nam aerem inimicum eſſe vino, vel illud ſatis arguit, quòd dolio pleno vinum minus vapeſcit, quàm ſemipleno. Tum quòd terra defoſſa, vt aer attingere non poſſit, quàm diutiſſimè vigorem ſuum conſeruat. Theocritus item in Charitibus,

Καὶ κεν ὀδὶ πιθάμαν χαλῶν. id eſt,
Vacuus fundo caſſis.

ſcrinium inane ſignificans.

Vini pars in dolio, quæ optima.

Sybaritica menſa. 65

Συβαριτικὴ τράπεζα, id eſt, Sybaritica menſa. De conuiuio dicebatur nimium apparato. Natum à gentis eius moribus. Eſt enim Sybaris oppidum vicinum Crotoni, vt teſtis eſt Herodotus libro quinto. Stephanus indicat poſtea Thurion appellatum. Vnde Sybaritæ dicti, genus in architectura voluptatum operoſiſſima, Suidæ teſte, luxu deliciſque adeo notabilis, vt quicquid effœminatum, quicquid molle, quicquid accurata atque ambitioſa luxuria paratum eſſet, id vulgò Sybariticum diceretur. Vnde Ouidius in libro Tristium ſecundo, ſcribens ad Auguſtum,

Nec qui compoſuit nuper Sybaritida, fugit.

Sybaritida vocat opus Hemitheonis cuiuſdam cinædi Sybaritæ, de generibus voluptatum & obſcœnarum deliciarum. Item Martialis libro duodecimo,

Quæ certant, inquit, *Sybaritica libellis.*

Philo Hebræus in vita Moyſi, Sybariticas nequitias vocat laſciua poemata. Maximus Tyrius in diſſertione tertia de voluptatibus, Sybariticas ſaltationes commemorat. Ariſtoteles libro Moralium ſudemiorum primo. Smindyridem quoque Sybaritam comparem Sardanapalo inter voluptuarios omniauit. Suidas fabulas aniles, aut parum pudicas, Sybariticas appellatas ſcribit. Idem refert, Sybaritas inſtituiſſe vt equi ad tibiæ cantũ ſaltare condiſcerent. Et luxurioſos Sybaritas appellatos: & Sybariſſare, Sybaritarum ritu deliciis indulgere dictum. Adſtipulatur & Quintilianus libro tertio. Frugalitas, inquiens, apud Sybaritas forſan odio foret. Plutarchus in conuiuio ſeptem ſapientum, tradit apud Sybaritas hunc fuiſſe morem, vt mulieres abuſque anno priore ad conuiuium vocarentur, quo ſe per otium auro veſtibuſque poſſent exornare. Hæc atque huiuſmodi ferme referuntur ab Angelo Politiano, Miſcellaneorum cap. 15. Cæterùm conuiuium Sybariticum depingit, ac miſſus Sybaritici meminit Ælius Lampridius in vita Heliogabali, Imperatoris luxu perditiſſimi, adeo vt nomen inuenerit, vulgo dictus Apicius. Sed Lampridij verba ſubſcribam, Semper, inquit, ſanè aut inter flores ſedit, aut inter odores pretioſos. Amabat ſibi pretia maiora dici earum quæ menſæ parabantur, orexin in conuiuio hanc eſſe aſſerens. Sexcentorum ſtruthionum capita vna cœna multis exhibuit ad edenda cerebella. Exhibuit aliquando & tale conuiuium, vt haberet viginti & duo fercula ingentium epularum: ſed per ſingula lauarentur, & mulieribus vterentur & ipſe & amici, cum iureiurando quòd efficerent voluptatem. Celebrauit item tale conuiuium, vt apud amicos ſingulos ſinguli miſſus apparatur: & quum alter maneret in Capitolio, alter in Palatio, alter in Cœlio, alter trans Tyberim, & vt quiſque manſiſſet, tamen per ordinem in eorum domibus ſingula fercula ederentur, iterũque ad omnium domos. Sic vnum conuiuium vix toto die finitum eſt, quum & lauarent per ſingula fercula, & mulieribus vterentur. Sybariticum miſſum ſemper habuit ex oleo & garo: quem quo anno Sybaritæ repererunt, perierunt. De Sybaritarum tum luxu, tum interitu, permulta cõmemorat & Athenæus in Dipnoſophiſtis cum alibi, tum libro duodecimo, in quibus & illud, Sybaritas nullam artem recipere in ſuam ciuitatem quæ ſine ſtrepitu non poteſt exerceri, veluti fabrorum ærariorum, aut lignariorum, ac ſimilium: nequid ſit quod dormientibus obſtrepat. Ob eandem cauſam gallum gallinaceum fas non eſt in ciuitate alit. Alia præterea deliciarum argumenta refert dlic ſicut vacat legere. Ariſtophanes ἐπιτίλιον, συβαρίζειν dixit, pro eo quod eſt opiparè ac genialiter viuere.

Ἤδη δ' ἔξεστιν ὑμῖν,
Πλεῖν, μένειν, καθεύδειν,
Ἐν πανηγύρει θεᾶσθαι,
Ἐπιτίλιον, κροτεῖσθαι,
Συβαρίζειν. id eſt,

Iam vero licebit vobis nauigare manere, mouere, dormire, in feſtis ſpectare, conuiuio accumbi, cottabo ludere, Sybariſſare. Gregorius Theologus ad Baſilium, ſimili tropo menſam luxu redundantem. Alcinoi, dixit, οὐκ ἐς λωτοφάγου πρίσιν, οὐδ' ἐς Ἀλκινόου τράπεζαν, id eſt, Non ad Lotophagorum inopiam, ſed Alcinoi menſam.

Vbi ſupra.

Sybaritica calamitas. 66

Συβαριτικὴ συμφορά id eſt, Sybaritica clades. Stephanus tanquam prouerbium notauit. Porrò quemadmodum Sybaritæ perierint, idem narrat ad hunc modum. Oraculum huiuſmodi acceperant.

Εὐδαίμων Συβάρις, πολυβότειρα σὺ μὲν αἰεί
Ἐν θαλίῃσι θεῶν τιμῶν ἠδὲ ἀγορέεσσι.
Ἐσθ' ὅτε δὴ θερέων ὑπὸ δείματι σεῖσθε.
Τίνιγα σὺ πολλὰς τε χυτροφόρους ἔχεις ἠῶ. id eſt,
Felix omnino es Sybarita fortunis,
Dum rebus laetis venerabere numina diuûm:
At ſimulatque illis mortalis homo anteferetur,
Tum venient bellumque tibi atque domeſtica tuba.

In eos, quibus ob luxum, vel religionis cõtemptum mala ceſſit.

Euenit deinde vt Sybarita quidpiam ligni in terris cæderet in agro, qui quum ad numinis aram confugiſſet, nihilominus perſequente domino cædebatur. Quòd vbi vidit ſibi nihil profuiſſe numinis reuerentiam, protinus ad monumentum patris herilis confugit. atque ibi demum religione commotus herus deſiit à cædendo. Itaque, iuxta dei reſponſum, a Crotoniatis euerſi ſunt Sybaritæ. Ælius Lampridius in vita Heliogabali, ſcribit eos eodem anno periiſſe, quo miſſum ex oleo & garo reperiſſent: quem ob id Sybariticum vocabant, vt modò diximus. Cæterum de Sybaritarum luxu, deque calamitate, permulta retulit Athenæus libro duodecimo: ſicut hæc non ſatisfaciunt. Quadrabit adagium in eos, qui neglectu deorum, aut ob intemperantem luxum ſubuertuntur.

Sybaritæ voluptaſi.

Sybaritæ per plateas. 67

Συβαρῖται δι' ἀγυιᾶς, id eſt, Sybaritæ per plateas. Contra faſtuoſus ingredientes per viam, ineſſeque velut oſtentantes. Sumptum adagium à faſtu luxúque Sybaritarum. Aphricanus in oratione quæ Ceſtis inſcribitur, Sed enim, inquit, Sybaritæ faſtu præturgidi. Venuſtius erit ſi paulo longius detorqueatur. veluti ſi de homine inſolentius ſe gerente, aut arrogantius de ſe loquente, aut de ſtilo phaleratiore dicat, Συβαρίτης ὁ ῥητορικός. Cognatum eſt illi quod alio dictum eſt loco, Ἀποπαχύνεται. Refertur adagium à Suida atque Zenodoto.

In oſtentatores.

Sybariſſare.

Syracuſana menſa. 68

Συρακουσία τράπεζα, id eſt, Syracuſana menſa, prælauta atque opipara dicebatur. Syracuſani enim, vt erant olim opibus florentiſſimi, ita voluptatibus ac deliciis addictiſſimi. Lucianus in dialogo Simul ac Polyſtrati, ἡ τράπεζα, inquit, ὑμῶν ἐπ' ἐμοὶ ἀνηλίσκετο, id eſt, Ac menſæ Siculis lautiores. Athenæus libro duodecimo, ἐξεβόησε δ' εἶναι δεῖπνα τὰ Σικελικὰ καὶ τὰς Σικελῶν τραπέζας, id eſt, Celebres ſunt ob delicias & Siculorum mentes. Adde ex Cleuchi authoritate, Siculos dicere, apud ſe mare quoque dulce eſſe: quòd gaudeant eduliis quæ mare porrigit. Meminit Siculæ mentis Diogenes in epiſtola quadam ad Ariſtippũ. Item Ariſtides in Petrele. Denique Strabo lib. ſexto & hæc atque plura commemorat. Plutarchus in vita Nicię ex Diphilo refert, παχὺν, ἀνόσχοινον μέσον & εἰλεῶτα εἶναι, id eſt, Pinguis, & abdomine Siculo ileocoetus, ſiue laginatus. quod miror quare Lanaus

De opiparis epulis.

Siculorum lautitiæ.

interpres vertendum putarit, delibutus, quum ὕπος significet stercus bubulum, vtilissimum agrorum lætamen. Plato in epistola quadam ad propinquos Dionis, negat sibi fœlicem illam vitam, in Siculis Italicisque mensis ac reliquis voluptatibus sitam, vnquam placuisse. De Syracusanorum luxu meminit & Aristoteles in politia eius gentis, addens, Dionysium minorem nonnunquam ad nonagesimum vsque diem ebrium perseuerasse, atque ob eam rem exeuntibus ac vitiosis oculis fuisse. Narrat Theophrastus apud Athenæum, amicos illius & compotores in conuiuiis adsimulare solitos, non videre sese vel cibos vel calices appositos: videlicet ad eum modum adulantes regi exeuntienti. vnde ἀνοπτοκλεῖς sunt appellati. Apud eundem Aristophanes ὁ ἀνδρόγυνος

Ἀλλ' ἐγὼ μὲν ἔτη ἓξ καὶ δέκα τοῦτον πίνοντος,
Ἀλλὰ μᾶλλον ἔτη, ἵνα μὴ δὲν κακὸν συμπίνων πράσῳ συμπεσόντες τ' ὀφθαλμὼ τὴν ὄψιν ἀπώλεσα.

id est, Atqui hæc quinè me duce non didicistis, verum bibere potius, deinde malè canere, Syracusanorum mensam, Sybariticáque conuiuia. Item Plato De Rep. 3. συρακοσίαν γ', ὦ φίλε, τράπεζαν ἢ σικελὴν ποικιλίαν ἐμοῦ γε ἕνεκα μὴ ἐπαινέσῃς. id est, Syracusanam, amice, mensam, & Siculam in obsonis varietatem non videris approbare. Athenæus libro decimoquarto vitat Cratinum, prælautam culinam ac bene fumantem ac suauiter olentem describens, ita loquitur,

Οἰκεῖν τιν' οἶμαι τοῦτον ὡς τὰ θύματα
Δύσοσμα πάντα, μάγειρος ἢ Σικυώνιος. id est,
Habitare mihi hoc videtur aliquis in specu,
Qui thura odora vendit, aut Siculus coquus.

Siculus coquus.

Apud eundem mox Antiphanes quoque laudat Siculos coquos, vt arte condiendi præstantes. Verum his temporibus Siculi frugalitatem Hispanicam & Italicam sic imitantur, vt propemodum superent: nimisque prouerbij gloriam planè perdiderunt. Quanquam Athenæus in Dipnosophistis, inter opiparas mensas, etiam Italicas recenset: at his sanè temporibus priscam illam frugalitatis laudem sibi vendicarunt: quemadmodum & Græci ad pristinam illam temulentiæ gloriam postliminio redierunt. Vnde Paulus Andrelinus Forolimiensis, poeta non solùm laureatus, verumetiam regius, atque etiam, si dijs placet, regineus, verus congerro meus, qui plus quàm triginta iam annos in celeberrima Parisiorum Academia poeticen docet, in carmine quod de pauimento Parisiensi inscripsit, adagionem in Anglos deriuauit. mensis, inquiens, Britanna placet. Et haud scio vnde natum sit hoc vulgatissimum apud Gallos prouerbium, vt quum hominem vehementer cibo distentum velint intelligi, dicant Tam latus est quàm Anglus. Verùm idem vt illis attribuunt πολυφαγίαν, ita nobis τευτονίαν adtribuunt.

Paulus Andrelinus.

Tam latus, quam Anglus.

Spithama vitæ.

Σπιθαμὴ τοῦ βίου, id est, Spithama vitæ, hoc est, modus vitæ perpusillus. Prouerbialis est figura, mutuo sumpta à rerum mensoribus, apud quos spithama seu palmus digitos duodecim continet, quantum ferme longissimo digitorum porrectu complecti licet. Quin hodie quoque pusillum homunculum palmum aut pugillum hominis appellant idiotæ nostrates. Translatum à fabris, qui quatuor digitis coniunctis metiuntur materiam, eam mensuram appellant palæstam, interdum diducta manu à summo pollicis vsque ad summum digiti medij, quam vocant σπιθαμὴν Psal. 38. ἰδοὺ παλαιστὰς ἔθου τὰς ἡμέρας μου, breuissimum vitæ spatium designans. Refertur adagium à Diogeniano.

De vita perpusillo modo.

Temporis punctum.

Στιγμὴ χρόνου, id est, Punctum temporis. Simili figura dixit Terentius, Tum temporis ad hoc punctum mihi est. Id est, spatium breuissimum. M. Tullius Philippica 2. Attende paulisper, cogitationémque tuam ad temporis punctum adhibe. Idem 8. Opus ostendebat munitionémque legatis: ne punctum quidem temporis, quum legati adessent, oppugnatio respirauit. Apud mathematicos enim punctum indiuisibilis quædã pars est linex, cuius, vt inquit Euclides, pars nulla est. Plutarchus de pueris instituendis, στιγμὴ χρόνου πᾶς ὁ βίος. id est, Temporis punctum est omnis vita.

Vita omnis, punctum temporis.

Noua Hymettia, falerna vetera.

Macrobius libro Saturnalium septimo, Cur Diſari mel & vinum diuersis ætatibus habentur optima? mel, quod recentissimum: vinum, quod vetustissimum. Vnde est & illud prouerbium, quo vtuntur gulones, Mulsum quod probè temperet, miscendum est nouo Hymetio, falerno vetulo. Quod adagium non video vbi nobis possit vsui esse: sed tamen adscripsimus, ne nihil omnino de popinis mutuati videremur, Nisi fortè placeat eò torqueri, vt dicamus è diuersis rebus quædam, optimè confiari.

E rebus diuersis quædam confiari optimè.

Qui multa rapuerit, pauca suffragatoribus dederit, saluus erit. 72

Ælius Lampridius in vita Alexandri Seueri, Idem, inquit, addebat sententiam de furibus notam, & Græcè quidem: quæ Latinè hoc significat, Qui multa rapuerit, pauca suffragatoribus dederit, saluus erit. Quæ Græcè talis est,

Ὁ πολλὰ κλέψας ὀλίγα δώσει, οὐκ ἀφεθήσεται. id est,
Qui multa tollit, pauca dat, seruabitur.

Admonet adagium (id quod nostris quoque temporibus vulgò factitant) fures non omnino stupidi non nisi magnis prædis inuicendam manum: vt supersit quo iudicè, si fortè sit opus, corrumpant atque exoculent. Cæterùm qui parua tollunt, deprehensi pendent, vtpote quibus nihil sit quod impertiant præfectis.

In magnos fures, qui nunquam de furca pendent.

In simpulo. 73

M. Tullius libro De legibus 3. agens de lege tabellaria, hoc est, de iure ferendorum per tabellam suffragiorum. Et auus quidem noster, inquit, singulari virtute in hoc municipio, quoad vixit, vetitus M. Gratidio (cuius in matrimonio sororem, auiam nostram habebat) ferenti legem tabellariam. Excitabat enim fluctus in simpulo, vt dicitur, Gratidius, quos pòst filius eius Marius in Ægæo excitauit mari. Hactenus Cicero. Quãtum igitur coniectura cõsequi licet, in simpulo fieri dicebant quod vel ciunculum vel in re minuta atque humili fieret. Est enim simpulum, authore Festo, vas paruum, non dissimile cyatho: vnde mulieres rebus diuinis deditæ, simpulatrices vocantur. M. Varro scribit, vas esse minutim fundens, in cuius locum successerit epichysis: vnde veteres res minutas nullíúsque pretij simpularias appellabant. Plinius li. 35. c. 12. In sacris quidem etiam inter has opes non myrrhinis crystallinisve, sed fictilibus prohibatur simpulis innocentius. Attestatur & M. Varro, quum apud Nonium Marcellum ait, deos ipsos vili simpulo imitari. Item Apuleius, In hodiernum, inquit, populus Romanus diis immortalibus simpulo & catino fictili sacrificat. Sunt qui pro simpulo legant simpuium: cuius meminit Iuuenalis satyra 6.

Simpulatrices.

Simpularia res.

. aut quis
Simpuium videre Numæ, nigramque catinum,
Aut Vaticano fragiles de monte patellas
Aufus erat?

M. Tullius in Paradoxis, Quid autem Numæ Pompilius? minúne gratus diis immortalibus capedines, ac fictiles vrnulas fuisse quam Delphicas pateras arbitrandum? Polemon apud Athenæum libro 2. tradit, ad ipsius etiamnum ætatem Græcos quosdam bibere solitos ex fictilibus: velut Argiuos in publicis conuiuiis, ac Lacedæmonios in festis, aut epinicijs, aut nuptijs virginum. Proinde non absurdum mihi videtur siquis existimet sumptam allegoriam à puerorum lusu, quo solent per fistulam anguſtam in simpulum inflantes, quasi fluctus quosdam & aquæ strepitum excitare.

Proteo mutabilior. 74

Πρωτέως πολυμορφότερος, id est, Proteo mutabilior, in vastum & versipellem competit. Lucianus in sacrificiis, Iouem πολυμορφότερον αὐτοῦ Πρωτέως appellat, quod se subinde in alias atque alias formas transfiguraret. Plato in Ione, ἀλλ' ἀπτέρυξ ὢν τοῦ ὀρθοῦ Πρωτέως, πανταχόθεν γίγνῃ, στρεφόμενος ἄνω καὶ κάτω. id est. Sed prorsus, Protei in morem, in omnem speciem verteris, sursum ac deorsum teipsum distorquens. Horatius in eos qui facilè vertunt sententiam. 1. ep. 1.

Quo teneam vultus mutantem Protea nodo?

Item 2. Serm. 3.

Effugiet tamen hæc sceleratus vincula Proteus.

Protea vocat tergiuersantem, & quem Græci vocant δυσφορητὸν, id est, deprehensu difficilem. Porrò fabulam Protei notiorem arbitror quam vt hic sit recitenda. Extat apud Homerum Odyssex 4. & apud Maronem quarto item Georgicon. Simili figura dicebatur & Vertumno inconstantior. Nam hic deus in omnigenam speciem sese variat: vnde & nomen reperit apud Latinos. Horatius, 2. Serm. 7.

Vertumnus, quotquot sunt, natus iniquus.

Vertumno inconstantior.

Huius

Empusa mutabilior.

Huius meminit Quidius, describens quemadmodum amans Pomonam deam, alias subinde formas assumpserit. Et διαλλαττόμενος ὥσπερ ἡ μορμώ, id est, Empusa mutabilior. Cuius mentionem fecit Lucianus in commentario De saltationibus, Ἴδοις τ' ἂν αὐτὸν αὖθις τοῖς τὰ αὐτὰ κατὰ τὰ αὐτὰ ὀρχουμένοις, καὶ αὐτὸ μεμυμένος τὴ μορμὼ τὴν Ἐμπουσαν τὸν ἐς μυρίας μορφὰς μεταβαλλομένην, id est, Videbis igitur ipsos eodem in tempore iubitò in aliam transfigurari spectrum, atque ipsum referre Proteum. Quin & Empusæ exemplum conferre oportet, quæ sese in innumerabiles vertit formas. Meminit huius Aristophanes in Ranis,

Καὶ μὰν ὁρῶ τι δεινὸν ἐμοὶ φαινόμενον.
Ποῖόν τι; δεινὸν. πανδοκεῦσιν γοῦν γίγνεται.
Τοτὲ μὲν βοῦς, τοτὲ δ' ἀνὴρ, τοτὲ δ' αὖ γυνὴ
Ὡραιοτάτη τις. ποῦ 'στι; φέρ' ἐγὼ 'πὶ ταύτην ἴω.
Ἀλλ' οὐκέτ' αὖ γυνὴ 'στιν, ἀλλ' ἤδη κύων.
Ἐμπουσα τοίνυν ἐστὶ, id est,

At maximam profecto video belluam.
Qualem? Nouam, quæ in omnia subitò vertitur.
Modo bos, modo autem mula, rursum fœmina.
Pulcherrima. Age vbi est? recta ad illam iam ferar.
At rursus haud est mulier, imò iam canis.
Empusa proinde est.

Interpres adscribit, Empusam spectrum quoddam esse, quod ab Hecate soleat emitti videndum miseris & calamitosis. Id subinde consueuit alias atque alias formis exhibere sese. Quidam existimant meridianis horis apparere solitum iis qui parentant manibus. Sunt qui hāc ipsam, Hecaten affirment esse, narrant autem vno videri pede, vnde & nomen inditum putant ἀπὸ τοῦ ἑνὸς ποδὸς. Demosthenes ait Æschinis matrem, cui ipse Leucothoæ nomen mutasset, appellatum fuisse, Empusā, eo quòd quæstus gratia quiduis faceret & pateretur.

Amicus magis necessarius quam ignis & aqua. 45

Ἀναγκαιότερον πυρὸς καὶ ὕδατος καὶ φίλον, id est, Amicus magis necessarius quam ignis & aqua. Hyperbole prouerbialis, admonens neminem esse tam diuitem aut potentem quin opus habeat amicorum officiis. Quemadmodum enim citra ignem & aquam non constat hominum vita, ita nec sine consuetudine atque opera familiarium nonnullos ob id ipsum Latini necessarios vocant, vt, amicitiā necessitudinem. Innuit adagium duo quædam maxima commoda colligi ex amicitia, voluptatem & vsum. Nihil est enim neque iucundius igni, neque vtilius aqua. Quamobrem scripsit Horatius, 1. Serm. 5.

Necessarij. Ne ingrate.

Nihil ego contulerim iucundo sanus amico.

Item Euripides apud Plutarchum,

Ἥδιον ὄμματ' οὐκ ἔστ' ἐμοὶ φανῆναι φωτός,
Dulce est tueri hominis amici lumina.

Recensetur adagium à Plutarcho, commentario quem inscripsit, Quo pacto sit dignoscendus assentator ab amico. Καὶ γὰρ λέγουσι, πυρὸς καὶ ὕδατος καὶ φίλου ἀναγκαιότερον, id est, Quapropter dicunt etiam, amicum igni quoque & aquæ magis necessarium esse. Extat & apud Aristotelem in Moralibus, & apud Ciceronem in Lælio. Hodiéque vulgus indoctum habet in ore quod est verissimum, Tolerabilius vini sine pecuniis, quàm sine amicis.

Lupus circum puteum chorum agit. 76

Λύκος περὶ τὸ φρέαρ χορεύει, id est, Lupus circum puteum chorum agit. In eos dicetur qui sumpta inaniter opera, spe sua frustrātur. Aiunt enim lupo morem esse, vt siquando sitiat nec tuto se possit demittere, circum puteum oberret, frustra inhians aquę, quam non possit contingere. Sunt qui paræmiam inde ductam existiment, quòd aliquādo veniat vsu vt lupus pecudem aliquam aut hominem insectetur: qui postea quàm se in puteum quempiam altiorem metu demiserit, obābulat ille, velutique saltantium in modum, in orbem circūagitur, prædæ cupiditate, qua tamen potiri non queat. Plutarchus in commentario cui titulus, Quomodo possit adulator ab amico dignosci, ὁ χαρίεις παρασκευάζων αὐτὸν, τὸν περὶ τὸ φρέαρ ὄρχηστὴν ἀπεργάζεται, id est, Qua qui vtuntur, seipsos quoque in perniciem adducunt, re vera saltationem illam circum puteum saltantes. Loquitur autem de dicacitate intemperanti & virulenta, qua fit vt nec illis quicquam vtilitatis adferamus in quos dicimus, & nobis ipsis maximum malum conciliemus. Refertur adagium à Zenodoto, Suida, Diogeniano.

De iis, qui ceteris inferiores

Lydius currus. 77

Λύδιον ἅρμα, id est Lydius currus. Hoc scommate notabantur qui in certamine quopiam longe exteris essent inferiores. & πρὸς λύδιον ἅρμα θεῖν, id est, iuxta Lydium currum currere. Plutarchus in libello quem inscribit De dignoscendo assentatore ab amico, Τὸν δὲ κρείττονα πρόσιμεν καὶ δίδοντα, τὰ μὲν δὴ πρὸς λύδιον ἅρμα παρὰ τοὺς εἰσιόντας, ἀνὴρ ἀναγκαῖος χρυσὸν ἐφόδιον. id est, Cæterum superiorem metuit ac veretur, non hercle ad currum Lydium pedes ingredientes, sed ad aurū purum. Refertur adagium à Diogeniano. Quidā ad Pelopem Lydum referunt, qui suo curru vicerit Oenomaum socerum: in quibus est Gregorius Nazianzenus, sic vsurpans, vt dicat se tanto esse inferiorem eximiis Basilij virtutibus, quantum pedes abeāt à Lydio curru. Effertur & ad hūc, vt dixi, modum paræmia, Παρὰ λύδιον ἅρμα θεῖν, id est, Præter Lydium currum currere: aut iuxta Lydium currum, vt pedes intelligatur certare cū Lydio curru velocissimo. quod quidem certamen nimis iniquè comparatum videatur. Achilles apud Euripidem in Iphigenia Aulidensi, pedestri cursu certat cum quadriga, & vincit. Plutarchus in vita Niciæ à Pindaro allegat, Οὐ γὰρ μὰ δία, inquit, πρὸς λύδιον ἅρμα πεζὸς εἰσιέναι, ὅς φησι πίνδαρος. id est, Non enim per Iouem iuxta Lydium currum pedes incedens, vt inquit Pindarus. Herodotus lib. 1. tradit, olim Lydios præ cæteris equitatu valuisse, nec aliter ferè nisi ex equis pugnare.

Cinclus. 78

Κίγκλος, id est, Cincli, rusticano prouerbio dicebātur præter modum pauperes, quibus neque domus esset, neque quicquam quod suum possent dicere. Qualem Catullus describit Furium, cui neque villula fuerit, neque domus, neque arca. Cinclus enim auis quædam est imbecillis atque inualida, ita vt non possit ipsa sibi proprium nidum parare: proinde ova nidis supponit alienis. Vnde & rustici vertērunt in adagionem, vt mendicos & errones, cinclos vocent. Author Ælianus libro De naturis animantium 12. Quod genus homines Græci ἀοίκους vocant, hoc est, expertes penatium. Suidas tradit, cinclum auem esse maritimam, gracilem, nullóque ferme corpore: cui peculiare sit clunium pennas subinde mouere, vnde & nomen additum σεσοφάλῳ, nimirū ab agitatione caudæ. Eam prouerbio fecisse locum, quo Menander sit vsus in Thaide,

Πτωχότερος εἰ λιβυρίδος καὶ κιγκλάρου. id est,

Mendicior leberide atque cinclo.

Hinc κιγκλίζειν dici, pro eo quod est, commoueri, & obstrepere.

Quæ sub alis fiunt. 79

Αἱ ὑπὸ μάλης πράξεις. i. Facta subalaria, Prouerbiali figura dixisse videtur Plutarchus in commentario quod inscribitur, Quo pacto sit dignoscendus adulator ab amico, τοῦτο, inquiens, καὶ τοὺς ἀπὸ τῶν λογισμῶν, καὶ τοὺς ἀπὸ τῶν ἡδονῶν ὑπὸ μάλης πράξεις οἰκειοφανεῖς ἔχει. i. Ad laborem & res honestas segnis, in iis rebus quæ sub ala fiunt, nihil recusat. De adulatore loquitur, ad honesta officia tum pigro, tum inutili: ad voluptuaria ministeria prompto, videlicet ad scortum cum fide adducendum, ad cōparanda opsonia, ad instruendum conuiuium. Equidem opinor, ob id adulationi sub alis sedem dari esse, quòd hę corporis partes titillationem præcipuè sentiant, siue ob cutis tenuitatem, siue quòd insolitus nobis earum contactus partium: siue quòd is locus venulas habeat, quibus frictu calefactis, eiusmodi nascatur delectatio. Aristoteles sect. 35. problemate 2. indicat sub alis potissimum ac sub pedum vestigus fieri titillationem, cōiectans in causa esse vel quòd ibi cutis sit mollior, vel quòd contactus sit insolens, quod idem vsuuenit in auribus. Quid aūt aliud est adulatio, quàm aurium prurigo quidam & gargarizatio? Vnde Lucianus in dialogo quodam Charontis, Menippi & Mercurij, philosophum quempiam omnibus exuens vitiis, ἐν ὅτῳ τὸ βαρύτατον ἐπὶ τοῦτο μάλιστα ἔλεγε· Τί δὲ Μένιππος; Κωμῳδίαν, ἔφη, ἀλλὰ τὸ ὑπὸ μάλης γοητεῖον αἰσθάνομαι. i. Vnum quiddam adhuc sub alis gestat, quod est omnium grauissimum. Quidnam Menippe? Adulationem, Mercuri, quę illi plurimum attulit emolumenti in vita. Nisi fiquis malit ὑπὸ μάλης ita dictum, vt alibi Lucianus dixit ὑπ' ἔλαιον, sub finu, significans eum Veneris vsum qui non vocat

Adulatores ad honesta officia segnes, ad turpes idoneos.

turpitudine. Nam oscula, quæque supra sinum sunt, vetuitque eum honestate possunt concrepare: extrà intra sinum. Idiotes.

ANIMAD. HENR. STEPH.

Vnde illa Simum est formulæ loquendi tam pertinaces adeò peregrinam hinc ab Erasmo affert explicationem, aut unde quomodo hanc ignorare potuerit quę non longe & veluti ex recessu petita est, vt alia, sed quam prima fronte ipsa ostendunt, verba: certiorem tamen illa, imò verò solam certam confessāmque & minimè dubiam. Quęnam est Simum vt ὡς τὰς ἐπὶ μέρους ἀφροδισίους significet, in clancularijs ministeriis, eo quod sub ala gestentur quæ occultare libet. vt apud Synesium clypei: ὑπὸ μάγου, inquit, ὑπηρέται καὶ ἀκόλουθοι. apud Athenæum lapides, lib. 10 μαγεῖα ἱρὰ ἄκεα, λίθους ὑπὸ μάγου ἔχων, οἷς ἐδόκει τὴν ἰδίαν πᾶσι ἀνὼδυνον εἶναι. apud historicos passim ξίφη vel potius ξιφίδια, aut ἐγχειρίδια. Sed & in hyperbole quadam proverbiali Lucianus vsurpat, ὑπὸ μάγου κρυπτόμενος, vt Synesius ὑπὸ μάγου ὑπηρέτου. illius verba sunt, Σάτυρον ἀνάπτερα ἢ φαρέτρας ὑπὸ μάλης κεκτῆσθαι ἢ ἔτερόν τινα δόλον. Hinc verò transfertur ad omnia quæ clam fiùt vel dicuntur, aut etiam in animo occultantur. Sic vsi sunt cùm alij antiqui scriptores, tum Demosthenes: vt in oratione ὑπὲρ Κορίνθου, Ἀλλὰ μὴν οὐχὶ τῆς ἰδίας δόξης ἕνεκεν, ἀλλ' ὑπὲρ ὑμῶν ἐποιούμην τοὺς λόγους. ὅτῳ δὲ τἀληθὲς μὴ μόνον ὑπὸ μάγου [illegible]. Sic priscæ retentores, vt Dion Cocceianus, ἔστι γὰρ ὑπὸ μάγου τι αὐτῷ, ὃ ἐπιθυμῶν, ἐπαχθὲς, ἄγριός ἐστιν ὡς ἂν ἄλλος φύσει, ἔστι ἀπέχθεσθαι. vt denique Petronius & Lucianus in his qui ab Erasmo citantur his locis. Neque enim Lucianus, siue Menippus apud Lucianū, quæ sit origo & sedes adulationis in hominis corpore describere cogitat (qua de re viderint alij quam rectè hic Erasmus philosophetur: adulantibus quidem certè pruritum aurium, non rectè tribuit, qui eorum est qui sibi adulātes audiunt) nec de illa ex corpore extrahenda & magno molimine auellenda hic agitur: sed duntaxat de deponēda quæ occultè circunferebatur. Admonuerat enim Mercurium Menippus, vt philosophum quendam ad Charontis cymbā accedentem vestem exuere iuberet nam multa, inquit, eáque ridicula sub veste occultari cōperies. Quū ergo is, Mercurij iussu, & eā & multa quę sub ea latebant arrogantiam, ignorantiam, impudentiam, tracundiam, luxum, interrogationes inexplicabiles, disputationes spinosas; nec pauciora his alia abiecisset: &, tanquam omnibus quæ circunferebat, abiectis, eum iam nauim conscendere Mercurius iuberet: tum Menippus iterum cōmonefaciens Mercurium, ait, Rem vnam adhuc omnū ponderosissimam sub ala gestat, nimirum adulationem. Et hæc quidem quod ad Luciani locum. Ad Plutarchū veniamus, dixerat is paulò ante ea quæ Erasmus profert verba, adulatores ad laboriosa & periculosa ministeria remisso animo esse, at in fordis ac vilibus, ad omnia se offerre, pedibus etiam, si opus sit, proterendos se præbere. His addit paucis interiectis ὑπὸ δὲ τῆς κολακείας, οἱ συμπότου, οἱ συμπαίστου, οἱ συναλείπτου δεῖσθαι φασὶ καὶ, πάντα τὰ τοιαῦτα ἀπαντᾷ λεγόμενα. οἱ τοίνυν μάγοι φασὶν ἀποφαίνειν ὃν ἂν τύχωσιν ἰδιῶται καὶ ὑπηρέτας, καὶ, &c. Quæ verba ita Latinè reddit Erasmus, in ea quam edidit libelli huius interpretatione, Sic & adulator, quoniam nec in dicendo, nec in consulendo, nec in certaminibus ac periculis adesse potest amico, quippe ab omnibus laboribus omnique studio abhorrens: in negotiis subalaribus, id est, quæ ad voluptatem pertinent, nihil reculat, fidus amoris minister, & in adducendo, &c. Videmus ergo hic quoque istud loquendi genus Erasmum ita exponere (nam de cæteris non fideliter redditis, quale est illud, omni studio, pro omnibus seriis negotiis, non est hic dicendi locus) vt sibi optimè in eius explicatione, tanquam certa & indubitata, cōstet. Atqui vel illud saltem scrupulum illi aliquem monere debuerat, quòd Plutarchus, quum enumerationem aliquot τῶν ὑπὸ μάγου πραξέων subiungit, inter eas recenset etiam aliquas quæ ad voluptatem nec pertinere videri possunt. At omnes reuera sunt clancularię. id est, ad quas operam suam non coram omnibus, sed clam commodas adulator: & ad quas is qui eius opera vtitur, se vti dissimulat, si non apud domesticos, saltem apud cæteros, quum amici officia contrà, veluti συμπότου, συμπαίστου, συναλείπτου, eiusmodi sint vt ea palam conferre possint, nec metuat ne aut sibi qui confert, aut illi in quē conferuntur, vllam ignominiam vllumque dedecus, vbi fuerint diuulgata, afferre queant. Sed de hoc dicendi genere satis multa, nimis quidem, horum autem iudicio fortasse nimis multa tam dicta sunt. Quanquam qui paucioribus verbis absolui hęc disceptatio potuerit, non video. probanda enim quæ dicebam, mihi erant: ad id opus erat exemplis. Ad ista vulgaria Lexica G. ecolatina remitti te debuisse dices fortasse, vt inde ea peteres. Quomodo quum illa ipsa, suo more, ad hunc ipsum authorem tanquam ἀξιοπιστοτάτων de huius formulæ loquendi significatione remittant?

Simul sorbere & flare, difficile. 80

Tranio seruus apud Plautum in Mostellaria, obiurgatus est ab hero quòd non maturius rediisset. Quum ille se aliubi fuisse diceret, non simul apud herum esse potuisse, & illud quod iussus fuerat, peragere: Si voles, inquit, verbum hoc cogitare, simul flare sorberéque, haud fructu facile est. Commodè vtemur hoc adagio, siquando significabimus, negotia quæpiam id genus esse, vt pariter ab iisdem tractari non queant. Veluti si quis conetur simul & literis & voluptatibus vacare: simul amoribus & parsimonię indulgere: simul vxori studiisque satisfacere: simul & poeticis & theologicis studiis operam dare: simul & mundo seruire & Christo. Quemadmodum fieri non potest vt quis eodem in tempore sorbeat, hausto spiritu, & flet, emisso halitu. Affine videtur huic adagio dictum illud Euangelicum, Nemo potest duobus dominis seruire, Nemo potest Deo seruire & mammonę. Itē illud Phocionis ad Antipatrum, Οὐ δυνατόν μοι ἅμα φίλον χρῆσθαι καὶ κόλακι id est, Nō potes mihi simul & adulatore vti & amico. Ad hæc senarius ille, qui falsò Senecæ inscribitur,

Negotia quędam quę simul tractari ab vno nequeant.

Adula. & amico non potes simul vti.

Amare & sapere, vix deo conceditur.

Quodque ait, Terentium imitatus, Horatius,

-nihilo plus explicet, ac si
Insanire paret certa ratione modoque.

M. Tullius Philippica II. Duas tamen res, magnas præsertim, non modo agere vno tempore, sed ne cogitando quidem explicare quisquam potest.

Manum admouenti fortuna est imploranda. 81

Τῇ χεῖρα προτιθέντι δεῖ τὴν τύχην ἐπικαλεῖν, id est, Manum admouenti fortuna inuocanda est. Admonet adagium, ita fidendum esse Diuino auxilio, vt nihilo segnius, quantum in nobis est, etiam ipsi nostra adnitamur industria: alioqui non audituros superos inertium ac desidiosorum vota. Quemadmodum eleganter scripsit Alexander Ægius, primus pueritiæ meæ doctor haudquaquam pœnitendus,

Deo fidendum, sed adhibenda, industria.

Alexander Hegius.

Solas iure Deus preces,
Quo nemo magis impiger,
Aut iniquior otio,
Auersatur inertium.

Plutarchus in Apophthegmatis Laconicis refert apud eam gentem deos deásque omneis hastatos fingi solere, Venerem etiam ipsam armis indutam: tanquam ne illi quidem otium agant, sed bellicis studiis exerceantur. Addunt, inquit, & prouerbium,

Dij hastati.

Τῇ χεῖρα προτιθέντι τὴν τύχην κρύπτειν. id est,
Manum admouenti sunt vocanda numina.

Æschylus apud Stobæum,

φιλεῖ δὲ τὸν καμόντα συμπίδειν θεός. id est,
Hunc qui laborat, numen adesse assolet.

In eandem sententiam Pindarus in Nemeis, Πρὸς ἄκρον ἀρετᾶς ἦλθον εἰ πονηραῖς χερσὶν, σὺν δαὶ τύχᾳ, id est, Ad summum virtutis apicem peruenerunt qui gustarunt labores, non autem sine Dei fortuna. Proinde nec ita fidendum industrię, vt diuinam opem negligamus: nec ita rursum pendendum ab illa, vt nostrum prętermittamus officium. Alluisse videtur huc Æschylus in Persis,

-εἰσῶ δ' ἐγὼ
Διὸς μακρᾶς χρόνῳ τοῦ' ὄγχνου ὀπὸς Ἀλείου θεός.
Ἀλλ' ἦτε σεσῳδυῖαι τὸν αὐτὸν χρόνον θεὸς συναίρεται. id est,
-plurimo jam tempore ô deus
Optatam hęc vota dextra conficerent mihi. at
Tibi vigilat ipse, dij quoque admouent manum.

Refertur ex eodem,

φιλεῖ δ' τὸν κάμνοντα συμπίδειν θεός. id est,
Adesse gaudet sed laboranti Deus.

Nonnulli (quorum est Suidas) adagionis originem ad apolo-

apologum referunt. Rusticus quidam, quum plaustrum hæreret in lama, otiosus invocabat Herculem. At ille altius: Ad move, inquit, manum rotæ, ac stimula boves, itaque. Deum invoca.

Τὸν χεῖρα σεαυτοῦ ἐπέγειρε, εἶτα θεὸν καλεῖ.

Quam quisque norit artem, in hac se exerceat. 82

M. Tullius Tusculanarum quæstionum libro primo, Sed hic quidem, quamvis eruditus fuerit, ut est, hæc magistro concedat Aristoteli, canere ipse doceat. Bene enim illo proverbio Græcorum præcipitur,

Ars sua cuique tractanda.

Quam quisque norit artem, in hac se exerceat.

Hactenus Cicero. Est autem senarius iambicus, admonens, vt quarum rerum imperiti sumus, in his diutius disputandis tractandisque versemur: quarum vero tenuis rudes, eas doctioribus concedamus, neque professionem alienam nobis vindicemus, neque in messem alienam mittamus falcem, neve sutores vitra crepidam iudicemus. Apud A. Gellium Plato ex Euripide citat, sed in sensum nonnihil diuersum à Ciceroniano: nempe tuo quenque ingenio instituto studioque impensè delectari, quod in eo se laudem aliquam assequuturum confidat. Accidit, inquit illis illud Euripidis, Qua in re clarus quisque est, ad eam properat, & diei partem illi plurimam impertit, in qua ipse se exuperet: contrà, in qua stupidior ac nihil sit, inde effugit, eamque contemnit. Porrò versus quem Latinè refert M. Tullius est apud Aristophanem in fabula cui titulus Φῶνες. is est eiusmodi,

Ἐρδοι τις ὧν ἔνεστιν εὐδαίμων τέχνῃ. id est,

Quam quisque novit artem, in hac se exerceat.

Quo quidem loco interpres admonet inter prouerbia celebrari. Vsurpauit Stratonicus citharœdus (apud Athenæum libro 8.) qui musico cuipiam, qui prius fuerat holitor, de harmonia cum ipso disputanti respondit, ἔρδοι τις ὧν ἔνεστιν εὐδαίμων τέχνῃ. Quanquam in editione Aldina legitur ἔδοι pro ἔρδοι. Ad hoc prouerbium alluſit Horatius ita scribens,

Nauem agere ignarus nauis timet: abrotonum ægro
Non audet nisi qui didicit, dare: quod medicorum est,
Promittunt medici: tractant fabrilia fabri.
Scribimus indocti doctique poemata passim.

Id eum in epistola ad Villicum,

Quam sit vterque libens censebo exerceat artem.

Huc pertinet illud Pindaricum, quod refert Plutarchus in commentario quem scripsit περὶ τῆς βλαβερᾶς, Ὑφ' ἡμιόνῳ ἵππος, ἐν δ' ἁρμάτεσσι βοῦς, ἀρότρου δ' ἐμπρὸς ἄκρος ἐὼν κύων δεῖ πολύμοχθον ἰχνεύμονα ἐξευρεῖν. id est, Equus in quadrigis, in aratro bos: nauem occupat prævertitur. delphinus: apro eædem molienti inuestigandus est canis laborum patiens. Videlicet significat vnumquenque adhibendum ad id quod valet. Athenæus lib. 8. Quum Ptolemæus cum Stratonico citharœdo contentiosius disputaret de citharistica, ἄλλο ἐστὶ, βασιλεῦ, σκῆπτρον, ἄλλο πλῆκτρον, id est, Aliud est, inquit, rex sceptrum, aliud plectrum. Et apud Plinium lib. 35. cap. 10. Apelles Alexandro Magno in officina multa imperitè differenti de pictura, comiter suasit silentium, admonens illum rideri à pueris qui colores terebant.

Equus in quadrigis, in aratro bos.

Aliud sceptrum, aliud plectrum.

Dedi malum & accepi. 83

Dedi malum & accepi. Beticum adagium est, quo licebit vti quoties eiusmodi permutatio videbitur facta, vt malum pro malo sit redditum, & par pari relatum: veluti si quis improbum generum dedisset, ac nurum itē improbam recepisset. Recensetur & explicatur à Plinio iuniore in Epistolis. Cæcilius, inquit, Classicus, homo fœdus, & apertè malus, proconsulatum in ea parte non minus violenter quàm sordidè gesserat, eodem anno quo in Africa Marius Priscus. Erat autem Priscus ex Betica ex Africa Classicus, inde dictum Beticorum (vt plerunque dolor etiam venustos facit) non illepidum ferebatur, Dedi malum & accepi. Congruet & in eos qui liberos suos committunt malis præceptoribus, & recipiunt eos peiores quàm tradiderant. Rursum in eos qui lacessunt illos vnde grauius lædantur. quod vsuuenire tradunt iis qui in Argento venantur onagros. Nam animal lacessitum frequenter calcitrando, lapides missos retorquet in iaculantes, tanto impetu vt pectora insequentium penetrent, aut caput fractis ossibus disploдant. Vnde & instrumento bellico nomen inditum. Author Ammianus libro 23.

Amissa tuita re.

Carpet citius aliquis quàm imitabitur. 48

Μωμήσεται τις ῥᾷον ἢ μιμήσεται. id est,

Reprehendet aliquis citius atque imitabitur.

Senarius hic Apollodori scriptoris operibus inscribi consueuit, qui primus vmbratum inuentionem inuenit. Refertur ad hunc modum, μωμήσεται τις ῥᾷον ἢ μιμήσεται. Apte dicetur de re quapiam artis absolutæ atque inimitabili. Porrò res egregias multo proclivius est carpere quàm æmulari. Cæterum est elegans σχετλιασμὸς in duabus vocibus Græcis μωμήσεται & μιμήσεται, quæ quum sono minimè differant, tamen res declarant longè diuerissimas. Huc alludit Plinius in 37. ca. 11. Imitari multi: æquauit nemo. Theognis in eandem sententiam,

Μωμῆσθαι δὲ μὰ πολλοὶ ὁμῶς πάρα τοῖσι ἑταίροις,
Μιμεῖσθαι δ' οὐδεὶς πάμπαν ἐθέλει ἀγαθοῖς. id est,

Carpunt me plures doctis modo atque imitari
Nos nidoliorum de grege nemo valet.

In foribus adesse. 85

Περὶ τὰς θύρας, id est, in foribus adesse, dicitur allegoria prouerbium, quod instat, iamque in proximo est. Plutarchus, Πυρετὸς ἐπὶ θύραις ἔνδον, id est, Quum febris in foribus adest. Sic & orbis opifex in arcanis Literis ad Cain fratricidā, Sin malè egeris, statim in foribus peccatum tuum aderit.

De eo quod instat proxime.

Alia Lacon, alia asinus illius portat. 86

Ἄλλα μὲν Λάκων λέγει, ἄλλα δὲ Λάκωνος ὄνος φέρει, id est, Alia quidem Lacon dicit, alia Laconis asinus portat. Effertur apud quosdam & ad hunc modum paræmia, Ἄλλα μὲν Λάκων, ἄλλα δὲ Λεύκωνος ὄνος φέρει. id est, Alia Leucon, alia Leuconis asinus portat. In eos dicebatur quorum oratio dissentiret à factis. Natum aiunt ab huiusmodi quodam euentu: Agricola quispiam nomine Leucon, solitus est vetres melle plenos floreis obuoluere. Rogatus autem ab exactoribus vectigalium quidnam portaret: ordeum se portare respondebat, videlicet quo minus pecuniæ persolueret. Sed quū euenisset aliquando vt lapsus in terram asinus onus effudisset, occurrerunt exactores in reponendis sarcinis auxilio futuri. Verum vbi interim cognouissent, mel in vtribus esse, non ordeum, Leuconem obtorto collo abduxerunt, tanquam qui se debito vectigali fraudasset. Atque aliud ridentes addiderunt, Alia Leucon, alia portat asinus. Nam in nonnullis codicibus, dixit, non additur: atque ita mea sententia, dictum fortunæ redditur. Ea vox postea versa est in adagionem. Refertur à Zenodoto & à Diogeniano.

Corpore effugere. 87

Corpore effugere, est periculum iam imminens, ac penè premens, arte quadam declinare. Translatū à gladiatoribus, ictum modico corporis flexu fallentibus. M. Tullius in Catilinam inuectione prima, Quot ego tuas petitiones, ita coniectas vt vitari posse non viderentur, parua quadam declinatione, &, vt aiunt, corpore, effugi. Hactenus Cicero. Itaque quoties aliquem discrimine quàm minimo & periculo abfuisse significabimus, corpore declinatum malum dicemus. Minus enim periclitantur qui mœnibus, aut alio quopiam obiectu defenduntur: verum qui nudi telis obiecti, nihil habēt quo se tueantur, nisi commodo corporis deflexu, demum in extremo periculo versari videntur. Pene diuersa figura dixit Catullus,

Præstat effugere periculū.

Contra nos tela ista tua euitamus amicta.

id est, Facilè depellimus, non secus quàm muscarum insultus.

De alieno ludis corio. 88

De alieno corio ludere, prouerbio dicuntur qui secutius agunt, sed alieno periculo. Sumpta allegoria vel à coriariis, vel ab apologo quopiam, vel à seruis, qui, siquid peccatum sit, tergo dant pœnas. Apuleius in Asino aureo, libro 7. Quòd si quo modo cæteri lationes persenserint, non rursus recurres ad asinum, & rursum exitū mihi parabis. Reuera ludis de alieno corio. Verba sunt asini puellam accusantis, quòd quum prius illius culpa fuisset in discrimen adductus in fuga, nūc denuo committat vt sit rursum fugiendum, idque suo potissimum periculo. Alludit autem ad asini corium, quod mortuus detrahitur. Est simile quiddam & apud Plautum, De meo tergo degitur corium. Id est, res est meo sit periculo. Neque dissimile quod refert Festus, pro scapulis, Id est pro periculo plagarum. Non admodum abludit ab hac forma quod Seneca iocatur in De-

Pro scapulis

clamationibus, Cicero patri de corio Cestij satisfecit. Nam is Cestius erat ex eorum numero qui contemnebant Ciceronis ingenium. hic quum forte accumberet in eodem conuiuio, cum Cicerone M. Tullij filio (qui tum Asiam obtinebat) & submonente quopiam è famulis, cognitum esset eum esse Cestium, cuius iudicio nihil scitet M. Tullius: illico sublatus è conuiuio, iussus est flagris cædi. Circumferunt apud nostratium vulgus non ablimile huic prouerbium, Ex alieno tergore lata secari loria. Quo quidem significant vnumquemque minus esse parcum in alieno quam in suo. Tertullianus in libello De pallio, secus aliquanto vsurpauit, Hoc soli chamæleonti datum, quod vulgo dictum est, de suo corio ludere. Sentit chamæleontem pro suo arbitrio vertere colorem cutis.

Chamæleon de suo corio ludit.

In herba esse. 89

Vbi spem immaturam indicamus, ac longius adhuc abesse vt consequaris, in herba esse dicimus. Sumpta metaphora à segetibus, teneris adhuc & herbescentibus, ac quibus nihil adhuc certi sibi possit agricola polliceri, propterea quòd plurimi casus tolent incidere qui non sinant cultorem optato potiri. Verùm vbi iam demessam segetem in horrea conuexit, tum demum vtrumque tutum est bene sperare. Ouidius in epistola Heleines ad Paridem.

Messis in herba.

Sed nimium properas, & adhuc tua messis in herba est,
Hæc mora sit voto, sæua puella, tuo.

Persius in satyra sexta,

Æmule, quid metuis ocea, & seges altera in herba est.

Cornelius Tacitus in dialogo De oratoribus, in herba dixit, pro eo quod est, momentaneam, mox que periturum, quia ante tempus decerptum. Agit illic de plausu qui datur poetis recitantibus sua carmina, Omnis inquit, illa laus intra vnum aut alterum diem, velut in herba vel flore, præcerpta, ad nullam certam & solidam peruenit frugem. nec aut amicitiam inde refert, aut clientelam aut maiorum in animo cuiusquam beneficium: sed clamorem vagum & voces inanes & gaudium volucre.

In alieno foro litigare. 90

Prouerbium reliquit hæc quoque figura, In alieno foro litigare, pro eo quod est, in re noua, cuique nondum assueueris, versari. Habent enim diuersa fora diuersas litium formulas, variásque tractandarum causarum rationes: quarum qui rudis sit, is tanquam hospes in peregrina regione multa desideret necesse est. Martialis in præfatione libri duodecimi, accipe ergo rationem, in qua hoc maximum & primum est, quòd ciuitatis aures quibus assueueram, quæro, & videor mihi alieno foro litigare.

In seditione vel Androclides belli ducem egit. 91

Ἐν δὲ στασιάσει Ἀνδροκλείδης πολεμαρχεῖ. id est,

Seditione orta dux est etiam Androclides.

Carmen Heroicum prouerbio celebratum, in homines contemptos & humiles, qui per occasionem aliquam incidentem, dignitatem fortiuntur. Quemadmodum in rerum tumultu nonnunquam intimi quidam pro tempore regnant. Detorquen potest ad malos principes, qui rebus pacatis minus valent in Rep. atque ob id aliquoties data opera rerum motus excitant arte tyrannica. quo commodius suo arbitratu populum compilent. Refertur à Suida, Diogeniano, atque item Plutarcho in vita Niciæ, & apud eundem in cõmentario περὶ φιλαδελφίας. Effertur etiam ad hunc modum,

Ἐν δὲ ταραχαῖς καὶ μίσχος τιμᾶται. id est,

Rebus turbatis vel pessimus ejus honore.

Citat idem in comparatione Lysandri & Syllæ, nisi quòd illic Aldina editio mendosè habet μίσγιλος pro μίσχος.

Rursum effertur hoc pacto,

Ἐν δὲ ἀμηχανίαις καὶ παρὰ βάμμα τιμᾶται. id est,

Fert rebus desperatis & cancer honorem.

Ad hanc sententiam pertinet & illud, Græcis prouerbij vice celebratum.

Cancrum etiam in rebus desperatis honorandum etiam pueris in loco ponere.

Καρκῖνος καὶ ὁ πλουτῶν ἰσχύει μέγα. id est,

Mendicus etiam plurimum in loco potest.

Inter indoctos etiam corydus sonat. 92

Ἐν ἀμούσοις καὶ κόρυδος φθέγγεται, id est, Inter amusos etiam corydus sonat. Quadrabit in quosdam qui apud idiotas audent sese venditare, inter doctos alioqui prorsus elingues. Id quod citra metaphoram elegãter exulit Euripides in Hippolyto coronato.

——εἰ δὲ σοφοῖς
φαῦλος, παρ' ὄχλῳ μουσικὸς λόγων, id est,
Apud eruditos qui nihil valent, apud
Plebem imperitam præstant facundia.

Corydus vilissimum auiculæ genus, minimèque canorum: strepit tamen vtcunque inter aues mutas, apud luscinium canens ferri nequaquam posset. Huc adscribendum arbitror quod (vt refert Athenæus libro sexto) non illepidè dixit Philoxenus parasitus, cognomento Pternocopis, in alterum parasitum, nomine Corydum, quum enim incidisset ferme quòd turdi magno emerentur, præsente Corydo, de quo rumor erat obscœni obsequij: At ego, inquit, memini Corydum obolo fuisse æstimatum. Parasitis autem solent indi nonuna cõtemptus, quanquam hic Corydus narratur in dictis fuisse lepidus. Corydum auem minimè canorum esse testatur & Græcum epigramma, licet ἄδηλον.

Corydus, auicula.

Εἰ κύκνου δυνατὴ κορύδου φθέγγασθαι ἀοιδήν,
Τηλεμάχου δ' ἔριδας παύσω ἀοιδοτέρη·
Εἰ φιλομηλὶς ἔτυχον ἐρημονόμου τροφῆος.
Τὸν πατέρ' ἂν θέλγω Παλλάδιον δύναμαι. id est,
Si Corydus cygnum queat æquipare canendo,
Noctua concertet si philomela tibi:
Coccix si iactet se voce anteire cicadam,
Tunc ego Palladio par potero esse meo.

Quauis terra, patria. 93

—πᾶσα γὰρ, πατρίς. id est, Quæuis terra, patria. Hemistichium est oraculi quondã redditi Meleo Pelasgo, de victoria cõsulenti: cuius meminit & Musæus, teste Zenodoto, & Dionysius Chalcidẽsis. Admonet adagium, virum sapientem ac bonum, vbicunque gentium vixerit, fœlicem esse. Vnde & Socrates interrogatus cuiatis esset, κοσμικὸς (id est mundanus) se esse respondit. Idem innuit Aristophanes in Pluto, quum ait.

Patria ibi est vbi bene est.

Πατρὶς γὰρ ἔστ' ἐκεῖ' ἀφ' οὗ τις εὖ. id est,
Illic enim patria est, vbi tibi sit bene.

Dicuntur hæc à Mercurio cupiente, vel cælo relicto in Chremyli iam diuitis ascisci familiam, vtqueadeo credebat ibi demum esse patriam homini, vbicunque fœlicter ageret: illic exilium, vbi parum commodè viueret. Fertur huc quoque versiculus prouerbialis.

Τῶν γὰρ καλῶν πρᾶγμα πᾶσα γὰ πατρίς. id est,
Solum omne patria prosperè quicunque agit.

Cicero Tusculanarum quæstionum libro quinto, significat esse dictum Teucri ex tragœdia quapiam. Itaque ad omnem rationem, Teucri vox accommodari potest, Patria est, vbicunque est bene.

Odium Vatinianum. 94

Odium Vatinianum, pro capitali ac vehementer acerbo. Vatinius, in quem acerrimè M. Tullius inuectus est, in tantum odium populi Romani peruenerat, iam detectis illius flagitijs, vt in prouerbium cesserit Odium Vatinianum. Catullus, -munere isto

Vatinius, in odium maximum pop. Rom. venit.

Odisset te odio Vatiniano.

Odium nouercale. 95

Consimili figura legimus Odium nouercale, propterea quòd nouercis omnibus innatum sit fatale quoddam & irreconciliabile odium in priuignos. id quod eleganter indicat epigramma Græcum, quod haud grauabor adscribere. Fertur autem titulo Callimachi, nec illo quidem indignum authore,

Στήλαι μητρυιῆς μεγάλ' ἀλίθιον ἔπλετο φαῦλος,
Ὃς βίον ἀλλαχόθι καὶ πρότερον νόμιζε.
Ἡ δὲ τάφῳ κεδνῆς κατέλεξε πάσας πανύστατα
φάσκουσα μητρυιὴν καὶ τάφον εἶναι ὁμοῦ.

Quorum carminum elegantiam quum haud nesciremus nos non assequuturos, tamen vt possent intelligi, vtcunque vertimus,

Exigua lapidis puer addis serta nouerca,
Mutasse vt vitam, sic ratus ingenium.
At puerum extinxit tumulo hæc illapsa, nouerca
Priuigni exanimum vel tumulum fugito.

Euripides in Alceste,

Ἐχθρὰ γὰρ ὑποδὺς μητρυιὰ τέκνοις
Τοῖς σοῖσ', ἀχθεινὰ δὴν ὑποστέγοις. id est,
Hostis nouerca, est antè natis liberis,
Nubioque mater nocens vxori.

Perdidisti vinum infusa aqua. 96

Πέπωκας οἶνον, ὑδατίζεις ὕδωρ. id est,

Vino

Vini liquorem perdidisti infusa aqua.

Verba sunt Polyphemi ex tragœdia Aristij, cui titulus Cyclops, teste Chamæleonte in Satyris. Sic enim increpat Vlyssem vinum aqua temperanteni. Antiquitus merum bibebant, non sine noxa, donec Staphilius Sithreni filius ostendisset vinum aqua diluere. Nam huius hoc inuentum, teste Plinio, libro 7. Dicetur in eos qui in initio quædam rectè faciunt: deinde, quauis leui de causa, benefacta malefactis subuertunt. Vlpianus apud Athenæum, in eum qui βάπτιζων dixerat pro κεραννύων, idque barbarè, Σὺ δ' ἡμῖν ἐκ γῆς ἐνέπρας ὄνομα ποιᾶς μυρεπωλείτης ἢ οἶνον, ὑπτιάσας ὕδωρ. id est, Tu verò nobis ex terra subulca vocabulum mercatus, perdidisti vinum infusa aqua. Cyclops enim, vt barbarus ac temulentus (talem inducit etiam Homerus) sic existimat vinum aqua corrumpi: quum è diuerso, sapientum iudicio, reddatur melius ac salubrius vnde & Plato admonet vt Bacchum temulentum deum Nymphis sobrijs deabus temperemus. Idem docet epigramma Græcum Meleagri: id est huiusmodi.

Quin primus aqua, vinum diluit.

Nymphæ Bacchum temperant.

Αἱ Νύμφαι τὸν Βάκχον, ὅτ' ἐκ πυρὸς ἔλαβ' ὁ παῖς
Νήϊον, ἐν σπήλυγγι κρύπτουσαι κεκλιμένῳ.
Τῶνεκα νῦν Νύμφαις Βρόμιος φίλος, ἐν δὲ νεότητι
Μίγνυται ἐξ ἴσου πῦρ ἔτι καιόμενον. id est,

Bacchus vt è flammis puer extitisset, in vndis
Tinxerunt Nymphæ sordidum adhuc cinere.
Hinc vnctius Nymphis est Bacchus gratus: at ignem
Ardentem capies, hunc nisi miscueris.

Quanquam vinum largius dilutum illud habet noxæ, quòd in posterum diem grauius dolet caput qui biberit, quàm si merum bibisset. Aristoteles id esse putat in causa, quòd vinum per se crassius, accessione aquæ factum subtilius, citius penetrat angusta capitis foramina: meri notam, cuius adhuc multam vim obtinet, eodem transmittens: præterea concoctu difficilius est.

Abiecit hastam. Ῥιψάσπις 97

Hastam abiicere dicitur vtique prouerbiali figura, qui causæ suæ diffisus, abiecit animum, ac desinit contrà conari. Cicero pro L. Murena, Videsne tu illum tristem, demissum? iacet, diffidit, abiecit hastam. Græcis item prouerbiali conuitio dicuntur ῥιψάσπιδες, ignaui ac timidi, quique in acie locum deserunt, ac clypeum abiiciunt. quo probro notatus est Demosthenes. Lucianus in Ioue tragœdo, Καὶ δῆλός γε νὴ τὸν ἀπορρίψαντα τὴν ἀσπίδα, id est, Ac planè videtur scutum abiecturus. Vsqueadeo verò probrosum habebatur antiquitus clypeum abiicere, vt Lacedæmonij Archilochum è finibus suis iusserint excedere, quod scripsisset, satius esse clypeum abiicere quàm interire, teste Plutarcho in Apophthegmatis Laconicis. Id Archilochi distichon refertur ab Aristophane in fabula cui titulus σφῆκες est huiusmodi,

Abiicere scutũ temperans.

Ἀσπίδ' μὲν Σαΐων τις ἀλίσκεται, ἣν ἄκων ἔλιπον
Ἔντος ἀμφίτορνον ἐν θάμνῳ. id est,

Scuto aliquis gaudet Saiorum, ego quod bene pulchrum
Deserui nolens inter opaca rubi.

Interpres admonet, Saios esse Thraciæ populos, aduersus quos bellans Archilochus fugerit abiecto clypeo. Cuius exemplum postea sequutus est Demosthenes, ad dicendum quàm pugnandum instructior. Notatur apud Aristophanem & Cleonymus hoc nomine, vt in Vespis,

Ἀπέβαλε τὴν ἀσπίδα. id est,

Abiecit clypeum.

Quin & Isocrates in oratione quam scripsit de Pace, declarat infames olim habitos qui vel ordinem deseruissent, vel clypeum abiecissent. Idem indicat Æschines aduersus Timarchum, quòd qui non fuisset in bello, aut qui hastam abiecisset, ei non licebat in concione quicquam agere. Postremò Aristoteles libro Moralium 5. inter ea quæ lex vetat, commemorat τὸ μὴ λιπεῖν τὴν τάξιν μηδὲ φόβῳ μηδὲ ῥίψαι τὰ ὅπλα. id est, non deserere ordinem, non fugere, non abiicere arma. Et aliquanto pòst, agens, de iniustis (qui tamen ἀδικεῖν non dici non possunt, quòd nihil capiant inde lucri) exempli loco ponit τοὺς ῥιψασπίδας ἐπὶ δόξαν ἐλθόντας, id est, qui ob metum & ignauiam clypeos abiecerunt. Tale quiddam, opinor, subindicat Horatius in Lyricis, quum ait,

Parmula relicta.

Tecum Philippos & celerem fugam
Sensi, relicta non bene parmula.

Qu. Curtius lib. 3. Tum cæteri dissipantur metu, & qua cuique patebat ad fugam via, erumpunt, arma iacientes quæ paulo ante ad tutelam corporum sumpserant: adeo pauor etiam auxilia formidabat. Fit aliquoties apud Iul. Cæsarem, Abiectis armis. Sed quo longius recedimus a fine prici sermone, hoc nimirum est adagij gratia. veluti si quis eum qui non reluctatur turpia suggerenti dæmoni, sed statim obsequitur, appellet ripa-pidem. Huius prouerbij facta nobis est antea mentio.

Mentiuntur multa cantores. 98

Πολλὰ ψεύδονται ἀοιδοί, id est, Multa mentiuntur cantores. In eos quadrabit qui ad gratiam loquuntur, & auribus blandiuntur. Inde ductum, quòd cantores hoc modò spectantes vt delectent ac placeant, pleraque canunt in laudem auditorum falsa. Nihil enim veritate grauius, nihil assentatione suauius Aristoteles libro περὶ μετεώρων φυσικῶν primo, ἀρχὴ, ἐξ ἧς πανταχοῦ, πολλὰ ψεύδονται ἀοιδοί, id est, Sed iuxta prouerbium, multa mentiuntur poetæ. Fit autem, nihil me fallit memoria, hemistichium Homericum, de citharœdis solitis in conuiuio canere. At hoc dictum quosdam vsqueadeo mouet, vt prorsus ab omnibus omnium poetarum scriptis abstineant, non minima portione eruditionis.

In assentãtes.

Accissare. 99

Ἀκκίζειν, id est, Accissare, Græco prouerbio dicebantur qui quum maximè cuperent accipere quippiam, tamen fictè recusabãt. qui mos hodie quoque multis durat. Scribunt Accon mulierem fuisse quampiam notæ stultitiæ, quæ solita sit ad speculum, cum imagine sua perinde atque cum alia muliere, confabulari: vt hinc vulgo, quæ stultius aut ineptius aliquid agerent, accissare dicerentur, & Accûs nomine compellarentur. Apparet, illud etiam moribus huius mulieris adfuisse, vt recusaret quæ tamen cupiebat: vnde & Accismus, ficta huiusmodi recusatio dicatur. M. Tullius ad Atticum lib. Epistolarum secundo. Hoc opinor, certi sumus, periisse omnia. quid enim ἀκκίζομαι tamdiu? Id est, quid dissimulamus? Lucianus in libello De mercede seruientibus, Ὁ δὲ ἀκκιζόμενος, ἔπαιρε καὶ σὺ σεαυτὸν, id est, At ille accissans, Aufer, inquit: egone abs te? Idem in Amoribus, Πολὺ δὲ ἀφεῖσθαι ἀκκισμοῦ. i. Omni sublato accismo. id est vergiuersatione. Rursus in eodem sermone, Πολὺς δὲ ὁ μετὰ τῆς αἰδοῦς ἀκκισμός. id est, Multus autem viris adest accismus. Item Philemon apud Athenæum lib. 13. Θὺς ἐστὶν ἐν τοῖς ἀκκισμοῖς, οὐδὲ λῆρος. id est, Nec vllus est accismus, aut nugatio. Plutarchus indicat, Acco & Alphito mulieres fuisse, per quas fœminę deterrerent pueros à peccando. Vsurpat hanc vocem & Plato in Gorgia, Ἀλλ' ἀκκίζῃ ὦ Κάλλικλες.

Acco, mulier stulta.

Verbis auersantur quod re cupiunt.

Scytha accissans asinum. 100

Ἀκκιζόμενος Σκύθης ἐπ' ὄνον, id est, Accissans Scytha asinum. Aduersus eos qui verbis auersantur quod re cupiunt. Id ad huiusmodi fabulam referunt, Quidam cóspecto asini cadauere, Scythæ cuidam, qui fortè aderat dixit, En quod cœnes. Ille primùm aspernatus atque abominatus, postea tamen apparauit, cœnauitque. Ita ferme Suidas & Zenodotus, Hesychius secus effert. Σκύθης ὄνον ἔφαγε, id est, Scytha asininum conuiuium vt subaudias, reperit. si tamen hic locus apud Hesychiũ mendo vacat. Nam mutilum esse constat: & fortassis ὄνον dictum est pro vulpe: sic tamen vt alludat ad asinum.

Hesychij locus

CHILIADIS SECVNDAE CENTVRIA TERTIA.

Aut quinque libe, aut treis, aut ne quatuor. 1

Vini mixtura.

A Thenæus libro decimo, de bibacitate disputans, scribit adagium huiusmodi vulgò fuisse celebratum, ἢ πέντε πίνειν, ἢ τρεῖς, ἢ μὴ τέτταρας. id est, Aut quinque bibe, aut tria, aut ne quatuor. Præterea modum adiuncti vini. Hæc autem temperatura maximè placebat antiquis: vt quinque vini cyathis duo adderentur aquæ, aut duobus vnus. Huius rei testem citat Ionem poetam, qui scripserit, vatem quendam Palamedi præfuisse Græcos nauigaturos, qui treis cyathos ad vnum biberent. Idem Nicocharem in Amymone, Χαῖρε πέντε μὲν δύο, id est, Salue quinque & duobus. Præterea Amphram, ἐγὼ δ' Διόνυσος πᾶσιν ὑμῖν πέντε καὶ δύο. id est, Ego autem Bacchus omnibus vobis quinque & duo. Verùm hac de re copiosius aliquanto Plutarchus, πῶς σωφρονοῦσιν de cæde tertia, scitans conuiuialibus carminculis celebratum fuisse, ἢ πέντε πίνειν, ἢ τρεῖς, ἢ μὴ τέτταρας. nequis temerè Plauti verba commutet: nam apud hunc quoque referuntur. Atque in hanc rem vocatur Ariston. Quemadmodum in musica, hemiolij proportio symphoniam reddit diapente, dupla symphoniam efficit quæ dicitur Diatessaron, at eam quę vocatur Diatessaron, symphoniam esse præter cæteras hebetem & obscuram & epitrito constare: itidem & in bibendi harmonijs, tres esse symphonias vini ad aquã, Diapente, διὰ τριῶν, & Diatessaron. Nam Diapente symphoniam ex hemiolio constitui, si tres aquæ cyathi duobus vini cyathis admisceantur: quòd si duobus admisceas duos, dupli proportionem existere: Diatessaron harmoniam fore, si vni vini cyatho treis aquæ cyathos addideris. Atque hæc esse epitritum: quæ proportio pertineat ad treis magistratus in Prytaneo sapientes ac sobrios, aut ad diatechicos, quum adductis supercilijs, de suis animis arguti disputant. Iam si duos vni admisceas, tonum inde maximè turbulentum, & vt appellat ipse, ἀνεχόρδιστον, „Chordas mouentem non mouendas meretrum. Propterea quòd per hunc nec omnino sobrios esse licet, nec diutinam mero immergere. Quod si duo tribus addideris, harmoniam existere omnium maximè musicam: vt quę somnos inuitet, tranquillitatem ac lenitatem quietem inducat. His ita per iocum dictis, dicere Plutarchi pater, priscos Ioui duas addidisse nutrices, Iten & Adrastiam: Iunoni vnam, Nepe Euboeam: Apollini duas, Alethiam & Corythaliam: Baccho verò plures, quòd hunc deum oporteat pluribus nympharum meritis mansuefactum ac domitum, moderatiorem ac mitiorem reddere. Significat autem, vinum multę aqua diluendum. Memimit huius adagij Plautus in Stycho, seruos comparantes inducens: Sed interim Strategę nostri, cur hic cessat cantharus? Vide quot cyathos hos bibimus. Tot quot digiti sunt tibi in manu. Cantio est Græca,

Bacchi nutrices plures.

Καὶ πέντε πίνειν χρῆναι πάνυ, καὶ μὴ τρεῖς ἅμα.

Quanquã hic Plautinus eius non caret suspicione mendi. Quod autem prohibet Græca cantio ne quatuor biberet, ad veterum superstitionem pertinet, qua creditum est, impares numeros ad omnia efficaciores esse. id quod Plinius intelligi putat in febribus, dierum obseruatione. Porro de quaternione vinato in poculis, idem lib. 28. cap. 6. scribit ad hunc modum, Numerum quoque quaternorum. Democritus condito volumine, & quare quaterni cyathi, testatur: vve non essent potandi. Hoc numerum allusit Horatius libro Odarum tertio,

Da iusta propere mihi,
Da mollis medias dapsilis auguris
Mercesque, testes aut nouem
Incluta cyathis pocula commodis.
Quæ si deposcet maior impares,
Ternos ter cyathos attonitus petet
Vates: tres prohibet supra
Rixarum metuens tangere Gratia,
Nudis iuncta sororibus.

Item Antonius.

Ter bibe, vel toties ternos: sic mystica lex est,

Id est, Aut treis cyathos, ad numerum Gratiarum: aut nouem, ad numerum Musarum.

Siculus mare. 2

De iterata nauigatione.

Σικελὸς θάλαττα, id est, Siculus mare, subaudi prospectat. De iis qui denuo sollicitantur ad subeundum periculum. Natum aiunt a Siculo quodam, qui quum ficos naui portans, naufragium fecisset, ac deinde sedens in littore, mare placidum ac tranquillum videret, velut inuitans ad iterandum nauigationem, dixisse fertur, Οἶδ' ὅ τι βούλει σῦκα βύττειν. id est, Nouimus quid velis, ficos vis. Recensetur ab omnibus ferme prouerbiorum Græcorum collectoribus.

Ficum cupit. 3

Σῦκον αἰτεῖ, id est, Ficum petit. In eum dicebatur qui commoditatis alicuius gratia blandiebatur. Inde natum tradunt, quòd olim Athenienses agricolis blandiri solerent, vt ab illis ficos præcoquos acciperent, bene ominantes, ac precantes vt in annum sequentem fici fœliciter prouenirent. Rustici verò posteaquam senserunt ciuium blandiloquentiam eò spectare vt ficos acciperent, in prouerbium verterunt, vt commodi spe adulantem, ficos petere dicerent. Aristophanes in Vespis,

σὺ δ' ἐκ τοῦ σύκα μ' αἰτεῖς, id est,
Tu verò nunc ficos à me petis.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. *adulantem, ficos* In hoc tamen loco Aristophanis, ejus enarrator σύκα μ' αἰτεῖς exponit, delicatè vis viuere. Siquidem, inquit, quemedebat carycas (τραγήματα dicit) delicatè viuere dicebantur. Ac reuera hic filius à patre carycas postulabat. Cui ille re pẽdet, Nequaquam profectò tibi cas emam. Nam quum mercedula mea vix mihi sufficiat ad comparanda quæ sunt necessaria, farinam, ligna, opsonium: tu ficus postulas. quasi dicat, cibos lautos. Quare hic locus adferri non debuit ad probandam illam prouerbij explicationem, quę nullo modo ei quadrat. Imo verò non pro paræmia accipi debent Aristophanis verba, sed duntaxat ad paræmiam alludentis habere dici possunt.

Longum valere iussit. 4

Rei renuntiare.

Μακρὰν χαίρειν φράσας τοῖς ὧδε τιμῶσι, id est, Honoribus qui hic sunt, longum valere iussit. Ea figura quoties ad rem non ad hominem, refertur, haud dubiè prouerbialis est. Rem igitur à qua nos abdicamus, ei renuntiare dicimur, ac longum valere iubere. Sumpta metaphora ab iis qui discedunt, diutius abfuturi, seu nunquam redituri. Est sæpicule apud Lucianum, & item apud alios. M. Tullius in epist. ad Atticum li. 8. At ille πολλὰ χαίρειν τῷ λόγῳ dicens, contulit se Brundusiũ. Incertum vtrum de philosopho quopiam loquatur, qui quum solitus esset multa præclara de honesto loqui, quod in ipso situm esset, postea veluti renuntians philosophiæ sibi consuluerit an de Pompeio, qui Cęsarem fugit in Græciam, inconstantiæ rationem habens potiùs quàm dignitatis. Item Hippolytus apud Euripidem,

Τὰ δ' οὐκ ἐμοὶ πόνων πολλὰ' εἶδ' χαίρειν κέλω. id est,
Veneri tuę multum valere renuntio.

Nuntium remittere. Repudiare. Renuntiare. Tua tibi habe.

Vtitur Lucianus in Ioue tragœdo. Idem in apologia τὸν τῆς σοφιστικῆς ἀπαγορεύσαντα παίσαντα, interpretatur prouerbium his quidem verbis, τὸν μετὰ μακρὰς χαίρειν, τὸ μικρόν τε φεύγοντα δουλεῖν. id est, Hoc dictum Longum valere, declarat, nobis non amplius curę futurum. M. Tullius Epistolarum familiarium libro 15. pro μακρὰν χαίρειν dixit, nuntium remittere. Virtutis, inquit, nuntiũ, remisit, deliotus illecebris voluptatis. Eadem forma dicimur repudiare aut renuntiare, aut nuntium mittere iis quæ spreta relinquimus: metaphora sumpta à solenni more diuortij quo, cui diuertebat, dicere solebat, Tua tibi habe. Sic enim Gaius libro vigesimoquarto, titulo secundo de diuortijs & repudijs, capite Diuortium. In repudijs autem, id est in renuntiationibus, comprobata sunt hęc verba, Tuas res tibi habeto: item hęc verba, Tuas res tibi agito. His igitur verbis peragebatur diuortium in matrimonio. In sponsalibus autem, inquit, dicutiendis, placuit renũtiationem interuenire oportere. In qua re hæc verba probata sunt, Conditione tua non

non vtar. Ita Alcmena apud Plautum, Valeas, tibi habeas res tuas, reddas meas. Huc alludens Cicero in Antonium, Fugisti, inquit: illam tuas res tibi habere iussit. Apud iureconsultos frequens est nuntium mittere, quod fit passim in matrimonijs atque in sponsalibus: licet diuersa verborum formula, quemadmodum diximus. De rebus animi fiet iucundius, veluti si qui dicitur ab antica vita atque studio recedere, de eo sic loquamur, Antiqua tuas res tibi habere iussit. Philologiæ tuas res tibi habere iussit.

Nuntium mittere.

Ficus ficus, ligonem ligonem vocat. 5

Τὰ σῦκα σῦκα, τὸν σκάφιον σκάφιον λέγων. id est,

Ficum ficus, ac ligonem nominans Ligonem.

Senarius è comœdia Aristophanis in adagionem traductus. quadrat in eum qui impudici & rusticana vtens veritate, rem vt est narrat, nullis verborum ambagibus ac phaleris obuolues. Sunt enim apud rhetores figuræ quædam, quibus fit vt turpia honestè, aspera molliter, superba modestè, mordacia blandè dicantur. At qui crassiore sunt Minerua, rudius ac planius eloquuntur, suo quidque nomine significantes. Lucianus in Ioue tragœdo, Εἰ γὰρ, ὡς ὁ κωμικὸς ἔφη, ἄχαλκος εἰμὶ, τὸν σκάφιον σκάφιον λέγων, id est, Nam ego, quemadmodum ait Comicus, rusticanus sum, & ligonem ligonem appello. Rursum in præceptis historiæ conscribendæ, vult scriptorem, liberum & incorruptum esse, qui rem, vt est gesta, narrans, ficus ficus appelliet, ligonem ligonem. Inueniuntur ad hunc quoque modum, Τὰ σῦκα σῦκα λέγω, καὶ τὸν καρδοπον καρδοπον, id est, Ficus ficus voco, panarium panarium. Aristophanes in Nebulis,

Figuræ Rhetorum.

Οὐκ ἂν ποτ' ἐκβάλοιμι σὸν οἰκέτην ἐγὼ,
Ὃς τὴν καλὴν καρδοπον τὸν καρδοπον.
Ego nec vnquam eiiciam seruum meum,
Qui cardopum tantum vocaret cardopum.

Canistrum, canistrum vocat.

Cardopus, arca panaria: cæterum poeta facit Socratem nugantem, qui contendat non esse dicendum καρδοπον (quemadmodum dicebat Cleonymus) sed καρδοπην, ὥσπερ καλὴν, inquit, τὸν Σωκράτην.

Domesticus testis. 6

Οἰκεῖος ὁ μάρτυς, id est, Domesticus testis. Vbi quis ipse sese laudat quasi domi testem habeat, non aliunde adductum. Huc autem testium genere quam minima fides haberi solet, ac legibus ceu suspecti censentur. Paulus Pandectarum lib. 22. titulo De testibus, cap. penultimo, Testes quos accusator de domo produxit, interrogari non placuit. Rursum Codicis lib. 4. codd. titulo, Testes vxoris. Etiam vxoris ciuili domestici testimonij fides improbatur. Lucianus in Ioue Tragœdo, Εἶτα, οἰκεῖος ὁ μάρτυς, φασὶν. id est, Eage, domo adductus testis, vt dici solet. Huc allusit Seneca ad Lucilium, quum scribit in hunc modum. Expecta me paullum, & de domo fiet remuneratio. Nisi quis malit illic dono legere. Sunt Græci scriptores qui dicant hoc adagium conuenire in eos qui prius mentiti, postea verum confitentur: veluti conscientia adacti, quæ pectoris testis est. Sic Plutarchus τὸν οἰκεῖον κρίτην, vocat, animi iudicium, quod non corrumpitur. Nec hinc multum abhorret quod est apud M. Tullium De oratore lib. secundo, Tertium verò illud, clamare contrà quàm decent & quàm possit, hominis est (vt tu Catule de quodam clamatore dixisti) stultitiæ suæ quamplurimos testes domestico præconio colligentis. Domesticum præconium appellauit, quòd ipse suam stultitiam traduceret. Idem in eius libri principio, Quos tum vt pueri refutare domesticis testibus, patre & C. Aculeone propinquo nostro, & L. Ciceronе patruo solebamus. Hic simpliciter domesticos testes appellat, propinqua cognatione iunctos. Nihil autem magis domesticum esse potest quàm sua cuique conscientia. Idem M. Tullius Cicero libro Epist. familiar. ad Cælium, cuius initium, Raras tuas: Mea verò officia ei non defuisse tu es testis: quoniam οἰκεῖον ὁ μάρτυς, vt opinor, accidit Phania. Nam ita legendum suspicor: tametsi nonnulli lacunam explebant his vocibus κωμικὸς μάρτυς. nisi forte pro κωμικὸς magis placet οἰκικὸς. Idem in oratione pro L. Flacco, neque in toto Aemonensium testimonio, siue hic coniectum est, vt, apparet: siue nullam domo est, vt dicitur) commouebor. Terentius, Ego hanc domi coniecturam facio.

Domi iudicium.

Conscientia, nihil magis domesticum.

ANIMAD. HENR. STEPH.

tur Lucianus.) Alienum est planè hoc exemplum ab eo sensu quem proueibio tribuit, an etiam οἰκεῖον ὁ μάρτυς dici, vbi quis ipse sese laudat, quasi domi testem habeat, non aliunde adductum. Atque in hoc Luciani loco, cum Iupiter dicit Herculi, οἰκεῖον ὁ μὲν τις intelligit, Tu aduersus temet ipsum testimonium promittas, Tu aduersario tuo argumenta in te ac nos omnes suggeris, Pro aduersario est quod ais, Quod tu dicis in suam rem vertet aduersarius noster Dionis, Ipsemet profert quod aduersarij cautæ seruat. Hunc esse in illo Luciani loco prouerbij huius sensum, si mihi non credis, lector eum adi, & diligenter expende: & si alium quam hunc mihi obtendes χρυσῆν, φασὶν, ὀλκὴν καταλύεις.

Bœoticum ingenium. 7

Bœotij apud antiquos male audierunt vulgò, stoliditatis nomine, quemadmodum supersus ostensum est. Vnde quicquid insulsum esset ac fruitum, id Bœoticum dicebant Lucianus in Ioue tragœdo, ἀχώνευτον ἦθος καὶ ἀληθῶς βοιωτικὸν. Illud quod dixiti, prorsus agreste est, & vehementer Bœoticū. Inuenitur & Βοιωτὸς νοῦς, id est, Bœoticum ingenium, pro stupido ac stolido. Horatius 2. epist. 1.

In stolidum.

Bœotum in Crasso iurares aere natum.

Plutarchus ipse Bœotus cum alijs aliquot locis, tum in commentario de carnium esu, scribit ab Atticis notatos Bœotos, tanquam brutos & stupidos ac pingues: idque propter edacitatem, quemadmodum alibi meminimus. quod ea gens magis studuit exercendis corporibus, quàm animis excolendis. Vnde teste Stephano, quidam putauerunt nomen regioni inditum. Idem citat Ephorum, qui scripserit Athenienses rei nauticæ fuisse studiosos, Thessalos equestris. Bœotos corporum exercitamentis, Cyrenæos curribus valuisse. Lacedæmonios circa leges fuisse diligentes.

Bœotiorum edacitas.

Bœotica cantilena. 8

Βοιωτικὸς νόμος. i. Bœotica cantio dicebatur, siquibus rerum initia tranquilla ac prospera fuissent, posteriora turbulenta ac tristia. Vnde Sophocles scripsit,

De tranquillo primùm statu, deinde turbulento.

Ὅταν τις ἄδῃ τὸν Βοιώτιον νόμον, id est,

Vbi quis recinerit cantorem Bœoticum.

Natum ex historia nam Bœotij primùm liberam ac pacatam agebant vitam: deinde mortuo Laio in varias calamitates inciderunt: vt illorum cantilena à lęto initio in luctum desiisse videatur. Citatur à Zenodoto. Aristophanes in Acharnensibus vilipare videtur pro cantione rudi atque indocta.

Δεξιὸν δὲ τὸν νέον ἀσωτικὸν Βοιώτιον: id est,

Dextribus inter qui canet Bœoticum.

Bœotica ænigmata. 9

Βοιώτια αἰνίγματα, id est, Bœotica ænigmata, dicebãtur obliquè atque obscurè dicta, quęque perdifficilè percipi possent. Sumptum à fabula Sphingis monstri Thebani, ea proposuit Oedipo ænigma huiusmodi. Τετράπους δίπους, καὶ τρίπους. id est, Quadrupes, bipes, ac rursum tripes. Id Oedipus interpretatus est hominem esse, qui puer manibus quoque pedum vice nititur: deinde confirmato gradu, duobus pedibus se sustinet: donec ætas decrepita baculũ, ceu tertium pedem, addat. Extat epigramma Sphingis ænigma complectens ad hunc modum,

In obscurè dicta. Sphingis ænigma.

Ἐστι δίπους ὅθι γῆς καὶ τέτραπους, ἑνὶ φωνῇ,
Καὶ τρίπος, ἀλλάσσει δ' ἣν φύσιν μόνον ἐν ὅθι βαίνῃ
Ἔρπει τὰ πλείστα, ἀπαλὸ σῶμα καὶ κῶλον τανύσσας.
Ἀλλ' ὅταν πλείοσιν ἐπιζύγιον ὦκα ποσὶ βαίνῃ,
Ἐν θ' ἅμα τρεῖς ἴσασιν ἀφαυρότατον τότε θυμὸν: id est,
Est bipes in terris & quadrupes, haud eadem vox,
Et tripes immutat speciem hoc ex omnibus vnum
Quicunque in terris reptant, volat ęthera circum,
Terque mare. at vbi iam pedibus compluribus auctum
Accelerat gressum, cœtis tum maxima membris
Segnities ac torpor adest, animúmque vigoris.

Hesiodus itaque in secundo Georgicũ libro, vetulum ac senio iam incuruum, tripedem hominem appellat,

—τότε δὴ τριπάλαι βροτὸν ἶσον, id est,

Tunc tam tripedi mortali similes.

Bouem in faucibus portat. 10

Βοῦν ὅτι φέρεις φάσιν. id est,

In faucibus portat bouem.

In edacem olim dicebatur, vt indicant Zenodotus & Suidas. Natũ, vti coniicio, vel à Theagene athleta Thasio, vel à Milone Crotoniata: quorum alter bouem solidum solus comedit, teste etiam Græco epigrammate,

In edacem.

tum autem Posidippo apud Athenæum alter (vt narrat apud eundem Theodorus Hierapolites) in Olympiis taurum quadrimũ humeris sustulit, ac stadii spatio gestauit, eúmque eodem die solus comedit. Cuius rei meminit & Aulus Gellius in Noctibus Atticis.

Bœotis vaticinare. 11

Βοιωτῶν μαντεύομαι. id est, Bœotis vaticinare. Abominantis est sermo, perinde vt dicimus, Hostibus ista vaticinare. Virgil. Æneid. lib. II.

-capiti cane talia demens
Dardanio

Et Horatius lib. 3. Carm. 27.

Hostium uxores puerique caecos
Sentiant motus orientis Austri, &
Æquoris nigri fremitum, &c. Et,
Hostibus cuncta nimium secunda.

Imprecatio in vatem.

Aptus autem dicetur in eum qui tristia vaticinatur: siquando precabimur vt ea in ipsius caput recidant. Zenodotus ab euentu natum scribit, Heraclidem allegans authorem. Olim, inquit, quum Thebani de belli euentu consulerent oraculum, vates quæ tum Dodonæ respondebat, ait eos fore victores si quid impiè patrassent. Itaque consultorum quidam arreptam Myrtilam (nam id mulieris fuit indicio nomen) in lebetem aqua calida feruentem, qui fortè sibi aderat, mittit. Sunt qui narrẽt Bombum diuinum quendam Thebanis de belli successu scitantibus, respondisse futurum vt quamplurimos vincerent, si prius quempiam è ducibus immolassent. At illos Bombum ipsum interemptum immolasse, atque hinc ortum prouerbium.

Arietem emittit. 12

Κριὸν προβάλλει. i. Arietem obicit. In ritæ pugnæque cupidum dicebatur. Antiquitus enim bellum suscepturi, fœcialem mittebant qui arietem adductum in hostium fines immitteret: hoc significans pacto ciuitatem & agros illorum hostibus compascuos fore. Author Diogenianus.

Argenti fontes. 13

Diuitiæ fastus.

Ἀργύρου πηγαὶ λέγονται, i. Argenti fontes loquuntur. Hoc adagio notabantur ij qui stolide quidem atque indocte, sed arroganter tamen & confidenter loquerentur, opibus videlicet suis freti. Vulgus enim diuitum dulci, vt ait Horatius, fortuna ebrium, hoc quoque putat suis diuitiis deberi, vt quicquid dixerint, id protinus velut eruditum omnes suspiciant & approbent. Quod notans Flaccus, inquit, li. 1. epist. 8.

mecum (contendere noli)
Stultitiam patiuntur opes.

Item Serm. lib. 2. Sat. 3.

Et quicquid volet, hoc velut virtute paratum,
Speraut magnæ laudis fore.

Huc pertinet & mimus ille neutiquam inuenustus,

Fortunæ quem nimium fouet, stultum facit.

Fortunati stulti.

Item illud ex Antiphane apud Stobæum,

Ὁ γὰρ πλοῦτος ἡμῖν, ὥσπερ ἰατροῖς πολλοῖς,
Τυφλοὺς, βλέποντας ἂν λάβωσιν, οὕτως ποιεῖ. id est,
Opes enim nos, sicuti medicos multos,
Vbi receperint, reddant videntes illico cæcos.

In eandem sententiam Menander in seipsum lugente,

Τυφλὸς ὁ πλοῦτος, ἢ τυφλοὺς ἐμβλέποντας εἰς αὑτὸ διδωσιν. id est,
Cæcus diuitiæ, atque eos qui se intuentur, cæcos reddunt,

Rursum illud eiusdem,

Φαῦλον φανῆναι τὸν γέροντα λίαν σοφὸν,
Ὅτι πλοῦτος ἐξώκειλε τὴν ἐκ παίδων
Εἰς ἡδονὰς τὰς ἐν ἑορτῇ τῇ νῦν id est,
Nimis insolens tum redditur sapientia
Quoties opes qui possidet, mores repens
Mutat in alienos prioris contrarios.

Diximus alias, Fœnum habet in cornu. Felicitatis comes esse solet ferocia. Pindarus in Isthmis hymno tertio, ὅστις ἀβρὸν δύνηται σὺν θεῷ δίδοντι κῦδος ἀέθλων, ἢ δόξαν πάρος, κατὰ φῶτα ἐσθλὸν ἔπεσε, ἄξιος ὑπερβασίαις αὐτὸν μερίμνας. i. Siquis vir fortunatus fuit, vel in gloriosis certaminibus, vel in opulentia obtinet (vt aiunt) magnificam saturitatem, dignus qui laudibus ciuium admiscetur. Quadrabit in eos quoque quorum oratio, propter opum fiduciam, plus satis libera atque audax videbitur. Nam quemadmodum paupertas timiditatem adfert, itidem opulentia παῤῥησίαν, id est loquendi confidentiam, adducere solet.

Paupertas timidos facit.

Terram pro terra. 14

Γῆν ἀντὶ γῆς ἐλαύνειν. Prouerbialis est figura in homine exulem, erronem & incertis vagantem sedibus. Aristophanes in Acharnensibus,

In erronem & vagum.

Καὶ δεῦρον ἴθι μοι πρὸ γῆς. id est,
Terram ante terram persequi. Item alibi,
Ἐγὼ δ' ὑφεῖσαν γῆν φοβοῦμαι. id est,
Solum at ego fugiens pro solo, trepidus meo.

Lucianus in Pseudomante, Ἀλλ' ἔδει γε πρὸ γῆς γῆν ἐλαύνειν. id est, Sed oportebat ad terram pro terra vehi. Apud Latinos solum vertere dicuntur: qui exilij caussa migrant alibi. Alciphron in epistolis, Ἀναγκαῖον ὑπέστην γῆν πρὸ γῆς φεύγουσαν μᾶλλον, id est, Demigrans quolibet fugiam potius, terram terra commutans. M. Tullius in epistolis ad Atticum, li. 14. Hęc & alia ferre nõ possum: itaque γῆν πρὸ γῆς cogito. Significat se de fugiendo cogitare.

Ne ad aures quidem scalpendas ocium est. 15

Prouerbialis est hyperbole, quum ne minimum quidem ocij superesse significamus: dicimus nec tantillum vacui temporis esse quod ad scalpendas aures sit satis. Lucianus in his accusato, Οὐδ' ὅσον ὑπόλοιπός σοι σχολὴ, φασὶ, κνήσασθαι, id est, Ac ne tantisper otiosus, vt aurem, sicut aiunt, scalpere vacet.

Citius in naui cadens à ligno excideris. 16

Θᾶττον ἂν τις ἐν πλοίῳ πεσὼν ἁψαμένου ξύλου, id est, Citius alicui in nauigio cadenti lignum defuerit. Hyperbole prouerbialis qua tantam vbique copiam significamus, vt quocunque te vertas occurrat quod quæris. Etenim quum nauis ipsa vndique sit lignea, non potest non in lignum incidere quisquis in ea cadit. Lucianus in his accusato, Ὡς τι καὶ πλοίῳ παχείᾳ, θᾶττον ἄν τις ἐν πλοίῳ πεσὼν ἁψαίμενος ξύλου, ἢ ἐπὶ ταὐτὰ ἐμὲ ἐφελκύσῃ, ἀναπείσει φιλόσοφα, id est, Itaque, iuxta prouerbium, citius fiet vt in naui lapsus, non incidat in lignum, quàm vt quocunque aspexerit oculus, philosophum delideret. Taxat Lucianus philosophorum turbam tantam, vt omnia vbique plena videantur, nec liceat effugere.

In rerum copiam immensam.

Episcythizare. 17

Ἐπισκυθίζειν, Lacedæmoniorum adagio dicitur, pro eo quod est, vinum merum intemperantius bibere. Et Achęus in Æthone Satyrico σκυθιστὶ, siue, vt in quibusdam exemplaribus legitur, σκυθικὶ merὶ dixit, pro eo quod est ἀκρατοποτῶν, hoc est, meracius bibere. Athenæus libro decimo Dipnosophistarum, ex Herodoto & Chamæleonte authoribus refert Cleomenem regem Spartanum cum Scythis agentem consuetudinem, & illorum ἀκρατοποσίαν (id est meripotationem) imitantem, in insaniam versum fuisse. quemadmodum interpretantur Spartani. Locus est apud Herodotum libr. 6. cui titulum fecit Erato, addens hinc natum apud eosdem Spartanos vulgare dictum: vt siquando velint ζωρότερον πιεῖν, hoc est intemperantius bibere, dicant, ὑπολύσασθαι, hoc est, minimum infundito aquæ: pro eo quod dicendum erat, ὑπόχεον, id est, infunde aquam. Apud eundem libro vndecimo, Hieronymus Rhodius docet σκυθίσαι dictum pro μεθύσαι: & Athenæus dubitat vtrum à Scythis scyphus, id est poculi genus, habeat nomen: vt σκύφος dictum sit quasi σκύθος. nam vocem sic immutatam ostendit apud autores extare. Quin & illud addit, Lacedæmonios quum sentirent barbaros Asiaticos omnia dolis agere, vice Thimbronis eo legasse Dercyllidam: quòd is nihil haberet syncerioris Laconicæ, sed ingenium subdolum ac ferum: existimantes huic non posse dari verba. quem ob id σκύθην appellarunt Lacedæmonij, quasi σκύφον. Scythæ autem & Thraces ἀκρατοπόται vocantur, id est meribibi: vnde plerunque conuiuia illorum sanguinolenta sunt & tumultuosa. Apud eundem Anacreon, ni fallor, ἀκρατοπόλας, σκυθικὸν σίνος appellat. quòd Callimachus verbo composito dixit ζωροποτῆν. Atque vtinam hic mos plus quàm barbaricus intra Scytharum ac Thracum fines constitisset, nec ad nos vsque dimanasset. Non enim solum bibimus intemperanter, verumetiam cogimus alios ad bibendum: & recusantem ferro adornamur, quum inhumanius pene sit cogere ad bibendum qui non sitiat, quàm sitientem submouere à potu: quemadmodum eleganter apud Athenæum libro decimo dixit Sophocles.

Scythice potare.

σκυθικὸν πρὸς βίαν πίνειν.

Λοιπὸν πίφυκε πᾶσι δηλᾶσαι βίᾳ. id est,
Cogi ad bibendum, non minus graue est malum,
Quàm si quis acrem perpeti cogat famem.
Commode deflectas licebit ad cuiusuis rei intemperantem & immodicum vsum.

Vinum caret clauo.

Athenæus eodem libro de potationibus differens, huiusmodi prouerbium eleganter vulgo dici solere scribit, τὸν οἶνον οὐκ ἔχειν πηδάλιον, id est, vinum non habere clauum: propterea quòd ebrietas nihil consulte neque moderate vel dicit vel facit, obruitur enim ratio, quæ claui vice sobrios moderatur ac gubernat. Huc pertinet Ouidianum illud,

Ebrietas inconsiderata.

Nox & amor vinúmque nihil moderabile suadent.
Illa pudore vacat: liber amórque metu.

Non illepidum est quod apud Athenæum lib. 11. refert Xenophon, apud Persas fuisse vetitum ne σκηνοῖδοι inferrent in conuiuium. Id apparet fuisse vasculi genus, quo vinum è cratere ministri effunderent in cyathum: Id factum est, ne supra modum bibentes, & animi & corporis viribus destituerentur: & addit eum morem adhuc apud illos seruari. nec enim inferri prochoidas: sed nihilo secius tantum illos bibere, ὅστε οὐτὶ τὰ σκηνάρια, αὐτοὶ ἐκφέρονται, ἐπειδὰν μηκέτι δύνωνται ὀρχεῖσθαι ἐκείνοις, id est, Pro eo quod non inferuntur prochoides, ipsi efferuntur postea quam non amplius possunt exire saltantes. Itaque vinolentia nullis minus ignoscenda est quàm qui Reipublicè clauum moderantur. hoc est regibus & magistratibus. Et Diuinæ literæ vetant vinum dari regibus. Nec vinum nec somnus conuenit assidentibus clauo: sed interdum nulli magis indulgent vino somnóque.

Vinum senem etiam vel nolentem saltare compellit. 19

Ac rursus ibidem hoc item carmen prouerbio inflatum scribit.

Οἶνος ἄνδρα γέροντα καὶ ἂν ἐθέλοντα χορεῦσαι. id est;
Vina senem, vt nolit, cogunt ducere choreas.

Admonet nihil esse tam ineptum, neque tam alienum, ad quod non incitet ebrietas. Subiicit & aliud carmen non dissimilis sententiæ,

Vinum dementat sapientes.

Οἶνος ἀγαγὼν φρονίμους εἰς ἀφροσύνην ἀπέβαλλεν. id est,
Insanire facit sanos quoque copia vini.

Idem libro quarto Dipnosophistarum adducit prouerbium ex Eripho quodam comœdiarum scriptore:

Λείπει γάρ ἐστ' αὐτοῦ, κυμῶν ἔχων.
Οἷον λέγουσι τοὺς γέροντας, ὦ πάτερ,
Παῖδας χρῆναι τοὺς θέλοντας. id est,
Reste vetusto dicitur prouerbio,
Quòd vina senibus persuadent, ô pater,
Vt velint nolint, choreas ducentes.

Vino reputa-rasse.

Huc pertinet illud Platonis libro de legibus primo, Οὐμόνον ἄρ', οἷς ἔοικεν, ὁ γέρων δὶς παῖς γίγνεται ἀλλὰ καὶ μαθητής. Itaque vt videtur, non solum senex fuerit bis puer, verumetiam temulentus. Item Horatius epist. lib. 1. ep. 15.

Quod mi Lamia loueram commendet amica.

Ranis vinum præministrat. 20

Βατράχοις οἶνον χεῖς: id est, Ranis vinum infundis. In eum dicebatur qui id ministraret, quo nihil esset opus ei cui exhiberetur: veluti siquis apud indoctos multa de philosophia differat. Ranis enim nihil opus vino, aqua paluestri magis gaudentibus. Explicatur adagium à Zenodoto, Suida, Diogeniano. Pherecrates apud Athenæum in Coriano, Εἰρ' ὦ κάραβος; βατράχοις οἶνον χεῖς εἰς ἅλα. id est, Abi in malam rem, ranis pocillari te oportuit. Obiurgat enim pincernam, quòd quatuor vini cyathis duos infuderit aquæ. Vnde licet conicere, prouerbium in hos quoque conuenire qui vinum immodica diluunt aqua: ita vt aquam, non vinum bibere videantur, ranarum ritu.

Ouo prognatus eodem. 21

Fortassis simpliciter dictum est ab Horatio, Serm. lib. 2. Sat. 2.

Ouo prognatus eodem.

Castor & Pollux.

Quandoquidem ad tabulam respicit Ledæ, quæ grauida ex Ioue in cygnum conuersò, ouum pepert: vnde gemini prognati Castor & Pollux. Id ouum Pausanias in Laconicis refert ostendi apud Lacedæmonios suspensum tænijs à testudine templi. Verum siquis hoc dictum reflectat ab iisdem natos parentibus, aut ab eodem eruditos præceptore, aut ita consimilibus ingeniis, vt eodem ouo nati videri possint: nihil æque fuerit prouerbiale veluti si dicas, Vultus, ingenium, mores, facta, ac prorsus omnia sic huic cum hoc conueniunt, vt iure is eodem prognatos ouo. Aristoteles lib. De generatione animalium quinto, ostendit id iuxta naturam fieri, vt ex eodem ouo duo pulli nascantur: & quidem perfecti, si vitelli membrana dirimantur. Iidem si cohærent & confundantur, fœtum edi monstrosum.

De curru delapsus. 22

Ἐξαπὸ ξυμοῦ πεσών. id est, De curru delapsus. In hodiernum quoque vulgò durat adagium in eum qui oblitus propositi, aliò se transfert, aut qui in sententia labascit: vt De curru delapsus dicatur, quemadmodum Ab asino delapsus Aristoph. in Ranis,

In eum, qui aberrat ab instituto.

Ἐξαπὸ ξυμοῦ φρήν. id est,
Animus a curru decidens, hoc est, aberrans ab instituto. Natum apparet à fabula Phaetontis, quem ferunt curru excussum. Siquidem animus, velut auriga corporis est, & corpus ceu vehiculum. Est & apud Platonem de animabus è cælo delapsis, quòd curribus suis essent excussæ.

Numerus. 23

Homines nullius bonæ rei, numerus prouerbio dicuntur, etiam idiotis horum temporum. Aristophanes in Nebulis,

Inhonesti nihili.

—ὕστις οὐδὲν
Ἀριθμὸς· ἀσχετ' ἄλλαι, ἀμφοῖν τοιχείοιν.
Horatius, 1. epist. 2.
Nos numerus sumus, & fruges consumere nati.

Translatum videri potest à calculis, ad nihil aliud vtilibus nisi ad numerum. Anacharsis, Plutarcho teste, taxauit Athenienses, qui nummis ad rationem duntaxat vterentur. Quanquam mihi magis arridet vt ita numerus dicatur quemadmodum dicunt ἑνὸς ἀχθομαι μόνου, & εἷς πρὸ πολλῶν. i. vnus è plebe. Ita Flaccus 1. Serm. sum paulò infirmior, vnus multorum: etiam Græcam exprimens figuram. Et Seneca libro primo, Epistola decima, Iste homo non est vnus è populo. Insignes nominantur. Qui nihil habent insigne, turba sunt, & numerantur tantum. Vnde Flaccus, Nos numerus sumus. Et Virgilius, -cadit & sine nomine vulgus.

Summis vti velis. 24

Ἄνεμον χρῆσθ' ὡς ἰσχάτῳ. i. Summis vti velis; Prouerbiali metaphora dicuntur qui maximo conatu adnituntur, atque incumbunt: aut qui ominem captant occasionem. Mutuò sumptum à nautis, quibus mos est velum in altum tollere, quo currant celerius. Aristophanes in Ranis,

In captanda omnem occasionem.

Ἄνεμον χρυσοῦν τῆς ἰσχάτου, id est,
Ventum supremus carbasis.

Pindarus in Nemeis hymno quinto, Δίδου φωνάν, ἀτὰρ ἐς ἰσχία τείνον ὀθόνας ἐπὶ ζυγὸν καμπύλον. i. Da vocem, sursum autem tende vela ad summum antennæ iugum. Vt cuique res sunt secundæ aut aduersæ, ita velum in altum tollitur.

Summum cape, & medium habebis. 25

—ἄκρον λάβ', ἕξεις μέσον. id est,
Summa cape, & media potieris.

Rem attentius expendendam.

Hemistichium carminis heroici. Vbi quid obscurius & perplexius dictum significabant, admonentes rem attentius expendendam, hoc prouerbio consueuerant vti. Zenodotus hinc natum tradit, Æginetis patria pulsis, de quærenda sede consulentibus oraculum, responsum est hoc ænigmate, ἄκρον λάβε, ἕξεις μέσον: atque illos, cacumine quodam montis occupato, circa medium incoluisse. Potest & in hanc accommodari sententiam, vt admoneamur ad res summas & egregias eniti, sic enim futurum vt ad mediocritatem perueniamus. Summum animo destinandum, vt saltem modicis potiamur. Fit enim plerunque nescio quo modo, vt exitus citra spem & scopum præstitutum consistant.

Iniquum petendum, vt æquum feras. 26

Mercatorum mos.

Huic affine quod recenset Quintilianus Institutionum oratoriarum lib. 4. Nec omnino sine ratione est quod vulgò dicitur, Iniquum petendum, vt æquum feras. A negotiatoribus ductum videri potest qui callidè merces longè minoris licentur & multo pluris indicant quàm pro dignitate, quo pretium saltem æquum accipiant. Non fugit hæc sententia Syrum illum Terentianum in Adelphis, quum Sannionem lenonem astu tractans, postulat vt puellam Aesetino dimidio pretij tradat: at-

quo nat. arte efficit vt leno sortem solidam percupidè & rogans tanti accipiat. Detestatu & vulgo prouerbiũ huiusmodi. Qui amantur vt aureum quadrigam habeo, compara, vnam certe rotam alequetur. Equidem arbitror hinc aliunde Senecam libro De beneficijs septimo, Quæ, inquit, hæc patrimonia vltra modum, vt ad verum iam redeam. Quam dicimus meminisse non debet, nec volumus intelligi, Prædicare non debet, nec lectare, nec grauis esse. Patenter Seneca depinxit naturam hyperbolæ.

Ad ambas vsque aures. 27

Μέχρι τῶν ἀμφοτέρων. i. Vsque ad aures ambas impleri dicuntur qui supra modum ingurgitant sese. Sumpta metaphora à vasculis ad ansas vsque impletis. Extat apud Suidam.

Seruilis capillus. 23

In agrestes & inelegantes.

Ἀνδραποδώδη τρίχα ὑπάρχειν. i. Seruilem capillum præ se ferre, dicuntur qui agrestibus & inelegantibus sunt moribus. Inde ductum, quod Athenis serui manumittendi capitis primos deradebant. Plato scribit in Alcibiade, quotidiani seruiles primo animo gestare, indoctos & stupidos significans. Citantur apud Suidam hæc ex authore nescio quo, πολλῶν συνειλεγμένων ἀνδρῶν ἐπὶ πολὺ ἐκ τῆς ἀγορᾶς, ἀφ' ὅτου τῶν ἀνδραποδώδη τρίχα φορούντων. i. Multis collectis viris, neque compositis affectibus, sed qui seruilem, vt aiunt, capillum adhuc præ se ferrent. Plinius libro 11. cap. 37. rem prodigiosam tradit, homines quosdam hirsuto corde nasci. Plinij verba sunt hæc. Hirsuto corde gigni quosdam homines produnt, nec alios fortiores esse industria: sicut Aristomenem Messenium, qui trecentos occidit Lacedæmonios, ipse conuulneratus & captus, semel per cauernam latomiarum euasit, angustos vulpium aditus secutus: iterum captus, sopitis custodibus somno, ad ignem aduolutus lora cum corpore exussit. Tertiò capto Lacedæmonij corpus dilacerare cupidi videndi, hirsutumque cor repertum est.

Amyris insanit. 29

In consulto insanientes.

Ἄμυρις μαίνεται, id est, Insanit Amyris. Allegoria prouerbialis, qua rectè vtemur vbi quis sub insaniæ prætextu rebus suis consulit. Aut vbi quis solus periculum prospiciens, in tempore sibi cauet, creditus interim vulgo desipere. Deinde rerum euentus docet illum vnum sapuisse. Vt hæc sit vox velut opprobrantis socordiam iis qui sibi non prospexerint maturè. neque saperè experiri, nisi accepto vulnere. Zenodotus ab historia natum ait huiusmodi, Quum Sybaritæ florerent opibus, quendam Delphos amandarunt qui de rerum suarum successu consuleretur oraculum: Responsum est, Euertendam Sybaritarum fortunam, vbi pius honoris habere cœpissent hominibus quam diis. Euenit deinde vt seruus à domino expulsus, nequicquam ad deorum aras confugisset: post ad heri monumentum confugiens liberaretur a plagis, vt alibi dictum est. Quod simulatque complexitus est Amyris, collectis rebus suis, in Peloponnesum demigrauit, reliquis interim Sybaritis hominem velut insanum ridentibus. Postea idem ob fictam insaniam miraculo fuit, & prouerbio locum fecit: Citatur ab Eustathio in secundo Iliados libro: citatur autem ex Pausaniæ rhetorico dictionario. Addit, quosdam Thamyrim hunc appellare, quoldam Amyrim, abiecto thota. Solet autem more hominum euenire, vt vanitatum demum habeatur fides, ac laudetur postea quæ ipsis iam præmimur malis. Proinde Cassandra in tragœdia quapiam loquitur ad hunc modum, citante Plutarcho,

Thamyris, Amyris.

Καὶ θεσπίσουσιν καὶ κακῶν ἐμπλήσουσι
Σοφὴ μανίαις. σὺν τοῖσδ' ἐμοὶ στενῶ. id est,
Sedensque dicor hoc malum qui sentiunt:
Ideo antequam illud sentiant insanio.

Sophoclis, Laudiceni. 30

Qui ad ostentationem dicebant aut recitabant. Vulgato conuitio Sophocles & Laudiceni dicebantur. adagium natum, vt apparet, ætate Plinij minoris: cuius verba paulo altius repetemus, quo planius prouerbij sententiam intelligere liceat. Nam in epistola quadam ad Nepotem, lib. 2. adolescentium quorundam ridiculam in agendis causis arrogantiam & ambitionem tangens, sic ait, At hercule ante memoriam meam (ita maiores natu solent dicere) ne nobilissimis quidem adolescentibus locus erat, nisi aliquo consulari producente, tanta veneratione pulcherrimum munus colebatur. Nunc refractis pudoris & reuerentiæ claustris, omnia patent omnibus: nec rubescitur, sed irrumpunt. Sequuntur auditores actionis similes, conducti & redempti mancipes. Conuertatur à conductis & redemptis in media basilica, vbi tam palàm sportulæ quàm in triclinio dantur. Ex iudicio in iudicium pari mercede transitur. Inde iam non inuitabuntur, ἀπὸ τῶν σοφοῦ κεκλήσθαι, vocantur Isidem Latinum nomen impositum est, Laudiceni. Hactenus Plinius. Vtroque verbo notantur qui facundi dici malebant & videri, quàm esse. Sophocles enim Græcè dicitur ὁ ἀπὸ τῶν σοφῶν ἐγκλείσας. At illi dicta opera perperam interpretabantur ὁ ἀπὸ τῶν σοφῶν κεκλήσθαι. id est, ab eo quòd sapientes vocarentur. In hoc igitur est allusio festiua ad poetæ tragici nomen: in Laudiceni vocabulo ad gentis nomen alludituri.

Qui facundi dici malunt, quàm esse.

Quot seruos habemus, totidem habemus hostes. 31

Macrobius in cœnis Saturnalibus, Vnde puras arrogantissimum illud manasse prouerbium quod iactatur, Totidem nobis hostes esse quot seruos? Non habemus illos hostes, sed facimus. Meminit & Seneca epistola quadragesima septima: cuius verba sublegisse videtur Macrobius, vt est omnium authorum vere sucus. Admonet adagium nequid hdamus iris, nève ex animo nobis amicos arbitremur qui nos metu colunt. Admonet idem Plato libro De legibus 6. propterea quòd seruorum animus nequaquam integer sit sed mentis dimidium iis ademerit Iupiter, Homero teste, quos seruitutis fecit obnoxios. Verus autem amor, libertatis est alumnus: odit vero quisquis metuit. Vnde genuinum quoddam odium inesse videtur seruis in dominos. Quadrabit & in principes tyrannidem in suos exercentes. Verba Platonis sunt hæc, Οὐ γὰρ ὑγιὲς οὐδὲν ψυχῆς δούλου. οὐ δεῖ γὰρ οὐδὲ τοῖς πολίταις αὐτῶν ἢ τῶν πατημένων. ὁ δὲ σοφὸς καὶ θεῖος φησίν,

Macrobius, omnium sucus.

Dimidium mentis, Iupiter seruis ademit.

Odium seruorum, in dominos, vnde.

Ἡμισυ γὰρ τε νόου ἀποαίνυται εὐρύοπα Ζεὺς
Ἀνδρῶν οἷς ἂν δὴ κὴν δούλιον ἦμαρ ἐπήσι. id est,

Nihil enim integrum neque sanum habet animus seruilis. nam nihil oportet credere his hominem qui sapiat. Siquidem poeta doctissimus ait,

Dimidio mentis deprivat Iupiter illos,
Seruitio quoscunque viros fors ceperit vnquam.

Ad hunc modum referuntur à Platone. Cæterùm aliter habentur apud Homerum Odisseæ ρ, nimirum hunc in modum,

Ἡμισυ γὰρ τ' ἀρετῆς ἀποαίνυται εὐρύοπα Ζεὺς
Ἀνδρῶν, ὅτ' ἂν μιν κὴν δούλιον ἦμαρ ἕλῃσι.

Afinius Capito apud Festum Pompeium (nam is quoque prouerbij facit mentionem) existimat hominum errore perperam fuisse pronuntiatum, propterea quòd verisimilius sit sic esse dictum initio, Quot hostes, tot serui. Quod capti victique ad seruitutem adducebantur. vnde etiam dicta mancipia.

Mancipia.

Vocatus atque non vocatus Deus aderit. 32

Oraculum olim Lacedæmoniis redditum abijt in prouerbium. Καλεύμενος τε κἀκλητος θεὸς παρέσται. id est, Vocatus & inuocatus Deus aderit. Vsus erit vbi quid significabimus, etiam non accersitum neque curatum, tamen euenturum, velimus nolimus: puta senectam, mortem, malefactorum pœnam. Horatius huc alluslt, 2. Carm. 18.

Eueniunt, velimus nolimus.

Nec satellites Orci
Callidum Promethea.
Reuexit, auro captus. hic superbum
Tantalum, atque Tantali
Genus coercet hic tenare sanctum
Pauperum laboribus,
Vocatus atque non vocatus audit.

Fortasis respexerit huc & Terentius in Eunucho, Vt vocato mihi atque inuocato sit locus semper.

Influit quod exhauritur. 33

Ἐπιῤῥεῖ τὸ ἐξαντλούμενον, id est, Affluit quod exhauritur. Vbi quis frustra fumit operam in re quapiam. Lucianus in Sectis, Ἐπιῤῥεῖ, φησὶν παρεμφέρεια τὸ ἐξαντλούμενον, ὡς ἐν ἀμφορεῦσι τοῖς Δαναΐδων πίθοις. id est, Influit iuxta prouerbium, negotium, dum exhauritur, atque diuersum quiddam accidit atque in Danaidum dolio. De philosophiæ studio loquitur, in quo quantumlibet operæ sumpseris, nunquam tamen deest quod te laboribus

Studium philosophiæ, quale.

bus exerceat, & labor laborem serit: & iuxta Sophocleum,

Πόνος πόνον τίκτει φάος. id est,
Labore laborem sert labor.

Zenodotus carmen prouerbiale recensét huiusmodi.

Ἀλλὰ μὲν ἐξεπάλαμῶμεν, ἡ δ' ἑτέρη. id est,
Exhaurimus quidem iam, at instat altera.

Sumptum à nautis, nauipertusa frustra sentinam exhaurientibus: tantum humoris accipientibus, fluxuris, quantum ab illis educitur. Videtur ad hanc parœmiam alludisse Plato libro De legibus septimo, Τί οὖν πολλὴ αὐξάνεται ἐπιῤῥύσει; id est, Quid igitur multum augmentum quum affluat? Quem sanè locum adducit Athenæus libro Dipnosophistôn quinto, Κατὰ γὰρ αὐτὸν δὴ τὸν Πλάτωνα παλαιόπρωρα ἐμοὶ δὴ ὄχλος μετὰ πάσης Γοργόνος. id est, Siquidē iuxta ipsum iam Platonem, affluit mihi turba tanta Gorgonum. Seneca libro De ira secundo, Nunquid ille, cuius nauigium multam vndique laxatis compagibus aquam trahit, nautis ipsique nauigio iratscitur? Occurrit potius, & aliam excludit vim, deinde aliam egerit: manifesta foramina præcludit, latentibus & ex occulto sentinam ducentibus, labore continuo resistit: nec ideo intermittit, quia quantum exhaustum est subnascitur. Apud Athenæum libro quarto, quum in conuiuio post lentem rursus aliter cocta lens apponeretur, quidam alludens ad prouerbium, ait,

Καὶ τὴν μὲν ἐξεπάλαμῶμεν φασὶν, ἡ δ' ἑτέρη, id est,
Exhauserauus lentem, at instat altera.

Non dissidet ab illo,

τὴν μὲν κεφαλὴν ἀπεκόψαμεν.

Tibicinis vitam viuis. 34

Vita tibicinis pr.

Αὐλητοῦ ζῆν ζῇς, id est, Tibicinis vitam viuis. In eum iaciebatur, qui lautè quidem, sed alieno viueret sumptu. Tibicines enim, quoniam in sacris olim adhibebantur, adesse solebant & in cœnis illis pontificalibus, idque immunes. De hoc hominum genere, ni fallor, sentit Aristoteles, quærens in problematis, quamobrē

Dionysiaci & bacchæ.

πάντες Διονυσιακοὶ, id est, artifices Bachanales, vix vnquam bonæ frugis esse consueuerint. Reddit autem triplicem rationem: Siue quòd necessariis artibus magnā vitæ partem occupati, non dant operam philosophiæ præceptis: Siue quòd assiduè in deliciis ac voluptatibus vitam agunt: Siue quòd egestas etiam ipsa ad vitia propellit. Problema refertur à Gellio, lib. Noctium Atticarum 20. De tibicinibus, qui Roma Tibur secesserant, narrat T. Liuius primę decadis lib. 9. Posteaquam perpelli nequibant, inquit, consilio haud abhorrente ab ingeniis hominum, eos aggrediuntur. Die festo alij alios, per speciem celebrandarum cantu epularum, inuitant: & vino, cuius auidum ferme genus est, oneratos sopiunt, atque in plaustra somno victos coniiciunt, ac Romam deportant. Nec prius sensere, quàm plaustris in foro relictis, plenos crapulę lux eos reliquit. Refertur à Diogeniano & Suida.

Musicè viuere.

Μουσικῶς ζῆν dicitur quod eo sit, voluptariam & ociosam agere vitam. Hoc respexit Terentius, Vide ocium & cibus quid faciat alienum. Item Alexis apud Athenæum in Commorientibus,

Ocium & cibus alienus.

Οὕτω τὸ πάλαι τε' ἦθον, ὦ Ζεῦ, λυπεῖ.
Vsque adeò dulce est deuorare non tua.

Et illud apud eundem, Theopompi,

Εὐριπίδου τ' ἄριστον ἐκεῖνο ἔπος,
Τὰλλότρια δ' ἁπαντ' εἶν' ἡδέως δεδαιμένα.
Sane eleganter dixit hoc Euripides,
Felicem eum esse, alienis qui vsque comitet.

Scytharum oratio. 35

Scythicum pro barbaro.

Scytharum sententias apud Græcos in prouerbium cessit, vt quicquid agreste, quicquid barbarum ac sæuum intelligi vellent, id Scythicum appellarent. Est apud Lucianum cum aliis aliquot locis, tum in meritricio dialogo Chelidonij & Drosę, τὰ μὲν ἄλλα τὰ παρὰ Σκύθαις ῥήματα. id est, Reliqua quidem, Scytharum oratio. Sentit, in calce literarum fuisse quiddam mitius dictum, reliqua nihil præ se ferre humanitatis. Quidam inde natum existimant, quòd Scythæ Dario regi nihil aliud responderint, quàm κλαῖε, id est, vt ploraret. Quæ quidem ipsa etiam vox in prouerbium abiit, vt plorare iubeamus quos contemnimus. Ælianus in epistolis, Ἐγὼ οὖν πάνυ τὰ παρὰ σκυθῶν λεγόμενα πάσχειν μάθοιμι ἄν, Ἐγὼ μὲν ὁμοῦμαι ἄν, σοὶ δὲ τὰ αὐτὰ γένοιτο. id est, Itaque Scytharum, sicuti vocant, responsum hoc tibi sit, Ego insanio & sapio, & odi mortalium genus. Diogenes Laertius in Vitis philosophorum putat hoc prouerbium natum esse ab Anacharsidis aspernitate. Nam Scytha natus, inter celebres philosophos habitus est Athenis. *Anacharsis.*

Scytharum seueritas.

Sed vero proximum est quod refert Athenæus libro duodecimo, Scytas olim opibus ac deliciis florentes, in tantam venisse ferociam, vt quoscunque populos adissent, summas nares viris amputarent, horum mulieres Thracum vxoribus corpora subulis pungerent: denique cunctis sub illorum dominatu lachrymosa fuerit seruitus, vt in posteros deriuatum sit prouerbium, τὸ ἀπὸ σκυθῶν ῥῆσις, id est, Scythica iussio, siue præscriptio: & ἀποσκύθισον dicatur ferro cæsariem amputare. quod præter Athenæum indicat & Stephanus. denique σκύθρωπὸς & σκυθρωτὸς pro toruo, tristi, austero ac truculento, ab eius gentis moribus dictum videtur: & σκύζεσθαι irasci: quod ea gens sit supra modum iracunda.

ἀποσκύθισον

σκύθρωπὸς & σκυθρωτὸς.

Accipit & glebam erro. 36

—δέχεται καὶ βῶλον ἀλήτης. id est,
Accipit & glebam erro.

Hemistichium carminis heroici, dici solitum in eos qui nihil grauantur aut aspernantur: sed quicquid datur, quantumlibet pusillum, id boni consulunt. Neque intempestiuè dicetur etiam in illos, qui rerum inopia laborantes, quiduis vndecunque libenter accipiunt, donec ad fortunam commodiorem emergant. Originem adagionis ad huiusmodi casum referunt: Aletes quidam Corintho pulsus, adhortante oraculo tentauit si posset in patriam redire. Atque interim rusticocuipiam factus obuius, cibum mendicauit. Ille ludibrij opinor causa, glebam ex agro sublatam porrexit. Aletes eam tanquam fœlix omen accipiens, effatus est,

Aletes.

δέχεται καὶ βῶλον ἀλήτης.

Huius Aletę mentionem facit & in Corinthiacis Pausanias. Plutarchus in Problematibus haud omnino dissimilem historiam recensét, vnde prouerbium ortum videri queat. Ænianes, inquit post tedesiam sæpius aliunde alibi transmutatas, tandem in agrum Inacho vicinum descenderunt: quem id temporis Inachienses & Achæi obtinebant. Oraculum autem proditum erat, si in agrum eos recepissent, futurum vt veteres incolæ pellerentur: nouis verò, siquid à volentibus accepissent, agrum retinerent. Temo quidam igitur inter Ænianes vir solers & cautus, sumpta pera, mendici habitu ad Inachienses accessit. Ibi quum per risum & contumeliam rex mendicanti cibum, cespitem dedisset, in peram coniecit: ac velut eo contentus, statim è conspectu se subduxit: nec præterea quicquam rogauit. Seniores tum rei nouitate, tum oraculi recordatione admoniti, rege adito censent hominem neutiquam esse negligendum, nec è manibus omittendum. Quod vbi sensisset ille, fuga sibi consuluit: vocatáque protinus hecatombe; & Apolline inuocato, fortim abiit. Posteà congressi prælio Ænianes, pulsis Achęis & Inachiensibus, illorū agros occupauerunt. Hęc ferme Plutarchus. Itaque cōpetet in illos quoque, qui magnum quiddam molientes, quiduis & patiuntur & faciunt, vt voti sui compotes aliquando fiant. *Anianum historia.* *In eos, qui patiuntur quidquis, dum voti compotes fiant.*

Stentore clamosior. 37

Prouerbialis hyperbole, Stentore clamosior. Iuuenalis,

vt Stentora vincere possis.

Sumptum à fabula Stentoris: cuius meminit Homerus Iliados 5. cique ferream (hoc est inuictam) attribuit vocem.

Στέντορι ἰσομένην μεγαθύμοις χαλκεοφώνοις
Ὃς τόσον αὐδήσασχ' ὅσον ἄλλοι πεντήκοντα.
Stentoris in specie validi, cui ferrea vox, qui
Quinquaginta alios æquans clamore sonoque.

Græci μεγαφώνους appellant.

In orbem circumiens. 38

Lucianus in Hermotimo, Ἅπαντας οἰὸν κύκλῳ περιῆλθεν, id est, Omnes in circulo obiens, dixit, marum ni prouerbiali figura: quæ durat etiam in hodiernum diem apud vulgus illiteratum: pro eo quod est, vsque ad vnum omneis, nemine prætermisso. Vnde & Latinis dictum est Ambire, quòd singulos prensarent: & Obire prouinciā quòd qui suscipit administrationem, nullum non adisse oporteat. Lepidius erit si accommodetur ad res animi, veluti si dicas, in consultando, omnia ἐν κύκλῳ cōmoda atque incommoda circumspicienda. *ἐν κύκλῳ* *Ambire.* *Obire prouinciam.*

Optimum alienа inſania frui. 39

Optimum alienа inſania frui. Plinius Secundus Naturalis hiſtoriæ lib.18.cap.5.nominatim prouerbij loco citat,Eodem, inquiens, pertinet, quòd agricolam vendacem oportere eſſe dixit, fundum in adoleſcentia cõſerendum ſine cunctatione ædificandum non niſi conſito agro,tunc quoque cunctanter optimum eſt,vt vulgò dixere, alienа inſania frui, ſed ita vt villarum tutela non ſit oneri. Hactenus Plinius. Idem totidem verbis refertur à Plinio iuniore in epiſtolis, de Reguli ſtultitia loquente, hominis ridiculè ambitioſi, ſed tamen ad excitanda ſtudia non inidonei. Admonet adagium vt ex aliorum erratis ipſi cautiores efficiamur: & alienis periculis reddamur prudentiores:& aliorum deſipientia nobis ſapiendi præbeat occaſionem. Vulgò iactatus verſus eſt in eandem ſententiam,

Felix quem faciunt aliena pericula cautum.

Cicero in epiſtola quadam,bellum eſſe ſcripſit,ex aliorum erratis ſuam vitam in melius inſtituere. Plautus item,Fœliciter ſapit,qui alieno periculo ſapit. Extat & huiuſmodi quidam mimus, Publianus,vti comicio,

Ex vitio alterius ſapiens emendat ſuum.

Et Demea Terentianus iubet ex aliis exemplum capere. Poteſt & in hunc accipi ſenſum,vt is dicatur alienа frui inſania,qui alienis fruitur malis, ipſe in tuto conſiſtens.Nulla enim voluptas minoris conſtat,neque vlla ſolet eſſe iucundior. Sumptum poteſt videri prouerbium ex Sophoclis tragœdia cui titulus Aiax flagelliferus:apud quem Aiace per inſaniam gloriante quod hoſtes fuiſſet,quum ſtruiſſet in pecudes,Pallas Vlyſſem ad hoc ſpectaculum inuitat his verbis,

Risus de hoſte, incundiſſimus.

Οὐκοῦν ἔγωγε ἡδέως γε, εἰς ἐχθροὺς ἴδοιμι, id eſt,
Ridere de hoſte, riſus eſt ſuauiſſimus.

Ingens telum neceſſitas. 40

Ingens telum neceſſitas, De re ineuitabili. Liuius primę Decadis libro quarto, Neceſſitate,quę vltimum ac maximum telum eſt, ſuperiores eſtis. M.Tullius lib. De amicitia, Nec verò negligenda eſt fama: nec mediocre telum ad res gerendas exiſtimare oportet beneuolentiam ciuium. Vtitur eodem adagio,quodam in loco, Plinius auunculus. Eſt aliquoties apud Liuium, Huic rei aliud inuenietur telum. Et, eam rem hoc telo maximè parabant. Vt pro conſilio rationeque ac via gerendi negotij capi videatur. fortaſſis ſumpta metaphora à venantibus, qui telo appetunt quod capere volunt. Vnde & certa dicentur tela, conſilia quæ nunquam fallunt.

Telum pro cõſilio.

Aduerſum neceſſitatem ne dij quidem reſiſtunt. 41

Ἀνάγκῃ δὲ θεοὶ μάχονται, id eſt, Neceſſitati ne dij quidem reſiſtunt. Hæc ſententia Simonidi tribuitur: ſumpta eſt ex Homero. Refertur duobus locis à Platone:libris de legibus ſeptimo& quinto, ἀμφὶ ἕνεκα ὁ θεὸς θεῶν πρῶτον παρεμαίνετο, εἰς ἕαυτὸν ἀποβλέψας, οὐκοῦν ὡς οὐδὲ θεὸς ἀνάγκῃ μάχεται φασὶ μαχόμενος.id eſt, Sed apparet,eum qui primùm admiſcuit Deum prouerbio, hæc ſpectaſſe, quum dicit quòd ne Deus quidem vaquam viſus eſt cum fato pugnare. Idem in conuiuio πολλὰ δὲ καὶ δεινὰ τοῖς θεοῖς ἐγένετο, ὡς λέγεται, διὰ τὴν τῶν αἰσθήσεων ἀσθένειαν. id eſt, multa verò & acerba diis acciderunt, vt dicitur, ob neceſſitatis regnum. Item libro de leg. 5. ſcribit, πλὴν αἰσθήσει γε δὴ τοῦ θεοὺς βιάζεσθαι. id eſt, Ne deos quidem cogere poſſe neceſſitatem. T.Liuius, Pareatur neceſſitati,quam ne dij quidem ſuperant.Palladius neceſſitas feriis caret.Euripides in Helena,

Ἀνάγκη γὰρ ἔστιν ἐκ θεῶν τινῶν, id eſt,
Neque illud eſt ſapientium dictum,haud meum,
Nihil neceſſitate dira fortius.

Extat apud Græcos verſus prouerbialis,

Τοῦτ' ἐστὶ τὸν θεῶν ἀνάγκη δυσμαχώτατον πάντων, id eſt,
In ſeruitutem cuncta agit neceſſitas.

Euripides in Hecuba.

Στερρὰ γὰρ ἀνάγκη. id eſt,
Rigida namque neceſſitas.

Horatius, 3. Carm.24.

Sifigit adamantinos
Summis verticibus dira neceſſitas Clauos.

Adamantini claui.

Parcarũ mater.

Poetę Neceſſitatem deam faciunt, Parcarum matrem, quę & ipſę ineluctabiles atque inexorabiles vocantur. Hanc neceſſitatem philoſophi fatum appellant, quæ eſt æterna rerum ſeries, neceſſariò cohærentium. cui *Ter Neceſſitas, Fatum.* veluti cedens Iupiter apud Maronem,

Fata,inquit,viam inuenient.

Et tragicus quidam apud Senecam,

Ducunt volentem fata,nolentem trahunt.

Squillas à ſepulchro vellas. 42

Σκίλλας ἀπὸ μήματος τίλλε, id eſt, Squillas à ſepulchro vellere, iubebantur qui parum ſanę mentis eſſe viderentur.Hac enim herba malum hoc expiabatur antiquitus. Theocritus in Hodœpor. *In mente ægros.*

Σκίλλας ἀπὸ χρῆις ἀπὸ σώματος αὐτίκα τίλλοις. id eſt,
Squillas ab anus quam primum velle ſepulchro.

Innuit, illum,quòd in certamine canendi ſuperatus ſit, adeo iracundè ferre:vt periculum ſit ne vertatur in inſaniam.Et alter ſimile quiddam refert,

Ἔκβαιν' ἀπὸ κυκλάμινον ὄρνιθι νεῖ ἐπὶ ἀμάθου. id eſt,
Hinc abitas ſtatim infodias cyclaminon Halienti.

Dioſcorides libro 2. demonſtrat,cyclaminon Romanis dici rapum, efficacem detrahendo è capite phlegmati. Atque inter cætera eius remedia hoc quoque commemorat, ſuccum illius melli admiſtum inſeri naribus, ac lanam hoc imbutam digito impoſi, ad purgandam capitis pituitam. Huius radicem diſſectam reponi aſſeruariſque, non ſecus ac ſquillæ. Denique contuſam & in Pattillos redactam,valere aduerſus veneficia,quæ Græci philtra vocant.

Iucundi acti labores. 43

Iucundi acti labores. M.Tullius libro De finibus bonorum & malorum ſecundo, Quid ſi etiam iucunda memoria præteritorum malorum? vt prouerbia nonnulla veriora ſint, quàm veſtra dogmata? vulgò enim dicitur, Iucundi acti labores. Ex ipſa hominum natura ſumptum adagium: eſt enim hoc inſitum omnibus, vt iucunda cuique ſit anteactorum malorum aut periculorum ſecura recordatio commemoratióque, præſertim inſignium, fatalium, & quæ cum turpitudine coniuncta non ſint: veluti bellorum, naufragiorum, atque id genus diſcriminum. Vnde dictum eſt à Iuuenale, Sat.12.

-gaudent vbi vertice raſo
Garrula ſecuri narrare pericula nauta.

Hoc prouerbium ortum ab Homero, ceu fonte, à diuerſis deinde ſcriptoribus variè eſt vſurpatum. Extat autem apud hunc Odyſſeę libro decimo quinto,

Νῦν δ' ἐπεὶ κακὸν πόντοιο τε δεῖμα πέφυγμεν τε,
Κήδεα δηίλων ἀνθρώπων λελάθοιμεν·
Μνωομένω μετὰ θυμὸν ἐμῷ δόμῳ ἔμπεσε πῆμα,
Ὅττις δὴ μάλα πολλὰ παθὼν ἐμὸν ἔκφαγε θυμόν. id eſt,
At nos in ſcamnis veſcentes atque bibentes,
Triſtibus inter nos recrcemus pectora fatis,
Commemorando etenim ſit vti pòſt gaudeat actis
Aſpera quiſquis multa tulit, per multa vagatus.

Citatur & locus hic & prouerbium ab Ariſtotele Rhetoricorum libro 1.vbi commemorat quę cuique natura vel iucunda ſint vel moleſta. Virgilius Homerum æmulatus,Æn.1.

-Forſan & hæc olim meminiſſe iuuabit.

Item in tragœdiis Seneca,

Quod ſuit durum pati,meminiſſe dulce eſt.

Circumfertur Græcis & huiuſmodi trimeter prouerbialis,

Ὡς ἡδὺ τὸν σοφὸν μεμνῆσθ' πόνων. id eſt,
Memorta dulcis iam peracti olim mali.

Cicero videtur indicare ſumptum ex Euripide, Nec malè inquit, Euripides. concludam, ſi potero,Latinè: Græcum enim hunc verſum noſtis omnes.

Suauis eſt laborum præteritorum memoria.

Conſtat verſus, ſi pro ſuauis legas ſuaue.niſi malis priſcorum more,elidere s: aut quod eſt commodiſſimum, omittere verbum eſt: niſi mauis ſubiicere poſt laborum. *Cic.locus.*

Aulœdus ſit qui citharœdus eſſe non poſſit. 44

M.Tullius in oratione pro Murena,comparationem facientis iureconſultorum & oratorum. Itaque mihi plerique videntur (inquit)inirio,hoc multo maluiſſe: pòſt quum id aſſequi non potuiſſent,iſthuc potiſſimum ſunt delapſi.Vt aiunt in Græcis artificibus eos aulœdos eſſe qui citharœdi fieri non potuerint: ſic nonnullos videmus qui oratores euadere non potuerunt, eos ad iuris ſtudium deuenire. Hactenus Cicero. Rectè dicetur in eos qui malunt in multo inferiore ordine alicuius habe-

Ironi, qui deperatione meliorum, ad summa cos. fugam.

beri momenti, quàm intra extellentes negligi. Quemadmodũ Iulius Cæsar malum in frigido oppidulo primus esse, quam Romæ secundus. Nec malè quadrabit in eos qui deperatione meliorum ad numilora se se conferunt.

Colophonem addidit. 45

Τὴν κολοφῶνα ἐπέθηκε, id est, Colophonem addidit. Dici consueuit quum summa manus rei cuipiam imponitur: aut quum accedit id fine quo negotium confici non potest. Originem adagionis indicat Strabo libro, Geographiæ 14. scribens Colophonios olim cum naualibus copijs abundasse, tum equestribus vsque adeo præcelluisse vt vbicunque gentium bellum gererentur quod confici non posset, Colophoniorum equitum auxilio profligaretur. Atque inde vulgò natum prouerbium, κολοφῶνα ἐπέθηκε, id est, Colophonem addidit. Refertur à Diogeniano prouerbium. Indicauit & Festus Pompeius scribens colophonem dici solere, quum aliquid finitum significaretur. tametsi locum eum arbitror non vacare mędo. In eum sensum vsus est Plato de legibus 2. διὸ πίνειν τὸν μεθύσκοντα κρᾶσιν οὐ παραινῶ, id est, Itaque de vsu temulentiæ primũ colophonem imponamus. Etiamsi apud Platonem legimus κρᾶσιν, præcessit enim de chorea mentio. Ac mox. Οἶνος, ὦ ξένε, πάντα τὰ τοιαῦτα, κολοφῶν ὅτι τοῦ ἐθέλειν εἶναι λόγου ἐπιτίθεται. Hic nobis hoc potes, si vobis idem videtur, colophonem sermoni de vino habito dictus esto. Idẽ in epistola ad Dionysium tertia, ἡ κολοφὼν, ὦ θαυμάσιε, τοῖς ἐπομένοις ἀκόλουθα πανταχοῦ πάντως. id est, Colophonem, vir præclare, pollicitus omnibus maximè inuenilem imposuit. Rursus in Theæteto, ἐγὼ δὲ τοῦτο τὸ κολοφῶνα αὐτῷ ἐπιζητῶ ἐπιφέρειν τῷ λόγῳ οὐκέτι. id est, Et ad hæc longo colophonem, vt ita dicam, postulo is auream illi catenam. Scitè enim Socrates Homerum per auream catenam significasse solem, cuius motu seruantur omnia protinus interitura si stetent. Præcipuum igitur argumentum quo probet quietè corumpi vniuersa, motu seruari, appellat colophonem. Item Aristides in Themistocle, Καὶ τοῦτο κολοφῶνα τῷ λόγῳ, id est, Atque hic orationis summa. Plutarchus in libello De musica, tametsi huius propè clamitet illius non esse, Τοῦτο τὸ στίχος ἐμοὶ δοκεῖ κατὰ τὸν ἀρχαῖον τρόπον τῆς μουσικῆς λόγον ποιεῖσθαι, id est, Hos versus, bone præceptor, colophonem eorum quę de musica disputata sunt, fecit. Idem in bello De primitijs animantium, dixit Κατὰ τὸν κολοφῶνα. Ita ἐπιτίθεσθαι λόγῳ ὅπλα καὶ σῶμα. id est Vt autem ex tuo libello faciam imponens, finem faciat. Gregorius Theologus in libello de fuga sua, τέλος ἤδη καὶ κόλουρον τῷ λόγῳ. id est, Iam enim venio ad ipsam sermonis coronidem. Sunt qui admoneant, prouerbium viurpari de extremis malis. Ad eum modum visus videtur Hieronymus in epistola ad Innocentium Romanum pontificem. Hieronymus admonet, colophonem interdum dici graculum, quòd, vt opinor, summis ædium fastigijs auis ea soleat imponi: vel admonens, iuxta cornicem Hesiodiam, vt homines sibi componant nidos, neque enim semper fore ętatem. Latinus item dictum est, apicem imponere. M. Tullius in Catone maiore, Apex autem senectutis est authoritas. Reliqua pete à prouerbio quod alibi retulimus, Colophonium suffragium. Coronidem addere diximus alibi.

Colophonis laus.

Apicem imponere.

Nullum ocium seruis. 46

Οὐ σχολὴ δούλοις. id est Non est ocium seruis. Refertur ab Aristotele libro Politicorum septimo. Sumptum à seruorum conditione, quibus heri nullum concedunt ocium: imò paulò plus etiam imponunt operæ, quàm ipsi præstare possint: vt quàm tunt in domesticos parci, tam sint in operarum pensis liberales. Dicetur in eos, quibus, propter obnoxiam ministeriis sordidioribus conditionem, non vacat honestis disciplinis operam dare. Nam artes liberales hinc dicuntur, quòd iis ingenui incumberent: vtpote quibus & ocium & res suppeteret. Accommodabitur hanc quasquam inscite & in improbos, quorum ingenium ita vitijs occupatum, vt non possint egregias artes perdiscere. Nihil enim occupatum capit. Nulla autem seruitus grauior, quam si quis vitijs seruiat, maximè quum is plurimos habeat dominos, eosque plurimum inter se dissidentes & ob id neutiquam eadem imperantes. Etenim siquando segnities iubet in medios dormire dies, auaritia contra iubet primà luce adesse in portu: quum tenacitas indicit parsimoniam, amor iubet profundere. Solus itaque sapiens, & liber est & in ocio viuit.

Seruorum conditio.

Artes cur liberales.

Titanas imploras. 47

Τιτᾶνας καλεῖς id est, Titanas inuocas. Vbi quis suis dissidijs vrbibus, alienum implorat auxilium. Sumptum à gigantum fabula, in qua Iupiter, suo timens Olympo, Titanas in auxilium accersebat. Id quod prouerbium quoque meta in re Latini veteres Quiritari dicebant, autore Nonio Marcello. Tractum à more Romanorum, qui vi oppressi, Quirites nuncupabant. Sic enim appellant ciues Romanos. Refertur adagium à Diogeniano. Lepidior fiet allegoria, si longus ille plicæ figura recedat.

Quiritari.

Homo bulla. 48

Πομφολυξ ὁ βίος id est, Homo bulla. Prouerbium hoc significat, humana vita nihil esse fragilius, nihil fugacius. Ait enim bulla tumor ille maris qui vento quouis momento temporis enascens simul & euanescens. M. Terentius Varro in præfatione quam scripsit in libros De Agricultura: Cogitãs, inquit, esse properandum quòd si vt dicitur, homo est bulla, eo magis & se nex Annius enim octogesimus admonet me vt farcinas colligam, antequam proficiscar è vita. Lucianus item in Charonte, vetus hominum bullis huiusmodi similes facit quarum alię simulatque natæ sunt, protinus euanescunt: alię paulò diutius durant: omnes breuissimæ quibus deest crassitudo, alię succedũt alijs. neque quicquam præterea potuit excogitari, quod melius repræsentaret quam mortalis hæc vita nostra. Primum quasi dicam e prodimus in lucem: deinde quam dei statim quasi nos obnoxios periculis infinitis: quàm fugax ætas contra quam præceps inuehit? Aristoteles in libris Politicis, itemque Rhetoricę libro 3. vigorem humani corporis tradit tam euanescere anno ferme 35. animi, vndecimo quinquagesimo. Hippocrates extremam hominis ætatem terminat quadragesimonono. Iam si pueritiam & senectam deduces de ratione ęui, quæso quantulum est hoc quod relinquetur? Et hoc ipsum tantis circumscriptum angustijs, tot casus, morborum genera quotidie nascentia, tam crebros, tam varios impetunt casus: ruinæ, venena, naufragia, bellum, terræmotus, lapsus, fulmen, & quid non? Vnus acini granum glutiens, præfocatus est: & quem potus cum aceto pilus strangularit. Neque defuit cui frigida gelida data, dein pluteo, tubitum attulerit exitium. Et hoc est animal illud quod tantos moliturmolimina, cuique cupidi tot orbis subest hic angustus est. Nec multo tempore durare possum quæ hoc loco Plinij verba adscribam, ex quibus vitæ fragilem breuitatem lene depingentis. Certum ac fragile nimirum est hoc nascentibus quicquid datur nobis. Malignum verò accedere, nonnisi quibus largissimè contigit, vnicuique quæ ętatis inuenientibus. Quid quod ætatum ipsarum quæ sunt, damnabilis quisque spatio vitæ? Quippe pars æqua morti similis exigitur, aut pœnæ, quæ non sentiuntur quies nec reputantur infantiæ anni, quibus dentes carentes senectæ, in pœnam viuacis: tot periculorum genera, tot mortium metus: toc curæ: toties inuocata mors vt nullum frequentius sit votum. Natura vtrorumlibet hominibus breuitate vitæ præfinit melius. Vti beluæ tectus, membra torquentur præmorsu vitus, auditus, tuccitus: dentes etiam, ac ciborum instrumenta. Et tamen vitæ hoc tempus annumeratur. Ad bullarum similitudinem accedit nobis illa Homeri cõparatio de cadacis arborum foliis. sic enim Glaucus apud hunc loquitur Iliad. 6. textu.

Nihil vitæ brevitate bonum præstitit melius.

Οἵη περ φύλλων γενεὴ τοίη δὲ καὶ ἀνδρῶν.
φύλλα τὰ μὲν τ' ἄνεμος χαμάδις χέει, ἄλλα δ' ὑλη
Τηλεθόωσα φύει ἔαρος δ' ἐπιγίγνεται ὥρη. id est,
Tale quidem genus est hominum, quale & foliorum:
Quorum hæc secretis humi fundit turba vita senescens
Progerit ilyas simul vernans: at succrescit aruis.

Hoc carmine Pythonem Academicum peculiariter delectatum fuisse, testatur Diogenes Laertius. Rursus Homerus Iliad. φ.

—οἱ φύλλα τ' ἐπιπρέπει ὥστε μάλ' ἐσθλὰ
Ζαφλεγέος τ' ὑπὸ πνοιῆς, ἀφορῇ τε πεδίοιο τέθηλε,
Ἄλλοτε δ' ἄλλα φέρουσιν ἀπείρεσιαι. id est,
Frondibus arborem suis crescentibus vbere fœcia
Exoriri, lætique latis respondere agrorum,
Nunc vnum, nunc alterum, ex anni temporis ductu.

Idem alio rursum loco quopiam,

Οὐδὲν ἀνδρὸς τοῦδε θνητὸν ἐστὶν ἄλκιμον. id est,

Nil homine cuntis tellus infirmius alma.

Menander apud Plutarchum in libello consolatorio ad Apollonium.

Τὸ δ' ἀνθρώπειον πᾶν λόγων, ἄθρησον εἰ,
Οὐ μαλθακώτερόν ἐστιν ἀφ' ὑπνου τινός
Τοιουτοτρόπως ζῶον οὐδὲν λαμβάνειν.
Καὶ πάλιν ἀνίστασθαι. καθίστασθαι γ' ὀλίγ'
Φοβοῦ, μεγίστου σώματος πραγμάτων. id est,

Caput atque summa orationis hæc, Homo est,
Quo non aliud est animal usquam, quod modo
Surgat, modò cadat citius atque crebrius.
At iure quidem: quippe debilissimum
Quum sit, negotia administrat maxima.

Euripides apud eundem,

Οὐ γὰρ ὅλβιος, οὐ βίαιος ἀνὴρ φανεὶς,
Καὶ νυκτὸς μιᾶς τὰμὲ καθίλεν ὄλβους,
Τὰ δ' ἦρε ἄνω. id est,

Nec stabilis est felicitas,
Sed in diem durans, & unicus dies
Et hæc ab alto traxit, hæc & sustulit
Ab imo in altum.

Quo quidem in loco Demetrius Phalereus poetam alioqui laudatum ob elegantiam, taxasse legitur, qui non ἡμέρας μίας, id est vnum diem, sed σμικρὸν χρόνου id est temporis punctum dicere debuerit. Pindarus vicit etiam Homericam similitudinem: vt qui hominem non frondes, sed vmbræ somnium vocarit. Locus est in Pythiis hymno 8 Ἐφαμέριοι· τί δέ τις; τί δ' οὐ τις; σκιᾶς ὄναρ ἄνθρωπος. id est, Diurni, quid autem aliquis? quid autem nullus? Vmbræ somnium homo. Nihil inanius vmbra videtur enim esse quum nihil sit. At hac quoque reperta quiddam inanius, nimirum vmbræ somnium, vt nemo possit dicere, Hic est aliquis: neque rursum, Hic est nullus: quòd tam subita sit rerum humanarum immutatio, vt qui videtur aliquid esse, mox sit nullus, & qui videtur periisse, mox sit aliquis. Æschylus apud Stobæum, vmbræ fumi similem facit hominis vitam,

Τὸ δ' ἐρατεινὸν σύμπαν ἰσφήμαρον φρονεῖ,
Καὶ τὸν τόδ' οὐδὲν μᾶλλον ἢ κεκμηκότα. id est,

Cadaca molitur genus mortalium.
Neque quicquam res est ulla, nec tuta, haud magis
Atque umbræ fumo.

Sophocles item in Aiace,

Ἀλλ' ὡς ὁρᾶτε τὸν τάλανα κἀπὶ σκιᾷ μόνον. id est,

Nil aliud ac umbra atque flatus est homo.

Pindarus in Nemeis hymno 11. εἰ δέ τις ὄλβον ἔχων, μαρτυρεῖ Ἡσυχίοισιν εἶπεν, ὕστατ' ἀέθλων ἀέσσων τὸν ὀπιζόμενος βίαν, θνατὰ μετρεῖσθαι πάντα χρὴ μάλα, καὶ τὸ γᾶθεν ἀνδρὶ καὶ ὀλιγοχρονίῳ. id est, Siquis autem opes possidens, forma præcellat cæteris, & in certaminibus fortiter se gerens ostendit robur, meminerit quod membra circumferat mortalia, & quod finem ónium terrá aditurus est. Hanc sententiam inscribi conueniebat aulis, poculis, auleis, & insignibus principum, potiùs quàm illa gloriosa, Qui volet. & Adhuc longius, aliaque huius generis. Nihil autem venustius illa comparatione rotarum, repentè nascentium, senescentium, & intereuntium, cum hominum vita. Carmen extat titulo Maronis: quod etiamsi Virgilianam venam non admodum resipit, tamen ita scatet gratis leporibúque, vt ab authore non solum eruditissimo, verumetiam festiuissimo, quisquis is fuit, profectum appareat. Huc pertinet quod poetæ fingunt, mortales omneis à Parcarum filis pendere, quibus insectis protinus decidant. Atque alios quidem à candidis, alios à pusillis suspendi filis: rursum alios in sublime sublatos pendere, alios terræ vicinos. Omnium tamen hanc eandem esse sortem vt simulatque inexorabilis Atropos pollice filum secuerit, illico decidat is qui pendebat. Nec vllú esse discrimen, nisi quod maiore tumultu decidit is, qui pendebat altius. Sunt quidē hæc poetica figmēta, sed quæ sub fabularum tegumento res longè verissimas continent. Palam namque facit experientia neminem esse mortalem quantúuis clarus & illustris sit, qui non sit bulla. Quanta rei literariæ iactura nuper mors immatura terris eripuit Paulum Canalem, patricium Venetum iuuenem quidem illum vixdum annos natum viginti quinque, sed, Deum immortalem, quàm fœlici ingenio, quàm acri iudicio, quàm vbere fœcundia, quanta linguarum, quanta disciplinarum omnium scientia præditum? Nihil sua referre putauit inexorabile fatum, quod tantum adferret dispendium bonis literis quibus ille iam succurrere nō inirrenuè cœperat: quod tam graue desiderium excitaret literarum cultoribus, quod tantos fructus, tantas studiosorum spes repentè incideret. Iam vero Philippi principis mei tam immaturum interitum equidem nec memorare possum, ob acerbissimum illius desiderium: neque rursus (quandoquidem locus admonuit) prætexere fas est, propter singularem etiam illius in me benignitatem. Hunc vnum fortuna, principum omnium, quos vnquam sol vidit, optimum, maximum, ornatissimum terris ostendit: sed heu facinus, ostendit tantùm, ac protinus subduxit. Nam quænam sunt vel naturæ dotes, vel ornamenta fortunæ, quid diuinitus à superis dari potest mortalibus, quod in illo non fuerit & eximiū & cumulatissimum? Primùm, quam heroica corporis proceritas, quanta formæ tum dignitas, tum gratia? quis oculorum vigor, quàm fœlix indoles, quæ firmitas membrorum, quod robur, qui status, quæ habitudo? Nam de natalium splendore quid attinet dicere? in quibus tot reges, tot imperatores, tot heroas inuenies, vt ne fingi quidem possit quicquam illustriùs, amplius, luculentiùs. Accedebat ad hæc arcana vis quædam diuinitùs insita qua fiebat vt, non secus ac magnes quidam, regum, gentium, suorum, externorum, breuiter omniū mortalium animos in se raperet amorem. adeo vt non solùm conspectus congressúsque, sed vel auditum modo Philippi nomen, nescio quomodo miram quandam excitaret beneuolentiam. Qua quidem re quid potest summo principi contingere felicius? Augebat fatalem hāc amabilitatem singularis quædam morum comitas, dexteritasque. Itaque regum ac nationum omnium tam mirus in hoc amando consensus erat, vt etiam qui paulo antè bello conflictabantur, iam positis armis, pariter studio ad ornandum Philippum incumberent. adeo pacis, concordiæ, gratiarum ac gaudiorum plena erant omnia, vbicunque terrarum affulsisset ille. Quem veterum ducem, quem triumphum non contemnat is qui spectarit quantum veræ beneuolentiæ, quàtum studiorum, quantum ornamentorum duabus illis in Hispaniam profectionibus, certatim contulerunt tot reges, tot proceres, tot nationes, Gallia, Sabaudia, Hispania, Germania, Britannia? Multum ornamenti sibi putabat adiungi quisquis in Philippum ornamenti quippiam contulisset. quibus de rebus noster extat panegyricus. Adiunge ad hæc vxoris fœcunditatem, liberos omnes incolumes, patrem (vt infinita decora verbo complectar) Maximilianum: adde tot reges affinitatis etiam vinculis adglutinatos. Adde imperii magnitudinem, in qua natus: adde regni luculentiam, in quod ascitus: adde paternę maiestatis successionem, adde tantarum rerum spes, quę tali indoli, talibus fatis, talibus debebantur moribus, certas: siquid omnino certum esse superi voluissent in rebus mortalium. Quæ iam contigerant erant maxima, atque hoc maiora, quòd non (quemadmodum plerisque) vi, sanguine & alienis calamitatibus accreuerant. Vix enim aliter ingentia possidentur imperia. Nihil erat in tot fœlicitatis Philippi nostri calculis cruentum, nihil cum vllius dolore nāturáve coniunctum. Quę vero impendebant, sic impendebant, non vt inuasurus ea videretur, sed vt recusare non liceret. Tot, inquam, dotes, tot ornamenta, tot gentium studia, tot regum optata, tam iusta, tam pia patris amantissimi vōta, tot patriæ gaudia, tam ampla spes, tantam orbis expectationem repente properata mors intersecuit, nimirúque vera docuit experientia neminem esse mortalem vlqueadeo cœlitibus vicinum, quin bulla sit. Sed iamdudum tempus est vt his omissis ad institutum negotium recurrat oratio: nequis merito calumniari possit, nos in mediis adagiis declamare. Quanquam video Plinium in huiusmodi locos causa voluptatis frequenter digredirne dolor à propositō nonnihil transuersum egit, non illectauit amœnitas.

Temporis punctum.

Vmbra somnium, homo.

Humana vita, rosæ comparata.

Parcæ.

Paulli Canalis Venetii, mors.

Philippi Maximiliani filii, mors præmatura interceptum.

Corporis dotes.

Genus.

Virtutis indoles.

Morum amœnitas.

Panegyricus Erasmi.

A Sileno dilapsa parœmia.

Optimum non nasci. 49

Venustissimam & omnium literis celebratam sententiam vsurpat Plinius Secundus in præfatione septimi libri, vbi collectis innumerabilibus tum natiuitatis nostræ periculis, tum vitæ incommodis, ita concludit, Itaque multi extitere qui non nasci optimum censerent, aut quàm ocyssimè aboleri. Hanc Marcus Tullius Cicero (vt videre est in ipsius fragmentis) à Sileno profectam scribit, quem libro, De Consolatione

latione sic extulit, teste Lactantio. Non nasci longè optimum, nec in hos scopulos incidere vitæ: proximum autem, si natus sis, quamprimum mori, & tanquam ex incendio effugere violentiam fortunæ. Citat idem Lactantius duos hos senarios Græcos, quos Athenæus libro Dipnotophistarum tertio ostendit esse Alexidis comici.

Τὸ μὴ γενέσθαι μ', πράττοντι εἰς ἐμὲ.
Ἐπεὶ γενέσθαι δ' οὐκ ἐγὼ τύχης τέλος. id est,
Haud unquam in auras prodisse, potissimum est:
Abolori, ubi sis natus, illico, proximum est.

Adducit & Theognidem,

Ἀρχὴν μὲν μὴ φῦναι ὑπερθνήτοισιν ἀρίστην,
Μηδ' εἰσιδεῖν αὐγὰς ὀξέος ἠελίου.
Φύντα δ' ὅπως ὤκιστα πύλας Ἀΐδαο περῆσαι. id est,
Non nasci omnino, primum est mortalibus, atque
Haud unquam solis cernere tristè iubar:
Verùm ubi sis natus, quamprimum insistere metas.

Citatur & ex Euripide.

Βλέπω γὰρ ἐν βροτοῖσι πολλὰ μὲν λόγῳ,
Κρείσσονα τὰ φῦναι μὴ φύσαι θ' ἑρπεῖν. id est,
Quod ubique celebre est, dictum ego verum puto.
Homini esse prorsus optimum non nasci.

Succinit huic Menander,

Ὃν οἱ θεοὶ φιλοῦσιν, ἀποθνήσκει νέος. id est,
Quem diligunt dy, iuvenis ille tollitur.

Extat in hanc sententiam epigramma Posidippi, siue, quemadmodum aliis placet, Cratetis Cynici: & huic è diuerso respondetus, Metrodori. Quæ quoniam elegantissima sunt, non grauabor adscribere. Cratetis est huiusmodi.

Nulla vita fors conditionem non habet.

Πολλὰ τὶς βιότου πάρεστι πεῖσαι τὸν ἀγρεῖ μὴ
Νόσοις, ἢ χαλεπαῖς φορύσας. ὁ δ' ὄλβιος.
Φεύγοντίδης ὁ δ' αἰσχρῶς καμάτων ἄλις. ὁ δ' ἠλάσθη
Ταχέως, ὅτι ξείνοις, ὦ μὴ 'γχος τί, δόμος.
Ἦν δ' ἀπαρῆς ἀπορος. ἔγχος γάμοι, ὃν ἀμύσαντο
Ἐσπερίδες γαμίοις ζῆς ὅτ' ἐρημότερος.
Τέκνα, πόνοι. πήρωσις, ἄπαις βίος. αἱ νόσοι τοῦτο
Λοιμοὶ, αἱ πολλαὶ δ' ἴμμελοι ἀφορίαι.
Ἦν αὖ πᾶν δοὺς ἐνὸς οἴκοις, ἢ τὸ φρὶξ ἐχ
Μηδὲ τοῦτ', ἢ τὸ ζωῆν αὐτίκα τιμήεν:

Id nos ex tempore sic vertimus vtcunque:

Quodnam iter humana cupias tristissere vita?
Quoquo te vertas, omnia plena malis.
Lingua cauilla, forum strepit vsque molestis:
Perpetua cruciat sollicitudo domi.
Enecat assiduus rus triste laboribus: vndas
Et freta si fugias, mille pericla premunt.
Vxoris peregrè si res tibi suppetit ampla,
Cuncta miser metues, nec bene tutus ages:
Rursum si vacua pendebunt ære crumenæ,
Vt durum ac miserum est hospitium egere viro!
Coniugium sequeris? quanta hic te cura sequetur:
Desolatus eris, si sine coniuge eris.
Si tollis sobolem, multo educanda labore est:
Non tollesi orbi immane vita vacat.
Si tumens fueris, vaga, & inconsulta iuuenta est:
Viribus effœta est cana senectus suis.
Ergo quid reliquum est, quæso, nisi sanus vt optes
Alterutrum, aut nunquam tristibus à finibus
Materno prodisse vtero: aut vbi protinus illinc
Exieris, Stygias abdere in latebras?

Metrodori sic habet, huic diuersum,

Παντοίου βιότου πάρεστι πεῖσαι τὸν ἀγρεῖ μὲν
Κύδεα ἢ πενταὶ φορύξεις. ὁ δ' ὄλβιος
Ἀμπαμί. ὁ δ' αἰσχρῶς, φόνῳ χαίρεις. ὁ δ' ἠλάσθη.
Κερδέων. ὅτι ξείνοις, ὦ μὴ 'γχος τί, κλέος.
Ἦν δ' ἀπορῆς μὴ θῶλος, ἔγχος γάμοι, οἷσιν ἀμύνει
Ἐσπερίς. ἢ γαμίοις ζῆς ὅτ' ἔρημος ἔσῃ.
Τέκνα, πόνος. ἄφρυτος ἄπαις βίος. αἱ νόσοι τοῦτο
Ῥωμαλέαι πολλαὶ δ' ἴμμελοι βιοτίδες.
Οὐκ ἀρ' ἔσθ' ὅστις ἐνὸς ἄριστ' ἢ φρὶξ ἔχ
Μηδ' ἕνα τοῦτ', ἢ ζωῆν. ὦ ζόη ἀλλὰ βίος.

Quod ipsum etiam ad hunc modum vertimus:

Quamlibet inò viam vitæ ingredire licebit,
Vndique blanditur plurima commoditas.
Concio si placet atque forum, hinc vberrima fama.
Materia, hinc ingens gloria colligitur.
Hic bene tractandis prudentia callida rebus
Exercetur, rursum vita quieta domi est.
Rura petis? varijs illec oblectamine mentem
Natura facies pascet amœna tuam:
Dulcia pradines lucra suppeditaverit æquor,
Si peregre vinis, rèsque tibi superest,
Maltus honos constatur, habes nihil ergo pudoris
Est minus, ipse tibi consulis vnus eris.
Vxor dulcia tibi est, domus optima proinde futura est.
Non dulcis est? curis exonerata ages.
Si tibi dulce patris cognomen pignora nata
Donant, & quod ames, vnde & ameris erit.
Orbus agesorbi est sine sollicitudine vita,
Quam patribus sobolis ferre alitura solet.
Vt constans viridis roburque vigorque iuventæ,
Commendat pietas sic sua cuncta.
Nil igitur video cause cur alterutrum optes,
Aut nasci nunquam, aut interisse statim.
Quandoquidem humana quæ tandem est portio vitæ
Non optanda bonis atque adamanda sua?

Extat in hanc sententiam & Ausonij carmen non inelegans, in quo, collectis omnibus huius vitæ malis, concludit ad hunc modum,

Optima Graiorum sententia: quippe hominis ergo
Non nasci esse bonum: sint nata, vt citò morte pereant.

In hac opinione videntur fuisse Thraces, quibus mos erat in lucem æditos lachrymis prolequi, mortuos conuiuiis & tripudijs. Huius rei meminit Quintilianus Institutionum oratoriarum libro quinto. Item Plinius & Valerius Maximus. Herodotus in quinto historiæ suæ libro (à quo hæc fabula profecta est) ait Trautos gentem esse Thracibus finitimam, quæ cætera quidem cum Thracum moribus concordet, vnum illud habeat peculiare, quòd ædito infante, propinqui circumsidentes cum ploratu commemorent quantum calamitatum illi sit perferendum, vitam ingresso: contrà defunctum hominem cum lusu lætitiaque efferant, recensentes quàm multis malis subductus sit. Plutarchus De audiendis poetis, è tragico quopiam hos senarios refert, quos Aristides in Themistocle Euripidis esse docet.

Thracij mos.

Trausi.

Τὸν φύντα θρηνεῖν εἰς ὃν ἔρχεται κακά.
Τὸν δ' αὖ θανόντα ἐκ τῶνδε πανταπάσων
Χαίροντας, ὅσπερ ὄντας ἀπαλλαγὲν δόμων. id est,
Plorare natum, vt maxima ingressum mala:
At mortuum, vitaque subductum malis,
Efferre lætos, gratulantesque æditos.

Senserunt veteres vitam humanam per se miseram & calamitosam esse. proinde Homerus passim θνητοὺς βροτοὺς, id est, miseros mortales, appellat. Et hunc æmulatus Maro, Georg. lib. 3.

Optima quæque dies miseris mortalibus ægri
Prima fugit.

Menander apud Stobæum, sufficere putat ad calamitosi nomen, vt homo sis.

Ἄνθρωπος ἐστὶ πρόφασις εἰς τὸ δυστυχεῖν. Homerus,
Ὡς γὰρ πεπλώσαντο θεοὶ δειλοῖσι βροτοῖσιν,
Ζώειν ἀχνυμένοις. id est,
Sic æternum statuere dei mortalibus ægris,
Vt viuant cum tristitia. Idem Iliados β,
Οὐ μὲν γάρ τι πνεῦμον ἐλεγχέστερον ἄλλο,
Πάντων ὅσσα τε γαῖαν ἐπιπνείει τε καὶ ἕρπει. id est,
Nil æquè miserum est vt homo, quæcunque animantum
Vitalesque trahunt auras, serpuntque per arua.

Sophocles in Œdipo Coloneo,

Μὴ φῦναι τὸν ἅπαντα νικᾷ λόγον. id est,
Non nasci omnem superat rationem.

Eleganter & Menander apud Plutarchum libello De animi tranquillitate,

Ἀλλ' ἓν ἀναγκαῖόν τι πάσιν ἐστὶ βίος. id est,
Cognata sunt hæc sibi, dolere ac viuere.

quòd hominum vita suapte natura multis molestiis sit obnoxia, Nec illepide Plautus in Bacchidibus,

Vixisse, nimio satius est quàm vivere.

Tanquam in speculo, Tanquam in tabula. 50

Hyperbolæ prouerbiales sunt & hæ, ὡσεὶ ἐν κατόπτρῳ, & ὥσπερ ἐν γραφῇ, id est, Tanquam in speculo, Tanquam in tabula. De re vehementer euidente, perspicuáque. Terentius in Adelphis. Denique inspicere tanquam in speculum vitas omnium iubeo. Plato libro De legibus decimo, ὡς ἐν κατόπτρῳ, id est, Tanquam in speculis. Propterea quòd inter multa, quæ rerum referunt imagines, velut aqua, æs politum, gemmæ quædam, nihil æquè perspicuè reddit simulacra vt vitrum plumbo sublitum. Nam vitrum quidem, vt rarum

Vt speculum fiat.

ac pellucidum, maximè capax est imaginum: verùm acceptas non perinde continet, ob pellucentiam: proinde lubricum plumbum ob nigrorem aliquem naturæque densitatem, fistit impressam imaginem; neque dibi sinit. Euanescunt enim simulachra, non secus atque candelæ lumen in sole, quotiescunque excipiuntur in corpore nimium tenui perspicuóque, veluti in aere, pura aqua, crystallo, vitroque non obscurato corporis alicuius oppositu. Rursum in nimium densis & obscuris non hærent velut in silice, lignóve, proinde natura solertissima rerum omnium architectrix, oculum animantium ad speculorum imaginem finxisse videtur. quippe parti pellucenti nigrorem quendam adiunxit à tergo, quo sublato, protinus tollatur & videndi facultas. Vnde scitè dictũ est illud, vt oculus speculũ est artis, ita oculũ esse naturæ speculum. Illud miraculo dignum, speculum non modò clarissimè repræsentare simulachra rerum omnium, quæcunque obiecta sunt, verumetiam interualla, colores, motus, breuiter res ipsas penè dixerim euidentius quàm sunt: hoc vno discrimine, quòd aduersa refert. Cuius causa hæc est, quòd species quæ à corpore solido per aerem manat ad speculi superficiem, simplex puráque est, vnde fit vt non alia fit aversa quàm aduersa. Quib. de reb. acutissimè multa disseruit Ambrosius Leo Nolanus noster in quæstionibus suis. Iam ars picturæ à rudibus initiis, profecta eo subtilitatis excreuit, vt non oculis hominum, sed etiam auibus imposuerit, effecerítque vt veras res esse crederent, quæ coloribus erant fucata.

Imagines in vitro.

Oculus naturæ speculum.

Salsitudo non inest illi. 51

Ἀνάλατός ἐστι τὸν ἄνδρα, id est, Salsitas non inest illi. In infacetos & fatuos ac stupidos. Sal enim primum maximeque commune condimentum videtur. Plinius libro trigesimoprimo indicat, metaphoram esse sumptam ab vsu salis, quod in omnibus cibis sit condimenti vice, & auiditatem moueat. Ergo hercle, inquit, vita humana sine sale nequit degere: adeoque necessarium elementum est, vt transierit intellectus ad voluptates animi quoque. Nam ita sales appellantur: omnisque vitæ lepos & summa hilaritas, laborumque requies, non alio magis vocabulo conflat. Atque hinc Insulsa oratio, quę nihil habeat leporis: & Insulsus homo, moribus inelegantibus. Contra salsum dicterium, quod acrimonia quadam mordeat. Et sales vocant festiuiter & argutè dicta, non sine illecebra quadam mordacitatis. Seneca non vult sales nostros dentatos esse. Quintilianus Institutionum libro sexto capite de risu. Salsum, inquit, in consuetudine pro ridiculo tantùm accipimus. Natura non vtique hoc est: quanquam & ridicula oporteat esse salsa. Nam & Cicero, Omne quod salsum, ait esse Atticorum: non quia sint maximè ad risum compositi. Et Catullus quum dicit,

Insulsa oratio, & insulsus homo. Salsum. Sales.

Nulla in tam magno est corpore mica salis.

non hoc dicit, nihil in corpore eius esse ridiculum. Salsum igitur erit quod non erit insulsum. velut quoddam simplex orationis condimentum, quod sentitur latente iudicio, & velut palatũ excitat: quod & à tædio defendit orationem. Sanè tamen, vt ille in cibis paulo liberalius aspersus (si tamen non sit immodicus) adfert aliquid propriæ voluptatis: ita hi quoque in dicendo habent quiddam quod nobis faciat audiendi sitim. Hactenus ille. Porrò Catulli carmen, quod Fabius citat, sic habet,

Quintia formosa est multis: mihi candida, longa,
Recta est: hoc ego singula confiteor.
Totum illud formosa, negatnam nulla venustas,
Nulla in tam magno corpore mica salis.

Catulli locus.

Quo quidem in loco stultissimè carpit Fabium Catullianus Interpres, quasi poetæ verba parum perpenderit, quum ipse dormitans Fabij verba parum perpenderit. Negat enim Fabius tantum vocari quidquid ridiculum sit, etiamsi vulgò sic vsurparent indocti. Alluſit ad hoc adagium Terentius in Eunucho, Qui habet salẽ qui in te est, fatuum militem & insipidum intelligi volens. Cui postea simili ironia, Atticam tribuit eloquentiam, M. Tullius Philippica 2. At etiam quodam loco facetus esse voluit. Quam id, dij boni, non decebat in quo est tua culpa nulla? aliquid enim salis ab vxore mima trahere potuisti. Salem dixit festiuitatem. Refertur à Diogeniano & Zenodoto.

Acetum habet in pectore. 52

Huic germanum est Plautinum illud in Bacchidibus, Nunc experiar ſiene acetum tibi cor acre in pectore. Legitur & alias apud hunc ipsum, Et quid habet acetum in pectore? Pro eo quod est. Num sapit? num quid habet astutiæ? Nam vt salsa, itidem & acida, palatum iuuant, acuúntque & irritant stomachum. Horatius in Sermonibus, acetum pro mordacitate dixit.

At Graecus postquam ex Italo perfusus aceto,

Persius exclamat.

Et hoc ipsum, Aceto perfũdere, prouerbij speciem habet, sicut & illud ex Sermonibus Horatianis,

Aceto perfundere.

-at idem quòd sale multo.
Vrbem defricuit, charta laudatur eadem.

Sale defricare.

ANIMAD. NIMR. STEPH.

V. *Nunc experiar ſiene*) Hic acetum habere in pectore non significat sapere, & aliquid astutiæ habere, vt explicat Erasmus: sed acri vel acerba quadam seueritate præditum esse. Verba enim sunt Lydi pædagogi ad Philoxenem, de cuius nimia erga filium indulgentia & clementia conqueritur: quum posset contra seuerum se & rigidum exhibens, eum à nequitia deterrere. Et huic expositioni consentanea est illa Philoxenis responsio, Eia Lyde, leniter qũi sæuiunt, sapiunt magis. Cæterùm hic Plauti locus mendo non caret, meo quidem iudicio: ac fortasse aceto legendum fuerit, alioqui illa verba coracre veluti pro expositione posita videri possent.

V. *Et hoc ipsum Aceto perfundere, prouerbij speciem habet*) Atqui si prouerbij speciem habere hoc dictum concedamus, eadem opera & illi Persiano Aurem mordaci lotus aceto, aliique huiusmodi locum inter prouerbia dare necesse erit.

Solus sapit. 53

Chrisippi de se iudicium.

Narrat Diogenes Laertius, Chrysippum philosophum vsqueadeo sibi placuisse, vt consultus à quodam, cui potissimum filium suum philosophiæ præceptis instituendum traderet: tibi committendum respondierit. Nam si quem, inquit, alium me præstantiorem arbitraretur, ipse apud hunc philosophiæ darem operam. Vnde & illud Homericum de eo vulgò iactatum fuisse, quòd solus sapere, reliqui verò vmbræ ferrentur. Est autem apud Homerum Odyss. κ, de vate Tiresia: cui vni Proserpina dederit vt etiam vita defunctus saperet, reliquas vmbras volitare, & eas quidem nihil aliud quàm vmbras.

Τῷ γὰρ πεφνεῖν τετίμα φίλη Περσεφόνεια,
Οἴῳ περὶ νοῦν ἔμμεναι ἄλλοι δὲ σκιαὶ ἀίσσουσιν. id est,
Huic etiam extincto dederat Proserpina mentem
Solum vt saperet, reliquas volitantibus vmbras.

Vmbrarum.

Vsurpatur & à Platone, tanquam prouerbij loco. vnde licet coniicere, carmen hoc Homeri, vnum fuisse ex iis quæ plurima Macrobius scribit adagiorum instar solere celebrari. Sic & Cato senior de Scipione iuniore pronuntiauit (vt narrat Plutarchus in Præceptis ciuilibus: ac rursum in Apophthegmatis Romanorum.

Οἶος πίνυται νοῦν ἔχειν ἀίσσουσιν. id est,
Ille sapit solus, reliquos aly velut vmbras.

Aptè dicetur de iis qui tanto interuallo reliquos omnes post se relinquunt, vt illi nihil nisi vmbræ præ his esse videantur, planéque, quemadmodum Græci dicũt, Ἄλλος ἐν ἄλλοις ἐν φλυαρίαις id est, Nugæ deliriáque.

Ἄλλος ἐν φλυαρίαις

Canem excoriatam excoriare. 54

Κύνα λέρον δέρραμμένον, id est, Canem excoriare excoriatam. Suidas ait dici solere de iis qui iterum ea patiuntur quibus aliquando fuerunt afflicti. Aristophanes in Lysistrata (nam hanc quoque nomine huius inscriptam inuenio.)

Τὸ τῇ φιλεταίρᾳ κύνα λέρον δέρραμμένον. id est,
Iuxta Pherecratem, detrahere cutem cani,
Detracta cui tam est.

Diogenianus ait conuenire in eos qui frustra sumunt operam. Sunt qui putant magis conuenire, quum quis affligit afflictum. Confine est illi quod alibi diximus de-

Vtrem excoriare.

rire, id est, Vtrem excoriat. Quod vsurpat Aristophanes in Nebulis.

Pérque enses pérque ignem oportet irrumpere. 55

Διὰ γὰρ μαχαιρῶν γὰρ πυρὸς ἐστιν δρομεῖν. id est,
Pérque ignem eundum est & per enses impetu.

Quum significamus quiduis periculi subeundum. Aristophanes in comœdia cui titulus Lysistrata.

De extremo quoque periculo.

Κἂν μὲ χρὴ διὰ τοῦ πυρὸς ἐθέλω διελθεῖν. id est,

Si si

Et si per ignem fiet opus, Transire cupio.

Et Terentius ait parasitum non grauiterum vel è flamma cibum petere. Callix adulatores taxauit comœdia, Ὅτι οὐ πῦρ, οὐ σίδηρος, οὐδὲ χαλκὸς ἦρχε μὴ φοιτᾶν ὅθι δεῦρο, id est, Quòd non ignis, non ferrum, neque æs prohibuerit illos quo minus ventitarent ad cœnam. Hæc citat Plutarchus ex Eupolide. Refert eadem in libello De discrimine adulatoris & amici. Horatius item, 1. Epist. 1.

Impiger extremos curris mercator ad Indos:
Per mare pauperiem fugiens, per saxa, per ignes.

M. Tullius Tusculanarum quæstionum libro secundo, Quæ flamma est „ per quam non concurrerint qui hæc olim punctis singulis colligebant? id est, Quid non vel fecerunt, vel perpessi sunt?

Non impetam lingua. 56

Οὐκ ἐπιγλωττήσομαι, id est, Non incessam lingua. Figuræ nouitas in prouerbium abiisse videtur, authore Diogeniano. Aristophanes in Lysistrata,

Ἀλλ' ἡ γλῶττ' Ἀθηναίων δ' οὐκ ἐπιγλωττήσομαί σε, id est,
At lingua Athenas neutiquam incessam mea.

Ἐπιγλωττῆσαι. Hesychius citat Æschylum in Heraclidis. Græcis ἐπιγλωττῆσαι, est linguæ conuiciis incessere? quasi dicas inlinguare, quemadmodum à vola dicimus Inuolare. Proprie verò pertinet ad malè ominantes. Rapiuntur enim dicta in omen, velut in augurium venturi mali bonive. Vnde semper à maledictis temperandum. Pindarus in Pythiis hymno quarto, inter cæteras virtutes laudat & linguam à maledictis temperantem. Ὀργαίζομεν καιρὸν γλώσσαν φαντὶ ἐπὶ, id est, Priuans malam linguam voce dilucida. Interpres citat in hanc sententiam carmen Hesiodi,

Μηδὲ κακῶν ἔπεων μνησ' ἐπιλώβητον ἐόντων. id est,

Nec cum bonis nec cum malis certamen. Vti licebit quum significabimus nos dere quapiam periculosa nolle verba facere, veluti de rebus principum aut potentum, τὸ ἐπιγλωττῆσαι. Verbum inde ductum, quòd qui temerè loquuntur, ὅ τι ἂν ἐπιγλωττῆσαι ᾖ dicuntur, sicut alibi monstrauimus.

Harena sine calce. 57

Caligula iudicii de oratione Senecæ. Vt author est Suetonius, Caligulæ Cæsari vsqueadeo placebat ardor ac vis in dicendo, vt Senecæ orationem, sine calce harenam sit solitus appellare, tanquam dissolutum ac neruis carentem & ordine: quæ quodammodo compages est totius sermonis suo quidque loco disponens. Quanquam autem Caligula multa parum integræ mentis dedit argumenta, tamen in hoc iudicio minimum aberrauit à scopo. Seneca fertur impetu quodam, minimè seruiens ordini. hoc inter egregias virtutes habet næui. Male coniaret arena ni calcem admisceas. Confine illi quòd alio dictum est loco, Scopæ dissolutæ.

Scopæ dissolutæ.

Lupus hiat. 58

Λύκος χάσκει, id est, Lupus hiat. Dicebatur si quis re multum sperata multúmque appetita frustratus discederet. Aiunt enim lupum prædæ inhiantem, rictu latè diducto accurrere: qua si frustretur, obambulare hiantem. Aristophanes in Lysistrata,

Οἷς πουτὶ ἰδεῖν ἔστιν μᾶλλον λύκου κεχηνότος. id est,
Quibus nihil iucundum ac tutum est, inhiantis nisi lupi.

Item Lucianus in Gallo, Εἶμι γὰρ, φησὶν, μάτην λύκος χανὼν πρὸς μικρόν, id est, Ingrediebar itaque, quum parum abfuisset vt lupus hians discederem. Dionysius Sophista in epistola quapiam Ἀρα μοι λέληθα ἁμαυτὸν εἰς παροιμίαν ἐμπεσὼν, καὶ γέγονα λύκος χανὼν ἔξω πυτός; id est, Num inscius in prouerbium incidi, factúsque iam lupus frustra hians? Apud Athenæum libro decimo quarto, citatur hæc ex Eubulo.

Ἐπεὶ ἔπαιξα μᾶλλον ὡς λύκος χανὸν,
Καὶ τὴν Δ' ἀμαρτὸν, ἔστηκα σκυτικὸν δρόμου. id est,
Properato propera, more ne lupus hians.
Frustratus hic, in posterum curras diu.

Porcellus Acarnanius. 59

Χοιρίσκος ἀκαρνανικός, id est, Porcellus Acarnanius. In mollem & amabilem atque in deliciis habitum dicebatur. Lucianus in Dialogis meretriciis λῦσός μοι, φασὶ, Χαιρίας, καὶ χοιρίσκος ἀκαρνανικός, id est, Luis mihi, vt aiunt, Chæreas, & porcellus Acarnanius, Allusum, opinor, ad porcellum quem inducit Aristophanes ὑπὲρ ἀφροδίσιων, symbolum eorum membrorum quibus obscenæ voluptates peraguntur.

Megaricum machinamentum. 60

Μεγαρικὰ μηχανή, id est, Ars Megarensis, dicitur quum dolo & astu res agitur, non syncera fide. Olim enim Megarenses vulgò malè audiebant, tanquam fraudulenti ac ficti quod aliud sentire soleant, aliud loqui, vt indicat Aristophanis interpres. Citatur apud Suidam hic senarius. *Megarenses fraudulenti.*

Ἀλλ' ὀβολὸς μοι μαγαρική τις μηχανή. id est,
Sed enim æs adest mihi quipiam Megarensium.

Est autem apud Aristophanem in fabula cui ciculus ἀγχυρεύς. Celebrantur Megarêsium vascula fictilia: videnum huc spectet prouerbium. deinde constat Euclidem Socraticum fuisse Megarensem, qui suscepit scholam Megaricam. hic fuit insignis machinarum artifex. Fieri potest vt hinc natum sit adagium, Ad hæc est ciuitas eiusdem nominis in Thessalia Pontica: & de Thessalico commento dictum est aliàs. Sphinges Megaricas pòst referemus.

Seruus seruo præstat dominus domino. 61

Δοῦλος δούλῳ, δεσπότης δὲ δεσπότῃ. id est,
Seruoque seruus potior est, herúsque hero.

Senarius prouerbialis, admonens, in eodem hominum genere non statim omnes æquales esse, verum hominum habendam esse rationem, non tantum conditionis. Veluti generosus antecellit suopte genere plebeium. verùm est non mediocre discrimen inter generosum & generosum, itidem inter plebeium & plebeium: adeò vt quosdam plebeios nonnullis ingenuis anteponas. Aristoteles lib. Politicorum primo, τὰ μὲν ἀναγκαιότερα ἔργα, τὰ ἀναγκαιότερα, ἢ καὶ τὰ μᾶλλον.

Δοῦλος δούλου, δεσπότης δὲ δεσπότου, id est,
Quædam ministeria honoratiora, quædam autem magis necessaria. Et iuxta prouerbium.
Heróque herus, seruoque seruus est prior.

Dædali opera. 62

Δαιδάλεια τεύχεα, id est, Dædalea opera, dicuntur quæ nouo artificio fabricata sint & admirando. Hinc natum, quòd quum veteres illi plastæ formas animalium cæcas fingerent & immobiles, Dædalus insolito artificio primus & oculos induxit, & neruis quibusdam genuisse additis effecit vt huc atque illuc mouerentur, adeò vt spectantibus viuere atque ingredi viderentur. Vnde feruut quædam Dædali signa vinciri pedibus ne aufugiant. Huius rei meminit Plato in Menone, his quidem verbis, Ὅτι πῶς Δαιδάλου ἀγάλματα ἐὰν τὶς ἔχῃς τὸν τῶν, ἔσται ζῆλ' ἔστι πολὺ ἐμοῦ. σοῦ τί δὴ τῶν λόγου; Ὅτι ἐὰν τοῦτο τὸ μὲν μὴ δεδεμένα ᾖ, ἀποδιδράσκει καὶ φεύγει. ἐὰν δὲ δεδεμένα, ἔστι μένει. Τί δὴ; Τῶν ἐκείνου τεχνημάτων ἀξιόλογον μὲν ἐστὶ, ἐὰν τὶς ἐθέλῃ τὸν ἔξω δεῖ τιμᾶν, ἔστιν ἀφράστου ἀξίωτον (ἐὰν δεδεμένα) δεδεμένον ᾖ, πολλοῦ ἄξια, id est, Quoniam non animaduertisti Dædali signa: fortassis ne sunt quidem apud vos. Quorsum illud dicis? Quoniam illa quoque, ni reuincta fuerint, discedunt atque aufugiunt: sin victa sint, consistunt. Quid tum postea? Si quod ex illius operibus solutum possideas, haudquaquam magno æstimandum, perinde quasi seruum possideas fugitiuum (neque enim apud te manet) sin autem vinctum, id magno æstimandum sit. Idem in Hippia maiore sic refert, quasi de priscis & obsoletis dici soleat. Dædalus, inartificio primus oculos induxit, & neruis quibusdam genuisse additis effecit vt huc atque illuc mouerentur, adeò ictu-sca.

Εἰ ἄρα τοῦτ' ἦν ἡ σοφία ἡ Βίαντος ἀναβιώσεται, γέλωτ' ἂν ὀφλεῖν πρὸς ὑμᾶς. ὥσπερ καὶ τὴν Δαιδάλου φασὶν οἱ νῦν ἐπιτηδεύοντες τῶν ἀγαλμάτων ἐὰν μή τις ἐπέχῃ αὐτὰ δεσμοῖς, καταβλακεύειν αὐτά. id est, Si sanè nùc ô Hippia Bias reuiuiscat, risum apud vos tulerit: quemadmodum & horum temporum statuarii de Dædalo narrant, si nunc viueus talia proferat opera, qualia erant illa vnde famam ac nomen adeptus est, deridiculum fore. Meminit & Aristoteles libro Politicorum primo, de seruis loquens, quos ait nihil aliud esse quàm instrumenta viua. Εἰ γάρ, inquit, ἐδύναντο ἕκαστον τῶν ὀργάνων κελεῦσαι, ἢ προαισθάνεσθαι, ἐπιτήδειον ὂν αὐτὸ ἔργον, ὥσπερ τὰ Δαιδάλου φασὶν ἢ τοὺς Ἡφαίστου τορευτοὺς (οἷς φησὶν ὁ ποιητὴς αὐτομάτους δῦναι ἀθανάτους ἀγῶνας ἐπὶ τοὺς ἀθανάτους ἐπιέναι) ἢ τὰ πλήκτρα ἁρμόττειν. οὕτω δ' ἂν ἔδει τὸν τῆς ἀρχιτεκτονικῆς ὑπηρετῶν, ἔστιν οἷς διακόνων δούλων. id est, Etenim si fieri posset vt vnumquodque instrumen-

tum vel iussum, vel per se præsentiens, suum opus peragere: quemadmodum aiunt Dædali statuas facere, & Vulcani tripodes, (quos poeta scribit vltro in diuinum certamen prodiisse, ut idem & pectines per se texerent, & plectra cithara canerent, haud quaquam opus haberent neque architecti ministris, neque domini seruis. Locus quem citat Aristoteles, est apud Homerum Iliados textu. Meminit idem De anima libro primo, refellens opinionem Democriti, censentis animam ita moueri corpus vt ipsa prius mota, moueret. Ait enim Democritum tale quiddam adferre quale sit apud Philippum comœdiarum scriptorem. Is enim scripsit à Dædalo ligneam Venerem fabricatam fuisse quæ moueretur argento vivo infuso, εἶτα, inquit, ἀμήχανε, φθέγξαιτο μᾶλλον ἢ φλίναρε τοῦ τὰ κωμῳδοδιδασκάλου. φησὶ γὰρ τὸν Δαίδαλον κινῆσαι τοῦτον τὸν ξύλινον Ἀφροδίτην, εἶτ' ἐπιχεῖσθαι ἄρχεσθαι χύσιν. Proinde prouerbium ad varios vius potest accommodari. Vel vbi res inusitata arte confectas significabimus. (Nam Homerus artificiosa dædala vocat,

—ἐς χαλκὸν ἑκάστην δαίδαλα πολλὰ
Ἴδοιο. id est,

Quæ manibus, norat fabricari dædala cuncta.

Item Pindarus in Olympiacis,

Καὶ δαιδάλεμοι φθόνοι πολλοὶ
Ἐξαπατῶντες νόον. id est,

Et arte confecta mendacia variis fallunt fabulis.

Et Vergilius Dædalam Circem vocat, quòd nouis & admirandis artibus homines verteret in feras. Quin & orationis poliendæ artifices ὁ ποδαπὸς δάιος & obtusiorum peritos ὁ δεδαιδαλμένος appellant Græci.) Vel quum inconstantiam & instabilitatem cuiuspiam significabimus. Sic enim apud Platonem in Euthyphrone, Socrates argumenta non cõsistentia, Dædalei operibus similia videri dicit. Euthyphron autem respondet, Socratem sibi pro Dædalo esse, quippe qui rationes suas non sinat cõsistere, rursus coarguens & euertens quod paulo antè vtrius sit approbare.

Fur émque fur cognoscit, & lupum lupus. 63

Ἐγὼ δ' φὼς τὸ φῶτα, κ' λύκος λύκον. id est,

Furemque fur cognouit, & lupum lupus.

Aristoteles septimo libro moralium Eudemiorum, hûc quoque senarium citat inter adagia similitudinis. Amãt enim vulgò se mutuo, qui similibus vitiis laborant, præcipue fures. Et lupi latronum instar collecti grassantur. Videmus in quibusdam ob arcanam ingeniorum cognationem protinus amoremnasci: contrà, aduersus alios odium, ob naturæ dissimilitudinem. Ad hanc similitudinem & dissimilitudinem Democritus referebat omnes omnium rerum causas. adeò vt interrogatus de cane semper eidem lateri incubante, quamobrem id faceret, respondebat, ἔστι γὰρ τι παραμίδι ἴσιον ἡ κύων. id est, quoniam habet canis aliquid cum illo latere simile. Id obiter narrat Aristoteles libro Magnorum moralium secundo inter prouerbia similitudinis, irridens Democritum. Quid enim simile habet later cum cane? Nec tamen à Democrito multum absunt medici quidam, qui ad omnem percontationem obiiciunt nobis nescio quam occultam rerum proprietatem.

Terra amat imbrem. 64

Ἐρᾷ δ' ὄμβρου γαῖα. id est,

Nam terra gaudet imbre.

Vbi quis deridetur ea quæ sibi nouit esse accommoda conducibilesque. Citat hoc hemistichium, veluti prouerbiale, Aristoteles libro Moralium Eudemiorum septimo, ostendens non solum similitudinem conciliatricem esse amicitiæ, veluti inter fures, graculos & lupos: verumetiam dissimilitudinem nonnunquam benevolentiæ causam existere: contrà, similitudinem odii. Nam terra quum suapte natura sit ficca, amat imbrem: & figulus odit figulum: indoctus amat literatum: mulier virum. Ibidem narrat ab Heraclito reprehensum poetam qui scripsit hoc carmen,

Ἔρις ἐκ τε θεῶν γ' ἀπόλοιτο τε καὶ βροτῶν. id est,

Ex vtinam tollatis deos hominesque relinquat.

Athenæus libro decimo tertio, carmen ex Euripide citat,

Ἐρᾷ μὲ ὄμβρου γαῖα τοῦτο ξηρὸν πέδον. id est

Tellus quidem imbrem amat, solum quum sit aridum.

Aristoteles lib. Moralium Nicomach. 8. citat eandem ex Euripide sententiam, sed perturbato metro. Εὐριπίδης μὲ φάσκων.

Ἐρᾷ δ' ὑδρηλοῦ γαῖα ξηροῦ πέδου,
Ἐρᾷ δ' ὑπερφὺς οὐρανὸς τρωθεὶς ὑπὸ
Ὀρίζει πόθον τις ἐς γαῖαν. id est,

Euripides quum ait,
Requirere imbrem terram, vbi siti arsit,
Item cœlum, vbi tam nubibus
Impletur, optat in solum delabier.

Hoc adfert ad confirmandam quorundam opinionem, qui dicebant secus quam haberent prouerbia, dissimile à dissimili, contrarium à contrario appeti. Terra enim frigida & ficca appetit imbrem, qui iuxta aeris naturam vnde venit, est calidus & humidus: at imber vicissim appetit terram.

Herculana balnea. 65

Ἡράκλεια λουτρά, id est, Herculana balnea. De impendio feruentibus balneis dicebatur, quales legimus & thermas Neronianas. Aristophanes in Nebulis,

Πῶ δῆτα δῆτ' ἐστὶν ποτ' εἶδες Ἡράκλεια λουτρά; id est,

Vbinam frigida vnquam vidisti Herculana balnea?

Interpres adscribit, Ibycum autorem esse, Vulcanum muneris vice subministrasse Herculi feruida balnea. Atque inde omnia calida balnea, Herculana dici cœpta testatur idem Athenæus lib. 12. Porrò Aristoteles in Problematis, sectionis 24. probl. vltimo, ostendit, huiusmodi balnea apud veteres habita sacra, propterea quod ex sulphure ac fulmine, rebus natura sacris, proueniant. Pisandrus autem tradit, Mineruam Herculi fesso calidum balneum suppeditasse. Vnde mihi sit verisimile, prouerbium rectè dici posse, quoties ætate aut labore quopiam fatigatis, ministerium paulo diligentius ad refocillandas vires adhibetur. Nam Plato libro de legibus 6. γεροντικὰ λουτρά, id est Senilia balnea, calida vocat, eáque senibus exhiberi iubet. Siquidem veteres frigida laudabant: calida balnea valetudinariis duntaxat exhibebantur. At his temporibus auriga quoque & nauta lauant in thermis. ac Germani maximam vitæ partem in hypocaustis transigunt, pyraustarum instar. Pindarus quoque Olymp. 11. meminit horũ balneorum, Θερμὰ νυμφῶν λουτρὰ βασάζεις, id est,

Calida Nympharum balnea frequentas.

Sacra balnea.

Senilia balnea.

Hypocausta Germanorum

siue quòd in ea ciuitate locus esset, cui nomen Calida balnea: siue quòd ipse, more Herculis, post multa certamina exhausta, tam refocillaretur calidis balneis, quàs Nymphæ Herculi laboribus fatigato subministrasse feruntur. Porrò corpus hominis magnopere refocillari calidis balneis declarat in Nemeis Oda 4. Οὐδὲ θερμὸν ὕδωρ πόνους μαλθακὰ θάλπει ἴσα δόσει βλοσυρὰν φόρμιγγι συνόρθῳ, id est, Ne calida quidem aqua æquè mollit ac refocillat membra, quantum laudatio citharæ aptata.

Aut ter sex aut tres tesseræ. 66

Ἢ τρὶς ἓξ κύβοι, id est, Aut ter sex aut tres tesseræ. Siquando significabimus nos extrema periclitari velle, & aut planè vincere, aut prorsum vinci, hoc adagio tempestiuè vtemur. Sumptum est a vetusto tesserarum lusu, in quo qui nouem iecisset, is modis omnibus superabat: qui tres, is longissimè aberat à victoria. Nam antiquiores tribus tesseris vti consueuerant, non quemadmodum nunc duabus. Tesseram autem etiam iactum ipsum appellarit, qui nonnunquam plenus est, interdũ inanis. Itaque iactus ter trium, fœlicissimus erat: trium inanis. Meminit huius adagionis Iulius Pollux, libro de rerum vocabulis nono. Porrò tesseras easdem esse cum iis quos Græci κύβους appellant, testis est A. Gellius lib. 2. cap. 20. κύβος enim, inquiens, est figura ex omni latere quadrata. Quadrantales sunt, inquit M. Varro, tesseræ, quibus in alueolo luditur, ex quo ipsæ appellatæ κύβοι. Zenodotus paræmiam hanc citat ex Pherecratis fabula, cui titulus Myrmecanthropi. est enim clausula carminis trochaici. Suidas & Aeschylum adducit ex Agamemnone.

γ' etas tesserarum lusus.

Τὰ δεκαπλᾶ γὰρ ἐν πόνοις δίεσπασμαι.
Τρὶς ἓξ βαλοῦσα τῶν ἐμῶν φρενηρίας. id est,
Nam res heroum saxo vt optimè cadant,
Ter sex vbi phrytlorum iactum mea.

Vsurpatum est à Platone libro De legibus vltimo, Τί οὖν ποιητέον, ἐάντων τούτων ὄντως, ὦ ξένε; Τὸ λεχθὲν μοι φίλον, ὦ παῖ, καὶ μάλα ὄντως ἐστὶν ἡμῖν αἰτίαν, καὶ ἐπιπεπτωκὸς εἰς τὸν παρόντα ἐν βουλῇ ξυμπόσιον, ἢ τρὶς ἓξ, φασὶν οἱ τρὶς βάλλοντες, πᾶν ποιητέον. id est, Itaque quum hoc in loco res fuerint, quid faciendum censes hospes? iuxta

iuxta id quod vulgo dicitur, amici, vilius est nobis par esse, vti rem in publicum & in commune conferamus, velimúsque de vniuersa republica supremum subire discrimen, nihilque non facere, ita vt vel ter sex vel tres talos iactemus.

Quanta mus apud Pisam. 67

Ὅσα μυῖς ἐν Πίσῃ, id est, Quanta mus apud Pisam, subaudi tum, aut simile quippiam, De iis qui vincunt, & optatis potiuntur, sed non sine summo negotio, neque citra magnum incommodum suum. Suidas natum ait ab athleta quodam, seu pugile Tarentino, qui in Olympiacis certaminibus, apud Pisam semel duntaxat victor discesserit, idque plurimis acceptis plagis. Plutarchus Symposiacôn commentario quinto, docet apud Pisam μεγαλαχίας, id est singularia certamina, celebrari solere, in quibus etiam ad eædem vique affligebantur ii qui succubuissent.

Qui vincunt, sed non citra discrimen.

Mus picem gustans. 68

Μῦς ἄρτι πίσσης γεύεται, i. Mus nunc picem gustans. Quidam aiunt dici solere in eos qui cum antea fuerint audaculi & confidentes, postea periculo degustato, planè timidi videntur. Nondum satis liquet vtrum à mure in pice deprehenso sit translata allegoria, vtuti placet Diogeniano: an à illo de quo meminit Herodotus primo libro, in picem deprehenso, atque ita pœnas dante. an à pugile illo Tarentino de quo modò dictum est: vt in *mure* sit alluſio ad nomen vtbis, apud quam celebrantur certamina. Theocritus in Idyllio 14,

Audaculi primum, deinde timidi.

Νῦν δέ ποτ' ὡς μῦς φασὶ Θυωνιχὶ γεύματα πάσης.

id est,

Nunc tandem, sicuti mus, vt aiunt Thyonyche, gustauimus picem. Porrò huc ad animal referas, siue ad pugilem nomine Murem, eadem ferme manet adagii significatio, videlicet experientiam malè cessisse. Siquidem mus imperitus, siquando in picem incident, aut perit, aut vix eluctatur: ac deinde periculi memor timet contingere. Et pugil ante ferox & iactabundus, simulatque certamen Olympiacum expertus est, sensitque quanti constiterit ea victoria, deinceps abstinuit. Huc spectat illud Horatianum, l. 1. epist. 18.

Dulces inexpertis cultura potentis amici,
Expertus metuit.

Expertus metuit.

Itidem iuuenes bellorum imperiti, facilè bellum suscipiunt: senes experti quantum malorum agmen secum trahat bellum, reformidant. Quare non intempestiuè dicetur in eum quem pœnitet experimenti: aut qui rem parum fœliciter tentatam, iterum aggredi refugit. Finitimum illi, & ibi dictus, Serò sapiunt Phryges: &, Cumani serò sapiunt, &, Piscator ictus sapiet. Est autem hæc vna præcipua pestis vitæ mortalium, quòd non perinde dicimus cauere malum, atque admisso mederi. Quæritur hoc Plato libro de legibus decimo, ἐκ τοῦ μὴ δρᾶν τὰ δίκαια βουλόμενα οἱ πολῖται ἀράσασθαι ἄλλα πρὸ μέλλα, id est, Non hoc incumbimus plerique ne committamus iniusta, sed vt posteaquam fecerimus, medeamur. Atqui iuxta Plautum, Nimio tutius est non admittere malum, quàm admisso mederi.

Expertus metuit.

Delphicus gladius. 69

Δελφικὸν ξίφος, id est, Delphicus gladius, De re dicebatur ad diuersos vsus accommodabili. Quemadmodum iisdem vasculis, & poculorum vice in conuiuiis, & clypeorum vice in bellis vtebantur. Nam Delphicus gladius ad eum modum erat fabrefactus, vt eodem simul & sacras mactarent victimas, & nocentes afficerent supplicio. Meminit huius gladij cum Euripides in tragœdiis, tum Aristoteles Politicorum libro primo differens naturam non gignere singula ad plures vsus, sed vnumquodque ad suum peculiarem propriúmque finem, Οὐδὲν γὰρ ἡ φύσις ποιεῖ μάταιον, οὐδὲ μαχαίρας Δελφικὰς συνεχῶς, ἀλλ' ἐν σκέψει, id est. Neque enim natura tale quippiam facit, quemadmodum artifex fabri gladium Delphicum, quasi per inopiam: sed vnumquodque ad singula. Meminit idem huius rei, libro De partibus animalium quarto, tractans de linguis insectorum, quæ pluribus funguntur officijs, simul & tentantes cibum & attrahentes, & spiculi vice aduersus iniurias defendentes. Id quòd negat facere natura, nisi coactam inopia, vt idem instrumentum ad vsus dissimiles accommodet: quandoquidem ad defendendum magis appositum videatur quod sit acutissimum ad guttandum, quod sit fungosum. Vbi enim, inquit, licet duobus vti ad duo opera, nec aliud impedit, nihil tale natura facere solet quale per inopiam ars exculoria obeliscolychnium ex vtroque latere componit. Attamen si id fieri non potest, eodem ad plura opera abutitur. Vnde mihi videtur ἐυτραπελώτερον iucundius quadraturum prouerbio, quàm Delphicum gladium: nisi fortè hic ipse Delphicus est gladius. Idem Euripides in Oreste,

Res accommodata ad vsus varios.

Linguæ insectorum.

Οὐκ ἀστεῖον.

Θανεῖν γὰρ αἶσα μοῖρα Δελφικοῦ ξίφους. id est,

Fatale enim illi est, ense Delphico mori.

Quadrabit igitur vel in pauperes, qui ob penuriam, eandem vestem aut aliam rem quampiam ad varios vsus accommodant: aut in vitio vm prooemium, & diuersis causis applicabile. Lucebit & in seriorum sensum accommodare prouerbium, vt siquis eruditionem Delphicũ appellet gladium, quod in omni ætate, omni vitæ conditione sit vsui. Nam literæ iuuentuti sunt necessariæ, senibus iucundæ: pauperibus opes suppeditant, opulentis adiungunt ornamentum: in rebus aduersis solatio sunt, in secundis gloriæ: claro natis genere splendorem augent: obscuro genere natis, claritatis mutuum conciliant.

Eruditio, delphicus gladius.

Antequam incipias, consulto: &c. 70

Antequam incipias, consulto: vbi consulueris, mature facto opus est. Hanc sententiam Salustianam Aristoteles vt prouerbialem refert libro Moralium Eudemiorum 5. & Nicomachiorum 6. Καί φασι πρᾶττειν μὲν δεῖ ταχὺ τὰ δεδογμένα, βουλεύεσθαι δὲ βραδέως, id est, Et aiunt mature quidem facienda quæ decreta sint: cæterum leniter cunctanterque deliberandum. Diogenes Laertius huius dicti authorem facit Biantem. In hanc sententiam copiosius diximus in prouerbio *Festina lente*. Laudatur hoc nomine Datames apud Aemylium Probum, quòd vbi cogitasset, facere audebat cogitata: solitus cogitare priusquam conari.

Datames.

Margites. 71

Margitem pro stupido dixit Lucianus in Hermotimo, Ἀλλ' οὐκ Μαργίτην τινὰ ἡλίκον, id est, Sed existimas te cum Margite quopiam loqui. Hunc ita describit Homerus, citante Aristotele libro Moralium Nicomachion 6.

Τὸν δ' ἤτοι θεοὶ μὲν σκαπτοῦχον ἐποίησαν,
Οὔτι δίζυρόν τι σοφόν. id est,

Hunc neque fossorem voluerunt numina diuûm
Esse, nec agricolam, nec in vlla præterea re
Scitum aut egregium.

Suidas docet Margiten fuisse quempiam ob insignem stultitiam celebrem, qui non potuerit numerare supra quinque: sponsam ductam non ausus est attingere, veritus ne se apud matrem incularet. Quam tam esset factus iuuenis, rogauit matrem an ex eodem patre nata esset. Quanquam hæc alij tribuunt Melitidi, alij Coræbo, de quibus, suo dicetur loco. Satis apparet vocem esse fictam à μὴ & ἔργον, quòd ad nullam actionem esset vtilis. Erat autem Margites titulus operis, quod à quibusdam tribuebatur Homero. id, vt videtur, intercidit. Indicat hæc interpres Aristophanis in auibus. Conuenit cum illo Hesiodio, Nulla in parte vtilis, qui nec ipse sapit, nec alijs obtemperat: & Nullo in numero.

Vnde dictum Margites.

Quod factum est, infectum fieri non potest. 72

Nihil hac sententia vulgatius, Quod factum est, infectum fieri non potest. Extat apud Terentium in Phormione. Aristoteles lib. Moralium Eudemiorum quinto, τὸ γεγονὸς μὴ γενέσθαι μὴ ἐφικτόν, id est, Fieri non potest vt quod factum est, ut infectum. Mox citat carmen ex Agathonis tragœdia,

Μόνον γὰρ αὐτὸ καὶ θεὸς στερίσκεται,
Ἀγῶνα ποιεῖν ὥστ' ἀπ' ἀρχῆς μὴ γενέσθαι. id est,

Etenim illud vnum ipsi negatum est & deo, vt
Infecta reddat facta quæ fuerint semel.

Vsurpatur in epistolis Ciceronis ad Atticum non semel versus ille Homericus ex Iliados ο & τ

Ἀλλὰ τὰ μὲν πεπτυχθαι ἐάσομεν, ἀχνύμενοί περ. id est,

Ita molesta licet antea facta fuisse fateamur.

Nec insitum Phocylidis carmen,

Μὴ ἐπιχείρησῃς κακοῖς πρᾶγμα τὸν ὑπερ-
Οὐδὲν γὰρ δύναται τὸ τετελεσμένον εἶναι ἄπρακτον. id est,

Ne tumultus tam præteritis animum exercueris
Quod semel est factum, fieri infectum haud queat vnquam.

Eandem sententiam habet Pindarus Olympiorum hymno 2,

Ὧν ἢ πραχθέντων ἢ μὴ δίκαια, ἢ δίκαια,
Ἀνόητος ἂν εἴη χρόνῳ ὁ πάντα πατὴρ
Δυνάμενος θεὸς ὑφελέσθαι τοῦτο. id est,

Eorum quæ facta sunt, siue iure, siue præter ius, nihil vt sit infectum, nec tempus quidem efficere possit opere perfecto.

Iustitia in se virtutem complectitur omnem. 73

Ἐν δὲ δικαιοσύνῃ συλλήβδην πᾶσ' ἀρετὴ ἔνεστι.
Iustitia in se virtutem complectitur omnem.

Aristoteles cum alias, tum libro Moralium Nicomachiorum quinto, versum hunc vt prouerbialem refert. Extat autem in elegiis Theognidis. Cheremon bonorum omnium summam prudentiæ tribuit. Cuius hic versiculus citatur à Græcis,

Ὃ γὰρ φρονῶν εὖ, πάντα συλλαβὼν ἔχει, id est,
Cuncta vnuersim, qui sapit recte, obtinet.

Iustitia generatim accepta.

Et Socrates putauit omnes virtutes esse scientiam: id Aristoteles ita discutit, vt fateatur esse verum, nullam virtutem esse absque prudentia: neget tamen omnem virtutem esse prudentiam: quum sint habitus distincti. Sed iustitia frequenter accipitur non pro specie, sed pro genere: quemadmodum & in Sacris literis iustus dicitur qui caret omni vitio grauiore.

Mendacem memorem esse oportet. 74

Quintilianus Institutionum oratoriarum libro 4. sententiam hanc prouerbij vice citat: Mendacem memorem esse oportere. Itē Apuleius in Apologia Magiæ secunda, Sæpe, inquit, audiui, nō de nihilo dici, Mendacē memorē esse oportere. D. Hieron. Oblitus veteris prouerbij, Mēdaces memores esse oportere. Satis liquet adagij sensus, nēpe perdifficile esse, vt qui mentitur, semper sibi constet, nisi sit summa memoria. Est autem fictarum rerum memoria non paulo difficilior quàm verarum. Proinde plerunque deprehenduntur hoc pacto mēdaciorum architecti, dum obliti quæ prius dixerint, diuersa à superioribus loquuntur. Sic deprehenditur apud Terentium Dauus, sic Psyches Apuleianæ commentum à sororibus sentitur.

Mendax, vix sibi constat.

Malus cum malo colliquescit voluptate. 75

Κακὸς κακῷ τὸ συντίκτειν ἡδονή. id est,
Etenim improbo vir est voluptati improbus.

Improbus, improbo delectatur.

Refertur ab Aristotele inter similitudinis adagia, libro Moralium Eudemiorum 7. Malus malo iucundus, ob vitiorum commercium & societatem.

Iuuenalis item,

Magna inter molles concordia.

Ab eodē in Magnis moralibus adducitur ex Euripide. Aeschines aduersus Timarchum citat ex Euripidis Phœnice eandem sententiam,

Ὅστις δ' ὁμιλῶν ἥδεται κακοῖς ἀνήρ,
Οὐ πώποτ' ἐρώτησον, γνώσεσθαι ὅτι
Τοιοῦτός ἐστιν οἷσπερ ἥδεται ξυνών. id est,
At cum malis quicunque gaudet viuere,
Nun quam rogaueris eum quòd talis sit
Cuiusmodi sunt queis amat coniungere.

Amicitia stabilium, felicitas temperantium. 76

Aristoteles libro moralium Eudemiorum septimo, sententiam hanc velut è medio sumptam refert, Amicitiam esse stabilium, & fœlicitatem eorum qui sua sorte contenti sunt, Ὀρθῶς λέγεται ὅτι ἡ φιλία ἐπὶ βεβαίων, ὥσπερ καὶ ἡ εὐδαιμονία ἐπὶ τοῖς αὐτάρκων. Amicitia virtute, non pecuniis aut forma, conciliāda est. etenim si rebus caducis concilietur, caduca sit & ipsa necesse est. Nihil autem in rebus humanis stabile præter vnam virtutem quæ sola fortunę ludibriis obnoxia non est. Deinde fœlicitas hominis non est in facultatibus sita (quæ cupiditatem animi non explent, sed irritant) verūm in hoc, vt suam quisque fortunam boni consulat. Aristoteles lib. Rhetoric. 2. pro exemplo sententiæ simplicis ac dilucidæ, siquis inspiciat, ponit hunc versiculum,

Sola virtus stabilis.

Οὐδεὶς ἐραστὴς ὅστις οὐκ ἀεὶ φιλεῖ. id est,
Haud quisquam amator est, nisi amarit iugiter.

Huic adstipulatur illud Senecæ, Amicitia quæ definere potuit nunquam vera fuit.

Leonis catulum ne alas. 77

Æschyli sententia prouerbialis refertur apud Aristophanem in Ranis,

Οὐ χρὴ λέοντ' ⟨sic⟩ σκύμνον ἐν πόλει τρέφειν,
Μήτ' ἂν λέοντα μή ν' πόλει τρέφῃ.
Ἢν δ' ὧν τραφῇς, τοῖς τρόποις ὑπεικτέον. id est,
Catulum ne alas leonis in republica,
Ac maxime ipsum ne leonem alas ibi:
Quod siquis alitus, obsequendum moribus.

Fœtenda potentia nō est, quæ leges opprimit vi potentiam quæ leges possit opprimere. quòd si forte talis quispiam exiterit, non esse è Repub. decertare cum illo, quem nequeas nisi magno Reip. malo deuincere. Tyrannus aut ferendus est, aut recipiendus.

Qui bene coniiciet, hunc vatem, &c. 78

M. Tullius in opere De diuinatione, lib. 2. scribit Græcum versiculum Vulgo iactatum extare in hanc sententiam, Qui bene coniiciet, vatem hunc perhibeto optimum. Citat autem eum versiculum Plutarchus in libello De responsis Pythiæ, ὁ δ' εἰκάζων καλῶς, ὃν ἄριστον μάντιν ἀποφαίνουσι ⟨sic⟩ παροιμίαι. id est, Bene coniectans, quem optimum vatem appellauit prouerbium. Quanquam hic in Plutarcho locus mutilus erat & lacer: attamen colligi potest carmen huiusmodi fuisse,

Μάντις δ' ἀρίστη ⟨sic⟩ ὅστις εἰκάζει καλῶς.

Atque ita citat ex Euripide in libro de defectis oraculis. Citat & M. Tullius libro ad Atticum 7. Ate, inquit, expecto futura. μάντιν δ' ἄριστον ⟨sic⟩. Huc allusit Theocritus in Piscatoribus, si modo Theocriti sunt illa.

ἔστ' ἄριστος ⟨sic⟩
Εἰς ὄνειρα τρίτος τις· διὰ καλὸς ἦν τοτέ. id est,

Somnia coniectat melius, quàm mente magistra
Qui regitur.

Vtile potentia futurorū præscientia.

Admonet adagium, futurorum præscientiam non è sortibus aut augurijs petendam esse, sed à prudentia. Siquidem qui prudentia sit præditus, is ex præteritorum præsentiumque coniecturis facile prospiciet quid sit euenturum. Proinde non iniuria scripsit Aristoteles libro Moralium Eudemiorum septimo φρονίμων καὶ σοφῶν ἐχόντων τὴν μαντικὴν, ἢ μόνον. id est, Prudentium atque sapientium hominum celerem esse diuinationē & horum tantum. Vtinam hanc diuinandi rationem amplecterentur principes, quorum hodie bona pars à prognostis & astrologis pendet: hominum genere, vt nunc sunt plerique, vano pariter ac seditioso, & Reip. pestilente.

Astrologi.

Pannus lacer. 79

Hominem iam fastiditum & reiectum, ῥάκος πολυχειρὶς appellant Græci, id est pannum vndique lacerum. Sumpta metaphora à veste longo vsu detrita, atque ob id reiecta: quum noua fuerit in precio. Sic autem quidam amicis vtuntur, vti vestibus: dum vsui sunt ac vigent, amplectuntur, curant, ostentant: simulatque vel ætate defecti sunt, vel alioquin vtiles esse desierunt, negligunt ac reiiciunt. Lucianus. Ἄχρι δή σου, τοῦ λόγου τὸν ῥάκος πολυχειρὶς ἐργασώμεθα, ἰδίωτα, id est, Donec vbi te iam, iuxta id quod dici solet, pannum vndique lacerum reddiderit, expulerit. Idem in eodem dialogo, nēpe de Mercede seruientibus, similitudinem adfert de nouis calceis, qui tantisper in pretio sunt dum noui nitent: iidem vbi luto sorduerunt, in angulum abiiciuntur aliquò, atque ibi nullo curante, situ cimicibusque opplentur. Solon eos qui exercerentur ad Olympiaca certamina, primùm dicebat esse sumptuosos, & ob id Reipublicæ graues: vbi vicissent, ob fastum esse detrimento ciuitati: postremò quum senuissent, iam prorsus esse inutiles. Ad id exprimendum Laertius citat versiculum Euripidis,

Amicis, tamquam vestibus vtendum.

Olympiaci.

Τρίβωνες οἱ λινοῦντες οἴχονται κρίκοι. id est,
Filis solutis lacera peremit pallia.

Metum inanem metuisti. 80

Ἀδὲς δείσας δι ⟨sic⟩. id est, Inanem metuis metum. Vbi quis formidat in re tuta. Virgilius, Æneid. 4.

Omnia tuta timens.

Inest autem in ipsa Græcanici dicti figura prouerbiale quiddam propter ἀντίφρασιν. velut in his quoque, ἄδικα δίκαια, δικαίως ἄδικος, παρὰ δι ⟨sic⟩, ἀπὸ δυ ⟨sic⟩, τύφῳ, ἄπυρος ⟨sic⟩, αὖον ⟨sic⟩ ἄνυδρον ⟨sic⟩, atque id genus aliis, de quibus iam non semel admonuimus. Græci dicunt μορμολύττειν. nam μορμολύκειον Græcis persona est, larua aut malo genio similis, qua pueros territant quidam. Basilius Athanasio ἢ παιδὶ δ' αὖ πῶς εἶπεν, τὸ παιδίον μορμολύκεια δείδοικεν, id est,

id est, Sanè vehementer essem puer, si talibus terriculamentis expauescerem. Refertur adagium in collectaneis Plutarchi, si modò titulo est habenda fides.

Sycophantæ. 81

Συκοφάντης (id est sycophantæ) cognomen vulgo probri loco tribuebatur. Aristophanes in Pluto,

Ὡς σκληρὸν ἦλθε πρᾶγμα τοῦ συκοφάντου

O συκοφάντου . . . id est,

Vultu vt funere ingressus est, ô dij boni, . . . hic sycophanta.

Vnde sycophantæ nomen. Conuicium prouerbiale in calumniatores, & quamuis pusilla de causa litem mouentes. Inde natum arbitrantur, quòd olim apud Atticos fici essent in precio, multarentúrque ij qui eas furto tollerent. Hos qui obseruabant, aut deferebant, sycophanti vocari cœpti ludibrij causa. Quos eosdem φιλοσυκίστας, συκοφίλους, συκοκρύπτας, συκοφαίνας, συκοδίφας ij συκοφάντας nominabant, id est, vt sententiam magis quam verba reddam, de ficis calumniantes, ficis viuentes, ficorum custodes, ficos numerantes, ficorum studiosos, ficosos, ficis puerorum instar gaudentes. Plutarchus in commentario De curiositate, ostendit, hoc cognominis hinc natum, quòd quû lege cautum esset ne quis Athenis ficos efferret, quidam obseruatos nonnullos, qui furtim exportabant, detulerunt. Hinc populari loco sycophantæ vocati, ὅσοι τὰ σῦκα φαίνουσι, id est, quòd ficos proderent. Huius rei meminit & in vita Solonis. Festus Pompeius ostendit, apud Athenienses pœnam capitis constitutam iis qui ficos furto tollerent. Idem affirmat Athenæus lib. Dipnosoph. tertio, addens, eum locum vbi primùm ficus reperta fuit, ἱερὰν συκῆν, id est sacram ficum, vocatam ab Atticis. Est autem sycophantarum genus, quod non solùm defert dicta factáque hominum, verùmetiam hominum somnia. cuiusmodi delatoribus aurem patulam præbuit Constantius, vt prodit Ammianus libro decimoquarto. Præcipuè verò indulsit Mercurio cuidam: qui vulgò ob id Mercurius solemniorum est dictus, quòd se specie familiaritatis omnibus admisceret: & si quis nocturnum visum effutisset, deprauata narratione ad principem deferebat. adeo vt vix quisquam apud ignotos auderet fatetis se dormisse, ac docti nonnulli sortem suam deplorarent, quòd apud Atlanteos natinon essent, vbi negant videri somnia. quod fatetur & Stephanus in dictione Atlantes. Obseruatores somniorum Græci vocant ὀνειροκρίτας, interpretes, ὀνειροπόλους siue ὀνειροφύλακας, qui vs terrentur, ὀνειρωττομένους.

Constantius prebuit aures sycophantis.

Multis parasangis præcurrere. 82

Πολλαῖς παρασάγγαις ὑπερφέρειν, id est, Multis parasangis præcurrere, dicitur qui longo internallo præcedit, multísque partibus superior est. Est apud Athenæum libro Dipnosophistarum tertio, Πολλαῖς παρασάγγαις ὑπερφέροντες τὸν στρατηγὸν Διονύσιον, id est, Multis parasangis superantes strategum illum Dionysium. Id quo magis ad animum res transferetur, hoc erit venustius. Parasangam autem Persæ triginta stadiorum spacium vocant, vt locis aliquot indicat Herodotus qua voce vius est Lucianus in Icaromenippo: quem dialogum nos olim Latinitate donauimus.

Parasangæ quid.

Putre salsamentum amat origanum. 83

Clearchus apud Athenæum, libro tertio,

Σαπρὸν τάριχος θύμβα δὲ σάρκας φιλεῖ.

Putrida salsamenta amant origanum.

Origanum autem est herba acri succo, qualis & thymbra. Quin & hodie frugi patresfamilias carnibus iam obolentibus addunt acetum, origani loco, ne sentiatur putris odor. Aptè dicetur de re pei se parum honesta, aut iucunda, atque ob id exoticis condimentis & honestamentis egente. Qui mos etiam hodie sordidis, vt piscibus suppuratibus (nequid offendat edentes putor) acetum adhibere miscerique. Veritas per se placet, honesta per se decent. Falsa fucis, turpia phaleris indigent, hoc est, putre salsamentum origano.

Falsa fucis opus.

Voracior purpura. 84

Athenæus libro tertio Dipnosophistarum ex Apollodoro huiusmodi quoddam refert prouerbium, ἀκρίτως τὴν πορφύραν id est, Edaciora purpuris. idque ductû existimat, vel à tincta purpura, quæ omnia quibus admota fuerit, velut ad sese rapit, suóque colore res vicinas inficit, additque lucem: vel ab animante ipso, quòd quicquid natum fuerit, retinet ac deuorat. Verumque propemodum licet è Plinii verbis colligere. si quidem lib. 9. cap. 36. de colore scribit in hunc modum, Sed purpuræ florem illum tingédis expetitum vestibus, in medijs habent faucibus. liquoris hic est minimi in candida vena. Vnde precio sus bibitur, nigrantis rosæ colore iubluceus, reliquum corpus sterile. Ac paulò pòst, Hinc (aut, aut vt alij legunt, Huic) fasces secureſque Romanæ viam faciunt: idémque pro maiestate in puericia est. Distinguit ab equite curiam: dijs aduocatu placandis: omnémque vestem illuminat: in triumphali miscetur auro. Quapropter excusata & purpuræ sit insania. De vòracitate mox hæc subiicit, Lingua purpuræ longitudine digitali, qua pascitur deuorando reliqua conchylia, tanta duritia aculeo est. Conueniet in edaces, aut in eos qui omnia in suum compendium vertunt. Fortasse durius, sed non ineleganter, accómodabitur ad reges ἁρπαγίωνας aut aduocatos, qui purpurati omnia conuertunt in fiscum suum, & quocunque se conferunt, abradunt aliquid. Tale quiddam cogitasse videntur poetæ, qui Midam finxerunt contactu corporis omnia vertentem in aurum.

Voracitas purpuræ.

Tarichus assus est simulatque viderit ignem. 85

Τάριχος ἑψητὸς ἔσθ' ὅταν πῦρ ἴδῃ. id est,

Tarichus assus mox vt ignem viderit.

Athenæus libro 3. prouerb. loco citat. Est autem tarichus piscis salsus. de quo nonnulla in prouerbio, Si non adsunt cárnes. Opinor idem esse cum illo, ἀφὶς ἐν πυρί, quod ante iam exposuimus in prouerbio, Aphia in ignem, Eodem in loco refert & hunc versum ceu prouerbialem.

Οὐκ ἀπαθὴς ταρίχους ἔσται ὅτῳ ἄξιος. id est,

Tarichus haud iacturus est queis dignus est.

Non sunt amici, amici qui degunt procul. 86

Τοὐκ φίλοι φίλοι τοῖς, οἳ ἂν ὦσι πόρρω. id est,

Haud est amicus, amicus absit si procul.

Hanc patœmiam recensét Athenæus libro Dipnosop. 4. éamque omnium μισανθρωπότατον, id est, inhumanissimam, vocat, videlicet quòd absentium amicorum memorium obliterare videatur. Est omnino ex amicis qui adsunt, vberior amicitiæ fructus, propter officia mutua, consuetudinémque quotidianam. Præterea vulgò fit vt simulatque conspectu necessariorum seiuncti sumus, nescio quomodo obrepat obliuio quædam familiarium: vt id iam omnibus in ore sit, qui remotus sit ab oculis, eúdem ab animo quoque remotum esse. Aristoteles lib. Moralium Nicomachiorum 8. fatetur locorum seiunctionem non dirimere quidem amicitiam, sed tamen officia interrumpere. Et quoniam Vulgus amicitias vtilitate probat, sublatis officijs, velut alumnis amicitiæ, emoritur & amicitia. Proinde Hesiodus, vicinos potissimum ad conuiuiû vocandos esse monet.

Fructus amicitiæ.

Vicinus ad conuiuium vocandus.

—κλῆν ἐπιεικέα, ὅς τις ἔπειτα σέθεν ἐγγύθι ναίει.

Potius est amicû habere vicinum, quam fratrem procul.

Fatentur & Hebræorum prouerbia, potius esse, amicum habere vicinum, quàm fratrem qui procul absit. Terentianus item. Chremes in propinqua amicitiæ parte ponit vicinitatem. Nec abiudit hinc Propertius, libro tertio,

Quantum oculis, animo tam procul ibit amor.

Quanquam equidem non video quamobrem Athenæo videatur hoc adagium hoc vsque adeo ab humanitate alienum. Quandoquidem, vt opinor, non tam docet quid nobis faciundum sit, quàm admonet quid vulgò factitetur. Quotum autem quemque reperias amicum tam certum, qui, vbi sis, non sui dissimilis esse incipiat? Proinde prouerbio hoc, velut Delphico gladio, vtrolibet pacto vtaris licebit: vt intelligas, aut non esse fidendum amicis, qui longo locorum interuallo seiuncti sunt: aut non esse colendos amicos longinquè dissitos, vnde non queas multum sentire commoditatis, sed hos potiùs quibus præsens præsentibus fruare.

Persæpe sacra haud sacrificata deuorat. 87

Ἀεὶ τὰ ἱερὰ πολλάκις τὰ θυόμενα. id est,

Persæpe sacra haud immolata deuorat.

Semelius est apud Athenæum lib. 4. Simonidis, in mulierem quandam malè moratam, & auidam in conuiuiis. Concinnè dicetur in eos qui ventris impulsu statim ad deuorandas epulas irrumpunt, non expectatis ceremonijs & elegantioribus illis quibus ciuiles reuntur initia conuiuium: puta, vt orationibus quibusdam pius consecretur cibus: deinde de acrubitus ordine vrbana quædam adhibeatur cunctatio: præterea ne statim appositas escis vngues immittamus. Neque intempestiuiter

dicetur in eos qui non expectata iuris ratione hæreditatem inuadunt, & aliena per vim occupant. Ductum à victimis, quas fas non erat contingere nisi mysteriis peractis. Et Plato vult etiam in conuiuiis prælibari diis, & mentam rem sacram existimauit antiquitas, teste Plutarcho, vnde fit, vt his etiam temporibus inciuile putêt

Illotis manibus. *ἀνίπτοις χερσὶν*, id est, Illotis manibus, accedere.

Chius dominum emit. 88

Χίῳ δοῦλον ἐπρίατο, id est, Chius dominum mercatus est. In eos quadrabit qui sibiipsis malum accersunt. Vsus est hoc adagio Eupolis in amicis, Athenæo teste. lib. Dipnosoph. 6. Natum aut inde, quod quum Chii primi seruis mercenarius instituissent vti, postea subacti à Mithridate Cappadoce, proprius seruis vincti sunt traditi, vt in Colchoium regionem deportarentur: idque illis aliquando euenturum oraculum prædixerat. Huius historiæ authores citat Nicolaum Peripateticum, & Posidonium Stoicum. Nec Stephanus tacuit, hanc gentem primùm vsam famulis, δμωσὶν, quemadmodum Lacedæmonii vtebantur quos vocabant εἵλωτας, id est, captiuos: Sicyonij quos dicebant κυνηφόρους, id est, clauigeros à clauis ferreis. Pelasgis: Cretes quos appellabant δμῶτας. Est autem Χίος clarissima Ionum insula, habens eiusdem nominis ciuitatem. Possessiuum circumflexè scribitur Χῖος.

Anima & vita. 89

De re quod suauissimum sit. Ζωὴ καὶ ψυχὴ, id est, Anima & vita, de re supra modum suaui. Prouerbium natum in cubilibus, atque inde deductum in communem sermonem. Videtur autem peculiare fuisse mulieribus. Iuuenalis, Sat. 6.

Ζωὴ καὶ ψυχὴ modò sub lodice relicta
Vterus in turba.

Item Martialis epigrammatum lib. 10. in Læliam,

Ζωὴ καὶ ψυχὴ lasciuum corgere vsque,
Phœbi pudor, Herfilia cunis & Ægeria.

Pecunia animal. Huc respexit Iuuenalis, quum ait,

Concumbunt Græci.

Hesiodus, pecuniam animam mortalibus esse dicit,

Χρήματα γὰρ ψυχὴ πέλεται δειλοῖσι βροτοῖσιν. id est,
Pecunia enim anima est miseris mortalibus.

Et Aristoteles pecunias velut alteram hominis animam esse scripsit. nihil autem est vita neque iucundius, neque charius.

Qui amant, ipsi sibi somnia fingunt. 90

Virgilius in Pharmaceutria.

Credimus an qui amant, ipsi sibi somnia fingunt?

Seruius prouerbialiter admonet dictum à poeta. Nam quod quisque iperat, facilè credit: & — tardò, quæ creditu læduut. Credimus, vt ait Ouidius. Metus autem & spes (vt eleganter & vere scripsit Lucianus in Pseudomante) diuinationem & auguria reperierunt. Qui impense cupiunt, suis votis vndecunque blandiuntur, & quiduis in omen optari euentus trahunt. Rursum qui misere metuunt, quaque ex re solatium formidinis aucupatur. Nó vsquequaq. discrepat ab hoc Tetentianum illud, Mihi non fit verisimile: atqui ipsis cõmentum placet. Non videtur alienum ab hac forma Theocriticum illud,

Πάντα γὰρ ἄρτος μάρτυρες, ἰχθὺς καὶ οἶνος. id est,
Omnia enim testes panes, ego somnio piscem.

Quis suis votis blandiuntur, in Græcis dicuntur ὀνειροπολεῖν, id est, sibiipsis sua interpretari somnia: quòd omnia rapiunt in alimentum spei suæ.

Polypi. 91

Polypi prouerbio dicebantur olim, vel stupidi stolidique: vel rapaces & vncis vnguibus homines. Siquidem ob eam causam polypo stultitiam tribuit, quòd ad manum captantis vltrò moueatur, nec aliter capitur, nisi quòd non cedat: authore Athenæo. Adscribitur autem rapacitas tenacitásque, quòd quicquid brachiorum flagellis nactus fuerit, suctu trahat ac retineat. Plautus in Aulularia, Ego istos noui polypos, qui vbi quid attigerint, tenent. Nihil autem vetabit quo minus polypos appellemus eos qui semet in omnem habitum vertunt, omnibus assentantes. Quos eleganter notat Phocylides,

Natura polypi.

In eos qui omnibus assentantur.

Μηδ' ἓπεσιν πάσιν χαρίζευ τὸν ἀλλ' ἀγαθοῖσιν.
Μηδ' εἰς πᾶσι φυὴν σοφὸς γίνεο, καὶ χρόα κάμπτου. id est,
Pellere neue aliud cales, aliudque loquare,
Proq; loco vertere, petra vti polypus hæret.

Ion apud Athenæum libro 7.

Στυγῶ μαλακὸν πολύποδα ποικίλον χρώτ'. id est,
Odi colore subinde vario polypum.

Huc pertinet quod admonet Plautus, vt qui sapit, bonus sit bonis, malus malis. Hoc nomine laudat Pindarus in Nemeis hymno quarto quèdam, Μαλθακὸς μὲ φρονέων ἁβροῖς, τραχὺς δ' ἀνδρηλάτοις ἔφιδρος. id est, Mollis erga bonos, asper verò insidiator erga molestos aduersarios. Non abludit hinc quod ibidem habetur hymno tertio, Ἐν παισὶ παῖς, ἐν δ' ἀνδράσιν ἀνὴρ, πέμπτον δὲ πολιητέρων μέρος, ἔστιν οἷον ἔχειν βροτὸν ἔθος. id est, Inter pueros teneros puer, inter viros autem vir. tertia inter seniores pars, quodque vt habemus mortale genus. Laudat Pindarus hominem omnium moribus & ætatibus sese attemperantem. Eodem titulo laudat quempiã in Pythiis hymno octauo, Τὸ δὲ τὸ μαλθακὸν ἔρξαι πρὸς πάντων ἡμῶν ἐπιόντα, καιρὸς καὶ ἀπρακτεῖν. id est, Tu enim & humaniter age re nostri, & affectum sumere tempori congruentem. Rursum eiusdem operis hymno quarto, Κεῖνος δὲ παῖς ἐὼν ἐν βουλαῖς πρέσβυς. id est, Nam ille inter pueros iuuenis, in consiliis verò senex. Idem eiusdem operis hymno secundo, φίλον εἶναι φιλεῖν, ἐχθρὸν δ' ἐχθρὸν εἰ κέ τις ἀμπλακὼν ἔλθοι. id est, Amicum contingat amare: ceterum aduersus inimicum, tanquam lnimicus, lupi more incurram, siue insidiabor.

Nullus malus magnus piscis. 92

Οὐδεὶς κακὸς μέγας ἰχθύς. id est,
Nullus malus magnus piscis.

Corpore praegrandi ingenio nullo. Ænigma prouerbiale, dici solitum in homines prægrandi quidem corpore, cæterùm ingenio nullo. Clearchus in commentario de prouerbiis apud Athenæum lib. 8. hunc ortum scripsit: Stratonicus citharœdus quum Porpin vidisset Rhodium citharœdum ingenti corporis mole, verùm arte non pernde magnum, percunctantibus quibusdam quisnam is esset, hunc ad modum respondit, οὐδεὶς, κακὸς, μέγας ἰχθύς, ancipiti dicto significans illum, nullum, id est nullius esse pretij: malum & improbum, magnum corpore, denique piscem: quia mutus esset & infacundus, ac malè canorus. Theophrastus De risu, fatetur dictum quidem esse à Stratonico, sed non in Porpin, verùm in Simylam histrionem, μέγας, οὐδὲν, σαπρὸς, ἰχθύς, id est, Nullus, magnus, putris, piscis. Sed elegantius quod retulit Clearchus, propter amphibologiam non inuenustam. Aristoteles in eodem mox loco apud Athenæum super hoc Adagio fabulam huiusmodi refert, in Rep. Naxiorũ: Apud Naxios, locupletes quidé plerique vrbem habitabant, cæteri verò sparsi per vicos agebant. In quodam itaque vico, cui nomen Lesbadæ, Telegoras habitabat prædiues ac nobilis, multæque apud plebem authoritatis, cui cum alij complures honotés habebantur, tum præcipuè muneribus quotidianis ciuium honorabatur: adeò vt qui vendebant, siquis minoris liceretur quàm vellent, dicere soliti sint, se malle dono dare Telegoræ, quàm tanti vendere. Quidam igitur adolescétes quum piscem ingentem licitarentur, ac piscator ex more diceret, se malle Telegoræ dono mittere, quàm tanti vendere: molestè ferentes eadem audire toties, simulata beneuolentia ad Telegoram adduxerunt emptum piscem. Quem quum ille libenter accepisset, tum ipsum adorti sunt, tum filias iam nubiles constuprarunt. Quod factum, indigne ferentes Naxij, arreptis armis inuadere conati sunt adolescentes: tantáque hinc orta seditio, vt Lygdamis huius tumultus præfectus, pòst arrepta tyrannide patriam oppresserit. Hactenus Aristoteles. At hæc nõ video quid ad prouerbium faciant, nisi duo faciamus prouerbia, quorum hoc posterius sic efferatur, Citius Telegoræ donarim, quàm tanti vendam. Nam Athenæus indicat Aristotelẽ de prouerbio disseruisse. Videtur esse senarius, sed inuerso dictionum ordine perturbatus. Cõstabit si legas, οὐδεὶς μέγας ἰχθὺς κακός.

Ex Athenæo.

Telegoræ donarim.

Esquilla non nascitur rosa. 93

Prouerbiali figura dixit Theognis.

Οὔτε γὰρ ἐκ σκίλλης ῥόδα φύεται, οὔτ' ὑάκινθος,
Οὐδὲ παῖς ἐκ πέλης τέτυκ' ἐσθλὸς ἔμοιγε. id est,
Non etenim è squilla rosa nascitur, aut hyacinthus:
Sed neque ab ancilla filius ingenuus.

Admonet adagium è probis parentibus nasci liberos probos, ex improbis improbos. Simili forma dixit Horatius in Odis, 4. Carm. 4.

Neque imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.

Aquila columbam non gignit.

Venustius erit, si ad indocti doctoris indoctum discipulum

jum referatur, ad improbi nutritij improbum alumnũ. Pertinet adagium ad illam classẽ, κακὸν πόρκος, κακὸν σῦν, id est, *Malus coreus malum ouum.* Ex,

Οὐκ αἴ ἥρινα χοιρεῖς ἐκ καλῶν πατρός, id est,

Porcum probum haud pater progignet improbus.

Est autem scilla herbæ genus non dissimilis aloe, de qua multa Plinius diuersis locis.

Scilla quid.

Non omnia possumus omnes. 94

Non omnia possumus omnes, apud Virgilium in pharmaceutria. Prouerbij his sententia, qua vix cuiquam aliam reperies. Sumpta videtur ex Homero, apud quem Iliados v. Polydamas sic alloquitur Hectorem.

Ἀλλ' ἔπεσι μὲν ἅμα πάντα διακρίνειν εἰσὶν ἑταῖροι,
Ἄλλῳ μὲν γὰρ ἔδωκε θεὸς πολεμήϊα ἔργα,
Ἄλλῳ δ' ὀρχηστύν, κίθαριν καὶ ἀείδειν ἠδὲ χορεύειν
Ἄλλῳ δ' ἐν στήθεσσι τιθοῖ νόον ἐύφρονα Ζεύς
Βλάπτει, ὃς δὲ τι πολλοὺς ὀνίνησι μετ' ἀνθρώποισι, id est,

Haud quaquam potest fortuna omnia solum.
Namque alius dum bella potens dederunt,
Huic saltandi artem vocem citharaque canendi.
Rursum alij infrenat fagax in pectore magnum
Iuppiter ingenium, ai multis est vtilis ille.

Item Odissex ϛ.

Οὔτοι ἐπαύρασθαι ἑοῖ χαρίσσατο δῶρα
Πᾶσιν, ὅτῳ φιλέει, τῷ ἀρ' ἐφράσσατο πάντα.
Ἀλλοτε μὲν γάρ τ' εἶδος ἀμύμονα μάλα ἀνὴρ,
Ἄλλοτε δ' οὐ μορφὴν ὄπασεν στέφος. id est,

Non ita egregiè tribuunt sua dona quibusuis,
Seu formam, siue ingenium, vir esse loquendi.
Est etenim interdum species cui contigit atqui
Lingua dote Deum peccat dispendia forma.

Euripides in Rhesо:

Ἀλλ' ἐγὼ μὲν οὐκ αὐτὸν ὀνόσαιμι βεβρῶθαι
Πᾶσιν, ἄλλῳ δ' ἄλλο προσέστιν γέρας. id est,

Vt cuncta norit, nemini mortalium
Datum est at alia dies adest aliy viro.

Eodem pertinet quod scribit Theognis,

Πάντεσσιν οὐκ ἔστιν ἀριστὸν ἐν κάλλῳ ἀνθρῶν.
Ὀλίγῳ δ' ἐστὶ τύχην ἄμφω πρὸς ἴσχειν. id est,

Sunt quædam, quibus ipsidem & virtus suppetit & res:
Felix cui simul hæc sunt data sorte dedecus.

Plures sibi Annibal, ne victoria noceret.

Titus Liuius lib. 22. Non omnia eidem dij dederunt: vincere scis Hannibal, victoria vti nescis. Videtur Liuius retulisse illud ex Iliados ε,

— δ' ἄρα τοῦ γε
Ἐν πάντεσσι ἔρυκε διάκτορος ἀργεϊφόντης. id est,

—haud illud contigit vnquam, vt
Omnibus in bello calleat apparet idem.

Huc pertinet & Pindaricum illud ex Nemeis,

Τέχναι δ' ἑτέραν ἑτέραι. id est,

Artes alias alia.

Interpres ostendit, illud Atticis prouerbij loco dictum fuisse,

Ἄλλαι δ' ἄλλων ἐπέτυχε γόνος. id est,

Alij alterum inuenient. Idem alibi,

φυᾷ δ' ἕκαστος διαφέρεται, ἑκάστῳ λαχόντα μὴ τὸν, τὸν δ' ἄλλον.

Τυχεῖν δ' ἐν ἀδύνατον διάφορα ἔπεσιν. id est,

Natura differimus, vtam sortientes, hic hanc illam aly:
Porrò pers non potest vt omnis felicitas vni contingat.

Idem Olympiorum hymno primo,

ἐν ἄλλοις δ' ἄλλοι μεγάλοι. id est,

In alijs alij magni sunt.

Idem expressius Encomio octauo,

Ἄλλα δ' ἐν ἄλλοις ἴσαν ἀγαθοὶ, ἀλλὰ δ' ὀδὸν σὺν θεοῖς ἑκάστοις. id est,

Alia ad alium venerunt bona: sed diis sententibus multa sunt vig felicitatis. Rursus eiusdem tituli hymno nono.

ἐν τῷ δ' ἄλλαι ἄλλαι ὁδοὶ ἐπὶ πρᾶξιν,
μία δ' ἀνθρώπου ἄκμα βούλᾳ μαλεῖν id est,

Sunt enim alij vig alius efficaciores sed non omnes nos alet vnum fundum.

Multæ manus onus leuius reddunt. 95

Vulgò circumfertur adagium, Multis manibus onus leuius. Quo significant etiam difficilia facilè confici, si quis non ipse solus negotium aggrediatur, sed in plures adiutores & auxiliatores partiatur. Sumptum est à tollendis oneribus. Videtur autem ea sententia ab ipsa vique antiquitate in nostram ætatem demanasse. Legimus enim apud Hesiodum in opere cui titulus ἔργα καὶ ἡμέραι,

πλείων δὲ πλείονα μᾶλλον ἄνησε. id est,

Plus potest & plurium industria.

Plurium industria, difficultatem minuit.

Item Homerus Iliados μ.

Ἀλλ' ἑσπόμεθ' ἀντιθέοις πολίτῃσι δὴ τε ἔργον ἄμεινον. id est,

Assitis comites multorum industria namque
Plus pollet quàm paucorum.

Ad hoc respexit Euripides in Phœnicis,

Εἷς δ' ἀνὴρ οὐ πάντ' ὀρᾷ. id est,

Vir vnus aut. m nemo cuncta dispicit.

Rursum in Heraclidis,

Μιᾷ γὰρ χειρὸς ἀσπίδι μάχη. id est,

Insulida pugna est vnius tantum manus.

Eodem pertinet quod alibi retulimus, οὐκ ἀνὴρ ἰδὼν ἀνὴρ, id est, Vnus vir, nullus vir.

Propry nominis obliuisci. 96

In prorsus & bimestrem.

Prouerbialis hyperbole Proprij nominis obliuisci, in hominem supra modum obliuiosum Lucianus in Toxaride. Ἐκεῖνον γὰρ τύραννος ἐκπεσὼν αὐτῆς ὀλίγου δεῖν τὸ πατρῷον. id est, Itaque citius fieret vt patris sui nomen obliuisceretur quisque. Ouid.

Nomina sanè mea venient obliuia nobis.

Corninus Messala nominis oblitus.

Vsurpatur & à diuo Hieronymo in epistola quadam. Plinius lib. historiæ mundi septimo, inter ademptæ memoriæ exempla commemorat & Corninum Messalam oratorem, qui nominis etiam proprij fuerit oblitus: Quum id defunctis etiam agnoici creditum sit aliquandiu. Atque hinc mos peifcis, priusquam rogo imponerent cadauera nomen proprium inclamandi.

Sine Cerere & Bacchofriget Venus. 97

Terentius in Eunucho. Verbum hercle hoc verum est, sine Cerere & libero friget Venus. Dicuntur hæc sub persona Chremetis adolescentis rustici, qui sobrius oderat meretrices, post idem potus non abhorreret. Cibus enim & potus irritamenta sunt libidinis. Elegantes autem Cererem pro cibo, Bacchum pro vino, Venerem pro libidine dixit, continenter in figura persistens. Nam illud ipsum verbum Friget, metaphoram habet, quàm Donatus à picatione vasorum mutuo sumptam autumat, quòd frigida pix non adhæreat. Frigida profectò nimiumque affectata interpretatio, quod quidem tanti viri pace dixerim, si modò illius est interpretamentum. Ardent amantes, & frigent quæ languent. Horatius, 4. Carm. 11.

Irritamenta libidinis.

Non enim post hæc alia calebo Fœmina.

Libido, quibus margaritomai.

Et frigent in vxores mariti, qui non admodum amant. Diuus Hieronymus Terentianam sententiam crassiore Minerua explicans, Distento vêtre distenduntur ea quæ ventri adhærent: significans libidinem esse gastrimargiæ comitem. Peculiariter autem vinum irritat libidinem, ideóque Paulinæ literæ vetant ne vino inebriemur, quòd in eo sita sit libido, Euripides.

Οἴνου δ' μὴ παρόντος οὐκ ἔστι Κύπρις. id est,

Absente vino nulla tunc adest Venus.

In græcorum Collectaneis ita lego.

Νεκρὸν ἀφροδίτη διαφέρει δηλαδὴ, id est,

Mortua res Venus sine Baccho & Cerere.

Cynicus apud Athenæum libro Dipnosophistarum sexto, refert eandem sententiam his ferè verbis,

Ἐν τῷ γὰρ γαστρὶ Κύπρις καλῶν ἔργων
Οὐκ ἔστι. πείθειν γὰρ ὁ λιμὸς πικρός. id est,

Nam ventri mani non incli jo marum amor.
Amara Venus est dira quos premit fames.

Ac mox subiicit carmen Euripidis, quod ille mutuatus sit ab Achæo Satyrico,

Ἐν πλουσιοῦντι κύπρεις, ἐν πτωχοῦντι δ' οὔ. id est,

Saturo Venus adest, famelico nequaquam adest.

Athenæus lib. dipnosoph. 5. pistichon adducit eandem complectens sententiam,

Ἐν πλουσίῳ γὰρ οἴκοις, ἐν δ' πτωχῷ κακῷ
πρόσεστιν ἡ τύχη ἀφροδίτη δεινοῖς.
Saturis Venus adest: æternum infelicibus
Miserisque nulla adest Venus mortalibus.

Vinum, Lucis Venerem.

Apud hunc ipsum lib. 10 Aristophanes vinum, lucem Venerem appellat quod alat libidinem,

Ἡδύς τε οἶνος οὗτος, ἀφροδίτης γάλα. id est,

Vinum libenti suauc, lac Cypris dea.

Huc pertinet epigramma quod fertur incerto authore.

Ἐγὼ ταῦτα λιπὼν οἰκῶ μὴ χρόνῳ.
Καὶ δὴ μάλ' ταῦτα τὰ φλοιὰ θεὸς σὺν
Θερμαῖσι μοι πέπεπται ἡμέρᾳ ἥλιος.

Fames amorem sedatiorem si sit minus,
Tempus medetur, sin rebus exungere,
Flammam quæ tum relata ad cinerem foret.

Veneris ebria cœna.

Idem intelligi voluit Apuleius, quum Veneri ebriam cœnam obtigit, quum alterum esset Bacchi. Quanquam Aristoteles indicat, immodicam vini potionem inutiles reddere ad coitum. Nam diluit vim seminalem, atque ob eam causam Alexandrum magnum in Venerem parum fuisse strenuum, quod esset vinolus. Idque Theophrastum scribit Athenæus.

Naviges in Massiliam. 98

Ναύβατος εἰς Μασσαλίαν. Scribit Athenæus libro duodecimo, Massilienses vsqueadeo delicatos effœminatos olim fuisse, vt prouerbio dici consueuerit, ναύβατος εἰς Μασσαλίαν, id est Naviges in Massiliam. Non explicat quidem ille prouerbij sensum, sed facilè coniectari in mores & moribus cultique parum virili torqueri debere. Plautus in Cassina, Vbi tu es, qui colere mores Massilienses postulas? Tametsi, quod ait Plautus, multi pudicos referendum videtur ad leuitatem vitæ quemadmodum Plutarchus in vita Agesilai docet, Spartanam disciplinam appellatam, seueram, minimèque delicijs indulgentem. Nam non alia gens laudatior quam Massiliensium, si Ciceroni credimus, fuit vera memorat Valerius Maximus lib. 2. capite De institutis, multa conditas iuratas de disciplina eius ciuitatis, quę nec mimos vllos in scenam admiserit, ne parum pudicis fabulis ciuium mores inficerentur: nec eos qui tibicinis præsertim, vitam inertem & otiosam sectarentur, intra portas receperit, aliáque id genus de Massiliensium seueritate referuntur apud auctores: vt appareat Athenæum non de Gallica Massilia, sed de Hispanica loqui, cuius meminit Vergilius quarto Æneidos libro,

Hinc ab Massylæ gentis monstrata sacerdos.

Spartana disciplina.

Quo quidem ex loco coniectura facere licet, Massylos maleficijs olim infames fuisse, quemadmodum & Thessalos. Cæterùm quoniam apud Athenæum Massilia est, non Massylia, fieri potest, vt nec sit Massiliæ quæ est Galliæ Narbonensis, nec Massylia Maurorum, sed tertia quæpiam. Licet hanc nominum differentiam interdum confundant Græci scriptores. Stephanus indicat hoc nomine fuisse ciuitatem Ligústicæ, Phocensium coloniam, authore Hecatæo: Timæum verò illud addere, quòd nucleus adnauigasset, vitio piscatori proiecto in terram fune, dixisse, Alliga tudentem. Et hinc loco nomen inditum Massaliæ μάσσω enim Æolibus est quod alij dicunt ἅπτω, ab hoc piscatore ex μάσσω igitur & ἁλὸς dicta Massilia.

Aliquid?

Naviges Trœzenem. 99

Εἰς Τροιζῆνα ναυβατεῖν, id est, Naviges Trœzenem. Eustathius enarrans secundum Homericæ Iliados librum ait dici solitum in eos qui quum mento imberbi essent, tamen appositus pilis barbam virilem mentirentur. Addit deinde aliunde quid Trœzenis portus quispiam vulgò celebratus sit nomine Barbati. Licet autem ait Trœzenem in Mysia.

Attica bellaria. 100

Ἀττικὰ βελλάρια, id est, Bellaria Attica: de lautius & cupedijs. Transferri potest ad rem quamcunque maiorem in modum suauem ac iucundam. Plato Pomiæ luxuriæ lib. 3. τὰ δὲ Ἀττικὰ μυρία πάντα τοῖς δεκάτοις τῆς ἡδονῆς, id est, Damnas & Attica bellaria, quæ videntur ad lautitias pertinere.

De lautitia.

CHILIADIS SECVNDAE CENTVRIA QVARTA.

Nemo bene merito bouem immolauit præter Pyrrhiam. 1



Οὐδεὶς εὐεργέτην βοῦν ἔθυσεν, ἀλλὰ Πύρριαν. id est, Ne no bouem immolauit bene merito, nisi Pyrriam. Hoc prouerbio quòdam vtebantur si quando quis extitisset homo insigniter gratus, qui beneficium acceptum ampliter repensaret. Plutarchus in Quæstionibus Græcanicis, vnde hunc locum adagium citauimus ad hæc modum: Naufragus quidam cum appulisset ad insulam Ithacensem, in qua forte fortuna senex quidam erat vna cum cadis ficticijs plenis puluere: vbi hunc quidam Ithacensis, vt opinor, negotiator, nouum dato pretio redemit a piratis, non ob id quòd eo illo foret opus, sed partim quòd interesset senilis fortunæ, partim hominis oratione persuasus. Erant autem vna cum isthæc cadis alia picatios id quę author fuit. Deinde profectus piratis, quo Pyrrhæ gratiam referret senex, quod non ob lucri cupiditatem, sed ob benevolentiam id ei liberum fecisset, indicauit in cadis multam pecuniæ vim pici admixtam, abditam esse. Qua reperta quum Pyrrhias derepente diues esset redditus, cùm magnificè collaudauit senis erga se gratitudinem, tum eidem bouem immolauit officij præmium. Atque hinc peruulgata natũ prouerbium, de gratia prolixe relata. Veteres enim regale factum & magnificum, opiparúmque conuiuium βοῦν ἔθυσε appellabant. Accommodabitur rectè prouerbiũ & in vulgatam mortalium ingratitudinem, adeò vt vix vnum reperias qui meminerit officij.

De gratis locupletissimè relata.

Fumi vmbra. 2

Καπνοῦ σκιά, id est, Fumi vmbra. Prouerbij hyperbole id dixit antiquitas pro re quamlibet vili. Sophocles in Antigone.

Τἀλλ' ἄλλα καπνοῦ σκιᾶς ἔκατι πράσσειν. id est,
Reliqua, fumi vmbra non emerim.

Vere inane vilię.

Cum omnis vmbra res quædam sit inanis, tum verò fumi vmbra in primis dixeris vmbram vmbræ. Extat & hoc apud Aristophanem. De hoc alias nonnihil attigimus.

Viuum cadauer. Viuum sepulchrum. 3

Ἔμψυχος τάφος, id est, Viuum cadauer. Prouerbiali figura dixit Sophocles in Antigone,

Ζῶν γὰρ θανὼν, ἀλλ' ἔμψυχος ἕστηκας τάφος. id est,
Hunc ego viuum
Haud arbitror, viuum et cadauer indito.

Senex, viuum cadauer.

Refertur apud Athenæum libro duodecimo, Euripides in Æolo apud Stobæum,

φεῦ φεῦ τὸν ἀνδρὸς αἶνον ὡς καλῶς ἔχει.
Τεθνηκότ' εἶδον πρὶν θανεῖν ἄλλον τινὰ
Καὶ χρῆν ἕκαστον δ' ἐς τὸν ᾅδην πομπεύειν.
Νῦν δ' ἐν βίοισιν, οἰμωγὰς δ' ἐν ἐξόδοις. id est,
Heus, heus, vtinam vt recte habet prouerbium,
Nil aliud atque turba nos senes sumus,
Vmbræque, verum serpimus imitamina
Insomniorum, cæterùm mens haud inest:
Quanquam videmur sapere nobis adprobè.

In eos dicetur qui sic viuunt vt nihil dignum vita, agant. Lucianus senem decrepitum ζωμὸν τινα πίνον, id est, viuum quoddam sepulchrum appellat. Huc pertinet etiam illud Mimi cuiusdam (Laberij, ni fallor) apud Gellium.

Similis sepulcro nil nisi nomen retinet.

Ex fronte perspicere. 4

Ex fronte perspicere dicimus, quod statim & velut ipso protinus occursu percipimus. Sumptum ab physiognomicis, qui se profitentur ex oris lineamentis reliquaque corporis specie, ingenium hominis posse deprehendere. M. Tullius ad Antonium: Non enim totum ex oratione, sed etiam ex vultu & oculis & fronte, vt aiunt, meum erga te amorem perspicere potuisti. Id adagiũ etiam hodie vulgò tritissimum est. Cicero ad Q. fratrem de petitione consulatus, frontem appellat animi ianuã. Cura, inquit, vt aditus ad te diurni atque nocturni pateant: neque foribus solùm ædium tuarum, sed etiam vultu & fronte, quæ est animi ianua. Quæ si significat voluntatem abditam esse ac retrusam, parui refert patere ostium. Hæc Cicero. Vnde & vera fronte fieri dicũtur, quæ fiunt ex animo. Interdum enim aliud frons loquitur, aliud celat animus. Aliusit huc Aristophanes in Equitibus,

Statim ex ipso.
Frons, animi ianua.

Ἐπὶ δῆλον ἡμῖν πᾶσι φαίνεσθαι πρόσω
Ἢ πᾶσι ἔστιν χαίρειν ἢ πᾶσι μὴ χαίρειν.
Nobis vt ipsis frontibus facient palàm
An nostra dicta ac facta lati comprobent. id est,

Spem præcidere. 5

Est lucrum incertum, & in euentu situm, certo affectare damno.

Incertum lucrum certo damno.

stare damno. Terentius in Adelphis, Ego spem precio non emo. Hanc sententiam leno refert illi, Pecuniã in loco negligere maximum interdum est lucrum Quadrabit potissimum in eos, qui spe rerum adducti maximarum, principum fauorem muneribus obsequiisque captant: certè ætatis ac temporis impendio, quo non alius sumptus charior. nam si quid aliud quam spem precio emunt? Figura mutuo sumpta videtur à quodã emptionis genere, in quo consuescit alea rei, non res emi. Velut si quis retium iactum emat in piscando, aut missilium prædam in venatu, aut si quid aliud eiusmodi. Qua de re multa fit mentio in Pandectis, lib. 18. titulo De cõtrahenda emptione. veluti quum quis emit prouentum agri in annum proximum, aut partum animantis: siue quum emitur captus piscium aut auium, aut etiam missilium, quam illi vocant aleam. In partu tamen non tenetur emptor, si nihil natum fuerit, nisi forte hoc per ipsum actum est ne quid naleretur in alea tenetur, quoniam spes empta est: tantum in missilibus eiectio rei captæ perimit ex empto actionem.

Cælum territat. 6

Prouerbialis hyperbole apud Virgilium in Æneide,

& cælum territat armis.

In minaces. Conuenit in minaces & feroces, Thrasonésque magniloquos. Sumpta videtur à bello Gigantco, quæ fabula notior, quam vt hic sit repetenda. Confine huic illud Synesij in epistola contra Andronicum, τῇ κεφαλῇ τὸν οὐρανὸν ἐκφαίνειν ἐπιχειρῶν. id est, Capite cælum perrumpere conatur.

Subere leuior. 7

Debemur fidei lubrica. φελλοῦ κουφότερος. id est, Subere leuior. Prouerbialis hyperbole in homines inconstantes & lubrica fide. Subere enim lignum cauernosum, quod in aqua non fidit, verumetiam rebus & natantibus alligatur, ne possint fidere. Horatius in Odis, Carm. lib. 3 od. 9.

Quanquam sydere pulchrior
Ille est: tu leuior cortice, & improbo
Iracundior adria.

Strabonis locus. Strabo libro primo, inter hyperbolas prouerbiales hãc quoque commemorat Subere leuior vmbra. Quamquã hic locus apud Strabonem non caret suspicione mendositatis. Græca sic habent. Καὶ κατὰ παροιμίαν τινὰς ἐκφαυλίζουσιν ὡς ἐμπύρους τῇ φελλοῦ σκιᾷ δεδιότας, ἢ λαλοῦς φύσει, ἢ ἀπὸ τύχης τοιούτους γεγονότας. Hæc ita vertit Gregorius Typhernas siue Guarinus, Et sicut nonnulli super excessibus excessus sunt, vt illud, Leuiorem subere vmbram: & illud, Formidolosiorẽ lepore Phrygem: & illud Ager minorẽ tellurem habet quam epistola Laconica. Primum vmbrã esse leuiorem subere, non est insignis hyperbole, imò nulla potius est: vt iam demus Græcè rectè dici κουφοτέραν σκιάν. Vnde hic pro σκιὰν legendum arbitror σκάφην, vt sic dicta sit suberis vmbra, quemadmodum dicimus vmbras somnium. Item *Timidior lepore, si Phryx.* δειλότερος λαλοῦ φρυγός, id est, timidiorem lepore Phrygem, quo modo legisse videtur interpres. Nec absurdum si intelligamus Phrygium leporem, veluti cæteris pauidiorem, quod ea gens imbellis habebatur & effœminata deliciis. Pindarus in Pythiis hymno secũdo metaphoram flexit ad laudem hominis, qui quanquam pressus calumniis malorum, non deiecit tamen animum, sed se suapte natura recipit in apertum: vnde & φελλὸν ἀξύστατον appellat, id est, suber quod tingi nequeat. Huc respexit Horatius Epistolarum libro primo, de Viysse loquens, epist. 2.

Dum sibi, dum sociis reditum parat aspera multa
Pertulit, aduersis rerum immersabilis vndis.

Cubito emungere. 8

De eo, qui sit obtusæ conditionis. Ἀγκῶνι νιπτομένῳ. id est, Cubito emungens, prouerbialis ironia in hominem sordidi quæstus & conditionis abiectæ. A salsamentariis ducta, quibus mos est narium mucum cubito abstergere, nimirum manibus muria & salsugine oppletis. Bion philosophus apud Suidam, ex Laertio. Ἐμοὶ πατὴρ μὲν ἦν ἀπελεύθερος, ἀγκῶνι νιπτομένῳ. id est, Meus pater erat libertinus, cubito emungens. Celebratur scomma M. Tullij tortum in quendam salsamentarij filium: cuius, tacito authoris nomine, meminit qui scripsit rhetoricen ad Herennium: in schematis specie, quæ dicitur significatio per consequẽtiam. Vt, inquit, si salsamentarij filio dicas, Quiesce tu, cuius pater se cubito emungere solebat.

Iberas nænias. 9

Iberas nænias diuus Hieronymus nugas appellat, in præfatione quam præposuit Moysis Pentateuchio: Quod multi ignorantes, inquit, apocryphorum deliramenta sectantur, & iberas nænias libris authenticis præferunt. Idem in duodecim quæstionibus, Et iberas nænias Ægyptiáque portenta lectan. Opinor iberas nænias dici propter prodigiolas maleficiorum fabulas vulgò iactatas. Nam iberos maleficiorum infamia laborasse, testis est in Odis Horatius. Nisi quis mauult ad flumen auriferum Tagum referre. Quanquam ipse diuus Hieronymus in epistola aduersus Vigilantium, satis indicat de portentis ac monstris intelligendum: scribens ad hunc modum, Et quia ad radices Pyrenæi habitas, vicináque ex iberiæ, Basilidis antiquissimi hæretici & imperitiæ scientiæ incredibilia portenta persequeris. Athenæus in secundo tradit iberos, quum essent opulentissimi, tamẽ ob parsimoniam semper ὀστρεοφάγους solitos, ἀκρατοποτῶν, hoc est, quam bibere, & solos cibum caperex æstum vestitu fuisse sumptuosissimo. Citat hoc ex Alexandro Stephanus. Sed pro μακεδονίαν deprauatũ est μακεδονίαν. *Iberi maleficis.*

Siculæ nugæ, Gerræ. Persolanugæ. 10

Siculæ nugæ prouerbio dicuntur res leuiculæ. Ausonius in epistola ad Symmachum, Cogitans, inquit, non illud Catullianum. *De rebus leuiculis.*

Cui dono lepidum, nouum libellum,
sed amarginato & vetus,
Cui dono lepidum & rudem libellum.

non diu quæsiui. Tu enim occurristi, quem ego, si mihi potestas sit ex omnibus vnum semper eligerem. Misi itaque ad te frivola gerris Siculis vanora. Porrò Siculorum dicacitas nota est veterum literis. nam Siculus fuit Epicharmus ad cuius exemplar properare Plautus dictus est Horatio, 2. Epist. 1. Plautus autẽ in nugis ac iocis est immodicus, nec raro ineptus. Porrò gerras Græci crates vimineas appellant, ea vox postea vulgo pro nugamentis rebúsque frivolis vsurpata est, authore Festo Pompeio, hac quidem occasione: Athenienses quum Syracusas obsiderent, & crebro gerras poscerent, irridentes Siculi gerras clamitabant. Hinc in prouerbium cessit. vnde & familiares, quique inter se nugas omnes communicant, Congerrones vocantur. Suidas neutro genere γέρρα refert vt Persium vocem, quæ quidem tum arma declarat, tum quoduis defensiculum. Etymologicon Græcum addit, apud Siculos naturam muliebrem gerron appellari. γερρὰ namque dicit commutatione literæ, quasi δίρρα. δίφρας autẽ apud Græcos pellẽ significat, & gerra proprie defẽtacula sũt pellicea. Plautus in Pœnulo Scitũ per tẽpus hoc ã est verbũ, si verbũ vetus. Nã tuæ blanditiæ mihi sunt, quod dici solet, gerræ germanæ. Ædepol hercle hirræ. Germanas dixit, nõ Germanicas (absit) sed meras ac veras nugas. Quod autẽ Plautus vocat hirræ Græci dicũt λῆρος siue λημάτια. Vocẽ dictũ putãt ἀλήθω & ῥέω, quod dictũ fallens memoriã, excidit. Quẽadmodũ & φλύαρος & φλυαρία dictum à φλύω & ῥέω, quod superfluant exundẽtque verbis garruli. Apud hunc ipsum Plautum & Persolas nugas legimus, opinor ob montes aureos, qui apud Persas esse perhibentur. *Congerrones. Persolæ nugæ.*

Qui semel scurra, nunquam paterfamilias. 11

Qui semel scurra, nunquam paterfamilias. Porphyrion enarrans Horatium, admonet fuisse prouerbium. Sensus est autem, eum quem semel depuduerit, quique contempta fama scurram agere cœperit, vix vnquam ad bonam frugem redire. Scurra gaudet alieno cibo: paterfamilias parat vnde domi viuat. M. Tullius in actione pro Publio Quintio, Memini, vetus est, de scurra mutato facilius diuitem quam patrem familias fieri posse. Fortuna crebro largitus opes indignis: at bonam mentem dat nemini. *De eo, quin quam facilè ad bonã frugem redit.* *Escurra dicitur.*

Ægroto dum anima est, spes est. 12

Ægroto dum anima est, spes est. Simile huic prouerbialis, ad nonens ne in afflictissimis quidem rebus abiiciẽdam esse spem. M. Tullius ad Atticum, Ægroto dum anima est, spes esse dicitur, sic ego quoad Pompeius in Italia fuit, sperare non desinã. Sumptum videtur adagiũ ex Theocriti Bitto.

Θαρσεῖ χὠ φίλος Βάττιχ' ὅσσον ἔστ' ἄμματι.
Ἐλπίσω κἀγὼ τοῦτο· μὴ γὰρ ἦν τι τῶν
Καὶ Ζεὺς ἄλγεα μὲν πολλὰ δίδωσι βροτοῖσιν. id est,
Hos versus quo tempore Græcis explicatos vertit Philelphus, haud grauabor adscribere,

Fidere Rutæ decet: melius crus forsan habebit.
Spes vna est vnum, nam est spes vlla sepulto.
Nunc pluit, & claro nunc lucet Iuppiter æthere fulget.

Item Euripides in Troadibus,

Οὐ ζῶντι, ὦ παῖ, τῷ θανόντι τὰ κατ' ἀντῆς.
Τὸ μὲν γὰρ εἶδεν τἀπὸ δ' ἴσασιν ἐλπίδες. id est,
Non eli idem, fili gnate, vincto ac mori,
Si quidem hoc nihil, spes sunt in illo scilicet.

Spes in libro pyxidis. Eodem pertinet fabula de Pandoræ pyxide, in cuius summo labro sola spes hæserit, reliquis omnibus morbis euolantibus.

Ad vinum resecare. 13

M. Tullius libro de amicitia, ad viuum resecare, dixit pro eo quod est, rem exactius quam sat est, ac morosius exigere. Sed hoc, inquit, primum sentio, nisi in bonis amicitiam esse non posse. Neque id ad viuum reseco, vt illi qui hęc subtilius disserunt Mutuo sumpta metaphora à tonsoribus, capillos aut vngues resecantibus. Nam ij sæpenumero molesti sunt, dum nimium diligentes esse studeut. Idem in libris De finibus, dixit Prælius agere, pro exactius & accuratius. Plautus in Bacchidibus sub persona Chrysali, Tondebo auro vsque ad viuam cutem. Et hoc ipsum tondere pro deludere Græcis in prouerbio est.

Prælius agere. Tondere, pro deludere.

Hostimentum est, opera pro pecunia. 14

Hostimentum est opera pro pecunia. Hoc adagium admonet, nihil gratuitum esse debere, sed officium beneficio pensandum. Hostimentum autem, authore Pompeio Festo, beneficij pensatio est, à primo verbo hostire & redostire, quod est paria referre. Ab eodem hostem dici putat Nonius, quòd ex æqua causa pugnam suscipiat. Sic Iena apud Plautum in Asinaria adolescenti respondet sua exprobrantu beneficia, Hostimentum est opera pro pecunia. Hoc est, Neuter habet quod imputet alteritu mulierem amabas, mihi est: ego pecuniam dedisti. T. Liuius, Nunquam nec opera sine emolumento, nec emolumentum ieruis sine impensa opera est. At in amicorum officiis alia ratio est: nec enim liberatur à debenda gratia qui gratiam retulit: nec permutatione officiorum fit vt neuter alteri quicquam debeat. Confine illis, Manus manum fricat, & Scalpentem scalpe.

Vtranque paginam facit. 15

Plinius Historiæ mundi libro secundo, capite septimo, de fortuna loquens, Hinc inquit, omnia expensa, huic omnia feruntur accepta: & in tota ratione mortalium, sola vtranque paginam facit. Prouerbij faciem habet illud, vtranque paginam facit: sumpta metaphora à codicillis rationalibus duas habentibus paginas, alteram quę indicat quid sit datum, alteram quę quid acceptum fit, ostendit. Itaque in rebus humanis fortuna vtranque facit paginam, id est, siue quid obtigit boni, ea laudatur, quasi dederit: siue mali quid accidit, eadem incessitur, ceu malorum author.

Nec omnia, nec passim, nec ab omnibus. 16

Οὔτι πάντα, οὔτι παντί, οὔτι πάσῃ πάντων. id est, Nec omnia, nec passim, nec ab omnibus. Admonet adagium, in muneribus accipiendis non solum verecundiam adhibendam esse, verumetiam delectum. Sunt enim quædam quæ neutiquam decorum sit accipere: est item locus, est tempus quo pulchrum sit recusare munus oblatum. Sunt quidam à quibus inhonestum sit admittere donum. Laudat Horatius in Telemachum Homericum, qui equos à Menelao oblatos recusarit. Hoc adagium citatur ab Vlpiano in Pandectis lib. 1. Titulo de officio Proconsulis, ex epistola diui Seueri & Antonini imperatorum. Verba ipsa subscribam, Quantum, inquit, ad xenia pertinet, audi quid sentiamus. Græcum prouerbium est, οὔτι πάντα, οὔτι παντί, οὔτι πάσῃ πάντων. id est, Nec omnia, nec passim, nec ab omnibus. Nam inhumanum, à nemine accipere: sed passim, vilissimum est: & omnia auarissimum. Hactenus illi. Græca verba in omnibus exemplaribus desiderabantur: ea Politianus ex archetypis restituit. nequid hunc interim debita fraudemus laude. Alluſit huc Theocritus in Thyonycho.

Verecundia, & delectus in muneribus accipiendis.

Pandectarum locus.

—αἰτύσδω ἐκ ἀνειδίας,
Οἷα χρὴ βασιλῆα. αἰτῆν δ' δτ' ἐκ ὀδὶ ἐκ ἐθέλῃ. id est,
—non solet vile negare rogatus
Principe dignatus est de re quacunque rogandum.

Tempus omnia reuelat. 17

Tertullianus quem diuus Cyprianus præceptorem suum appellare consueuit, in Apologetico contra Ethnicos, Bene autem inquit, quod omnia tempus reuelat, testibus etiam vestris prouerbiis atque sententiis. Aulus Gellius Noctium Atticarum libro duodecimo, capite item duodecimo, citat in hanc sententiam hos Sophoclis versus,

Πρὸς ταῦτα κρύπτει μηδὲν, ὃς πάντ' ὁρᾷ
Καὶ πάντ' ἀκούει, καὶ τὰ μὴ θέλοντα χρόνος. id est,
Ob ista nequid occultes ipse quidem intuens
Cuncta audiensque cuncta profert dies.

Idem in Auge flagellifero,

Ἀπορῶ δ' ὁ μακρὸς καταμετρῶν χρόνος
φῶτ' ἄδηλα μὴ φανέντα πρόσθεν. id est,
Cuncta penitet immensus ordo temporum
Occulta prodit, & idem prodita occultat.

Veritas temporis filia. Eodem in loco Gellius admonet, quendam veterum poetarum Veritatem temporis filiam vocasse: quod licet aliquando lateat, tamen temporis progressu in lucem emergat. Pertur ig eandem sententiam hic quoque senarius prouerbialis,

Ἀεὶ γὰρ ἐκ τοῦ πόρρω ἀμήχανον χρόνος id est,
Ad veritatem tempus in lucem eruit.

Et alter huic admodum similis,

Πάντ' ἀνακαλύπτει κ χρόνος κοὐκ ἔστ' ἄφαν. id est,
Omnia suo aureo tempus aperiens refert.

Tempus omnium sapientissimum. Idem opinor significasse Thaletem, quum ait, τὸν χρόνον σοφώτατον ἁπάντων, ἀνιέρωσε δὲ τὸ μέτρον. hoc est, Tempus omnium esse sapientissimum, vt quod cuncta reperiat ætas. eruatque. Nec aliud Pindarum in Olympiacis, quũ ait,

Ἀμέραι δ' ἐπίλοιποι μάρτυρες σοφώτεραι. id est,
Posteri dies sapientissimi testes.

Idem alibi, tempus omnium parentem appellat, quod nihil non fiat progressu temporis:

Μηδέποτε μὲν αἰ χρόνος ὁ πάντων πατὴρ ἀνύσαι δύναμιν ἔργων τῶν. id est,
Nec tempus quidem rerum omnium pater possit quod factum ast infectum reddere.

Habet eandem sententiam Pindarus cùm aliquot locis, tum Olympiade 10.

—δ.τ' ἐξ ἁλὸς χρόνος μόνος ἀμφανῆ θέτο
χρόνος, ὃ συφανεῖ ἐὼν πάρος κατίφαινε. id est,
Et solum tempus quod veritatem certam prodit, quæque latebat in obscuro, progrediens enarrat. Huc alluditis videtur Vergilius in sexto, —*subigitque fateri*
Quæ quis apud superos furto latitauit in vmbra
Diuulsit ingeram commissa piacula mortem.

Neque discrepat Euangelicum dictum apud Matthæum cap. 10. οὐδὲν δὲ συγκεκαλυμμένον ἐστὶν ὃ οὐκ ἀποκαλυφθήσεται, καὶ κρυπτὸν ὃ οὐ γνωσθήσεται. id est, Nihil apertum, quod non reuelabitur: & occultum, quod non cognoscetur. Plutarchus in Problematis causam inquirit, cur antiquitus operto capite res diuinæ Saturno fieri consueuerint. Atq. id significatum arbitratur, quod veritas plerunque tecta ignoratáque sit, sed eadem aperitur tempore. Saturnus enim temporum author ac deus fingitur. Nam χρόνος Saturnus, χρόνος, tempus. Nec aliud sensit T. Liuius, quum ait libro 22. A veritate laborasse nimis ius sæpe aiunt, extingui nunquam. Seneca libro De ira secundo, Dandum semper tempus est: veritatem enim dies aperit.

Veritatem aperit dies.

Alpha penulatorum. 18

Martialis epigrammaton libro secundo,

Quem non lacernis Publius meis vincit,
Non ipse Codris, alpha penulatorum.

Alpha vocauit præcipuum, & quasi primatem, prouerbiali nimirum figura. Idem alias locatur in quendam offensum quòd cum dixisset alpha, monétque vt huius iniuriæ talionem faciat sęque vicissim Beta, si velit, appellet. Translatum à notulis literarum, quibus Græci numerum indicant. Eosdem signiferos & antesignanos appellant, metaphora sumpta à militia. Quamobrem autem alpha inter literas primum obtineat locum Plutarchus nõ inscitè causas reddit, τῶν συμποσιακῶν ἑβδόμῳ, Decade nona, Protogenes grammaticus è suo ludo causam adducit, primum vocales iure præferri cõsonantibus: quod citra illarum adminiculum sonent. deinde vocales ancipites meritò præferri lõgis ab breuibus, quod vtriusque generis vim complectantur. Cæterũ inter ancipites rectè primũ locũ alpha tribui, quòd in cõficiendis syllabis, iota & ypsilon sequatur alpha, velut in αἴειν, αἴωρ alpha nunquam sequatur illas duas, vt eandem efficiat syllabam, sed resilit, & propriũ tuetur principatum. At Ammonius mox diuersam allegat causam, Cadmum ob id alpha principem inter literas locum tribuis-

Significat. Antesignani.

tribuisse, quòd Phœnicum lingua bos alpha vocetur, cui primum locum attribuendum putarit, non secundum aut tertium, quemadmodum fecit Hesiodus,

Οἶκον μὲν πρῶτιστα, γυναῖκά τε βῶν τ' ἀρότῆρα. id est,
Primum ædes, deinde uxorem, inde bouem agricolantem.

Nam his præfidiis putat opus esse, si quis cupiat famem ac paupertatem effugere. Rursum Plutarchus addit hâc causam, se à Lampria suo didicisse tuo, Primam vocem naturalem & articulatam reddi per alpha: propterea quod spiritus qui est in ore, potissimũ formatur ac fingitur motu labiorum. quibus diductis, primum hic egreditur sonus mirè simplex. & nullius indigens negotij, vt neque linguæ requirat auxilium: sed ea subiacente per spatium efferatur. Vnde & pueri nascentes, primum hanc edunt vocem. Hæc atque huiusmodi quædam eo quem ostendi loco referuntur. Disputatur & apud Platonem de alpha inter literas principatu. Quin & illa prouerbium sapiunt, Primas tenere, Primas deferre, siue tribuere: &, Non posteriores feram. quæ metaphorę sunt à partibus histrionum in fabula: & apud Græcos πρωτεύειν. & τὰ πρῶτα λέγειν ἢ τὰ πρῶτα φέρειν. quod à fabularũ actoribus sumptum apparet, inter quos primas agunt qui maximam fabulæ partem sustinent: secundas ac tertias qui illis sunt inferiores. Quamquam & in causarum actionibus sunt πρωτολογίαι, δευτερολογίαι & τριτολογίαι, quemadmodũ sunt πρωτοστασίαι, δευτεροστασίαι & τριτοστασίαι, quæ si commodè transferuntur, speciem habent prouerbij. Primas tenere, & similia. Πρωτεύειν, & similia.

Saliuam imbibere. 19

Diuus Hieronymus in Euangelia præloquens, Quis enim, inquit, doctus pariter vel indoctus, quum in manus volumen assumpserit, & à saliua quam semel imbibit, viderit dissepare quod lectitat, non statim erumpat in vocem? Eleganter profecto prouerbialique figura dixit, Et à saliua quã semel imbibit: id est, ab illo gustu quo puer imbutus est. Sumpta metaphora ab infantibus, quibus præmansum cibum nutrices in os inserũt, non sine saliua. Cui quum assueuerint, nihil iam illis sapit quod ab illius primæ saliuæ gustu diuersũ sit. Proinde modis omnibus curandum vt optimis assuescamus. Idem solet accidere plerisque nostrũm, vt quicquid dissideat ab ils quæ primis illis annis imbibimus, protinus displiceat. Aiunt & canes eos amare quorum saliuam gustarint. Verùm malim ad superiorem metaphoram referri. Huc spectare videtur & Persianum illud, Sat. 5.

Inque luto fixum possis transcendere nummum,
Nec luto sorbere saliuam Mercurialem.

Quamquam magis arbitror referendum ad ficos Mercuriales, de quibus iàm diximus: quos ioci causa quidam saliua oblinebant vt ludibrio essent qui tollerent: quum consimilem lusum præmiserit de nummo infixo luto. Illud certè pertinet ad hoc prouerbium quod est apud eundem in 6. Satyra.

Nec tenuem soleas tu dorum nosse saliuam.

Saliuam pro gustu dixit.

Quæ semel est imbuta. 20

Huic non dissimile est Horatianum illud,

Quo semel est imbuta recens seruabit odorem
Testa diu.

Proinde rectè monet Fabius vt statim optima discantur: propterea quòd nihil hæret tenacius, quàm id quod rudibus annis perceperimus. Et Aristoteles libro Moralium Nicomachiorum secundo, Οἱ μικρὸν διαφέροντες πρὸς τὸ τάχος ἢ βραδύτητα, δεῖ μέγα ποιοῦσι, μᾶλλον δ' οὐδέν. id est, Iaque non parũ refert, hoc an illo pacto protinus à pueris consuefiamus, imo plurimum interest, vel potius omne in eo momentum est situm. Et Virgilianum illud ἐπιφώνημα in Georgicis.

-Adeò à teneris consuescere multum est.

Testa tenax odoris quo imbuitur.

Augiæ stabulum repurgare. 21

Αὐγείου βουκόλιον, id est, Augiæ bubile. Allegoria prouerbialis in hominem, aut in rẽ maiorem in modum inquinatam. Lucianus in Pseudomante, Καὶ τὸν Αὐγείου βουκόλιον, οὐ γὰρ ἐλάττων ὁ τῆς ἀμαθίας ἐκεῖνος ἐγκατέκειτο βόθρος μεγέθει. id est, Et Augiæ bubile, si non omne, at certè pro meo virili conabor submouere. Ostendit autem, huius stabula tantum habuisse congesti fimi, quantum ter mille boues pluribus annis reddere potuerint. Huius mentionem facit & Pausanias in Eliacis, deque bubus & fimo nonnihil meminit. In Græcis epigrammatis recensetur inter Herculis labores Augiæ stabulum repurgatum. Quin & Seneca ludicro libello de morte Claudij Cæsaris, vsurpat hoc prouerbium: In quos, inquit, si incidisses, valdè fortis licet tibi videaris, maluisses cloacas Augiæ purgare. multo plus ego stercoris exhausi. Etiamsi prouerbium omissum esset in exemplari quod primum sequutus est Frobenius: id nos restituimus ex exemplari, cuius nobis copiam fecit ex sua bibliotheca collegium liberales artes profitentium in florentissima Louaniensiũ Academia. Neque enim æquum arbitror imputari vniuersitati, quòd paucorum sensiculorum conspiratione, tam odiosè repugnatum sit hic bonis literis ac linguis. Gregorius Theologus ad Basilium Magnum, πῶς, inquit, παρῆλθον τὰς αὐτοῦ κώμας ἀοικήτους, ἢ ἡμαχάτους, ἢ τοῦ Αὐγείου κόπρου ὀλιγωτέρους ἐκκαθαίροντος; id est, Quomodo præteream hortos illos incultos & oleribus vacuos, atque Augiæ stercus ex ædibus repurgatum? Sensit vitam luxu perditam in melius corrigi.

Periculosum est canem intestina gustasse. 22

—κακὸν κρέων κύνα κύσαι. id est,
Intestina canem semel adgustasse periculum est.

Prouerbiali allegoria dictum est à Theocrito in Idyllio decimo. Admonet adagium, haud facile temperare à peccando, qui semel illecebram illam, velut autoramentum vitiorum degustarit. Quemadmodum qui semel scortum attigerit, qui semel periurio siue furto rem auxerit, qui semel aulicam vitam sit expertus. Effertur & ad hunc modum apud Lucianum, Οὐδὲ κύων ποτ' αὖ, ἄπαξ σκυφαγχῶν μαθών. id est, Neque canis desiturus est, qui semel corium edere didicerit. Theocriti scholiastes indicat, hoc prouerbium & hunc in modum efferri κακὸν μαθὼν κύων σκυφαγχῶν, id est, Periculosa res est canis quæ didicit arrodere coria. Horatius in Sermonibus simili figura dixit, libro secundo, Sat. 5. Canis assuetus corio.

-quo si semel vno
De sene gustarit, tecum perdita lucellum,
Vt canis à corio nunquam abstinebitur vncto.

Dubia cœna. 23

Dubiam cœnam, opiparam, variisque instructam ferculis, appellabant: idque prouerbium à parasitis sepetum apparet. Phormio apud Terentium, Cœna dubia apponitur. Quid istuc verbi est? Vbi tu dubites quid sumas potissimum. Exponit parasitus verbum suum, alioqui anceps. Nam dubium etiam periculosum significat: & dubia cœna possit intelligi quæ non careat suspicione veneni. Horatius in Sermonibus, lib. 2. Sat. 2.

-vides vt pallidus omnis Cœna desurgat dubia.
Et res parum tutas appellamus dubias.

Canis circum intestina. 24

Κύων περὶ ἐντέρων, id est, Canis iuxta intestina, Dicebatur, vbi quis res eas quarum esset cupientissimus, propositas conspiceret, quibus frui tamen non liceret. Canes enim obersant circum intestina, deuoraturi, nisi fustem timerent. Suidas arbitratur accommodari posse in res inutiles & infuaues, intestina enim non facilè deglutiti à canibus, ac deuorata reuomi plerunque. De rebus inutilibus, & infuauibus.

Aureæ compedes. 25

Χρυσᾶ πέδαι, id est, Aureæ compedes, Prouerbiali metaphora dicitur seruitus splendida & amabilis, qualis est ferè aulicorum vita. Diogenes in epistola quadam scriptum reliquit, Aristippum in aula regia aureis teneri compedibus, ne posset auolare. Seneca in dialogo quodam affectus & rationis, Stulti est, inquit, compedes suas, quamuis aureas, amare. Loquitur de vxore formosa. Horatius item de amica formosa. Carm. lib. 4. Od. 11. In aulicos.

-amicæque grata Compede vinctum.

Herculana scabies. 26

Ἡράκλειος ψώρα. id est, Herculana scabies: de scabie incũda, facileq. sanabili, inter prete Suida, aut quę desideret

Herculana (id est) calida balnea. Narrant enim, Herculi laboribus illis ingentibus fatigato Palladem ac nymphas crebro balnea fervefecisse. Vsum huius adagii non indicat neque Zenodotus, neque Suidas. Equidem opinor dici posse vel in eos qui multo studio alióve labore valetudinem offenderunt, vt quibus aliquo laxamento sit opus: vel in eos qui blandis assentationibus delinuti, veluti iucunda quadam scabie pruriunt.

In studiosos, quibus aliquo sit opus laxamento.

Herculanus morbus. 27

Ἡρακλεωτικὸν νόσημα, id est, Herculanus morbus. Hunc Dicæarchus apud Zenodotum, eum existimat esse, quem alii sacrum, alii comitialem appellant. Est autem ex eorum numero quibus nulla medicorum ope succurri potest: propterea quòd diuinitus immitti creditur, eóque cognomen additum est sacro. Apuleius in prima defensione, diuinum appellatum putat, quòd diuinam, id est rationalem, animi partem violet. Nasci quoties caro in humorem crassum & spumidum iniquo igni liquescit. Signa esse, graue caput, cervicem torpentem, tempora pulsata, auris præcipuè dextræ tinnitum. Deprehendi potissimum incenso lapide gagate, & rotæ figularis circumactu. In hunc aiunt Herculem incidisse, vel propter immensos labores, vel immittente Iunone. Heraclitus arrogantiam sacrum morbum vocauit, vel quòd id mali summos plerúmque viros consequi soleat, vel quòd sola mors remedium adferat. Herodotus in Thalia refert, Cãbysen, huic obnoxium morbo, quosdã sibi maximè familiares per insaniam occidisse. Herculẽ item liberos suos interimentem inducunt tragici poetæ. Herculanus appellatus videtur, quòd vt ille inuictus, ita hic nulla medicorum ope superabilis. Quanquã Aristoteles in problematis sectione 30. problemate iuxta Theodorum primo, putat Herculem vere huic morbo obnoxium fuisse, atque omnes adeò qui vel ingenio vel studio philosophiæ, vel in administranda Repub. vel in aliis artibus excelluerunt, atræ bili obnoxios fuisse. Equidem non video quamobrem hoc debeat inter adagia referri, nisi forsan aut Herculanum morbum appellemus tumorem animi, aut aliud aliquod vitium insanabile, quod genus est in senibus auaritia, in mulieribus loquacitas. Nam in omnibus ferè Græcorum collectaneis video prouerbii titulo recenseri.

Arrogantia sacer morbus.

Cambyses.

Hercules.

Io pæan. 28

Io Pæan, acclamatio prouerbialis, quâ consueuimus vti re gnauiter & fœliciter peracta. Cui non dissimile videtur illud Homericum, ἐὺ ἐπὶ ἔπεται, & apud Latinos Macte virtute. Athenæus ex Clearchi primo de prouerbiis libro citat, ἰὴ παιών, ἰὴ παιάν, id est, Ie pæon, ie pæan. nam vtroque modo scriptum reperio. Natum hinc existimant: Quum Latona ex Chalcide Euboeæ ciuitate Dianam & Apollinem in Delphos transportares, euenit fortè fortuna, vt iuxta specum, in quo Pytho latitare dictus est, præteriret, vbi verò iam prosiliens Pytho impetu ferretur in illos, Latona mulierum more territa, filiu auxilium inclamauit his verbis, ἰὸν πάϊ, id est, iaculare fili. Ibi Apollo, qui tum fortè gestabat arcum, misso telo Pythonem interemit. Inde vox desleta est vt diceretur ἰὴ παιάν. Idque quum ter iterari consueuerit in sacris Apollini factis, quidam arbitrantur primum ortum esse carmen exametrum heroicum, & iambicum trimetrum. Etenim si pronuncies primis productis syllabis,

Ἰὴ παιὰν ἰὴ παιάν, ἰὴ παιάν,

hexametrum erit meris constans spondeis: sin primis correptis, iambicum erit trimetrum puris iambis absolutum. Cuius rei meminit etiam Terentianus grãmaticus. Item Iulius Pollux in quarto demonstrat, in Pythicis ludis quinque fuisse cantus species. πίμα repræsentari Apollinem certaminis dispicientem locum, πρόκλησιν prouocantem Pythonem, ἰαμβικὸν pugnantem, ἀνάπαιστον vincentem, κατακέλευσιν, ouantem. Hinc vulgò prouerbii vice receptum est, vt re fœliciter peracta, acclamemus, ἰὴ παιάν. Latini videntur, i in e mega commutasse. Ouidius in opere De arte amandi.

Dicite io pæan, & io bis dicite pæan:
Decidit in casses præda petita meos.

Et in triumphis acclamabatur, Io triumphe. Horat. in Odis, Carm. lib. 4. od. 2. & lib. Epod. od. 9.

Non semel dicemus, io triumphe.

In studiosos, quibus aliquo sit opus laxamento.

Abundè igitur atque indulgenter fortuna decidit cum eo qui iure dici non infœlix potest: quippe vt alia non sint, certè ne lacessat fortuna metus est. quo semel recepto soli da fœlicitas non est. Quid quòd nemo mortalium omnibus horis sapit? Vtinámque falsum hoc, & non à vate dictum quamplurimi iudicent. Ex quibus Plinii verbis conijcere licet, eam vocem Neminem omnibus horis sapere, velut oraculo proditam, in vulgi sermonem abiisse. Sensus vel citra interpretem liquet: nempe neminem esse qui non aliqua parte vitæ desipiat ac peccet. Porrò stultitiæ comes est infœlicitas. Aut certè si quod incidit infortunium, id stultitiæ solet imputari. Eodem pertinet quod paulò post eodem in loco subnectit, Alius de alio iudicat dies, supremus de omnibus. Extat apud Aristophanem in Ranis & huiusmodi senarius: quem illic indicat Euripidis esse,

Neminem, qui non aliqua parte desipiat.

Οὐκ ἔστιν ἔστιν ὅστις ἀνθρώπων βίου — id est,
Haud vlus vllus omnibus facit modus.

Item Euripides in Supplicibus,

— πᾶς δὲ βροτῶν
Οὐκ ἔστιν ὅστις ἔκ τινος κακοῦ πάρος — id est,
Siquidem vniuersis rebus in mortalium
Nil continenter & vndecunque prosperum est.

Ad eundem modum Horatius.

— nihil est ab omni
parte beatum.

Simonides apud Stobæum,

Πάμπαν δ' ἄμωμος ὅστις ἐστὶν ἀνθρώπων — id est, Nemo sine crimine.
Nemo vacat prorsum malo, neque crimine.

Sui cuique mores fingunt fortunam. 30

Cornelius Nepos in vita Pomponij Attici, Itaque hic fecit vt verè dictum videatur, Sui cuique mores fingunt fortunam. Et paulo post in eodem opere, Suprà significauimus suos cuique mores plerunque conciliare fortunam. E medio videtur sumpta sententia: nam plerumque videmus mala malis euenire, digna dignis: idque vulgo dictitant, Malus malum reperit, & κακὸς κακὸν κακεῖ. id est, Malis ter mala. Attestatur & versiculus prouerbialis.

Certè dignus dignum intendam, & mala malis euenire.

Ἀνδρὶ γὰρ ἀγαθῷ ἀγαθὰ δόσις θεῶν. — id est,
Viro bono fortuna suppeditat bona.

Item Menander, citante Plutarcho,

Ὁ νοῦς γὰρ ἡμῖν ὁ θεός. — id est,
Nobis enim animus est Deus.

Et apud eundem Heraclytus, Ἦθος ἀνθρώπῳ δαίμων, id est, Mores hominis Deus, siue fortuna. Eodem pertinet quod Alcman scripsit, fortunam esse sororem Δρομίας, τοῦτ' ἔστι εὐσταθείας, id est, Rectæ institutionis, perseuerantiæ & prouidentiæ, vt refert Plutarchus in commentario De fortuna Romanorum. Plautus in Trinummo, Sapiens ipse sibi fingit fortunam. T. Liuius Decadis 4. l. 2. de M. Portio Catone ita prædicat, In hoc viro tanta vis animi ingeniique fuit, vt quocunque loco natus esset, fortunam sibi ipse facturus videretur. Pacatus in Panegyrico, Sua, inquit, cuique prudentia Deus est. Fulgentius in commentariis Vergilianis citat ex Telesiaco Carneadis, Omnis fortuna in sensu sapientis habitat. Opinor idẽ esse quod adducit M. Tullius parodoto 5. ex poeta nescio quo. Tametsi locus hic habetur mendosus, arbitror emendandum ad hunc modum, Cui quidem etiam quæ vim habet maximam fortuna ipsa cedit, & sicut sapiens poëta dixit, Suis cuique moribus fingitur. Sentit enim fortunam fingi cuique suis moribus.

Insana laurus adest. 31

Plinius li. 16. c. 45. iuxta quorundam distinctionem 44. In eodem, inquit, tractu portus Amyci est Bebrice rege interfecto clarus. Eius tumulus à supremo die lauro tegitur quam insanam vocant: quoniam siquid ex ea discerptũ inferatur nauibus, iurgia fiunt, donec abiiciatur. Hactenus Plinius. Mihi nõ visum est absurdum hoc adagiis adnumerare, quandoquidem res vsque adeo vulgata fuit, vt hinc arbor cognomen inuenerit, itaque quadrabit in hominem ritarum authorem: vt sunt nonnulli, qui quocunque se vertunt, iurgia suscitant.

De homine ritarum auctore.

Apologus Alcinoi. 32

Ἀπόλογος Ἀλκινόου, id est, Apologus Alcinoi: de longis & anilibus fabulamentis. Refertur à Diogeniano, & Iulio Polluce l. 4. Sumptum ex Homeri Odyssea, vbi Vlysses in comitio Alcinoi Phæacum regis, prodigiosas ac deridiculas fabulas, & portentuosa mendacia

Anilis fabula.

commemorat de Lotophagis, Læstrygonibus, Circe, Cyclopibus, atque id genus aliis plurimis miraculis, fretus videlicet Phæacum fascitia barbarieque. Plato de republica libro decimo Ἀλλ' ἐμοὶ μὲν οὖν ὧδ' ἐκεῖνος ἀμυνόου γὰρ ἄπιστον δοκεῖ, ἀμύνεσθαι δὲ ἄξιον ἐκεῖνον μᾶλλον ἢ τοὺς Φαιάκων ἄνδρας, id est, Haud tibi fum narraturus Alcinoi apologum, sed excellentissimi militis Eris Armenii genere Pamphyli. Narrat autem eo in loco fabulam, quæ cum Læstrygonum Cyclopúmque figmento facilè certare possit. Scribit enim, quum hic inter multos cecidisset in prælio, decimóque post die cadauera cæterorum tollerentur, reliquis putribus, huius vnius cadauer integrum atque incorruptum adhuc apparuisse: domúmque deportatum, vt nullis cæremoniis sepeliretur: die duodecimo, quum esset imponendus rogo, reuixisse, ac prodigiosa quædam narrasse, quæ diebus illis decem apud inferos tum ipse, tum rediens conspicatus esset.

Andabatæ. 33

Varronis satyra.

Citatur apud Nonium Marcellum, cum aliis locis aliquot tum in verbo Luscioli, Varro in Andabatis, quem equidem auguror titulum fuisse quempiam Satyræ prouerbialem, cuiusmodi sunt alii quoque complures ὁπόταν λύχος, γεραιὸν δάκνῃ, Nescis quid serus vesper vehat, M. Tullius instar prouerbii vsurpauit in epistola quapiã ad Trebatium libro 7. Epistolarum familiarium: Quem ante, inquit, ne Andabatam quidem defraudare poteramus. Et hunc æmulatus D. Hieronymus aduersus Heluidiũ, Ad hoc, inquit probandum congerit de Scripturis exẽpla quãplurima, more Andabatarum in tenebris gladium vibrans. Idem contra Iouinianum. Periclitamur responsionis verecundia, & quasi inter duos scopulos, & quasdam necessitatis & prudentiæ simplegadas, hinc æque inde vel pudoris, vel causæ naufragium sustinemus. Si ad proposita respondeamus, pudore suffundimur: si pudor impetrarit silentium, quasi de loco videmur cedere, & aduersario feriendi occasionem dare. Melius tamen est clausis, quod dicitur, oculis Andabatarum more pugnare, quàm à recta spicula clypeo non repellere veritatis. Idem in secunda contra Rufinum Apologia. Aliud est, si clausis, quod dicitur oculis, mihi volunt maledicere. Rursum in eodem opere, Habetur dialogus apud Græcos Origenis & Candidi Valentinianæ hæreseos defensoris, in quo duos Andabatas digladiantes inter se spectasse me fateor. Huc opinor, respexit in præfatione Isidor. Aliud est, si clausis, quod dicitur oculis mihi volunt maledicere. Hieronymus videtur mutuatus à Tertul. qui libro De carnis resurrectione, Si tam abruptè, inquit, vt quidam volunt, clausis, quod aiunt, oculis sine distinctione omnem passim carnem & sanguinem à regno Dei extrulit. Hactenus ille. Clausis oculis dixit pro eo quod est sine delectu, quemadmodũ & Augustinus libro contra epistolam Parmeniani, Quæ tãdem vis, nisi cæcitas & vanitas animi, cogit hominem clausis, vt dicitur, oculis tanquam in alterũ iacere, quod quum in eum iecerit, continuo redeat, cúmque ictu reciproco affligat, intacto eo quem vulnerare voluerat? Cæterum fuerintne populi ad eum modum soliti pugnare, an gladiatorum genus, qui clausis oculis tẽderent in aduersarium, an potius lusus genus, vt propemodum ex Seneca licet coniicere: nondum, vt ingenuè fatear, satis compertum habeo. Certè vox ipsa ἀποβλῆτες, indicat fuisse quosdam qui sic hostem aduersum inuaserint. Tum Homerus Iliados ρ. Aiacem sic pugnam ineuntem facit, quemadmodum leo pro catulis dimicans, clausis oculis insilit in venantium agmen,

Clausi oculis.

Αἴας δ' ἀμφὶ σάκος ἑὸν ἐλήλατο καλὸν ἐπ' ὤμου,
Εἰσορόων, ὥς τις τε λέων περὶ οἷσι τέκεσσιν
Ὠρετ' ἐνὶ νύμφῃ ἀγρόθεν σὺν κυσὶν καὶ ἀνδράσιν ἠὲ καὶ αὐτῷ
Ἀνδρὶ ἰσάχθειν· ὁ δέ τε σθένει θαλερὸν κὰτ
Πρῶτ' ὀπιπεύσειν κἠν θῆρσιν, ἤν κε κιχείῃ,
Ὡς Αἴας πρὸ παῖδα κλυτὸν ἔστη βιβάσθην. id est,

Ast Aiax lato defensans undique scuto
Egregium iuuenem prognatum patre Menœtio,
Stabat vti leo depugnans suæ pignora circum,
Cui catulos deportantis venit obuia turba
Venantum in syluis, iaculis vrgentibus, ille
Iratus prorsum citus sua lumina velat:
Sic cingens heros Patroclum protegit Aiax.

Basilius in epistola quadam non ineleganter dixit νυκτομαχίαν, ὅστις τὴν τοιαύτην γνώσεσθαι ὑμᾶς ποιῇ διαφέρειν· ἐν μὲν γὰρ τῇ νυκτομαχίᾳ μηδὲν ὄφελος ἐκ τοῦ φίλων ἐκ πολεμίων ἔχειν δύνασθαι. id est, Vt in posterum nouerimus eos qui nobiscum sentiunt, nec velut in nocturna pugna nullum amicorum & inimicorum habeamus discrimen. Conuenit in eos qui temerè, nullóque iudicio infectantur quippiam, aut repugnant alicui. Neque pessimè quadrauerit in eos, in quoscumque locutus ex ait Demonactis, autore Luciano, Hic mulget hircum, ille supponit cribrum: quum alter ineptè proponeret, alter responderet ad id quod propositum erat, nihil facientia.

Nocturna pugna.

Canina facundia. 34

Salustius apud Nonium Marcellum, in dictione Rabula, Canina, vt ait Appius, facundia exercebatur. Quod quidem Apii dictum apud eruditos scriptores in vsu agnoscitur, in quosdam, qui tantum ad maledicendũ eloquentiæ studium exercerent: à rixa canum & oblatratu sumpto epitheto. S. quidem Hieronymus, quæ in rixando prima est, canina vocatur. Diuus Hieronymus in epistola ad Rusticum Monachum Pomparum ferculis procedunt in publicum, vt canina facundia exerceant. Idem obtrectatores suos iubinde canes appellat. Sumptum à genere philosophorum quos κυνικοὺς appellant, siue obtrectandam vitam, siue quòd obuios quosque mordent, quum mendicato viuunt, more canum.

Maledica eloquentia.

Ilienses tragœdos conduxit. 35

Ἰλιὰς τραγῳδοὺς μισθοῦται. id est, Ilienses tragœdos conduxit. Vbi quis vitio prouocet quempiam, vnde sua audiat probra: veluti in Troiani accersant histrionem, qui ipsis calamitates quas semel pertulere, denuo quasi renouet. Lucianus in Pseudologista, Ἐπεὶ οὐκ ἂν τὰ παρεληλυθότα ἰλιὰς ἢ τραγῳδοὺς ἐμιμεῖτο. i. Postea quam enim iuxta prouerbium, Ilienses quum is, tragœdos conduxit. Idem alibi τὰ γοῦν τῶν Ἰλιέων ἐπιχώρια πάσχομεν ἡμεῖς, ἀναπείρει τις φυσᾷ συμφορά. id est, Itaque planè idem nobis accidit quod Ilienses, vt qui situm seu tragœdum quempiam aduersus nos excitauimus, qui Phrygum cãtet calamitates.

Tribus minis insumptu, duodecim imputat. 36

Ironia prouerbialis apud Aristophanem in Pluto,

Καὶ νῦν φιλῶ σ' ἐγὼ μὲν οὖν δοκῶ τοῦτό σοι,
Τρεῖς μνᾶς ἀπολωσας γ' ἀλογίστως δεκάτας, id est,
Ita certe amicus vt videtur per deos,
Vt pro mina tribus impensis duodecim.

Sui compendij gratia colunt amicos.

Quadrabit in eos, qui non nisi compendii sui gratia colunt amicos & pro quamuis exiguo officio, multum beneficiorum expectant. Vulgo nemo amat, Pileum donat, vt pallium recipiat.

Oculus dexter mihi salit. 37

Ἄλλεταί μοι ὀφθαλμὸς ὁ δεξιός. id est,

Salit mihi oculus dexter.

Vbi spes est futuros nos lætum quippiam & vehementer exoptandum. Dictum à mulierculorum superstitione, quæ ex membri prurigine diuinare solent quid sit euenturum. Vnde illa apud Plautum non semel obuia, Prurit mihi tergum, pruriunt dentes, pruriunt pugni: &, Vtrum tibi dentes pruriunt, an malæ?

Dicta à superstitione mulierum.

Theocritus in Amaryllide,

ἤγετο· ὀφθαλμός μοι ὁ δεξιὸς· ἀμφὶ δ' ἐλαφρὸν
Αὖσαι. id est,

An oculus dexter salsit mi? istámne videbo?

Est etiam apud Plautum, Supercilium salit. Hodiéque per iocum aiunt sibi dextram tinnisse aurem, significantes alicubi sermonẽ de se absentibus factum cum laude. Idque Plinius testatur, vulgo quãdoque creditum fuisse, vt qui laudaretur absens, ei dextra tinniret auris: qui vituperaretur, sinistra. Lucianus in Dialogis meretricijs, ἦτοι ὦ Παρμένων, ἐβόμβει τὸ οὖς ὑμῖν; καὶ γὰρ ἐμέμνητο ἡ κυκλὰς μου τὴν ἀρίστην. id est, Num vobis tinniebant aures Parmenonidam hera assiduè cum lachrymis vestri meminerat.

Auris dextra tinnit.

Nebulæ in pariete. 38

Ausonius in epistola quadam ad Gregorium filium, nebulas in pariete dixit, prorsus nouum, hominique simillima. An nunquam, inquit, vidisti nebulam pictam in pariete? Carminis, quod ei subscribitur epistolæ, Lemma significat futuolum ac vanum. nam nebula res est inanior quàm vt coloribus exprimi queat.

Ne sis patruus mihi. Sepere patruos. 39

Patruorum in nepotes ceu peculiaris genuínéque se-

uersitas, prouerbio locum fecit. Horatius in Odis, 3. Carm. 12.

Metuentis patruæ verbera linguæ.

Patruæ linguæ. Patruam linguam vocat seueram & obiurgatricem. M. Tullius aduersum Herennium, Fuit in hac causa quidã patruus, censor, magister. Obiurgauit M. Cælium hic, vt neminem vnquam parens Horatius, Sat. 1.

-sive ego prauè,
Seu recte hoc volui, ne sis patruus mihi.

Id est, ne me castiges. Ad hanc formam pertinet illud Tutorem esse alicui. Persianum, Quum sapimus patruos. Id est, Postquam abiectis puerilibus nugamentis, seueros mores induimus. Idem Horatium æmulatus, vt solet, dixit, Ne sis mihi tutor. Id est, ne mihi præscribas atque imperes.

Saxum volueres. 40

Λίθον κυλίνδειν, id est, Saxum voluere, dicũtur qui in exhausto quopiam atque inutili labore fatigantur. Terentius in Eunucho, Satis diu iam hoc saxum voluo. Donatus admonet prouerbium fuisse in eos qui inextricabili sudore, sed inutili affligerentur: tractúmque putat à notissima Sisyphi fabula, saxum apud inferos sursum ac deorsum volentis. Aptè vero stolidum militem saxum vocat: cui ipse fuerit Sisyphus, vafer & callidus. Sisyphus.

Tradere prouinciam, Capere prouinciam. 41

Tradere prouinciam, figura prouerbiali dicuntur, qui De commisso negotio. negotium aliquod curandum committunt. Capiunt suscipiúntve prouinciam, qui rei curandæ onus in se recipiunt. Metaphora sumpta est à consuetudine Romanorum, apud quos qui magistratum gerebant, prouincias alias alij sortiebãtur. Exempla passim apud autores obuia sunt. Terentius in Scipsum excruciante. Videlicet ille Cliniæ seruus, tardiusculus est: Idcirco huic nostro tradita est prouincia. Idem in Phormione, O Geta prouinciam cepisti duram. Plautus in Cistellaria, Abi rus, abi directus in tuam prouinciam. Officium illi delegatum prouinciam vocat.

Corinthus & collibus surgit, & vallibus deprimitur. 42

Corinthiqualis. Strabo libro Geographiæ octauo scribit, Corinthios opibus & artibus egregiis præcelluisse, cæterum regionem illorum non admodum fuisse feracem, quòd inæqualis esset & aspera ac petricosa, eámque ob causam senarium hunc prouerbio iactatum fuisse,

Κόρινθος ὀφρύεται τε καὶ αὐλαίνεται, id est,
Alibi tumet Corinthus, alibi caua est,

Meminit & Eustathius in Bœotiam Homeri. Huiusmodi autem terræ genus non perinde sementi idoneum est, atque campestris. Id adagium vbinam possit esse vsui, non satis video: nisi si quis detorqueat ad hominem intractabilem, aspero ingenio, & sibi ipsi inæqualem, parúmq. secũ constantẽ. Cælius Rhodiginus etiã atq. etiã contendit adhibendum esse prouerbium, vbi significabimus fœlicitatem aliquo incommodo vitiatam, vt est ferè rerum humanarum conditio. Quẽ libentius sequeremur authorem, si quod contendit & asseuerat, vel vnius authoritate probasset.

Crotone salubrius. 43

Κρότωνος ὑγιεινότερον id est, Crotone salubrius. De re nequaquam noxia, sed vndequaque salutifera. Zenodotus ab animante sumptam patœmiam existimat. Est enim croton muscæ genus: Theodorus rediuum vertit, Hermolaus mauult ricinum dici Latine: placidum & innoxium, neque suctu, neque alia quapiam re molestum. Strabo libro Geographiæ sexto, tradit hinc ortum, quòd Crotoniatarum locus longe saluberrimus olim fuerit iudicatus, vel hoc argumento, quod breui temporis spatio quamplurimos produxerit tum athletas, tum philosophos: hoc est, corporibus pariter atque animo præstantes vitos: inter athletas præcipuum Milonem, inter Philosophos Pythagoram. Idem eodem libro tradit, Mycellum & Architam pariter Delphos adisse, vt de vrbe condenda consulerent oraculum. & alterutrum pollicente Deo, Architam opes delegisse, Mycellum loci salubritatem: illum itaque Syracusas cõdidisse, hunc Crotonem: quarum vrbium altera cessit in prouerbium opulẽtiæ, altera salubritatis. Alluſit ad hoc prouerbium Pallada in epigrammate, Croton quid.

Οὐκ ἀγορὰ τὸ δίζυθον ἀνάκριτον ἔπτυ θοῖλον
Ἔσσαι ὑφὶν. χθὲς δὲ δίζυθον ἐν χερσὶν

Ἡ πάλιν κἠμεῖτε Τίβερτολον ἀθρήσᾳ,
Καὶ χρόνιον ἐαχίας εἶπε κρότων ὑγιές. id est,
Diuinum quiddam vimque admirabilem ineſſe
Dixithum, certe diximus haud temere.
Namque hæc quem febri longa & quartana tenebat,
Iam defessatum conficiens misere.
Dixython admutuque erat mora longa, Crotone,
Hoc vbi fecissem, sanior ille fuit.

Suida mauult ad animalis similitudinem referri, quòd vndique sui simile sit, nec vllam habeat incisionem. Ná ὑγιὲς interdum integrum dicitur, vt integer vitæ, integer mentis, pro quo Græci ὑγιές. Est autem insecti genus, canibus, ac bubus infestum. Suspicor esse cuius fine nomine meminit Plinius libro vndecimo, capite trigesimoquarto: Semper habet caput infixũ sanguini: quumque cibi exitum non habeat, nimia satietate dehiscit. Nunquam in iumentis gignitur, in bubus frequens, in canibus aliquando, in quibus omnia: in ouibus & capris hoc solum. Verùm pro insecto Stephanus indicat vitium oportere acui, κρότων. Hesychius addit crotonem dici genus gummi Ægyptij, cuius varias medicinas indicat Plinius libro vigesimoquarto, capite vndecimo. Quidam aiunt & sesamidem dici crotonem, fortassis eandem quam Plinius libro vigesimoquinto, capite quinto appellat sesamoides: quod ait elleboro admisceri solitum, quo tutius sumeretur. id est (ni fallor) elleborí genus quod Italia veratrum appellat. Quorsum hæc herba non solùm corpus morbis alias immedicabilibus liberat, verum & animum purgat ab insania: nõ admodum dissimile veri videtur, hinc ductum prouerbium, Crotone salubrior. Selami meminit & Dioscorides, sesamæ Plinius. libro decimoquinto, capite 7. meminit sesami, quòd sit arboris genus, vnde conficí solet oleum: quàm alij vocãt cici, voce (vt videtur) Ægyptia, alij crotonem, alij rhibim, alij sisamum syluestre. Ibidem indicat & ex castanels & ex oryza fieri simile genus olei. Rursum libro vigesimonecundo, capite vigesimoquinto, meminit sesamæ, cuius in remedus varios vsus indicat. Cæterum quid sit dizythum in epigrammate, nondum compertum habeo: nisi quod Plinius libro eodem circa finem ostendit zythum esse potionẽ apud Ægyptios repertam, ex frugibus. hinc δίζυθον dictum videtur quasi dicas duplicem ceruisiam. Hac tibi medentur & hodie babuli quidam. Crotone laudatur ex Plinio. Sesamidem crotonem. Dizythum.

Crotoniatarum postremus, reliquorum Græcorum primus est. 44

Κροτωνιατῶν ὕστατος, τῶν ἄλλων πρῶτος, id est, Crotoniatarum postremus, primus reliquorum Græcorum. Strabo libro Geographiæ suæ sexto, prouerbium hoc ait ortum ob insignem Crotoniatarum præstantiam in certaminibus Græcanicis. Plurimos enim egregios athletas protulit ea ciuitas, adeò vt in vno certamine Olympico septem viri, qui reliquos virtute præcesserant, omnes pariter fuerint Crotoniatæ. Huius gentis præcipuum decus Milo, literis omnium celebratus: qui septies continenter vicit Olympia. Hunc, si constitisset, nullus è vestigio poterat educere: malum tenenti nemo digitum porrigebat. De admirando nec indigno vitæ interitu meminit Gellius. Adagioni locus erit vbi genus aliquod tanto interuallo præcedere dicemus, vt qui in hoc sit vel infimus, in illo possit primus videri. velut si quis dicat, in re militari, vel ignauissimum Græcorũ, præstantiorem esse fortissimo Troianorum. Aut qui sit apud Italos infantissimus, apud Gallos eloquentissimũ videri posse. Aut qui citharœdus sit deterrimus, eum aulœdorum principem haberi posse. Crotoniatæ quæ in re præstantes. Milo Crotoniata.

Ne decima quidem Syracusanorum pars. 45

Οὐδὲ τῶν Συρακουσίων τὸ δέκατον ἔχει. i. Ne decimam quidem partem opum Syracusanarum possidet. Strabo libro Geographiæ sexto, συρακούσας δὲ δεῖ νομίζειν πόλιν, ὥστε καὶ αὐτὰς ἐν παροιμίᾳ λέγεσθαι πλούτου μέγιστον εἶναι τὰς ἄλλας πολυτελεῖς, οἷς ἐν ἐκείνοις ἀπορεῖν συρακούσιον δίζυθον. id est, Syracusas eò diuitiarum peruenisse, vt in prouerbium abierint. Siquidem de diuitibus ac splendidis ita dicere solent, Ne decimam quidem Syracusanarum opum partem assequi possent. Significabant autem, aliorum opes, quantumuis amplas, nihil esse ad Syracusanas diuitias. Nonnihil veneris accesserit prouerbio, si paulo longius detorqueatur: vt si quis præloquutus, Ciceronem longo interuallo reliquos omneis post se relinquere dicat, opulentam quidem & vberem esse Quintiliani- Syracusanæ opes.

tiliani distinctionem, verum hanc vix esse ὑγιαινόντων διαίρεσιν.

Maleam legens, quæ sunt domi obliniscere. 46

Strabo lib. Geographiæ octauo tradit Corinthiorum vrbem in Isthmo sitam, duos habuisse portus: alterum Asiam versus, alterum Italiam. Verùm quòd freti instar esset, non sine discrimine eo navigari, velut olim in mari Siculo maximè præter Maleam, propter reflantes inde ventos. Vnde & prouerbium celebratum fuisse.

Μάλεαν λέγειν, ἐπιλανθάνεσθαι. id est, *Maleam legere, quæ sunt domi obliuiscere.*

Est autem Malea promontorium Laconiæ, à Maleo Argiuorum rege dictum, quod per quinque passuum milia in mari protenditur, autore Seruio in 5 Æneidos: in quo libro Vergilius videtur ad parœmiam allusisse, quum ait,

-Maleæque sequacibus undis.

Item Statius septimo Thebaidos libro,

-& rauca circumsonat unda Malea.

Item in Tiburtino Manlij Vopisci,

Si Malea credenda ratu.

Periculosa nauigatio circa Maleam.

Significat & Homerus libro Odysseæ nono, periculosam circa Maleam nauigationem fuisse: sic Vlyssem loquentem inducens,

Καὶ νῦν αὖτ' ἀνεμός με πολὺν ἐπὶ πόντον ἐλάσσας,
Ἀλλά με κῦμα ῥόῳ τε βίη τε ἔβαλ' ἀμφὶς Μαλείῃ
Καὶ βορέης ἀπόωσε, παρὰ Κυθήρων δὲ κύμηνε. id est,
Patriam & patrias rediissem sospes in oras:
Sed me, dum Maleam præternabor, undáque flectí
Et boreas illinc pulsum admouere Cytheris.

Alluſit huc Ouidius in Heroinis,

Auſus es ô nimium nimiúmque oblite tuorum,
Thracia nocturno tangere castra dolo.

Qui sui obliti dicantur.

Nam suorum obliti videntur, qui tese temerè periculis obiciunt. Quandoquidem vna hæc præcipua causa vulgus à subeundis vitæ periculis deterret, quod meminerint esse quibus se saluo sit opus, vt ait Flaccus: & quibus incolumes prodesse tum debeant, tum possint: extincti grauem allaturi luctum. Videbimur non intempestiuè vti hac parœmia, siquando discrimen negotij suscipiendi volemus ostendere, aut non esse suscipiendum, aut negligendam vitam.

Omnia sub vnam Myconum. 47

Πάντα ὑπὸ μίαν μύκωνον, id est, Omnia sub vnam Myconum. Strabo Geographiæ suæ libro decimo, Μύκονος δ' ἔστιν ἐφ' ἧ μυθεύουσι παῖδας τοὺς γιγάντων τοὺς ὑπὸ Ἡρακλέους καταυθέντας, ἐφ' οὓς ἡ παροιμία πάντα φέρει μίαν μύκωνον, ὅτι πάντα μὲν ὑπὸ μίαν χαφὴν ἐλάττων τὰ ἀπομαίνα τῇ φύσει. id est, Est autem Myconus, in qua fabulis proditum est positos esse gigantes postremos ab Hercule confectos, vnde ductum est illud prouerbium, Omnia sub vnam Myconum, in eos qui res naturâ diuersas eodem titulo complectuntur. Quibus ex verbis magis colligitur vsus adagij quam ratio: tametsi coniicere licet, quoniam summa gigantum & reliquiæ sub Mycono conderentur, sub ea gigantes omneis iacere vulgò dictum, cum sub aliis item montibus siti fuerint. Itaque qui eodem in libro grammatica pariter & theologica, item dialectica, & iuris consultorum literas tradat, in eum non inconcinne dicetur. Omnia sub eandem Myconum. Aut vbi diuersa gesta, ab eo quod postremo loco factum sit æstimentur. *Myconus.* Est autem Myconus ex Cycladibus vna, teste Stephano: qui prouerbij quoque facit mentionem in dictione Myconus. At Zenodotus lõge diuersam adfert fabulam, quæ prouerbio dederit occasionem. Heleus, inquit filius suis Hegetori & Hippocli mandarat vt insulas illas in mari sparsas subigerent. Deinde vbi Hegetor multa esset aggressus. Hippocles vnam modo Myconum, velletque nihilominus reliquarum etiam omnium ex æquo particeps esse: consuluerunt super hac re oraculum, quænam insulæ Hippocli cederent. Respondit Idolum, μία μύκων θεός, id est, Vna Myconus. Vsus est eleganter Plutarchus primo συμποσιακῶν libro μίαν μύκωνον ποιοῦντας τὴν συμπόσιον. id est, Vnam Myconum faciens conuiuium, significans indistinctos adhuc conuiuas. Vnde & de indiscretis dictum apparet.

Perdi Lerium malis.

Lerij mali. 48

Λέριοι κακοί, id est, Lerij mali. In eos recte dicetur qui pariter omnes gentis vitio sunt improbi. Leriorum enim populus ob insignem morum improbitatem in prouerbium abiit, autore Strabone libro Geographiæ 10. Citatque Phocylidis nescio cuius verba hæc, Λέριοι κακοί, ἐχθὲς μὲν ὃς δ' ἔπαινος πᾶς ὁ πρωΐ· νῦν δὲ πάντες πλὴν ὁ πρωΐ λέριος, id est, Lerij mali, non vt hic malus sit, ille nequaquam: verùm omnes, excepto Patroclo, & Patroclus est Lerius. Leria insula est vna ex Sporadibus contra littora Cariæ, quam Plinius Leron appellat, cum aliis aliquot locis, tum lib. 5. cap. 31. Quod hîc dictum est in Lerios Græca epigrammata detorquent in Chios. Epigramma sic habet,

Καὶ νῦν Δημώδικα χῖοι κακοί· ἐχθὲς μὲν ὃς δ' ἔπαινος
Πάντες πλὴν ὁσίου τε καὶ ὁσιάδεω ὁ χίος. id est,
Hic quoque Demodoca, Chius malus, haud quæquam hic, hic non:
Omnes absque Procle: Chius at ipse Procles.

Apud Strabonem Græcum scriptura mendosa est, quum ὁσιάδεω legendum sit, non πρωΐδεω. Interpres vsus est codice castigatiore. quin ipsa carminis ratio reuincit πρωΐδεω. Si addas, καὶ νῦν Δημώδικα, plenum erit distichon. Id reddetur venustius, si ab homine ad rem deflexeris vt si dicas, Omnes prognostæ vani, vno excepto Venantio: & tamen prognostes est Venantius. Impij sũt milites omnes, vno excepto Langio: & tamen miles est Langius. Græcorum prouerbium imitatus est Ausonius in Siluium quendam cognomento bonum, natione Brittonem.

Ad Phasim vsque nauigauit. 49

Authore Strabone libro Geographiæ vndecimo, Phasis est Euxini sinus, & extremæ nauigationis meta, vel teste prouerbio,

Εἰς Φᾶσιν ἤδη ναυσὶν ἔχατος δρόμος. id est,
Ad Phasim, vbi supremus cursus nautis.

Per Phasim, Colchide significauit, non flumen Phasim, neque vrbem eiusdem nominis ad flumen sitam. Theocritus in Idyllio v.

Πεζὸς δ' ἐς κόλχως τε καὶ ἔξοχον ἵκεο Φᾶσιν. id est,
Et Colchos pedes, & te accessit inhospite Phasis.

Pindarus consimili figura in Isthmis hymno βαλὼν ἐπὶ πείρατα νυκτὶ μὲν Φᾶσιν δρόμου, ἐν δὲ χιόνι κελάδοντι πόλον ἐκύρησε. id est, Sed transibat ad Phasim quidem mensibus æstiuis, hyeme verò nauigans ad Nili ripas. id est, à Colchide in Ægyptum. Strabo enim putat Phasianos ab Ægyptiis oriundos: argumentum sumens ex vsu lineorum, quorum tãta sit vis apud Phasianos vt hinc exportentur etiam in alias regiones. Dicitur de iis qui longinquas orbis regiones peragrarint. Est enim ipsa figura quasi prouerbialis hyperbole. quo modo dixit & Iuuenalis,

De iis, qui longinquas regiones peragrarint.

Omnibus in terris quæ sunt à Gadibus vsque
Auroram & Gangen. Et Horatius in Odis,
Extremum Tanaim si biberes Lyce.
Et Vergilius in Bucolicis,
At nos hinc alij sitientes ibimus Afros:
Pars Scythiam, & rapidum Cretæ veniemus Oaxen.

Ad Herculis vsque columnas.

Sũptum videtur ab Iasonis fabula. Neque dissimile fuerit schema, si quis ad Herculis vsque columnas dicatur nauigasse, aut vsque ad Britannos. quos, authores extra mundi terminos ponunt, quod Oceano separentur. Horatius in Odis, lib. tertio,

Visam pharetratos Gelonos
Et Scythicum inuolatus amnem.
Idem eadem oda,
Visam Britannos hospitibus feros.
Idem rursum,
Et vltimos orbis Britannos.

Mysorum ac Phrygum termini discreti sunt. 50

Strabo libro Geographiæ duodecimo, regiones quasdam commemorat inter se finitimas, puta Phrygum, Bithynorum, Mysorum, Dolonum. Item qui iuxta Cyzicum accolunt, Mygdonum ac Troianorum. Neminem autem inficias ire, quin vnaquæque suis finibus sit circumscripta. Verùm eos fines ad amussim diiudicare, id neutiquam facilè. Porrò de Phrygiis ac Mysis prouerbium quoque vulgò iactatum fuisse verbis trimetris.

Χωρὶς τὰ μυσῶν καὶ φρυγῶν ὁρίσματα,
Τὸ δ' ἀμφίζυγον χαλεπόν. id est,
Sunt separati Mysorum termini,
Phrygumque, sed finire per quæ est ardua.

Huius rei causam adducit, quòd hi populi non satis stabiliter tutati sint suas sedes: sed subinde aliunde alio depulsi, terminos incertos reddiderint. Plinius libro quinto, Mysiam in Phrygia collocat. Plutarchus ὁ τῶν ἰητρικῶν ἀπεχόμενος, Χωρὶς γὰρ ἔφη τὸ φιλόσοφον καὶ ἰατρικὸν, ὥσπερ τινῶν μυσῶν καὶ φρυγῶν ὁρισμάτων. id est, Separatam enim aiebat esse philologiorum ac medicorum professionem, non aliter ac Mysorum ac Phrygum fines. Manent in hodiernum diem passim id genus de finibus gentium rixæ longa serie temporum omnia confundente. Adagio licebit uti de rebus toto genere inter sese dissidentibus: veluti siquis sentiens longe aliud spectare philologhum, aliud oratorem, dicat, Χωρὶς τὰ μυσῶν καὶ φρυγῶν. Aut de hominibus inter quos nihil cõuenit, nihilque commune intercedit, vt apud Euripidem Achilles,

Mysorum incerti termini.

De iis, inter quos nihil cõuenit.

Χωρὶς τιμαὶ κἀγαμέμνονος. id est,
Separata sunt mea res à bonis Agamemnonis.

Quod index auro, id aurum homini. 51

Inter multas Chilonis sententias, hæc præcipuè placuit eruditis, autore Laertio, ὁ ἐλεγχὸς εἶναι τὸν χρυσὸν ἐξετάζειν, δῆλον ὅτι βασανίζειν φασιν. οὕτω χρυσῷ ἀνὴρ ἀγαθὸς τε καὶ κακὸς τὸν ἑαυτοῦ νοῦν ἔλεγχον. id est, In lapidi coticulis aurum exploratur eundem præbens specimen in auro verò proborum pariter & improborum ingenium deprehenditur. Stobæus carmen hoc citat ex Antiphane:

Πλοῦτος δὲ βασανὸς ἐστιν ἀνθρώπου τρόπου. id est,
Opes vt index hominis ingenium arguunt.

Allusit huc Aristides in Themistocle, Ἐπιτίθησιν ὥσπερ τὴν ἄνδρα, κἀπὸ χαμαιπετοῦς ἀρξάμενος. οὐ μὴν ἀπὸ τοῦ χρυσοῦ ἀλλ' ἀπὸ βασάνου φανεῖσαν σώσει. id est, hinc virum spectat, à linea facto initio: neque mihi, quod dicitur, aurum, sed ipsum admouens indicem considera.

Cave Thoracem. 52

φύλαττε τὸν θώρακα, id est, Cave Thoracem. Strabo libro Geographiæ decimoquarto scribit, fluuium esse nomine Lethæum, vicinum Libycus Hesperis: huic imminere montem cui nomen thorax, in quo fama est Daphitam grammaticum cruci suffixum fuisse, quod maledico carmine reges incessiuisset: vnde dictum illud manarit in vulgus, vt dicerent, φύλαττε τὸν θώρακα, id est, Cave à Thorace. Hoc velut ænigmate prouerbiali festiuiter admonebimus, si euandam esse linguam ne voces petulantes emittat, per iugulum aliquando redeant. Stephanus tantum indicat Thoracem esse ciuitatem Ætoliæ, & item Magnesiæ: de prouerbio silet.

Monsthorax.

Abdera pulcra Teiorum colonia. 53

Strabo libro Geographiæ decimoquarto, tradit Teios cum Persarum contumelias ferre non possent, vrbe relicta, Abderam Thraciæ vrbem demigrasse. Atq; hinc illud vulgatum fuisse,

De iis, qui effugiendi spem habent.

Ἄβδηρα καλὴ τῶν Τηίων ἀποικία. id est,
Abdera pulchra Teiorum colonia.

Hoc ænigmate prouerbiali significabimus, non deesse quo cõfugiamus, siquis præter modum pergat esse molestus. Huc fortassis allusit M. Tullius libro epistolarum ad Atticum septimo, quod imperium habeam, id est, ἀβδηριτικόν. Et libro quarto, Hic Abdera non tacente me. Dices, Tamen tu non quieueris. Ignosce, vix possum. Laudantur & ab Herodoto libro primo Teij, quòd relicta patria libertatem seruarint, cuius rei meminit & Strabo lib. 14. non silens obiter de prouerbio, quàquam Aldina editio illic deprauata est, vt in multis aliis locis.

Ioach. Vadianus.

Ioachimus Vadianus meus, vir iuxtà cãdidus ac doctus, existimat conuenire prouerbium, vbi quis fortunam tenuem, sed cum libertate cõiunctam, anteponat amplis opibus, sed obnoxiis seruituti. Cuius sententiæ non refragor. Nam damnatus est Abderitarum aer, & item pascua.

Magna ciuitas, magna solitudo. 54

Strabo Geographiæ lib. 16. Seleuciam ad Tigrim ait Babylone maiorem fuisse, sed pleráque sui parte desertam, ac iure optimo de illa dici posse quod de Megalopoli Arcadiæ ciuitate dixit comicus quispiam:

Ἐρημία μεγάλη, σὺν πόλει μεγάλῃ τέλει. id est,
Est magna solitudo magna ciuitas.

In ampla & spatiosa, sed parum culta.

Allusum est ad nomen vrbis, cuius meminit & Plinius in quarto. Quadrabit in vrbes, aut domos, agros, aut hortos, aut aliud id genus quidpiam, amplum quidem & spatiosum, sed parum exultum. Aut in librum ingentem quidem illum, verùm impolitum & illimatum.

Ad Scolon nec proficiscaris ipse, nec alterum comitaberis. 55

Strabo libro Geographiæ nono scribit, Scolon vicũ esse quempiam Asopiæ sub monte Citherone, sedem inamœnam, inultam, infrugiferam, asperá. Atque hinc vulgo prouerbium manasse,

Scolon, quis vicus.

Εἰς σκόλον μήτ' αὐτὸς ἰὼν μήτ' ἄλλον πέμπε. id est,
Nec per te Scolon ipse, nec alii alij comes ito.

Refert eadem totidem verbis Eustathius in Bœotiam Homericam. Nam Scolon & Stephanus ponit in Bœotia, nomen ex re videtur inditum. σκόλοψ enim Græcis spinæ genus est. Quo prouerbio conuenient vti si quando significabimus modis omnibus abstinendum à coniuctu cuiuspiam, aut à loco vbi nihil sit sperandum quod vel ad voluptatem faciat, vel ad emolumentum.

OEnoe charadram. 56

Ο οἰνόη τὴν χαράδραν, id est, OEnoe torrentis alueum. Nam charadra Græcis signi-ficat eam terræ rimam quã aqua pluuia, aut torrens, nonnunquam terræmotus efficit. Zenodotus in collectaneis adagiorum ait, dici solitũ in eos qui sibi ipsi malum accerserent. Hinc esse natam parœmiam, quòd OEnoe vicus quidam sit Atticæ: quê qui incolebant, alueum quendam torrentis vicinum suis finibus incluserunt. Deinde ingruente immodica vi aquarum, & ob id corruptis agris, agricolationem perdidisse. Strabo Geographiæ libro octauo duas OEnoas commemorat, alteram Eleutheris finitimam, alteram apud Marathonem, de qua vulgo iactata parœmia, οἰνόη τὴν χαράδραν, id est, OEnoe charadrã. Effertur adagium ad hunc quoque modum, οἰνόης τὴν χαράδραν, id est, OEnæi charadram, vbi quippiam accersitur ad commoditatẽ, vnde pernicies adferatur. Hesychius hoc prouerbium refert & explicat ex Demone prouerbiorum authore. Stephanus indicat OEnoem esse vnam duarum ciuitatum quas habet Icaria. Vnde dicuntur OEnæi.

Charadra quid.

Nihil ad Bacchum. 57

Οὐδὲν πρὸς Διόνυσον, id est, Nihil ad Bacchum. Vbi quis ea nugatur quæ ad rem præsentem nihil attinent. Adagionis origo varia traditur. Zenodotus ait, antiquitus in choris Dithyrambos in Bacchum cani solitos. Deinde poetas mutata consuetudine, Atacen, Centauros, atque id genus fabulas cœpisse describere. Proinde spectatores per risum acclamasse, Nihil ad Bacchum. Quo conuicio moniti, deinceps satyros inducere cœperunt, ne dei prorsus oblixi viderentur. Strabo Geographiæ suæ lib. 8. Scribit, euersa funditus à Romanis, propter violatos legatos, Corinthiorum vrbe, milites in opera quoque nobilia, quibus ea ciuitas præter cæteras abundabat, ludibriis insultasse. Citátque testem Polybium, qui prædicet præsentem vidisse sese tabulas quasdam, abiectas in solum, in quibus milites talis luserint: quarum vna fuit ab Aristide depicta: argumentum erat Bacchus. Hinc, inquit, quidam aiunt manasse quod prouerbio dicitur, οὐδὲν πρὸς τὸν Διόνυσον, id est, Nihil ad Bacchum. Suidas refert Epigenem quendam Sicyonũ tragœdiam de Baccho conscripsisse: quæ quum indigna deo videretur, quotidiè è spectatoribus acclamasse, Nihil ad Bacchum: eámque vocem in prouerbium abiisse. Verùm magis approbat eorum sententiam, qui dicunt quondam poetas de Baccho fabularum argumenta consuesse tractare: eáque demum actitari solita. Deinde paulatim ad tragœdias scribendas conuersos, alias fabulas & historias scriptitasse, prætermissa Bacchi mẽtione. Spectatores igitur acclamasse, Nihil ad Bacchũ. Eiusque fermè sententiæ suffragatorem citat Chamæleontem. Huic opinioni astruit Plutarchus in primo libro Sympos iacorũ, ostendens ab Æschylo & Phrynicho natam parœmiam, qui fabularum argumenta ad historias & calamitates deflexerint. At Theætetus apud eũdem Suidam, in opere de prouerbio, scribit Parrhasium pictorem Bacchum summa arte finxisse. Itaque quum apud Corinthios pictorum inter ipsos de arte certamẽ ageretur, & complures Bacchum pictum proferrent, quorum nullus ad Parrhasij Bacchum accederet: succlamasse populum, Nihil ad Bacchum. Apud eundem, quidam quum Corœbeum, Vlyssem illum vafrum & versipellem vocasset, audiit, Canem adducis ad præsepe, & nihil adfers ad Bacchum. Vtroque prouerbio significa-

De re, quæ nihil ad propositum pertineat.

Suida locus.

Locus Plutarchi.

tum

tum est,nimis inæqualem esse comparationem Coræbi cum Vlysse. Lucianus in Baccho, ἀλλ' τι πρὸς τὸν Διόνυσον ὅτι ὁ Διόνυσος, ἔσον ἐστὶν οὐδέν. id est, Sed dixerit quispiã, Quid ad Bacchum hic Bacchus? id est,quid ad rem proposita pertinet hæc de Baccho fabula? Itaque videtur adagium quadraturum vel de re ab instituto aliena,vel multo inferiore,vel contemnenda. Plutarchus in Symposiacarum quæstionum prima, de iis agens qui anxios syllogismos velut cibum quem ταραβίνην vocant, in poculis proponere solent, τί ταῦτα, inquit, πρὸς τὸν Διόνυσον; Idem mihi, Πίμπλη δ' ἡμῶν ἡ πόλις ἤδη τοιούτων ἀποφθεγμάτων καὶ ἀπορρημάτων τοιούτων. id est, Mitte nunc autem propediem & reliqua, si quidem hæc vicebuntur non vsquequaque insita, neque nihil ad Bacchum pertinentia. Nouè quidẽ,sed tamen oppido quam eleganter dixit ἀπροσδιόνυσον. tacitè alludens ad prouerbiũ. Significat autem ἀπροσδιόνυσον non aspernenda, & ad rem pertinentia. Idem in eiusdem operis libro quarto. Οἶμαι δ' ἡμᾶς τοῦτον τὸν ἀρτίως μὴ πανταπασιν ἀπροσδιόνυσον εἶναι. id est, Arbitror autem nec labbatorum fuisse nihil prorsus ad Bacchum pertinere. Athenæus lib. 11. ἀπροσδιόνυσοι λύσεις ἀφασματικὰς. id est, Solutiones nihil ad rem pertinentes moliens: tertio, παραυλα μέλη dixit, modos non respondentes ad tibiam. Ac mox ἀσύμφωνα κύμβαλα. hoc est cymbala non congruentia ad numeros saltationis. Sic enim vocat sermones intempestiuos, aut nihil ad rem pertinentes, quos idem ἀπροσδιονυσίας vocat. De huius formæ prouerbiis dictum est nobis alibi. Nihil ad verum: Pindarus in Nemeis, οὐδὲν πρὸς μέλι ἔρχομαι dixit pro eo quod erat secus quàm conuenit loqui. μαθὼν δ' τις τὸ ἐμὸν ἐπος οὐδὲν πρὸς μέλος ἔρχομαι. M. Tull. lib. ad Atticum 16. Sed nihil tam ἀπροσδιόνυσον mihi primò videbatur, quàm ad has literas, quibus à te consilium petieram te mihi illa rescribere. Tametsi hoc loco quidam pro ἀπροσδιόνυσον legunt ἀπροσδιόνητον, hoc est, inopinatum, inexpectatum. Prouerbij speciẽ habet quod est apud eundem Ciceronem in Bruto, Sed domum redeamus. Id velut interpretans subiicit, id est, ad nostros reuertamur. Vtimur & hodie sermonis huius colore, quoties significamus nos à digressione ad id reuerti quod instituebamus.

Farcire centones. 58

Mendacium aliud, ex alio nectere.

Periphanes in epidico Plautino, militi iam pugnas suas militari more parãti narrare, Quin tu, inquit, alium quæras, cui centones farcias. id est, quem tu gloriosis mendaciis & consarcinatis fabulamẽtis expleas. Solẽt enim homines glorioſi mendacium aliud ex alio connectere, nullum facientes neque finem neque modum. Centones autem dicuntur vestes è variis panniculis ac diuersis etiam interdum coloribus contarcinatæ. Iuuenalis,

Intrauit calidum veteri centone lupanar.

Centonis ritus.

Ad harum similitudinem centonem vocant carminis genus ex diuersis carminibus & carminum fragmentis, hinc atque illinc accersitis, contextum quasique consutum, Græci κέντρωνας appellant, addita litera, quam Latini abiiciunt. Extant adhuc Ὁμηροκέντρωνες, quorũ meminit & diuus Hieronymus: & Virgilio centones Probæ mulieris & Centon nuptialis Ausonij, qui legem etiam eius carminis tradit.

Quod dedi, datum nollem. 59

Lena Milenis in Cistellaria Plautina, Inter nouam rẽ, inquit, verbum vsurpabo vetus, Quod dedi, non datum vellem. quod reliquum est, non dabo. Significat se pœnitere quòd puellæ fecerit copiam, de cætero non factura. Vsus adagij fiet venustior, si paulo longius à simplici figura detorqueatur. veluti si quis indicans se superioris operæ, quàm in poetices studium insumpserit, pœnitere, nec esse consilij diutius in ea tempus terere, dicat, Quod dedi, datum nollem: quod reliquum est, non dabo.

Crocodili lachryma. 60

Κροκοδείλου δάκρυα, id est, Crocodili lachrymæ. De iis qui sese simulant grauiter angi incommodo cuiuspiam, qui perniciem attulerint ipsi, cuíve magnum aliquod malum moliantur. Sunt qui scribant crocodilũ conspecto procul homine, lachrymas emittere, atque eundem mox deuorare. Cuiusmodi propemodum erant lachrymæ Bassiani Imperatoris, apud Ælium Spartianum. Lachrymabatur quoties aut mẽtio fieret, aut imagines videret Getæ fratris, quem occiderat. Alij narrant hanc esse crocodili naturam, vt quum fame stimulatur, & insidias machinatur, os hausta impleat aqua: quam effundit in semita qua noui aut alia quæpiam animantia, aut homines aquatum venturos: quò lapsos ob lubricum deuenturos: neque valẽtes aufugere, corripiat, correpto que deuoret. Deinde reliquo deuorato corpore, caput lachrymis effusis macerat, itaque deuorat hoc quoque.

Bona est etiam offa post panem. 61

—ἀγαθὸν ἡ μάζα μετ' ἄρτον. id est,

Esse post panes vsurpata est.

Hemistichium ex minus heroici Zenodoti ait de iis solere dici, qui penuria meliorum amplectuntur deteriora. Nam maza quiddam est panis cocto deterius, conflatum ex lacte & farina, quo rustici vice panis vti consueuerunt. Siquidem ἄρτοι ἁβροὶ in delicijs olim fuisse, alias demonstrauimus. Huic certo Prouerbij speciem habet quod est apud Athenæum lib. 6. licet huic dissimile, τοιούτῳ δὲ ἀνδρὶ μάζα τιμωτέρα χρυσοῦ τε καὶ ἐλέφαντος. id est, Mazæ huic olla etiuenti homini charior & auro & ebore. Quo licebit vti quum indicabimus rem vtiu, non opinione æstimandam. Ex iis quæ prodidit Athenæus de apparatu conuiuiorum, liquet mazam prius apponi solere, deinde panem. Verùm consumpto pane probatur & maza. Vt possumus, quando vt volumus nõ licet. Xenophon lib. 6. παιδείας, facit quendam consolãtem milites, qui defecto pane, maza vesci cogebantur. Hoc cibo qui vsitarent, dicebatur ἀφρατῶν: quemadmodum qui panẽ, ἀφρατῶν. *Maza eluriẽti auro charior.*

Si non adsunt carnes, taricho contentos esse oportet. 62

Ἂν μὴ παρῇ κρέα, ταριχίου τοῦ ὄψου. id est,

Probanda iusculenta egenti carnium.

Sunt qui dicant, τάριχον accipi pro pisce, sed vili putríque, qui idem sit apud ya. Fortassis hic pro iure accipiendum tarichus. nam quibus deest obsonium, solent pane intus immerso vesci. In aphyas & tarichos creber locus est in comœdijs. Sensus hic est, Vbi non est copia meliorum, boni consulere oportet quæcunque contingũt. Refertur à Diogeniano.

Agathonia cantio. 63

Agathonã musicen.

Ἀγαθώνειος ᾠδή, id est, Agathonia cantio. Rectè dicetur de oratione blanda magis quam frugifera. Agathon tibicem quispiam erat, cantilenarum suauitate maiorem in modum aures delinies. Nec huius mores dissimiles muticæ fuisse perhibentur, laborauit enim infamia molliuiei. Autor & Suidas & Zenodotus. Haud scio an hic sit idem ille Agathon in tragicorum certamine victor, in cuius epinicio Plato celebrat illud nobile conuiuium. Huius mollitiem deridet Aristophanes in Thesmophoriis, carminum mollitiem deridet.

Edax currus. 64

In voracem.

Ἀδηφάγον ἅρμα, id est, Edax currus. in gluttones & voraces dicebatur, propterea quòd currus multum absumit vaginis siue ceromatis: hinc quòd sumptuosa res sit, equos & curnus alere. Vnde & comicus Aristophanes in Nebulis iocatur, in Strepsiadem, quem filius ἱππομανῆ, ad inopiam redegerat, multo ære alieno contracto. Phauius Vopiscus indicat Aureliano in deliciis fuisse. Phagonem quendam, qui vno die ad mensam imperatoris ederit aprum integrum, cẽtum panes, vervecem & porcellum: biberit autem in fundibulo appositos plus orcas. Sed de hoc hominum genere plura Athenæus in Dipnosophistis: apud quem libro 5. Socrates quum quendam vidisset in conuiuio sese intemperantius ingurgitantem opsonio, O vos qui adestis, inquit, quidam ex vobis pane vtitur vt opsonio opsonio vt pane. Venustius redderur, si deflexeris ad animi vitiũ veluti si dicas, Huius aut illius principis auaritiã inimodica pecunia parari ac retineri aliquem. Aut cupiditates inexplebiles esse, quum naturæ vsus perpauca postulet.

Sanguine flere. 65

Quiescit nullo modo posse.

Αἵματι κλαίειν, id est, Sanguine flere, prouerbialis hyperbole, significans nihil non fieri quo flectatur aliquis. sic enim antiquitus loquebantur, Haud flectes illum ne si sanguine quidem fleueris. Itidem αἵματι εἶναι, id est, Sanguine gemere. Durat hoc adagium in hodiernum etiam diem. Translatum videtur à prodigijs, quibus interdum statuæ sanguineis guttis lachrymare videntur.

Pardi mortem adsimulat. 66

Pardalis vt corripiat simias.

Θάνατον παρδάλεως ὑποκρίνεται, id est, Pardi mortem simulat. Dicebatur vbi quis astu perniciem alicui moliretur: veluti quum Brutus stupidum ac dementem ageret, vt in posterum impetio potiretur. Id adagium ad quendam apologum referunt. In Mauritania simiarum ingens copia. pardalis autem animal est natura similis infestissimum: quas tamen viribus assequi non potest, nimirum illis in summas arbores subuolantibus. His itaque dolis in eas vtitur: sternit se supinum sub ramis, ac porrectis cruribus emori fingit sese. Gaudent eo spectaculo simiæ confidentes in arbore. Deinde vbi iam mortuam arbitrantur, vnam aliquam emittunt exploratuam, num verè mortuus sit hostis. Illa cautim ac pedetentim accedens, vbi nullum vitæ videt argumentum (pardale nimirum modus omnibus cadauer imitâte) demum audet etiam conscendere. Quod simulatque reliquæ simiæ conspexerint, iam dispolito omni metu descendunt, & pardalim omnia ferentem circumsultant: postremò conculcant, insultantes ludibrij causa, donec pardalis sentiens illas iam saltando defatigatas, derepête reuiuiscens, aliam dentibus, aliam vnguibus corripit, dilanıát que, ac deuorat. Hâc equidem fabulam (ne quid fuci faciam lectori) non reperi apud idoneum authorem, sed in Græcis Collectaneis cuiusdam Apollonij Byzantij: cuius testimonium quodam in loco Politianus etiam adfert, alioquin authoris non admodum gratis.

Apollonius Byzantius.

Mandare laqueum. 67

Mandare laqueum dicimur iis quos viqueadeo negligi à nobis significamus, vt vel sibi suspendant sese, nihil ad nos attineat. Iuuenalis de Democrito, Sat. 10.

-quum fortuna ipse minaci
Mandaret laqueum, mediúmque ostenderet vnguem.

Contine illi quum iubemus, οἰμωζειν, id est, plorare quempiam ἐς μακρὰ οἰμωζαι, id est, clarè plorare, ἀγαπαν ἐς μακρὰ χαίρειν, id est, ilcere & longum valere.

Medium ostendere digitum. 68

Medio item digito porrecto, supremum contemptum significabant. Martialis libro secundo,

-& digitum porrigito medium.

Na hunc digitum Martialis impudicum vocat,

Ostendit digitum sed impudicum.

Persius infamem:

Infami digito & laſi alibus ante salutis

Demosthenes notatus.

Huc arbitror pertinere quod apud Laertium Diogenes, vt alibi diximus, hospitibus quibusdam Demosthenem videre cupientibus, non indice digito, sed medio porrecto demonstrauit, parum virum innuens & effœminatum. Aut paulò post eodem in loco, satis indicat porrectione digiti medij quippiam obscœnum significari: quum aît, insanos habeai qui medium porrigant digitum: qui indicem, non item. Itaque eodem in carmine duobus adagiis extremum contemptum indicauit Satyricus,

Mandaret laqueum, mediúmque ostenderet vnguem.

Elegantius fiet vtrumque si longius detorqueatur, vt Philosophicis præceptis laqueum mâdes, tu tuo viuito more. Et Theologorum decretis negotiatores medium vnguem ostendunt. id est, planè contemnunt, rident que.

Barbam vellere. 69

Contemptus ac ludibrij.

Τὸν πώγωνα τίλλειν, id est, Barbam vellere. Est illud quoque sumptum à gestu barbam vellere, quo summú contemptum ac ludibrium significamus. Horatius Sermonum lib. 1. Sat. 2.

-barbam tibi vellant
Lasciui pueri. Persius, Sat. 2.
Idcirco stolidam præbet tibi vellere barbam
Iuppiter. Idem alibi, Sat. 1.
Si Cynico barbam petulans Nouaria vellit.

Et Dionysius Siculus non dubitauit Æsculapio barbam auream detrahere. Lucianus in Timone de Ioue Olympio, ἀπόξυνον τὸν πώγωνα τὸν χρυσοῦν ἀφελόμενος, id est, Desidebas dum tibi circumtonderetur cæsaries. Et barbam vellit mortuo leoni, qui ferox est in prostratum: quod aliàs attigimus

Donis ad amorem prouocantes.

Malis ferire. 70

Μήλοις βάλλειν, id est, Malis petere dicuntur qui mutuis donis affequi student quod optant: qui donis prouocant ad amorem mutuum. Ducta est allegoria à fabula Atalantæ, quàm Hippomenes cursu superauit, sed arte proiectis inter currendum malis aureis, in quibus sublegendis dum puella subinde remoratur, præcessit ac vicit iuuenis. Refertur adagium à Diogeniano. Plutarchus in Sympoſiacis indicat olim fuisse morem, vt in eos qui sen per vincerent, mala, rosas, nonnulli etiam mala punica iacerent. Vt hinc quoque videri possit ortum adagium, ac dictatum de iis qui magnopere mirantur ac probant quempiam, aut etiam blandiuntur. Idem decade nona narrat, Anaxarchum, quum ab Alexandro poti cœnam malis peteretur, surrexisse, diuulséque hunc senarium ex Oreste Euripidis,

Malis petere.

Βαλοῦσί τις σοῦν βροτοκτόνον χερὶ. id est,
Ferietur aliquis mox dirum humana manu.

Potest & simplicius accipi, malis petere, quum quis ad amandum lacessitur ac prouocatur: hoc enim interpretatur Suidas. Vnde & illud apud Maronem, ecloga tertia,

Malo me Galatea petit lasciua puella. Et,
Aurea mala decem misi, cras altera mittam. Et,
Ipse ego cana legam tenera lanugine mala.

Et Acontius apud Ouidium Cydippæ malum inscripto in gremium mittit. Aristophanes in nebulis, Μολυβδοπλὴξ ἐνὸ νοητίδιον. id est, A scorto malo percutius. Interpres adscribit, malum amoris esse symbolum, propterea quòd Veneri sit sacrum. Vnde in certamine formarum, præmium malum erat aureum, idque Veneri contigit. Theocritus in Cyclope,

Malum aureum Veneri.

Ἠνεσα δ' ὔτις φιλεῖ, ἢ μάλεται, ἠὲ νιφῆται,
Ἀλλ' ὁλοὸν μαίνεται. id est
Non malus, non ille rosis, non illic cicinnis,
Sed furiis magis pectoris adamabat.

Idem in Hodœporis,

Βάλλει γὰ μάλεαι νὸ αἰπόλος ἀ Κλεαρίστα.

Olim munuscula malis conflabant, vnde Horatius in Epist.

Fruſta & pomis viduas vocantur amarum,
Excipiúntque fores quas in conuiuia mittunt.

Mare prius vitem tulerit. 71

Fieri quæ fieri non possunt.

Τὸ πέλαγος πρότερον οἶνος φυτλεῖ, id est, Mare prius vitem ferat. De iis quæ nullo pacto fieri possint. nam salsitudo vitibus inimicissima. Hinc opinor Homerus & Hesiodus eandem pontum vocant ἀφόρητον, quòd illic nulla colligatur vindemia. Sulla terra ferè sterilis est frugibus, sed vitibus inimicissima, Refertur apud Diogenianum.

Betizare, Lachanizare. 72

In insipidos.

Lachanizare vulgò dicebant pro lâguere, teste Suetonio in vita Octauij Cæsaris, pro quo Augustus nouauit Betizare. Quadrabit & in insulsos & insipidos. Catullus,

Languidior tenera cui pendeat Sicula beta.

Idem Martialis, lib. 13.

Vt sapiant fatuæ fabrorum prandia betæ,
O quam sæpe petet vina piperque coquus.

Eodê pertinet illud Diogenis Cynici dictum apud Laertium, Quum adolescêtes quidam eum canem vocarent, séque cauturos dicerent ne ab illo morderentur: bono animo esse iussit: canem enim haudquaquam vesci betis. mollitiem illorum notans. Blitcos appellant stupidos. Est βλίτον herbæ genus; cui nomen etiam à stupore siporis inditum putant, quasi βλαξ, quæ vox hardum & stupidum significat, Aristophanes in Auibus, οἱ βλακικῶς ὑπηρετοῦσι, Vt stupidè ministrat. Plautus in Truculento, Blitea & lutea est meretrix, nisi quæ sapit in vino, ad rem suam. Laberius Mimographus apud Nonium Marcellum, bipedem & bliteam bellnam appellat, insulsum & vecordem. Apud Menandrum quoque mariti vxoribus ex bitto conuicium faciunt, bliteas eas nominantes. Aristophanes in Nebulis, ἢ οὐ τοὺς βλιτώμαι. id est, Téque vocant hardum ac stultum. Fieri potest vt Gallica quoque vox hinc manarit, qua nunc vulgò contemptissimos, extremæque notæ homines compellant bliteros, addita literula.

Blitea.

Promus magis quàm condus. 73

In profusiores.

Sanè quam elegans & prouerbialis Ausonij dimeter iambicus, Promúque quàm condus magis in quendam profusiorem, qui parta prodigere nosset, quærere, aut quæsita seruare non posset. Sumpta metaphora à rei familiaris dispensatoribus, maximéque penuariæ, quos Græci ταμίας vocant: quorum partes sunt ad vsum familiæ promere (id est proferre) quæ dâ alis condere, hoc est seponere. Iam qui tantum promit, is ad inopiam ve-

lit

lis equisque properat. Plautus in Truculento, Parcè promos appellat, sordidos ac tenaces, & qui sumptum libenter effugiunt.

Indulgere genio. 74

Proverbiales sunt & illæ figuræ, Defraudare genium, pro eo quod est, negare naturæ quod appetit: & Indulgere genio, pro eo quod est, animo obsequi. Terentius in Phormione, Suum defraudans genium. Plautus in Truculento, Sed istos qui cum genio suo belligerant, parcè promi: sordidos & parcos significans. Idem in Aulularia, Egomet fraudaui meum genium. Contra Persius Satyra quinta,

Indulge genio: carpamus dulcia.

Vnde & genialem appellant diem, lætum & voluptuarium. Et Genialiter viuere, pro molliter & lautè.

Curare cuticulam. 75

Voluptati se dantes.

Huic confinis est illa frequens apud poetas figura, Curare cuticulam. Nam qui voluptati student magis quàm famæ, vnum hoc curant, vt cutis summa niteat, eáque gratia lautioribus epulis, balneis, vnguentis, somno, conuiuiis, aliisque id genus deliciis vtuntur. Horatius in Sermonibus,

-ire domum atque
Pellitulam curare iubet.

Idem in Epistolis,

Ille pinguem & nitidum, & bene curata cute visus,
Quum ridere voles, Epicuri de grege porcum. Persius
-& assidue curata cuticula sole.

Nodum in scyrpo quæris. 76

In rimis diligentem.

Nodum in scyrpo quæris: in anxium dicebatur, nimisque diligentem, aut meticulosum, qui illic scrupulum moueret, vbi nihil esset addubitandum. Hoc adagium refertur apud Plautum in Menæchmis, & verbis totidem apud Terentium in Andria. Festus ex Ennio citat,

Quæris & in scyrpo (soliti quod dicere) nodum:

nominatim prouerbij titulo referens. Donato iunci species est scyrpus, læuis atque enodis. Quanquam apud Gellium scyrpi dicuntur captiunculæ argutæque. Nisi fortè quis malit legere in scrupo, quòd hi lapilli læues sint ac rotundi.

Delphinum sylvis appingit, fluctibus aprum. 77

Horatius in Arte poetica, prouerbiali schemate dixit,

Delphinum sylvis appingit, fluctibus aprum.

In leue vnguentum.

Indocti poetæ stultitiam taxans, qui multa non suo loco, neque temperanter describit, perinde quasi pictor delphinum piscem, iuxta Callimachi dictum, in nemoribus pingeret, rursùs aprum in vndis. Confine illi, ἐν φακῇ μύρον, id est, In lenticula vnguentum.

Cancer leporem capit. 78

De re absurda.

Καρκίνος λαγὼν αἱρεῖ. i. Cancer leonem capit. De re nequaquam verisimili, dictúque absurda. velut si quis dicat, ab indoctissimo superari doctum.

Ne caprea contra leonem. 79

Μὴ ἐχθὲς λέοντα δρακὼν ἄλφιτον μάχου. Ne caprea aduersus leonem, hoc est, ne longè inferior cum potentiore decertes. Dorcas enim sylvestris est capreolus. Refertur à Diogeniano. Suidas integrum refert senarium,

Μὴ ἐχθὲς λέοντα δρακὼν ἄλφιτον μάχου. id est,
Ne cum leone capra pugnam sumpsero.

Homerus Odyssea ϑ,

Ἀνδρὶ δ' ἐχθρῷ οὐκ ἐθέλω ἐριδαίνειν ἐνὶ δήμῳ. id est,
Cum potiore viro nolim certamen inire.

Pellem caninam rodere. 80

Maledicum tenuem lacessere.

Pellem caninam rodere, prouerbiali metaphora dixisse videtur Martialis, pro eo quod est, hominem maledicum & improbum conuiciis infectari. Sic enim scribit in obtrectatorem quendam & oblatratorem,

Non detrunt tamen hæc in vrbe forsan,
Vnus vel duo, tréfve, quatuórve,
Pellem rodere qui velint caninam.

Echino asperior. 81

De intractabili.

Ἐχίνου τραχύτερος, id est, Echino asperior: in hominem intractabilem & insuauibus moribus dictum. Metaphora sumpta ab animante, cuius duplex est genus: terrestre, spinis obsitum: & maritimum, pinnata vndique testudine, ac spinis obductum: quibus se pedum vice voluit, authore Plinio. Martialis,

Cortice deposito mollis echinus erit.

Aristoteles lib. De generatione animantium quinto, tradit echinum ipsum quidem pusillum esse, cæterùm spinas habere & longas, & acutas. Athenæus Dipnosophistôn lib. tertio, fabellam aut infestiuam refert è Demetrio Scepsio: Laconem quempiam vocatum ad cœnam, appositis echinis, quum ignoraret quo pacto soleant edi, nec obseruaret quomodo cæteri conuiuæ his vescerentur: corripuisse quendam, & in os conjecisse vnà cum ipsa testa, porrò quum inter dentes frideret echinus, & hominis os cibo miserè cruciaretur, O scelestum, inquit, edulium: neque nunc te omittam tibi mitius, nec te posthac vnquam tumpiero.

Echinus partum differt. 82

Ἐχῖνος τὸν τόκον ὑπερτίθησι, id est, Echinus partum differt. De iis dictum, qui prorogarent quippiam suo malo: vt qui creditam pecuniam cõperendinãt, tamen aliquando reddendam vel maiore cum fœnore. Aiunt echinum terrestrem stimulata aluo remorari partum: deinde tam aspriore ac duriore facto fœtu mora temporis maiore cruciatu parere. Author Suidas. Plinius lib. 9. cap. 29. tradit piscem qui dicitur echineis, fluxum grauidarum sistere, & vsque ad puerperium in vtero continere fœtum. Quanquam hoc ἀσυστάτως.

Prius duo echini amicitiam ineant. 83

Mores, & studia maximè discrepantia.

Πρὶν ἢ δύο ἐχῖνοι φιλίην ποιήσωνται, ὁ μὲν ἀπ' ἠπείρου, ὁ δὲ ἀπὸ χέρσου, id est, Prius enim duo inierint amicitiam, alter e mari, alter è terra. De iis qui moribus ac studiis sunt inter se discrepantiores quàm vt spes sit aliquando inter eos necessitudinem coituram. Venustius erit ad rem deflexum. Male conuenit literatorum fastui, & vapitati cum humilitate Christiana: citius echino marino cum terrestri conueniret. Nam est echinus marinus, de quo multa Plinius & Aristoteles. est & terrestris, quem alio nomine vocant Erinaceum: illud commune, quòd vterque spinosus est, vnde & vocabulum inditum. Refertur à Suida.

Non missura cutem, nisi plena cruoris, hirudo. 84

Prouerbij speciem habet illud etiam Horatianum in Arte poet.

Non missura cutem, nisi plena cruoris, hirudo.

Quadrabit in homines nimium sedulos, & quibuslibet in rebus immodicos. Cuiusmodi nonnullos videas, qui quum semel cœperint, nullum faciunt finem, donec defatigati desistant: nec rationem vllam habent alienæ fatisdij, sed suo tantum animo negocij modum metiuntur, haudquaquam memores vetustissimi sermonis, admonentis vt tum à lusu desistamus, quum adhuc est iucundus: ne voluptatem, odij molestia consecuta contaminet. Nemo nescit hirudinem, vbi semel hæserit corpori, nulla ratione posse reuelli, donec suctu sanguinis expleta decidat. Quidam appellant sanguisugam, Græci βδέλλαν siue βδέλλιον. linguam habet bifulcam ac fistulatam, quam penitus infigit cuti. Meminit Plinius lib. 11. cap. 34. atque inibi de altero quodam animali, cui nomen non sit, quod semper infixo sanguinis capite viuat, donec omnia satietate dehiscat, & ipsi immoriens alimento quum cibi non sit exitus.

Hirudo, sanguisuga.

Mea est pila. 85

Res mihi in manu.

Mea est pila, id est. Vici, & voti sum compos: aut Res mihi in manu est, apud Plautum in Truculento. Sumptum à notissimo pilæ ludo, quum multis insequentibus, vnus aliquis præstantior occupat. Confimili figura dixit in Cassina: Sed si nunc vult hera facere officium suum, nostra omnis lis est. id est, vicimus. Traducta metaphora à iudiciis.

Nostra omnis lis.

Ab ouo vsque ad mala. 86

A radicibus.

Ab ouo vsque ad mala, prouerbiali figura dixit Horatius in Sermonibus, Satyra tertia, pro eo quod est, ab initio conuiuij vsque ad finem:

si cellibuisset (inquit) ab ouo
Vsque ad mala citaret, io Bacche modo summa
Voce, modo hac resonat quæ chordis quatuor ima,

Antiquitus enim cœnam ab ouis auspicabantur, malis finiebant. Erit venustius si longius trahatur, Ab ouo vsque ad mala, id est, toto colloquio, tota nauigatione, aut toto opere. Qui rem altius repetunt quàm oportet, notantur illo versu Horatiano, Nec gemino bellum Troianum orditur ab ouo. Qui à primis initiis repetunt

ἀπ' ἀρχῶν, id est è radicibus & à stirpibus imis exordiri dicuntur: qui nihil prætermittunt, ordine narrant. & à capite vsque ad calcem, quod alibi retulimus. Græcis ἄνωθεν dicitur & ἀρχῆθεν.

Virtutem & sapientiam vincunt testudines. 87

Iulius Pollux lib. 9. de rerum vocabulis, scribit hoc carmen olim proverbio celebratum fuisse.

Καὶ ἀρετὴν χελώναις σοφίαν νικᾶσι χελῶναι. id est,

Et virtus testudinibus & sapientia cedit.

Est autem velut ænigma, innuens pecuniam longè plus posse quàm aut virtutem aut sapientiam. Antiquitus enim Peloponnesiorum numisma χελώνη, i. testudo, dicebatur, propter insculptam in eo testudinis figuram. Testem huius rei citat Eupolidem, qui in fabula cui titulus Captiui, οβολὸν dixerit κεκυφέναι, i. obolum pulchræ testudinis. Consimili forma dictum & illud, Multas noctuas sub tegulis latitare. & Bos in lingua: quæ suis retulimus locis.

Sacra hæc non aliter constant. 88

culpa quidē, sed quæ res locoque conueniat.

Sacra hæc non aliter constant. Hoc adagio licebit vti siquando fatebimur culpam, sed quæ rei locóve conueniat: veluti si quis in balneis agat impudentius: aut rusticius in noui: aut in compotationibus ebriorum intemperantius: aut inter mulierculas inepcius: aut inter aulicos dissimulantius: aut inter sophistas loquacius: aut apud populum adulantius. Antonius nuptialis Centaurus excusans licentiam, Etenim fabula est, inquit, de nuptiis: & velit nolit, sacra hæc aliter non constant. Sūptum à locis, quæ certis quibusdam cæremoniis peraguntur: de quibus si quid demutes, piaculum admissum putetur. Plutarchus in comment. De audiendis poetis, ἀφανὲς γὰρ ἀχόρευτα καὶ ἄτιτθα τὰ ἱερὰ, τὸ δὲ ἄμυθον οὐδὲ ἄδηλον ἔσεσθαι. i. Sacra enim absque choris ac tibiis nouimus: non nouimus autem absque fabula ac mendacio pocsim.

Sequitur ver hyemem. 89

Rerum vices.

Sequitur ver hyemem. Hoc adagio rerum vices significamus, necessariò sibi succedentium: vt si quis suadens in rebus afflictis animum fulciendum spe meliorum, dicat, Sequetur ver hyemem, id est tristibus succedent lætiora. Ita Pindarus Isthmiorum hymno 4. νῦν δ' αὖ μετὰ χειμέριον πετάλοις μίσιον ζόφον, χθὼν ἅπα φοινικόεσσαν ἄνθει ῥόδοις. i. Nunc verò rursum post hybernam multiplicium mensium caliginem, terra veluti purpureis floret rosis. Ausonius in præfatione monosyllaborum, nonnihil abusus est proverbio, Vt in vetere verbo est, Sequitur ver hyemem. Iam similium nugarum subtexo nequitiam.

Venereum iusiurandum. 90

Amantium iusiurandum irritum.

Ἀφροδίσιος ὅρκος οὐκ ἐπιτελεῖται. Venereum iusiurandum non punitur. Scitus est, amantium iusiurandum minimum esse, neque ad deos quicquam pertinere tanquam iocosum. Et authore Nasone,

Iuppiter ex alto periuria ridet amantum,
Et iubet Aeolios in freta ferre notos.

Et Horatius.

Ridet hoc, inquam, Venus ipsa, rident
Simplices Nymphæ.

Et Tibullus,

Periuria ridet amantum
Iuppiter, & ventos irrita ferre iubet.

Citatur hoc adagium à Platone in Conuiuio, ὁ δὲ δαιμόνιος, ὃν γε λέγουσιν οἱ παλαιοὶ, ὅτε ἡ ἐρώντος μήνις τυγχάνει οὖσα πρὸς ἐκεῖνον, οὐδαμῶς ἡγοῦνται αὐτὸν ἐπὶ ξύλοις ἐπομνύμενον ἀφεστάναι τοῦ ἐρᾶν οὐδὲ ἐπιορκεῖν· καὶ οἱ θεοὶ ἡ οἱ ἀνθρώπων πάσαν ἐκείνην παντάπασι παρίασιν. id est, Quódque omnium maximum est, vt sanè dicitur vulgò, vni etiam iuranti à diis parata est venia, si quæ iurauit, non præstiterit. Venereum enim iusiurandum negant esse: adeo tum dij, tum homines nihil non permittunt amanti. In verbis Platonis videtur deesse vocula ἐρασταῖς. οὐ φασὶ θεοὶ ἐρασταῖς. Meminit & Procopius, in epistola ad Epiphanium: ultima, καλῶς ἄρα ᾔδη τὸ τῶν ἐρώντων πρὸς ἀλλήλους ἐπιορκεῖν ἐπιτρεπόμενον, συγγνώμην αὐτοῖς ἐκ θεῶν ἐπιψηφίζεται. id est, Pulchrè nouit amantium affectum proverbium. etiamsi peierare voluerint, veniam illis à diis pollicetur. Plato in Philebo, apud Athenæum lib. 12. οἱ δὲ λεῖοι, ἐν οἷς τὰς ἡδονὰς τὰς ἀκρατεῖς καὶ μεμιγμένας ἡδονῇ, ἐν οἷς ἐπιθυμίαι συγγνώμαι ὄντως πρὸς θεῶν, ἄνευ, καὶ ἐπιμῆνιον, ἀλλ' ἡδονῶν ἀδὺ ἐκ λυπηρῶν ἀδύ. id est, Cæterùm, quemadmodum dicitur, etiam in voluptatibus circa res venereas, quæ sanè videntur esse præcipuæ, periurium quoque venia donatur à diis: perinde quasi voluptates puerorum instar sint, qui nondum ratonis sunt compotes. Refertur & illud ex Callimacho,

Ἔρωτι, φησὶ Λύγδαμις, δικαιοῦ ὁ ὅρκος
Ὅρκος μὲν ἀνδρῶν οὐκέτ' ἐστὶν ἀθάνατος. id est,

Iurauit, verum vulgò dicunt, in amore
Quod mas est, aures non penetrare deûm.

Prior versus non caret mendo. Defectu potest ad quoduis promissum, cuius fides præstanda non videtur. Promissi fides non præstita.

AMMAD. MINR. STEPH.

V. Prior.) Mendum id tolletur, ita legendo versum,

Ἔρωτι φησὶ Λύγδαμις δικαιοῦ, πρὸς ὃν ὅρκος.

Tanquam meum nomen. Tanquam digitos. 91

De prompta, certáque memoria.

Prouerbiales hyperbolæ sunt, Tanquam meum nomen, & Tanquam meos digitos. teneo: inquando promptam certámque memoriam significare volumus.

Martialis,

Totis diebus Afer hæc mihi narrat:
Et tanto melius illa quam meum nomen.

Iuuenalis,

Tanquam vngues digitíque sues.

Nihil magis memoriæ quàm proprij nominis, vnde & vita defunctos olim suo nomine inclamabant. Et proprij nominis oblitum, dicimus prodigiosæ obliuiscentiæ hominem. Antiquitus in digitis computus peragebatur. extat ea de re libellus Bedæ. Quin hodiéque numerandi imperitum & obliuiosum per iocum rogare solent quot in manibus habeat digitos. Plutarchus in commentario cui titulum fecit, Quo pacto quis intelligere possit se profecisse: scribit olim morem fuisse nouum digitorum ediscere, hísque in metu tanquam remedio futuris vti. ipsius verba subscribam. Οἱ μὲν γὰρ ὀνόματα τῶν ἰδίων ἑκάστου δακτύλων, χρώμενοι πρὸς ἕω φόβους οἷονεὶ τισὶ βοηθήμασι, μικρὰ καὶ ὀλίγα ἐπιμανθάνουσιν ἑκάστοτε. id est, Quidam enim ediscunt suorum nomina digitorum, eisque contra pauores vtuntur, tanquam ad depellenda mala remedium habeant, paulatim singulos recensentes. Quæ verò sint digitorum apud Græcos vocabula, Gellius in Noctibus Atticis indicauit. Cælius Calcagninus, vt indicat Alexander, mauult intelligi de nouimbus Dactyliorum Idæorum: de quibus nonnihil attingemus in prouerbio, Celmis in ferro: licet in Plutarcho *idiæ* legatur non *idiæ*

Computus Bedæ.

Bonorum glomi. 92

De magnis & congestis opibus.

Ἀγαθῶν ἀγαθίδες, id est, Bonorum glomi: de opibus extructis & affatim accumulatis. Sumpta metaphora à glomere textorio, cui fila sunt obuoluta, aut certè ligno illo textorio, cui filorum maxima vis est obuoluta, quod idem *mulier* vocant. Prouerbij meminit Iulius Pollux lib. 7. cap. 10. indicans apud comicos esse frequentissimum. Videtur autem allusum ad vocem in Agathide & Agathis: perinde vt Thucydides in Euripidis epigramate Athenas τὴν Ἑλλάδος ἕλκος vocat, id est, Græciæ Græciam. Etiamsi lib. 5. tribuat hanc sententiam Pindaro. Et quemadmodum ἔσχατα ἐσχάτων, id est postrema postremorum: ita κακὰ κακῶν, id est mala malorum, dicunt Græci. quam quidem figuram Latini non agnoscunt.

Rem acu tetigisti. 93

Est apud Plautum in Rudente, Rem acu tetigisti, proeo quod est, rem ipsam diuinatti, nihil aberrans. Metaphora sumpta videri potest à lusu quopiam, in quo diuinator, id quod alius noluisset, summa acu tangebat, aut lineam, aut calculum, aut aliud quiddam simile. Igitur acu tangere, perinde est quasi dicas ipsissimum punctum attingere. nam minutissima puncta denotantur acu.

Purgatis auribus. 94

Purgatis auribus, pro attentis & vacuis, proverbium est apud Plautum in Milite,

Perpurgatis ambo damus tibi operam auribus.

Horatius in epistolis,

Est mihi purgatam crebrò qui personet aurem.

Persius quinta Satyra,

Stoicus hic autem dorsum nudus astto.

Nam sordes in auribus collectę auditum hebetant, exemptæ reddunt acriorem.

Putior clauis. 95

De moribus integris, & incorruptis.

Πύτιος πηδάλιον, id est, Putior gubernaculo. Comparatio prouerbialis de re vehementer inculpata, aut moribus vndequaque integris & incontaminatis. Clauus enim nauticus assiduis fluctibus abluitur, vt nihil sordium possit hærere. Adagium refertur à Suida.

De calcaria in carbonariam. 96

De mutato in pejus statu.

Quoties fit vt à re propolita ad aliud quippiam longè diuersum digrediamur, de calcaria in carbonariam occurrere dicimus: huc quum ex vno malo in aliud diuersum incidimus. Tertullianus libro De carne Christi, Igitur, inquit, de calcaria, quod dici solet, in carbonariam, à Marcione ad Appellem. Huc non dissimile est illud Ciceronis in actione pro Murena, Respondebo igitur Posthumio primum, qui nescio quo pacto mihi videtur prætorius, candidatus ex consularem, quasi deuitorius in quadrigarium curriculum incurrere.

Datyli dies. 97

Δακτύλου ἡμέρα, id est, Datyli dies. Vbi res feliciter succedentem. Sumptum à Datylo quodam, qui apud Athenienses summos est honores consequutus.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. Δακτύλου.) Fateor ita legi apud Zenobium quem Erasmus vult esse Zenodotum: sed reperio non vno in loco citata hęc ex Alcęo verba παραφθαρτὰ λύχνε κάντιμολήσαντος ἄμμε. Ad quæ alludens, vel potius, quæ mutuo sumens ab Alcæo quidam incerto nomine in Anthologia Græcorum epigrammatum, ita clausit suum epigramma,

Πεπαῦσθ' ἄκρητον ἐκπίνοντες ἄκρατον ἀεί·
Ἢ πάλιν ἀναπλήσω νοήσω ἰδὼν μεθύοντας.

Qui versus me mihi respondentes Alcæi verbis, si ea ita legerimus vt habentur alicubi apud Athenæum, τί ἦλθες ἀμμὶ νύχιος ἐπὶ πρωΐαν ἀμέρην. Esse autem

Furax timidiores.

Ipse ipsum nasum fricat, sensum, legendo δάκτυλον & ἡμέραν, nemo non videt. Ac fieri potest vt depravata lectio commentitiæ explicationis ansam præbuerit. Horum Alcæi verborum memini & in meis in Anacreontem observationibus.

Monstrum alere. 98

De occultato, & latente vitio.

Monstrum alitur, vbi quid occulti vitij latere significamus. haud scio an inde sumpta metaphora, quòd mostra ob pudorem clanculum aluntur & occultantur. Siquidem Pamphilus in Andria Terentiana, quòd prius repudiatus gener, rursum ad affinitatem repeteretur, suspicans aliquid esse vitij in puella quod celarent: Repudiatus, inquit, repetor. Quamobrem? nisi si id est quod suspicor, aliquid monstri alunt. Ea quoniam nemini obtrudi potest, itur ad me.

Non curat numerum lupus. 99

Proverbium sapit Vergilianum illud in Bucolicis,

Hic tantam Boreę curamus frigora, quantum
Aut numerum lupus, aut torrentia flumina ripas.

Rectè dicetur in hominem impudenter furacem. Extat hodieque vulgo iactatū proverbiū, Lupus non veretur etiam numeratas oues deuorare. Porrò fures paulo timidiores cōsueuerunt à rebus numeratis abstinere manum, metu videlicet ne hoc indicio deprehendantur. Hanc affinis locus ille facetus in seruum furacem, qui cum esset domi neque clauum neque obsignatum.

Ipsis placet. 100

Furax timidiores.

Αὐτῷ ἀρέσκει, id est, Ipsis placet. Vbi rem parum nobis probari, aut caulam nihil ad nos pertinere significamus. Terentius in Andria, Mihi non sic verisimile. At quiipsis commentum placet. Non admodum abluditab illo, Suum cuique pulchrum. Suis quisque consilijs suæque sententiæ blanditur. Huc pertinet illud apud Homerum frequens ἤρεσε θυμῷ, id est, Placuit animo. Item illud apud comicos, *Sic libitum est animo meo.* Et apud Vergilium, *Dis aliter visum.*

Plato lib. De leg. 3. retulit hoc proverbium.

CHILIADIS SECVNDAE CENTVRIA QVINTA.

Spartam nactus es, hanc orna. 1

Σπάρτην ἔλαχες, ταύτην κόσμει, id est, Spartam quā nactus es, hanc orna, suo administra.

Admonet adagium, vt quamcunque prouinciam cumque sorte nacti, ei nos accōmodemus, pròque huius dignitate nos geramus. M. Tullius ad Atticum lib. 4. epist. 1. extra, Reliquum est σπάρτην ἔλαχες ἐὰν καλῶς κόσμει. Non mehercle possum. & Philoxeno ignoto, qui adduci in carcerem maluit. Idem ad eundem libro 5. Eam cautam quam mihi dicis obtigisse σπάρτην, non modò nunquam deseram, sed etiam si ab illa deseratur, mea pristina contentia permanebo. Quod à Cicerone refertur carmen est anapæsticum. Citatur & quapiam Spartam nactus es, hanc exorna. Theocriti scholiastes indicat allusum ad hoc proverbium in Hodœporis,

Αἰνῶ σε μὲν σοφίαισιν, ἐγὼ δ' ἐμὲ τὸν ἀμαθέα φημί.
Τὰν σὺ τί πεπόνθαις ἔχε τὰν ἔλαχες. id est,
Me amentem dicis sed ego me fatuum fateor:
Et tenendi cælum proprium, ne desere quæso.

Vsus varius adagij huius.

Proverbium igitur ad varios vsus hæbit accommodare: vel quum admonebimus vt suam quisque personam quā suscepit, cū decoro tueatur. Episcopus es, ne satrapā agas, sed episcopu. Maritus es: cura quæ mariti sunt officia. Aulicus es aulicum age. Iudex es: ne iam amicum aut inimicum sed iudicē agas. Principatus tibi contigit: principis officio fungere. Priuatus es, vt priuatū te gere. Sic propemodum vsus est Aristophanes: nam huic inscribitur comœdia cui titulus Σφηκοσεσιζόμαι,

Χρὴ γὰρ τοιοῦτον ἄνδρα πρὸς τὸ δημόσιον
Ἀδικοῦντα, πρὸς ἑαυτὸν μὴ ξυνιέναι κακόν. id est,
Licet portam accommodari morbum,
Vicunque ad argumenta quæ tractauerit.

De quoque sua sorte contentum esse oportere.

Vel quum admonebimus vnumquemque sua sorte contentum esse oportere, quæcunque contigit. Quemadmodū enim peritus gubernator in omni tempestate bonum præstat nauclerum: ita vir sapiens in omni fortuna sapienter se gerit. Est ampla res familiaris: sapienter administra. Non est vt certe paupertatis commodis. Contigit eruditio: vtere ad bene viuendum. Non contigerunt

macereris, sufficit pietas ad consequendam salutē. Plutarchus in commentario περὶ τῆς εἱμαρμένης, admonens vt suam quisque sortem boni consulat, σπάρτην, inquit, ἔλαχες, ταύτην κόσμει, id est, Sparta tibi obtigit, hanc exorna. In eodem libello monet hoc dictum a Solone prodotum. Citatur autem ex Euripide,

Σπάρτην ἔλαχες, ταύτην κόσμει.
Ταῖς ἐμαυτοῦ πράξεσι λέγω. id est,
Spartam nactus es, hanc ego gubernat.
Sors est propria nostra Mycenę.

Præsentibus bonis consule.

Videntur verba esse Agamemnonis ad Menelaū quod cōsonat illi Platonico, τὸ παρὸν δὲ πρᾶττε, i. quod præsens est, bene dispone, siue boni consule. Nunc vulgus hominum magis incumbit rei augendæ, quàm bene administrandæ, contra quam recte monet Socrates in Theæteto Platonis, πρῶτον τὸ παρὸν σμικρὸν ὄν, πῶς μάλιστα πρᾶττωμεν. Nam satius est pusillum bene, quàm multū nō vt oportet peragere. Hanc igitur sententiam passim in principum aulis insculpi oportuit, σπάρτην ἔλαχες, ταύτην κόσμει, quorū vix vllum reperias qui verè cogitet quid sit principis agere personam, qui ve suæ ditioni contentus, nō conetur aliquid imperij sui finibus addere. Principis munus est, modis omnibus reipublicæ commodis prouidere, publicam tueri libertatem, alere pacem, excludere quàm minimo suorum exitio maleficia, dare operam vt sanctos & integros habeat magistratus. Quum igitur harum rerum securus ludit alea, saltat, scortetur, muliceatur, venatur, negociatur, breuiter alibi intentus est totus: tum occinendū est adagium σπάρτην ἔλαχες, ταύτην κόσμει. Rursum vbi neglecta quæ contigit ditione, foras agit, alijs inhians imperijs, suos in summum adducit discrimen, suos exhaurit funditus, seque pariter & reuniuersam fortunam, aleæ belli subiicit, vt vnum aut alterum oppidulum adiiciat suis finibus: tum suggerendum adagium: Spartam nactus es. Nihil principi pulchrius, quàm vt hoc quicquid est regni, quod fortuna dedit, sua sapientia, virtute, diligentia reddat ornatius. Cōtigit oppidulum: imitare Epaminondam, fac vt frigidum illud oppidulum tua opera multo reddas celebrius ac locupletius. Cōtigit fera & intractabilis natio: da operam vt eam paulatim sicuram & legibus obrē-

perantem reddas. Contigit regnum parum splendidum noli vexare finitimos, sed hoc quod habes, citra alienũ detrimentum exorna. Vix vnquam fœliciter cessit peregrinæ ditionis affectatio. Quædam nationes ingenium ac linguæ sonus discreuit, vt Germanos & Hispanos: quosdam ipsa natura diduxit, vt insulares mari, Italos mari simul & alpium molibus. Nonnullis casus suos terminos dedit. Si quisque quod nactus sit, nitatur ornare, nimirum vbique florebunt omnia. Et inter amicos nempe Christianos, omnia erunt omnium communia. Nunc sæpenumero fit, vt dum aliena labefactare nitimur, nostra funditus subuertamus: &, vt fœliciter cedat res, tanto nostrorum ciuium sanguine, tantis sumptibus, tot periculis, tot sudoribus, tot orbitatibus, tot denique nunquam enumerandis malis, emimus titulum nescio quem inanem, & magni nominis fumum. Xerxes, Cyrus, Alexander Magnus & vixissent diutius, & veriorem gloriam essent consecuti, si suas ciuitates rectè administrare, quàm alienas armis vexare maluissent. *Carolus Burgundionum dux vltimus.* Carolus Burgundionum dux, huius prouus, si vim ingenij qua pollebat, si magnitudinem animi contulisset ad tua locupletandã potius quam ad expugnanda aliena, nec in fœlicem mortem oppetisset in bello, & inter laudatissimos principes haberi poterat. Magna pars nostræ ditionis id temporis, sæuissima quadam peste tenebatur, stultissima videlicet, sed omnium perniciosissima dissensione, omnibus in duas factiones diuisis: quarum alteri nomen erat ab hamo, alteri à pisce asello. Pugnabat ciuitas cum ciuitate, vicus cum vico, domus cum domo: sæpe quos idem lectus iungebat, factio diuersa segregebat: & fratrem à fratre ruptis naturæ vinculis distrahebat. Passim latrocinia, iurgia, cædibus, rapinis seruebant omnia. & interim bonus ille princeps, perinde quasi hæc nihil ad rem pertinerent, procul aliorum oppugnabat mœnia. Carolus Galliarum rex, huius nominis octauus, peragrata Italia, reuersus est ad suos: sed tanto suo suorúmque malo ac periculo, vt penituerit eius fœlicitatis. Denique sunt *Philippus Burgund. dux* qui affirment, eum ad senectutem peruenire potuisse, si Italiam Italis reliquisset. Quid dicam de Philippo huius Caroli patre? Adiit Hispanias, non Martis aleam experturus, sed accersitus ad regni partem capessendam, pacata vndique omnia. Et tamen hanc tam fœlicem peregrinationem quàm fleuit patria, non ferendis exactionibus expilata? Ipse magno vitæ periculo non semel laborauit. Franciscum Busilidium archiepiscopum Byzontinum amisit, virum modis omnibus incomparabilem. Sed tamen vtcunque rediit, non licuit iis malis ita defungi. Denuo reliquit suos, sæuissima iactatus tempestate, delatus est in Angliam, tum temporis non admodum æquam nostratibus. Quid illic acciderit, quid passus fuerit, quid pollicitus, quo pacto dimissus sit, non libet cõmemorare. Seruiuit necessitati, fateor & ignosco: sed quid erat necesse in eam venire necessitatem? Nec iis admonitus malis, de repetenda patria cogitauit. Hispaniæ reuisendæ erant, vbi periret iuuenis ad res maximas natus, nisi ipse suam sibi inuidisset fœlicitatem. Atque vnius hominis mors simul & patriã optimo principe, & Maximilianũ vnico orbauit filio. Quid dicam de Christianissimo Francorum rege Ludouico, eius nominis duodecimo. Adortus est Venetos, id tẽporis, vt videbantur inexpugnabiles, vnico conflictu tot oppida restituit Romano pontifici Iulio, tot imperatori Maximiliano, tot sibi recepit. Rediit rebus fœlicissimè sicuti videbatur, confectis. Verùm quantum malorum pelagus hinc exundauit in Gallos? Qui suo sanguine tot insignes triumphos Iulio pepererant, eiusdem opera maiore sanguinis iactura ex Italiæ finibus electi: parum hoc, & quo non tandem ignominiæ stigmate notati? Quòd ni Iulium mors intercepisset, vidissemus regnum illud totius orbis florentissimum, funditus euersum. Quid autem de serenissimo Scotorum rege Iacobo commemorem? Is vir absolutam fœlicitatem absolutæ laudi adiunxerat, si perpetuò suis se finibus continuisset. Erat ea corporis specie, vt vel procul regem posses agnoscere. Ingenij vis mira, incredibilis rerum omnium cognitio, inuicta animi magnitudo, verè regia pectoris sublimitas, summa comitas, effusissima liberalitas. Denique nulla virtus erat quæ magnum deceret principem, in qua ille non sic excelleret, vt inimicorum quoque suffragio laudaretur. Contigerat vxor Margareta, serenissimi Anglorum regis Henrici octaui soror: ea forma, ea prudentia, ea in maritum charitate, vt non aliam à superis optare potuisset. Regnum Scotiæ, quod multis & opibus & celebritate incolarum, & splendore fortunæ cedere, sic suis virtutibus illustrarat, sic auxerat, sic ornarat, vt veram egregij principis laudem meruerit, si intra hoc gloriæ suæ stadium constitisset. Sed ô nunquam fœlicem regno, raro principi, regis discessum. Dum nimium amico in Gallorum regem animo, quo Britanniæ regem magnis rerum minis Gallias impetentem auerteret, & ad insulæ suæ defensionem reuocaret, egressus regni sui fines, Anglos bello lacessit. Quid multis? Fortiter quidem, sed infœliciter periit, nõ tam sibi quàm regno. Periit adhuc suo vigens. Diu Scotia tanto principe, diu Margareta tali marito, diu filius (nam filium ex ea fustulerat) tali patre frui potuisset, atque ipse vicissim & his omnibus & sua gloria, nisi sibi virum inuidisset. Casus est vnà cũ fortissimo patre filius, & filius eo patre dignissimus Alexander archiepiscopus, titulo diui Andreæ, iuuenis quidem vigint ferme natus annos, in quo nullam consummati viri laudem desiderares. Mira formæ gratia, mira dignitas, heroica proceritas, ingenium placidissimum quidem illud, sed tamen ad cognitionem omnium disciplinarum acerrimum. Nam mihi fuit cum eo quondam in vrbe Senensi domestica consuetudo: quo tempore à nobis in rhetorum præceptis Græcanicísque literis exercebatur. Deum immortalem quàm velox, quàm fœlix, quàm ad quiduis sequax ingenium, quàm multa simul complecti poterat. Eodem tempore discebat iureconsultorum literas, nec eas admodum gratas ob admissam barbariem & odiosam interpretum verbositatem. Audiebat dicendi præcepta, & præscripto themate declamabat, pariter & calamum exercens & linguam. Ducebat Græcè, & quotidie quod traditum fuerat, statо reddebat tempore. Horis pomeridianis musicis operam dabat, monochordiis, tibiis, testudini. Modulabatur & voce nonnunquam. Ne ipsum quidem conuiuij tempus studiorum vacabat fructu. Sacrificus perpetuò salutarem aliquem librum recitabat: pura decreta pontificum, aut diuum Hieronymum, aut Ambrosium: nec vnquam recitantis vox interrumpebatur, nisi si quid alteruter doctorum, inter quos medius accumbebat, admonuisset, aut ipse parum assequens quod legebatur, scisciatus esset aliquid. Rursum à conuiuio fabulæ, sed breues, & hæ quoque literis conditæ. Proinde nulla omnino vitæ pars vacabat studio, nisi quæ rei Diuinæ somnóque daretur. Nam etiamsi quid superfuisset temporis, quod tam variis studiorum vicibus non suppetebat, tamen si quid forte superarat, id historicorum lectioni dabat. Nam hac cognitione præcipuè capiebatur. His itaque rebus factum est vt adolescentulus vixdum decimumoctauum egressus annum, tantum in omni literarum genere consequutus fuerit, quantum in quouis viro iure miremur. Nec illud in hoc vsu venit, quod ferè solet in aliis, vt ad literas fœlix, ad bonos mores minus esset appositus. Verecundi mores erant, sic tamen vt miram agnoscores prudentiam. Animus sublimis, & à sordidis istis affectibus procul semotus: sed ita vt nihil adesset ferocitatis, nihil fastidij. Nihil non sentiebat, permulta dissimulabat: nec vnquam ad iracundiam poterat incitari: tanta erat naturæ lenitas, animique moderatio. Salibus impendio delectabatur, sed eruditis ac minimè dentatis, hoc est non nigro Momi, sed candido Mercurij sale tinctis. Siquid turbæ domi natum fuisset inter famulos, mirum quanta dexteritate, quantóque candore solitus sit componere. Denique religionis erat & pietatis plurimum, superstitionis nihil. In summa, nemo fuit dignior qui ex rege, & ex illo rege nasceretur. Vtinam autem in parentem pietas quàm fuit admirabilis, tam fuisset & fœlix. Comitatus est in bellum, ne vsquam patri deesset. Quæso quid tibi cum Mauorte, omnium poeticorum deorum stupidissimo, qui Musis, imò qui Christo eras initiatus? Quid isti formæ, quid isti ætati, quid naturæ tam miti, quid ingenio tam candido, cum tarantaris, bombardis & ferro? Denique quid erudito cum acie? quid episcopo cum armis? Imposuit nimirum tibi immodica quædam in parentem pietas: dúmque nimirum fortiter amas patrem, infœliciter cum patre casus occubuisti. Tot naturæ dotes, tot virtutes, tot eximias spes, vnica pugnæ procella absorbuit. Periit & nostrarum rerum nonnihil, nempè quod in erudiendo te sumpsimus operæ, quódque mea parrum industria mihi in te vindico. At quantus fœlicitatis cumulus, si genius aliquis malus regem hunc impulisset vt regni sui limites egressus, in alienis agris cum ferocissima gente Martem experiri vellet? Vtinã quod præclarè cœperat, perficere maluisset, hoc est

Iulius secundus pontif. max.

Alexander archiepiscopus D. Andreæ.

Regum laus maxima, qui.

ἀπόρθητον δὲ ἔαρ ἀεὶ νέμεται. Regibus proprius ac pulcherrimus laudum campus intra regni fines est. Inopum gẽte cæteræ quidem huc & illuc volatu diuaganter: solus rex, vt aculeo caret, ita pro portione corporis alas habet multo minores, vt ad volatum parum sit doneus. Veteres ita Venerem fingebant, vt pedibus testudinem premeret: id innuentes, matremfamilias ab ædibus nusquam oportere discedere, quippe cuius omne officium intra domestícos parietes contineatur. Atqui multo magis ad rem pertinebat, principem hoc admoneri symbolo: qui siquid peccat, non vnius familiæ, sed orbis totius malo peccat. An parum est domi negotiorum, vt foris sint accersenda? Tanta est vbique scelerum sentina, tot sacrilegia, tot latrocinia, tot oppressiones, tot iniuriæ, tot contumeliæ, tot magistratuum corruptelæ, tot leges aut à tyrannis institutæ, aut in tyrannidis ministerium detortæ: vt illa minutiora ne dicam, neglectas oppidorum vias, collabentes ædes sacras, incuratas fluminum ripas. His ita mederi, vt in remedium quam minimum de sanguine tuorum impendas, vt respublica beneficium sentiat, non sentiat impendium, annon egregium principis munus, & immortali laude dignum? Quòd si cupis omnino gloriæ tuæ pomœria vltra ditionis tuæ fines extendere, fac vt qui finitimi sunt, magnitudinem tuam beneficiis, non malefactis experiantur. Exuris villas, proteris segetes, demoliris vrbes, abigis pecora, trucidas homines, atque ita denique te magnum declaras. Bellum certamen, si id cum latrone fuisse episses. Hesiodus scripsit, malum vicinum magnam esse noxam: contrà, bonum, ingens esse commodum. Hoc in te probent finitimi tui: fac ita te mereantur magnum vt ament benignum. Verùm iam satis dolori nostro, satis datum discipuli memoriæ: superest vt ad prouerbiorum recensionem redeamus.

Orbis totius malo peccat princeps.

Contigit & malis venatio. 2

Imminenti fortunæ.

Δίδωσιν ἐγκύρσιον ἄγρα, id est, Contigit & ignauis è venatu præda. Vbi quid fœnoris obtigit immerenti, quodque fortunæ magis quam illius industriæ sit acceptum ferendum. Allegoria sumpta à venatu, in quo vel præcipuè dominatur fortuna, virtus minimum adfert momenti. At eruditio nemini contigit nisi labore parta. Regnum obuenit dormientibus, opes affluunt cessantibus nonnunquam: honores accidunt etiam fugientibus: cæterùm quæ verè bona sunt, nostra industria parentur oportet. Subest inde natum quòd olim mos fuerit, quod venatu captum esset, omnibus impartiri, etiam immerentibus. Ita Theocritus in Piscatoribus,

Ὡς ἐγὼ τοῦ ἄγρα τοιήδε πᾶσα μερίζεο: id est,
Sic & tu venatum partire omnia cuncta.

Quemadmodum arcana non committimus nisi selectis amicis, ita omnia narramus quibuslibet. Prouerbium refertur à Suida & Zenodoto. Si pro Δίδωσι legas Δίδου, siue Δίδοι, erit initium carminis trochaici. Nam probabile est è poeta quopiam decerptum.

Ire per extentum funem. 3

De re facilu dicebat.

Prouerbiali figura dixit Horatius, Ire per extentum funem, pro eo quod est, rem factu perquam difficilem præstare, neque vel tantillum aberrare. Sumptum à funambulis, vt Acroni placet, qui non sine summa arte: summóque vtu per funem protentum ingrediuntur. Quæ res, ficuti coniicere licet, ptisicis ingenti miraculo fuit. hodie nihil vulgatius. Horatij carmen hoc est, 2. Ep. 1.

Ille per extentum funem mihi posse videtur
Ire poeta, meum qui pectus inaniter angit.

Annus est. 4

Arbitror neminí dubium fore, quin illa quoque inter prouerbiales hyperbolas referri debeant, Annus est, Seculum est, atque id genus alia. Terentius in Seipsum exercitiante, Et nosti mores mulierum, Dum comuntur, dum moliuntur, annus est. Idem alibi, Iamdudum ætatem pro admodum dudum, Plautus in Asinaria, Ætatem velim seruire, Libanum qui conueniam modò. Et, Seculum est quòd nihil abs te redditur literarum. Proinde tempus prælongum, huiusmodi figuris significabimus.

Iamdudum quidem. Seculum est.

Dies adimit ægritudinem. 5

Menedemus in ἑαυτ τιμωρουμένῳ. Terentiana, nominatim adagij vice refert, Aut ego, inquiens, profectò ingenio egregiè ad miseriam natus sum: aut illud falsum est quod vulgò audio dici, diem adimere ægritudinem hominibus. Eodem spectasse videtur Sophocles in Aiace flagellifero,

Χρόνῳ γὰρ πάντα καὶ φύεται καὶ θνήσκει. id est,
Tempus enim facit deus.

Videlicet quòd omnia leniat molliátque. Ouidius,

Quod male fers, assuescere feres: hæc mala vetustas
Leuat.

Euripides in Alceste δὲ χρόνῳ μαλάξει λύπην. id est, tempus dolorem leniet. Marcus Tullius libro Tusculanarum quæstionum tertio, Quod ita esse dies declarat, quæ procedens ita mitigat, vt iisdem malis manentibus non modò leniatur ægritudo, sed in plerisque tollatur. Idem epistolarum libro quinto, Nam quod allatura est diuturnitas, id nos præcipere consilio prudentiáque debemus. Citatur ex Iphiclo,

Tempus, dolorem leuit.

Λύπης γ' ἰατὴρ ἐστὶν ἐπιχθονίοις χρόνος. id est,
Tempus molestus medetur omnibus. Euripides;

Κλαυστ' ἰατρὸς τῷ νόσον δίδως χρόνῳ,
Ἰάσατ' ἄλλῳ μᾶλλον, ἢ τυφλοῖ χερί. id est,
Medicus dedit qui tempus morbo moram,
Is plus remedij quam cultus scelus dedit.

Lucernam adhibes in meridie. 6

Λύχνον ἐν μεσημβρίᾳ ἅπτεις, id est, Lucernam accendis in meridie. id est, facis non suo tempore: aut explicas quæ per se sunt clarissima. Quorsum enim lucernis opus clarissima luce? Natum videri potest à ridiculo Diogenis facto, qui adhibita interdiu lucerna, rogatúsque quidnam sibi vellet, respondit, ἄνθρωπον ζητῶ, id est, Hominem quæro; quemadmodum testatur Diogenes Laertius. Seneca libro de beata vita, indicat hoc fieri solere per superstitionem, siquando denunciabatur ira numinis. Quum, inquit, sistrum aliquis concutiens ex imperio mentitur, quum aliquis fecandi lacertos suos artifex, brachia atque humeros suspensa manu cruenta: quum aliqua genibus per viam repens vlulat, laurúmque linteatus senex è medio lucernam die præferens, conclamat iratum aliquem deorum, concurritis & auditis.

Soli lumen inferre. 7

Quintilianus Institu. orat. lib. 5. titulo De vsu argumentorum, similima huic figuræ dixit, cum soli lumen inferre, qui rem per se euidentissimam conaretur argumentationibus probare. Videtur idem cum illo quod alio retulimus loco, ἥλιῳ τὸ φῶς δανείζω, id est, Soli mutuare lumen.

Zoili. 8

Laudum & vituperatorum falsatores.

Zoili audax quidem, sed parum fœlix mordacitas prouerbio locum fecit, vt vulgò Zoili vocentur alienarum laudum obtrectatores, & alienorum laborum reprehensores. Martialis,

Pendentem volo Zoilum videre.

Hic Zoilus sophista quispiam fuit, hoc facinore potissimum nobilitatus quod Homerum poetarum omnium principem ausus est libris aliquot in eum scriptis incessere: vnde Ὁμηρομάστιξ cognomen meruit, quod ipsum etiam abiit in prouerbium. Ita enim appellari cœpti nobilium scelerum castigatores, vel Plinio teste in præfatione Historiæ naturalis. Et Vergilio mastiges, quorum de numero fuit Perro. Zoilus igitur commentarios in Homerum compositos Ptolemæo tyranno Ægyptiorum obtulit, fugens videlicet præmium à rege sperans. Verùm quum nihil mitteretur, penuria coactus, misit qui peterent. Ibi Ptolemæus ait se mirari, quum Homerus tot annos defunctus tot hominum millia pasceret, Zoilum egere, Homero doctiorem. Denique per occasionem supplicio affectus est. quanquam de mortis genere diuersa tradunt authores.

Bona Cillicon. 9

Malis hominibus opes parari.

Ἀγαθὰ Κιλλικών, id est, Bona Cillicon. subaudiendum facit, aut habet. Conuenit vbi quis malefactis ac fœdis artibus sibi parauit opes. Huic adagio locum fecit Cillicon quidam, natione Milesius: qui prodita Prienensibus Mileto patria, ampliter quidem, sed fœdè ditatus est. Is quum prodítionem moliens rogaretur quidnam esset facturus, respondit πάντ' ἀγαθά, id est, omnia bona. Vnde prouerbium effertur etiam ad hunc modum, πάντ' ἀγαθὰ, ἀπὸ τῶν Κιλλικών, id est, Omnia bona, velut inquit Cillicon. Authores Suidas & Zenodotus. Alludit huc & Aristophanes ἐν ὄρνισιν.

Οὐδὲν πονηρὸν ἦν ἐκεῖ ἢ Κιλλικών. id est,
Mali nihil, verùm quod inquit Cillicon.

Interpres adiicit Cilliconis exitium. Prodita à Cilliconte insula, Theagenes quidam Syrius commigra-

rat Sanium, atque illic vendebat carnes Ab hoc quum Cillicò carnes emere vellet, tradidit illi, vt quod superesset amputaret. At ille porrecta machæra, manum nominus obscidit, Ista, inquiens, manu non prodes alteram ciuitatem.

Plumbeo iugulare gladio. 10

Futili cuiusque argumento. Plumbeo iugulare gladio, est futili leuique argumento conuincere quempiam M. Tullius ad Atticum, Quum illum plumbeo gladio iugulatum tamen ita diceret. Idem in libris De finibus bonorum, frigidum argumentum, plumbeum appellat pugionem. Quemadmodum Aurelius Augustinus lib. aduersus Iulianum tertio, Et tamen, inquit, Dialecticorum quasi iaculis oneratus acutis, in certamen procedis, & tactas plumbeos pugiones Demosthenes in oratione contra Aristogitonem prima, οὔτε γὰρ μαχίμῳ μαχαίρᾳ οὐδεὶς ἐστὶν ὁφθαλμὸς ὅστις οὐ τέμνει. id est, Neque enim coquo machæra vllus est vlus quæ non secat.

Leonem radere. 11

Λέοντα ξυρᾶν, id est, Leonem radere dicuntur, qui ferocem & præpotentem arte tractant & illudunt magno suo periculo. Vsurpauit hoc adagium Socrates apud Platonem libro De republica primo, negans se vsquequaque adeo demens esse, vt leonem aut tondere, & Thrasymacho hominis præferocis illudere. εἰ γὰρ ἄρα μὴ οὐκ ἐμαινόμην, οὐδ' ἂν ξυρᾶν ἐπεχείρουν λέοντα ἢ συνουσιαστὴν ἐρασμιώτερον; Nam agnita periculi tonderetur vellunturque, leo nullo modo tractari vult. Ad hoc adagium allusisse videtur Martialis Epigrammaton lib. 10. quum ait,

Magno periculo præpotentes ac ferocem vellicare.

Quare si pudor est, Lagella, noli
Barbam vellere mortuo leoni.

Vertit enim poeta in iocum, quasi turpe esset & ignauum leonem iam non sentientem vellere. Per leonem autem inuitum pudenda muliebria, iam emortua tenido. Id Aristides in Panathenaicis, ad Periclem à Platone taxatum refert. Ἐγὼ οὖν μὴ λέοντα ξυρᾶν ἐπιχειρῶμεν, οἱ Ἀθηναῖοι μᾶλλον συνουσιαστὴν ἐπιχειροῦντες ἀνὰ κωμῳδεῖν Περικλέα ἢ ἔρωτα δέοντες. Itaque vide ne leonem radere conemur, non Thrasymachum calumniari volentes, sed Periclem taxare, præsertim de timiditate.

Ne mihi Suffenus essem. 12

Suffenus quis. Ne mihi Suffenus essem, ne mihi ipsi blandirer ac stulte meipsum admirarer. Suffenus erat poeta longe ineptissimus, in aliorum vitia dicax, ad sua cæcus. Itaque præceptum receptum vt quisque sibi maxime placerent, Suffenum dicerent. Catullus in epigr.

Idem infacetior rure,
Simul poemata attigerunt quem unquam
Aequè est beatus ac Suffenus iste quem
Tam gaudet in se, tamque se ipse miratur. Ibidem.
Sed non tam aliquæ te decet esse Suffenum Possit.

Menius Horatianus. Suffeni similimum Menium facit Horatius, suis ignoscentem vitiis, alienis mordacissimè insectantem: 2. Serm. Sat. 3.

-egomet mi ignosco, Menius inquit.

Siculus omphacizat. 13

Σικελὸς ὀμφακίζει, id est, Siculus omphacizat. Omphaca Græci dicunt vuam acerbam & immaturam ἀπὸ τοῦ ὠμοῦ φαγεῖν, id est quòd crudi comedantur. Vnde dicebatur in eos qui libidine furandi quantumlibet vilia tollerent furto. Ductum à furacitate Siculorum. Nõ perperam dicetur & in illos qui ob immodicam & præproperam auiditatem, quò pluribus lucelli faciant libi, damnum ingens aliis inferunt. Sunt qui credant quadrare posse in eos qui belli ssima quæque sibi decerpunt: vt Syracusæ Terentianus. Zenodotus autem ex Epicharmo tumptum. Referens & à Suida.

Anus simia sero quidem. 14

Γέρων πίθηκος δέκατος ἦν, μετὰ χρόνον δ' ἁλίσκεται, id est, Anus simia sero quidem capitur, sed tamen aliquando capitur. Vbi versutus aliquis, qui diu eluserit, tandem dat poenas. Valebit ad exhortandum. vt quisque vetus ratiocinibus agat, si velit esse tutus ne fidat callidis quidem sed inhonestis consilijs. Nullum enim tam instructum dolis vt perpetuò fallat, sed tandem casus aliquis in apertum profert dissimulatam malitiam.

Secundo æstu. 15

Ἔπεσθαι ῥοῇ συνεχοῦς, id est, Secundo æstu procedere. Prouerbialis & frequens apud authores metaphora. Sumpta à nautis quibus facilior cursus quum flumen, aut etiam maris æstus secundus est. Lucianus in Ioue tragœdo, Τοῦτο μὲν ἐκ τοῦ ῥοῦ καὶ τοῦ πνεύματος ἐγένετο. id est, Hæc iam Dæmonis secundo æstu succedunt. Item alibi Τὰ δ' ἄλλα κατὰ ῥοῦν φέρεται. id est, Reliqua secundo feruntur æstu. Quanquam hic paulo diuersius est vsus, Momus enim deos incusat quòd negligant res mortalium, sinentes eas, veluti prono flumine, quolibet ferri. Proinde κατὰ ῥοῦν φέρεσθαι dixit, temere ferri, nullo moderante. & Scholiastes in Persium,

Res, existentia successui.

Οὐ τὰ δ' ἐπ' ἀνθρώποις βουλαῖς, πεπρωμένα
Τὰ δ' αὖτ' ἄνευ θεσμῶν οὐ ἔστιν τυχεῖν. id est,
Fortuna vbi fauet secunda credere
Fortuna secundam semper atque eodem modo.

Secundis ventis. 16

Ἐξ οὐρίου φέρεσθαι, id est, Secundo ferri vento. Refertur à Suida. Secundis ventis nauigare dicitur cui res ex sententia succedunt. Græci venustius, ἐξ οὐρίας, tanquam à puppi. Libanius sophista in declamatione quadam, Ὅσοις γνώμαι ἔχουσιν, ἐξ οὐρίας φέρεται τὰ πράγματα φέρεσθαι. id est, Quibus animo sunt affecti, iis solent res ex sententia succedere. M. Tullius Epistolarum ad Atticum libro 2. Quid si etiam Cæsari, cuius nunc venti valde secundi sunt, reddo meliorem; Plaurus in Bacchidibus, Pulchrè hæc confertur ratis, sentiens rem commodè procedere. Apud eundem Tranio, qui hero triennium absente, gentiliter interim ac lautè vixerat vna cum filio: tandem hero reuerso, quum præter crucem nihil speraret, Nunc, inquit, ventus nauim deiecit. Horatius epist. lib. 2. ep. 2.

Non agimur tumidis vela Aquilone secundo,
Non tamen aduersis ætatem ducimus Austris.

Quin hoc ipsum Naufragium prouerbij vim habet, sicut & Incendium. Quandoquidem autem plerique Homeri, prouerbiorum vice sunt vsurpata: quid vetat & illud inter adagia referri, quod est apud eum poetam perquam frequens?

Naufragium. Incendium.

-φέρων ἀνέμός τε καὶ ὑδωρ. id est,
-ferens & ventus & amnis.

Perens & ventus & fluuius.

Quoties res ex omni parte fœlicitèr procedit. Item illud crebrum apud eundem,

Τὸν δ' ἄνεμός τε κυβερνήτης τ' ἴθυνεν. id est,
At illam ventusque gubernatorque regebat.

Illam ventus & gubernator.

Quum ad fortunæ fauorem accedit etiam industria. Pindarus in Pythiis hymno primo, Ναυσιφάᾳ

Ἐκ τοίων ἀρχόμενος
Δαίμων πρόφρων τελεῖ
Πομπαῖον ἔμμεν ἔργων. id est,

Nauticis vtilis nauigationem apparantibus prima gratia est, si veniat ventus propere ac secundus.

Parni scaphula. 17

Τὸ Πάρνου σκάφιδιον. i. Parni scaphula. Conuenit in eos qui ob res minutulas multum litem & querelam mouent. Sumptum à Parno quopiam, qui ob nauiculam ereptam populo molestissimus fuisse legitur. Author Diogenianus. Quum enim huius causa frequenter ad populum deferretur, tandem in popularem iocum abiit, velut illud, ὁ Διὸς Κυνῶν.

Ne puero gladium. 18

Μὴ παιδὶ τὴν μάχαιραν. i. ne puero gladium. subaudiendum, commiseris. Allegoria prouerbialis, admonens non esse mandandam potestatem vel adolescentibus, vel imperitis ac stultis quæ tum in suam, tum aliorum perniciem sint abuturi. Ne iuueni commiseris administrationem pecuniæ Ne puero gladium Ne stulto concionandi apud populum partes delegaris, Ne puero gladium. Ne magistratũ mãdaris stultis, Ne puero gladium. Ne imerudito parúmq. cordato cõmiseris Episcopi munus, Μὴ παιδὶ τὴν μάχαιραν. Plutarchus in libello cui titulus, Ὅτι ἡ μωρία κακὸν παιδίοις, citante Stobæo: nam is liber nondum emersit in lucẽ, Μὴ παιδὶ μάχαιραν, ἐπιτροπὴν φησίν. εἶδον ἔφηβον αὖ, μὴ παιδὶ πίθηκον ἢ ἀλέκτορα ἢ κύβους. id est, ne puero gladium, vt prouerbium. ego verò dixerim, Ne puero diuitias, nève viro imperitiam. Significat pecuniam pestiferam adolescentibus, viro inscitiam. Idem in Problem. Sympoliacis Ἐοικὸς μὲν οὖν ἐστὶν ὥσπερ παισὶν ἀσθενοῦσι μὴ δυναμένοις, οὕτω δεῖν ἡσυχίαν ἄγειν, ἀλλὰ παύλαν ἄγειν καὶ σφαῖραν. id est, Sic par est, dare oportet veluti pueris non valentibus conquiescere: non hastam aut ensem, sed crepitaculum aut sphæram. Vsurpauit & Athenæus lib. Dipnosoph. 5.

Non committenda grauia negocia imperitis.

soph. γ. in philosophum cui commissum esset imperium.

Lyndij sacrum. 19

Λίνδιον τῶν θεῶν, id est, Lindij sacrum, subaudi faciunt Dicebatur in eos qui inauspicato rem diuinam faciebant. Sumptum ab historia cuius meminit etiam Lactantius in Lutitur omnibus Christianæ religionis, lib. 1. Hercules olim agri colę cuidam Lindio duos boues per vim eripuit: & mactatis illis conuiuium sibi parauit. Senex autem Herculi comedenti quum multa in eum maledicta congereret, voluptati pariter & risui fit: ita vt Herculem dixisse ferant, nullum vsquam conuiuium sibi iucundius accumbisse. Sed haud abs re fuerit Lactantij verba subscribere. Apud Lindum, inquit, quod est oppidum Rhodi, Herculis sacratum quorum a cæteris longe dissitus est ritus: siquidem non ἀφημίᾳ, vt Græci vocant, sed maledictis & execratione celebrantur. Esque pro violatis habet siquando inter solennes ritus vel imprudenti alicui exciderit bonum verbum. Cuius rei hæc ratio redditur, si tamen vlla esse in rebus vanissimis potest, Hercules quum esset delatus, famemque pateretur, aratorem quendam aspexit operantem, ab eoque petere cœpit vt sibi vnum bouem venderet. Enimuero ille negauit fieri posse: quia ipse suus omnis colendæ terræ duobus illis iuuencis niteretur. Herculem solita violentia vsus, quia vnum accipere non potuit, vtrunque sustulit. At ille infelix, quum boues suos mactari videret, inuitam suam maledictis vltus est, quod homini elegantis & vrbano gratissimum fuit. Nam dum conuiuis suis epulas apparat, dumque alienos boues deuorat, illum sibi amarissime conuiciatem cum risu & cachinnis audiebat. Sed postquam Herculi diuinos honores, ob admirationem virtutis, deferri placuit à ciuibus, ei ara posita est, quam de facto βούζυγον, id est, bouis iugum nominarunt, ad quam duo iuuenci boues immolarentur, secundum illi quos abstulerat arator: eumque ipsum sibi constituit sacerdotem: ac præcepit, isdem maledictis semper in celebrandis sacrificiis vteretur, quòd negaret se vnquam epulatum iucundius. Hucusque Lactantiana reddidimus verba. Zenodotus addit, Hunc apud Lindios moleuisse morem, iubente etiam oraculo, vt inter peragenda sacra, conuicia quædam iactarentur. Meminit huius & Gregorius Nazianzenus in orationibus stelleuticis. Adagium ad multos vsus accommodari potest, vel ad rixolum conuiuium, seu disputationem: vel ad rem quampiam ab aliis omnibus institutam.

Sacra à maledictis & execrationibus cepta.

Megarensium lachrymæ. 20

Μεγαρέων δάκρυα, id est, Megarensium lachrymæ: dicebantur ἐπὶ τῶν, nec ex vero dolore profectæ, vel vi adactæ. Diogenianus ad huiusmodi refert historiam, Bacchius quidam Corinthius Clyti Megarensium regis filiam vxorem duxerat. Ea defuncta Clytius complures virgines & adolescentes Corinthum misit, qui in funeralibus pompis pueilam deplorarent, lachrymis vtique ficti,

Vt qui conducti plorant in funere dicunt
Et faciunt prope plura dolent hi ex animo.

Contrà Iuuenalis,

Plorantur lachrymis amissi pectinis veris.

Suidas alium adfert cantum apud Megarenses enim permultam alij copiã esse: huius acrimonia multis exprimi lachrymas velunt. Proinde apud Aristophanem qui lachrymatur, alium olfacere, per iocum dicitur. Igitur si ad simulatum dolorem accommodes, prouerbium affine fuerit illi, Here ad nouercę tumulum.

Allij expriment lachrymas.

Ventus neque manere finit, neque nauigare. 21

Ἄνεμος οὔτε μίμνειν ἐᾷ, οὔτε πλεῖν, id est, Ventus neque manere finit, neque nauigare. Philoctetes apud Aeschylum,

Ἔνθ' οὔτε μίμνειν ἄπορος, οὔτε πλεῖν ἐᾷ. id est,
Vbi nec manere, nec ire ventus annuit.

Simillimum est illi, Lupum auribus teneo. Vsus erit vbi quis in eas rerum angustias inciderit, vt nec relinquere negotium sit integrum, nec absoluendi sit facultas. Mutuo sumpta metaphora à sæuissima ventorum tempestate, quùm nautis periculosissima est nauigatio, neque tutum tamen ancoram iacere. Q. Curtius libro octauo citra figuram extulit hoc pacto, Attonitisque auribus stupens agmen, nec progredi, nec consistere audebat. Refertur à Diogeniano.

Auribus lupum tenere.

Vulpes non iterum capitur laqueo. 22

Ἀλλ' οὐκ αὖθις ἀλώπηξ παγεῖσα, id est, At non iterum vulpes laqueis, subaudiendum, capitur. Qui sapit, ὁ δὶς πρὸς τὸν αὐτὸν προσκρούων λίθον. id est, non iterum ad eundem offendit lapidem. Stupidi est hominis, in malum gustatum iterum incidere. In Plutarchi collectaneis effertur hunc ad modum, ἀλώπηξ ἅπαξ παγεῖσα σοφὴ οὐκ ἁλίσκεται. id est, Vulpes quæ semel effugerit laqueos, nõ capitur iterum. Hoc animanti natura mest astutia, quemadmodum leonibus audacia. Sic Pindarus in Isthmis hymno quarto, Τίκτει γὰρ ἐκεῖνα θηρῶν ἐνέρτατα ἤθεα λεοντί τε πάντα, μῆτίν τ' ἀλώπεκί. Vtrum fortem ob robur, leoni, ob prudentiam, vulpi comparat. Confine est illi quod alibi retulimus, Iterum ad eundem lapidem impingere: quod vsurpant Gregorius Theologus in epistola quadam ad Bosphorium, δὶς γὰρ πρὸς λίθον ἢ κύνα σκοντίσαι τὸν αὐτὸν μόνοις ἐφικτὸν ἀνοήτοις μόνοις ἐπιτρέπεται. id est, Bis eum ad eundem lapidem impingere, solis stultis concedit prouerbium.

In idem malum rursus incidere.

Abydena illatio. 23

Ἀβυδηνὴ ἔφοδος, id est, Abydena illatio, siue irruptio. Dicitur olim vbi quis obstrepit aut conuiuantibus, aut aliud quippiam agentibus, & tumultu molestiam adfert. Zenodotus ait extare prouerbium apud Eudoxum in fabula cui titulus Suppositicius, atque hinc esse natum, quòd olim Abydenis mos fuerit, inquem ciuem aut hospitem acciperent conuiuio, præterea in sacris ac solennibus epulis, vt post vinum cibum & coronas, instantes à nutricibus inducerentur, circumferrentúrque suauiandi. Vagientibus autem & clamantibus pueris, garrientibus item & obstrepentibus nutriculis, conuiuium tumultuosum & inocundum reddebatur. Ergo cùm amicis aliquot suauiter colloquentibus interueniret rabula quispiam & immodicè loquax, qui cõfabulationem suã loquacitate sit inamœnam redditurus, rectè dicemus Ἀβυδηνὴ ὄπτασμα. Tametsi in quibusdam codicibus ὀπτάσιμα legi, id est acclamatio verùm, vt opinor, mendosè: quandoquidem Athenæus lib. Dipnosophistarum 14. mentionem facit huius adagij, demonstrans complurium authorum testimonis, ὀπτάσματα dici bellaria, siue secundas mensas, ab inferendo, non ab acclamando. Quin & Stephanus ὀπτάσματα legit, non ὀπτάσιμα. Itidem Zenodotus & Suidas. Solus Hesychius legit ὀπτάσιμα, indicans & hoc dici in eos qui hospites calumniabantur. Cæterùm quod in nonnullis codicibus scriptum visitur Ἀνδιανὴ pro Ἀβυδηνὴ, minimum interest ad sensum.

In obstrepitores.

Mos Abydenus.

Mendici pera non impletur. 24

Πήρα γὰρ πτωχοῦ οὐ πίμπλαται, id est, Mendici pera non impletur. Zenodotus ait ex Callimacho sumptum. Sensus per se liquet, nempe inexplebilem esse mendicitatem. Nam quo plura dederis iis qui animo sunt mendico, hoc plura petunt. Deflecti potest vel ad improbos, qui semper aliquid flagitant ab amicis: vel in diuites, quibus nihil est satis: vel in principes δυναστείας, quorum rapacitatem nullæ plebis expilationes possunt expiere. Aptissimè congruet in illos qui libidini, cupiditati, ambitioni, reliquisque id genus affectibus addicti sunt. Nam iis illud euenit, vt quo intemperantius explent sese, hoc magis magísque sitiant esuriántque. Id quod innuit etiam Euangelica parabola de filio prodigo, cui ne siliquis quidem contigit explere famẽ.

Mendicitas inexplebilis.

Laconicæ lunæ. 25

Λακωνικὰς σελήνας, id est, Laconicas lunas, subaudiendum, cautaris, aut eiusmodi quippiam. De promissis aut pactis incertis atque infirmis dicebatur. Nam (vt aiunt) Lacones, siquando pactum auxilium poscerentur, lunas causabantur, atque hoc præterxu suffugiebant, quòd, vt testatur Lucianus, legem tulisset Lycurgus, ne prælium inirent, nisi plenilunio. In cæteris item negotiis auspicandis, lunæ rationes superstitiosius obseruabant: atque hinc occasio prouerbij. Ad hoc, ni fallor, allusit M. Tullius in epistola quadam ad Atticum, cuius initium est, Dionysius vir optimus, lib. 7. Ego quoniam quarto Non. Ian. compitalitius dies, nolo eo die in Albanum venire, molestus familiæ. veniam iii. Nonarum. Igitur inde ad vrbem prid. Non. Tua σύλλυσις quem in diem incurrat, nescio: sed prorsus commouere te incommodo valetudinis tuæ nolo. Quanquam haud me clam est, hoc loco in vulgatis codicibus λύσις

De pactis incertis.

scriptum esse non ὀπτωβὶς. Nonnulli ἀπτῶς mutauerant: verùm sensus huc vocat vt ὀπτωβὶς (id est Iunula) legamus. Quum enim significasset quos dies obseruasset, aut delegisset ipse veluti superstitiosior, adiecit de Attico, Tua Iunula in quem incidat diem, nescio: ludens & in illius superstitionem: sed ita tamen vt valetudinis rationem habeat velit ab Attico. Conuenit cum eo quod alias recensuimus, Accesit luna.

Lucerna pinguior, & lecytho pinguior. 26

Λιπαρώτερος λύχνου, λιπαρώτερος ληκύθου. i. Pinguior lucerna, pinguior lecytho. Videtur ironia prouerbialis in eos qui quum sint edaces, nihilo tamen inde fiunt habitiores. quemadmodum lucerna plurimum absumit olei, neque tamen fit vnquam saginatior. Fortassis non absurdè deflectetur in homines crasso iudicio, aut lumi dediros, aut voluptuarios. Refertur à Diogeniano.

Ad mensuram aquam bibunt, citra mensuram offam comedentes. 27

Μέτρῳ πίνοντες ὕδατος, ἀμέτρῳ δὲ μάζαν ἔσθοντες, id est, Ad mensuram bibentes aquam, citra mensuram offam edentes. Zenodotus scribit hunc versiculum oraculo proditum in Sybaritas, in vulgi sermonem abiisse, qui ob immoderatum luxum à Crotoniatis subuersi sunt: quemadmodum alibi retulimus. Vnde poterit accommodari vel in eos qui ex summis deliciis opibusque redigantur ad extremam inopiam: vel in eos qui præpositerè sunt sordidi, parcissimi in rebus minutissimis, in magnis negligentes: cuiusmodi plerosque videas mortalis. Est autem versus heroicus, qui tamen in omnibus quos adhuc vidimus, codicibus, deprauatè legitur. Restituemus autem hoc pacto.

E summis deliciis, ad inopiam summa redacti.

Μέτρῳ πίνοντες ὕδατος, μέτρον μάζαν ἔσθοντες.

Consimilis forma est illud Theocriti in Bucoliastis,

Καὶ φεύγ᾽ φεύγοντα, καὶ διώκει διώκοντα. id est,
Aucupium insequitur, venatum aucupatur amantem.

In toga saltantis personam inducere. 28

Saltantis personam in toga inducere, est quippiam facere neutiquam decorum: veluti si senex aut theologus ineptiat aut seuis ferijs misceat ludicra. Martialis in præfatione secundi libri: Noli ergo, si tibi videtur, rem facere ridiculam, & in toga saltantis inducere personam. Toga, ciuium erat Romanorum, & honoris gratia sumebatur ab iis qui iam excessissent è pueritia: deposita prætexta, ipso cultu virilem animum ac mores profitentibus. Vnde & virilis toga dicebatur. Hinc illud Ciceronis in Philippicis, Sumpsisti virilem togam, quam statim muliebrem stolam reddidisti. Quin & pacis tempore gestabatur, quemadmodum sagum in bello. Vnde M. Tullius in Philippicis subinde iubet, depositis togis saga sumere. Et idem, Cedant arma togæ. Item Lucanus de Pompeio,

Facere neutiquam decorum.

Toga Romanorum.

Elogium Pompeij.

Prætulit arma togæ, sed pacem armatus amauit.

Inexploratus homo. 29

Ἀξύστατος ἄνθρωπος, id est, inexploratus homo, id est ἀδόκιμος, ἀνήκεστος, ἀδόκητος. id est inexpensus, inexpertus, non probatus. Suidas Ælianum citat authorem in lib. De prouidentia, qui ἀξύστατον dixerit, dolore vacuum, eò quòd Græcis βασανίζειν, sit etiã torquere. Subest autem metaphora in ἀξύστατος. ξυστὸν enim coticula est qua solet aurum explorari, Latini vocant indicem. Extat Chilonis dictum, Id aurum esse hominis, quod index lapis est auri: hoc est non aliter ingenium hominis toto spectari, quàm indice spectatur aurum.

Index lapis auri.

Abronis vita 30

Ἄβρωνος βίος, id est, Abronis vita. De molliter ac delicate viuentibus. Sumptum à moribus Abronis cuiusdam notæ luxuriæ: quemadmodum apud nos Apicius & Æsopus luxu nobilitati sunt. Græci quicquid delicatum ac molle, ἁβρὸν & τρυφερὸν appellant: vnde ἁβροδίαιτος lauti victus, & opiparè viuentes. Refertur à Zenodoto.

In molles, & delicatos.

Inest & formica & serpho bilis. 31

Ἔστι καὶ μύρμηκι καὶ σίφωνι χόλος. id est,
Formicæ inest ira bilis, & serpho sua.

Admonet adagium, non esse contemnendum inimicũ quempiam, nec vllum temere lacessendum: quandoquidem nullum animal tam minutum aut imbecillum, quod irritatum non exeandescat ira. Quadrabit & in homunculos nullis præditos viribus: tamen vim inflictam molientes, ira, vt solet, animos suppeditante. Serphus minutulum animal non dissimile formicæ. Brasidas, authore Plutarcho, quum manum in caricas temere misisset, & à mure inibi forte fortuna latente morderetur, Paucis inquit, vt nullum est animal tam pusillum, neque tam inualidum, quod lacessitum, non cupiat vlcisci sese.

Nullum parum, nimium.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. *Formicæ*] Puto vocem χόλος non probasse, sed profecisse vsurpatam hic esse, & multo elegantius videtur fore vt ex vno alterum intelligatur. quasi quis dicat, Quantumuis minuta sint animantia formica & serphus (Latinè fortasse cossus) in eorum tamen corpusculo sedem inuenit bilis. Vel autem ita intelligetur, vt quum metaphoricè de homine dicitur.

Manu fingere. 32

Manu fingere, est arte cuiusque formare. Metaphora sumpta ab iis qui è cera siue argilla fingunt imagines. Lucius Annæus Seneca in epistolis. Quædam ingenia facilia & expedita: quædam manu, vt aiunt, facienda sunt. Idem libro De beneficiis iam scripto, Dicamus, inquit, beneficia secundè debere, & occasiones reddendorum obseruare, non manu facere. Manu facere dixit, pro nostra opera accersere. Item Plinius libro 18. Fateamur ergo culpam, ne his quidem quæ nascuntur contenti, quando plura eorum genera manu fiunt. Iuuenalis item in Satyra septima,

Exigitur à te mores pueri cera pollice ducat,
Vt pagulis cera vultum fecit.

Tibullus lib. 1.

Et manibus cultas pingere velle comas.

Loquuntur de tingente capillos arte. Persius Satyra quinta.

Artificémque tuo ducit sub pollice vultum.

M. Tullius in Bruto, factum appellat elaboratum, Sed vt intellectum est quantam vim haberet accurata & facta quodammodo oratio. Metaphora sumpta est à plastis ac fabris, qui rudi materiæ inducunt effigiem. Vnde & factum argentum dicitur, cui opponitur rude.

Factum pro elaborato.

Factum argentum.

V. *Loquitur de tingente capillos arte.*] Imò verò de disponente capillos, vt eiusdem libri eleg. 8.

Quid tibi nunc molles prodest collisse capillos,
Sæpiùs que mutatas disposuisse comas?

Item eleg. 9.

Tune putas illam pro te disponere crines?
Aut tenues dentè pectere dente comas?

Fingere autem & disponere de crinibus eadem significatione dici, vel ex Seneca probari potest, qui verbo Fingere opponit Soluere, itidem de comis loquens. aiet enim Catoni iubet. Iterúmque poni corpus: & solui comas, Rursúsque fingi.

Locrense pactum. 33

Λοκρῶν συνθήκαι. i. Locrensium pactum. De fœdifragis dictũ, cuiusmodi quòdã habiti Locrenses, quod fœdere prodito, quod cum Peloponesiis inierant, ad Heraclidarum partes defecerint. Vel, vt quibusdam placet, quòd Siculos eluserint, non præstita fide. Hæc propemodum Zenodotus. Refertur itidem ferme verbis ab Eustathio in Bœotiam Homeri.

Cassioticus nodus. 34

Κασσιότικον ἄμμα, Cassioticus nodus. De moribus vafris ac versutis dici consueuit. Cassius mons est, & eiusdem nominis ciuitas in Ægypto vicina Peluso. Ei genti quasi genuinum ac gentilitium est miros quosdam nodos nectere. Huic affine quod alio diximus loco, Ἡράκλειον ἄμμα, id est, Herculeus nodus, quo arctissimam atque indissolubilem amicitiam significamus. In caduceo Mercuriali duo sunt serpentes, masculus & fœmina, qui medio corporum complexu nodum efficiunt Herculanum. Ab eo supernæ partes sic ad osculum coeunt, vt flexu circulum efficiant: infernæ simili flexu ad caduci capulum reuocantur, qua parte item caudæ coeunt vtriusque. Hanc imaginem caduci adhuc videre est in nomismatibus antiquis. E quibus opinor symbolum suum mutuatus est Iohannes Frobenius, typographorum huius ætatis ~~dis~~ genuissimus: & cui ~~plerisque debemus~~ Sacrorum literarum candidati: nisi quod extra circulum, quê serpentes faciunt capitulis inter se coeuntes, addita est columba sceptro

Mercurij caduceus.

sceptro insidens. Hunc nodum Mercurio consecrarunt Ægyptij, innuentes fœdera non oportere vnquam dissolui, verùm plurimum valere debere: vnde & Herculano cognomen additum. Quanquam Galli & haud scio an etiam Ægyptij, non alium putant Herculem quàm Mercurium. Refertur apud Diogenianum ac Suidam, adagium de Cathouco nodo. Stephanus aliter affert, nimirum hoc pacto. Καθοτικὰ ἱμάτια, id est, Cassiotica pallia. nisi forte pro ἱματια, scriptum erat ἱμάντα, id est, loca.

Bonus cantor, bonus cupediarius. 35

In canterei.

Ἀγαθὸς ᾠδὸς, ἀγαθὸς ζωμοποιός, id est, Bonus cantor, bonus cupediarius. In vituperium musicæ artis dictum, quasi eiusdem sit hominis aures delectare cantu, & palatum cupedis. Archidamus Zeuxippi filius, quum quidam sibi commenderetur hoc nomine, quod bonus esset cantor: At hic, inquit, apud nos bonus cupediarius.

Ad amussim applica lapidem, non ad lapidem amussim. 36

Plutarchus in commentariolo cui titulus, Quo pacto quis intelligere possit se profecisse, trochæum hunc proue bialem refert,

Πρὸς στάθμην παρεῖ τιθὲς μὴ τὸ σὸν πρὸς πέτρον στρέβλων. id est,

Lapidi amussis ut applicanda, non amussis ad petram.

Admonet, vitam ad leges esse corrigendam, non contrà leges ad mores nostros trahendas esse: vt id factum sit quod honestum fit, non id rectũ existimemus quod factum. De Lesbia regula retulimus alibi.

Extra quærere sese. 37

Prouerbiali schemate dictum à Persio, Satyra prima,

-extimáque impecham inscia
Castigesne ausa, te quæsieris extra.

Id est, tuis te facultatibus metiaris, non populari opinione. Respondet illi quod idem alibi dixit, Tecum habita. Nam domi habemus quę proprie nostra sunt nec aliunde petenda. Qui non est contentus recti conscientia, sed famam spectat ἔξω βλέπων, id est, foras prospicere dicitur. Plutarchus in commentario qui inscribitur, quemadmodum quis intelligere possit se profecisse,

Tecum habita.

Foras prospicere.

Δῆλός ἐστι ἔξω βλέπων ἔτι, καὶ θεὸν δόξαν ἐμβλέπων. id est,

Palàm est illum adhuc foras prospicere, & opinione famáque duci. Huc pertinet illud quoque quod alibi retulimus,

Ἀλλότριος ἐστὶ τοῦ λαβεῖν ἔξω βλέπει. id est,

Extraneus hic sæpè prospectat foras.

Nimirum domi multa deficerant. Porrò sapiens omnia sua bona secum portat in seipso, totus instar mundi teres atque rotundus.

Alterum medicus, ipse hulceribus scatens. 38

Plutarchus in commentario cui titulus, Quo pacto quis ab inimico iuuari possit, hunc senarium ex tragœdia quapiam allegat.

Ἄλλον ἰατρὸς αὐτὸς ἕλκεσιν κρύον. id est,

Alium medens ut ipsum hulceribus scatens.

In eos torquendus est qui errata castigant incessúnt. aliena, intercutib. vitijs ipsis maculæ tes. Illud vulgò tritissimum Medice, tibi ipsi medicus esto Gregorius in apologia de fuga sua. τὸν παρόντα τοῦτον λόγον, ἰάτρευσον ἑαυτὸν ἔσπευσας, αὐτὸς ἕλκεσιν ἕλκος. id est, aut prouerbium proculcas fugiamus, aliis mederi parantes, ipsi scatentes hulceribus. Non dissimilem sententiam refert M. Tul. Philippica. Etenim qui multorum custodem se profiteor, eum sapientes ut primum aiunt custodē esse oportere. Xenophon in conuiuio simile quiddam indicat vulgò iactatum in diuinatores οἱ μάντεις λέγονται δύο τὰ δέοντα εἰδέναι τὸν μάντιν, ἐὰν μὲν ἃ μέλλει, καὶ ἃ ἔσται. id est, Aiunt sanè diuinos aliis quidem prædicere futura, sibi ipsis verò non prospicere quod inest.

Tragicè loqui. 39

De verbis magnificis.

Τραγικῶς λέγειν, id est, Tragicè loqui. Est verbis vti magnificentioribus, tibi eum tragicorum character sublimis, atque tragœdia ampullas & sesquipedalia verba. Menander apud Plutarchum in consolatorio commentario ad Apollonium, Ἐὰν δ' ὅτι πᾶς αἰσθῇ, τέκνον, ὁ φίλτατος ἡμῖν ἅπασιν ὁ θάνατος ἐστὶν ἐπὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ἐπιβαίνων, οὐκ ἂν ἀγανακτήσειας λοιπόν. id est, Quod si illudem legitimus quibus & nos, hausitis communem aerem, vt tibi tragicè loquar. Venit & Plato lib. De repub. 3. Gregorius Theologus in epistola quadam, Ἀλλ' οὐκ ἐξῆν, οἶμαι, τραγῳδεῖν τοῖς πράγμασιν. id est, Non licebat, opinor, quum ageres tragicè, festum agere comice. Idem in epistola ad Basilium, ὦ γῆ καὶ ἥλιε, καὶ ἡ ἀρετὴ τραγῳδοῦσά τοί τι μικρὸν. id est O terra & sol, ars & virtus. Quanquam suspicor pro ἀρετὴ scriptum fuisse ἀὴρ, quemadmodum ex ἀὴρ fecerat ἀρετὴ. Nam qui primus has epistolas edidit, adeo videtur callere Græce, vt vix legat. Est subinde apud Lucianum ἀποτραγῳδίζειν, pro eo quod est magnificentius eloqui, & rem verbis amplioribus tendere: & φορτικῶς λαλεῖν, pro grandius & fastuosius dicere.

Tragicum tueri. 40

Τραγῳδικὸν θεωρεῖν, id est, Tragicum tueri. Non dissimili figura dixit Aristophanes in Pluto, πτωχὸν, id est, pauperiem describens,

Βούλεται γάρ μ' ἀπολέσαι τι τὴν τραγῳδικήν. Id est,

Tragicum hic ut ac funestum quippiam.

Quadrabat vel in fastuosos, vel in tristes ac luctuosos.

Lingua iuravit. 41

Illud è tragœdia esse in prouerbium, ἡ γλῶττ' ὤμοσεν, id est, lingua iurauit. vbi quis non præstat fidem promissis: aut vbi non ex animo pollicetur. Est apud Euripidem in Hippolyto coronato,

Ex animo non pollicari.

Ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ' ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος. id est,

Iurata lingua est, animus iurata non est.

Hunc versiculum irrisuerunt Comicorum conuitia. Aristophanes in Bacchis,

Ἦ φῄ γὰρ ἐκ Σαλαμῖνος ἐμὲ κατὰ κρᾶτ',
Γλῶτταν δ' ὀπωροπωλικὴν ἰδιαῖς φρεσί. id est,

Aut me tuscum qua nolit per sacra iurare,
Linguam autem iuratam sorsum ab animo.

Item in ranis taxans Euripidem,

Ἡ γλῶττ' ὀμώμοκ', Ἱππόλυτον δ' αὖ σύριγμα. id est,

Iurata lingua est, Hippolytum autem præseram.

Sic & Pindarus in Isthmiis, encomio quinto laudans quendam concordiæ veracisque linguæ, dixit,

Γλῶσσαν δ' ἐκ θεῶν φρενῶν. id est,

Lingua vero non extra mentem.

Euripidis dictum citatur à Platone in Theæteto, καὶ ἐκεῖνο ἴσως ἐρεῖς ὅτι ἔστιν Εὐριπίδου τι ξυγγίγνωσκε, ἡ μὲν γλῶττα ἀνώμοτος ἐμοὶ ἦν, ἡ δὲ φρὴν ἐμοὶ ἀνώμοτος. id est, Si respondeas esse, euenire nobis quiddam Euripideum, lingua nobis erit irredarguta, cæterùm mens nó erit irredarguta.

Heri & nudiustertius. 42

Χθὲς καὶ πρώην, id est, Heri & nudiustertius. Prouerbialis hyperbole, tempus admodum nuper actum significans. Plutarchus in commentario De contentione ignis & aquæ, εἰ δ' ὑπὸ χρόνου χθὲς καὶ πρώην, καὶ πρώην ἐστὶ Προμηθεύς, ἦν ὑπὸ τοῦ Διὸς ἐν ἁλύσεσι. id est, Atqui ignis vsus heri ac nudiustertius, quòd aiunt, fuit Prometheus: ignis vita nó citra aquam erat. Est subinde apud Lucianũ, nominatim in libello de mercede conductis. Item Plato De legibus lib. 3. τὰ δ' ἄλλα ἅμα τοῖς ἄλλοις ἐπιτηδεύειν ἐστὶν χθὲς καὶ πρώην γεγονότα. id est, Quin & alia, quæ & aliis plurima, heri, vt ita loquar, ac nudiustertius accideranr. Alibi legi, nec tamen occurrit locus ὑπὸ χθὲς καὶ πρώην ἐκτισμένον θεόν. id est, Qui heri & nudiustertius sibi deos instituit. Plato in Alcibiade secundo, Οἶμαι δ' ἔγωγε οὐδὲ τοῦτο ἄπορον εἶναι τὸ χθὲς καὶ πρώην γεγονέναι. id est, Arbitror autem tibi non inauditum esse, quædam heri & nudiustertius esse facta.

Non pluet post nostrem quam sus agrestis pepererit. 43

Plutarchus in commentario De causis naturalibus, verum hunc esse prouerbio refert. Erat.

Μετὰ τοῦτον ὗσει οὐκ ἄν ποτε ἄγριος σῦς, id est,

Non iam nostra pluet sus quæ fuerit agrestis.

Sues cicures tardius pariunt & diuersis temporibus, feræ non nisi semel idque certo die, certo numero, ineunte æstate. Vide negant fore pluuiam, postea quam sus agrestis peperit certum numerum exactis iam mensib. pluuius. Per iocum vim pari poterit si dicamus, res fore tu-

quilliores posteaquam morosus ac rixosus quispiam animo suo morem gessit.

Cum dijs pugnare. 44

Aduersus naturã, vel fatũ pugnantes.

Θεομαχεῖν, id est, Cum dijs pugnare, dicuntur qui vel naturæ repugnant: vel aduersus fatalem necessitatem reluctantur. Sumptum à gigantum fabula. M. Tullius in dialogo De senectute, Quid enim aliud gigantum more bellare cum dijs, nisi naturæ repugnare? Euripides in Bacchis.

Κἀ θεομαχεῖν, τῶν λόγων πιθοῦ τινος. id est

Cedam deo, parcas tuis sermonibus.

Ferunt & huiusmodi senarius inter sententias prouerbiales,

Θεοῦ μάχεσθαι δυσμενὲς δίκῃ καὶ πόνῳ. id est,

Pugnare cum deo, cùmque fortuna grave est.

Celebratur & illud Homericum,

οὐκ ἔστιν θεῷ δυσμενεῖ φῶτι μαχέσθαι. id est,

Haud pugnare potest homunculus cum numine quisquam.

Id imitatus Pindarus,

Χρὴ δ' οὐ μάχεσθαι θεὸν ἐπίξηλον. id est,

Non conuenit cum Deo contendere.

Dorica musa. 45

Cleonis musica.

Δωρικὴ μοῦσα. Dorica musa. De munerum auidis. Aristophanes in equitibus iocatur in Cleonem, quòd nullam aliam musicam discere potuerit quàm Doricam, videlicet studiosus ad nouitates harmoniarum species, Doricam Lydiam, Phrygiam & Baccheam. Ludit autem verbo peperam deprauato δωροδοκεῖν pro δωρεῖσθαι. ὅτῳ, inquiens, ὁ διδάσκαλος μόνον ὠμὰ δωροδοκοῖ. id est, Ille discere hinc potest præterquam δωροδοκεῖν. Est autem Græcis δωροδοκεῖσθαι, muneribus corrumpi, vt in gratiã alicuius dicas sententiam. id quod Pythagoras appellat κυάμους ἐσθίειν, id est Fabas edere. Nam antiquitus fabis suffragia ferebantur. Itaque κυαμευτὸν, fabas edebãt qui quæstum ex ea re facerent. Sic enim interpretatur is (qui quis fuit) qui collegit historias quas Gregorius Nazianzenus attigit. Quanquam exortus est nuper qui Pythagoræ fabas vertit in oua, quòd mihi animantis initium κύημα: tem dictum quasi κύαμος. quem audiendũ putarem, si vetustum authorculum veterem, vel argumentum aliquod grauius allegasset. Hesiodus itẽ principes corruptè iudicantes δωροφάγους appellat, id est, donorum os.

Ne supra pedem calceus. 46

Maiora viribus nõ aggrediunda.

Μὴ ὑπὲρ πόδα πέδιλα, id est, Ne vltra pedem calceus. id est, Ne maiora viribus incipias: aut ne magnificentius tegeras, quam pro tua conditione. Lucianus in imaginibus. μηδὲ ὑπὲρ τὸν πόδα ἔστω τὸ ὑπόδημα. id est, Neque maior pede sit calceus. Rursum in proximè sequenti dialogo, ἔοικε σοι ἁρμοττόντως εἰρῆσθαι, καὶ ὑπὲρ τὸν πόδα. id est, Hæc tibi vitam non modica, & quasi pro mensura pedis maiora. Rursum in Gallo, καὶ ὑπὲρ πόδα τὸν τοῦ πόδος. id est, Et haudquaquam iuxta pedis rationem.

Ne è quouis ligno Mercurius fias. 47

Quo ligno Mercurij fabricarent.

Οὐκ ἐκ παντὸς ξύλου Ἑρμῆς ἂν γένοιτο, id est, Non è quouis ligno Mercurius fingi posset. id est, Non omnium ingenia sunt accommodata disciplinis. Quidam enim, vt ait Fabius, rus ablegandi sunt. Sumpta est allegoria à fabris, qui materiam deligunt. Quandoquidem ad alias res alias materias conuenire, copiosè demonstrat Theophrastus libro De plantis quinto. Item Plinius lib. 16. Quidam superstitiosius exquirunt materiam vnde numẽ exculpant. Et quanquã Priapus ille deus facilis & crassus, haud grauatur ficulnus esse, non tamen idem liceat in Mercurio deo tam ingenioso, totque prædito artibus. Tametsi mihi magis arridet vt ad magicum Mercurij simulacrum referatur, quem non ex quauis materia, sed certo ligno sculpebãt, alioqui nõ futurũ idoneũ ad magicæ artis vsum. Vnde id quoq. inter reliqua magici criminis argumenta obiectum fuerat Apuleio, quòd Mercurij sigillum scalpendum curasset ligno buxi, quemadmodum ostendit ipse apologia Magiæ prima. Fortassis

Buxi materia.

buxus ad id potissimum delegebatur, vel quòd hominis pallorem præ se ferat: vel quòd materiæ ut omniũ maximè æternæ. Nam & aduersus ignem quoque ferri rigorem obtinet, authore Plinio. Apuleius in apologia Magiæ prima prouerbium refert ad authorem Pythagoram. Non enim (inquit) ex omni ligno, vt Pythagoras dicebat, debet Mercurius exscalpi. Finitimum est huic quod est apud Athenæum lib. 3. Incestum autem vtrum Democharis an Crateris dictum. Ἐκ θυμβρέας οὐδὲ ἐκ παντὸς καθαπτοῦ δόρυ, οὐδὲ ἐκ Σωκράτους σπουδαῖον ἄνδρα μισεῖν, id est, Ex thymbra nemo quæ conficere lanceam, neque è Socrate probum militẽ. Est autem thymbra oleris genus aut fruticis non dissimile thymo aut satureiæ, cuius meminit Plinius lib. 19. cap. 8. condimentis aptum, vnde & θυμβρὰ φάγοι dicuntur Græcis, qui acribus delectantur. quod dicetur & in eos quibus res sunt asperæ. Rursus Athenæus in eodem libro. οὔτε ἐκ θύμβρας ὥφη Δημοχάρης, λόγχη, οὔτε ἐκ πονηροῦ λόγου ἀνὴρ ἀγαθὸς γένοιτο. id est, Sed neque è thymbra, quemadmodũ inquit Democharis, lancea: neque ex huiusmodi sermonibus vir bonus fit.

Thymbra non fit lancea.

Non sum ex istis heroibus. 48

Οὐκ εἰμὶ τῶν τοιούτων ἡρώων, id est. Non sum de numero istorum heroum id est, non tam ex eorum numero, qui propensiores sunt ad lædendum quam benemerendum. A geniis sumptum, qui bonũ siti, sæpe perniciem adferunt perraro iuuant. Vide quis te commodum, non noxam allaturos eiusmodi polliceretur, hoc vtebantur adagio. Zenodotus Menandrum citat ex Ephebis.

Nouit Simonem, & Simonem me. 49

Οἶδε Σίμωνα κἀμὲ Σίμωνα. id est, Nouit Simonem & me Simon. De insulso dicebatur qui pares esset. Zenodotus & Suidas scribit duos fuisse dictores, nouæ verumque improbitatis, Simonem & Niconem. Simonem autem, quòd vitus antecelleret, alterius famã obscuratse. Vnde prouerbio, Simonem vnum nominant. Tradunt hos duos Telchines fuisse, qui inducta in terram aqua Stygia, Arnõ conficarunt. Vocatur autẽ apud Græcos Telchines, mali genij, siue homines fascinatores & malefici. Strabo libro 10 meminit Telchinum: atque nouem fuisse qui è Rhodo Rheam sint comitati in Cretam. τέλχινας autem dictos volunt ἀπὸ τοῦ τέλγειν, quod est obscurare siue demulcere, quòd homines illectos circunueniant. Hinc est τέλχινον siue τέλγαδα dicũt quicquid insigniter est improbum: & τέλχεται pro contentiose ac pertinaciter agere. Addit Etymologus, omnes Cretenses τέλχινας dici: & ipsam Cretam dictam τέλχινα. Adagium vsurpat Chrysostomus in Babyla ὦ δεξιὰ τέλχινες. id est, O dextram Telchinis! Sic enim appellat nocentem dextram.

Vnde dicti Telchines.

Ne nimium callidum hoc sit modo. 50

Terentius in Eunucho, Vide ne nimium callidũ hoc sit modo. Donatus prouerbium esse demonstrat, quanquam anceps est lectio, potest enim vtrunque legi & calidum & callidum: vt prius illud ad festinatum consilium alterum ad nimis astutum referatur. Si quidem vtraque parum fœliciter euenire solent, vel quę nimium calent, id est, quæ præcipitantius instituuntur: vel quæ nimium audacibus aguntur dolis. Et sicut authore apud Titum Liuium, Fabio Maximo, temeritas non solùm stulta, verum etiam infœlix plerunque est: ita vetsutia nonnunquam ad summum discrimen adducit. Qui calidum legunt, respicere videntur ad id quod paulo superius dixerat Chærea, Nunquam vidi melius consilium dari. Qui calidum legunt per vsucum I (& mea quidem sententia rectius) Græcam figuram agnoscunt. quoniam σιμὸν illi cum scelestum, tum præceps & audax facinus vocant. Sic enim Pœna in Pluto Aristophanica de senibus, qui rem nouam moliuntur, vt Pluto cęco restituant oculos.

Sigmon.

Ὦ σιμὸν ἔργον καινὸν καὶ θράσιμον. id est,

Calidum & factum, & impium, & nefarium.

Interpres exponit, σιμὸν, θρασὺ ἔξω, πλημμελὲς, δύσκολον. id est, Inauditum, audax & præceps, ac temerarium. Item Sophocles in Antigone,

Σιμοῦσθαί σοι ψυχὴ καὶ διανοίας ἔχει. id est,

Intorqueri tibi mens calet negotio.

Obiurgatur Antigone, quod nimium auidè cuperet sepelire fratrem. Et Plutarchus Symposiacõn, Decade quinta significat ζωρότερον, quibusdã significare τὸ σιμὸν: vt Achilles apud Homerum, iubens Patroclum miscere ζωρότερον, exegerit celeritatem ministerij, Quemadmodum nos quoque inquit, sæpenumero iubemus ministris σιμώτερον ἄνθεσθαι τῆς ὑδρίας, id est, Calidius ac celerius adire ministerium.

Calere instar ignis.

Ne gladium tollas mulier 51

Μὴ μάχαιραν ἆρε γύναι. id est,

Ne ma-

Ne macheram tollas mulier.

In arrogantes & temerarios.

Hemistichium est carminis trochaici. Ne suscipias negotij molem, quum nequeas auxiliari. Virorum enim est ἀμύνεσθαι τοῖς πόνοις, vt inquit Homerus. Potest & in hunc trahi sensum: Ne spem ostendas, quam præstare non possis. Ne minteris, aut ne lacessas inimicum, quum lacertitum non queas profligare. Brutus notat Ciceronem, quòd Antonium concionibus suis irritaret, quem irritatum non potuerit comprimere. hoc est, gladium tolleret mulier.

Nec sibi nec aliis vtilis. 52

Qui prorsus inutiles sunt, & fruges consumere nati, schemate prouerbiali, nec sibi nec alijs vtiles dici solent. M. Tullius in libris Officiorum, Quamobrem (vt ante dixi) contemnuntur ij qui nec sibi nec alijs prosunt, vt dicitur in quibus nullus labor, nulla cura, nulla industria est. Sumptum est ex nobili illo carmine Hesiodi, ex opere quod inscribitur Ἔργα καὶ ἡμέραι, quod iubinde citat Aristoteles,

Οὔτοι μὲ νοεῖς ὃς αὐτὸς τὰ γ' οἶσθα νοῆσαι,
Φράσσαιό τ' ἐπὶ σοὶ καὶ ἐμοὶ ἔπος ἀμφιβαλόντε.
Ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται.
Ὃς δέ κε μήθ' αὐτὸς νοέῃ μήτ' ἄλλου ἀκούων,
Ἐν θυμῷ βάλληται ὁ δ' αὖτ' ἄχρηϊος ἀνήρ. id est,

Omnia qui per se sapiat, longe is primus ille est,
Multò ante expendens quænam sint optima fallax:
Is tamen & frugi est, qui paret recta monenti.
At qui nec per se sapiat, neque mente reponat
Ex alijs audita, vir is ad quæ inutilis hic est.

Horum carminum sententiam T. Liuius sanè quam eleganter & commodè reddidit. Sæpè ego, inquit, audiui milites, cum primum esse virum qui ipse consulat quid in rem sit. Secundum eum qui bene monenti obediat. qui nec ipse consuletet, nec alteri parere sciet, cum extremi ingenij esse. Huius generis haud paucos videas mortales, qui quum ipsi ob mentis inopiam nequeant despicere, quid factu sit opus. dicto tamen mirum quam sint præfracti, quamque non admittant alienum consilium. videlicet asinum illum Horatianum referentes, qui quum nec viam nosset, nec duci pareret, in rupem præceps datus est. Hesiodi carmen Zenon, teste Diogene, sic conuertit,

Qui consilium non admittant.

Asinus in rupem.

Κεῖνος μὲν πανάριστος ὃς αὐτὸς πάντα νοήσῃ.
Ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος ὃς εὖ εἰπόντος ἀκούσῃ. id est,

Optimus ille quidem, qui per se cuncta videbit:
Laudo & hic vnus, qui per se omnia nouit.

Videlicet anteponens eum qui bene pareret, ei qui bene suaderet. Hunc enim intelligentiam duntaxat adesse, illi verò etiam vsum & exercitationem.

Neque compluitur, neque sole aduritur. 53

Οὔθ' ὕεται, οὔτε καίεται id est Neque compluitur, neque sole aduritur. De eo dici solitum, qui procul ab omni incommoditate semotus, vitam ageret. Cui contrarium illud Horatianum,

-Sudauit & alsit.

Et pluuens & solis & cælestis aquæ patiens latus. Negotiatores, milites, athletæ, nautæ, atque id genus homines soli ferendo, & imbribus tolerandis assuescant oportet. Qui domi molliter viuit, ab his malis abest. Quamobrem in hominem delicatum, & ad labores ferendos inhabilem quadrabit. Aristophanes in Ranis, Bacchi mollitiem notans,

Καὶ μήτε δεῦσαι μήτ' ἄγαν ψυχὰς φράσαι, id est,

Nec aluum amare nimis credo frigidum.

Refertur à Zenodoto prouerbium.

Simiarum pulcherrima deformis est. 54

Τῶν πιθήκων κάλλιστος καὶ δεινότατος. id est, Simiarum pulcherrima deformis. Recte dicetur de his quæ ipso genere sunt vitiosa neque prorsus conferenda cum vel extremis eorum quæ sunt in honestiorum ordine: veluti si quis dicat, lenonem integerrimum esse periurum, aut honestissimum histrionem infamem, aut optimum Maurj carmen malum esse. Citatur à Platone, & ad Heraclitum authorem refertur.

Quærens obsonium, vestem perdidi. 55

Præsumptis de manu præd.

Ζητῶν ὀψώνιον ἱμάτιον ἀπώλεσα. id est, Obsonium dũ quæro, vestem perdidi. Vbi res pessimè cadit, aut quum pusilla quædam captantes maiora perdimus. Refertur à Suida & ab alijs, nec indicant vnde sit natum. Quanquã obscurum non est ab euentu profectum esse, quo fur quispiam dum studet cibum tollere, comprehensus, vix pacto quoque relicto, effugit. Aliunt ad hoc prouerbium Aristophanes,

Διὰ ταῦτα δὴ μ' ἱμάτιον ἀπώλεσας. id est,

Ob hæc mihi vestis quoque perijt iniquè.

Citius elephantum sub ala celes. 56

Detestum animi morbum.

Lucianus in indoctum, ῥᾷον ἂν πίθοι τις φοινικᾶς ὑπὸ μάλης χρύψαντας ἵππα κινεῖσθαι. id est, Citius quinque elephantos sub ala tegas, quam vnum cinædum. De iis qui dissimulare nullo pacto possunt, quin notis aliquibus prodant animi morbum. Est autem figura prouerbialis in hyperbole: cui cognatum illud apud M. Tull. ex Ennio, libro de Oratore 2. Fœdiorem à sapiente facilius in ore ardente opprimi, quam vt bona dicta teneat.

Felix Corinthus, ita ego sim Tenestes. 57

Ἐμοὶ γὰρ Κόρινθος εἴθ' οὕτω Τενέστης. id est,

Ita fauentibus cunctis, ut ego sim Tenestes.

Tenestes vnus quidam haud procul à Corintho, nemorosus & amœnus. Porro Corinthiorum opulentia ita magna fuit. Strabo libro octauo scribit hunc versum oraculo proditum fuisse cuidam Asiano consulenti num præstaret Corinthum demigrare. Vnde videtur, hoc à te plerisque, in vulgi sermonem abiisse: atque adeo referri in catalogo Græcanicorum adagiorum, Tempestiuum fuerit hoc vel, quoties in contentione duorum, non inficiabimur alterum per se præstantius, verùm alterum magis arridere placereque animo nostro. Veluti si quis dicat, Equidem fateor iuris scientiam, & ad rem & famam comparandam magis idoneam quam sit poetica: verum

Res minor, sed gratior tamen.

Εὐδοκιμοῖ γὰ Κόρινθος, εἴθ' οὕτω Τενέστης.

Sit illud meum aut vtilius, hoc animo meo gratius. Strabo admonet, à quibusdam pro Τενέστης perperàm legi Τεγέατης. Nam Tegea ciuitas est Arcadiæ.

Asinus in paleas. 58

Ὄνος εἰς ἄχυρα, id est, Asinus in paleas, subaudiendum incidit. Dicitur solitum vbi cuipiam fortuna lautior præter spem obtigerit, aut nactus fortè fuerit aliquis quo vel præcipuè gaudeat. veluti si quem oltreorum audum videas affatim vescentem illis non importune dixeris, ὄνος εἰς ἄχυρα. id est, Asinus in paleas. In fragmentis secundi libri Dionysophilarum citatur hic senarius ex Philemonis Comœdijs,

Fortuna præter spem.

Ὀνος βαδίζεις εἰς ἄχυρα πραγμάτων. id est,

Iam vides asinum in paleas tragematum.

Iucundius erit si longius transferas: puta si quis cupiëter legat poetam quo peculiariter delectetur. Conueniet & in hunc vsum, vbi quis infertia rem contaminat, veluti si barbarus & illiteratus bonum authorem malis commentarijs inquinet. Gaudet enim asinus volutatione, & omnia confundit hac lasciuia. Quod indicat Apuleius quoque, quum hortis areolas omnes volutationibus corporis à se turbatas scribit. Adagium ab euentu natum esse nemo non videt.

Alia voce psittacus, alia coturnix loquitur. 59

Prouerbiali schemate dixit Martialis, in clancularium quendam poetam, qui corniculam Æsopicam referens, suos inceptos versiculos nomine Martialis in vulgus spargebat, ratus futurum vt titulo decepti lectores, Martialis esse crederent,

-credu hoc, Priste,
Vocem vt loquatur psittacus coturnicis?

Conueniet in mũsicos aut poetas longè dispari stylo, longèque dissimili facultate. Psittacus inter aues proximè voces humanas exprimit. coturnices, pugnaces magis quàm loquaces. vnde Ouidius in Epitaphio psittaci,

Ecce coturnices inter sua prælia viuunt.

Caluus comatus. 60

Caluus comatus apud eundem Martialem, haud dubiè figura prouerbiali,

Caluo turpius est nihil comato. Rursus idem,

Caluus quam fuerit, erit comatus.

Aptè dicetur in eum qui veris bonis nudus, ascititijs se venditat. Veluti si quis indoctus aliena pro suis ederet.

aut si quis dissimulet esse se quod est. veluti si senex assuto galericulo, aut tinctis capillis, affectet videri iuuenis, & deformis, adhibito fuco velit haberi formosa.

Primum Ægina pueros optimos alit. 61

Τὰ πρῶτ' ἄριστος παῖδας Αἴγινα τρέφει. id est, *Ægina primum optimos pueros alit.*

Et melioribus initiis, deteriores progressus.

De re quapiam quæ melioribus initiis cœpta, paulatim ad deterius delabitur, vt plerasque mortalium faciunt. Exortum adagium ad Achillem, Patroclum, Aiacem, Neoptolemum quòd hi virtute præcelluerint, quum essent Ægineræ. Concinit his Strabo lib. 8 ostendens ex hac insula profectum Æacum cum sua posteritate. Nam Stephanus insulæ nomen inditum putat ab Ægina Æaci matre. Eandem aliquando maris imperium tenuisse, quæ ne cum Atheniensibus quidem in nauali ad Salaminem prælio de principatu certare dubitauerit, quum Persæ Græciam inuaderent. Huius meminit etiam Homerus. Est autem Cycladum nobilissima: quæ diu dicta fuit Œnoe, vt indicat idem Strabo & Stephanus. Ob laborum autem toleratiam & industriam frugalitatemque, dicti sunt Æginetæ Myrmidones: quum enim haberent terram superne lapidosam, inferne frumentis idoneam, fodientes, in cauernis habitare visi sunt formicarum more, & aliquando lapidibus quodammodo eius animantis industriam repræsentare. Deinde labente morum integritate, malè cœperunt audire Æginetæ: id quod prouerbio aliquot testatum est, quorum est illud, Æginetes neque tertius neque quartus, vt dictum est in prouerbio de Megarensibus. Non dissimile illi, Quidam fuerunt strenui Milesij.

Æginetæ Myrmidones, cur dicti.

Irrisibilis lapis. 62

Ἀγέλαστος πέτρα, id est, Irrisibile saxum. De re vehementer seria tristique Ostendebatur olim saxum quoddam in Attica, in quo ferebatur consedisse Ceres quum relicto cœlo, succensis facibus, Proserpinam à Plutone raptam quæreret. Postò quum Eleusinem peruenisset, ibi tristis in saxo quodam iniedit, quod ob eam ipsam causam *ἀγέλαστον* appellabant. Autor Zenodotus. Quadrabit in seueros ac tetricos, quosque vocant *ἀγελάστους*. quorum in numero Socratem ponit Plinius, Periclem Aristides. Neque perperam accommodabitur ad rem magnopere molestam.

In tetricos, & seueros.

Agamemnonis hostia. 63

Ἀγαμέμνονος σφαγή, id est, Agamemnonis victima, Quondam in duros & persuasu difficiles dicebatur. Inde natum, quod Agamemnone rem diuinam in Troia facturo, bos effugerit, vixque multo negotio comprehensus, reductus est. Tantùm Zenodotus. Quadrabit etiam in eos, qui nolentes & adacti quippiam agunt. Olim in sacris spectabatur vt hostia ten sa ac volens admoueri videretur. Quòd si refractis funibus profugisset, insaustum omen habebatur. Mihi videtur & huc posse referri, quod Agamemnon in Aul de filiam Iphigeniam sacrificauit, sed admodum inuitus. Recensetur à Zenodoto.

In persuasu difficiles.

De iis qui inuitis quid faciunt.

Mactata hostia lenior. 64

Mactata hostia lenior, prouerbiali figura dixit Horatius 1. Carm 19.

Mactata ueniet lenior hostia.

De mansuefactis.

De spontaneis ac mansuetis. Sumptum est à sacrificiis, in quibus explorabatur hostia ducto per frontem cultro: idque mactare vocabant. Vnde qui spectata sunt virtute, eos mactos virtute vocant.

ANIMAD. HENR. STEPH.

1. De sponsaneis.) Tam crassus est hoc in loco error, vt ab Erasmo scripta esse ista, mihi persuadere non queá. Certè quicunque hoc scripsit, ignorauit quod, vt aiunt, ne puer quidé ignoret, nimirùm Mactata hostia ablatiuum esse absolutũ, & significare, postquã mactata hostia fuerit: non autem à comparatiuo lenior regi. At quod ait de significatione verbi Macto multos ignorare pueros existimo, inuenésque senésque: quod tamen vereor ne pluſquam puerile comperiatur. Illud quidem certè si non puerile, saltem anile appellandum est, quod inde natum esse putat, vt qui spectata essent virtute, Macti virtute vocarentur. Si tamen benè nos grammatici nostri docent, Mactus pro magis auctus vsurpari.

Lapsus Erasmi castigatur.

Mactus.

Exiguum malum, ingens bonum. 65

Μικρὸν κακὸν, μέγ' ἀγαθόν, id est, Pusillum malum, ingẽs bonum. Admonet adagium, ex paululo incommodi, laboréque exiguo, summa maximáque cõmoda colligi. Refertur à Diogeniano. Nõ discrepat hinc Musonij sententia quam commemorat Aul. Gellius lib. 16. cap. 1. *ἄνευ πραξεως καλοῦ μετὰ πόνου, ἐμπεσὸν, αἰσχρὸν μένει. ἄνευ πόνου ἔργον μετὰ δόξης, καλὸν μένει.* id est: si quid feceris honestum cum labore, laborabit, honestum manet. Si quid feceris turpe cũ voluptate, voluptas abit, turpitudo manet. Eandem sententiam Cato, minus quidem modulatè, minusque tornatè, sed tamen fideliter extulit ad hunc modum. Cogitate cum animis vestris, si quid per laborem rectè feceritis, labor ille à vobis citò recedet: benefactum à vobis, dum viuetis non abscedet. Sed si qua per voluptatem nequiter feceritis, voluptas citò abit, nequiter factum illud apud vos semper manebit.

De iis, qui clàm arcana tractant.

Attici Eleusinia. 66

Ἀττικὰ Ἐλευσίνια, id est, Attici Eleusinia, subaudiendũ *καθ' ἑαυτὰς*, id est, inter sese. Duris apud Zenodotum, aut parœmiam vsurpari solitam si quando conuenissent inter sese aliqui secretò de re quapiam arcana tractantes. Ducta metaphora à mysteriis sacrorum Eleusiniorum, quæ in honorem Cereris agebantur apud Eleusim, summa religione, mysticisque ceremoniis, à quibus arcebantur profani. Capitale autem erat ex his mysteriis quicquam in vulgus efferre: eiusmodi videntur fuisse apud Romanos sacra Bonæ deæ: quam eandem C. Bibulus apud Lactantium Fatuam appellatam tradidit. Nam hæc & noctu & in operto fiebant, exclusis maribus.

Hermionis vice. 67

Ἀντὶ ἱρμίονος, id est, Hermionis vice, addendum ex vsu sententiæ verbum quod eam expleat, puta, fuero tibi, aut mea domus, aut hęc vrbs erit vobis, aut aliud simile quippiã. Valet autem perinde quasi dicas, loco azyli tibi fuero, vel instar aræ, quæ te tutum reddat. Est Hermione templum in Peloponeso, sacrum Cereri ac Proserpinæ, ad quod qui confugerint, tuti sunt, propter loci religionem. Zenotus Aristophanem citat in Babyloniis, qui huius adagij fecerit mentionem. Effertur bifariam ea vox *ἱρμίων, ἱρμίονα*, vt *λαὸς τῆς κάλλιστα καλίνης*. author Stephanus.

Antronius Asinus. 68

Ἀντρώνιος ὄνος, id est, Antronius asinus, Olim dicebatur qui deformi prægrandique mole corporis esset, cæterum ingenio stupido bardoque. Antron autem ciuitas erat Thessaliæ nomen inde sortita, quòd cauernis & specubus abundaret. Illic aiunt asinos insigni magnitudine quondam fuisse: vnde prouerbium increbuit. Autores Stephanus & Suidas. Attingit prouerbium & Homeri Scholiastes in Iliados β. Extat & hodie locus vulgaris in homines magno corpore, quasi ij parum sapiant: quasique natura sic paria facere gaudeat, vt quod corporis addiderit moli, detrahat ingenio. Traditur à nonnullis, apud Antronios ingentes reperiri molares lapides, quorum qui subterruntur, ob segnitiem & quietem, *ὄνοι* vocant Græci. Lapidem autem vocamus stupidum & amentem.

Prægrandi corpore, sed ingenio stupido.

Ventorum stationes. 69

Ἀνέμων στάσεις, id est, Ventorum stationes. De rebus multò viu obseruatis perspectisque. Apparet parœmiã integrè sic esse pronuntiandam, *ἀνέμων στάσεις χαλεπωτάτοις οἱ ἐξ ἀγορᾶς*, id est, Ventorum stationes dorunt indigenæ. Sunt enim plerisque regionibus sui quidam venti quorum naturam optimè norunt incolæ regionis illis obnoxiæ: qualis est Athenienſibus Scyron, paululum ab Argestę deflexus, reliquæ Græciæ ignotus: Narbonensi Galliæ Circius, à turbine & vertigine sic appellatus: siue Certius, vt vocat Cato, ventus apud illos clarissimus, nec vllo violentia inferior: idem non modo in reliquis cœli partibus ignotus, sed ne Viennam quidem eiusdem prouinciæ vrbem attingens. At Auster in Ægyptum nõ penetrat, vt author est apud Plinium Fabianus. Iapyx Apulis est familiaris, & Atabulus Apuliæ certis mortibus notus ac pestilens: vnde & vocabulum inditum. Sunt & alij permulti cuiusque regionis indigenæ, vt apud Gellium testatur Fauorinus. Ad hæc est nonnullis alia aliis regionibus vis ac natura. Nam vt testatur in Problematis Aristoteles, Hellespontias, qui idem Scyron vocatur Atticæ terræ, insulisque vicinis imbrem adfert: Aquilo Hellesponto ac Cyrenæ, Auster Lesbo. Atque hic quũ apud alios sit tepidus & pluuius, Africæ frigidus est ac serenus,

Regionibus quibusque, sui venti.

Parua labore, summum commodum.

ſerenus, vbi rurſus Aquilo pluuius, authore Plinio. Etesiæ, quę & ſtatis anni tęporibus oriuntur, & certis horis diei ſpirãt & cõquieſcũt, in Hiſpania & Aſia flãt ab Oriẽte in Põto ab Aquilone, in reliquis mũdi partibus à Meridie. Suidas hæc verba refert: incertum vnde ſumpta: ἰσχνεται γὰρ ὁ μόνος τῶν ἀλλ' ἀέρων ταῦτα, καὶ τοῦ παχυμέρους, ἀφ' ἧς τὰ ἀλλ' ἰσχναίνει αὐτὸς πᾶν κλῆσις γαυροῦται. hoc eſt, Indigenę enim non ſolum ventorum ſtationes, iuxta prouerbium, verumetiam indigenarum hominum mores pulcherrimè norunt. Licebit in hunc vſum trahere, vt dicas, ſuæ cuique gentis ingenium eſſe cognitum, ſuos cuique familiares eſſe notiſſimos, ſuam cuique vxorem maximè eſſe cognitam, ſuam cuique notam artem, in qua ſit quàm diutiſſimè verſatus.

Suæ cuique gentis, notum ingenium.

Ventis campus. 70

Inconſtantes.

Ἀνέμου πεδίον, id eſt, Venti campus. In hominem inſtabilem, leuem, & inconſtantem dicebatur. Refertur à Diogeniano. Nam in planitie venti liberius huc atque illuc diuagantur, nullo coerciti obſtaculo. Et Homerus ſubinde vana vocat ἀνεμώλια. Et ἀνεμώλιον dicũtur, quæ ſolida non ſunt, ſed ſubuentanea. Denique inſtabiles, ventoſos dicimus. Horatius, 1. epiſt. 8.

Roma Tibur amo ventoſus, Tibure Romam.

Idem 1. epiſt. 17.

Non ego ventoſa venor ſuffragia plebis.

Poſtremò domum vndique perflabilem, nõ illepidè dixeris ἀνεμώδη πόλιν. Pindarus Olympiorum hymno 2. varias rerum humanarum vices elegantèr expreſſit.

Ῥοαὶ δ' ἀνδρῶν ἄλλαι ἄλλοτε κύμασι θυμὸν ἐπαίρουσιν ἀνέρος ἐσθλοῦ.

Nunc alij, nunc alij fluxus & cum tranquillitate & cum laboribus in homines venere. Hoc tranſlatum videri poteſt & ab æſtuarijs maris reciprocationibus. Cæterum in Encomio ſeptimo ſententiam eandem extulit, metaphora ſumpta à ventis, qui non ſemper ſpirant iidem

Ἐν δ' ἁμὲ μοῖρα χρέων ἄλλοτ' ἄλλαι ἐξεδέξαντο αὖραι.

In vna parte temporis nunc hæ, nunc aliæ diſcurrunt auræ. Rurſus hymno 12. idem effert metaphorã ſumpta à teſſeris:

Πολλὰ δ' αἰτήσαντος ἔμοιγε δοῦναι ἔπεστιν.
Ἐμοὶ μὲν ἔπιξεν, οἱ δ' ἀλωαῖς
Ἀστιπέρωτις ζάλαις, Ἐλὼν βαθὺ πίσυνος χερός.

Vbi cerui abiiciunt cornua. 71

De ſegniter agere verſari.

Ὅπου αἱ ἔλαφοι τὰ κέρατα ἀποβάλλουσιν, id eſt, Vbi cerui cornua abiiciunt. Hoc adagio ſignificabant velut αἰνίγματικῶς, quiempiam in negotio difficili verſari. Si quidem cerui cornua depoſituri ſecedunt in loca aſpera atque inacceſſa. Conuenit & in eos qui à communi hominũ conuictu ſubducunt ſeſe, Timonem illum Athenienſem, ob id ipſum μισάνθρωπον appellatum, imitantes. Quadrabit item vbi locum vehementer abditum abtruſúmque ſignificabimus. Poſtremò quod innuemus nuſquam inueniri, illic eſſe dicemus vbi cerui cornua abiiciunt, vt quemadmodum Ad Græcas calendas, de tempore, itidem hoc de loco dicatur. Veluti ſi quis dicat ad hunc modum, Vbi geſtum eſt illud præclarum facinus quod iactas? Illic, opinor, ὅπου αἱ ἔλαφοι τὰ κέρατα ἀποβάλλουσιν. Plinius lib. 8. cap. 32. de ceruis cornua mutãtibus ſcribit in hũc modũ, Cornua mares habent, ſolique animalium omnibus annis, ſtato veris tempore amittunt. Ideò ſub ipſam diem quàm maximè inuia petunt. Latent amiſſis, velut inermes, ſed & ipſi bono ſuo inuidentes. Dextrum cornu negant inueniri, ceu medicamento aliquo præditum. Idque mirabilius fatendum eſt, quum & in viuariis mutent omnibus annis: defodi ab iis putant. Hactenus ille, Meminit huiuſce prouerbij & Ariſtoteles libro de natura animantium, cuius verba non pigebit adſcribere, ὅτι δ' ὁ ἄρρην οὔτε φλοιὸν ἔχει (γίνεται δ' ἐφεξῆς τοῦτο, ὅταν ἅπαξ ἔκπεσῃ) οὐδαμοῦ πώποτ' εἶδον φανερὸν, ἀλλ' ὑπονοῶ, ὅτι ἔξεισι τὸν παχύτατον ἀποβαλὼν ἀποκλίνων δ' ἐκ τοῦ κέρατα ἀποβάλλειν ἅπαντας χαλεπῶς ἐκ δυσζωΐας. ὅθεν ἐκ παραμικροῦ χρόνου, ὅ φασι τὰ κέρατα ἀποβάλλειν. ὅταν γὰρ ὅπαξ ἀποβάλωσιν, φαλακροῦνται· ἐφάδια λέγονται δ' ὡς τὸ δεξιὸν κέρας ἐν δύο ἔτεσιν ἀναφύεται. ἀναφύεται δὲ αὐτὸ, ὡς ἔχον τινὰ φαρμακείαν. id eſt, Præterea mas poſteaquam pinguerit (pingueſcit autem admodum, idque Autumno) nequaquam ſeſe conſpiciendum præbet. Verùm ſecedit è medio, quippe qui propter corpulentiam, tum facilè capi poſſit. Ad hæc abiiciunt & cornua locis aſperis, inuentúque difficillimis. Vnde prouerbium etiam natum eſt, Vbi cerui abiiciunt cornua. Nam vt iam armis fuit exuti, cauent ne compiciantur. Aiunt ſiniſtrum cornu à nemine adhuc viſum eſſe. abdere enim illud ceruos, tanquam remedium aliquod in ſe habeat. Quanquam Plutarchus in commentario De Pythiis oraculis oratione proſa reddidit, oſtendit, hoc oraculum editum fuiſſe de Procle tyranno, vt illi fugere ac migrare liceret eò vbi cerui cornu abiiciunt: ſignificante Deo vt defoderetur, & è medio prorſus tolleretur. Idem meminit adagij Sympoſiacõn decade 7. problemate 2.

Ad calendas Græcas.

Cornuum cornua.

Verberare lapidem. 72

Planeſium meretrix apud Plautum amatorem admonens, ne ſeruum qui iam ad plagas obduruerat occalluerítque, pulſet, manu potius quàm illi nocituros, Noli (inquit) amabo, verberare lapidem, ne lædas manum. Aptè dicetur, vbi quis obiurgat incaſtigabilem, aut docet indocilem, aut iuuenem operam ſumit in re quacunque.

In cui operę.

Ineſcare homines. 73

Prouerbiali metaphora dixit Terentius in Adelphis;

Abi, nunquam rem facies,
Neſcis ineſcare homines, Sannio.

Ducta eſt ab iis qui præfixo mri cibo piſces illiciunt. Appoſitè verò dictum eſt lenoni, cuius artis eſt, primũ huiuſmodi velut eſcis illectare iuuenes, vt poſtea totos deuoret. Et eſcam per tranſlationem appellant illecebram illam quæ traſit in fraudem. Vnde Plato, quemadmodum in Catone maiore teſtatur Cicero, τὴν ἡδονὴν δέλεαρ τῶν κακῶν, hoc eſt, voluptatem malorum eſcam dicit, quòd ea videlicet homines capiantur, vt hamo piſces. Græci ſimplici verbo metaphoram efferunt, δελεάζειν τινὰ δέλεατι ἡδέος, id eſt, eſca captare. Ariſtophanes in Equitibus: Cleoni obiicienti, quod facilè populum ſibi conciliaſſet blanditiis, reſpondet Alantopola, ἐγὼ δ' οὐκ ἐξαπατῶ τὸν δῆμον τοῦτον ἀλλ' ἐπαινῶ μετρίως τοῦτον δελεάζων ἐλαφρῶς, recriminans quòd ipſe abiectius blandiendo populum ineſcaſſet. Accedet non parum gratiæ ſi deflectatur in bonam partem, tum ad res animi: veluti ſi quis dicat puerorum animos gloriæ quibuſdam illecebris aut blandimentis ad amorem ſtudiorum ineſcandos. principum ingenia laudibus ad amorem virtutis ineſcanda.

Esca.

Vorare hamum. 74

Neque mimus elegans illud in Curculione, Meus eſt hamum vorat. De lenone, cui fraus intendebatur, epiſtolam qua decipiendus erat, lecturiente. Lucianus κατεσθίειν τὰ ἄγκιστρα. Item apud Horatium in Epiſtolis,

Occultum inſpice decurrere piſcis ad hamum.

Idem Plautus in Bacchidibus eandem ſententiam ſimili extulit metaphora, Nunc ab tranſenna hic turdus lumbricum petit. Alterum à piſcantibus, alterum ab aucupio ductum eſt. Nos item in epigrammate quodam ad hanc paroemiam ſic allufimus,

Non ſtulti vſque adeò ſumus futuri, vt
Guſtarum tenues vermium hamum.
Vnco pius ſemel ore fauciati.
Vel ſerò ſapiemus, & nocentem
Tandem carpere deſinemus eſcam.

De re certa ſæpius inculcata.

Vulcanus tibi vaticinatus eſt. 75

Ἀφαίστου σοι λελάληκεν, id eſt, Vulcanus tibi vaticinatus eſt. Refertur à Suida. Suſpicor dictum vbi quis crederet ſe rem habere certam velut ex oraculo auditam. φαὴς apud Memphiticos Vulcanus dicitur, vnde literula ꝛ acceſſione à φαὴς, velut ταχὺς ἄταχος.

Cantilenam eandem canis. 76

De re tædio ſæpius inculcata.

Τὸ αὐτὸ ἄδειν ἄρτιον. id eſt, Cantilenam eandem canis. De eo qui moleſtus eſt ſæpius eadem inculcans. Nihil enim odioſius, quàm quòd ſemper idem eſt. Dorio leno in Phormione Terentiana, Cantilenam eandem canis, & Mirabar ſiquid adferres noui. Familiare poetis eſt, nuntium, cantilenam appellare. Euripides in Ione,

Τίς ἥδε μῶσα δ' ἐν φόβοις τίνει πλέει — id eſt,
Qua cantio hæc, quibuſve de rebus metus?

Idem in Hecuba,

Ἔξεστι μέλος γοερὸν γοεροῖς. — id eſt,
Aliqua accedat cantio triſtis triſtibus.

Sumptum eſt à cantoribus, qui ſi quando diutius eandẽ occinant cantionem, tædium adferunt auribus. Proinde periti ſubinde variant carminis genus, quo taciturnam deuitent.

Caligare in sole. 77

Apud Quintilianum legitur, vt eleganter, ita & prouerbialiter dictum, Caligare in sole, pro eo quod est, in re clarissima cæcutire: idque solet accidere vitiosis oculis qui nihil vident in luce quam maximè perspicua, videlicet sensum debilem obtuente vi splendoris. Idem euenit noctuis & lusciosis. Nam his lumen pro tenebris est. Non inuenuste torquebitur in illos qui velut obcæcum causantur quicquid eruditum fuerit, quibus tenebricola est vel Ciceronis oratio. noctem enim in oculis circumferunt. Quemadmodum apud Senecam Portius dicebat, quédam spinas in pedibus habere, quum se per spinas ingredi quæreretur, videlicet ingenij vitium in argumentum conferens. At pedes, inquit, tui spinas habent, non locus. Iidem illi noctem quæ se prædicant offendi in bonis authoribus in oculis secum asferunt, nō in libris reperiunt.

In re clarissima cæcutire.

Noctem in oculis circumferre.

Bos aduersus seipsum puluerem mouet. 78

Βοῦς πρὸς ἑαυτὸν κονιορτόν, i. Bos aduersus seipsū puluerē mouet siue festinat. Vbi quis ad suum ipsius malum volens lubénque ducitur. Nam boues vt sunt mansueti, facilè se præbent vinciendos, neque grauatim obtemperant iugo. κονιορτὸν enim Græcis significat festinandi studio ciere puluerem. Quadam accommodant, in eos qui prudentes ac scientes semet in præsentem periculum inferunt, bonis in morem, qui sibi parentur inuicti vincula quibus ad eadem ducatur. Refertur a Zenodoto.

In eos qui sciens in periculum se inferunt.

Tragicus rex. 79

Τραγικὸς βασιλεύς, i. est, Tragicus rex dici potest vel fastuosus ac turgidus: vel qui nomine duntaxat rex sit, cæterum vires imperij non habeat: quemadmodum Gallico prouerbio charmeeū regem appellāt πρόσκαιρον βασιλέα, seu titulo regem verius quam opibus aut ditione. Dionysius Herculem, quod decem mensibus potitus imperio mox vita decesserit, τραγικὸν βασιλέα dixit. Nam in tragœdijs tantisper durat imperium dum fabula peragatur tū deposita persona, qui paulò ante fuerat Agamemnon, aut etiam Iupiter, tristis nuncio discedit domum.

In turgidos.

Contra retiarium ferula. 80

Martialis in epistolari quadam præfatione, Denique videas an te delectet contra retiarium ferula id est, an id faciendum tibi putes quod nemo non damnet atque exhibilet. Domitius Calderinus interpres admonet fuisse prouerbium, dicti solutum, in eos qui inimo præsidio contra maximè instructum pugnarent. Quanquam idem paulò post alio deflabitur, nempe huc gladiatores olim libentius placentem ferula exercere. Huc spectat illud Gellianum libro Noctium primo, capite. An non contra istum baculum moueas? heus homo, quid mecum tibi. Itaque ferulam aut baculum mouere contra quempiam, est refragari & innocentis repellere sententiam. Erat autem ferula ligneus ensis, quo quondam pueri cædebantur, atque item milites, si quid contra disciplinam facere viderentur. Opinor idem facilitate solere in ludis gladiatoriis huiusmodi certaminibus præfectos.

Aduersus fortiorē, ne facias.

Ferula.

Mulier imperator & mulier milites. 81

Γυνὴ στρατηγὸς ἢ γυνὴ στρατιώτης. id est,

Si fœmina dux est, fœmina æque miles est.

Sententia est prouerbialis, quoties totum negotium ignauis commissum est: quumque & ij qui præsunt, & ij qui parent, pariter sunt formidolosi. Apud Athenæum lib. 3. citatur Alexis in fabula cui titulus Συναποσπασία. Natura fœminam in hoc finxit, non vt imperet, sed vt pareat, vel Græco versiculo teste.

Fœmina vbi superior.

Γυναικὶ δ' ἀρχὴν οὐδέποτε ἔδωκεν ἡ φύσις. id est,

Natura non dedit imperium fœminis.

Etenim quod in homine ratio & affectus, id in vita vir & mulier: ac iuxta Mosen, demiurgus ille fœminam viro subiecit. Tametsi Plato non omnino arcet mulierum genus ab administranda Repub. si qua modo reperiatur idonea. Tacitè videtur huc aliusisse Æschines contra Timarchum, καταδὺν γὰρ οἶκον πλουτοῦσαν, καὶ δυσκολωτάτην, καὶ ἀκόλαστον ἐπὶ τοῦτον μάλιστα ἐφορμῆσαι φησὶν ἀεὶ χρόνον. id est, Quum vidisset domum opulentam, maréque gubernatam, cuius dux erat mulier superba & exacta. Iucundior erit sententia, quoties longius deflectetur: veluti si quis authorem ac præcipuum peripateticę philosophię ducem appellet Tartaretum. Ita Vergilius, Æneid. lib. 2.

Fœmina vbi superior.

Tanti dux fœmina facti.

Et in Actis Apostolicis Paulus dux verbi dicitur, cap. 14. versu. 12. Sic Galenus alicubi Aristotelem appellat τὸν ἐκ φύσεως πατέρα, quòd ab ipso profecta esset sententia.

Trutina iustissima. 82

Δικαιοτάτη ζυγὸς, id est, Iustius trutina. Doricum prouerbium de iis qui insigni incorruptaque sunt æquitate. Dores enim τὸν τροπὸν, id est, trutinam, ζυγὸν vocant. Est autem id libræ genus quo vel minutissimum ponderis momentum sentitur digito cuique. Latini quoque exactam æqualitatem æquilibrium appellant. Vnde & æqua lance fieri dicitur, quod partium sit citra personarum respectum. Ita Modestinus Pandect. lib. 42. titulo De re iudicata. Quod & in persona mulieris æqua lance seruari, æquitatis suggerit ratio. Item Iustinianus Cod. 5. titulo De naturalibus liberis. Quapropter sancimus in huiusmodi casibus omnes liberos siue ante dotalia instrumenta edita sunt, siue postea, vna eademque lance trutinari. Adimit figura vitio Nicarchus in Epigrammate,

Æquitas incorrupta.

—χρυσὸν δ' ἰρὸς ἔστησε κανών. id est,

Rectior est fatalis regula quam vlla fuit.

Sterilior agrippo. 83

Ἀκαρπότερος ἀγρίππου, id est, Sterilior agrippo Laconicum Adagium est, de iis qui extremæ sunt paupertatis, neque quicquam facultatum possident. Quadrat & in ignauos, nihilque industrios homines. Lacones oleam siluestrē agrippum vocāt. Tātum Zenodotus & Suidas.

In pauperes, vel ignauos.

Iouis suffragium. 84

Διὸς ψῆφος, id est, Iouis suffragium: dicebatur sacrū & inuiolatum. Vnde sententiam eius cuius sit velut irrefragabilis authoritas, Iouis suffragium rectè dixeris. Aut per ironiam, vbi quis arrogantius de re quapiam pronuntiat, suámque opinionem pro lege atque oraculo postulat accipi, iubicetur Διὸς ψῆφος. Aiunt enim locum in quo Neptunus & Minerua iudicium peregerunt, vtrius nomine auspiciisque ciuitas Athenienſium instituereretur, Iouis suffragium appellatum fuisse. Suidas Cratinum citat ex Archilochus,

Inuiolatum.

Ἐστὶ Διὸς μεγάλου θῶκος ποτὶ τ' ἠλιβάτῳ. id est,

Magni vbi dicuntur tali sedesque Tarantæ.

Nā & talis olim ferebantur suffragia, nimirū à sortiētib.

In neruum ire. 85

In neruum ire, Donatus, aut quisquis is fuit interpres Phormionis Terentianę, demonstrat esse prouerbium, pro eo, quod est decipere. Sumptam à sagittarijs metaphoram, quibus illud euenit interdum, vt dum nimium tendunt arcum, rumpant, aut sibi neruum aliquem fatigent. vt contine sit illi de quo dictum est alias, Σπεῦδε βραδέως τὸ καλόν, ταχὺ τὸ ῥᾷστον. Dictum est autē, in neruum ibit, pro eo quòd est in vincula ibit. Antiquitus enim qui soluendo non essent, vincti tradebantur creditoribus, donec opera compensārent creditam summam. Veretur enim adolescens amans, vbi eum in locum traheretur Phormio, vt aut puellam domum ducere cogeretur ex pacto, aut certè pecuniam acceptam renumerare: ni faciat, vinciendus, & iuxta leges corpore luturus quod ære non posset. Sibi magis consulturum illum, vt vel prodat omne commentum, vel vere mulierem abducat. Porro Conicere in neruum, & Eximere è neruo pro eo quod est obæs alienum vinctos abducere. Sed verba Terentij subscribam, At enim non ducet, noui. Cæterum quum argentum repetent, nostra causa scilicet in neruum potius ibit.

Decipere.

Eximere à neruo.

Ipse semet cauit. 86

Αὐτὸς αὑτὸν αὐλεῖ id est, Ipse suimet tibicen est, hoc est, ipse cuiusmodi sit, factis ipsis declarat. Tibicines. n. olim laudes fortium virorum decantabant. Proinde qui rectè gestis sibi satis magnam gloriam cōparat, quorsum huc necessum est conducere buccinatorem laudum suarum? Adagium in vtramlibet partem poterit applicari, bonā vel malam. Nihil huic opus tibicine qui suis egregiè gestis sat illustris est. Aut, nihil opus huius vitam insectari, satis per se fœdā atque infamē. Conuenit & in illos qui semetipsos laudat. qui mos est gallis gallinaceis, etiam cùm è pugna se prosperarint. Plato in Theæteto, φαίνομαί μοι, φησὶν ὁ Σωκράτης, ἀγνῶτι ὄντι, περὶ γυμνασίου, ὥσπερ ἀλεκτρυόνι πρὸς τὴν νίκην, ἅδειν, id est, Videmur mihi, ignaui galli in morem, quum ante victoriam à sermone resiliemus, cantare.

Vir inculpatus.

Ipse

Ipse dixit. 87

Αὐτὸς ἔφα, id est, Ipse dixit. Quoties tantam esse cuipiam authoritatem significamus, vt ea vel citra rationem ad quidlibet credendum sufficiat. Vt in Arcanis literis satis est αὐτὸς ἔφα, in reliquis non item. Adagium autem a Pythagora natum, qui quo plus venerationis & authoritatis sibi iisque conciliaret, in dissertationibus dicere solitus est, αὐτὸς ἔφα, id est, Ipse dixit: perinde quasi non sua referret, sed ab oraculo quopiam accepta. Ea vox deinde in vulgarem abiit sermonem, Huiusmodi ferme Suidas. Diogenes Laertius indicat hoc dictum à Pythagora Zacynthio manasse. Quanquam M. Tullius libro De natura deorum primo secus iam narrat. Non enim, inquit, tam authores in disputando, quàm rationis momenta quærenda sunt. Quinetiam obest plerunque iis qui discere volunt, authoritas eorum qui se docere profitentur. desinunt enim suum iudicium adhibere, id habent ratum, quod ab eo quem probant, iudicatum vidêt. Nec vero probare soleo id quod de Pythagoricis accepimus, quos ferunt, si quid affirmarent in disputando, quum ex his quæreretur quare ita esset, respondere solitos, Ipse dixit. Ipse autem, erat Pythagoras. Tantum opinio præiudicata potetat, vt etiã sine ratione valeret authoritas. Quintilianus in Institutionib. Nã & inuiti iudices, inquit, audiunt præsumentem partes suas: nec hoc oratori contingere inter aduersarios, quod Pythagoræ inter discipulos contigit, potuit, Ipse dixit. Sed illud magis minuit e vitiosum est pro personis dicentium. Alludit horsum & Aristophanes in τηρίλλῳ.

Authoritas tribuenda rationem.

Pythagoræ authoritas.

Φορτίς γὰρ οὐκ ὁ νοῦς τῆς ἡμέρας αὐτῇ;
Αὐτός τις αὐτός; Σωκράτης τις Σωκράτης,
Ἢ αὐτὸς αὐλίσασθ' αὑτὸν μοι μάγα.
Αὐτὸς μὲν οὖν σοι καλέσατ' ὀρθῶς μοι δοκῶ. id est,
Ita age, quia ea, quæ cæmatibus tibi mos, domo?
Ipse ego, quis ipse Socrates, quis Socrates?
Abi ipsum ipsam voce magna mihi vocato.
Quum ipse magis accersi non ego mihi etiam:

Quod autem dixit, ὁ ὑπερμαθὴς (vt hoc obiter indicem) ritus cuiusdã notatum est, quum Socratem intelligi vellet, animo suspenso nubes suspicientem. Nam χρίμφα vasculum est pensile, in quo obsoniorum reliquiæ conuiuæ reponi. Dicitur autem bifariam, simpliciter aliquoties, sed frequentius per ironiam, veluti si quis Aristotelem, ceu oraculum, citãti dicat, αὐτὸς ἔφα, rationem dicti flagitans, neque contentus simplici scriptoris authoritate. Conuenit etiã quoties sententiæ vel inuidiam vel defensionem à nobis ad ipsum authorem reiicimus. Iuuenalis,

Χρίμφα.

Sic volo, sic iubeo: sit pro ratione voluntas.

Melius Horatius, 1. epist. 1.

Nullius addictus iurare in verba magistri.

Illud admonendum videtur, αὐτὸς ἔφα, in hac paræmia perinde valere quasi dicas, dominus dixit. vt Pythagoras ab Ægyptiorum vatibus videatur didicisse figuram hanc prophetis familiarem. Aristophanes in Ranis,

Φαίνου τοῖς ὄρχοις, σὺ γάρ, ὡς ἔοικεν, ἐπιχθόνιος. id est,
Huc saltatoribus, inferum non aduenæ.

Hoc est, herum, quòd is quodammodo & famulis missis aduenire videatur. Item in prophetis arcanis, Ecce ipse adsum: id est dominus & author. Huc pertinent quæ nobis antea dicta sunt prouerbio, Infixo aculeo. Sic Augustinus alicuius recensens opinionem Manichæi (ni fallor, Hæc inquit, Manichæus dixit, atque abunotans illum, quòd sat haberet dixisse, quum docendum esset quod dixerat. Galenus item libro περὶ φυσικῶν δυνάμεων primo, Ταῦτα ἐγὼ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ παίσαντος ἀπήγγειλα τῷ ὑφ' ἑαυτοῦ τεθραμμένῳ, δοκοῦντος αὐτῷ, καθάπερ ἐμοὶ, ὡς μόνῳ παιδευτῇ τῶν ἀτελεσιῶν ἐπιτρέπειν δυνάμεων, id est, Hæc & his similia loquutus, repente ore mihi nil cunctante, quasi libi non posset, verbis apertis absoluit sermonem, moxque prorupiens sese abiit, nobis ita relictis, quasi nihil omnino reperire possemus quod vel probabiliter contradiceremus.

Teipsum non alens, canes alis. 88

Αὐτὸν κρίφοντα μὴ φέρεις. id est, Quum temetipsũ non alas, canes alis. In eum dicebatur qui quum per inopiam sibi quæ sunt ad vitam necessaria suppeditare non posset, conaretur aut equos, aut famulos habere domi. Apposite dicetur aduersus illos, quibus quum ob rei familiaris angustiam vix suppetat quo victum sustineant, tamen per ambitionem coëmptis mancipiis, sequioque strepitu, pompæ & opulentos imitantibus, inter conuictum in omnes qui quæ ad voluptatem aut splendorem pertinent, curant neglectis his quæ magis sunt necessaria. Porrò necessaria prima debetur cura, dignitati posterior. veluti si quis in eruditione comparanda laboret, vitæ secutus de qua periclitetur.

In paucos fauorem.

Necessaria prima debetur cura, dignitati posterior.

Terræ intestina. 89

Τὰ ἔντερα, id est, Terræ intestina. Dicebantur vilia, nullius pretij. Saxa verò, terræ viscera dicuntur. Refertur à Diogeniano, Terræ enim intestina sunt saxa, & lapides appellamus homines inutiles. Simile illi,

Lapides.

-τὸν μόνον ἄχθος ἀρούρης. id est,
-tellurem inutile pondus.

Tenedius tibicen. 90

Τενέδιος αὐλητὴς, id est, Tenedius tibicen, dicebatur testis falsus & calumniator. hinc natum, quòd Philonome tibicinem suum subornauit, qui testificetur apud Cygnum, ipsam à Tenedio de stupro tussse interpellatam, ac vi etiam tentatam. Hæc fermè Stephanus in catalogo virium. De Tenedo sæpe iam dictum est alibi.

Testis falsus.

Cyrbes malorum. 91

Κύρβεις κακῶν. id est, Cyrbes malorum. De vehementer inuisis, & omni facinorum genere contaminatis. Apud Athenienses tabulæ quædam ceræ quadratæ, in quibus leges descriptæ proponebantur, præterea variæ delinquentium pœnæ. Has illi κύρβεις appellant, apud Lucianum ἄξονες dicuntur. Non dissimile est illi quod alibi retulimus ἰτέας κακῶν, id est, Vitas malorum. Simili figura apud Athenæum lib. 9. dixit Antiphanes, opinor.

Καὶ ταῦτά μοι μὰ τὴν Ἀθηνᾶν παρέφθη. id est,
Et hic iniurium mihi etiam euenit.

Solent enim in eodem disco varia edulium genera apponi, sed quæ voluptatem adferant. quo gratior est tropus, deflectens in contrarium, quasi dicas, Ilias bonorum.

Paropsis malorum.

Aries nutricationis mercedem persoluit. 92

Κριὸς τροφῖα ἀπέτισεν, id est, Aries alituram rependit. Citatur ex Menandro. Quadrat vbi quis pro benefactis maleficium reponit. Allegoria sumpta est ab eo, quòd aries cornibus impetat, aut vas in quo pabulum apponatur, ipsósque quorum opera nutritus est, aut etiam nutritur, cornibus incessit. Effertur & ad hunc modum prouerbium κριὸς ἀμοιβαῖα. id est Arietis ministerium. pro officio collato in ingratum, qui beneficium iniuria pẽsset. Huc affine quod est apud Aristophanem in Vespis, ἐγχαράξω τὸν ἄμπελον, id est, Vallus vitem.

Arietis ministerium.

A Dorio ad Phrygium. 93

Ἀπὸ Δωρὶς ἐπὶ Φρύγιον, id est, à Dorio ad Phrygium venire dicebatur, qui à vita temperatiore ad luxum se conuertisset. aut qui à fortuna mediocri se contulisset ad matoré vitæ strepitu. Sumpta metaphora à nouissimis illis veterum harmoniarum generibus, in quibus Dorium moderatius quemadmodum indicat Suidas, referens hæc verba ex authore nescio quo, τὸν δὲ Δωριστὶ ὀλιγωρίαν μετεῖναι αἰσχύνης, τὸν καταφρονεῖν δεῖν πάντων, ὧν δεῖ πάντων ἐλαχίστων, ἀρκεῖ καὶ μετρίων τὸν ἔχειν βίον τοῦτον τὸν τοῦ χρεὼν ἀρκοῦντα ἔχειν τυγχάνω, id est. Victum autem fortitus erat moderatum, deliciarum expertem, neque sordidum ac molestum ob inopiam, neque ob diuitias dissolutum, sed medium quendam ac modulatum, vetè ad Dorium fortunæ modum attemperatum. Refert & alium locum, suppresso authoris nomine, ni fallor, ὁ φαῦλος ἐρεσχύλιος λογεῖα αὐτοῦ ὁ τὸς Σκύθης ἐν τοῦ τοξότου ἐν μέσῳ τιθεὶς ᾠδῇ μόνον, ὑπὸς ἐλαίσσων τὸν νόον ὑπὸ τῆς ἡδυλέξεως ἐκ ἀπειρεφὲς μεταφέρεται, ὑπὸ Δωρὶς φρυγιστὶ ὀπὶ Φρύγιον. Quæ tametsi difficile est aptè vertere, si nescias quid præcedat aut sequatur, tamen apponam diuinationem meam, donec locus occurrerit. Non videbor hominum rotundè loquẽtium verbula, sed ipsos sensus in medium adferens, tantum non ipsius linguæ tonum à disputatione ad attentionẽ adaptauero. Quanquam apud Suidam legitur μετρεῖν. Ex his verbis apparet Dorium modum fuisse deliciarum, Phrygiũ seueriorem. Apuleius Floridorum lib. 1. palàm indicat, Doricã musicam à Phrygia longè diuersissimam fuisse: quande-

Dorica harmonia moderatus.

Apuleij locus de modorum varietate.

quidem hæc ad religionem inflammabat animos, illa ad bellum inflammabat. Apuleij verba habent, Tibicen quidam fuit Antigenidas, omnis voculæ melleus modulator, & idem omnimodis peritus modificator, seu tu velles Æolion simplex, seu Asium varium, seu Lydium querulum, seu Phrygium religiosum, seu Dorium bellicosum. Hactenus Apuleius: cui si credimus, non potest esse temperatus modus Dorius, qui ad bellum accendit, nisi fortè ituris in prælium moderatius canebant tibiæ: quòd illic plus valeat sibi præsens animus, quàm furore percitus. Verùm an in Apuleij verbis, pro Æolion legendum sit Ætolicũ, siue Ætolium, & pro Asiũ, Iasion siue Iastium ab Iade, siue iasi (vt Ionicum intelligas modum) doctis expendendum relinquo. Quanquam his non satis congruunt quæ refert Lucianus in Harmonide, ἐγὼ γὰρ ἁρμονίας ἑξαφυλάττειν τὸ ἦθος, τὴν φρυγίαν τὸ ἔνθεον, τὴν λυδίαν τὸ βακχικὸν, τὴν δωρίαν τὸ σεμνὸν, τὴν ἰαστὶ τὸ γλαφυρὸν. id est, Vnuscuiusque harmoniæ seruare proprietatem, Phrygiæ diuinum impetum (quod Apuleius vertit religiosum) Lydiæ bacchanalem furorem, siue licentiam, Doricæ seueritatem. Ionicæ iucunditatem. Quod Apuleius videtur transtulisse varium. Contra Dion in commentariis de regno refert, Alexandrum magnum ad bellum accẽdi solere Timotheo musico Doriũ incinente. Athenæus lib. 14. Doricæ harmoniæ tribuit, τὸ αὐθαδὲς, καὶ τὸ μεγαλοπρεπὲς, καὶ τὸ φοβερὸν, id est, seueritatem, maiestatem, ac vehementiam, vt quę neque dissoluta sit neque hilaris, sed tristis, minimèque varia. Iam his recentior Boethius in præfatione libri De musica, ostendit hanc artem ad mouendos affectus præcipuam habere vim: proque ratione modorum, alios atque alios animi motus vel excitare vel sedare. Addit, Pythagoram incentione modi Phrygij incitatũ, adolescentem patria barbarum, quippe Tauromenitanũ, vino temulentum, ita furentem, quum iam ędibus amicæ, quæ rivalem admiserat, ignem admouere tentaret, tibicina iussa spondeos succinere, ad sobriam mentem reuocasse. Boethius refert iuuenẽ Phrygio modo fuisse incitatum, ac mutato modo ad se rediisse, nec exprimit in quem modum sit mutatus Phrygius. M. Tullius quem illic citat Boethius, neutrius meminit modi, tantùm ait spondeorum incentione fuisse sedatum adolescentem. Si Timotheus Dorio modo concitabat Alexãdrum ad bellum, & hic adolescens ad expugnandam domum Phrygio fuit accensus, apparet modos hos non multum inter se discrepare, Lucianus Phrygio tribuit τὸ ἔνθεον, id est, furorem, sed sacrum dũtaxat. Huius autẽ furoris Plato tria facit genera, vnum quòd poetis immittant Musæ, alterum quod vatibus immittit Apollo, tertium quod amantibus Cupido. Habet autem & Bacchus & Mars furorem suum. Itaque iuuenis ille tripli furore correptus insaniebat, Bacchi, Cupidinis & Martis. Pyrrhichios autem ad prælium acuere alias docuimus, vnde illud πυρρίχιον βλέπειν, de trucibus & commotis pyrrhichio autem contrarius est spondeus. Quòd ni Boethius dixisset mutatum modum probabile esse poterat eundem modum Phrygium, & incitare pyrrhichiis & sedare spõdeis. Et haud scio an Boethius quum ait immutatum modum, sentiat nõ mutatas harmonias, sed vocũ celeritatem. Videtur locus prouerbio, quũ ad diuersa transitur: veluti si quis de rhetorum præceptis sermonem exorsus, ad Theologicam materiam digrediatur. Equidem arbitror veteres de generibus harmoniarum diuersa tradidisse, quòd ipsa mutatis gẽtium moribus pariter sint immutata. priscorum enim Asianorum laudata est seueritas, priusquam luxu effeminarentur. Idem vsu venit Laconibus, in quibus sunt Dores. Hinc illa mixturarum nomina ὑποδώριον, μιξολύδιον, ἰαστὶ μιξολύδιον. Athenæus hypodorium modum putat eundem esse cum Æolio, cui tribuit tumorem ac fastum & submolle quiddam. Quidam musices studiosi affirmant difficillimum esse transitum à Dorio ad Phrygium. Ostendimus & alias, Phrygium melos, σκληρὸν appellatum, & in funebribus nenijs adhiberi solitũ. Quòd si Dorius cantus Phrygio diuersus est, vtpote qui ad belli cupiditatem inflammet, consentaneum est illum pyrrhichiis constitisse, quandoquidem spondeo contrarius est pyrrhichius. Verùm de his harmoniarum generibus permulta Plato in libris de rep. Rursus in Lachete docet hanc esse verè Doricam cãtionem, & Græcam harmoniam non Phrygiam, neque Ionicam, neque Lydiam, si vita concordet cum oratione bona. Nonnulla Plutarchus in libro de musica. Nos quantum ad percipiendum adagij sensum sat est, attigimus.

Triplex furor.

Mutatę harmoniæ quomodo.

A carcere. 94

Ἀπὸ βαλβίδος, id est, A carcere, siue repagulo, id est, ab ipso rei principio. Sumptum à certaminibus equestribus, vbi cursus instium est à carceribus, id est, repagulis finis meta. Itaque quum exorsum negotij significamus, Ab ipsis carceribus, dicimus: quum finem, ad metam vsque. Veluti si quis dicat fœdum esse si quis artifex ab ipso statim carcere pecteat: aut neminem tam ignauum qui non κατὰ βαλβίδος strenuus esse videatur. Extat apud Aristophanem. Confine quod alibi positum est, ἀπὸ γραμμῆς, id est, A linea.

Negotij exordium.

A linea.

A cælo ad terram. 95

Ἀπὸ οὐρανοῦ μάχεσθαι γῆν. id est, A cælo ad terram. Prouerbialis figura, perinde valens quasi dicas, quacunque de re, ab extremo initio vsque ad supremum finem. Sic apud Plautum in Persa licitatori roganti, num ex puella quædam citari liceret: venditor quantum vellet percontari permittens, A cælo, inquit, ad terram, quod lubet.

Ab initio ad finem.

Mores amici noueris, non oderis. 96

Porphyrion in Horatium, hunc versum prouerbialem admonet fuisse,

Mores amici noueris, non oderis.

Eum nos inter Græcas sententias repertum restituimus: est enim huiusmodi,

φίλου ἤθεσι γνώσει, μισήσεις δ' μή.

Admonet in amicorum moribus quędam vitia dissimulanda, sic vt intelligantur quidem, sed tamen tolerentur: ne seuerior & oculatior in obtenandis amici malis subuertas amicitiam. Atque id præcepti locum habebit in leuioribus morbis, non in his quæ ad famã aut ingens periculum pertinent amicorum. Non nosse amici vitia, est hominis parum diligentis quos diligat: odisse, parum ciuilis. Noscenda sunt vt aut corrigas, aut certè minuas: aut non sic vt ob ea videaris amicum odisse. Si quidem nulli futurus est amicus, qui nihil vitiorum in amico ferre possit.

Bithus contra Bacchium. 97

Bithus & Bacchius nobile par gladiatorũ fuit, quorum mentionẽ Suetonius quoq. fecit, pares arte, pares audacia. Proinde quoties duo æqualiter improbi contendunt inter sese, ita vt neuter alteri velit concedere, non intempestiuiter dicemus, Bacchium cum Bitho commissum. Horatius, Serm. lib. 1. Sat. 7.

Duo æqualiter improbi

-vti non
Compositum melius cum Bithe Bacchio.

Rupili Persique parẽ inter ipsos improbitatem & maledicentiam significans. Quicquid insigniter improbũ est, & ad omnem contentionem paratum, gladiatorũ appellamus. Gladiatoria corporis firmitas, gladiatoria audacia, gladiatorius animus ad me affectant viam. Marcus Tullius in Philippicis, Antonij fratrem aliquoties Mirmillonem appellat, vt in Philippica sexta, Etiamne ab hoc Mirmillone Asiatico senatus mandata, legatorum verba audientur?

Gladiatorij.

Esernius cum Pacidiano. 98

Simile fuerit illud ex Lucilio, Esernius cum Pacidiano compositus. Erant & hi gladiatores per omnia pares, longéque omnium nobilissimi. M. Tullius in libro De optimo oratorum genere. A me autem (quo maximis minima conferam (gladiatorum par nobilissimum inducitur, Aeschines tanquam Esernius, vt ait Lucilius, nõ spurcus homo, sed doctus & acer, cum Pacidiano hoc componitur, optimus longè post homines natos.

&c.

Bis septem plagis polypus contusus. 99

Δὶς ἑπτὰ πληγῆς πόλυπους πλήθει. id est,
Plagis adactus polypus quatuordecim.

Dici solitum vbi quis multo tandem malo fit emendatior. Quemadmodum accidit indomitis adolescẽtibus, qui plurimorum experientia malorum tandem cicurãtur. Conueniet & in eos qui duriore ingenio prædici, non nisi grauibus suppliciis corriguntur. Aiunt polypũ piscem captum diu multúmque tundi cædique solere, quo mitior fiat, & ad esum accommodatior. Autor Zenodotus.

Qui multo malo emendatiores fiũt.

Mopso Nisa datur. 100

Schema prouerbiale videtur & illud apud Vergilium in Pharmaceutria, Mopso Nisa datur: quum præter omnium spem res præclara contingit cuipiam prorsus indigno, vt nihil iam non posse sperari vel à quouis appareat.

Res sperdam, quæ obtingat indigno.

Mopso

Mopſo Niſa datur: quid non ſperemus amantes?

Eſt autem emphaſis in nominibus. Nam Mopſum dicés, intelligit infimum, abiectiſſimúmque paſtorem: Niſam puellam inſigni forma. Non abludit huc illud Sophoclis in Aiace flagellifero,

Οὐκ ἐς ἄῤῥητον κλύειν. id eſt,

Nihil eſt quod haud ſperare liceat.

In eandem ſententiam Linus apud Stobæum,

Ἐλπίδας χρὴ πάντ' ἀνύτειν ἐς πάντα βλέποντα.

Πᾶ δὲ θεὸς, πᾶ δὲ τύχη, πᾶ δὲ κλίνωσι νόημα. idem eſt,

Spes cuncta, nihil quod non contingere poſſit.

Omnia ſunt magno ſatis proclivia diuo.

CHILIADIS SECVNDAE CENTVRIA SEXTA.

Quid niſi victis dolor? 1

Τί δῆτα ἄλλο πλὴν τοῖς ἡττημένοις ἀλγηδών; id eſt, Quid aliud quàm victis dolor? Vſurpandum vbi palam fit in contumeliam quippiam. Sumptum à dicto Brenni palam illudentis Romanos, in appendendo auro quod ſtipulatus fuerat ab illis de perantibus auxilium vt è Romanis finibus abduceret Gallorum exercitum. Sed ipſius Plutarchi verba in Camillo, libitum eſt ſubſcribere, Εἶτα δίκαια πρὸς ταῦτα καὶ σύμμετρα λέγων Βρέννου καὶ Σολπικίου τοῦ χιλιαρχοῦντος, ὅμως ὀφθὲν, τοὺς μὲν λίτρας χρυσοῦ ταλάντου, τοὺς δὲ πλείους ἐκ τῶν πόλεων καὶ τῶν χωρῶν αὐτοῖς ἀπὸ τῶν ἐπιτιμίων γενομένων ἱερῶν, καὶ τῶν χρυσῶν ἀναθημάτων ἐκ τῶν ναῶν ἀναιρουμένων κρύφα πρὸς τὸν ζυγὸν ἐπιφερόντων καὶ προσφερόντων τὴν ῥοπὴν, ἡγανάκτουν ῥητῶς πρὸς αὐτούς. ὁ δὲ Βρέννος εἶπε καθεῖναι καὶ παλαιὸν, ἀναδησάμενον τὸν παλάσιον ἅμα καὶ τὸν ζωνάριον ἐπιτεθῆναι τοῖς σκεύεσιν ἐπιτιθεμένου δὲ τοῦ Σολπικίου, τί οὖν; τί δὲ δεῖ; φάναι τὸν Κέλτον, οὐαὶ τοῖς νενικημένοις ἀδίκοις τὸν μὲν πρέποντα παρὰ τοῦ νικῶντος. id eſt, Itaque quum placuiſſet vti principes in colloquium venirent Brennus & Sulpitius Romanorum ductor, conuenit vt Romani mille libras auri dependerent: ſimul atque accepiſſent, ſeſe, ex vrbe atq. ex agris diceſſerent. Super his quum iuſiurandum interceſſiſſet, iſmque aurum eſſet adductum, Gallique pactæ fidei immemores initio furtim, mox palam deprimerent detorquerentque lancem, Romanorum aduerſus illos coorta eſt indignatio. At verò Brennus tanquam per ludibrium & irridendi cauſa enſem vnà cum balteo exutum lancibus appoſuit. Porrò Sulpitio roganti quid hoc eſſet rei, Quid enim aliud, inquit, niſi victis dolor? Atque id dictum iam in prouerbium abiit. Quum Camillus Brennum inſidiis circumuentum concideret, & ille quereretur contra fœdus fieri, retorſit in eum ſuam vocem, Væ victis. Sic etenim Feſtus eſſert prouerbium. Vnde palàm eſt, dolorem, non opprobrium in Plutarcho vertendum fuiſſe. Lapus interpres aut lapius eſt, aut vius eſt exemplari in quo ſcriptum erat pro ἄλγημα ὄνειδος. Huc alluſiſſe videtur Plautinus Ballio, Vę victis: quum victus vel iniquis conditionibus parère cogitur. Et ni fallor, Vergilius in Mœride.

Nunc victi triſtes, quoniam fors omnia verſat,
Hos illi (quod nos bene vertat) mittimus hœdos.

Nonius Marcellus in dictione Ceſtus, citat titulum Satyræ Varronianæ, Væ victis.

Brennus Romanos illuſit.

Aquam bibens nihil boni pariet. 2

Τὸν ὑπὸ νηφαλίων ἀνδρῶν αὐτίκα. id eſt,

Aquam bibens probum & vtile parere nihil.

Huius authorem ferunt Demetrium Halicarnaſſeum: cuius ſententia eſt, à poetis nihil præclarum, aut poſſe tale dignum, aut venuſtum proficiſci, ſi biberint aquam, hoc eſt, ſi pauperes fuerint, & tenui victu. Horatius, 1. epiſt. 19.

Nulla placere diu, nec vincere carmina poſſunt
Quæ ferbuntur aquæ potoribus. Idem Iuuenalis,
Quod ſi Vergilio puer, & tolerabile deſſet
Hoſpitium caderent omnes à crimbus hydri,
Surda nihil gemeret grauis hexametros. Idem,
-ſatur et quum dicit Horatius, Obe.

Demetrij Halicarnaſſei diſtichon huiuſmodi citatur à Zenodoto, etiam ſi in epigrammatis referatur Niceratі titulo,

Οὗτός ποτ' ἀείδειν τι φάτο ξανθὸς ἐπὶ δαῦλον
Τὸν ὑπὸ νηφαλίων ἀνδρῶν αὐτίκα.

Quanquam apud Athenæum lecus refertur verſus prior,

Οὗτός ποτ' ἀοιδὸν ἐπὶ μέγαν ἐπὶ δαῦλον. id eſt,

Sanè magnus equus lepidos ſint vina poeta.

Idem verſus referuntur ab Athenæo ſecundo Dipnoſophiſtarum libro, ex epigrammate quodam, quod quidam ſcripſerat in Cratinum, qui frequenter in comœdiis taxatur, vt vinoſus. Quin & Horatius eloquentiam vino tribuit, lib. 1. epiſt. 5.

Facundi calices quem non fecere diſertum? Martialis,
Poſſum nil ego ſobrius, bibenti
Similes carmina mittere.

Ariſtoteles libro De naturis animantium octauo, pſittacum loquaciorem fieri putat, ſi vinum biberit.

Pauperes nihil præclarè facient.

Digna canis pabulo. 3

Ἀξία κύων τῆ βρώσεως, id eſt, Digna canis pabulo. Fermè perinde valet ac ſi dicas, Dignus operarius mercede ſua. Et, Vix quiſquam eſt tam inutilis miniſter, quin ſi non amplo ſalario, certè victu dignus eſſe videatur. Refertur à Suida. Quadrabit in hominem non vſquequaque reſciendum, atque inutilem: aut in hominem aſſentatorem, & ob id idoneum qui verſetur in principum aulis, vbi nullo in pretio ſunt qui neſciant adulari.

Dignus mercede opifex.

Canis digna ſede. 4

Ἀξία κύων θρόνου, Canis digna ſede, Quum nouus honos obtigit cuipiam immerenti. Sumptum videtur à Melitæis canibus, quibus nonnullæ mulierculæ maiorem habent honorem quam ipſis maritis. Niſi mauis referre ad Anubim Ægyptiorum deum. Porro conſtat, canibus à dominis tantum honoris habitum, vt defunctis etiam monumenta ſtatuerint. Refertur à Diogeniano.

Nonnullos, immerenti.

Si vinum poſtulet, pugnos illi dato. 5

Ἂν οἶνον αἰτῇ, κανδύτας αὐτῷ δίδου. id eſt,

Si vina poſcat ille, pugnos porrige.

Vbi pro bonis rebus expectatis diuerſa accipiuntur. Sumptus eſt hic ſenarius è tragœdia quapiam, de Cyclope & Vlyſſe. Eſt autem notiſſima fabula, quemadmodum apud Homerum Vlyſſes Polyphemo Cyclopi vinum petenti ſubinde porrigit, quo ſimul atque iam temulentus ſopitúſque iaceret, palo præuſto oculum illi perterebrant. Putant metaphoram à pueris dictam, qui petentes non petenda, nonnunquam colaphos recipiunt. Terentius in Phormione, Pugnos in ventrem ingere. Pugnos plagas ipſas vocat, itidem vt Græci κανδύτας. Adagium refertur à Suida.

Pro bonis mala.

Pro perca ſcorpium. 6

Ἀντὶ πέρκης σκορπίον. id eſt, Pro perca ſcorpium. Vbi quis optima captans peſſima capit. nam perca piſcis eſt vel maximè laudatus, cuius identidem meminit Athenæus, gulonum delicias recenſens. Scorpius lethalis eſt, quanquam eſt & piſcis huius nominis, contempti ſaporis, de quo magis lectore videtur adagium. Similis figura dixit Lycophron,

Ὁ δ' ἀντὶ πέρκης σκορπίον λαμὼ κατώνυς. id eſt,

At ſcorpium vice glutiens pipus vice.

Eſt enim pipo auis genus.

Optima captans, peſſima capit.

Pro beneficentia Agamemnonem vlti ſunt Achiui. 7

Ἀντ' εὐεργέτου Ἀγαμέμνονα τίσαν Ἀχαιοί. id eſt,

Pro merito male tractarunt Agamemnona Graij.

Quidam ad hunc efferunt modum,

Ἀντ' εὐεργέτου Ἀγαμέμνονα δῶκαν Ἀχαιοί. id eſt,

Pro beneficio vinxerunt Agamemnona Graij.

Dicebatur in ingratos, qui pro ſummo beneficio ſummum remetiuntur malefcium. Agamemnon enim tot exhauſtis laboribus in expugnanda Troia, pro dignitate Græciæ domum reuerſus, vetere inexplicabili inuolutus, interfectus eſt à Clytemneſtra, auxiliante Ægiſtho adultero. Annotatum eſt, hoc ferè accidere

Pro beneficio, malefcium.

vitis de Repub. bene meritis, vt probe factis pessimam gratum tulerint à populo. Pindarus in Pythus,

Foris habere pedem. hymno quarto, ἐχθροὶ δ' ἄμμιν τῶν παροίτεν, καλὰ γενόμενοι ἀπρακτα ἔπος ἔχει πόδα. id est, Ante autem hoc fuit mortalibus, qui non honesta necessitate foris habere pedem. Hoc est, non frui bonis, quum ipse benemeritus sit de aliis, sed pro benefactis male audire.

Cane Tellenis cantilenas. 8

Indicates, & loquaculos. Ἄιδε τὸν Τήλενα, id est, Cane cantiones Tellenis. Quidam dicti putant de dicacibus, mordacibúsque: quidam de meptè loquacibus. Nam Tellenem hunc, tibicinem quendam tum tumultuosum, poetam item carminum ineptissimorum. Alij tradunt, hunc socors quosdam versibus lepidissimis delersisse, non sine multo sale commixtum. Meminit huius Tellenis Diarchus Menenius apud Zenodotum: item Plutarchus in Apophthegmatis.

Azanæa mala. 9

Ἀζανέα κακά, id est, Azanæa mala. Dici solitum vbi quis in re perdifficili & negotiosa plurimum sumeret laboris: aut vbi res esset cuipiam cum homine difficili, morosi, intractabili, tenaci. Tradunt Azanam, regionem quamdam esse Arcadiæ, sterilem & cultu exhibitem: in qua coloni multo sudore parum fructus referunt. Hæc ferè traduntur à Græcorum parœmiarum collectoribus. Caterùm Stephanus de nominibus vrbium, veluti fontem aperit nobis huius adagij. Siquidem is eos primus refert: Azanas: Vrbem quæ sit Arcadiæ parte: in hac fontem quempiam esse, cuius aquam qui gustarint, nunquam deinceps à vino abhorrere, vt nec odorem ferat alteram. Mentionem facit & alterius Azanis Troadis: tertiam Phrygiæ, cuius mentionem fecerit etiam Strabo libro Geographiæ 12. De hac Hermogenes citante Stephano, huiusmodi quædam narrat fabulam. Quum illic frequentes essent villæ rusticorum, orta ob sterilitatem agrorum fame, collecti pastores sedium alia fecerunt, fertilitatem à dijs petentes. Cæterum quum dij non audirent illorum vota, perduraretque agrorum sterilitas, Euphorbus e pastoribus quidam nouum sacrificij genus excogitauit. Immolauit enim ἀπὸ ᾧ ἔλυε, quòd Phrygum lingua sonat vulpem & echinum. Hac hostia placatis dijs, agros fœtaces esse cœpisse. Quod vbi nutumnis pastoribus esset cognitum, Euphorbo sacerdotium & imperium detulerunt: ex quo loci nomen commutatum est, próque Azania Ἀκανία vocatum, quòd perinde sonat Phrygio sermone, quasi græcè dicas ἀχαλίνωτα, Latinè, Echinouulpem. Huiusmodi fere sunt Stephanus, ex quibus coniectari licet, ex ea fabula natam parœmiam.

Azanæa, quæ regio.

Capra nondum peperit, hædus autem ludit in tecto. 10

Αἴξ πω τέτοκε, τέρφθη δ' ἔδη ἔριφος ἐν δώμασι παίζει. id est, *Nondum enixa capra, at tam ludit in ædibus hædus.*

In lasciuientes & fœlices. Qui postrema perfectáque iam aggrediuntur, præteritis iis quæ præcessisse oportuit. Aut qui gloriantur iam assequutos se, cuius ne fundamenta quidem iacta sint. Aut qui agunt præpostere. Prius est enim peperisse, quam vt hœdus ludat in tectis. Refertur à Zenodoto.

Reperit Deus nocentem. 11

De vltione diuina. Εὗρε θεὸς τὸν ἀλιτρόν, id est, Reperit Deus nocentem. Quum tandem vltio contingit improbis, quasi diuinitus immissa Theocritus in Idyllio decimo,

Εὗρε θεὸς τὸν ἀλιτρόν, ἔχει τέλος ὧν ἐπόησε. id est, *Inuenit Deus impium, habet quæ ausus est.*

Theocriti Scholiastes indicat, prouerbium & alia forma solitum efferri, εὗρε θεὸς τὸν αἴτιον. Simile est Homericum illud Iliad. ϛ.

Εἰπερ γάρ τε καὶ αὐτὸν Ὀλύμπιος ἐν νεφέλῃσιν,
Ἐκπαγλότατα χολῶσαι, ὅτε τις μεγάλ' ἀφραδίῃσιν. id est,
Quamquam etenim non punit Iupiter illico sontem
At facinet tandem, & luet ista crimina magno.

Huc pertinet illud Sophocleum,

-ὀψὲ μέν τοι τὸν θεὸν
Βλάπτειν, δίωκει δ' οὐδὲν ἰσχύων ποδὶ. id est,
-vbi quis aetatem laserit,
Nemo autem queat fugere quem libet petens.

Adiungitur autem tertius hic prouerbialis,

Εἷς ἡνίοχος θεὸς ἀνθρώπων ἁπάντων ἔφυ. id est,
Vnus auriga deorum cunctis hominum fuit fugit.

Pindarus item in Pythis,

Φιλεῖ δ' ἀμφὶ καιρὸν αἰεὶ κύβος ἐν πάντεσσιν ἔμπεσεῖν

Δίρφα. καὶ νῦν φαίνεται τὸν ἐκεμὼ βεβηκώς. id est.
Deus & alatam aquilam assequitur, & marinum præcurrit delphinum: & elatorum quempiam depressit mortalium.

Adiungitur huic sententiæ & in Olympiis,

Εἰ δὲ θεὸν ἄνηρ τις ὑπεραλεὴς ἐρέθει, ἁμαρτάνει. id est,
Quod si Deum homo quispiam ferat falsurum se, quum agit aliquid, errat.

Ignauis semper feriæ sunt. 13

In ignauos. Qui vacant otio, feriari dicuntur. & otiosi, feriati: & otium feriæ: quæ metaphoræ tanquam in prouerbium receptæ sunt. Theocritus in Bucolicis,

-αἰεὶ δ' ἐν ἑορταῖς. id est,
Semper festa mortalibus.

Festorii dierum abusus. Nam feriis etiam ethnici à prophanis negotiis abstinebant. Qui fugitant laborem, optant dies festos, quo liceat otiari, ventrique & voluptatibus indulgere. Siquidem antiquitus vt hoc debuntur agricolis feriati dies aliquot, vt iulu refecerent laboriosum. Adhæsuerunt autem religionem, quo moderatiores essent ludus. At hodie Christianorum vulgus festis olim ad pietatis vsum institutis, in compotationes, in scorta, in aleas, in rixas, in pugnas abutitur. nec vllo tempore plus committitur nugatorum, quam quo maximè conuenebat à flagitijs abesse. Nec vsquam in gentium minus ethnicos, quam quum præcipue Christianos oportebat agere. Sed vt ad prouerbium reuertamur, aptè accommodabitur in eos qui nunquam non cauillantur aliquid quo sine

In quos tertij prouerbium. in ocio. veluti quibus insuanes sunt literæ, nunc exercent valetudinem, nunc occupationes rei domesticæ: nonnunquam obstat rigor hyemis, alias æstatis fœtor, interdum autumni periculosum cælum. Demum auocat à libris, vetus amœnitas, mox fugitura. Prauis negant esse rem habendam cum libris antequam concoxerit stomachus. Impranfis obstrepit fames, quo minus libeat. Luci dicunt ignauum esse domi delitescere, cæterùm ad lucernam vigilare, oculis inimicum. Si suppetit res domestica, quorum opus inquiunt, literis. Si deest, negant pauperem posse philosophari. Iuuenis negat curiosiorem curis senilibus absumendum. Prouectior ait, valetudini parcendum.

Catulæ dominas imitantes. 13

In imitatores vitiorum. Ταὶς δεσποναὶ αἱ κύνες μιμέονται, id est, Dominas imitantes catellæ. Vitijs dominorum ferociam repræsentant, aut discipuli præceptoris refipiunt arrogantiam, aut ministri principum fastum. Breuiter quoties ij qui subsunt, eorum exprimunt mores sub quorum imperio degunt. Vnde & illud Iuuenalis,

Maxima quæque domus seruis est plena superbis.

Videas autem & Mentiras, opulentarum mulierum deliciis, fastum, lasciuiam, totámque fermè morum imaginem reddere. Vsurpatur hoc adagium à Platone, lib. de Rep. octauo, Ἀτυχεῖς δ' αὖτε κύνες ἂν ταὶ μεγίσται οἷαι πρὸ αἱ δὲ σμικραὶ γαυρότεραι τὲ δὴ καὶ ἥκιστα ἀνεκτικαὶ πάνυ. id est, Palam enim tum catellæ, iuxta prouerbium, tales quales sunt dominæ. Tum & equi & asini tales reddantur, qui assuefacti fuerint admodum liberè fastuoséque per vias ingredientem per incuriantes in obuium, nu cedat.

Tantali pœnæ. 14

Cum adest hominum copia, fructus abest. Ταντάλου τιμωρίαι, id est, Tantali supplicia. De iis dicendum, quibus adsunt quidem bona, verùm his frui negatum est. A fabula Tantali sumptum, quem poetæ fingunt apud inferos assistere fluminis fluentem: quòd si quando admouerit se potaturus, repente aquam labris contactam refugere. Tum capiti imminere arborem pomis onustam, sed eam subitò porrigenti manum alùo subducere sese: atque ita miserum præsente copia inopia discruciari. Id enim in diuites parcos & sordidos dici vulgò solere, testis est Horatius in sermonibus, lib. 1. Sat. 1.

Tantalus à labris sitiens fugientia captat
Flumina. quid rides? mutato nomine de te
Fabula narratur: congestis vndique saccis
Indormis inhians, & tanquam parcere sacris
Cogeris, aut pictum tanquam gaudere tabellis.

Idem in odis,

Magnas inter opes inops.

Gregorius

Gregorius Nazianzenus in epistola ad Basilium elegáter deplorquet ad huius mundi delicias, quæ nunquam explent animum, Ταντάλειοι, inquit, τινὲς ἐν καπύαις, ἀλλ' ὅπως ἐν ὕδασι, τοῦ ἀγαθοῦ ἐπιῤῥέοντος ἐν ἀξήρτοις ποδανίπτοις. id est, Tantalij & execrabiles fluentes in aquis, miseramdam illam & nihil alimoniæ conferentem pandçiam. ποδανίπτους autem græci vocant conuiuium ex omni genere deliciarum apparatum.

Viro seni maxilla baculus. 15

Ἀνδρὶ γέροντι αἱ γνάθοι ῥάβδος. id est,
Maxilla senibus scipionis est vice.

De Senum fulcro.

Dicit solitum de iis qui ob defectas ætate vires, lautiore pariter & copiosiore victu cogitur uti, quo quod senecta deterit, vtcunque farciant cibo. Manet & in hodiernum senile verbum,

Ego me dentibus meis sustento.

Est autem velut ænigmaticum. reliquos ingredi pedibus, senes dentibus. Etenim quod decessit nativo corporis succo, id cibi acquitus adminiculo farciendum. Videmus illud euenire vulgo, posteaquam destituit senes edacitas illa, vitæ finem eminere.

Ne verba pro farina. 16

Μὴ λόγους ἀντ' ἀλφίτων. id est,
Ne verba pro farina.

Beneficium verbis non re.

Aduersus eos iaciebatur qui beneficium verbis, non re dabant. Qui ferè magnatum mos est, vt suos splendidis promissis alant. Bene autem admonet in Pandectis Pōponius iureconsultus, peculium re, non verbis augendum esse. Quadrabit item in eos qui beneficium pollicitis rependunt. Aut qui consolantur oratione, cum auxilio sit opus. Veteres quicquid ad victum pertineret, ὄψα vocabant. Apparet è comœdia quapiam sumptum: erat enim hemistichium carminis iambici trimetri. De prouerbio Aristophanico, ἀλλ' οὐκ ἀλφῖτα, dictum est alias.

Ancoras tollere. 17

Nonnullam prouerbij faciem habet quòd est apud M. Varronem in opere De re rustică, capite extremo, Ancoras tollere, pro eo quod est, moliri discessum: quod genus & illud, Talaria nectere. Hæc sunt huius verba: Interea redit ad nos Pauo. Etsi vultis, inquit, ancoras tollere, latis tabulis sortitio fit tribuum. Hoc est, si vultis omissa disputatione hinc abire. Quanquam hic alluditur ad ambiguam tabularum significationem, quę tum nauticæ sunt, tum forenses, quibus suffragia ferebantur. Huic simile Quintilianicum illud, Oram soluere. Nam ita plerique legunt.

Ἀμουσος. 18

Nihil eruditionis olim sine musica.

Inelegantes & indoctos Græci vocant ἀμούσους, hoc est à musis alienos. Antiquitus enim nihil eruditū habebatur sine musica. Vnde apud comicos, qui literas se didicisse negant, aiunt se non didicisse musicam. Quintilianus libro primo, capite de musicæ laudibus, Denique, inquit, in prouerbium vique Græcorum celebratum est indoctos à Musis atque à Gratiis abesse. Plato libro De republica octauo, ἀπαμούσους dixit in probiorem & rusticius inuerecundum. Et Aristoteles libro Rhetoricorum 2. ὥσπερ οἱ ποιηταὶ φασιν τῷ ἀπαιδεύτῳ παρ' ἔχειν μισητὸν λέγειν. id est, Quemadmodum aiunt poetæ indoctos apud multitudinem elegantius dicere. Hominem insigniter elegantem μουσικώτατον dicimus: denique quicquid est moderatum compositúmque, ἔμμουσον dicunt Græci. Et Athenæus ἀμουσολογίας appellat ineruditas parumque tempestiuas fabulas. Æschines aduersus Timarchum. Καὶ γὰρ πρὸς τοῖς ἄλλοις κακοῖς ἀμούσός τις ὢν καὶ ἀπαίδευτος ἐτύγχανε ὤν. id est, Nā & præter alia mala, alienus à musis & ineruditus est homo. Aristophanes in Equitibus.

Ἀλλ' οὐ γὰρ οἶδ' ὑποκλινῆ ὄντ' ἄμουσον. id est,
Imo nec ipsum inficias nouo, vt bonæ.

Gratiis & musis litare.

Homines ab humanitate politioribúsque literis alienos, iubebant Gratiis & Musis sacrificare, quemadmodum Plato Xenocratem subinde monere solitus est, vt Gratiis litaret. Apud Athenæum lib. 4. quidam Cynico inhumanitatem exprobrans, ait, Οὐχ ὥσπερ σὺ Κυνικέ, φασί ποτε τὰς χάριτας, ἀλλ' οὐδὲ τὰς μούσας θύεις. id est, Non quemadmodum tu Cynice, qui nunquam Gratiis ac ne Musis quidem sacrificaris. Apud eundem libro decimo tertio, citatur ex parodo quopiam.

Οὐκ εἰδέναι ἀριστα χἠμμένα μύτην. id est,
Litteratas Musa quos educare sinistras.

Videtur in peruersè doctum aut maledicum congruere. si quidem ibidem Ephippus in quendam dixit, ἀπαίδευτος ὅτι σύμπαντα τὰ λεγόμενα φαύλως, id est, Similiter linguam in ore gestas. Nisi forte legendum censes ἐπ' ἀριστερά, id est, lævam in partem. Qui cuncta interpretatur in lævam partem, omissis bonis, in læva parte gestat linguam. Vnde & sinistras suspiciones, & sinistras interpretationes dicimus. Celebratur & philosophi cuiusdam dictum. Ipsum philosophiæ præcepta tradere dextra, auditores autem accipere sinistra. Plutarchus in vita Romuli, quem vult intelligi nec indoctum nec inhumanum dicit nec Musis carere nec Gratiis, Σέξτιος ὁ Σύλλας ὁ καρχηδόνιος, ἔστι μοῦσῶν ὅτι χαρίτων ὅλως ἔσης ἔμπ. id est, Sextius Sylla Carthaginiensis, neque Musarum, neque Gratiarum expers.

Vitilitigator. 19

Asini lilium.

Vitilitigatores M. Cato vocabat litium auidos & alienorum operum calumniatores. Eáque vox ob nouitatem doctis in adagionem abiit, quemadmodū & Homeromastiges & vergiliomastiges. Plinius in præfatione historiæ mundi, Ergo iecuri, etiam contra vitilitigatores quos Cato eleganter ex vitis & litigatoribus cōposuit. quid enim illi aliud quam litigāt, aut, litem quærunt exequemur reliqua proposita.

Vino vendibili suspensa hedera nihil opus. 20

Vino vendibili suspēsa hedera nihil opus, id est, Vera virtus non eget alienis præconiis, aut, res præclarè per se placent, neque desiderant exoticam commendationem. Sumptum apparet à cauponum more, qui viuariis tabernis signum nederaceum solent præfendere. Ita Plautus idem in Pœnulo, Inuendibili merci oportet vitro emptorem adducere. Proba merx facile emptorem reperit. Horatius,

-vbi largius æquo
Laudat venales qui vult extrudere merces.

Canere ad myrtum. 21

Mos veteris in conuiuiis.

Ἄδειν πρὸς μυρρίνην, id est, Ad myrtum canere, prouerbio iubebatur imperitus literarum & infacundus, quique non posset apud eruditos loqui. Hinc tumpta metaphora, quod apud veteres mos esset, vt in conuiuiis singuli suam cantionem canerent, quod si quis eitharam accipere recusasset, vtpote musices ignarus, is per iocum accepto ramo laureo seu myrteo, cogebatur ad eum canere. Porrò priscis hunc canendi fuisse morem testatur & Fabius, libro Institutionum primo. Vnde, inquiens, etiam ille mos, vt in conuiuiis post cœnam circumferretur lyra: cuius quum se imperitum Themistocles confessus esset, vt verbis Ciceronis vtar, habitus est indoctior. Sed veterum quoque Romanorū epulis fides ac tibias adhibere moris fuit. Plutarchus primo Sympositcōn libro scribit, olim fuisse morem, vt in conuiuio primùm voce communi deum canerent, παιανίζοντες, vt ait: deinde myrteum ramum vnicuique tradi solere, quem ἔναυλον vocatum existimat, quòd is qui eum accepisset, caneret. Post lyra circumlata, qui peritus artis fuisset, eam accipiebat, canebátque, tonum chordarum ad vocem attemperans. Recusantibus autem musices imperitis, σκόλιον carmen dicebatur, quòd non esset vulgare, neque cuiuis facilè. Alij dicunt myrtum non solere ordine circumduci, sed à sponda ad spondam transferri, vt posteaquam cecinisset is qui in prima sponda primus sedebat, ei traderet qui in secundo lecto primus accumberet, hic rursum tertij lecti primo. Deinde rursum primi lecti secundus, secundo loco in secunda accumbenti sponda traderet, eámque ad modum per omne ire. Hæc fermè Plutarchus.

Romanorum mos inter epulas, fidibus ac tibiis vti.

Admetinania. 22

Querula & miserabilis oratio.

Ἀδμήτου μέλος, id est, Admeti nænia. De tristi lugubríque cantione. Accommodari poterit ad orationem querulam ac miserabilem. Accipitur enim cantilenæ genus, quod σκόλιον vocant, de quo multa Iulius Pollux. Dictum est autem obliquum, vel à tibiarum figuris, vel quòd in conuiuiis, quemadmodum modo diximus, obliquo ordine à lecto in lectum flecterentur canendi vices. Quidā huiusmodi cantiones faciles

& illaboratas intelligunt: nimirum quales oportet esse quæ inter pocula canuntur & ex tempore. Verùm de his, déque superiore prouerbio qui velit copiosius edoceri, legat Aristophanis interpretem, in eo quem mox indicabimus loco. Adagium ad huiusmodi fabulam referunt: Admetus sex fuit Pheræorum, cuius armenta pauisse fingitur Apollo, mercede conductus, quum ex Olympo depulsus, humana specie exularet apud mortales. Exilij causam hanc adferunt Æsculapius Apollinis filius Chirone præceptore medicam artem perdidicerat: deinde sanguine qui ex Gorgonis fluxerat venis, à Pallade accepto, per hunc plurimos restituit sanitati. Porrò sanguine qui è sinistris defluxerat venis, ad perniciem hominum vtebatur: qui è dextris, ad salutem. Quin fabulis vulgatum est, illum etiam vita defunctos quosdam in vitam reuocasse. Quare ne pro Deo haberetur apud mortales, quum id videretur præstare quod deorum est proprium, Iupiter illum fulmine percussit. Ob id indignatus Apollo, Cyclopes qui Ioui fulmen illud fuerant fabricati peremit. Quam rem indignè ferens Iupiter, Apollinem destinarat è cælo ad inferos præcipitem dare, sed Latonæ interuentus precibus, quæ mitiorem pœnam impetrarunt. Itaque cælo interdictus est, iussusque solum vertere, damnatus vt annum apud hominem mortalem mercede seruiret. Igitur ad Admetum profectus Apollo, regis armenta, sicuti dictum est, pascebat: & vt erat artifex, effecit vt omnes vaccæ gemellos parerent. Quumque apud Admetum perquam humaniter esset habitus, vt patrono gratiam officij referret, à Parcis impetrauit, vt quum in illarum fusis Admeti fatalis dies volueretur, liceret hac lege mortem effugere, si quem alium reperisset, qui volens, mortem illius vice oppetere vellet, suique capitis dispendio illius vitam redimere. Ergo quum adesset dies ille fatalis, neque qui quam inueniretur qui moris vicarius esse vellet, patre etiam ac matre recusantibus, vna Alcestis vxor mariti vitam sua chariorem habuit. Qua defuncta stridulæ quædam & lugubres nęniæ decantabantur assiduè apud Admetum, donec mota Proserpina, remisit Alcestidem: aut, vt quidam dicunt, donec Hercules, expugnato Orco, hanc ad superos reduxit. Meminit οὐκ ἐς μάλιστα etiam Euripides in Alcestide,

Admeti fabula.

—Διπτὰ δ' ἐν μέλη πάλαι. id est,
At cantiones duplices audire erat.

Notat etiam Aristophanes in Vespis,

Ἀδμήτου λόγον ὥσπερ μαγὸν, τὸν ἀγαθὸν φίλον.
Τυπτ' ἐπιλιξαμένη σκολιόν; id est,
Canit Cleonis apprehensa dextera.
Verbum Admeti dictum amice, dilige probos.
Hunc quod obliquum loquerus?

Miscet iambicis ampellitica. Interpres citat hos versiculos ex fabula Ciconis,

Ὁ μὲν γὰρ Ἀδμήτου λόγον ἐκτὸς μαρμάρου,
Ὁ δ' αὖθις ἐκ λίθου ἔφασκε Ἄρμονδιν μολεῖν. id est,
Atque is quidam canebat Admeti nuptias,
Ad myrtum, at alter adegit Harmodij melos, & ceteri.

Congerit & alia quædam non indigna cognitu, quæ licebit inde petere.

Bellum haudquaquam lachrymosum. 23

Ἀδάκρυτον πόλεμον, id est, bellum lachrymis carens, vbi victoria contingit citra cædem & sanguinem. Aut vbi quis è periculoso quopiam negotio sic extricauit sese, vt nullo suo malo discesserit: siue quum fixis verbis inter se digladiantur, nec est quicquam periculi ne veniatur ad manus. Aut vbi certamen agitur eiusmodi, vt neutri parti quicquam accedat incōmodi velut in conflictatione literaria, in qua victus discedit eruditior, victor amicior. Natum fuit è vetusto quodam oraculo Dodonæo, quo responsum Lacedæmoniis aduersus Arcadas pugnaturis: ἀδάκρυτον πόλεμον ἔσεσθαι, id est, Bellum sine lachrymis futurum. Deinde contigisse illis victoriam, nemine prorsus interfecto. Nos item incruentam victoriam vocamus, quum nulla cæde contigerit victoria, & apud Græcos ἀναιμωτὶ νικᾶν, id est, Citra sanguinem vincere. Plutarchus in commentario De fortuna Romanorum ἄδακρυν νίκην appellat eam quā Paulus Æmylius de Perſa reportauit. Effertur prouerbium etiam ad hunc modum, ἀναιμωτὶ ἔστιν θύειν, id est, Incruentum statuit trophæum. Celebratur inter Pittaci oracula illud quoque, δεῖ τὰς νίκας ἄνευ αἵματος γίνεσθαι, Oportere victorias citra sanguinem fieri. Author Laertius. Nec abhorret hinc illud quod in Græcorum commentariis reperio: πόλεμός τις ἀνδρῶν ἄνευ τοῦ ξιφιδίου γίνεται, id est, Bellum quoddam absque ferro motum est in Græcia. Significat autem bellum, quod oratione, non armis peragitur. Nam id demum virtus sapientibus dignum. alioqui ferro congredi, ferarum est & gladiatorum: quos equidem intra ferarum genus pono. Et tamen nemo crediturus erat, nisi cerneret oculis, quantopere hæc belli ratio placeat principibus Christianis. Pugnatur machinis, quales nulla vnquam Ethnicorum feritas, aut nulla barbaries excogitauit. Quin est apud Germanos populus, cuius hæc præcipua gloria, quam plurimos mortales ferro trucidasse. quod quum per se immane est, tum hoc etiam fœdius, quòd hoc faciunt mercede conducti: veluti carnifex quispiam ad lanienam precio emptus. Atque hæc tum magis erunt prouerbialia, si longius transferantur: veluti ad litem forensem, contentionem, aut aliud id genus certamen.

Certamen de re literaria.

† Pertinent huc Horatiana ex 4 Carm. 14.

Vt barbarorum Claudius agmina
Ferrata vasto diruit impetu,
Primóque & extremos metendo
Strauit humi sine cæde vitæ.

Gell lib. 5. Quando cauta est, cùm deditione repente facta in puluere, vt dici solet incruentaque victoria obuenit. respexit ad illud, ἀκονιτὶ, hoc est sine puluere, de quo alias.

Flet victus, victor interiit. 24

Κλαίει ὁ νικηθείς, ὁ δ' ἀπέθανε νικήσας. id est,
Qui vicit, perijt: plorant qui succubuere.

Quoties vtraque pars magno suo malo discedit. ita vt plerunque in bellis solet accidere: item in litibus forensibus, in contentionibus. Nam Hesiodus duas facit Eridas, quarum altera pestifera sit mortalibus, altera frugifera. In priore certaminis genere qui vicerit, discedit improbior, victus fit infelicior in posteriore qui superior euaserit, discedit clarior: qui superatus fuerit, ipse discedit sepsō melior. Tradunt hoc natum à Sibyllæ Erythræa vaticinio, quod edidit de pugna apud Cheronęam commissa. nam illic Athenienses cum Thebanis victi perierunt: Philippus victor protinus à Pausania sublatus est. Meminit huius Georgius Gemistus in Hellanicis. Quanquam idem olim vsu venit Troianis & Græcis post infaustissimum bellum pro mala muliercula tot annos gestum. Nam Troia funditus euersa est, Græci victores aut in reditu perierunt, aut domi reperere perniciem.

Victoria cruenta.

Duæ Eridες, vna contentionis, altera frugifera.

Timidi nunquam statuerunt trophæum. 25

Ἀλλ' οἱ δὲ δειλοῖσιν ἀνδράσιν ἄπορον
Τρόπαιον ἱστάναι. id est,
At enim trophæum nobile haud unquam viri
Statuere pauidi.

Suidas ex Eupolide citat. Vsurpatur à Platone in Critia, Ἀλλ' οἱ δὲ δειλοῖσιν ἀνδράσιν ἄπορον ἱστάναι. Aptè dicetur in eos qui per animi torpidam inertiámque nihil egregium, nihil arduum audent aggredi, aut qui periculi metu à magnis abstinent negotiis: quum insignis gloria nonnisi magnis periculis contingat. Neque triūphum egit quisquam qui non fit ausus Martis euentum experiri. Est simile quiddam apud Hebræum illum Concionatorem, non facere sementem qui superstitiosius obseruet ventum: & qui consideret nubes, hunc haud vnquam metere. Τοῖς ἀμαυροῖς ἀπιστίας βλέπων ἐν ψυχῇ ἐνδέον. Profertur & illud in timidos è Sophocle: σπεῦδε γάρ τοι τῷ φοβουμένῳ ψόφοι. id est, Formidoloso strepunt omnia.

In socordes, qui nihil audent aggredi

Vna cum ipsis manipulis. 26

Αὐτοῖς ἀμάλλαις, id est, Cum ipsis manipulis. Quum omnia funditus perierit, hoc est, quum ne gluma quidem sit reliquum. Prouerbium à rusticis natum videtur. Refertur à Suida.

Ne Aep-

Ne Aesopum quidem triuisti. 27

Οὐδ' Αἴσωπον τετρίφεις, id est, Ne Æsopum quidem triuisti. De vehementer stupidis & imperitis. Refertur à Suida. Extat autem apud Aristophanem in quibus,

Vehementer imperiti.

Ἀμαθὴς γὰρ εἶ ὡς μ' οὐ πολυπράγμων.
Οὐδ' Αἴσωπον τετρίφεις. id est,
Indoctus enim es, neque fuit tibi soleri:
Neque triuisti saltem Æsopum.

Nam antiquitus Æsopi fabellas etiam vulgus idiotarũ tenebat. Has igitur qui non legisset, nihil scire videbatur. Erat autem natione Phryx, seruus Xanthi: liber factus est ab Idmone cæco. Plato comœdiarum scriptor, fingit illum reuixisse. Ab hoc omnes fabellæ in quibus inducuntur animalia bruta, αἰσωπεύεσθαι dicuntur, quemadmodum in quibus homines, Sybaritice, hinc Sybaritides diminutiue.

Vulpes bouem agit. 28

De re absurda.

Ἀλώπηξ βοῦν ἄγει, id est Vulpes bouem ducit. Quũ res absurde geritur. Nihil enim vulpi cum agricolatione, veluti siquis poeta de rebus sacris concionetur: aut lanio tractet rempublicam. Licebit & ad eum torquere, qui non ex animo, sed alio spectans, fingit sese quippiam velle facere. Extat & hoc apud Suidam.

Non inest remedium aduersus sycophantæ morsum. 29

Ἀλλ' οὐκ ἔστιν συκοφάντου δήγματι φάρμακον. id est,
Aduersus istum sycophantæ non inest.

Subaudiendum φάρμακον, id est, remedium. Dictum est in calumniantem, cuius morsus non solum pernicioſissimus est, verum etiam insanabilis, quòd clancularius plerumque. Olim remedia quædam anulis messe creditum est: veluti aduersus serpentium morsus, aut morbum aliquem, aut fascinationem. Est apud Aristophanem in Pluto, apud quem tactanti anulum magicum in quo remedium esset aduersus omne malorum genus, respondetur,

Anulum lubeo.

Ἀλλ' οὐκ ἔστιν συκοφάντου δήγματος.

Quod imitatus videtur apud Athenæum lib. 3. Aristophanes,

—ἀλλ' ἄμα
Σαρίφου μοι φέρ' τὸν χαλκοῦν, ὥσθ' ὑμφιῶν,
Παρὰ φιτύνου δεκτύλου· δεῖ μοι δραχμῶν. id est,
Quòd si mihi anulum torserit,
Aut umbilicum, est anulus drachma mihi
A Pherecle emptus.

Indoctior Philonide. 30

Ἀπαιδεύτερος φιλωνίδου, id est, Indoctior Philonide. Hic Melitensis erat, prægrandi corpore, cæterum insulsus & indoctus. Notatur aliquoties apud Aristophanem, vt mulierosus & in parasitos profusus.

† Lilius Gyrald. dial. 6. hist. poetarum, vbi prouerbij meminit.

Apage hospitem in tempestate. 31

Ἄπαγε ξένον ἐν χειμῶνι, id est, Apage hospitem in tempestate. Dicitur obtrusum vbi quis importunus aduenerit. Nam molestiam adferunt hospites, siquando in rebus aduersis & afflictis superuenerint: quando familiares magis adesse conuenit ægrimoniæ lenitores. Si peregrini superuenient, ad calamitatis molestiam accedit pudor, interdum maxima malorum pars. Rectè accommodabitur siquando petitur quidpiam à principe negotiis parum lætis occupato. Admonet idem adagium, nequis externus domesticis aliorum malis admiscat sese. Simile quiddam dixit Euripides in Alcestide,

Importunè aduenerit.

ἄφα τ' ξένου
Στυγοῦ δικαίων, ὃν κακοῖς ἀφιγμένον; id est,
Annon mihi iure optimo
Inuisus hospes, qui in malis aduenerit?

Verba serui ad Herculem aduenientem, domo Admeti iam occupata luctu. Rursus in eadem fabula,

Ἀντιπλάσσει ἐχθροὺς εἰ μόλοι ξένος. id est,
Molestus hospes tristibus si aduenerit.

Dentem dente rodere. 32

Dentem dente rodere dicitur, qui carpit eum qui neque lædi queat, neque sentiat. Aut qui mordet pari mordacitate præditum quempiam. Martialis lib. 13. in obtrectatorem quendam.

—quod dentem dente iuuabit
Roderit vt nemo, qui sibi satur esse velit.

Simile illi, Noli verberare lapidem.

Iouem lapidem iurare. 33

Sancte & religiose iurare. Priscus seriendi fœderis ritus.

Iouem lapidem iurare dicuntur qui sanctè & religiosè deierant. M. Tullius Epistolarum familiarium 7. ad Trebatium, Quomodo autem tibi placebit, Iouem lapidem iurare, quum scias istatum esse Iouem nemini posse? Sumptum à priſco seriendi fœderis ritu, quod à patrepatrato manu tenente lapidem cœceptis verbis peragebatur, quemadmodum describit Titus Liuius & Macrobius. Vtebantur & Arabes lapide in feriendis fœderibus: quemadmodum refert Herodotus in tertio. Adagium ſvariè potest vsurpari. Ego tibi super hac re non dubitem vel Iouem lapidem iurare. Id est, quantũuis sanctè. Huic iniurato fidem habere malim, quàm tibi Iouem lapidem, vt aiunt, iuranti. Iouem lapidem iurabat, nihil istiusmodi cogitatum fuisse. Id est, magnopere asseverabat. A Gellius in Noctibus vsurpauit ad hunc modum, Iouem lapidem, inquit, quod sanctissimum iusiurandum est habitum, paratus sum ego iurare, Vergilium hoc nunquam scripsisse. Apuleius in sermone De deo Socratis, Quid igitur iurabo per Iouem lapidem, Romano vetustissimo ritu? Equidem aburor hoc pertinere quod ex Augustino citatus in decretis, eos terreri periurio, qui iurarent per lapidem, nec præstiterint quod iurarunt. etiam sic illic scriptum est iuper lapidem, ex librariorum, ni fallor, depravatione. Indicat autem illic hoc iusiurandum esse sanctum ei cui iuratur. hoc est, si Christianus iuret pagano, cui hoc iusiurandum erat sanctissimum. Veteres per caput illius quem charissimum habebant, iurabant, Romani per genium principis, Socrates per canem & anserem. Zeno Citiensis per Capparim, plerique per brassicam, καὶ μυρίους ἄλλους ἁπαξαπλῶς (quod multis exemplis è veterum poematibus repetitis docet Athenæus libro nono), eo quod huic diuinatoria quædam vis insit, cóque & sacram habitam tradit.

Iurabant per genium principis.

† Post Iunius Centuria 4. prouerb. 35. Priusquam lapis ignitus enatarit. Præter auctores diligenter ab hoc auctore nominatos, succurrit Polybius lib. 3. qui ait in primo fœdere factum iusiurandum, nam Carthaginenses iurati sunt patrios Deos: deinde Romani per lapidem, secũdum vetustissimum ritum, Martis Quirinique numinibus additis iusiurandum præstiterunt. Ritus lapidis fuit eiusmodi: fecialis sumpto in manus lapide postquam de fœdere inter partes conuenerat, hæc verba dixit: Si rectè ac sine dolo malo hoc fœdus atque hoc iusiurandum facio, Dij mihi cuncta felicia præstitet: sin aliter, aut ago, aut cogito, ceteris omnibus taluis in propriis patriis, in propriis legibus, in propriis laribus, in propriis templis, in propriis sepulchris solus ego peream, vt hic lapis è manibus meis decidet, nec plura locutus manu lapidem dereçit. Hæc ferè Polybius.

Cimmeria tenebra. 34

Animi caligo crassissima.

Multam obscuritatem aut animi caliginem Cimmerias tenebras appellant. Lactantius Institutionum diuinarum lib. 4. & circum pectusi à mentem Cimmeriis, vt aiunt, tenebris atriorem. Et hunc velut æmulatus diuus Hieronymus, vt Lactantianæ admirator eloquentiæ, Rogo, inquit, quæ tanta est cæcitas, & Cimmeriis, sicut aiunt, tenebris inuoluta? Natum adagium à Cimmeriæ regionis prodigiosa obscuritate. De qua Strabo lib. Geographiæ primo, scribit in hunc modum, Καὶ μὴν ἡ Κιμμερικὸν Βόσπορον, εἴθ' οὕτω Κιμμερίους εἴθ' οὕτω καλοῦσι, καὶ ἔστιν ἀφ' ὧν ὁρῶνται τὸν Κιμμερικὸν εἶδος, αἰσχρὸν ἡ ἀγνοῆσαι τὸν πάλαι ἀπὸ μικροῦ πρὸ αὐτοῦ μέχρι Ἰωνίας ἐπιδραμόντα τὸν χῶρον ὑπὸ βαθυνομένου πάντα. ἀφίστησι γοῦν ἡ τὸ κλῖμα ἡ χώρας αὐτῆς ζοφώδης, ἡ ὡς φασι,

Hîcet ἡ ἠερόφοιτις ἐπιδραμέτω. ἀλλ' οὐ τοῦτ' αἰτιῶ
Ἡ ἠοῦς φασὶν ὀπιλαμπτῆρα.
Ἀλλ' ὅτι νύξ ὀλοὴ πέλεται. id est,

Quin Bosphorum quoque Cimmerium cognouit, vt qui Cimmerios non ignorarit. Neque enim videlicet quum Cimmeriorum nomen cognitum habuerit, ipsos ignorauit qui temporibus illius vel paulo ante illius ætatem à Bosphoro ad Ioniam vsque terram omnem percurrarint. Itaque quonam in climate sita sit illorum regio velut innuit, quum eam caliginosam facit, & (vt ipsius vtar verbis) vmbris ac nebulis tectam siquidem.

—ignem illos
Haud vnquam irradiat Phœbus, nox atra sed illis
Ingruit assidua.

Porrò locus quem Strabo citauit, quanquam verbis ali-

quot diuitiarum à poeta, est apud Homerum Odyss. κ.

Ἠδ' ὅτε τιμηθῇ ἵκωνται δακρυόεντα ῥέεθρα.
Ἐν θ' Ἀΐδαο θύρῃσι δύω τε νέκυες τε
Ἠέρι ἐγκρύψαντε κατηφέα δῶκε γενέσθαι
Ἠελίῳ φαέθοντι δύντε πρήσσοντι κέλευθα,
Οὔθ' ὑπὸ γαῖαν ἰόντα κατὰ χθονὸς εὐρυπόροιο,
Οὔθ' ὑπὲρ αὖ ἅλα δῖαν ἐπ' ἰχθυόεντα φορῆναι.
Ἀλλ' ὄρεϊ ὑψικόμῳ τέλεσεν δυσαέϊ ἄρπυια. id est,

Ast ille Oceani peruenit flumina profundi.
Illic sunt populique & moenia Cimmeriorum,
Nubibus & caca assidue caligine tecta.
Illos haud unquam radius sol aspicit ardens,
Nec quo de cœlo terris petit ardua axem,
Nec rursum ad terras magno desultus olympo:
Sed nox incumbit miseris mortalibus atra.

Cimmeriorum mentionem facit etiam M. Tullius, libro Academicarum quæstionum 4. Et Cimmerios quidem, quibus aspectum solis siue Deus aliquis, siue natura ademerat, siue eius loci quem incolebant situs: ignes tamen aderant, quorum illis vti lumine licebat. Ilsi autem, quos tu probas, & cætera. Et in hac regione Naso poeta Somno deo regiam ædificauit, libro transformationum vndecimo,

Est prope Cimmerios longo spelunca recessu.
Mons cauus ignaui domus & penetralia Somni:
Quo nunquam radius orientis, mediusue, cadentisue
Terribus adire potest. nebulæ, caligine mixtæ
Exhalantur humo, dubiæque crepuscula lucis.

Apud Græcos constanter per duplex m scriptum inuenio: tametsi refragatur etymologia quam adfert Eustathius, autumans Κιμμερίους dictos, quasi ὑπ' ἀέρα μιμοῦνται. Sed vero propius est, Κιμμερίους vocatos, quasi χιμερίους. quanquam hîc quoque m simplex.

Frustra Herculi. 35

Εἰκῇ γ' Ἡρακλεῖ. Frustra Herculi, subaudi, calumniam struxeris. De his dici consueuit, qui sic omnia sua negotia gerunt, vt nemo queat aut audeat calumniari. Nam Herculi mos erat res alienas vi abducere, non dolo. Cóueniet aut in vehementer laudatum probatúmque, aut in præpotentem, quem insimulare tutum non sit. *Catonis Censorij vita inculpata.* M. Cato Censorius plus quadragies in ius vocatus fuisse memoratur, semper iudicum absolutus sententijs. Huc Cæsar in Anticatonibus insimulauit auaritiæ. Id Plutarchus perinde scribit esse, quasi siquis Herculem insimulet ignauiæ. Nihil enim minus in Herculem quadrat, quàm hoc crimînis. Sunt qui putent congruere, quum aliquis omnia facit impunè, nec à quoquam accusatur. quemadmodum Hercules impunè res alienas consueuit abigere.

Ne in neruum erumpat. 36

Terentius in Phormione, Verùm hoc sæpe Phormio vereor, ne ista fortitudo in neruum erumpat denique. *Inconsiderata audacia.* Quadrat in temerariam inconsideratámque audaciam, quæ plerumque infœlix esse solet, & in maximum malum aliquando adducere. Donatus interpres à Sagittarius sumptam metaphoram existimat: qui dum neruum arcualem adducunt immodicè, tum punt nonnunquam, idque non sine suo periculo.

Ipsa senectus, morbus est. 37

Terentius in Phormione, Ipsa senectus morbus est. Prouerbiali figura dictum videtur. nam in senibus, vt absit moribus, ipsa senecta per se, mala valetudo est. Vnde illud frequens apud Homerum χαλεπὸν γῆρας, id est, Molesta senectus. Iliados θ.

Σὺ δ' βίῃ λίσσεαι χαλεπὸν δὲ τοι ἔπλετο γῆρας. id est,
Viribus effatum iam te premit aspra senectus.

Et apud Vergilium,

subeunt morbi tristisque senectus.

Horatius in arte poetica,

Multa ferunt anni venientes commoda secum,
Multa recedentes adimunt. Iuuenalis,
-circumfusi agmine facto
Morborum omne genus.

Nos item in carmine de senectutis incommodis,

-terrima porrò
Senectus, morbus ingens,
Nullis arcenda potest pellique medelis,
Quam decrepita oborta
Corporis egestas succos, animique vigorem
Hebetat.

Idem testatur senarius ille prouerbialis,

Φοβοῦ τὸ γῆρας· ὡς τὸ ἔρχεσθαι μόνον. id est,
Metue senectutem: non enim sola aduenit. Item,
Χαλεπὸν τὸ γῆρας· ὃν ἀνθρώποις ἔχω. id est,
Pergrauis senectus est onus mortalium.

Citatur ex Antiphane,

Σοφὸν δ' ἔδειν ἐμοὶ δοκεῖ τὸν οἶνον ὀνομάσαι,
Ὅτου τὸ λοιπὸν μικρὸν ἐξ ἔτους γενέσθαι. id est,
Est vita vino nostra quàm similima,
Vbi paululum restat, in acetum vertitur.

Item ex eodem,

Τὸ γῆρας ἀσθενὲς ἔχειν τὸν πανταχοῦ,
Πάντ' ἐν ἑαυτῷ τὰ κακὰ συμφορήσαν. id est,
Quandoquidem est malorum ara senectus omnium,
Adeo videre est cuncta ad hanc recurrere.

Rursus ex eodem,

Πρὸς γὰρ τὸ γῆρας, ὥσπερ ἐρημίαν τινά,
Ἀπεῖναι πάντα τὰ κακὰ συνορμῶντα χρεών. id est,
Miseram ad senectam, vt ad officinam quampiam,
Mala vniuersa confluunt mortalium.

Huc alluſit anus Plautina, quæ tarditatem incessus excusans, ait se graue pondus gestare. Tantum anquit, hoc oneris, quod fero. Quid oneris? Annos septuaginta & quatuor. Item M. Tullius in Catone maiore, Quæ plerisque senibus sic odiosa est, vt onus se Aetna grauius dicant sustinere. Aristoteles 5. De animalibus lib. *Senectus, morbus naturalis* etiam appellat νόσον φυσικὴν, id est morbum naturalem: quemadmodum & morbus senectus est aduentitia. Propterea quòd nonnulli morbi idem efficiant in homine quod senectus, & senectus similia gignat qualia morbi. Seneca morbum insanabilem appellat. Donatus adscribit verba Apollodori ex Græca comœdia, Τὸ γῆρας ἐστὶν αὐτὸ νόσημα. ipsa senectus, morbus est.

Adrastia Nemesis, Rhamnusia Nemesis. 38

Ἀδράστεια νέμεσις. id est, Adrastia Nemesis, subaudiendum, adest, aut aderit, aut eiusmodi quippiam. Licebit vti vel in eos, quibus ob insolentiam arrogantiámque, fortunæ commutationem minatur: vel qui à rebus florentibus ad calamitosam fortunam redacti sunt. Hanc quidam Nemesim deam esse putant, insolentiæ & arrogantiæ vindicem, quęque spes immoderatas & vetet & puniat. ἀδράστεια dicta ἀπὸ τῆς ἀστοχήτου μοίρας ἢ δράσεως, quòd nemo nocens meritam pœnam vlquam effugerit: etiam si quando serius assequatur. Lucianus in Meretricis dialogis, *In insolentes, vel quibus certa calamitas impêdet.*

Ἔστι τὶς θεὸς ἡ ἀδράστεια, ἢ τοὺς ταῦτα ὁρᾷ. id est,
Est dea quæpiam Adrastia, videtque ista.

Euripides in Rhelo,

Ἀδράστεια, σὲ δὸς πᾶσι,
Κίρνησι σώματων φθόνον. id est,
Adrastia Iouis filia, arceas dictorum inuidiam. Idem in eadem fabula,

Σὺν δ' ἀδραστείᾳ λίσσου. id est,
Volente verò dixerim hoc Adrastia.

Idem testantur etiam epigrammata,

Ἡ νέμεσις σκοπεῖ πᾶν' ἐπὶ πάντα, πᾶσι τὰ χαλινῶ,
Μήτ' ἀμετρόττι πολὺν, μήτ' ἀχθηται λίχνῳ. id est,
Iunxit hoc Nemesis cubito frenoque gerendis,
Sit modus in rebus, dictáque frenum habeant.

Item aliud,

Ἡ νέμεσις πάρα κατίχει τὸν ὕπτιον λίξεις·
Πᾶσιν ἀναγκαίως ἐλευσομένη τὸν μόχθον. id est,
Continuo Nemesis cubitum: Quæ causa requiret.
Nam cunctis subeo rebus adesse modum.

Strabo lib. Geographiæ 13. Adrastiam dictam tradit nó ab ausugiendo, sed ab Adrasto rege, qui primus huic templum constituerit. idque Antimachi poetæ versibus confirmat, *Adrastia vbi dicta.*

Ἐστὶ δ' τις νέμεσις, μεγάλη θεὸς ἠδὲ καὶ ἄλλοις
Πρὸς μακάρων ἔχεσκε. βιωμόν δ' οἱ ἔσαν ὀφθαλμοὶ
Ἀθρῆσαι, σθεναρὸν δ' ἔχεν ἐν χερὶ χάλκεον ἔγχος.
Ἐσθλὸν τὸ τόπτιμά τι ἢ ἀδράστεια κλείτην. id est,
Est quædam Nemesis dea magna, cui omnia quædam hæc
Sunt data sorte deûm. Ast huic primum condidit aram
Adrastus iuxta desops sacrata fluenta.
Atque imbi colitur quæ tenet Adrastia nomen.

Huius oppidi meminit Plinius libro 5. capite 32. his verbis, Parium colonia, quam Homerus Adrastiam appellauit. Adrastia dea mentionē facit & Plato in Phædro. Ammianus libro decimoquarto, Hæc & eiusmodi innu-

innumerabilia vltrix facinorum impiorum, bonorúmque præmiatrix aliquando operatur Adrastia, atque vtinam semper: quam vocabulo duplici etiam Nemesim appellamus. Hanc aiunt, ex opinione veterum poetarum, lunæ superpositam, generali potentia prædere fatis, omnia terrena despectantem, vt reginam & arbitrã rerum omnium. quæ præcipuè fastus intensa, nunc erectas mentium cerulces opprimit & enervat, nunc bonos ab imo suscitans, ad bene viuendum extollit. Huic antiquitus addidit pennas, celeritatis symbolum: dedit gubernaculum & rotam, significans illam per omnia discurrentem singula moderari. Idem libro vigesimo secundo, Ideò intolerabilem, humanorum spectatrix Adrastia, autem, quod dicitur, vellens: monens vt castigatius viueret, &c. Zenodotus originem adagionis ad huiusmodi fabulam refert, quam equidem non admodum sanè lubens, adscribam tamẽ, ne lectorem audaculum hac fraudasse videar. Eteocles & Polynices post interitum Oedipi patris, de regno Thebanorum hac lege pacti sunt, vt imperium alternis annis administrarent. At Eteocles (nam huic forte primus obtigerat annus) exacto tempore recusauit fratri vices regni tradere. Itaque Polynices repulsus, in Adrasti ditionem Argos profugit, noctuque appulit. Hic quum forte Tydeum esse maetus, qui ob cædem perpetratam è Calydone profugerat, cum eodem prælium contulit, inter quos clamore tumultúque coorto, interuenit Adrastus, & pugnantes diremit. Atque ibi simul recordatus oraculi cuiusdam, quo monitus fuerat vt apro & leoni filias suas in matrimonium collocaret, vtrumque sibi generum adiunxit. habebant enim in clypeis, alter aprum, alter leonis figuram. Pollicitusque est se vtrunque restituturum in patriam. Quãobrem primùm Polynicis nomine Thebas mouit adortus, cæsis Argiuorum optimatibus, Adrastus solus effugit. Interfectorum cadauera quum Thebani inseputta abiicerent, neque sepultura dignarentur: liberi exulum, ad aram Misericordiæ confugientes, paretum cadauera reposcebant. Athenientibus exercitum admouentibus Thebani cadauera reddiderunt. Quo tempore & Euadne Capanei vxor semet in rogum abiecit, vnà cum viri cadauere combusta est. Post id temporis, filij Argiuorum, qui perierant ad Thebas, nullam vnquã reportarunt victoriam suis partam auspicijs: sed stipendiarij pro externis militabant. Diogenianus paræmiã effert ad hunc modum, ἡ νέμεσις πρὸς πόδας βαίνει, id est, Nemesis ad pedes adest. Galenus denique lib. De vsu partium humani corporis sexto, μνημονεύειν χρὴ δίκης τε καὶ τῆς τοῦ θεοῦ νεμέσεως ἐπὶ τοῖς ὑβρίζουσιν ἐπιφερομένης. id est, Meminisse ac declarare quòd Adrastiæ legem nullus effugiet. Ac paulò inferius, οὐκ ὀκνήσω εἰπεῖν, ἡ θεὸς ἀδράστειαν ἔπεμψε. id est, Haud cogitans, opinor, Adrastiæ legem. Minitatur medicis, qui talia pro veris docent. Eadem appellatur Rhamnusia, à Rhamnunte Atticæ loco cognominata: vbi, quemadmodum ostendit Zenodotus, huic dea statua est, solido lapide, decem cubitorum magnitudine, Phidiæ opus. Fingebatur autem olim Veneris specie quãobrem & malum arborem dextera tenebat, vt author est Endemus. Hoc adagium quanquam separauit Zenodotus, mihi tamen visum est cum superiore coniungere. quum nihil interfit præter cominutam cognominis vocem. Plinius lib. 28. cap. 2. Cui & falcationibus adorationc peculiari occurrimus. Alij Græcam Nemesim inuocantes: cuius ob id Romæ simulachrum in capitolio est, quamuis Latinum nomen non sit.

Nemesis pedisequa dicit.

Adrastia, pro inuidia.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. Ἀδράστεια μὲ ἡ Διὸς παῖς) Ex his nominibus νέμεσις & ἀδράστεια varia sunt orta genera loquendi prouerbialia: quæ omnia hic Erasmus non ponit. Vsus autem eorum quę ponit, quum sint diuersi, confundit. At ego quum ea confusa esse non possim aliter quàm distinguendo ostendere, id præstare conabor, simul nonnulla ex omissis, quæ mihi memoria suggeret, inferens. præsertim quum sciam apud Græcos scriptores ea passim occurrere, ideóque, illorum cognitionem eos lecturo longè maximam vtilitatem allaturam esse. Primum igitur, ἀδράστεια νέμεσις quum dicitur coniunctim, ita vt νέμεσις sit proprium nomen ἀδράστεια epithetum: tunc epithetum ἀδράστεια alij voluntab Adrasto esse derivatum, vt dicatur Nemesis Adrastea, quæ sortem Adrasti miro quodam modo gubernauit quia quum solus inter duces ex bello Thebano euasisset, σπάνιον ἦν δῶρον (animaduerte verbum esse ab eadem origine) id est, munus dic diuinum numen. adeb vt ex posteris ducum qui apud Thebas ceciderant dictis epigonis, Diomedes & Sthenelus ac reliqui lexuati sint, solus autem is qui ab Adrasto erat orfundus, vel Adrasti filius occubuerit. Alij autem epithetum ἀδράστεια ἐτυμολογίαν à verbo λιποδιδράσκειν, id est, effugere, ἀπὸ τοῦ μηδὲν αὐτὴ λιποδράσκειν, inquit Paula Dias: id est, ex eo quòd nihil eam effugiat. vel ἀδράστεια τῆς θείας δίκης ἀναπόδρασιν. id est, quòd nulla sit vltionis diuinæ euitatio. Hæc fere Eustathius. Habes autem apud Suidam locum illum in quo coniuncta sunt illa duo nomina ἀδράστεια αἰτεῖ νέμεσιν τιμωρὸν ὑπερόπτου καὶ ἀγαν τὰ ὄντα ἀκολάστου. quæ verba priusquam citet dicit, ἀδράστεια νέμεσις, ἐπὶ τῶν ἀνδραποδωδῶν. postquam autem citauit, subiungit, ἀδράστεια ἡ νέμεσις ἀπὸ Ἀδράστου. At ego existimo eos qui his duobus nominibus communem vti sunt ἀδράστεια νέμεσις, potius ad Adrastum respexisse, & ita Adrasteam nemesin dixisse, vt Oretes fuisse alicubi dicta legunatur. Vtrumpari autem hæc verba de iis qui à prospera fortuna in aduersam delapsi sunt, ait Zenobius: quæ expositio & apud Suidam habetur. Addit autem Erasmus, licere vti & in eos quibus ob insolentiam commutatio rerum fortunæ minamur: sed sunt mentionem huiusmodi potius generis loquendi, ἐστι δὲ ὅτε ἡ ἀδράστεια, & ἡ ἀδράστεια οἷα δαίμων. quæ duo in vnum coniungens Lucianus, dixit, ἔστι τις θεὸς ἡ ἀδράστεια, καὶ τὰ πολλὰ ἐφ' ἡμῖν. Sæpe item ἀδράστειαν nomen præfantur dicto paulo exultantioni, vel insolenti, aut inuidioso, eius veluti deprecantes iram. hic chorus apud Euripidem, quum exultantius in Rhesi laudes velut erumpere, præfatur,

Ἀδράστειά μ' ἀεὶ δόκει πατὴρ,
Κλύουσ' ἐμαυτὴν φθόνον.

Apud eundem Rhesus huic suæ orationi paulò insolentiori,

ξένοι με τροφὸν θοῦρον ἐς τ' ἀρίστων ἄγω,
Καὶ πᾶσαν ἔχθρὸν ἐκ δόμων ἐκπεμπόμαν δορὶ,

præfatur, — σὺν δ' ἀδραστείᾳ λέγω. Sæpissime autem huiusmodi locus adhibent hanc formulam orationes, σὺν ἀδράστειᾳ. Lucianus, εἰ δὲ ἐπαινοῦμεν (σὺν δ' ἀδράστειᾳ) ἴσως ἂν συλλογισαίμεθα ὅπως ἀφεξόμεθα αὖθις ἀκοῦσαι τοιούτων. vbi animaduerte ἀδράστειαν pro inuidia accipi. perinde est enim ac si dixisset μετὰ τοῦ φθόνου, id est, Absit dicto inuidia. At Euripides in illis quæ modo protulimus verbis, vult ipsam deam Adrasteam inuidiam ab ore auertere. Quæritam illud mirari quis possit, quomodo apud hunc poetam Rhesus suæ orationis arrogantiã velut præmolliens dicat. σὺν δ' ἀδραστείᾳ λέγω, id est, ad verbum, cum Adrastea dicerat vero Lucianus præmolliens itidem suæ insolentiam, ita loquatur, σὺν δ' ἀδραστείᾳ, hoc est, absit autem etiam Adrastea. Sed animaduertendum est, in Luciani loco ἀδράστειαν pro inuidia poni, vt dixi: at verò apud Euripidem pro dea Adrastea: & dicit σὺν δ' ἀδραστείᾳ λέγω, eo modo quo dixit Plato, ἐὰν σὺν θεῷ εἰπεῖν, μηδὲν δεοῦ πάνυ δεῖν ἐπιλοιπον εἶναι. id est, quod vtinam deo benevolente, vel deo propitio, aut cum bona dei venia dictum sit. Adeo vt σὺν δ' ἀδραστείᾳ λέγω, itidem interpretandũ sit, Quod propitia Adrastea, vel cum bona venia Adrasteæ dici à me volo. Odiolo autem & acerbo dicto ita præfantur Adrasteam. Lucianus in Pseudologista, μὰ τὴν Δήμητρα καὶ τὰς θεὰς, ἀδράστεια φίλη ἐστὶ τοῦτο ἐπιορκῆσαι. οὐδ' ἐγὼ γοῦν οἶδα τὸν λεγόμενον, &c. Plato lib. De rep. 5. ἀποκνῶ δὲ ἀδράστειαν, ὦ Γλαύκων, χάριν εἰπεῖν μᾶλλον. ἡγοῦμαι γὰρ ἐπὶ τοῖς ἔσχατον ἀμάρτημα εἶναι τοῦτο ἐπὶ τοῖς ἐναντίοις ἢ ἐπὶ τοῖς φίλοις ἁμαρτάνειν. ἐπὶ τοῖς μὲν γὰρ ἀνοίᾳ τε καὶ ἀφροσύνῃ ἀναγκάζεται ἐπὶ τὰ ἀδικώτατα καὶ χαλεπώτατα τῶν ἀνθρώπων ἐλθεῖν καὶ ἀδικεῖν. Iam verò illud, ἡ νέμεσις πρὸς πόδας βαίνει, explicatur his Luciani verbis, loquentis de quodam qui in ea vitia inciderat, quæ in alios magnopere damnauerat. καὶ τοῦτο ἐκεῖνο ἐφοβούμην ἐγὼ ἐφ' οἷς κατηγόρουν τῶν ἄλλων, καταγνοὺς. ὡς αἰσθόμενοι ἐκεῖνοι ἐμοῦ ἐπὶ τοῖς ὁμοίοις μεταβαλοῦμαι. dixerat autem paulo antè πολλοὶ πρὸς πόδας βλέπουσι τὴν δίκην, ἀφορῶντες μὲν ἕκαστα, &c. &c. Illud obiter notandum est, videri esse finem versus illud prouerbiale dictum, vt legitur apud Suidam, si tantùm ex πρὸς πόδας feceris πόδα, hoc modo, νέμεσις δὲ μὲν πρὸ πόδα βαίνει. Appellant autem ἀδράστειας Σκοπὰς siue νέμεσιν, aut plurali numero νεμέσεις, vt

Adrastia Nemesis.

sionem diuinam. Synesius in quadã epistola ὁ γὰρ θεσπεσιῳτερος καὶ θειοτερος ἀνθρωπος, μόνοις ἀθανατοις ἀνθρωποις, μὲ ὑπὸ μικροῦ τινὸς μέρους ἀνθρωπίνου τοῦ γελωτοποιοῦ τὸ πολλαπλάσιον. Sic & Galenus accipit vtroque in loco quem citat Erasmus, ἀφροσύνης ἕνεκεν. Sed & hoc animaduerti debet in priore, quod ait ineuitabilem esse, idem & à Plutarcho & aliis dici, & quidem eodem verbo ἀναφύγητος, aut simili διαφύγητος vtentibus. adeò vt videri possit fuisse dictum alicuius celebre, & fortassè etiam prouerbiale.

Risus Synesij. 39

Γέλως σκηπτικός. Risum effusiorem, Græci σκηπτικὸν vocant, quod hominem quatiat, quem eundem quidam existimant Sardonium esse. Putant autem, & rectè putant, hunc risum graui viro vehementer indecorum esse, propterea quod videatur ab animo impotẽte proficisci. Siquidem vt turpe est viro graui, muliebri more eiulare, siquid doleat ita gaudio immoderato in cachinnum effundi, parum decorum est. Simili figura Philostratus in Sophistis aliquoties dixit, πλατὺ γελᾶν, id est, late diductoque ore ridere.

Qui risus, grauiori, vehementer indecorus.

Rosam quæ præterierit, ne quæras iterum. 40

Ῥόδον παρὼν μὴ ζήτει τὸν πάλιν. id est, *Ne quæ è tempore præterierunt, ea cures.*

Ne te maceres desiderio rerum, quæ reuocari restituique non queunt, velut exactæ iuuentæ, formæ, virtũ, fortunæ. Nam vt nihil est rosa gratius, ita nihil minus diuturnum. In eundem sensum cecinit in Odis Horatius,

Mitte sectari rosa quo locorum *Sera moretur*

Habent enim rosæ suum tempus, sed perbreue, at exquisitius delicati etiam alieno tempore rosam quærunt. Vnde quadrabit & in eos qui iam ὑστεροπρωτοις voluptate sectantur: veluti si nucibus ludat vir, aut amet potitẽtve senex.

Rosam cum anemona conseres. 41

Ῥόδον ἀνεμώνῃ σκηπτικῇ, id est, Rosam cum anemona conteres. Vbi quis vehementer imparia inter se componit. Rota prisci in precio fuit: anemona papaueris genus, cuius flos specie quidem rotam imitatur, cæterum nulla odoris gratia, passim nascitur in agris, quam olim rosæ summus sit habitus honos.

Impar compositio.

Rosas loqui. 42

Ῥόδα μ' εἶπας, id est, Rosas mihi loquutus es id est, Verba gratissima, & rosarum instar amabilia. Suidas ex Aristophane citat, apud quem est ἐκ τοῦ ἔαρος. Sic & Plautus in Pœnulo, Obsecro hercle, vt mellita loquitur. Hinc affine Persianum illud.

Non nunc è tumulo, fortunataque favilla
Nascentur violæ? Ac rursum,
-quicquid cecinerunt hic, rosa fiat.

Cui diuersum est illud ex Aulularia Plauti, Lapides loqueris, quòd illi dicta quam celebrum excutiebat.

Rhody sacrificium. 43

Ῥόδου τὸ θυσίαν, id est, Rhodiensis sacrificium, Vbi res iurgiis & verbis male ominatis peragitur. Refertur à Diogeniano. Idem est cum eo quod paulò superius retulimus, Λίνδιον τὸ θυσίαν, id est, Lindij sacrum. Nam Lindus ciuitas in Rhodo est, teste Stephano: a qua deductum videri possit Londinium apud Britannos, quam vibem Stephanus Lindonium vocat, citatque Martianum authorem. siquidem vtraque insula est, Rhodus & Britannia. ac vetus eius gentis lingua quæ nunc Vualica dicitur, satis indicat, eam aut profectam à Græcis, aut certè mixtam fuisse. Ne mores quidem admodum dissident à Græcanicis.

Res iurgiis peracta.

Londinium.

Rhodiorum oraculum. 44

Ῥοδίων χρηστήριον, i. Rhodiensium oraculum, Vbi quis de re minuta nimium crebro nimiumque diligenter sciscitatur. Etenim Rhodienses Lindiæ Minervæ sacrificantes, dies aliquot apud aram dex conuiua prorogabant, atque in ibi perpetuò manebant. Quumque illis mos non esset matulam in sacrificium inferre, ac super hac re deum consuluissent, atque vt inferrent, respondisset: illi rursus ambigere cœperunt verum xream an testaceam inferre deberent. at denuò super hoc adeuntibus oraculum, indignatus Deus, neutram respondit. Refertur à Diogeniano.

Rusticanum oratorem ne contempseris. 45

Ἀγροικικὸν μὴ καταφρονήσῃς ῥήτορος, id est, Rusticanum ne contempseris rhetorem. Admonet ad quam ne quem ob imperitiam infantiamque talidiamus, neque spectemus a quo quove pacto dicatur, sed quid. Qui valent eloquentia, non perinde curandum est quid minentur, aut polliceantur. At penes quos rusticana veritas est, siquid vel inculte dixerint, haudquaquam oportebit negligere. Siquidem huiusmodi plus tolent efficere quàm loqui. Author Diogenianus.

Non qui dicat, sed quid dicatur, spectandum.

Rus ciuitas. 46

Ἀγρὸς ἡ πόλις, id est, Rus ciuitas. Vbi quis in vibe, neglectis legibus, vi próque sua libidine rem gerit. In ciuitatibus enim legibus ex æquo viuitur, in agris licentius agitur. Epicharmus apud Diogenianum, ἀγρὸν τὴν πόλιν ποιεῖς. id est, E ciuitate rus facis. Quadrabit etiam in ciuitatem, in qua legum non magnus habetur respectus. Huc alluxit Seneca in ludicro libello, quem fusit in Claudium imperatorem, Vos mera mapalia fecistis, volo seruetis disciplinam curiæ.

Neglectis legibus viuere.

Ciceronis Bacchus. 47

Κικέρων διόνυσος, id est, Ciceronis Bacchus, De re vehementer contempta. Sumptum adagium à potu ex leguminibus confecto, qui vinum imitatur. Veteres autem diuersis rationibus vinum effingebant, quarum nõnullas commemorat Plinius libro 14. capite 16. Idem libro vigesimosecundo, capite vigesimoquinto, meminit de Zytho Ægyptiorum, Cœna Hispanorum, Cerusia Gallorum. Erat id potus genus ex leguminibus coctus, quod inopia vini repertum est in his regionibus quæ viteni non ferunt. Hinc natum videri potest & illud quod alibi retulimus adagium, οὐδὲν πρὸς Διόνυσον, id est, Nihil ad Bacchum, vt id dixerit quispiam guttata cerusia. Porrò contemptam latitiam que huiusce ceruisiam iis, qui exsanes effluxerant vino, vel epigramma testatur quod Iuliano imperatori tribuunt. Id est huiusmodi,

Res contemptissima.

Nihil ad Bacchum.

Τίς σὺν δὲ Διόνυσος ἀμπέλου δίχορος,
Οὐδὲ ὑπερχαυκενιεὶ δίδυς οἶδα μέθυ.
Κίτρῳ γὰρ ἔδαδι, σὺν δ' ἀμύλῳ τὰ σκληρὰ
Τῶν πινὶν βοτρυων πόσιν ἀπεργάζομαι.
Τῶν δ' ἐχὺ κλῆσιν δημητέρος, ἢ διόνυσον.
Πυροῦ μὲν γὰρ ἔργα δημητέρος ἔργα.

id est,

Bacche quis? vinde verum? verum tibi dicero, Bacchum
Te haud nemo, tantum est cognitus ille tuus.
Is nectar redolet, hircum tu die age num te
Spicus fruxit Gallia vitis inops?
Non igitur Bacchum te dixero, sed Cererem,
Et frumentigenam: nec Bromium: imò Bromum.

Bromos.

Est autem bromos hordei genus quondam: sed à Theophrasto libro De plantis octauo, inter ea ponitur quæ pene syluestria sunt & immitia. Plinius potissimum vsum eius generis putat, quòd ribus spuma cutem fœminarum in facie nutrit. Nam quod ad potum ipsum attinet, inquit, prisci ad vini tantum mentionem.

Ne quære mollia, ne tibi contingant dura. 48

Μὴ τὰ μαλακὰ μαῖε, μὴ τὰ σκληρὰ ἴσχε, id est, Ne quære mollia, ne dura feras. Refertur à Phurnuto in opere de natura deorum, capite de Musis, & ita refertur tanquam vulgo tractatum. Congruit in eos qui dum nimis improbe ac morosè petunt quę volunt, offensis ea a quibus petunt, accipiunt ea quæ nolunt. Aut in eos qui dum præter modum captant voluptatem, incidunt in molestiam.

In eos qui per inuerecundiam volupiates.

Ne exceſtides quidem viam inuenerit. 49

Οὐδ' Ἐξηκεστίδης ἂν ὁδὸν τὴν δι' ὅλων εὕροι, id est, Ne Exceſtides quidem rectam viam inuenerit. De negocio perplexo atque inexplicabili. Exceſtides quidam vulgo male audit, quòd immodicus esset in peregrinationibus, vt omnes vias quam maximè cognitas haberet. Idem taxatur ab Aristophane in Auibus,

Negotium inexplicabile.

Εἶδ' ὁδὸν ἐξ ὁδοῦ καλὴν, ὥσπερ Ἐξηκεστίδης. id est,

Quòd si seruus est & Car, quemadmodum Exceſtides,

Rursum in eiusdem fabulæ initio,

Οὐδ' ἂν μὰ δία Σ' οὐτιδὶ τὸν Ἐξηκεστίδην. id est,

Non per iouem hunc vel ipse etiam Exceſtides.

Subaudiendum, inuenerit. Vnde dici cœptum de his qui tota aberrassent via: aut qui difficili inexplicabilique negotio distringerentur.

Hermo-

Hermonium officium. 50

Ἑρμώνιος χάρις, id est, Hermonium beneficium. Quoties aliquis studet officij causa videri facere quod alioqui coactus facit, non quo cõmodet cuipiam, sed quòd non liceat secus agere. Hanc paræmiam ad huiusmodi referunt fabulam, gens quædam Pelasgica, quæ Lemnũ incolebat, nauibus transmisit in Bæbronem, vel (vt Herodotus) Brauronem, Atticæ regionem: atque ex ea mulieres raptas abduxerunt. Pòst vbi pestilentia laborarent oraculo iussi sunt Athenienſibus satisfacere: atque ita futurum vt pestilentia liberarentur. Athenienſes rogati quo pacto placari vellent, denunciarunt vt Lemno decederent. Hanc conditionem quum audiſſent Pelasgi, per iocum responderunt id facturos sese, siquis Borea vento vnius diei nauigatione domo profectus Lemnum transmitteret. Euenit deinde vt quum Darius in Thracia agens, omnia vndique subigeret, Miltiades dux Athenienſium è Cherſoneſo soluens, Lemnum aggrederetur, Pelasgis denuntiãs se borea vnúsque diei cursu adesse domo profectum. nam Cherſoneſum tenebat, atque illic habitabat. Itaque Hermon Pelasgorum princeps Lemno cessit. Idque quum Darij metu compulsus faceret, adsimulabat tamen se volentem cedere, quo gratum faceret Athenienſibus. Huiusmodi fermè cõperi in Græcorum collectaneis. Æmilius Probus in Miltiade aliquanto diuersius rem narrat: Quum Athenienſes decreuiſſent coloniam mittere in Cherſoneſum, quæ tum à Thrasibus tenebatur, conſultus Apollo quem sibi ducem sumerent ad expellendos Thraces, iussit vt Miltiadem adsciſcerent. Is Lemnum aggreſſus, postulauit vt se sponte dederent Athenienſibus. Lemnij per iocum responderunt, se id tum facturos, quum ille domo nauibus proficiſcens vento Aquilone veniſſet Lemnum. Nam hic ventus aduersus est Athenis proficiſcentibus Lemnum. Miltiades ne illic tempus tereret, Cherſoneſum profectus est. Ea capta rebúsque illic ex animi sententia ordinatis, redit Lemnum & ex pacto postulauit insulam. nam se vento Borea domo profectum veniſſe, quòd in Cherſoneſo domum habeat: decreuerat enim illic manere. Itaque qui Lemnum tenebant, cesſere metu. Simplicius quidem Pamphilus ille Terentianus, negans liberi hominis officium esse, quum nihil mereatur, postulare id sibi gratiæ apponi. Arqui in principum aulis, atque adeò passim in omni mortalium cœtu, Hermonum ittiusmodi plena sunt omnia, qui quum maximè beneficium dare videntur, tum maximè commodis seruiunt suis. Prouerbij meminit & Suidas & Heſychius.

Ex arena funiculum nectis. 51

Ἐξ ἄμμου χοινίδα πλέκεις id est. Ex arena funem nectis, in ſtulte fruſtraque conantem quippiam dicebatur: aut vbi quis ea connectere laboret quę nequaquam cohærent. Appoſite dicetur in orationem, aut ſyllogiſmum male cohærentem. Vt affine sit illis, Arena sine calce, &c, Diſſolutæ ſcopæ. In hanc ferè ſententiam vſurpauit Irenæus lib. 2. Veluti faciunt qui colligunt Homerocentones. In ſumma, quadrabit in quibus ἀδύνατόν τι ἔπεται, vt pertineat & ad illam formam, Laterem lauas &, Æthiopem dealbas.

Stulte conatus.

Halcedonia ſunt apud forum. 52

Quod dixit in Caſſina Plautus Halcedonia ſunt circa forum, prouerbij ſpeciem gerit. Significatur hac voce tranquillitas & ſilentium. Idem in Pœnulo, Niſi mihi illam tam tranquillam facis quàm mare est olim, quum ibi Halcedo pullos educat ſuos. Extat etiam in Græcorum commentariis huiusmodi prouerbium, ἁλκυονίσιν ἄγεις ἡμέρας ἄγε, id est, Halcyonios agis dies, de tranquillam & ocioſam agentibus vitam. Ariſtophanes in Auibus,

Halcyonij dies.

Ἀλκυονίδας τ' ἤγετ' ἡμέρας αἰεί. id est,
Atque halcyonios ducit aſſidue dies.

Ab aue quadam marina ductum adagium quæ Græcis Halcyon dicitur, Latinis Halcedo, vt author est M. Varro libro De lingua latina tertio: nequis Plautinum verbum deprauatum esse putet. Fabula de Ceyce & Halcyone est apud Ouidium. De aue sic refert Plinius libro 10. cap. 32. Halcyon paulo amplior est paſſere, colore cyaneo ex parte maiore, tantum purpureis & candidis admixtis pennis, collo gracili & procero. Ea fœtificat brumæ, qui dies Halcyonides vocantur. Neque apparent niſi mari tranquillo, maxime Siculo. Faciunt autem ſeptem ante brumam diebus nidos, & totidem ſequentibus pariunt. Hi dies & nautis sunt notissimi in his tempeſtatem non metuunt. Nidificant autem medio in mari. Nidi pilæ figura paulum eminenti, ore perquam anguſto, grandium ſpongiarum ſimilitudine ex ſpinis aculeatis compacti, tanta duritie vt ferro incidi nequeant. Franguntur ictu valido, vt ſpuma arida maris. Hactenus Plinius. Lucianus de tranquillitate Halcyonidum dierũ teſtatur in dialogo cui titulus Ἀλκυών. Virgilius inter prognoſtica futuræ tempeſtatis hoc quoque refert:

Nidus halcyonis.

Non tepidum ad ſolem pennas in littore pandunt
Dilecta Thetidi Halcyones.

Meminit harum & Theocritus Idyllio ſeptimo,

Χ' ἁλκυόνες ταρσοῖσιν τὰ κύματα, πλεῖ τι θάλασσα,
Τέρπνὸν τι, πνοιὰ βόρεω, ἐς ἤχαλα φωνὰ κλύειν.
Ἀλκυόνες ἱμερόεσσαι ὑπὲρ ἅλα τὰν μάλιστα
Ὀρνίθων φιλέουσι, διὸς τό σφ' ἐξ ἀρχᾶς ἄγχυ. id est,
Halcyonesque undas ſternunt, pelagúſque, notámque,
Atque Eurum extremam mutantem flatibus algam.
Halcyones quas inter aues Nereides omneis
Vnice amant glauca quæcunque ex æquore paſcum.
Venantur.

Empedoclis ſimultas. 53

Ἐμπεδοκλέους ἔχθρα, id est. Empedoclis ſimultas, dicebatur pertinax & irreconciliabilis. Empedoclem enim aiunt iis fuiſſe moribus, vt aſſidue ſimultatem cum aliquibus ſuſciperet, eámque pertinaciſſime exerceret. Quadrabit etiam vbi quis leui de cauſa ex amico fit inimicus. Refertur à Diogeniano. Suidas ex Lyſia citat hęc verba ἐμοῦ δ' ἴσως οἰομένου φίλους ὑπάρχειν ἀλλήλοις, οὐκ ἀπ' ἄλλης Ἐμπεδοκλέους ἔχθρας μᾶλλον ἢ ἀπ' ἐμοῦ. id est, Ego ſanè putabam nos eiuſmodi necessitudine copulatos esse, vt ne Empedoclis quidem ſimultas nobis posſet obstare. Referendum ad illud quod alio dictum est loco, Odium Vatinianum, &, Odium nouercale.

Pluris oculatus teſtis vnus quàm auriti decem. 54

Plutus in Truculento, Pluris est oculatus teſtis vnus quàm auriti decem, hoc est, Longe maior est habenda fides referentibus ea quæ viderint oculis, quàm iis qui narrant ab aliis audita. Idem innuunt poetæ, duas apud inferos inſomniorum fingentes portas, alteram eburnam, per quam falſa inſomnia veniant ad ſuperos: alteram corneam, perquam vera. Vergilius Aeneidos ſexto, Homerum imitatus, ex Odyſſea 7,

Duæ inferæ portæ.

Sunt geminæ ſomni portæ, quarum altera fertur
Cornea, qua veris facilis datur exitus umbris:
Altera candenti perfecta nitens elephanto.
Sed falſa ad cœlum mittunt inſomnia manes.
His vbi tum natum Anchiſe vnáque Sibyllam
Proſequitur dictis portáque emittit eburna.

Seruius interpretatur, per corneam portam, oculos intelligendos, quòd colore ſint corneo: per eburneam, dentes, nimirum oſſeos & candidos. Per corneam egredi veras vmbras, quòd ea demum certa ſint quę cõſpicimus oculis: per eburnam falſas, quòd vana plerunque ſoleant esse quæ fama percipiuntur. Itaque Aeneas per eburnam portam dimiſſus, ſignificat pro falſis habenda quæcunque de inferis narrarit poeta. Adagij meminit & Apuleius libro 1. Floridorum narrans quẽadmodum Socrates prouerbium inuerterit, Pluris est auritus teſtis, quàm oculati decem. Nam quum conſpexiſſet adoleſcentem decorum, ſed diutilè tacentem, Vt te videam, inquit, aliquid eloquere. Senſit itaque Socrates aurium iudicium certius esse quàm oculorum: quòd oculis nonniſi corporis formam contueamur, ex oratione mentis habitum deprehendamus. Iuſtinianus Inſtitutionum libro 3. de gradibus cognationum, oculatam fidem appellat, quum res ſubiicitur oculis. Vnde cæcam diem appellant, quum non protinus exhibetur pactum: oculatam, quum præſente pecunia res agitur.

Pluris eſt auritus teſtis, quàm oculati decem.

Oculata fides.

Cæca vel oculata dies.

Vulpi eſurienti ſomnus obrepit. 55

Πονηρῇ ἀλώπεκι ὕπνος ἐπέρχεται. id est, Eſurienti vulpi ſomnum obrepit. Vbi quis inopia cibi dormit. nam nonnullis pauperibus ſomnus loco paſtus, teſtante verſiculo illo prouerbij inſtar celebrato,

Ὕπνος δ' ἀσίτου κλέπτει πολλὰ μοχθήσαντα. id est,
Somnus domat ſæpenumero miſerum peſſimum.

Somnus famem depellit.

Pauperem autem vulpem appellat, quòd callida ſit inopia, & multarum repertrix artium: iuxta illud quod alibi retulimus πανία τὴν σοφίαν ἔτεκε, id est, Paupertas ſapientiam ſortita est. Neque peiperam dicetur & in illos qui

Paupertas ſapientiam ſortita eſt.

dissimulant, connivéréque ad quædam, vt per occasionem aliquid commodi ferant, quidem vulpes vrgente fame somnum adsimulat, vt allectas aues capiat deuorétque. Fit autem hoc physica quadam ratione, vt faniem ac limum extinguat somnus. Adagium recensuit Diogenianus.

Ad deorum aures peruenit. 56

Εἰς θεῶν ὦτα ἦλθεν, id est, Ad deorũ aures peruenit. Vbi facinus aliquod clanculum patratum, resciscitur ab iis qui possunt vel remunerari recte factum, vel punire secus admissum. Sic enim imaginantur poetæ, quæ recte secúsve gerantur in terris, ea per Mercurium explorata referri Iouí. is deinde concilio deorum conuocato, de pœna statuit. Paulo diuersius pastor ille Vergilianus, Eclog. 3.

Et quoties & quæ nobis Galatea locuta est:
Partem aliquam venti diuum rapiatis ad aures.

De rebus egregiis, quæque deorum auribus dignas iudices Idem Horatius,

Iouis auribus seruare.

-& Iouis auribus ista
Seruas.

Admirabiles in nectendis machinis Aegyptij. 57

Δεσμοὶ πάντων τεχνικωτάτων Αἰγύπτιοι. id est,
Nectendi ligandíque artificiosissimi Aegyptij.

De vetulis, &, vt ait Plautus, comatis dolis dictitatum. Torqueri potest & in perplexas sophistarum argutias, ac syllogismorum inextricabiles labyrinthos. Aut in sycophantas ac delatores, qui vera falsis permiscendo, nectunt calumnias. Ammianus 14. refert, Paulo cuidam, qui patrimonios admirandis technis deterebat apud Constantium, vulgo cognomen indutum Catenæ, quòd in complicandis delationibus nodos necteret inextricabiles. Celebrabatur olim Aegyptiorum opera ex variis lignorum filamentis miro quodam artificio connexa: quorum est & Herculanus nodus. Adagium hoc cognatum est illi quod alibi retulimus κρατιστεῖον ἄμμα, id est, Cathoticus nodus. Cassium enim in Aegypto est, quemadmodum paulo superius ostendimus.

Aceſei & Heliconis opera. 58

Singulari artificio facta.

Ἀκέσιος ἢ Ἑλικὼν ἔργα, id est, Aceſei & Heliconis opera. Quæ singulari artificio confecta viderentur, sic antiquitus appellabantur. Locum prouerbio fecerunt duo quidam celebratæ artis artifices, Aceſeus natione Patarensis, & Helicon Caryſtius. Hi primi contexuisse dicuntur peplum Palladis Poliadis. id enim cognomen Minervæ quæ in arce Athenensium colebatur.

Aceſias medicatus eſt. 59

De eo, quod vergat in deterius.

Ἀκέσιας ἰάσατο, id est, Aceſias medicatus est. Dicitum de re quæ semper vergeret in deterius, quoque magis accuraretur, hoc pejus haberet. Occasionem adagio dedit Acesias quidam medicus imperitus & stupidus, qui dum cuidam pedum dolore laboranti medetur, auxit dolorem. Vnde Aristophanes.

ὦ Ἀκέσιε, ὅτι σὺ μᾶλλον ἐργάσω κακά.
Quod ea pars, quamcunque cures, tamen pejus semper inquietur. Autor Diogenianus.

Agamemnonij putei. 60

Ἀγαμεμνόνεια φρέατα, id est Agamemnonij putei. De nouis & admirandis operibus dicebatur. Aiunt enim, Agamemnonem & circa Aulidem & passim in omni Græcia puteos effodisse, ne per æstum aquarum inopia laborari posset. Autor Zenodotus.

De fera comedisti. 61

In negligentes.

Ἀχὶς ὦ ἔφαγες, id est, De fera comedisti. Dicebatur olim ociosanti. nam vulgo creditum carnem ferinam comedam crebras ociosationes excitare Venustius erit si commode transferatur ad supinos, ociosabundos & negligentes.

Rutis fons. 62

De perpetuo laboriosis.

Ἀχὶς πηγή, id est, Rutis fons, de nimium laboriosis, & perpetuò operi assidentibus. Cuiusmodi fingit Menedemum Terentius. Conuenit item & de negotio laborioso, cuique nunquam exhausti satis est. Nam hoc ipsum verbum πηγὴ hyperbolem habet copiæ, non tantum apud Græcos, verumetiam apud Latinos.

ANIMAD. ERAS. STEPH.

V. Ἀχὶς) Atqui non πηγὴ scriptum reperitur, sed πηγὰ, id est, nates. nec aliam scripturam præter hanc agnoscit Eustathius, qui ait, ductam esse à carneis natibus metaphoram: adeò vt nonnulli πηγὰ ἀχλύος, id est nates agri, acceperint pro pinguissima parte agri (eo modo quo dicitur οὖθαρ ἀρούρης, id est vber terræ, alii prouerbialiter dictum putauerint de iis qui non solùm agro, sed cuiuis loco aut operi perpetuò assiderent. alius de valde rusticis dictum esse placuerit.

Aeſopicus sanguis. 63

De interitu Aeſopi.

Αἰσώπου αἷμα, id est, Aeſopicus sanguis. Delphi Aesopum quendam nihil commeritum interemerunt, eamque ob causam iratum numen dira illa vaticinabatur. Sunt qui putent hunc Aesopum esse, cuius nomine feruntur apologi. traduntque huiusmodi quædam super illius interitu, tametsi fabulis quam vero propiora. Quum Delphos profectus, gentis illius iram in se conuiciis & contumeliosis apologis concitasset, Delphi sacra phiala in huius peram clanculum imposita, Phocidem consecuti, comprehensum sacrilegij damnarunt, obtestantémque ac dira imprecantem præcipitarunt. Mox oborta pestilentia, consultum oraculum admonuit vt Aesopi manes placarentur: itaque Delphi monumẽtum Aesopo constituerunt. Cæterum Græciæ principes & eruditi simulatque cognouissent indignam Aesopi mortem, Aesopicum sanguinem vlti sunt, sublatis ità qui fuerant mortis authores. Vnde dici solitum, aut vbi quis præter meritum acerba pateretur: aut vbi propter læsam innocentiam, irati superi pœnam immittere viderentur. Meminit huius historiæ Plutarchus in commentario cui titulus ὅτι μὴ νῦν δίκης ἐμμένουσιν, nempe Aesopum multam auri vim accepisse à Crœso, vt Delphis splendide sacrificaret, & Delphorũ singulis quatuor minas distribueret. Verum quum incidisset illi nescio quid dissidij cum Delphis, factum quidem fecit, cæterum pecuniam quam acceperat distribuendam, Sardis misit, Delphos indignos iudicans eo beneficio. Quamobrem irati, sacrilegij condemnatum præcipitarunt è rupe quam Hyampeiam vocant. Eo facto Deus indicauit terræ sterilitatem, & morborũ prodigiosorum vim instare. Proinde territi Delphi in publicis Græciæ conuentibus assidue per præconem clamabant, siquis esset qui pœnas Aesopi nomine de se vellet sumere. Tandem tertia generatione Samius Idmon aduenit, nihil affinis Aesopo, sed nepos eorum qui Aesopum Sami emerant: huic quum pœnas quasdam dedissent, malis leuati sunt. Indicat eodem in loco Plutarchus, dici solere quoties sero pœna datur.

Manum ferulæ subduximus. 64

De fera vindicta.

Et nos manum ferulæ subduximus, id est, nos quoque literas didicimus, & præceptorum opera sumus vsi. Nam antiquitus literatores discipulorum manus ferula cædebant. Est autem ferula fruticis genus, quo nõ aliud leuius: vt indicat Plinius libro decimotertio, capite 21. Græcis ῥαφὴ dicitur, vtilis ad fulciendos vacillantes ætate senes. Vnde & Baccho Silenóque facer, vt vino titubantes fulciat, nec oneret tamen. Est enim ligno durissimo foris, licet intus lignum non habeat. Hac exceptum ignem cœlestem poetæ fingunt Prometheũ deportasse in terras. Postremo hinc fiunt sceptra pædagogorum, vt Martialis appellat, quo terreant magis quam lædant. Notauit id elegantèr Columella in carmine,

Ferula quid.

Nec manibus miteis ferulas. Et ibidem,
-ferulæque minaces
Plantantur.

De his, qui ità edocti sunt.

Vnde manum ferulæ subduxisse dicuntur, qui desinunt in ludo literario versari, neque iam pueri discendi, sed vtcunque docti sunt. Iuuenalis in prima Satyra,

Et nos ergo manum ferulæ subduximus, & nos
Consilium dedimus Syllæ.

Hieronymus, Subduximus, accipere videtur pro eo quod est subiecimus, supposuimus. Sic enim scribit ad Domnionem. Et nos didicimus literas, & nos sæpe manum ferulæ subduximus. Nisi forte manum ferulæ subducere pueri dicuntur, quum metu plagæ subtrahunt manum. Est similis apud Græcos sermonis color. citatur apud Athenæum lib. 13. Timocles, Ἀλλ' ὁ ἐπὶ

Ἀσκητικὸν ἢ μανθάνειν γυμνὴ
Πλησίας λαβεῖν ἀνάγκην χρὴ νέου γε. id est,
-opus esse adhuc
Trepidare, & alapis cædi, & in teneras manus
Recipere plagas, res profecto sæua est.

Aeſopus

Ætnæus cantharus. 65

Ætnæus fœdus. Αἰτναῖος κάνθαρος, id est, Ætnæus scarabeus. De magnis & fœdis. Aristophanes in Pace,

Οὐκ οἶδ' ὅπως οὐκέτ' αἰτναῖον μέγας κάνθαρον.

Ætneum autem dixit quasi prægrandem: vel quòd in Ætna varij maximique scarabei sint: vel Ætnæum dixit, tanquam instar Ætnæ montis maximum. Porrò scarabeus insecti genus quòd è stercore vt nascitur, ita pascitur. Fabulis quoque ante proditum est, Ætnam vnum è Gigantibus præcipuum complexam fuisse, ac seruasse, ne cú reliquis periret fulmine. Vnde & illud,

Scarabeus.

Οὔτε τὸν ἐραστὴν ἐν αὐτῇ κεκλῆσθαι, ὅτι αἴτνα πολλῶν αὐτήν.

id est, Nec ignis cœlestis illum attigit, nec Ætna illum premit. Author Diogenianus.

Ex tua officina. 66

Nihil iam hac figura tritius, Ex tua officina, Ex aliena officina. Ex nostra officina depromi dicuntur quæ à nobis inuenta nostróque ingenio perfecta sunt: Ex aliena, quibus ab alio mutuo sumptis vtimur vt nostris. Nam officina locus vbi opifices suas exercent artes. Sumpta metaphora ab iis qui aliena opera in suis vendunt tabernis. Hoc quo longius traducetur ad res animi, hoc fuerit lepidius. vt, Hoc consilij qui non intelligat è tua prodiisse officina? Totum hoc negotij tuæ fuit officinæ.

Extra chorum saltare. 67

Ἐκτὸς χοροῦ ὀρχεῖσθαι, id est, Extra chorum saltare, dicitur qui dicit aut facit à re quam proposuit alienum aliquid. Etenim qui chorus agunt, certis limitibus certisque numeris adstricti mouentur, vt liberum non sit quò libet euagari. Quòd si quis discrepet a lege chori, ridiculus habeatur.

Ne aberrare.

Exordiri telam. 68

Pleræque metaphoræ quæ ducuntur à textrina, proverbij faciem præ se ferunt. Plautus in Bacchidibus, Exorta hæc tela est non mediocre omnino mihi. Idem in Pseudolo, Neque nunc quid faciam scio, Neque exordiri vnde occipias, habeas, Neque ad detexendam telam certos terminos. M. Tullius libro, De oratore dixit pertexere, pro perficere. Pertexe modo, inquit. Antonij, quod exorsus es. Rem enim quam ante consilioque instituimus, exordiri dicimur. Et reteximus quæ denuo refingimus. Item illud ad Herennium, Ego tela iam detexam ab exordio. Id est, ab initio vitæ explicabo qualis sis. Cognatum illi quod alio commemorauimus loco, Ea tela texitur. ὑφάσματα ἔσται, Pollux citat ex Græcis authoribus.

Ne parum firma suspicere.

In caducum parietem inclinare. 69

Prouerbiali figura, in caducum parietem inclinare dicimur, quum nitimur confidimúsque rei parum firmæ: ducta metaphora ab ædificijs. Hadrianus imperator de Commodo adoptato, & imperij successioni destinato dictitare consueuit, In caducum parietem inclinamus, & perdidimus quater milies sestertium, quod populo & militibus pro adoptione Commodi dedimus. Caducum autem parietem vocabat, quòd esset valetudinarius, & rebus gerendis inhabilis esse videretur. Item qui senis præsidio nititur, qui forma superbit, qui in caducis fortunæ bonis vitæ præsidia collocat, recte dicetur in caducum inclinare parietem. Huic proximum est illud Maronis, Æneid. 12.

In te omnis domus inclinata recumbit.

Scipioni arundineo innixi. 70

De iis qui nō nisi nocent, sed & nocent.

Ad eandem formam pertinet quod apud Hebræos in prouerbio fuisse videtur, Arundineo niti baculo, de eo qui spes suas figit in iis qui non solum non possunt esse præsidio, verumetiam noceant destituto. Siquidem arundineus scipio non modo non sustinet innitentem, verumetiam manum penetrat ac vulnerat. In libri Regum quarti capite 18. & item apud prophetam Esaiam cap. 36. ac rursum apud Ezechielem, capite 29. Ægyptus & Ægypti rex baculus arundineus dicitur, cuius fiducia bellum susciperetur. & futurum prædicitur vt is confractus non solum non fulciat innitentem, verumetiam manum illius perterebret. Non admodum absurdè ab illo quod alibi retulimus, Ficulnum auxilium.

Homo bombylius. 71

Bombylius, vespæ genus quid.

Βομβύλιος ἄνθρωπος, id est, Bombylius homo, dicitur verbosus, multique strepitus, cæterum inutilis. Bombylius Græcis, apis aut vespæ genus, à sonitu, sicuti videtur, appellatum: ingens, sed ad mellificium inutilis: fauos sibi nectit è luto. Est & ingens apis ac musca, quam à strepitu sic dixerunt. Hesychius addit βομβύλιος Græcis dici bullas, quas nasci videmus ex aqua: quæ mox euanescunt. Item bombylios dici poculi genus, quod paulatim extillante potu sonitum reddat in modum animantis, de quo dictum est quanquam & huic à bombo vocabulum. Apud Suidam quidam tibicinem pro bombylio βομβύλιον, dixit, addita litera ἀφ' οὗ καλεῖν βόμβυλον. Quin & M. Tullius Philippica tertia meminit cuiusdam Bambalionis, hominis nihili & impeditæ linguæ. Bambalio, inquit, quidam pater homo nullo numero, Nihil illo contemptius. qui propter hęsitantiam linguæ stuporémque cordis, cognomen ex contumelia traxerit. Hesychius aut Græcis βομβύλιος esse labris tremere. Nam id accidere solet hoc vitio linguę laborantibus, quemadmodum & frigore horrentibus. Quanquam autem hæc vox variis modis describitur, tamen eadem est origo. nimirum à sono titubantes loquentium, aut vehementer algentium. Adagium refertur apud Zenodotum.

Bombylion.

Bambalio.

βομβύλιος.

Buthus obambulat. 72

In stolidum.

Βοῦθος περιφοιτᾷ, id est, Buthus oberrat. De leuibus ac stolidis dicebatur. A moribus Buthi cuiusdam athletæ, qui vicerat in Pythis ludis. Huius meminit Cratinus ἀρχιλόχοις, teste Zenodoto. Meminit & Hesychius, indicans & Aristotelem alicubi de huius victoria meminisse. Fieri potest vt huic id nominis inditum fuerit ab edacitate, quòd solidos boues vorare soleat. Nam cognominatus est & Hercules βουθοίνας, quòd aliquando esuriens quendam è bubus. Theodamantis, quibus ille terram proscindebat, abductum, occidit, ac vorauit. Vnde videtur dici posse in edaces, hoc est βορεάους.

Bunas iudex est. 73

Lis nunquam explicata.

Bunas Atheniensis.

Βοῦνας δικάζει, id est, Bunas iudicat. In nonnullis codicibus scriptum est βυλίας, non βούνας, sed deprauate, ni fallor. Vbi lis in longum profertur, nec vnquam explicatur. Qui mos nunc est perditissimis aduocatis nostri temporis, vt subinde nouam reperiant causam producendæ litis, quo plus nummorum extorqueant à litigatoribus. Parœmia nata à Buna quodam Athenensi. Quum esset controuersia inter Calydonios & Eleos, vtrique rem ad arbitrium Bunæ detulerunt. Conuenerat autem vt à manibus temperarent, donec ille de negotio pronunciasset. Quod vbi sensisset Bunas, de industria audiebat quidem vtranque partem, cæterum per fictas occasiones rem in longum distulit, nec vnquam de lite voluit pronunciare. Author Mnaseas apud Zenodotum.

Bos sub iugum. 74

De laborioso negotio.

Βοῦς ὑπὸ ζυγόν, id est, Bos sub iugum, vbi quis assidue laborat aut vbi is quis laborioso inuolutus negotio. Ductum à bubus agricolis. Quin & hic erit locus vtendi, quum negabimus aliquem ad id trahendum negotij ad quod administrandum parum sit idoneus, sed eum qui sit aptus: quòd bos iugo ducendo natus videatur, non item canis aut ceruus. Proinde confine fuerit illi quod alio positum est loco, Bos clitellas. Recensет Zenodotus.

Tenui filo. 75

Tenui filo, pro Stilo subtiliori, minúsque grandiloqua oratione. Nam Rhetores treis faciunt orationis χαρακτῆρας, grandem, tenuem, & mediocrem. Sumpta metaphora à nentibus, aut certe à textoribus. Horatius, Epist. l. 2. ep. 1.

Crassiore filo.

Vberiore filo.

Filum orationis.

-tenui deducta poemata filo.

Ausonius ita oratione qua Gratiano imperatori de consulatu gratias agit. Tenuiori, inquit, filo, vt dicitur, deducta libauerim. Cui diuersum erit, Crassio filo, crassio te filo. M. Tullius lib. De oratore secundo dixit, vberiore filo, pro copiosius: & in Senectute, aliud filum orationis, pro alio dicendi genere.

Tenui vena, Diuite vena, Tenui canali. 76

Rem eandem aliis res dant metaphoris, quum aiunt, Paupere vena, benigna vena, diuite vena. Verùm antem appellant indolem, & vim genuinam ingenij: translatione ducta vel à fontibus, quorum alij angustiore vena manant: alij tanta vt flumen ingens efficiant. vel à metallis, quorum etiam venæ non genere tantum, sed & copia differunt. Simillimum his est quod ait Quin-

tilianus libro 11 Pleniore tamen hæc canali fluunt Vos Abani tumuli atque luci.

Ὑπερμαζᾶν. 77

Splendide vivere.

Μάζα Græcis genus est cibi è similà tritici, quod (vt apparet) in deliciis erat. vnde vulgari ioco dicebant *ὑπερμαζᾶν*, pro opiparè splendideque viuere, siue ob egregias mazas: siue quòd aliquid his etiam lautius inderent. Eam vocem Iul. Pollux lib. 7. indicat fuisse veterum, pro qua recentiores dixerint *κριθάς*, à iumentis ductum, quibus hordeum placentæ sunt. Illud mirum, quòd hoc verbum proferat ex Æschylo & Sophocle, cùm recentiorum esse dicat, nisi forte apud recentiores cœpit vsitatius esse quàm *ὑπερμαζᾶν*. Euplous ad Thalassierotem *ὑπερμαζᾷς, ὦ μείρακιον, ἐκείνου γάρ σε λαβέσθαι γυναικὸς δεῖ*, id est, Aut luxu diffluis, aut insanis. nam audio te captum amore mulieris maledicæ. Consimili forma dicebant *ματτυάζειν*, à Mattya cibi genere, quod Athenæus lib. 14. recenset inter secundæ mensæ delicias.

Nec propius ferire. 78

Aberrantes à proposito.

Οὐδ' *ἴσῳ βάλλειν*, id est, Ne propius quidem ferire, dicuntur qui procul absunt à scopo, multóque interuallo aberrant à re proposita. Sumptum est ab imperitis sagittarijs: cuiusmodi quum Diogenes ille Cynicus conspexisset, proximè scopum contudit: rogatus quid sibi vellet, Ne me feriat, inquit: innuens quàm procul illum tacturum potius quàm scopum. Ergo qui nimium aberrant à signo, οὐδ' *ἴσῳ βάλλειν* dicebantur. Perinde valet quasi dicas *οὐδὲν ὁμοιοῦσθαι*, id est, Nihil simile. *ἄνω σκωπτεῖν* dixit Homerus. Vsurpauit hoc adagium Plato libro de Republica nono, *ἡ ταῦτα δὴ πάντα πρὸς τύραννον τυραννίδα τε καὶ τυραννικὴν πολιτείαν παραβλητέον, τί ἐγγιοῦμεν, οὐδ' ἴσῳ βάλομεν*, Hæc quidem sanè omnia ad tyrannum collata, malitia miseriaque ciuitatis, haudquaquam accedùt ad scopum, vt prouerbio dici solet. Suidas admonet, è linguæ proprietate ductum prouerbium, velut & illud quod proximè sequitur. Huc allusisse videtur Lucianus in dialogo quem inscripsit *ὑπὲρ τοῦ εἰκόνος*, Μὴ δῆτα *ἀλλ' ὑπερβολὴν ἀξίων μισθοῦ λέγεις*, id est, Neque enim esse me tantis laudibus dignum, ne prope quidem. Item Aristides in Miltiade, *ὡς ἔστι ταῦτα οὐδ' ἐγγύς*, id est, Multum abest vt hæc ita se habeant. Ad quem hoc referendum in gregem illorum quæ commemorauimus alibi, *ἁμαρτάνειν*, & *Σφᾶς ἁμαρτάνειν*, & *Toto errare cœlo*, & *Tota errare via*.

Diolygium malum. 79

De ingenti malo, & diuturno.

Διολύγιον *κακόν*, id est, Ingens malum, ipsa loquendi figura prouerbialis est. Vtitur hoc adagio Plato in Theæteto, Οὐ *μακρὰ μὲν ἡ διολύγου φλυαρία*, id est, Haud longa quidem ac diolygia nugacitas. Apud Suidam referuntur hæc ex autore quopiam, Damascio opinor, *ἡ ταῦτα ἡ διολύγου φλυαρία δόξειν ἂν ἢ ἡ διὰ παίδων, ἐν ᾗ χαῦν ὄλλυν λεγόμεν, ἀλλὰ πάρα τὰ μεγίστα φλυαρεῖν*, id est, Nónne hæc vel maxima nugamenta videbuntur? Sane videbuntur, & quidem merito. non iuxta deliramenta, quæ vocant, anicularum, sed vitra maximas nugas. Chrysostomus aduersus ludæos oratione prima ait, *μόλις διολύγιον ὁλολύξαντες*, id est, Clare iubilantes vt vox procul queat exaudiri. Loquitur de pastoribus viso lupo inter se vociferantibus. Vocis originem bifariam indicant, *διολύγιον*, quasi *διὰ λύης*, quòd clamor nusquam non penetret. & *διολύγιον*, quasi *διολλύον*, id est perdens & exitium adferens. Dicitur autem prouerbium de eo qui malo quopiam ingenti ac diuturno tenetur.

Eadem tibi & Pythia & Delia. 80

Supremum opus.

Ταὐτά σοι *καὶ Πύθια καὶ Δήλια*, id est, Hæc tibi & Pythia & Delia. Quoties supremum aliquod opus significamus. Perinde quasi dicas, Hæc summa omnium quæ gesturus es in vita. Citatur adagium ex Menandro. Natum aiunt ab oraculo quodam, reddito Polycreti Samiorum tyranno. Nam is posteaquam Rhemeam insulam cepisset, eámque consecrasset Apollini, constitutis apud Delum ludis pulcherrimis, Delphos misit, consulturos vtrum oporteret eos ludos Delios an Pythios appellare. Respondit oraculum, ταὐτὰ σοι *καὶ Πύθια καὶ Δήλια*, futurum innuens vt propediem excederet è vita. idque euenit. Itaque res in prouerbium versa. Cæterum si scribas ταυτὸ, vertes eadem: si ταῦτα, vertes hæc. neque enim ad sensum magni refert.

Polycrati redditum oraculum.

Clauè findere ligna, & securi fores aperire. 81

Res propositæ.

Τῇ κανδύῃ τὸν ξύλα σχίζειν, τῇ δ' ἀξίνῃ τὰς θύρας ἀνοίγειν. id est Clauì ligna findere, securi vero fores aperire conatus. quum res præpostere geritur: veluti si quis liberos metu trudeat emendare, seruos beneficijs ibi adiungere. Aut si quis apud imperitos philosophicis rationibus agat, apud eruditos clamore & improbitate vincere conetur. Refertur à Plutarcho libello cui titulus *ὅτι πολυπράγμων*.

Bellerophontis literas. 82

De literis, quas quis ferat sibi perniciosis.

Βελλεροφόντια *γράμματα*, id est, Bellerophontis literas. Subaudiendum verbum aliquod accommodum sententiæ, adfert, aut aliud aliquod. Locus erit huic prouerbio quum quis literas velut commendatitias perfert, quæ contra ipsum sint descriptæ. Vulgo literas Vrias vocant. Neque dissimilis est historia apud Hebræos. De Bellerophontis literis huiusmodi tabulam commemorant Græci: Bellerophontes, propter occisum Belierum, Argos exilio mutàs, in Tyrinthem peruenit, Prœtique regis hospitio est vsus. Interim antea regis vxor, adolescentis amore correpta, cœpit illius animum ad stuprum sollicitare, & sui copiam obtulit. Ille vbi flagitium recusasset, videlicet hospitij religione permotus, illa prior occupans, versóque in odium amore muliebri, Bellerophontem apud maritum occultè defert, tanquam ab illo fuisset de stupro interpellata. Quod vbi perùasisset, quoad poterat, regis animum in perniciem iuuenis instigabat, semper ad suum rem occinens illud Homericum,

Τεθναίης ὦ Πρῖτ' αὐτὸς ἐναίσιμα Βελλεροφόντεω.
Aut morere Prœte, aut interfice Bellerophontem.

Prœtus itaque verè regio ingenio, & vt Homeri vtar verbo, *αἰδοιοπάτης*, velut officij causa Bellerophontem ad Iobaten hospitem mittit, additis literis velut in illius commendationem scriptis. In his mandabat Iobatæ vt iuuenem quoquo pacto tolleret è medio. Bellerophon (vt est minimè suspicax innocentia) literas acceptas reddit vt fuerant obsignatas. Quas vbi perlegisset Iobates, quo Prœto gereret mortem, aggreditur adolescentem honesto titulo perimere. nam hoc fermè malorum principum mos. Animum iuuenis suapte sponte ferocem, ad periclitandas vires gloriámque parandam inflammat. Ac primum persuadet vt cum Chimæra congrediatur. Id erat monstrum triforme,

Prima leo, postrema draco, media ipsa Chimæra.

Chimæra, quale monstrum.

Id est, Caprina specie. Hanc Bellerophontes equo insidens alato, telo confixit confecitque. Post alijs atque aliis periculis obiecit iuuenem, à quibus omnibus quum ille victor rediret, rex & vires admiratus, & ex euentu coniectans innocentiam, literas Prœti ostendit, generum ascíuit, ac moriens eidem imperij successionem tradidit. Itaque quisquis imprudens aut nunciat, aut facit quippiam quo se prodit, in eum rectè dicetur, Βελλεροφόντια *γράμματα*: aut quicunque sub officij prætextu lædit. Adagium recensetur à Zenodoto. Plautus in Bacchidibus, Tace, nullus homo dicit, hæ tabellæ te argunt. Quas tu attulisti, hæ te vinciri iubent. Aha Bellerophontem iam tuus me fecit filius: Egomet tabellas detuli, vt vincirer: sine. Effertur adagium in hunc etiam modum, Βελλεροφόντης *κατ' αὐτοῦ*, id est Bellerophontes aduersus teipsum. Lucianus in Apologia *ἀλλ' ὑπὲρ μισθοῦ συγγράφων, Κατὰ σαυτοῦ δ' Βελλεροφόντης γεγραφὼς τὸ βιβλίον*, id est, Qui Bellerophontes librum aduersus teipsum scripseris. Simili commento rex Pharnabazus imposuit Lysandro. Refert Plutarchus in ipsius vita.

Cano puram aquam turbans, nunquam inuenies potum. 83

Βορβόρου *ὕδωρ καμμίσγω μείγνυς, οὐκοῦ πίονται σύνες.* id est, *-si limpidam perrexeris*
Cano aquam spurcans, nunquam quod bibas inuenies.

De pulcherrimis quibusdè rebus admixta quædã turpissima.

Carmen est Trochaicum, quod nos hemistichio & carmine eiusdè generis expressimus. Dici solitum, vbi quis ea quæ sunt per se pulcherrima, cõtaminat admixtis iis quæ sunt turpissima. Veluti si quis poeticæ admisceat obscœnitatè, suo vtiq. vitio. nã ars per se syncera. Aut si quis theologicam eruditionem hæret eis opinionibus deprauet: aut spurcitia sermonis inquinet, aut prophanis cõtaminet literis. Aut amicitiã principis creberis offensis irritet. Conueniet in hos quoque quibus hæc vita grauis est: idque ipsorum culpa, quòd animi vitio, quæ per se molesta non sunt, molestissima adferre videantur.

videantur. Quod si adsit mensa fœlicis affectibus immunis, quicquid acciderit, voluptati futurum est.

Charetis pollicitationes. 84

Ἀπὸ Χαρέτου ὑποσχέσεως, id est, Charetis pollicitationes. Dicitur cum vbi quis facile ac benigne promittit: iuxta illud Nasonis,

Promittas facito, quod enim promittere lædit?
Promissis dato quicquid eripere potest.

Charet facili Natum autem adagium à Charete quodam Atheniensium duce, qui quo duis cuius postulabatur, ar non præstabat item quod receperat. Narrant & de Vespasiano filio quum admoneretur ne tam facilis esset ad pollicendum, quòd longè plura promitteret quàm præstare posset: respondit, non oportere quenquam ab imperatoris conspectu tristem discedere. Adagium refertur à Suida, nec dubito quin sumptum sit ex Aristophane.

Tit. Vespas. vox.

Cecum habitas. 85

De stupido. Κῆκον οἰκεῖς, id est, Cecum habitas. In stupidum & hebetem dicebatur. Cecos Euphyliæ ciuitas: cuius ciues ob vecordiam stultitiamque vulgo male audiebant. Iuxta Cecum vrbem fluuius erat cui nomen ἄνθος, id est, Anthemus. Quinquam Suidas, qui & ipse prouerbij meminit, Cecum posuit in Cilicia, non in Pamphylia. Vnde & vulgari sermone iactatum est, κάκιον ἔχειν Θεσσαλὸν ἐν Κιλικίᾳ, id est, Cecus ciuitas mentis inops. Quadrabat & in cœtum aut concilibulū hominū stultorū. Conuenit cū eo quod alias ostendimus, Ecoris casus. Adagium recensuit Zenodotus. Illud obiter admonendum, locum hunc in Suida depravatum habere in dictione κακὸν, & pro κάκιον ἔκειτο legendum esse κάκιστα οἰκεῖ.

Concilia stultorum.

Circulum absoluere. 86

Rem perficere omnibus omnibus. Τὸν κύκλον ἀποτελεῖν, id est, Circulum absoluere, est rem omnibus numeris omnibúque partibus perfectam reddere. Vnde & κυκλοπαιδεία dicta, quæ disciplinarum omnium velut orbem absoluerit, & ἐγκύκλιος παιδεία. Metaphora sumpta videtur à mathematicis, apud quos circularis figura perfectissima absolutissimáque iudicatur. Vnde illud sine causa laudatum carmen de sapiente.

Mundi instar habens, teres atque rotundus,
Externa nequid labis per lœuia iactet.

Omni numero. Consine illud, πρὸς ἀριθμῶν, id est, Omni numero. Ita Fabius in præfatione libri 8. Quam vt per omneis numeros & penitus cognoscere, ad summam scientiæ necessarium est: ita incipientibus simplicius ac brevius tradi magis conuenit, quod à musicis ductum videtur.

Calidam veruti partem. 87

Τὸ θερμὸν πρόσλαβε, id est, Calidam veruti partem. Subaudiendum, arripuit, aut simile quippiam: vbi quis per imperitiam negotij, ea parte rem aggreditur qua minimè tutum fuerat aggredi. Aut vbi quis ob inscitiam pro melioribus eligit peiora. Zenodotus ait huius adagij meminisse Sophoclem. Sumpta metaphora ab iis qui per imprudentiā eam veruti partem manu prehendūt quę calet: deinde offensi reiiciūt, & alterā partē appreheudūt. Non vtique quaq dissimile huic, ἁλοὺς πληγὰς τὸν σοφὸν, id est, Plicator ictus sapiet. quod alio loco retulimus.

Plicator ictus sapiet.

Titanicus aspectus. 88

Τιτανώδης βλέπειν, id est, Titanicum tueri, hoc est, vultu Titanico obtuери. Titanicum autem torvum vocant ac tetricum: ac cuiusmodi fuisse feruntur veteres illi Titanes. Lucianus in Timone, Κατεσείσας γοῦν τὴν πώγωνα καὶ τὰς ὀφρῦς ἀνατείνας, καὶ ἐμβλέψας τι τοιῶδε αὐτῷ, ἐχρῆν τιτανώδη ἔφασκεν, id est, Itaque promissa barba, & adductis supercilijs, secum murmurās nescio quid, accedit Titanico vultu aspiciens. Idē in Icaromenippo, οἷος μάλα φοβερῶς ἀπειλῶν καὶ τιτανώδη τὸν ἐμὲ ἐνέβλεπεν, id est, At Iupiter admodum terribiliter acriterque & Titanico me intuens vultu.

Thraces fœdera nesciunt. 89

Θρᾷκες ὅρκια οὐκ ἐπίστανται, id est, Thraces fœdera non norunt. Apud Thraces euenit vt natu maximus quidam iaculo per pectus adacto interierit. Vnde Ionibus & Æolibus veluti per ænigma dici cœptum, Θρᾷκες ὅρκια οὐκ ἐπίστανται, quòd natu grandibus honos magis debeatur apud hos qui legibus viuunt. Porrò Thracum barbariem & immanitatem perfidiámque satis arguit interemptus à Polymnestore Polydorus: hospitij iure violato. Et Euripides in Hecuba,

Ταχὺ γὰρ τῆς ἐμῆς μὲν ἔβας ἀφειδὴς
Ἥβης ἄλοχον πόσιν τ' ἀμφιπόλων τε πόδα. id est,
Impiaque orbatam hospitem reliquit ea,
Nouæ dominam ipsa cupido est grauis.

Thynnissare. 90

Θυννίζειν, Græci transferunt pro stimulare pungereque vel quòd hic piscis quo sit palato gustetur, pungi soleat: vel quòd ipse piscis aduras, pungatque contactu. Plinius libro 9. capite 15. rem auditu non iam memorat de thynno. Ait in mari animalculum esse perquam exiguum, granei magnitudine, scorpionis effigie: id se delphino, & ei qui gladius vocatur, crebro delphini magnitudinem excedenti, sub pinna affigit aculeo tantoque mortifero dolore, vt in naues impenumero exiliant. Athenæus libro Dipnosophistarum sepumo, prodidit, thynnorum genera, quos Athenienses thynnidas appellant, tubere ventrem pinnam affixā esse, quæ vocetur athera. Addit pisci nomen inditum ἀπὸ τῆς θύσεως, quòd impetu feratur, præsertim quum ictu aliquo concitus agitur. id quod ei accidit circa solstitium æstiuum. Id est animaculum in capite specie scorpij, magnitudine drachmæ. Quo malo fœ exagitantur, vt ex aquis subsiliant, non minus alte quam delphini. Atque huius rei testem addunt Aristotelē Lucianus in Ioue Tragœdo, Ἀπαγε θυννίδα τὸν ἀθάνατον ἢ πίονα, ἢ ὑφυδὴ παχὺν, id est, Apage thunnicum enthymema Neptune, & supra modum pingue. Rursum in eodem Dialogo, eadem verbum alludens: Εἰ πεμπάσεις ἰχθῦς ἀποπνιγησομένους, id est, si mea vobis ita expuncta sunt. Adagium recensetur à Diogeniano.

Stimulare.

Thynni differentia apud Plinium.

Citius vsura currit quàm Heraclitus. 91

Θᾶττον ὁ τόκος Ἡρακλείτου πορεύεται, id est; Citius vsura quam Heraclitus celerrimus currit. Admonet adagium abstinendum a mutua pecunia quæ credatur ad vsuram. nam opinione celerius recurrere diem vsurarium. Sumptum prouerbium ab Heraclito quodam celeritate currendi præter cæteros eximio atque excellenti: iuxta Doricam dialectum dictum est, Ἡρακλείτου & ὦρτο pro Ἡρακλείτου & ὦρτο. Videtur carmen fuisse trochaichum tetrametrum catalecton, paucis syllabis depravatis.

Abstinendum à pecuniæ fœnore.

Celerius quàm Butes. 92

Θᾶττον ὁ βούτης, id est, Celerius quàm Butes. Hoc adagio significabāt aliquid quamprimùm absolui, compendióque explicari. Quemadmodum solent ij qui & paucis vērbis, & iis truncè pronunciatis, longam sententiam significant. Aiunt hinc fuisse natum: Athenis inter picturas Stoæ porticus, depictus erat Butes quidam, atque ita pictus vt summa capitis pars cum oculis duntaxat videretur: videlicet vt spectator imaginaretur reliquum corpus tegi montis obiectu in quo ingrediebatur. In eius igitur pictura quoniam non multum operæ impenderat pictor, prouerbio iactari consueuit de his quæ facile perficiuntur. Autor Zenodotus.

De iis, quæ celeriùs dicta, quàm absoluta.

Lydus ostium clausit. 93

Λυδὸς τὴν θύραν ἔκλεισεν, id est, Lydus ostium clausit. De furacibus dicebatur, quòd Lydi non discederent nisi re quapiam sublata. Quòd si permittitur nobis diuinare (cur autem non permittatur in re tam vetusta, quum nec author exstet, nec interpres) malim accipere de iis qui rem quampiam obiectam aggressuri, furtum vel hominum lucri causa effugiāt. Allusit ad prouerbium, atque vtinam aperuisset etiam Plutarchus in commentario quem scripsit aduersus Colotem, Ἐμοὶ δοκεῖ, καθάπερ ὁ Λυδὸς, ἐφ' αὑτὸν ἀνοίγειν τὴν θύραν μᾶλλον, ἢ τοῖς πλείστοις καὶ μεγίστοις ἀφιλοσόφοις ἐπιχειρεῖν, id est, At mihi videtur quemadmodum Lydus aduersum seipsum, non vnam aperire ianuā, sed plurimis ac maximis difficultatibus Epicurū inuoluere. Nisi sicuti magis placet vt hic Plutarchi locus referatur ad illud quod alias dicetur, Vico Lydo negotiū nō erat. Hesychius meminit prouerbij, sed nihil addēs præter hæc verba, ἐπὶ τῶν μωραινόντων. de stultis furacibus. Verū hic prodidit nobis depravatā in aliis libris scripturam, legendúmque non ἔκλεισεν sed ἀπέκλεισεν, id est, mouit siue tentauit. Lydi enim imperiti dū non

De furacibus.

De iis, qui ob turpem rem, hominum lucrum effugiāt.

sine strepitu mouent ostium, sese produnt saepius. Κιναιδίζειν enim Graecis authore Suida, polysemon est. Ionat enim, καταβαίνειν ἐπὶ τὴν γῆν, venire, id est, mouere obdere pessulum, strepitum facere, attingere. Haec est autem praecipua furum ars, vt huc ingrediantur siue egrediantur, leuiter sonitu moueant ostium. Exhis iam liquet errare eos qui putant Plautum scribere, Lydus in meridie.

Lydus in meridie. 94

Λυδὸς ἐν μεσημβρίᾳ, id est, Lydus in meridie. In hominem ociosum aut etiam luxui pessimae hominis dicitebatur. Ferunt enim Lydos adeo libidine perditos fuisse, vt non tantum noctu vacarent voluptati Veneree, verum etiam per meridie lasciuirent, manibus foedum opus peragentes. Vnde λυδίζειν dicunt Graeci, pro Lydorum more vitam agere. De gentis huius luxu deliciisque multa commemorat Athenaeus li. 12. Meminimus alibi, nimirum in prouerbio, *Sybaritica mensa*, de conuiuio Sybaritico, in quo & Venus admittebatur.

Sybaritica mensa.

Caprarius in aestu. 95

Αἰγιὸς ἐν καύματι, id est, Caprarius in aestu. Consimilem habet sensum, videlicet intempestiuae libidinis, nam hic horas capratij, dum seductis gregibus in vmbra latitant, latiuire solui scribuntur. Zenodotus vtrunque refert adagium, & item Suidas. Potest ad quamuis voluptatem accommodari non in tempore suscipiatur.

Intempestiua libido.

Lydus cauponatur. 96

Λυδὸς καπηλεύων, id est, Lydus cauponatur. In effeminatos & voluptatibus addictos iaciebatur. Ex huiusmodi natum historia tradunt: Cyrus rex deuictis Lydis imperauit, ex consilio Croesi, vt cauponiam exercerent, neque tractarent arma, sed vestes ad terram vsque demissa vterentur, quo ocium & mollitiem indicabatur ad eum modum velut in foeminas transformati, ad rebellionem fierent inutiles. Herodotus lib. 1. tradit, Lydos primos omnium cauponas & institores extulisse. Hesychius tradit ab his inuenta spectacula, & hinc Romanos discisse ludos. καπηλεύειν Graecis propriè dici qui vendunt cibaria. Prouerbium sapiunt & illa quae refert Suidas Λυδίζειν, seu λυδίζει, pro eo quod est, Lydorum more vino. Refertur à Suida.

Lydorum caryca. 97

Λυδῶν καρύκη, id est, Lydorum caryca, antiquitus appellabant quicquid esset opiparum, & variis conditum cupedis. Nam caryca cibi genus Lydij, ex multijugis lautitijs & sanguine confectum. Athenaeus Dipnosophistarum lib. 12. tradit, caryarum apparatum primùm repertum à Lydis. Effertur adagiũ integre ad hunc modum, Μήτε λυδῶν καρύκας, μήτε μικκὸν ἔπος, id est, Nec Lydorum caryces, nec flagrorum strepitus. Subaudiendum, volo, aut simile quippiam. Id est, nec blandimenta volo, nec contumelias, nec nimium blanda, nec rursum aspera nimium. de quo plura dicentur alias.

De opiparis cupedijs.

Lupinum potum. 98

Λύκειον πόμα, id est, Lupinum potum, dicebant vbi quis voluptatem suo periculo capitis emeret. Narrant duos erupisse fontes sacros Apollini, quorum alter vino scateret, alter meile: ad quos quum anes aduolarent, arcu feriebantur. Porro Apollo super cetera cognomina dictus est & Lucius, siue a luce quam aperit, siue à lupis interfectis. Authores Zenodotus & Suidas, admonentes penultimam esse circumflectendam. Nam λύκειον prima acuta, gymnasium est Athenis quod quidam à Pisistrato, quidam à Pericle constructum putant. Atque inde ortum prouerbium. Confinxit illi, Vt carnes à Nilo.

Voluptas mortis.

Lupi decas. 99

Λύκου δεκάς, id est, Lupi decas. Dictum apparet in eos ad quos nihoneti lucri pars aliqua, tametsi pusilla, rediret. Aut in eos qui largitionibus essent corrupti, aliosve corrumperent. Nam Athenis in foro vbi causae agebantur, Lycus quidam genius sculptus stabat, lupina specie. Apud hunc statuam, lycophantae pecunia corrupti verlari consueuerũt, vt iuit apud deum quempiam lui quaestus praesidem, eique in dies singulos triobolus secabatur: Authore Zenodoto. quanquam attigit & Hesychius. Suidas addit, lycophantas fuisse decem numero, veluti Decem viros referentes. Meminit huius Aristophanes in Vespis,

Inhonesti lucri pars.

Θεῶν εἴπερ ἀκούουσιν τῶν τοῦ Λύκου. id est,
Si quos simulachrum effere possit Lycus.

Erat hoc quaestus genus apud veteres inuisissimum, eorum qui ius vocabant, vt ex damnato dicta multe portionem aliquam praemij loco ferrent. Vnde & sectores dicti sunt & quadruplatores.

Genus quaestus inuisissimum.

Verba importat Hermodorus. 100

Λόγους ἐσμώδεις ἐμπορεύεται. id est,
Sunt Hermodori verba mercimonium.

In eum dicebatur qui praeter verba nihil adferret, quemadmodum Laches in Hecyra Terentiana Pamphilum filium rogat, num vnam duntaxat sententiam secum è Lemno reportasset. Aut in eos qui verba venduntpecunia. quod in poetas, aduocatos, fumi venditores, atque in id genus homines recte dici poterit. Natum aiunt ab Hermodoro quodam Platonis auditore, qui commentarios ab illo conscriptos in Siciliam deportare consueuerit, atque inibi venditare. Vnde Siculi, vt sunt dicaces, rem in prouerbium verterunt, dicentes. Hermodorum pro mercibus importare verba. Caeterùm sophistae & philosophi lucubrationes suas, λόγους appellant. Allusit haud dubiè huc M. Tullius libro Epistolarum ad Atticum 13. Dic mihi, placétne tibi primum ędere inuitu meo: Hoc ne Hermodorus quidem faciebat, is qui Platonis libros solitus est diuulgare, ex quo λόγους Ἑρμοδώρους. Porrò licet Cicero inutilium adduxerit prouerbium tamen si addas ἐμπορεύεται, constabit Graecus senarius. Hinc & λογέμπορος dictus, qui praeter verba nihil adfert.

Nihil praeter verba.

λογέμπορος

CHILIADIS SECVNDAE CENTVRIA SEPTIMA.

Pomarius Hercules. 1

Nomen magnificum, sed nullius potentiae.

Ἡρακλῆς Ἡραυλός, id est, Pomarius Hercules. Per contemptum dicebatur in eum qui nomen quidem magnificum gereret, caeterùm opibus nullis nullaque potentia polleret. Ab euentu natum. Narrat Suidas, quum rusticus quidam Herculi bouem essent immolaturi, idque rupto fune profugisset, nec esset quod sacrificaretur: malum arreptum, suppositis quatuor ramis eorum vice, deinde additis alteris duobus ceu cornuum loco, bouem vtcunque sunt imitati: idque ridiculum simulachrum pro victima sacrificauerunt Herculi. Iulius Pollux libro de vocabulis rerum primo, tabulam aliquanto iocosius narrat, nempe ad hunc modum: Splenne est, inquit, apud Boeotos, Herculi malis rem diuinam facere. Quumque tam abesset Dei festum, & immolandae victimae tempus vrgeret (porrò hostia erat aries) quum ea seruus adduceretur, propterea quòd Atopus iuuenis ita subito creuisset vt tranuri non posset: pueri qui iuxta aram ludebãt, sacrificij ritum nihilominus peregerunt. Pulchro cuipiam malo quatuor stipulas vicae pedum addiderũt, rursum alias duas cornuum loco, imaginantes sese ad eum modum arietem immolare. Creditum est Herculem hac victima magnopere delectatum, proinde manasse apud Thebanos hunc morem, vt malis sacrificaretur Herculi. Cognomen hinc additum deo, vt Ἡρακλῆς μάταν, id est Hercules maiorum, vocaretur.

Verecundia inutilis viro egenti. 2

Αἰδὼς δ' οὐκ ἀγαθὸ ἀνδρὶ κακῷ ἐπιμάστιος εἶναι.
Ita legitur apud Homerum Odyssea ρ. Citatur à Platone in Lachete. ac mox,

Αἰδὼς δ' οὐκ ἀγαθὴ ἀνδρὶ κακῷ ἐπιμάστιος εἶναι. Apud Hesiodum item,

Αἰδὼς δ' οὐκ ἀγαθὴ κεχρημένῳ ἀνδρὶ παρεῖναι. id est,
Verum homini pudor haudquaquam conducit egeno.

Is versus in prouerbium abiit. Admonet autem abiiciendum pudorem quoties vrget necessitas. Est enim verecundia cum ad multa vehementer inutilis, tũ maxime quum res postulat, vt omnia nobis sint facienda.

Pudor abiiciendus, cum necessitas vrget.

velut

velut inutilis pudor est qui deterret à discendo quod turpe est nescire. Ac, vt ait Flaccus, incurata malus pudor vlcera celat. Idem alibi, Pudor, inquit, te malus vrget. Eodem alluſit Euripides in Iphigenia in Aulide,

Ὅμως δ' ὅσον γε δυνατὸν, αἰσχύνῃ χρεών. id est,
Verumtamen pudere oportet eatenus *Quoad licet.*

Homerus Iliados ω, scribit verecundiam seu reuerentiam plurimum prodesse, & eâdem officere plurimum,

-αἰδὼς δ' οἱ αἰδὼς
Γίγνεται ἠ' ἄνδρας μέγα ὄνειαρ ἠδ' ὀνίνησιν. id est,
Nec pudor ei illi, qui vel ladit vehementer,
Vel multum prodest homini.

Malus pudor. Et videre est nonnullos hoc inutili pudore præditos, qui corporis incommoda celare malunt, quam amicorum ope tolli. Quo ingenio fuisse legitur Apelles, cui & morbum & inopiam dissimulanti candidus amicus furtim sub ceruicale pondus auri submisit. Sed eorum multo maxima turba est, qui animi morbos & egestatem inutili pudore dissimulant. Atqui his ferè accidit, vt pòst malo in apertum erumpente, tum miserius, tum frustra erubescant.

Ventrem mihi obiicis. 3

Commemorantur & hi versus in Græcanicorum adagiorum collectaneis.

Τὸν γαστέρα μοι σφῶν φέρεις, κἀκίστην ὄνειδος ἀνθρώπου,
Ἣ πάντα μὲν ζαφερὸν πρήσσει καὶ ἀναιδὴς ἡ βαρεῖα. id est,
Ventrem mi obiectas, quo probrum haud pulchrius vllum,
Plenus is, et leuior: grauis idem vbi pendet inanis:

Menschum pro bruto. Equidem vbi prouerbium fit non video, nisi in hoc, κάκιστον ὄνειδος, quod apud Græcos prouerbij vice videtur vsurpatum. Euripides in Iphigenia Aulidensi,

Κἀμὲ γάμοις τ' ὀνειδ' ὄντ' ἀπώλεσας. id est,
Mihi opprobrasti probrum bonorum scilicet.

Aut in ea parte velut ænigmatica, Leuis quum plenus est, grauis quum inanis. Nam reliqua vasculo quo pleniora sunt, hoc sunt grauiora: quo magis inania, hoc leuiora. Contrà, venter quo distentior cibo, hoc leuior est, propter auctos excitatósque pastu spiritus.

Turpe silere. 4

Alterius exemplo, quis excitetur. Αἰσχρὸν σιωπᾶν, id est, Turpe silere. Hoc licebit vti quoties quis alterius exemplo extimulatur ad studium aut negotium aliquod suscipiendum. Aut natum, aut certè vsurpatum ab Aristotele, qui quum Isocrates rhetoricen doceret, æmulatione commotus, cœpit & ipse pomeridianis illis suis *desertum* dicendi artem docere: dicens illud, Αἰσχρὸν σιωπᾶν λέγοντα δὲ Ἰσοκράτην, id est, Turpe silere, loquente Isocrate. M. Tullius in opere De oratore, ostendit è tragœdia quapiam mutuasse Aristotelem, paucis immutatis, scribit enim hunc in modum, Aristoteles, quum florere Isocratem nobilitate discipulorum videret, quòd ipse suas disputationes à causis forensibus & ciuilibus ad inanem sermonis elegantiam transtulisset: mutauit repente totam propè formam dicendi suæ: verùmque quendam de Philoctete paulò tecus dixit. Ille enim turpe sibi ait esse tacere cum barbaris: hic autem quum Isocratem pateretur dicere. Ad Atticum lib. 6. Ego, nisi Bibulus (qui dum vnus hospes in Syria fuit, pedem porta non plus extulit quàm domo sua) admiraretur de triumpho, æquo animo essem. Nunc verò αἰσχρὸν σιωπᾶν. Hoc nunc quidam abutuntur, nihil existimantes turpius quàm silere, ne apud homines illiteratos parum eruditi parúmque diserti videantur. Vnde apud Lucianum præceptum illud ἀναμάθητον μήτε ἀγροικότερον σιωπᾶν, id est, Ne vnquam, inquit, propterea quòd apud imperitos is demum insans & imperitus habeatur, qui non perpetuo garriat.

Munerum animus optimus. 5

-ξυνὸν δὲ τὸ δῶρον ἄριστον. id est,
Verum in muneribus res præstantissima mens est.

Dantis animus potius, quàm donum spectandum. Græcis hemistichium Heroicum prouerbiale, quo significatur, in amicorum muneribus non esse spectandum rei missæ pretium, sed mittentis potius animum. Vt Xerxes ille aquam manibus haustam à rustico libenter accepit: & Christus viduæ numinulos omnibus diuitum muneribus prætulit. Et quidam monet exiguum munus à tenui missum amico, perinde vt maximum boni consulere. Plinius in præfatione, diuersa exsulit metaphora. Verùm & dis lacte rustici multæque gentes supplicant: & mola tantùm salsa litant qui non habent thura. Quin hodiéque tritissimum est, vt qui munus aliquod offerant, animum iubeant spectari, non rem. Refertur adagium à Phurnuto in opere De natura deorum.

Nescit capitis & inguinis discrimen. 6

In impudentiam. Qui eò impudentiæ vel excitatis potius deuenerunt, vt nullum prorsus faciant discrimen inter honestum ac turpe, hi nescire dicuntur quid interfit inter caput & inguen. Inter honesta corporis membra caput primum obtinet locum, ac proinde recte nudatur: quæ verò sub ventre sunt, vt inhonesta teguntur. Iuuenalis de muliere temulenta,

-quid enim Venus ebria curat?
Inguina & capitis quæ sint discrimina nescit.

Prouerbiali figura dictum videtur.

Multitudo Imperatorum Cariam perdidit. 7

Πολλοὶ στρατηγοὶ κερίαν ἀπώλεσαν. id est,
Multi duces deperdidere Cariam.

Licentia multitudinis, nihil pernicio-sius. Admonet senarius, nihil esse perniciosius licentia multitudinis, dum nulli paretur, sed pro sua quisque libidine rem gerit. Hanc Græci vocant ἀναρχίαν, malum penè tyrannide pejus, qua nihil potest esse pejus. Par autem malum est πολυαρχία cùm eo quod dicitur ἀναρχία. Idem docet Homericum illud Iliados lib. 2 quod ipsum in prouerbium abiit.

Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη· εἷς κοίρανος ἔστω. id est,
Multos imperitare malum est: rex vnicus esto.

Nam his verbis Vlysses milites tumultuantes (in quibus erat & Thersites) compescit. Eum Homeri versiculum vsurpauit Dion, quum videret Heraclidem moliri factionem. Author Aemilius Probus. Notum adagium à Caribus quondam florentissimis: postea per ciuiles seditiones eò redactis, vt etiam in vilitatis prouerbium abierint, quemadmodum alio docuimus loco.

Mus albus. 8

In lasciuum. Μῦς λευκὸς, id est Mus albus, apud Suidam: μῦς τευκὸς, id est, mus malus, apud Diogenianum. In hominem lasciuum & libidinis immodicæ dicebatur. Nam mures domestici, salacissimi sunt, præsertim albi. Aelianus mirum esse murium salacitatem, authorum testimonijs docet, lib. 12. cap. 10. atque inter multa illud addit, Epicratem in fabula quapiam quum mulierem significare vellet prodigiosæ libidinis, μυοπίαν appellasse. Citátque prouerbium, μῦς λευκὸς, ex Philemonis comœdia. Vnde receptum videtur vt inter amatoria blandimenta, quemadmodum passerculi, columbulæ, & id genus aliorum, itidem & muris cognomentum vsurpetur. Martialis,

Nam quum te murem, quum me tua lumina dicunt.

Facies tua computat annos. 9

In vetulam, qui tamen vt iuuenis lasciuiat. Prouerbiali nimirum schemate dictum à Iuuenale in veterulam, iam ξωγρὸν quidem, & ad Veneris lusus prorsum intempestiuam, sed quæ verborum nequitiis puellam etiamdum ageret.

Facies tua computat annos.

Hoc est, frontis rugæ, numerum annorum tuorum præferunt, quanquam libido nondum in te consenuit. Congruit huic apologus de crocodilo, cui iactanti maiorũ suorum claritatem, & primas in certaminibus partes, vulpes ad hunc modum respondit: ἀρχὴ, κἂν μὴ σὺ λέγῃς, ἀλλ' οὐκ ἀγνοῶ γὰρ φαίνῃ μοι καὶ πατρῶν ἐσθλὸς καὶ γνησιωτάτου· id est, Quin etsi tu non dixeris, tamen ipsa pelle præ te fers quòd multos iam annos in certaminibus sis versatus. Habet enim hoc animal cutem ceu laminis quibusdam durissimis aduersus omnes ictus armatam. Martialis in quendam qui affectabat etiamnum videri puer,

In te inquit, reclamat sed tua barba: vir es.

Phœnice rarior. 10

Perquam rara inuentu. φοίνικος σπανιώτερος, id est, Phœnice rarior, De rebus aut etiam hominibus inuentu perquam raris. Natum adagium à fabula phœnicis auis, de qua scribit Plinius libro 10. cap. 2. Et ante omnes nobilem Arabiæ phœnicem, haud scio an fabulosè, vnum in toto orbe, nec visum magnopere. Aquilæ narratur magnitudine, auri fulgore circa colla, cætera purpureus, cæruleam roseis caudam pennis distinguentibus, crista faciem, capútque plumeo apice honestante. *Phœnix, auis.* Commemorantur hoc loco, & alia quædam de phœnice prodigiosa, quæ quoniam ad prouerbij sententiam nihil attinent, cui libebit, inibi legenda relinquo. Ouidius in Transformationum lib. 15. sub persona Pythagoræ.

Vna eſt quæ reparet, ſeque ipſa reſeminet ales:
Aſſyrij Phœnica vocant. nec frugibus, nec herbis,
Sed thuris lachrymis & ſucco viuit amomi.
Hæc vbicunque ſuæ complerunt ſecula vitæ,
Ilicis in ramis tremulique cacumine palmæ,
Vnguibus & duro nidum ſibi conſtruit ore.
Quo ſimul & caſias & nardi lenis aristas,
Quaſſaque cum ſuauis ſuburanit cinnama myrrha,
Se ſuperimponit, finitque in odoribus æuum.
Inde ferunt, totidem qui viuere debeat annos,
Corpore de patrio paruum phœnica renaſci.
Quum dedit hunc ætas vires, onerique ferendo eſt,
Pondere tot nidi ramos leuat arboris altæ,
Fertque pius cunásque ſuas patriumque ſepulchrum.
Pérque leues auras Hyperionis ædè potitas,
Ante fores ſacras Hyperionis ædè reponit.

Extat de phœnice carmen & Firmiani Lactantij non inconcinnum, per Musas, neque faſtidiendum.

Non eſt laudandus, ne in cœna quidem. 11

Οὐκ ἐπαινετὸν, οὐδ' ἐν ἑορτῇ. id eſt, Non queas laudari, ne in parentalibus quidem. In hominem dicebatur vehementer illaudatum. Antiquis mos erat, præſertim Atticis, in cœnis funeralibus, quas Græci ἐπιδείπνα vocant, encomiis, epiceduis & epitaphiis laudare vita defunctum: etiamſi parum meruiſſet in vita. Siquidem, vt inquit Ouidius,

Paſcitur in vitas liuor, poſt fata quieſcit.

Vnde fit vt viuos nonnunquam merita laude fraudemus, mortuis etiam immeritam tribuamus. Feſtus Pompeius docet, antiquitus ſolere conduci mulieres quæ in funere non ſine laudibus lamentarentur vitam defuncti, aliiſque lamentandi modum præirent: vnde & præficæ dictæ ſunt, quaſi præfectæ citatque Nævij teſtimonium. Præfica. Hæc quidem mehercle, opinor, præfica eſt, quòd antiquitus mos fuiſſe videtur, vt in compotationibus aliquorum, etiam viuentium, laudes decerentur. Quemadmodum apud Platonem Alcibiades Socratis encomium refert, & apud Plutarchum, Alexandrum Magnum laudat Calliſthenes. Eiuſmodi verò laudes nó admodum ſpecioſæ videbantur, vt inter pocula decantatæ. Nec abſurdum arbitror ſiquis ad priſcorum conſuetudinem referat parœmiam, qua fieri ſolet, vt in cõuiuiis citharœdus aut deorum aut inſignium virorum facta cantaret. Velut apud Homerum in omnibus fermè conuiuiis. Apud Virgilium item, Aeneid. 1.

-cithara crinitus Iopas Perſonat aurata.

Tametſi hæ quoque laudes plerunque ad auditorum gratiam fingebantur. Adagium refertur à Diogeniano.

Pedibus in ſententiam diſcedere. 12

Quid ſit pedibus in ſententiam diſcedere, & quid Pedaria ſententia, ſatis explicuit Aulus Gellius lib. 13. cap. 18. Id ſi transferatur ad quamlibet alienæ ſententiæ comprobationem, prouerbij formam accipiet. Veluti ſiquis dicat, Non eſt viri prudentis, quicquid vxori libuerit, protinus in illius ſententiam pedibus diſcedere. Aut, Par eſt vt affectus in rationis ſententiam pedibus diſcedat, non contrà. Ego verò in tuam ſententiam manibus pedibúſque ac toto corpore diſcedo. Tranſlatum eſt à veteri conſuetudine, quæ ſeruari conſueuit quoties ingens erat turba, ſuffragia ferentium. Liuius decadis primæ, lib. 7. Vbi ſententiam meam vobis peregero, tum quibus eadem placebunt, in dextram partem taciti tranſibitis. Quæ pars maior erit, eo ſtabitur conſilio. Et aliquanto poſt, Quibus hæc ſalutaria videntur, agite dum in dextram partem pedibus tranſite. Omnes tranſierunt, vadentémque per intermiſſa cuſtodiis loca Decium ſequuti ſunt. M. Tullius Philippica 11. Dixit tamen, ſiquis eorum qui poſt ſe rogati eſſent, grauiorem ſententiam dixiſſet, in eam ſe iturum. Idem in epiſtola ad Lentulum. Perſpiciebant enim, in Hortenſij ſententiam multis partibus plures ituros, quàm aperte Volcatio aſſentirentur. Ibidem, Frequentes ierunt in alia omnia. Idem Planco, Frequens cum ſenatus reliquit, & in alia omnia diſceſſit. Hæc ratio ferendorum ſuffragiorum, diſceſſio dicebatur. Plinius nepos epiſtol. lib. 1. Adriano, Sed quum fieret diſceſſio, qui ſellis curulibus aſſiderant, in Cornuti ſententiam ire cœperunt. Tum illi qui ſe collegæ adnumerari patiebantur, in diuerſum tranſierunt. Qui ſententias interrumpebat, intercedere dicebatur. Intercedere. T. Liuius lib. Ab vrbe condita 9. Quum omnes laudibus modo proſequentes virum, in ſententiam eius pedibus irent, tentato paululum interceſſio eſt. Idem Ab vrbe condita 5. In quam ſententiam quum pedibus iretur, cæteri tribuni militum nihil contradicere. Plinius maior lib. 2. cap. 7. nonnihil nouauit ſermonis formam, Sedere, inquiens, cœpit ſententia hæc, paritérque & eruditum vulgus, & rude in eam curſu vadit. Vehementer ac præcipitanter aſſentiri, dixit Curſu vadere in ſententiam. & Sedere dixit pro placere. Nam Flauius Vopiſcus in vita Aureliani Imperatoris, indicat & manuum porrectione ſententiam alienam comprobari ſolere. Sic enim ſcribit, Deinde aliis manus porrigentibus, aliis pedibus in ſententiam euntibus, pleriſque verbo conſentientibus, conditum eſt ſenatuſconſultum. Tale quiddam ſenſit & Salluſtius in bello Catilinario quum ait, Silanum poſtea permotum C. Cæſaris oratione, pedibus in ſententiam Tiberij Neronis iturum ſe dixiſſe: cæteros verbo, alios variè Cæſari aſſenſiſſe. Quintilianus dixit, Manibus pedibúſque in ſententiam diſcedere. Porrò qui vultu quoque ac geſtu ſignificant ſe aſſentiri, toto corpore in ſententiam dicuntur. Suffragiorum genus quod porrectis manibus peragitur, Græci vocant χειροτονίαν & χειροτονίαι. quam vocem vſurpant & Iatinæ literæ. vt 2. Cor. 8. χειροτονηθεὶς. Quinetiam ſubſcribere ſententiæ, ſubſcribere iudicio, ſubſcribere voluntati, ſuffragari, refragari, atque id genus aliæ metaphoræ quoties longule trahuntur ab oratione ſimplici, in prouerbij ſpeciem paulatim abeunt.

Curſu vadere in ſententiam.

Manum porrigere.

Suſtine & abſtine. 13

Epictetus Cynicæ ſectæ philoſophus vniuerſa philoſophorum dogmata, quæ ad humanę vitæ pertineant fœlicitatem, quæque tot voluminibus vix explicant cæteri, duobus verbis abſolutè complexus eſt, quę iam olim prouerbij vice celebrantur à doctis: digna profecto quæ omnibus parietibus, omnibus columnis inſcriberentur, omnibus anulis incalpantur. Ea ſunt huiuſmodi, ἀνέχου καὶ ἀπέχου, id eſt, Suſtine & abſtine. Quorum altero monemur, vt aduerſa fortiter toleremus: altero, vt ab illicitis temperemus voluptatibus. Referuntur in Noctibus Gellianis, libro 17. cap. 19. Apud Athenæum refertur hoc carmen, tacito authoris nomine,

Ἀγαθὸς αἰὲν λέγετ' ἀεὶ φέρων πήραθεν.
Ἀγαθὸς ἀεὶ τις ἦ ὁ φέρων κἀγὼ κακός. id eſt,
Bona quiſquis aſſert, vir bonus vocabitur:
Bonus erit & ille qui mala pertulerit bene.

Naturam expellas furca, tamen vſque recurret. 14

Quum videam à Græcis quædam velut obtorto, quod aiunt, collo in prouerbiorum aceruum trahi, cur ego vereas eiuſmodi recenſere, quę præter adagij figuram, ita venuſte dicta ſunt, vt venuſtius dici non poſſint? Quod genus eſt illud Horatij in epiſtolis, 10. ep. lib. 1.

Naturam expellas furca, tamen vſque recurret.

Senſus eſt, haud facilè dedici quæ nobis natura penitus indidit atque inſeuit. Quod ſiquando vi fit, vt vel metu, vel pudore, vel alia quauis cauſa perſonam alienam ſumamus, facilè per occaſionem redimus ad mores naturales. Velut qui metuunt peccare, non virtutis amore, ſed formidine fuſtis, ſimulatque tollitur fuſtis, recurrunt ad mores priſtinos. Et Terentius, Si ſperat fore clam, rurſus ad ingenium redit. Ducta eſt metaphora à ramis, qui appoſita furca torquentur aliò quàm natura poſuerat: qua ſublata, rurſum vergunt eodem quò prius. Pindarus in Olympiis hymno 11. eandem ſententiam aliter extulit, κ' ἀθάνατον ὄντ' αἶνον ἀμύσσοις οὔτ' ἐρίβοιαι λέοντες ἀγκλαίξαντα νῖκᾳ. id eſt, Nam ingenium natiuãque indolem nec aſtuta vulpes, neque prævalidi leones mutare quiuerint. Quantumuis enim ictures leonem, ſemper redit ad genuinam feritatem: neque vulpes vnquam obliuiſcitur fraudulentiæ natiuæ, quantumuis manſuefacta. Idem in eodem opere hymno 13. ἄμαχον δ' ἀρίδηλα πανσοφοῦ ὄφις, id eſt, Difficile eſt occultare natiuos mores. Item Horat. Serm. li. 2. Satyra 7.

Sedere.

Curſu vadere in ſententiam.

Manum porrigere.

-tolle periclum,
Iam vaga proſiliet frenis natura remotis.

Vix diuiſci, quæ à natura ſunt nobis inſita.

Nauis annoſa haudquaquam nauigabit per mare. 15

Ναῦς παλαιὰ πίνυ ἐκ πόνου, id eſt, Nauis anci-

qua

Senum imbecillum.

qua non nauigabit per mare. Congruit in eos qui iam ob ætatis imbecillitatem ad res arduas obeundas sustinendáque pericula parum sunt idonei, ac primum ipsi pereunt oppressi negotiorum magnitudine, & in discrimen adducunt quorum res agitur. Nota est allegoria. Refertur adagium à Diogeniano.

Nisi pater esses. 16

De re stulta commisso.

Εἰ μὴ πατὴρ ἦσθα, Ni pater esses. Hoc vulgo dici cõsueuit, quoties honoris aut metus causa contrarium reticebant, & conniciendum relinquebant. Plenè sic effertur,

Εἰ μὴ πατὴρ ἦσθ', ἄλλον ἄν σε φαύλον ἐκάλουν. id est,

Ni esses pater, te sæpe dicerem haud bene.

Est autem versus hic in Antigone Sophoclis. sunt enim Hæmonis verba Creontem patrem obiurgantis, quòd sponsam filij pararet occidere. Itaque quoties senis, aut potentis, aut alioqui venerandi sententiam nobis haudquaquam probari significabimus, cui tamen honoris causa nolimus refragari: veluti si quis opinionem Aristotelicam apud Peripateticos tecte damnare volet, loquetur ad hunc modum, Hæc sententia habet grauissimum authorem. Fortassis enim fas non est ab Aristotele dissentire. alioqui εἰ μὴ πατὴρ ἦν, hoc est, nisi authoritati deferrem, habeo quo refellam. Quod si mutulum efferas, pusillum etiam habebit gratię. Refertur à Diogeniano.

Magnum os anni. 17

Animosiores, quòd fortunatiores.

Μέγα στόμα τῦ ἐτέων, id est, Magnum os anni. Dicebatur quoties vberior rerum prouentus, aut vilior annona animos & loquendi libertatem adderet, alioqui timidioribus. Solent enim rustici magnificentius loqui, largiúsque policeri, spe prouentus vberioris. Refertur à Suida. Non admodum dissidet ab illo, Fœnum habet in cornu. Item illo, Argenti fontes loquuntur.

Megaricæ sphinges. 18

Scortæ sphinges.

Μεγαρικαὶ σφίγγες, id est, Megaricę sphinges, ita scorta quędam vulgus olim appellabat: siue quòd vulgò molles sphinctæ θῆλυ τὸ σφίγγιον dicuntur apud Græcos: siue quòd apud Megarenses nutrix sphinx appelletur: siue quòd Megarensium mores improbi fictique, & populari conuitio quondam notati fuerint. Vnde Aristophanes in Vespis, risum Megaricum, de quo dictum est alibi, taxat,

Μισῶ γὰρ αὖ μαγαρικὸν ἐπιπαρμένον. id est,

Sed ut Megaricos vnius mihi cælos oculos.

Suidas refert & hunc versiculum, sed tacito (vt solet) authoris nomine,

Ἀλλ' ἔστι ἡμῖν μαγαρικὴ τις μηχανή. id est,

Nobis adest Megarica quædam machina.

Risum ieu iocum Megaricum, intelligit mollitiem Megarensium. Refertur in collectaneis Diogenianis.

Mellis medulla. 19

Bis factus.

Μέλιτος μυελός, id est, Mellis medulla. De re maiorem in modum suaui dicebatur. Vnde & Ennius apud M. Tullium, Marcum Cornelium Cethegum, Suadæ medullam appellat, ob singularem suaui loquentiam. Nam quod optimum est, id natura videtur intime recõdidisse. Vnde & illa passim obuia, In medullis, & Medullitus amare, non dissident à simulachro prouerbiali. Huius est formæ τὸν ἴλαδες ἴχνος.

Medullitus.

Meliores nanciscī aues. 20

Aduersis prosperæ succedunt.

Ἀμείνονα οἰωνῶν τυχεῖν, id est, Meliores nãcisci aues, dicuntur quibus post res aduersas succedunt prosperiores. Nam vt apud Latinos auis & ales interdum non animal, sed omen ipsum & augurium significat: itidem apud Græcos οἰωνὸς & ὄρνις. quum σημεῖον non eodem accipiatur modo: quemadmodum indicat Eustathius in primum Odisseæ librum. Horatius in odis.

Mala ducis avi domum. Idem alibi,

Mœsta carmina alite. Homerus Iliados ω.

μαλ' ἐμοὶ αἰπὺ

Ὄρνις δὴ μαλέοιο κακὸς πέλεν. id est,

Hisce mihi ne tu fueris mala in ædibus ales.

Rursum eiusdem operis, μ,

Εἷς οἰωνὸς ἄριστος, ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης. id est,

Optimum id augurium est, patriam vt tute tueri.

Laborauit autem hac superstitione antiquitas, vt in magnis rebus aggrediundis, auium occursus obseruaret. neque defuerunt qui eam velut artem profiterentur. Atque hinc apud Romanos augurum collegium. Iam penè exposita est apud Christianos huius professionis superstitio: sed ita vt in eius locum successerit malum prope pestilentius, atque adèo conduplicatum, nempe horum qui ex astris futura prouidicunt. & aliorum qui numinis afflatum mentientes, apud credulam & indoctam plebeculam prophetæ volunt haberi. Atqui nusquam est vitiosior inuentus quibus imponant. Imponunt enim non vulgo tantùm, verumetiam ipsis regibus & orbis moderatoribus.

Diuinatores apud christianos.

Aliud genus remi. 21

De rebus nouis & inusitatis.

Ἄλλο γένος κώπης, id est, Aliud genus remi. Dicebatur olim, vbi quispiam res nouas & antea vsitatas induceret. Aut vbi quis, veteribus moribus pulsis, nouum & inusitatum vitæ genus institueret. Hunc ortum aiunt, quòd Hercules, quum ad hones Erythræas nauigaret, leonis exuuio carbasi vice, clauæ mali loco, pro rudentibus pharetræ loris, pro remo arcu, denique pro nauigio lebete vsus. Quod inusitatum profectò nauigandi genus quum vidissent accolæ, acclamabant, ἄλλο γένος κώπης. Refertur in Plutarchi collectaneis.

Clamosior lauro ardente. 22

Μείζονα βοᾷ δάφνης χλωρᾶς καιομένης, id est, Magis vociferatur quam laurus viridis incensa. propterea quod laurus adhuc virens in ignem conecta, maximos crepitus edit. Vnde & in malchetis amatorijs incendi consueuit, tanquam amantium querimonias repræsentans.

Daphnis me malus vrit, ego hanc in Daphnide laurum. Refertur à Diogeniano.

Nunc leguminum messis. 23

De re temestiua.

Νῦν ὀσπρίων ἄμητος, id est, Nunc leguminum messis. i. Nunc tempestiuũ hoc aut illud agere. Veluti si quis admoneat iuuenę, nũc adesse tempus præclarę gloriæ parandæ eruditioni, parandis opibus idoneum, dicat, νῦν ὀσπρίων ἄμητος. Sumptum à rusticis, qui tum maximè vigilant, nec sinunt illud tempus per otium perire. Recenetur à Diogeniano & Suida.

Nunc dij beati. 24

In scelerates.

Νῦν θεοὶ μάκαρες, id est, Nunc dij beati. Vox erat velut adgaudentis & adgratulantis, quoties nocentibus supplicium meritis dignum contigisset: perinde quasi diis & iucũdum & honestum sit vt scelerati dent pœnas. cõtra probrosum si viris improbis res secundæ sint. videlicet iuxta sententiam illam prouerbialem,

Θεοῖς δ' ὄνειδος τοῖς κακοῖς δεδαιμονεῖν. id est,

Probrum est deo, si res malis flat prospera.

Siquidem hinc aiunt collegerunt nullos omnino deos esse.

Ordinem deserere. 25

De eo, qui suo officio defit.

Λιπεῖν τὴν τάξιν, id est, Ordinem deserere dicitur, qui deest officio suo in re quapiam peragenda. Ducta allegoria ab iis qui stant in acie. Nam pœna capitalis erat, qui locum ab imperatore datum deseruisset. Vnde & desertoris vocabulum apud militares homines ignominiosissimum. Plato libro De legibus iubet, τὸν κατολιποστρατίαν τὴν φρουρᾶ, id est, qui excubias deseruisse, in foro propalam describi, infamiæ notæque causa: tanquam is quod in ipso erat, rempublicam omnem prodiderit, loco relicto. Aristophanes in Vespis,

φυλακὴν καθεύδειν νυκτερινὴν δεδεγμένους. id est,

Deserere nocturnam decet custodiam.

Lucianus in libello De mercede seruientibus, χρὴ δὲ σε καὶ αὐτὸν ἀεὶ ὁρᾶσθαι, καὶ παρόντα διαφερόντως ἀλλ' ἴσως ἐκφοβεῖ, παρεῖναι σαυτὸν ὀφθαλμῶν οὐ τῇ θεραπείᾳ, καὶ μὴ λιπεῖν τὴν τάξιν. id est, Necessum est itaque vt assiduè apud illum conspiciaris, neque desis vnquam quin diluculo surgas, téque in famulitio conspiciendum exhibeas, neque deseras ordinem. Simpliciter vsus est Isocrates in oratione De pace, ἀτιμότερον γιγνόμενοι τῆς τὰς τάξεις λιποντῶν καὶ ἀσπίδας ἀποβαλόντων. id est, magis infames fiunt iis qui ordinem deserunt, & clypeos abiiciunt. M. Tullius in epistolis ad Atticum, De præsidio decedere dixit. In Fimbus bonorum, Deserere præsidium. In Catone, De statione decedere: nimirum variè reddens quo Græci dicunt λιπεῖν τὴν τάξιν. Apud Athenæum libro primo Eubulus comicus refert hunc versiculum ex Archilocho,

De præsidio decedere.

Ἀσπίδ' ἥτις ἀμφὶ θῆκτος ὑστερῶ,
Τὴν ἐχέως τόμῳ καὶ τάξιν λιπών. id est,
Cessando cæsa quisquis immunis deest,
Hic idem in acie sæpiùs dejecit locum.

Deserere locum.

Æschines in Apologia obiicit Demosthenì, οὐκ ἐκλιπεῖν λειτουργίαν, id est, quòd illi dies esset dictus ob detertum ordinem: quem ἐγκαίειν probro dictum alias commemoravimus. At ille eum qui diem ipsi dixerat, ad extremum adegit diem, occiso eo Aristarchi præsidio, quemadmodum ibidem criminatur Æschines: Postremò Latinis. In sua classe manere dicuntur, qui non deserunt vitæ institutum: & Classem suam deserere, qui mutant.

In sua classe manere.

Ouium nullus vsus, si pastor absit. 26

Ἀναρχία pernitiosissima.

Πρόβατον οὐδὲν ὄφελος, ἂν ποιμὴν ἀπῇ, id est, Ouium nulla vtilitas, si pastor absit. Admonet adagiũ ἀναρχίας rem esse omnium pernitiosissimam. Nihil rectè faciunt ministri, nisi adsit herus. Inutiles discipuli, quoties abest præceptor. Inutilis populus, nisi principis authoritate gubernetur. Apparet senarium fuisse. nam paucis syllabis commutatis restituetur hoc pacto,

Πρόβατον γὰρ οὐδὲν ὄφελος, ἂν ποιμὴν ἀπῇ, Nam est,
Namque vsus ouium nullus, vbi pastor desit.

De huius animantis stultitia, quámque sibi sit inutile, ni pastoris cura succurrat, lege quæ alias ex Aristotele citauimus in prouerbio, Ouium mores.

Periculum prorè selis. 27

Selis.

Κίνδυνος ἐν πρῴρᾳ σέλις, id est, Periculum sella proræ. Quoties in re quapiam præcipuum periculum capúrque negotij esse significamus. Nam hostes expugnaturi nauim, in proram primum assultum faciunt. Selis autem, sella est quæ in proris esse consueuit, si Zenodoto credimus.

Impete peritum artis. 28

Βάλλ' εἰς ἔχοντα τὴν ἐπιστήμην, id est, Iaculare in eum qui nouit artem. Vbi quis conuitium homini facit, qui norit & ipse torquere conuitium: aut qui carpit velut imperitum, qui non inferior sit in artis scientia. Sumpta metaphora videtur ab iis qui iaculo aut saxo petunt eum qui calleat ictum vel declinare, vel in iaculantem retorquere.

Philippi Gallus. 29

In iactabundum vel iactum.

Φιλίππου ἀλεκτρυών, id est, Philippi Gallus. Hoc dicitari consueuit, vbi quis de leui quopiam facinore, perinde vt maximo, sese iactaret. Nam Alectryon dux quidam erat Philippi regis, quem Chares Athenienſis confecerit. Apparet autem Charetem hunc huius facti, nimium crebrò nimisque insolenter apud populum Athenienſem verba facere solere, vt hinc vulgò sit vsurpatum. Recenſetur apud Zenodotum.

Parit puella etiamsi malè adsit viro. 30

Τίκτει κόρη ὅταν κακῶς εἰδὼς πατήρ, id est, Parit puella, quum male etiam adfuerit viro. Dici conueniet quoties res facilè conficitur ex sententia, etiamsi negligenter & ignauiter gesta fuerit. Veluti puella propter ætatis fœlicitatem facilè gerit vterum, etiamsi cum viro nó admodum viro rem habuerit. non rem anus: imò bis virum requirit ætas affecta mulieris. Eam rem etiam Augustinus docuit veram esse. nam quæstionem quòd Abraham authore Paulo, Sarræ effœtus, tamen ex Cethura suscitauisse proles legitur, sic explicat, vt dicat illum Sarræ anui effœtum fuisse, Cethuræ puellæ fuisse virum. Egregium ingenium etiã sub malo & indiligente præceptore bonas literas assequitur: contra, si discipulus sit ὄνου λύρας, præceptor etiam optimus oleum perdit & operam.

Paſetis semiobolus. 31

Res stupenda.

Τὸ Πάσητος ἡμιώβολον, id est Pasetis semiobolus. De re noua stupendáque, & prætigiis similima. Velut quũ orator efficit vt eidem causſa primum optima, mox pessima videatur, res eadem maxima, ibidemque minima appareat: & quum sophistæ demonstrant eundem & asinum esse & hominem. Aut vbi quis asseuerat id factũ quod citra magiam aliquam fieri non potuerit, licebit ὑπομνῆσαι, Πάσητος ἡμιώβολον. Nec intempestiuiter, quũ dixeris, Quidam ita dant munus aliquod, idé vt mox arte quadam ad se retrahant. Traduxit, Pasetem quendam prætigiarum & magiæ peritia primum omnium meruisse. Is incantamentis quibusdam efficiebat vt repentè conuiuium omnibus instructum partibus adesse videretur: rursum, vbi libuisset, omnia protinus euanescant. Emebat autem frequenter, pretiúmque rei numerabat, verùm mox nummus non apud venditorem, sed apud Pasetem reperiebatur. Huiusmodi fermè tradit Suidas.

Ad calidum Cercopas.

Paruus semper tuus pullus. 32

Ye in qui affectant videri iuuenes.

Μικρὸς ἀεὶ ὁ σὸς πῶλος, id est, Paruus semper tuus pullus. Vbi quis ob statuæ breuitatem diu puer videri cupit. Conueniet & in hos qui tametsi natu grandiores, tamen verborum deliciis affectant videri iuuenculi. Aut quum ob amorem cascus cascam puppam vocat, & ipse vicissim puppus audit: quod alias indicauimus. Aristophanis interpres admonet, apud Græcos quod cuique vehementer charum esset, id pullum illius appellari solere. Blandimur autem verbis diminutiuis: eoque in equitibus quidam populo blandiens, appellabat illium διμοῦλον, id est, popellum. eóque mox audiit, οὐκ ἀπὸ μικρῶν ὄντως εἶναι φιλοπράγμων. id est, vt è pusillis blanditiolis beneuolus illi factus es. Parua vocat blanda: atque is vicissim audit, ἐφ' οὗ γὰρ αὐτὸν πολὺ μικροτέροις τοῦτο ἐθωπεύσαμεν. quòd ipse multo abiectius adulatus esset populo.

Sordidus ac tenuis pius ac tenuis.

Phaselitarum sacrificium. 33

Φασηλιτῶν θῦμα, id est, Phaselitarum sacrificium, tanquam vile, citraque sanguinem. Sordidum ac tenuem sumptum hoc adagio significabant, tradunt enim, apud Phaselitas Pamphiliæ gentem moris esse, vt picciculi salsi diis sacrificentur. Autor Zenodotus Eudemus item scribit, eos Caprodeo salsamentis rem diuinam facere: eiusque rei testem citat Callimachum. Finitimum est illi, sine fumo sacrum.

Peius Babys tibia canit. 34

Exercitatio quæ vergat in prius.

Κακιον Βάβυς αὐλεῖ, id est, Peius Babys cantat. Hoc adagium iaci consueuit in eos quorum exercitatio semper vergit in peius. Quod genus sũt oratores quidá, qui quo diutius dicũt hoc dicũt indoctius. Refertur autẽ ad huiusmodi fabulam: Ferunt Babym fratrem fuisse Marsyæ, qui non veritus est ipsum Apollinem ad canendi certamen euocare. A quo quum esset victus, ab eodem supinus de pinu suspensus, excoriatus est. deinde quum Apollo pararet Babym quoque perdere, intercessit Pallas, admonens hunc vique adeo infeliciter & indoctè tibias canere, vt omnino negligẽdus esse videretur, κάκιον inquiens, Βάβυς αὐλεῖ. id est, Deterius Babys tibias canit. Quibus verbis commotus Apollo Babyn adeò contempsit, vt eum ne supplicio quidem dignum existimaret, sed suæ potius inscitiæ iudicaret relinquendum. Vsurpabitur adagium & per comparationem, vt mentione facta de præceptore indocto, si quis de discipulo percontanti, hoc pacto respondeat, κάκιον Βάβυς αὐλεῖ. Neque verò repugnarium si quis hoc loco κάκιον accipiat pro miserius, vt sit sententia, Babym infœliciorem esse, dum indoctè canens, omnibus est ridiculus, quàm si tolleretur è medio. Meminit huius adagionis Athenæus libr. 14. ostendens dici solitum de iis qui in dies deterius canerẽt. Quanquam hic locus apud hunc authorem depravatus est in vulgatis exemplaribus, nisi fallor. Sic enim legimus, ἢ Κίων ἢ Βάβυς αὐλεῖ, id est, Et Cion aut Babys canit. Erroris ansam præbuit, quod paulò antè commemorans ineptos tibicines, quos Hipponax iambographus laceraſſet, nominauit Cionem, Codulum, & Babyn. In collectaneis quæ noster excudit Aldus, reperio, τὸν Βάβυ χορὸν, id est, Babys chorum, pro indocta parúmque modulata cantione, & fabulam adscriptam huiusmodi, Mæandro fluuio duo fuere filij, quorum Babys solitus est vnica tibia canere, Marsyas duabus, Phrygio more. Quum autẽ suum vterque chorum haberet, & Babys inscitè tractaret tibiam, frater eò insolentiæ iublatus est, vt Apollinem quoque præ se cõtemneret: á quo quum esset excoriatus, támque Babyi simulis pœna pararetur. Palladis intercessu exemptus est supplicio. Verum equidem suspicor scripturam esse depravatam, ac legendum esse, τὸν Βάβυ χείρω, vt sit idem cum eo quod modò retulimus.

Conuentus improborum.

Cercopum cœtus. 35

Ἀγορὰ Κερκώπων. id est, Cœtus Cercopum, de conciliabulo conuentúque versutorum & improborum hominum dicebatur. Narrant enim, Cercopes quosdam in Epheso fuisse, noxæ fraudulentiæ viros qui suis dolis conati sint ipsi Ioui imponere. Hos admonuerat mater ne in Melampygum incideremt: id quòd euenit. Ná post ab Hercule vincti sunt, iussu Omphales. Quidam aiunt, quosdam ob impostoras & malas artes, κερκώπας, quasi caudatos, appellatos fuisse apud Ephesios atque Athenienses. vt idem sit sensus huius adagionis, & illius cuius alibi meminimus, λύκου δικαίου. Torquet hoc conuitiũ

Æschines

Æschines in Demosthenem, ... id est, Aliquando fuisse cercopem, aut quod dicitur papalema aut palimbolum, ante hac nos fefellerunt: nunc verò nactus hunc omnis malitiæ expertem, didici. Videntur ... dictum vetus papalema & palimbolum fuisse lectata vulgi. Hesychius indicat ... dictum hominem ... id est, vafrum & malitiosum. Dicta apparet a ... quod est moveo (& ... per conduplicationem adiecta est) cuius futurum ... & ... subtilissima pars frumenti cribro excussa. Concutiendo fit vtrunque, sortitio, & frumenti purgatio: vnde ... sors, & ..., farina. Proinde qui fefellerunt in omissa, papalematis fœmate notari videntur. Simul aliquid suspicor ad voces. nam ... quatio & ... venor, siue in retia duco. Idem exponit multis verbis quid sit ..., nimirum hominem qui alterius nomine consilat, sed facilè in diuersum reuoluitur. Suspicor communem sumptum ab instrumentis ne arte confectis vt facile recurrant in diuersum: atque hinc detortum in hominem subdolæ fidei.

De formidolosis.

Ceruinus vir. 36

Ἐλαφηβόλος ἀνήρ, id est, Ceruinus vir, olim dicebatur formidolosus, & fugæ fidens magis quàm viribus. Cervus enim animal curlu pernicissimum, & in venatu pedibus sibi quærit salutem. Vide apud Homerum Iliados primo, Achilles, vt vir fortis. Agamemnoni, velut imbelli & ignauo, consilium facit ad hunc modum.

Οἰκοφθόρε, κυνὸς ὄμμα, ἴχνεσι μὲν σοφὲ πάντων.

Obiicit illi temulentiam, impudentiam in occupandis aliorum præmiis, & cor ceruinum, quòd ad congressum timidus esset. Aristoteles libro De natura animantium nono tradit, ceruo natiuum quandam inesse prudentiam, & quod viribus tueri non potest, id efficiat ingenio: parere enim iuxta semitas, quo videlicet tutior sit à belluis, propter hominum frequentiam. Deinde posteaquam peperit, inuoluerum statim exedit, ne deprehendatur, præterea himulum ducens in stabula, monstrat, & conuehicit quo debeat refugere, siquod immineat periculum, id aut esse taxum aut abrotonum.

Cerui sollertia.

Cercopissare. 37

Κερκωπίζειν (id est, Cercopissare) dicuntur, aut qui lasciuiunt, aut qui adulantur. Metaphora ducta ab animantibus quæ mota cauda adblandiuntur, vt Chrysippo placet, Suidæ tellet: vel qui molesti sunt, obturbatique & obstrepunt: vt vox declarat à Cercopibus illis Lydijs, quos Hercules, quòd sibi cum Omphale cubanti, petulantius obturbarent, simul ex insula vinctos de claua suspendit: quemadmodum retulimus in adagio, Ne in Melampygum incidas.

Lasciuientes: adulantes.

Vale charum lumen. 38

Χαῖρε φίλον φῶς, id est, Vale gratum lumen. Hoc apparet veteres dixisse olim, quoties extingueretur lucerna. Quæ quidem verba suspicor hoc magis in vulgi sensum abiisse, quòd iisdem vsi tus in tragœdiis, exituri è vita, velut Polyxena in Hecuba Euripidis, Iphigenia in suæ nominis fabula, Alcestis & Electra, alixque complures. Tametsi Plutarchus Conuiuialium quæstionum Decade 7. problemate 5. indicat dictum à quodam, qui amicos prodeuntes in conspectum, quum ipse vino, opinor, excutiret, χαῖρε, inquit, φίλον φῶς. Potest ad varios vsus accommodari paræmia. Siue quum nos significamus licentius agere velle nox autem tegit omne dedecus: & quoniam iuxta Naionem, pudore vacat, accommoda videtur in honestis ac flagitiosis actionibus quas eò Lucianus ... appellat. Huc alludit Aristophanes in Concionatricibus, quum mulierem volentem delinere virum, ita loquentem facit,

Vsus multiplex adagij huius.

... id est,

Ad vera vbique ridebo, hoc ipsum necessum

Dare charissima nobis amissa.

Siue quum relinquimus amicum rem interius adamatam. Aut quum significabamus nobis periisse rem longè charissimam. Siquidem diuus Ambrosius in homilijs quas conscripsit in Euangelium Lucæ, refert ad humanæ nodi fabulam. Theotimo cuidam quum graui morbo oculorum laboranti, incesserat interminati fuerant ne cum vxore rem haberet. Faceret, prorsus cæcitatem imminere. Verùm is libidinis impatiens, non potuit sibi temperare quin vxorem amplecteretur. Itaque quùm iam medio Veneris calore feruaret, & in mentem venisset medicorum interdictum, χαῖρε, inquit, φίλον φῶς. id est, Vale amicum lumen. Nimirum intelligens se voluptatem earu perbreuem oculorum dispendio emisse. Similis est apud Martialem fabula de Phryge quodam lu co bibone, cui quum interdictum esset à medicis ne biberet vinum, alioqui nihil visurum: protinus adueris pocuris,

Valebis, pecilo inquit, exitum requiro?
Venum Phryx, oculus bibit veternum.

Venias hospes quisquis profuturus es. 39

... id est,

Venias qui prodesse hospes.

Theopompus, citante Zenodoto, scribit hoc adagium ex Pompyi Regis apophthegmate profectum esse: nam is vbi Thessalorum ciuitatem subuertisset, & hospites quos imbi reperit, diuendidisset, per iocum dicebat,

... ἐλθὼν ἐλθέτω ὅστις θέλει.

Videtur ex oraculo aut poeta quopiam sumptum. Est enim hemistichium carminis Heroici. Admonet adagium, eorum demum aduentum esse gratum qui commodi quippiam afferunt.

Aduentus gratus quorum.

Ouidius.

Ipse licet veniat Musis comitatus Homerus,
Si nihil attulerit, ibis Homere foras.

Obolum reperit Parmetes. 40

Ὀβολὸν εὗρε Παρμήτης, id est, Reperit obolum Parmetes. Accommodari potest ad illos qui nouum aliquod excogitarunt præmium quo illectent. Natum aiunt à Calaidrato Athenensium Reipublicæ principe, cui cognomen additum Parmetes. Is enim mihitum vt in iudicijs & concionibus numuli quidam distribuerentur. Quam rem Comicorum inuectatio vertit in prouerbium.

Aperta musarum ianua. 41

Ἀνεῳγμένη μουσῶν θύρα, id est, Aperta musarum ianua. Hoc adagio conuenit vt quoties aliquem facili promptóque ingenio significamus, & in percipiendis optimis disciplinis celerem, quasi musis fauentibus, & haud grauatim suppeditatibus. Ediuerso, qui tardiores sunt, clausis Musarum ianuis discere dici poterunt. Aut figurando dicemus non oportere celare doctrinam, Musarum munus, sed candide citraque inuidiam impertire, tanquam lumen de lumine suppeditantes. Refertur à Zenodoto.

De ingenio prompto & facili.

Martis campus. 42

Ἄρεως πεδίον, id est, Martis campus. Suidas ex Alexandridis Pisandro citat. In eos torquebatur qui militari confidentia præditi viderentur, quique rem vi non iudicio gererent. non doctis dictis, sed pugnis: non ex iure manu consertum, sed improbis clamoribus. Et quibus res est in armis. quos Hesiodus eleganter composita voce χειδίκας vocat. Cæterùm in quo quis valet, id Græci campum illius vocant.

Argenteis hastis pugnare. 43

Ἀργυρέαις λόγχαις μάχεσθαι, id est, Argenteis hastis pugnare dicuntur qui, quum negotium alio pacto confici nequit, muneribus & largitione perficiunt. Nihil autem tam arduum quod pecunia non expiscetur. Quemadmodum eleganter dictum est à M. Tullio, actione in Verrem 2. Nihil esse tam sanctum, quod non violari: nihil tam munitum, quod non expugnari pecunia possit. Oraculum aiunt parœmiam ab oraculo quodam Apollinis Pythij, qui Philippo regi consulenti quo pacto posset victoria potiri, respondent ad hunc modum,

Ἀργυρέαις λόγχαις μάχου, καὶ πάντα νικήσεις. id est,

Argenteis pugna telis, atque omnia vinces.

Videlicet inuens vt quosdam largitionibus ad proditionem sollicitaret, atque ita consequuturum quæ vellet.

Archytæ crepitaculum. 44

Ἀρχύτου κρόταλον id est, Archytæ crepitaculum. In hominem vehementer garrulum & obstreperum iaciebatur. Archytas crepitaculi genus æreum excogitauit, quod pueris lusitantibus daretur, nequid interim ex vasis domesticis contingerent. Quemadmodum docet Aristoteles 8. lib. Politicorum. Suidas indicat Archytam fuisse Pythagoricum, Empedoclis præceptorem. Quanquam huius nominis referuntur aliquot, tamen consentaneum est hunc Tarentinum philosophum eius organi fuisse opificem, vtpote qui ferebatur in

In garrulum.

Archytæ mechanici.

mechanicis mirè præcelluisse. Cuius & columba lignea celebratur, ita ratione mathematica librata vt volaret. Quanquam Diogenes Laertius in Archyt. vita testatur, huius nominis & architectum fuisse quendam, qui librum quoque conscripserit de machinis. Columbæ meminit & A. Gellius lib. xiv. cap. xi. ex authoritate Phauorini. Sed vtrolibet ex hoc inuentum hoc Architæ philosophi fuit. Sed vtcunque fuit inuentum, contentiosum est, hunc modo quoddam organum fuisse quod sponte sponaret. Vnde non absurde torquebitur in eos qui tarditate vitio, quorum loco quamis de re & apud quoslibet quamuis garriunt. quos Græci λῆρος ἀμετρήτους, ἀκατασχέτους & πολυλογίους appellant, Latini garrulos, loquaculos, rabulas, blateroues & linguaces. in quos Euripides ferit

Ἀδολεσχίας γὰρ καὶ διαπτύξεως λίαν. id est,
Nō garrulitas & ineptiarum.
Verum ad rem quidam vtile minus habent.

Necnon Epicharmus,

Οὐ λαλίᾳ δεῖ νιν, ἀλλὰ τᾷ διανοίᾳ. id est,
Nihil valebat eloquendi virtus,
Verum prudentia haud erat tum opportuna.

Habebatur simile quiddam & apud Romanos: Citeriam appellabant. Erat ea effigies quædam arguta & loquax, quæ sidiculi gratia in pompa vehi solita sit. Vnde M. Cato in M. Cæcilium, Quid ergo dicerem amplius, quem ego denique credo in pompa vectitatum triumphi pro Citeria ad spectatoribus sermocinaturum? Ergo prouerbij speciem habebunt orationes huiusmodi. Citeria loquacior. &, Plus hoc mutam dicas Citeriam. &, Vnus cum inuitis Citeriis certare possit.

Citeriæ loquacior.

Aratro iacularis. 45

De improuidis, & omnia circumspectis.

Ἀπράγμων ἀκοντίζων, id est Aratro iaculari, dicuntur qui quippiam inconsulto facturi, haud prospicientes quid hinc posterum euenturum: aut qui suo magno incommodo conantur alterum lædere. Quisquis enim iacto aratro petit alium, is quo maiorem gerat iacturæ semetipse necessario priuat, cuius vsum paulo post sit desideraturus: Recensetur à Diogeniano. Translatum videri potest à bellicis temporibus, quibus vomeres, marræ & falcula, reliquaque agricolationis arma, in Martia distinguuntur arma. Plutarch. in comment. τοῦ ἀδυνάτου, vsurpat velut de re vehementer absurda. ὃ γὰρ ὁ πεζὸν ἀκοντίζων δεινὸς σκόπει, ἐγκρύφιος ἐπὶ λαγὼ κυνηγετῶν, δύστυχὴς ἐκ. id est, Neque enim is qui vult aratro iaculari, & boue leporem venari, est infortunatus.

Atticus moriens porrigit manum. 46

Ἀττικὸς ἀποθνήσκων παλάμην ἐκτείνει, id est, Atticus porrigit manum, etiam quum moritur. Hinc adagio locum fecit Athenienſium in muneribus captandis & auceupandis luctis insatiata cupiditas. Vnde & apud Aristophanem frequens locus in τὸν ἀεὶ δοκοῦντα. Author Diogenianus.

Argi colles. 47

Malis ingentibus implicatus.

Ἄργου λόφος. id est, Argi collis. Vbi quis ingentibus malis esset implicitus. Potest accommodari vel ad locum. vel ad negotium variis obnoxium calamitatibus. Natum aiunt a colle quodam, cui cognomen Argi, frequentibus homicidiis ac latrocinijs infami.

Asinus esuriens fustem negligit. 48

Ὄνος πυρῶν ἐπιθυμῶν ἀκοντίζεται. id est, Asinus esuriens fustem negligit. In eos cogit ut qui ventris compendijs quamuis contumelias perferunt. Refert Arist. in lib. Morborum tertio, ὅτι ὥσπερ οἱ ὄνοι ἀδηφάγοι εἰσὶν ἐπὶ τῶν τοιούτων. τυπτόμενοι γὰρ οὐκ ἀφίστανται τῆς τροφῆς. id est, Nam ita pacto & asini qui in cumulo ellent fortes: quod licet verberentur, non discedunt tamen à pabulo. Negans fortem esse censendum, qui quouis pacto tolleret incommoda. Alioquin asinos longe fortissimos futuros, qui dum esuriunt, nullis verberibus à pabulo diuelli queunt. Apparet ex Homero sumptum, qui tam eleganter describit asinum patientiam. Iliados, ν.

Asini patientia.

Ὣς δ' ὅτ' ἀπ' ἄγρου ἰὼν ἐπιβήσεται ἀμφὶς ἄπυρα
Νωθὴς ἀμφὶ δὲ οἱ ῥάβδοι ἀραιαὶ θραύονται,
Κέκμηκε δὲ βαθὺν ἀρόσας, ἐπὶ δ' ἔσσυται ἀμφὶς
Τέτμεν ἐπιστοβέειν, μὰλα δέ τε πολλὰ φορεῖται.
Σπουδῇ τ' ἐξελάσειεν, ἐπεὶ ἀέκητι γε φορεῖν. id est,
Vt quum per segetes ignauus transiit asinus,
Inutis puero, cui multus tergora circum
Iam crebrat fustis, neque segnius ille profundat
Ingressu sese, sed fesso corpore tardus
Cadentes fundo tandem ac postremus arato
Vertat ad extremum, vbi pœna expleuerit alnum.

Aut cucurbitæ florem, aut cucurbitam. 49

Ἢ κύπρου, ἢ κολοκύντης, id est, Aut florem, aut cucurbitam. Id perinde valet quasi dicas, Aut mortem, aut vitam, Aut lucrum, aut damnum, Aut victoriam, aut contra. Græci cucurbitæ florem κύπρον appellant. Incertum autem vtrum mox euanescat, an cucurbitam sit parturus. Proinde per florem, mortem aut triſtitiam spem significabant per cucurbitam, vitalem. Diphilus apud Zenodotum. ἐγὼ πρᾶγμα αὐτὸς τῶν σοι γενέσθαι θέλω παραχρῆμ' ὁλοκληρότατον ἢ κρῖνον, id est. Ipse tibi tenex intra septem dies exhibere volo cucurbitam, aut crinum. Id est, possum efficere, vt aut recte valeas, aut moriaris. Huic non dissimile est illud quod apud Homerum Odyssex δ', dicit spectrum apparens Penelopæ dormienti,

Ζώει δ' ἢ τέθνηκε τάχ' ἀμφαδὸν ἢ ἀπιθήσει. id est,
Is superet, an interit. nam vera loqui nouum est.

Vrbi aut mortem eſſe.

Et quod ad huius imitationem Horatianus dixit Tiresias,

O Laertiade, quicquid dicam, aut erit aut non.

Nudæ Gratiæ. 50

Αἱ γάρεντες γυμναί, id est, Gratiæ nudæ. Admonet adagium vt candide ac benigniter impertiamus amicis. Aut ne quid inter amicos fictum, aut fucatum, verum nuda simplicisque omnia. Nam poetæ tres fingunt Charitas, id est Gratias, humanitatis & benevolentiæ præsides. Horat. in Odis,

In amicitia, nihil fucatum debet esse.

Gratia cum nymphis geminisque sororibus audet
Ducere nuda choros. Idem alibi,
Et soluta Gratiæ zona.

Sunt qui paræmiam ad ingratos referant, quòd ab iis Gratiæ veluti despolientur, dum semper auferunt beneficij quippiam, nihil rependunt. Itaque conuenient in illos, qui sua benignitate rediguntur ad inopiam, largientes amicis quicquid nacti fuerint.

Crobyli iugum. 51

Κροβύλου ζεῦγος, id est, Crobyli iugum. De societate duorum pari improbitate dici conuenit, vt de quibus est in Epigrammatis Martialis libro octauo.

Vxor pessima pessimus maritus,
Aliter non bene conuenire vobis.

Crobyli iugum.

Ductum prouerbium à Crobylo lenone quodam omnium sceleſtiſſimo. Is duo scorta domi alebat, quorum lenocinijs quamplurimos adolescentes in perniciem alliciebat: nec his contentus, eosdem illectos furto compilabat. Vnde Crobyli iugum dictum, vel quòd digni viderentur qui tanquam pares improbitate, cum hoc copulari deberent: vel quod iugum, id est, par scortorum aleret domi.

Mylus omnia audiens. 52

De sycophantis.

Μύλος πάντ' ἀκούων, id est, Mylus omnia auscultans. Dici solitum vbi quis se dissimularet audire, fingeretque surditatem, quum omnia tamen auribus curiosis captaret, auscultaretque. Tractum videtur à mola, vnde exploratores obseruare solebant quæ fierent. nam μύλαι molam sonat Græcis: aut Mylo curiosi cuiuspiam moribus. Zenodotus tellis est, Cratinum hoc vsum adagio in Cleobulinis. Hesychius indicat Mylon fuisse poetam quempiam Comicum, præterea piscis esse nomen: nullum opinor sentiens. Adhæc μυλὸν Græcis Mylon. significare curuum, obliquum ac distortum. scribit enim duplici λ. De carcini strobilis dictum est alias. Habent autem principes quidam & hoc sycophantarum genus, qui se fingunt surdos ac mutos, quo magis audita referant.

Nos decem Rhodienses, decem naues. 53

Ἡμεῖς δέκα Ῥόδιοι, δέκα νῆες, id est, Nos decem Rhodienses decem naues. In eos torquendum qui nimium suis tribuunt viribus. Natum videtur à dicto Thrasonis cuiuspiam, qui decem homines decem nauibus opposuerit. Nisi malumus ad Homericum illud referre,

Nimium sibi fidentes.

Τληπολεμος δ' Ἡρακλείδης δῖος πεμπάσσατο
Ἐκ Ῥοδίου ἐὺς καὶ μέγας Ῥοδίων ἀγερώχων. id est,
Tlepolemúsque Heraclides, magnusque bonusque
Ter tenuas naues Rhodia præstantibus aptas

E Rhodo egit.

Obliquus cursus. 54

De dissimulanter agente.

Λοξὸς δρόμος, id est, Obliquus cursus. Quoties res arte ac dissimulanter agitur. aut quoties aliud præ nobis ferētes, aliò tēdimus, & cuniculis atque ambagibus quibusdam pergimus ad id quod assequi conamur. Sumptum adagium à genere quodam cursus qui κάμπτω dictus est: propterea quòd anfractibus certus ac flexibus perageretur. Vt in aliis impetus & celeritas plurimum valuerit, in hoc ars & ratio plus habuerit momenti. Huiusmodi cursus genus describit Vergilius libro quinto,

Olli discurrēre pares, atque agmina terni
Diducta solvēre choro, rursusque vocati.
Conuertēre vias, infestaque tela tulere.
Inde alios ineunt cursus, aliosque recursus.

Ac paulo pòst,

Vt quondam Creta fertur Labyrinthus in alta
Parietibus textum cæcis iter, ancipitemque
Mille viis habuisse dolum, qua signa sequendi
Falleret indeprehensus & inremeabilis error.

Potest & à nauigantibus traductum videri, quum reflantibus ventis, transuersim nauigant.

Ne Iupiter quidem omnibus placet. 55

Nemo est qui omnibus placere possit.

Theognis in sententiis.

-Αλλ' οὐδὲ ὁ Ζεὺς
Οὔθ' ὕων πάντας ἀνδάνει, οὔτ' ἀπέχων. id est,
-neque Iuppiter ipse,
Siue pluat, seu non, vnicuique placet.

Hodiéque vulgò dicunt, neminem inueniri qui satisfaciat omnibus. nam aliis alia probantur. Et,

Tres mihi conuiua prope dissentire videntur,
Poscentes vario multum diuersa palato.

Pindarus in Olympiorum octauo,

Τρυφὰν δ' ἐν ἀθρώποις ἴσον οὐκ ἔστιν οὐδέν. id est,

Inter homines nihil est æquè iucundum, videlicet quòd alios alia delectant, & suum cuique pulchrum est.

Non persuadebis, ne si persuaseris quidem. 56

Οὐδ' πείσεις, οὐδ' ἂν πίοις. id est,
haud enim persuaseris vnquam,
Nec si etiam persuaseris istud: prouerbiali schemate dictum ab Aristophane. Est autem hyperbolæ genus, qua significamus tanquam ἀδυνατοῦντά τι. Perinde quasi dicas, Non credam etiam si videro.

Nouit hæc Pylæa & Tyttygias. 57

Οἶδ' τὰ Πυλαία ταῦτα κὴ Τυττιγίας. id est,
Hæc & Pylæa nouit & Tyttygias.

Opes quæsitæ malarum artium.

Hoc velut ænigmate veteres innuebant, opes malis artibus quæsitas. Tyttygias plagiarius quispiam fuit, qui seruos & res alienas quas furto subtulerat, in Pylæa (is est Arcadiæ locus) venditare consueuit, atque hoc quæstu diues euasit. Author Zenodotus.

Polycrates matrem pascit. 58

Πολυκράτης ματέρα τρέφει, id est, Polycrates matrem pascit. Hoc adagium ex historia petunt, narrantes Polycratem Samiorum tyrannum, matres militum qui in bello interissent, recēsuisse, eāsque locupletioribus ciuibus nutriendas tradidisse, vnamquamque his commendantem verbis, Σοὶ ταύτην μαῖζαν δίδωμι, id est, Hanc tibi do matrem. Vsum prouerbij non adscribit Zenodotus: proinde liberum est vnicuique coniicere cui sententiæ rectissimè possit accommodari. Ergo puto non incommodè posse vsurpari quoties aliquis in commendādis amicis est benignior officiosiórque. Aut vbi quis alieno sumptu de quopiam bene mereri studet, ita vt aliis nummos impendentibus, ipse præter officiosa quædam verba nihil insumat. Qui mos hodie quoque vulgò principibus manet: siquidem ministros annis iam ad aulicum vsum inutiles, monasteriis aut ciuium ditioribus alendos mandant.

Vsus adagij.

Teipsam laudas. 59

Σαυτὴν ἐπαινεῖς, id est, Laudas teipsam. Hemistichium iambicum, quod accinitur vbi quis sese laudat, sūique tibicinem agit. Plenè sic effertur,

Σαυτὴν ἐπαινεῖς ὥσπερ Ἀστύδαμας γυνή. id est,
Laudas teipsam mulier Astydamæ in modum.

Astydamas histrio quispiam fuit Morsimi filius. huic statua in theatro ponenda, decreta fuerat, quòd in agendo Parthenæum sese gnauiter ac scitè gessisset. Itaque titulum ipse conscripsit, in quo suas laudes complectebatur: eúmque in concionem attulit, vt approbatus adderetur statuæ. Verùm suffragiis populi decretum ne molestus ille titulus inscriberetur. Eo res primùm comœdiæ iocis agitata, pòst in prouerbium abiit: ita vt nunc quoque non infacetè vulgus dicitet, malignos esse vicinos illi qui ipse laudator sui fuerit. Recensetur à Zenodoto Titulus quem Astydamas statuæ suæ inscripsit, extat etiam vsus apud Suidam. *Astydamantis statua.*

Εἶδ', ὡς ὁ κακὸς γεράλιος, ὃ πάντ' ἀμείρων,
Οἱ ζηλωταὶ πρώτης στρατὸς ἀνδρὸς φέρει.
Ὡς εἰς ἀνδριάντ' ἀφιξόμεθα παραμιλλᾶς.
Νῦν δ' χαλκὸν παρέχων οὐ φθονᾷ σιγᾶν πάλιν.

Eos versus quoniam eleganter Latinos reddidit Conradus Goclenius, linguæ Latinæ publicus professor in Academia Louaniensi (iuuenis vtriusque linguæ ad vnguem doctus, & in vtroque scribendi genere mirificus artifex, siue prosam orationem malis, siue carmē, olim inter primos eruditionis proceres præcipuas habiturus) non est cur ego tentem aliter vertere. Lauti versus Goclenij sunt hi,

Vtinam vnam mecum illi, aut inter ego illos,
Quos penes est linguæ suauiloquentia bonæ:
Præmia prima equidem citra certamen haberem.
Nunc adimunt in quos nil habet inuidia.

Vsurpauit & Iulianus in epistola quadam ad Basilium, ἐπῄνεσα γὰρ ἐμαυτὸν ὥσπερ Ἀστύδαμας. id est, Laudaui meipsum vt Astydamas.

Syrbenæ chorus. 60

Συρβαίης χορός, id est, Syrbenæ chorus. De choreis incompositis ac tumultuosis olim dictitatum. Nam σύρβα quidam vocem existimant qua subulci erga sues vtantur. vnde & σύρβα pro tumultu abutuntur. Cæterùm Hesychius interpretatur, σύρβα, μετὰ θορύβου. Idem mox addit σύρβη Græcis sonare thecam fistularem: vnde σύρβαυλος dicatur tibicen, aut tumultuosus. Vsurpat Athenæus lib. 15. Ἐπὶ δείπνου πατάξῃ τὸ συμπόσιον, ἵνα, φησὶν ὁ σύρβαυλος χορός; id est, quum conuiuium esset plenum tumultus, Quis, inquit, iste Syrbenæorum chorus? Sic enim constanter refert hanc vocem Athenæus. Vsurpat idem pagina eiusdem libri proxima: & aliquanto pòst ex Clearcho docet quis sit σύρβαυλος χορός, videlicet in quo quisque quod sibi visum fuerit canat, nec auscultet quid præscribat is qui choro præsidet, quique docet quemadmodum oportet canere. Vidimus olim Lutetiæ ludicram agi comœdiolam, in qua plures concinebant, sed ita temperatis harmoniis, vt omnia dissonarent. Id erat curatum ab artifice musices. nam imperitus non idem posset. Ducta videtur metaphora à dissono illo porcorum grunnitu. Non intempestiuè dicetur in homines inter se discordes & querulos, aut vbi offendet aures imperitorum cantorum symphonia discors.

Hesiodi senecta. 61

Ἡσιόδου γῆρας, id est, Hesiodia senecta. Longæua viúsque sic appellabatur. Fertur enim de Hesiodi longæuitate Pindari epigramma quoddam huiusmodi, *De longæuis.*

Χαῖρε δὶς εἰσιόνας, ἐς δὶς τάφον ἀντιβολήσας
Ἡσιόδ', ἀθρόους μάκαρ ἔχων σοφίας.

Quod autem ait eum bis puduisse, significat, opinor, extremam senectam, quasi puerilem referentem: iuxta prouerbium quod alibi retulimus, δὶς παῖδες οἱ γέροντες. Porrò quod bis sepultum, alludit, ni fallor, ad historiam cuius meminit Plutarchus in conuiuio septem sapientum: Quum ob suspicionem interfectus esset in Locris, & cadauer eius abiectum in mare, delphinorum agmen illud exceptum in Rhium exposuit. Illic quum Locrenses sacrum ex more peragerent, & recens Hesiodi cadauer agnoscerent, rebus omnibus omissis, cædis authores vestigarunt: eos comprehensos, viuos in mare præcipitarunt, ac domos incenderunt. Hesiodum in Nemeo sepelierunt. Sed occultante sepulchrum propter Orchomenios, qui moniti oraculo, conabātur viri reliquias apud se seruare. Vnde consentaneum est, quemadmodum Homeri natiuitatem permultæ vrbes sibi vendicant, ita Nemeos simul & Orchomenios Hesiodi sepulchrum sibi asserere. Nisi sepultum semel, accipere malumus quum in mare proiectus esset. Proinde videto lector ne pro ἀντιβολήσας legendum sit ἀντιβώσας, quod paternum admittit casum, quum significat consequi, aut nancisci. *Interfectus Hesiodus.*

Lotum gustauit. 62

Λωτὸν ἔφαγε, id est, Lotum gustauit: de iis dicebatur qui dictus in peregrinis regionibus hæreret, velut obliti reditus. Neque inconcinnè dixeris in eos, qui simulatque semel voluptatem inhonestam deguttarint, ad pristina studia renouari non queunt. Sumptum à fabula Lotophagorum, de quibus meminit Homerus Odysseæ lib. 9 narrans quèmadmodum Vlyssis socii, gustata apud Lotophagos populos herba loto, redire ad nauim noluerint, nisi verberibus adacti,

De eo, qui submersus voluptatibus.

Δηὖ ὁρμὴ δόσαν λωτοῖο πιόντες.
Τῶν δ' ὅστις λωτοῖο φάγοι μελιηδέα καρπόν,
Οὐκέτ' ἀπαγγεῖλαι πάλιν ἤθελεν οὐδὲ νεῖσθαι.
Ἀλλ' αὖτοῦ βούλοντο μετ' ἀνδράσι λωτοφάγοισι
Λωτὸν ἐρεπτόμενοι, μενέμεν νόστου τε λαθέσθαι. id est,

Verùm illis lotum degustandum exhibuêre.
Ast horum quisquis loti gustârat amicum
Et suauem fructum, neque nuncia protinus illi
Vlla remittere cura, nec ipse redire iubebat:
Verum mixti cum Lotophagis remanere volebant,
Oblita reditus, carpturi germina loti.

Lotus, arbor qua.

Est autem lotus (quam eandem celtim dici docet Dioscorides lib. 1.) arbor de qua Plinius lib. 13. Tam dulcis ibi cibus, vt nomen etiam genti terræque dederit, nimis hospitali, aduenarum oblitione patriæ. Est & herba eiusdem nominis, gratissima & ipsa palato, de qua permulta Theophrastus lib. De plantis 4. cap. 9 Reperimus & hoc prouerbium in collectaneis cuiusdam recentioris. quod quoniam videbatur haud illepidum, non grauatus iam adscribere.

Ex ore lupi. 63

Ἐκ λύκου στόματος, id est, E lupi rictu. Vbi res quæpiam præter spem recipitur, quæ iam planè perisse videbatur. veluti quum pecunia erepta à prædonibus aut rapaci tyranno, aliquo inopinato casu recuperatur. Solent enim sic recepta, esse gratiora. Sic Flaccus in Odis, Vel hœdus ereptus lupo. Nota metaphora. Adagium refertur à Diogeniano. Natum videtur ab Æsopica fabella, quæ narrat, gruem, quum stipulata mercedem, os quod lupi gutturi inhæserat, immisso capite eduxisset, præmium exigentem, irrisam à lupo fuisse: quum is diceret, abunde magnum esse præmium persolutum, quòd ex ore lupi caput incolume retulisset.

Boni viri, lachrymabiles. 64

-ἀγαθοὶ δ' ἀρίδακρυν ἄνδρες. id est,

At quisquis probus, is multum lachrymabilis est vir.

De iis, qui facilè flectis possint.

De iis dicebatur qui facilè commouerentur ad misericordiam, ac precibus flecterentur. Nam illachrymare dicimus eos qui misereſcunt. Ouidius, -quibus possint illachrymasse feræ. Proinde Horatius Plutonem, quod nullis flectatur precibus, illachrymabilem appellat, Carm. lib. 2. Od. 14.

Non si trecentis, quotquot eruunt dies,
Amice places illachrymabilem
Plutona tauro.

Et Dido Vergiliana Æneæ duritiè incusans, Æneid. 4.

Num fletu ingemuit nostro? num lumina flexit?
Num lachrymas victus dedit, aut miseratus amantem est?

Potest & ad Heraclitum referri, res humanas perpetuo fletu prosequi solentem. Contrà duros & inexorabiles, adamantinos, ferreos, & corneis fibris, dicimus. Licebit & hunc detorquere, quòd boni ferè cum paupertate rem habent, multáque coguntur perpeti. Adagium recensentur à Zenodoto. Ouid. 3. Trist. 4.

Manus apud Troiam fortè quid habemus Achilli?
Dardanij Lacrimas non tulit ille senex. Idem l. 5. Eleg. 1.
Cùm Priami Lacrimis offensus non sit Achilles,
Tunc fletus mihi debet durior hoste meos?

Bocchyris. 65

Βόκχυρις seu Βόκχορις, nam vtrumque reperio. Plutarchus in vita Demetrij Bocchorem vocat, indicans, exactum iudicium, Βοκχόριος κρίσις appellari solere. Rex quidam fuit Ægyptius, adeò notæ & incorruptæ in iudicandis litibus iustitiæ, vt vulgò siquem magnopere iustum & integrum significare vellent, Bocchyrim appellarent: perinde quasi Rhadamanthum dicas, aut Minoem. Plutarchus in commentario De vitiosa taciturnitate, tetigit fabulam de hoc iactatam fuisse, quòd quum esset natura grauis & austerus, his illi aspidem immittere solita sit, quæ capiti circumuoluta, superne hominem inumbraret: vt ostento territus rectè iudicaret. Adagium refertur à Suida. Dici potest

De indicio ex alio, & rege.

& de iis qui non tenere de re quapiam pronuntiant. negant enim hunc regem solere sententiam ferre, nisi de causa iam comperta & certis argumentis deprehensa. Et tamen huius Bocchoris iudicium quoddam reprehensum fuit a meretrice Lamia. Adolescens quidam Ægypto deperibat amore Theonidis meretriculæ. at illa pro nocte mercedem ingentem postulabat. Interim euenit vt adolescens nocte somniaret se rem habere cum Theonide. Eo vsque hilaratus est libanore, desineque sorte molestus esse. Illa vbi factum resciit, appellat adolescentem: petit pactam mercedem. Quum non conueniret, traxit ad iudicem Bocchorem. Is, causa cognita pronuntiat vt adolescens tantum pecuniæ adferret in vasculo, quantum illa postulasset: eámque præsente ac inspectante Theonide, huc illúcque manu tenens volueret, & illa interim hæreret vmbræ: quasi rectè somnium vmbra pensaretur. At hoc iudicium vt inæquum reprehendit Lamia meretrix. Per somnium, inquit, adolescens amore coitus liberatus est: at vmbra Theonidem non liberauit amore pecuniæ. Hæc Plutarchus in vita Demetrij.

Camelus saltat. 66

De eo, qui conatur aliquid, cui natura non sit propensa.

Vbi quis indecore quippiam facere conatur, & inepta, sicut aiunt, Minerua, camelum saltare dicebant. Veluti siquis natura seuerus ac tetricus affectet elegans ac festiuus videri, naturæque genióque suo vim faciens. Diuus Hieronymus prouerbii nomine citat, torquétque in Hebudium. Risimus, inquit, in te prouerbium, Camelum vidimus saltitantem. Taxat Hieronymus hominis ineptiam, qui quum à Musis esset alienissimus, tamen disertus haberi vellet. Gyral. hist. poet. 1033.

Canis in vincula. 67

Κύων ἐπὶ δεσμά, id est, Canis in vincula. Dicebatur vbi quis se ipsum in seruitutem aut in malum aliquod iniiceret. A canibus sumptum vltro se præbentibus vinciendos, cibi lenocinio. Author Zenodotus. Hesychius indicat in eandem sententiam dici, βοῦς ἐπὶ δεσμά, Bos in vincula. id est, Bos in vincula.

Bos in vincula.

Chius ad Coum. 68

Inæqualis comparatio.

Χῖος πρὸς Κῶον, id est, Chius ad Coum. De comparatione vehementer inæquali dicebatur. Nam in ludo talorum, iactus qui Chius dicebatur, vnioni respondebat, Cous senioni. Quem Græci Chium dicunt, nos canem vocamus: & quem illi Coum siue ξεστὸν, nos senionem. Porrò quemadmodum Cous inter fœlices iactus habebatur ita Chius fuit inter infœlices. Vnde Persius, *Sat. 3.*

-quid dexter senio ferret
Scire erat in voto, damnosa canicula quantum Raderet.

Videtur autem senio, per se fœlix, infœlix haberi solere, si accederet canis. Sic enim Martialis,

Senio nec nostrum cum cane quassat diem.

Quod si verum est, adagium conueniet non solùm in collationem rerum inæqualium, verumetiam pugnantium. Velut siquis conferat plebeium cum rege. Chius est ad Coum: id quis adolescentem cum sene, contrarietas est, non solum inæqualitas. Adagij meminerunt, Zenodotus, Hesychius & Suidas: nisi quòd Suidas pro ἐν habet ὀρθὸν, pro ξεστὸν. Id verum scribæ culpa commissum sit, an interior tali pars & exterior intelligenda sit, doctis excutiendum relinquo. Fit autem interim allusio ad gentes, quarum vtriusque mores non caruerunt nota. sed præcipuè Chiorum. Ita simile fuerit illi Κῶς πρὸς τὴ Κρήτη.

Optimum condimentum fames. 69

Plus conducit fames, quàm cupedia.

Optimum condimentum fames, inter apophthegmata Socratica celebratur. Irridebat hoc dicto luxum Atheniensium, qui variis cupediis & operosis códituris conarentur efficere vt cibus saporet palato: quum id optimè præstet fames, condimentum vt optimum, ita & vilissimum. Nihil enim suauius edi quàm quod editur ab esuriéte. Manet hodiéque vulgò tritum prouerbium, famem efficere vt crudæ etiam fabæ saccarum sapiant. Antiphanes apud Stobæum.

Ἀπὸ ὁ πάσῃ ἡδονῇ πολὺ κράτιστον πρόσω. id est,

Præter sapsam cætera edulcat fames.

Quod fames facit in cibo, idem fitis facit in potu. Darius enim in fuga quum aquam turbidam bibisset & cadaueribus inquinatam, negauit se vnquam bibisse iucundius. nimirum nunquam sitiens biberat. Eandem sententiam sic apud Athenæum l. 4. effert Xenophon.

ἡδὺ μὲ μάζων ἢ πάρδαλιν φαγεῖν πεινῶντι, ἡδὺ δ' ὕδωρ ἀφυσήσαντι πίνειν ἀπὸ πόλεως πλησίον, id est, Dulce est, mazam & nasturtium edere esurienti, dulce est sitienti aquam è fluuio haustam bibere. Ibidem refert, quiddam non infestiuum de Socrate, qui frequenter ad multam vesperam ambulare consueuit ante ædes suas. percontantibus quid illic ageret, Obsonium, inquit, comparo in cœnam. De Dionysio, cui fastidienti nigrum ius quod in phiditiis apponebatur, coquus respondit, Non esse mirum, quum deessent condimenta: de palæstra cursúque ante cœnam sentiens: alias nobis dictum est. Aut natum à Socrate prouerbiũ, aut ab illo vsurpatum quod vulgò ferebatur. M. Tull. lib. De finibus bonorum 1. Diceret id quod Socratem (qui voluptatem nullo loco numerat) audio dicentem, cibi condimentum esse famem, potionis sitim. Licebit nonnihil gratiæ addere prouerbio, si longius deflectatur: velut ad literarum studium, quod eo dulcius est quo vehementius sitiantur literæ. Et, voluptates commendat rarior vsus.

Socratis vt fis condimentum parare solum esset.

Esse frustra seruata.

Phani ostium. 70

Ἡ Φάνου θύρα, id est, Phani ostium. Id accinebatur vbi quis frustra seruasset aliquid. veluti si cuius vxorem adulterio vitiari contingeret, quam tamen ille multa zelotypia seruasset. Natum aiunt à Phano quodam vsurario: vel, vt alij dicunt, cæco, qui quum cellæ penuariæ ostium ita obstruxisset, vt citra strepitum non quiret aperiri, tamẽ à ministro apertum est, sublatúmq. pessulum. Alij narrãt, huic Phano vxorem fuisse parũ spectatæ fidei, quæ quòd is haberet adulterij suspectã, atq; fores sic occlusit vt nonnisi cum stridore sonituque possent aperiri. Verùm illa quum per regulas reciperet adulterum, vicini per iocum dicebant Φάνου θύρα. Eáque vox postea cessit in vulgi sermonem. Haud scio an idem sit cum eo quod refert Eustathius in Odyss. lib. vltimum, φανὶς θύρα. à Phania quodam, qui finxerit sibi multam opum vim domi reconditam esse.

Aut Plato Philonissat, aut Philo Platonissat.

Diuus Hieronymus in Catalogo scriptorum illustrium Philonem quoque Iudæum recenset, qui & eloquentiam & omnem Græcanicam eruditionem ita sit assequutus, tum Platonicam in dicendo maiestatem vbertatémque sic expressérit, vt eum alterum Platonem appellet. Testatur autem apud Græcos, vulgò de illis dici solitum, Ἢ Πλάτων φιλωνίζει, ἢ Φίλων πλατωνίζει, id est, Aut Plato Philonem imitatur, aut Philo Platonem. Extat huius opus, in quo vitas illustrium aliquot Hebræorum tractat, ortus ab Abraham. Tractat autem non tam ad historiæ cognitionem, quàm ad institutionem regulamque viuendi: videlicet omnia trahens ad mores allegorias: vnde Theologis præcipuè legendus. Stilus tum candidus est, tum sublimis, ac diuinum quiddam præ se ferens, qualis est & Platonis. Gaudet Symbolis ac mysteriis numerorum: quod ipsum Pythagoræ Platonique familiare. Ad morum institutionem accommodat omnia, nec hac parte dissidens à Platone. Per allegoriam torqueri poterit ad quosuis inter sese vehementer similes. Nam hoc ipsum non simpliciter sed figuratè dictum, illud sat argumenti est, quòd Philonem longe Platone cõstat posteriorem esse. Cæterùm in malam partem fiet prouerbialius: veluti si quis dicat, Aut Crenidat Africa, aut Afrissat Creta: aut Neronissabat Galba, aut Galbissabat Nero. Huic figuræ confine videtur illud Platonis, Τὴν πολύμυθον, vt aut Aristides, Beatas fore respublicas, ἐμοὶ μὲν οἱ βασιλεῖς φιλοσοφοῦντες, ἢ βασιλεύοντες οἱ φιλόσοφοι. id est, Si aut reges philosopharentur, aut reguarent philosophi.

Philo Iudæus

vehementer simulatur se

Viro Lydo negotium non erat. 72

Ἀνδὶ Λυδῷ πρᾶγμα οὐκ ἦν, ἐξιὼν ἐπρίατο, id est, Viro Lydo negotium non erat, at ipse foras profectus, parauit. Dici solitum vbi quis impatiens otij, ipse sibi negotium ac turbam accersit. Allusisse videtur huc Plutarchus, aduersus Colotem, Καὶ γὰρ ἐκεῖνο, καθάπερ ὁ Λυδὸς, ἐξιὼν ἀπέπριατο τὸν πόνον, ἵνα μὴ ἔσῃ σχολάζων καὶ μαζίσκας αἰτούμενος τὸν Ξενοκράτη. Mihi verò videtur, quemadmodum Lydus ille, in seipsum aperire nõ vrnam tantam, sed maximis ac plurimis difficultatibus circunuallare Ephesum. Sumptum à Cræso Lydorum rege, qui antea fœlix, rebúsque florentissimis vtens, Cyrum in se prouocauit: à quo victus, in maximas calamitates deuenit. Author Zenodotus.

Impatiens otij negotium sibi exercens.

Ne vnquam viri senis. 73

Ἀνδρὸς γέροντος μήποτ' ἐν πόλει ἁρπὴν, id est,

Tum vbi tanquam iniecto pedicam senis.

Ide est, Ne requiras illud à quoquam, quod ab eo præstari non possit. Veluti si quis à philosopho requirat eloquentiam, ab oratore exactam colligendi rationem, à sene facilitatem & festiuitatem iuuenilem. Metaphora fœdior est quàm vt libeat interpretari: simul autem a pertior quàm vt opus sit. Refertur à Zenodoto.

Amæa Azesiam reperit. 74

Ἀμαία πὰρ Ἀζησίαν μολὼν, id est, Amæa ad Azesiam accessit. Dici consueuit de re diu multúmque quæsita desideratáque. Dydimus author est, apud Troezenios Cererem appellari Amæam: Proserpinam, Azesiam. Nota fabula de Proserpina à Plutone abducta ad campos Elysios, & Cerere toto orbe quærente filiam. Refertur à Plutarcho in Alexandrinensium prouerbiorum collectaneis.

Res diu, multúmque quæsita.

Tanquam heros in clypeo excipere. 75

Ἀλλ' ὥσπερ ἥρως ἐν ἀσπίδι ξενίου σ' ἐδεξάμην, id est, I. nõ tanquam heros in clypeo te volo hospitio accipere. Dici solitum vbi quis suis ipsius artibus aut beneficiis fretus, de amicis bene mereri conaretur. Inde ductum quòd antiquitus heroes assiduè in armis agentes, velut in clypeo diuersabantur: & si quid opus fuisset amicis, quod armis præstari poterat, id promptè præstabant, vt pote sola virtute diuites. Et apud Homerum heroes tergoribus bubulis accipiuntur: & apud Maronem, Euander Æneam villosi pelle leonis accipit. Ea tergoribus autem integebantur clypei.

Iouis sandalium. 76

Τοῦ Διὸς σάνδαλον, id est, Iouis crepida. Per ironiam dicebatur in eum, qui magni quippiam videri vellet, propter principis alicuius familiaritatem. Veluti si quis insolens sit ac ferox quòd regius sit coquus, aut imperatoris satelles, aut pontificius tonsor, appositè dicetur, τοῦ Διὸς σάνδαλον. Nihil autem vetat quominus & ad rem accommodetur: vt si quis equum regium aut vestem miretur (quemadmodum vulgus facere cõsueuit) nõ ob aliud, nisi quod regis sit. Suidas ex Eupolide erat.

In eum, qui sit ob principis familiaritatem tumet.

Lux affulsit. 77

Vbi melior rerum spes ostendi cœperit, lucem affulsisse dicunt. Euripides in Oreste,

Spes melior.

Ἦλθ' ὄμμασιν καὶ σοῖς φάος. id est,

Mei, que venit tamen ac tuis malis.

De Menelao dictum, è cuius aduentu remedium aliquod malorum suorum sperabant. M. Tullius in Antonianarum prima, Lux quædam videbatur oblata, non modò regno quod pertuleramus, sed etiam regni timore sublato. Porrò lumen fausti ominis apud veteres fuisse, testis est & M. Varro libro De lingua Latina 2. Putat enim mane diei inde dictum, quòd antiquitus manum bonum vocabant. Ad cuiusmodi religionem Græci quoque, quum lumen infertur, solent dicere, φῶς εἰσφέρω. Nos item illata lucerna, fausta imprecatur. Lumen enim vitam interpretatur. Vnde, inuitam abrumpere lucem. Et, tædet cœli cõuexa tueri.

Euripides in Iphigenia in Aulide,

Τὸ φῶς γὰρ ἥδιστον βροτοῖσ' ὁρᾶν μόνον. id est,

Lucem tueri est hominibus dulcissimum.

Et apud Græcos ζῆν simpliciter dicuntur qui viuunt. Ægyptij vitam lucernæ ly mbolo repræsentabant, quod nihil aliud existimarent esse vitam, quàm ignem humore velut olei liquore nutritum.

Lupus aquilam fugit. 78

Λύκος αἰετὸν φέυγει, id est, Lupus aquilã fugit. vbi periculum imminens cuitari non possit. Aquilam enim, alata quum sit, frustra lupus fugit. Refertur à Diogeniano: meminit autem & Zenodotus. nec indicant originem prouerbij. Nunquam enim audiui aquilas molestas esse lupis. quid si hoc referas ad improbũ quendam fugitiuum, qui frustra principis magni vires possit effugere?

Lupus ante clamorem festinat. 79

Λύκος πρὸ τῆς βοῆς σπεύδει, id est, Lupus ante clamorem festinat. Vbi quis admissi conscius, vltro timet, priusquam accusetur. Si quidem lupus simulátque prædam rapuit, mox properat aufugere, ne coorto rusticorum clamore veniat in periculum. Author Diogenianus.

Lupo agnum eripere postulant. 80

Leno quispiam in Pœnulo Plautina, Lupo agnum eripere postulant, nugas agunt. Vbi quis frustra conatus

Ex ore lupi.

prædam recipere, cui semel manus iniecit rapax aliquis. Improbum enim videtur sperare futurum vt lupus agnum semel arreptum amittat. Confine quod alibi diximus, ἐκ λύκου στόματος, id est, E lupi ore.

Viam qui nescit ad mare, &c. 81

Plautus in Pœnulo, Viam qui nescit qua deueniat ad mare, cum oportet amnem quærere comitem sibi. Id est, qui rem commodè conficere nequit, is quauis ratione conficiat necesse est. Potest & in hunc accómodari sensum, Qui per se non sapit, alijs obtemperet qui plus sapere videantur. Potest item in hunc, Qui rectè viuendi rationem ignorat, eos sibi proponat quorũ vita laudata est. Fluuius, etiamsi longis ambagibus, tamen aliquando tandem ad mare deducit: quandoquidem illuc infunditur. Huic confine est, Qui viæ ignarus est, virgiferum adhibet. Cato Censorius in eos qui subinde ambirent magistratum, non inscitè dicere solebat, eos ὡς δεῖσθαι τοὺς ἀγνοοῦντας τὴν ὁδὸν εἰσὶ μετὰ ῥάβδου ζητεῖν περιόντας μὴ πλανῶνται. id est, Non aliter quàm viæ ignaros, semper velle cum virgiferis incedere ne errarent. Magistratus enim ex more fictur aut aliquis virgam gestans præcedebat.

Volens nolente animo. 82

De eo qui nolens velle fingat.

Ἑκὼν ἄκοντί τι γε θυμῷ, id est, Volens inuito fanè animo. Hemistichium Homericum Iliados libro quarto. dicẽdum vbi quis fingit se nolle quod cupit: aut contra. Terentius non dissimili figura dixit in Andria. Tu voluntate coactus es tua. Nonnunquam de ambigente animóque incerto dicitur, vt apud Euripidem in Hecuba,

Ὁ δ' ἐθέλων τι καὶ θέλων. id est,
At is volensque & non volens.

Est etiam in Arcanis prouerbijs Hebræorum, Pigrum velle & non velle.

Vulturis vmbra. 83

Γυπὸς σκιά, id est, Vulturis vmbra. De nullius pretij homine dicebatur. Refertur à Diogeniano. Mihi magis quadrare videtur in hæredipetas, aut alioqui rapaces inhiantésque prædæ. Respondet illi, Si vultur es, cadaues expecta.

Præsens abest. 84

Παρὼν ἀπόδημος, id est, Præsens peregrinatur. In eũ dicendum qui non animaduertit ea quæ dicuntur, cogitatione aliis in rebus occupata. Vnde quos iubemus attentos esse, iis sic loqui solemus, Hic estote, & Hoc agite, & Adeste animis. Hodiéque vulgò dicunt, cogitatione peregrinantem, domi non esse, sed foris. Terentius in Eunucho, cum isto milite præsens, absens vt fies. Id est, corpore quidem præsens, cæterum animo semota. Contra qui amant, absentes, præsentes sunt: veluti de Didone Virgilius in quarto,

-absens absentem auditque videtque.

Theodoritus Cyrenensis Therapeut. libro 1. ex Heraclito Ephesio adducit, Ἀξύνετοι ἀκούσαντες κωφοῖσι ἐοίκασι, φάτις αὐτοῖσι μαρτυρεῖ, παρεόντες ἀπεῖναι. id est, Stolidi quum audierint, surdis sunt adsimiles. Testatur prouerbium illos præsentes abesse. Item Aristophanes in Equitibus,

Ἀεί τι πρὸς λέγοντ' αἰεὶ
Κἀχάνους, ὥστ' ἐν παρὼν ἀπόδημος. id est,
Tu semper tubas ad loquentes, cæterùm
Animus peregre est, minúsque tus præsens abest.

Vnà lauabor. 85

Παρολοῦμαι, id est, Vnà lauabor. Dici consueuit vbi quis insinuat se in societatem alterius: aut vbi quis admittit aliquem in societatem, vti qui pauperior est, sũptum effugiat. Suidas ait olim fuisse morem vt diuites vnà cum pauperibus lauarent: vt quibus propria supellex strigilum, spongiarum, guttorum atque id genus rerum non esset, diuitum vterentur suppellectile. Citat idem Aristophanem ex Anagyro, Ἀλλὰ πάντας χρὴ παρολοῦσθ', ἢ τοὺς σπόγγους ἐᾶν. id est, Verùm oportet omneis vnà lauare, ac spongias omittere. Tanquam hoc commoditatis laturi sint tenues, si cum diuitibus balneum ingrediantur, vt spongiis suis pareant. Vnde mihi videtur non inconcinnè dici posse vbi quis leuiculam aliquam commoditatem, quam citra suum incommodum præstat, perinde vt ingens beneficium imputat. Veluti si princeps inanem titulum familiaritatis largiatur alicui, nihil ipsi nociturum qui concedit, profuturum nonnihil ei qui accipit, rectè dicetur παρολοῦσθαι. Quidam codex habet, παρόλνμαι, velut vnà mergor.

Ἀλλὰ πάντας χρὴ παρολοῦσθ', ἢ τοὺς σπόγγους ἐᾶν

Pinus in morem. 86

Πίτυς πρόπον, id est, Picea ritu. Vbi quis funditus radicitúsque perit, ita vt nullo pacto restitui possit, picea ritu perire dicitur. Nam piceam succisam negant suppullulascere. Meminit huius prouerbij Staphylus, citante Diogeniano. meminit & Suidas.

Procridis telum. 87

Προκρίδος αἰώρημα, id est, Procridis incula. De iis qui veluti certis telis, quicquid animo destinant, assequuntur. Sumptum à notissima fabula, vel Ouidio narratore, lib. Transformationum 7. de Cephalo, qui certo iaculo emisso, Procridem vxorem interemit, satis feram esse. Huic diuersũ est illud Horatianũ, de arte poetica,

Non semper feriet quodcunque minabitur arcus.

Id est, non semper assequeris quod cupis.

Promeri canes. 88

Προμέρου κύνες, id est. Promeri canes. Dici solitum vbi quis nouo casu pœnas daret iis quos aliquando læsisset. Promerus regius quidam minister fuit. is Euripidẽ tragicũ poetam supra modũ exosum habebat, delatus ab eodem aliquando nescio quo nomine apud regem. Quare postea canes quosdam feros in poetam soluit, à quibus ille deuoratus interiit. Proinde quoties potens quispiam offensus aliquos subornat submittitq. qui tibi negotium faceſſant, tempestiuè dixeris, Προμέρου κύνες. Conuenit cum illo quod alio dictum est loco, Κυνὸς δίκην, id est, Canis vindictam. Recensetur à Diogeniano. Canis vindicta.

Magistratũ gerẽs, audi & iustè & iniustè. 89

Ἄρχων ἄκουε καὶ δικαίως κἀδίκως. id est,
Princeps iniqua & æqua pariter audias.

Sumptum aiunt hoc adagium ex Solonis elegiis, etiam hic trimeter est iambicus. Admonet, vt qui in tractandis Reipub. muneribus versatur, patientissimis sit auribus, æquóq. animo & bene & malè audire consueſcat: neq. facilè populi vel laudib. vel cõuitijs à recto dimoueatur. Congruit huic illud Sophocleũ in Antigone,

Ἀλλ' ὅστις πόλεως κύριος, τάδε χρὴ κἀπέπαν
Καὶ σμικρὰ κἀγάλα καὶ παντία. id est,
Sed quem mũitauerit ciuitas, & parere eum
Audire oportet, & æqua, & hæc contraria.

Princeps & æqua & iniqua audiat.

Potest & ad hoc accommodari quod quidam Romanus Imperator dixisse legitur, in ciuitate libera linguas item liberas esse oportere. Neque verò mirũ aut magnum, si principes permittant populo quæ velint dicere: quum ipsis liberũ sit quæ velint facere. Præterea de principum factis vulgus variè pronuntiare consueuit: quod alius probat, alius damnat. Maiore autem animo oportet esse principem, quàm vt huiusmodi voces captandas aut obseruandas existimet: tantùm id spectet quod ex vsu sit reipublicæ. Hoc Alexandri dictũ pertinet, cui quũ quidã renũtiasset, esse qui de ipso malè loquerentur, Regium est, inquit malè audire, quum benefeceris.

Fulgur ex pelui. 90

Ἀστραπὴ ἐκ πύελου, id est, Fulgur ex pelui. De minis inanibus eorum qui lædere non queant. Fulgor enim, qui fulguris imitatione quadam, è vasculorum nitentium vibratione, aut ex aquis redditur, nocendi vim nullam habet, pueros modò territat. Habentur & hodie specula quædam quæ vibrata ad solem, fulgur imitantur: verùm id fulmen non est quod montes ac maria percutiat, vt inquit Plinius. Paræmiam recensent Diogenianus. ad quam allusit Augustinus, aut si quis alius est author in libro De quinque hæresibus, Non nos hostium cuneus turba, non bellantium reuocet forma, non quasi vitrea fulgetia terreãt arma. Quanquã legendũ opinor vitra. Minæ inanes. Augustini locus.

Ex inanibus paleis. 91

Ἀπὸ τῶν κενῶν ἀχύρων πτύσματος ἄτιον, id est, Atqui è puris paleis trituram frumenti facis. id est, Operã steriem & infrugiferam sumpsisti. Natum à rusticis adagium, quum malè enatis segetibus, præter culmos & paleas nihil adferunt in horrea. Recensetur à Diogeniano. Opera infructuosa.

Atrei oculi. 92

Ἀτρέως ὄμματα, id est, Atrei oculi. De torue truculentóque aspectu dicebatur. His enim oculis in tragœdiis inducebatur Atreus, qui Thyestæ fratri filios ipsius epulandos apposuit, propter vxorem adulterio vitiatã. Truculentus aspectus.

Mutus Hipparchion. 93

Ἄφωνος Ἱππάρχιον, id est, Mutus Hiparchion. Vbi quis

Deest qui dicturus, repente obmutescit.

quis repentè obmutescit, quum maximè vox illius exspectatur, id quod non rarò consueuit quibusdam in cœtu dicturis euenire, vt subitò velut attonitis vox faucibus hæreat. Quod aiunt accidisse Theophrasto, hominis in circulis alioquin eloquentissimo. In huiusmodi casu igitur fuerit huic adagio locus. Narrant, olim apud Græcos, duos præcipuos fuisse citharœdos, Hipparchionem & Rufinum. quum autem in solennibus ludis, qui decimo quoque anno apud Iuliopolitas agebantur, essent inter se decertaturi: contigit quòd Hipparchion theatri strepitu turbatus, obticuerit. eáque res in vulgi iocum abiit. Author Zenodotus.

Pecuniarum cupiditas Spartam capiet, præcreatu nihil. 94

Α φιλοχρηματία Σπάρτην ἕξει δῆλον ὅτι ἀφείς. id est,
Vna fames auri Spartam capiet subigétque,
Præterea nihil.

Sola pecuniarum captis cupiditate.

De iis qui sola pecunia possunt expugnari, alioquin inuicti. Natum adagium ab oraculo, quo responsum est Alcameni & Theopompo Spartæ regibus, tum demum vincendos esse Lacedæmonios, quum aurum & argentum in pretio cœperint habere. Respondet apophthegmati Philippi Macedonum regis, qui putauit nullam arcem tam munitam esse quin capi posset, modò asino pateret accessus onusto auro. Respondet & Danaes fabulæ, à qua nulla custodia insultum auri arcere potuit. Meminit M. Tul. in 2. lib. Officiorum, & Plutarchus in Laconicis.

Non decet principem solidam dormire noctem. 95

Inter pleraque Homeri carmina, quę quondam prouerbiorum vice celebrata fuisse testatur Macrobius, illud vel præcipuè annumerarim, quod est in Iliados 2. 2.

Οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα. id est,
Haud dignum duce id est, noctem dormire per omnem.

Vigilantia, principem deceat imprimis.

Admonet parœmia, vigilantiã ac solicitudinem maximè conuenire principibus: vt qui tantam negotiorum sarcinam sustineant humeris. Vnde & Vergilius Æneã suum, aliis dormientibus aut voluptati indulgentibus, aut vigilantem facit, aut certè excitat: fingitque cogitabundum, sobrium, & de futuris agitantem animo. Æneid. 1.

At pius Æneas, per noctẽ plurima volues. Æn. 4. Et rursum,
Aenea potes hoc sub casu ducere somnos? Atque iterum,
Æneid. 10.
-vigilésne deûm gens Aenea vigila.

Epaminondæ vigilantia.

Huius rei præclarum exemplum præbuit Epaminondas ille dux Thebanus. siquidem quum Thebani ciues festis quibusdam diebus solutius compotationibus indulgerent, licentiúsque voluptatibus fruerentur, ille solus vigil ac sobrius arma lustrabat, & vrbis ambulabat mœnia. Rogatus cur id faceret, respondit se νήφειν καὶ ἀγρυπνεῖν ὅπως ἐκεῖνοι μὴ δύνωνται καθεύδειν. id est, sobriũ esse se ac vigilare, quo reliquis liceret temulentos esse ac dormire. quemadmodum refert Plutarchus in libello Aduersus ducem imperitum. Porrò quæ modò retulimus ex Homero, dicuntur ad Agamemnonẽ sub personã somnij, Nestoris speciem imitantis. Integrum carmen sic habet.

Κῆδός Ἀτρεΐδῃ ἀφιδούσιος ἱπποδάμοιο;
Οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα,
Ὧι λαοί τ' ἔπονται, καὶ ἅπασαι μέμβλε. id est,
Bellíger Atrida proles dormis-ne Agamemnon?
Perpetuam noctem dormire, haud principe dignum est,
Cui populi commissi, & tanta negotia curæ.

Eundem, cæteris dormientibus, solum vigilantem facit Iliados κ,

Ἄλλοι μὲν ῥα θεοί τε καὶ ἀνέρες ἱπποκορυσταὶ
Εὗδον παννύχιοι. βλε δ' οὐκ ἔχε νήδυμος ὕπνος,
Ἀλλ' ὄγε μερμήριζε κατὰ φρένα, id est,
Tum reliqui omnes diuique viique tenebat
Pernox somnus: at insomnem Saturnius vnus
Pectore sollicito volutabat.

Narrat Plutarchus in eodem commentario, quem modò citauimus, quiddam hec alienum ab hac parœmia, nec indignum memoratu: nimirum regi Persarum hunc fuisse morem, vt semper vnum quempiam haberet cubicularium, cui hoc munus iniungebatur, vt mane regium thalamum ingressus, his verbis illum expergefaceret. Ἀνάστα ὦ βασιλεῦ, καὶ φρόντιζε πραγμάτων ὧν σὺ φροντιζητέον. Mercurius apud Homerum Ἀνάστα, ἄνα, ἀγρεκάκων Διὸς υἱὲ, μέλε δέ τοι ἔργον ἐπείγου. id est, Surge rex, ac negotia cura quæ te Meleagrides curare iubent. Quod siquis princeps eruditus sit ac prudens, hic nihil opus fuerit eiusmodi cubiculario monitore: sed ipsa ratio semper in pectore tale quiddam insonabit, φρόντιζε, & ἐγρήγορτε. Plato septimo De legibus lib. multis modis vigilantiam commendat, maxime in principe. eius verba suscribam, Ἐγρηγορότα δ' ἄρχοντα δεῖ πάλαι νύκτωρ, φοβερώτατ' εἶναι κακοῖς, πολεμίοις τε ἅμα καὶ πολίταις. id est, Principes qui noctu vigilant in ciuitatibus, malis sunt formidabiles, ciuibus pariter & hostibus. Ac paulo superius eodem in loco, Καθεύδειν γὰρ ἰδίᾳ, ἰδιώτου ἄξιον. id est, Nullus enim dormiens alicuius est rei dignus. Dormiunt autem qui oscitanter agunt: quibus interdum succedit, sed rarò. proin rectè Pindarus Olymp. 10. Ἀστῶν δ' ἁδὺ χάρμα παῦροι τινές. id est, Gaudium citra laborem pauci quidam assequuti sunt.

Capram portare non possum, & imponitis bouem. 96

Plutarchus in commentario cui titulus πῶς τὸ μὲ δεῖν διαφέρῃ, Ἐπὶ τὸ τραχηλίαν ἔσαι γελοῖον.

Ὀ δύναμαι τλῆναι αἶγα φέρειν, ἐπὶ μοι τίθετε βοῦν. id est,
Tauro oneratis, quum nequeam portare capellam.

Vbi quis quod leuius est recusat, & quod multo sit intolerabilius imponi sibi postulat. Veluti siquis impatientia paupertatis (nam ad id accommodat Plutarchus) vsuris inuoluat sese: quod onus vix diuitibus sit tolerabile.

Nunquam enim meos boues abegerunt, nec equos. 97

Οὐ γὰρ πώποτ' ἐμοὺς βοῦς ἔλασαν, οὐδὲ μ' ἵππους. id est.
Non enim equos vnquam mihi subduxêre bouesue.

Odij nulla causa.

Prouerbiali figura videtur olim vsurpatum, pro eo quod est, Nunquam me læserunt, aut affecerunt iniuria. Quum negamus nobis esse causam cur illum aut illum odisse debeamus. Plutarchus in commentario de vitanda vsura, Καὶ ταῦτα μή με οἰηθῆτε λέγειν, πλημμελῶς ἐξελαυνόμενα πρὸς τὸν δανειστήν. οὐ γὰρ πώποτ' ἐμοὺς βοῦς ἔλασαν, οὐδὲ μ' ἵππους, id est, Neque verò me existimetis hæc dicere, quòd bellum mihi sit cum vsurariis,
Nunquam etenim, vel equos mihi subduxere bouesue.
id est, Nunquam quicquam mei abstulerunt. Id quo longius traducetur à simplici sermone, hoc magis erit prouerbiale. Sumptum est autem ex Iliados Homericę libro primo, vbi Achilles contendens cum Agamemnone, negat sibi causam esse quamobrem cum Troianis bellum suscipiat, nisi vt illi morem gerat.

Οὐ γάρ τοι πρόσθεν ἔγωγ' ἔλυτον αἰχμητάων,
Δῶρα μαχησόμενος· οὐδέ τί μοι ἔπλετο τίσις.
Οὐ γὰρ πώποτ' ἐμὰς βοῦς ἔλασαν, οὐδὲ μ' ἵππους,
Οὐδέ ποτ' ἐν φθίῃ ζαθέῃ ἐριβώλακι βῶλον ἔπορσε
Καρπὸν ἐπ' ἀλλοδαπόν. id est,
Haud ego Troingenûm huc accessi nomine, quo cum
Hic bellum gererem. neque enim sum lassus ab ictu:
Nunquam etenim vel equos mihi subduxere, bouesque
Nec Phthiæ vnquam segetúmque virúmque feracis
Sunt populati agros.

Prima belli tum causa.

Dictum est autem ex antiqui seculi ritu, quo, quum vita mortalium adhuc esset pastoralis, prima belli causa erant abacta pecora, quemadmodum eleganter indicat Homerus Iliad. σ, depingens Achillis clypeum,

Τοῖσι δ' ἔπειτ' ἀπάνευθε δύο σκοποὶ ἦσαν ἀρούρης,
Δείδεσαν ὁππότε μῆλα ἰδοίατο καὶ βόες ἕλκαι.
Οἱ δ' ἦρα σφιν ἕποντο, δύω δ' ἀμφ' ἔσσυτο ταρφὺς,
Τῷ τροφάδην σύριγξι. δόλον δ' οὔτι προμέμηστο.
Οἱμὲν τὸ φθάμενοι ἵππους ἐπὶ βουσὶν ἄγοντο
Ταμνον τ' ἀμφὶ βοῶν ἀγέλας καὶ πώεα καλά
Ἀργυρέων οἰῶν, πυκινὸν δ' ὄρυγμα λόχοιο.

Et reliqua quæ sequuntur. quos versus nequis omnino contemptos queratur, ita vertimus,

De hinc procul his speculatores populi vnus & alter
Obseruant, si fors videant ouium ve boum ve

Agmina, at hæc consertim adsint, quæ pone sequuntur
Pastores, duo, demulcentes pectora cannis,
Iguari fraudis centri à tibi ex compacto mox
Accursum, armenta boum, mucosque bidentum
Concitare greges, cassi pallentibus ipsis.

Fœlix qui nihil debet. 98

Βέλτιστον ὁ μηδὲν ὀφείλων, id est, Fœlix qui nihil debet. Sententia Græcis celebrata: quam facilè bis veram dicet qui periculum fecerit quid sit ære alieno obstrictum esse. Qui non sit expertus, is Plutarchi commentarium euoluat De vitandis viuris, quamque sit miserum debere facilè cognoscet. Quid enim calamitosius quam toties erubescere, toties perfricare faciem, fugitare, latitare, mentiri, dissimulare: nunc supplicem agere, nunc flagitare: palàm appellari, vrgi, notari digito: breuiter nunquam sui iuris esse? Nam hæc cúmque his multa alia incommoda secum adfert æs alienum. Extat in hanc sententiam epigramma Græcum huiusmodi, titulo Automedontis,

Infœlix debitor.

Εὐδαίμων ὁρῶντι μὲ μηδὲν ὀφείλοντα.
Εἰδὼς δ' ὁ μὴ χρήσας. τὸ τέλος, ὄψις ἅπας.
Ἦν ἡ μανὶς χρῆν τις, ἐγὼ χρέα διακαυσῶ
Εὐθὺς τῷ χαμετῷ, σὺν ἐμοὶ λαβὼν μοδίῳ.
Ταῦτ' οὐδὲν, σοὶ δ' ἴδι. μανίαν δ' ἐπίκεισο ἑαυτῷ
Πᾶς τὶ κυὸν ζητῶν, ἢ τίνες αἱ μανίδες. id est,

Qui nulli debet fortunatissimus ille est:
Proximus huic, cælebs, tertius, orbus erit.
Quòd siquis demens vxorem duxerit, illi
Hæc ita res demum commoda grata feret:
Euenit si fors, vt grandi dote recepta,
Protinus vxorem deferat in tumulum.
Hæc docius sapiens: Ephesiorum quærere frustra
Quæ sit mane iunas, quæque petat meandet.

Plutarchus in libello cui titulus πρὶ τῶ μὴ δεῖν δανείζεσθαι, scribit Persis duo fuisse peccata. primum debere, proximum mentiri. Nam ea iudicabãt cohærere, quòd qui sunt obærati, sæpius cogantur mentiri. Quod autem refert Plutarchus, est apud Herodotũ libro primo. *Peccata duo apud Persas.*

Ad digituli crepitum. 99

Qui arrogantius fastuosiúsque iubent quippiam, digituli crepitu significare dicuntur. Diuus Hieron. in epist. ad Rusticum monachum vsurpauit, in superciliosum quendam & fastidientem, qui dictatus digituli crepitu silentium imperabat: deinde simili fastu singulas voces per interualla promebat, vt singultire crederes, non proloqui. Videtur autem hic gestus fuisse dominorum, seruis humilius aliquod ministerium inuentium. Martialis libro tertio Zoilum,

Digiti crepantis signa nosti eunuchus. Item in Distichis,

Quum poscor crepitu digitorum, & verna moratur.
O quoties pellex calcitra facta mea est.

M. Tullius libro Officiorum tertio, Itaque si vir bonus habeat hanc vim, vt si digitis concrepuerit, possit in locupletum testamenta nomen eius irrepere, hac vi non vtatur, ne si exploratum quidem habeat in omnino neminem vnquam suspicaturum. Simile est illud de nutu & renutu Iouis, quod ex Homero citat Plinius in Epistolis. Et nutu dicuntur efficere qui minimo negotio rem conficiunt: item Ad omnes nutus obtequi, qui promptè morigerantur. *Nutu efficere.*

Suem irritat. 100

Τὸν ὗν ἐρίζει, id est, Suem irritat. In auidum rixarum dicebatur. Ius enim agrestis prouocatus, rectà petit eum à quo prouocatus est. Sic enim narrant venandi periti, si quis suem lancea protensa prouocarit, etiamsi iam ille sequatur alium quempiam, illico vertere cursum, & in prouocatorem tendere, ne cuspide quidem vitata. *Rixarum auidus.*

CHILIADIS SECVNDAE CENTVRIA OCTAVA.

Seruatori tertium. 1

Ὁ τρίτον τῷ σωτῆρι, id est, Tertium seruatori. Proculus Diadochus in commentario de tribus animi partibus, iuxta Platonis diuisionem, déque quatuor virtutum generibus vsurpauit adagium hoc, his quidem verbis, Ἀλλὰ τούτων διαλυθέντων, καὶ τῶν μὲν ψυχῆς μερῶν κατ' εἴδη διεχθέντων, τὸ τρίτον τῷ σωτῆρι φασί. id est, His dissolutis, animique partibus iuxta suam rationem distinctis, tertium seruatori quod aiunt. Sentit autem Proculus, absolutis duobus restare tertium, videlicet quo pacto quatuor virtutes ad treis illas animi partes possint referri. Proculus videtur Platonem imitatus in Charmide, πάλιν τοίνυν, ὦ δαιμόνιε σὺ τὸ τρίτον τῷ σωτῆρι ὥσπερ ἐξ ἀρχῆς ἐπιτελέσωμεν. id est, Rursum igitur, inquam, tertium sospitatori velut ab initio conficeremus. Eodem allusisse videtur licet rectius, lib. De legibus 3. ὁ δὲ τρίτος σωτὴρ ἡμῖν ἔσται παρεῖναι καὶ θυσίᾳ μείζονι τοῦ ἀρχοῦ ἐρῶν, οἷον ἡνίοχον ἐπιθέσθαι αὐτῷ τοῖς τῶν φόβων ἡνίαις. id est, Porrò tertius vobis seruator videns principatum adhuc frementem & animosum, ceu psallium iniecit illi, Ephororum potentiam. Sentit Lacedæmoniorum rempub. tribus modis fuisse temperatam, ne erumperet in tyrannidem. Primùm addita altera familia, ex qua reges creari liceret. nam initio ex vna tantùm fas erat. Deinde nobilium ac principum potentiæ opposita viginti octo seniorum authoritas, quæ in grauissimis negotiis regiæ par habebatur. Postremò quinque Ephororum magistratus, cui rex parere cogebatur. Hæc autem omnia putat numinis prouidentia fuisse procurata ad ciuitatis incolumitatem, eóque dicit tertius seruator. Suo nomine est adagium ex Ithmoniorum hymno sexto Pindari, apud quem de tertio Iouis sospitatoris calice legimus ad hunc modum. *Respub. Lacedæmoniorum vt temperata.*

—τινὰ τέλον σωτῆρι παρασσόντες ὕμνῳ— πίῳ, αἴγιον καλλιστεύσαν μέγαν θεὸν ἀοιδαῖς. subaudi κρατῆρα.

Quorum carminum hæc terme mens est, Optat Pindarus vt aliquando vincat Olympia Æginensis, quòd contingat tertium miscere calicem sospitatori Ioui, non sine laudibus tum ipsius victoriæ, tum Iouis Olympij. Craterem autem intelligit aut simpliciter eum qui sumitur in conuiuiis victorialibus, aut κρατῆρα τῶν ὁμίλων. id est, Calicem cantionum, quemadmodum alibi,

Γλυκεῖ κρατὴρ ἀγαθοδίδακτον ἀοιδᾶν. id est,

Dulcis calix vocalium cantionum.

Quo quidem loco Pindaricus interpres ostendit, antiquitus fuisse morem vt in conuiuiis primus calix misceretur Ioui Olympio, secundus heroibus, tertius Ioui seruatori. Testem huius rei citat Sophoclem ἐν ταυροῖς. *Mos conuiuium apud veteres.*

Ζεῦ πανδαίκτωρ ἠδὺς σωτὴρ
Ζηνὸς τρίτου κρατὴρ. id est,

Curarum ademptor Iuppiterque & tertij
Libatio scyphi sospitatoris Iouis.

Citat & Æschylum in Epigonis,

Λυτῆρ δεὸς μὲ τρόπων ὠκεῖα χαμαί,
Ἥρας τε, τῆς τῶν δευτεραίων τε κρατὴρ
Ἥρωσι τίμιος, τῆς τρίτου δεὸς σωτῆρος δίκαιον λέχος.

Id est, Libationes primùm quidem Iouis tempestiuarũ nuptiarũ, Iunonisq.: deinde secundũ poculũ heroibus tribuo: deinde tertio loco Iouis sospitatoris optabilem stillã. Addit autẽ, hũc calicem σωτῆρος appellatũ, quòd hucusq. potatio, citra ebrietatẽ animiq. noxã, consisteret. Vltra quẽ siquis progressus esset, iã ad libidinẽ, intemperãtiámq. res vergere videretur iuxta illud apud Apuleiũ Asclepiadis dictũ, existimãtis primũ craterem pertinere ad sitim, secũdũ ad voluptatẽ, tertiũ ad ebrietatẽ, quartũ ad insaniã. Hunc autẽ eundẽ Διὸς σωτῆρος calicẽ appellãt τέλειον, siue quòd in hũc defineret bibẽdi modus: siue quòd hic numerus inter oẽs absolutissimus esse putatur, vt cui adsit & initiũ, & mediũ, & finis: eoq. rebus diuinis potissimũ accõmodatur, & à Platone refertur ad animũ, vt pote diuinũ, & ob id ternione cõstantẽ. Ne id quidẽ theologica ratione vacat, quòd primã & vltimã paterã Ioui dicarint, mediã semideis. Primùm. n heroib⁹ medius loc⁹ cõpetebat: vel quòd iuxta Platonis sententiã, mediꝰ cõditionis esset inter summos illos deos, οἱ ἴλυμπον ἔχουσι, vt inquit Hom. (quos Plato mẽtes autumat esse nullis obnoxias corporib.) & inter nos corporibus oneratos, & ob id affectib. mortiq. obnoxios. dæmonib⁹. n. Platonici tribuũt corpora, tametsi nõ eiusmodi qualia sũt nostra, verũ aerea: cuius opinionis se fuisse testatur & diuus Aurelius Aug. in libello De natura Dæmonũ, & aliàs aliquoties. Vel quòd iuxta *Calix σωτῆρος.* *Semideꝰ.*

poetarum

Iupiter, quid. poetarum fabulis semidei compositæ mediæque sunt originis, ex altero parente Deo, altero homine: velut Hercules ex Alcmena & Ioue, Castor & Pollux ex Leda & Ioue. Porrò Iouem intelligunt mentem illam summam omnia simul complectentem, vt idem & initium & finis sit omnium: eámque ob causam ab hoc auspicabantur potationem, & in eundem finiebant. Meminit Iouis sospitatoris non semel Aristophanes in Pluto, velut hoc loco,

Τον ὦν Δια τ' σωτῆρα κ' αὐτὸς μοι δοκῶ
Χαίρειν ἀπαγ', ἀσπαζ' αὐτὸ κἀμοιγε. id est,
Mihi itaque visum sospitatorem Iouem vt
Valere finam, atque hoc permaneam posthac loco.

Tradit interpres templum Athenis fuisse τῦ Διὸς σωτῆρος, quem eundem quidam Φιλοπάτορα appellant. Διὸς σωτῆρος mentionem facit & Athenæus in Dipnosophistis, libro secundo, addens olim fuisse morem vt cibis appositis mox vinum indulcatum infunderetur, quo nimirum declararent quanta vis esset boni Dei. Deinde quum suo quisque arbitrio diluisset, nomen Iouis seruatoris præfabantur, innuentes ita temperatum vinum tutò citráque noxam bibi. At idem libro vndecimo propemodum docet, & post cœnam à Iouis manibus inferri solere calicem Iouis seruatoris: qui idem fuerit cum eo qui dictus est ἀγαθὸς δαίμων: Diphilum adducens authorem, qui scripserit in Sapphone,

Ἀρχιλοχῆ δίζαν πιὼν τὸν μαλερὸν τρίπτολιν,
Μετὰ Διὸς σωτῆρος, ἀγαθοῦ δαίμονος. id est,
Archilochen famulo hunc tibi metamptridem
Plenam Iouis seruatoris, optimi dei.

Vsus adagij. Adagio licebit vti quũ significabimus nos ad id quod in negotio postremũ ac præcipuũ est accedere. Priusquam finem faciã, illud admonere libet, ex Pindari verbis, eundem videri Iouẽ Olympium ac sospitatorem. Plutarchus conuiualium quæstionum decade quinta, de tribus his calicibus loquitur ni fallor, Οὐδὲ γὰρ θεῷ θύοντες, πᾶσι τοῖς ἄλλοις θεοῖς μᾶλλον ἢ σωτῆρι καὶ τυχήμασι. διὰ τοῦτο πρώτιστον παραμένων, οὗτος μὲ λύπης παρῶσι ἀπάγομεν, οὗτος ἢ ὕβρεως τῷ δεσπότῃ, οὗτος ἢ λύπης τῷ πολίτῃ. φθονερὸν γὰρ οὐδὲν δεῖ χρῆ ἔοικεν. id est, Neque enim quum deo rem diuinam facimus, reliquis omnibus diis maximè cùm templis & aris vota facimus: sed tribus crateribus mistis, aliis de primo libamus, aliis de secũdo, aliis ex vltimo. Nam inuidia fiat extra chorum diuinum. Meminit huius rei & decade septima, demonstrans, quum vni sacrificabatur deo, omnibus simul vota fieri, sed non nominatim.

Hyperis vertigo. 2

Qui mouet, promouet nihil. Τύπου περιτροπή, id est, Pistilli circũuolutio. Vbi quis semper idẽ agitat, neque quicquã tamen explicat. Plato Comicus, opinor, in Adoride, apud Zenodotum,

Εἶτα νύχ ὑπερμεν περιτροπὴ γενέσθαι. id est,
Debinc mihi vertigo pistilli haud erit.

Plutarchus aduersus Stoicos, significans illorum rationes eodem reuolui, Πολὺς ὢν ὁ Διὸς Κόσμος ἔσται λόγων αὐτῶν ἐφάπτων. πλὴν γὰρ ἀνάγκη περιτροπὴν, ἵνα μὴ σκώληξ δοκῇς, ἔσται. id est, Multus igitur Iouis Cosmus ad rationem illorum admittitur. Nam pistilli circũuolutionem, ne redire videaris, omitte. Vnde videtur solere dici quum eadem sæpius iterantur non sine tædio. Dialectici peti principium aiunt quoties eodem reuoluitur argumentatio. Hesychius interpretatur de his qui semper eadem agunt, neque quicquam interim proficiunt. Huic ita finitimum est vt idem videri possit quod Plato retensset in Theæteto, ἢ μὴ σκυτάλην, ἢ ἀκριβῶς, ἢ ὅ τι δὴ λέγοντες περιτροπήν. id est, Scytalæ quidem, aut pistilli, aut si cuius alterius dicitur circũuolutio. Quum sermo in idẽ reuoluitur, quemadmodũ illic Theætetus iubet assentiri rectæ opinioni eum qui rectam habet opinionem. Scytalam interpres vertit scuticam, quum Plato loquatur de loro quod furcalo circũdolutitur.

Pistillo princi pi apud Dialecticos.

Sus sub fustem. 3

Τὸ ὑπὸ ῥόπαλον, id est, Sus sub fustem. Vbi quis sese in præsens discrimen ac perniciem præcipitat. Nam sues apud quosdam fuisse mactari mos est. Refertur à Suida. Zenodotus indicat extare apud Dinolochum.

Si bouem non possis, asinum agas. 4

Vtendum fortuna medocri, si summa non possis. Εἰ μὴ δύνασαι βοῦν, ἔλαυνε ὄνον, id est, Si nequeas bouẽ, asinum gito, id est, Si nõ potes vt vis, vtcunque potes facito. Si fortuna splendidior non contingit, eam sortem quæ contingit, boni consulas: si quod optas, non licet, id quod est proximũ, amplectere. Authore Suida.

Siren amicum nuntiat, apis hospitem. 5

Σειρὴν φίλον ἀγγέλλει, ξένον δὲ μέλισσα· id est,
Hospitem apis, verum siren præsens studium.

Quoties complures eadẽ de re bene ominantur: aut vbi quisque spei blandiens ex quibuslibet leuibus argumentis diuinat futurũ quod optat. Nam siren hoc loco non vnam ex illis virginibus Homericis significat, verùm insecti genus api non dissimile Authore Suida. Quanquam apud Hesychium σὴρ legitur; non, σειρὴν. *Plures bene ominantes.*

Etiamsi lupi meminisses. 6

Εἰ καὶ λύκου ἐμνήσθης, id est, Etiamsi lupi mentionem fecisses suauiorem, interuenisset. Quoties præter expectationẽ interuenit is de quo fuerat mentio. Cognatum ei quod alibi recensuimus, Lupus in fabula. Id frequenter in comœdiis ac tragœdiis arte curáq. scriptoris, vt de quo fiunt verba, mox interueniat. Accommodari poterit ad rẽ, velut si apud authorẽ protinus vel casu occurrat id de quo vertebatur sermo. Adagiũ refert Zenodotus. Plato in Phædro, λέγεται γοῦν ὁ Φαῖδρος δίκαιον εἶναι, καὶ τὸν τῦ λύκου εἰπεῖν. id est, Aiunt igitur ὁ Phædre, iustum esse etiam quod de lupo dicitur narrare. *Lupus in fabula.*

Similior ficu. 7

Ὁμοιότερον σύκου, id est, Similior ficu. Per iocum dicebatur de vehementer inter se similibus. Ducta metaphora à ficorum inter ipsas similitudine. Plutarchus aduersus Stoicos. Θαυμαστὸν καὶ παράδοξον εἰ μὴ τοῦτο φατέον, μᾶλλον μᾶλλον, μὴ πρὸ πυρὸς, ἢ σίκυον, τὸν τῦ λοιδοροῦντος, ἢ τὸν παντὶ χρόνῳ γεγονότα ἀδελφόν, id est. Mirum & inopinabile, si neque palumbus palumbo, nec api apis, nec tritico triticum, aut fico, quod est in prouerbio, ficus, semper adsimilis fuisset. Confine est iis quæ retulimus alibi, Non tam ouum ouo simile, & non lac lacti magis est simile. *Vehementer inter se similia.*

Simul & da & accipe. 8

Ἅμα δὸς καὶ λάμβανε, id est, Simul da & accipe. Vbi res est cum homine parum certa fide, cui nõ sit tutum quicquam credere nisi statim receperis quod fueris stipulatus. Torquebitur ad eum qui nõn collocat officium aut munus suum, nisi iam certus de mutuo: nec spem emit precio, quemadmodum aut leno Terentianus. Aristoteles hanc parœmiam venustius extulit libro Moralium Nicomachiorum octauo, tradens amicos quos mutua conciliat vtilitas: & perinde vbi in forensibus commerciis, non dant beneficium, sed vendunt. ἡ μὲ πάμπαν αἰσχρὰ, ὅτι χειρὸς εἰς χεῖρα τὸ ἢ ἡδὺ θᾶττον, εἰς χρόνον. id est, Altera quidem omnino sordida & cauponaria compensatio de manu in manum: altera magis ingenua ad tempus. Alluxit philosophus ad Comicum illud quod citatur ab interprete Pindari,

Φοινὶξ γὰρ ὠὸν γεγαμὼς.
Τῇ μὲ δίδωμι χρὴ τῇ δ' λαμβάνειν. id est,
Phœnix enim fio ilico:
Quippe altera manu do, & accipio altera.

De vtilitate, vel officio mutuo.

Phœnices notantur nimio cauponandi studio. vnde & Pindaro dictum in Pythiis, hymno 2.

Τόδε μὲ τῦ φοίνισσα ἐμπολὰ μάθε.

Phœnicum commutationem appellat quum datur aliquid, & vicissim accipitur. Porrò negotiatorum genus nihil habet sacrum præter vnum pecuniæ lucrum, cui se totos ceu Deo consecrarunt. hoc pietatem, hoc amicitiam, hoc honestum, hoc famam, hoc diuina pariter & humana omnia metiuntur: reliqua nugæ.

Semper me tales hostes insequantur. 9

Αἰεὶ τοῖοί μὲ τόλμαν διώκοιεν. id est,
Me bella semper insequantur talia.

Vbi quolpiam libenter odimus, ac simultatem illorum contemnimus. Est enim hominum genus quos periculosius sit demeruisse, vt ait Seneca, quam offendisse: & quos magis expediat inimicos habere quàm amicos. Et quibusdam displicuisse laudabile est. Et sunt cum quibus amicitia copulatum esse, dedecori sit: simulate dissidere, pulchrum. Potest accommodari & in eos qui defecerũt ab amicitia, sed vt inimici nihil queant nocere. Legitur & ad hunc modum,

Αἰεὶ τοῖοί μὲ τολμήμονες διώκοιεν. id est,
Me semper hostes insequantur hoc genus.

Quibusdam displicere, laudabile.

Anus eriphus. 10

Γραῦς ἔριφος, id est, Anus hœdus. Apollodorus apud Zenodotum ait, anum quandam fuisse quæ dicta sit

Eripha, quod in virginitate consenuisset: perinde quasi eadem & anus esset per ætatem, & puella, qui adhuc innupta. Sunt qui tradant locustam agrestem, à nonnullis mantin appellatam, in Sicilia χεῖρ βροῦν appellari. Aiunt autem, quodcunque animal arripuisset, illi mali quippiam accidere. Proinde in mulierem veneficam & fascinatricem quadrare videtur. quod genus apud Horatium Canidia.

De muliere fascinatrice.

Anus saltat. 11

Γραῦς χορεύει, id est, Anus saltat. In eum conuenit qui indecorè quippiam facit: velut si senex ludat nucibus: aut theologus rethoricis floscu lis lasciuiat, aut princeps exemplo Neronis musicetur. Confine est illi quod suprà retulimus, Camelus saltat. Horatius in anum intempestiuæ libidinis, 3. Carm. 15.

Indecore facientium.

Te lana prope nobilem
Tonsæ Luceriam, non citharæ decent,
Nec flos purpureus rosæ,
Nec pos vetulam face tenus cadi.

Apud Plutarchum in vita Periclis legimus, Elpinicem quandam, quum eum indecoris conuiciis palàm incesseret, nihil aliud respondisse quàm verficulum illum ex Archilocho,

Οὐκ ἂν μύροισι χεῖρ' ἐμὴν ἀλείψεο. id est,
Vnguento, anus quum sis, caueto tangier.

Quid autem sequutus Lupus vertit, Haud vnguenti, vetula quum sis, oblita es, non satis coniectorem: nisi fortè pro ἀλείψεο legit ἀλεῖσθε aut ἀλείσθε.

Anus subsultans multum excitat puluerem. 12

Γραῦς ἀναπηδήσασα πολὺν κονιορτὸν ἐγείρει. id est.
Anus subsultans multum puluerem excitat.

In eos dici solitum qui ob rerum experientiam, multum negotiorum aggrederentur. Videtur carmen heroicum syllaba duntaxat deprauatum.

Anus velut equus profundam habebis fossam. 13

Γραῦς ὥστε ἵππος βαθεῖαν, ἢ καταβρόχθων τάφον ἕξεις, id est, Anus, velut equus, altè hiantem habebis ac nigrum specum sepulcra. De iis qui penitus abiiciuntur tanquam prorsus inutiles. Equi posteaquam consenuerint, in altos terrarum specus aliquò præcipitantur: ita mulier olim amata, simulátque defloruit forma, fastidiitur ab omnibus. Qualis est apud Horatium Lice, 3. Carm. 10. Simile illi, Equi senectus.

De rebus abiectis, tanquàm inutilibus.

Aphyarum honos. 14

Ἀφύων τιμή. id est, Aphyarum honos. Quoties humilibus exiguus quispiam honos contingit. nam Aphya piscisculus est vilis: cui coquendo nihil admibetur præter oleum quo frigitur. Vnde iactatum illud, ἀφύας τιμᾷ τὸ ἔλαιον, id est, Aphyæ honos oleum.

Humilib. exiguus honor.

Cur non suspendis te? 15

Τί οὐκ ἀπάγχῃ, ἵνα μέλανες ὦσιν γῦπες; id est, Quin te suspendis, vt apud Thebanos heros fias? Apud alios summus honos habebatur iis qui sibi mortem conscinissent, præsertim pro salute patriæ: vt apud Atticos Codro pro patria non timido mori: apud Romanos Deciis, & Quinto Curtio. M. Catoni Vticensi, Bruto, & aliis plerisque: apud Thebanos autem nullos honos habebatur iis qui sibi vim attulissent. Vnde per ironiam dictum putem, Vt Thebis semideus fias. Dici posse videtur in eos qui tanæ ductu cupiditate, semet periculis grauibus obiiciunt. Refertur à Zenodoto.

Sibimet bonos iis habitus qui sibi mortem afferrent.

Quid tibi Apollo cecinit? 16

Τί σοι Ἀπόλλων κιθαρίσειεν; id est, Quid tibi Apollo cecinit cithara? hoc est quid tibi respondit? Allusum est autem ad Apollinis citharam, quam illi tribuunt poetæ. Vius est hoc adagio Æschylus in Atace Locrensi. Refertur à Zenodoto. Conueniet vbi quis à principe sedeuntem percunctabitur quid responsi tulerit, Τί σοι Ἀπόλλων κιθαρίσειεν;

Quid non fies profectus Arbelas? 17

Τί γὰρ οὐ γένοιο Ἀρβήλας; id est, Quid non fies Arbelas profectus? De eo dici solitum qui peregre proficiscens, ingentia sibi pollicetur, fretus gentis ad quam demigrat, inscitia barbariéque. Siquidem Arbela Siciliæ ciuitas, authore Stephano, cuius ciues malè audiebant olim vt stupidi, & quibus facilè imponeretur. Apud hos igitur etiam contemptus alibi, magnum aliquid esse possit. Quanquam est huius nominis ciuitas in Perside, cuius meminit Strabo li. 16. Et Quinto Curtio est opp dum Mesopotamiæ, Darij copiarum internecione nobile.

Arbela gens stupida.

Bonus è pharetra dies. 18

Ἀγαθὴ ἐκ φαρέτρας ἡμέρα, id est, Bonus è pharetra dies. De die fortunato dicebatur. Translatum à Scytharum consuetudine: quibus, vt narrat Philarchus, mos erat vt vesperi, priusquam dormirent, calculum in pharetram immitterent candidum, si forte is dies citra molestiam abisset: atrum, si secus. Demum vbi quis vita decederet, eius pharetram proferebant: in qua si plures candidos calculos reperissent, fœlicem pronuntiabant: contrà, si plures nigros. Atque hinc vitæ summam æstimabant: vnde prouerbio receptum est vt dicerent bonum diem è pharetra esse, si quid ex animi sententia accidisset.

Scytharum mos.

Res Cannacæ. 19

Τὰ Κανάκου, id est, Res aut mala Cannacæ. Bifariam hac vtebantur paroemia, vel de rebus ob vetustatem admirandis: vel de lamentis & complorationibus miseris ac lachrymosis. Cannacas quispiam Phrygum rex, quemadmodum narrat Hermogenes in Phrygijs: qui quum præuidisset euenturum diluuium, conuocatis omnibus ad templa deorum, multis lachrymis supplicabat dijs vt id malum auerterent. Vnde Herodes iambographus inquit, ἵνα τὸν Κανάκου κλαύσω. id est, Vt Cannacæ more plorem. Hæc referuntur à Zenodoto. Plinius lib. 36. Cannacum inter statuarios nobiles recenset. Stephanus in dictione Iconium, meminit adagij, nisi quòd Annacum appellat, non Cannacum, aut Cannacam: & de fabula nonnihil euarrat. Ait enim Annacum quendam vixisse super annos trecentos, itaque vndique consulta oracula, quoui que victurus esset. Responsum autem, mortuo Annaco perritura vniuersa: quo defuncto, succeßisse diluuium Deucalionis. Cæterùm audito responso magi opere luxisse Phryges: atque hinc de graui luctu ortum prouerbium, ὅτι λυγρὰ κλαίουσι.

De lamentis & fletibus.

Annacá plorare.

Qui modus equitum. 20

Τὶς τρόπος ἱππικῆς, id est, Qui modus equorum? Vbi quis nouam ac peregrinam induceret consuetudinem: veluti si quis Italus Gallicis vestibus vteretur. Dictum videtur de hospitibus nouo quadrigarum genere muetis. Metagenes in Thuriopersis apud Suidam, Τὶς τρόπος ἵππων; εἰς δ' ἐρχόμενος ὁ καμηλικὸς τρόπος ἵππου, id est, Quis equorum modus? vt autem saltant hi more barbarico. Confinitatem habet cum illo quod paulo superius recensuimus, δίφρος γύπων. id est, Aliud genus remi.

Peregrina consuetudo tradita.

Chironium vulnus. 21

Χειρώνειος ἕλκος, id est, Chironium vulnus, immedicabile malum appellabant. Chiron in bello aduersus Centauros, ictus ab Hercule, vulnus immedicabile accepit in pede: vnde & perijt. Hinc natum paroemia author Zenodotus. Vergilius autem noster (nam huic carmen inscribitur) Chironiam manum medicam vocat,

Malè insanabile dicebant.

Vinit pectore sub dextro vulnus, . . . In epodick.
Quod Chironia nec manus leuaret.

Ab hoc Chirone Centauro fertur educatus Achilles. Vnde Plato Comicus Damonem, qui sub obtentu tradendæ musices putabatur Periclem instituisse ad tyrannidem, taxat his versibus,

Πρῶτόν μ' ὦ παῖ λέξον ἀντιλοιδόρει, σὺ γὰρ
Ὡς φασιν ὁ Χείρων ἐξετράφης Πηλείδης. id est,
Primum quidem illud obiecto dicas mihi,

Quem locum ita reddidit Lupus, Tu enim, vt aiunt, pessimè Periclem educasti. Quin & in editione Aldina geminum vitium est. primum enim versus perperam distinctus est: deinde vt pro ὁ Χείρων, legamus ὁ Χείρων (id est, tu ille Chiron) metri cogit ratio. Per tropum siquidem appellat Damonem Chironem, quòd id fuerit Periclì quod Chiron fuit Achilli: quem docuit quidem fidibus canere, sed ad Centauricam ferociam eduxit. Hoc licet alieniorè loco, visum est studiosis indicare, nequis imprudens ad eum impingat lapidem.

Charontis ianua. 23

Χαρώνειος θύρα id est, Charontica ianua. De imminente capitis periculo, siue de re magnopere tristi. Sic enim antiquitus appellabatur vna è carceris ianuis, per quam damnati iudicum sententijs ad supplicium educebantur.

De imminente fato.

cebantur. Referunt Zenodotus, Hesychius & Suidas. Charontis enim cymbæ fingunt animas ad inferos deduci. Hinc Aristophanes in Pluto, ὁ δὲ Χάρων τὸ ξύμβολον δίδων, id est, Dat autem symbolum Charon. significans illi imminere mortem.

Miuxit in patrios cineres. 23

Cui tumulta ridunt infeliciter.

Qui intemperiis ageretur, cuique cuncta cederent infœliciter, in patrios cineres mixisse dicebatur. Antiquitus enim paterni sepulchri summa fuit religio: quod liquet ex Thamyridis fabula quam alibi retulimus. Proinde qui monumentum patris violasset, huic sicut & parricidis, Erynnes furias vltrices immittebãt, neque quicquam prosperè succedebat. Horatius in Arte poetica,

Nec satis apparet, cunctis vertus faciliet, vtrum
Miuxerit in patrios cineres, an trifti bidental
Moverit incestum. certè furit.

Maschalam tollere. 24

De ebriis bibentibus.

Μασχάλην αἴρειν, id est, Maschalam tollere, dicebatur qui auidius biberet. Sumptum à gestu bibonum, inter ebibendum cyathos, gulam ac mentum intendentium, & altius erigentium cubitos, nequid refideat in cyatho liquoris. Idem appellant κοτυλίζειν. ἀπὸ τῆ κότυλος, quod est poculi genus. Hesychius indicat μασχάλην esse partem proræ, quæ continet τρόθεον, siue antemonem. Antemonem autem volunt esse veli genus. Sunt qui dicant μασχάλην esse canistrum è palma contextum, quòd virga palmea maschale dicatur: nonnunquam & pro fune potu. Alij contendunt maschalem esse machinam qua farcinæ deponuntur in naues, aut eximuntur è nauibus. Hinc iocus in eos qui poculum tollunt in altum. Hesychius adfert & hunc trochaicum tetramétrum, citra nominis claturam authoris,

Ὡς ἄνω τὴν μασχάλην αἴροιμι ἐμπεπλεώκοτες. id est,
Sursum in altum vi irruentes erigamus maschalam.

Fortassis huc alluſit Strato icus citharœdus apud Athæneum libro octauo, qui notas fingulas Græciæ ciuitates, Βυζάντιον ὅπως μασχάλην ἡ Ἑλλάς, id est, Byzantium Græciæ maschala. Byzantium dixit Græciæ maschalam, quòd illic, opinor, strenuè potaretur, siue quòd esset emporium Græciæ. Est enim Thraciæ ciuitas, eadem dicta Constantinopolis. Adiungit prouerbio gratiam alluſio, quòd sunt pocula nauigii specie, veluti cymbia, σκάφια, πρῴρια, & alia nonnulla. Refertur à Zenodoto. Memini & Iulius Pollux lib. 6. cap. 3. his quidem verbis. ἔστι δὲ τὸ μασχάλην αἴρειν τὸ μασχάλῃ αἴρειν, οἷς τῶν πότων ἐν πότοις ἐν μέθῃ. id est, De ebrijs verò dicebant maschalam tollere, tanquam is mos sit temulentis. Adducit & Homerici carminis testimonium,

Χεῖρας ἀίξαντες γλωχῖνος ἔχηται. id est,
Sublatis manibus ryis emori.

Ex his videtur non à tollendo poculo, sed à gestu gaudentium fuisse dictum. Certe manet & hodie apud Germanos milites, vt dextra sublata lætitiam indicent animi,

Magis ipse Phryx. 25

Cum probatur non quod coniectio dictitatum quoties ea magis probarentur, verius, sed non quæ vèriora sint, sed quæ adulantius dicta. Narrant quod adulantius dictum.

Μᾶλλον ὁ φρύξ. id est, Magis ipse Phryx. Equidem Crœsum Lydorum regem aliquando percunctatum septem illos sapientes, cuinam primum fœlicitatis titulum tribuerent. At quum varie responderetur, aliis dicentibus, feras indomitas sibi videri fœliciſſimas quòd pro tuenda libertate mortem oppeterent: aliis ciconias, quòd citra legem, suapte natura ius primumque seruarent: Solone verò negante quenquam appellandum fœlicem, priùs quàm ex vita decesserit: assistens Phrygius ille fabulator Æsopus, Tanto, inquit, rex cæteros antecellis quanto mare præstat fluuiis. Id vbi rex audisset, respondisse fertur, μᾶλλον ὁ φρύξ. ea vox in prouerbium cessit. Equidem haud scio an ita legendum sit, μᾶλλον ὦ φρύξ. vt sit libenter gnoscentis eam laudem & quum esset maxima, tamen aliquid etiam adiungi desiderantis. vnde quum quis aperte nobis adulatur, succinere licebit, μᾶλλον ὦ φρύξ. Refertur Suidas & Zenodotus.

Magis sibi placet, quàm Peleus in machæra. 26

Præter modum insolens.

Μᾶλλον φρονεῖ μᾶλλον ἢ Πηλεὺς ἐπὶ τῇ μαχαίρᾳ. id est, Magis sibi placet quam Peleus sua machæra. In eum competit qui præter modum re quapiam insolens est, ac tumet. Aiunt autem hunc gladium à Vulcano fabrefactum, à dijs dono datum fuisse Peleo, virtutis illius ac prudentiæ symbolum. Quo quidem ille vtens & in præliis & venatibus, consequebatur quicquid optabat. Zenodotus ait huius mentionem factam & apud Anacreontem, & apud Pindarum.

Generosus es ex crumena. 27

Γενναῖος εἶ ἐκ βαλλαντίου, id est, Generosus es ex crumena. In eum iaciebatur qui propter opulentiam generosus haberi voluisset, alioquin obscurus & humilis. Pariunt enim nobilitatem & opes, non antiquæ solùm, iuxta Aristotelem, verumetiam vndecunque & quandocunque partæ. Solet autem hoc genus ferocius insolescere, quàm qui maiorum imaginibus clari sunt.

Liberorum amantior quàm Gello. 28

Φιλοπαιδοτέρα, id est, Puerorum amans Gello. Dici solitum vel in eos qui morte præmatura perissent: vel in eos qui mira quidem charitate filios prosequerentur, sed eosdem indulgentia delicatique cor-rumperent. Aiunt Gello virginem quampiam fuisse, quæ puella adhuc vita decesserit. Huius spectrum oberrare Lesbijs creditum est, ac pueros imi etere. Vnde puerorum mortem, qui præmaturo fato perirent, huic Gellio imputabant. Citatur Sappho, quæ huius fabulæ meminerit. *Gello puellæ*

Gleba aurum. 29

Res minima maximis apponit, credens fese nonnihil iuuare. Proinde legendum suspicor βῶλος χρυσὸς, aut χρύσα, vt subaudias, ποιεῖ ἴσον, aut αὔξουσα, aut eiusmodi quippiam. Nihil enim adfert momenti si gleba aruo adiungatur, quòd perinde sit ac si quis aquam è lacu hauſtam infundat mari. Posita.

Βῶλος χρυσὸς, id est, Gleba aruum, vbi quis exigua maximis apponit, credens iese nonnihil iuuare. Proinde legendum suspicor βῶλος χρυσὸς, aut χρύσα, vt subaudias, ποιεῖ ἴσον, aut αὔξουσα, aut eiusmodi quippiam. Nihil enim adfert momenti si gleba aruo adiungatur, quòd perinde sit ac si quis aquam è lacu hauſtam infundat mari.

Glauci ars. 30

Γλαύκου τέχνη, id est, Glauci ars. Huius paroemiæ duplex est vsus. Conuenit enim vel in opus celeriter absolutum: vel in id quod est arte summa, summáque cura elaboratum. Quidam ortum existimant à Glauco quodam Samio, qui primus æris ferruminationem inuenerit. Alij à Libyco quodam, qui quatuor cymbala quædam fabricatus dicitur, certis proportionibus ita inter se respondentia, vt primi tpsiſtitudo epitriti rationem haberet ad secundum, ad tertium hemiolii, ad quartum dupli. Ea pulsata musicam quandam harmoniam reddebant. Author Zenodotus.

Noctuæ Lauriotica. 31

Nomismata in quibus noctuæ figura.

Γλαῦκες λαυριωτικαί, id est, Noctuæ Lauriotica. hoc velut ænigmate pecuniarum vim significabant. Laurios enim Atticæ regio est auri venis frequens. Potrò nomismatis aureis noctuarũ figura inscalpebatur, quemadmodum alio diximus loco. Interpres addit & tetradrachmis noctuam solere inscalpi. Aristophanes in Auibus,

Γλαῦκες ὑμᾶς οὐκετ' ἐπιλείψουσι λαυριωτικαί,
Ἀλλ' ἐσοικήσουσιν ὑμῖν, ἤν τι δῶς βαλλαντίοις,
Ἐντιθέναι. id est,
Noctuæ vos non relinquent Lauriotica, sed hæ
Aedibus adcrescent vestris, inque loculis nidulos
Sibi parabunt.

Glaucus poto melle resurrexit. 32

De eo qui reuixerit, rumore vulgari mortuus.

Γλαῦκος πιὼν μέλι ἀνέστη, id est, Glaucus poto melle reuixit. Dici solitum quoties aliquis vulgari rumore dictus mortuus, denuo prodit in publicum, & quasi redituus apparet iis quibus persuasum fuerat eum vita defunctum esse. Satis constat ab euentu natum: nempe Glaucum quempiam, præter omnium expectationem, gustato melito pharmaco reualuisse. Eámque rem in iocum popularem versam fuisse. Quidam enarrant in hunc modum. Glaucus quidam poto melle, ob bilem penè exanimatus est. ad hunc multis accurrentibus medicis, polyidos herba, quam draconem vocant, eum restituit.

Generosior Codro. 33

In eos qui ignorant maiorum imagines.

Εὐγενέστερος Κόδρου. id est, Generosior Codro. Per ironiam recte dicetur in istos qui maiorum fumosis imaginibus & natalium antiquitate gloriantur. Codrus Melanthi filius fuit. Melanthus à Neleo sextus. A quo Neleo prognatus & Nestor. Hic igitur Melanthus Messene patria pulsus, venit Athenas, atque ibi cum Xantho Bœoto, qui tum Athenis imperabat, singulari certamine congressus, victor discessit, & Athenienſium

imperium occupauit. Cui successit filius Codrus, singulari in patriam pietate præcipuè nobilis. Nam quum Atticis bellum esset aduersus Dores, proditumque esset oraculo, victoriam penes Athenientem populum futuram, si rex illorum ab hostibus tuliset occisus: Codrus patriæ gloriam sua incolumitate chariorem habens, ignota persæ hostem prouocauit, & interemptus est. Reliquit autem filios duos Medontem, qui patri defuncto successit in imperium, & Nelea, cuius auspicijs colonia in Asiam deducta est. Hæc ferme Zenodotus.

Cadmea victoria. 34

Κάδμειος νίκη, id est, Cadmea victoria. Huius adagij varium adducunt & tenuem & originem. Sunt qui putent inutilem victoriam, Cadmeam vocatam: propterea quòd Eteocles & Polynices Thebani, quum de regni viribus disceptarent, singulari certamine congressi, vtrique perierint. Cuiusmodi victoriæ meminit Herodotus libro primo, de Phocensibus agens. Vel quòd Cadmei deuicerint quidem Argiuos cum Adrasto militantes, sed suo malo. posteris enim illorum pœnas abundè magnas dederunt. Vel quòd Oedipus soluto Sphingis ænigmate victoriam quidem à monstro magnificam reportauit, verùm pòst imprudens suam ipsius matrem duxit vxorem. Idque simulatque resciuit, oculos sibimet eruit. Itaque illius quoque victoriæ parum fœlix exitus fuit. Sunt qui hùc referant, Quum Cadmus literas à Phœnicibus acceptas Græcis tradere vellet, Linum, quòd is quoque literas suas proferret, interemit. Deinde ciues Cadmum exegerunt, vt nec huic bono fuerit Linum superasse. Plutarchus subscribit primæ sententiæ, nam ad hunc modum scribit in commentario, οἷς δ' φίλαι ἧσαν. Οἱ γὰρ ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας Κάδμειαν νίκην ἔφασαν εἶναι τὴν ἐπὶ Θήβαις ἀπώλειαν καὶ κακώσεις, παροιμιάζοντες, id est, Non enim aliam putabant Cadmeam victoriam, quam eam quæ fuit fratrum apud Thebas, vtriusque pulcherrimam atque miserrimam appellarunt. Idem οἷς παῖδες ἄλλως, ostendit Cadmeam appellari victoriam, quoties præstat vinci quam vincere. Vsurpauit hoc adagium Plato libro De legibus primo, παμβίαι μὲν φέρει τις νίκαι, νίκη δ' ἥττη ἐνίοτε ἀπαιδίαι. πολλοὶ γοῦν ἐκ τῶν ἐν τοῖς πολέμοις νικῶν γεγόνασι, μᾶλλον δὲ πάντες ἐκ τῶν ἐν ἀρχῇ νικῶν ἀδικοῦντες. καὶ παμβίαι μὲν πάντες ἐγένοντο Κάδμειαι νίκαι ἢ ἀπόπτωσις πολλαὶ δὲ πολλῶν γέγονε καὶ ἥττη. id est, Proinde eruditio etiam victoriam adscit: contrà victoria nonnunquam imperitiam: eo quòd compotes ob victorias bello partas insolentiores facti, innumeris alijs malis propter violentiam repleti sunt. At eruditio nunquam fuit Cadmea: victoriæ verò multæ profecto hominibus tales & fuerunt & futuræ sunt. Aristides in Pericle, ὥστε τὴν Κάδμειαν νίκην ἡμῖν γενέσθαι, id est, Itaque Cadmeam victoriam reportaturum se ille existimabat. Quo quidem loco scholium adscriptum, præter alia illud admonet, ab his quæ retuli, nonnihil diuersum. Thebanos, cæsis Argiuis qui cum Polynice pugnarant, negasse sepulturam. Qua inhumanitate exulceratis Athenienses, Thebanos oppugnatos deuicerunt, & consimilem admodum vetuerunt ne cadauera cæsorum darentur sepulturæ. Nec prorsus dissonant ab his, nec prorsus congruunt quæ scribit Pausanias in Bœoticis. Scribit autem in hanc fermè sententiam, Commisso apud Ismenum prælio, in congressu victi sunt Thebani, & compulsi in fugam intra mœnia sese receperunt, tanquam Peloponnesij oppugnationis essent ignari. Porrò quum illi magis ira quàm arte irruerent, non pauci à Thebanis è muro jaculis sunt interempti. Postremo vicerunt & alios, in palantes turbatósque facta impressio: cæsa vt totus exercitus excepto Adrasto interiret. Neque paruo ea victoria constitit Thebanis, ἐξ ἧσσόν, inquit, τῶν σφετέρων ἀνδρῶν ἀπολομένων, παροιμιάζοντες νίκην ἐπώνυμον, id est, Ex eo, victoriam conjunctam cum exitio eorum qui vicerunt, Cadmeam appellant. Sed vndecunque natum est adagium, Cadmeam victoriam appellabant infœlicem etiam ipsis victoribus. Cuiusmodi fuit & Græcorum, quorum nulli non magno constitit capta Troia. Et medici Cadmeam victoriam vocant quum ita depellitur morbus, vt ægrotus interim in remedio pereat, succumbente natura.

De victoria inutili.

Victoria noxia.

Victoria parum fœlix exitu.

Quoties præstat vinci quàm vincere.

Pecunia vir. 35

Χρήματα ἀνήρ, id est. Pecuniæ vir. Hoc est, tanti quisque sit, quantum possidet. Horatius, 1. Serm. Sat. 2.

Nil satis dixerunt, quia tanti quantum habeas, sis.

Zenodotus ex Pindaro citat, extat autem in Isthmiis hymno secundo, his quidem verbis,

Νῦν δ' ἐφάνη παρὰ μοῖραν φυλάξαι
Ῥῆμα, τὸ δημόσιον αἶσχος φαίνει
Χρήματα, χρήματ' ἀνήρ.

Ος φάτο πάλαι ποτ' ἀμφὶ Λαφρίῳ τῷ φίλῳ. id est, Nunc lubit illud Argiui seruare dictum, ad veritatem proxime accedens, Pecuniæ pecuniæ vir. Sic ait possessionibus simul destitutus & amicis. Interpres Pindari testatur Chrysippum authorem in proverbijs, qui scripserint esse Aristodemi Spartani. Idem interpres versum quem paulo antè recensuimus, ex Alcæo refert hunc in modum: χρήματ' ἀνήρ, πενιχρὸς δ' οὐδεὶς πάλαι τέλος, ὡδὶ τιμῶσι. Meminit apophthegmatis & Laertius in vita Thaletis, addens apud Lacedæmonios esse percelebre. Alcæi idem testantis hæc verba citantur apud Suidam, Ὡς γὰρ δίκαιος Λακεδαιμόνιός φασιν ἐν ἀρχῇ τὸν ἐπιλαμβανόμενον λόγον εἰπών· χρήματ' ἀνήρ, πενιχρὸς δ' οὐδεὶς πάλαι τέλος, id est, Sic enim olim aiunt Aristodamum apud Spartanos verbum non inscitum dixisse, Pecuniæ vir, pauper autem nunquam probus. Quidam ad septem illos sopnos referre malunt. Ad hanc sententiam pertinent illi versus è comœdia quapiam,

Ταχύμορον ὄν αἷμα καὶ ψυχὴ βροτῶν.
Ὅστις γ' μὴ ἔχει τῶν μολόντ' ἐκτησεται,
Οὗτος μετὰ ζώντων τεθνηκὼς ἀστένακτος. id est,
Argentum & anima & sanguis ad mortalibus.
Hoc qui caret, nec fuit parauit sedulo,
Viuos hic inter mortuus circumambulat.

Pecunia, anima.

Secundus versus Græcis constabit si tollas ἤ, aut si legas μᾶλλον pro μὴ ἔχει. Tertius constabit si pro τεθνηκὼς legas τεθνηκώς. Celebratur & hic senarius, non alienus ab hac sententia.

Βίος βίῳ διάφορος, ἄκτεα βίος. id est,
Vita haud vocanda est vita, victum indiga.

Proinde quemadmodum apud Græcos βίος itidem apud Latinos vita significat & vitam morti contrariam, & facultates quibus vitam sustinemus.

Dives factus iam desit: gaudere lente. 36

Ἐπίσχες πλοῦτον ἐκ τοῦ ἥδεσθαι φακῆς. id est,
Lenticula diuitis placere desine.

Lens legumen, pauperum ac tenuium cibus est: quæ fastiditur simulatque lautior fortuna contigit. Vide prouerbium in eos, quibus ad vberiorem conditionem euectis, fastidio sunt ea quæ prius inopes boni consulebant. Sumptum est adagium ex Aristophanis Pluto. Dicitur enim illic in adolescentem, qui quum pauper haberet consuetudinem cum anu, nactus diuitias, cœpit illam fastidire. Non dissimile illi quod alibi recensuimus, βίος βίῳ, διψᾷ διψᾷ.

Caluum vellis. 37

Φαλακρὸν τίλλεις. id est, Caluum vellis. Vbi inanem operam lumit, qui vbi quis auferre conatur quo vacat is à quo petitur. Veluti siquis à paupere conetur extundere pecuniam, ab indocto literaturam. Simillimum est illi Plautino, Aquâ è pumice postulas. Rursum illi, Nudo vestimenta detrahere. Quin hodie quoque vulgus, vbi significat nihil esse quod adimatur, volam manus ostendens, iubet inde velli quippiam: quòd ea corporis pars nemini non sit calua.

Inanis operæ.

Aquam è pumice.

Somnus absit ab oculis. 38

Ὑπὸ δ' ἀπύρου λυχνίου μ' ὑμάτων. id est,
Oculis absello lentus' animum sopor.

Vbi quis rem aggreditur quæ summam diligentiam curámque desideret. Quod genus siquis philosophiæ capessat studium. Sumptus est autem hic senarius ex Aristophanis Nebulis apud quem dicitur sub persona Socratis adhortantis Strepsiadem, vt philosophiæ daturus operam, omnia tum faciat tum patiatur.

Summa cura, & studium.

Phoci conuiuium. 39

Φώκης δεῖπνος, id est, Phoci præmium, siue conuiuium. Dictum fuetum vbi quis suo malo conuiuas acciperet. Tametsi nihil vetat quo minus longius etiam traducatur, nempe ad quoslibet qui lædantur ab iis de quibus benemeriti fuerint. Aiunt Phoco cuipiam filiam fuisse iam nuptiis maturam. Is procos (nam erant complures) conuocare solitus, præmia statuebat, & conditionibus subindè nouis propositis nuptias prorogabat.

Læsus ab vt de quib. bene meritus sis.

Quam-

Quamobrem indignati iuuenes, Phocum in conuiuio trucidarunt. Author Zenodotus. Etiamsi Plutarchus in Amatorus narrationibus fabulam hanc diuerse narrat.

Tres conuiuiorum species.

Eustathius in primum Odysseæ, tres cõuiuiorum species facit, εἰλαπίνην, quod ad splendorem ac magnificentiam sit apparatum. γάμον, quod ipsum etiam sumptuosius esse consueuit. ἔρανον, ad quod plurimi conueniunt. sed suo quisque cibo sumptúque. Ea conuiuandi ratio præcipuè probatur Hesiodo, propterea quòd quum plurimum habeat iucunditatis, minimum habet sumptus. nam temperantius & editur & bibitur, vbi quisque de suo edit ac bibit. Hesiodi carmen est huiusmodi,

Ἀσ κακῶ σκέπτεται χάρις ἀκριτὰ τ' ἐλεγχίν.

Porrò qui splendidiores affectarent videri, ii etiam ἔρανον tum de suo, tum lautius exhibebant. Homerus has tres conuiuiorum formas simul complectitur,

Ἴλλιόν θ' ἁρπὼ,
Εἰλαπίν' ἢ γάμοιο, τόν τε ἔρανον πάλ' ἔδειν.

Antiquior quàm chaos & Saturnia tempora. 40

De nimium prisca.

Χάους ἀρχαιότερος, id est, Antiquior quàm chaos. De re nimium prisca & obsoleta. Ibycus, ἀσπάσιος δ' ἐν ἀλλοτρίῳ χάει, id est, Volat in alieno chao. Ac rursum, Οὗτος φλυαρεῖ, καὶ μάλιστα ἡμῖν λῆρον καθεῖκε τὸ χάους ἀρχαιότερον, καὶ περίεργον ληζόμενος. id est, Hic autem nugatur, ac temere nugas in nos infundit, antiquiores quàm chaos, ac Saturni tempora redolentes. Alludit adagium ad chaos, ad quod poetæ deorum ac rerum omnium originem referunt. Ouidius opificium mundi hinc auspicatur, quemadmodum & Hebræi.

Tanquam Argiuum clypeum abstulerit, ita glorietur. 41

De fastuoso.

Ὡς τὸν ἐκ Ἄργους ἀσπίδα καθῃρηκὼς σεμνύεται, id est, Superbit tanquam Argiuum clypeum detraxerit. In fastuosos, & magnificentius sese gerentes, dicebatur. Aiunt apud Argiuos sacrum quendam esse clypeum, clauis affixum, vt facilè detrahi non possit. Alij dicunt, apud eos ordinem ac delectum iuuenum viribus antecellentium, ἀσπίδα, id est clypeum, appellari. Author Zenodotus.

Tanquam conchylium discerpere. 42

De imbecillibus.

Ὥσπερ κογχύλιον διαιρῶν, id est, Tanquam concham dilacerare. De imbecillis & viribus longè inferioribus dicebatur. Nam illiusmodi solo rumpuntur conchæ, quo cibus eximatur: aut inciso neruo quo se contrahunt ac diducunt, aperiuntur. Refertur apud Suidam.

Mutus magis quàm scapha. 43

De iis qui non audent hiscere apud præstantiores.

Σκαφοῦ μᾶλλον, id est, Magis elinguis quàm scapha. De iis dici consueuit qui propter humilitatem conditionis, apud præstantiores non audent hiscere. Natum hinc aiunt, quòd olim inquilini, & hospites alienæ Reipub. ludis popularibus in pompa incedebant, nauim gestantes. vnde quoties hospitem non ciuem significabant. σκάφιον ἢ σκαφήσιον, appellare consueuerunt. Proinde vulgo sic minitabantur, στόμα σοὶ συσκαφήσω σκάφει: id est, Reddam tibi os occlusius scapha. Etenim iis qui in Repub. viuunt nõ sua, multa sunt mussitanda. Nam vti non conuenit in aliena ciuitate curiosum esse, ita nec tutum est liberioris esse linguæ. Huius interpretamenti Suidas authorem citat Theophrastum in opere De legibus. E quidem in plerisque codicibus. σκωμμάτου scriptum reperio, non σκαφίου. Quæ lectio ficui magis arridebit non reluctabor: nempe vt metu contractum & humilem accipias.

Nudus tanquam ex matre. 44

De eo, qui sit nudum pauper.

Γυμνὸς ὡς ἐκ μητρός, id est, Nudus vt ex matre. Prouerbialis hyperbole de vehementer paupere. Nudissimi enim nascimur ac ne pilis quidem tecti. nedum vestibus. quod non item in cæteris animantibus accidit. Hoc dictum & hodie vulgo nostrati est in ore, Tam nudus quàm natus erat. Huic simile quod alibi referetur, Tanquam à naufragio.

Est Pylus ante Pylum. 45

Plutarchus in libello cui titulus ἐστὶ Πύλος πρὸ Πύλου διαπεζεύξας. testatur hunc versum apud Metlenios prouerbio fuisse celebratum,

Ἔστι Πύλος ποτὶ Πύλῳ νῦ Πύλος Πύλου γε μᾶλλον ἔδει ἐγγύς. id est,
Est Pylus ante Pylum, siquidem est Pylus altera sane.

Dictum apparet vbi quid alteri præfertur, velut antiquius & præstantius. Aut vbi aliquis iactat sese, quasi vel solus sit, vel summus: quum reperiantur & alij qui possint cum eo decertare. Pylus enim Messeniorum ciuitas, Nestore nobilis, vt affirmant quidam. Hoc autem carmen Plutarchus hoc pacto commutauit,

Alter alter prælatus.

Ἔστι τόκος ποτὶ τόκῳ, τόκος γε μᾶλλον ἔδει ἐγγύς. id est,
Vsura vsura prior, vsura altera sane est.

In eos accommodari potest quibus alia vsura ex alia nascitur. Vnde natum sit adagium Eustathius interpretans Homeri Bœotiam indicauit. Scribit enim, iuxta eos qui de populis conscripserunt, tres fuisse Pylos, vnam Messeniæ, alteram Triphyliæ, tertiam Arcadiæ. Triphyliacam obtinuisse Nestorem. Idem geographum testem adducit, Strabonem opinor, qui tres item Pylos constituerit in Peloponneso. Tractat autem hac de re Strabo libro Geographiæ octauo, demonstrans, fuisse multas huius nominis vrbes, quarum vnaquæque sibi vindicauerit Nestorem, ob viri celebritatem. Quanquam idem pòst autumat Nestoris patriam fuisse ex vtraque parte Alphei. Alluit ad adagium Aristophanes in Equitibus,

Tres Pyli.

Ἀλλὰ νῦν φράζε, ποῦ πόλις πόλιν, ὦ σὺ τἄρα ζῇς,
Ἐστὶ πόλις ποῦ πόλεως; τί τοῦτ' ἐλέγχεις ποῦ πόλεως; id est,
Hoc age dic, Pylus ante Pylum est, quam tu mihi narras,
Est Pylus ante Pylum. sibi quid vult ante Pylum istuc?

Interpres adscribit versiculum, quem paulo antè citauimus è Plutarcho, proditum oraculo fuisse.

Iecit Achilles duas tesseras & quatuor. 46

Qui in re aliqua vincunt.

Βέβληκ' Ἀχιλλεὺς δύο κύβω καὶ τέτορα. id est,
Duas Achilles quatuor que tesseras iecit.

Hunc versum Suidas ex Euripide citat. Quid autem sibi velit adagium, nullus explicat: Nisi quòd coniectare licet dictum fuisse de iis qui in omni re vincerent, propterea quòd is tesserarum iactus fœlix esset. Interpres Aristophanis in Ranis, Aristarchum citat, qui scripserit hunc senarium Euripidis nomine circunferri solitum, sed falso, quum sit ἀδέσποτον. Apud Aristophanem vsurpat Bacchus in Æschylum, victorem Euripidis: vnde apparet in faustis acclamationibus huius esse vsum prouerbij.

E tardigradis asinis equus prodiit. 47

Ex obscuro clarus.

Ἐκ βραδυπόδων ὄνων ἵππος ἄρτι, id est, E tardigradis asinis equus emersit. Quum clarus euadit quispiam obscuro genere natus: aut quoties ab indocto præceptore proficiscitur discipulus eruditus. Potest & per ironiam proferri, & per negationem, vt, Nunquam ex asinis nasceretur Equus. Et, En tibi ex asinis equum. id est, ex infimis parentibus arrogantem & ferocem. Huic contrarium est quod alibi retulimus, Heroum filij noxæ: quum ex egregiis viri prognati, non respondent maiorum virtutibus. quemadmodum Socrates apud Platonem in Alcibiade priore, docet ambos Periclis filios Paralum & Xanthippum fuisse stupidos, Cliniam euasisse furiosum. denique nullum illius opera factum sapientem: quum Zenonis consuetudine multi sapientes euaserint. Idem tractat in Menone, commemorans & Aristidem, qui filium habuit Lysimachum nullius rei, præterea Thucydidem, cui duo fuerunt filij, Melesias & Stephanus. neuter respondit virtuti paterni. His addi poterat M. Tullius, qui filium reliquit illaudatum, & à patriis virtutibus plurimum degenerantem.

Periclis filij.

Aristidis filius Lysimachus. M. Tullij filius.

Epeo timidior. 48

Magnopere pauido.

Ἐπεῦ δειλότερος, id est, Epeo timidior. De magnopere pauido dicebatur. Ab Epeo quopiam ductum, notæ timiditatis homine. Datum est hoc cognominis Cratino comico, per allusionem fortassis, quòd cum OEnoidis tribus princeps esset, in eo munere timidius se gereret.

Ephesiæ literæ. 49

De eo, qui assequatur quæcunque velit.

Ἐφέσια γράμματα, id est, Ephesiæ literæ. Dictum videtur de iis qui mira fœlicitate, tanquam diuina virgula, quicquid optarent, assequerentur. Aiunt enim, Ephesiis notulas quasdam, & voces magicas fuisse, quibus vtentes, in omni negotio victores euaderent. Author Diogenianus. Eustathius in Odysseæ φ, tradit his literis vsum Crœsum in rogo. Fuisse autem verba quædam obscura, ænigmatibus simillima, neutiquam cohærentia, descripta in pedibus, zona, & corona Dianæ. Suidas addit huiusmodi fabulam, in Olympis Milesium quempiam cum Ephesio palæstra commissum, nihil potuisse in conflictu, quòd is Ephesius in talo

Impostorum voces, ac literæ.

Ephesias habet literas. Quod simulac animaduersum esset, ademptis literis, Ephesium, qui iam triginta desatigarat, succubuisse. Hesychius indicat fuisse pristicas quasdam voces pro sacris habitas, quibus impostores deinde multas adarserint. Priscas putat has fuisse, ἀσκί, quod interpretatur tenebras, κατασκι, lumen, ἄϊξ ipse, ἀσκιμαφόδε tol, ἄσκοτ verum. Meminit harum & Anaxilas apud Athenæum libro duodecimo. commemoratis enim philosophi cuiusdam deliciis, ait, ἢ φεῦ τέτων ἐν σωλοφίοις μεθεῖσα φροντὶς ἀκμαλέα κεφαλῆ, id est, Ad hæc, in comitiis pethecullis gestans Ephesias literas pulchras. Nec desunt hodie qui huiusmodi confictis vocibus imponant stultis. Illud satis apparet librariorum incuria commissum, quòd quum Hesychius inter magicas voces recenseat πίπρακ, non meminit tamen interpretans singulas.

Eodem in ludo docti. 50

Literæ improbitas.

Eodem in ludo docti dicebantur, similibus vitiis laborantes, & improbitate pares. Hoc dictum adeò vulgo manet, vt nihil sit tritius. Terentius in Hecyra, In eodem omnes mihi videntur ludo doctæ ad malitiam. Solent enim ferme, qui communibus vsi sunt præceptoribus, ingenio moribúsque conuenire. Quod autem Terentius dixit in mulieres, omnes inter ipsas similibus esse moribus, idem Græcus attestatur senarius,

Fœminæ fœminæ lutulentæ.

Γυνὴ γυναικὸς πάντ' ἐδὲν διαφέρει. id est,
A fœmina nil fœmina in quam differat.

Innuit autem prouerbium nullam inueniri bonam mulierem.

Tanquam in phiditiis. 51

Ὡς ἐπὶ φειδιτίοις, id est est, Velut in phiditiis, vbi quid parcius nimiúmque frugaliter actum significabimus. Lacedæmonij publica loca habebant in quibus ciburi caperent. in his accipiebant hospites ac legatos suos, sed apparatu perparco. Vnde & Græca vox ducta videtur à φείδω, id est parcendo. Quanquam sunt qui malunt φειδίτια dicta quasi φιλίτια, quòd eiusmodi conuiuia contentur sodalitas. Vtrunque vocis etymologiam recensuit Plutarchus in vita Lycurgi. In priore abiicitur ι è diphthongo, in posteriore λ vertitur in δ. Addit autem tertiam etymologiam, phiditia dicta quasi ἰδίτια, à sumendo cibo, quæ Græci, præsertim Athenienses, vocant συσσίτια. Cretenses ἀνδρεῖα, quemadmodum ibidem indicat Plutarchus. Hoc genus conuiuiorum Lycurgus instituit, ad excludendum luxum ac remulentiam. Tullius meminit Phiditiorum libro Tusculanarum quæstionum quinto, Quid, inquit, victum Lacedæmoniorum in phiditiis, nónne videmus? Vbi quum tyrannus cœnauisset Dionysius, negauit se iure illo nigro, quod cœnæ caput erat, delectatum: tum is qui illa coxerat, Minimè mirum, inquit: condimenta enim defuerunt. Quæ tandem, inquit ille? Labor in venatu, sudor, cursus ab Eurota, fames, sitis. His enim rebus Lacedæmoniorum epulæ condiuntur. Quanquam hæc fabula secus narratur apud Plutarchũ in coronide quam adiectam videmus apophthegmatis Laconicis, de Lycurgi institutis. Erant apud Lacedæmonios & alix conuiuiorum species, quorum vnum erat κοινὶς, quod certis ciborum generibus instruebatur, alterum αἰσυρ, aliquanto splendidius. Omnium frugalissimum erat quod agebatur in phiditiis Multa super his Athenæus libro quarto, sicut libebit cognoscere. Accommodari poterit & ad orationem, vt si quis neget se contentum simplici sermone, velut in Laconicis phiditiis accipiatur: sed desiderare splendoris aliquid, & quod appetentiam irritet illecebra.

Ondiria & alia conuiuia.

Equo senescenti minora cicela admoue. 52

Ἵππῳ γηράσκοντι τὰ μείονα κίκιθρα ὄπιζε, id est, Equo senescenti minora cicela admoue. Admonet adagium, vbi vires per ætatem fatiscunt, respirationem ac refocillationem quandam à laboribus dandam: & decrescente robore, minuendos labores, augendam remissionem. Ductum aiunt ab equis militaribus, quibus senescentibus, leuius τεῖρμα admouebant. Est autem τεῖρμα certa totula quædam, publica nota, quæ igni candefacta, malis equorum imprimi consueuit. Zenodotus ostendit prouerbium extitisse apud Cratetem comicum in Samiis. Videtur carmen heroicum, si tantum legas κέκλ' ὄπιζε. Nam κίκιθρα nondum reperi apud vllum authorem, præterquam apud Zenodotum. Trisippij meminit Hesychius. Videtur autem κικίθρα aliquid esse non dissimile trisippio.

Robore decrescente, labores minuendos.

Eretriensium rho. 53

In præcipites & violentos.

Ἐρετριῶν ῥῶ, id est, Eretriensium rho. Vbi quis crebrius & asperius eam literam ionaret. quo nomine nunc male audiunt apud Gallos Picardi, Normanni, Lotharenses. Notantur item quibus Alcibiadis labdacismus impendio placebat. Ridetur Arrius à Catullo, quod

Commoda dicebat, si quando commoda vellet
Dicere, & hinsidias Arrius insidias.
Ac tum mirifice sperabat se esse locutum,
Cum quantum potuit dixerat hinsidias.

Adagium refertur à Diogeniano. Meminit Plato in Cratylo, Οἶσθα ὅτι τὸ τί ἐστιν ἡμεῖς μὲν φαμὲν σκληρότητα, Συρακόσιοι δὲ σκληρότη, id est, Scis quòd nos pro eodem dicimus scelerotes, id est, duritiem, pro quo Eretrienses scelerotes. Ex quo liquet Eretrienses adamasse hanc literam ρ, quam loco σ supposuerint, quum contrà Athenienses, eam verterint in σ, vt Ἀφροδίτη pro Ἀφρῳδίτη. Quoniam ea littera dicitur impetus & vehementia significationem habere, videtur & in homines præcipites ac violentos congruere prouerbium.

Vehementer commotus.

OEstro percitus. 54

Οἴστρου φερόμενος, id est, OEstro percitus, id est, ingenti animi cupiditate commotus, ac velut attonitus. OEstrum enim insecti genus, horrendo stridore, vnde & nomen inditum apud Græcos. Nam Latini asilum appellant. Hoc addito Iuno vaccam Io in furorem egit. Vnde poetæ diuino correpti furore, œstro concuti dicuntur. Est apud Platonem, tametsi locus in præsentia non succurrit, opinor in Phædro. Vnde & οἰστρηλάτου dictione composita, pro insano, & οἰστρᾶν & οἰστρηλατεῖν, pro insanire.

Maiore voluntate, quàm facultate.

In magnis & voluisse sat est. 55

In magnis & voluisse sat est. Tibulliana hæc sententia nihil celebratius. eam Angelus Politianus non inscitè vertit Græcè,

Ἀρκεῖ δ' ἐν μεγάλοις κἀν βούλημα μόνον.

Apuleius Floridorum libro quarto, Maiore scilicet voluntate quàm facultate. Eóque propensius fortasse laudandus est, quòd omnibus bonis in rebus, conatus in laude, effectus in casu est Item M. Varro apud Gellium, lib. 12. capite decimooctauo, In quo non modo Læli ingenium non reprehendo, sed industriam laudo. Successum enim fortuna, experientiam laus sequitur. Conuenit, vbi quis maiora viribus conatus, tametsi rei susceptæ magnitudine non facit satis, tamen hoc ipso nomine laudem promeretur, quòd rem pulcherrimam tentauerit.

Conficerent.

In holmo cubabo. 56

Ἐν ὅλμῳ βινέσω, id est, In holmo cubabo. Dicebatur ab iis qui se quippiam diuinatione cognituros minitabantur. Nam ὅλμοι quidam vatem interpretantur: alij tripodes Apollinis holmos appellatos tuisse. Tradit autem Aristophanes grammaticus, citante Zenodoto, eos qui holmis indormissent, repente diuinandi spiritum concipere. Addit, Apollinem ob id ὁλμεῖον cognominatum à Sophocle. Quanquam apud Hesiodum ὁλμῷ pro mortario ponitur. Apud Athenæum, lib. 11. poculi genus est cornu admodum, vt per iocum torqueri possit & in bibones.

Conspiratio.

Eadem cera. 57

Ἐν κηρίον, id est, Idem fauus: dicebantur qui vno ore idem affirmarent: aut qui inter se connexis: siue quod cera tenax, sibique hærens: siue quòd olim in ceratis tabellis scribebant. vnde & Horatius, Cera laudatur eadem. Sive quòd olim imagines è cera fingebantur, varia quidem forma, nunc deorum, nunc regum, nunc plebeiorum: sed hæc omnia erant cera. Refert Zenodotus non dissimile illi quod alio diximus loco, Idem puluis, &, Eadem farina.

Idem pulvis, Eadem farina.

In quinque iudicum genibus situm est. 58

Ἐν πέντε κριτῶν γόνασι κεῖται, id est, In quinque situm genibus iudicum, id est, in alieno arbitrio res est posita. Nam antiquitus quinque iudicibus datum erat negocium vt de comicorum fabulis pronunciarent, vt testis est apud Zenodotum Epicharmus. Quanquam & apud Platonem quinque iudicum fit mentio, cum alias, tum in libro de legibus vndecimo. Ἐν πέντε δὲ τοῖς νομοφύλαξιν

In alieno arbitrio res posita.

φυλάττειν πὶς τοὺς ἐλαχίστους ἐξ νομοφυλάκων κρίνειν, id est, Vt iudicium sit penes quinque natu minimos ex nomophylacibus. Aptum est autem ad illud Homero frequens,

ἐν γούνασι Ζεὺς ἐν φρεσὶν κεῖται νόος. id est,

In genibus sunt hæc sita diuum.

Quum significamus non esse nostræ facultatis, præstare rei exitum, verum hunc superis & fortunæ in manu esse. Pindarus in Olympiis,

Νῦν δ' ἐλπὶς μοι μάλιστα Θεοῦ γε μὰν πλάγε. id est,

Nunc spes quidem mihi, ut in Deo situs exitus.

Emunctæ naris. Mucosis naribus. 59

Emunctæ naris dicitur acri exactóque iudicio, quasi purgatis naribus, mucóque emunctis. Horatius de Lucilio, in Arte,

Emunctæ naris, durum componere versum.

Contra, obesæ naris dicuntur stupidiores. Idē in Odis,

Nec firmo iuueni, neque naru obesa.

Lucianus in Alexandro Pseudomante, Τοῖς δ' ἰδιώταις ἐγγυθὲν μυσσοῖς τὴν ῥῖνα, πυκάσεν, id est, Indoctis autem, & quibus nares oppletæ muco, prodigiosum. Idem in Philopseude. Ἐμοιγε, ὦ δ' ὅς, εἰ μὴ πάνυ τὴν ῥῖνα κορύζης μυσσὸς ἔλων, id est, Mihi sanè, inquam, nisi planè nare fim oppleta muco. Huc allusit Plato libro de Rep. primo, vbi Thrasymachus Socrati stuporem obiiciens, operæ illi nutricem quæ mucum à naribus exprimat, ὅτι σε, ἔφη, κορυζῶντα ὁρῶμεν, καὶ οὐ καθαίρει παῖδα, id est, Quoniam, inquit, te mucosum negligit, nec emungit, quum ea tibi sit opus.

Fames & mora bilem in nasum concinunt. 60

Sosis Plautinus in Amphitryone, Vetus adagium est, inquit, Fames & mora bilem in nasum conciunt, id est, Latrante stomacho omnis mora bilem mouet. Quod autem dixit, bilem in nasum conciunt, conuenit cum illo quod ait Theocritus in Thyrside,

ὡς τίγα πικρός,
Καὶ οἱ ἀεὶ δριμεῖα χολὰ ποτὶ ῥῖνα κάθηται.
-est enim acerbus,
Atque illi semper sedet in nare aspera bilis.

Ducta est metaphora ab animantibus iram narium flatu significantibus. vnde fabula de tauris ignem spirantibus. Quin hominibus etiam nonnullis ex naribus indicium iracundiæ, Vnde & corrugare nares dicuntur quæ offendunt. Horatius,

-ne sordida mappa *Corruget nares.*

Item Persius in quinta Satyra,

-sed ira cadit naso, rugosaq; frontis.

Potest id trahi latius, nempe ad quemlibet vehementius aliquid cupientem, cui omnis mora quantumuis pusilla, longissima videtur, attestante Mimo.

Etiam celeritas in desiderio mora est.

Huc respicit & Horatianum illud, 1. Epist. 1.

Vt nox longa quibus mentitur amica, diesq;
Longa videtur opus debentibus: vt piger annus
Pupillis, quos dura premit custodia matrum.

Generosior Sparta. 61

Generosus animus.

Ἀλλὰ Σπάρτης γε γενναίτερον, id est, Generosior Sparta. Dicebatur excellenti animo, miniméque timidus aut humilis. Spartanis enim olim indoles aderat generosa, & ingenium omnis impatiens seruitutis, ac velut imperio natum. vnde nec mœnibus vrbem cingebant, legibus ita iubentibus: abundè munitam arbitrantes fortibus viris. Fœdissimum autem existimabant quemquam è pugna redire nisi victorē: id quod epigrammate quoque testatum est. Nec tyrannidem in suam Rempublicam admittebant, sed æqua libertate parebant legibus. Denique nihil humilioris operę exercebant, sed agriculturam & artes sedentarias per helotas (id erat seruorum genus) peragebant.

Helotes.

Locrensis bos. 62

Ἀκρεὼς βοῦς, id est, Locrēsis bos. De re vili, aut de munere leuiculo dici potest. Quum aliquando Locrenses publicum sacrum facturi, bouem desiderarent, compositō ex minutis lignis bouis simulacro, diis rem diuinam fecerunt. Atque hinc vulgus adagionem arripuit.

Res vilis.

Ficulnus gladius. 63

Συκίνη μάχαιρα, id est, Ficulnus gladius. De friuola causa dici potest, quæque minimo negotio queat refelli. Dictus est autem ficulnus gladius sycophanta, quòd idem & mollis sit & calumniator. Meminit & Hesychius.

Causa friuola.

Ficum Mercurio. 63

Expositum enim beneficium.

συκῆν τῷ Ἑρμῇ, id est, Ficū Mercurio. De prompto & quibuslibet exposito beneficio dicebatur. Nam antiquitus mos erat, sicubi ficus repertus fuisset eum veluti Mercurio sacrum suspendere. Liberum autem erat tollere ficum mercurialem, cuicunque libitum fuisset: vel quòd is deus furibus fauere creditus est: vel iuxta præmiam illam, κατὰ ἐρμῆν, Communis Mercurius. Huc opinor allusisse Persium, quum ait,

Promptum beneficium.

Inque isto ficum possis transcendere nummum,
Nec gustet furbere salsuram Mercurialem.

Vt indicatum est alibi.

Vt fici oculis incumbunt. 65

Ὥσπερ τὰ σῦκ' ἐπὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἔφυ, id est, Quemadmodum fici oculis innati. De iis dicebatur qui pertinacius vrgerent premerentque negotium aliquod. Sumpta similitudine à ficis, hoc est vitio quod oculis adnascitur, nec facilè potest auelli oculo incolumi. Aristophanes in Ranis,

Ὥσπερ τὰ σῦκ' ἐπὶ τοῖσιν ὀφθαλμοῖς ἔφυ. id est,

Vt ficus oculis immineus, sic ille erat.

Accommodabitur haudquaquam inepte & in hos, quibus quum graues sint & intolerabiles, tamen auelli non queunt nisi magno malo. Quod genus vitium nulli essent aut vnquam existerent principes, & principum optimates, quorum auaritia sint inexplebiles, libidine corruptissimi, crudelitate pernicioſissimi, tyrannide immanes, verissimi Reipub. hostes ac prædones, in publicam perniciem non solum animis & opibus instructi, verumetiam nouis artibus, quàs nec Dionysius vnquam, nec Phalaris reperit, examen sic adhærent, sic immineant, sic affixi sunt populo, vt neqeant ferri possint, nec euelli. Vsque adeò nullus est seruatus, nullus magistratus, nulla religio, nulla Reipub. pars, in quam actis radicibus illi non penetrarint, ceu pestis per omnes corporis venas sparsa. Siquidem animaduerterunt hoc homine tantum ad nocendum, oculati cordatique, vnam hanc eorum superesse publicæ incolumitati, si ciuium & ciuitatum honesta concordia, tyrannis potentium coerceatur. Hanc igitur in primis dirimere cura est. Sentiunt in pace minimum sibi licere, quum res legibus & consiliis agitur, non dolis aut armis. Proinde modis omnibus id agunt, ne populus publica pace gaudeat. Perspiciunt præcipuam Reipub. fœlicitatem in hoc sitam, si principem habeat iustum, cordatum, vigilantem, hoc est, verè principem. Itaque miro studio curant tutores ne vnquam virtus princeps. Adnituntur optimates ij qui publicis malis saginantur, vt voluptatibus sit quam essœminatissimus, nequid eorum faciat quæ maximè decet fortē principem. Exurunt vici, vastantur agri, diripiuntur templa, trucidantur immeriti ciues, sacra profanaque miscentur: dum princeps interim otiosus ludit aleam, dum saltat, dum oblectat se mortionibus, dum venatur, dum amat, dum potat. O Brutorum genus iam olim extinctum, ô fulmen Iouis aut cæcum aut obrutum. Neque dubium est quin isti principum corruptores, pœnas Deo dauit sint, sed serius fortè quàm multi optarent. Interim ferendi sunt, ne tyrannidem excipiat anarchia, malum planè pernicioſum. Quod complurium rerum publicarum experimentis comprobatum est, & nuper etiam agri Solagum per Germaniam exortus tumultus nos docuit, aliquando tolerabiliorem esse principum inhumanitatem, quàm ἀναρχίαν omnia confundentem. Siquidem fulmina terrent quietem omnes, ac non ita multos ferium. cæterùm mare inundans nulli parcit, ulnd non miscens ac voluens.

Opinor autem ficos hìc dici rigidum tumorem innascentem genis oculorum: ea res quum molestissima sit, tamen non sine periculo tollitur, quòd oculo immineat, parti vexationis & tractatus impatientissimæ, Adagij mentionem facit Suidas.

Ficus, quod genus morbi.

Cum hasta, cum scuto. 66

Σὺν δορὶ, σὺν ἀσπίδι, id est, Cum hasta, cum scuto. Vbi quis omni conatu rem aggreditur. Aristophanes ὦ rem aggrediplum.

Σὺν δορὶ, σὺν ἀσπίδι τε. id est,

Cum hasta, cumq; scuto.

Item in Vespis,

Ἐκδρομίστιν δορὶ ξὺν καὶ ἀσπίδι. id est,

Expedita excursione, cumq; scuto & lancea.

Sumpta metaphora a milite armis omnibus instructo. Ad similē vium rectè torquebitur Homericū illud,

Ἐγχεί τ' ἄκρῃ τε, μαχαίρῃ τε, χερμαδίῳ τε. id est,

Hasta, & gladio, saxisq; ingentibus vsus.

Non legu-tur hic Gra-phy.

Quoties res omni vi geritur.

Viri senis astaphis calnaria. 67

Ἀνδρὸς γέροντος ἀσταφὶς τὰ κρανία. id est,
Viri senis velut vua passa cranium.

Admonet adagium, inualidum & flaccidum esse senile corpus, ex hausto succo, carnibúsque adesis. Lucianus in Tyranno, de senibus, *ὑπὸ αὐχμοῦ γὰρ πάντα ἤδη ἐστί*, id est, Quandoquidem iam omnes, vuæ passæ sunt. Rugosæ enim & flaccidæ sunt vuæ passæ, propter succum sole decoctum. Vnde veteres & vuas passas vocabant senes passos, ob rugositatem. Lucilius, citante Nonio,

Rugosi passiq; senes eadem omnia quærunt.

Vua passa.

Vir. senes, vua passa.

Post folia cadunt arbores 68

Iniuria.

Post folia cadens in te arbores. Quoties admonebimus, leuiores iniurias siquis ferat, sequi atrociores. Veluti arborum decidua folia negliguntur: verùm aliquando fit vt ipsæ arbores putres in caput subiecta decidant. Plut. in Menæchmis, -folia nunc cadunt: Núc si triduum hoc hîc erimus, tum arbores in te cadent.

Ante tubam trepidas. 69

Conturnari ante periculū.

Ante tubam trepidas, id est, Animo consternaris priusquam appareat periculum. Ab ignauis militibus sumptum, qui pauitant priusquam bellicum canatur. Nam audita tuba, mirus quidam pauor solet militum animos incessere. Vergilius,

-cur ante tubam tremor occupat artus?

Qui sermo si paulo longius detorqueatur, in prouerbij speciem abibit.

Ameles angulus. 70

Negligentem & oscitabundum.

Ἀμελὴς γωνία, id est, Ameles angulus, id est, neglectus angulus, dicebatur qui supinus & oscitabundus sederet, nihil bonarum rerum tentans. Aiunt, in Libya locum esse qui *ἀμελὴς γωνία*, hoc est securus angulus, vulgo dictus sit: ob id fortasse quòd neglectus & inuultus iaceret. Comperio scriptum & *ἀμελοῦς γωνία*, id est, negligentis angulus. Recenset Zenodotus & Hesychius.

Vltra res Callicratis. 71

Immensæ opes.

Ὑπὲρ τὰ Καλλικράτους, id est, Super fortunas Callicratis. De immensis opibus dicebatur. Aiunt Carystium quempiam fuisse nomine Callicratem, qui reliquos ciues opibus longè præstiterit. Vnde si quem magnopere locupletem intelligi volebant, eum vel Carystij Callicratis facultates vincere dicebant. Aristoteles autem in Athenienſium Repub. citante Suida tradit Callicratem quendam è iudicum ordine fuisse, qui iudiciarias exactiones supra modum auxerit. atque hinc natam paræmiam de immodicis exactionibus.

Vulcanium vinculum. 72

Modi inextricabiles.

Ἡφαιστεῖος δεσμός, id est, Vulcanium vinculum. Vbi quis nodis inextricabilibus esset illigatus, Vulcanis vinculis teneri dicebatur: sumpta denominatione ab adamantinis illis vinculis, quibus apud Homerum Vulcanus Venerem & Martem sic irretiuit, vt quo magis se conarentur explicare, hoc magis inuolucrentur. Homerus Odysseæ octauo,

Βῆ ῥ' ἴμεν εἰς χαλκοῦν· κακὰ δ' ἔφρασε δαιδαλέοισιν.
Ἐν δ' ἵδρυε μακρὸν ἄκμονα, καὶ τέκτηνε πέδησε.
Ἀρῆρώς, ἀῤῥηκτος, ἵνα μὴ ἔτι μηδὲ μάγωσι.
Αὐτὰρ ἐπεὶ τεύξε δόλον πολυμήτεα Ἥφαιστος· Ἀρὴ,
Βῆ ῥ' ἴμεν ἐς θάλαμον, ὅθι οἱ λέχος ἤρτο ἔκαστε.
Ἀμφὶ δ' ἄρ' ἔσπειρεν χαμάδις πύκνα εἰνετὰ ῥηγέα.
Πολλὰ δ' ὑπὲρ κορυφῆς ἐπεσήμηνε δαιδαλέοισιν,
Βύσσου λεπτὰ λινοῖο, πάλ' ἐκ πάντας ἰδὲ ἴκηλο
Οὐδὲ θεῶν μακάρων. id est,

Ille domum petiit qua fert ferraria fornax,
Secum imo interea pectus mala pectore volutans.
At trunco imposita pragrandi incude, fecabat
Vincula, nulli vel rumpenda, vel effugienda,
In quibus implicitus simul astricto, manerent.
At postquam insidias, Martis indignatus, & artes
Absoluisset, adit conclave, vbi dulce cubile
Stabat, & hinc illinc fallacia vincula fulcris
Obligat, & summo suspendit plurima tecto:
Mire tenuia, sic telas vt aranearum,
Sic vt nec possint oculis deprendier vllis,
Non vel diuorum. Adagium refertur à Suida.

Ad satietatem vsque. 73

Ἀχρὶς πλέω, id est, Vsque ad satietatem, id est, quantùlibet, aut ampliter. Quod ita demum prouerbium fuerit, si longiusculè transferatur. vt, In poeticis literis versatus sum ἄχρις πλέω. Et, Illuſit nobis ἄχρι πλέω. Et Quintilianus metaphoris gaudet ἄχρις πλέω. Idem cõposita voce dicit καταπλέως. Affatim. Iulius Pollux addit πρὸς πλέω. Vltra tatietatẽ. neq; ita vescentè indicat dici solere *εἰς ὑφαίρεσιν*, & κατάπλεως à κάπος, q̃ est tritici mensura. quemadmodũ Latini bibacè dicunt tricongiũ. Itidem dicunt ἄχρις χείλους. id est, vsque ad labium, sumpta à vasis metaphora: & Vsque ad anibas aures, de quo meminimus alibi. Iulius Pollux vas plenum appellat *ἰσοχείλη* siue *ὑπερχείλη*, redundans, *ὑπερχείλη*, à labro vasis sumpta voce. Refertur à Zenodoto.

Καλλικράτης, Tricongium, Ἄχρις χείλους, & similia.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. *quo meminimus alibi*, &c. *ἰσοχείλη* siue *ὑπερχείλη*.] Imò dicit, *ἰσοχείλη μὲν τὸ ὁπωσοῦν τὸ χεῖλος. ὑπερχείλη δὲ τὸ ὧν ὑπερῆρται τὸ χεῖλος. ὑπερχείλη δὲ*, τὸ ὑπέρω. alio loco, *ἔστι δὲ ἰσοχείλη μὲν τὸ πλῆρες. ὑπερχείλη δὲ τὸ κατατετρωμένον τὸ χείλος.* insuper & alio, *πλῆρες, ἰσοχείλες. μεστὸν, ὑπέρπλεων, ὑπερχείλες. τὸ δὲ μαρὸς ὑπέρπλεως, ἀπολύρωτον, ὑπερχείλες.* Vide vt apertè hus tribus in locis *ἰσοχείλη* ab *ὑπερχείλη* distinguat, non, vt ait Erasmus, eandem vtrique significationem tribuat.

Votum munificum. 74

Βοὴ μεγαλόδωρος, id est, Votum munificum: vbi quis animo spes regias cõcipit, iamque voto diues est. *μεγαλόδωρος* Græcis dicitur qui magna donat. Nihil autem voto hominis liberalius. Largitur enim cuilibet quantumcunque petit. Meminit huius Lucianus in Hæresibus. Promissi diues quilibet esse potest, ait Ouidius: sed multo facilius est votis esse liberalem ac diuitem.

Vtinam domi sim. 75

Optans, è malis, emergere.

Οἴκοι θροῶλον, id est, Vtinam domi sim. Dici solitum vbi quis optat è malis, quibus implicitus est, emergere. Translatum videtur ab iis qui in tempestate periclitantur. Nam nunc etiam ita vulgo loquuntur qui periculosè nauigant, *οἴκοι θροῶλον*. Refertur à Suida.

Vtinam male quemadmodum inuenisti, esses. 76

Male partū, malè dispers.

- Εἴθ' φαίνοιο δοὺς ἔχων οὕτως τὰ ἐντεῦθεν. id est,
Vtinam vt male reperisti ius, & ejicias male.

Hoc est vtinam quemadmodum malè tibi peperisti famam, aut facultates, ita & malè perdas. Luxta Plautinum illud, Malè partum, malè dilperit. Suidas hunc trochaicum, vt prouerbialem, citat ex Aristophane, apud quem extat in Equitibus, diciturque inibi in Cleonem reipublicæ depeculatorem.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. *Vtinam ita vt malè reperisti ius, & ejicias male.*] ἐντεῦθεν non significat ius, sed bolum, id est, frustum rei ejiculentæ quod in os inditur. vt in prouerbio Ἐκπαλαι' ἐντεῦθεν (omisso in hoc opere) & apud Antiphanem,

Ἀηδόνια τἀπ' ἐντεῦθεν
Ἐγὼ δὲ πῶς ἐδάκτων τοιχάριν κατεπτύσαν,
Τοῦτ' ἐν ἀπορῶ· νόμιζε δ' οὐ νυμφικὸν μέρος.

Vltro Deus subiicit bona. 77

Res citra laborem obtinent.

Αὐτόματος ὁ Θεὸς αἴτιος τἀγαθά, id est, Vltro Deus subiicit bona. Quoties res citra nostram operam fœliciter cadunt, quasi Deo quopiam accurante. Stobæus senarium hunc adducit ex Plutis Cratini,

Αὐτόματος οἶν Θεὸς αἴτιος τἀγαθά. id est,
Vltro bona illa ipse suppeditat Deus.
De dormientis rebus dictum est aliis.

Ventres. 78

In eos qui ventri inseruiũt.

Γαστέρες, id est, ventres, dicebantur homines edaces, ventrique atque abdomini seruientes. Epimenides Cretensis, citante diuo Paulo in epistola quam scribit ad Titum,

Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί. id est,
Cretenses vsque, mala fera, alui inertes. Ité Lucilius,
Vsuite luxanes, comedones, vnite ventres.

Terentius in Phormione, Pugnos in ventrem ingere. Donatus ostendit, & ad torum parasitum referri posse. Plutarchus in commentario De discrimine adulatoris & amici, putat hos versus iambicos non perinde quadrare in cancrum, atque in assentatorem & parasitum,

Γαστὴρ ὅλον τὸ σῶμα, πανδοχεῖ βλέπων
Ὀφθαλμὸς, ἅπαν εἰς ἑαυτὸν ἕλκων. id est,
Est venter omne corpus, vndique obtutus
Oculus, suique bestia raptat dentibus.

Aristo-

γαστιμάργος. ventri gulæque deditos appellari solere γαστιμάργους, quòd præter modum expleant ventrem cibo potuque. Constat vocem esse compositam à γαστὴρ, venter & μάργος insanus. Libet obiter commemorare ridiculũ quiddam quod per huius loci occasionem comperi. Qui Græcum Etymologicum nobis contexuit, negat à quoquam vel grammaticorum vel rhetorum explicatum vnde dictus sit gastrimargus: verùm id esse factum ab Aristotele in opere De animalibus. Equidem hactenus inhiabam larus, aliquid expectans. Margos, inquit, animal est quod ex putrefactione nascitur inter terrã & aquam. Id quemadmodũ è terra nascitur, ita non definit vehi terra, donec ea perterebrata emergat in auras. Quo simul vt emersit, moritur triduũ, donec ventus humida nebula: qua malefactum animal reminiscitur nec dem amplius terra vehitur. Atque hinc qui veteres philosophos sequuti sunt, homines impendio voraces appellarunt γαστριμάργους. Iam hoc somnio quid ineptius? Sed ille somnium addit somnio. Possunt tamen, inquit, piè quæ dicta sunt intelligi. Omnis enim cupiditas è corruptione nascitur. Ea posteaquam nata est, non definit edere cor cui inest, donec per habitum scientiæ in apertum prodeat: vbi prodierit moritur tribus animi potentijs. Et sic gratia Sancti spiritus per nebulam eruditionis apparens, dat illius cognitionis, vitificatque non iuxta priorem vitam cupiditatibus obnoxiam, sed iuxta eam quæ ob virtutem cum deis habet familiaritatem. Hæc plusquam friuola, tamen recensere visum est, quo lector intelligat quantum fit illis thapsodijs tribuendum: & quàm finitimi faciant, qui nefas esse putant in dubium vocare quicquid quacunque occasione chartis illitum reperierint. Fuit hoc aliquando quorundam studium, vt non solùm poetarum fabulas ad Christianam allegoriam traherent, verum etiam ipsi novas fabulas comminiscerentur, quas allegoricè nobis exponerent: quasi veritas, nisi adhibito mendacio, disci non possit. Hic autem quum fuerit Christianus, tamen quoniam sui somnij authorem volt videri Aristotelem, putat se nobis pulchrè obliuisse os, quòd pro Deo deos dicit. Scilicet Aristoteles solet animantium naturas ad moralem accommodare sensum, & ille nouit quid sit Spiritus sanctus. Iulius Pollux libro De rerum vocabulis sexto, admonet, olim bibacè, πίθος, id est, dolium, appellatum: & edacem, κάδον, quòd κάδος sumenti mensuram significaret, quasi lagenam dicas. Antiphanes apud Athenæum lib. 11. de obeso & bibaci,

† Quantum sit tribuendũ thapsodis.

πίθος, pro bibaci. κάδος pro edaci.

—πίθον τινά,
Δι' εὐτραπελίαν ἢ παχὺν τῷ σώματι,
Ἀσκὸν καλοῦσι πάντες οἱ ὀπτῶντες. id est,
—hunc igitur ob
Bibacitatem & obesitatem corporis,
Vtrem vocant cuncti cultores loci.

Apud hunc ipsum alicubi cibo potuique dediti βύκται dicuntur. nec obscurum est illud, Lagenam pendere, non hominem.

Vlyssem commentum. 79

Ὀδυσσεὺς μαχανὸς, id est, Vlyssem inuentum, callidum, astutum & vafrum dicebatur. Vlyssem Homerus vbique versutum facit, ac dissimulantem simulantémq. Vnde eundem statim initio Odysseę, πολύτροπον appellat. Virgilius item, fictorum & inventor Vlysses. Refertur apud Suidam. Plutarchus in Lysandri vita declarat quid sit Vlysseum commentum. Lysandrum Lacedæmonij missa icytala domum reuocarant. Is metuẽs accusationes Pharnabazi satrapę, qui gratiosus erat Lacedæmoniis, dedit operam vt cum illo veniret in colloquium. Ab eo multis precibus impetrauit vt scriberet magistratui se nullis ab ipso læsum iniurijs. Pharnabazus cum Cretensi, quod aiunt, Cretissans, conscripsit epistolam ex Lysandri sententia, quam illi legendam tradidit: sed clàm scripserat aliam ex sui animi sententia, sigillo & inscriptione tam simili, vt dignosci non quirent altera ab alteris: eamque tradit Lysandro. Is nihil suspicans reddit: quam lectam quum illi commonstrassent Ephori, Lysander intellexit non solum Vlyssem versutum fuisse. In hanc fermè sententiam Plutarchus.

Vlyssis versutia.

Victitant succo suo. 80

Prouerbiali figura dictum est in parasitos. Victitare succo suo, qui, siquando cœna contigit lautior, ingurgitant sese: rursus vbi nulla arridet spes cœnatica, coguntque ὀψοφάγους viuere fortiter ferunt inediam, & in conuiuij spem durant. Sumpta metaphora à cochleis, quæ per æstum intra testam contractæ, vtcunque succo suo aluntur, donec acciderit pluuia. Plautus in Captiui duo.

Quum res, inquit, prolatæ sunt, quum res hominẽs sunt,
Simul prolatæ res sunt nostris dentibus.
Quasi quum caletur, cochleæ in occulto latent,
Suo sibi succo viuunt, nec si non cadit:
Itidem parasiti rebus prolatis latent,
In occulto miseri victitant succo suo:

Viri infortunati procul amici. 81

Ἀνδρὸς κακῶς πράσσοντος, ἀπέστω φίλος. id est,
Viri sin tu malo amici sint procul.

Paroemia notat mores amicorum vulgarium, qui hirundinum ritu, pro ratione temporum aduolant ac deuolant. Aduolant vbi res secundæ, deuolant ingruente rerum tempestate. Aristides in oratione Panathenaica nominatim adagij titulo vtitur: Καὶ τὸν παρόντα καιρὸν ἀλλάξαι. τὸ γὰρ ἀπέστω τοῦ κακῶς πράσσοντος φίλους κακὸς ἀπέφηνε, δηλῶν πολλοὺς ἐν τῇ τοιαύτῃ διαφορᾷ, ὅτι οὐκ ἀπόντας φίλους ποιοῦνται, id est, Ac prouerbium inuertit. declarauit enim haudquaquam esse procul amicos eius cui res sunt aduersæ, verumetiam multos qui antea diffidebant, in rebus afflictis sibi reddidit amicos. In hanc sententiam extat & huiusmodi senarius.

Amici temporarij.

Τὸν δυστυχοῦντα κοὐκ ἐᾶν ἐχθροὺς φίλους. id est,
Felix amicus nullus infelicibus.

Item alter huic similis,

Κρίνει φίλους ὁ καιρὸς, ὡς χρυσὸν τὸ πῦρ. id est,
Vt ignis aurum, amicum ita tempus arguit.

Ad hanc sententiam palàm allusit Cicero libro Familiarium epistolarum nono, Nam (etsi non facilè diiudicatur amor verus & fictus, nisi aliquod incidat eiusmodi tempus, vt quasi aurum igne, sic beneuolentia fidelis periculo aliquo perspici possit) cætera sunt signa communia. Horatius 1. Epistolarum,

Vilis amicorum est annona bonis vbi quid deest.

Passim habentur amici qui petant: qui dent, perpauci. Pindarus item in eandem sententiam,

Οἴγεται τιμὰ φίλων βαθυμοῦσι·
Φωτὶ πάσχοντι δ' ἐν πόνῳ πιστοὶ βραχύτατοι. id est,
Perit bonos hominis amicus obtuso:
Sunt autem pauci mortales fidi in rebus afflictis.

Vias nouit quibus effugit Eucrates. 82

Οἶδε τὰς ὁδοὺς ἀφ' ὧν ἔφυγε Εὐκράτης, id est, Nouit vias quibus effugit Eucrates. In eum quadrat qui semper aliquam inuenit rimam, vt inquit Plautus, per quam elabatur, vt officiũ subterfugiat. Aristophanes in equitib.

Εὐκλεοῦς δὲ μὴ κρύπτου πόλιν, ἀλλ' εἰδὼς τὰς ὁδοὺς
Ἀπιθι· Εὐκράτης γὰρ ὤφλησε δίκας μυρίας. id est,
Cauto ne te effugeritis nouit vias
Quibus Eucrates effugerat perfurres.

Eucrates.

Taxat autem obiter Eucratis mores, qui quum monitor esset, tamen Rempublicam ad nihilitarat. Quo & in Auibus taxat Execestidem quempiam, peregrinum & erronem, cui viæ omnes notæ fuerint. Congruet in hominem aliquo prætextu suffugientem, siquando fides sit præstanda.

Viuit, incende ignem. 83

Ζῇ, καὶ πῦρ id est, Viuit, incende ignem. Vbi in negotij periculosi puncto festinandum admonemus, & occasionem arripiendam: vt quum reperta scintillula properatur, ne pereat & illa. Simile illi, Nunc tuum ferrum in igni est. Refertur apud Suidam.

Cum festinandum admonemus.

Venter auribus caret. 84

Γαστὴρ οὐκ ἔχει ὦτα, id est, Venter non habet aures. Vbi de pastu agitur, non admittuntur honestæ rationes. Attestatur huic senarius ille prouerbij vice Græcis celebratus,

Λιμῷ γὰρ οὐδὲν ἔστ' ἀντιστὰν ἐν βροτοῖς. id est,
Contra famem etenim nulla constat obstacula.

Celebratur à Plutarcho Gellioque dictum illud Catonis, ex oratione quadam qua dissuasit legem agrariam. eam sic exorsus est, vt dicit, arduum esse ad ventrem verba facere, qui careat auribus. Nec ineptè accommodabitur in eos, qui ventris addicti voluptatibus, nihil admittunt quod ventri non sit amicum. Seneca lib. 3. epist. 21. Venter, inquit, præcepta non audit, postit, appellat. Non est autem molestus creditor: paruo dimittitur, si modò das illi quod debes, non quod potes.

Ventri dedititi.

Cum pulusculo. 85

Vel cum pulusculo, dicimus quoties omnia fit ob-

Nihil reliqui.

luntur vt nihil fiat reliqui, ne puluis quidem. Metaphora mutuo sumpta videtur ab iis qui frumentum ab area conuerrunt: non sine puluere. Plautus in Rudentibus, Conuertet hic iam me totum cum puluisculo. Idem in Truculento, Quo citius rem ab eo auferant cum puluisculo. Simili figura dixit Iuuenalis Cum ærugine, pro eo quod est integrè, & nulla parte diminutum.

Nunc si depositum non infitietur amicus,
Si reddat veterem cum tota ærugine follem.

Eodem pertinet Euangelicum illud, quo iubentur etiam puluerem excutere Apostoli. id est, ne minimum quidem ab eis auferre secum.

Valere pancratice. 86

Pancratiastarum robur.

Plautus in Bacchidibus, Valere pancratice dixit pro eo quod est firma esse valetudine. nam in Pancratiastis robur corporis potissimum spectabatur. Pro eodem dixit Valere athletice, Valere pugilice, Valere basilice. Terentius item, Pugilem esse aiunt, De puella robustiore & habitiore. Græci βασιλικῶς, pro magnificè, prouerbiali figura dicunt. Neque is termo vulgò non tritus est, etiam hodiernis temporibus.

Fadum est & mansisse diu, vacuumque redisse. 87

Versus hic Homericus ex secundo Iliados libro non dubium quin annumerandus sit inter eos quos Macrobius scribit in prouerbium abiisse,

Αἰσχρόν τι δηρόν τε μίμνειν, κενεόν τε νέεσθαι. id est,
Turpe est & mansisse diu, vacuumque redisse.

Conueniet, vbi quis longam de se concitauit expectationem, cui postea non respondeat. Veluti si quis studij causa diu peregrinatus, domum redeat nihilò doctior. Aut si negotiator post diutinam absentiam reuertatur nihilo ditior. Aut si quis admodum longæuus, nihil præclari gessit in vita, quo se vixisse testaretur. M. Tullius prouerbij vice vsurpauit. Epistolarum ad Atticum lib. 6. epistola cui initium, Nunc quidem profecto.

Tragulam inicere. 88

Plautus in Epidico, Tragulam in te inicere adornare, id est, dolum aliquem in te struunt. Et ibidem, Nescio quam fabricam facit. Sic autem habet versus tetrameter trochaicus.

Tragulam in te inicere adornat nescio quam fabricam facit.

Vtraque figura prouerbialis videtur. Idem in Cassina, Ego Pol illam iam aliquorsum tragulam decidero. Rursus in Pseudolo, At volui inicere tragulam in nostrum senem. Huic simile illud quod dixit in Mostellaria, Pilum inecisti mihi. pilum enim hastæ genus est.

Pilũ inijcere.

Trium literarum homo. 89

Liberi homines, triũ literarũ, Roma.

Trium literarum homo, per ironiam dici potest in eum qui generosus & ingenuus videri cupiat. Inde natum quòd olim ingenui prænomen, nomen & adnomen in literis aut insignibus suis tribus literis notare soleant. Vt pro Quinto Valerio Maximo, Q. V. M. Hinc vulgi iocus de trium literarum homine. Plautus in Aulularia locum alio detorsit, nempe in seruum furacem. Subnexit enim, Etiam fur, trifurcifer.

Trium dierum commeatum. 90

Paupertas extrema.

Trium dierum commeatus, quum instare paupertas extrema significatur. Translatione ducta à militi cómeatu. Et apud Aristophanẽ cum alias, tum in Acharnensib.

Καὶ μ' ἀναπεῖσαι περὶ ἡμερῶν τριῶν. id est,
Mihiq; vt rejicerem commeatum tridui.

Interpres addit, antiquitus in bellum ituris edici solere vt sibi tridui non minus commeatum pararent. Meminit & in Equitibus,

Βδελυκλέων ἢ τὴν τριῶν ἡμερῶν ἔχειν. id est,
Prohibeo & ijtum quod sat est in triduum.

Proinde tridui commeatum dicemus minimas facultates, quæ vix ad triduj victum sufficiant. Non dissimili figura Terentius in seipsam exsuciante, dixit, decem dierum familiam.

Tragœdias in nugis agere. 91

In re leui, tumultum.

Tragœdias in nugis agit qui in re leuicula tumultum mouet. &, vt ait Terentius, magno conatu magnas nugas dicit M. Tullius de Oratore, lib. secundo Ne aut irrisione aut otio digni putemur, si tragœdias agamus in nugis. Vsurpat idem Fab. lib. 6. c. de peroratione. Nam in parua, inquit, litibus has tragœdias mouere, tale est quasi personã Herculis & cothurnos aptare infantibus velis. Quin & hoc ipsũ excitare tragœdiam, si aliò quo piam deflectatur, prouerbium refipit. Vnde & Græcis ἀκαιροφθέγκτην, & τραγικὸν λόγον, pro grauiter siue acerbè.

Transuersum agere. 92

Impetu quodam abreptus.

Transuersus agi dicitur qui vi & impetu quodam ab Instituto deflectitur. Ita Laberius Minus apud Macrobium libro Saturnalium secundo, curtum fortunæ transuersum vocat. Hunc enim C. Cæsaris benignitas inuitauit vt eques Romanus & senex prodiret in scenam. In prologo igitur queritur, præter animi sui sententiam eò Cæsaris autoritate fuisse compulsum.

Necessitas, inquit, cursus transuersum impetum
Voluerunt multis effugere, pauci potuerunt:
Quo me detrusit pene extremum sensibus, &c.

Ita qui præceps ita fertur, transuersus rapi dicitur. Ductum apparet à nauigantibus, qui secundo vento, recto cursu feruntur: flatu aduerso, transuersum aguntur.

Thrasybulo Dionysium dicitis esse similem. 93

Imparilitas.

Θρασύβουλῳ Διονύσιον φατὲ τὸν ὅμοιον, id est, Dionysium Thrasybulo similem esse dicitis. Dici solitum vbi quis ea cõponit, quæ nimio interuallo inter se differunt. Dionysius enim inter pestilentissimos tyrannos commemoratur: Thrasybulus laudatus quòd Reipublicæ studiosissimus fuerit. Sumptum est è Pluto Aristophanis.

Tributis potiora. 94

† *Ex malefactis commodum.*

Τὰ τῶν φόρων χρησιμώτερα; id est, Tributis potiora, dicebatur vbi quis ex maleficiis & iniquitate commodum ingens reportaret. Refertur à Suida & Zenodoto prouerbij nomine, nec pluribus explicatur. Harpocration in dictionario rhetorico, scribit extitisse in oratione Hyperidis aduersus Athenogenem. Inde natum opinor, quòd qui principum nomine tributum exigunt, ferè plus extorquent quam par est. Et principes hic petunt, vt ab inuitis rapiant, ni dent quod petitur. Congruit huic illud Pindari ex Pythiis hymno octauo, κέρδος δ' ὀφελεῖ βροτὸν ἔστιν ὅτε καὶ δίκαιον φέρον, id est, Lucrum autem grauissimum, siquis ex voluntis ędib. ferat.

Tragica simia. 95

Indignus, pollens opibus.

Τραγικὸς πίθηκος, id est, Tragica simia. Prouerbiali conuicio dicebatur qui fungeretur honoribus, opibusque polleret, alioquin indignus. Simiam appellant homuncionem, vix hominem, sed simulachrum hominis magis. Tragicam adduxit, propter fortunæ strepitum & personam additam. Demosthenes in oratione pro Ctesiphonte, Æschinem tragicam simiam appellat, quòd, quum esset nequissimus, splendidis verbis probũ ciuem ageret. Cuius prouerbij meminit Philostratus in Aristide. Diuus Hieronym. in epistolis ostendit hoc scomma iaci solere vulgò in Christianos, sed ab impiis ethnicisque: perinde quasi vultu habitúque sanctimoniam præ se ferrent, quum esset improbi. Quanquã hic locus in exemplarib. non eodem habetur modo, sicut admonuimus in scholiis nostris: quib. verè diuini viri lucubrationes (quo à pijs hominibus sed mediocriter doctis, possent inoffense legi) summis vigiliis emendatas illustrauimus. Conuenit & in eos qui barba pallióque philosophos se profitentur, quum cætera cultui non respõdeant. Sic enim Plutarchus, Οὔτε γὰρ φιλόσοφον τὸν φίαν καὶ τρίβωνα περιφορὰ ποιεῖται, οὔτε ἱματιῶν αἰ λινοῦσιν, id est, Neque enim alere barbam, aut gestare vile pallium, philosophum facit: neque lineis vestiri, Isiacos. hoc est, Isidis sacerdotes.

Tineas pascere. 96

Tineas pascere dicuntur quæ neglecta situ pereunt. Ductum à vestibus, aut libris diu recondidis & intactis. Horat. 1. Epist. 20. *Contrectatus vbi manibus sordescere vulgi*
Cœperis, aut tineas pasces taciturnus inertes,
Aut fugies Vticam, aut vincla Catonis in istam.

Titio ad ignem. 97

Ἀφὸς ἐπὶ πῦρ, id est, Titio ad ignem, vbi quis applicatur ad eas res ad quas natura propensus est. Vt si mulierosus, ad puellarum conuictum: sanguinis auidus, ad militiam: lucri sitiens, ad mercaturam. Ἀφὸς enim Græci vocant lignum semiustulatum. Non admodum absludit ab illo, εἰς ἀμάδα ἐμπεσὼν, id est, in maxalam immeiore. Refertur à Suida & Zenodoto.

Tithymallus Laconicus. 98

In lippientes.

Τιθύμαλλος Λακωνικὸς, id est, Tithymallus Laconicus. In lippientes oculisque excutientibus homines dicebatur. Tithymallus, herbæ genus apud Lacones repertum, lacteo succo manans decerptum, vnde quidam dixere lactarium: singularis acrimoniæ, quo sub noctem oculos illinebant ad visum ecuendum. Huius Dioscorides in quarto plures species facit, deque oculorum

lorum remedio diligenter meminit. Adagium refertur apud Suidam, qui citat ex Aristophane de Neoclide lippo σκορδ' ὁμοῦ τετριβὼς τιθυμάλλῳ, id est, Qui allium triuit simul cum tithymallo. Carmen autem extat in Concionatricibus,

Τί δαὶ γελᾷ σράν; Σκόρδ' ὁμοῦ τετριφὼς ὀπῇ,
Τιθυμάλλου τι μυζήσας τῷ λαπαρινῷ,
Σοιπρὸς ἀλοιφὴν εἶκες τὰ ὄμματα τῆς ἑσπέρας. id est,
Simul cum ope liquore teretes alia,
Tithymallon insuper adderes Laconicam,
Et obungeres tibi palpebras sub vesperam.

Vox dicta videtur à mamma nutricis. sed apud alios per simplex λ scriptam comperio, licet Suidas scribat per geminum. Nec indicat interim vsum prouerbij. Si competit in lippos, dicendum est, Tithymallo opus habet, aut Tithymallum terit. Nam tradunt huic efficacem esse acrimoniam, vt quum succus eius colligitur, cauendum sit ne contingat oculos: & quoties sumitur in stomachum, deuorare necesse est obuolutum, ne fauces radat. Huius succo medentur oculorũ pituitæ. Multa de his Plinius, lib. 26. cap. 28. Cornelius Celsus in quinto, indicans eam herbam Latinis dici Lactucam marinam, vim aut habere exedendi.

Tinctura Sardonica. 99

Βαμμα Σαρδονικὸν, id est, Tinctura Sardonica. De colore præcellenti dicebatur, præcipuè purpuræ. Per locum autem transfertur ad eum qui pudefit, aut qui ob plagas sanguine tingitur. Sardo, siue vt Hesychius scribit, Sardon, insula ingens apposita Italiæ, in qua variæ purpurarum tinctura laudatissimæque fiebant. Itidem & Tyrium muricem ostrúmque Sarranum legimus apud Latinos. Aristophanes in Pace,

Πρὸ τοῦ γ' ὁποῖον ἦν τὸ βάμμα Σαρδόνιον; id est,
Quam hic præstat coloris esse Sardinici.

idem in Acharnensibus,

Ἵνα μὴ σε βάπτῳ βαμμα Σαρδόνιον. id est,
Ne te tinam colore Sardinico.

Quàm curat testudo muscam. 100

Οσον μέλει τῇ χελώνῃ μυιῶν, id est, Quàm curat testudo muscas, Suidas ex authore nescio quo refert hæc verba, παρὰ Ἀγαμέμνονι τῷ Θηβαίῳ παροιμία ἦν ἐπὶ ἀμελῶν τι μικρῶν, τὸ τοιοῦτον, id est, Agamemnone Thebæo prouerbij loco dicebatur de contemnendis rebus, quemadmodum prouerbio dicitur Testudini nihil nocere possunt muscæ, propter tectam qua munita est. Confine illi quod alibi memorauimus, Non curat culicem elephantus. Lepidius erit ad res animi detortum: Animus virtute munitus, nihil plus timet fortunæ incursum, quàm testudo muscas.

CHILIADIS SECVNDAE CENTVRIA NONA.

Stultior Morycho, 1

Ωιότερος ἢ Μορύχου, id est, Stultior es Morycho. Siculum prouerbium in eos qui ridiculè fluitève quippiam facerent. Mihi videntur peculiariter obnoxij huic adagioni, qui domesticorum negotiorum negligentes, foris agunt, aliena curantes. Quod genus inducitur Ollus apud Martialem. Cuiusmodi fuit & apud Plutarchum Lamiæ. Zenodotus tradit, apud Siculos Baccho cognomen esse Morycho. idque inde datum, quòd in vindemiis, huius dei facies mosto ficisque virentibus oblini consueuerit. quòd vtrumque arboris inuentæ laudem Baccho tribuunt veteres, vt testis est Athenæus libro Dipnosophistarum secundo, ἀπὸ τῆς μορύκης, τῆς μολύνσεως, id est, à moryxa, quod est contaminatio: vnde & Homerus: μεμορυγμένον dixerit, pro μεμολυσμένον. Bacchus autem vbique ridiculus ac parum cordatus inducitur à poetis, vtpote deus tumulentus: velut in Ranis Aristophanes. ideóque in huius sacris ludicra quædam tanquam in eius contumeliam fiebant: Quin & cognomen additum contumeliæ causa, ἐμβρίθης. Apud Siculos huius simulacrum, non in templo, sed extra phanum, sub dio positum erat, iuxta ingressum, siue vestibulũ: confectũ è lapide cui nomen psella, arte Simmij cuiusdam Empalami. Proinde vulgari loco iactatum est de illo, Μωρότερος ἢ Μορύχου, ὃς τῶνδε οἰκοὶς, ἔξω τῶν ἰκίων κάθηται, id est, Stultior es Morycho, qui omissis his quæ tuæ intus, foris extra domum desidet. Zenodotus adagium citat ex epistola quadam Polemonis ad Diophylum. Quanquam alienissimum est ab ingenio morbúsque meis, vestigandis aut insectandis aliorum erratis operam conterere, tamen non possum hoc loco mihi temperare, quin ridendi magis quàm insectandi causa, proferam cuiusdam apud Italos non infimi nominis, inscitiam ne dicam an socordiam: præsertim quum is τὸν λεοντῆν ἀνδάνειν tantùm sibi sumat in literis, vt arrepta veluti censoria virgula, non solùm de scriptoribus cæteris magna pronuntiet authoritate, verum etiam Angelum Politianum, virum modis omnibus & incomparabilem & inimitabilem, ceu præceptor quispiam, flagellet atque emendet. Cui quum non pauca concedat homo candidus, tamen delicatæ illę & meris Atticismis assuetæ aures, transmarinæ Veneris sensum in eodem desiderant, quòd ἀπ' ἀρχῆς verterit, ne initio quidem. Audiamus igitur in hoc Aristarcho Venerem illam transmarinam, ac germanè Græcanicam. Principio prouerbiũ hoc è vulgatissimis Zenobij collectaneis enarrans, Polemonem perinde citat, quasi locum ipse legerit. Id quod suo more facit. videlicet vt in abstrusis miniméque vulgatis authoribus versari videatur. Deinde Græca quæ modò retulimus indidem, ὡς τὸ ἔνδον ἀφεὶς, ἔξω τὸν οἰκίας κάθηται reddidit ad hunc modum, Qui relinquens habitationem interiorem, extra positam quærebat. Rursum quod habetur in eidem collectaneis, Μόρυχος ὁ δοκιμώτατος, κατὰ τὸ ἐπιφερόμενον αὐτῷ μολύνεσθαι σπουδαίως ἡρμόσθαι, τῷ κατὰ τὴν βοτρύων ἐλαίαν, καὶ τοῖς χλωροῖς σύκοις, expressit hoc pacto. Morychus tam epitheton est Bacchi, κατὰ τὸ φυσικὸν αὐτῷ μολύνεσθαι, id est, ab inquinando videlicet pro patria facie. inquinare namque solet eam Bacchus racemis, & viridibus ficis. Deinde quod idem coacernator, etymologiam nominis reddens: scripsit, μορύξαι γὰρ τὸ μολῦναι, sic interpretatus est lepos Atticus noster lepos. μορύξαι inquit, porrò idem est quod μολῦναι, hoc est ineptire, hoc est desipere. Iam illud quanto est ταπεινὸν Μορύχου μορύττειν, quod de Bacchi statua reddidit? Græca sic habent, μορύσσει ἔξω τὸ τοῦ τὸ ἄγαλμα αὐτοῦ ἵστη ἐπὶ τοῦ ἐνδον ἀποκρύφου. Ea sic extulit transmarina Venus, Præterea dicitur à simplicitate Bacchi, cuius simulachrum in aperto statuitur apud Hesiodum. Vide quot veneres in vno cóque per breui capite prodidit hic venustus. Primùm Bacchus, fatidicus penetralibus ædium suarum, peregrinas sectatur domos: deinde quum sexus sit (fit enim de statua mentio) tamen, sicubi facies racemis & ficis oblinit, quòd vindemiatores delectet. Ad hæc quũ idem significent μορύξαι & μολῦναι, vtrunque declarat ineptire & desipere: verum nos dum satagit qui Venerem illam transmarinam vsque quaque perscrutentur. Denique quod est omnium venustissimum, e vestibulo (siquidem authore Polluce, οἶκος templi vocatur quod & προνάιον dicitur) Hesiodum fecit, hoc est è mutis fanis eloquentissimum poetam. Et habet tamen hic tanta artifex quibus sit admirationi, hoc est, fici les habẽt labra lactucas? quum innumera sint in huius commentatiis pari flore reddita Græca ἔστι ἰφικὸν quod aiunt, ἐστὶ γὰρ ἀπόλυμα, quæ vel ipse saxeus Morychus rideat. Homo mehercule suauis, atque adeò Moriæ beneficio felix, qui transmarinæ Veneris sensum requirat in alus, ipse communi carens: & vt videtur, marinæ, quàm transmarinæ Veneri familiarior. Sed præstat, opinor, vt omissis iocis ad institutum negotium calamus recurrat. Locatur in Morychum & Aristophanes in Vespis, ζῆν βίον ἡγανισμένον ἄκρως Μόρυχος id est, Viuere vitam generosam, quemadmodum Morychus. At Suidas indicat huius nominis poetam quempiam fuisse tragicum, cuius vita nõ caruerit luxus ac mollitiei nota. Citatq. hoc in eũ carmen Aristophanis: extat autem in Acharnẽsibus.

Ω φιλτάτη σὺ καὶ πάλαι ποθουμένη,
Ἥλθες ποθεινὴ μοι προσιμαῖος χρόνῳ,
Φίλη τ' Μορύχη.
Charissima ac desiderata iam diu,
Optata adesse sacre subitus charis, id est,
Grata & Morycho.

In eos, qui sua negligũt, aliena curant.

Bacchus ridiculus deus.

Bacchus ἐμβριθὴς.

Digressio Erasmi, in qua dam pro Angelo Politiano.

Regressus ad explicationem Locatur in Morychum & Aristophanes in Vespis, prouerby.

Quatuor obolis non æstimo. 2

Τετταρῶν ὀβολῶν οὐκ ἄξιον, id est, Quatuor obolorum esse puta. Simile illis quæ alibi retulimus, Asse te non facio, & Dupondij non facio, & Teruntij non facio. Suidas hæc quoque refert, sed tacito (qui frequēs illi mos) authoris nomine, πολὺ μᾶλλον πολὺ οὐκ ἄξιον τετταρῶν ὀβολῶν ἐξολοθρεῦσαι λεγόμενον, id est, Tuam maledicentiam exitiosissimo quatuor esse obolorum, quemadmodum dicitur. Et diobolare vocant Latini quod vilissimum videri volunt.

Tenuem nectis. 3

Ἀπὸλεπτῆς, id est, Tenuem nectis. De pauperibus dictum, quibus plerunque tenuibus in rebus labor. Dicitur & λεπτὴ ἐλπὶς, id est, Spes tenuis, pro exigua: & λεπτὴ φροντὶς, id est, Tenuis cura, pro subtili curiosa. & λεπτὰ ξαίνειν, id est, Tenuiter diducis, in sordidos, quique vel minutissimarum rerum habent rationem. Ducta metaphora à textoribus.

Terrestria balnea. 4

Χθόνια λουτρά, id est, Terrestria siue inferorum balnea. Dictum videtur (nam coniectandum est) vbi quid sero iam adhibetur, nulli futuri vsui ei cui exhibetur. Veluti si quis tum reo patrocinetur, postquam pronuntiata fuerit irreuocabilis iudicum sententia. Mos olim fuit, defunctis ad sepulchrum balnea quædam inferre. Cadauera item sepulturæ danda prius lauabantur. Vnde Ennius,

Cornelio. *Tarquinij corpus bona fæmina lauit & unxit.*

Ter. 5

Ne illud quidem figura prouerbiali vacat, quòd Græci numeri additione rem amplificant, maxime terminis: fortassis quòd is apud priscos & absolutissimus & sacer habebatur: vt quicquid ter dictum aut factum esset, id ratum & efficax haberetur. vnde in magorum mysteriis adhiberi solitus. Vergilius in Pharmaceutria.

Terna tibi hæc primum triplici diuersa colore
Licia circunda, terque hæc altaria circum
Effigiem duco. numero deus impare gaudet.

Et apud Theocritum in eiusdem tituli carmine,

Εἰς τρὶς λιβανίδα, καὶ τρὶς ταῦτ' ἔπεα φωνῶ. id est,
Ter libo, ter & hæc pronuntio mystica verba.

Item in cerimonijs funebribus.

& supremum ter voce ciemus.

Apud Euripidem in Hecuba præco ter iterato verbo silentium indicit.

Σιγᾶτ' ἀχαιοὶ σῶμα πᾶς ἔγω λαὸς.
Σίγα, σίγα. id est,
Silete Achiui, populus omnis sit silens
Taciturnitate iuuenilique.

Aristophanes in Ranis,

Τοῦτον ἀπαυδῶ κ' οὐδὲ ἀπαυδῶ, κ' οὐδὲ μάλ' ἀπαυδῶ. i.
Istis recuso, iterumq; recuso, nusquam valde recuso.

Passimque legitur non solum apud poetas, verumetiam oratores, τρὶς μάκαρ, τρὶς κατάρατος, τρὶς μακάριος, τρὶς μέγας, τρὶς αἰώλος, id est, Ter felicissimus, ter execrabilis, ter beatus, ter maximus, ter infelix. Quod Latini duntaxat in carmine sunt imitati. Vergilius,

O terque quaterque beati. Ouidius,
Omnia hic dices uera fuisse mea.

Est illud etiam nunc vulgò familiare, vt siquid asseuerent vehementius, id ter repetant: vt hinc etiam adagium ortum videri possit. Strabo lib. Geographiæ 1, quod Homerus scribit, Charybdim ter in die reddere quod absorbuit, ter resorbere, quum constet id non fieri nisi bis in die, excusat hac hyperbole, quasi τρὶς non sonet hic numerum, sed vehementiam. Ad hanc sermonis formam pertinet quod est apud Platonem libro De repub. 10, ἃ τὰ ἔργα αὐτῶν ὁρῶντες, ἐκ αἰσθάνονται τρὶς τὰ αἰσχίστα τῶν ὄντων, id est, Et quum videant illorum opera, non intelligunt ea tertio gradu abesse à veris. Agit de iis qui è poetis sumunt recte viuendi rationem, quam illi pro veris tradunt phantasmata. Durat hodie ceremonis vestigium & hodiernis diebus in lingua Gallica, qui huius syllabæ adiectione comparatiuo faciunt superlatiuum, nisi quod interdum literis, tres sonant pro ter.

Theagenis pecunia. 6

Θεαγένους χρήματα, τοῦ Λίχυνος. id est, Theagenis pecunia quem, dicebant Æschines. locus proverbialis in eos qui pauperes quum essent, tamen diuites haberi volebant. Hoc morbo notatus est vterque, & Theagenes & Æschynes. Vnde cognomen his additum ἀλλᾶν, Sello quopiam ineptè ambitioso, qui quum re esset perquam tenui, tamen affectabat videri locuples. vnde qui hoc morbo laborant ἀλλίζειν dicebantur. Finitimus ei quod alio dicetur loco, Φοινὶξ θύρα, id est, Phanix ianua. Prouerbij meminit Aristophanes in Auibus. ἀλλίζειν.

Ἵνα ἡ τὰ Θεαγένους τὰ πολλὰ χρήματα,
Τἀ τ' Αἰσχίνου γ' ἅπαντα. id est,
Vbi sunt Theagenis plurima pecunia,
Et Æschinus quidem vniuersa.

Tantali lapis. 7

Ταντάλου λίθον, id est, Tantali lapidem, vocant imminens capiti periculum. Apud Suidam hæc referuntur, ἐπειδὴ τὸν Ταντάλου λίθον τῇ κεφαλῇ ἀπειλήφαμεν, id est, Quandoquidem Tantali saxum capiti impendens excussimus. Plato apud Stobæum, εἰ μὴ τὸν λεγόμενον Ταντάλου λίθον ἐπηρτημένον τις ἔχοι, id est, Ne si Tantali quidem, quem vocant, lapidem imminentem haberet aliquis. Sumptum à fabula Tantali, quem quidam fingunt apud inferos etiam hoc supplicij genus pati, vt ingens saxum sic immineat capiti, vt iamiam casurum videatur. Athenæus lib. Dipnosophistarum 6. fabulæ originem refert hunc in modum: Tantalus voluptatum auidus, quum in deorum consortium admissus, impetrasset optionem petendi quicquid vellet, à Ioue postulauit vt ad eum modum iugiter viueret inter epulas, nihil hac re ducens fœlicius. At indignatus Iuppiter promissum præstitit, hominisque optatis satisfecit, cæterum ne frui posset appositis, saxum ingens iamiam casuro simile supra verticem suspendit, cuius metu non libeat quicquam attingere. Vergilius Æneidos lux lib. 6. commentum hoc ad Lapithas Ixionem ac Pirithoum refert.

Quid memorem Lapithas, Ixiona, Pirithoumque,
Quos super atra silex iamiam lapsura, cadentis
Imminet assimilis, lucent' genialibus altis
Aurea fulcra thoris, epulasq; ante ora parata
Regifico luxu. Furiarum maxima tuxta
Accubat, & manibus prohibet contingere mensas,
Exurgitq; facem attollens atque intonat ore.

Vsurpat & Pindarus in Isthmius, hymno septimo: ἐπειδὴ τὰν ὑπὲρ κεφαλᾶς γε Ταντάλου λίθον ἄμμι θεὸς τείρων ἔβαλε, id est, Quandoquidem lapidem Tantali imminentem capiti aliquis nobis admouit Deus. Sentit autem metum instantis belli. Interpres citat ex Euripide,

Κορυφᾶς ὑπὲρ τάλας οὖδε δμωαῖον πέτρον,
Αἰεὶ πετᾶται. id est,
Saxum pauescens vertici quod imminet,
Per aerem volat.

Gregorius Nazianzenus in Epistola quadam ad Basilium fratrem, vitam follicitam ac periculis expositam, Ταντάλειον ζωὴν appellat.

Surdior Toronæo portu. 8

Κωφότερος Τορωναίου λιμένος, id est, Surdior Toronæo portu. Aiunt portum esse quendam Toronæ Thraciæ ciuitatis, qui longis & angustis duobus excursibus porrigitur in mare, ita vt in ipso portus secessu nullus fluctuum fragor audiatur. Vnde prouerbium in eos qui non audiunt. Quanquam alij Toronem ponunt in Macedonia. Stephanus meminit etiam sinus cognomento Torenęi, à quo prouerbium ductum videri possit. Nisi quòd mare surdum vocatur, aut littus surdum, magno fragore resonans, vt ob strepitum vndarum præterea nihil exaudire liceat. *Mare surdū.*

Surdior turdo. 9

Κωφότερος πίνακος, id est, Surdior turdo. Zenodotus ex Eubuli Dionysio citat. Adscribit surditatem huic auium peculiarem, quum sit loquacissima, vel prouerbio teste. Vnde concinne dicetur in eos qui perpetuò blaterantes, ipsi non auscultant quid vicissim ab alijs dicatur: quod vitium in multis licet deprehendere. *In blatterones, qui ipsi non auscultant aliis.*

Histrionum etiam oratio effœminata. 10

Ἔνεστι τοῖς ὑποκρινομένοις ἀνδρὸς λόγος. id est,
Inest tibijs viri ineris oratio.

Vt quisque est, ita & loquitur. Refertur à Zenodoto. Cōfine illi quod alibi retulimus, Fatuus stulta loquitur. Itē illis, Qualis vir, talis oratio. Tametsi longè alium Dranē fecit Vergilius lingua fortem bellatorem, re imbellem. *Qualis vir, talis oratio.*

Stupidior Praxille Adonide. 11

Ἠλιθιώτερος Πραξίλης Ἀδωνιάζοντος. id est, Stultior Praxillæ Adonide. In vehementer stupidos. Polemon apud Zenodotū, tradit Praxillam fuisse quampiam Sicyoniam puellam, quæ in suis cantionibus Adonidem inducit ab inie- *Vehementer stupidus, misusq; iudicij.*

ab inferis interrogatum quid apud superos pulcherrimum reliquerit: respondere, solem, cucumeres, mala. Quod quum vehementer insulsum videretur, cucumeres & mala cum sole componere, prouerbio dici cœptum in homines nullius iudicij.

Simonidis cantilena. 12

Vafri ac subdoli.

Σιμωνίδου μέλος, id est, Simonidis cantilenæ. De vafris ac subdolis dictum est. Hunc tradunt primum astutiam & quæstum in artem induxisse. Erant illi duo scrinia, alterum gratiarum, alterum præmiorum: quæ quum post tempus aliquantum aperuisset, gratiarum arculam semper offendebat inanem: præmiorum semper plenã. Hoc commento significans se nolle gratis donare carmina. Meminit huius rei Plutarchus in libello περὶ τῶν πολυπραγμόνων. vnde Aristophanes apud Suidam, φέρε Σιμωνίδου μέλος, id est, Cane Simonidis carmina. Meminit Aristophanes in Auibus,

Πρῶτον μὲν αὐτὸν τὸν λύρας λαβόντ' ἐγὼ διέλθοιμι
Λεπτῆς Σιμωνίδου μέλος. id est,
Primum quidem ipsi insti vt sumpta lyra sonaret
Simonideam cantionem.

Ad duo scrinia alluſit Theocritus in Charitibus,

Οὐκοῦν ἢ πάλιν αὖτις ὅθι τὸν μύρα χρύσεα. id est,
Rursus at ignaua vacuo intra scrinia fundo.

V. Σιμωνίδου μέλος.] Ab Erasmo non intellecta Suidæ verba, illum in errorem videntur impulisse. quum enim dicit Suidas, aut quisquis est ex quo hæc descripsit τοῦτον δοκεῖ μικρολογίαν εἰσηγήσασθαι εἰς τὰ ἄσματα, non hoc sentit, Simonidem primum astutiam & quæstum in artem induxisse, sed Simonidem videri primum fuisse qui tenuem orationem & scripturam leuem asmati adhibuerit. At quum μικρολογίαν ita interpretor, nec à prima huius nominis significatione recedo (siquidem μικρολογίαν constat sonare τὴν τῶν λόγων vel τὴν ὠτὸς λόγου μικροπρέπειαν: cui opponitur μεγαλοπρέπεια) & Quintilianum authorem sequor, à quo tenuis esse hic poeta perhibetur. Verùm quia statim post fit mentio à Suida de duobus scrinijs, de quibus poeta illud iocatus erat, non sine magnã suæ auaritiæ declaratione: Erasmus putans huc esse referendum quod dixerat eum μικρολογίαν εἰσηγήσασθαι εἰς τὰ ἄσματα, ita vocem illam interpretatus est. At considerandum illi erat, Suidam, suo more, vtpote ex varijs variorum dictis & diuersorum grammaticorum scholijs opus suum consarcinantem, hic quoque iis quæ ad Simonidis poemata pertinerent, alia ad eius mores & vitam pertinentia attexere. Quòd si hoc non considerans, vocis illius interpretationem ex sequentibus colligendam existimabat, at eam certè puram ac simplicem afferre debuit: non vertendo Astutiam & quæstum, sed Sordidam parsimoniam, vel potius Sordes. nam μικρολογία metaphoricè

μικρολογία.

significat interdum idem quod Sordidus, quando opponitur Lauto & magnifico: & μικρολογία idem quod Sordes: simul autem & quandam vafritiei & astutiæ significationem inesse huic voci, ex Græcorum scriptorum exemplis non apparet. Quare vt μικρολογίαν interpretabatur quæstum, ita etiam Simonidis cantilenas de quæstuariis in prouerbium abiisse dicendum erat, non de vafris ac subdolis. Dicendum erat, inquam, quæ de moribus poetæ narrantur, ad eius poemata transferre si liceret. nam & Chamelæon apud Athenæum κύμβαλα καὶ αἰσχρολογίαν eũ appellat. Sed hoc per eos qui aliquo præditi sunt iudicio, non licebit, vt opinor, sine veteris alicuius scriptoris, & eius quidem ἀξιοπίστου, authoritate. Atqui Suidæ verborum (quem se hic habere idoneum authorem Erasmus credidit) eam non esse sententiam, vt Simonidis lyrici versus de quæstuariis, multò minus verò vt de vafris ac subdolis prouerbialiter dicantur, paulò ante ostendimus. Quod superest ergo nisi vt aliam huius prouerbij explicationem inuenianus? Et aliorum quidem vnusquisque quã sit excogitaturus nescio: à me certè iam excogitata est hæc: vt videlicet σιμωνίδου μέλος sicubi prouerbialiter dictum reperiatur, de carmine lachrymoso, (iuxta illud Catulli, Mœstius lachrymis Simonideis) & lamentis ac querelis pleno, denique ad commouendam miserationem aptissimo dictum intelligatur. Hac enim potissimum virtute laudem eum meruisse Fabius ostendit, qui postquam dixit, Simonides tenuis, alioqui sermone proprio & iucunditate quadam commendari potest: addit, Præcipua tamen eius in commouenda miseratione virtus: vtquidam in hac eum parte omnib. ciuidem operis authoribus præferant. Quam censuram, vt alias multas de Græcis scriptoribus, ex Dionysio Halicarnasseo videtur transtulisse: qui his verbis tam de Simonide pronuntiat sententiam, σιμωνίδου μὲν ἢ θέσις πολὺ ἀπολοχίζει τῆς ἀναγκαίου, τὸν συνθέτην τῶν ἐγκωμίων πόνου, καὶ ὁ βεατίων ὑφίσταται καὶ πτωχεία, τὸ αὐτάρκες μὲν μεγαλοπρεπὲς, ἀλλ' οὐκ οὕτως, ἀναγκαῖον. Vbi etiam obserua quod dicit μὲν μεγαλοπρεπὲς, & confer cum Fabij dicto, eum videlicet esse tenuem. Nam tenuitas quam hic illi tribuit, est ea planè quæ τὸ μεγαλοπρεπὲς opponitur. Cuius tamen hic non viquequaque expertem esse facit Dionysius, quemadmodum & Quintilianus: sed ita in locis in quibus miserationem commouere vult. quã Pindarus contrà ibi quoque illam non bene retinet. Suspicor enim ita scribendã esse postrema hæc Dionysij verba, μὲν μεγαλοπρεπὲς οὐκ οὕτως, ἀλλὰ πτωχικῶς. Sed vereor ne quis περὶ μικρολογίας nos nimium multa μικρολογίας clamet.

Simonidis tenuitas præcipua.

V. Vas insuelle.] Quum illud quod de duobus scriniis narratur, ad Aristophanis locum nihil pertineat, facta eorum mentione, non debuit subiungere, Vnde & Aristophanes, &c. Ponitur quidem certe & apud Suidam locus Aristophanis, sed non ita vt eum mentione de duobus scriniis cohæreat, tanquam ad illam pertinens. Quemadmodum rursus ad locum Aristophanis non facit ipsius Simonidis apophthegma, quod tamen ei adsarcinatur. Non ellebore hæc potuit eorum Aristophanes, tanquam præcedentibus verbis explicatum, vel hinc deprehendere poterat Erasmus, quod illi loco sua subnectitur explicatio. ita enim legitur apud Suidam, Λεπτότατος, καὶ τὸ σιμωνίδου μέλος. πρὸς τὸν ἀπορίαν καὶ φιλοκέρδειαν. Quam tamen explicationem [illegible] Erasmus, nihilo secius; & grauius etiam fortasse, errauisset. Ponuntur etiam pro explicatione horum verborum, quasi prouerbialium videret καὶ τὸ σιμωνίδου μέλος quum ea à scholiaste Aristophanis vndè descripta sint, explicetur vox κύκλια. Imo nec fideliter inde fuerunt descripta, quam κατατυχὰ in καπάτυχα depravatum sit. Verùm & Aristophanis & eius enarratoris adscribere locum præstiterit. Habentur ergo apud Aristophanem in Auibus hi versus.

Μέλαν πτερὸν ἐς τὸ νεφελοκοκκυγίας
Τἀνδρὸς μετῆρε, κύκλια τε πολλὰ καὶ καινὰ,
Καὶ παρδοκᾶν, καὶ καὶ τὸ σιμωνίδου.

In quem locum extant hæc scholia, κύκλια τε πολλὰ. τὰ τῶν αὐτῶν ἐστὶ διθύραμβα ἢ μέλη ἔχοντα μὲν τι ἐπικτήματα. ἔστι δὲ διηγηματικὰ. Ἄλλως. ἀντὶ τοῦ κατατυχὰ, ποικίλα οἷον ὑμνῶν, ποιημάτων, τῶν αὐτῶν καὶ σιμωνίδου μέλος. ἀντὶ τοῦ λιτὰ καὶ ἀπέριττα ἐστὶ δὲ τὸ ὀνειδιστικὸν ἢ ἐπίθετον τοῦ παρδοκᾶν, ἐστὶ δὲ τὸ ὡς τὰς ἔνους ἀποδύειν. Vtrique scholiasti, grammatici & poetæ & scholiastæ, studui locum, vt eum quem dixi esse apud Suidam errorem eis ob oculos ponerem. Sed mihi dixerit aliquis fortasse, quum ea verba quibus Aristophanis hemistichium καὶ τὸ σιμωνίδου explicari videbatur, perperam pro eius explicatione posita esse comperiantur: num hunc loco quadrare potuit, à te modò allata prouerbij explicatio videndum est. At ego prouerbialiter hic posita esse illa verba, nego. quum enim ex Plutarcho didicerim scripta eyam à Simonide fuisse παρδοκᾶν quale his verbis prouerbium inesse imaginarer. Cæterum quod exemplar sequutus Erasmus pro καὶ τὸ Σιμωνίδου μέλος, legat ἀσαν σιμωνίδου μέλος, aliis quæ endum relinquo.

Alius, & vetus adagij in talentum.

V. Meminit.] Non in Auibus sed in Nubibus habentur hæc verba. post quæ sequitur τὸν κεντὸν ὃν ἐν χθονὶ. Vbi scholiastes, τοῦτο πρὸς τὸν σιμωνίδου καὶ Ἐπιτίμου, σπεῦσαι ὁ κεντὸν ἀντὶ ἀσήμου & pauci inter eos ἐπεῦσαι ὁ κεντὸς ἀντὶ ἀσήμου, ἐλθὼν εἰς δισχίλιοι ἄλλοι δὶς τάλαντον. Quæ ad auaritiam Simonidis quilo modo pertinere cognosces, si locum ipsum adieris.

Si tibi machæra est, & nobis vrbina est domi. 13

Plautus in Bacchidibus. Si tibi est machæra, & nobis vrbina est domi. Quoties malum malo opponitur. Nam machæra & vrbina vtrumque teli genus est. Sunt autem apud Plautum Chrysali verba minas referentis, & militis fœtidam fœnis item dictis retundentis. Placiades Fulgentius pro vrbina legit Verubina, & interpretatur teli genus oblongum. Simillimum est illis, Par pari. &, Malo nodo malus quærendus cuneus.

Semper agricola in nouum annum dives. 14

Ἀεὶ γαμᾷ ὁ εἰς τὰ πλησίον. id est,
Agricola semper diues annum in proximum.

De his dictitatum qui ipe futuri compēdij diuites sunt, ac sibimet expectatione rerum amplarum blandiuntur. Ductum à colonis, qui semper proximæ ætatis veberiorem prouentum sibi polliceantur, eaque spe iam sumptus nonnullos audent facere.

Semper virgines furiæ. 15

Ἀεὶ παρθένοι ἐρινύες, id est, Semper virgines furiç. Prouerbium obscurius deterret à peccando. Erinnyes enim malefactorum vltrices corrumpi non queunt quo minus pœnas sumant de iis qui commeruerunt, atque hac gratia dictæ virgines. Suidas è Sophocle exstat.

Erinnyes cur semper virgines.

Senex bos non lugetur. 16

Γέρων βοῦς ἀνώλυτος δάμαται, id est, Bos senex vacat luctu domesticorum. Hoc est, senum mors, quòd tempestiua videatur, non lugetur ab amicis. Quin & hodie si quando nuntiatur obitus hominis natu grandis, Nihil acerbum, inquiunt, haud periit in cunabulis. Mortem iuuenum complorant ij quoque ad quos nihil attinet. Talem mortem deprecatur Solon apud Ciceronem libro De senectute. elogium autem Solonis, cuius meminit Tullius, sic habet,

Senum mors non lugetur.

Μηδεμιᾶ ἄκλαυτος θανατος μόλοι, δηλα φίλοισι
Ποιήσαιμι γαῖαν ἄμμα κλαύσαντας. id est,
Ne mihi luctuosa veniat mors, sed mihi charis
Mœrorem potius adferat & gemitus. Ennius contrà,
Nemo me lacrymis decoret, neque funera fletu *Faxit.*

Sed vterque rectè sensit. Solon vult mori charus ac desiderandus suis. Ennius non putat lugendam mortem quam consequitur immortalitas. Refertur & hic versus è Menandro,

Πικρὸν τὸ χρῆμα γήρως ἐν οἰκίᾳ μόνον. id est,
Molestum est, in domo manere senex.

Sero venisti, sed tamen cœnum isto. 17

Ὀψὲ μὲν ἦλθες, δηλα δ' οὖν καλὸν δεῖπνον. id est,
Serus ades, sed cœnum hunc tu conseruas.

Locus prouerbialis aduersus eos qui post tempus aduenirent: aut qui meroede quippiam facerent. Porrò colonus est terra æditior, in speciem tumuli seu collis. Huiusmodi duo erant Athenis, alter iuxta Neptuni templum, in quem equites conueniebant: alter iuxta templum Vulcani, qui à foro seu mercatu dictus est ἀγοραῖος. Hinc colonetæ dicti, qui mercede conducerentur, quòd illic consisterent qui conductorem quærebant. Huiusmodi fermè Suidas.

Coloneta.

Ad pedem. 18

Πρὸς πόδα, id est, Iuxta pedem. Quod appositum & vehementer accommodatum est, id πρὸς πόδα dicebatur. Sumpta metaphora à calciamentis probè ad pedis mensuram quadrantibus. Vnde celebratur & illud Pauli Æmilij apoptheg ma, nouum calceum ostendentis, Vos, inquit, videtis, bellum ac nouum esse calceum: verùm qua parte pedem torqueat meum, id ego demùm sentio. Significans Papyriam vxorem non esse suis accommodatam moribus. Suidas Platonem citat, poetam opinor.

De re vehementer accommodata.

Ὡς δέομαι τὸ χρῆμα τῶν πρὸς πόδα. id est,
Vt hoc meo negotium quadrat pedi.

Sarpedonium litus. 19

Σαρπηδόνιος αἰκτή, id est, Sarpedonium litus. De re turbulenta rectè dixeris: siue de vehementer clamosis & obstrepentis Est enim huiusmodi litus quoddam Thraciæ Neptuno sacrum, quod assiduis fluctibus tunditur. Est & aliud eiusdem nominis in Cilicia. Rursum aliud iuxta Oceanum, vbi Gorgonibus sedes esse ferũt.

De turbulentis, & obstreperis.

Seruilior Messena. 20

Δουλότερα μεσσήνη, id est, Seruilior Messena. De minimè liberis dicebatur, & alieno viuentibus arbitrio. Lacedæmonij Messenios, quòd iterum atque iterum defeciuissent, in seruitutem redegerunt, eosque durius etiam quàm reliquos seruos tractarunt, ne denuo res nouas moliri possent. Historia refertur a Paulania in Messenicis, & à Iustino lib. Epitomatum 3.

De iis, qui alieno viuunt arbitrio.

Seruus quum sis, comam geris. 21

Δοῦλος ὢν κόμην ἔχεις, id est, Seruus quum sis, comam habes. De eo qui præter decorum quippiam faceret. Veluti si quis humili conditione, patriciorum cultum imitaretur. Apud Lacedæmonios enim ingenui comam alebant. Adagium refertur quidem à Suida, cæterùm extat apud Aristophanem in Auibus,

De eo, qui decorum excedit.

Εἶτα δοῦλος ὢν κόμην ἔχεις; id est,
At deinde seruus quum sies, portas comam?

Seruorum ciuitas. 22

Δούλων πόλις, id est, Seruorum ciuitas. De cœtu coniectúque hominum improborum, furacium, aut ignobilium dici potest. Est hoc nomine ciuitas quæpiam in Libya, vt author est apud Suidam Ephorus in 5. apud Stephanum Hecatæus. In hanc siquis seruus lapidem importasset, continuo liber fiebat, etiamsi peregrinus fuisset. Est & altera cui nomen ἡσυχόδουλον, quòd seruis dicata sit, in qua vnum duntaxat ingenuum viuere tradunt. Est rursum in Creta δουλόπολις χιλιανδρος, id est, mille viris habitata, vt author est Sosicrates in 1. narratione rerum Creticarum. Est item alia iuxta Thraciam, πανώνυτος, id est improborum ciuitas. In hanc Philippus collegisse dicitur, velut in sentinam, infames ac moribus improbatis, vt sycophantas, falsos testes, præuaricatores, & id genus alios, ad numerum duum milium, vt author est Theopompus in rerum Philippicarum lib. 13. Testatur & Plutarchus in commentario De curiositate. Est & in Ægypto regio quædam δουλόπολις appellata, teste Olympianico. Plut. in collectaneis prouerbiorum, ostendit dici solitum de rariis inuentu, effertóque ad hunc modum, ἀπ' ἐς δοῦλων πόλιν, id est, Nõ est seruorum ciuitas. Non dissimile quod Plinius narrat de gente Hessenorum in Syria, ad quos fugitant vsquequaque nocentes. Quæ sola toto in orbe sine vlla fœmina viuit, omni Venere abdicata, socia palmarum, in diem ex æquo conuenarum turba renascitur, longè frequentantibus quos vita fessos ad mores eorum fortunæ fluctus agitat.

Conuictus improborum.

Samiorum flores. 23

Σαμίων ἄνθη, id est, Samiorum flores. Vbi quis extremam voluptatem decerperet. Hoc autem nomine dicebatur locus quidam, in quo mulieres cum viris conjugium agitabant, omnique genere voluptatum affatim explebant sese. Quibus delicijs effœminati, postea subacti sunt à Persis, & in seruitutem acti. Stephanus admonet, Samum insulam olim ἀνθήμουσαν appellatam fuisse, nimirum à floribus. eandem παρθενίαν fuisse vocatam, videlicet à virginibus. Refertur adagium in collectaneis quæ Plutarchi feruntur titulo. Meminit & Athenæus lib. 12. ex Clearcho, demonstrans locum ita vocatum ob varias formas puellarum, quæ veluti flores arridentes, ad libidinem inuitabant. Apte quadrabit in ciuitatem, domum, denique hominem voluptatibus perditè addictum.

De extrema voluptate.

Summaria indicatura. 24

Ῥωπικὴ ἄνιον, id est, Summaria indicatura, De rebus vilibus, magno tamen emptis, quemadmodum fit nonnunquam in auctionib. quum nõ expenditur figillatim vnuscuiusque rei pretium, sed multa simul congesta pariter æstimantur. Græcis enim ῥῶπες virgulta dicuntur, & ῥῶπον appellant fasciculum seu farcinam è diuersis rebus colligatam, aut varios colores simul cõfusos. Fit autem sæpenumero vt emptor parum attentus in hoc emptionis genere circumueniatur. Adagium refertur à Diogeniano. Meminit & Suidas.

Regia vacula. 25

Βασιλικὸν βοίδιον, id est, Regia bucula. De prodigiosa fœcunditate ferebatur, natum è miraculo rei gestæ. Ætate Ptolemæi iunioris, vacca quædã eodem partu sex ædidit vitulos. Author Diogenianus. Simile illud Iuuenalis,

Prodigiosa fœcunditas.

-scropha fœcundior alba.

Pura à nuptiis. 26

Ἀγνὴ γάμων, id est, Rudis nuptiarum. Per ironiam dicebatur in impudicam, quòd citra nuptias sui copiã faceret. Horatius, *-Nuptiarum expers, & adhuc protervo*
Cruda marito.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. *Nuptiarum.*] Planè ἀνεσκεδάστως esse hoc exemplũ animaduertet quisquis totum Horatij locum legerit.

Rheginis timidior. 27

Ῥηγίνου δειλότερος, id est, Rheginis formidolosior. Xenarch. apud Zenodotum, Sophronis, qui de mẽsib. scripsit, filius, in gratiam Dionysij tyranni taxauit Rheginẽses vt ignauos in reb. bellicis, animiq. pauidi, quemadmodum testantur Græcorum adagiorum collectanea.

Inertium chorus. 28

Ἀργόντων χορός, id est, Feriatorum chorus. De cœtu otiosorum lasciuientium dicebatur. Otium enim ad omnem *otium.*

nequitiam

nequitiam impellit præcipuè iuuentam. Confine est illi quod alias dictum est, Inertibus semper feriæ.

Rapina rerum Cimmerii. 29

Ἁρπαγὴ τῶν Κιμμερίων. id est, Direptio bonorum Cimmerii. De facultatibus per tumultum direptis. veluti quũ principes præter ius in alienas fortunas iniiciunt manus. Timæus scriptum reliquit, Cimmerum quempiam fuisse, patria Selinusium, arte lenonem, qui hoc quæstu ad tantas opes peruenerit. Is quoad viuebat, pollicebatur se facultates omnes Veneri consecraturum: cæterum morie s, populo diripiendas exposuit. Huic nõ dissimile quod alibi cõmemorauimus, Portenæ bona. *Portenæ bona.*

Rhadamantheum iudicium. 30

Ῥαδαμανθέως κρίσις, id est, Rhadamanthi iudicium, De incorrupte iudicantibus. Rhadamanthus enim mortuum iudex, neque muneribus, neque gratia deflectitur quo minus ieuerè iudicet. Accommodari poterit ad mortis necessitatem, maximis pariter ac minimis ex æquo communem: iuxta illud Æschyli apud Aristophanem in Ranis, *De incorrupto iudice.*

Μόρος δεῶν γὰρ θάνατος οὐ δῶρον ἱερᾶ. id est,
Vna à deum Mors nulla captat munera. Item Horatius, *Cap. 4. Carmin.*
Pallida mors æquo pulsat pede pauperum tabernas,
Regúmque turres. Item alibi,
Non plus trecenis, quotquot eunt dies, *Ode 14.*
Amice places illachrymabilem
Plutona tauris. Item Pindarus in Nemeis,
ἀμφὶ κοινὸν γὰρ ἔρχεται
Κῦμα πάσαις, ποτὲ δ' ἀδόκητον ὀρθαὶ δοκίσαι. id est,
Fluctus enim orci communiter accidit, obruitque tum opinantem, tum inopinum: hoc est, & iuuenem & senem, aut pariter & nobilem & obscurum. Bifariam enim interpretantur ἀδόκητον καὶ δοκίσαι.
Item in Olympiacis,
Βάλε δὲ σὺν δίκαις Ῥαδαμάνθεος. id est,
Rectis Rhadamanthi decretis.
Item alibi demonstrans vnum Rhadamanthum nec assentari cuipiam, nec quicquam ad gratiam facere, ὅτι Ῥαδαμάνθεος οὐδὲ πορσύνειν ἔστι φρενῶν ἔμπαιον ἀμείλιχον, οὐδ' ἀπάτοισι δόμον πρόπαν ἐνδέδυκεν. id est, Fortunatus Rhadamanthus, qui fructum iudicij sortitus est inculpatum, neque impotoris intus in animo delectatur. Vsurpat & Plato libro De legibus 11.

Rhadamanthi iusiurandum. 31

Ῥαδάμανθυος ὅρκος, id est, Rhadamanthi iusiurandum, dicebatur quod verissimum quidé esset, cæterùm nullum deum ascisceret. Socrates per canem & anserem iurare consueuit, ne quem deorum citaret: siue quòd non crederet vllos esse deos, siue quòd non arbitraretur esse boni viri, deos suorum negotiorum testes accersere. Hoc autem iusiurandi genus ad Rhadamanthũ referebant. Notauit adagium Aristides rhetor in Pericle, quum ait, ὅτε δὲ αὖ λέγοι τὸν Ῥαδάμανθυν ἐζῆν τοῖς ἀνθρώποις ὁπότε, ὃ πολὺ πλεῖστον ἀπέχειν δικαίου καὶ ὁσίου, ἐξ τοῦ μηδένας τοὺς ὀμνύναι ἀπομόνους δικαίως ὀμνύειν. id est, Perinde quasi dicas Rhadamanthum mortales in consuetudinem adduxisse peierandi, qui vsque adeò pietate iustitiáque præcelluerit, vt etiam vita defunctus, iis qui illuc appellunt, iudex esse credatur. Pythagorici per quaternionem iurare solent, quem τετρακτὺν appellant: *Socrates cur iurare per canem & anserem consueuerit.*

Οὐμὰ τὸν ἁμετέρᾳ ψυχᾷ παραδόντα τετρακτύν. id est,
Non per eum à quo anima est data nostra quaternio nostra.
Existimant enim hunc numerum vsque adeò ad animę perfectionem pertinere, vt eum in arcanis venerentur. Author Macrobius primo commentario in somnium Scipionis. Pythagoras in Carminibus aureis, quaternionem, sacrum animæ fontem vocat. Græci per caput alterius iurare consueuerunt. Iuuenalis, *Quaternio, sacer animæ fons.*

Gratus nondum iurare paratis
Per caput alterius. Vergilius.
Per caput hoc iuro.

Littore loquacior. 32

Ῥαχίας λαλίτερος, id est, Littore loquacior, In rabulam & obtrectatorem dicebatur. nam ῥαχία Græcis littus appellatur, præsertim scopulis ac rupibus asperum, quod assiduis tunditur fluctibus, non sine fragore: vnde & Græca vox ducta videtur ῥαχία, quasi τραχία. Nam ea vox ad omne quod asperum ac spinosum est, deflectitur.

Præsentem fortunam boni consule. 33

Τὸ παρὸν εὖ ποιοῦ. id est, Quod adest, boni consule, καὶ τὸ παρὸν εὖ τίθεσθαι. id est, Quod adest æqui bonique facere oportet. Admonet adagium ne nos alienarum rerum cupiditate macteremus, sed quæcunque contingit sors, eam velut optimam amplectamur. Magna enim felicitatis pars, vt sua cuique fortuna placeat. Plato in Gorgia, ὡς ἔοικεν, ἀπέοικεν μοι, κατὰ τὸν παλαιὸν λόγον, τὸ παρὸν εὖ ποιοῦν, καὶ τῶν δεόντων τὰ δίδωμι αὐτῷ σοί. id est, Necessum est mihi sicut videtur iuxta vetus adagium, quod adest, boni consulere, & hoc accipere quod absente datur. Cratinus in Pylea,

Ἀνδρὸς σοφοῦ χρὴ τὸν παρὸν πρᾶγμ' ὡς καλὸν
Εἰς δύναμιν εὖ τίθεσθαι.
Sapientum est virorum, vti quod adest, boni,
Tanquam bonum sit, consulant pro viribus.

Affine illi quod alibi retulimus, σπάρτην ἔλαχες, τήνδε κόσμει, id est, Spartam es nactus, eam dispone. Quod quidem carmen citat Stobæus ex Euripidis tragœdia, cui titulus Τήλεφος. id quod obiter admonendum duximus. Nam adagium suo dictum est loco.

Qui omnes ante, & in omni tempore. 34

Aulus Gellius explicans vim μωρίας σφοδρᾶς, ait hunc senarium antiquissimum prouerbij vice celebratum fuisse,

Sed enim qui in omni re, atque in omni tempore
Omni laude vacat, is illaudatus est,
Isque omnium pessimus deterrimúsque est.

Admonet paræmia ferè neminem esse tam deplorati ingenij, qui non aliquando dicat faciátve quòd laudem promereatur. Refertur iisdem fermè verbis à Macrobio lib. Saturnalium 6. ex quo mihi visus sum deprehendisse manifestum errorem scripturæ in Galliano libro per eruditum quempiam admissum. Is enim non intelligens hos esse versus, Sed enim qui in omni re atque in omni tempore &c. suspicatus est Græcum verficulum omissum à librariis, in eius locum supposuit hoc carmen,

Πολλάκι γ' οὐκ ἐπιτηδὲς ἀνὴρ μάλα χρήσεται ἔπεσσι. *Sept editor; verba opportuna loquutus.*

quum versus de quo sentit Gellius, sit Latinus quem mox subiicit, Sed enim qui in omni, &c. Id liquet ex Macrobio, qui locum hunc ad verbum penè suffuratus est in suos commentarios. Porrò Græcus verficulus nihil facit ad explicandam vim huius vocis Illaudatus: sed obiter admixtus est, quasi probandum esset quod dixerat, neminem tum esse efflictis moribus, quin faciat dicátve nonnunquam aliquid quod laudari queat. Quo quidem loco rursum Efflictis deprauatum est in Efferis: potest enim illaudatus esse qui non sit efferis moribus. sed efflictos mores dixit perditos & corruptos. Sunt autem tres senarij sententiam absoluentes: nisi quòd alicubi videntur vitiati à scribis, *Efflicti mores.*

Sed cum qui in omni re atque in omni tempore
Hic primus pulchrè cõstat. Constabit, & aliter si legatur,
Qui omni vacat laude, is vir illaudatus est.
Nam dictiunculam Vir, etiam aurium sensus in hoc versu videtur requirere. Constabit & tertius si legas,
Isque omnium est deterrimúsque ac pessimus.
Locus est apud Gellium lib. 2. cap. 8. si quis voleat conferre.

Qui è nuce nucleum esse vult, frangit nucem. 35

Qui commodum appetit, ne fugiat laborem. Qui quærit voluptatem, prius experiatur sudorem, sine quo non paratur vera voluptas. Hanc sententiam Plautus figura sane quàm prouerbiali exulit. Qui è nuce, inquiens, nucleum esse vult, frangit nucem. Qui quærit animi pabulum in Arcanis literis, scrutetur sub allegoriæ inuolucro conditum mysterium. Sic enim vsurpant alicubi diuus Hieronymus. Nux enim foris tùm dura est tum amara, intus suauissimum condit cibum. Huc referendum illud Homericum figmentum de moly herba, quàm ait radicem quidem habere nigram, sed florem lacteum. Hanc ita describit Odissea libro decimo, *Moly, herba.*

Ῥίζῃ μὲν μέλαν ἦεν, γάλακτι δ' ἴκελον ἄνθος.
Μῶλυ δέ μιν καλέουσι θεοί, χαλεπὸν δὲ τ' ὀρύσσειν
Ἀνδράσι γε θνητοῖσι. θεοὶ δ' τὰ πάντα δύνανται. id est,
Atra quidem radix fuberat sed lacteolus flos:
Moly vocant superi, mortalibus ardua res est
Euulsisse viris: cælestes omnia possunt.

Accommodari potest cum ad omnem disciplinam,

inſtabilis, nulla certa ſede conſiſtens. Si quidem Diana vagari dicitur apud poetas, & per nemora montésque oberrare. Quin domicilium etiam ſubinde mutat, nunc apud ſuperos agens, nunc apud inferos. ne ſpecie quidem ſemper eadem, ſed nunc pleno orbe, nunc mutila, nunc nulla.

1. Serm. 2. Sat. 7. De duobus, in contrarium oppoſitis.

Paſtillos Ruſillum olet, Gorgonius hircum. 48

Paroemiæ ſpeciē præ ſe gerit illud Horatianū in Serm.

Paſtillos Ruſillum olet, Gorgonius hircum.

Dicendum vel in duos aliquos diuerſis laborantes vitiis, vel in eundem ſui diſſimilem: nempe modo loquaciorem quàm ſat fit, modo impendio taciturnum: interdum pueriliter ineptum, interdum Catone ſeueriorem: nonnunquam profuſum, nonnunquam ſordidum. Si quidem vt vitio dandum ſi quis hircum oleat, ita adæque vituperandum ſi quis oleat vnguenta. Nam paſtilli, pilulæ ſunt vnguentariæ. Alterum ſpurci eſt, alterum mollis.

Claudus optimè virum agit. 49

Λειπτὰ χωλὸς αἱρῶ, ſiue vt alias legitur ἔχω, id eſt, Optimè claudus virum agit. Dici ſolitum vbi quiſpiam ſuam ſortem, vel parum egregiam, anteponit alienæ tametſi præſtantiori. Ab Amazonum apophthegmate natum aiunt. tradunt morem Amazonibus fuiſſe quondam, vt pueros maſculos detorta tibia coxáve claudos efficerent. Porrò quum bellum eſſet illis aduectus Scythas, atque illi eas conarentur illicere vt ad ſeſe deſciſcerēt, dicentes futurum vt poſthac non cum claudis ac mutilis, ſed cum integris viris rem haberent, Antianira Amazonum dux reſpondit ad hunc modum, ἄριστα χωλὸς αἱρῶ. Vſurpauit Athenæus lib. 13 ἄριστα γὰρ ἄριστα χωλὸς αἱρῶ. id eſt, Verè enim claudus optimè viros agit. Theocritus φιλοίφλον appellat virum coitus auidum, Heſychius φίλαφρον dicit. Animaduerſum eſt etiam illud noſtris temporibus, plerunque qui tibiis ſunt mutilis, aut quopiam membro trunci, eos ad vſum Veneris reliquis magis idoneos eſſe, nimirum paria faciente natura. De claudo, quare ſit ſalacior cæteris, cauſam reddit Ariſtoteles in problematibus ſectionis 10. probl. 26. quòd in hoc parum alimenti deorſum delabatur, ob crurum vitium: plus autem ſuperiora petat, & in ſemen vertatur.

Quare claudus ſalacior.

Ogygia mala. 50

Ὠγύγια κακὰ id eſt, Ogygia mala. Rectè dicentur vel ingentia, vel antiqua. nam vtrunq. Græcè ſignificat Ogygium. Alij malunt ad Ogygiū primū Thebanæ ciuitatis principem referre. Huius filius Cadmus, ob filias ſuas in varias calamitates incidit. Quò reſpiciunt qui Ogygia mala pro atrociſſimis interpretantur. Huiuſmodi fermè Suidas, niſi quòd magis probat, vt Ogygia mala, vetuſta dicantur. Cæterum qui Ogygia vetera dicunt, illud ſequuntur, quod olim Bœotiorum ac Thebana regio, Ogygia dicta ſit. Quin & omnis Attica olim hoc habuit nominis, ſicuti teſtatur Stephanus. Eſt & inſula peruetuſta, dicta Ogygia, in qua Vlyſſes naufragus emerſiſſe fingitur ab Homero. Vnde vox iam obſoleta velut in iocum prouerbialem abiit. Nec in figura ſita eſt huius prouerbij ratio, ſed in nouitate vocis, vt in operis huius initio monuimus, conſimili ratione, nec ſine prouerbij ſpecie, Græci priſcos ac peruetuſtos, ὠγυγίους & ὠγυίους appellant, à priſco quopiam deo, & multis iam ſeculis obſoleto. Huiuſmodi propemodum de Ogygiis Suidas & Stephanus.

Mala atrociſſima.

Ogygia regia.

Omnia chnaumata. 51

πάντα χναύματα, id eſt, Omnia chnaumata, dicebant olim quoties omne negotium ſignificabant. χναύματα enim Græci placentarum atq. id genus ciborum fragmina vocant. Latini quoque reliquias belli, & reliquias Danaùm dicunt ſimili figura. Refertur adagium à Zenodoto.

Sic eſt ad pugnæ partes re peracta veniendum. 52

Plato in Gorgia, Πολέμει καὶ μάχης φαίνῃ χρῆναι, ὦ Σώκρατες, ἐπιμελῶς παρεῖναι, id eſt, Ad belli pugnæque munia, Socrates, ſic aiunt accedere oportere. Locus erat prouerbialis, vbi quis negotio peracto, tum demum aduenire. Quemadmodum ignaui milites ſolent, qui conflictu peracto, ſublatoque metu, tum denique ſolēt adeſſe: vel ad colligendam prædam, vel ad epinicia. id eſt epulum victoriæ celebrandum. Nam verbum illud μεθεπαίχειν, tarditatem ſignificat, ac ſeram muneris functionem. Socrates autem reſpondens, paroemiā explicat ſimili paroemia, ἆρα, πάλαιόν τι, κατὰ τὴν παροιμίαν ὑστεροῦμεν; id eſt, Num poſt feſtum, quod aiunt, venimus ſeriòque adſumus? Sumptum videtur à Rheſo Thracum duce, quem apud Euripidem obiurgat Hector, quòd ſerius ad belli ſocietatem veniſſet, nimirum decimo demum anno.

Σύμμαχος μὲν, ξὺν θεῷ δ' ἀφίκεο φάτιν. id eſt, Socius haud quidem aduenis, ſed ſolpes ad menſam. Iſque reſpondet,

Ἀλλ' οὐ σεσῳσμένοι γ' ἦλθον, ἀλλ' ἐκαιρῶ δ' ὅμως.
Σὺ μὲν γὰρ ἤδη δεκάτῳ σὺν χρόνῳ ἔσω,
Κοὐδὲν παραινεῖς. id eſt,
Sero quidem, at in tempore aduenio tamen.
Nam tu quidem iam pratiens decimum, Nihil explicas.

Alluſit huc, ni fallor, Diogenes. quum enim quidam inſcripſiſſet ædibus ſuis hunc titulū, Iouis filius Callinicus Hercules hīc habitat, nequid ingrediatur mali: Diogenes adiecit aliam inſcriptionem, Μετὰ πόλεμον ἐπικουρία, id eſt, Poſt bellum auxilium. Significans ſerò vocari Herculem depulſorem malorum, quum iam malus hoſpes immigraſſet in eas ædes.

Poſt bellum auxilium.

Obſequium amicos, veritas odium parit. 53

Obſequium amicos veritas odium parit. Senarius eſt prouerbialis apud Terentium in Andria, non admonens quid oporteat fieri, ſed oſtendens quid vulgò fiat. Vulgaris enim amicitia conſtat obſequijs. Nam inuicem conniuere ad familiarium vitia,

Amicitia vulgaris, & vera vt differant.

Hæc res & iungit, amicitias & ſeruat amicos. †1. Serm.

At inter veros amicos nihil eſt veritate iucūdius, modo abſit aſperitas agreſtis & inconcinna, grauiſque. Porrò qui vulgò plurimis ſtudet amicus eſſe, moribus alienis obſecundet, caueátque, iuxta Perſium, Auriculas teneras mordaci radere vero. Non probari verò ſēſentiam hunc poetæ, ſatis indicat quum ait, Nanq. hoc tempore, id eſt, his corruptis moribus. Eandem ſententiam in Adelphis idem alter exulit, Vt homo es, inquiens, ita morem geras. Donatus admonet prouerbialiter dictum. M. Tullius in ſermone De amicitia, Sed neſcio quo modo verum eſt quod in Andria familiaris meus Terentius dixit, Obſequium amicos, veritas odium parit. Moleſta veritas eſt, ſi quidem ex ea naſcitur odium, quod eſt venenum amicitiæ. Sed obſequium multo moleſtius, quod peccatis indulgens præcipitem amicum ferri ſinit. Maxima autem culpa in eo eſt qui & veritatem aſpernatur, & in fraudem obſequio impellitur. Pindarus in Nemeis hymno quinto, ὡς τοι ἄπασι κερδέων φαίνεται μεγίστων ἀρχὰ ἀγαθὸν ἀληθείᾳ καὶ τὸ σῶν πολλοῖς δεῖ σοφώτατον αὐτόστον νόῳ. Sentic ſimplicem veritatem non ſemper vt eſt proferendam, quòd damnoſa ſit: ſed ſapientis eſſe, nonnunquam celare ſuam ſententiam in tempore prolaturus, quum fructus ſpes oſtenditur. Apud Athenæum lib. 5. extat hic trimeter ex Agathone.

†Satyr. 1.

†Act. 3. ſcen. 3

Εἰ μὲν φρόνιμα τἀληθῆ, σὺ δ' ἡδέως ψεύδῃ.
Εἰ δ' ἡδέως ψεύδῃ τι, σὺ δ' οὐ τἀληθῆ φρονεῖς.
Si vera dicam, tibi voluptati haud ero:
Si ſim voluptati, haud tibi vera dixero.

Obuiis vlnis. 54

Obuiis vlnis, eſt apud Quintilianum, pro eo quod eſt, auide ſitientérque. Tranſlatum ab iis qui porrectis vlnis properant in complexum eorum quorū magno deſiderio tenebantur, quóſque cupidiſſimè conſpiciunt. Legimus & Obuiis manibus. D. Hieronymus ad Pammachium, Condiſcipulum quondam, & ſodalem & amicum, obuiis, vt aiunt, manibus excipio. Baſilius in præfatione dialogi, ἀμφοτέραις χερσὶν, id eſt, Ambabus manibus, eodem ſenſu ſcriptit. Hæc ſi ad rem animi detorqueantur, figuram prouerbialem habebunt. vt, Ego tuas literas obuiis vlnis excipiam.

Obuiis manibus.

Ambabus manibus.

Obliuionis campus. 55

Λήθης πεδίον, id eſt, Lethes campus. Dicetur vel de vehementer obliuioſis: vel de rebus commentitiis ac friuolis, quæ nuſquam ſint. Ariſtophanes, τίς δὲ πεδίον λήθης πέλει; id eſt, Quis in Lethes campum?

Omnia ſapientibus facilia. 56

—πάντα τοῖς σοφοῖσιν εὔκολα. id eſt,

Facilia cuncta ſunt viris ſapientibus.

Nihil eſt tam arduum quod prudenti conſilio non facile conficiatur. Aut, nihil tam acerbum quod ſapiens non æquo animo faciléque ferat, ratione cuncta lenié-

Negotio peracto adeſſe.

à medicis expectant vt viso duntaxat lotio diuinent & sexum, & ætatem, & omnem morbi naturã, vbi & vnde acciderit, quid sentiant: ac propemodum etiam quid in febri somniarint.

Sponsi vita. 69

Νυμφίου βίος, id est, Sponsi vita, pro molli ac delicata. Confine illi quod alibi relatum est, Musica vita. Suidas senarium hunc adducit, qui extat apud Aristophanem in Auibus,

Τιμᾶς μὰ Δία γε ζῶντα νυμφίου βίον. id est,
Sponsi quidem profecto vitam viuis.

Propterea quòd proci frondibus & sertis coronari soleant, & delicatius niteréque coli: vel quòd molles videantur nuptiis inhiãtes. Apud Athenæum lib. octauo Stratonicus citharœdus Rhodios ἁβρὸὺς καρδιανίους ἢ μᾶλλον ἁβρὸς νῆσος. id est, Albos Cyrenæos & procorum ciuitatem appellat. Nisi malumus ad Homericos illos Penelopes iprosos referre, quib. nihil cordi erat præter conuiuia, citharam, choream, talos, discum, parasitos, atque id genus alias voluptates. Vnde Horatius, homines luxui deditos, sponsos Penelopes appellat, 1. epist. 1.

Vita Musica.

Et fama fuit & erat. 70

-καὶ φάτις ἦν καὶ ἔστιν. id est,
-& dicebatur erátque.

Hemistichium prouerbiale, quoties facta respondent opinioni. Suidas meminit è poeta quopiam. est enim fragmentum carminis heroici.

Falla opinioni respondentia.

Innocuus alium aspiciam meum habentem malum. 71

Ἐξόψομαι ἀλλοτρίοισι κακοῖσιν ἀλλοτρίαν χαρήν. id est,
Indemnis spectabo alium mala nostra ferentem.

Hoc est, ex aliorum malis ipse rebus meis consulam, ἐξόψομαι autem dixit, quasi ἔξω τοῦ κακοῦ, id est extra noxam situs & illæsus. Simillimum illi Plautino.

Ex alterius sapit, qui alieno periculo sapit.

Periculo alieno sapere.

Simul & dictum & factum. 72

Ἅμα εἶπε, ἅμα ἔδρασε, id est, Simul dictum, simul & factum. Vbi quis citra moram id re præstat quod verbis pollicetur. Latini, Cum dicto dicunt, pro eo quod est, statim posteaquam dixeris.

Et Vergilius, Æneid. 1.

Cum dicto.

-& dicto citius tumida æquora placat.

Sumptum apparet ex Homero, apud quem est hoc carmen,

Αὐτίκ' ἔπειθ' ἅμα μῦθος ἔλυ, τετέλεστο δ' ἔργον. id est,
Mox simul ac dictum est verbum, res ipsa peracta est.

Idem Græcis dicitur vnica voce αὐτοσχεδόν, quod à militari clamore translatum videtur, quo nonnunquam funditur hostis priusquam ad manus ventum fuerit. Sic vsus Thucydides. Theopompus vsus est pro ἐξ ἀρετῆς, id est vi ac virtute, non ex insidiis. Quisquis enim insidias molitur hosti, filet: qui fidit viribus suis, cum clamore irruit in hostem. Quidam putat dictum à bubus: vt deductum videatur ab arantibus, qui quum pollicentur se eodẽ die, id est, αὔριον, aliquid operis absoluturos, dicere solent αὐτόσε hoc est priusquam disiungam boues. Transfertur ad cuiuslibet actionis celeritatem, vt perinde valeat atque αὐθημερόν, αὐτίκα.

Obicere canibus agnos. 73

Προβάλλειν τοῖς κυσὶν ἀρνας. id est, Obicere canibus oues, dicebatur qui imbellem & litium imperitum calumniatoribus & exercitatis exponeret: quòd id animi omnium maximè sit imbelle. Refertur à Diogeniano. Hemistichium est heroicum ex oraculo quopiam, vt coniicio, decerptum.

Nullius indigens Deus. 74

Ἀπροσδεὴς ὁ Θεός, id est, Nullius egens Deus. Admonet parœmia, nullum esse mortalium tam absolutum in quo non aliquid desideretur: vnum esse Deum vndequaque perfectum. Dici potest & in diuites, aut plurimos præditos naturæ pariter ac fortunæ commoditatibus, tanquam diuinam illam perfectionem atque opulentiam aliquatenus referentes, vt quib. omnia suppetant, quæcunque videntur ad perfectam felicitatem pertinere.

Nucleum amisi, reliquit pignori putamina. 75

Plautus in Captiui duo, Nucleum amisi, reliquit pignori putamina. Verba sunt Hegionis, vbi reciuulset filii impositum esse, & herum amissum pro seruo, seruum pro domino retentum. Is enim ex quo fructus expectabatur aufugerat, eo relicto ex quo nihil emolumenti poterat capi. Allegoria per se liquet.

Nudo mandas excubias. 76

Γυμνῷ φυλακὴν ἐπιτίθησι, id est, Nudo custodiam mandas. Quoties negotij quippiam mandatur ei, cui deest præstandi facultas, obeundæque prouinciæ propter inopiam neutiquam idoneus est. Neque enim nudus commodè potest excubias agere propter rigorem nocturni frigoris, neque ad pugnam est idoneus inermis. Refertur à Zenodoto. Quo longius deflectetur, hoc erit prouerbialius. Iniungis vt aliquid in hûc poetam scribam, verum iuxta vetus prouerbium, γυμνῷ τίθης φυλακὴν ἐπιτίθησι. Neque enim est quo meum interim otium alam. Hesychius nonnihil dissidet ab his quæ à Suida Zenodotóque traduntur: licet is locus apud hûc depravatus habeatur in editione Aldina. Cæterum coniecto tenuum hunc esse: prouerbium dici solere vbi quid mandatur his quibus nihil opus est, propterea quòd vel inuiti cogantur id facere, nisi fallor, ob id quòd nudis nihil est quod egeat asseruatore.

De eo, qui nõ sit idoneus ad obeundã prouinciam.

Nunc contingat seruari 77

Νῦν γοῦν σωθείην, id est, nunc contingat seruari. Quum significamus nos satis cauturos in posterum, si modò liceat præses periculũ effugere. Hoc modo Dauus in Andria, Post hac incolumen sat scio fore me, nunc si demito hoc malũm. Natum aiunt ex apologo quopiam. Aquila testudinem vnguibus rapuerat: eam parabat è sublimi deiicere, quo testa rupta carnibus vesci posset. In hoc itaque discrimine testudo optabat vt in præsens incolumis esse posset, de reliquo sibi curæ futurum nequando in simile periculum incideret: Νῦν γοῦν σωθείην, τὰ δ' ἄλλα αὐτῇ μελήσει, id est, Nunc liceat incolumem esse, de reliquo mihi ipsi curæ fuerint. Quidam apologum narrant ad hunc modum, Testudini quondam incessisse volandi desiderium, aquilam orasse vt se doceret. Quúmque illa negasset fieri posse, quòd natura refragaretur, illa nihilominus instabat. Itaque paruit aquila, ac testudinem in sublime vectam demisit vt volatum experiretur. Ea quum timeret infœlicem euentum, optauit id temporis contingeret incolumem esse, νῦν σωθείην. Ita Diogenianus. Suidas hoc modo refert, Νῦν σωθείην, ἵν' μοι δόξω μανθάνειν τὰ χρήματα λοιπά, id est, Vtinam nunc incolumis euadam, vt hoc mihi documentum sit in reliquum tempus. Plinius facit tertium quoddam aquilæ genus, qua alij morphnõ, nonnulli plancum & anatarium, Homerus percnon vocauit. lingua caret, eóque mutas: sed denubus armata, nigerrima, prominentiore cauda. Huic ingenium est, testudines raptas frangere, è sublimi iaciendo. Atque hac sorte aut Æschylum poetam interisse, quum prædictum esset eum ruina periturum: isque quo caueret, eum diem sub dio perseueraret. Nam aquila decepta splendore capitis caluitio renitentis ad solem, dum saxum esse putat, testudinem illisit vt fractæ carnibus vesceretur. Author Valerius Maximus libro nono, capite duodecimo.

Aquila, quæ testudines rapiat.

Nunc bene nauigani, quum naufragium feci. 78

Νῦν δὴ πάνυ καλῶς, ὅτι ναυάγησα, id est, Nunc bene nauigani, postea quam naufragium feci. Quoties id quod videtur incommodum, fortuna præter spem vertit in bonum. Zenon Cittiensis qui relictis prioribus præceptoribus, Crantis auditor esse cœpit, naufragio eiectus, dixisse legitur δίκαιος ὁ τύχη χρησάμενος ἐπὶ τὰς φιλοσοφίας, id est, Bene facit fortuna, quum nos ad philosophiam admouet. Author Suidas. Plutarchus in libello De vtilitate capienda ex inimico, meminit huius prouerbij.

Vtilitas ex incommodo.

Nunc in regionem veni. 79

Νῦν εἰς χώραν ἦλθον, id est, nunc in regionem veni. Ab iis dictitari solitum, qui tandem sua sponte illuc quò oportuit perueniunt, quum diu non quiuerunt. Fit enim plerumque vt res diu quæsita non occurrat, tandem velut vltro veniat in mentem. Quidam sic efferunt. Νῦν εἰς χώραν ἦλθον, id est, Nunc in regionem veni. nisi. vbi quis eo venit, quò se venturum negarat.

Nunc illa aduenit Dauidis cantilena. 80

Νῦν τοῦτ' ἐκεῖν' ἦλθε τὸ Δαυΐδου μέλος. id est,
Nunc, id quod aiunt, Dauidis adest cantio.

Datis Persa. Dicebatur vbi quid lætum ac festiuum accidisset. Datis quispiam erat Persarum lattapes, excellens in rei bellicæ gloria. is Græcè loqui conatus, consuevit dicere, ἥδομαι ἢ θυμαίνομαι ἢ χαίρομαι, id est, Delector, gaudeo, lætor. Ea quum sæpius ac malè Græce pronunciaret, res in vulgi iocum abiit. Author Suidas. Extat autem apud Aristophanem in Pace,

Νῦν τὴν ἐκεῖνο ἦμαρ ὃν Δαΐδες λάμπουσιν,
Ὁ δορύμενος τὴν ἐλθοῦσαν μεσημβρίαν,
Ὃς ἥδομαι ἢ θυμαίνομαι ἢ χαίρομαι, id est,
Adest, ut aiunt, cantilena illa illa,
Quod mapirupans se cecinit in meridie,
Vt lætor, vt delector, vtque gaudeo.

Datissimus. Interpres addit, Datissimum miurpari pro barbarismo, eo quòd χαίρεμαι dixerit, pro χαίρω, sequutus vocum consonantiam, quemadmodum apud nos rideretur qui dixerit corpus meus, & domus tous. Nam χαίρεμαι Græcis non dicitur. Minor autem cur interpres hanc velut affine subiunxerit.

Ἄμαξ εἰσῆκται, οἱ δ' ἀπηρτῶν ταῦροι.

Ex quo coniectura fieri potest, hoc prouerbium natum ex inscitia linguæ, quæ non raro præbet huiusmodi risus materiam, vt dum Germani gestiunt loqui Gallicè, aut Galli Germanicè. Idem accidit in barbaris.

Non enim spinæ. 81

Conditio mutata in melius. Οὐ γὰρ ἄκανθαι, id est, Non enim spinæ. De conditione dicebatur in melius commutata. Sumpta ea metaphora à nouellibus, quæ repurgatis spinis frugiferæ incipiunt esse. Rectè quadrabit de negotio prius infrugifero ac molesto, vnde postea capitur emolumentum. Quidam inde natum existimant, quòd antiquitus ante repertam agricolationem, agri spinis infrugiferis occupabantur, mortalésque duram quandam & agrestem agebant vitam. Deinde ostensa ratione colendi terram, mitior victus successit: atque hinc dici cœptum, Non enim spinæ. Concordat cum hoc interpretamento, quod alio diximus loco, de puero gestante spineas frondes & panes in nuptiis, ac dicente;

Ἔφυγον κακὸν, ὗρον ἄμεινον, id est, Effugi malum, nactus sum melius. Legitur & illud, βίος ἀκανθώδης, *Vita spinosa.* id est, Vita spinosa, pro incommoda & infrugifera.

Non statuar leæna in machæra. 82

Οὐ στήσομαι λέαιναν ἐπὶ τοῦ ξιφιδίου, id est,
Non ego leæna statuam in gladiolo.

Prouerbium meretricium, quum negat scortum sui copiam facturum esse. Nam in capulis militarium gladiorum elephantes & leones imponi solent, At hi procumbentes insculpuntur: siue ne lædant manum vtentis gladio: siue ne defringatur facilè, si in pedes erecti fingerentur. Tyrocnesis vox militaris videtur easem significans. Potest adagium & ad verecundiorem vsum detorqueri, vt si quis negãs se per omnia morè gesturum, inseruiturumq. pro libidine, dicat ἐγὼ στήσομαι λέαιναν ἐπὶ τοῦ ξιφιδίου. Adagium recenset Suidas: extat autem apud Aristophanem in Lysistrata.

Ne contra bouem opta. 83

Μὴ κατὰ βοῦν εὔχου. Ne contra bouem opta. Admonet adagium, non esse vitam tali tuendam iuxta votum animi, neque quidquam petendum à superis, sed vt ea dútaxat sibi quisque pro virtute quæ possit industria consequi. Referrur in collectaneis Diogeniani. Vnde sumpta methaphora, parum æquet animi quòd apparet ductam ab agricola, qui negligens adhibere bonis operam in colendis agris, optat vt contra suum laborem proueniat seges.

Nihil optandũ, nisi quod industria consequi quis possit.

Non noster tum onus, bos clitellas? 84

Quintilianus Institutionum oratoriarũ libro 5. paræmiæ, quem ait esse ceu breuem apologum, hoc adfert exemplum. Non nostrum onus, bos clitellas? Satis constat ex apologo sumptum: verum quis sit is apologus, equidem nondum reperi. M. Tullius Epistolarum ad Atticum lib. 5. in epistola cuius initium est, Laodiceam veni pridie Calendas sextiles: videtur ad hoc adagium alludere, & nobis velut ansam coniectandi præbere. Inde, inquit ire ad Taurum cogitabam, vt cum Maphragone collatis signis, si possem de seruo tuo decidere. Clitellæ boui sunt impositæ. Illáne? Non est nostrum onus, sed feremus: modo, si me amas sic annus. At si tu ad tempus, vt senatum totum excites. Mirificè sollicitus sum quòd iam diu ignota sunt mihi omnia. Item in eadem epistola, paulo superius, Sed est incredibile quàm me negocij tædeat, ne non habeat satis magnum campum ille tibi non ignotus cursus animi & industriæ meæ, & clara opera cesset. quippe ius Laodiceæ me dicere? Romę A. Plotius dicat? Et quum exercitum noster amicus habeat tantum, me nomen habere duarum legionum exilium? Denique hæc non desidero, lucem, totum, vrbem, domum, vos desidero. Sed feram vt potero, sit modo annuum. si prorogatur, actũ est. Hactenus Tullius. Quibus quidem ex verbis, quanquam subobscuris, & haud scio ac etiam mendosis, odorari licet, Non nostrum onus, bos clitellas prouerbium fuisse recusantis munus aliquod veluti parum accommodatum sibi. Neque enim boum est clitellas tergo impositis onera gestare, sed potius asinorũ ac mulorum. Neque dubitandum est quin Fabius ex hoc Ciceronis loco exemplum illud sit mutuatus. Raphael Regius qui Fabium additis scholiis conatus est emendare, scripturam mutat ad hunc modum, Nos nostrum onus, vos clitellas: interpretans hunc esse sensum, neutram partem abiicque onere discessuram. Mihi si fas est quicquam immutare, sic potius legendum videtur, Non nostrum onus, bos clitellas? Vt si velut rem absurdam & neque indignam abominantis, si quis boui clitellas velit imponere. Neque discrepat hoc cum sententia verborum Tullianorum, quę modo retulimus: sit enim cum pronunciam non satis vel aptam vel dignam ingenio tuo, laturum tamen vtcunque, modo ne sit longior annua. Proinde prouerbium duplici forma poterit effferri. Boui clitellæ impositæ sunt: vbi mandatum est negocium parum apto. Et, Bos clitellas? vt subaudias, ferat. Vbi quis deprecatur prouinciam cui parum sit idoneus, aut quam sibi ducat indecoram. Illud obiter admonitum lectorem velim, ne protinus radat aut dispungat si quid in his quæ citamus ex authoribus, viderit ad quorundam emendationem non respondere. Nõ quòd profiteamur à mendis repurgatum quicquid huc adducimus, sed quòd labantur hi quoque qui libros emendant. velut hoc loco quem modò retulimus ex Epistolis, in editione Aldina quot voces sunt immutatæ nescio cuius opera, ne dicam culpa? Nam Aldo non libet imputare, tum quia doctus est, tum quia amicus. Primùm enim quis non videat rectius esse opera cessat, quam opera cessent? Deinde quod sequitur, cui non perspicuum sit esse vitiatum tum distinctione, tum voce exilium mutata in exulum? Sic enim legit, Et quum exercitum noster amicus habeat, tantum me nomen habere duarum legionum exulum? Quum Tullius tantum poluerit pro magno cui legiones exules opposuit, hoc est pusillas. Et aliquanto pòst, Vt cum Maphragone signis collatis, si possem, de seruo tuo decernerem. Quid erat causæ vt pro deciderem siue decidere, mutaretur decernerem? quasi non fuerit illud multo verbum elegantius. Etenim si legas decidere, subaudiendum est verbum certarem, siue congrederer (cuiusmodi eclipses familiarissimæ sunt Ciceroni, præsertim in hoc opere) vt legas, Vt cum Maphragone collatis signis: subaudialque congrederer. Rursum hoc quod sequitur, Clitellæ boui sunt impositæ. Illáne? Non nostrum onus. Offendus nescio quis aposiopesi, Illáne? mutauit, Illæ, non est nostrum onus. Quod iterum vsu venit in hoc quod subiicitur, At si tu ad tempus, subaudi adfueris. Mutauit enim, Adfis tu ad tempus. Latinitate quoque corrupta, nedum argutia sententiæ. Hæc inuitus & coactus admonui, nequis (vt sunt nonnulli præcipites ad id ob celebritatem Aldini nominis, protinus damnent aut radant si quid deprehenderint ab illius editione discrepare: nec statim priores abiiciant codices, emẽdationibus huiusmodi freti. Prouerbium vsurpauit & Ammianus libro decimo sexto.

Prouerbiorum acceptum modo.

Nota res mala, optima. 85

Plautinum illud in Trinummo prouerbiali schemate dictum videtur, Nota res mala, optima est. Dictum est autem sub persona senis, suadere conantis amico ne vxorem, tametsi malam, repudiaret, aliam ducturus: propterea quòd plerunque fit vt qui commutat, primùm pro malo pejus accipiat, tum ignotum pro noto, postremò insuetum pro familiari. Tantum enim valet assuetudo, vt mala quibus assueuerimus, optima videantur: contra quæ sint optima, propter insolentiam pessima videantur. Adagium itaque deterret ne temere nouandis rebus studeamus, vitemúsque vitium illud haud scio an maximum, quod Græci φιλοκαινίαν appellant, id est nouarum rerum appetentiam: cui comes alterum velut germanum, quod ἀηδίαν vocant, quod

Consuetudine, pessima videantur pro optimis.

φιλοκαινία.

ἀηδία

mox

mox fastidiuntur paulò ante adamata. Conuenit cum Plautina sententia quod apud T. Liuium Paccuuius Catanius suadens Campanis ne senatores mutare vellent, populum iam re doctum dicere compulit, Nouissimum quodque malum, maximè tolerabile esse. Huc pertinet & Ouidianum illud, Quod malè fers, assuesce, feres bene: multa vetustas Lenit. Eodem pertinet & Mimus ille, nescio cuius,

Mulier tum demum est bona, quam aperte est mala.

Cognitum enim malum aut vsitatum, aut nos ad id accommodantes ferimus. Item ille, Consueta vitia ferimus, non reprehendimus. Aristot. lib. Moralium Nicomachiorum septimo, καὶ γὰρ τοῦτο ζῶον, ὅταν ἅπαξ οἱ φυσικοὶ λόγοι μεθιστῶσι, τὸ ἦθος ἐν τῷ ἀκούειν φύσει τοιοῦτόν ἐστι λυπεῖν. id est, Semper enim animal liberat vt audiat vide atque quemadmodum testantur & naturales sermones, dum fatentur quidem esse molestum, sed iam assueuimus, vt aiunt.

Inuenit non quod pueri in faba. 86

Strophylus seruus in Aululari Plautina, aulam auri plenam à tene defossam, furto sustulerat eámque rem gestiens indicare hero, Reperi inquit. Et rogatus quid reperisset, Non quod pueri clamitant inquit, in fabade reperisse: prouerbiali nimirum figura magnum quiddam se reperisse significàs. Est enim midas vermiculus quidam qui fabis insidetur: hunc si quando nacti sint pueri, gestiunt atque exclamant, perinde quasi magnum quiddam inuenerint. *Midas vermiculus.*

Midas in tesseris consultor optimus. 87

Μίδας ὁ εὐβουλότατος ἐν ἀστραγάλοις. id est,

Midas qui in tesseris consultor optimus.

Prouerbium a tesserarum ludo natum. est enim midas, iactus vocabulum. Refertur a Suida prouerbij nomine. Perpèdat diligens & erud tus lector nu ἐν βουλότατος legi oporteat, vt versus fit iambicus trimeter,

Midas γὰρ ἐν κυβείαις ἐν βουλότατος.

In tesseris talium midas prosperrimus.

Accommodari poterit adagium ad rem, quæ fortè fortuna bene cadit.

Ni purges & molas non comedes. 88

Ἂν μὴ καθάρῃς καὶ ἀγάγῃς, οὐκ ἔφαγες. id est,

Nisi & repuges & molas, haud vsquam edes.

Id est, Non continget tibi victus, nisi tuam item indolem adiunxeris. Ceres quum ostenderet vsum frumenti Triptolemo, ita dixisse fertur. Videtur esse senarius è poeta quopiam vsurpatus, sed depravatus: continebit si legas καθάρῃς. Potest transferri longius, Non proderit tibi ingenij fœlicitas nisi exercueris. Inutilis est principum fauor, nisi te gesseris vt oportet. Nihil conducet quod doctum præceptorem nactus es, ni vigilaueris. Refertur à Diogeniano.

Nihil differs à Charephonte. 89

Οὐδὲν διοίσεις Χαιρεφῶντος τοῦ φαιοῦ. id est,

Nihil ero quicquam à Charephonte discrepans.

Depallido, & macilento. In maculentum pallidumque dicebatur. Charephon enim tragœdiarum scriptor fuit. is Heraclidarum res prosequutus est. Quoniam autem nocturnis is lucubrationibus erat maiorem in modum extenuatus contextuique, vulgari ioco notatus est. Quinetiam noctuæ cognomen additum. Aristoph. in Nebulis,

Οὐδὲν διοίσεις Χαιρεφῶντος τοῦ φαιοῦ, id est,

Nihil figura à Charephonte differes.

Atque idem in Pluto, οὐδὲν διοίσων τ' ἀστίκτου Τοῦ Ἡρακλείδου δὴ στενοῦ Παμφίλου. id est,

-ne tantulum quidem
Ab Heraclidæ differentem Pamphili.

Pamphilus enim in Stoa depinxerat Heraclidas supplices Atheniensibus, ad quos metu Eurysthei confugerant. Hos igitur vocat Heraclidas Pamphili.

Nihil ab elephante differs. 90

Ἐλέφαντος διαφέρεις οὐδέν, id est, Ab elephante differs nihil. In magnos & stupidos dicebatur: etsi nonnulli primùm ingenij laudè Plinius tribuit elephantis, sed inter brutum. Verum corporis moles & formæ fœditas adagio locum fecit. Refertur à Diogeniano. Videtur huc alludere Palestrio Plautinus, qui herili suum elephanti corio circumtectũ ait, nec plus habere sapientiæ quam lapidè. In vastos & stupidos.

Nec intra vestibulum quidem. 91

Οὐδ' ἐντὸς αὐλοῦ, id est, Ne intra vestibulum quidem. In † tumidos & insolentes. tumidos, feroces & insolentes dici solitum, qui procul omnes à se submouent. Lex erat Athenis, vt homicidio contaminati extra septa sacrorum consisterent. Si quidem prima magnatum atria solent patere quibuslibet. Ad hunc morem adagium videtur alludere.

Neque cum malis, neque sine malis. 92

Aristophanes apud Suidam in Lysistrata,

Καὶ σοῦτο τῶν ἔρρειν ἐκ παντὸς τρόπου,
Οὔτε σοὶ παρεῖναι δυνατὸν, οὔτ' ἄνευ σοῦ μοι. id est,

Illud haud malè mihi rem præstitum est proverbium,
Nec simul cum pestibus, nec vllus ab, quæ pestibus.

De vxoribus dictum cum quibus incommode sanè viuitur: sed nec citra has cõstant familiæ. Simile illi quod est in Epigrammatis. *Nec tecum possim viuere, nec sine te.* Et, quod alibi retulimus, ἀπολαῦσαι κακοῦ. Citantur eodem loco versus & hi, *Vxores commodæ, & incommodæ.*

Καὶν γυναῖκας, ἀλλ' ὅμως ὦ δημόται
Οὐκ ἔστ' ἄνευ σῶν οὐδὲ κακῶν. id est,

Malum quidem vxor, attamen cum ea, sine hac
Nulli sunt pares familiam malo.

Notum est illi de Catonis, quòd cum vxoribus incommodè viuitur, at sine illis omnino non viuitur.

Ne in pelle quidem. 93

Οὐδ' ἐν δέρματι, id est, Ne in pelle quidem. Hyperbole prouerbialis de supra modum tenuibus: velut vsque adeo nudis vt ne pelle quidem propria tegantur. Commemoratur à Suida.

Ne tria quidem Stesichori nosti. 94

Οὐδὲ τὰ τρία Στησιχόρου γινώσκει, id est, Ne tria quidem Stesichori nouit. De vecordi est indocto & imperito dici solitum. Adagium sumptum hinc existimant, quòd pleraque Stesichori carmina epodica sunt quæ tribus constant, στροφῆς, ἀντιστρόφου & ἐπῳδοῦ. Strophe est prima series versus in choris canentium incidens. Antistrophus est iteratus per eadem ferme gentia recursus. Epodus est diuersi carminis accentio. Hæc & alij tragici poetæ nonnunquam vsurpant, potissimum in choris. Στροφή. Ἀντιστροφή. Ἐπῳδός.

Nephalia ligna. 95

Νηφάλια ξύλα, id est, Nephalia ligna. Dici posse videtur ab abstemios, & ab omni voluptate procul alienos. Apud Athenienses nephalia ligna vocabantur, quæ neque vitrea essent, neque ficulnea, neque myrtea. Nephalia sonat quasi dicas sobria.

Nephalium sacrum. 96

Νηφάλιον θῦμα, id est, Nephalium sacrum. De conuiuio abstemio non inepte dictum. Aut de conuiuio vehementer frugali lobriõq; Apud Athenienses hoc genus sacrificij exhibebatur Matri Olympiæ Auroræ, Soli, Lunæ, Nymphis, Veneri & Vrbi. Nam in eo non libabatur vinum, sed aqua melle diluta. Hæc ferme Suidas. Memini & Iulius Pollux libro 6. cap. 3. addens τὰ Νηφάλια θύειν. idem esse quod νηφάλια θύειν. Hoc sacrificij genus ἄκρατον dicebant quemadmodum cætera in quibus vinũ adhibebatur, οἰνοκοεῖα vocabant. Seruatum, apud Athenæum libro 2. negat apud veteres fuisse morè, vt vini copia aut aliud quidlibet delicatius inferretur in sacrificia. Quòd enim sacrificia deorũ gratia perageretur (vnde & θοῖναι & θαλίαι ac μέθαι appellabãtur, θοῖναι, quòd deorũ gratia vino vterentur: θαλίαι quod deorũ gratia vescerentur, conuiuiorũq; μέθαι vero, quòd vt iudicauit Aristoteles, μετὰ θεοῦ, id est, post sacrificium, vino vterentur) non conueniebat illic ventris negotium agere. Ibidem Epicharmus his verbis notat mores colapiorum: ἐκ θυσίας θοῖνα, ἐκ δὲ θοίνας κῶμος ἐγένετο δεύτερα, ἐκ δὲ κώμου μοιχεία, ἐκ δὲ μοιχείας δίκα, ἐκ δὲ δίκας μάστιγες καὶ φυλακὴ καὶ ζημία. id est, Ex sacrificio epulum, ex epulis tacta est potatio, ex potatione comessatio, ex comessatione facta est subatio, hinc ludus, ex subatione seu ludo hinc ex condemnatione compedes, iphacelus, & mulcta. Quæ iuxta hunc locum mihi non caret suspicione mendæ, videtur enim deesse particula, οὐκ ἄνευ κακῶν. Non dissidet ab illo quod alio populimus loco, Caninum prandium. Θοῖναι. Θαλίαι. Μέθαι.

Neglectus vrenda filix innascitur agris. 97

Horatius Satyra tertia, Serm. 1.

Neglectus vrenda filix innascitur agris.

Mira admonuit allegoria, animum honestis excolendum disciplinis, alioqui futurarum vt inculti sylvæ vitiorum occupetur. Filix enim herba inutilis agricolis, quæ totos agros occupare solet, nec facilè repurgatur, vbi semel occuppauerit. *Filix herba.*

Nauphracton ueteris. 98

Νάυφρακτον βλέπεις. Nauphracton Græcè classis est ad bellum instructa. Solent autem in triremib. magna quædam inesse foramina oculorum instar, per quæ remos inserunt. Vnde velut ænigmaticè dictum, Classis more intueris: de his qui latis ac prægrandibus, aut toruis & minacibus oculis quempiam aspicerent. Aristophanes in Αχαρνεῦσι.

Πρὸς τῶν θεῶν ἄνθρωπον ναύφρακτον βλέπεις. id est,
Homo per deos quiddam obtuere classicum.

Fortasse & hinc proverbij locus est natus, quòd Athenienses aliquoties fœdissimè nauali pugna ré gesserint: velut apud Artemisium & Salaminem: vnde subiati animi. Vnde videtur dictum in turgidos & arrogantes.

Negotium ex otio. 99

De eo qui se-ctatur otium, incidit in negocium.

Ἐξ ἀφραξίας, id est, *ex otio negotium.* Hemistichium iambicum, vsurpandum vbi res præter opinionem euenit, & inde tumultus oboritur, vnde tranquillitatem & otium sperabamus. Nã & illud multis viuentibus, vt dum lectantes otium, fugiunt honestam industriam, incidant in turbas inexplicabiles. Author Suidas. Nec indicat vnde sit natum.

Nauis aut galerus. 100

Res incep.

Πλοῖον ἢ κυνῆ, id est, Nauis aut galerus. De re ancipiti. quod genus si quis de vnce incognita diceret, aut piscem significat, aut cucurbitam. Nec inuenuste dicetur in eos qui cultu moribúque diuersam personam præ se ferunt. Veluti si quis pallio philosophico baltheum adderet militarem: aut cultu philosophum, moribus & lingua lenonem ageret. Fragmentũ est senarij ex Auibus Aristophanis, πλοῖον ἢ κυνῆ. id est, Aut galerus, aut ratis. Sumptum ab hoc triremium genere, quas hodieque vulgò dicunt galeas: veluti dicas galeratas. Hæ sic erant instructæ, vt remos alarum vice porrigerent moueréntque: cæterum summo malo galerum, seu petasũ, instar Mercurij, præferrét. Peloponenses κῶνον, id est, galerum, appellant κυνῆν, ἀπὸ κυνὸς, à cane, quod hoc genus pilei primum è pellibus canum fieri consueuit. Hinc locus militaris videtur fuisse natus in elatos & fastuosos, supercilioque arroganti. Itidem Festus Pomperus indicat quosdam naues oneratas appellatas corbitas, quòd in summo malo pro signo corbem haberent. Quæ bello erant paratæ, galeam habebant: atque ad celeritatem, petasum Mercurij signum gestabant.

In elatos, & fastuosos.

CHILIADIS SECVNDAE CENTVRIA DECIMA.

Masam pinsuit à me pistam.

Μᾶζαν μεμαχὼς πλὴν ὑπ' ἐμοῦ μεμαγμένην. id est,
A me antè pistam mazam iste pinsuit. De his dici solitum qui sibi alienæ industriæ laudem vendicant, & magnam gloriam alieno labore partam, verbis in se transmouent, vt Terentianus ait Gnatho. Maza cibi genus ex lacte & farina, ferme panis instar confectum. Parœmia refertur & ad hũc modum, Μᾶζαν ὑφαρπάσας πλὴν ὑπ' ἐμοῦ μεμαγμένην. id est, Subrepta maza quam pinsueram. vbi quis alienis fruitur laboribus. Sumptum est autem ex Equitibus Aristophanis, quo loco carmen huiusmodi est,

Maza quid.

Νὴ τὸν Ποσείδω γὰ μὰ
Μᾶζαν μεμαχὼς ὑπ' ἐμοῦ πλὴν λαχὼν τυχὸν,
Παντρόπαιος ἀδελφιδοῦς, ὑφαρπάσας
Λυπεῖ παρ' ἡμῶν πλὴν ὑπ' ἐμοῦ μεμαγμένην.
Ἡμᾶς δ' ἀπολεῖτε. id est,
Quámquam ipse pridem pinsuerim mazam in Pylo
Laconicam, sic accurate admodùm,
Raptámque mox à me, quam ego pinsui:
At submouet nos.

Demosthenes, qui bello Peloponnesiaco dux fuit Atheniensium, is, collega Nicia, Pylum vrbem diuturna obsidione in rerum omnium desperationem adduxit. Cui successit Cleon è coriario imperator, qui alieno labore partam gloriam in se transtulit, paucis post diebus Pylo capta. Queritur igitur in hac fabula Nicias ac Demosthenes, de laude sibi præreptа per Cleonem. Aristophanis historia narratur adeo non modò variè, verùm etiam prolixè, vt non libeat referre. Indicatum est vnde peti possit.

Nauson Naucrati. 2

Ναύσων Ναυκράτου, id est, Nauson Naucrati. Quoties aliqui similia inuicem respondent. Veluti si quis merus salutatus herũ re alutet. Et nebulo compellatus, nebulonem vicissim compellet. Nauson enim & Naucrates vtrunq. à naue dicitur, perinde quasi dicas, nauta nautæ. Hesychius indicat vocem hanc confictam à Crasino Nauson, à ceruandis nauibus, & ναυκράτης, à ναῦς & κρατῶ. Sermonis color sumptus est ab epistolis, vt indicat Suidas, perinde quasi dicas, Pompeius Pompilo salutem, aut, Iuuenis iuuenem appello. Huius formæ sunt & illa, ἀγαθὸς ἀγαθίδῃ, & Λάκων Λακώνῃ. Tale quiddam innuit, ni fallor, Aristophanes in Equitibus, κἀγὼ ναυκράτης γὰρ εἰμὶ ναύσωνος, vt subaudiatur ἀρχῆς. Arbitror autem in proverbio ναύσων esse non hominis nomen, sed ciuitatis, quemadmodum & Naucratis Ægypti ciuitas est.

Tolle tolle mazam quam ocyssime scarabeo. 3

Λὶξ ἆρε μᾶζαν ὡς τάχιστα καντάρῳ. id est,
Mazam fac mox tolle, tolle cantharo.

Huc versiculo Aristophanes exorditur *epistolium*, quem etiam proverbij loco refert. Id vsurpare licebit quoties sordidus cibus immundo conuiuæ apponitur. Quidam ministris panes furfuraceos apponunt: furfur autem, tritici purgamentum est. Vnde per furfuraceam mazam cibum atro redditum innuit. Hinc enim vt nascuntur, ita & aluntur canthari: quos Latini scarabeos vocant. Aperit id quum addit ἀλὶς μᾶζαν τήραν ἐξ ἀτίδων πυκασμάτων. id est, Mazam alteram da, e tritorio aluni conditam. Potiùs maza confectio quædam erat ex farina & lacte, panem imitãs. Simillimum est illi quod alio volumus loco, Cyprio bou merendam.

Non est meum negotium, multum valeat. 4

Οὐκ ἔστιν ἐμὸν τὸ πρᾶγμα, πολλὰ χαίρειν. id est,
Multum valeat, haud est meum negotium.

Quoties negabimus nos laborare de re quæ nihil ad nos pertineat, Refertur a Diogeniano. Nõ dissimile est illi, *AEdibus in nostris quæ prava aut retia gerantur.*

Item simile quod est apud Aristophanem in Equitibus, Τὴν ἀλλοτρίαν ἀμῶν θέρος. id est, Alienam metens messem, quidam ad eandem accommodant sententiam, etiamsi comicus sentit de eo qui alienis fruitur laboribus. Propius huc pertinet quod scribit Pindarus in Nemeis hymno primo, Τὸ γὰρ σαφὲς μιζοτροφὸν ἐμοῖς, ἀλλοῖς δ' αἰνέσαι κερδαλέον κεῖθεν ἀμφ' ἄλλοτριον. id est, Quod enim proprium est, præstat vnumquemque pariter: cæterum protinus cor noxa vacat circa dolorem alienum.

Abominandus scarabeus.

Μιαρὸν κανθαρίς, id est, Abominanda cantharis. De cõtemptis ac vilibus quoque hominculo dicebatur. Cantharides vermiculi sunt lethali veneno. Quanquam hoc loco magis conuenit vt sit diminutiuum à cantharo scarabeo: quasi dicas scarabeolus. In sacris quoque literis, vermis abiit in proverbium contemptus. quod genus est illud in Psalmis mysticis, Ego autem sum vermis, & non homo. Pro quo nonnulli vertunt scarabeum. item illud Esaiæ, Noli timere vermis Iacob: interprete Hieronymo. Apud Suidam legitur μιαρὸν καρὸν καντάρῳ, id est muribus cantharis. quod quid sibi velit nescio, suspicor mendum in scripto esse. Si legamus μύεσι, sonat abominandis: si μυῒ, sonat Mysiam cantharidem. Mysos autem olim fuisse contemptui docuimus aliàs. Hoc commentum mihi maximè probatur.

Molestum, sapientem apud stultos loqui. 6

Ἀργαλέον ἐστὶ σοφὸν παρ' ἄφροσι πολλὰ λαλῆσαι.
Dicere multa grave est sapientem apud insipientes.

Nihil intractabilius homine stulto, qui quicquid rectè dicitur, in diuersam partem rapit. Proinde apud huiusmodi aut silendum est viro cordato, aut oratio moribus illorum accommodanda. Recensetur à Diogeniano. Sed extat idem inter sententias Theognidis.

Modio dimetiar. 7

Μεδίμνῳ μετρῶ. id est, Modio dimetiar. Prouerbialis hyperbole, ingens & cumulatum spernens emolumentum. In magna si quidem rerum exuberantia, non heminis, neque congus, sed modio metimur. Integrè sic reddit Suidas,

μεδίμνῳ

Μοδίου πατρῴου ἄμεινον ἢ πατρὸς ἀρχείου, id est, *Modio paterno melior pecunia.*

Tametsi sunt qui negent idem esse Latinis modium & Græcis μοδιον.

Mens non inest Centauris.

Νοῦς οὐκ ἔνι Κενταύροις, id est, Mens non inest Centauris. In vxordes & stultos dicebatur, & qui conarentur quod effici non posset. Nota est Centaurorum fabula. Adagium à Diogeniano refertur, iisque conuenire putat in contentiosos, & alieni appetentes: propterea quòd Centauris exitium attulerit rerum alienarum appetentia. Haud scio an huc respexerit Plato poeta, apud Athenæum libro decimo,

Γνώμη γὰρ οὐδεὶς κατέστω ἐνπαροινίᾳ,
Ἐν τῷ κατάλλω τῶν ἐόντων μὴ δεινῇ. id est,
Mens nulla vobis, sint habet proverbium,
Caupona inest mens, vt quidem visum est mihi.

Loquitur de mulieribus vinolis. Aristophanes in Equitibus, *νοῦς οὐκ ἔνι τῷ κώμῳ*. id est, Mens non inest comis. Comas dixit pro centauris, alludens interim ad studium alendi equos qui tubas habent.

Melle temetipsum perungis. 9

Ἐν μέλιτι σαυτὸν καταπάττεις, id est, In melle te ipsum obuoluis oblinisque. hoc est molliter luxuriéque vitam agis. quasi parum sit vesci melle, nisi totus iis melleus. Extat apud Diogenianum.

Mercurius infans. 10

Ἑρμῆς ἀμύητος, id est, Mercurius infans, elinguis, siue indoctus. Ita nia prouerbialis, vbi quis fingit se rudem eius artis cuius est callentissimus. Mercurius enim eloquentiæ disciplinarumque parens est. Non dissimulandum arbitror, in vulgatis exemplaribus haberi *ἑρμῆς ἀμύητος*. id est, Mercurius profanus & non initiatus. Quæ lectio si cui magis probatur, ne mihi quidem admodum displicet. Quis enim mysteriorum peritior quàm Mercurius interpres deorum, superis & inferis ex æquo communis, denique *μυσταγωγὸς* ipse, hoc est mysteriis præfectus? Respondet huic quod est apud Aristidem in Pericle, *ὁ Κρὼν τὸν πατέρα*, id est, Cretensis pater.

Mendicorum loculi semper inanes. 11

πτωχῶν ὑλαὶ ἀεὶ κεναί, id est, Mendicantium sacculi semper inanes. De petacibus dictum & insatiabilibus. cognatum ei quod alio redditum est loco, *πτωχῷ πήρα οὐ πίμπλαται*. id est, Mendici pera non impletur. Vtrunq. refert Suidas. quanquam *ὑλαὶ* pro peris non inuenio, sed *ὑλάδες* inuenio pro vasis farinariis. tametsi & ventres interdum eo verbo significantur ob mollitiem.

Meliacum nauigium. 12

Τὸ Μελιακὸν πλοῖον, id est, Meliacum nauigium. In futilem, & rimarum (vt ait Terentius) plenum, hac atque illac perfluentem, dictitatum videtur. Paræmiam ad historiam quampiam referunt. ea hæc habet: Aristoteles quidam Meliacus deducendæ coloniæ præfectus, quòd multi detrectantes nauigationem, varia causarentur, & alij dicerent vxores suas aduersa valetudine teneri, alij naues suas perstillare, atque his prætextibus domi manerent: ille indignatus, imprecatus est illis vt nunquam haberent naues integras, & semper sub vxorum imperio viuerent. Vnde quadraturum videtur vbi quis causas fingit quo suffugiat officium. Est autem Melia Cariæ ciuitas, authore Stephano. Suidas indicat & arboris genus esse meliã, proferés exẽplũ ex Auib. Aristophanis.

Ἐν ὀζοφυὲς μέλιαι δὴ φυλλοκομεῖ. id est,
In ramis residens frondosa.

Et fortassis huius arboris materia inutilis est ad fabricam nauigiorum. Verùm vt vera sit fabula de populo Meliaco, certè alludit ad arborem.

Melanione castior. 13

Μελανίωνος σωφρονέστερον, id est, Melanione castior, dicebatur qui magnopere a mulierum congressib. abhorret. Aiunt Melanionem quendam, odio mulierum, in solitudinem demigrasse: pérque auia montiũ & nemorum, carne, quo vno cõuictore vtebatur, feras infectari solitum, nec vnquam domum reuocari potuisse. Meminit adagij Aristophanes in Lysistrata. quanquam hæc inter æditas nondum habetur, nos scriptã legimus. Simili figura dicetur. Hippolito castior: nam & huic simile venandi studium, simile odium fœminarum.

Matris vt capra dicitur. 14

Τὸν μητέρος ὡς αἴξ καλοῦνται, id est, Matris vt capra dicitur. In spurios dictum videtur, quorum pater incertus est, eáque gratia à matre denominantur. Ductũ ab hœdis, qui in caprilibus à matre dignoscuntur: nam à patribus haud quaquam possis. Potest & in iocum verti prouerbium, velut si quis per lusum neget se patrem agnoscere, matrem scire. *τὸν μητέρος ὡς αἴξ καλοῦμαι*, id est, Matris velut capra vocor. Manet etiam hodie vulgi iocus, quo dicunt, sapientem esse filium qui patrem suum norit. Hoc ab Homero manasse videtur, apud quem Odysseæ primo Telemachus rogatus num Vlyssis esset filius, ad hunc modum,

Μήτηρ μέν τ' ἐμὸς φησι τοῦ ἔμμεναι· αὐτὰρ ἔγωγε
Οὐκ οἶδ'· οὐ γάρ πω τις ἐὸν γόνον εὖτε τὸν γε
Esse quidem illius mater me ait: ego sane Patrem suum
Nescio. nemo enim patrem vnquam nouerit ipse. nemo nouit.

Quasi locum in balneis. 15

Proverbij speciem habet quod est apud Tertullianum libro aduersus Marcionem tertio, Sed quia prior eis venit, & prior virtutum doctrinamenta ingnauit, idcirco quasi locum in balneis, ita hdem occupauit, posteris quibúsque præripuit. Conuenit vti vbi non ex merito datur locus, sed ex vetustate. Qui quidem ordo seruatur & hodie inter monachos & canonicos atque inter theologos, nimirum ad excludendam contentionem de dignitate. Apud priscos vnusquisque ex annorum numero æstimabatur Iuuenalis.

atque ita cedit Homero *Propter mille annos.*

Et Horatius stomachatur in eos qui redeunt ad fastos, & virtutem æstimant annis. Non abhorret ab hoc quod hodie vulgo iactatur apud nostrates sumptum ex legé molitoria, Qui primus venerit, primus molet.

Milium torno sculpere. 16

Τὰ κέγχρου κοκκοτρίβου, id est, Milij grana torno sculpere dicebantur qui rem absurdam ingerunt. Milium enim minutius est quàm vt inde quicquam dedolari possit. Suidas ad hunc modum effert paræmiam, *Τελεώτερα σπουδάζεις τὰ κέγχρου κοκκοτρίβου ὀλισθήματα*. id est, Magis ridicule facis quam si qui milij granula torno polire conantur. † *Res absurda.*

Magnetum mala. 17

Μαγνήτων κακά, id est, Magnetum mala. De malis ingentibus dictũ videtur, aut iis quæ in authores suos recidunt. Cum Termerius enim malis Magnetũ mala cõiunguntur, in his verbis quæ citra authoris nomẽ referũtur apud Suidã *καὶ τὸ Μαγνήτων κακὸν καὶ καὶ τὸ Τερμέειον, καὶ τῶν αὐτῶν ὑποφλέγουσαν τραγῳδίαν*. id est, Nec in magnetum mala, nec in Termerium, nec in tota in summa tragœdiam eloquar. Quanqua in Suida legendum suspicor *τὸ Τερμήριον*. id est, malis Termeriorum, de quibus alias nobis dictum est. Sumptum apparet ab historia quæ de Magnetibus afflictis meminere, in quæ feruntur incidisse, violato numine quopiam. Strabo Geographiæ lib. 14. Magnetas commemorauit olim opibus florentes, à Treribus gente Cimmerica funditus tuisse sublatos: anno deinde proximo à Milesiis locum fuisse occupatũ. subindicans proverbiũ ex Archiloche sumptum esse qui meminerit de Magnetum malis. † *Mala quæ in suos recidunt authores.* *Suida locus.*

Complura masculi canis cubilia. 18

πολλὰς κυνὸς ἄρσην ἄγει. id est,
Sunt canis impuris cubilia multa maris.

Hemistichium heroicum prouerbiale. Rectè dicetur in hominem mulierosum, peculiariter eum qui non contentus certo thoro, passim per aliena cubilia volutari gaudeat. Nam hoc sibi permittunt hac tempestate mariti. Porro si quid humanum acciderit vxori, cælum terræ commiscent, tam inique ferunt in alias, quam ipsi per in sese indulgentes. *In mulierosos.*

Multa in bellis inania.

Πολλὰ κενὰ τοῦ πολέμου, id est, Multa belli inania. De inani suspicione, aut pauore sine causa oborto, quem Græci *πανικὸν* vocant. Paræmiam hinc manasse putant, quòd huiusmodi panici terrores plerunque soleant in bellis accidere. Vel quòd Lacædæmonij fundis quibusdam & nervis crepitantibus vti consueuerint ad terrorem inculciendum hosti. Polybius apud Suidam, Quum luna defectum passa esset temporibus Persei Macedonum Regis, vulgò rumor increbuit, regis interitum significari. Eaque res pariter & Romanus addidit animos, & Macedones consternauit. Deinde subnectens adagiũ, Οὕτως, inquit *ἔλεγε δὲ τὸ παροιμιῶδες, ὅτι πολλὰ κενὰ τοῦ πολέμου*. id est, Itaque verum est quod vulgò circumfertur, Multa esse inania belli. M. Tullius Epistolarum ad Atticum libro quinto, Interim scis esse *Panicus terror.*

γινόμενα δ' ὑπὸ τυράννων.

πᾶς δ' ὑπὸ κέντρα χαρεὶς ἐλαύνει, πόσσιν αὖξηται ἀϋτῇ

Αἰγυπιός. id est, *Luctumque cupidine vitæ*

Inque suum vnusquisque manum habet: illud & vnum

Spectat, qua ratione sibi sustia pecunia crescat.

Porrò quod ait Scæuola libro Pandect. xxii. titulo De probationibus, In sinu meo habui, pro eo quod est, in potestate mea clàm habui, magis pertinet ad illud quod alibi nobis dictum est, In sinu gaudere. Verba Caij sunt hæc, Titio centum do, lego, quæ mihi pertulit: quæ ideo ei non caui, quòd omnem fortunam & substantiam, si quam à matre susceperat, in sinu meo habui sine vlla cautione.

Enucleate, & frustulatim aliquid tradere.

Præmansum in os inserere. 33

M. Tullius in Oratore suo, libro 2. prouerbij vice vsurpat, præmansum in os inferre: pro eo quod est, rem in docendo nimis enucleate nimiúque frustulatim tradere. Quod facere quidam assolent, qui velut ingenuis auditorum diffidant, ita nihil omittunt inculcantes etiam minutissimas nugas. Sumpta est figura à nutricibus, quæ pueris adhuc edentulis cibum præmansum in os inserunt. Verba Tullij sunt hæc, Ego autem si quem nunc planè rudem institui ad dicendum velim, his potius tradam, assiduis vno opere eandem incudem die noctéque tu. dentibus: qui omnes tenuissimas particulas, atque omnia minima mansa, vt aiunt nutrices, infantibus pueris in os inserant. Aulus Gellius Noctium Atticarum libro quarto, cap. 2. etiam si locus hic depravatus est. sic enim habent codices vulgati, Nam hoc quidem pervulgatum est, definitionem omnem ex genere & differentia constare. Sed si item præmandare, quod aiunt, postulas: faciam sanè id quoque honoris tui gratia. Ego legendum arbitror, Sed si idem me tibi præmandere, quod aiunt, postulas. Præmandere dixit, pro eo quod est, pluiquam crasse explicare: item alioqui non difficilem, mihi si quis plane sit puer. Hoc adagij manet etiam hodie, quum aiunt, An non sat tibi datam occasionem esse? num postulas vt tibi præmandatur etiam? Non dissimile est huic quod idem Cicero scripsit ad Atticum, Sed hæc hactenus: ne videar ἐμοὶ μικρὰ συνδιζειν. etsi nunc quidem maxima mihi sunt hæc. Et Græci μικρολογεῖν aiunt, pro eo quod est, circa minutula quempiam anxium esse.

Mala proditio. 34

Κακὴ προδοσία, id est, Mala proditio. Vbi quis pactam mercedem non accipit, quum turpem præstiterit conditionem. Natum ab historia quapiam, quam tamen nos indicant interpretes. Notum est illud dictú, proditionem laudo, proditorem non laudo. Quum igitur per se res inhonesta sit proditio, tamen nonnunquam vtilis est & ei in cuius gratiam fit, & ei qui facit. Cæterum vbi non succedit, aut vbi proditor fraudatur suo præmio κακὴ προδοσία dicitur. Refertur à Diogeniano.

Duplex malum.

Mali thripes, mali ipes. 35

Κακὸς μὲ θρὶψ, κακὸς δ' ἶπς, id est, Mala quidem thripes, mala rursum ipes. De duplici malo dici solitum: vt non magni referat vtrum elegeris. Thrips enim Græcis vermiculus est qui lignis innascitur, materiásque vitiat. Ips item cornibus & vitibus infestus. Extat apud eundem Diogenianum.

Mali bibunt improbitatis fæcem. 36

Κακοὶ πίνουσι πονηρίας τὴν ὁμάχλιαν. id est,

Mali bibunt inquinatæ turbidum.

Græcis versiculus videtur inuersione dictionum depravatus, quod non raro nobis deprehensum est. Constabit hoc pacto,

Πίνουσι ὁμάχλιαν φ πονηρίας κακοί. siue οἱ κακοὶ πονηρίαι. Dici solitum, vbi pœna maleficis digna meritis contigisset. Translatum apparet ab iis qui vino limpido epoto, tandem ad fæcem vsque perueniunt. Itaque voluptatem ex malefactis perceptam dolor supplicij consequitur. Extrema gaudij luctus.

Harmonia Lydia.

Lydio more. 37

Λυδίῳ νόμῳ id est, Lydia lege, siue Lydia cantione. Commenti quoties ariolatur aliquis, & augurijs diuinationibúsque seruit. Hac enim superstitione Lydi laborasse feruntur. Allusit ad harmoniæ genus quod Lydium dicitur. Nam & magorum preces, incantamenta vocantur & carmina. Meminit Diogenianus, & item Hesychius, putans idem esse λυδίῳ νόμῳ, ac si dicas μαγικῷ νόμῳ, quòd Lydi profecti sunt à Medis, & ipsi diuinationibus deditissimi. Addit aliam causam, quòd Lydi flammeis muliebribus soleant ornare capita. vnde quadrare videtur in effœminatos. Atqui si nobis quoque diuinare liceret, Lydi curribus & equitatu valuisse leguntur, ita λύδιος νόμος idem erit cum eo qui apud Suidam dicitur ἁρματικὸς νόμος, siue ἁρματικὸν μέλος, ita dictum quòd primum inuentum sit de Hectore qui curru trahebatur, vt narrat Homerus.

Lydi mali, post hos Ægyptij, &c. 38

Λυδοὶ πονηροί, δεύτερον δ' αἰγύπτιοι,

Τρίτοι δὲ πανταχόθεν κακίστους ξωλίσκανε. id est,

Lydi improbi, post hos secundi Ægyptij,

Tertiique cæteris perditissimi omnium.

Tempestiuè vtemur si quando mali cum malis conferentur: & collatus cum sceleratioribus, ita demum minus illaudatus aliquis videtur. Velut apud Athenæum Antiphanes quum ἰχθυοπώλας fecisset omnium sceleratissimos, tamen excepit mensarios, his quoque nocentiores. Diogenianus.

Tiberij Cæsaris ingenium.

Lutum sanguine maceratum. 39

Theodorus Gadareus Tiberij Cæsaris in arte rhetorica præceptor, perspiciens in eo adhuc adolescente sæuitiam quandam cum ingenij stupore contúctam, inter obiurgandum illum, subinde vocare solet, πηλὸν αἵματι συμπεφυρμένον: id est, Lutum sanguine maceratum: luto ciarditatem innuens, sanguine crudelitatem. Author Suetonius. Non omnino dissimile quod scurra quispiam Athenis fecit in Syllam, συκάμινον εἶδε ὁ Σύλλας, ἐξ ὑποκρίτου πεποικιλμένον, id est, Morum cit Sylla, farina variegatum. Quod enim Plutarchus dixit συκάμινον, interpres vertit morum. Notauit autem formam Syllæ, in cuius facie, alioqui candida, sublucebat rubor non perpetuus, sed veluti maculis inspersis.

Libera capra ab aratro.

40

–λελύσθαι αἶγας ἀρότρου. id est,

Immunes capræ ab aratro.

Hemistichium heroici carminis prouerbiale, dictum olim ab iis qui se ab onere quopiam aut molestia liberatos gloriarentur. Veluti si quis parasitus iactet fœlicitatem suam, quòd ad reipublicæ munia non vocetur. quum ad nullam honestam functionem sit appositus. Zenodotus author.

Lis litem serit.

41

–ἔρις δ' ἔριν αἰτιόωντιν. id est,

at lis ferebat de lite vicissim.

Hemistichium est Heroicum. Resecanda iniuria est non retaliandæ. Alioqui quis erit reciprocandi mali finis, si vicissim contumelia contumeliæ reddatur? Carmen extat inter præcepta Phocylidis,

μήτε μὲ ὀνείδιζε, ἔρις δ' ἔριν αἰτιόωντι.

Germanum illi quod alio commemorauimus loco,

Αὐτὰ δίκαια ἔτικτε, ἡ βλαβὲν βλάπτε βαθύ. id est,

Litem parit lis, noxa item noxam serit.

De obduratis ingenijs.

Lignum tortum, haud vnquam rectum. 42

–ξύλον αἰγείλιον, οὐδέποτ' ὀρθόν. id est,

Nunquam rectum tortile lignum.

Hemistichium heroici carminis & hoc. Distorta præuáque ingenia vix vnquam ad bonam frugem traducúntur. Qui semel inueterauit in vitiis, raro fit vt ad bonam mentem redeat. Effertur ad hunc modum, τὸ ξύλον στραβὸν, οὐδέποτ' ὀρθόν, id est, Lignum prauum, nunquam rectum. Vsurpauit Galenus libro De pulsuum differentia quarto, οὐκοῦν μὴ ἀκόλουθα λέγοντες τοῖς ὑπὸ τῶν ἡμῶν αὐτῶν λεγομένοις, οὐδὲ ὑφ' ἡμᾶς αὐτοὺς λέγοντες τὸ τῇ τεκτονικῇ, οὐ γὰρ στρεβλὸν ὀρθώσεται ξύλον, οὔτε γεραιόφρων μαθητεύσεται μουσικῇ, id est, Illis quidem nihil respondentes, cæterum apud nos ipsos dicentes illud è comœdia, quòd nec tortú lignú fit rectú, nec arbor enota, si trãsferatur, emittit stolones. Hic pro ἡμᾶς, excusum erat ὑμᾶς, pro γεραιόφρων γεροντόφρων. Id admonuisse referebat, ne quis hanc scripturam corrumperet. Posterius hoc prouerbium ante recensuimus Horatius metaphoram vnde ducta sit ostendit,

Naturam, Inquiens, expelias furca, tamen vsque recurret.

Indicat enim ductam esse ab iis qui furca admota conantur arboris distortæ vitium emendare. Confirmat hoc & sententia prouerbialis.

φύσιν πονηρὰν μεταβαλεῖν οὐ ῥᾴδιον. id est,

Ingenia prava vertere haud proclive sit.

Lesbiis digna. 43

Λεσβίων ἄξια, id est, Lesbijs digna. De rebus irritis dicebatur, ob id, vt conuicio, quòd Lesbij ob vanitatem

vulgo male audirent. Fortassis non male quadrarit, in sordidos atque impuros. nam hæc etiam nota quondam illis inusta est. Vnde λυμῆνα dictum pro eo quod est polluere, conspurcare. Aristophanes,

Μέλλουσι δὴ λυμῆνα τὸν ξυμπόσιον. id est,
Spurcabit ac iam pollinet conuiuium.

Lemnia manu. 44

Λημνία χειρί, id est, Lemnia manu dictum est prò eo, quod est, nefaria, impia, crudeli. Natum ab historia prouerbium, quam alias retulimus in Lemnio malo.

Lepus apparens, infortunatum facit iter. 45

φανὲν δ' λαγὼς δυσχεῖρ' ὁδὸν τίθεις. id est,
Inauspicatum iter obuius facit lepus.

Vulgo creditum etiam his temporibus, occursum leporis, omen esse parum fœlix, iter ingressis. Torqueri potest ad interuentum cuiuspiam, qui videatur incommodum aliquod allaturus. Meminit Suidas.

Occursus leporis.

Limen senectæ. 46

Γήρως οὐδὸς, id est, Senectæ limen, antiquitus appellabant velut extremum autumnum ætatis humanæ: quum iam appetit hyems decrepitæ senectæ. Sumptum ex Homero, apud quem id perquam frequens est: vt Iliados χ.

—ὃν ῥα πατὴρ κρείων, ὅτε γήραος οὐδὸν ἵκοιτο
Αἶσιμα οἱ πάσαιτο φίλοις. id est,
Quem suus Iuppiter ipse senectæ in limine dirus
Conficiet fatu. Idem Iliados ω,

Τυδέα δ' αὖτε πάϊν εἶδον, ὀλοὸν δὲ γήραος οὐδὸν. id est,
Ferme pœa hæc etate, senectæ in limine tristi.

Idem in Odyssea,

ὃν κατέλειπον ἐὼν ἐπὶ γήραος οὐδοῦ. id est,
Quem proficiscens tuæ senectæ in limine liquit.

Rursum Odyssea ψ —ἐμῷ γήραος οὐδὸν ἱκάνῃ. id est,
atque senectæ attingere limen.

Vsurpatur & à Platone tanquam poetici prouerbij vice. Rursum apud Hesiodum in Operibus & diebus,

Ὃς κε γονῆα γέροντα κατὰ δὴ γήραος οὐδὸν
Νεικείῃ. id est,
Quisque senectæ in limine fessum ætate parentem irritarit.

Lingua bellare. 47

Γλώττῃ πολεμίζειν, id est, Lingua bellare, dicuntur qui magnificè conuiciantur, ac minantur hostibus, sed quum tutum est. Sic enim Menelaus Græcorum ignauiam inculcat Iliados π,

De his qui impunè conuiciantur.

Ὦμοι ἀπηλεγέως, ἀχαιΐδες, οὐ τ' ἀγαθαί. id est,
Heu Græcæ, neque iam Græcæ, tantumque mineces.

Allusit huc & Vergilius in Æneide,

—at tibi Mauors
Ventosa in lingua, pedibusque fugacibus ille
Semper erit

Hæc enim Turnus in Drancem, lingua pollentem in consiliis, alioquin imbellem. Idem Rutulos maledicos facit,

Et tunica manicas & habent redimicula mitræ.
O vere Phrygiæ: neque enim Phryges.

Sic autem loquitur Hector apud eundem Homerum Iliados υ,

Καίκεν εἰδὼς ἐπίσποι ἐγὼ ἀθανάτοιν μαχοίμην.
Ἔγχεϊ δ' ἀργαλέον ἐπιπὰ πολὺ φέρτερος εἰμί. id est,
Sanè ego vel diuis possim contendere lingua:
Verum hasta durum multo quia viribus illi *Præcellunt.*

Porrò vera fortitudo neque maledica est, neque minax. id quod innuit Homerus Iliad. lib. ε.

—τὸν δ' οὔτι προφερὴς πολεμήϊος Ἕκτωρ,
Ἀλλὰ παρεστήκειν λευκώλενος Ἥρη. id est,
Hunc nihil omnino respondit belliger Hector.
Quin magè comminus instat.

Et eiusdem operis lib. 3. fingit Græcos tacitos in prælium ire.

Οἱ δ' ἄρ' ἴσαν σιγῇ μένεα πνείοντες ἀχαιοί,
Ἐν θυμῷ μεμαῶτες ἀμύξειν ἀλλήλοισιν. id est,
Ibant taciti vim spirantes Danaidæ,
Atque animo prompti auxilium sibi ferre vicissim.

Et Aristophanes in Nebulis,

Πράττειν, βουλεύειν, ἢ τῇ γλώττῃ πολεμίζειν. id est,
Pescens, consultans, & lingua prælia miscens.

In castris feroces, in acie pauidi.

Verbigerari.

De his eleganter apud Liuium dictum libro ab vrbe cond. 7. In castris feroces, in acie pauidi. Apuleius verbo festiuiter nouato, verbigerari dixit, pro verbis digladiari, Et Hesychius indicat γλωσσομάχους dictos qui pro armis lingua vterentur. Hoc nomine signari possent & qui aspidis venenum in lingua circunferunt. Heraclitus ad Hermodorum, ὡς ἐν ταῖς γλώτταις ἔχετε τὰ ἐνύπνια, ἀπιστεῖτε χρήμασιν. id est, In linguis habetis arma potteaquam abitulitis pecunias. Causidicorum ac rhetorum est, γλώσσαις πολεμίζειν καὶ μάχεσθαι. id est, Linguis bellare atque pugnare.

Larus hians. 48

Λάρος ἀχανής, id est, Larus hians. Dicebatur vbi quis auidus inhiaret prædæ. Est enim larus auis auida, voráxque: quam eandem Græci ἰκτῖνον appellant. Aristophanes in Equitibus,

Rabiosa prædæ.

Λάρος ἀχανὴς ὅτι πίσσας ἁρπάσῃ;

Quæ Latine quidem commodè reddi non possunt. Cleonem enim ob rapacitatem larum vocat, quòd quemadmodum auis in scopulis obuersatur, si quid piscium possit venarisita ille versaretur in Reipublicæ negocijs administrandis, suum interim agens negotium. Plutarchus apud Athenæum libro Conuiualium tertio,

Cleon, larus appellatus.

Σὺ δ' ἄρ' ὁ' ἐδὼν ἰὼν, χαλᾶσθαι δὲ σὲ λῶ παρόντος
Χαῖρε φάος, τιτῶντι λαρῷ ὁρᾶν ἐοικώς. id est,
-at vero adueniens in limine stabat
Chærephoon parasitus et vultus, aui non
Dissimilis, vulgo dicta est larus, esuriens.

Apud eundem lib. 8. refertur hic trimeter.

Οὐ φάσγανοις ὄντες ἀλλὰ λάροι τὸν σῖτον. id est,
Esse vis laros opsonorum auidos Syros.

Larum Theodorus Gaza vertit graiam, cuius mentionem facit Plinius inter maritimas halcyonem & mergum, libro decimo, capite trigesimo secundo.

Laconismus. 49

Λακωνισμὸν veluti prouerbio breuiloquentiam vocant, siue quòd Lacedæmonij factis magis quam eloquentia præcelluerint: siue quòd in apophthegmatis præcipuè valuerint: Horum autem præcipua gratia, vt paucissimis verbis plurimum sententiæ complectantur. Cuiusmodi sunt illa, εἴπερ, id est, Si responsum prolixæ orationi legati. &, ἐπ, solum totam occupans epistolam, &, ἢ τοῦ, ἢ ὅπῃ τοῦ, id est, aut hùc, aut super hùc. M. Tullius aliquando iocatur in Laconismum Bruti. & λακωνικῶς λέγειν, apud Græcos, pro eo quod est, paucis & compendio dicere. Et λακωνίζειν, affectare breuiloquentiam. Gregorius Theologus in epistola, τὸ λακωνίζειν οὐ πάνυ ἔστιν ὅπερ εἶπε, ὀλίγας συλλαβὰς γράφειν, ἀλλὰ σὺν πόνῳ ὀλίγας, id est, Laconissare non est hoc quod arbitraris, paucas syllabas scribere, sed de rebus plurimis paucas. Proinde Homerus quoque Menelaoceu Lacedæmonio argutam breuiloquentiam affingit,

Breuiloquentia Laconum.

Παῦρα μέν, ἀγὰ μάλα λιγέως. id est,
Pauca quidem, verum plane argutissima.

Quin & frugalitas & integritas Lacedæmoniorum præ cæteris Græciæ partibus tanta fuit, vt qui castigatè castéque viuerent Laconicè viuere dicerentur. Cimon quoties aliquid in Athenienſium suorum moribus reprehenderet, dicere solet, ἀλλ' οὐ λακωνίζουσί γε οὗτοι, id est, At non tales Lacedæmonij. Itidem & Massilienſium probitas abiit in prouerbium, quod alibi retulimus. Sunt autem hæc inter se cognata, Pauca loqui, & Probum esse virum. Huc spectabat Charillus, qui rogãti cur Lycurgus tam paucas leges prodidisset: Quoniam, inquit, pauciloquis non est opus multis legibus. Notans obiter Athenienſes, quorum loquacitati nullæ leges sufficiebant. Celebratur & hoc dictum inter Thaletis sententias apud Laertium. Pindarus hymno Isthmiorum 5. τὸν ἀρχαῖον ζῆτον εἰρηκέναι τι λ' ὀ βραχίστοις, id est, Argiuorum more dicetur pauciſſimis. Interpres admonet Ionum esse multiloquentiam. cæterum breuiloquentiam non tantum esse familiarem Laconibus, verum etiam Argiuis: citans illud ex Vlysse furente Sophoclis,

Pauca loqui, & probi esse virum cognatum est.

Μῦθος δ' ἀρήιος ἐστὶν ὀλίγων βραχύς. id est,
Argiua pauca multa fert oratio.

Laertius ex authoritate Aristagoræ Milesij refert, & Chiloni peculiarem fuisse breuiloquentiam: vnde genus hoc dicendi Chilonium appellat. Huc pertinet versiculus ille, veluti prouerbialis apud Athenæum relatus,

Chilonium dicendi genus.

Τὸν σωφρονοῦντ' οὐκ ἔστι πίστιν πόντου λέγειν ἕν. id est,
Non persuadebis cordato si bene dicas.

Lasa viuens. 50

Λάθα ζώσα, id est, Falle viuens. Admonet adagium in hu-

Vita felicior obscurorum.

in humili fortuna vitam esse feliciorem iis qui obscurè viuunt,& à publicis negotiis sta semoti, vt quum vita decessissent, nemo illos vixisse sentiret. Nam λάθε βιώσας ad verbum commode non potest reddi, verùm hîc habet sententiam quasi dicas, nemo te sentiat in vita fuisse. De hoc adagio, rectè dictum sit nécne, Plutarchus commentarium conscripsit, si modo non fallit inscriptio. nam quum verteremus, phrasis ipsa nonnihil reclamare titulo videbatur. Allusit ad id Horatius,

Nec vixit male qui natus moriensq; fefellit.

Id est, quem nemo sensit nec prodeuntem in hanc vitam, nec excedentem è vita. Allusit huc, ni fallor, Ouidius, in libris Tristium,

Crede mihi, bene qui latuit, bene vixit, & intra
Fortunam debet quisque manere suam.

Recensetur apud Suidam prouerbij nomine.

Labyrinthus. 51

De re vehementer nexpicata.

Λαβύρινθον, id est, labyrinthum, olim vocabant orationem, aut rem quampiam vehementer impeditam & inextricabilem. Veluti siquis philosophiæ studium labyrinthum vocet, quòd semel ingressis nullus vnquam sit exitus. Aut voluptatis studium labyrinthum vocet,

Dædali labyrinthus.

quòd aditus ad eam procliuis, exitus difficillimus. Sumptum à Labyrintho Dædali, quod antrum fabulæ ponunt in Creta, sinuosum & inexplicabilibus ambagibus inextricabile, in quo seruabatur Minotaurus. Dictú

Vnde nomen labyrintho.

putat Suidas ὅτι οὐ μὴ θύρας ἔχει, id est, quòd ostium non habeat: indicans & in garrulos ac nugaces competere, qui sermonis nullum inueniunt exitum, si semel garrire cœperint. Gregorius Theologus in Epistola ad Eusebium Cæsariensem, torquet in verspellem, ὅτι δὲ σοὶ ἄνδρα συνιέντα τοῦ λόγου οὐκ ἀγαπητὸν ἡγοῦμαι, ἐγὼ τὸ ἐντεῦθεν σαφὲς μάρτυρα ἐξέλεγον, καὶ ὅτι μάλιστα ὑφεῖς πλέκεσθαι καὶ σκολιοὺς λαβυρίνθους, id est, Quoniam cum eo virò loquor qui non solùm non amet mendacium, sed & qui in alio possit quàm ocyssime deprehendere, etiamsi vel maxime callidis variisque labyrinthis inuoluatur. Huic non dissimilis erat Mæander. id erat picturæ genus, ortum ab exemplo labyrinthorum, cuiusmodi videmus & hodie in nonnullis pauimentis. Vetus Prudentius in carmine, cuius initium Cultor Dei,

Maander.

O sortuose serpens *Qui mille per Maandros,*
Frandesq; flexuosas *Agitas quieta corda.*

Hinc & Mæandro Lydiæ fluuio nomen, quòd flexuosus esset.

Labore laborioſum. 52

De labore immodico.

Πόνῳ πονηρὸς, id est, Labore laborioſus. Ipsa figura hyperbolen habet laboris immodici. Refertur à Suida prouerbij titulo. Hac forma Theophilus apud Athenæum lib. 13. dixit de infigniter formosa & procera, κόρῃ κόρῃ. μεγάλῃ μεγάλης, τέχνῃ δημιουργός, quasi dicas, forma formosam, magnitudine magnam, arte artificem, siue sapientia sapientem. Similis tropus est apud Hebræos, quoties vel exaggerant vèl affeuerant, Miserans miserabor, Laborans laborans. Extat autem apud Aristophanem in Lysistrata. Subest autem & iocus ob amphibologiam vocis. πονηρὸς enim Græcis vt laboriosum ac miserum, ita significat & malum astutúmque.

Laciadæ. 53

Λαχιάδαι, id est, Laciadæ. vulgatum conuicium in morchos. Populus quispiam est Atticæ Laciadarum, tribus Oeneidis, apud quos ingens raphanorum copia. His autem vtebantur in adulteros deprehensos ludibrij causa. Refertur apud Suidam.

Laborem serere. 54

Iactis labor.

Πόνον σπείρειν, id est, Laborem serere, vulgò dicebantur qui frustra laborarent, quasi nihil fructus è labore reportaturi præter laborem ipsum. Author Diogenian.

Labrax Milesius. 55

Λάβραξ μιλήσιος, id est, Labrax Milesius. In stolidum & sutdum dicebatur. Labrax enim piscis genus lato oris rictu, vnde escam totam vnà cum ære faucibus corripit, atque ob id facilè capitur. Vnde apud Plautum lenoni Labracis nomen. Aristoteles hunc annumerat inter eos qui præda laniatúque viuunt. Lingua est ossea, & affixa, cor triangulum. Aristophanes apud Athenæum lib. 7. labracem piscium sapientissimum appellat,

Λάβραξ ὁ πάντων ἰχθύων φρονιμώτατος.

Apud Miletum autem Asiæ ciuitatem prægrandes & item plurimi labraces esse dicuntur, propter stagnum influens in mare. Gaudet enim hic piscis aqua dulci. Aristophanes in Equitibus,

Ἀλλ' οὐ λάβρακας καθαφεῖν μιλησίους
Κελεύσεις. id est,
Haud quam lupos voraueris Milesios, Lupus Milesius.
Facies tumultum.

Nam quidam hunc piscem esse putant qui Latine Lupus dicitur.

Lauares Peliam. 56

Λούσας τὸν Πελίαν, id est Laues Peliam. Dictum apparet vbi quis alienum pollicitus, adfert exitium. Aut vbi quis prodesse conatus, ingens addit malum. Ductum à notissima Peliæ filiarum fabula, quem dum filiæ à Medea persuasæ student adiuuentam reuocare, lebeti feruenti impositum occiderunt. Fortassis non intempestiuiter dicetur vbi quis falsa spe ductus, inanem sumit operam. Veluti siquis arte quam vocant Alcimicam fretus, sibi promittat futurum vt è stanno fiat argentum, ex ære aurum. Refertur in adagiorum collectaneis, quæ Plutarchi feruntur nomine.

Iterum atque iterum ad Pythum via. 57

Πάλιν ἐπὶ Πυθῶνα ὁδόν. id est,
Iterum atque iterum Pythum versus via.

In molestè percontantes.

Dictum de iis qui molesti sunt eadem de re iterum atque iterum percunctando. quemadmodum solent ignari viæ, quemcunque obuium habuerint, de via rogare. Posrò Pythus ciuitas Apollini sacra, quæ visebatur à plerisque. Apparet è comedia sumptum. Est enim hemistichium iambicum: verùm ex qua, non indicat Diogenianus, & mihi non succurrit. Finitimum illi, ὁ ἐπὶ Κόρινθον. id est, Iouis Corinthus.

Quum Delphis sacrificauerit, ipse carnes absumit. 58

De his, qui cibos ad cœnam vocant, ipsi soli apposítos cibos vorant.

Plutarchus septimo libro Περὶ συμποσιακῶν, hunc sanarium veluti prouerbialem citat,

Δελφοῖν θύσας αὐτὸς ὀψωνεῖ κρέας. id est,
Carnes ipse Delphis immolata vescitur.

Ostendit dici solitum de iis qui vocatis conuiuis, ipsi cibos appositos deuorãt, vt illis spectare tantùm liceat, non vesci. In Delphicis enim sacris, is qui immolarat victimam, ea vescebatur. Contrà fiebat his sacris quæ Hecatæ inferebantur, ex quibus nihil redibat ad eum qui offerebat, præter & fumum & tumultum. Quanquam & in diuersum sensum accipi potest, vt intelligamus Delphicum sacerdotem nihil impetrari de victima ei qui victimam dedit. ita fit aliquoties vt edax conuiua, seu pluribus adductis edacibus vmbris, velut harpyis, cœnam omnem deuoret, esuriente qui vocauit. Adagium torqueri potest etiam ad illos qui beneficio, quod alij dedisse videntur, ipsi fruuntur.

Ἰδριάζειν. 59

Ἰδριάζειν olim dicebantur qui parum commodè parúmque salubriter viuerent, propterea quòd Isthmiorum ludorum tempus morbis esset obnoxium, ob ingentem hominum conuentum. Meminit Suidas & Hesychius. Fortasse non absurdè dicetur in hos qui frustra conantur, propter Isthmi perfossionem à multis infeliciter tentatam. Qua de re dictum est nobis alibi copiosius.

Ipsi curandum. 60

Rebus alienis liberius vtentes.

Αὐτῷ φροντιστέον, δεῖ δὲ τοῦτο εἶναι, id est, ipsi curandum est, sed in donum. Zenodotus ait huius adagij mentionem fieri apud Aristophanem in Agricolis, præterea apud Platonem grammaticum. Natum autem ab ædibus quibusdam maximis quæ locabantur conducere volentibus. Vnde conuenire videtur (siquidem coniecturas sequi fas est vbi nihil adferunt quod sequaris, Græci scriptores) in eos qui rebus alienis liberius vtuntur, vt solent qui in conducto habitant.

Hyperberetæa. 61

In longum prolata.

Ὑπερβερεταῖα, id est, Hyperberetæa, dicebantur olim admodum serotina, quæque vix tandem aduenirent. Apud Macedones extremus anni mensis, ὑπερβερεταῖος appellabatur. Vnde quæ in longum proferebantur. Hyperberetæa dicebantur, perinde quasi apud Latinos dicas decembria. Et ὑπερβερεταῖοι, competendinatores. Suidas existimat eum esse mensem apud Macedones, quem nos Octobrem vocamus, quòd tum sera sit æstas: & quæ tum proueniunt, post legitimum tempus prouenire videantur.

Vlysses remigium. 62

Voluptatibus addicti.

Homines nequam & voluptatibus addictos Hora-

tius in epistolis Vlyssis remigium appellauit, prouerbiali nimirum figura,

-remigium vitiosum Ithacensis Vlyssi.

Vt qui nec a Circes poculis temperarint, nec à Lothophagis auelli potuerint, nec à Solis bubus abstinuerint. Vnde Homerus Odysseæ primo.

Αὐτῶν γὰρ σφετέρῃσιν ἀτασθαλίῃσιν ὄλοντο Νήπιοι

Ipsorum siquidem vecordia perdidit illos Amentes.

Penelopes sponsi & Alcinoi.

Non dissimili figura dixit iponios Penelopes, & Alcinoos, voluptarios & virtutis negligentes. Item alio loco Phæacem appellat,

nitidum & bene curata cute,

-vt possim pinguis Ithacæ reuerti.

De Phæacibus Homerus Odysseæ libro 8.

Αἰεὶ δ' ἡμῖν δαὶς τε φίλη, κίθαρίς τε χοροί τε

Εἵματά τ' ἐξημοιβὰ, λοετρά τε θερμὰ καὶ εὐνή.

id est,

Nobis vero semper epulæ citharæque chorique,

Et varia vestes, & balnea calida, thorique.

Item de procis Penelopes, Odysseæ lib. 1.

Τέρπονται μὲν ταῦτα μνηστῆρες ὑπερφίαλοι,

Ἦσιν νῦν ἐπέοικεν ἐϋφροσύνη τε καὶ ἀδή.

id est,

Istos solicitant hæc, concentus, citharæque:

Et facile, vt qui aliena sint impune vorantes.

Zaleucus lex. 63

Mandatum rigidum, parúmque humanum.

Ζαλεύκου νόμος, id est, Zaleuci lex. De edicto mandatóque prius latis rigido, parúmque humano dicebatur. Zaleucus quidam Locrensibus iis qui vocantur Epizephyrij, leges tulit acerbiores, quales feruntur & Draconis fuisse leges apud Athenienses: vere Draconis, vt ille dixit, non hominis. Non dissimile illis, Manliana imperia, & Phalaridis in pœnam. Meminit historiæ Valerius Maximus lib. 6. cap. 5. Etenim quum filius Zaleuci, secundum ius ab eo constitutum ob eius nempe adulterij, vtroque oculo carere deberet, ac tota ciuitas in honorem pœnam adolescenti remitteret, repugnauit aliquandiu: postremò populi victus precibus, suo prius, deinde filij oculo ereto, salua lege supplicij modum temperauit.

Zopyri talenta. 64

Falla præclara, magnóque æstimanda.

Ζωπύρου τάλαντα, id est, Zopyri talenta. De præclaris factis, magnóque æstimandis. Hic Zopyrus Darij regis amicus erat, qui sibi nares & aures concidit, & omne corpus flagris cruentauit: vt iis argumentis Babylonius fidem faceret se Dario male velle, à quo tam immaniter esset acceptus. Itaque Babyloniorum ciuitatem ingressus, eam Dario prodidit. Vnde Darium dixisse ferunt, se vnum Zopyrum integrum malle, quàm centum Babylonas capere. Et oblato malo granato, tantum optauit sibi Zopyrorum, quantum ibi granorum inesset, vt narrat Herodotus lib. 3. Meminit Plutarchus in apopthegmatis. Adagium recensent Zenodotus.

Vna scutica omnes impellit. 65

-μία μάστιξ πάντας ἐλαύνει. id est,

Vna scutica incitat omnes.

Hemistichium heroicum de negotio dictum quod facile fieret videlicet à promptis omnibus, ac suapte spõte currentibus. Fortassis aptè dicetur & in hos quos eadem causa impellit, puta eadem spes lucri, studium cõmune, idem amor, aut odium. sumptum ab aurigis. Author Suidas. Vsurpat Plutarchus in vita Lycurgi, scribens, vrbem Lacedæmoniorum ἀπὸ σκυτίνης μιᾶς ἐκ πείσεως καὶ ἀρχούσης τῆς ἑλλάδος ἑκόντων καὶ βουλομένων. id est, Scytala ad lagò imperantem Græciæ sponte volentique.

Tanquam Chalcidica nobis peperit vxor. 66

Cõbe, mulier πολύπαις.

Ὥσπερ χαλκιδικὴν τίκτουσ' ἡμῖν γυνή, id est, Tanquã Chalcidice peperit nobis vxor. De ea dicebatur quæ liberos quamplurimos peperisset. Tradunt heroinam quampiam fuisse nomine Cõben, cui cognomen fuerit Chalcidi, quòd prima arma ærea confecerit. Ea viro coniuncta centum liberos enixa dicitur: sicuti proditum est in Euboicis annalibus, & atteſtatur Aristus Salaminius. Quidam ad Chalcidem Euboeæ ciuitatem referunt, quòd è Chalcidensium officinis ingens armorum ærorum & quadrigarum vis prodiret. Stephanus enim ab officinis ærarijs vbi nomen additum putat. Vsurpare licebit vbi significabimus multum lutium, bellorum, aut curarum alicunde natum.

His Medus non insidiabitur. 67

Τάδε μῆδος οὐ φυλάξει, id est, Hæc Medus non obseruabit. Quum Xerxes exercitum in Græciam traducere pararet, vt author est apud Zenodotum Dicæarchus, Græci desperatis rebus facultates suas ablumpserunt, ne multum reliquum fieret, quod hostis tolleret: ita dicentes, Hæc Medus non obseruabit. Eaque vox in adagium abiit, vbi quis largius impenderet sua, ne venirent in alienorum manus. Veluti siquis pecunias erogaret amicis, vt eas liberis turpiter ablumpturis subducat, recte dixerit, ταῦτα μῆδος οὐ φυλάξει. Aut siquis opulentus pecunias extruendis ædificijs ablumat, ne his insidietur auarus princeps, & omnium fortunis immanens.

In Orci culum incidas. 68

Exitium, & pernicies imprecatio.

Ἀδὲς πρωκτὸν ἔμπεσοις, id est, In Orci culum incidas. Sermo perniciem & extremum exitium imprecantis. Recensetur à Diogeniano. Cognatum illis, Βάλλ' ἐς κόρακας, Βάλλ' ἐς μακαρίας.

Inuitus Iupiter nouit. 69

Promissum, sed inuitus.

Ἄκων μὲν ζεὺς οἶδεν, id est, Inuitus quidem Iupiter nouit. Vbi quis pollicetur quippiam, sed inuitus. In quibusdam codicibus lego, ἄκων μὲν, οὐκ ζεὺς οἶδεν, id est. Inuitus, tanquam Iupiter cognouit. Mihi videtur & rectè quadraturum vbi serius pœnas dant nocentes. vt affine sit ei quod alibi referimus, ζεὺς κατοῖδε χρονῷ· οὐκ ταχὺ δηλοῖ. Etenim qui tero dat, aut punit, grauatim id facere videtur.

Excubias agere, aut ditari. 70

Sumptus ex alieno.

Φυλακὴν, ἢ πλουτῖν, id est, Excubias oportet agere, aut diuitem esse. De iis dicebatur qui ampliter facerent sumptus de alieno nam vt diuites quibus ampla res domi est, large profundunt, ita milites non parcunt opibus alienis, sed prodigunt grauiter & scelere parta perdunt sceleratius. Athenienses excubus agendis insulares magno stipendio conducere solebant. Non dissimile illi, ἵππος μὲ φέρει, βασιλεὺς με τρέφει, id est Equus me portat, alit rex.

Equum me portat, alit rex.

Intra septimam. 71

Maturandum negotium.

Ἐντὸς ἑβδόμας, id est, Intra septimam. subaudi lunam. Edictum erat Athenis, ne ante septimum diem mensis exercitum educerent. Recte fortassis vtemur hoc adagio, quoties admonebimus maturè tuóq. tempore negotium aggrediundum. Meminit Zenodotus, Suidas & Hesychius. nec præterea quicquam adscribunt. Vide num allusum sit ad id quod alio retulimus loco, ἕβδομος βοῦς, id est septimus bos: &

Τὸν ἕβδομον δὴ τὸν σταφυλοκτόνον, id est,

Et septimam vernilis adagio bouem.

Quòd pueris sextum mensem egressis farinaceus bos fingi consueuerit, qui iam primum apparentis cornua repræsentaret.

In cotyla gestaris. 72

Arbitrio alieno dicti.

Ἐν κοτύλῃ φέρῃ, id est, In cotyla portaris. Suspicor dictum de iis qui arbitrio alieno quò libitum esset, huc atque illuc ducerentur. aut vbi quis indulgentius foueretur. Tractum est adagium à genere lusus puerilis, qui dictus est κοτύλη. Huius meminit Iulius Pollux libro 9. De rerum vocabulis. Erat autem huiusmodi: Vnus quispiam reductas in tergum manus coniungebat stringeque. Rursum alter impositis in eas genibus tollebatur, suis interim manibus oculos gestantis obtegens. Et ad hunc gestatus modum, ἐν κοτύλῃ portari dicebatur, quòd manuum complexu gestaretur. nam κοτύλη Græcis cum alia permulta, tum manus etiam cauam partem significat. Hunc lusum Iulius Pollux ait aliis item vocabulis appellari, vult ἱππαδίαν & κυβιστίνδαν.

In apes irruisti. 73

In ingens malum immersus præter spem.

Εἰς μελίττας κώμας, id est, In apes insiliſti. Vbi quis præter opinionem in ingens agmen, velut examen malorum immergitur: quemadmodum euenire solet iis qui imprudentes in apum nidum incidunt. Circumuolantibus & impetentibus vndique illis, & fugientem etiam insequentibus haud facilè discedit sine vulnere quisquis inciderit. Solent autè iuuenes comessabundi in conuiuium æqualiũ irruere: quemadmodum Alcibiades apud Platonem irruit in conuiuium Agathonis, Et Syrus in Adelphis, de Demea qui se proripit in conuiuium filij. Abiit, comessatorem haud sanè commodum præsertim Ctesiphonti.

Orci galea. 74

Arte aliqua se occultabit.

Ἀΐδος κυνῆ, id est, Orci galea. Dictitari solitum in eos qui semet arte quapiam occultarent. Paræmiam ad huiusmodi

iusmodi fabulam referunt: Acrisio de masculis liberis tollendis oraculum consulenti responsum est, è Danae filia ipsius nasciturum filium à quo occidêdus esset: itaque territus æreum thalamum subterraneum parauit, in quo tutâ meluliam adseruabat, ne cum viro quopiam rem habere posset. Iupiter autem amore virginis correptus, in aurum transformauit sese, atque ita per impluuium in Danaes gremium illapsus, eam grauidam fecit. Natus est Perseus. Quod simulatque resciisset pater, piam matrem vnà cum infante scrinio inclusam in mare præcipitem dedit. Porro scrinio fortè fortuna ad Seriphum insulam delato, Dictys subiatum ad se Perseum aluit. Polydectes autem Dictys frater, qui Seriphiis imperitabat, Danaen amare cœpit. Verùm Perseo iam adulto, non potuit ea potiri, proinde conuocatis amicis, & inter hos Perseo, ait se velle certamen edicere super Hippodamiæ Oenomai filiæ nuptiis. Perseus autem existimans, è cum Gorgonis capite pugnaret, neminem posse obsistere, præter alia postulauit equos, quibus Mercurij ac Palladis peruenit ad Phorci filias, Memphedem, Enyò & Dinò. Has aiunt statim natas anus fuisse, tum vnicum duntaxat oculum fuisse tribus, vnicum item dentem: his vicissim inter se tres vtebantur. Hæc quum Perseus abstulisset, reposcentibus illis, ait redditurum sese si viam demonstrassent quæ ad Nymphas duceret. Erant his Nymphis alata talaria, & cibilis quæpiam, quam arculam seu peram putant fuisse. Habebant & Plutonis galeam, quam qui gestaret, is quoscunque voluisset videbat, ipse nemini conspicuus. His igitur instructus Perseus, volucer iam ob talaria, sicuti diximus, ad Gorgonas deuolauit. Erant autem Gorgones tres sorores, Euryale, Sthenò, Medusa. erant his capita draconum squamis obsita, præterea dentes maximi, suum instar: ad hæc manus & alæ, quibus per aera ferebantur. Aderat insuper ea vis, vt obuentes sese in saxa verteret. Porro sola Medusa è tribus mortalis erat: hanc igitur petit Perseus. Et oculis defixis in clypeum æreum, per quem tamen ipsam Gorgonis imaginem aspiciebat, manum porrigens, quam Pallas in Medusam dirigebat, caput Medusæ detecuit. Aduolantes reliquæ duæ sorores, Perseum quidem insequebantur, verùm quum illum ob galeam Plutonis videre non quirent, retrò abierent. Itaque Perseus reuersus in Seriphum, Polydecten aggressus est, amicorum auxilium implorantem. Quibus ad regiam concurrentibus, Perseus Gorgonis ostenso capite, quotquot obtuerentur, in saxa vertit. Sublato igitur Polydecte, & Dicty in fratris locum instituto, Gorgonis caput Palladi dedit, galeam Mercurio, cùmque hæc peram ac talaria ille rursum Nymphis restituit. Reliquum fabulæ, quam longius prosequitur Zenodotus, quandoquidê ad enarrationem adagij nihil attinet, omitto. Vtitur hoc Plato libro de Republica decimo, dicens: Semper honesta propter se sequi oportere, etiamsi quis Gygis anulum, vel Plutonis habeat galeam. Quibus ex verbis colligitur, eandem esse huius prouerbij sententiam, & illius, Γύγου δακτύλιος, id est, Gygis anulus. Vtrunque enim à simili fabula natum est. Proinde recte accommodabitur & ad eos qui rara quadam fœlicitate quicquid volunt, efficiunt. Cuius generis est etiam illud, Virgula diuina. Vsus est & Origenes libro primo aduersus Celsum hæreticum, declarans magis conueniisse vt Christus in Ægyptum fugiens subduceret sese Herodis insaniæ, quàm si sub Plutonis casside latitans eundem fefellisset. Adagium manasse videtur ex Homero, apud quem Iliados quinto Pallas sese Orci galea tegit, ne videretur à Marte,

Τὸν μὲν ἔπειτ' ἀπάμησε μεγαθύμου Διὸς υἱὸς
Δῖον ἀτὸ Ὀρκου κυνέην, μὴ ὁ ἴδοι ὄβριμον ἄκμων. id est,
Hic quidem cecidit vngulatus marte cruentus
At se Orci texit galea Tritonia Pallas,
Ne Mars hunc virtute insignis cernere posset.

Admonet interpres, prouerbio dici, ἐπὶ τῶν ἀϊδήλων πολέμων, id est, Induere Orci galeam, de homine qui occultis insidiis nocere molitur. Aristophanes ἀπαίχμων,

Λαβὲ δ' ἡμῶν Γόργυραν παρ' Ἀγερώνος
Σκυθοδεκανυκτιπεχα πλὴν ἀτὸ Ὀρκου κυνῆς,
Εἴ τ' Ἄιδου μεμηχανᾶς τιν' Σισύφου. id est,
Meâ causa sumito ab Hieronymo
Orci galeam bisphidam nigrantibus pilis,
Dein explicato dolos & artes Sisyphi.

Danaë vt corrupta à Ioue.

Gorgonis caput.

Plutonis galea.

Gorgones tres sorores.

Gygis anulus.

Vsus adagij.

Initium belli. 75

Ἀρχὴ πολέμου, id est, Origo belli, vbi quis prior lacessit iniuria seu conuicio. Sumptum videtur ab historiographis, quibus mos est primum causis exponere quibus bellum cœptum fuerit. Huc alludit Lucianus quum ait in Pseudomante, ἡνίκ' ἦν Θουκυδίδου, ἀρχὴ πολέμου· ὁ πόλεμος ἐκίνει ἤδη, id est, Et quemadmodum ait Thucydides, hinc iam bellum oritur. Vnde κινεῖν πόλεμον lædere dicitur, qui nulla lacessitus iniuria simultatem exercet. Initium belli.

In fermento iacere. 76

Ἐν τῷ ζύμῃ κεῖσθαι, id est, In fermento iacere, dicebantur qui animo effecti ægro, quique iracundia turgerent. Plautus in Mercatore, Vxor tua in fermento iacet pro eo quod est, intumescit ira. Idem in Casina, Nunc in fermento tota est: ita turget mihi. Nota translatio. fermentum enim & acorem habet & tumorem. Vnde & in Diuinis literis, fermentum malitiæ rancorisque significationem habet. In fermento iacere. Irati ira.

In eo ipso stas lapide, in quo præco prædicas. 77

Chrysalus seruus in Bacchidibus Plauti, senem irridens, quem argento defraudabat, O stulte, inquit, nescis nunc vanire te. Atqui is eo adstas lapide, vbi præco prædicat. Quadrabit vbi quis prætens, videns, audiensque, tamen deluditur. Nam vendi etiam hodie vulgò dicuntur quibus fit impostura. Quòd autem meminit lapidis, id traductum est è lapide quodam accitiore, quem Romæ fuisse, complurium authorum testimonio constat: vnde præcones in auctionibus res venales nunciabant. Vnde M. Tullius vilissimos homunculos de Lapide emptos appellat. De colono dictum est alibi. Lapis Romæ vnde præcones res venales.

Inûs dolores. 78

Ἰνοῦς ἄχη, id est, Inûs dolores. Inò Cadmi filia ex Athamante duos peperit filios, Learchum & Melicertam: præterea filiam Eurycleam. Athamas autem versus in insaniam, reliquos liberos arcu percussit occiditque: Ino verò cum Melicerta sese in mare abiecit. Et hanc quidem Megaras vndis appullam Megarenses multo cum honore excepere, iustis persoluentes, Leucothoe nomine commutato: illum verò Corinthum delatum Corinthij sepelierunt, & in eius honorem Isthmios ludis instituerunt: nomine item commutato vocantes Palæmonem. Hinc ortum adagium, vt intolerandum & exanimantem, vt ita dixerim, dolorem significantes, dicerent, Ἰνοῦς ἄχη, Nam ἄχος proprie dolor dicitur apud Græcos, qui prorsus obstupefacit, funique sensum adimit homini. Melicrates Tyrius apud eundem Zenodotum, vnde hæc retuli, fabulam quæ paræmiæ dedit occasionem, narrat ad hunc modum. Athamanti prius fuerat vxor Nephele, ex qua duos sustulit liberos, Hellem & Phrixum. Hac defuncta secundam duxit vxorem Ino. ea veluti nouerca tendens insidias Nepheles liberis, persuasit indigenis mulieribus vt semina in terram iacienda prius frigerent, id est, adurerentur in sartagine. Cæterùm vbi res malè euenisset, neque quicquam is annus produxisset, Athamas in hac rerum angustia Delphos misit qui consulerent oracului. Verùm Ino legatos muneribus corrupit, vt domum reuersi dicerent respondisse deum, ita demum penuriam annonæ depellendam, si Hellem & Phrixum occidissent. Itaque persuasus Athamas, Phrixum & Hellem ad aram admouit immolaturus. Verùm dij miserti, aurei velleris ariete vectos illos per aera sustulerunt. Et Helle quidem quum sese in arietis tergo non satis teneret, delapsa est in mare, quod ab ipsa Hellespontum appellatur: Phrixus autem in Colchicam regionem incolumis delatus est. Athamas ira deorum in rabiem versus, Inûs liberos aggressus est, quemadmodum modò demonstrauimus. Ino furens.

In omni fabula & Dædali exsecratio. 79

Ἐν παντὶ μύθῳ τὴν Δαιδάλου πάτραν, id est, In omni fabula & Dædali exsecratio. Quadrat in authores atrocium facinorum, aut ingentium calamitatum, vt frequenter illorum incidat mentio, sed non sine detestatione. Tradunt ab hac ortum fabula: Pasiphae regina Cretæ tauri amore capta, Dædalum exoranit vt sibi vaccam ligneam ad proximam veræ vaccæ simulationem efingeret. In hac inclusa mulier è tauro concepit, ac Minotaurum monstrum abominandum peperit. Minos autem certis de causis vltus, Athenienses Ingis fabulæ rerum materia qualis.

indixit vt quotannis septem virgines & totidem adolescentulos mitterent Minotauro obiiciendos. Horum omnium quorsum Dædalus causam dedisse videretur, in eum vulgò dira imprecabantur: vnde res in prouerbium abiit.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. *Ἐν ποτὶ μάτῃ*] Ita legisse Erasmum apparet ex hac eius interpretatione, In omni fabula. Habetur tamen apud Zenodotum Στρεβ. non μυθ.

In parte vel ignem prædetur aliquis. 80

Ἐν τῷ μέρει τὸν γοῦν πῦρ συλλάβοιτο. id est,

Prædetur aliquis per vices ignem quoque.

De iis, qui nō æquè partiuntur.

Suidas admonet dictum de iis qui parum æqua referunt in commune. Quum enim res communis commissa fuerit manib. vnius aut paucorū maxima pars penes eos hæret qui diuidūt, quid n. non prædetur qui igné prædatur qui sic est natura communis, vt ipse nihilominus possideas pottaquam & alius fueris in partitus. Amicitia facit omnia communia: verūm vbi ventum est ad partitionem, quisque studet quod potest rapere. Haud scio an scribæ vitio pro συλλάβοιτο prauatum σκαλάβοιτο, vt pertineat ad ænigma Pythagoræ.

In nihil sapiendo iucundissima vita. 81

Sophocles in Aiace mangonio sub persona Aiacis, qui iam ab insania relipuerat,

Ἐν τῷ φρονεῖν γὰρ μηδὲν, ὥστε βίου.

Τὸ μὴ φρονεῖν γὰρ κατ' ἀνάνδρων κακῶν. id est,

Suauissima hic est vita, si sapias nihil.

Nam sapere nil, doloris expers est malum.

Hanc sententiam docti citant prouerbij loco. Consentaneum est autem vulgò iactatum fuisse, vel eius argumento fabulæ quam Horatius narrat de quodam Argiuo, qui fœlicius existimaret insanire, quam sapere & tingi,

Lib. 2. Epist.

-poi me occidistis amici,
Non seruastis, ait, cui sic extorta voluptas,
Et demptus per vim mentis gratissimus error.

Qui appetit scientiam, apponit & dolorem.

Huic concinit illud Ecclesiastæ dictum, *In multa sapientia multa indignatio &, Qui addit scientiam, addidit & laborem.* Heraclides Ponticus apud Athenæum author est, Thrasyllum Axonensem Pythodori filium hoc insaniæ genere correptum fuisse, vt existimaret naues omneis quæ in Piræum appellerent, suas esse. Eas appellentes summa cum voluptate recipiebat, soluentes dimittebat ac prosequebatur, in summa, fœlix erat, perinde quasi tantarum rerum dominus. Siquid periisset, non requirebat: siquid esset incolume, vehementer gaudebat, nihil iactitans iuam fortunam, donec Crito frater è Sicilia reuersus correptum hominem traderet medico. Cæterùm is ad se reuersus, negauit vnquā suauius vixisse, se, quàm quum eo mentis errore teneretur. siquidem quum tantum adesset voluptatum, nihil vnquam sensisse molestiæ.

Tucundus error insaniæ.

Ignem palma. 82

Πῦρ παλάμῃ, id est, Ignem palmæ, Dici solitum si quando protinus aliquid intellectum esset à quopiā: vt si quis mirabile dictu tacitum sentiat aliquis in se dictū. Sumptum videtur ab his qui per iusum ignem admouent manibus alienis: qui subito sensu excitati, resilire solent, nonnunquam mouere spectantibus.

Sub cultro liquit. 83

Sub cultro linqui dicitur qui in præsentaneo periculo deseritur. Sumpta metaphora à victima quæ iamiam ferienda, sub cultro esse dicitur. Confine illis, Inter sacrum & saxum, Inter malleum & incudem. Horatius in sermonibus,

-fugit improbus ac me
Sub cultro linquit.

Non admodum absimile hinc Aristophanicum illud *ἐν ἀγχόνῃσιν.*

Τὸν δὲ βίον τὸν λοιπὸν τὸν εὐφρόνην ἔχων ἀεί. id est,

Sum paratus totum vitæ, capiti opitulari admonens.

Est autem ἀγχόνη truncus in quo coqui secant carnes. Est in eadem fabula multus deinde iocus in ἀγχόνην. Conuenit in eos qui periculo capitis parati sunt affirmare quipiam.

Fores habet vitas vt pastorum casæ. 84

In homines sibi viuentes & inhospitales.

Θύρας ἔχει τετριμμένας ἵππου ὡς τοιμένος, id est, Ostium habet tritum vt sunt casæ pastorum. Ironia prouerbialis in homines inhospitales, aditu difficiles, sibi viuentes, semper occlusis foribus: quòd pastores procul ab hominum commercio semotos vix vnquam quisquam interuisat. Meminit Diogenianus.

Apio opus est. 85

Vita periculum.

Τοῦ σελίνου δεῖται, id est, Apio est opus. Ita loquebantur quoties morbum capitalem imminebant, & vitæ periculum imminere. Nam olim monumenta defunctorum apio coronabantur. Plutarchus in Symposiacis, *ἐν τοῖς διακρίνουσι τοὺς κάμνοντας ἄδειν τὸν σελίνου φασίν*, id est, Et qui periculosè ægrotant, iis dicimus apio opus esse. Idem prouerbij meminit; & causam addit in vita Timoleontis. Subest autem adagio locus, alludens ad coronas victorum quæ exapio fiebant, præsertim in ludis Isthmicis, teste Diphilo apud Athenæum, libro 6.

Super apio certamus.

Περὶ τοῦ σελίνου μαχούμεθ' ἐκπεπωκότες. id est,

Super apio certamus vt solet isthmia.

ANIMAD. HENR. STEPH.

Τοῦ σελίνου δεῖται, id est, Apio est opus. (δεῖται impersonale verbum non est: ideo vertendum fuit, Opus habet, and get. subaudi hic velle.

Lalemo frigidior. 86

De cantu, vel re alia nimis frigida.

Λαλεμικώτερος, id est, Lalemo frigidior. De cantione, oratione, argumento, ioco, aut eiusmodi re quapiam supra modum frigida recte dicetur. Quidam aiunt Lalemon ingentis vocem fuisse. nam *ἰαλεμίζειν*, Græci dicunt pro complectare. Euripides in Oedipodibus Lalemon accepit pro emulatione & luctu Οἰδ. *ἰαλεμῶ, εἰς τὸ πᾶν, δακρυά τ' ὀπ δακρύων καλλιβόστρυχα Ἠμαξεται δουρὶ* id est, Quæ emulatus, quique luctus, lachrymasque per lachrymas diffluantur in nostris ædibus. Et Aristophanes apud Athenæum, grammaticus opinor, in dictionibus Atticis *ἐν γάμοις*, inquit, *ὑμέναιος, ἐν δὲ πένθει ἰάλεμος*, id est, In nuptiis hymenæus, in luctu Lalemus. Alij tradunt Lalemum Calliopes fuisse filium, infelicem nullique pretij hominem, præsertim in cantu supra modum frigidum: vnde *λάλεμος ᾠδὴ*, id est Lalemi cantilenam pro frigida dicunt ac molesta. Martialis item incusans in oratorem quendam frigidum, aut illum vnum idoneum esse qui thermas reficeret Neronianas. Hesychius indicat & hoc pacto effertum prouerbium Λαλεμικώτερος, id est Lalemo miserabilior. Idem indicat *ἰάλεμον* dici quod nullius sit pretij, quemadmodum Latini nænias appellant, quum ea vox propriè sonet lugubres cantiones.

Humi hauris. 87

Inanit labor.

Χαμαὶ ἀντλεῖς, id est, Humi hauris. De inaniter laborante dicebatur: nihil est enim quod è solo hauriās, hoc est ab imo putei fundo, si is siccus sit. Apparet dici posse quoties exhausta copia, non multum superest quod hauritas. Zenodotus meminit.

ANIMAD. HENR. STEPH.

Redditus ad ingenium.

Imo putei fundo, si is siccus sit. Apparet dici posse quoties exhausta copia, non multum superest quod hauritas.] At Zenodotus hoc prouerbium ita annumerat quæ in aggredientes impossibilia iactari solent: & vel tacente Zenodoto, hunc sensum ipsa verba præ se ferunt. quomodo enim liquorem aliquem, qui sit in superficie terræ hauriemus: certe ab humo exret aqua necesse est, vt eā haurire possimus. Erasmus tamen putat hoc dici, quia nihil est quod ab imo putei fundo hauritas, si is siccus sit. Atqui non solum ab imo putei fundo nihil haurire possis, sed ne à medio quidem putei, si is siccus sit.

Humi serpere. 88

De oratione perquam humili.

Humi serpit oratio, quę prefior humiliórque est quàm oportet, semper quasi iacens, nunquam assurgens. Horatius,

-ne, sermones ego mallem
Repentes per humum, quàm res componere gestas.

Idem in Arte poetica,

Serpit humi tutus nimium, timidúsque procellæ.

Quod quidem aut à nauigantibus translatum est, aut ab iis qui procumbentes in terram, ita reptant, ne erectos, turbo ventorum auferat. Gregorius Nazianzenus in oratione contra Eunomianos deflexit, ad homines, ostendens non esse cuiuslibet de rebus diuinis disserere. *οὐ παντὸς, οὐχ οὕτω τι πρᾶγμα δοκοῦν, ἢ τῶν χαμαὶ ἑρπόντων*, id est, Non est cuiusuis, nec adeo vilis res atque humi gradientium. Quanquam nihil vetat & hic res aut actiones intelligi vulgares humilésque. Simillimum est huic, aut fortassis idem quod habet Pindarus in Olympiis, *οὔτε χαμαιπετὲς λέξαι ἐφαψε*, Haudquaquam sermones humi reptantes attingas. Item in Pythiis, *χαμαὶ τε πὰρ ἔρχεται ἐπ' ἀνδράσιν*, id est, Humile verò verbum non effatur. Sumpsisse metaphoram videntur ab auibus haud procul è terra subuo-

subuolantibus: quod idem Pindarus tribuit graculis, κλοιοὶ ζαπτὰ πίμπτᾳ. Vt huic respondeat, Aquila in Nubibus.

Holerum appositiones. 89

Αἱ ἐπὶ λαχάνοις προσθῆκαι, id est, Holerum additamenta. De re nullius momenti. Sumptum videtur vel ab holeribus appositis in mensa, vili nimirum cibo, vel auctariis holerum quæ nonnunquam emptores sordidi ac tenues requirunt. Author Diogenianus.

Fictilis homo. 90

De imbecilli & fragili homine.

Χυτρίμος ἄνθρωπος, id est, Homo fictilis, id est mollis, imbecillis, fragilis. Ductum à vasis testaceis quæ facilè comminuûtur. Finitimum illi, Homo bulla. In quibusdam codicibus lego κραμὸς ἄνθρωπος. in nonnullis κέραμος ἄνθρωπος. Quorum postremum mihi magis arridet κραμὸς enim figulum sonat: κέραμος vas fictile. Sic & siculnum hominem dicimus, ferreum, cereum, quernum, adamantinum. Contrà quod eximium videri volumus, aureum dicimus. inde illud poetis frequens χρυσῆ ἀφροδίτη, id est aurea Venus. & τὸν διαπρεπῆ χρυσοῦν σκοπῶν & χρύσεον ὄμμα τῆς δίκης, id est, Iustitiæ vultus aureus, & Iustitiæ oculus aureus, vt ex Pindaro, ni fallor, refert Athenæus lib. 12. Iudem hodie quoque aurea verba, genuineos mores dicimus. M. Tullius Academicarum quæstionum lib. 2. de libello loquens quem Crantor scripsit de luctu, Est enim, inquit, non magnus, verùm aureolus, & vt Tuberoni præcipit Panætius, ad verbum ediscendus libellus. quicquid autem vile, κέραμον siue κέραμον dicùt Græci, Ita Paulus homines appellat, vasa fictilia ἐχόμενοι τῶν ἡπειρωτῶν τῶν ἐν ἐκβύτοις ἐστραμένων. M. Tullius actione in Verrem sexta, Tum illos cœpisse prætori dicere putasse se id quod audissent, alicuius pretij scyphos esse Pamphili. luteum negotium esse, non aliquid quod in suo argento Verres haberet. Et alicubi Luteum hominem appellat, contemptum nulliúsque pretij: interdum ipsum lutum.

Hipparchorum tabula. 91

Ἱππάρχων πίναξ, id est, Hipparchorum tabula. Dici conueniet quoties haud impune futurum significamus, siquid peccetur. A Syracusanis natum adagium. *Syracusanorum mos.* Apud hos enim mos erat vt hipparchi, hoc est equitum præfecti, in tabellis describerent militum nomina qui ordinem deseruissent. Meminit Zenodotus. Hesychius indicat apud Lacedæmonios Hipparchum dici qui iuuenibus præfectus esset. Is in tabula notabat eos qui quippiam indecorè fecissent.

Heteromoliæ causa. 92

Ἑτερομόλου δίκη, id est, Causa Heteromolla, dicitur apud Græcos quæ ab altera duntaxat agitur parte, nullo præsente qui contradicat ἀπὸ τῆς ἑτέρας μόλον. id est quòd alter duntaxat accedat. Similimum illi, *De re, qui absente damnat* ἔρημα δίκη, id est, Deserta causa. Vsurpabitur non inelegantur vbi quis damnat absentem: veluti quum defunctorum libros carpimus, rectè ἑτερόμολον δίκην quis dixerit. Apud Hesychium sic effertur, ἑτερόμου δίκη: an integra scriptura nescio.

Harmodij cantilena. 93

In lugubres ac tristes.

Ἁρμοδίου μέλος, id est Harmodij cantio. De lugubribus ac tristibus dicebatur. Similimum illi, Ἀδμήτου μέλος, id est Admeti melos. Aristophanes cùm alius aliquot locis, tum in fabula cui titulus ἀχαρνεῖς,

Οὐδὲ πρὸ ἐμοί ποτε τὸν Ἁρμόδιον ᾄσεται. id est,
Nec vnquam apud me carmen Harmodium canet.

Interpres indicat cantilenæ genus fuisse quod in compitis cani consueuerit in Harmodium & Aristogitonem, quòd hi Pisistratidarum tyrannidem sustulissent. Eius carminis hoc erat initium, φίλτατε Ἁρμόδιε, οὔπω τι τέθνηκας, id est, Charissime Harmodi haud quaquam mortuus es. refertur à Suida ac Diogeniano.

Haud canit paternas cantiones. 94

De degenere nato.

Οὐ πατρῴους αὐλεῖ μέλη, id est, Haud paternas canit cantilenas. De eo iactatum qui à paternis moribus degeneraret. Solent liberi maiorum suorum cantiunculis, quas admodum pueri didicerunt, delectari. Terentius in Adelphis, Pol Aeschine, haud paternum istuc dedisti.

Non certatur de oleastro. 95

Vbi de re seria agitur

Οὐ φαύλης ἐλάας, id est, Hoc certamen non est de oleastro, Quoties non de nugis, neque de gloria aut corollis, sed, de re seria ac pecunia ageretur. Siquidem in plerisque certaminibus victoriæ præmium erat oleagina, aut querna, aut alioqui frondea corona. Meminit Diogenianus.

Hasta caduceum. 96

Pacem petentes, ad arma parati.

Δόρυ κηρύκειον, id est, Hasta caduceum. Dici solitum quoties aliquis simul & minaretur & ad concordiam inuitaret. Ex oraculo natum, quod huiusmodi fertur,

Ἀνδρὶ γεφυραίῳ φίλος οἶκος.
Viro Gephyræo grata est domus.

Admoniti erant Gephyræi, vt sequentes Atheniensium exercitum, vbi illos defessos conspicerent, ibi manerent. Itaque quum Athenienses ab Eumolpo oppugnarentur, ad Tanagram iter instituerunt, hac specie vt dux caduceum præferret, iuuentus armata à tergo consequeretur: vt simul & pacem petere viderentur, & ad bellum nihilo segnius parati, siquis lacesseret. Recenset Suidas, & meminit Polybius lib. historiarum 4. Legatum, inquit, ad Byzantios Aridicem missere, & cum eo Polemoclen cum tribus triremibus, volentes id quod est in prouerbio, hastam simul & caduceum Byzantiis mittere. Simillimum est huic quod eleganter vsurpauit D. Hieronymus, Scuto pacem petere.

Gallorum incusare ventres. 97

Edaces gallinacei.

Ἀλεκτρυόνων μιμφιδῶν κοιλίαν, id est, Gallorum incusare ventrem. De edacibus ac luxu multum absumentibus facultatum: huic enim animanti venter mirificè calidus, ita vt omnia statim concoquat. Aristophanes in Vespis,

Ἀλεκτρυόνος μ' ἔφασκε κοιλίαν ἔχειν.
Ταχὺ γὰρ καταπέψαι πάρεστιν. id est,
Mihi dixerat ventrem esse gallinacei:
Velocior enim concoquet hoc argentulum.

Hoc genus homines Græci dicunt καταπεῖν τὴν οὐσίαν, *Καταπεῖν τὴν οὐσίαν.* id est, deuorare substantiam. id enim est atrocius quàm καταφαγεῖν. summam autem profusionem ac celerrimam indicant verbo ἀφανίζειν, id est sic absumere vt *Ἀφανίζειν,* nusquam appareat vestigium. Vtitur his omnibus, sed postremo frequentissimè Aeschines in Timarchum, πολὺ ἀφανίσας.

Ardens vestis. 98

Αἴθων πέπλος, id est, Ardens vestis: siue (quemadmodum in aliis legitur exemplaribus, Αἴθε πέπλῳ, id est, Incensus in veste. Zenodotus prodidit dici solitum de iis qui seditionem mouerent, calumniasque sererent. Existimat autem adagium natum à veste Nessi Centauri sanguine infecta. quam à Deianira missam quum induisset Hercules, incensus igni sacro periit. Porrò fabulam idem recentet ad hanc fermè sententiam. Reliquis Centauris expugnatis ac confectis ab Hercule, Nessus vnus omnium sufferatis peruenit ad flumen Euenum, & in eius ripa versans, solitus est adeuntes transmittere. Deinde euenit vt Hercules in Trachinem ad Ceycem vnà cum Deianira proficisceretur. Posteaquam igitur ipse iam fluuium transmisisset, Nesso mandauit vt Deianiram transferret. At is inter trāsuehendum, vim cœpit adferre mulieri. Quod simulac Hercules intellexisset, videlicet illa vociferante, Nessi præcordia iaculo perfodit. At is sentiens letale vulnus, neque se posse mortem effugere, mulierem accersit: Si vis, inquiens, tibi amatorium efficacissimum parare, quo possis Herculem inflammare in amorem tui, & si quando deperibit aliam, in tui cupidinem reuocare, fac illum meo sanguine perungas. Atque ea persuasa, Nessi sanguinem è vulnere fluentem apud se seruauit. Itaque postquam Trachinem adisset ac rursum inde profectus Oechaliam adortus ciuitatem cepisset, reliqua populatus, Iolen puellam captiuam secum abduxit. Immolaturus autem Ioui parenti victimas ob res bene fortunatas, ad Deianiram mittit iubens vt sibi vestem aliquam magnificam mitteret. Illa certior facta de Ioles raptu, veritaque ne Hercules illam pluris quàm sese faceret (vt est zelotypum mulierum genus) vestem Nessi cruore tinctam imbutamque mittit, philtrum se mittere rata. Hanc indutus Hercules, rem diuinam peregit. Cæterùm vbi calefacta veste, venenum excitatum corpus grauiter adurere cœpisset, auellere conatus est: verùm iam ita penitus adhæserat, vt non sine carnibus ipsis reuelli pos-

fet. His itaque malis discruciatus Hercules, in Trachinem deducitur. Interim illa, cognitis his quæ acciderant, suspendio spontaneam mortem sibi consciuit. At Hercules iussit Hyllo (nam hunc ex Deianira susceperat) natu iam grandem iolen duceret vxorem. Quo facto, in monte Oeta rogum extruxit, cumque cóscendit. Porro quum nullo recusante nullus ex Herculis comitibus auderet ignem subdere, videlicet metu contagij, pastor quidam fortè repertus qui ignem immitteret, atque huic officij præmium sua tela dono dedit. Ardente iam rogo ferunt nubem non sine coniectu obiecisse Herculem, atque ita sublatum ad deorum consortium. Adagium referri non absurdè potest & ad vestem illam quam Medea venenis imbutam, Iasonis nouæ nuptæ dono misit. Quidam existimant naphtha infectam fuisse: itaque admotis vndique ex nuptiarum ritu tedis, flamma transiliit, pariter & puellam & patrem auxiliari cupientem exussit. Huius rei mentionem facit Euripides in tragœdia cui titulus Medea. Huiusmodi fabellas, vt sæpenumero testatus sum, nisi vererer ne parum eruditis videret inculta præterisse, quum in vulgatis collectaneis habeantur, nequaquam ascripturus eram.

ANIMAD. HENR. STEPH.

Blandatur. V. Αἴθει) non video quomodo αἴθειν πέπλῳ significare possit ardens vestis, quum αἴθειν verbum sit, non autem participium nec nomen. Si sublata litera σ, legas αἴθει πεπλῳ, sonabunt hæ voces, Ardet vestis. Itidem αἴθειν ἐν πέπλῳ non significat, Ardens vel incensus in veste: sed Ardes vel incenderis, accipiendo αἴθειν pro passiuo αἴθεσθαι.

Senecta leonis præstantior hinnulorum iuuenta. 99

Γήρας λέοντος κρεῖσσον ἀκμαίων νεβρῶν. id est, Leo senex vigente potior hinnulo. Citatur apud Stobæum ex Hippothoonte poeta, Senectus viri fortis ac strenui præstantior est iuuenta quorundam ignauorum & imbecillium iuuenum. Ve. ultius fiet si longè transferatur. Veluti si quis ingenium docti senis & exercitati præferat ingenio parum eruditi iuuenis. Dicetur non ineptè & in senectutem crudam viridémque, animique viribus adhuc pollentem, in quam competet illud Euripidis ex Ione.

Τὸ μὲν ποδὸς μέλαθρον οὐ τροχηλατεῖ. id est,

Tardus quidem pes, animus ei velox tamen.

Eodem pertinet illud eiusdem in Andromacha.

Πολλῶν γὰρ ἀνὴρ γήρᾳ δύσχρηστος ἦν,
Κρείσσων. id est,

Gnarus senex & iuuenibus complus tibus
Præstat.

Aristophanes alicubi,

Ἐγὼ γοῦν νεμίζω γῆρας εἶναι κάλλιστον ἢ πολλῶν κυνίσκων νεανίσκων. id est,

Meam senectam præferendam existimo
Complurium comis adulescentium.

Nudior paxillo. 100

Γυμνότερος πασσάλου, id est. Nudior paxillo. De extrema paupertate homine dicebatur hæc hyperbole. Nam paxillis corticem quoque detrahimus.

CHILADIS TERTIAE CENTVRIA PRIMA.

Herculei labores. 1

HΡάκλειοι πόνοι, id est, Herculei labores, bifariam accipiuntur, partim pluraliter atque, ingentes, quique vires desiderent Herculanas: quemadmodum vsurpauit Catullus,

Sed te, inquit, quærere iam Herculis labor sit.

Idem Propertius,

Deinde vbi pertuleris quos dicit fama labores Herculis.

Ac rursum alibi,

Non labor Alcidæ.

M. Tullius lib. de Finib. 2. An quid de omnibus gentib. optimè mererere, quum opem indigentib. salutémque ferres, vel Herculis perpetuas: sic enim maiores nostri labores non fugiendos tristissimo verbo scrumnas etiam in deo nominauerunt) exigerem exte, &c. Partim Herculei labores dicuntur, qui sunt eiusmodi vt aliis quidem maximas adferant commoditates, cæterum authori suo nihil ferme fructus adducãt præter aliquantulum famæ, plurimum inuidiæ. Itaque ita fato quodam accidisse putant, quòd ἐν παρόδῳ γενόμενοι, id est, quarta natus luna crederetur, sicut alio dictum est loco. Homerus poetico more causam in Atten deam & Iunonem retulit, quæ infesta Herculi, tãquam ex pellice nato, periculis omnibus illum obiecerit. Celebrantur igitur, atque etiam enumerantur à poetis Herculani labores: quorum omnium longè difficillimus ac maximus hydra Lernæa, malum pertinax, ac propemodum inexpugnabile illis, qui iam omnia deuicerat. Cuius symbolo veteres inuidiam exprimere voluisse, satis indicat Horatius in Epistolis, quò ait,

Hercules periculis omnibus obiectus à Iunone.

-diram qui contudit hydram
Notaque fatali portenta labore subegit,
Comperit inuidiam supremo fine domandam.

Hydra Lernæa symbolo inuidiæ expressa.

Consuerit enim hæc deterrima pestis pulcherrimorum facinorum esse comes, eximiamque virtutem non aliter quàm vmbra corpus assequi. vt appositè dixerit Iosephus in opere De Iudæa capta, ἀμαύρωσιν δ' ἐν ἐπιφανείαις φθόνος ἐφεύρετο, id est, Nulla ratione fieri potest vt in recte factis effugias inuidiam. Quis enim vmbram effugiat inuidiæ, nisi pariter & virtutis lucem effugerit? Cohærent inuicem hæc duo, ac rem omnium optimam res omnium pessima comitatur. Proinde Pindarus videtur non sine causa scripsisse Τὸ δ' ἄχνυμαι φθόνον ἀμείλιχον τὸ καλὰ ἔργα. Graviter & indignè ferens, nimirum quod est indignissimum, præclara facta inuidiæ præmio pensari. Neque verò parum conuenire veteres illi videntur inuidentiæ symbolum excetræ tribuisse, primum paludi malo: quòd (quemadmodum eruditi etiam naturalium curiosarum vestigatores) magis huic morbo sint obnoxij qui humili abiectóque animo præditi sunt: sunt autem quibus sanguis inest frigidior. Eamque ob causam & apud Nasonem,

Qui inuidit, abiecto animo sunt.

-inuidia demum est in vallibus imis
Abdita, sole carent, non vlli perua videtur,
Tristis, & ignaui plenissima frigoris, & qua
Igne vacet semper, tabigne semper abundet.

Inuidia domum.

Neque verò eum simplici portento res, sed centum, armato capitibus: quorum si quis vnum aliquod execuerit, in eius locum protinus duo suppullulent. Ea videlicet inuidentiæ natura est vt si contra lucteris, magis ac magis irrites: si quando conaris splẽdore virtutis opprimere, tum insurgat acrior, & intumescat. Nec si recidas, illic maior obortur. Carpitur extingui non potest, vix tandem obruitur. Verum id perpaucis contigit ac vix etiam ipsi Herculi. Quanquam enim liuor, velut ignis, alta petit, est tamen omnino aliquid vsque adeo perfectum & illustre, vt eò non possit attingere. Quò loci peruenisse sese gloriatus Horatius quum ait,

Natura inuidiæ.

Liuor alta petit.

Inuidiáque maior.

Ac rursum alibi,

Et iam dente meus mordeor inuido.

Iam verò quid aliud est quod obtrectatores isti clanculum solent in eos euomere qui pulcherrimis sudoribus orbi prodesse contentes, præclarum aliquid moliuntur, quam merum virus ac venenum pluquam fetale? Quandoquidem generosis & excelsis animis fua fama quam impetunt isti, non paulo carior, antiquióque solet esse quàm ipsa vita. Porro quod Gentilium fabulæ sub Herculis ænigmate significarunt, idem Hebræorum historia sub Ioseph inuolucro nobis innuit. Nam quod illi Lerna, id huic fuit fratrum inuidentia. Sic enim interpretatur Philon in libro cui titulus πολιτικὸς βίος. Existimat autem Ioseph eorum repræsentare personam qui rerum publicarum gubernacula tractant: hoc videlicet argumento, quòd is pastor adhuc quum esset, iam tum rectè factis simul & patris fauorem emeruit, & germanorum in se concitauit æmulationem. Quid autem aliud est rempublicam administrare, quàm pastorem agere? Quandoquidem & Homerus, quem inibi citat etiam Philon, regem ποιμένα λαῶν, subinde vocat. Siquidem nullorum benefactis malignius respondet gratia, quàm eorum qui de vulgò bene merentur. Sed quod Hercules assecutus est

Obtrectatorum virus.

Ioseph inuidiosè tractatus.

tus est igni Græcanico, id Ioseph magnitudine benefactorum ac diuini numinis fauore consequutus est, vt inuidiam obtueret, & eosdem aliquando supplices haberet quos antea pertulerat æmulos, seque iam illi vitam debere faterentur, cuius vitæ pridem tetenderant insidias. Proinde principes, qui publicum agunt negotium, hoc animo præditos esse oportet, vt ad hoc exemplar, communem modò spectent vtilitatem: nec magistratum, perinde quasi cauponatio sit, sibi gerant, non aliis: nec legum veluti laqueis inuidiam velint vnde perpexerint emolumentum aliquod auferri posse, sed gratis de bonis bene mereantur: cum monstris, hoc est cum vitiis, assiduum bellum gerant, ola recti conferentia, tanquam abundè magno recte factorum præmio, contenti. *Non debent principes deterreri si ab inuidis incessantur.* Quòd si meritis tuis fama maligne responderit, si clanculum obtrectauerit liuor, si Lernæa belua vel trecentis capitibus vndique venenum affluerit: tum illud demum animi vere subliuis & muniti fuerit documentum, nihilo segnius ad immortalem enitilaudem, ac vel maximis incommoditatibus suis, aliorum consulere commodis: & hunc pulcherrimum maximumque virtutis fructum ducere, si quamplurimis quam maximè prodesse liceat, atque hac parte, quoad mortalis fas est, immortale numen imitari. Ad quod quum nulla gratia, nullum officium à nobis redire queat, tamen natiua genuinaque bonitate, solis in mortalibus, omnibus gratis & ingratis, dignis iuxta atque indignis suam impertit munificentiam, hunc vnum spectans fructum, si quamplurimos sui participes effecerit. Verùm vt ad Deum nullum emolumentum tam benefactorum redire potest, ita nec ingratitudinis molestia potest attingere. Mortales sed experimento eueniet vt pro summis mentis summique ingenij fructibus tumultumque reportent incommodum. Quod in vilis hominum fæcibus hoc cognomen vsurpatur, vt Herculani dicantur, eorum certè vel maximè deberi videtur, qui in restituendis antiquæ veraque literaturæ monumentis elaborant. Quippe qui quum sudores incomparabiles suscipiant propter incredibilem negotij difficultatem, tamen vulgi summam in se concitant inuidiam. Cui cùm res præclarè semper obnoxiæ fuerunt, tum verò præcipuè omnes non solùm apud imperitos, verumetiam apud eruditos: adeo nusquam magis ingrati sumus, magis inuidi, magis morosi, nusquam minus candidi, quàm in pensitandis eorum laboribus, quibus (meo quidem animo) nulla vnquam satis digna gratia referri queat. Indocti negligunt, semidocti rident: docti (si paucos exceperis, præcipuos quidem illos, sed tamen paucos) partim inuidere, partim morosius carpere ac diuisa multis tam multa quæ rectè dicta sunt, sicubi forte fortuna semel atque iterum lapsus fuerit author (quis autem non labitur aliquando) id solum annotant, id solum meminerunt. I nunc, & hoc tam magnificum præmium tot tamque diuturnis vigiliis, tot sudoribus, tot incommodis redime. Abiecta te commoditatibus humanæ vitæ voluptatibus, negligentem familiarem, ne parce formæ, ne somno, ne valetudini. Bonam conflabis iacturam oculorum, accersis præmaturum senium, contemnis vitæ detrimentum: vt plurimorum odium in te concites, plurium inuidiam, vt pro tot vigiliis ronchos aliquot auferas. Quem deinde hæc non deterreant à capessendis huiusmodi laboribus, nisi cui sit animo planè infracto, qui possit alios iuuandi studio, quiduis & facere & pati? Commouit hæc cogitatio nonnihil animum meum, vt verum fatear, atque in medijs huius operis exantlandis laboribus lassitudo quædam oborta est, cogitandi nempe qualibus viris, quos nostra vidit ætas, quàm maligne fama respondeat, etiam aliquanto iam tempore defunctis: quam irreuerenter despiciantur ab his quos verè dixeris indignos qui illis matellam, vt dicitur, porrigant, quàm ingratè carpantur a semidoctis, quàm pauci etiam inter eruditos qui candidè plenoque laudent ore. Alius desiderat aliquid, alius inuenit quod non probet, alius vitam incessit: alius fastidienter laudat, vt præstiterit vituperasse. Postrò nulli iudicant iniquius quàm vel semidocti, qui doctrinam alienam sua metiuntur, & reprehendendum existimant quicquid ipsi non didicerunt: vel eruditi: qui nondum hoc laboris genus degustarunt. Nam hi planè, iuxta Græcorum prouerbium, ἀπὸ πόρρω κρίνουσι ἀγαθὰ, & ipsi stantes in litore, nauigantis artem ac discrimen spectant otiosi. Quòd si fecissent periculum, vt minore fastidio, ita maiore cum vsura legerent aliorum lucubrationes. Hoc itaque quum videam tantis in re literaria proceribus, vel heroibus magis, accidere: quid tandem augurer, futurum de me, cuius omnia quàm ab illis multum [illegible] quidem non sum nescius, præsertim in eiusmodi re tenere, in qua multo plus est laboris quàm quisquam facilè coniecerit, qui periculum ipse nunquam fecerit? *Multus labor in Chiliad. impersus.* Deinde multis de cautis lapsus facimus. Postremò nusquam citius inuenerit quisquis quod desideret. Quare non arbitror futurum alienum, si posteaquam ipse locus admonuisse videtur, super hisce rebus pauca differã: non quo meum iactitem ingenium, aut ostentem industriam, sed vt lectorem mihi reddam æquiorem. Erit autem certe multo minus iniquus, quisquis perpenderit quam imminentis sudoribus, quàm infinitis difficultatibus hæc adagiorum quantumlibet rudis sylua mihi constiterit. Iam hic igitur primus esto calculus, rerum ipsarum antiquitas non ab Euandro, aut Aboriginibus, sed ἀπὸ Καπαίου quemadmodum dicũt Græci, sed ab ipso vsque Saturni seculo, &, si quid est hoc etiam antiquius, repetita. Vnde fit vt pleraque sint à nostrorũ temporum consuetudine διὰ βίου μακρὸν, quod aiunt, remota. Proinde quid tibi velis adagium, aut diuines oportet, & Delium aliquem natatorem requiras, aut ex antiquis authoribus petas enarrationem. Ex quibus tandem authoribus? Non ex vno alteróve, aut certis aliquot, quemadmodum visuenit in alijs argumentis. Veluti siquis instituat de arte dicendi conscribere, certos quosdam habet & idoneos authores, & eos nod admodum sane multos, quos imitari sufficiat. At hic quidquid est scriptorum, veterum, recentium, bonorum simul & malorum, in vtraque lingua, in omniiugi disciplina, breuiter in omni scripti genere, necessum fuit non dicam euoluere, sed curiosius ac pentius excutere, rimarique. Siquidem adagia, ceu gemmulæ, quòd minuta sint, saluum non nunquam venantes oculos, et acutos intendas. Præterea nec obuia sunt, sed plerique rerum, vt prius eruenda tibi sint quam colligenda. Quis autem satis æstimet quàm infiniti laboris sit res tam minutulas, ceu per omnia maria terrasque rimari? Vix ætas humana sufficeret vt tot vtriusque linguæ poetas, tot grammaticos, tot oratores, tot dialecticos, tot sophistas, tot historicos, tot mathematicos, tot philosophos, tot theologos (quorum vt vetus recensendis defatigetur aliquis) excutias & reuoluas: neque id semel, sed sursum ac deorsum in his, vtcunque res postulauit. Sed laxum velene hoc, opinor, nemo non videt, nemo non fatetur esse maximum. At ea quæ tot portis, quasi ex Troiano equo, in quibus aliorum supinitas atque inscitia, nonnullorum etiam imperitia (nam hi quoque sunt euoluendi, ni mirum vt aliquando leges earum è Pecore) non mediocrem farinam adiungere nostris laboribus. Age verò quid ergo nunc allegem prodigiosam librorum depravationem? quæ sic Latinorum partem & Græcorum codices omneis occupauit, vt quicquid attigeris citaturus, vix vllam cernas quin aut manifestum mendum offendat, aut laboleat occultum. Ibi verò sudor nouus, explorandæ conferendæque exemplaria: nec ea sane pauca, quo videlicet è multis vnum aliquod contingat emendantius, aut multorum collatione, quod verum ac germanum sit quasi diuines. Ferendum hoc quoque, nisi pene toties accideret quoties citaueris aliquid. Standum autem passim. His tam multis appone & illum calculum, haudquaquam opinor aspernandum, quòd opera veterum, ex quibus ceu fontibus hausta sunt prouerbia, magna ex parte desiderantur. Siquidem vtraque Græcorum comœdia funditus intercidit, vno excepto Aristophane. Latinorum item tragœdia, præter vnum Senecam. Fortassis & hoc toleranti poterat, si modò lucubrationes illorum extarent, qui prouerbia ab illis collecta commentariis sunt interpretati. Quorum de numero sunt, Aristoteles, Chrysippus, Clearchus, Didymus, Tarrhæus, cúmque his alij nonnulli, quorum ne tantulum quidem fragmentum ad nos peruenit. Superfunt igitur nobis recentiores quidam, vt indilgentes, nullóque delectu, ita ieiuni quoque mutilique, velut Zenobius, Diogenianus, Suidas, quibus haud dum constitui malimne gratiam debeamus, qui ex tam absolutis tamque copiosis authoribus tam paucula quædam, tamque nuda nobis tradiderint: an bonam, quòd illorum studio, qualiacunque fragmenta vetustatis ad nos permanarint. Nisi

Qui homines Herculani dicendi.

Non obuia sunt vt plurimum adagia.

Mendosi libri veteres.

Multa desiderantur veterum scripta.

Epitomarum genitores.

siquis id etiam horum epitomis acceptum ferat, quod illi neglecti perierunt. quemadmodum Latini quidam Liuij interitum Flori, Trogi Pompeij, Iustino: Iuris Cæsarei, Iustiniano: [illegible] Quid quod inter hos vique adeo non conuenit, vt sæpenumero secum pugnantia scribant? vt hoc denique pondus accedat tuis laboribus, non euoluendi solùm eadem de re varios interpretes, verumetiam iterum atque iterum inspiciendi, conferendi, perpendendi, iudicandi. Nunc illud etiam mihi cogita, in aliis libris sæpe locum esse ingenio, vt adsit inueniendi, ceu pariendi, voluptas: possisque quouis loco, quouis tempore, mentis agitatione portionem aliquam operis absoluere: quantúmque valueris ingenij celeritate, tantum maturare quod instituens: hîc, velut alligatus pistrino, non fineris vel latum, vt aiunt, pedem à codicibus discedere. Totum enim ferè negotium pendet à codicum copia, præcipuè Græcorum: quorum iam quanta sit inopia nemo nescit. Vnde fit vt partim oculos conteras in voluminibus cariosis, situ obsitis, laceris, mutilis, à tineis ac blattis vndique derosis: tum autem non rarò lectu etiam difficillimis: breuiter eiusmodi vt qui in eis diutulè versetur, facilè cariem & senium quoddam sibi contrahat, partim etiam alienis: quod ipsum quanti refert, vel me tacente, protinus agnoscunt ij qui fecere periculum. Vt ne dicam interim illud, siquid in huiusmodi commentariis voluptatis est, id totum esse lectoris: ad scriptorem nihil attinere præter odiosum illum ac semper eundem colligendi, conuerrendi, explicandi, vertendique laborem. Atqui voluptas, vna res est (vt verè dixit Aristoteles) quæ præstat vt in labore diu perseuerare possimus. Alibi licet ingenio ludere, licet eloquentiæ floseulis aliquando lasciuire. Sunt excessus amœni, in quibus lassus desideas, ingeniique vires refocillet. Cum in omni negotio, tum præcipuè in literis, varietas satietatem arcet, neque patitur oboriri tædium. At hic mihi non δὶς κρούειν, quemadmodum est in Græcorum prouerbiis, sed ter millies eadem illa repetenda fuerunt, quid sibi vellet adagium, vnde natum esset, & quem in vsum conueniret: vt non alibi magis quàm hîc locum haberet illud Græcis tritum adagium, ὑπὲρ ἀθέσφατα. Postremò nonnulla voluptatis pars est, huiusmodi tractare res quæ tractatu nitescant, quæque vltro splendorem & orationis copiam authori suppeditent. Hic quę tractantur, omnia sunt huiusmodi, vt vsu, non tractatione splendescant: ac tum demum genuinam suam ostendant gratiam, quum, gemmarum instar, commodè inserta orationi visuntur. Separata frigent, ac minutula leuiaque quæpiam esse videntur. Adde nunc quòd alibi summa rerum opus æstimatur, & lector non aliter quàm scriptor laborat: huiusmodi quoniam carptim legũtur, qui legit, ad vnumquodlibet prouerbium animum adfert integrum, otiosum, nonnulli fortassis auidum etiam, alius contrà fastidientem. Quàm autem iniqua interim mea conditio, à quo illud requiritur, vt in singulis adagionibus expleam otiosum, satietem auidum, satisfaciam fastidioso? Accedit ad hæc omnia, Græca vertendi labor: quem profectò nemo non difficillimum iudicabit, nisi qui nunquam annixus sit ex bene Græcis bene Latina facere.

Copia codicũ.

Græca rerum varietas.

Authorum magna turba, in adagijs cõgerendis.

Hic mihi rursum perpende tantam authorum varietatem, quorum vnicuique suus reddendus stilus: cogita tot carminum genera, quorum in hoc opere tam ingens incidit turba. nam arbitror esse non pauciora decem millibus: vt siquis hoc mensium spatio quibus laborem hunc absoluimus, tantùm carmina tam multa Latinè reddidisset, idque carmine, non videatur vsquequaque insimulandus ignauiæ. Porrò quid alij censuri sint, nescio: equidem etiam illud arbitror esse nonnihil, in tam immenso prouerbiorum numero me miniſſe quid quo loco dixeris, neque rerum turba cõfundi. Proinde qui in tantis difficultatibus versetur, quas omnes vel percensere sit difficillimum, quid mirum siquando labi cõtingat maxime festinantem? Cur autem mihi festinandum fuerit, mox redderur ratio. Quòd si Flaccus etiam in aliis argumentis, in quibus hæc absunt incommoda, dat veniam maculis, quas aut incuria fudit, aut humana parum cauit natura: si concedendum putat vt in opere longiusculo somnus obrepat: si non indignatur Homero alicubi dormitanti: quid tandem causæ est cur mare cælo misceamus si pauculi fortè errores in huiusmodi deprehendantur opere, in quo præter communes illas labendi causas, nec liberum sit rem tuis auspicijs peragere, & eiusmodi duces habeas qui subinde præbeat ansam errandi? Vt nequid dicam interim de codicum mendis, quæ nonnunquam doctissimus viris imponunt: vt sileam de tædio, quod vel præcipue consueuit ingenij vigorem hebetare: vt taceam de tam varia rerum omniũgarum quasi farragine, qua fit vt animus huc atque illuc in tam multa distractus, non possit semper sibi præsens esse. Reliquum esse videtur vt paucis occurramus & iis, quos auguror in hac nostra sylua curæ diligentiæque plusculum desideraturos. Nam quosdam hoc animo esse video, vt libros mole non eruditione metiantur, & id demum absolutum existiment vbi nihil adiungi possit, supersint pleraque: quibus nihil satis nisi quod impendio nimium: atque ibi denique copiam esse iudicent quum ad satietatem vbique dicuntur omnia. Horum igitur quispiam dicet, quædam à me copiosius locupletiúsque tractari potuisse. Tum autem in euoluendis authoribus occurret alicui locus aliquis qui ad prouerbium faciat: aut non faciat, sed illi facere videatur: hunc protinus cauillabitur prætereuntem à nobis. Principio, quis rogo tam arrogans, qui istud ausit profiteri? quis tam iniquus vt exigat, in huiusmodi scripti genere nequis omnino prætercatur locus? Vt nihil non legeris, nihil non adnotaris, nihil non apparaueris, itane statim in tam immensa rerum turba succurrit quod oportuit, quóque oportuit loco? Deinde quæ tandem futura fuerat ista molesta diligentia, vndecunque conquirere quicquid quocunque modo poterat ad prouerbij locupletationem accommodari? Quis tandem futurus fuerat voluminum aut modus, aut finis, si Sardonium risum (vt hoc exempli causa ponam) explicans, totius huius insulæ descriptionem è geographorum omnium libris repetere voluissem: loci situm, gentis antiquitatem, originem à capite, quod aiunt, vique ad calcem perscribere? Deinde quę sit eius herbæ species, quę vis, qui: quid apud vllum mediocrium super hac literis proditum inueniatur, in vnum conuerrere? Ad hęc qui risus ille gignatur: quibúsque de causis appareat in moriente, ex physicorum sententia commemorare? Deinde quibus hoc risus genus aliquando fuerit familiare, ex omnibus historiarum monumentis perquirere? Tum autem quàm hic risus virum probum dedeceat? In summa, quicquid de laudato aut illaudato risu legatur apud morales philosophos, ac poetas, id omne in eundem congerere aceruum? Postremò siquod apophthegma, siquid vrbane dictum, siquod memorabile factum, siquis apologus, siqua fabula, siqua sententia, siquid omnino vel affine, vel contrarium, quod ad explicationem adagionis vtcunque trahi queat, id vniuersum accumulare? Hoc propositi si mihi fuisset, quis non videt ex singulis adagijs singula volumina reddi potuisse? Qui minus absurdum hoc, quàm si prouerbium ἴσως κακῶν enarraturus, vniuersum bellum Troianum à gemino, sicut ait Flaccus, ouo pergam ordiri? aut explicaturus Ὀδυσσέως μηχάνημα, vniuersum Odysseę retexam argumentum. Deinde quàm frequenter hic incidunt loci communes de morte, de amicitia, de simultate, de iusto atque iniusto? Sed ineptè facio, qui eos recensere pergam, quum totidé pene numero sint quot ipsa prouerbia: quod haud magni negocij fuerat ita declamatorijs locupletare rationibus, vt singuli vel in voluminis magnitudinem fuerint exituri. At istam sane diligentiam, præterquam quod ea stultissima futura fuerit, ne præstare quidem possit qui scribit Chiliadas, neque ferre qui legit. Itaque magis arbitratus sum in hoc opere modum esse quęrendum mihi quàm copiam, exitum potius quàm progressum. Quanquam siquid properantibus nobis velut obiter in mentem venit quod & dignum cognitu videretur, & à prouerbio non alienum, id quidem non sumus grauati, ceu auctarium, adiicere. Denique sunt aliquot loci (cur enim non ingenuè fatear?) sed hi non admodum multi, in quibus & ipsi desideramus nonnihil: quos tamen non existimauimus omnino silentio prætereundos, tametsi nobis non vsquequaque satisfacerent ea quę super his apud authores adhuc reperissemus: sed vel in hoc recensere visum est, vt aliis, quibus seu plus est ocij, seu maior librorum copia, seu memoria felicior, & vberior eruditio, diligentius inuestigandi ministraremus occasionem: ipsi Comicum interim illud vsurpantes, οὐχ ὡς διώκομεν, ἀλλ' ὡς ἀκολουθοῦμεν. Videbam & ordinem nonnullum induci posse, si similium, dissimilium, contrariorũ, confinium̃que ratione

Quandoque bonus dormitat Homerus.

Tu es, qui dicas aliquid desideres.

Modum fuisse quærendum.

secutus, titulos quamplurimos proposuissem, & vnumquodque prouerbium velut ad suam classem retulissem. Verum hunc prudens omisi, partim quòd in huiusmodi micchaneis hoc ipsum mihi videretur nescio quo pacto decere, si nullus adsit ordo: partim quia videbam, si omnia eiusdem sententiæ velut in eandem classem insulsissem, futurum vt ex æqualitate lectori fastidium oboriretur, ac subinde nauseans clamaret illud Ἓν χρῆμα πάντα. καὶ ὁ δοὺς Κόρυβας ἔχει ἐν τῷ λόφῳ. partim quòd me deterruerit magnitudo laboris. cui enim mentiar? Perspiciebam id fieri non posse nisi totum opus denuo à capite vsque ad calcem retexuissem: neque cogitandum de editione, nisi iam tupremum illum colophonem addidissem: vt verè iam opus futurum fuerit Horatiano nouennio. At nunc licuit etiam inter edendum adiungere siquid occurreret indignum quod prætermitteretur. Porrò autem vix adducor vt credam vllos tam iniquos futuros (quanquam & hos futuros arbitros) vt eloquentiam etiam exigant, primùm ab homine Hollando, hoc est plusquam Bœoto, sed extra iocum, in opere quod totum ac propriè sit ad docendum accommodatum, & ad docendum res, non illas quidem indignas cognitu, sed ita minutas atque humiles vt non modò non affectent orationis ornamenta copiamque verumetiam repellant ac repudient. In tam varia rerum consarcinatione, in tam assidua nomenclatura scriptorum etiam nimium, quę mihi docendi causa crebrius tum & prolixius erat adhibenda, in tam frequenti Græcanici sermonis interiectione, in tam crebra traductione, quis erat splendori locus, qui nitor, quæ æquabilitas, qui fluxus orationis esse poterat? M. Tullius non requirit eloquentiam a philosopho, & quisquam eam requirat a parœmiographo? Seneca nusquam desiderat eam, imò quum parum cohæret, quum vitiosa est, vt res magnas magnificè prosequatur: hîc affectare rhetorum supellectilem, obiecto quid aliud erat, quàm quod aiunt ὀνηστὸν μαχαίριον; & ἐπὶ ψιλαῖσιν ἐκτέμνειν πολλοὺς ἀφαιρέσεων vt ne dicam, τὴν χύτραν ταπύειν. Me quidem, qua quam in alijs non aspernor, nunquam magnopere cepit eloquentiæ studium: sed nescio quo pacto magis semper arrisit cordate quàm picta fucis oratio, dum abhorret sordes, dum mihi sententiam animi non incommodè repræsentet. Quòd siqua nobis dicendi virtus aliquando comparata fuisset, eam necessum erat in tam diutina, tam varia, tam tumultuaria Græcorum & Latinorum authorum euolutione perire. Quandoquidem vbertas hæc, vel Tullio telle, breui etiam intermissiuncula solet sterilescere. Tam si res ipsa maximè reciperet ornamenta dicendi, ne vacabat quidem. Quum omne tempus tot euoluendis libris, tot annotandis locis, tot rebus memoria complectendis angustum etiam erat. Quanquam hæc ipsa verbis non omnino malis efferre, nonnullum, opinor, eloquentiæ partem exhibebit is cui verè cognitum fuerit quid sit eloquentia. Nihil enim moror illos quosdam eloquentiæ penè dixerim simios qui dicendi virtutes manu quadam, ac puerili vocum tinnitu metiuntur: atque vbi multorum denique dierum lucubratione vnum aut alterum floseculum suis intertexuerint scriptis, & quatuor è Ciceronis, ac totidem è Salustij voculas aspersserint, protinus apicem Romanæ facundiæ assequutos se credunt. Tum displicet D. Hieronymi stilus, tum patet Prudentius. tum elingue, mutum, infans esse videtur, vbicunque non viderint quatuor illas M. Tullij voculas. His siquando factum esset periculum, quid sit huiusmodi, sicut videntur, nugas libris prosequi, fortassis & suam agnoscerent infantiam, & alienam eloquentiam minus impudenter contemnerent. Sed dixerit mihi quispiam monitor haud aspernandus, Atqui hoc ipsum elegans erat, artificio dicendi rebus minutis nonnihil amplitudinis addere, humilibus adiungere dignitatis aliquid, & vt inquit Vergilius.

-exigua hunc addere rebus honorem.

Neque verò non vacasset, si modò sepa rasses colligendi & expoliendi operam, ac tantum huic reb. temporis spatium impertisses. Quæ necessitas erat vt iuxta Plautinum dictum, simul & sorberes & flares? Quis adegit vt præcipitares editionem? & opus tam ingens, tam operosum, vt ita dixerim, sesquianno perficeres, perfectum statim euulgares? Quòd si Flacci præceptum sequutus, vigilias tuas in nonum prælisses annum, fieri poterat vt non solum eloquentiæ gratiam adiungeres, verumetiam vt copiosius & emendatius opus in lucem exiret, nec esset cuius te pœniteret, nec cui quicquam apponi velles: Alioquin aut non oportuit suscipere prouinciam, aut erat susceptæ per omnia satisfaciendum. Hic ego profectò (neque enim mihi moris est refragari veris) nonnullam culpæ partem agnoscam necesse est. Neque enim me clam erat, opus hoc requirere non theologum hominem, qui interas antiquas leuiter, ac veluti prætercurrens degustasset, sed qui vitam omnem euoluendis, interpretandis, excutiendis id genus authoribus contrisisset, eaque non tam immotari sed immori quoque studijs huiusmodi heuisset. Planè perspiciebam, hunc laborem nec vnius esse hominis, nec vnius bibliothecæ, nec paucorum annorum, quem nos soli, nostróque, vt aiunt, Marte, breuius sesquianno absoluimus, vna duntaxat adiuti bibliotheca, nimirum Aldina: copiosissima quidem illa, quæque non alia bonis libris, præcipue Græcis instructior, vt ex qua, ceu fonte, omnes bonæ bibliothecæ per omnem vsque orbem nascuntur ac propagantur. itaque locupletissima quidem, non diffiteor, sed tamen vna. Verum est quo culpam hanc si non purgare, certè minuere possim: primùm quòd olim me ad hoc muneris suscipiendum non tam incrauit ratio quam induxit cælius, & amicorum preces impulerunt. quibus equidem cum nec alias vsquam magnopere repugnare possim, tum verò Mæcenas ille meus Guilielmus Montiolus, inter alios Britannos ex proceres eximius, hoc à me contendebat, sic meritus, sic eflagitans, vt omnia posthabenda ducam quoties illius nos gerundus est voluntati. Quòd si philosophorum etiam dogmata concedunt, vt in gratiam amicorum non nunquam aliquantulum à recto declinemus, mihi dandam esse veniam arbitror, qui dum tanto amico gratum facere studeo, prouinciam suscepi pulcherrimam quidem illam, sed mihi fortassis non perinde aptam, præcipuè quum viderem eruditorum neminem hoc negotij capessere: non quòd impares tese iudicarent vt equidem opinor, sed quòd vigilias illas immensas viderent, atque refugerent, maximè quum intelligerent gloriæ prouentum laboribus minorem futurum. Deinde quum videremus hunc esse operis suscepti naturam, vt ipsum in se nullum haberet modum, videlicet necessum habuimus modum illius, non ipsius ratione, sed nostris occupationibus metiri: vt tantum impenderemus operæ, non quantum postulabat, sed quantum à nostris studijs citra vitium decidere posse videbamur. Itaque paulo festinantius absoluimus, partim quòd in hoc opere nobis veluti peregrinari videremur: partim quo liceret, his absolutis toto pectore reuerti ad ea quæ nostræ sunt propriæ professionis, quæque ad menses aliquot intermisimus, amicorum potius tatem magis quam nostrum iudicium sequuti. Quanquam Horatiano præcepto non ita valdè commoueor. hoc enim ille præceptionis qui adjungendi laudem scriberent: nos præter vtilitatem lectoris nihil spectauimus. Præceptionis qui carmen conterberent, in quo, teste Plinio, summa desideratur eloquentia; nos adagiorum commentaria colligitur. Denique nouennem istum curam (quam tamen nec ipse præstitit in carmine) fortassis præstiterit aliquis, in centuria Verùm eadem in Chiliadibus tum perquam arduum esse videatur præstitire, tum requirere parum humanum: quum hoc ipsum abunde laboriosum sit, vel scribere Chiliadas: vt ne adiungas toties mutandi laborem, qui priore videtur non paulo difficilior. Quanquam equidem arbitror, curam quam requirit Horatius, non temporum sparis, sed intentione metiendam esse. Qua quidem de re verè possum affirmare, me summis annixum viribus, vt quòd tempori detractum videretur, id vigilantia atque assiduitate studij pensarem: vt sperem candidos lectores nec hanc partem omnino desideraturos. Nam si spatij rationem habeas, præcipitauimus opus: si noctes diesque infatigabili studio desudatas æstimes; maturauimus. Quòd si non modis omnibus nostra cura respondet operi, illud certè constabit, me, quicunque vnquam de prouerbijs conscripterе apud Græcos, vel apud Latinos (loquor de iis quorum extant commentarij) diligentia, non mediocri spatio præcessisse. Postremò quoniam & infinitum est opus, & ad communem vtilitatem paratum, age quid vetat quominùs operam partiti, communi studio perficiamus? Ego meum persolui pensum, & fessus lampada trado: succedat qui vices operis excipiat. Ego lyluam ministraui,

Eloquentia cur non tam laudata.

Eloquentiæ finis.

Non fuit operæ pretium singula expiare.

Difficultas huius concinnandi operis.

Quis primùm ad id laborem Erasmum induxit.

Festinanter hoc absolutum opus.

Nouennium Horatianum.

Maturatum opus.

Infinitus hic labor.

non omnino, sicut opinor, malignam accedāt qui dolent, qui perpoliant, qui variegent. Ego partem eam absolui in qua plurimum fuit laboris, gloriæ minimum: non pigeat alios adiungere quod & facillimum erit, & splendidissimum. Mea nihil refert, quicunque nomine legatur, non laborabo penes quemcunque summa gloriæ futura est, modò nos occasionem dederimus vt ad studiosos tanta manarit vtilitas. Neq; verò vel tantillum offendar, siquis nostra castigabit eruditior, locupletabit diligentior, digeret exactior, illustrabit eloquentior, expoliet otiosior, vindicabit fœliciordam id cum publica studiosorum commoditate fiat, quam vnam vsque adeo spectauimus in hoc operè, vt nostri nullam rationem habuerimus. Alioqui poteram & ipse, quod plerique faciunt, eiusmodi laborem deligere qui longè minoribus ludoribus mihi constitisset, idémque longè maiorem gloriæ fructum attulisset. Quis enim non iudicasset egregium ac magnificum factum, si totum Demosthenē, aut Platonem, aut aliquem huiusmodi Latinis auribus tradidissem? Atqui dictu difficile sit quanto minore temporis, vigiliarum, oleique impendio munus hoc conficere licuisset, quàm has, sicuti videntur, nugas congerere. Poteram ex tanto numero duas aut tres centurias mihi deligere, atque in his expoliendis, locupletandis, elimandis, omneis ingenij neruos intendere: non paulò minore laborum sementē, multo tamen vberiorem famæ messem mihi paraturus. Verùm hoc fuerat meum priuatim, non publicum studiosorum agere negotium. Atqui, sicut ego quidem arbitror, oportet in restituenda literaria re animum Herculanum præstare, hoc est, nullo tuo incommodo à communi vtilitate curanda vel deterreri, vel defatigari. Sed his de rebus plus satis iam dudum vereor nequibus Herculani laboris imbar esse videatur, hunc tam prolixum sermonem, in quem nos Herculani laboris adagium induxit, perlegere. Quare finem faciam: sed si illud addidero, quum hæc primùm ederentur, me labores omneis Herculeos superasse. Siquidem ille, semper alijs inuictus, duobus simul monstris par esse non potuit. itaque fugiens, prouerbium nobis relinquere maluit, quàm Martem expetiri: facius esse ducens, videri incolumem, quàm laudari extinctum. Nobis autem eodem tempore cum duobus monstris immanibus fuit congrediendum, quorum vtrumuis tantum habebat negotij, vt multos Hercules requireret, tantum abest vt vnicus homuncio duobus par esse posset. Nam Basileæ simul typis excudebantur adagiorum Chiliades, sic emendatæ locupletatæque, vt non minoris mihi constiterit instauratio, quam prior editio quam Venetiæ apud Aldum Manutium peregimus. Et vniuersæ D. Hieronymi lucubrationes, e quibus vt maximam, ita difficillimam quoque partem mihi propriè sumpsi, nempè libros epistolares, haud leuem, per Musas, prouinciam, licui tantum voluminum vel euoluendum modo sit. Nunc, Deum immortalem, quam grauis cum mendarum portentis, quibus illic scatebant omnia, mihi fuit lucta. Quanto labore repunend. Græca, quę vir ille passim adiecerat. nam ea plerunque vel deerant, vel perperam erant addita. Neque verò mediocribus mihi vigilijs constiterunt qualiacunque illa si bolia quæ cum suis argumentis adiecimus, non solùm ob id, quòd in re primùm à nobis tentata non esset quem sequerer, cuius ij uentis adiuuarer: verumetiam quòd, vt Romulum narrant non minus magnificum fuisse sceptorum factionis ostentatorem, quàm rerum egregiarum gestorem: ita Diuus Hieronymus vt diuitem quendam ex omni disciplinarum & authorum genere constructum penum habuit in pectore, ita nemo doctrinæ suę opes in scriptis ambitiosius, vt ita dicam, ostentat. Adeò tenera quædam gloria, quicquid in Vetere, quicquid in Nouo instrumento rerum, quicquid in fabulis, in historijs, quicquid in Græcis, quicquid in Hebraicis literis exquisitum, id obiecit, intulcit, inculcat. Iam in ordine digerendo, qui variè à diuersis erat confusus, etiamsi nulla est ingenij laus, tamen haud parum fuit molestiæ. Tanta rerum moles hunc homuncionem sustinenda fuit, & quidem vnum. Nisi quòd in vocibus aliquot Hebraicis, quod eas literas leuiter ac primoribus modò, quod dicitur, labris degustassemus, Brunonis Amerbachij, doctissimi pariter ac modestissimi iuuenis, opera nonnihil sumus adiuti. Cui vicissim reliquam huius operis portionem exequenti, in Græcis ac Latinis restituendis locis aliquot adsumus, operam opera pensantes. Vt ne commemorem interim nonnihil fuisse negotij, vt quæ Hieronymianis lucubramentis fallo titulo fuerant admissa, partim erudita, partim iuxta indocta & insulsa, nonnulla dementiæ quoque speciem præ se ferentia, certis coniecturis, ceu vestigijs quibusdam, deprehe demus, atque exempta suis redderemus locis. Dein vt hominis sanctissimi vitam, studijs non vanis modò, verumetiam insulsissimè proditam, ex omnibus ipsius monumentis colligeremus. Adde iam, quòd huiusmodi laborum ea ratio est, vt fructus & vtilitas ad omnes perueniat, molestiam nemo sentiat, nisi vnus ille qui sustinet. Neque enim illud animaduertit lector, qui totos libros inoffensus decurrit, nobis aliquoties ad vnam vocularn dies aliquot resistendum fuisse. Nec intelligit aut si intelligit, certè non meminit) quantis difficultatib. nobis constiterit illa, qua legens fruitur, facilitas, quanti que molestias ea molestia sit adempta cęteris. Proinde ioleo & ipse mihi quarta iam videri natus, cui nescio quo fato contigit in huiusmodi pluriquam Herculaneos labores incidere.

Poterat aliquid aliud facilius instituere, vnde maiorem gloriā hauiisti.

Duo labores Herculis, ab Erasmo confecti.

D. Hieronymi eruditum penum.

Bruno Amerbachius.

Effugi malum, inueni bonum. 2

—ἔφυγον κακὸν, εὗρον ἀμεινον. id est,

Euge mala iam nactus melora.

Hemistichium prouerbiale, dici solitum siquando fortuna lautior cuipiam contigisset. Natum aiunt a cerimonijs nuptialibus. nam Athenis mos erat vt in nuptijs puer quispiam induceretur vndique spineis frōdibus & quernis glandibus operitus coronatusque, cunas gestans panibus impletas. Dicebat autem hæc,

ἔφυγον κακὸν, εὗρον ἀμεινον.

Ea vox bene ominabatur sponso sponsæque, tanquam ad meliorem vsque fortunam profecturis. Malum enim vocabat spinas & glandes, panes bonum: propter eas quòd steriles spinæ, iuxta prouerbium, quod alio portumus loco, *ἀγὼ ἄκανθαι*. Et glandibus victitabant agrestes illi primi, iuxta illud, *ἀλλὰ βίῳ, δῶρα δρυός*. Reperto frumentorum vsu, glandium esus fastidire cœptus. Demosthenes in oratione pro Ctesiphonte, significat id dici solere ab iis qui initiabantur, quum peractis imbutis, quibus agitabantur ante mysteria, iam ad honorem initiationis admitterentur. Nam Æschines obiecit quòd noctu ministrans initiandis, abiecto loro tulit eos dicere,

Mos vetus in nuptijs.

—ἔφυγον κακὸν, εὗρον ἀμεινον.

Lente nō gaudet amplius.

Aristophanes in Pluto.

Ἔνθα πλοῦτος ἀεὶ ἥδιστα φυᾷ. id est,

Vbi diues est haud lente gaudet amplius.

De iuuene qui nactus Plutum, fallidit anum cui pauperem gesserat. Diuersum est huic quod Iulius Pollux libro sexto refert ex Eupolide,

Aregum maluit, præsente vino.

Οὐκ ἂν ἑλοίμην ἐξὸν ἡδέως πιεῖν id est,

Præsente vino bibere acetum maluit.

Adagium à Zenodoto refertur.

Ægyptiæ nuptiæ. 3

Αἰγύπτιος γάμος, id est, Ægypti nuptiæ, inauspicatæ & infœlices ducebantur. Sumptum à notissima fabula Ægypti, qui filios quinquaginta totidem fratris filiabus maritos dedit. at hi præter vnum omnes à sponsis iugulati sunt. Torqueri poterit in simulatam amicitiam. aut in munus honoris gratia datum in speciem, quum reuera quæratur pernicies ei cui datur. Ita nonnunquam ex affinitatibus aut fœderibus principum atrocia nascuntur exitia.

Aedilitatem gerit sine populi suffragio. 4

Imperiosior in alieno.

Plaurus in Stichos, Sine populi suffragio tamen ædilitatem hic quidem gerit. Vbi quis imperiosior est in alieno negotio, aut in ædibus alienis. Nam Plaurus ad parasitum recipit se in domo non sua mandantem & imperantem, non aliter ac suam. His confine est quod habetur apud Ciceronem libro tertio De legibus, Sed quæro quid hac re sit turpius, quam sine pronunciatione senator, legatus sine mandatis? Item in decimatertia Philippica: Senatus voluntarius lectus ipse à se.

Pax redimenda. 5

Diuus Augustinus Homilia 10. narrat apud Pœnos huiusmodi vetus prouerbium fuisse celebre, Vt habeas quietum tempus, perde aliquid. Raro carent lites qui nusquam sustinent de suo iure concedere. Magnum interdum est lucrum, iactura rei molestiam & inquietudinem excluisse.

E duobus tria vides. 6

Ἐκδυῶν τρία ὁλίσκει, id est, E duobus tria vides. Iocus prouerbialis in eos qui vel ætate, vel ebrietate, vel alio quopiam oculorum vitio cæcutiunt. Huc pertinet illud Maronis,

Et solem geminum, & duplices se ostendere Thebas.

Item illud Iuuenalis,

-& geminus cornigeræ surgat Lucretius.

In antiquis quibusdam exemplaribus inuenio scriptum hoc pacto, ἐκδυῶν τρία δύο εἶναι id est, In duobus tria vides. Idque dicit tolitum vbi quis aliud pro alio videt, fallentibus oculis. Vanutius hæc si ad animi iudicium deflecta tur.

Edentulus vescentium dentibus inuidet. 7

In eos, qui mentiuntur aliquid suæ facultate, non rei natura.

Diuus Hieronymus epistolam illam eruditissimã, quam ad Magnũ oratorem inscripsit, huiusmodi claudit prouerbio. Cui quæso, vt suadeas ne vescentium dentibus edentulus inuideat, & oculos caprearũ talpa contemnat, hoc est, ne quod ipsi non contigit, aliis inuideat. Sic enim est ferme hominum quorundam ingenium, vt quisque laudet quantum se sperat assequi posse: si quid vltra vires suas esse senserint, id negãt digni operæ pretium esse. Breuiter paucos inuenias, qui quod in se sit deijcerent, in aliis probent, idque non alia in re magis quàm in literarum studijs. Hieronymus videtur Græcorum illam reddidisse sententiam,

Αὐτὸς πτωχὸς ὢν ἕτερον μὴ φθόνει. id est,
Ne pauper ipse sis inuide qui possidet.

Iisdem vescentes cepis. 8

Ταυτὸν θύμον φαγόντες id est, Qui idem ederunt thymum. Prouerbium figura dictum ab Aristophane in Pluto. Congruit in paupertes ac bonos viros inter se amicos. Θύμον enim vilissimum herbæ genus, quo tenues & agrestes vtcunque vitam sustinent. Quidam cepam agrestem esse putant, etiamsi dissentiant Plinius & Dioscorides. Suidas admonet agrestis ac vilis herbæ genus esse, cuius esu comicus paupertatem vescentium voluerit intelligi. quemadmodum Hesiodus per maluam & asphodelum tenues significauit. Huc affine quod scriptum est apud Iuuenalem,

Malua & asphodelus.

—quis tecum sectile porrum
Sutor & elixi vernacula labra comedit?

Solidos è clibano boues. 9

Aristophanes in Acharnensibus,

—παρὰ δὲ σοῦ τὸν ὅλον
Βοῦν κλιβανίτην. Καὶ τίς ἐν ταῖς πόλεσιν — Βοῦς κλιβανίτης.
-deinde nobis prabuit
E clibano totos boues: Et quis rogo
Conspexit vnquam clibano coctos boues?

Antiphanes apud Athenæum libro quarto, facit quendam quærentem de frugalitate Græcorum, qui paululum carnium apponerent, quum maiores soleant totos boues, ceruos & arietes assos apponere. Quin & regi Persarum coquum, totum camelum assum atque etiamnum calidum apposuisse. At ego mihi malim perdiculam assam & calidam apponi. Idem in eodem libro tradidit ex Herodoto, apud Persas diebus natalitiis fuisse morem vt diuites bouem, asinum, equum, & camelum apponerent totos in clibano aut camino coctos. Prouerbialis hyperbole de barbarica rerum copia, siue de lauticiis affatim subministratis. Antiquitus enim in deliciis erant cibi in clibano cocti. Primum enim panis in clibano decoqui cœptus, quem κλιβανίτην, id est clibanarium, vocabant: eaque res vsque adeo visa est noua, vt etiam prouerbio locum fecerit: deinde carnes & pisces eodem modo coqui cœperunt. Vnde & thunni, & id genus alia in clibano cocta, xeniorum vice missitabantur amicis.

Drachma grando. 10

Δραχμὴ χαλαζῶσα id est, Drachma grandinans. De lucro quod tanquam cœlitus emissum obtigit. Nam olim theatrale præmium erat drachma, quæ veluti grandinis in morem in populum spargebatur. Id à Diophãto tradunt institutum. Vnde si quando grando accidisset, per iocum aiebant, δραχμὴ χαλαζῶσα. Missilium mos nec hodie totus extinctus est. Author Zenodotus. Meminit & Hesychius.

Drachma, præmii theatrale.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. χαλαζῶσα. *Missilium mos nec hodie*) Sensum verborũ Zenodoti non est assecutus, alioqui tamen minimè obscurum. ea sunt, ὅτι ἐπὶ Διοφάντου τὸ δικαστικὸν ἐβράβευε δραχμή. εἰ δέ τινες χαλαζῶσα λέγουσι τὸν τοῦ ἀρχοντος χαλαζῶντος αὐτοῦ ἐπιγενομένου. Id est, Sub Diophanto theonica pecunia fuit drachma: quum autem grando è cælo tum cecidisset, eam drachmam per iocum appellabant grandinantem. Hæc Zenodotus, à quibus Erasmus, vt videmus, longè discedit: dum eadem commento adaptare vult, non animaduertens se ab eo quem authorem citat, planè dissentire. Istud enim cõmentus est de drachma theatrali præmio, eam, velut grandinis in morem, in populum spargi solitam. Quibus adiungit tanquam ex Zenodoto, Vnde siquando grando accidisset, per iocum aiebant, Drachma grandinans: quum Zenodotus non dicat ipsam grandinem appellatam drachmam grandinantem, sed vice versã drachmam vocatam fuisse grandinantem, quòd forte fortuna, dum ea in theatro distribuebatur, grando de cœlo cecidisset. Quod perinde est meo quidem iudicio, ac si drachmam sanguinolentam vocassent eam, quæ dum singulis diuideretur, exorta cædes & fusus sanguis fuisset. Sed Erasmus, quum hæc verba, εἰ δέ τινες χαλαζῶσα λέγουσι (id est, Quia autem cecidit grando eo tempore) interpretaretur, Siquãdo grando cecidisset, non mirum est si dictum sequens inuenerit. Cæterum quod ad vocem δικαστικὸν attinet, nescio cur præmium theatrale interpretetur, quum potius veluti ilipsa quædam fuerit. Item ὑπὸ Διοφάντου malè vertit, A Diophãto institutum: quum significet, Sub Diophanto, tempore Diophanti. vt si diceretur, ὅτι ἀρχοντος Διοφάντου. Sed apud Zenodotum mendosè scriptum est ὅτι τοῦ Διοφάντου pro ὅτι τῶ Διοφάντω, aut sine articulo, ὅτι Διοφάντου. vt apud Hesychium. apud Suidam autem ἐπὶ χῇ pro ἔτυχε, item χαλαζῶν pro χαλαζῶσαν malè legitur. Quamquam cum ἔτυχε lentum atque esse haud nego sed eum loco minime conuenire existimo. & πίπτειν ἀπὸ τοῦ αἰθέρος dicitur ἐπιχέειν ἀπὸ τοῦ αἰθέρος, nequaquã.

Duodecim artium. 11

Δωδέκα μαίχαων, id est, Duodecim artium, appellabant callidum, versutum, versipellem, vafrum, ac varijs instructum dolis. Narrant scortum quoddam fuisse nomine Cyrenem, cui cognomentum inditum δωδεκαμαίχαων. propterea quòd in peragenda Venere duodecim figuris vsa fuisse dicatur. Imitatum est autem ex Hypsipyle Euripidis tragœdia, in qua δωδεκαμαίχαον ἄκεμα scriptum, citante Suida. Refertur & in Ranis Aristophanis: nametsi interpres pro ἄκεμα legisse videtur ἄκεστον, vt intelligamus de membro pudendo mulebri. Aristophanes hæc habet, πάλαι πάλαι μὲν ψαλλ. ἀπὸ τῶ δωδεκαμαίχαον Κυρήνης μέλεσιν id est, Audes tu mea vituperare carmina, qui per duodecim artes Cyrenes poemata fingis?

De callido, & dolis instructo.

Cyrene scortum.

Duplices viros. 12

Διπλᾶς ἄνδρας, id est Duplices viros, prouerbiali ioco vocabant qui essent lubrica & insyncera fide: quos nunc vulgò etiam bilingues appellant, & Vergilius Tyrios bilingues appellat. Dictum est autem per allusionem, quod pleraque virorũ nomina disyllaba sint, præsertim seruorum, quorum genus vafrum & fraudulentũ habetur. Vnde ientus ambiguus est. potest enim accipi vel de eo qui duabus sedem ictus vel cui nomẽ sit disyllabum. Zenodotus huiusmodi citat epigrãma,

Bilingues.

Μισῶ τὸν ἄνδρα τὸν δικαίων ποιητὴν,
Χρηστὸν λέγοντα, πολέμιον ἢ ξένοις ἔτυχε. id est,
Equidem virum odi duplicem sermonibus
Probum amœnum, cæterùm hostem moribus.

Est aliquoties & apud Homerum, Odyssex υ,

Οἵτ' εὖ μὲν ἔρδωσι, κακῶς δ' ὀπίσω φέρει ἔπος. id est,
Qui bene quum dicant, retro mala mente volutant.

Rursum Odyssex ρ,

Benedicere & animo malo

Ῥηϊδίως ἀγορεύοντα κακὰ δ' ὀπίσω φρεσὶ σῇσιν. id est,
Qui bene quum loquerentur, atrocia mente premebant.

Iterum eiusdem operis σ,

—δόλια δ' ἄμφω
Μειλίχια τ' ἐπέων, νόῳ δ' αἰ̓ὲν ἐναντία βάλλον. id est,
pectora blanda Lenibat dictis, at mens diuersa parabat:

Apud Platonem in Hippia minore citat aliquis hos Homeri versus, qui dicuntur ab Achille ad Vlyssem,

Χρὴ μὲν δὴ μῦθον ἀπήμονα βάζεμεν ἔμπης,
Ὅστις δὴ φρεσὶν ᾗσι νοήσῃ πολλὰ ἰδυῖα.
Ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς Ἀΐδαο πύλῃσιν,
Ὅς χ' ἕτερον μὲν κεύθῃ ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλο δὲ εἴπῃ. id est,
Nam decet ingenue quod sentis voce profari,
Haud secus atque Orci portas hominem execror illum,

Aliud in ore. aliud in corde

Quisquis corde aliud celans, aliud fonat ore.

Domi manere oportet belle fortunatum. 13

Οἴκοι μένειν δεῖ τὸν καλῶς δαίμονα. id est,
Domi manendum est cuncta cum sint prospera.

Cui suppetit copia faciendarum, is si velit fœlicem agere vitam, domi vivat, nusquam enim viuitur commodius, nusquam liberius. Qui eget, peregrinando sè quærat, ac fortunæ experiatur aleam. Ita Menander,

Οἴκοι μένειν χρὴ τὸν μέλλοντ' ἐλεύθερον,
Ἢ μένειν δεῖ τὸν καλῶς δαίμονα. id est,
Domi manere oportet, vt liber sit,
Aut liber esse desinat qui diues est.

Potest in hunc quoque detorqueri sensum, Qui sibi bene conscius est, ne captet ex alienis laudibus gloriam, sed sit suarum virtutum conscientia contentus.

Per hastæ cuspidem currere. 14

Διὰ ὀξέος δραμεῖν, id est, Per acutam currere dicebantur qui in re magnopere periculosa versarentur. ὀξέα enim hastam siue hastæ cuspidem vocant. Translatum videtur vel à circulatoribus, qui per summas hastarum & gladiorum cuspides ingrediuntur: vel à militari consuetudine, qua fieri solet, vt qui mortem commeritus videretur, is nudus per medias copiarum hastas, hinc atque hinc intentas, ire cogeretur. Nec absurdum si de Thracica saltatione intelligatur, de qua nobis alias dictum est.

Alio Menecles, alia porcellus loquitur. 15

Ἄλλα λέγει Μενεκλῆς, ἄλλα τὸ χοιρίδιον. id est,
Non eadem loquitur suscula quæ Menecles.

Vbi quis multum verborum effutit quæ nihil ad rem pertineant. Mihi subesse prouerbium videtur, tametsi nondum satis liquet vnde natum sit. Alludit ad illud Lucilius in epigrammate, quod quoniam est argutum & elegans, non pigebit subscribere.

De verbosis præter modũ.

Χοιρίδιον καὶ βοῦν ἀπολλύτην τε μόσχα.
Ὦ χαῖρε κἀλόφως μωρόκλεις Μενέκλεις.
Οὔτ' οὖν μοι τοῦτ' ἔστι πρὸς Ὀλυμπίασι γεγράφθαι,
Οὔτ' ἀπὸ λαίφεσι τοὺς ἀπὸ Θερμοπυλῶν.
Ἀλλ' ἄνδρες Εὐτυχίδου, ἔχουσι χρέων. ὅτε τί σοι
Ἐπράξαν μοι ξείνοι καὶ Λακεδαιμόνιοι;
Πλὴν καίτοι μεγάθει γε μὰ χάριν. ὑμᾶς κρίνω,
Ἀλλὰ λέγει Μενεκλῆς, ἄλλα τὸ χοιρίδιον. id est,
Sucula, bos & capra mihi perierc, Menecles,
Ac merer horum nomine pœna tibi est.
Nec mihi cum Olympiade quicquam istuc fuit aut negoci,
Nec fures illos hue cito Thermopylis.
Sed quæ ra Eutychidem nobis lis? proinde quid hic mi
Aut Xerxes fecit, aut quid Lacedæmonij?
Ob porcum & de me loquere: aut clamauero clare,
Multo aliud dicit sus, aliud Menecles.

Cum huius epigrammatis argumento conuenit & illud quod est apud Martialem lib. 6.

Non de vi, neque cadaucs vencno,
Sed lis est mihi de tribus capellis.
Vicini queror hos abesse furto:
Hoc iudex fibi postulat probari.
Tu Cannas, Mithridaticumque bellum,
Et pcstcra Punici furorcs,
Et Syllas, Marioſque, Mutiſque
Magna voce foras, manuque tota.
Ista dic cvstbume de tribus capellis.

Tota manus

In Martialis epigrammate hoc ipsum Tota manu, prouerbij speciem gerit. Solent enim rhetores in contentione manu tota gesticulari. Vtrunque igitur in eum rectè dicetur qui περισσολογεῖ (hoc est, extra causam quæ sunt, & ad rem nihil attinent) dicit. Aliud sus, aliud loquitur Menecles: & Dic de tribus capellis.

Dic de tribus capellis.

Haud annuncias bellum. 16

Οὐ πόλεμον ἀγγέλλεις, id est, Non annuncias bellum. Dici solitum vbi quis rem oppidò lætam annunciat: quòd bellum res sit omnium calamitosissima: & tamen ad huius rumorem hodie plerique mortales hilarescunt, nimirum sceleratissimum illud Carum genus, qui malis humani generis alunetur. Iulianus in epistola ad Basilium. Ἡ μὲν παροιμία φησὶν, οὐ πόλεμον ἀγγέλλεις. ἐγὼ δὲ προσθείην ἂν τῇ παροιμίᾳ, ὦ χρυσοῦν ἀγγέλλεις ἔπος, id est, Prouerbio dicunt, haud bellum annuncias: ego verò illud addiderim ex comœdia, O aureorum nuncius verborum. Conduplicauit prouerbium Iulianus, quandoquidem & hoc prouerbiale.

Aureorũ verborũ nuncius.

χρυσοῦν ἀγγέλλεις ἔπος. Sumptum est autem ex Aristophanis Pluto. Verba sunt senum chorum explentium, ad Carionem, qui Pluti annunciarat aduentum. Vsurpauit & Plato in Phædro, οὐ πόλεμόν γε ἀγγέλλεις, id est, Haud sanè bellum annuncias. Ac rursum libro de Legibus tertio. Pindarus in Pythiis, hymno quarto, Τῶν δ' Ὁμήρου τις πάρ' εὐσεβίᾳ θεῶν πάρος, ἄγγελον ἐσλὸν ἔφα τιμᾶν μάλιστα σφαῖσι πιστὸν φέρειν, id est, Quin ex Homeri dictis & illud conferens erit: Nuncium bonũ ait honorè maximũ in omni negotio ferre Versus autè què citat Pindarus hic, adfertur ab interprete,

Nuncius bonus honore dignus.

Ἐσλὸν καὶ τὸ πίτνημι, ἐὸν ἄγγελον ἐσθλὸν αἰνῆ. id est,
Hoc quoque præclarum est, vbi nuncius optima nouit.

Extat autem Iliados ε,

Machinas post bellum adferre. 17

Τὰς μηχανὰς μετὰ τὸν πόλεμον κομίζειν, id est, Machinas post bellum adferre, dicebantur qui peracto negotio, serò adhiberent apparatum. Brutus in epistola quadam ad Lyrcios, Αἱ μηχαναὶ ὑμῶν μετὰ τὸν πόλεμον, οὐ κατὰ μάχην, ἐπεφώνησαν, id est, Vestræ machinæ post bellum, vti prouerbio dicitur, adductæ sunt. Alludit ad illud Platonis, quod alio reddidimus loco, οὕτως χρὴ τὸν πόλεμον μεθ' ἁλῶν χάριν, id est, Ad istum modum oportet ad bellum accedere. De Melitide dicetur suo loco, quem ajunt in Troiam venisse, quo Priamo ferret suppetias ciuitate iam capta.

Leuissimæ res oratio. 18

Κουφοτάτου πράγματος λόγος, id est, Leuissima res oratio. Synesius in epistola quadam ad Theophilum, Leuissimæ rei grauissima pœna.

Πρώτιστα μὲν ἅπαντας ἐλεύθερος εἰς τὸν τυχόντα λίθον ἐφορμήσειε τῆς χειρός, ἢ τῶν δὲ τὰ λεπτότατα, κουφοτάτου πράγματος βαρυτάτην τιμωρίαν ἔκτισεν, id est, Homo præcipiti lingua quum incidisset in virum manu magis præcipiti, iuxta id quod dici solet, rei leuissimæ, nempe sermonis, grauissimas pœnas dedit. Porrò quod Synesius adduxit, propemodum videtur esse apud Platonem lib. De legibus 4. Διὰτοι κούφων ἁλῶν λόγων βαρυτάτη ζημία. id est, Propterea quòd leuium ac volatilium verborum grauissima sit pœna. Refertur & apud Plutarchum in libello περὶ ἀφροσύνης, ex authore Platone. Apud Homerum passim obuium est illud,

—ἔπεα πτερόεντα προσηύδα. id est,
verba volucria dixit.

Verba alata cognominat, quòd facilè euolent, ac reuolare nesciant. Proinde Horatius,

Alata verba.

Et semel emissum volat irrevocabile verbum.

Eam lenter tam citat ex Menandro,

Οὔτ' ὀκτὼ μυριάδες κατοικοῦσι λίθον
Ῥᾴων κεκραγμένου κἀπὸ γλώσσης λόγου. id est,
Nec duros vllis emissa è manu lapis,
Neque sermo lingua facilè compesci velit.

Alibi indicauimus ἀπτέρους λόγους dici Græcè, id est, verba sine pennis, quę prenim apud le qui audiuit, nec finxit ad alios euolare.

Verba sine pennis.

ANIMAD. HERM. STEPH.

V. Κουφοτάτου πράγματος λόγος, id est, *Leuissima res, oratio.* Minimè verò Synesius propter hæc tota verba, dixit, τῶν δὲ τὰ λεπτότατα· sed propter hæc omnia, λόγου κουφοτάτου πράγματος βαρυτάτην τιμωρίαν: cùius dicti Plutarchus etiam authorem citans Platonem, ait, διὸ κουφοτάτου πράγματος τὸν φησὶν ὁ Πλάτων, λόγου, βαρυτάτην ζημίαν τίνειν. & in eo ipso qui hìc ex Platone citatur loco, non legimus, διότι κούφων χρήσιμοι λόγοι, sed κούφων ἁλῶν βαρυτάτη ζημία. Non dubium est ergo quin prouerbium cuius meminit Synesius, constet his aut synonymis verbis, κουφοτάτου πράγματος λόγου βαρυτάτη τιμωρία. id est, Leuissimæ rei sermonis grauissima pœna. Omisit tamen vocabulum λόγου, vtpote de quo perspicuum esset hic agi (quum præcessisset σφοδρὰ ἀδικοῦντος γλῶσσαν & de quo celebrari dictum illud soleat notissimum. Cæterùm animaduertendũ est, huic dicto non parũ addere gratiæ eam quæ est inter κουφοτάτου & βαρυτάτην antithesin. quã & alibi seruauit, de ipso sermone aliud quiddã dicens: non longè ab illa prouerbiali sententia remotum. sic enim lib. De leg. 11. loquitur, φαῦλον μὲν οὐ λόγον, κούφου πράγματος, ἑνὸς μέντοι τῶν ἐν ἀνθρώποις βαρυτάτης γίγνεσθαι. Antithesi vtum hic esse dico? Imò verò dubitat vtrum. n. dixit, οὐ λόγον ἑνὸς ἐν ἀνθρώποις βαρυτάτης, ad illud loquendi genus alludit quod passim est obuium, ἑνὸς ἐν ἀνθρώποις.

Non omnis

Non omnia eueniunt quæ in animo statueris. 19

Deus vt plerumq; fallat.

Homerus Iliados o,

Ἀλλ' ἡ Ζεὺς ἄλλῃσιν τοίμασε νοήμασι πάλιν τε.
Iuppiter haud quicquid animo conceperis, illud
Perficit extemplo.

Hoc equidem carmen inter adagia adscribendum existimaui, propterea quòd eadem sententia etiam hodiè vulgò dicitur Et Pindarus in Olympiis,

Πολλὰ δ' ἀέθροισε θεὸς γοίμαν ὕπνον. Id est,

Multa mortalibus præter animi sententiam eueniunt. quod ipsum citauimus & alibi. Rectè vtemur quoties significabimus, non euenire protinus quicquid spe votisque conceperimus.

Murem ostendis pro leone. 20

Μῦν ἀντὶ λέοντος ἀπέδειξε, id est, Murem pro leone ostendit, prouerbiali schemate dictum pro eo quod est, Ingentia pollicitus & fortia, longè diuersa exhibuit. Synesius in epistola quadam ad Anastasium, Βαρβαρικὸν δ' αὐτῷ δίκτυ τις ἐγχέοι, καὶ πᾶν ἐξ ἀμαχεὶ λαφυροποιήσαιτο, καὶ πάλιν ὑπατικὰ μὲν ἀσπαζόμενος καὶ παρ' ἐμοῦ, πανὺ δὲ ὑπεμφαίνων, ἀπέδειξε νῦν ἐκεῖνον μῦν ἀντὶ λέοντος, id est, Quum inclamasset in illum bis aut ter, ac de plaustro, quod aiunt, conuiciis infectatus, nihilque non in eum esset vociferatus, quum ejusmodi vel à meipso dicta fuisse maximi fecerim, deinde murem pro leone exhibuit scelus. Sumptum apparet à bestiariis, qui ridiculi gratia multa polliciti, quasi leonem immanem & insolitæ magnitudinis emissuri, mox murem emittunt in caueam.

ANIMAD. HENR. STEPH.

Alius prouerbij huius sensus.

V. Μῦν) Quin potius ita vertisse & explicuisse, hoc prouerbium debuit Erasmus, Murem pro leone reddidit, vel, Ex leone murem effecit. Prouerbiali schemate dictum, pro eo quod est, Eum qui leoninam quandam ferociam præ se ferebat, reddidit mure non minus placidum. Vel, Eum qui, tanquam leo quidam, formidolosus alijs esse volebat, reddidit mure nihilo formidabiliorem. Vide proximè sequentem annotationem.

V. *fuisse*] Per transennam certè, quod aiunt, hanc Synesij verba strictim aspexerat Erasmus. alioqui enim ea neque ita interpretatus, neque talem in iis metaphoram esset imaginatus. Loquitur enim Synesius de Andronico homine superbia incredibili prædito, & efferum vsurpante potentiam. cuius tamen Iulius ita impetum retuderit, audacter eum conuiciis proscindendo, vt illum ex leone murem reddiderit, vnde & subiungit, Iulium Andronico vti tanquam vili mancipio: vt pote qui ne in angulis quidem adaersus dominum vel susurrum clàm edere audeat. Dicit autem Andronicum à Iulio redditum esse ex leone murem, pro eo quod est, ex ferocissimo placidissimum, vel ex formidabili supra modum, vt quidem videbatur, mure nihilo magis formidabilem. Fortasse enim ad vtriusque bestiæ morsum allusit, perinde ac si dixisset, Andronici morsum ex leonino quodam (qualem videlicet ille præ se ferebat) redditum fuisse à Iulio marinum. At Erasmus ita interpretatur quasi κατάληκτον nominatiuus sit, non accusatiuus: & non Andronicus, sed Iulius vocetur scelus, id est, vir sceleratus: qui dicatur murem pro leone exhibuisse, hoc est, ingentia pollicitus & fortia, longè diuersa exhibuisse. Quorum dictorum ne vmbram quidem apud Synesiũ quisquam reperire queat.

Pugnis & calcibus. 21

Omni genere contumeliæ.

Πύξ ἠδὲ λάξ, id est, Pugnis & calcibus. Prouerbiali figura dictum reperitur pro eo quod est, Omni contumeliæ genere, totisque viribus. Synesius in epistola quadam ad fratrem, Οὐδὲ πύξ ἐπιπτύσει, οὐδὲ λάξ ἐπιλακτίσει τὸν ἐπιτυχόντα τινί, id est, Neque pugnos impinget, neque calcibus impetet quempiam meliorem. Aristophanes in Pace.

Παίειν, ἐρύσσειν πύξ ὁμοῦ καὶ τῷ πόδε. id est,

Ferire, fodere pugno simul & pede.

Quo loco interpres admonet prouerbij, Πύξ ὁμοῦ καὶ τῷ πόδε, id est, Pugno simul & tibia. Nam comicus, risus causa, pro tibia mentulam mutauit. M. Tullius in oratione pro Sylla dicit quendam non solum verbis vti improbissimis solitum, verum etiam pugnis & calcibus.

Inimicus & inuidus vicinorum oculus. 22

Alcippus in epistola quadam ad Encymonem, ἐχθρὸς καὶ βάσκανος ὀφθαλμὸς ἐστὶ γείτονος ἀφηλικίης, quod est, ἐχθρὸς καὶ βάσκανος ὀφθαλμὸς ἐστὶ γείτονος ἀφηλικίης, id est, Inimicus & inuidus vicinorum oculus, vt dicunt. Quum est prouerbio. Extat autem apud Aristotelem lib. Rhetoricorum 2. Vicinus inuidet vicino, iuxta Hesiodi sententiam. Nec inuidemus iis à quibus longo absumus interuallo, sed quod propemodum speramus assequi. Vnde Flaccus,

Vicinis inuidemus.

-inuidia quis maior. Et alibi.
Et tam deæ meam mordear inuido.

Totum subuertere. 23

Ὅλον ἀνατρέπειν, id est, Totum euertere, dicitur qui funditus perdit quempiam, & velut ab ipsis radicibus funditúsque. Acinetus in epistola quapiam ad Phœbianam, Οὕτως ὅλον μὲ ἀπὸ σοῦ τὸν ποταμὸν, ἀνατρέψατε, διὰ τὸν ἀπαράμυθον, id est, ita tu me totum, quod aiunt, subuersum eò redegisti, vt mihi sit seruiendum. Cicero libro Rhetoricorum 1. Vertit ad extremum omnia. Ductum ab ædificijs quæ subuertuntur à fundamentis.

Bona terra. 24

Τὰ τῆς γῆς ἀγαθὰ, id est, Terræ bona. De bonis & immensis & omnigenis: quasi dicas, quicquid terra progignit, omnium rerum parens. Menander in epistola ad Glyceram, Βασιλικῶς ὑπισχνούμενος, τὰ τῆς γῆς ἀγαθὰ, id est, Regaliter pollicens, iuxta illud quod vulgo dicitur, terræ bona. Finitimum illi, Montes aurì pollicens.

Palumbem pro columba. 25

Φάτταν ἀντὶ πελειάδος, id est, Palumbẽ pro colũba. subaudi verbũ ad sententiã accõmodatũ. In Epistola Mormiæ nescio cuius ad Chremetẽ Λιλαιοτάτῃ δ' ἀνεπλάγη τὸν ἔλεον· ὑπεμνήσθη μου φάτταν ἀντὶ πελειάδος, φασὶν, ἔχειν αὐτὴν πέλειαν, id est, Redẽptam tibicinã quam fortè amabat, sponsæq; ficta amicitia hi induxin, columbæ loco palumbem, vt aiunt, meretricem pro sponsa. Vsus est Plato in Theæteto, Ἂν δόξαν εἶναι φάτταν ἀντὶ πελειάδος, id est, si velut accipiat palumbem pro columba. Error est in re, non in ipsa sententia. Palumbes autem columbis sunt adsimiles. Conuenient vbi quod deterius est & adulterinum, pro eo quod est præstantius ac legitimum supponitur.

Deterius pro præstantiori.

Cilex haud facilè verum dicit. 26

Κίλιξ οὐ ῥᾳδίως ἀληθεύει. id est, Cilix haud facilè verum dicit. Dionysius in epistola ad Rufum scholasticum, λόγος ἦν παλαιὸς μὴ ῥᾳδίως ἀληθεύειν τοὺς κίλικας, id est, Vetus verbum est Cilices haud facilè verum dicere. Quanquam ἀληθεύειν aliquoties est re præstare quod dixeris. Quadrabit in hominem auidum lucri, & ob id sæpenumero dicentem non quæ vera sint, sed quæ vtilia. Natum adagium à moribus eius gentis, quo nomine nunc vulgò notant Vltrajectinos.

Culicem elephanti conferre. 27

Minima maximis comparare.

Κώνωπα ἐλέφαντι ξυμβάλλειν, id est, Culicem elephanti conferre, dicuntur, qui minima maximis comparant. Libanus ad Calsium, Τὸ δ' ἐμὸν πῶς ἂν κώνωψ ἐλέφαντι συμβληθείη, id est, Ego verò perinde sum quasi culex cum elephante collatus. Huius generis est & Virgilianum illud,

Sic canibus catulos similes, sic matribus hœdos
Noram: sic parvis componere magna solebam. Eg.
-si parva licet componere magnis.

Dum clauum rectum teneam. 28

Dum clauum rectum teneam: id est, dum meo fungar officio. Significat autem, non imputandum euentum parum prosperũ artifici, modò is præstiterit quod artis est. Quintilianus lib. 2. Institutionum prouerbiale fuisse demonstrat. Nam & gubernator inquiens, vult salua naue in portum peruenire: si tamen tempestate fuerit abreptus, non ideo minus erit gubernator, dicitque notum illud,

Dum clauum rectum teneam.

Videtur hemistichium è poeta quopiam sumptum. Nonnulli citant ex Ennio,

Dum clauum rectum teneam, maninque gubernem.

Huc allusit M. Tullius lib. Epist. famil. 12. Vita nauis est iam bonorum omnium, quam quidem nos damus operam vt rectam teneamus: vtinam prospero cursu. Sed quicunque venti erunt, ars nostra certè non aberit. Eadem Pindarus Pythiorum hymno primo. πάντα

Στρατὸν πιθανὸν στρατηγὸν, id est, Guberna iusto clauo exercitum.

Incus maxima non metuit strepitum. 29

Magnus animus non mouetur minis.

Ἄκμων μέγας οὐ φοβεῖται τοὺς ψόφους. id est,

Nihil tumultus metuit incus maxima

Excelsus animus non commouetur minis, aut fortunæ sequentis procellis. Trahitum ab incudibus fabrorum ærariorum, quæ tametsi hinc atque inde terebrentur crebris malleorum ictibus, tamen haudquaquam loco commouentur. Vergilius huiusmodi constantem animum quesno robori similem facit. Idem de animo inexorabili.

Quam si dura silex, aut stet Marpesia cautes.

Extat apud Græcos distichon integrum huiusmodi,

Ἄκμων μέγας οὐ φοβεῖται τοὺς ψόφους.

Καὶ τῶν ἐχθρῶν πάντων ἄκμων ἔλαιος. id est,

Strepitum ac tumultum maxima incus haud timet,

Constans sed animus quamlibet violentiam.

Veneri suem immolauit. 30

Ἀφροδίτῃ ὗν ἔθυσεν, id est, Veneri suem immolauit. Dicitur tantum vbi quis munus offert minimè gratum. Inuisus enim Veneri fuit propter Adonidem illius amasium apri dente peremptum. Aut contra, quum quis alium in gratiam sibi reconciliat. Quemadmodum caper mactatur Libero, non quia gratus, sed quia nocuit.

Non licet bis in bello peccare. 31

Non tutum labi, rebus in periculosis.

Ἁμαρτεῖν οὐκ ἔξεστι δὶς ἐν πολέμῳ, id est, In bello bis errare non licet. In rebus periculosis non tutum est labi. nam si semel erretur, ictum est de capite: nec est secundo erroris locus. Vel quòd in bello (quia cuncta tumultu peragantur) non detur spatium reuocandi: restituendique si quid perperam sit institutum. Vnde Homerus, cum alibi, tum Iliados π,

Prælioru de licta, emendationem non recipiunt.

ἀλλὰ δὶς οὐκ ἀνδρὸς γε μάχην. id est,

At verò cruenta est iusti, pirratio belli.

Proinde in his rebus in quibus si semel erratum fuerit, non est quod in posterum latetas, cautim ac circumspectè agendum, admonente vel mimo illo non infestiuo,

Deliberandum est diu quicquid statuendum est semel.

Puta de sacerdotio, de matrimonio, deque id genus aliis: quæ si temerè fuerint instituta, non est quo priores cogitationes posterioribus, vt aiunt, melioribus emendes. Huc pertinet quod à Catone citat Vegetius, In aliis rebus si quid erratum est, potest postmodum corrigi: prælioru delicta emendationem non recipiunt, quum statim pœna sequatur errorem. Aut enim confestim percunt qui gnaue impetúque pugnauerunt: aut in fugam versi, victoribus vltra pares esse non audent. Adagium videtur natum ex apophthegmate: quum Lamachus quendam manipularem increpasset, quòd perperam quiddam egisset: atque respondere, se non iterum eo modo facturum quod commiserat: In bello, inquit Lamachus, ne licet quidem peccare bis: quòd primus error sæpe vitam adimat.

Panidis suffragium. 32

In stulte iudicantem.

Πανίδου ψῆφος, id est, Panidis suffragium. In eos torquebatur qui stultè atque inerudite iudicarent. Aiunt Pamdem hunc Chæronæ regem fuisse, qui Hesiodum Homero prætulerit perinde quasi dicas, Midæ suffragium, quòd is quoque Panis agresti cantionem antepoluerit Apollinis musicæ. In genere conuenit in iudicia vulgi, cui fere semper pessima pro optimis placuerunt. Huius suffragiis Menandrum aliquoties superauit Philemon. Euripides, quum quinque & septuaginta tragœdias scripserit, in scenis quinque vicit. Nec aliud est hodie quoque populi de iueris concionatoribus iudicium, quam quod Plinius ætate sua de recitatoribus fuisse scribit. Si quando transibis, inquit, per basilicam, & voles scire quomodo quisque dicat, nihil est quod tribunal ascendas, nihil quod præbeas aurem: facilis diuinatio scito eum pessime dicere qui laudabitur maximè. Quapropter Socrates in Critone Platonis, illud in primis vult esse sapienti fixum decretúmque, ne quid opinione vulgi commoueatur, nimò suspectum habeat quicquid senserit vulgo vehementer arridere. Scitum est illud Antisthenis apud Diogenem Laertium, cui quum dixisset quispiam, Multi te laudãt. Quid, inquit, mali feci? Huic simillimum quod Plutarchus in Apophthegmatis refert de Phocione, cui dicenti quum populus Athenensis præter morem alacribus studiis assentiretur, conuersus ad amicos, Quid hoc, inquit, est rei, nunquid imprudens perperam?

Pattacione calumniator. 33

Pattacion.

Παττάκιων συκοφαντήσειεν, id est, Pattacione calumniator. Ab eucntu natum. Nam Pattacion quispiam infamis calumniator, cui quum mos esset bonis viris calumnias struere, atque hoc tam fœdo quæstu parare sibi rem, tandem deprehensus conuictúsque, pœnas dedit capite. Huic præcipuum studium fuit, probatis nominis iuuenibus negotium facessere. Idem populariter conuictus lapidatus est, quòd fur esset, & ædium perfossor. Talis fuit apud Athenienses Hyperbolus. Refert Suidas.

Hyperbolus.

Omni pede standum. 34

Ὅλῳ ποδὶ id est Omni siue toto pede: pro eo quod est, summa vi, summóque nisu. Refertur à Suida. Quintilianus lib. 11. orator. lib. 12 Itaque in his actionibus, omnibus (vt agricolæ dicunt) pede standum est. Videri poterat tractatum ab his qui in acie constanter pateis suas tuentur, neque locum deserunt: aut à palæstritis, quorum artis est fere pedem figere: nisi Quintilianus ab agricolis profectum esse testaretur.

Callum ducere. 35

Prouerbialis metaphoræ sunt, Callum ducere, & Occalescere, et quidem animum deterqueatur. Quintilianus lib. 11. Et ingenio adhuc alendo callum inducere Sæpicule legimus apud M. Tullium, occaluisse aures, quum assuetudo sensum mali adimit.

Extra organum. 36

De eo, quod sit immodicum.

Quintilianus lib. 11. Et his diuersa vox, & penè extra organum: cui Græci nomen amaritudinis dederunt, supra modum ac penè naturam vocis humanæ acerba. Extra organum dicetur, quod immodicum est, & extra vulgarem mensuram. Veluti si quis leges Platonis huius ætatis ciuibus proponeret. Ductum est ab organo musico, quod certa vocis sit nam vocem constituit. Conuenit item in vehementer clamosum.

Demulcere caput. 37

Adulatiõi.

Demulcere caput, allegoria prouerbij vice recepta, pro blandiri tumpta ab adulantium gestu. Quanquam hunc inter moras commemorat Fabius lib. 11. In hac, inquit, cunctatione sunt quædam non indecentes, vt ait pellant scenici, moræ, caput mulcere, manum intueri, ut frangere articulos. Chremes in Heautontimorumeno, negat se sibi temperare posse quin Syro caput demulceat. Est lubinde & apud Plautum. D. Hieronymus ad Augustinum, Prætermitto salutationis officia, quibus meum demulces caput. In eundem sensum vsurpauit Lucilius Scabere caput, apud Nonium: Hic vbi me videt, subblanditur, palpatur, caput scabit.

Toto organo 38

De eo, quod vndique quadrat.

Quintilianus libro vndecimo, Est enim quædam ad auditum accommodata non magnitudine, sed proprietate ad hoc velut tractabilis: vtique habens omneis in se qui desiderantur sonos, intentionésque, & toto, vt aiunt, organo instructa. Hactenus ille. Proinde toto organo instructa rectè dixeris quę numeris omnibus constant, & vndiquequadrant. Sumptum & hoc à musicorum instrumentis.

Vltra linum. 39

Extra fatale decretum.

Ὑπὲρ λίνον, id est, Vltra linum. Lucianus in Ione redarguto Οὐδὲ γὰρ ἄνευ γένοιτ' ἂν ὧν τι πρᾶγμα τῶν μοιρῶν, οὐδ' ὑπὲρ λίνον, id est, Neque enim quicquam ita fieri potest præter Parcarum legem, & vltra linum. Vltra linum dixit pro eo quod est, extra decretum fatale. Allusum est autem ad fila trium Parcarum. Confine illi quod alias retulimus, ὑπὲρ τὸν ἄτρακτον id est, Vltra fusum.

Omnia secunda, saltat senex. 40

De re adiuncta primum periculi, quæ tamen postea felicem exitũ habuerit.

Omnia secunda, saltat senex. locus prouerbialis, quo conuenit vti quoties res prius in periculum adducta, præter expectationem fœliciter exierit. Seruius enarrans illum Maronis versiculum ex tertio Æneidos lib.

Lustramque Iouis, vel, qui incendimus aras,

adagium refert, explicatque his verbis. Sciendum sanè moris fuisse, vt piaculo commisso, ludi celebrarentur. Nam quum iracundia matris deum Romani laborarent, & eam nec sacrificiis nec ludis placare possent, quidam senex statis ludis Circensibus saltauit: quæ sola fuit causa placationis. Vnde & natum prouerbium, Omnia secunda, saltat senex. Idem Seruius explicans locum eiusdem poetæ in Æneidos octauo,

Vt cel-

Vt cessare videret rates, atque inter opacum
Allubi remus, & tacitu incumbere remi,
Terreatur visa subito: cunctique relicta
Consurgant mensis, audax quos rumpere Pallas
Sæva vetat.

Quum aliquando, inquit, Romæ ludi Circenses Apollini celebrarentur, & Hannibal nunciatus esset circa portam Collinam ingruere, omneis raptis armis concurrunt. Reuersi postea quum periculum formidarent, inuenerunt saltantem in circo senem quendam: qui cum interrogatus, dixisset se non interrupisse saltationem, ductum est hoc prouerbium, Saluas res saltante sene. Vetius apud Festum Pompeium huiusmodi fabulam adfert. C. Sulpitio & C. Fuluio consulibus, M. Calpurnio Pisone prætore vrbis faciente ludos, subitò nunciato hostium aduentu è foro ad arma concursum est. Sed postquam victores redissent in theatrum, ne ludi intermissi religionem adferrent, & instaurari oportére dicerent, inuentum est ibi C. Pomponium libertinum hominem grandem natu ad tibicinem saltasse, Itaque gaudio non interruptæ religionis editam vocem, nunc quoq. celebrari. Sunt qui C. Volumnium arbitrentur appellatum fuisse qui ad tibicinem saltarit. Meminit huius & T. Liuius alicubi, ni me fallit memoria. Huc fortunum est illud quod alio diximus loco Νοῦς ἐν ὕπνοις, id est, Noctu volant. Aristophanes in Vespis,

Νῆσαι γὰρ ἡμῶν πρὶν μάχεσθ' τὸν στρατὸν διὰ νυκτὸς. id est,
Nessa enim ante prælium vtula peruolant agmina.

Significat, victoriam non virtute militum, sed Minervæ dexteritate contigisse.

Nollus volant.

Gladium dedisti qui se occideret. 41

Adagij formam habet quod scripsit Plautus in Trinummo, Gladium dedisti qui se occideret id est. Ministraris aliquam & adiumentum ad perniciem. Veluti si quis amanti adulescenti pecuniam det in manum: aut iuueni temerario mandet magistratum: aut mulieri permittat quo libeat eundi licentiam. Dedit & Æneas Didoni gladium quo se occidit. Quo quidem loco multa Seruius, quæ nobis alio loco dicta sunt in prouerbio, χεῖρον ἄνδρα δίδου.

Alienum arare fundum. 42

Ἀλλότριον ἀροῦν ἀρότρον, id est, Alienum aruum arare. Prouerbiali metaphora dictum est pro eo quod est, alienum agere negotium, aut cum alienis vxoribus habere rem. Theognis in sententia,

In adulterii. *Ἔχθαιρω δ' γυναῖκα θεοδρόπον, ἄνδρα δ' μάχεσθαι,*
Ος τὸν ἀροτῆρα βοῦν ἀροῦν ἄρουρ' ἀρῇ. id est,
Est mulier mihi inuisa, deumque metuens maritum,
Alterius fundum quisquis arare capit.

Alienos irrigare agros tuis intent. Plautus item de marito adultero, Fundum alienum arat, suum inscultum deserit. Huic simile is color est apud iureconsultos. Alienos irrigare agros, tuis sitientibus. C. de seruit. & aqua. cap. Præses, Dorum est & crudelitati proximum, ex tuis prædiis aquæ agmen ortum, sitientibus agris tuis, ad aliorum vsum, vicinorum iniuria propagari.

Fluuius quæ procul absunt irrigat. 43

Ποῶμαι τὰ πόρρω ποτίζων, τὰ δ' ἔγγιον καλλύνει, id est, Fluuius quæ longè essita sunt, irrigat: quæ proxima sunt, præterit. De his dici conuenit qui bene merentur de externis & nihil ad se pertinentibus, suos negligunt. Refert Diogenianus. Ap. patet inde ductum, quod vbi fluuius ortus minor esse solet, minus que argillæ secum trahere: & quo longius recessit à fonte, hoc est copiosior vberiórque.

De eo qui externis benefacit, suos negligit.

Magno flumini riuulum inducis. 44

Ποταμῷ μεγάλῳ ἔγχελυν ἐπάγεις, id est, Magno flumini canalem inducis. Id est Maximis rebus pusillum & inutile momentum addis. Commemoratur à Suida. Finitimum est illis, Syluæ addere ligna, mari aquam, soli lucernam.

Ne patris nomen quidem dicere possit. 45

In obscuros, & incertopatres natos. Synesius in epistola quapiam aduersus Andronicum, *οὔνομα δὲ ἔχειν οὐκ ἔστιν ἔτι πατρὸς, ἀλλ' οὐδὲ πάτερ*, quam. id est, Horum quasi nomen dicere non possit, imò ne patris quidem, vt aiunt. Quadrat in vehementes obscuros & spurios, incertóque patre natos. Quod genus est & illud Iuuenalis,

Quorum nemo queat patriam monstrare parentis.

Vnde Plutarchus existimat spurios dictos, nothos, quòd duabus his literis prænotari soleant. s. p. híque significari, Sine patre. S.P. Spurij.

Ne si bos quidem vocem edat. 46

Alciphron in epistola Glycerę ad Menandrum, *Ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἴσως ἔγωγε μα τὴν Θεὸν, οὐδ' εἰ βοῦς μοι, οὐ λαλήσειεν, φιλήσαιμι, σιωπῶσαν αὖ*, id est, Hoc autem nullo pacto credideris, ne si bos quidem fuerit eloquuta. Hinc dictū est quod in annalibus frequenter commemoratur bos humanam vocem reddidisse. Memini legere, ni fallor, apud Platonem non dissimili figura dictum, Etiamsi quercus eloqueretur. Nam olim è quercubus Dodonæis reddebantur oracula. Etiamsi quercus eloq.

Ægeum navigat. 47

Τὸν αἰγαῖον πλεῖ id est, Ægeum navigat, vt subaudias, *πόλεμον*. Æmanus in epistola quapiam. *Γεωργίαν μὲ γεωργῶν ἀπολιπὼν ὁ χείμων. Λόγος ἐπέβη τινὰς, ἢ τὸν πόντον αἰγαῖον, φασὶ, ἢ ἄλλο πλάγιον μαστῶν, ὀπτωμαίζειν ἢ λαμβάνειν ζῆν, ἢ αὐτοῖς μάχεσθαι διαφόρως*, id est, Victimas Laches, relicta agricultura, & agricolationis vsu, nauem conscendit, atque Ægæum, vt aiunt, nauigat, reliquáque metitur maria: & in fluctibus agens, lari vitam viuit, cumque variis ventis dimicat. Persius item in quinta Satyra,

De eoqui nullum periculi detrectat.

Oscym ad nauem nihil obstat quam trabe vasta
Ægæum rapuit.

Arbitror hoc mare cæteris esse periculosius ob frequentes scopulos. Hinc est illa M. Tullij metaphora in Diuinatione, Intelligo quam scopuloso difficilique loco versor. Nec infrequens est apud Hieronymum, E scopulis locis enauigauit oratio quoties sensum expeditam quæstionum difficultatem. Quadrabit igitur in hominem ob lucri studium nihil omnino periculi recusantem.

Liberi poetæ & pictores. 48

Lucianus in Dialogo quem inscripsit *Τυραννοκτόνος. Καὶ τοι παλαιὸς ἔδει ὁ λόγος, ἀδεῖς τε ἦν ποιηταῖς ἢ γραφεῦσι*, id est, Atqui vetus hoc dictum est, liberos esse poetas ac pictores. Idem in Demosthenis Encomio *τὸ δὲ ποιητικὸν φῦλον ἐλεύθερον*, id est, Atqui poeticum genus liberum. Sensit autem liberum esse poetis & pictoribus impunè quicquid velint fingere. Ἄδεια Græcis est cauta hinc acculatio. magistratum itaque de quo cogebatur rationem reddere qui susceperat, *ὑπεύθυνον* appellabant: liberum autem, & de quo non exigebatur ratio *ἀνυπεύθυνον*. Iudicat hoc Æschinis oratio aduersus Ctesiphontem. Diphilus apud Athenæum lib. 6. de poetis, Τυραννοκτόνος. Ἀνυπεύθυνος.

—οἷς ἐξουσία Ἔστι λέγειν ἅπαντα ἢ ποιεῖν μόνοις. id est,
-quibus libet,
Et facere solis quidlibet atque dicere.

Ad quod Alluserit Horatius, quum ait,

-pictoribus atque poetis
Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas.

Nam poetæ numine agunturi, eóque illis frustra præscribas. Seneca libro de vita beata 1. Siue Platoni, inquit, credimus, frustra poeticas fures sompas sui pepulerunt: nec Aristoteli, nullum magnum ingenium sine mixtura dementiæ fuit. Est autem plurimum cognationis inter poeticen & picturam. hinc est quod Simonides, authore Plutarcho, *τὴν μὲ ζωγραφίαν, ποίησιν σιωπῶσαν ἀπεκάλεσε. τὴν δὲ ποίησιν, ζωγραφίαν λαλοῦσαν*, id est, Picturam, tacitam poesim appellauit: poesim autem, loquentem picturam Proin Horatius,

Vt pictura poesis erit.

Torqueri potest in eos qui pertinaci & obstinato sunt ingenio quóque necesse sit suis moribus relinquere. Aut in mulieres quibus nihil non permittitur: aut in principes quibus omnia laudi dantur.

Per transennam inspicere 49

Per transennam inspicere, Prouerbiali nimirum figura dictum est, pro eo quod est, non propius neque singillatim, sed procul & summatim inspicere. Translatum à negotiatoribus, qui intercibus quas contrectari nolunt, cancellos obiiciunt: quidam etiam vitrum pellucidum opponunt, vt prætereuntibus procul modo contemplari liceat: nec explicant eas nisi licuatori idoneo. M. Tullius De oratore libro primo, Si in aliquam domum plenam ornamentorum vel in villam venisses, si ea sepulta (vt dicis) essent, tuque valdè spectandi cupidus esses non dubitares rogare dominum vt proferri iuberet, præsertim si etiet familiaris: similiter nunc pemo à Crasso, vt eam copiam ornamento- Summatim inspicere.

tum suorum, quum constructam vno in loco, quasi per transsennam prætereuntes strictim aspeximus, proferat, & suo quoque in loco collocet.

Ne de lite pronunties prius quam, &c. 50

M. Tullius lib. epistolarum ad Atticum 7. Obsecro μὴ ταχὺ τι δίκλω, præsertim in te à quo nihil vnquam vidi temere fieri. Notauit Cicero carmen prouerbiale, quod citetur cùm ab aliis multis, tum à Luciano, libello De calumnia.

Nec temerè ne de re non compertè pronunciandum.

Μήτι δίκλω δικάσῃς, πρὶν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς. id est,
Ne iudex fueris, partes ni audieris ambas.

Nonnulli tribuunt Hesiodo, sed falso (vnde Tullius ψευδησιόδειον appellat) quum sit Phocylidis. Admonet autem non temere pronuntiandum de quopiam, nisi re vtrobique diligenter cognita. Citatur & apud Aristophanem in Vespis,

Ἦτα σοφὸς λὰξ ὅστις ἐφάνη, πρὶν ἂν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃ,
Ὧν ἂν δικάσῃ. id est,
Sapiens fuit is quisquis dixit,
Prius ac partem audierit vtramque. *Ne iudicem agas.*

Eandem sententiam hic extulit Euripides in Heraclidis,

Τὶς ἂν δίκλω κρίνοιμ', ὃ γραῦ ἀνήρ,
Πρὶν ἂν πρὸ τοῦ ἀμφοῖν μῦθον ἐκμαθὼν σαφῆ id est,
De lite quisnam iudicet, ant qui queat
Vtrumque audire, priusquam atque partem audierit *Vtramque?*

Alludit huc Seneca in Medea,

Quis dixerat sit quid locus tertiam alteri,
Aequum licet fuerit, haud aequum put.

Fertur inter Græcanicas edictiones & hic senarius,

Ἀνέξεσθε μὴ κάτα ξύν μαθόντες. id est,
Ne quemquam puto, eum non expenderis.

Duobus pariter cum sibus. 51

M. Tullius Epistolarum ad Atticum lib. 9. Vna sufficimus, consilium certe non defuit. σὺν τῷ δυ ἐχρήσατο. Idem Epistolarum familiar. lib. 9. ad M. Varronem 17. Volebam propè alicubi esse si quid boni ex salutis, σὺν τῷ δυ ἐχρήσατο. Appositè citatur apud Platonem in Protagora docens opinionem recte Aristoteles, si fuerit ab altero comprobata. Locus est apud Homerum Iliados κ, vbi Diomedes iturus exploratum quid agant Troiani, comitem postulat. id enim fore tum iucundius, tum tutius. Carmen sic habet,

ἀλλ' ἴστε μοι αὐτὴ ἅμα ἕπεσθον ἠδὲ καὶ ἄλλω.
Μᾶλλον γὰρ θαλπωρὴ ἑοῦ ἑτάροιο κέλευθα
Σὺν τῷ δυ ἐρχόμενοι καλὸν τό κε καὶ πὸ ἕκαστος
Οὐτασέμεν ἠὲ ἑλέειν ἠδ' ἐκ πολέμοιο ἐρύσσαι,
Ἀλλὰ τὸν αὐτοσχεδὸν ἔμμεναι ὅστις ἄριστος. id est,
At mihi sigua ita vestri comes, ne alterius
Solamen sit atque gnaui fiducia mater,
Si duo communis vestram ad hos proelia,
Si quid opus facto videt, at qui fulmen & vnus
Quamuis pergit, tamen ego mens sequitor iter, &
Consilium temet.

Vlysses consultus.

Apuleius in libello De dæmonio Socratis, autumat allegoriam non infrugiferam huic Homerico subesse figmento, videlicet periculosis in rebus adhibenda duo, consilium & opem. Vlysses quoniam prudentissimus fingitur, consilij symbolum habet: Diomedes, vt pote iuuenis, viribus antecellens, auxilij sustinet imaginem. Apulej ex eo loco verba sunt haec. Itidem quū rebus creperis & afflictis speculatores deligendi sunt qui nocte intempesta, castra hostium penetrent, nonne Vlysses cum Diomede deligantur: veluti consilium & auxilium, mens & manus, animus & gladius?

Manu serendum non sylaco. 52

Manu serendum.

Τῇ χερὶ δεῖ σπείρειν ἀλλὰ μὴ λίνῳ τῷ σηλίκῳ, id est, Manu sementem facere oportet, non sitrem tota corbe. Dictum Corinnæ ad Pindarum poetam, vt authòr est Plutarchus in commentario quem inscripsit, πότερον ἀθυμίαν ἢ πλοῦτον ποιεῖ ἡ κακία. Modus in omnibus seruandus, & præcipue in his ad alia traiciendum. Ab agricolis dictum est qui quum serunt, non semel effundunt ipso vase, sed manu sata spargunt semina, vt vnius actio alio occupato sufficiant. Ad eundem modum illa dispensanda est benignitas, vt multis suppeditare possis. Sic moderandus est labor in literis, vt ad alia quoque vitæ munia suppetat animi vigor.

A fronte atque à tergo, 53

De circumspectione.

Πρόσθεν καὶ ὄπιθεν, A fronte atque à tergo. Prouerbij vice receptum, pro eo quod est, diligenter inspicere, & præterita cum præsentibus ac futuris conferre. Sumptum est autem ex Iliados libro primo, vbi Achilles Agamemnonis incogitantiam accusans, sic ait,

Οὐδέ τι οἶδε νόῳ ἅμα πρόσσω καὶ ὀπίσσω. id est,
Nec nouit simul à tergo atque à fronte videre.

Rursum in eundem operis libro 3.

—ἅμα πρόσσω καὶ ὀπίσσω Ἀθήνη. id est,
A tergo simul atque à fronte videbit.

Iterum Iliados σ.

—οἱ γὰρ ἐπ' ἀμφοτέρῃσι πρόσσω καὶ ὀπίσσω.
Solus enim ille à fronte simul tergoque tuetur.

M. Tullius prouerbij vice vsurpauit libro Familiarium epistolarum 13 Quem versum Herodotus ex Pæonibus laudat egregie, & ait posse eundem ἀμφιπρόσωπον καὶ ὀπίσσω videre. Huc affine videtur illud Hesiodium,

πάντα μάλ' ἀμφὶς ἰδὼν μὴ χείρονα χερμάδα γήμῃ. id est,
Cuncta bene vndique dispiciens, ne grauiora ducas ineptus.

Plato in Cratylo, monens, ea quæ dicta fuerant, etiam atque etiam qualia sint dispici, vsurpat hoc Homeri dictum, δίσσησιν ἅμα πρόσσω καὶ ὀπίσσω. M. Tullius Philippica 3. vsurpat pro vndique, à tergo, à fronte, à lateribus tectum. Hoc sermonis colore nō semel vtitur & alibi. Antiquitas Ianum bifrontem fingens, regum prudentiam indicabat, quorum est & præterita meminisse perpendereque, & futura prospicere. quamobrem & diuinitatis duos comites addebāt. Antemortam, & Postuortam quas olim religiosè colebant Romani, vt indicat Macrobius in Somnium Scipionis libro primo.

Ianum bifrontem.

Gallos quid execas? 54

Τί μοι τὸ θύμοιον? id est, Gallos quid execas? Quid actum agis? Nam Galli Cybeles sacerdotes sua sponte sunt exectis testibus. Quid spolias naturam? Cur affligis amictum? Cur tenue corpus tyrannis attenuas? Quanquam id ad quamuis tenuem operam ingeniosè dictum conueniet. Quemadmodum illa, Lacerem lauas, Actum agis.

Inanis opera.

Quanto asini præstantiores muli. 55

Theognidis illud ipsi illi nam prouerbij faciem habet,

Τρεῖς δ' ὄσσον ὄνοι χρήσιμοι ἡμίονοι. id est,
Nouem vti quanto muli asinos superent.

Dicendum vbi quis longo interuallo præcedit. Refertur apud Athenæum libro Dipnosophistarum 7. Sumptum videtur ex Homero, cuius hi versus sunt Iliados κ,

Longo interuallo præcedens.

Ἀλλ' ὅτε δὴ ἀπίθμιον ὅσσον τ' ἀπήνεια πίλναται
Ἡμιόνοισι δὲ περὶ ῥίμφα θρῴσκουσι πόδεσσι,
Ἐλλίπῃ γουνὸς βαθέης μακὸν ἄρουρα. id est,
Ferè ibi vbi tantum aberat quantum pars vltima sulci
Mularum si quidem hae bubus longe potiores
Duci, et propius sectum compellere aratrum.

Rursum Odyssea β,

Τῶν δ' ἕνα θῆν ἔχε δῖος Ὀδυσσεὺς ἐμόωντι·
Οὐδὲ τὰ γε νήδυμον ὕπνον ἐπὶ βλεφάροισι δαείη.
Τέσσερα γὰρ κεφαλὰς ἀνὰ δασκίους οἱ ἔθρεψεν. id est,
Hos cuncta arcebat Ulysseus ignauos omnes:
Quantum mularum iuba praecedit in arua,
Tantum ii praecurrebant populos, etiam altiugulos
A tergo linquens,

Olim bubus, asinis & mulis proscindebant arua. hinc illa lex Mosaica Deut. 22. quæ vetat arandi gratia bouem & asinum sub idem iugum mittere. Aratrum igitur quod à mulis trahebatur, multo celerius perueniebat ad sulci finem, quum arator inuertit aratrum, quàm quod trahebatur à bubus. Hesiodus item mulos ἐλαφρὰ ἄρη vocat.

Difficilis vir. 56

Δαιτὸς δὲν πάσῃ τε καὶ ἀνδρὸς αἰτιάασθαι.
Forsan & inuecundum culpes virum omnis & aeui.

Hunc Homeri versiculum olim in Demosthenem vulgo iactatum fuisse, multorum authorum testimoniis constat: propterea quòd accepta pecunia nonnunquam & malos defenderet, & oppugnaret bonos. Eundem ad Varronem torsit M. Tullius libro Epistolarum ad Atticum 13. Dicitur autem apud Homerum Iliados λ sub persona Patrocli,

Ἦ ῥ' οὐ σοὶ εἶδε γαμβρὸς ἐπιφροσύνῃ ἐνὶ θυμῷ
Δαιτὸς δὲν, πάσῃ τε καὶ ἀνδρὸς αἰτιάασθαι.
Ipse probe nostri gener, quod vt efferus ille,
Culparit facile inuecundum, culpāque vacantem.

Dictum de Achille.

Rursum Iliados τ.

Ἐκφέρεμεν καὶ δυσαὶ δαιτὸς αἰτιάασθαι id est,

Mollar,

Heller, quando libet culpa culpare vacantem.

ANIMAD. HENR. STEP.

V. *Forsan & innocuum culpet vir sæuus & acer.*] Possit aliquem impellere in errorem hæc interpretatio, vt pote qui eam legens, existimaturus sit Homerum dicere, Quisquis est vir sæuus atque acer (ita enim vertit, ἀνὴρ) ille fortasse etiam innocuum culpare possit. quum Homerus non generaliter de quolibet viro qui sit ἀνὴρ hoc dixerit: sed de certo quodam, nimirum de Achille. imò verò quum ne cohæreat quidem apud eum ἀνὴρ cũ verbo αἰτιάσηται, id est culpet: sed diastole interposita ab illo disiungatur, idque in vulgatis quoque editionibus. verum post οἷος- ἀνὴρ- nullam habent, quum tamen ibi quoque opus ea esse putem. vt ita dicantur hæc veluti concisim. Ipse probè nosti qualis ille sit: nimirum est vir acer: adeò quidem vt fortasse (vel potius ilatim) etiam culpa vacantem culpaturus sit. Itidem Cicero versum Homericum vsurpans, ἀνὴρ cum αἰτιήσεται non coniungit. Sic enim ait, lib. epist. ad Atticum 13 Volo Varrone, præsertimquũ ille desideret. sed est, vt scis, ἀνὴρ αἰνὴρ. τυχαῖα ut ἀναίτιον αἰτιάσεται. Perinde est enim hic siue dicas, Sed est, vt scis, ἀνὴρ αἰνὴρ: siue, Sed est ἀνὴρ αἰνὴρ, vt scis: πάρεστι &c. Cæterùm an in prouerbium abierit hic versus sicut & proximè sequens, alij viderint. De hoc sanè dubitare nemo possit: at illum cur à Cicerone vsurpari dicamus prouerbialiter, potius quàm aliquot alios quos passim in eodem epistolarum volumine, suo sermoni inserit? Lucianus quidem certè quum dicit, αἰσχύνεσθαι δοκῶ μοι, ἐγὼ τὸν παλαιὸν, αἰτιᾶσθαι αἰνὸν, prouerbij locum hæc verba occupare non vult, meo iudicio.

Vnum augurium optimum, tueri patriam. 57

Abiit in prouerbium etiam hic versus Homericus,

Εἷς οἰωνὸς ἄριστος- ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης. id est,

Vna auis optima, pro patria pugnare tuenda.

Vsurpatur à M. Tullio in Epistolis ad Atticum. Item à Plinio minore in Epistolis familiaribus. Citatur ab Aristotele in Rhetoricis lib. 2. inter sententias. Sumptus est autem ex Iliad. μ, vbi Hector auguria reliqua negligens, loquitur ad hunc modum,

Τὸν δ' οἰωνοῖσι πρώτιστα θύριον εὐρὺν
Πευθόμεν', ἢν τε μάλ' ἐρεμνὸν ὑπὸ κεύθεσι γαίης,
Εἴτ' ὄρνις πτερόεσσα, τοί τε Διὸς ἴσσοντι θέμιστας.
Ἡμεῖς δ' μεγάλοιο Διὸς πείσεσθαι βουλῇ,
Ὃς πᾶσιν δεύεται καὶ ἀνάσσεται αἰνῶς. id est,

Aligeris ambus in me parere iubet nunc.
Quarum nulla mihi cura aut respectus, vtrumne
Ad dextram Eos versans mihi solis ad ortum,
An lævam, ad solem occiduum, noctisque tenebras.
Verùm nos Ioues arbitrio parere necesse est
Altitonantis: hic imperium tenet vnus in omneis,
Quotquot mortales, quotquot sunt morte carentes.
Vna auis optima, pro patria pugnare tuenda.

Hanc Homeri sententiam expressisse videtur Q. Fabius Maximus apud M. Tullium libro De senectute. Is enim quùm esset augur, dicere ausus est, optimè auspiciis ea gesti quæ pro Reipub. salute fierent: quæ contra Reipub. ferrentur, contra auspicia ferri. Apud Athenæum Hemiochus detorquet ad parasitum, ex Metagene Comico versiculum hunc citans,

Εἷς οἰωνὸς ἄριστος- ἀμύνεσθαι περὶ δείπνου.
Vna auis optima, pro cœna pugnare tuenda.

Auguri vsurpatum oportet, ne temere.

Nequid suo suat capiti. 58

Terentius in Phormione prouerbiali figura dixit, Nequid suo suat capiti: pro eo quod est, nequid mali illi conciliet. Expressum est ad illud Homericum Iliad. σ,

Οὐκ ὄφελον πρώτιστα κατὰ μόρον ἠδὲ βίηφι
An fuere inuisa non debebam mala Troæ?

Idem Odyssez τ,

Ἐνάστιος γάρ σφιν κατὰ μάντιν, ἐμπεδόμυθος
Παρμενίδης ὅλεσσεν. id est,

Annum illis nonum mala iam fuimus, tentantes
Fraudibus omnigenis. Rursum Odyssez π,

Τίη δ' οὐ Τηλεμάχῳ ξυνάγεν τε μίγην τε Ῥάδαμνυ; id est,

Cur tu Telemacho mortem suis, exitiumque?

Terra mihi prius debiscat. 59

M. Tullius Epistol. ad Atticum nono, Aberit non longe quin hoc à me decerni velit: neque sit contentus Galba, Scæuola, Gallio, Antonio,

—πότι μοι χάσσατο δίπλα χθών. id est,

Tellus ipsa mihi tunc ampla debiscat.

Est autem hemistichium Homericum ex Iliad. 4. Lucianus in Lapithis, ᾧ τὸν δ' οὐ πω λόγῳ, χασσάτω μοι τηλοῦ χθών, id est, Iámque, iuxta id quod vulgo dici solet, optabam vt mihi terra dehisceret. Aristides in Themistocle, Οὐδ' ἀπόρει, οὐδ' ἐξεπλάγη, οὐδ' ἤνεγκε αὐτῷ χαστὴν τηλοῦ χθών, οὐδ' ἐδεήθη τοὺς πάλαι κεκμῶτας, id est, Neque perplexus erat, neque consternabatur animo, neque orabat vt sibi terra dehisceret, neque beatos dicebat illos qui iam olim fuissent defuncti. Et Vergilius in quarto.

Sed mihi vel tellus optem prius ima dehiscat,
Vel pater omnipotens adigat me fulmine ad vmbras,
Pallentes vmbras Erebi, noctemque profundam:
Ante pudor quàm te violem, aut tua iura resoluam.

Vestis virum facit. 60

Εἷμα ἀνὴρ, id est, Vestis vir. Id hodie quoque vulgo tritissimum est. aiunt enim ad hunc modum, Vestitus virum reddit: qui habet, induat. Idẽ affirmat Quintilianus libro Instit. 8. Et cultus, inquiens, concessus atque magnificus, addit hominibus, vt Græco versu testatum est, authoritatem. Hunc autem versum quem citat Fabius, opinor esse illum apud Homerum Odyssez ζ,

Ἐκ γάρ τοι τάδε φάτις ἀνδράσιν ἐσθλὰ πέλονται
Ἐσθλά. id est,

Quippe homini ex istis surgit bona fama decusque.

Cultus addit hominib. auctoritatem.

Paulo inferius in eodem lib. quantum momenti cultus vestium adferat ad conciliandam homini formam dignitatémque, satis indicat, quum Nausicam puellam ita de Vlysse loquentem facit.

Πρόσθεν μέν μ' ἐδόκησε κακὸς καὶ ἀνάξιος εἶναι,
Νῦν δ' θεοῖσιν ἐοικὼς τοὶ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσι. id est,

Ante videbatur spectæ fastidiosus esse,
Nunc diuis similis, magnus quos pascit Olympus.

Nam antè nudus, iam vestitus vix dias suduerat Vlysses; ac protinus alius esse visus est.

Ἐξῆτ' ἔπειτ' ἀπὸ δ' ἄκμονα δῦ πολιὴν ἁλὸς ἔνδα θαλάσσης,
Κάμψε δὲ χέρσον ἐλαίην. id est,

Deinde procul veniens ad littora pontica fulsit,
Fulgescens forma atque lepore suo.

Teneri calidis balneis. 61

Ἁπαλοὶ θερμολουσίαις, id est, Teneri calidis lauacris: in mollices & luxu diffluentes dicebatur. Iam antiquitus calida balnea deliciarum nomine tacta fuisse, vel Homerus testis est Odyssez θ, inter voluptarias vitæ delicias ea commemorans,

Ἀοιδὸς δ' ἄμμιν δαὶς τε φίλη, κίθαρίς τε χορεῖτε,
Εἵματά τ' ὀρχηστύς, λουτρά τε θερμὰ, καὶ εὐναί. id est,

In luxu diffluentes.

Ai semper cordi nobis epulæque, chorique,
Cantúsque, & varia vestes, & balnea calda, Cõcubitúsq.

Refertur adagium ab Eudemo his quidem verbis Ἁπαλοὶ θερμολουσίαις εἴθισται μαλθακίζεσθαι. id est, Teneri calidis lauacris, delicati lectorum mollitie. Huc allusit Persius, quum ait,

Elixáque nates labefactat fortiter adunca.

Dextrum pedem in calceo, sinistrum in pelui. 62

Δεξιὸν εἰς ὑπόδημα, ἀριστερὸν εἰς ποδανιπτῆρα, id est, Dextrum pedem in calceum, sinistrum in pelium. Subaudi verbum ad sententiam accommodatum, mittit, aut ponit. Suidas ex Aristophane citat, aitque dici solere in eos qui se norunt commode ad rei præsentis conditionem applicare, próque loco, tempore, negotiis, aliam atque aliam sustinere personam. Est autem carmen hexametrum heroicum,

Ad rem præsentem se accommodantes.

Dextrum in calceolo, lævum verò in podoniptro. Podoniptrũ.

Podoniptrum vas in quo pedes lauantur, vnde & vocabulum inditum à Græcis.

Dea impudentia. 63

Θεὸς ἀναίδεια id est; Dea impudentia. Dici solitum vbi quis ex audacia inuerecundiáque sua lucrum atque emolumentum ferret. Nam inutilis, vt ait Homerus, verecundia viro egenti: complurésq. mortales videas, quibus magno bono fuerit nihil omnino puduisse. Si quidem nullus vnquam rem ausus est adeo ineptam aut absurdam, quæ non inuenerit & fautorem & admiratorem: multóque maxima pars mortalium, quæ ineptiis

Verecundia inutilis egeti.

Quæ stultissima sint, ea miratur maximè. Refertur à Zenodoto & à Drogeniano. Theophrastus in lib. De legib. prodidit, apud Athenienses aras fuisse Contumeliæ & impudentiæ dicatas. Idem attestatur Ister lib. 14. Item M. Tullius I b De legibus 2. Nam illud vitiosum Athenis, quòd Cylonio scelere expiato, Epimenide Cretensi *Impudentia & Contumeliæ fanum.* suadente fecerunt Contumeliæ fanum & Impudentiæ. Virtutes enim non vitia colectare decet. Menander in Gnomologijs appellat illam omnium deorum maximam.

—ὦ μεγίστη τῶν θεῶν
Νῦν σὺ καὶ ἀνθρώποις ἐσὺν κρατεῖν τε δεῖ.
Δεινὸν κράτος γὰρ τὸν τοιοῦτον θεὸς.
O deorum maxima
Hoc seculo si te vocare fas deam.
Fas: quando hunc vincere habetur pro Deo.

De possessione deiicere. 64

De possessione deiicere, ex sermone iurisconsultorum in vulgi sermonem abiit, pro eo quod est famam cuipiam eripere quam iam omnium consensu obtinuerit. *Res possidentis.* aut adimere quippiam quod suo quasi iure tenere videatur. Nam ius semper fuit possidenti, interdictumque ferebatur, ne quis vi quempiam deiceret. Extat edictum in Pandectis lib. 43. Tit. De vi & vi armata: & refertur à M Tullio in oratione pro A. Cecinna. Plato libro cui titulus Gorgias, ὅταν τις ἐπιχειρῇ σε ἀφαιρεῖσθαι τὸν ἔπαινον καὶ τὴν δόξαν, id est, Conatus me de possessione ac vero deiicere. Est aliquoties apud M. Tullium. Et apud eundem illud quoque, Quasi in suam possessionem venerit, quum quis impetum agit, aut plus æquo immoratur. Quintilianus lib. 2. de rhetorica, Quæ duæ opere cedit, iam pene possessione deiicit. Est enim iucundius dictum quoties ad res animi transfertur.

Dedali alæ. 65

Artis accessio. Δαιδάλου πτερὰ, id est, Dædali alæ. Dicti solitum ubi quis aut quinon satis idoneus ad negotium conficiendum, artis alicuius aut auxilij accessionem adiungeret. Aut qui in quis vrgente necessitate, ad noua confugit consilia, Nota fabula quæ prouerbij ministrauit occasionem, nempe de Dædalo, qui nouo commento assutis alis elapsus est è manibus Minois.

Deinde expergiscebar. 66

Εἶτα ἐξηγρόμην. id est, Deinde expergiscebar hoc dicto significare volebant fuisse quæ dicerentur. Aristophanes κατ' ἐμὲ ἐξηγρόμην. id est. Deinde ego expergiscebar. Bacchus in Ranis iactat apud Herculem se nauale pugnam exercuisse, & duodecim aut tredecim hostium naues demersisse. Id quum Herculi neutiquam verisimile videretur, Bacchum imbellem & deliciis effœminatum deum, gnauiter in bello gessisse sese, per iocum subiicit, κατ' ἐμὲ ἐξηγρόμην. Quanquam interpres admonet, hunc sermonem à nonnullis non ad Herculem, sed ad Xanthiam referri: à nonnullis ad ipsum Bacchum, vt significarit se dedita opera mentitum fuisse quæ narrarat. Carmen Aristophanis adscribam.

Hercules, Κακὰ μαίχεται; Bacchus. ἐγ κατὰ σὸν μὲν γὰρ
τῶν πολεμίων ἐ δέδυκ' ἐ πρῶτος ἐμβέβηκα.
Hercules, Σφώ; Bacchus. τὴ μὴν κἀπολλωνιάτ' ἐμὲ
ἐξηγρόμην. id est,
H. Ita prælium nauale gessit, obsecro?
B. Quin duodecim hostium naues aut tredecim
Submersimus. H. Vos quæso? Non credidi.
At postea sanè reliquit me sopor.

Somnia pro rebus gestis. Hic locus prius qualis erat hodiernis temporibus familiaris est vulgo, quoties quæ memorantur, vana somnia que fingi videntur. Res enim friuolas ὀνείρατα vocamus. Hanc quidem ego ὀνείρατα λέγω, id est, Passim fere venditamus somnia. Vide & friuolarum rerum obseruatores ὀνειροκρίτους appellat Græci. Videtur ad hoc facere allusisse M. Tullius in somnium Scipionis, in quo multa fabulosa cõmemorat de cõcentu orbium, de animabus, nã claudit, Ille dum est, ego sõno solutus sũ.

De lapide emptus. 67

Vilis, vehementérq. obscurus. De lapide emptus. In vilissimum & vehementer obscurum hominem dicebatur. nam inter seruorum genera (si quidem iuxta prouerbium, καὶ δοῦλος ὢν θεοῦ δοῦλος) extremæ notæ habebantur emptitij, potissimum qui palàm in foro diuenditi fuissent. M. Tullius aduersus Pisonem, De me quum omnes magistratus promulgassent, præter vnum prætorem, à quo non fuit postulatus, is tribunus mihi per præcones duos de lapide emptos. Simillimum est illi Græco quod alio tradidimus loco, ἁλὸς ὠνητὸς ἀνήρ, Sale emptum mancipium. Sale emptum mancipium. Columella, videns in re pretij tenui significans, Quem vulgus quidem de lapide emptum dicere solet, vel de lapide nexum emptum potius dicit. Sed lego plurimorum opinioni dissentiens, pretiosum vinitorem in primis esse credo. Quo quidem loco, aut noxium, noxæ deditum, & obscurum vulgi solium, aut nexum legendum arbitror. Nam nexi dicebantur, qui quod soluendo non essent, addicebantur creditoribus. Tametsi nexi non continebantur appellatione seruorum proprie, nec vno ore. Iulius Pollux lib. De rerum vocabulis tertio, lapide vnde quondam vendebantur mancipia, τὸν ἐκ πέτρας καὶ πωλούμενον appellat.

Date mihi peluim. 68

Δότε μοι πέλανον, id est, Porrigite mihi peluim, vbi quid vehementer molestum esset, ita vt ferri iam diutius non posset, peluim tibi porrigi iubebant, quasi præ huc nauseaque & fastidio rerum vomituri. Veluti si quis orationem supra modum indoctam non ferens, aut sophisticis nænijs offensus dicat, δότε μοι πέλανον, id est, Porrigite mihi peluim. Refertur à Suida. Extat autem apud Aristophanem ὁ τῆς φιλίας. Et Plutarchus in Politicis citat è Platone comico.

Dares Entellum prouocas. 69

Dares Entellum prouocas, & prouerbij speciem habet, & apud eruditos videtur in vsu prouerbij celebrasse. Scribunt Hieronymus ad Augustinum, Memento inquit, Daretis & Entelli. Cor admonet vt, si quando quipiam in lucenti certitudine accedet aliquem non perinde promptum ad lubricum certamen, verum intolerantia tumentem, Quemadmodum terentes, vt liberet aliquid de negotio, accepto pecunia gerat. Susceptum est ex Aeneidos lib. v. Dares quidam vir nobilis fretus, & teroce iuuentæ, vltro prodiens in medium, quemuis ad certamen prouocat: assurgente nemine, deterritisque reliquis, iam pene quasi victor, præ se tumidus agebat ab Aenea. At Entellus senex, & tam prudens ab huiusmodi genere certaminum feriatus, infigit ille partim Acesti, partim veterum victoriarum memoria, tandem surgit cestibus dimicaturus. Is diu suo commodum loco, nullum ictum incertius circumhibentem tulit, donec frustrato ictu lapsus, pudore fic recanduit, vt Daretem iam longe imparem prorsus confecturus fuerit, nisi eum Acestes inter cedentes eripuisset. Carmen ipsum Maronis adscriberem (est enim longe lepidissimum) ni & longius esset & in promptu situm.

In temerarium iuuenem, qui senem prouocet.

Dares apud Virg.

Entellus senex.

Ad Cynosarges. 70

Εἰς κυνόσαργες, id est, ad Cynosarges. prouerbiali conuicio dicebatur, quemadmodum εἰς μακαρίαν, & εἰς λύκειον. Erat autem Cynosarges locus in Attica quispiam in quo nothi spurijque exercebantur: cui nomen inditum, ἀπὸ κυνὸς ἀργοῦ, id est, A cane albo, seu veloci. nam Græcis ea vox ἀργὸς vtrunque significat. Qui collegit historias ex orationibus Isthmicis Gregorij Nazianzeni, tradit Cynosarges dictũ ἀπὸ τοῦ κυνὸς καὶ τοῦ ἀσπρὸς, commuto κ in Γ. Nominis causam hanc adscribunt: Quum olim Diomus quidam Atheniensis, authore Stephano (nam Suidas Didymum ponit) sacrificaret Herculi, canis quidam albus, aut, vt alij dicunt, velox aquila, victimæ partem abreptam in locum quendam deposuit. Quo prodigio territus, quum Deum consuluisset, responsum est vt eo in loco Herculi sacellum extrueret, in quem victima deportata fuisset. nam cum Herculi placere. Porrò, quoniam Hercules nothus fuit, vtpote ex adultera natus, & tamen virtute sua diis æquum honorem assequutus: idcirco visum est vt nibi, qui spurij fuissent, & neque patris neque matris nomine essent, exercerétur. Nec abhorret ab his quod scribit Plutarchus in libello quem inscripsit ἐρωτικὸν, Εἰ δὲ ἦν ἐν τῷ πάθει δεῖ κακὸν ἕρωτα δόλον καὶ τέχνην, ὥσπερ εἰς κυνόσαργες σοὶ πυθοῦ τῶν μαινομένων. μᾶλλον δ' ὥσπερ ἀετὸν τινα λέγουσιν ἐγγενῆ καὶ ἔκγονον ἐν Ὀμφάκῃ μόναις καὶ Σκυθικαῖς θεσσαῦσιν, id est, Quòd si igitur hunc quoque morbum oportet vocare amorem fœmineum ac nothum, veluti in Cynosarges conicientem nos in muliebre conclaue: magis autem, sicut aquilam quandam dicunt gnesiam (id est, ingenuam germanámque) ac montanam,

Cynosarges, qui locus Attica.

Hercules nothus.

nam, quam Homerus nigram & venatricem appellat. Vnde vel contumeliæ causa dicebatur, ὁ κυνόδορος, velut in spurium: vel imprecando, quasi dicas. In malam crucem. Postea contentaneum est hoc quoque loco garrire cœpisse philosophos & sophistas. Nam Suidas tetigatur tria fuisse gymnasia, Lyceum, Cynosarges, & Academiã. Meminit huius rei & Plutarchus in Themistoclis vita, quem aiunt fuisse nothum. Erat autem extra portas Atheniensium Herculis gymnasium, quo spurii adolescentes sese conferebant exercitij gratia, quod & ipse deus nothus ac matre mortali natus esset. Huc Themistocles adhuc adolescens acte pellicebat & ingenuos aliquot adolescentes, quo paulatim tolleret nothorum & legitimorum discrimen.

Cythnica calamitates. 71

Κυθνιάδων συμφορά, id est, Cythnicæ calamitates. Zenodotus Aristotelem authorem citat, Cythnios vique adeo diuexatos afflictósq. fuisse ab Amphytryone, vt in proverbium abierint κυθνιάδων συμφορά, pro maximis cladibus, & immensis calamitatibus. Est autem Cythnus ex insulis Cycladibus vna, contra Dryopidem sita, teste Stephano.

Cythonymi probrum. 72

Κυθωνύμου αἶσχος. id est. Cythonymi dedecus. In hominem dicebatur vehementer infamem, fœdique nominis, cuiúsque nomen iure supprimi debeat, vel ob malefacta, vel ob calamitates. Vnde & Græca vox à celando nomine dicta, & hodie dictitant vulgo, tegendam ollam, quoties innuunt fœdius esse facinus quàm vt authoris faciendi sit mentio. Author Zenodotus.

Cyziceni stateres. 73

Κυζικηνοὶ στατῆρες, id est, Cyziceni stateres. De re scitè scalpta. hoc enim subindicant παράσημοι. Nam hi numi olim celebres erant, quòd elegantèr scalpti viderentur. Repræsentabant altera parte Cybelen deorũ matrem, facie muliebri: altera, leonis imaginem. Mihi magis videtur fore locus prouerbio, quum hominem signi ficamus inæqualem, ac nõ dissimilem, aut qui longe aliud agat quam præ se ferat: quemadmodum numi Cyziceni ex vno latere Cybelen ostendebant effœminatam, ex altero leonem. Stateris valebat xxviii. drachmas Atticas, vnde & de re magni precij videtur posse dici. Cyzicus autem erat ciuitas Propontidis. Quidam eiusdem nominis vrbem ponunt in Sicilia. Prouerbij præter alios meminit Suidas.

Inæqualis, & sui dissimilis.

Cyrnia terra. 74

Κυρνία γῆ, id est, Cyrnia tellus, dicebatur regio latrociniis infamis, cuiusmodi ferunt olim fuisse Cyrnum. Est autem Cyrnus insula quædam ad Boream opposita Lapygiæ, melificio nobilis, authore Stephano. verum ob latrocinia fuit inaccessa nauigantibus. Plinius autumat hanc esse Corsicam. In Ligustico, inquit, mari est Corsica, quam Græci Cyrnon appellauere. Gens hæc & hodie male audit apud Italos. Prouerbiũ non ineptè dictum quibitur in hominem alieni rapacem ac violentum. In collectaneis Zenobij per Aldum editis reperio, κυρνία ἄκη, id est, Cyrnia noxa.

Corsica.

Cinyræ opes. 75

Κινύρου πλοῦτος, id est, Cinyræ opes. De immensis diuitiis dicebatur. Simillimum illi. Midæ opes. Nam huius regionem opulentissimam fuisse, Naso satis indicat Metamorphoseos libro decimo,

Gratulor huic terræ, quod abest regionibus illis
Quæ tantùm genuere nefas: sit diues amomo,
Cinnamaque, costumque suam fidatque Sabæo
Thura ferat, floresque alios Panchaica tellus:
Dum ferat & murram.

Pindarus in Nemeis meminit Cinyræ prædiuitis, σὺν θεῷ δ' ὄφρα τύχοι βλαβερᾶν αἰθρύσσων παμφυτίαις, ὥσπερ ἐν κινύραις ἔζων πάτερ σωτῆρα νιν ποτὶ κυδρῷ. id est, Deo fauente, fœlicitas hominibus tribuitur, quæ sanè & Cinyram epib. cumulauit olim in marina Cypro. Prouerbij meminit & Plato libro De legibus secundo, εἰ δ' ἔφα τούτων μὴ κατέφα ἐν Μίδα μᾶλλον, ἢ δὲ ἄλλος, μᾶλλόν τι ἐν ἐμοὶ ἢ ἐμαυτῷ ζῇ. id est, Quod si dixisset quidem fuerit quã Cinyra aut Midas, sit autem iniustus, & miser est, & molestè viuit. Suidas in dictione κατὰ χαράσσειν refert hunc ad modum, κατὰ χαράσσειν· Τέτακται ἐπὶ τῶν ἐπὶ πλοῦτῳ, καὶ σπαταλῶντων, καὶ Σαρδανάπαλον πάλιν προφέρεται. ὥσπερ τοῦ παροιμιακοῦ ὄντος δὶς παῖδες οἱ γέροντες, id est, Colenetica Tithono profundius, Cinyra ditius, Sardanapalo delicatiõr: vt in te cõpleatur prouerbiũ, Bis pueri senes.

Minus de istis laboro quàm de ranis palustribus. 76

Μῖσος μοι τῶν τοιούτων ἐστὶν, ἢ τὸν περὶ τῶν τέλματος βατράχων, id est, Nihilo maior mihi rerum istarũ cura, quàm ranarum in limo versantium. Prouerbialis hyperbole qua significamus nihili omnino ad nos pertinere negotium. Rectè dicetur & in obtrectatores, quorũ obloquutiones dicemus nos fortiter contemnere. Si quidem ranç tametsi assiduè obganniant oblatrentque prætereũntibus, & odiosam illam cantionem iterent sine fine, βρεκεκεκὲξ, κοὰξ κοὰξ, tamen nemo commouetur.

AMIM. MEMN. STEPH.

V. *nihili omnino ad nos pertinere negotium.*) Vel potius, nihil omnino nos curare negotium. nam οὐδὲν μοι μέλει τούτου non significat Hoc ad me non pertinet, sed, Hoc nihil curo. Diuersa autem hæc esse constat quum multi non curent quæ ad te vel maximè pertinent: contra verò curæ habeant aliena & ad se nihil pertinentia. Cæterùm ita efferendo prouerbium vt hic habemus, μῖσος μοι τῶν τοιούτων ἐστὶν, ἢ τὸν περὶ τῶν τέλματος βατράχων, superuacaneum videtur esse οὐδὲν. certè id habetur τῷ βαρβάρῳ in Oreste barbarum, ita plane effertur vt hic (& inde fortasse Suidas descripsit) sed reliqua hoc adverbio ἢ τὸν. Sic enim ille, πάντες δ' ὑπὲρ τῆς ἀρχετύπου ἐχθρᾶς ἐμῆς Ἑλένης. ἐγὼ δ' οὐ τὰς δίχα νίκης ψυχὰς τίνων, μᾶλλον δὲ μῖσος μοι τῶν πάντων ἢ τὸν περὶ τῶν τέλματος βατράχων. Suspicor autem duplicem lectionem cautam hic esse, vt prizbasse. quòd videlicet quum legeretur μῖσος μοι τῶν πολλῶν τῶν, item (resoluendo ἢ τὸν in οὐδὲν μᾶλλον) sic μῖσος μοι τῶν πάντων οὐδὲν μᾶλλον τῶν &c. posita fuerit vna lectio. nimirum cùm ἢ τὸν, simulque ex duobus vocabulis in quæ resolutum fuerat ἢ τὸν videlicet οὐδὲν μᾶλλον, remanserit alterum. Certè si verumus lectionem quam habemus interpretari ad verbũ, tenuis erit contrarius, nimirum hic, Non minor est mihi rerum huiusmodi cura, quàm ran. &c. Vnum duntaxat video esse fugiũm, & videlicet hæc duo οὐδὲν ἢ τὸν non copulungamus, sed alterum ab altero hypodiastole distinguentes; dicamus, Nihil curo res istas: minus, inquã, curo quàm ranas palustres. Sed post οὐδὲν, ponendo ἢ τὸν &c. oratio decrescet. nã qui sibi nullã omnino rei alicuius curam esse ait, plus dicit quàm qui, per cõparationẽ loquẽs, rẽ quãpiã sibi minori curæ esse quã hoc vel illud, dicit. Nisi forte aliquis hyperbolen id excusare putet.

Curæ nullæ.

Cucurbita salubrior. 77

Κολοκύντης ὑγιέστερος, id est, Cucurbita salubrior. Suidas & Zenodotus pro adagio referunt. Athenæus libro 3. citat hunc versiculum ex Epicharmo,

Τυρέστιόν τ' ὢν ἦτε κολοκύντας πολύ. id est,
Eratque longe fatuus cucurbita.

Versus Græcus constabit si legas ἦτ' ἐγὼ. nam vt nos eduximus, habetur in Athenæo edito per Aldum; Vnde fit natum, non inducit. Proinde diuinandum, id inde ductum, vel quòd cucurbita non facile lædatur ventis vitio, propter crassitiẽ quo regitur: vel quòd ea vanis remediis efficax esse permittatur, quemadmodum indicat Dioscorides lib. 4. & Plinius lib. 20. cap. 3. Nec vna tantum species ad remedia valet & sativa quam Græci κολοκύνθην appellant: valet inanis item sylvestris, quam Græci lompiõ, vt ait Plinius, dicunt: valet & sativa minor κολωκύθιον, quasi dicas cucurbitulam. Mihi videtur non absurdè ductum hinc prouerbium, quòd cucurbita vndique turgeat integra, nec vllis huius nec verminculis obnoxia. Est autem integritas & obesitas corporis, sanitatis argumentũ. Cognatũ illi quod alias recensuimus, κρότωνος ὑγιέστερος, id est Crotone salubrior.

Crotone salubrior.

Cum Deo quisque & gaudet & flet. 78

Σὺν τῷ θεῷ πᾶς ἢ γελᾷ καὶ κλαίει. id est,
Deo volente quisque ridet atque flet.

Admonet adagium, rerum humanarum celerem esse commutationem, neq. in nobis situm vt res perpetuo secundæ sint. verum vicissim. Deo visum fuerit, ita vel secundis rebus attollimur, vel aduersis affligimur. Extat hic versiculus apud Sophoclem in Aiace flagellifero. Idem sibi vult illud Euripideum ex Iphigenia Aulidẽsi,

Οὐκ ἔστι πάντως ὅστις εὐτυχεῖ ἀεὶ
Ἀχείμαστον Ἀφροῖς.
Δεῖ δὲ σε χαίρειν ἢ κατηφεῖν θεοῦ
Θυμὸς γὰρ ἔφυς. κἂν μὴ σὺ θέλῃς,
Τὰ θεῶν οὕτω βιοῦν ἐθέλει. id est,

Non te scit ad omnia læta
Agamemnon Atreus:
Gaudere atque dolere necesse est:
Mortalia enim ea ipsa tu natus,
Tamen cuncta sic dijs placitum.

Cum Deo. Nón sine diis. Cum deo fit Græcis, quod fit fauente numine: contra, Sine deo, quod absque deorum fauore. Pindarus in Pythius hymno quinto, σὺν θεῷ ἄνηρ, id est, Non sine dijs. Idem eiusdem operis hymno nono,

Θοᾶν δ' ὑπερφέρουσι θεῶν πραπίδες, ἐδίνησε βραχίων. id est,
Velox alijs tam diis accelerantibus, brevisque via.

Rursus hymno decimo. Θεῶν τοι πάντων,
Οὐδὲν ἄνευ φαεννᾶς ἐμπρέπει ἀρετᾶς. id est,
Quam de progenerat, nihil videtur esse incredibile.

Et Virgilius,
Haud equidem sine mente, reor sine numine cuncta.

Ita quod præter spem vltro obtingit, diuinitus fieri dicitur. Aristophanes in Equitibus, ὡς δὴ θεοπέμπτως
Ὥσπερ ἐξ θεοῦ εἰς ἀγορὰν. id est,
Sed ipse in concionem prodit huc
Tanquam Deo volente.

M. Tullius in Verrem actione quinta, Qui Metello diminutus hoc venit in mentem? Et Horatius lib. 3. ode 4. Non sine dis animosus infans. Et σὺν θεοῖς μοῦσαι, id est, Musis fauentibus σὺν τοῖς θεοῖς, id est, dijs benefauentibus. Ephesium est quod de Stratonico refert Athenæus lib. 8. is quum esset parum insignis citharœdus, habereque in ludo suo nouem Musarum imagines, & Apollinis vnam, discipulos duos rogatus a quopiã quot haberet discipulos, σὺν θεοῖς, inquit, *diuinæ* ludens amphibologia. σὺν θεοῖς accipi potest, annumeratis dijs aut diis fauentibus. Porrò ethnici præcipuum numen tribuebant fortunæ, cui tribuunt illorum iudicio quicquid fœliciter aut secus euenit: de qua Demosthenes in oratione ad Philippi epistolam, μεγάλα γὰρ ἐστι μεγάλων ἔνεστι καὶ πάρεστι τὰ πάντα τῇ τύχῃ καὶ τοῖς θεοῖς ἅπασι πρόθυμα. id est, Magnum enim momentum, imò verius, totum est ipsa fortuna ad omnes hominum actiones. Item Æschines in Apologia θεὸς τοῦτο ἐποίησεν. Ἡ τύχη πάντων ἐστὶ κυρία. id est, in fortunæ manu sunt omnia.

Cum Coryco luctari. 79

Inanis opera. Πρὸς Κόρυκον γυμάζεσθαι, id est, Aduersus Corycum luctari, dicebatur, qui sumeret inanem operam. Opinor Corycum palæstritem fuisse quempiam inuictum. Nisi malumus corycum esse manticam coriaceam: vt adagium affine sit illi, Vtrem vellis. Verum hoc sensu Hesychius scribit per ε & ι, Suidas per ε & η. Porrò talis pugna pugnata est Apulcio in Thessalia.

Curetum os. 80

Κουρήτων στόμα, id est, Curetum os, Dici solitum si quando quis numine afflatus loqui videretur, propterea quòd Curetes Cybeles comites, fortore quodam lacro perciti diuinare viderentur. Refertur à Zenodoto. Meminit & Hesychius.

Melius nobis est quàm heri. 81

Commutata in melius fortuna. Prouerbialem habere figuram videtur illud Aristophanis in Pluto,

Ὁ Βλεψίδημε ἄμεινον ἢ χθὲς ὥρα πράττειν. id est,
O Blepsideme melius atque heri agitur tibi.

Quum significemus fortunam in melius commutatam. Item illud Theocritianum, quod alio citauimus loco,

Τᾷ χθιζοτέρᾳ τοι ἄμεινον. id est,
Melius cras quàm hesterna habebit.

Nam Heri & eras pro præterito futuróque tempore posita fuit.

Cretenses sacrum. 82

Οἱ Κρῆτες τὸν θεὸν, id est, Cretenses sacrum, subaudi faciunt, aut similc quippiam. Adagium Zenodotus ad huiusmodi refert fabulam: Tempestate iactatus Agamemnon delatus est in Cretam: ingressúque Polyrrhenen (nam id est Cretæ inuitæ oppidum, ab omni copia sic appellatum, authore Stephano) rem diuinam fecit. Interea verò captum conscensis nauibus aufugerunt. Quæ res quum illi renunciaretur, fertur dimidiatum & imperfectum sacrificium & iam immolatam victimam reliquisse, curriculóque ad maris littus properasse, perturbatum maiorem in modum, animóque consternatum. Ibi vix vllam reperisse nauem reliquam, qua deuectus est, multum imprecatus malorum eius insulæ cultoribus. Vnde si qua res per tumultum ac turbulentè fieret, κρητικὸν θυσίαν id est, Cretense sacrum, vocabant. Mihi videtur quadraturum vbi quis non fruitur his quæ parauit. quemadmodum vsu venit Agamemnoni, cuius victimas deuorauere Cretenses.

Si quid per tumultū fiat.

Simul & misertum est & interiit gratia. 83

Ἅμα τε ἐλεήθη καὶ ἀπώλετο χάρις. id est,
Simul & miserum est, interiitque gratia.

De ingrato. Senarius prouerbialis apud Zenodotum, dici solitus in ingratum, qui simulatque leuatus est malis, desinit meminisse beneficiorum eius cuius opera restitutus est: iuxta illud, Si dolet, meminit: si placet, obliuiscitur. quum contra admoneat prouerbium,

Χάριν λαβὼν μάμνησο, δοὺς ὅπως ἄπῃ. id est,
Meminerit accepti, dati obliuiscere.

Idem docet in Moralibus Seneca, Beneficij accepti meminisse oportere, dari obliuisci. At nunc ita est ingenium vulgi, vt fragilis in beneficiorum memoria, iniuriarum tenax. Et iuxta Plautum, Si quid ruues, pluma leuior gratia: si quid offendas, plumbeas tuas gerũt. Celebratur in eandem sententiam hi quoque versus,

Ἀεὶ δ' ὁ σωθεὶς ἔσθ' ὑπάχαρις & φονεύς. id est,
Seruatus vsque ingratus est & immemor. Et,
Μνήμη τὸν εὖ δρᾶν τοῦτο γοῦν οὐκ ἔχει. id est,
Hoc munus illic conjecerat gratia.

Frustra currit. 84

Εἰς κενὸν τρέχει, id est, Frustra currit, pro eo quod est, inutiles laborat. Ita vsus est diuus Paulus apostolus complurib⁹ locis. Sumptum ab his qui in stadio cursu certant. Celebris est hic senarius.

Ἄλλος δὲ ἄλλος εἰς κενὸν μοχθοῦσι τρέχει. id est,
Temerarium labore cursu terit.

Currunt extra viam. Celebratur & illud cuiuspiam κακόζηλον, τρέχουσιν ἔξω τῆς ὁδοῦ, id est, Currunt extra viam: vbi quis studio quidem molitur, sed nulla certa ratione quæ præmonstret et quid quæque eúmque sit quærendum vt.

Morsus aspidis. 85

Ἄσπιδος δῆγμα ἀκέσασθαι, id est, Morsus aspidis. De malo immedicabili, aut de lingua vehementer virulenta. Refertur adagium ab Apostolio Byzantio, non admodum memorabili authore, nisi nos meliorum inopia compelleret. quæ quam hunc nec Politianus grauatus est quodam in loco citare testem. Circumfertur Græcus versiculus ad eius confirmationem,

Ἰὸς πέφυκε κἀσπίδος κακὸν κακόν. id est,
Telum aspidis projecto malum improbo.

In lingua virulentum.

Ælianus primo de naturis animantium libro, tradit, aduersus viperarum omniumque serpentium morsus remedium inueniri, aspide vna excepta: præcipuè si de rana gustarit, vt ait libro proximo. Solus huius ictum omni cura potentiorem efficit: nec ab vllo vinci præterquam a mulcere, quæ vel aspectu contactúque solo necet: quorum alterum cum regulo, alterum cum aconito commune Nicander in Theriacis,

Ἀσπίδα φοινήεντα, σμυδρότατον δράκοντα. id est,
Aspida crudelem, cunctis super omnia morsus
Immedicabilis est.

Aspidis victoria, & morsus.

Plinius prodidit, aspidem nũquam vagari fine cõpare: simul quòd si contigerit alterã interimi, protinus altera persequitur percussorem, in medijs quoq. fori turbis agnitum. Addunt quidam ab hoc ictum serpente, intra quatuor horas emori. Nihil autẽ vetat quo minus trahatur ad quem ad hostem a clanculario, & tanto pestilentiorem, quòd oraculum citraque dolorem infundat venenum. Hæc serpens, neq; potest morsum apparere vulnus in corpore: tantùm somnus letalis obrepit, quemadmodum describit Nicander, atque hinc existimat quidam morsum illius ἀμυδρότατον ab eodem poeta vocati.

Arbore deiecta quiuis ligna colligit. 86

Δρυὸς πεσούσης πᾶς τις ἁρμοὺς ἁρμόττει. id est,
Euerte quiuis ligna colligit arbore.

Meminit huius prouerbij Theocriti Scholiastes, sed μοῦσαν scripsit, est μῶσαν, mẽdosè, ni fallor. Si quẽ fortuna præcipuẽ dederit in hũc passim omnes incurrũt, & quisq. quod potest diripiũt. enim sibi putãt impune fore. Exstat huius adagionis et apud Iuuenalem de Seiano.

Nihil est ab omni parte beatum. 87

Quod scripsit in Odis Horatius,
Nihil est ab omni parte beatum,
prouerbialem habet sententiã, quam Græci sic effecisse,
Οὐκ ἔστι πάντ' ἄψογ' ἀνθρώποις ἰδεῖν. id est,
Vitio per omnia nullus est mortalium.

Hunc senarium erat Aristoteles, lib. Rhetor. inter exẽpla

pla sententiarum. Est aliquoties & apud Theognidem. Clearchus apud Athenæum adducit hunc versum,

—ἀμείνονες δ' ἰδὲν ἔχοντι φίλοι. id est,

Nil vsquam est hominum carpere quod nequeas.

Menander apud Plutarchum περὶ ἀδελφίας,

Ἀρ' οὖν συγγενὴς τις ἔστιν ἡμῖν βίος; id est,

Num quapiam intercedit hu cognatio,

Vita ac doloris?

Omnibus galeritis innascitur crista. Ad hanc sententiam pertinet quod alibi diximus, omnibus galeritis innasci cristam. Theseus, priusquam veniret in Atticam instituit sacra quædam, quæ ludis ac lætitia peragerétur, quædam contrà, quæ mœrore luctúque. Cæterùm quum appulisset in Atticam, quòniã multos reperit lætabundos ac mœstos ob mortem regis Ægei, qui desperato filij reditu, præ dolore semet è saxo præcipitem dedit: multos contra lætitia gestientes ob filij reditum: institutum est vt in ἀγοφορίᾳ, (id est nomen festo à gestandis ramis) non nuncius ipse, sed caduceum coronaretur, deinde qui sacris interfuerunt, emitterent has voces, εἶα ἀί, id est, eia heus quarũ prior gratulationis est. & in bellicis præambis cani solet: (quod liquet ex Aristophanis Pace, vbi crebro reperiuntur illa, ὦ τὰ, τὰ μάλα, ὦ τὰ, τὰ ὦ.) altera luctus est. vide & αἴας dictus γραικὸς & αἰαζειν. Hæc videlicet est imago vitæ mortalium. Historia refertur à Plutarcho in vita Thesei. Pindarus in Isthmiis hymno tertio ad tempus torquet sententiam. Λιὸν ὁ κυκλάδεσσιν ἀνὴρ ἔδειμεν ἄλλ' ἄφατ' ἐξενίκων ἄστρων γυμνὸν παῖδες Θεῶν, i. Seculum autem volvendis diebus, nunc huc, nunc illuc sese flectit: cæterum qui extra telorum ictum sunt. Nam interpres admonet hic παῖδες Θεῶν esse dictum pro Sroi. Simile quiddam habet in Pythiis hymno septimo, φαντὶ γὰρ ἐν τὸν αὐτὸν ἀνὴρ παρμένιμεν Διὸς νόον ἐ δαιμονίαν, τὸ γὰ πὲφέρεσ, id est, Aiunt sanè sic viro stabilem florere fœlicitatem, si hæc & hæc ferat hoc est, si ferat rum prospera, tum aduersa. Perpetua fœlicitas minuatur iubitum exitium: quod temperatum est solet esse diuturnius. Interpres in hanc sententiam adduxit versum Homericum.

Τὸν φίλεεν δ' ἐφίλησε διὸς δ' ἀγαθὸν καὶ κακὸν. id est,

Vnice amans dederat cui Musa bonúmque malumque.

Extat autem hoc carmen Odysseæ θ, de Demodoco. Rursùm Pindarus hymno 5. πόνων δ' ἔτις ἀπήμαντος ὄρσις, ὔτ' ἔστιν, id est, Laborum autem exors nullus est, nec erit. Ac mox, τὸ γὰ τὰν μοῖραν, id est, hæc & hæc sortietur, videlicet bona cum malis. Interpres adducit & alium Pindari locum, qui est in Pythiis hymno 3. ἐν παρισοῖν πίμαλε σὺν δύο δαίονται βροτοῖς ἀ δάκρυα, id est, Ad vnum bonum duo simul mala partiuntur mortalibus immortales. Adducit & illud Homericum, quod alibi retulimus ex Odysseæ ω,

Delia lauacra. Δυοὶ γάρ τε πίθοι κατακείαται ὀὐδὸς ἄνδρα. id est,

Delia namque lauacra duo sunt in limine posita.

Huc pertinent & illa de quibus nobis aliis dictum est, Vbi mel, ibi fel: Vbi vber, ibi tuber: & huius generis alia. Nec alienum arbitror ab hac sententia quod prisci Romani duas diuas coluerunt. Angeronam atque Volupiam: alteram ab angoribus dictam, alteram à voluptate: & Angeroniæ quidem pontifices in sacello Volupiæ sacrum faciunt, significantes dolores ac voluptates in vita hominum inuicem mixtas esse. Addunt, Angeroniæ simulachrum in ara Volupiæ fuisse collocatum, quòd dolor comes sit voluptati & voluptas doloris: hac figura, vt os habeat obligatum atque signatum. hoc ænigmate significantes, eos qui dolores & anxietates animi dissimulant, patientiæ beneficio ad maximam peruenire voluptatem. Huiusmodi fermè Macrobius, lib. in Somnium Scipionis 1. Desumã si Æschyli versum ascripsero, quem Iulius Pollux libro 6. cap. 21. testatur extare apud Aristophanem,

Angeronia Volupia comes.

Ὀξυ γλυκαῖόν τ' ἄμμι κεκραμένος ῥοιᾶ. id est,

Et dulciter acre temperatu punicum.

Huius enim pomi grana gratam quandam habent acrimoniam. Ad eundem modum temperata est vita mortalium.

Fœlicium multi cognati. 88

Nullum non sequitur fortunam. Τῶν εὐτυχούντων πάντες εἰσὶ συγγενεῖς. id est,

Cognatus vnus quilibet fœlicium.

Id hodiéque vulgò dicunt, locupletum plurimos esse cognatos. Huc alluit Terentius in Phormione, At si talentum rem reliquisset decem, primus esses, memoriter progeniem vestram vsque ab auo atq. atauo profe-

rens. Pindarus in Nemeis, hymno 10. sic extulit γνώμην, Ὀλίγοις τιμὰ φίλων ἔστι μίσθιος φρήν· πολλοῖς δ' ὁ πόνος ἀπίστοις βροτοῖς, id est, Perit honos viro priuato amicis: pauci autè mortales in reb. asperis fidi. Platò in epigrãmate,

—μάλιστ' ἴσως

Τῶν ὄντως, ὡς ἰδὼν ἰδὼν ἔχοντι φίλον. id est, *Inopi nullus amicus.*

At tandem experto nostri verbum vetus illud,

Quod qui nil habet hunc nullus amicus adest.

Amantium ira. 89

Τῶν φιλούντων ὀργαὶ, id est, Amantium iræ. Vbi qui nõ ex animo indignantur inuicem aut de iracundia neutiquam duraturæ. Terentius in Andria, Amantium iræ, amoris redintegratio est. Et iuxta Græcam sententiam,

Ὀργὴ φιλούντων μικρὸν ἰσχύει χρόνον. id est,

Pugnæ amantum durant ira tempora.

Atque huiusmodi dissidiola quæ nonnunquam incidunt inter amicos, modo absit amaritudo, quasi renouant amicitiam, excusso diuturnæ contuetudinis tædio. Quod eleganter indicat & mimus ille, ni fallor, Publianus.

Discordia, fit charior concordia.

Discordia, fit charior concordia.

Primum rectè valere, proxima forma, tertio loco diuitiæ. 90

Tria hominis bona. Plato libro De legibus secundo, Λέγεται δ' ὡς ἄριστον ὑγιαίνειν, δεύτερον δ' καλῷ πεῖναι δ' πλοῦτον, id est, Aiunt enim optimum ac potissimum esse bonam valetudinem, proximum formam, tertium diuitias. Meminit huius adagij alius quoque locis. Stobæus citat hæc ex Sclerio quodam, Τγιαίνειν μὲ ἄριστον ἀνθρὶ θνατῷ, δεύτερον δ' φυὰ καλὸν ἐρεύξασθαι δ' πλοῦτον ἀδόλως, τὸ πέμπτον ἐδὲν μετὰ φίλων, id est, Bona valetudine esse optimum est homini mortali: proximum, specie honesta præditum esse: tertium, opes habere citra fraudem: quartum, ætate vigere cum amicis. Plato autem libro De legibus primo effert ad hunc modum, Ηγεῖται μὲ ὑγίεια, πάλλ' δ' δεύτερον, τὸ δ' τρίτον ἰσχὺς, πέμπτον δ' πλοῦτος, ὑπὸ πυθοῦ δὲ ἐξεβλάστησεν, id est, Primum locum obtinet bona valetudo, secundum forma, tertium robur, quartum opes, haud exiles, sed acutum cernentes. Hic ordó votorum olim popularibus etiam cantilenis celebrabatur, teste Platone in Gorgia. Fertur inter Græcas sententias huiusmodi senarius,

Οὐκ ἔστ' ὑγιείας κρεῖσσον οὐδὲν ἐν βίῳ. id est,

Quàm bene valere, melius in vita nihil.

Item alter huic similis,

Τγίεια γὰ τοῖς εὖ πράσσουσι βίου δύο. id est;

Recte valere & fortunæ, duo vitæ bona.

Quò pertinet etiam illud Iuuenalis,

-*vt sit mens sana in corpore sano.* Et Horatius,

-*vacet prudentia honesti.* *Mens sana in corpore sano*

Arillo Sicyonius præclarè scripsit in laudem sanitatis, vt refert Athenæus libro decimoquinto,

Τγίεια σεμνὴ καὶ μακαίρων

Μάτηρ θνατοῖσιν ἢ λέπεις ὁμῶς βίοτον,

Σὺ δὲ μοι πρόφρων σύνοικος εἶης. id est;

Sanitas antiquissima deorum, Tecum vitam quod reliquum est vitæ. Tu verò mihi propitia conuictrix esto. Ac mox Μετὰ σῖο μαχαίρα νγίεια πᾶσα, ἢ λαμπὰς χαρίτων ἔαρ σθένει ἢ χορὸς ὥστις ἄμμιν. Id est, Tecum diua salus floret omnis, ac renidet gratiarum ver: absque te vero nemo fœlix. Aristoteles libro Rhetoricorum secundo, exemplum sententiæ quæ non egeat epilogo, hoc est addita ratione, quòd sic omnib. permansum sit, refert, ἀνθρὶ ἢ ὑγιαίνειν ἄριστον, ὡς γάμου ὄντος, id est, Homini bene valere optimũ est, vt mihi quidem videtur. Videtur esse senarius, sed corruptus. Aristoteles Moralium ad Eudemũ libro primo, narrat, aliquem in vestibulo templi, quod est in Delo Apollinis, hanc scripsisse sententiam, Εὐδὲ non adesse omnia, bonitatẽ, honestatem, ac iucunditatem: ac quod iustissimũ esset, fecisse honestissimum: optimũ autem, bene valere: omnium verò iucundissimũ, potiri quod quis amat. Philosophus verò fœlicitatem quũ sit optima & pulcherrima, tamen eandem iudicat esse iucundissimam. Hæc enim diuidit vulgus quum re vera sint coniunctissima. Locus est proverbio, quoties significabimus aliud alio prius esse, & iis quæ potiora sunt, maiorẽ curã debere.

Homini valere optimũ

Fœnum esse, Ambrosia alendus. 91

Fœnum esse, & Ambrosia alendus, vtrunque prouerbiali figura dixit M. Tullius: alterum in indoctos ac brutos homines, alterũ in egregios: vt intelligas illos

pecudibus, hos diis æquandos. nam fœno victitant boues: ambrosia cibus est apud Homerum, deorum. ἀμβρόσιον. Cicero lib. de Oratore 2. Sic ego, Crasso audiente primùm loquar de facetiis, & docebo ius, vti aiunt, oratorem eum, quem quum Catulus nuper audiisset, fœnum alios aiebat esse oportere. Rursum idem eodem libro, locabatur, inquit, Catulus, præsertim quum ita dicat ipse vt ambrosia alendus esse videatur. Horatius præclaras opiparásq. cœnas, Deûm cœnas vocat.

O noctes cœnæque Deûm,

Deorum cœnæ.

nectar & ambrosiam indicans. nam hæc illis tantum à poetis tribuuntur, si quando domi cibum capiunt, alioqui si contingat aliquo ad optimam victimam inuitari, nidore carnium magis delectantur.

Spes alunt exules. 92

Αἱ ἐλπίδες βόσκουσι φυγάδας. id est, Spes pascunt exules. Vbi quis excussus à pristina fortuna, semper id agit vt restituatur. Ab humano iumptum ingenio, quo fieri videmus vt nullus ita sit exul, quin & velit & speret futurũ vt aliquando postliminio redeat in patriam. Id ita esse, nos quoque complurium exulum exemplo cognouimus, nominatim Ioannis Bentiuoli Bononiensis, quem quum illic essemus, Gallus in gratiam Iulij Romani Pontificis expulit. eodem animo fuisse testatus Ouidius apud Tomitanos exulans. Ne ladros quidem hodie spes destituit. Euripides prouerbialem sententiam fuisse significat. Cæsar autem à Plutarcho, libello quem De exilio conscripsit,

Αἱ δ' ἐλπίδες βόσκουσι φυγάδας, ὡς λόγος.
Καγὼ βόσκομαί γ' ἔμαυτον, μάλιστα δὲ id est,
Spes exules alunt, vt habet sermo,
Oculisque spectant blandulis, cessant tamen.

Et nati natorum. 93

Παῖδες παίδων. id est, nati natorum. Prouerbialis figura, qua longam rei cuiuspiam propagationem significamus: eam adagij vice fuisse vsurpatam, satis indicat Plato cum aliis aliquot locis tum libro de Legibus tertio, ἐκ παίδων παῖδας, ὁ λέγομεν, id est, filios filiorum, vt dicimus. Sumptum è carmine illo Homerico, quod est Iliados υ, sub persona Neptuni de Æneæ ad Iunonẽ,

De longa propagatione.

Καὶ παίδων παῖδας, καὶ πὶ μετόπισθε γενέσθαι.
Quod Virgilius ita reddidit,
Et nati natorum, & qui nascentur ab illo.

Alludit ad Homericam figurã Aristophanes in auibus,

Δώσουσιν ἡμῖν αὐτῖς, παῖσι, παίδων παισί. id est,
Dabimus nobismetipsis, natis, ac natorum natis.

In nebulis eandem figuram per iocum torsit ad vsuras, alias ab aliis nascentes,

Λόγοι τε καὶ τόκοι. id est,
Ipsi atque fœtus fœnorumque fœnora.

Fœtus in fœnore.

Nimirum alludens ad illud quod alibi retulimus,

Ἐπὶ τίνος ὁ τόκος, τοῦτος δὶ γονῆς καὶ λόγῳ.

Ἰτυμανῖν. 94

Ἰτυμανῖν dicebantur prouerbiali conuicio fœminæ vitiosæ, ac libidine præter modum prurientes. Aristoteles lib. De animalibus 6 Λέγω δ' ἵππους αἱ θήλειαι ἰτυμανῖν. ὅθεν καὶ ὅτι τοῦτ' ἔστι τὸ κατὰ φύσιν τὸ ἔτερον αὐτὴν ὀπτᾶν φέρεσθαι, δῆλον ποιεῖ τὸν ὅτι τὰς ἀκολάστους φησὶ τὸ ἀφροδισιαζεῖν, i. Igitur equæ furiunt in equos. vnde ab vno hoc animãte ductum est vocabulum quod in mulieres conuitio dicitur, circa venerem intemperantes.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. Ἰτυμανῖν.) Si attentius Aristotelis verba expendisset, mulieres vitiosas nõ ἰτυμανῖν (dici quale enim illud esset, virosum fœminã ἰτυμανῖν, id est, equi coitum insane appetere:) sed ἵππον, id est, equas, probroso nomine appellari animaduertisset. Ait enim, ὅτι τοῦτ' ἔστι τὸ κατὰ φύσιν τὸ ἕτερον αὐτὴν ὀπτᾶν φέρεσθαι τῶν ὅτι τὰς ἀκολάστους φησὶ τὸ ἀφροδισιαζεῖν, id est, non esse planum, (equarum videlicet) ad coitum in libidinosas mulieres torquent. At nomen equarum Græcis non est ἰτυμανῖν, sed ἵππαι. Igitur mulier vitiosa dicetur ἵππη, non ἰτυμανῖν. quòd videlicet vt æquæ ἰτυμανῶσι, id est, ad furorem vsque coitum equi appetentia etiam ipsa ἀνδρομανῖ, id est, inflamat præ desiderio coniuescendi cum viro. Absit enim vt mulieres libidinosas suspicemur ἰτυμανῖν. nisi fortè quæpiam inueniatur monstrosa libidine percita. possit enim ea ἰτυμανῖν. itidem vt Pasiphaë ἐταυρομανῆ, si credere dignum est. Sed & hoc secum pugnat, virosam fœminam ἰτυμανῖν, perinde

Æquarum nomen, torsum ἀκρασίαν τὸ ἕτερον αὐτὴν ὀπτᾶν φέρεσθαι τῶν ὅτι τὰς ἀκολάστους φησὶ τὸ ἀφροδισιαζεῖν ad coitum in mulieres libidinosas.

est enim ac si dicas ἀνδρομανῶσαν fœminam ἰτυμανῖν. Cæterùm notandum est hinc esse quod Græci meretricem perditæ & inexpletæ libidinis ἱππόμορον nominant: non, vt quidam grammatici nugantur, quod ἵππος in hoc vocabulo, vt & in aliis nõnullis à δεῖν τῷ μεγάλῳ accipiatur. Locum autem Alciphronis, in quo vocem illam vsurpat, ex Thesauro nostro pete.

Ouium mores. 95

Προβάτων ἤθος, id est, Ouium mores. In stupidos ac stolidos iaci solitum. Aristophanes in Pluto.

Ἀλλὰ προβατίου βίον λέγεις. id est,
Mihi ne vitam prædicas ouicula.

Aristoteles libro De natura animalium nono, quamobrem ita prouerbio dici consueuerit, indicat, Διαφέρει καὶ τῷ δύλιον καὶ ἡμερότητι, καὶ τῷ τὸ μὲν ἀγελαῖον πάντα γὰρ τὰ προβατώδη τοιαῦτα ἐστί, καθάπερ λέγεται, δύλια καὶ ἀνόητα. τούτων γὰρ τὰ τετράποδα τοιαῦτ' ἐστί. ἐρεπτὰ τῆς τροφῆς ἐστὶ καὶ πολλαπλασίων χαιρόντων ἔστιν ἐξεργάζεται ἐνδοτέρω. καὶ ὁ ἂν τὸ πυρετῶδες λαφύσσων, αἷμα πίνειν ὁ πινόμενον. καὶ ἐθέλουσιν ἀπτεσθαι ἀλλ' ἀπολλύμενα καὶ ἐπὶ τόμφας, καὶ μὴ ἀφύλακτα ὑμῖν οἱ τοιμένες. πάντα γὰρ ἀκούουσιν. id est, Differunt autem & timiditate mansuetudinéq. & ferocia placiditatéque. intelligentia ac stolliditate. Nam & eum ingeniam, quemadmodum aiunt, simplex ac stultum. si quidem est omnium quadrupedum inertissimum. Prorepit in deserta, nulla de causa, ac fere penumero hybernis mensibus foras e septis digredi- tur. Quúmque à nimbus occupatum fuerit, ni pastor compulerit, discedere non vult: ded relictum cessantque perit, nisi pastores mures adduxerint. nam ita demum consequuntur. Proinde Aristophanes taxans vecordiam populi Atheniẽsis, oues illos vocat in Vespis,

Ouium natura simplex, ac stulta.

Ἐκκυκλήσω σοφόκλεα τὴν ἐμὴν δικέλλαν. id est,
In concionem petam ouium consilia.

Nec hoc prætereundum loco quòd Diogenes Cynicus opulentum quendam, cæterum indoctum, προβατον χρυσόμαλλον, id est, Ouem aureo vellere, dixit. Et Plautus in Bacchidibus, Quis nos hùc oues adegit? In senes stultos. Huc respiciens Origenes, enarrans Leuiticum, ouis immolationem interpretatur affectuum stultorum & irrationabilium correctionem.

Χουσόμαλλον προβατον.

ANIM. HENR. STEPH.

V. Προβάτων) Et si Aristophanis enarratori assentior, προβατίου βίον exponenti μικρῶ καὶ ἀσήμῳ, tamen προβάτων ἦθος, id est, ouium mores, non minus in bonam quàm in malam partem interpretari nos posse existimo de Simplicibus videlicet ac placidis. Nam & inter cætera hoc ait Aristoteles, quod omnes viu compertum habent, ouẽ διαφέρειν καὶ θρασύτητι: & apud Suidam, ἁπλοῦς τοὺς ἁγίους, αἴτιον τῇ θεωρίᾳ, ἁπλοῦς, ἀπλοῖ, ὡς οἱ κεκτημένοι ἁπλοῦς. Sic apud Æschylũ προβατηγόμων, pro ἁπλῶν καὶ ἀκάκων τῶν γεωμόρων, positum reperti, in Agamemnone, pag. 100. meæ editionis.

Muris interitus. 96

Κατὰ μυὸς ὄλεθρον. id est, Iuxta muris interitum. Ælianus lib. De naturis animalium 12. cap. 10. tradit murem minimè vitacè esse, sed sua sponte defluentib. intestinis oculis emoti. atque hinc natum prouerbium, κατὰ μυὸς ὄλεθρον, id est, iuxta muris interitum. Addit hoc vium Menandrum in Ithade. Quadrare videtur in homines imbecilla valetudine, aut in μικρεβίους, id est, Breuis ævi. quos μινυνθαδίους appellat Homerus. Aut in eos qui paulatim extabescunt. Verisimile est enim mures hic emori quemadmodum nascuntur in Ægypto, vt aliqua pars sit viuus mus, altera nihil nisi limus.

Ante lentem augere ollam. 97

Πρὸ τῆς φακῆς αὐξάνειν τὴν λοπάδα. id est, Ante lentem augere ollam. Prouerbiali figura dictum, pro eo quod est, spes ingentes in animo concipere priusquam res ipsa teneatur. Aut polliceri quod ipse nondum habeat. Aut præproperè sibi placere, quasi iam possideat ea quæ procul etiam dum absunt vt teneantur. Veluti si quis ipse sacerdotij, sui ptus iam incipiat facere, quod nondum acceperit. aut si quis vitæ stipendium augeat spe magistratus, quẽ incertum est an sit impetraturus. Citatur adagium ex Cratete apud Athenæum, μὴ πρὸ φακῆς λοπὰς αὔξου, τὶς οἶδεν ἄμμος βάλῃ, id est Ne ante lenticulam augẽs ollã, aut patinã, in seditionẽ nos mittas. Citatur & à Plutarcho, cõmentario De præceptis bonæ valetudinis, eiusdẽ Cratetis nomine, his quidẽ verbis,

De spe ingenti, vel in eum qui sit impeditio sumptuosior.

O μὲ

Ορᾶν δὲ Κράτης δῆθεν πρῶτον ἐν πολυτίμοις οἰκημάτοις ἐν ἅπασι τοῖς τοιούτοις ἐν τυραννίσι ἐμφύεσθαι τοῖς πολίταις, μετὰ ταῦτα δὲ καὶ τοῖς πᾶσι τοῖς, μὴ ὅσοι φακῆν λεπτὴν αὐτῶν εἰς τοῦτο ἁμῦραι βαλεῖν. αἰσθάνεσθαι δὲ τοῦτο ἑαυτὸν ἐν τῷ ἐκκλησιαστηρίῳ, μὴ ὅτι φακῆν λεπτὴν αὐτῶν ἐπὶ μηδὲ πατέρα ἐσβαλεῖν τὴν ἁρπαγμένην ἐν τῷ ἔμπροσθεν, ἀλλὰ πᾶν ἐκεῖνο ἐν τῷ ἐκβολῇ, εἰς ὃ ἂν ἀπὸ τοῦ σώματος ἐν ὀργῇ ἐκβληθὲν ἐν διαφορᾷ. id est, Crates igitur quòd existimaret in ciuitatibus seditiones ac tyrannides potissimum è deliciis ac luxu nasci, per iocum admonuit, Ne pix lenticula semper angens patinam, in seditionem nos coniectas. Sed leuius adhortetur quisque, ne semper pix lente augens patinam, néve modis omnibus præterito nasturtio & oleo, ad farcimen & piscem deficiens, ex repictione corpori seditionem concitet, ac tumultum & diarrhœas. Crates eò detorsit dictum, vt appareat, poetæ cuiuspiam, vt pertineat ad homines impendio sumptuosos. Alluſit autem ad morem plebis, quæ solita sit excitare seditiones, si cœnantes ei conuiuæ sibi præponi. Nam lopade apponebantur olim lautioresad quod licet colligere ex Luciani Saturnalibus. Lens legumen est vilissimum ac plebeium.

Lopas.

Pudebas recusare, & non audebas suscipere 98

M. Tullius in Epistolis ad Atticum versum hunc Homericum, seu prouerbialem, non semel vsurpauit,

Αἰδὼς μὲ κάλυπτε, λίσσου δ' ἐπαΐξαι. id est,
Detrectare pudor formido subire vetabat.

Suadet aliud honestas, aliud vtilitas.

Quo licebit vti quoties incidat eiusmodi negotium, vt aliud suadeat honestas, aliud vtilitas: & dedecorosum sit non suscipere prouincium, rursum periculosum suscipere. Potest accommodari etiam ad illos qui rogati neque negare audèt, ob pudorem: neque præstare tamen volunt quod rogantur, ob diuersum animi vitium. Est autem hic versus apud Homerum Iliados η, vbi Hector quemlibet è Græcorum ducibus ad singulare certamen prouocat, & reliquis omnibus cunctantibus surgit Menelaus,

Ὡς ἐφάθ', οἱ δ' ἄρα πάντες ἀκὴν ἐγένοντο σιωπῇ,
Αἰδῶς μὲ κάλυπτε, λίσσου δ' ἐπαΐξαι. id est,
Sic ait: interea tenuere silentia cuncti,
Detrectare pudor, sed mihi subire vetabat.

Spheram inter se reddere. 99

Plutarchus in libello De cognoscendo profectu, Δεῖσθαι δὲ καὶ φιλόκαλον ἐν λόγοις εἶναι καὶ ζητητικὸν ἐφ' ἑαυτῷ, καὶ πυκνὰ μάλα τοὺς λόγους ὥσπερ ἰσχάδας ἐκφύσαι, καὶ διδόναι τοῖς ἀκούουσι δηλονότι, τῷ παίζειν καὶ καταγελᾶν μᾶλλον ἢ τοῦ μανθάνειν καὶ διδάσκειν χαίροντας. id est, Maxime si quæstionum ambitio contentióque remittitur, sique definimus argumenta, ceu lora sphærásque, sic vicissim inter nos reddere, vt magis gaudeamus ferire aut deiicere, quàm discere aut docere. Est apud Platonem in Euthydemo, Ὁ δὲ Διονυσόδωρος, οὐκοῦν σφαῖραν εὐθὺς ἐκδεξάμενος καὶ ἀφεὶς λέγειν, πάλιν ἐφεξῆς τῷ μειρακίῳ, id est, Dionysodorus tanquam sphæram exceptum sermonem rursus iaculabatur in adolescentem. Memini de lusus genere ludius Pollux libro De rerum vocabulis nono. Seneca quod Græci de sphæra tradunt, ad pilæ lusum refert, ostendens eam commoditatem requiri inter dantem beneficium & accipientem, quæ est inter mittentem pilam & excipientem. Volo, inquit, Chrysippi nostri vti similitudine de pilæ lusu, quam cadere non est dubium, aut mittentis studio aut accipientis. Tunc cursum suum seruat vbi inter manus vtriusque aptè ab vtroque & iactata & excepta versatur. Necesse est autem lusor bonus aliter illam colluctori longo, aliter breui mittat. Eadem beneficij ratio est: nisi vtrique personæ dantis & accipientis aptatur, nec ab hoc exibit, nec ad illum perueniet vt debet. Si cum exercitato & docto negotium est, audacius pilam mittemus: vecunque enim venit, manus illàm expedita & agilis repercutiet. si cum tyrone & indocto, non tam rigidè, nec tam excussè: sed languidius, & in ipsam dirigentis manum remissè occurremus. Idem faciendum est in beneficiis, &c. In eodem libro aliquanto pòst, Sicut in lusu, est aliquid pilam scite ac diligenter excipere: sed non dicitur bonus lusor, nisi qui aptè & expeditè remisit quam acceperat. Non dissimilis est quem hodie pilæ vocant apud Italos, cuius meminit Horatius,

Commodum dantis & accipientis beneficium.

Namque pila lippus inimicum & ludere crudum.

Athenæus libro primo docet, sphæræ lusum olim dictũ φαινίνδα, ἀπὸ τοῦ ἀφέσεως καὶ ἀφαιρέσεως. quæ verba quid sibi velint, non satis intelligo: magis arbitror dictum ἀπὸ τῆς φαινομένης. quòd sphæra missa emicet. Ibidem citatur carmen Antiphanis,

—σφαῖραν λαβών,
Τοῦτ' ἔδωκε χαρακτὴρ δ' ἐφθὰ ἅμα,
Τὸν δ' ἐξέπεμψεν, τὸν δ' ἀνέσυρεν πάλιν,
Καλλίστην φορᾶς. id est, *-sumpta pila*
Gaudebat hunc dedisse, at hunc fugit simul.
Excussit hunc, at erigebat alterum,
Tuba in modum sonante voce.

Quadrabit ad agium in eos qui se vicissim disceriis incessunt. Confine, sicut optimi illi Persano,

Cadimus, neque vicem præbemus crura sagittis.

In eos, qui se vicissim concitus incessunt.

Iuxta Senecæ sententiam, quadrabit etiam in eos qui sibi mutuo assentantur & colludunt in disputatione: veluti quum ita disputatur, vt non quæratur veritas, sed theatrica quædam fabula peragi videatur.

Qui sibi ostentationis causa mutuo assentantur.

Animo ægrotanti, medicus est oratio. 100

Celebratur hic versus apud Græcos prouerbij vice, citatúrque à Plutarcho ad Apollonium,

Ψυχῆς νοσούσης εἰσὶν ἰατροὶ λόγοι. id est,
Ægroto animo medicus est oratio.

Sumptum apparet ex Æschyli Prometheo,

Οὐκοῦν Προμηθεῖ τόδε γοὖν προσφέρεις ὅτι
Ὀργῆς νοσοῦντι εἰσὶν ἰατροὶ λόγοι. id est
Non hoc quidem te præterit Prometheè,
Morbo quod ira medicus est oratio.

Si quidem, vt inquit sapiens, Sermo mollis frangit iram. Et ita, iuxta Stoicos, nihil aliud est quàm furor breuis. Huc alluſit Horatius in epistolis,

Sunt verba & voces quibus hunc lenire dolorem
Possis, & magnam morbi deponere partem.

Ex opinione Stoicorum, cupiditates animi morbos appellat. his philosophia medetur pharmacis verborum, id est monitis salubribus. Et apud Terentium arguit sese Menedemus, qui non vt decuit, tractarit ægrotum animum adulescentis. Vt enim in corporum morbis pro ratione valetudinis, alia atque alia adhibentur pharmaca, itidem in animi malis non eadem adhibenda est oratio, sed interim blandius monendum, interim acriùs iurgandum: nonnunquam dissimulandum, & imprudenti pharmacon admouendum, iuxta Pauli monitum, Argue, obtecta, increpa. Feruntur in eandem sententiam & hi senarij,

Λόγος γὰρ ὀδύνην φάρμακον λύπης μόνον. id est,
Dolori enim medetur vna oratio. Et,
Λόγῳ μὲ ἔπεισον φάρμακον σκυθρωπίαν. id est,
Sermone flexit animum me pharmaco. Et,
Ὁ λόγος ἰατρὸς τῇ ἀφ' ἡμῶν πάθει. id est,
Animo laboranti medicus oratio est.

Isocrates in oratione de pace, eleganter vsurpauit hanc sententiam, Χρὴ δὲ μὴ θαυμάζειν μὲ τὸν γεωργὸν, ὅτι τὸ σῶμα τοσαύταις πολλαῖς δεόμενον ἐπιμελείας καὶ παιδοτριβίας, πρὸς ἰατροῖς διάκειται. τοῖς δὲ λογικοῖς τοῖς τοιούτοις ἐν γνώμαις πονηροῖς ὄντα δυσμενῶν. ἀλλὰ δεῖ δύο φάρμακα, πάλιν λόγου πολλῶν πρὸς ἀμαθίαν ὁμοίως ὄντα τυγχάνειν. ὅταν δ' ὅτι κρατοῦντα δεῖ παρὰ καιρὸν ἐκ τοῦ παρόντος ὑπομένειν, ἵνα πλείονων ἀγαθῶν αἴτιος ὑπάρχειν ἀπολαύσωμεν. πρὸς δὲ λόγους ὀργὴν ἐπιμαίζει, ἐστὶν ἐκείνου σοφῶν οἱ παιδεύειν ἔχειν ἢ δύνασθαι, οὐ τοῦ φύσει πρὸς ἀνίσους. id est, Vos autem illud in primis scire oportet, quòd aduersus corporis morbos multa variáque remedia à medicis reperta sunt: animus verò ægrotantibus ac pravis cupiditatibus oppletus, non est aliud remedium quàm oratio quæ non vereatur errantes increpare. Deinde deridiculum esse, quum medicorum vsturas ac sectiones perferamus, vt à grauioribus cruciatibus liberemur, orationem reijcere, priusquam liqueat an huiusmodi vim habeat vt vtilitatem adferat audientibus. Verùm vt amica, salubris, & in tempore adhibita oratio, remedium est efficax ac præsentaneum: ita sermo inimicus, aut pestilens, aut non in tempore dictus, lethale venenum est.

Oratio, cupiditatum medicina.

CHILIADIS TERTIAE CENTVRIA SECVNDA.

Si quid mali, in Pyrrham. 1

Ἐι τι κακὸν, εἰς Πύρραν, id est, Si quid mali, in Pyrrham: subaudiendum, recidat, aut abeat, aut ciuilmodi quidpiam. Ad hunc modum, malum, si quod timeretur, deprecabantur abominantes, & in hostium caput imprecantes. Vnde & illa figura Græcis pariter ac Latinis scriptoribus familiaris, Hostibus nostris hoc eueniat. Ouidius.

Imprecatio in hostes.

Hostibus eueniat communia fata nostris.

Idem in tertio De arte amandi

Hostibus eueniat tam fœdi causa pudoris.

Idem libro tertio Fastorum,

Eueniat nostris hostibus ille color.

Idem libro secundo Elegiarum,

Hostibus eueniat vacuo dormire cubili:
Hostibus eueniat vita, puto, mea.

Idem libro tertio Elegiarum,

Eueniat nostris hostibus ille pudor.

Rursum Vergilius libro tertio Georgi.

Dij melior a piis, erroremque hostibus illum.

Idem in octauo Æneidos, de Mezentio.

Dij capitis illum generique referunt. Propertius,

Hostibus eueniat tanta pudoris meis.

Et Horatius in Odis,

Hostium uxores puerique cæcos
Sentiant motus orientis Austri.

Et Terentius in Heautontimorumeno, in sene seipsum excruciante, Au, obsecro te, ita hæc inimicis fiet. Idem in Eunucho, Vnam sic sint qui mihi malè volunt. Originem prouerbij tradunt huiusmodi. Quondam Pyrrhæos quotquot erant finitimi graui odio persequebantur: vnde si quod malum aliquando videretur impendere, id abominantes, precabantur vt in Pyrrhæos auerteretur, dicêtes, εἰς τοὺς Πυρραίους, id est, In Pyrrhæorum regionem. Est autem Pyrrha, Lesbi insulæ ciuitas, authore Stephano. Est & altera inter Prienen & Miletum. Nescio an librarius sit imputandum quòd Plutarchus in Conuiuio sapientum pro Pyrrhæi refert Prienen. Verba Plutarchi sic habent, ὁ δὲ Θαλῆς γελάσας, εἶπε πρὸς αὐτούς, ἐπὶ Πρήνην, φάσκων εἰς ἀμαθίαν. διαπλεύσαντος γὰρ Βίαντος, ἀπέπλευσεν αὐτὸ τὸ κακόν, id est, Ac Thales ridens, Si quid, inquit, mali, rursus in Prienen. Soluet enim Bias, quemadmodum soluit prius. Mihi videtur loci nomen data opera mutatum, quòd Bias esset Prienæus, ita ioco Pyrrha mutata est in Prienen.

Pyrrha ciuitas siue Prienc.

In tuum ipsius malum lunam deduces. 2

Εἰς σαυτὸν τὴν σελήνην καθέλκεις. id est, Aduersus teipsum lunam detrahes. Malcheæ mulieres incantamentis quibusdam lunam in terram detrahere credebantur antiquitus. Vnde Vergilius,

Carmina vel cœlo possunt deducere lunam.

Et Horatius in Odis,

Per atque libros carminum valentium
Refixa cœlo deuocare sidera.

Et rursum in Sermonibus,

Lunamque rubentem,
Ne foret his tutum, pro magna latere sepulchra,

Item Iuuenalis,

Vna laborantis potuit succurrere luna.

In eos, qui sibi ipsis mala accersunt.

Creditum est olim, huiusmodi tragas oculis ac pedibus primum solere. Aglaonice quæpiam, quum per astrologiæ cognitionem defectus præsciret, iactabat se lunam è cælo detracturam in terram: atque eius iactantiæ pœnas dedit. De quo dicetur in prouerbio, Lunam detrahere. Prouerbium igitur hinc sumptum, dicebatur de iis qui suis ipsorum artibus sibi malum accerserent. Quod genus, si quis callidis rationibus effecisset vt accerseretur aliquis, deinde euenisset vt ab eo quem accersendum curasset subuerteretur.

Coruus aquat. 3

De eo, quod non viribus, sed ingenio perficitur.

Κόραξ διψῶν, id est, Coruus aquat. Dici solitum vbi quis non citra negotium citraque ingenium consequeretur ea quæ cuperet. Aut vbi quis rem nouis artibus tentaret efficere. Ductum ab apologo de coruo, quum sitiret, congestis lapillis aquam ex imo fundo in summam vasis oram euocante. quod Plinius vt rem gestam memorat lib. 10. cap. 23. Sed probabilius videtur vt ad agium referatur ad eam fabulam quam Fastorum libro secundo narrat Ouidius ad hunc modum,

Forte louis Phœbus festum solemne parabat:
(Non fuit est longæ fabula nostra moræ)
I mea, dixit, ait, ne quid pia sacra moretur:
Et tenuem vnus fontibus adfer aquam.
Cornus inauratum pedibus craterа recurvis
Tollit, & æreum petulat altus ster.
Stabat adhuc ficus duris deciduа pomis:
Tentat eam rostro: non erat apta legi.
Immemor imperij sedisse sub arbore fertur,
Dum fierent tardæ cuncta poema moræ:
Iámque fatur nigris longum caput unguibus hydrum,
Ad dominumque redit, fictaque verba refert:
Hic mihi causa moræ, riuarum obsessor aquarum:
Hic tenuit fontes, officiumque meum.
Addis, ait, culpæ mendacia, Phœbe? & audes
Fatidicum verbis fallere velle deum?
At tibi dum lætus bacchis in arbore ficus,
De nullo gelida fonte bibantur aquæ.

Memnit huius & Hyginus & Ælianus De naturis animantium libro primo. Proinde prouerbium mihi magis videtur conuenire in cessatorem.

Conuenerat Attabas & Numenius. 4

Συνῆν τῷ Ἀτταβᾶτι ὁ Νουμήνιος. id est, *Conuenerat cum suo Attabate Numenio.*

Quidam legunt Attagas. Dici solitum quoties improbus aggregatur cum improbo. Diogenianus tradit hos imagine par furum fuisse. Meminit huius Diogenes Laertius in vita Timonis Nicet. nam hoc prouerbio notabat eos qui putabant intellectu attestante sensibus esse credendum, quum ipse nec rationi nec sensibus assentiendum putaret. Simillimum illi quod alibi dictum est, Cum Bitho Bacchius.

Colossi magnitudine. 5

Κολοσσοῦ μεγέθους, id est, Colossæa magnitudine. Prouerbialis apud Lucianum hyperbole, in homines prægrandi corporis mole. A statuis ingentibus, quas colossos appellant. Inter has in primis celebratur solis Colossus apud Rhodios, septuaginta cubitis altus, hoc est, iuxta Festum Pompeium, pedes cētum & quinque: cuius pollicem vix pauci potuerunt amplecti. Referuntur & alij apud Plinium prodigiosæ magnitudinis. nam iis impendio delectabantur olim imperatores Romani, quibus (vt videtur) magis erat cordi maximos esse quam optimos. Legimus & Atheneos dicipetegrades. De magnis ac vehementer molestis, qui athones dicti sunt, alibi meminimus: quemadmodū & de hamaxæis.

Pyrrhæ ciuitas siue Prienc.

Mali commatis. 6

Πονηροῦ κόμματος, id est, Mali commatis, dicebatur improbus, cōceptus & renculus quispiā. Sūpta metaphora à reprobatis nomismatis. Aristophanes in Pluto,

Ἔοικε δ' οὗτος τῶν πονηρῶν κομμάτων. id est,

Videtur esse non probæ commatis.

Commata, nummata siue cudes.

In sycophantam dictum iam ad paupertatem famémque redactum, postea quam Plutus oculos receperat. Interpres ostendit comma genus esse vilissimi nomismatis. Sonat autem perinde quasi dicas, malæ monetæ. Rursum in eadem fabula,

— χρώστας.
Ὅτι ὃς οὐκ ἦν τῶν πονηρῶν κομμάτων. id est,
Iste esse noluerit hunc improbis commatis.

Apud eundem in Ranis, τῶν πονηρῶν κομμάτων. Idem in Concionatricibus,

Καὶ κακὸν γέ μοι τὸ κόμμα γ' ἐγένετ' οὐδέν. id est,
At illud hercule comma mihi fuit malum.

Reddit causam, quòd quum abiisset in forum empturus farinas, nāmque peram supposuisset, præco clamauit nequis reciperet æreos nummos, sed argento venderentur omnia. Ad hanc formam pertinent etiam illæ ceu prouerbiales metaphoræ, κιβδηλεύειν & κιβδηλεία, pro eo quod est, impostūram facere & κιβδηλία, pro impostura quæ voces reperiuntur cum aliàs frequentius, tum Platonis libro De legibus 11. si quis fortè certius desiderabit testimonium. Proinde qui moribus sunt improbatis, eos κιβδήλους vocant, quasi dicas adulterinæ monetæ. Appositius autem ad eius figuram morum & indolis iudicem refertur. Si

quidem

quidem quemadmodum nummus inspecta imagine dignoscitur illico probatúne sit an adulterinus, iisdem ex ipsa statim hominis forma deprehenditur ingenium, vel Euripide teste, cuius hæc sunt in Ione,

Τοιαῦτ' αἰσχρὰ τὰ πολλὰ ἐν ἀνθρώποις βίοις,
Τὸ χρῆμ' ἰδὼν τις, εἰ πέφυκεν ἐξέτης.
Plerunque species ipsa fraudi aspectui,
Hominem arguit, generosus ut sit, an secus.

id est,

Beneuolus trucidatur.

Εὔνους σφαγείς, id est, Beneuolus occisor. Conuenit in hos qui quum summam adferant perniciem, tamen beneuolentiæ speciem admiscent. Tractum aiunt ab Oreste, qui trucidata matre Clytemnestra parentale conuiuium velut in illius honorem exhibuit. Quidam & ad Antigonum regem referunt, qui posteaquam Semelen è medio sustulisset, ossa tamen illius summo cum honore curauit ad matrem deportanda. Sunt quibus magis placet vt adagium ad Ptolemæum Philopatoris filium referatur, is matrem Berenicen in palatio ipsius vinculis constrictam, Sosibio tradidit asseruandam: vbi illa, non ferens eam filij contumeliam, sumpto veneno interiit. At ille perturbatus insomniis, monimentum in medio vrbis extruxit, quod nunc sepulchrum appellatur. In hoc vna cum matre maiores omnes suos compulit, & inter hos Alexandrum Magnum. Nec hoc contentus officio vir prius, templum eidem constituit in Agialis, cui nomen indidit, Benefices seruatrici. Hæc fermè Zenodotus. Consimile est illud quod alibi recensuimus. Intempestiua beneuolentia nihil à simultate differt. Ita Flaccus,

Oreſtes.

Intempeſtiua beneuolentia.

Nil moror officium quod me grauat

Nec parum scitè dixit Ennius apud Ciceronem lib. Officior. 2.

Bene facta male locata, Malefacta arbitror.

Corytheo deformior.

Κορυθοῦς αἰσχίων, id est, Corytheo deformior. Aiunt Corytheum quempiam fuisse hominem insigniter illotum ac vecordem, ad hæc forma infœlicissima fœditatémque, cui liberi item fuerint omnes patrem referentes: vnde vulgaris dictus est iocus in hominem bardum, ac perinde deformem. Refertur adagium à Zenodoto.

Contra torrentem nitì.

De ingrati animo.

Contra torrentem niti dicuntur qui frustra certant cum iis quos vincere non queant. Sumptum à natantibus, qui solent secundo natare flumine, maxime si torrens fuerit. Quòd si contra nitantur, nihil promouerint. Vsurpat hoc adagium Aurelius Augustinus in epistola quadam ad diuum Hieronymum. Et laudatur à Iuuenale Crispi prudentia, qui Domitiani violentiæ concesserit, & ingenio alioqui insanabili obsecundarit.

Ille igitur nunquam direxit brachia contra
Torrentem. Item Ouidius,
Stultum, ab obliquo qui quum discedere possit,
Pugnat in aduersos tre natator aquas.

Gregorius Theologus ad Eudoxium rhetorem, Τὸ δὲ μὴ βίᾳ ζεύγνυσθαι τοῖς ποταμοῖς ἡμᾶς δεῖν. id est, Non esse cogendum fluminis impetum; docet etiam prouerbium.

Vsque ad aras amicus.

Μέχρι τῶν βωμῶν φίλος εἰμί. id est, Vsque ad aram sum amicus. Tametsi non est huius instituti quælibet apophthegmata colligere, tamen hoc ita commodè dictum, & specie vsque adeo prouerbiali, præterea sic à magnis celebratum authoribus, vt merito videatur in hunc ordinem cooptandum. Responsum est autem à Pericle, quem quum amicus quispiam rogaret vt in causa quadam, sua gratia falsum deieraret, Οὐ μὰ, ἔφη, συμπορεύσομαι τοῖς φίλοις, ἀλλὰ μέχρι βωμῶν, id est, Oportet me commodare amicis, sed vsque ad aras. Ita refert Gellius. Commodius refert Plutarchus in libello περὶ διαφορίας, Μέχρι τῶν βωμῶν φίλος εἰμί, id est, Vsque ad aram sum amicus. Admonet prouerbium, nonnunquam, quo consulamus amicorum commodis, eorumque voluntati morem geramus, fas videri paululum à recto deflectere, verum eatenus ne propter hominem amicum, numinis reuerentiam violemus: Olim iurantes aram manu contingebant. Porrò quatenus & quousque sit ab honesto deflectendum amici causa, copiosè doctéque disputat Aulus Gellius li. Noctium Atticarum primo, cap. 3.

Oreſtes.

Intempeſtiua beneuolentia.

De ingrati animo.

Codali chœnix.

Κόδαλος χοῖνιξ, id est, Codali chœnix, siue de mensum, De magnis mensuris dicebatur, authore Suida. Neque præterea quicquam super hac re mihi repertum est adhuc apud authores. Coniectare licet ortum à seruo quopiam edaci, cui chœnix fuerit altius capax, & hac arte fraudarit herum. In collectaneis quæ titulo Hesychij circumferuntur, reperio condalum piscem, aut eundem aut certè affinem cestreo. quem Gaza vertit mugilem. Sed idem meminit alibi huius prouerbij κόδαλος χοῖνιξ, subindicans fuisse quempiam ædilem qui maioribus mensuris tonitus sit vti.

Condalus piſcis.

Concha dignus.

Κόγχου ἄξιος, id est, Concha dignus. Rem nullius pretij concham dicunt Græci, quemadmodum Latini nauci aut floccum. Vnde quod contemptissimum nullíusque rei significabant, id κόγχου ἄξιον dicebant.

Nullius precij res.

Conto naugare.

Κοντὸν πλεῖν, id est, Conto naugare, dicebantur qui sic rebus vterentur quemadmodum vti conueniebat: aut qui vitæ genus suo accommodatum ingenio sequerentur. Neque enim contus ad vllum alium vsum accommodatus, quàm ad nauigationem. Itidem non ad quauis vitam quiuis idoneus est. Vtaris licebit, siquem admonere voles vt quaque re vtatur, ad id in quod inuenta sit, vt, Quorsum seruas nummos tuos, non in hoc natos vt spectentur, sed quo vitæ subsidio sint, conto nauigandum est. Refertur à Suida.

De recto rei cuiuſuis vſu.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V*t res rebus vterentur quemadmodum vti.* Videant viri docti annon sit alius sensus huius prouerbij Conto nauigare. Leguntur enim apud Ammianum Marcellinum lib. 18. hæc verba, Non contis, nec remulco, vt aiunt (id est, non flexiloquis ambagibus, vel obscuris) sed veridicatione plena in Rempublicam ferebatur. Ex quo loco perspicuum mihi videtur esse, eos qui contis nauigarent, id est, quorum nauis contis propelleretur, non expedirè sed lentè solitos nauigare. Vnde per metaphoram conto vel contis nauigare rectè dicetur, meo quidem iudicio, qui non cum summo conatu & omni virium contentione, nec quanta potest celeritate, sed pedetentim & sedato nisu negotium aliquod agit: aut qui vires quidem omnes adhibet, neruos que intendit omnes, ac festinat quantum potest: non multum tamen promouet, sed lentos progressus facit. Aut breuius, Qui aliquod negotium lenitè & paulatim nō celeriter nec efficaciter agit: aut quòd nolit, aut quod non possit. Vt autem contos & vela videmus hic opponi: sic remos & vela Cicero inter se opponit, paulò tamè diuerso sensu, lib. Tusc. 4. ita loquens. Quærebam igitur vtrum panderem vela orationis statim, an eam ante paululum dialecticorum remis propellerem. Id est, Vtrùm oratione libera & expedita statim de re proposita disputarem, an vero ad eam disputationem pedetentim accederem, molestis illis & laboriosis partitionibus ac definitionibus prius explicatis. Opponit enim hic Cicero laborem & tarditatem quæ est in remigando, facilitati & celeritati velificationis. At Ouidius, quum ait, Difficilè est tamen dicere remilne an vento hic vti debeas: perinde est, vt opinor, ac si verbis Horatianis (quæ & ipsa habent allegoriam) dixisset, altúmne vrgere an litus premere debeas. in alto enim potius quàm in litore panduntur vela, vnde ille apud Virgilium.

Adagij ſenſus verior.

Litus ama, & læuas stringat sine palmula cautes.
Altum alij tenuant.

His autem verbis, Altúmne vrgendum an litus premendum tibi sit, significaret Ouidius, an intra humida loca te continere, an excelsa & augusta petere oporteat. an tibi satis esse debeat si à populo excipiaris, an principem ipsum adire & vt te excipiat rogare debeas. Alloquitur enim poeta librum suum, quem Romam mittit cui quum hæc, inter cætera, dixisset,

Forsitan expectes an in alta palatia missum
Scandere te iubeam, Cæsaremque domum:
Ignoscent angusta mihi loca, &c.

versibus aliquot interiectis, quibus cur loca illa reformidet exponit: hos subiungit,

Ergo cane liber, & timida circumspice mente
Vt salto à media sit tibi plebe legi.
Dum petit insidias multum sublimia pennis
Icarus, Icarij nomina fecit aquis.
Difficilè est tamen hic remis vtaris an aura
Dicere: consilium res locusque dabunt.

Nam hisce duobus postremis carminibus in dubium reuocat quod modò dixerat, Vt satis à media sit tibi plebe legi. Quanquam, inquit, quem cursum tenere debeas, pro re nata deliberabis. Perinde ac diceret, Nihil certi tamen possum statuere an timide intra humilem locum te continere, & quod à media plebe legaris bonti consulere, an cultu audaciore ad ipsum vsque principem contendere oporteat. Vnde & sequitur, Adi (ipsum videlicet Cæsarem) Si poteris tradi vacuo: si cuncta videbis Mitia: si, &c. Et mea quidem de hoc loco sententia hæc est. At is cuius extant in illum librum cõmentaria, Remis an aura, exponens, ait, Tuo an alieno auxilio, vel Odio an fauore, aut (quod magis placet) difficultate adeundi imperatoris, an facilitate. Ita ille: qui, quàm bene sentiendo, à me dissentiat, aliorum esto iudicium. Neminem certè existimo esse qui abiurde illud a poeta dictum iri. ó perspiciat, Difficilè est tamen dicere odióne an fauore, vel verum difficultate adeundi imperatoris an facilitate vti debeas. Sed etiam (dicet fortasse quispiam) vtaris non pro vti debeas, sed pro vsurus sis, videtur accepisse is qui hanc explicationem attulit. Atqui vtaris, linguæ Latinæ consuetudinem sequendo, accipi ita vix potest. Esto tamen sic accipi, quid spectantes, remorum appellatione odium intelligere possemus? Deinde quum præcedentibus versibus declaret tuam cymbam horrere Cæsaris adire palatia, ideóque timida mente circunspiciendum ipsi libro, vt satis sit illi à media legi plebe: considerent omnes quomodo illis contentanea subiuncturus sit, ita loquens, Difficilè est tamen dicere, postquam illuc veneris, odióne an fauore Cæsaris sis vsurus: vel, facilémne an difficilem aditum ad ipsum Cæsarem sis habiturus: verum ibi pro re nata & pro tempore consilium capere poteris. Hactenus de hoc loco: quem ideo citaui vt eum Ciceroniano conferrem: cum vtroque autem illum Ammiani conferre possem. Sed aliquis scire velit an perinde sit siue dicamus Contis aut conto nauigare, siue Remis aut remo nauigare. Ego nullum aliud discrimen esse puto, quam quòd remo nauigare generalius dici possit: conto nauigare is videatur dici qui minore quopiam nauigio vtatur, illud conto propellens. nam κόντοι τὰ πλοῖα minora esse nauigia (quæ de re Lazarus Baifius non admonet) ex Appiano satis constat. Cæterum quod ad locum Ammiani attinet, in eo Non contis, nec remulco, in recentioribus editionibus legi sciorat priores hanc lectionem habuisse, Non contis, nec ramulis, ipse Erasmus ostendit. vbi pro ramulis reponendum censet remulis, vt videlicet diminutiuum sit à remus. At egò doctos viros rogo vt etiam atque etiam expendant annon potius palmulis quàm remulis aut remulco reponi debeat. Iam verò quum ex hoc Ammiani loco probare conatus sum alium hoc adagium sensum præ se ferre quàm eum quem Erasmus affert, etiam à Suida (cuius tamen verbis nec ille prorsus insistit) dissentire me non fugit nescius. Sed viderit Suidas (si modò eius exemplar eo loco deprauatum non est) quo respiciens, dixerit, κατὰ κόντου, παροιμία, ἐπὶ τῶν ὀφειλόντων ζημιοῦσθαι fieri enim potest vt occulta quæpiam sit huius explicationis ratio. Erasmus certè huius suæ expositionis (conto nauigare, esse vitæ genus suo accommodatum ingenio sequi) rationem reddere futilem mihi videtur. ideo videlicet illud prouerbialiter dici, quòd contus ad nullum alium vsum sit accommodatus, quàm ad nauigationem.

Conto nauigare, & Remo nauigare, quid differat.

Cydi pœnam debet. 14

Κύδει δίκην ὀφλεῖν, id est, Cydi pœnã debet. κῦδος prima producta gloriam significat: eadem correpta, κακηγορίαν καὶ κατηγορίαν, id est, Maledictum & conuicium. vnde & verbũ deducere κυδίζειν pro eo quod est conuiciari. Proinde quum quis ob rem friuolam, veluti verbum aliquod temere dictum, deferretur vexaretúrque, eum prouerbio dicebant κύδει δίκην ἐκτίνειν, ἢ κύδει δίκην ὀφλεῖν, hoc est, conuicij pœnam dependisse, & maledicti pœnam debere. Nam antiquitus mulcta dicebatur iis qui petulantius in quempiam aliquid dixissent.

Cnips in loco. 15

Ὁ κνὶψ ἐν χώρᾳ, id est, Cnips in regione. Dictum in eos qui subinde sedem mutarent, & aliunde aliò demigrarent. Cui vitio sese obnoxium fuisse confiteatur Horatius. Est autem σκνὶψ, siue κνὶψ (nam vtrunque reperio) vermiculus innascens materiis. Is eroso ligno, semper loc um mutare nititur. Quidam efferunt prouerbium hoc modo, κνὶψ ἐκ χώρας, id est, Cnips è regione, vt subaudias demigrat. Plinius lib. 16. cap. 42. inter pestes materiarum teredinem commemorat, vermen grauissimo ad portionem capite: sic appellatum quòd dentibus erodat. sed propriè vocari teredinem, quæ in mari materiam infestet. Addit, huius generis ceraston vocari, qui simulatque tantum eroserit vt cucumagat tefe, generat alium. Hęc an huic prouerbio congruant dubito, nam Græci tradunt κνὶψ esse animalculum volucre & ξυλοφάγον, non dissimile culici. Id si verum est, non video qui constitat quod ab Aristotele prodituin est, auem ξυλοκόπτην, (quem Latini, nisi fallor, picum Martium appellant, ob id rostro fodere arbores, vt vermes in ligno latentes euocet. Suidas ait à σκωρὸς, qui est genitiuus casus huius nominatiui σκὼψ fingi nominatiuum σκωρὸς, eamque vocem significare parcum, tenuique victu viuentem: nimirum ad cnipis exemplum, qui lignorum arrosu pascitur, cibo non admodum luto. Proinde consentaneum videtur, adagium dici posse in sordidos, duro, parcóque victu vtentes.

Cyclohori vox. 16

De obstrepero, & clamoso.

Κυκλοβόρου φωνή id est, Cyclohori vox, De clamosis & vehementer obstrepentibus dicebatur, aut quibus vox esset vitiosa raucáque. Cycloborus fluuius quidam Atticæ, non perpetuus, sed torrens, iugenti strepitu defluens: vnde ductum prouerbium. Aristophanes in Equitibus.

Ἀρασκ, κυκλόβορον, κυκλοβόρου φωνὴν ἔχων. id est,
Clamosus, audax, vece Cyclohori obstrepens.

Thasium infundis. 17

Vinum, vino mixtum.

Θάσιον ἐπίχεις, id est, Thasium miscuisti. Dicitur solitum videtur, vbi quis vinum non aqua, sed alio quopiam efficaciore vino dilueret. nam Thasia vina laudatissima quondam fuisse testatur & Apuleius apologia prima. Olitori, inquiens, & cauponi merito concessum est, olus & vinum ex nobilitate soli commendare, vinum Thasium, olus Phliasium. Et Plinius capite septimo naturalis historiæ, libro 14. inter transmarina vina Thasium Chiúmque in summa gloria fuisse scribit. Est autem Thasus insula iuxta Thraciam: vnde prouerbium, Thasus bonorum. In ea insula narrant fuisse Staphilum, quem deperierit Bacchus. Sumptum est ex Aristophanis Pluto. quo loco versus hic est,

Εἰ δίκαιον ἐπίχεε, σύνοιδα γοῦν ἐγώ. id est,
Merito profectò, ῥ Thasium infuderas.

Anus quædam queritur adulescentem amatorem pridem ita sibi solitum adulari vt diceret illam suauissimè olere. Ad id per iocum respondens Chremylus, negat esse mirum si ita visum fuit adulescenti, quum illi Thasum odoratissimum proponere sit solita. Interpretes addit ἐπίχε dictum pro ἐπίχεας, id est infundebas, pro miscebas.

Κνημεσίζειν. 18

De immodica libidine.

Κνημεσίζειν vulgato conuicio dicebantur, vt ait Diogenianus, mulieres immodicè libidinosæ. Vnde natum sit prouerbium, non satis liquet, nisi quòd Hesychius docet κνῆμαι Græcis sonare naturæ muliebris vicinam partem: vnde receptum vt κνημεσίζειν appellarent libidinosam contrectationem, attestante & Suida.

Claudiana tonitrua. 19

Festus Pompeius inuere videtur Claudiana tonitrua in vulgi sermonem abiisse: scribens ideo vocata Claudiana tonitrua, quòd Claudius Pulcher instituerit vt ludis potè scenam factis, lapidum coniectus ita fieret vt veri tonitrus similitudinem imitaretur. nam antea leues admodum & paruos tonitus fieri solitos, quum claui & lapides in labrum æneum coniicerentur. Quadrabit adagium (si modo videbitur in adagionum gregem recipiendum) in homines immodicè clamosos, & odiosè obstreperos. Simillimum illi quod alibi retulimus, δωδωναῖον χαλκεῖον, id est, Dodonæum æs.

In clamosos.

Claudi more tenere pilam. 20

M. Tullius aduersus Pisonem scribit in hunc modum, Græcus primùm distinguere illa, atque diuidere quemadmodum dicerentur: ille claudus (quomodo aiunt) pilam retinere, quod acceperat certificari. Hactenus Cicero. Prouerbium congruit in eos, qui quicquid à præceptoribus acceperint, siue id ductum sit,

siue indoctum, nullo delectu nullóque iudicio tenere solent ac sequi. Sumpta metaphora à claudo diffidente suis pedibus, & ob id pertinaciter columnis innitente. Nisi si cui magis referendum videtur ad lusum pilæ, quam claudus ita demum accipit si commodè illi mittas. Alioqui pedibus tardus non potest vtcunque missam accipere. Seneca libro De beneficiis septimo, Quid si me remittere pilam manco iubeas? hoc est, dare beneficium illi qui non sit idoneus ad accipiendum. Plautus in Aulularia, Tum autem interdiu, quasi claudus sutor, domi sedet totos dies. Generatim conueniet in omneis qui de alieno pendent iudicio, alienæque innituntur autoritati: quemadmodum isti quibus satis est dixisse ἀυτὸς ἔφα.

Loripedem rectus derideat. 21

Et sane quam elegans est & plurimum habet figuræ prouerbialis illud apud Iuuenalem,

Aliena castigans vitia, ipse vitiosus.

Loripedem rectus derideat, Æthiopem albus.

Quo conueniet vti quoties aliquis id aliis opprobrat mali, cui sit ipse obnoxius: aut aliena castigat vitia, à quibus ipse non sit immunis: perinde quasi claudus claudo claudicationis vitium per contumeliam obiiciat. Oportet eum quam maximè vacare culpa qui in alium paratus est dicere: & stultissimum est in alium iacere quod in ipsum possit retorqueri.

Quis (enim) tulerit Gracchos de seditione querentes?
Sit vir displiceat Verris in hominibus Milonis?

Celebratur illud Leonis Byzantij, cui quum maledicus quispiam opprobraret vitiū oculorum, ipse gibbo deformatus: Humanum, inquit, conuicium in me iecisti, quum ipse Nemesin in dorso portes.

Clisthenem video. 22

Κλεισθένην ὁρῶ id est, Clisthenem video. Clisthenes hic mare audit, & comicorum conuiciis laceratus est, quòd parum vir haberetur, seseque cultu indecoro vellut in mulierem transfiguraret. Sardanapalum illum Assyrium imitatus. Aristophanes ἐν Διαφορεσαζούσαις

Οὐχὶ σαυτὸν γ' ἀλλὰ δ', ἀλλὰ Κλεισθένην. id est,

Tergum videtis non tuum, sed clisthenem.

Clisthene intemperantior.

Suidas refert, & ait conuenire in eos qui læui derasāque sunt cute. nam hic mos Clisthenis, barba derasa semper esse, quo iuuenis etiamnum videretur. Effertur & ad hunc modum, Κλεισθένει ἀκρατέστερος. id est, Clisthene intemperantior, de cinædo & deliciis effœminato. Contrarium illi, Ζήνωνος ἐγκρατέστερος, id est, Zenone temperantior.

Cleocritus. 23

Κλεόκριτος, id est, Cleocritus. Id nominis contumeliæ causa iactabatur in cinædos ac molles & parum viros, nam & hunc veteris comœdiæ maledicta nobilitarunt. Dictus est autem effœminatus, cinædus, hospes, obscuro fœdóque genere, Cybeles filius. quòd Rheæ mysteria ab exectis eunuchisque peragerentur.

In effœminatum.

Ne forma quidem à moribus discrepabat: nam facie velut auem referebat. Suidas nominatim prouerbij loco refert: alioquin ipse non retulissem inter adagia.

Coturnissare. 24

Κεχοιρίζειν prouerbio dicebantur qui pinguibus coturnicibus aut turdis vescerentur, aut qui rideret lasciuè paromque decorè. Proinde & μυχλισμὸν risum mollem & impudicum appellant. Quadrabit igitur vel in liguritores & cupediis addictos, vel in lasciuius ludentes. Sturni nihil non imitantur & turdus à Plinio recensetur inter aues quæ sermonem humanum imitantur, nam authores vocem hanc variè transferūt.

Celicum exitium. 25

Κιλίκιον ὄλεθρον id est, Cilicium exitium, De crudeli & inimani dicebatur. Cilices enim ob piraticam quam exercebant, & assiduas hostium depraedationes, infames erant immanitatis & crudelitatis nomine. Quapropter & Attici vindictas acerbiores κιλικίους appellabant. Meminit præter alios Hesychius. Similis formæ est quod apud iureconsultos legimus Isauricum pro crudeli immanique latrone.

ANIMAD. HENR. STEPH. in prouerbium 27. inf.

V. Κιλίκιοι) Hic Cilicij duces pro Ciliciis hircis positis sunt nescio maguine periculoso errore an ridiculo. Suidas Κίλικος τράγος, ὁ ἄγριος. σπάνει γὰρ οἱ κιλικίαι θριξὶ τραχεῖαι. ὅθεν καὶ τοὺς τραχεῖς σαυτὶ δέρμα, κιλίκια καλοῦσι. Hesychius, Κιλίκιοι λόχοι, οἱ ἐπὶ ἀκροφορίαν εἰς κόψασθαι ἢ κωκύσασθαι. ἢ τραχεῖς ἄνδρες. ἢ τοὺς οὐκ ἐχοντας σαυτὶ δέρμα, κιλίκια. Sed vnde οἱ τραχεῖς τράγοι? id est, ex hircis imperatores seu duces, factos esse dicemus? Ergo errorem hunc natum esse ex aliquo exemplari suspicor, in quo τράγοι pro τράχοι, omissa per incuriam vna litera, scriptum esset. Credibile est enim lectorem quempiam, quum τράγος nihil significare videret accentu in priore syllaba collocato, eum in posteriorem retrahendo, fecisse τράχοι ex τράγος. Deinde vel eum ipsum, vel alium qui postea superuenerit vocem hanc τράγοι illi τράχοι (vtpote raram & obscuram atque adeò poeticam) pro explicatione superscripsisse, aut certè è regione illius adscripsisse. Errores ex eodem fonte ortos in variis libris deprehendi non pauceos: vnde fit vt de hoc minus dubitem, quin hanc originem habuerit: ita tamen vt aliis dubitare per me liceat.

Centauricè. 26

Κενταυρικῶς, id est, Centaurice fieri dicebatur quod immaniter, ferociter, inciuiliterve fieret: sumpta voce à Centaurorum moribus. Aristophanes in Ranis,

Τίς τῶν θυρῶν ἐπλάξεν ὡς κενταυρικῶς; id est,

Quis ostium pulsauit ita centaurice?

Etenim Centauri viribus & vi peragebant omnia, legum & iuris omnis ignari. Tametsi quidam existimant hoc apud Aristophanem dictum ἐφεστικῶς in Bacchum mollem alioqui & imbellem.

Cilicy imperatores. 27

Κιλίκιοι στρατηγοί, id est, Cilicij duces, Dicebantur homines hirsuti & pilis obsiti. Vnde & saga pilis contexta. Cilicia vocantur, Autor Diogenianus. Simpliciter autem κιλίκιοι dicebantur robusti, sordidi & magni. vnde & κιλικίζειν dicuntur qui prauis sunt moribus & κιλίκιοι λόγοι barbarica suffragia, quòd illi sortibus in galeam missis soleant decernere. Memorantur κιλλικύριοι qui quum essent serui, heris eiectis occuparunt regionem.

Hirsuti & pilosi.

Κιλλικὸν ἀγαθὸν aliàs recensuimus.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. *citer autem.*) Errorem in Hesychij exemplaribus satis per se grauem auget Erasmus, quum dicit, vnde (id est à qua voce κιλίκιοι quæ robustos, sordidos & magnos significat) & κιλικίζειν dicuntur qui prauis sunt moribus. Nemo est enim qui hanc deductionem considerans, quemadmodum hoc verbum, ita etiam illud adiectiuum nomen de hominibus dici non existimet. Atqui de pannis dictū esse ab Hesychio, postquam vnam eius vocem contexero, comperietur. Corrigam autem ex authoritate Athenæi, cuius verba cōmodum mihi in mentem venerunt, dum ea emendanda non parum, vt ingenuè fatear, laborarem. Ea vox est ἀδρὸν quam perperam esse positam contendo pro δῆμον, vt ita legatur hic Hesychij locus, κιλίκιοι ἄφρονες μεγάλοι. Sic enim Athen. lib. 3. πάντων δ' ὁ κυμινδοτάτους ὀνομάζει ἀπὸ τοιαύτης μακρᾶς καὶ μεγάλης δίκης ἐν ῥητορικῇ, κιλίκιους ὀνομάζει ἄξιον πάντων καὶ τοὺς δήμους καὶ σκιαμαχοῦντας μὴ ὄντας καταφυλλοῦντας ἀλλὰ μεγάλους κιλίκιους.

Calculi.

V. *sortibus*) Non κιλικιοῦσι sed καλλικιοῦσι hi appellantur a Suida & cæteris, & ab ipso Erasmo col. sequente, nec quit quam ad hoc prouerbium pertinent. Sed nec illud Κιλλικὸν ἀγαθὸν quicquam cum prouerbio de quo agitur, commune habet. Illam autem explicationem τῆς κιλικίου λόφου, alijs excutiendam relinquo.

Ciuitates ludimus. 28

Πόλεις παίζομεν, id est, Ciuitates ludimus. Lusus genus quoddam est, in quo calculis ludebatur olim, quos antiquitus πόλεις, id est, vrbes, vocabant. neoterici χώρας hoc est regiones appellare cœperunt. Vsurpauit adagium Cratinus in fugitiuis. Hic nimirum locus est, ni fallor, quem Iulius Pollux citat libro de rerum vocabulis nono. παιδιὰ δὲ πόλεις βασιλέως τοῦ περὶ Κάκου, οἷόν ἐστι λόχμης ἢ πύργος, ἢ πόλις ἢ παίζειν, i. Pandionam ciuitatem regis supra modum adulatricis. Nosti quam dicimus, & canem & ciuitatem quam ludunt. Genus autem lusus describit his verbis· ἡ δὲ πολλῶν φασι παιδιὰ πινάκιόν ἐστι χαράξαντα εἰς γραμμὰς ἴσας διηκούσας. καὶ τὰ μὲν πλάτη καλεῖται στείχοι, τὰ δὲ φασι ἑκάστην πόλιν. διημμένου δὲ εἰς δύο τοῦ φάσματος τῇ πάχει τὰς παιδιὰς ἐξ ἑκατέρου τοῦ δυο φασμάτων ἐμφύεσθαι, τοῦ ἑτέρου ἐχειν ἀπορίαν. id est, Qui verò complurium calculorum dicitur lusus, latet vnculus est regiones in

se continens in lineis sitas. Et laterunculus quidem ipse ciuitas appellatur: cæterùm vnusquisque calculus canis. Porrò quum calculi sint duobus diuincti coloribus, lusus hæc ars est vt comprehensis duobus calculis vnicoloribus, cum qui diuersi coloris est, tollas è medio. Allusit ad hoc prouerbium Plato lib. De repub. 4. ἐκάστου γὰρ αὐτῶν τὸν ἐν ἑκάστῃ πόλει πλοῦτον, οὐκ ἐν πολλαῖς, ἀλλ' ἐν μιᾷ πόλει, τὴν ἐν ταύτῃ τύχην, id est, Nam illarum vnaquæque plurimæ sunt ciuitates, non ciuitas, quemadmodum dicere solent ludentes. Refert Zenodotus, quanquã idem adagij sensum nõ indicat. Quare cuique quod vero proximum videatur, coniectandum relinquo. Mihi quadraturum videtur, quoties suum quisque commodũ quacunque sectatur via, & æmulo competitorique modis omnibus tendit insidias. Qui lusus frequens est in aulis principum, & in magistratibus publicis. Ab hoc lusu manasse videtur qui nunc vulgo Icacarius dicitur.

Lusus Icacarius.

AMIN. HENR. STEPH.

V. *pub.* 4.) Allusisse ad hoc prouerbium videri posset si ita scripsisset, ἀλλ' ἐν πόλει ἡ ἐν μιᾷ παιζόντων. sed quũ sit τὸ ἐν μιᾷ παιζόντων, id est, quemadmodum vulgò dicũt ludentes: hîc certè ludentes significat potius iocantes meo quidem iudicio (vt passim quum dicitur, οὕτω δὲ τὸ παιζόμενον, & ὡς ἔφατο vel ὡς λέγουσι οἱ παίζοντες) quàm referatur ad ludentes ludum illum πόλεις. Nam etiamsi allusionem hanc ipsa orationis forma facillimè admitteret, tamen an satis sententiæ quadraret, considerandum esset.

Cissamis Cous. 29

Κίσσαμος κῶος, id est, Cissamis Cous. Hunc aiunt pecuariis gregibus supra modum diuitem: verum anguillam quotannis apparere solitam, quæ pulcherrimam omnium pecudem raperet. Ea quum in somnis apparens hominem commonuisset vt se eliceret foras, & ille negligeret: euenit vt tum ipse, tum vniuersum illius genus radicitus interiret. Hæc fermè Zenodotus. Et hoc quoque prouerbium, Delium aliquem natatorem requirit, Apparet affine quod alibi dictum est, Aderit Temessæus genius.

Carcini poëmata. 30

Ænigmata.

Καρκίνου αἰνίγματα, id est, Carcini poemata, Dicebantur ea quæ viderentur obscurius & instar ænigmatis dicta. Carcinus poeta quispiam fuit, & alibi meminimus in hoc opere: in quem iocatur Aristophanes in comœdia cui titulus εἰρήνη.

Εὐδαιμονέστερος φαίης ἂν Καρκίνου στρόβιλον. id est, *Qui visus est felicior vel Carcini strobilo.*

Is finxit Orestem ab Ilio coactum vt matricidium cõfiteretur, per ænigmata respondentem, authore Suida: qui testatur prouerbium à Menandro vsurpatum in fabula Hercule. Stratonicus apud Athenæum lib. 8. quũ audisset, quendam imperitè canentem, rogauit cuius esset cantio: quum is respondisset Carcini, πολὺ γὰρ μᾶλλον, ἔφη, ἄνθρωπόν ἐστιν, id est, Multo sanè magis, inquit, quàm hominis. Nam κάρκινος Græcis & cancrum animal significat. itaque iocus ex ambiguo captatus est.

Carica victima. 31

De cibo insipido.

Καρικὸν θῦμα, id est Caricum sacrum, De malicenta hostia minimeque esculenta dicebatur. Hinc ductum, quòd Caribus populis mos fuerit canem immolare. Non inconcinne torquebitur ad cibum appositum, insipidum, & quem nemo velit attingere. Solent fordidi quidam data opera cibos putres & ingratos palato, suis apponere, partim quòd minoris emantur, partim quo minus abluminatur epularum in conuiuio. Hos eleganter quis dixerit τὰ καρικὰ θύματα διατιθέναι, id est, Caricum sacrum apponere.

Callicyrius plures. 32

De numero ingenti turba sed fordida.

Καλλικυρίους πλείους, id est, Plures Callicyriis. De maxima quidem illa, sed fordida hominum turba dicebatur. Callicyrij dicebantur exulum serui, qui Syracusis agricolationem exercebant, authore Timæo. Quoniam autem ingens erat id genus hominum multitudo, prouerbio receptum est, vt si quos admodum numerosos significare vellent, καλλικυρίους appellarent. Aristoteles in Republica Syracusanorum, ostendit eam seruorum turbam ex omnigenis populis in vnum confluxisse. Erant autem eodem loco Callicyrij apud Syracusanos, quo apud Lacedæmonios captiui, apud Thessalos Penestæ, qui vocantur apud Cretenses Clarotæ, apud Ægyptios Hebræi. Solitum est adagium hoc potissimum vsurpari siquando significabant metuendam multitudinem, quæ numero freta, nonnunquam opprimit dominos. Nam & hi serui plures erant dominis, quamobrem etiam expulerunt illos. Hæc fermè referuntur à Suida.

Cera tractabilior. 33

In docilis, & tractabilis.

Κηροῦ ἁπτικώτερος, id est, Cera tractabilior. De vehementer docili dicebatur, aut de ingenio facili, tractabiliq́ue, & in quemuis habitum sequaci. Horatius,

Cereum nõ vultum flecti, monitoribus asper.

Persius quinta Satyra,

Artificémque tuo ducit sub pollice vultum.

Rursum Horatius,

-argilla quidam imitabitur ulla.

Est autem hoc ceræ peculiare, vt manibus contrectata mollescat: & hinc variæ rerum formæ solent effingi. Erat & picturæ genus è certis coloratis, quemadmodum è tessel'is lapidum ac lignorum. Quanquam rudis ætas similior est argillæ quam ceræ: primò quidem fingi potest dum tenera est, verùm vbi durauit ingenium, non facilè refingitur in aliam speciem, sed quemadmodum dixit Plato lib de Rep. 4. κινδυνεύει γοῦν οὐκ εἰς τὸν παῖδα ἐκ τοῦ αὐτοῦ ὄμματος, ὅταν ἀφίκηται ἐπὶ τὸ ἐπιτήδειον εἶναι. id est, Periculum est ne ad quæcunque se quis appulerit à pueritia, talia sint & quæ sequuntur.

Occisionis ala. 34

Subitus interitus.

Φόνου πτερὸν, id est, Interfectionis ala, de subito interitu dictum. Sumpta metaphora ab alatis taculis, quæ repente mortem adferunt. Quanquam magis probat Zenodotus vt accipiamus φόνου πτερὸν dictum ἀντὶ περιφράσεως, id est, per circuitionem, pro morte: quasi sit & ipsa alata.

Celmis in ferro. 35

Qui suis viribus nimium fidunt.

Κέλμις ἐν σιδήρῳ. id est, Celmis in ferro, Dici consueuit de iis qui præter modum suis fiderent viribus, tanquã inexpugnabiles inuictiq́. cæteris. Celmis (vt scribit Zenodotus) vnus fuit ex Idæis Dactylis, qui quum matrẽ deorum Rheam violasset stupro, demde à reliquis fratribus reiectus est. Ab hoc ferrum solidissimũ cudi solebat. Ait huius historiæ mentionem factam apud Sophoclem in Satyris. Enarrator Apollonij de Dactylis Idæis, inter quos & Celmis, refert hos versus authore Phoronide,

-ἴσασι δακτύλοι
Ἰδαῖοι φρύγες αἰδρις ἐρίσηρες αἰνὰ ἔναιον,
Κέλμις, Δαμναμενεύς τε μάγας καὶ ἀκμὼν,
Ἐκ πολλαῖς δρυὸς πυκνὸν ὄρος Ἀδμήτης.
Οἱ πρῶτοι πέλεκυν τελαμῶνί τε φαεινὸν
Ἐνεγκ' ἐν χερσὶν καὶ πάγας ἰσόδμους ἀδάμας.
Ἐκ πυρὸς τ' ἰδόντας, καὶ μελεδωνὸς ὄρεσσιν ἔδεξεν. id est,
-illic habitabant
Montigenæ Phrygges Idæi, grata arte celebris,
Celmis, Damnameneúsque ingens, Acmonq́ue superbus,
Montana dolis cultores Adrastea.
A quibus ars Vulcania primùm esse reperta
Dicitur, & ferrum nemoroso in monte repertum
Inuarios vsus monstrarunt cudere ferrum,
Impositumque igni mire pulsare, ferire cudis.

Cestum habent Veneris. 36

De iis, qui in amorem pellicium.

Τὸν Κυπρίδος κεστὸν habere dicuntur qui nouis modis quemlibet in amorem sui pelliciunt. Sumptum est autem ex Homericæ Iliados ξ, quo loco Iuno concubitura cum Ioue, Venerem adit, atque ab ea cingulum gratiarum & amorum conciliatorem commodatò petit. Hunc poeta describit ad hunc modum,

Ἦ, καὶ ἀπὸ στήθεσφιν ἐλύσατο κεστὸν ἱμάντα,
Ποικίλον, ἔνθ' ἄρα οἱ θελκτήρια πάντα πέτυκτο.
Ἔνθ' ἔνι μὲν φιλότης, ἐν δ' ἵμερος, ἐν δ' ὀαριστύς,
Πάρφασις ἥτ' ἔκλεψε νόον πύκα περ φρονεόντων.
Τὸν ῥα οἱ ἔμβαλε χερσὶν, ἔπος τ' ἔφατ', ἐν τ' ὀνόμαζε,
Τῦ νῦν πῶν ἐμίησθα, τεῦ δ' ἵεσαι δεῦρο νέεσθαι,
Πευθόμενος, οὕνεκα πάγχυ τετιηότι θυμῷ φαεῖς
Ἀφραδίῃ γὰρ ἔοικας, ὅτε φρεσὶν ἔσσυο μάλιστα. id est,
Sic ait, & solut de pectore textile lorum,
Picturatum, in quo lenimina cuncta ferebat.
Hunc inerat dejderium, huic amor, huic muliebris
Blandiloquentia, quæ quidem & egregiè sapientem
Furtim adiuta dolis fallatque capiatque.
Quod manibus simul impositit, sic ore loquuta est:
Hanc cape nunc finumq́ tuo succingito zonam,
Contextam variis: per quam quæcunque parabis,
Pollicear, nil tu frustra tentaueris unquam.

Meminit

Meminit huius & Theocritus in Adonidis epitaphio,

Σοὶ δ' ὅμα κεστὸς ἔπλετο. id est,

Tecum vnà & cestus periit.

Cesti Veneris efficax. Est igitur cestus Veneris, cingulus efficax ad illectamenta gratiarum & amorum, quo illa dicitur Martem sibi conciliare. Meminit huius & Martialis,

Collo nitide puer mereri amores,
Cestum de Veneris sinum calentem.

Idem alibi,

Sume Cyberiaco medicatum nectare cestum:
Ipsi amatorem hactenus ute tuum.

Rursum alibi,

Ad te Iuno petat cestum & ipsa Venus.

Duplex erat huius vsus apud eos, siue quum dicemus cuipiam cestum esse Veneris, quòd neminem non inflammet amore sui: siue quum dicemus iam opus esse Veneris cestu, aut ne illum quidem profuturum ei cui per ætatem vires ac forma defluxerit, quique iam ἄωρος & esse factus videatur. nam florens ætas suapte sponte suscitat amores, senectus aut muneribus, aut pharmacis sibi conciliare oportet: quanquam nec his rationibus efficere potest vt amet.

Pontificales cœnæ. 37

Olim cœnas sumptuosas opiparásque pontificales appellabant. Ad quod alludens Horatius in Odis,

Adjumet hæres oscula dignior
Seruata centum clausibus & mero
Tinget pauimentum superbo,
Pontificum potiore cœnis.

Quo quidem in loco interpres admonet, prælautas cœnas prouerbio pontificales appellari solitas. Macrobius libro Saturnalium tertio vetustissimi nam quãdam pontificis cœnam describit, summo apparatu & omnigenis lautitiis affluentem instructam. Id inde notum apparet, quòd solennes sacræque cœnæ exquisitissimis epulis soleant instrui. Ab eo quod scripsit Horatius, non abhorret quod hac tempestate apud Parisios vulgari loco vinum theologicum vocant, quòd sit validissimum, minimèque dilutum. Nec infeliciter quidam huiusce prouerbij causam rogatus, respondit, A iureconsultis occupari quas vocant prabendas, decanatus, & archidiaconatus: theologis nihil reliquum fieri præter curata, quæ vocant, sacerdotia. Cæterùm quoniam de pastoribus scriptum est, Peccata populi comedetis, nimirum ad cibos tam duri concoctionem opus esse vino efficacissimo. Atque hinc esse natum vulgi dictum. Plautus in Menæchmis consimili figura Cereales cœnas dixit. Cereales, inquiens, cœnas dat: ita mentiam extruxit. Tantas patinarius fumices concinnat. Standum est in lecto liquid de summo petas. Legimus & adipales cœnas, & adiposas, & adiciales. Terentius in Phormione, dubiam cœnam dixit pro lauta copioláque.

Vinum theologicum.

Cereales cœnæ

Dubiæ cœnæ.

Cepas edere, aut olfacere. 38

Κρόμμυα ἐσθίειν. id est, Cepas edere, dicebantur ioco prouerbialiter, qui lachrymarum videntur. Natum à Bianteis apophthegmate. is enim Alyattæ regi sibi per nuncium missum denuntianti vt quamprimum ad se veniret, respondit ad hunc modum, ἐγὼ Ἀλυάττῃ κελεύω κρόμμυα ἐσθίειν. id est. Ego iubeo Alyattam cepas edere, hoc est κλαίειν καὶ οἰμώζειν. id est flere & eiulare. Quibus verbis extremum regis contemptum indicabat. Ductum est hinc proverbium, quòd cepparum odor, vt est acris, consueverit lachrymas oculis excutere. Aristophanes κρόμμυον δ' ἀφ' ἵκει τὸν, innuens illum vel citra cepas fletum. Quoniam autem idem efficit sinapi, nihil vetat & hinc proverbium ducere. Columella in carmine,

Seque lacessenti sinapim fastura sinapis.
Mox & cepa memorat,
Atque alterna pulli radix lachrymosaque cepa.

Simili figura neque diuersa sententia dicti sunt κρομμύων ὀσφραίνεσθαι, id est, Cepas odorari, qui flerent. Aristophanes in Ranis,

Τί δῆτα κλαίεις; κρομμύων ὀσφραίνομαι. id est,

Quid quæso lachrymas? cepæ odoror scilicet.

Hæc ferme Suidas. At Plinius lib. 20. cap. 5. tradidit eas & delachrymationi & caligini oculorum mederi. Nec hoc pugnat cum his quæ diximus, siquidem educendo purgant. Xenoph. in Sympolio dixit κρομμύων ὄζειν. id est olere cepe: quod in sordidos & illotos cõgruit. Huic affine est σκορδίζειν, pro molestia afficere, huc ad lachrymas adigere. Aristophanes in Equitibus,

Cepas olfacere.

Σκορδίζειν.

sub persona populi Athenienſis, φιλῶ σ' ἐγὼ μὲν ὀπτὸν ἀλλ' ἐσθίουσ'. id est, Dum ais te diligere me, alliasti me. Quãquam ea vox à Comico risus gratia conficta est.

Scarabeo nigrior. 39

Καραβίου μέλανος. id est, Scarabeo nigrior. In fœdos & vehementer atros, ac fuscos. nam scarabeus animal insigni & fœdo nigrore est: de quo inferius plura dicentur.

Chalcidissare. 40

Χαλκιδίζειν ἢ χαλκιδικὸν εἶναι dicebantur qui rapaciores & plus satis ad rem attenti viderentur. Chalcidenses in insula Eubœa populi, comœdiæ veteris conuiciis notati sunt, quòd auariores essent. Hesychius indicat eam gentem malè audisse ob fœdos puerorum amores: & hinc natum prouerbij conuicium in simili morbo obnoxios.

De auariore.

Phicidissare. 41

φικιδίζειν, id est, Phicidissare, dicebantur vulgo, puerorum obscœnis amplexibus dediti. Quidam malunt ad *f* pro *e*. eos referre qui litera *p* immodice & ad fastidium vsque consueuerint vti. siquidem ea gens literam *e* solita est in *p* commutare. Quo quidem vitio notantur & Eretrienses, attestante prouerbio, Ἐρετριῶν ῥῶ, id est, Eretrienſium rho. Hodie locus est vulgi in Picardos: quum Lutetianę fœminę ob linguæ delicias *p* vertant in *e*, Mesia sonantes pro Maria.

Cantharo astutior. 42

Κανθάρου πανουργότερος. id est, Cantharo astutior, aut callidior. Zenodotus ait, Athenis cauponem fuisse quempiam nomine Cantharum, quem ob maleficia & impostura ac proditiones, capitis affecerint supplicio: proinde vulgo receptum vt in versutos ac impostores diceretur. Mihi vero propius videtur si referatur ad animantis naturam, & ad apologum Æsopicum, quo narratur, quemadmodum scarabeus tanto aquila inferior viribus tamen ingenio superauit aurium omnium reginam.

De versuto, & impostore.

Canis tanquam Delum nauigans. 43

Κύων ὡσεὶ εἰς Δῆλον πλέων. id est, Canis tanquam in Delum nauigans. In supinum, otiosum, securum, ac voluptariam agentem vitam dicebatur. Nam Athenis facilis ac tuta in Delum nauigatio vnde fiebat vt qui illuc soluerent, inter nauigandum securi, nihil periculi metuentes canerent. Mos autem erat Athenientibus, vt quotannis nauim solenni apparatu religiosa causa Delum mitterent: id quod indicat Plato in Critone. Vnde consentaneum est, qui hac vectabantur, hymnos quosdam in Apollinis laudem sacros decantare.

Caunius amor. 44

Καύνιος ἔρως, id est, Caunius amor. De fœdo amore dicebatur aut vbi quis ea desideraret quæ neque fas esset concupiscere, neque liceret assequi. Byblis Caunum fratrem impotenter adamauit à quo quum esset repulsa, sibimet necem conciuit Ouidius,

Byblis in exemplo est vt ament concessa puella.

Adagium refertur à Diogeniano, præterea ab Eustathio in Dionysium.

Nefaria libido.

Scarabei vmbra. 45

Καραβίου σκιά. id est, Scarabei vmbra. Dictum est de inani metu, quòd hoc insecti sub noctem repente aduolans horribili bombo, nonnunquam terrere soleat parum attentum. Recensetur à Diogeniano.

Inanis metus.

Papyri fructus non postulat magnam spicam. 46

Βύβλου δὲ καρπὸς οὐ πάνυ μέγαν στάχυν. id est,

Byblus vtrum haud postulat spicam grauem.

Etiamsi Græcus senarius vitiatus est in αἴτει. Apud Æschylum in Supplicibus ita legitur,

Βύβλου δὲ καρπὸς οὐ κρατεῖ στάχυν μέγαν. id est,

Fructus papyri haud sustinet spicam grauem.

Dici solitum de iis qui suis ipsorum bonis frui non possent: propterea quòd lybicus ob culmos inutiles, spicam granis onustam ferre non possit: proinde prodit quidem spicas, sed inanes. Byblus autem iunci species, quam Latini papyrum appellant. Apparet in Græco carmine αἴτει depravatum pro κρατεῖ, quod indicat vel ipsa metri ratio.

Qui suis bonis frui non possunt.

Budoro more. 47

Βυδίῳ νόμῳ, aut, vt alibi reperi, βυδίων νόμῳ, id est, Budororum more, seu lege. Suidas ac Zenodotus in-

In eum, qui ni ratione, sed

verberib. aut morte sit adigendus.

terpretãtur de iis qui digni sint vt bouis ritu excoriẽtur. Diogenianus exponit de admirandis. βουδώρειον, authore Stephano, promontorium est oppositum Salamini βουδώρα Magnesiæ ciuitas. quam Homerus βουδόρον appellauit. βούδωροι populi sunt Scythiæ, sic appellati quòd à bubus vehantur, vtpote ἁμαξεύοντες, id est, plaustris ædium vice vtentes. Vnde videtur bifariam illusum ad etymologiam ἀπὸ τοῦ βοὸς δόσεως καὶ τοῦ βοὸς δόσεως, id est, ad boum excoriationem & boum donationem. Strabo lib. 10. commonstrat Euboeæ flumen Budorum. Idem indicat montem Salaminis prospectantem in Atticam. Rursum Plinius li. 4. c. 12. inter Gelonos & Agathyrsos refert Budinos. Cæterum quid hæc ad prouerbium faciant non video. Hesychius indicat βουδώρειον esse κυνοκλόν quo boues excoriantur. Locus erit prouerbio, si quis dicat cum improbo non argumentis, aut legibus, sed βουδώρειον τόποις agendum: quemadmodum apud Terentium audit Sannio, Nam si molestus pergis esse, iam intrò accipiere, atque ibi vsque ad necem operiere lotis.

Bœotia auris. 48

De stolido.

Βοιώτιον ὦς, id est, Auris Bœotica. In pingui iudicio hominem quadrat. Bœotorum stoliditas copiosum prouerbiis locum fecit. Similimum illi, Auris Britana. Diogenianus meminit adagii Sani; quo ferunt, olim Anaxagoram recitantem apud Thebanos librũ Thebaidos, quum vidisset attentum neminem clauso codice dixisse, ἀκούετε καλοὶ βοιωτοὶ τῶν ὠτῶν ἔχοντες. id est, iure vocamini Bœoti, qui quidem aures habeatis boum, videlicet alludẽs ad etymologiam nominis. βοῦς enim bos, & οὖς aures, atque ex his Bœotorum nomen videtur compositum. Quin Homerus Iliados lib. 5. Bœotorum gentem pinguem appellat.

-παρ δὲ σφιν ἔχοντο
Νῆσον ἑκηβόλοιο μάκαρ νίσσοντο ἔχοντες. id est,
-sed ruma tenebant
Proxima Bœoti, quorum crassissima gens est.

Notauit & Horatius Bœotorum tarditatem in epistola ad Octauium Augustum, -quod si
Iudicium subtile videndis artibus illud
Ad libros & ad hæc Musarum dona vocaret,
Boeotum in crasso iurares aere natum.

Quo loco demiror, neminem interpretum quæsisse quid sibi velit quòd Horatius pinguitudinem ingenij Bœotis tribuit, velut ei genti peculiarem, quum apud Latinos authores nullum sit huius rei testimonium. Cognatum huic est quod alibi commemorauimus,

Bœotica cantio.

Bœotica cantio, quæ rusticana parumque modulata potest intelligi, vt crassis auribus crassa conueniat harmonia. Quanquam Eustathius in Iliad β, de cantione nonnihil variantem narrat historiam. Sunt, inquit, qui putent Bœotium dictam à boue, nam quum Europa Phœnicis filia à Ioue rapta esset è Sidone, Cadmus raptæ frater à patre missus est ad inueniendum sororem. Eam vbi nusquam inuenit, profectus est Delphos consulturus oraculum. Deus respondit, ne solicitus aut curiosus esset de Europa, sed requireret ducẽ bouem, ibique conderet ciuitatem vbicunque bos defatigata procumberet. Hoc responso accepto per Phocensium regionem fecit iter. Dein quum incidisset in vaccam iuxta Pelagonis pascua, hanc euntem sequutus est. Ea quum venisset in Bœotiam peragrasset, fessa procubuit, quo loco nunc est Thebanorum ciuitas. Cadmus quum eam inuentam vellet immolare Palladi, misit aliquot è suis comitibus qui è fonte Aretiade haurirent aquam ad sacrificium. At draco eius fontis custos quem Martis sacrum esse creditum est, (nam & fons ipse à Martis nomen habet) excitus strepitu complures ex his qui missi fuerant confecit. Quod indigne ferens Cadmus draconem interfecit. & admonitu Palladis interfecti dentes seuit, vt de exciterunt illi terrigenæ fratres. Iam ob rem indignatus Mars, quum pararet Cadmum interficere, vetitus est à Ioue, qui Cadmo in matrimonium dedit Harmoniam, Martis ac Veneris filiam, hac lege vt priusquam sponsam attingeret, seruiret apud illam seruitutem annuã. Tum vt nuptiis epithalamium canerent Musæ, ac deorum quisque nuptiale munus daret Harmoniæ. Hæc Eustathius. Equidem arbitror hanc fuisse primam originem adagij, vtcunque postea detortum est ad alios vsus. Constat autem Thebanos olim musices fuisse studiosissimos. Argumento est illud quod refertur de Alcibiade, qui mirantibus quòd negligeret musices studium, lyram hoc lemmate damnabat, quod hominis vocem imitaretur plectrum, quòd habitum formamque liberalem mutaret in illiberalem. Tibiam gemino reiecit argumento, & quòd sic immutaret os hominis, vt vix à familiarissimis agnosceretur: & quod homini propriam adimeret vocem, loquendique facultatem eriperet. Mox adiecit, Cantent igitur Thebani, qui loqui nescunt.

Bostrus oppositus bostro matureſcit. 49

Βόστρυς ἀντὶ βόστρυν πεπαίνεται, id est, Botrus iuxta botrum matureſcit. Huius prouerbij varius esse potest vsus. Vel vbi pares in negotio quopiam videri volunt aliqui, & tantundem adferre momenti vt nullus alteri debeat concedere. Vel quum significabimus mutuis officiis opus effici: vt si illi meum ius quod alibi retulimus, χεὶρ χεῖρα νίπτει. Vel siquando dicemus, talem quenque eundem esse cum quibus habet consuetudinem. Habet enim hoc affidentes, vt vicinis vitia faciat communia. quemadmodum testatur tenarius ille quem enarrator Pindari citat ex Aristarcho,

Χωλὸς παρ' ἀστοῖς καὶ τὸν ἐγγὺς ἐκτρέπει. id est,
Claudo propinquum fit vel vicinius,
Discet & ipse claudus ingredi brevi.

Hoc quanquam alio loco nobis citatum memini, nimirum in adagio, Si iuxta claudum: tamen quoniam scripturam offendi nonnihil à priore diuersam, libuit per occasionem denuo reciere. Translatum est adagium ab vuis, quæ mutuo oppositu maturitatem inter se vicissim & dant & accipiunt. Quò respicit illud Iuuenalis,

Vuaq; conspecta liuorem ducit ab vua.

Adagium recensetur à Suida.

Immolare boues. 50

Βοῦς θύειν tanquam prouerbialiter dicebantur qui † De magnifampliùs magnificoque sumptu sacerent. Diuitum enim est vel regum potius, boues immolare. Aristophanes in Pluto,

Καὶ νῦν ὁ δεσπότης μ' ἔοικε βοῦς θύειν. id est,
Et nunc quidem videtur immolaturus boues.

Et βοῦς θύειν pro magnifico apparatu vsurpant. Βυθύειν.

Boues messis tempus expectantes. 51

Βόες ἀμήτου ἐπιτηρέοντες, id est. Boues messem obseruantes. Dicitur solitum vbi quis ingentium emolumentorum spe laborem sumeret. Quidam sic efferunt, † Spe fructus Βόες ἐς ἄμητον, id est Bos in messem. Subaudiendum respicit, aut eiusmodi quippiam. Inde ductum quòd boues, messis, tempore maiore laborant fructu, propterea quòd inter trituram pascuntur interim, & pabulum largius apponitur: contra quum vere aut hyeme proscindunt aruum, hoc molestior est arandi labor, quòd nullo præsente fructu leniatur.

Bos Homolottorum. 52

Βοῦς ὁμολωτῶν, id est. Bos Homolottorum, dicebatur in plurima distractus ac veluti dissectus negotia. † Plurib. inPoterit & ad rem referri: vt siquis argumentum nimis minutatim diuidat, ita vt conscindere & conscerpere magis quàm diuidere videatur. Zenodotus prodidit Homolottos populos, dissecto in minimas partes boue, fœdus iungere. Morem hunc Scythis fuisse testatur Lucianus in Toxaride.

ANIM. HENR. STEPH.

V. Βοῦ) Quinam sint illi Homolotti, diu multúmque licet quæras, lector, non inuenies: nec Homolottorum mentionem factam à Zenodoto reperies (quod Erasmi pace dictum velim) sed Molottorum. Quo igitur Erasmo deprauationis occasionem præbuit Articulus ὁ non bene à genitiuo μολοττῶν disiunctus, quum enim legendum sit, βοῦς ὁμολοττῶν, legit ille βοῦς ὁμολοττῶν. En quàm leuis res quam grauis erroris causa exciterit.

Bos apud aceruum. 53

Βοῦς ἐπὶ σωρῷ, id est, Bos in aceruo, De splendidè † Amplèamplitérque viuentibus, quique in vbere rerum affluentia prolixius faciunt sumptum. Aut, quemadmodum ait Suidas, de iis qui in media rerum copia constituti, non sinuntur præsentibus bonis frui. Translatum arbitratur à bubus trituram exercentibus, quibus, quòd os obligatum habeant (nam id faciunt quidam) non licet vesci tritico quod excutiunt. vt simile sit illi. Tantalus inter vndas sitiens. Simile quiddam refert Iulius Pollux lib. 7. de seruis in pistrino la-

no laborantibus, quibus machina rotunda circa ceruicem addebatur, ne manum os liceret admouere. Id factum ne deuorarent farinam. Machinam appellabat μυλοκάπην siue καρδοπίην, quod arceret à deuorando. Quod bubus non faciebant ludæi, hoc illi faciebant hominibus.

μυλοκάπην. Καρδοπίην.

Aut oportet tragœdias agere omneis, aut insanire. 54

† De ſuperbis.

Ἢ χρὴ τραγῳδεῖν πάντας, ἢ μαίνεσθαι. id est, *Aut furere oportet, aut agere tragœdias.*

Dicit solitum de iis qui temere quasi stupent frigentque, & nec gaudere possunt ex animo, nec dolere. Porro tragœdia vehementissimis constat affectibus, ita vt tragœdias agere, videatur esse quiddam insaniæ simillimum. Proinde Lucianus in commentario cui titulus πῶς δεῖ τὴν ἱστορίαν συγγράφειν, narrat, Abderitis ex Euripidis tragœdia recitante tragœdo Archelao pub icitus febrim obortam: eam septimo post die transisse in insaniam, ita vt omnes ingenti voce versus quosdam ex Archelai Andromeda pronuntiarent. Quanquam Plato poetis omnibus sacrum quendam tribuit furorem. Et Aristoteles in Problematis meminit de Maraco quopiam Syracusano, qui tum meliora fecerit poemata, quum mente esset alienatus. Eodem spectat illud Horatianum,

Adde poemata nunc, hoc est oleum adde camino.

Finitimum videtur illi, quod alio retuli nus loco,

Ἡ δὶς χαλκίνη τρὶς φαλῆναι, ἢ μὴ φαλῆναι.

Quem sensum Athenæus citat ex Teriphone doctore Archimedis. Nos alio retulimus loco.

Aufer mothonem à remo. 55

Μοθωνα τὸν μόθωνα ἀπὸ κώπης, id est, Aufer mothonem à remo. Admonet adagium non obstrependum, nec obturbandum importunius iis qui rebus alioqui seriis sunt occupati: veluti si quis reipub. curis sollicito musicam adferat, aut de capite periclitanti, versus amatorios recitet. Mothon enim saltationis genus fœdæ, seruilis ac tumultuosæ. Lacedæmonij vernas, hoc est seruos domi natos, μοθωνας appellant: aut eos qui ingenuorum filios instituunt, quos Athenienses vocat οἰνοπίωνας. Vnde & in viles ac sordidos homines conuicium esse cœpit. Alij putant Mothonem hominem fuisse quempiam saltatorem & ebriosum. Sunt qui credant Atticos mothones vocatos, quòd hos domitos ad seruilia ministeria compulissent. Ad hunc modum Græci grammatici de mothone nugantur. Iulius Pollux lib. 4. tradit mothonem genus esse saltationis molestum ac nauticum. Atque hinc sanè crediderim ortum prouerbium, vt accipimus ἀπὸ κώπης, pro eo quod est, à remo profectum.

Mothon. Oinopiones.

Auribus arrectis. 56

Ἐπὶ τὰ ὦτα, id est, Auribus arrectis, à Diogeniano prouerbij loco refertur. Quadrat in illos qui sitienter atque auidè auscultant quæ dicuntur, aut expectant quid dicendum sit. Ducta metaphora ab animantibus, quorum plerisque mos est, siquando quid eminus audierint, aures erigere. Nam vni animantium homini natura dedit auriculas immobiles. Plinius tradit hoc esse peculiare ceruis, vt quum aures subrexerint, nihil sit illis auritius: rursum vbi demiserint, nihil surdius. Aristoteles item libro De naturis animalium nono, tradit ceruos haudquaquam latere insidias, quoties arrectis sunt auribus: propterea quòd tum auditus sint acerrimi: contrà quum demiserint aures, facile capi. Terentius in Andria, *Arrige aures Pamphile.* Et Vergilius, Æneid. 1.

Auidè auscultantes.

-arrectisque auribus astant.

Propertius libro tertio,

ab origine dicere prima
Incipe: suspensis auribus ipsa bibam.

Cui diuersum videri potest quod scribit Horatius,

Demitto auriculas, vt iniqua mentis asellus,
Quum grauius dorso subiit onus.

Aurum Colophonium. 57

Χρυσὸς κολοφώνιος, id est, Aurum Colophonium, Zenodotus ostendit dici solitum de auro probatissimo, quòd apud Colophonios aurum optimum soleat fieri. Citátque authores Aristophanem in Cocalo, & Herodotum, qui spectatissimum aurum, & purum purum (vt veteres dicebant) κολοφώνιον dixerint. Venustius fiet si lógius deflectatur, velut ad mores vehementer incorruptos, aut ingenij exquisitiùs & eximij.

Ita eximia.

Asini mortes. 58

† Absurda narrato.

Ὄνου θάνατος, id est, Asini mortes, Subaudiendum narrat. Dicebatur in eos qui narrarent absurda, ridiculaque dicta. cuiusmodi fuerit, si quis longa narratione persequatur asini pericula, quemadmodum Vlyssis describit Homer. Apuleius in Metaphormosi sua plane ὄνου θάνατον cómemorat. Adagiũ refertus à Suida.

Asinus compluitur. 59

Ὄνος βρέχεται, id est, Asinus compluitur. Cephisodorus apud Suidam in Amazonibus,

Σκώπτεις μ', ἐγὼ δὲ τοῖς λόγοις ὄνος βρέχομαι. id est, *Rides, at asini more ego verbis compluor.*

Vnde dictum apparet in eos qui maledictis nihil omnino commouerentur. quemadmodum asinus ob cutis duriciem adeo pluuia nihil offenditur, vt vix etiam fustem sentiat.

Aspersisti aquam. 60

Aspersisse aquam dicitur qui dicto quopiam reddiderit animum, ac metum ademerit. Mutuo sumptum ab iis, qui in deliquio, quam Græci λειποθυμίαν appellant, aspersa in faciem aqua ad sui lenium reuocantur. Plautus in Bacchidibus, Euax aspersisti aquam. Idem in Truculento, Aspersisti aquam, iam redit animus. Quod Terentius simpliciter, Reddidisti animum.

Arcadiam me postulas. 61

Magna, vel vtilia petens.

Ἀρκαδίαν μ' αἰτεῖς, id est, Arcadiam me postulas. Diogenianus prouerbij duplicem ostendit vsum. Cõuenit enim vel in magna vel in vtilia petentem. Vnde sit natum non indicat: qui huic scriptori ferè mos. Cæterum Herodotus lib. 1. sic docet natum ex oraculo,

Ἀρκαδίαν μ' αἰτεῖς, μέγαν μ' αἰτεῖς, οὐδέ τι δώσω. id est, *Arcadiam me orat, magnum petit, haud dabo quicquam.*

Notat hoc prouerbium Cicero in Epistola ad Atticum, libro 4. Quod mihi mandas de quodam regendo, Ἀρκαδίαν: tamen nihil prætermittam.

ANIM. MAM. STEPH.

V. *Arcadiam*, Vertit, Haud dabo quicquam, non animaduertens particulam. τι hic esse ὑποκοριστικὸν, vt sæpe apud scriptores etiam prosæ orationis. Debuit enim vertere, Haud dabo vel subaudito vel expresso relatiuo pronomine illam, siue eam. Apud Suidam legitur ἔστιν, apud ipsum Herodotum ἔσται. quam lectionem sequens Erasmus, in errorem non incidisset. Quinetiam penultimum ipsius oraculi versum hanc interpretationē apertè refellere perspicere poterat, si animum attendisset. Est enim huiusmodi, Δώσω σε πυγίλῳ ποσὶ χερσόνησον ἐρχέσθαι. Cæterùm huius prouerbij vsum ex Libanio cognoscere potest, cuius hæc verba sunt in epistola ad Acacium, quæ est 40. in veteri codice. δοκεῖς δέ μοι σὺ ἐγὼ πρὸς Ἀρκαδίαν αἰτεῖσθαι παρ' ἐμοῦ, μὴ δὲ εἰπεῖν, ἔσται δοῦναι, δοῦναι νυνὶ δὲ οὔ. Item in quadam ad Maximum, quæ est 201. Ἀρκαδίαν σε αἰτῶ, μέγα αἰτῶ. σὺ δὲ ἀκούεις δίκην μάλιστα, ἐφ' ὅτι δὲ σε τοῦτο ἐγὼ δι' ἐμοῦ ἐπέσχον δόξαντος μείζω τῆς Ἀρκαδίας λαβεῖν. &c. Non dubium est autem quin & penultimum versum eleganter proposito nostro accommodare possimus. Verbi gratia, si quod à nobis petitur, recusantes, aliud eius loco, minus tamen, daturos nos polliceamur: eleganter dixerimus, Ἀρκαδίαν λῶβ' αἰτεῖς, ἀλλὰ δώσω, πυγίλον δὲ σὺν αὐτῷ δώσω. Sed ego nescio quo modo argumenti mihi propositi fines egredior.

Aliis non sibi laborantes.

Arcadas imitans. 62

Ἀρκάδες μιμούμενος, id est, Arcades imitantes. Zenodotus indicat dictum in eos qui alios nõ sibi laborant. Plato Pisandro scribit illum Arcadas imitari, quòd comœdias à se conscriptas alus ędendas traderet ob inopiam. Adagium hinc ductum, quòd Arcades olim inter Græcos bellicosissimi, suis auspicijs tuoque titulo nunquam hostem vllum superarunt, verùm alios suppetias ferentes, persæpe. Vnde illud illis fatale videbatur, alios vincere, non sibi.

A quinque scopulis desilire in fluctus. 63

In quibus tentantes, vt qui iam impatientes præsentium malorum, minantur se præsenti ex semet in quoduis potius malum præcipitaturos, quàm vt perpetiantur. Confine nimirum illi quod alibi retulimus, Suspendio deligendam arborem. Ad hoc alludit pastor ille Vergilianus,

Ἀπὸ πέντε σκοπέλων πηδᾷ ἐς κῦμα, id est, A quinque scopulis desilire in undam. Hoc vsu pari solet ab iis, præsentium e-ximiat pericu-lo.

Suspendio deligendam arborem.

Praeceps aerij specula de montis in undas

Deferar. extremum hoc munus morienti habeto.

Aqua præterfluis. 64

Ὕδωρ παρέῤῥυτο, id est, Perfluit aqua, siue præterfluit. Zenodotus & Suidas admonent dici solitum de eo qui nihil negotii recusaret, & quidlibet quod mandatum esset, effecturum sese polliceretur. quippe vsque adeo promptus ad quiduis suscipiendum, vt nec nauim perfluentem ingredi grauaretur, contempto aquę influxu, cuius est affluere ac defluere.

Aquila non captat muscas. 65

†Detractores

Ἀετὸς οὐ θηρᾷ τὰς μύιας, id est, Aquila non aucupatur muscas. Summi viri negligunt minutula quæpiam. Animus excelsus res humiles despicit. Aut egregiè docti nonnunquam in minimis quibusdam labuntur. Et maximis occupati negotiis, ad pusilla quædam connuent. Effertur & citra negationem adagium, ἀετὸς μύιας θηρᾷ, id est, Aquila venatur muscas quoties magnis minima sunt curæ. Huic non absimile quod habet Gregorius theologus in epistola ad Eudoxium rhetorem, μὴ ἄλογα ἀετὸν ἐν τοῖς κολποῖς ἀείρῃς, id est, Non sustineres tenere primas inter graculos aquila.

Aquila, venatur muscas.

Ἀσπίρατος. 66

Ἀσπίρατος, id est, Incaprificatus es. Suidas putat in mollem & infrugiferum conuenire. Sunt qui referant ad eos qui tuen non queant id quod nacti sunt boni. Adagium vsurpauit Hermippus in militibus. Eius rationem huiusmodi reddunt Suidas & Zenodotus. Aiunt maricis, qui caprifici fœtus est, innasci vermiculum quem Græci ψῆνα vocant. horum vim colligunt rustici, deque sici ramis suspendunt, ne videlicet fœtus ante tempus & immaturi defluant. Nam vermes protinus per rimas irrepunt, atque hoc modo matureſcunt sici. Theophrastus lib. De plantis 2. cap. 8. caprificationis hos ficarios nasci putat è granis maricarum quòd simulatque euolarint illi, nulla grana infint. Euolare penna ferè aut pede in pomo relicto. Sed complura de caprificandi ratione mihi si cui libeat cognoscere. Idé similia ferme lib. De causis plantarum 2. cap. 12. Plinius etiam lib. 15. cap. 19. & Aristoteles libro De natura animalium 5. Vnde arborem cui hoc maturitatis remedium adhibitum non fuerat, ἀσπίρατον appellabant: atque hinc deinde transferebant in hominem inutilem, à quo nihil bonæ frugis esset expectandum, Vox composita est ἀπὸ τοῦ ἀσπιράτου μέρους & ἕρπω, quasi dicas incaprificatus.

Mollis, & infrugifer.

Homo nullius bonæ frugis.

Reparizare. 67

Ἀντεπαριάσαν, id est, Reparissarunt. De iis dicebatur quos pœniteret instituti, quique à conuentis discederent, ab historia natum. Parij quum aliquando à Thebanis bello premerentur, petierunt vt à bello desisterent, se ciuitatem in potestatem illorum tradituros. Hac lege quum desitissent Thebani, & Parus interea spes auxilij fuisset à scunde oblata, pactum irritarunt, bellumque cum Thebanis integrarunt. Inde fictum proverbiale verbum ἀπαριάζειν, pro irritare pacta, Pariorum exemplo. Proverbij meminit & Stephanus in dictione πάρος, referens ex authore Ephoro: nisi quòd in historia variat. Quum enim Miltiades vehementer vrgeret Parios, iamque tractari cœptum esset de dedenda vrbe, vinæ quædam circa Myconum vltro cœpit ardere. Parij suspicantes quòd Datis regię classis præfectus excitasset igni signum ipsis dedisset, rescissis conuentis nolebant tradere ciuitatem. Adstipulatur Æmilius in vita Miltiadis. Est autem Paros vna ex Cycladibus, quemadmodum & Myconus.

Quos pœnitet instituti.

Mari è fossa aquam. 68

Θαλάττῃ ἐκ χρεάτος ὕδωρ id est, Mari, è lacu aquam, subaudiendum, infundis. Simile illi βῶλον ἄρουρα, id est, Gleba aruum. Ouidius in elegijs amatorijs,

Gleba aruum.

Inferta coniecerim ut aquæ quid addat aquæ?

Cognatum illi quod alibi recensuimus, In syluam vehere ligna, & Oleum camino addere.

Hamaxica. 69

Ἁμαξικὰ proverbiali verbo dicebantur ampla, magnificaque, perinde sonat quasi Latine dicas plaustralia, id est rem vel rerum plaustri onus videri possint. Vnde ἁμαξικὰ ῥήματα dictitabant eo pacto, quo Flaccus dixit sesquipedalia verba. Quod genus sunt illa apud Aristophanem in Vespis,

Ample & magnifica.

Ὀ ῥοφοκυκεοφαγοκαταπυγοσιλφιοπαστοπώλης τύραννος.

Apud Plautum item in Curculione militis nomen Therapontigonoplatagidorus, quo se trapezita ait sæpenumero quatuor totus expleuisse ceras, dum scribit in suis rationib. Extat locus cuiusdã in Hermetem quépiã huiusmodi sesquipedalibũ verborũ affectatorẽ.

Gaudet honorificabilitudinitatibus Hermes,
Consectatudinibus solitrectatoribus.

Athenæus lib. 10. referens olim taxatam fuisse Thessalorum edacitatem, cœnas illorum vocat ἁμαξικὰς siue καταπυστὰς. adfert carmẽ Aristophan. ὦ ὑγλωσσία,

Τί σοὶ τὰ λυδία δόρατα ἢ τὰ θετταλά;
Τὰ θετταλὰ μὲ μᾶλλον καταπυστικά. id est,
Ad Lyda quid tibi Thessalica conuiua?
Thessalica sunt multo magis plaustralia.

Porrò Thessali vehicula dicunt καταπύστας. Item libro 7. Καταπύτα. tradit apud Sicyonios, congros capi permultos αἰ- Ἀδράχθις. δράχθις, hoc est, tantæ magnitudinis vt iusto pondere baiulum onerent: nonnullos etiam ἁμαξικοὺς, hoc est, iustum onus vehiculi. Quin & αἰγινᾶα dicta sunt ingentia, vel à talento quod apud illos habebatur maius cęteris, vel à sarcinis negotiatorum, varias complectentibus merces, quæ Hesychius testatur Græcis dici αἰγίνα, sic enim scriptum est, antepenultima acuta. Et sarcinas qui commentantur appellari αἰγινητάς. Addit & nomisma quoddam argenteum ingens dici Græcis αἰγινᾶτον. Αἰγινᾶα.

Muscum demetere. 70

Ἀμύττειν θρίζειν, id est, Muscum demetere, dici solitum vbi quis tener adhuc & intempestiuus durius tractaretur, aut tolleretur emolumentum prius quam opportunum esset. Translatum ab iis qui statim vt ager obduci cœperit herba, demetunt, nec inuunt adolescere gramen. μύττειν enim muscus, & additione literæ ἄμυττειν, sicut ἄσαχες pro σάχες.

ANIM. IN HANC STRPH.

V. Ἀμύττειν) Corruperitne hoc proverbium Erasmus describendo, an ex libro in quo corruptum haberetur, descripserit, nescio. vtut sit, insigniter profectò scriptura in eo depravata est. Nam Eustathius, postquam dixit σημειοῦται δὲ ἐν ὅτι τὸ ἀμυδὸν ἐκ φωλεᾶς ἐξαμύειν, ἐξ οὗ καὶ ἀμυδὶς ἐπίρρημα ἐστὶ καὶ ἀμυδὸν ὁτιοῦν ἄρτι δηλοῖ, addit, ἐξ οὗ καὶ παροιμία ἀμύττειν, τὸ θρίζειν, ὅτε μὴ ὡς δηλεύμασί φασι τιμωρουμένων. τὸ δὲ ἄρτια ὡς πρῶτα ἄνθρωπα ἐπάγει. Et Hesychius, ἀμύττειν, τὸ θρίζειν. Proverbium igitur vnica effertur voce, ἀμύττειν. quod additur τὸ θρίζειν, ad eius explicationem pertinet, non autem eius pars est. nec quicquam est huic proverbio cum musco commune: sed ab agnis ductum est, quibus (apud Eustathium ἄκρα pro ἄκρατα lego) certo tempore, vere videlicet, ἰὸν intonsis esse permittitur. quoniam igitur pastores non omni tempore illis molesti sunt, illos tondendo: sed nonnihil post certum temporis interuallum ad eos tondendos reuertuntur: de iis dicetur proverbium qui repetitis per interualla pœnis puniuntur. Non video enim quomodo commodius interpretari hæc Eustathij verba possim, ὅτε μὴ ὡς δηλεύμασί φασι τιμωρουμένων quatum vocum postrema nihili suspecta est. Quod si mihi eam mutare liceret, τιμωρουμένων in τὰ θριζόμενα mutarem: vt sensus esset, de iis dici proverbium, qui non assiduè emolumento alicui aut lucro instarent, sed certa eius percipiendi tempora expectarent. quemadmodum videlicet pastores certum tempus anni ab agnorum tonsura intermittunt. Quid si verò ex τιμωρουμένων faciendum esse τὰ δηλευόμενα dicerem. Nihil, vt opinor, magis vicinum illi participio excogitari potest. Verum obiciet aliquis fortasse θρίζειν metaphoricè dici eum debere cui detur, non eum qui dat. nam qui dat, serenti: qui accipit, metenti cõparandus videtur. Cui quod respondea nõ habeo, nisi illud, ex relatiuis, qualia sunt dare & accipere, alterũ pro altero sæpenumero poni. Θρίζειν.

V. ἀμύττειν Vt suam hanc interpretationem tueatur, Muscum demetere. hoc addit, ἄμυττειν dici pro μύττειν, vt ἄσαχες pro σάχες. sed ἀμὸν τὸν ἐν ἐστὶ hoc eius dictum. Ac verò simplius fuisset ἀμύττειν corruptè positum esse pro τὸ μύττειν: cuiusmodi errores nonnunquam occurrunt. Cæterùm mira videri non debet hęc depravatio. ἄμυττειν θρίζειν, pro ἀμύττειν τὸ θρίζειν, quæ etiã in Eustathij cõmentariis habeatur ea lectio quã d xi, & tamen index in illos habeat ἄμυττειν θρίζειν, ad illũ ipsum locũ remittens lectorẽ, in quo scriptũ est ἀμυδὸν τὸ θρίζειν.

Extis

Extis pluit. 71

Rerum prodigiosa copia.

Ἄλαων ὗει, id est, Lucanicis pluit. Sermo prouerbialis de prodigiosa rerum copia, qui locus etiam hac tempestate durat apud idiotas. Siquidem ἄλαες Græcis extí genus est, ex quo frustulatim concisō farta conficiuntur. quod cibi genus in Comicum iocum abiisse videtur, vnde vilis & contempti ἀλαισπόλαι vocantur adagio. Communis illi, ἀφεχμα χαλαζῶσι, id est, Drachma grandinans.

AMIM. HANR. STEPH.

V. Ἄλαων) Si reperit in suo exemplari ἄλαων, non debuit interpretari lucanicis, sed talesfin verò habuit in suo codice ἀλλᾶων, non debuit nobis dare pro eo ἀλαων, interim tamen illud non hoc interpretari. Sed quum postea scribat ἄλαες & ἀλαισπόλαι, & vnico λ, & cum aspero spiritu, vt in ἅλας, id est, sal: suspicor illum scripturam hāc in suo exemplari inuenisse ἀλαων, verùm vt ἄλας lucanica, ita ἄλαων lucanicis significare credidisse. Quanquam etiamsi ἄλαὲς pro lucanica rectè scriberetur in nominatiuo singulari, nec esset necesse ἀῖξᾶς cum tenui spiritu & duplici λ scribere: tamen quum nominatiuum singularem ἄλαὲς pro lucanica ab ἅλας pro sale accentu solum distingueret: debuit & dativum pluralem accentu itidem distinguendum existimare. Cæterùm Græcos ἄλας appellatis nem sæpè in plurali numero ponere, notius est quàm vt probatione indigeat. quos tamen dativo ἀλᾶν ab ἄλας potius quàm ἄλαων ab ἄλαες vti fateor.

Aliis lingua, aliis dentes. 72

De edacibus.

Ἄλλοισι δ' ἄλλα μύλαι εἰσὶ γένυσιν. id est,

His lingua, aliis sunt molares inuicem.

De loquacibus & edacibus dici consuevit. Quemadmodum non raro fit in conuiuiis vt aliis garrientibus, & fabulis potius quàm cibis intentis, alij interim taciti strenuè quod appositum est, deuorent. Venustius erit si longiusculè deterqueatur: veluti si quis minetur se facto nociturum ei qui verbis duntaxat ixierit. Poetis est lingua, qua inuehantur: at principibus sunt molares quibus eos conficiant.

Improbi consilium in extremum incidit malum. 73

Ἀντίπνοι κακοῦ βουλὴ μοῖρ' ἐξέβαινε ἄτης. id est,

Incidit extremum in nexum meus improba fandem.

Heroicus prouerbialis in eum, qui posteaquam diu peccauit impunè, tandem in calamitatem incidit, vt pœnas omnium scelerum semel dependat.

Aliud noctua sonat, aliud cornix. 74

Imperitum. Decertantes cum præstantioribus.

Ἄλλο γλαὺξ, ἄλλο κορώνη φθέγγεται, id est, Aliud noctua sonat, aliud cornix sonat. Vel, alia noctua, alia vox cornicis. Accommodari potest vel ad eos qui decertant cum longe præstantioribus: vel ad illos, inter quos, ob morum ingenium que pugnantiam, minimè conuenit. sive quum est alius alio longè facundior. Quemadmodum enim auem, etiamsi non videas, tamen è cantu licet dignoscere, ita stylus diuersus prodit ψυχαγωγίαν. Nullum enim est authorum genus vbi non reperias notha quædam & subdititia ὅτε γνησίοις admixta. Falsum titulum cuius licet adscribere cæterùm ipsa dictio, quæ vix vnquam eadem duobus accidit, prodit aut reuelat authorem.

Reperire rimam. 75

Tergiuersatores.

Prouerbiali figura dixit Plautus in Curculione. Aliquam reperietis rimam, in cauiatores ac tergiuersatores, qui nulla in causa tot fidei vinculis astringi possunt, quin aliquid inueniant quo elabantur. Similiter Horatius,

-centum adde catenas,
Effugiet tamen hæc sceleratus vincula Proteus.

Ductum ab auibus aut muribus captis

Album panem penso tibi 76

Vetus magnarum spes.

Ἀλευρίτην μάζαν φυρῶσι, id est, Album panem pinso siue tempero tibi. Dici solitum vbi quis magnarum rerum spes amplas ostendit. Est enim maza panis genus. Porrò Græcis album panem in delicijs fuisse, locis aliquot testatur Lucianus, nominatim in libello De mercede seruientibus, ἀλλ' ὅταν ἀλευρῖτιν ποτὲ ἄρτον ἐμφορῆσθε, id est, Ne per somnum quidem vnquam albo pane saturati. Et D. Hieronymus in Epistola ad Nepotianum, similam inter delicias ponit. Quid prodest, inquit, oleo non vesci, & molestias quasdam difficultatésque ciborum quærere, caricas, piper, nuces, palmarum, similam, mel, pillacea? Ac ne fuisse quidem Romæ pistores ad Persicum vsque bellum, annis ab vrbe condita super quingentos octoginta, testis est Plinius li. 18. cap. 11. vbi rationes aliquot arte conditi panis ostēdit. Porrò quod primum è triticea farina redditur, candidius est: rursum quod ex ordeacea postremum, id magis est album: vt indicat in problematis Aristoteles sectionis 21. prob. 3. & 7. eiúsque rei causam reddit. Græci panes elegantiores σεμιδᾶλιν appellabant: pistoribus φαιούς, id est, fuscos seu nigros. Sic Alexis apud Athenæum lib. 3.

Panes siligineos.

Ἀδυναὶ μὲν τοῖς, ἥδε δὲ φαιοῖς ἔνι ἔσθειν. id est,

Panes quidem albos ollo dent tondere nigros.

Huc pertinet illud, Ex iure hesterno panem atrum vorant. Narratur ibidem quiddam non illepidum de Diogene Cynico, qui quum placentā vellicaretur, percontanti quid comederet, respondit se panem edere bene confectum. Hoc adiicere visum, vt intelligamus, olim miras fuisse delicias in panibus conficiendis. Apud eundem lib. 4. describitur conuiuium Atticum, in quo commemorantur & panes πεπλατυσμένοι, id est, albiores niue.

Candidum linum lucri causa ducis. 77

In eā, qui lucri causa, deformem vel anum ducat.

Λευκόλινον λίνον κερδοφανῆς, id est, Candidulū linum ob lucrum ducis vxorem. In eum quadrat qui dotis causa ducit vel deformem, vel anum. Porrò linum vocat vxorem, vel quòd apud veteres solæ mulieres lineis vterentur. vel quòd vno filo regatur matrimonio, & libera esse desinat. Nam λίνον Græci nonnunquam vsurpant pro vinculo. Λευκόλινος autem Iunonis epithetum apud Homerum, ab albis vtis. Refertur à Diogeniano.

In capras syluestres. 78

Abominantis

Κατ' αἶγας ἀγρίας, id est, In capras feras. Abominantis est sermo, & malum deprecantis: in quæ syluestres capras auertentis. Confine illi quod alibi dictum, εἰς πίτυας, id est, in Pytham. Item illi,

Hostibus carmant comitia talia nostris.

Vsus est adagione Athenæus libro Dipnosophistarum secundo. Μυτίλος γὰρ ἔφασκεν ὁσάκις ἡμᾶς ἀγρίας κατόψεσθαι τὰς ζητοῦντας, Ἡγησάνδρου τὸν δεῖνα φάσκοντος τὸν ὑπομνηματογράφον αὐτῷ μεμνῆσθαι τῆς λέξεως, id est, Nam Mytilus asseuerabat, velut ad capras syluestres nos relegans quærentes, Hegesandrum. Delphum in commentariis suis, eius dictionis meminisse. Ad capras syluestres potuit pro eo quod difficillimum esset inuentu, aut quod nusquam est. Citauerat enim ex authore testimonium, quod mox Plutarchus negat apud illum extare. Ad hoc prouerbium opinor, alluxit Apuleius in Asino, fingens Psychen à Venere missi ad asietes agrestes.

Adsint dij boni. 79

Bene ominandum.

Σὺν θεοῖς μάκαρσι. id est,

Fauentes adsint superi.

Sermo est bene ominantis in re quapiam aggrediunda. Sic enim præfari solent rhapsodi, hoc est carminum Homericorum recitatores & interpretes. Quem admodum & citharœdis cantaturis mos erat Apollinem, vt dexter adesset, carmine inuocare, ἀλλ' αἶψα μάλα χαῖρε, id est, At multum salue rex. Quin & testamentum conditurj, præfabantur omnino cauta, τῶν καλῶς ἔχειν, id est, Hoc bene sit. Item apud Romanos dicturus in concione, simili precatione vtebatur, vt fœlix ac faustum esset Reipublicæ quod dicturus esset. Refertur apud Zenodotum.

In Aphannis. 80

Εἰς ἀφάνας, id est, In Aphannis. Stephanus tradit Aphannas locum quempiam esse Siciliæ, vehementer obscurum & ignobilem, vnde & nomen adductum apparet. Hinc natum prouerbium, ἢ εἰς ἀφάνας, id est, Aut in Aphannis: de incertis, & quæ nusquam sint. Zenodotus ait natum ex huiusmodi casu: Sybaritæ quondam oraculum adeuntes, orabant vt sibi victoriam aduersus Crotoniatas concederet, idque Crotoniatis ipsis præsentibus. Quidam autem Crotoniatarum per iocum respondit ad hunc modum, Istam quidem consequemini in Aphannis. Sybarita credens id à Deo responsum, admiratus est quid sibi vellet hoc verbi Aphannę. Prouerbium aut quadrare in eos qui se putant inuictos, & nulli tolerandos esse. Verùm mihi Stephani magis probatur interpretamentum.

Ad id quod erat opus. 81

Eius qui rationem idoneam non reddat.

Εἰς τὸ δέον, id est, In id quod opus erat: subaudiendum, insumpsi, aut simile quiddam. Natum aiunt ex oratione Periclis, narrant hunc datis pecuniis impetrasse ab Archidamo Lacedæmoniorum rege, qui iam bellum parabat, vt ex Attica discederet. Deinde quum esset populo rationem eius pecuniæ redditurus, puderetque palàm titulum inijmptæ pecuniæ proloqui, tectè significauit, εἰς τὸ δέον, inquiens· ἀνάλωσα πρὸς τὸν πόλεμον εἰς τὸ δέον, In vius necessarios tantum talentorum insumpsi. Hæc ferme referuntur à Zenodoto. Notauit adagium & Aristophanes in nebulis,

Ὥσπερ Περικλῆς εἰς τὸ δέον ἀνάλωσε. id est,

Ita vt Pericles pecuniis in quod oportuit.

Quo loco interpres varias adfert historias, vnde prouerbium ortum putent: quæ siquis requiret, vnde petere possit, ostendimus. Eleganter torquebitur per locum in eos qui sic administrarunt pecuniam alienam, vt non possint idoneam rationem reddere.

Adactum iusiurandum. 82

Ἐπακτὸς ὅρκος, i. Adactum iusiurandum, dicebatur vel quòd non vernaculum esset, sed peregrinum, & aliunde ascitum, vt indicat Zenodotus: vt si quis Græcus Scythico more iuret, τὸν τὴν ἀκινάκην καὶ τὸν ἀστρον, id est, Per ventum & acinacem, nam per suos deos vnaquæque gens iurare consueuit. Vel quod non spontaneum, sed adactum vi: Vel quòd sponte susceptum nemine cogente, si Suidæ credimus, & etymologico. Sunt enim tria iurisiurandi genera, vnum quod ἀναγκαῖον vocant, alterum quod κατηφὲς, tertiũ quod ἐπακτόν. Hesychius, cõtrà ἐπὶ ὃν ἄλλος ἀναγκάζει, id est, Ad quod alius adigit non spontaneum. Hoc equidem inter adagia non recensuissem, nisi Zenodotus prior in hoc albo posuisset.

Scabrosior leberide. 83

Leberis, σίφλος.

Κακοσκελέστερος λεβηρίδος, id est, Aspectior leberide. De vehementer asperis & insuauibus. Nam leberis Græcis dicitur exuuium illud vel serpentum vel piscium exuentium senectam: quod & σίφλος vocatur. id autem asperrimum esse constat, nimirum ob summam siccitatem. Refertur à Suida.

Procul auribus nuncius veniat. 84

ἄπαγε ἀπὸ τῶν ὤτων ἄγγελος. id est,

procul ab vt nuncius aure.

Sermo deprecantis nuncium male auspicatum. Suidas ex Callimacho citat Homerus lib. d ϛ.

Αἴ γὰρ δὴ μοι ἄπαγε ἀπὸ τῶν ὤτων ἄγγελος. id est,

Ita velim mihi sint procul auribus.

A puro pura defluit aqua. 85

Theognis in sententijs Elegiacis.

Εἰ μὴ σὺ θέλοις τοῦτον, ἀφ' ὑψηλοῦ ἀέρος ἄκρου
Αὖθις ἀλλὰ ῥέοι ἐξ ἀθανάτου ὕδατος. id est,

Rursum aqua de summo mihi vertice defluet vsque
Limpida si innocuum forte lauare parem.

De inculpato homine.

Hoc distichon, quoniam subesse prouerbium videbatur adscripsimus. Quadrabit in hominem vtiquequaque inculpatum & innocentem, quem etiam siquis aliquãdo vocet in crimen, tamen non solùm fama illius non contaminatur, verum etiam illustrior redditur. Nec sine causa laudi tribuunt illud Catoni Censorio quod toties accusatus & vocatus in ius, nempe quater & quadragies, semper iudicum sententijs fuerit absolutus.

A lupi venatu. 86

Molestum negotium.

Ἀπὸ λύκου θήρας, id est, A lupi venatu. Dici solitũ vbi quis protinus re infecta discedit. Aut de negotio molesto & agresti. Neque enim tutum est lupum insequi, neque is facile capitur: quum reliquarum ferarum venatus non vulgarem adferat voluptatem. Meminit Suidas.

A subeunte portum naui. 87

Ἀπὸ καταδυομένου, id est, A subeunte (subaudi, naue) lucrum capias. Admonet adagium celeritatem ad quæstum plurimum valere. & in negotiatorem illud in primis competere, ὕπνος ἐμπόρου, id est, Somnus abesto. Sumptum à mercatorum diligentia, qui merces statim emunt ab ipsis nauis in portum appellentibus. tum enim & minoris emuntur, & maiori distrahuntur lucro. Trahi potest ad eam sententiam, vt si quis dicat statim accipiendam oblatam occasionem lucri. Aut tum rogandum quempiam vbi fortuna recentem aliquam commoditatem obiecerit. nam fumus plerique tum ad gratificandum benigniores. Persius in quinta Satyra metaphoram variauit, quum ait, *Sat. 5.*

Tolle recens primus piper è sitiente camelo.

Id est, sitiè quum adhuc de via sitis camelus qui merces attulit. Prouerbij meminit Suidas.

ANIM. RENE. STAPH.

V. Ἀπὸ καταδυομένου) Quum ἀπὸ καταδυομένου, vertit, A subeunte portum naue, nimirum ipse in portu, quod aiunt, impingit foeditissimè. Siquidem prouerbium enarrare aggrediens in interpretatione verborum, quibus illud effertur, velut in limine, labitur. Quis enim apud vllum Græcum scriptorem καταδυομένου in hoc sensu vsurpatum inuenit? Eum qui nauem ad portum appellit siue applicat, dicunt ὁρμίζειν, vel ὁρμίζειν. κατάγειν τὴν ναῦν: ipsam autem nauem ὁρμεῖν, vel κατάγεσθαι. Et καταδύειν & καταδύεσθαι apud quem in hac significatione legitur? imò καταδύειν τὴν ναῦν qui nauem submergit: nauis quæ submergitur, à Græcis καταδύεσθαι dicitur. Cuius significationis exempla ni passim obuia essent, proferrem. Cæterùm quum prouerbij enarratio ex ipsarum prouerbialium vocum interpretatione pendeat: vt Erasmus suæ falsæ & commentitiæ interpretationi consentaneam explicationem subiunxit, nimirum & ipsam commentitiam: ita ego meæ veræ & indubitatæ (apud eos quidẽ qui Græcas literas callent) consentaneam, id est, veram & minimè dubiam, subiungam, non meam sed Suidæ expositionem. Ait enim ille, Ἀπὸ καταδυομένου λέγει, ὅτι αὖ λάβοις κέρδος· ἀπὸ δὲ ἐμπόρων ἡ μεταφορά. οἱ καταδυομένου τὰς νῆας ὅτι ἂν λάβωσι κέρδος ἡγοῦνται. In quibus verbis nullum est mendum: nisi quod ὅτι positum esse debuerat, intersectum lineola, vtpote nomen & post λάβοις collocanda fuerat interpunctio, vtpote non cum κέρδος sed cum ὅτι iungendum. Quæ duo leuia menda non deprehendens Erasmus, errat non leuiter etiam circa horum Suidæ verborum interpretationem: ὅτι αὖ λάβοις κέρδος· quasi videlicet ille dicat, post A subeunte portum naue, lubaudiri, lucrum capias. Atque ita vertens, particulas ὅτι αὖ, quasi superuacaneas prætermittit, λάβοις pro λάβοι accipiens. At nos voculæ ὅτι priorem syllabam à posteriore dirimentes lineola, vti dixi, & post λάβοις hypodiastolen ponentes, Suidæ verba sic interpretemur, A naue quæ submergitur. Deest, Quodcunque ceperis, est lucrum. *Sensus adagij varier.*

Metaphora est à mercatoribus, qui, quum nauis submergitur, quodcunque ceperint, in lucro deputant. Hæc Suidas, quæ si sequamur (vt sequi debemus) nequaquam profecto dicemus cum Erasmo, admonere adagium, celeritatem ad quæsitum plurimum valere: aut trahi posse ad eam sententiam, vt si quis dicat statim arripiendam oblatam occasionem lucri: aut tum rogandum quempiam vbi fortuna recentem aliquam commoditatem obiecerit. Sed hoc prouerbio admoneri nos existimabimus, rerum earum, quæ perire incipiunt, aut iamiam perituræ sunt, seruatam vel minimam partem, deputandam esse in lucro. Quemadmodum videlicet quum mercator suam nauem mercibus variis onustam submergi videt, & iam de illis simul omnibus actum esse credit: si præter spem ei contingat partem earum vel minimam naufragio eripere, illam, quantalacunque est, in lucro ponit. Multa igitur incidunt quotidie ad quæ hoc adagium eleganter accommodari poterit. Ego pauca ex multis exempla proferam. Si quem amicum hortari velimus vt boni consulat paucula illa quæ ex medio domus suæ incendio eripuerit, aut ex patria sua ab hostibus expugnata asportauerit: rectè hoc adagium proferemus. Si quis sit qui causa ceciderit, sed ita tamen vt paulo mitius cum eo iudex egerit quàm sperarat: hîc locum habebit istud adagium. Si fures noctu ædes ingressi nostras, non omnes pecunias surripuerint, sed aliquid de illis reliqui fecerint: tum nos hoc vetus verbum solabitur. Si is à quo periculum erat ne toto debito fraudaremur, eius parte duntaxat nos fraudauerit: tum nos bono esse animo declarantes, huius prouerbij mentionem opportunè faciemus. Poterimus autem hoc adagium in varias veluti facies vertere. Neque enim tantum dicere licebit, ἀπὸ μέμφεσθαι τὸν ταμίαν, vel ἀπὸ θαρρεῖν ὅτι ἔχω τι τῆς ταμίας, ἀπὸ καταδυομένου ὅ, τι αὖ λάβοις, κέρδος· vel ἀλλ' ἐμφερὲς τῷ παλαιῷ παροιμίᾳ, ὅπερ ἀπὸ καταδυομένης ὅ λάβοις, κέρδος· προσάπτουσι· sed & hoc modo loqui poteri- *ipsum adagij varium.*

terimus, vt breuius, ita etiam fortassis elegantius, ἀφ' ἑαυτῆς ὡς ἀπὸ κακοδαιμονίας ἴκελον, aut λαμπάδιον δεῦρο. aut λουτρικόν. id est. Verùm prouerbij illius memini, vel, Sed me solatur prouerbiale illud dictum, Ex naufragio quodcunque receperis, lucrum est. aut, Sed prouerbium antiquum sequens, quod recuperaui è naufragio in lucro deputaui. Bi cuius autem ita, Verùm hæc ego tanquam ex naufragio seruaui. vel, me seruare oportet. Quoetiam dilatari poterit eleganter hic sermo: veluti si dicamus, Sed hæc boni consulenda sunt mihi, vtpote tanquam ex naufragio recuperata. Vel, At enim non quid amiserim, sed potius quid lucrifecerim cogitare debeo. illud enim quicquid est, nónne velut ex naue quæ iam submergebatur, accepi? Facile autem fuerit eisdem dicendi formulas ad secundam personam accommodare: hoc modo, Sed illius prouerbij recordare, Sed te solatur prou. &c. Atenim non quid amiseris, sed quid lucratus sis cogita, &c. Interim prætermittendum non videtur huic Græco adagio plane respondens (quod quidem ad metaphoram attinet) Latinorum hoc adagium, Ex naufragio tabula. quo elegantissimè est vsus Cicero, ad Atticum hæc scribens, Perspice æquitatem animi mei, & ludum & contemptionem Scleucianæ prouinciæ, & meam hercule cum Cæsare suauissimam coniunctionem. hæc enim vna ex hoc naufragio tabula me delectat. Id est, Lætor enim, cæteris amissis, saltem hoc reliqui mihi esse. Vel, Hæ enim quantulæcunque ex tot tantisque bonis reliquiæ me delectant. Atque ita exponens, Ciceronem ipsum sequor, qui epist. ad familiares libro decimotertio, Q. Valerio ita scribit, C. Curtio ab ineunte ætate familiarissimè fui vsus meius & Syllani temporis iniustissima calamitate dolui: & quum iis qui similem iniuriam acceperant, amissis omnibus fortunis, reditus tamen in patriam voluntate omnium concedi videretur, adiutor incolumitatis fui. Is habet in Volaterrano possessionem, quum in eam tanquam è naufragio reliquias contulisset. Hoc autem, &c. Et hactenus quidem de hoc prouerbio cuius & elegantissimus & vtilissimus vsus longiorē etiā meretur tractationem videtur, sed hæc ego nunc pro tempore.

A bis septem undis. 88

Ἀπὸ δὶς ἑπτὰ κυμάτων, id est, A bis septem vndis. In eos competit qui à noxa quapiam purgati sunt, propterea quòd antiquitus mos esset, homicidio pollutos vestes suas bis septem mundationibus immersionibusque lauare. Testis Suidas.

Exigit & à statuis farinam. 89

Αἰτεῖ γὰρ καὶ ἀπὸ ἀνδριάντος ἄλφιτα. id est,
Sed cibum & signis ab ipsis exigit.

In eum dicendum, qui nullius miseretur, vndecunque quod potest auellit. vel ab ipsis mortuorum statuis. Simillimum illi, καὶ ἀπὸ νεκροῦ φορεῖς, id est, Et à mortuo tributum colligis. Competit in principes expilatores plebis, qui nullo non ex re vectigal exprimunt, vel ex lotio. Aut in auaros qui ex re qualibet quæstum sciunt.

In eos, qui quæ sua, cæpiant vndecunque.

Athos celat latera Lemnia bouis. 90

Ἄθως καλύπτει πλάγια Λημνίας βοός. id est,
Athos obumbrat latera Lemnia bouis.

Vbi quis officit, aut molestus est, aut gloriam cuiuspiam obscurat, aut alioquin obsistit. Traduut in Lemno bouis fuisse simulachrum ingens, candido factum lapide. Id Athos mons, tametsi longo dissitus interuallo, tamen ob summam celsitudinem, obscurat vmbra sua. Est autem Athos Thraciæ mons ingens, adeo vt vmbram iaciat ad stadia trecenta, teste Stephano. Meminit huius Apollonius Argonauticòn lib. 1.

Ἠέλιος δ' ὑπερθεν ἄκρου ἐπιπολὺ Μελίτης
Ὀρνυτο, τὸν νύκτωρ λίμνῃ ἐνὶ Λημνίῃ ἄκρον,
Ὅσσον τε ἔνδοθεν ἠὼς ἐλαφρὴ ἀθέρμων,
Ἀκροτάτου ὄρεος σκιάν, ἣν τις ἄχεϊ μαρύνει. id est,
Solis ad exortum vasta falsa secantibus alto
Vertice sese ostendit Athos, mons Thracius, is qui
Dissitus à facta tanto discrimine Lemno,
Quantum alata dies valeat transmittere nauim.
Hanc tamen aeris contingit vertice vmbra,
Quæ longe quam etiam pertingit ad vsque Myrmex.

Prouerbij meminit & Plutarchus in Moralibus, cum alias, tum in commentario quem inscripsit De facie apparente in orbe lunæ, testans vmbram montis Athos per septingenta ferme stadia. Theocriti scholiastes versiculum hunc citat ex Sophocle,

Ἄθως σκιάζει τοῦτο λημνίαν βόϊν. id est,
Athos obumbrat tergo Lemnij maris.

De eo, qui alicui gloriam obscuret.

Præsentem mulge: quid fugientem insequeris? 91

Τὴν παρέσαν ἄμελγε. τί τὴν φεύγουσαν διώκεις; id est,
Præsentem mulge: quid insequeris fugientem?

Heroicus prouerbialis admonens, præsens lucrum non omittendum, ipe commodorum quæ non item ad manum videntur esse. Súptum ex Cyclope Theocriti. Scholiastes citat cõmilis sententiæ versum Hesiod.

Νήπιος, ὃς τὰ παρεόντα λιπὼν, ἀπερύκεται ἄλλων. id est,
Stultus qui non prompta sequens, tam prompta reliquit.

Existimat eundem habere sensum quod alibi nobis dictum est, τὸν Σκυθικὸν βοῦν ἄμελγε.

Quid ad Mercurium? 92

Τί πρὸς τὸν Ἑρμῆν; id est, Quid ad Mercurium? Idem cum illo ἀλλ' οὐδὲν πρὸς τὸν Βάκχον, &, Nihil ad Bacchum. Nihil ad rem. Nam Mercurius orationis author. Competunt in eos qui loquuntur aliena ab eo quod agebatur.

Qui aliena loquuntur à re.

Quid Achivos à turre iudicatis? 93

Τί καὶ Ἀχαιοὺς ἀπὸ τῆς πύργου κρίνετε; id est,
Cur iudicatis Danaidas de turre?

Dici conuenit quoties quis pronuntiat de re non satis accuratè considerata. Aristides in Themistocle, τί δῆτα καὶ Ἀχαιοὺς ἀπὸ τῆς πύργου κρίνομεν; id est, Quid in his Achivos de turre iudicamus? Sumptum apparet ex Iliados γ, quo loco Priamus in mœnibus Troianorum, accersitam Helenam percunctatur quinam essent quos procul in Græcorum exercitu conspiceret, & Agamemnonis formam laudat ad hunc modum,

Ὅς δ' ἐτεὸν οὗτος ἀτρεΐδης εὐρὺ κρείων Ἀγαμέμνων
Ἠμὲν βασιλεὺς ἠδὲ κρατερὸς δουρικλυτὸς ἔην,
Κεῖνος δ' αὖτε ἴδεν ἔπλετο δῖος ὀφθαλμοῖσιν,
Οὐδ' ἔτεν χερείων βασιλεὺς ἠδὲ μέδων ἔην. id est,
Ille quis est, credo. Gratus homo magnusque, bonusque?
Sunt alij hunc latere. superantes vertice plures,
Verum æquè pulchrum memini me cernere nunquam,
Nec reuerendum æquè regem præsere videtur.

Res non satis accuratè perpensa.

Nec inconcinnè torquebitur ad eos qui in tuto constituti, de iis iudicant qui in periculo versantur. Quem admodum faciunt ij qui in turre aut vallo sedentes, otiosi spectant iudicantque prælientes, ac non ultis animi robur aut consilium deiderant, quod ipli nequaquam præstaturi forent si in eodem discrimine versarentur. Aristides in Themistocle καίτοι οὐχ ὁμοίως ἐστὶν ἐν μὲν τῇ Σαλαμῖνι πεζὸν ἅπαντα τὸν στρατὸν ἀναφῦναι, ἐν τῷ δὲ Μαραθῶνι τὸν αὐτὸν ἀριθμὸν ἀναβῆναι, καὶ τὸ διωγμὸν ἐκεῖ τῶν βαρβάρων ἐπὶ τὴν θάλατταν γενέσθαι, ἐνταῦθα δὲ ἐπὶ τὴν γῆν id est, Atqui non parui refert liquis medio in mari de iis loquatur qui in naui sunt, animóque præsentiam demonstret, sedénsque procul à procella inter parietes.

Quis vsus cepis putridi? 94

Τίς χρεία σαπροῦ κρεμμύου; id est, Quis vsus putrefacti cepis? De rebus aut etiam hominibus reiectis, & quorum nullus vsquam est vsus. Etenim quum cepe sit herba pertè vilissima, simulatque computruit, nihil esse potest abiectius. Cognatum illi Plautino, Vitiosa nuce non emam.

De iis, qui nullius sunt vsus.

Philoxeni non. 95

Τὸ Φιλοξένου οὔ. id est, Philoxeni non. Dicendum vbi quis obstinatè vel nociturus, vel recusaturus aut vbi quis alteri nolit concedere, neque quicquam ad gratiam loqui. Quod genus homines à principum consuetudine debent abstinere, apud quos aut tacendum est, aut loquendum quod gratum sit auribus. Philoxenus poeta, quemadmodum alibi diximus, vsque adeo non potuit carmina Dionysij probare, vt maluerit reduci ad fodinas lapidarias.

In obstinatos, & inficiantes.

Meos corymbos necto. 96

Τοὺς ἐμοὺς κορύμβους πλέκω, id est. Meos necto cincinnos. Vbi quis respondet quod nihil pertineat ad interrogata. Referur ad hunc modum, χαῖρε Τυρολάβη τοὺς ἐμοὺς κορύμβους πλέκω. οὐ δὲ λέγω σοὶ τοῦτο; ἐμὸν ἀνὴρ ἐστὶν Ἀντίφων ὀνόματι; id est, Salue Hyptipyle. Meos Corymbos necto. Non tibi loquor ista de re. Maritus meus hîc est? Ex aliquo comœdiæ loco sumptum appareat, in qua persona quæpiam per dissimulationem diuersa responderit. Quod genus est & illud apud Terentium in Phorm. quum Phædria rogatus, vbinam esset Antipho, respondens iterat salutationem;

deinde ait illum rectè valere. Est consimilis locus & apud Plautum in Mercat. Iam machæra est in manu. Nam si eò te introducam. Tollo ampullam, atque hinc eo, & reliqua: nam locus longior est quàm vt citra tædium possit recenseri. Continè ei quod alibi recensuimus, ἥμισυ παντός.

Compendiaria res improbitas. 97

Vitia proclivia.

Σύντομος ἡ πονηρία, βραδεῖα ἡ ἀρετή, id est, Compendiaria res improbitas, virtus longa. Qui semel addixit animum vitio, is quiduis flagitij facile patrabit. At singulæ virtutes magno sudore parandæ. Fitque nescio qua naturæ corruptione, vt quæ turpia sunt, vel αὐθαδίαν protinus arripiamus: quæ honesta vix laboribus diutinis inculcentur. Plutarchus in Apophthegmatis tribuit hoc dictum Cleomeni. Quum prædo quispiam in agrum Lacedæmoniorum fecisset incursionem, atque vbi captus esset, diziisset, ideo hæc se fecisse quòd non esset quo aleret militem, proinde ad eos venisse sese quibus superesset, nec imparcerent: Cleomenes, σύντομος, ἔφη, ἡ πονηρία.

Vmbra pro corpore. 98

De vano quodam honoris titulo.

Σκιὰ ἀντὶ τοῦ σώματος, id est, Vmbra pro corpore. Quoties aliquis magnum quiddam videtur esse assequutus, quum nihil tandem auferat præter titulum, aut spes meras. Mutuo sumptum ab Æsopica fabula de cane, qui dum vmbram carnium, quòd ea maior appareret, captat, veras amisit carnes. Eam quidem iambico carmine Gabrias quidam vtcunque complexus est, hoc pacto.

φέρων γε πιστὸς πλαδίον κύων κρέας,
Κυφὰς ἐπαύρῃ, μὴ γένοιτο ὕδωρ βλάπτειν.
Χανὼν δ' ἀπώλεσ' ἧς ἔκυπτε λαβεῖν κρέας,
Ἀπεκρύπτου ἐς τὸ ὕδωρ ἁρπάσαι τυ. id est,

Iuxta fluentem deferens carnes canis,
Dum pronat os in amne, conspicit alteras:
Et hians deorsum, vt easdem carnes prenderet,
Amisit has quoque quas tenebat antea.

Sinopissas. 99

Σινωπίζειν, Sinopissas: id est, lasciuis. A Sinope scorto quodam nobili, celebrataque lasciniæ re cui nomen hinc inditum videtur, quòd noxiis esset oculis. Athenæus libro decimoquinto, docet fuisse Æginensem. Fuit & Sinope Æsopi filia, cui nihil charius fuit virginitate. *Sinope, scorto nam.*

Vitiat lapidem longum tempus. 100

Σήπει καὶ πέτρον ὁ πολὺς χρόνος. id est,

Saxa etiam longum facit putescere tempus.

Nihil in rerum natura saxo durabilius: at id quoque temporum diuturnitas absumit. Quod poetæ nimirum innuunt, quum fingunt Saturnum temporis deum, saxum Iouis loco suppositum deuorasse. Ouidius libro De ponto quarto,

Gutta cauat lapidem, consumitur anulus vsu,
Et teritur pressa vomer adunctus humo.

CHILIADIS TERTIAE CENTVRIA TERTIA.

Sileni Alcibiadis. 1

Σειληνοῦ Ἀλκιβιάδου, id est, Sileni Alcibiadis, apud eruditos & in prouerbium abiisse videtur: certè in Collectaneis G. eorum prouerbij vice referuntur. quo licebit vti vel de re quæ quum in speciem & prima (quod aiunt) fronte vilis ac ridicula videatur, tamen interius ac propius contemplanti sit admirabilis: vel de homine qui habitu vultúque longè minus præ se ferat, quàm in animo claudat. Aiunt enim Silenos imagunculas quaspiam fuisse fictiles, & ita factas vt diduci & explicari possent: & quæ clausæ, ridiculam ac monstrosam tibicinis speciem habebant, apertæ subitò numen ostendebant: vt artem scalptoris gratiorem iocosus faceret error. Porrò statuarum argumentum sumptum est à ridiculo illo Sileno Bacchi pædagogo, numinúmque poeticorum morione: quandoquidem habent & illi, principum nostratium exemplo, suos μωροσοφοῦς. Proinde apud Athenæum libro 5. adolescens Critobulus irridens Socratem senem ac deformem, dicebat illum πολὺ τῶν Σειλήνων αἰσχίω. id est, multo Silenis deformiorem. locus autem est apud Xenophontem in Conuiuio. Socrates, εἰ δὲ καλὸν ὢν τυγχάνω. Vt illud iactas quasi sis formosior. Critobulus, νὴ Δία, οὐ μέντοι Σειλήνων γε τῶν ἐστηκότων αἰσχρῶν ἀνδρῶν. i. Ita per Iouem: aut omnium Silenorum qui sunt inter Satyros, turpissimus fuero. Et Alcibiades apud Platonem in Conuiuio, Socratis encomium dicturus, eum Silenis eiusmodi similem facit, quòd is multo alius esset propius intuenti, quum summo habitu specieque videretur. Quem si de summa (quod dici solet) cute quis æstimasset, non emisset asse. Facies erat rusticana, taurinus aspectus, nares simæ, muccóque plenæ. sannionem quempiam bardum ac stupidum dixisses. Cultus neglectus, sermo simplex ac plebeius, & humilis: vt qui semper aurigas, cerdones, fullones & fabros haberet in ore. Nam hinc ferè sumebat illos suos similes, quibus vrgebat in disputando. Fortuna tenuis: vxor qualem ne vilissimus quidem carbonarius ferre posset. Videbatur mirari formas adulescentulorum, videbatur amare, & zelotypia tangi: quum eum ab his affectibus οὐδὲν ἁλοὺς πώποτε deesse compererit etiam Alcibiades. Denique iocus ille perpetuus nonnullam habebat moronis speciem. Quum enim ea tempestate ad insaniam vsque ferueret inter stultos, professendi sapientiam ambitio: nec vnus esset Gorgias qui se nihil nescire iactaret, & ardelionibus huiusmodi nusquam non referta essent omnia: solus hic hoc vnum scire se dictitabat, quòd nihil sciret. Videbatur ineptus ad omnia reipublicæ munia, adeò vt quodam die nescio quid apud populum adorsus agere, cum risu fit explosus. Arqui si Silenum hunc tam ridiculum explicuisses, videlicet numen inuenisses potius quàm hominem, animum ingentem, sublimen, ac verè philosophicum: omnium rerum pro quibus cæteri mortales currunt, nauigant, fudant, litigant, belligerantur, contemptorem: iniuriis omnibus superiorem, & in quem nullum omnino ius haberet fortuna: & vsqueadeo nihil timentem, vt mortem quoque nulli non formidatam contempserit. in tantum vt cicutam eodem ebiberit vultu quo vinum solet: vtque tam moriens etiam in Phædonem suum iocaretur, admonens vt voto se liberans, Æsculapio gallum persolueret: perinde quasi sumpto pharmaco, iam sanitatis beneficium sentiret: quum exiret è corpore, vnde omnes animi morbi scatent ac pullulant. Proinde non iniuria quum id tempestatis plena sophis essent omnia, solus hic morio, sapiens oraculo pronuntiatus est, & plus iudicatus est scire, qui nihil sciebat, quàm hi qui nihil nescire se prædicabant. imò ob idipsum iudicatus est plus cæteris scire, quod vnus omnium nihil sciret. Huiusmodi Silenus fuit Antisthenes, baculo suo, pera pallióque, maximorum regum fortunas antecellens: Huiusmodi Silenus fuit Diogenes, vulgo canis habitus. verum in hoc cane diuinum quiddam animaduerterat Alexander magnus, principum (vt videbatur) omnium μωροφοῦς & alpha, quum animi magnitudinem admiratus, optaturum se diceret vt ni Alexander esset, Diogenes esset: quum hoc magis optare debuerit Diogenes animum, quod Alexander esset. Huiusmodi Silenus fuit Epictetus, seruus, pauper, claudus, vt indicat illius epitaphium: sed idem, quod est felicissimum, charus superis! id quod sola vitæ præstat integritas cum sapientiæ coniuncta. Hæc nimirum est natura rerum verè honestarum: quod habent eximium, id in intimis recondunt abdúntque. quod contemptissimum, id prima specie præ se gerunt, ac thesaurum ceu vili cortice dissimulant, nec profanis ostendunt oculis. At vulgarium & vmbraticarum longè diuersa ratio: summa specie blandiuntur, quódque pulcherrimum habent, statim obuiis ostentant: sin penitus introspicias, nihil minus sunt quàm quod titulo speciéque præ se ferebant. *Sileni Antisthenes. Socrates, cum Sileno Alcibiadis comparatus. Socrates.*

Sarone magis nauticus. 2

Σαρώνου ναυτικώτερος. id est, Sarone magis nauticus. Aiunt hunc fuisse deum quempiam nauticum. vnde & Saronico mari cognomen inditum. Congruet in horrido cultu hominem, & moribus feris: quod genus nautas plerosque videmus esse. Aut in negotiatorem per omnia maria volitantem. Meminit & Saronis & ab hoc cognominati maris Aristides in Themistocle, *Homo cultu horrido.*

Οὐδ' ἴσασιν πάλαι χρόνον τὴν Σαλαμῖνα οἰκοῦσαν, ὥσπερ τὴν Τλωϊάδα φασὶ τὴν Ἀνδρόμαχον, ἢ τὴν αὐτοῦ τὴν ἐπώνυμον τῇ πολίχνῃ. id est, Nec vti per omne tempus in mari habitent: quemadmodum aiunt Lucere Glaucum Anthedonium, & Saronem mari cognominem. Pausanias in Corinthiacis Saronis facit mentionem, qui Althepiæ regioni maritimæ imperarit. Huic diuersum quod ait in Ranis Aristophanes,

-πῶς δὲ νεώσεται
Ἀνήρ, ἰδιώτης τοῖς τρόποις, ἀπολαμπτήρων
Οὐδὲν μαθών ποτ'; id est,
-quonam modo
Potuerit imperium, & à mari alienissimus,
Salaminem experi, atque nauim agere rudi?

Assidua stilla saxum excauat. 3

Παρὰ ἀσβολιχῶν πολλάκις πέτραν, id est, Stillicidium perpetuum saxum excauat. Admonet, nihil esse tam durum quod non emolliat, nihil tam arduum, quod non efficiat assiduitas. quandoquidem stilla aquæ, nimirum res tam tenuis ac leuis saxum etiam durissimum exhauriat, quod vix ferro possis euincere. Plinius tradit inueniri silices formicarum pedibus attritas, idque grauissimum exemplum esse putat quantam vim habeat assiduitas. Menander apud Stobæum,

πάντα γὰρ
Τοῖς ἀεὶ λαμβάνουσι πραγμάτων πρόσεστι. id est,
-nam vincit omnia
Assiduitate quælibet negotia. Ouidius,
Quid magis est durum saxo, quid mollius vndâ
Dura tamen molli saxa cauantur aqua.

Assiduitatis magna vis.

Galenus περὶ χρείας libro 3. eandem sententiam refert carmine heroico, οὕτω δίνῃ κρίκῳ κύκλῳ ἐρηρεδανεῖ, Πέτρας κοιλαίνει ῥαιστὸς ὕδατος ἀδινὸν ἐχούσης. Id est, ita nimirum & illud rectè dictum videtur,
Stillula mollis aquæ lapidem assiduo cauat ictu.

Nestoris poculum. Huc adferunt Homericæ, quòd quum poculum plenum cæteri vix tollerent à mensâ, solus Nestor facilè nullóque negotio sustulerit, quum esset admodum senex, & viribus multis inferior: verùm hoc illi dabat vsus & exercitatio. nam Homerus facit Nestorem φιλοπότην. Homeri carmen sic habet,

Ἀλλ' ἐμὲ μὲν νέον ὄντα καὶ ἀφραδέα βαπίζοις
Πολλὸν ὑπὸ Νέστορ δ' ἐρέω ἐπιμαχέοντα ἄεθλον. id est,
Vix aly poculum poterant, vt tollere mensa
Plenum, at grandæuus Nestor facilè abstulit illud.

Quæ sententia non solum accommodari potest ad assiduitatem, sed huc quoque, quòd ea facilè facimus quæ libenter facimus.

Salaminia nauis. 4

Σαλαμινία ναῦς, id est, Salaminia nauis, de præuelocibus dictitatum est. celebratur enim vel in primis nauale bellum aduersus Xerxem gestum apud Salaminem: huc quòd ex triremibus altera, Salaminia vocari consueuit, altera, πάραλος. Aristophanes in Auibus, ἵππος ἔχεις, παράλου ἢ σαλαμῖνος. Vnde & Bacchus eo quem modo citauimus loco, σαλαμίνιον apellat sese, quòd bellicarum rerum ac remi ducendi esset ignarus. Alluserit autem poeta, sicut opinor, ad prouerbiũ quod alibi retulimus, δεῖ ναύτην ἄγοντα τὸν εἰδότα. id est, Oportet ducere remum eum qui norit. Plutarchus in vita Periclis nauim robustam, & in qua velut in triarijs, vltimum sit præsidium, Salaminiam appellat, Οὐδὲ αἰεὶ πλεῖον ἐς τὸ πλῆθος, ἀφ' ἑαυτῶν, ὥσπερ σαλαμινίας τριήρης, φοιτῶν Κεντίλαος, πρὸς τὰς μεγάλας χρείας ὑπηρέτει. id est, Nec semper obambulans in turba, sed veluti Salaminiam triremem, vt inquit Critolaus, sese ad maiorem rerum vsum præbens. Scholia quæ feruntur in Aristophanem, tradunt Athenis duas fuisse naues vsui publico destinatas, è quibus Salaminia subueheret ad iudicium euocans. Paralus aueheret. Nam Theoris eos vehebat, qui votum aut religionis ergo Delphos aut aliò quopiam proficiscerentur.

Παράλου ναῦς.

Nauis Salaminia.

Duæ naues publicæ Athenis.

Pyrrhandri commentum. 5

Πυῤῥάνδρου μηχάνημα, id est, Pyrrhandri commentum, De calido inuento. Hic Pyrrhander sycophanta quispiam fuit insignitè versutus, notæque malitiæ. Aristophanes in Equit.

Καὶ νὴ Δί' ὧν γε τῶν Πυῤῥάνδρου τῶν μηχανημάτων. id est,
Ac per Iouem iam quidem Pyrrhandrica ista techna.

Callidum inuentum.

Ἀζωνοπώλης 6

Ἀζωνοπώλης vocabatur quũ quis suas dotes ignoraret. Veluti si qua formosa quum sit, putida esse tamen, sibique displiceret. Aut si quis facundus, infacundus sibi videretur. Porrò fœlicitatis non minima pars est, vt quisque sua norit bona. proinde Maro, Georg. 2.

O fortunatos nimium, bona si sua norint
Agricolas.

Opinor esse finitimum illi, ὁ πλοῦτος πλοῦτος, id est, Cæca diuitia. ex diuitiæ. nam ζηλῶν aliquoties idem est quod admirari ac fœlicem ducere. Vnde ἀξιόλογοι vocant conspicuum & illustre. cui diuersum est ἄζηλον, quod nemo miratur. Quis autem miratur quod est abditum ac retrusum? Plutarchus in vita Lycurgi facit Theophrastum huius dicti authorem. laudat enim Lycurgum, qui tuis institutis effecisset vt apud Spartanos diuitiæ nec essent obnoxiæ furibus ac prædonibus (quod ille vocat ἄζηλον) nec admirabiles quod appellant ἀξιόλογον) nec omnino pro diuitiis haberentur, quòd ille vocat ἀπένθητον πλοῦτον, quasi dicas inopes opes. Verùm ipsa Plutarchi verba subscribam, vel in hoc, quo perspicuũ fiat quanta gratiæ parte fraudetur qui ex aliis authoribus in aliam linguam versos legerit, quàm sua lingua loquentes audire. Μόγις δ' οὖν ἔγωγε τῶν λεγομένων, μᾶλλον δὲ τῶν πάνυ θαυμαζομένων ἀξιόλογον, μᾶλλον δὲ ζηλωτὸν, ὡς φασὶ Θεόφραστον, ἐν ἅπασιν ἀπραγμόνως τῇ Λακωνικῇ διέσωσεν. Addit mihi Plutarchus his ex rebus exitisse dictum illud celebre, Plutum ex omnibus ciuitatibus quæ sub sole sunt, in vna Sparta seruari τυφλὸν, id est, cæcum ac repositum, nõ aliter quam tabulam anima carentem & immobilem. Ex hisce verbis simul & illud colligitur, idem pollere, Cæcum. τυφλὸν πλοῦτον ἐν ἀζήλῳ ὁ πλοῦτος. Cæcum enim dicitur non solùm quod non videt, verumetiam quicquid luce caret. Quanquam autem festiuiter prouerbium detortum est ad Spartanorum frugalitatem, tamẽ quadrat potius in eos qui suas opes sibi possident, easque recondunt aut defodiunt etiam. Aristophanes in Concionatricibus ἀφανῆ πλοῦτον appellat nummos in arca reconditos. Nam domus & agri celari non possunt. Nullus est vsus picturæ repositæ nihilo maior diuitiarum absit usarum. nam in vsum paratæ sunt opes. Sic Flaccus in Odis,

Nullum argento color est auaris
Abdito terris.

Et Pindarus in Nemeis hymno primo, Οὐκ ἔστιν ὅστις πολλὰν ἐν μεγάροις πλοῦτον κεκαρυμμένος ἔχει, δαΐζεται. δοῦναι πάσσων ἢ ἀνέσθαι, φίλαις ἐξαρκέων id est, Non desidere multas in ædibus opes habere abstrusas, sed his quæ adsunt bene frui, ac bene audire, amicis suppeditans.

Dicas tria ex curia. 7

Εἶπον τὰ τρία ἐκ τοῦ αὐλῶνος, id est, Dicas tria de curia. Antiquitus qui iudicum sententiis fuissent ad capitale supplicium condemnati, priusquam ad mortem ducerentur, ea facultas concedebatur, vt vino cibóque expleti, tria quædam quæcunque lubitum esset, dicerent. Quæ simulatque dixissent, promulgata damnatione producebantur ad supplicium. αὐλὼν enim olim vocabant eum locum quo damnati ducebantur: quem neoterici αὐχῶνα appellant. Apud Suidam legitur, ἐκ τοῦ αὐλῶ dandi casu, id est, iuxta curam. siue iuxta septum. Vsum adagij apud neminem adhuc reperi. Conticio dici solitum vbi quis petulantius loqueretur, sed magno suo malo: aut exitium impreecaretur alicui. Adagium refertur à Zenodoto,

Pyrausta gaudes gaudium. 8

Χαρὰ πυραύστου χαίρει, id est, Gaudium pyrausta gaudes. De momentaria fluxaque voluptate. Offendimus alicubi, pyraustam ad lucernas aduolantem, ambustis alis perire. vnde & prouerbium. πυραύστου μοῖρα, id est, Pyraustæ fatum. Cuius alibi meminimus.

Momentaneæ voluptas.

Πυρρίζειν 9

Πυρρίζειν dicitur qui conatur & gestit quidpiam efficere. Sumptum à pullis auium, quum adhuc innolucres sunt: alas mouentibus. Lucianus vsurpat pro indecorè & scurriliter gesticulari, libello De mercede seruientibus. Aristoph. in Pluto,

-ἢ σὺ γε λέξαι μ' οὔπω δυνατὸς εἶ πόνου,
Ἀλλὰ φλυαρεῖς, ἢ πυρρίζεις. id est,
Tu mihi nondum fari potes es super hac re,
Sed nugaris gesticulando.

Et Diphilus apud Athenæum libro sexto inducit parasitum hunc in modum loquentem,

Πίχηα ἀγχίπο τι ἐ πτερύσσομαι. id est,
Latérque gandeque, & alas verbero.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. Πτερυγίζω *dicitur qui conatur & gestit quidpiam efficere.*

πτερυγίζων.] Non dicunt Græci lexicographi πτερυγίζειν generaliter dici eos qui aliquid conantur efficere: sed eos duntaxat qui frustra & manifestè conatu inquemadmodum videlicet pulli adhuc inualucres frustra volare nituntur, & frustra, tanquam volaturis, alas expandunt.

• V. *Sed nugatur grammaticus.*] Nescio vnde imaginatus sit gesticulationis significationem in hoc verbo. quanquam de Luciani loco adhuc cæcus, quia eum non legit: quod ad hunc attinet, certè nec is eam significationem poscere videtur, nec ipse enarrator aut Suidas quicquã tale dicunt. sed πτερυγίζειν exponunt futilia & vana loqueris. siue, tumultuaris, aut prius pertrepis: eo quòd pennę sonitum & strepitum edant. Explicant & verbo μετεωροπολεῖς, ob eam quam præcedente annotatione attulimus rationem. Sed & hoc obiter animaduertendum, non legi in vulgatis exemplaribus, Καὶ σύ γε λέξαι, sed Καὶ σύ γε ἐλάλησας. quæ lectio reponenda est, ac tumul interpretatio hæc, Tu me nondum potes redarguere hac de re in locum illius, Tu mihi nondum fari, &c.

Ante barbam doces senes. 10

Πρὸ τῆς γενάδος διδάσκεις τοὺς γέροντας, id est, Ante barbam doces senes. Quum imberbis maiorem natu docet. Est autem figura prouerbialis, quod ait Persius Ante Pilos, Sat. 4.

Ante pilos.

- & rerum prudentia velox
Ante pilos veniet: discenda tot ocreáque tallos.

Hanc prudentiam, quam præcoquam seu præcocem appellant, vulgò non admodum tanti omnis habitam ostendit Apuleius in secunda Apologia: scribens hunc senarium nobilem & celebrem fuisse, poetæ nescio cuius: neque enim nominat: Odi puerulos præcoci sapientia. Nec Fabio placet præcox ingeniorum genus, quod negat ad frugem solere peruenire. Pindarus in Pythis hymno quinto, sic laudat quempiam, κρέσσονα μὲν ἀλκὶας νέον φέρεσθαι λαοτρόφον τε, δαίμονες ὃ ζαθέαν πόρον ἐσορῶσιν αἰεί: id est. Præstantiorem quam pro ætate mentem alit hunc quemque, audacia verò pernix inter aues aquila.

Præcox sapientia. lib. 1. c. 1.

Bellum Conons cura fuerit. 11

πόλεμος Κόνωνι μέλοι. id est,
Curabit prælia Conon.

Hemistichium est heroici carminis, nec satis liquet vnde sumptum. Porro Conon dux Atheniensium fuit, multum in belli negocijs exercitatus. Primum nauali prælio superatus à Lysandro Lacedæmoniorum duce, redintegratis copijs eundem terrestri prælio vicit, & Athenarum libertatem restituit. Proinde conueniet ad hunc modum respondere curanti negocium quod ad se nihil attineat. Item Hector Andromachæ suæ Iliados 2.

Conons res gestæ.

πόλεμος δ' ἄνδρεσσι μελήσει. id est,
Viris cura sunt bella gerenda.

Et Turnus apud Vergilium,

Arma viri bellúmque gerant, quis bella gerenda.

Antehac putabam te habere cornua. 12

Πρὸ τούτου σοὶ κέρατα ἔφην, id est, Antehac credebam tibi esse cornua. De his qui prius habiti fortes ac strenui, postea quum res virum postulat, apparet ignaui. Vnde & Comicus cornutam bestiam vocat hominem paratum se defendere. Cornutam bestiam petis. Et Horatius, Parata tolle cornua. Apud eundem scurra iocatur in scurram, accepto conuicio minitantem capite moto quum in fronte fœdam haberet cicatricem. Quid faceres, inquit, si cornu tibi non esset exectum, quum sic mutilus minteris? Denique Dialectici cornutum appellant syllogismum, dilemma velut inexpugnabile.

Cornutus bestiam petere.

Cornutus syllogismus.

Priusquam mactaris excorias. 13

πρὶν ἱερεύσαι δέρειν, id est. Priusquam mactatis, excorias. Dicendum vbi quid præposterè fieri videtur. Videri potest ex Homero sumptum, apud quem sæpe excoriatur taurus priusquam occiditur. Figura quam Grammatici ὑστέρησιν appellant. Finitimum illi quod alibi retulimus, Actum agere. Nam id etiam adagium M. Tullius putat ad consilij præposteri significationem pertinere. Sic enim scribit in dialogo De amicitia. Præposterè enim vtimur consilijs, & acta agimus: quod vetamur veteri prouerbio.

Præposterè factum.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. σφάζειν) Non debuit verbum σφάζειν interpretari Mactare: quum σφάζειν non sit verbum sacrorum, vt Mactare apud Latinos. sed generale, sicut apud illos Iugulare. Quo verbo si vlus fuisset, lectori prudenti quo deberet referri hoc adagium, cogitandum reliquisset. Fortasse enim ad alia quoque possit accommodari. Verbi gratia, Si quis princeps velit genti cuipiam leges ponere & eam tributariam reddere, antequam ab eo domita & in seruitutem redacta fuerit: non malè, vt opinor, hoc in illum iacietur, πρὶν ἱερεῦσαι δέρειν. Hoc etiam annotare libet, πρὶν ἱερεῦσαι non significare, Priusquam iugularis, sed Priusquam iugulatus sis (aut à te videlicet, aut ab alio) siue iugulate, siue etiam iugulatum: prout vel hoc vel illud nomen subaudiemus. Nam σφαξὰς quidem in voce media pro σφάξου posset accipi, at ἱερεῦσθαι pro ἱερεύεσθαι, tam durum esset quàm τυφθῆναι pro τυφθῆναι.

V. *ibid.*] Imò is qui excoriat priusquam iugulauerit, præposterè quidem facere, non tamen actum agere, vt opinor, dici potest. Quis enim dicitur actum agere, qui de re iam peracta, tanquam adhuc integra, deliberat, & consilium init: atque eius agendæ, tanquam non actæ, viam & rationem quærit. Sic apud Terentium Demiphoni dicit Phormio, Actum ne agas, eum admonens ne fruitra contendat ac litiget de re iam transacta & rem de qua iudices sententiam iam pronuntiarint, ne iterum in iudicium deducat. Sic & Cicero, qui dicit, Sed cùm multis in rebus negligentia plectimur, tum maximè in amicis & deligendis & colendis, præposteris enim vtimur consilijs, & acta agimus: quod vetamur veteri prouerbio: hoc significat, Non vtimur iudicio, consilio & prudentia in deligendis amicis, priusquam eos diligamus: sed postquam eos diligere cœpimus, tum verò eos non fuisse deligendos iudicamus: & acta agimus, id est, de iis consilium inimus, perinde quasi eos in amicitiam nostram recipere, vel ab ea excludere integrum adhuc esset. Atque hunc esse horum verborum sensum, apertissimè declarare mihi videntur ista proximè præcedentia. Quocirca (dicèdum est enim sæpius quum iudicaueris, diligere oportet: non quum dilexeris, iudicare. Non igitur idem planè dicit Cicero his posterioribus verbis, Acta agimus: quod illis. Præposteris vtimur consilijs. Potest enim vnum esse sine altero. Sic Demipho actum egebat, præposteris tamen non vtens consilijs. Iam dere enim volebat iudicium sententiam (quod erat, actum agere) sed quæ eo absente & inscio lata erat, & de qua consilium capere, quum adhuc integra res esset, non potuerat. Quòd si adfuisset tum quum pronuntiata fuit, & consilium misset ea iam pronuntiata, quod antequam pronuntiaretur, inire debuisset: tum certè præposteros vti consilio dici rectè potuisset. In quibus si ego non fallor, falsum esse comperietur quod Erasmus hic scribit, adagium hoc Actum agere, simulmum esse illis, Priusquam mactaris, excorias. Quid enim an Demipho Terentianus, quum illi dicitur, Actum ne agas, admoneant ne rem præposterè agat, & ne posteriore loco faciat quod priore faciundum sit: vt is qui priusquam iugulauerit, excoriat? Nequaquam profectò: sed neque re iam peracta, tanquam adhuc integra, tempus atque operam ponat, & ne frustra laboret in eo, quod, quum factum sit, infectum reddi non potest: admonet eum hoc dicto prouerbiali Phormio. Cæterum vt in Demiphonem non competebat illud adagium, Priusquam iugularis, excoriaris: ita nec is qui, priusquam iugularit, excoriat, actum agere dici potest. Si quidem actum agit qui in re facta, perinde ac si esset infecta, frustra laborat: vnde Actum agere generaliter pro operam perdere vsurpatur. At is qui excoriat antequam iugularit, quod præposteri quidem labore, ideoque multum sed non incassum tamen, laborat. Denique actum agere is dicetur qui vult κύνα δέρειν διδαχθέντα, id est, canem excoriatam excoriare (si libeat in huius prouerbij explicatione Diogenianum sequi) nó is qui πρὶν ἱερεῦσαι δέρειν, id est, priusquam iugulata sit, excoriat. Sed de iugulationibus & excoriationibus plus satis.

Actum agere, quod.

Priusquam assa sit farina. 14

Πρὶν ἀπτῆσαι ἄλφιτα, id est, Priusquam coxeris farinã: subaudiendum inspergis, aut simile quippiam. Eustathius

thius in Odyſſez π, refert vtrunque, tum hoc, tum illud proximum. Solitum autem eſt aſſis carnibus apud quoſdam inſpergere farinam.

Plures adorant ſolem orientem quàm occidentem. 15

Πλείους προσκυνοῦσι τὸν ἥλιον ἀνατέλλοντα ἢ δύνοντα, id eſt, Plures adorant ſolem orientem quam occidentem. Iuuenci magis adhæretur quàm ſeni. Plutarchus ſcribit, Pompeium hoc adagio minatum Cinnæ. Senſit autem Pompeius, ſe ſolem eſſe orientem, nimirum iuuenem in dies magis fama creſcentem: illum occidentem, vtpote affecta iam ætate, & cuius dignitas gloriaque iam conſenueſceret. Cæterùm quod Pompeius erat Cinnæ, hoc Caius Cæſar poſt fuit Pompeio. Simile quiddam Athenæus libro tertio ex poeta quopiam, τὰ παλαιὰ τῶν καινῶν κρείττονα καὶ ὁ Ζεὺς βασιλεύει. id eſt, Non cano veteraſnoua ſi quæ ſunt, eadem & meliora ſunt. Iupiter qui iuuenis eſt regnat. Mus erat antiquis adorare ſolem, quem deum exiſtimant, & à Perſis præcipuè colebatur, nomine Mithræ. Item apud Ægyptios Orus, apud Græcos Apollinis, apud alios alis atque alis nominibus. Hunc orientem ſalutabant religionis cauſa. Quem morem tradit Socrati fuiſſe Plato. Ferunt & ab elephantis adorari ſolem in exortu. Salutabatur & occidens, ſed à paucioribus. Habet & cuiuſque hominis ætas ſuam veſperam, quæ ſimulatque aduenit, iuuentæ gratia vertitur in tædium. Ita ſenex quidam apud Alexidem,

Ἤδη γὰρ ὁ βίος ἐμοὶ ἑσπέρας ἄγει. id eſt,
Mea quippe feram vita ducit veſperam.

Sub occaſum autem ſolis incumbunt umbræ. vnde Euripides,

Τί δ' ἄλλο φασὶν ἢ σκιὰ γῆρας εἶναι; id eſt,
Quid aliud atque vox & vmbra ſunt ſenex?

Pompeius, ætatis ſolis comparatus.

Auro loquente nihil pollet quamuis oratio. 16

Χρυσοῦ λαλοῦντος πᾶς ἀφωνεῖ πειθὼ λόγος.
Πειθὼ γὰρ οἶδε μὴ πρᾶσσειν, μὴ λέγειν. id eſt,
Auro loquente, ſuaſio quamuis irrita eſt.
Suadere ſi quidem nouit, & loquentis nihil.

Munera vis.

Prouerbium indicat munera vbique longè plurimum valere. Vulgaris iocus eſt, tinnulas rationes præcipuam habere vim ad perſuadendum, pecuniam indicans.

Pellenæa tunica. 17

Παλλαικῷ χιτῶνι, id eſt, Pellenæa veſtis. De priſco cultu. Pellene peruetuſta Achaiæ ciuitas, Proteï patria, in qua diuerſæ veſtimentorum formæ fieri conſueuerunt, atteſtante Suida. Iulius libro de rerum vocabulis ſeptimo, prodidit lænas Pellenicas olim nobiles fuiſſe, adeo vt in Iunonis ludis ac certaminibus victori lacerna Pellenica præmij vice daretur. Altipulatur Strabo libro Geographiæ 8. Diuerſum igitur videtur illi quod alibi diximus, Munus Leuidenſe. Lepidius erit ſi per ironiam adhibeatur. Veluti ſi cui pro laboriоſis ac diutinis officiis vile muſculum miſſum ſit, dicamus, παλλαικὸν χιτῶνα conſugiſſe Romæ quoque veſtes remotum loco miſſitari ſolitas indicat Iuuenalis.

De veſtibus.

Aquilam cornix prouocat. 18

Ἀετὸν κορώνη ἐρεθίζει, id eſt, Aquilam cornix prouocat. Tradunt pecuniare cornicibus eſſe irritare aquilam. Verùm illa negligit prouocantem, intelligens nimirum ſibi ab illa nocere non poſſe. Locus igitur fuerit adagio, ſi quando leuiuſculus quiſpiam homuncio, qui neque prodeſſe queat, neque lædere, maximis viris obloquatur. Quemadmodum Menelaus apud Euripidem in Iphigenia Aulidenſi, de vatibus,

Κ' οὐδὲν ἴσ' ἄχρηστον, οὐδὲ χρήσιμον πορών. id eſt,
At nihil habet nec vtile, nec inane.

Lupus pilum mutat, non mentem. 19

Ὁ λύκος τὴν τρίχα ἀλλάττει τὸν τρόπον οὐ μεταβάλλει, id eſt, Lupus pilum, non ingenium mutat. Senecta caniciem adfert improbis, non item aufert malitiam. Caneſcunt enim lupi, velut & equi, more hominum pes ætatem.

De improbo etiam ſi mutato.

Laqueus laqueum cepit. 20

Ἁρπὴ τὴν ἅρπην ἔσπασε λάψασα πάλιν, id eſt, Laqueum laqueus, ita vt videtur, cepit. Vbi malus malum obſeruat. veluti adulter adulterum, fur furem, perfidus perfidum: quod interdum vſuuenit, vt dum duo ſibi viciſſim inſidias tendunt, vterque deprehendat alterum.

Ipſum oſtij limen tetigiſti. 21

Αὐτὴν σὺ ἥψηκας τὴν βασάνου τῆς θύρας, id eſt,
Ipſum attigiſti limen oſtij pede.

Dici ſolitum quoties ad rem ipſam peruenitur. Ariſtophanes in Ranis,

Ad rem peruenitur.

Ἀλλ' οὐχ ὑπ' αὐτοῦ τοῦ δίφρου ἀφηγοῦμαι. id eſt,
Sed nouerus vectus ipſe ad ſedes.

Gallus inſilit. 22

Ἀλεκτρυὼν ἐπήδησε, id eſt, Gallus inſilit. Vbi quis ſemel victus, redintegrat certamen. A gallorum certaminibus ſumptum. Nam is huic animanti mos eſt, vt ad pugnam aſſiliat, quo magis lædat calcaribus, in hunc vſum à natura affixis.

Nunc ipſa viuit ſapientia. 23

Νῦν αὐτὴ σοφία ζῇ, id eſt, Nunc ipſa viuit ſapientia. Applaudentis & adgratulantis eſt ſermo, ſi quid aliquando videtur ſcite & arte dictum factúmve. Feſtiuius erit ſi per ironiam efferatur in eos qui res egregias ſtultiſſimè tractant.

Nunc ipſa floret muſa. 24

Νῦν αὐτὴ ἀνθεῖ μοῦσα, id eſt, Nunc ipſa floret Muſa. Superiori ſimillimum: vbi quid eruditè, facundè, venuſtè dictum aut ſcriptum videbitur, quaſi Muſis bene fortunantibus. Et hoc venuſtius fiet per ironiam, vbi quis ſibi videtur mirificè dicere, quum dicat inſulſiſſimè.

Onus nauis. 25

Ἀχθος νεώς, id eſt, Onus nauis. In inertes & inutiles facere conueniet, ἀντὶ τοῦ, ἄχθος εἶ νεώς. Conſtat illi, *Inertes & inutiles.*

—τόνδε ἄχθος ἐκφυγεῖν. id eſt,
—tellurem inutile pondus.

Quadrabit & in magnum eundémque moleſtum. Naues enim longè plus oneris ferunt quam currus. De *De magnare moleſtáque.* Hamaxiziis alibi dictum eſt.

Marinam auditionem fluuiali abluis ſermone. 26

Ἁλμυρὰν ἀκοὴν ἀποπλύνασα ποτίμῳ λόγῳ, id eſt, Salſuginoſum ſermonem potabili diluit oratione: Vbi quod erat audire moleſtum, id diuerſa oratione velut edulcatur. Quod erat guttus, id tractum eſt ad aures. etenim quod palato aqua marina, id auribus oratio triſtis aut contumeliоſa. Item, quod palato liquor fontanus, id auditui ſermo placidus ac benignus. Vſus par adagiũ Plato in Phædro, Ἐπιχειρῶ ποτίμῳ λόγῳ οἷον ἁλμυρὰν ἀκοὴν ἀποπλύνασθαι, id eſt, Cupio ſermone ſi velut amarum potabili ſermone diluere. Item Athenæus Dipnoſophiſtarum libro 3. Ἐπὶ τούτοις λοιδορεῖσθαι ὁ Κυνίσκος πρὸς ἕτερον ἔφασκε, δεῖν λόγοις ἁλμυροὺς λόγους γλυκαίνειν ἀποπλύνασθαι, id eſt, His dictis Cynicus poſcit decoctam, dicens amaros ſermones dulcibus lymphis oportere diluere. Cynicus vſus eſt voce Romana, quum Græcè loqueretur. ſi quidem Vlpiano indignanti quòd voce inſolenti ac barbara vteretur, reſpondit, ſe in vrbe Roma vſum eſſe vocabulo vibis Romæ vernaculo. Nam illic ſic loquebantur, Popoſcit frigidam, Popoſcit calidam aut decoctam. ſubaudientes aquam.

Marinæ vis.

Arcadicum germen. 27

Ἀρκαδικὸν βλάστημα, id eſt, Arcadicum germen, de grandibus & ignauis dici ſolitum. Iuuenalis, Sat. 2.

quòd luna in parte mamillæ
Nil ſalit Arcadico iuuenis.

Arcades olim malè audierunt ob ſtuporem ingenij. de quorum immanitate multa Athenæus libro 14. qui primi muſicam omnem in ciuitatem recipere noluerunt, nec vllas liberales diſciplinas, quarum cultu manſueſcunt hominum ingenia. Vnde & cæli vitio, & neglectu diſciplinarum, in ſummam morum immanitatem efferati ſunt. Lucianus in libello de Aſtrologia, tradit Arcades ob eam cauſam ſtupidos habitos, quòd cæteris omnibus amplectentibus aſtrologiam, ſoli contemſerint, ſeque fecerint antiquiores ipſa luna. vnde & προσελήνους dicti. Iidem epigrammatõn iocis noteti ſunt, vt βαλανηφάγοι, id eſt, glandibus victitantes. Nam is priſcorum hominum cibus erat nondum repertis frugibus. Epigramma ſic habet,

Arcades ſtupidi. Πλάτων. Βαλανηφάγοι. 30.

Πολλοὶ ἐν Ἀρκαδίᾳ βαλανηφάγοι ἄνδρες ἔασιν. Id eſt,
Multi in Arcadia ſunt, quos alimenta glandes.

Ariſtophanes in auibus, veriſ titulis irridet eos qui iactant antiquitatem ſuam,

—ἢ τῶν Διὸς αἰνῶ
Ἀρχαιότερος, σέθεν εἰ τὸ Κρόνου ἢ Τιτάνων γ' ἐγένου. id eſt,
Antiquiores & Ioue & Titanibus ſupra.

Hic Rhodus, hic saltus. 28

† *In iactantem temerè sæpium.*

Αὐτὴ ῥόδος, αὐτὸ πήδημα, id est. Hic Rhodus, hic saltus. Vulgò iactatum de his qui sese de negotio quopiam iactarent intolerantius, cuius fides rò exaret. Sumptum ex apologo qui fertur inter Æsopicos. Adulescenti cuidam iactanti sese quòd, dum Rhodi esset, admirabiles fecisset saltus, quidam ex auditoribus interpellato sermone, ἰδοὺ ῥόδος, inquit, ἰδοὺ πήδημα. id est, Ecce Rhodus, ecce saltus. Conuenit igitur vbi quis iubetur re præstare quod alibi se fecisse iactat. Ouidius,

-sua narret posse puellis
Quæ sine teste gerit.

Arbitror huc attinere quod dictum est apud Theocritum in Hodœporis,

Αὐτὰν μοι σὺν τοῖσδε, καὶ αὐτὸς ἐγὼν ἐλάσω. id est,
Mecum isthic certa, simul isthic pascito tauros.

Quidam, quum tutum est, gloriosa loquuntur: vbi præstò periculum, tergiuersantur. His occini poterit hoc carmen. Simili figura Græci, quum iubent protinus numerari præsentem pecuniam αὐτὰ καταβάλλε, id est hoc ipso loco depone. Apud Athenæum libro sexto ἐπεὶ τί σὺ τοιοῦτον αὐτὰ καταβάλλεις. id est, Deinde si præsentem pecuniam numeraris. Quanquam in exculis codicibus habetur ἀπὸ, sed mendosè, ni fallor.

Archidamicum bellum. 29

Ἀρχιδάμειος πόλεμος, id est, Archidamicum bellum. De bello sæuo crudeique dicebatur, epitheto sumpto ab Archidamo duce Lacedæmoniorum, qui maximis copiis impressionem fecerat in Atticam, eámque decem annis diuexarit. Grauissimam autem noxam inflixit Acharnensibus, succisis omnibus arboribus, vt testatur & Synesius in Encomio calui. Proinde quum funditus tolluntur omnia, bellum Archidamicum dicebatur. Meminit adagionis & Demosthenicarum dictionum interpres, indicans extitisse apud Lysiam. Archidami sæuitiam memorat & Pausanias in Laconicis.

Mortuum vnguento perungis. 30

Νεκρὸν μυρίζεις, id est, Mortuum vnguento perungis. De sumptu supervacaneo, siue quum sero quid adhibetur. Moris erat apud priscos, maximè Ægyptios, defunctorum cadauera, ne putrescerent, vnguentis perungere. Qui mos & his temporibus apud principes, sicut alia pleraque gentilium, magno stultitiæ argumento durat.

Sumptus supervacaneus.

Mortuus iacet pedens. 31

Νεκρὸς κεῖται βδέων, id est, Mortuus iacet pedens. Dicei solitum si quando pauper simularet opulentum. Apud vnum Apollonium Byzantium reperi, & haud scio an ipsi, vulgoque relinquendum.

Rudentes & remos cum armos commutauit. 32

Νῆα ἐμὴν πομπάσας ἀντὶ ὅπλων ἀνάξομαι. id est,
Naturat armis remos & nautica vasa.

Conuenit vbi quis artem aut quæstum solitum relinquit, gloriæ cupiditate commotus: velut si quis è nauta fieret miles, è negociatore sacerdos: vbi funes nautici sunt, κωπία ligna vnde remi parantur.

Gloriæ opinione ars dimutata.

Niobes mala. 33

Νιόβης κακὰ, id est, Niobes dolores, de maximis & acerbissimis malis dicebatur. Erat Niobe filia Tantali, vxor Amphionis, quæ illos habebat ter, totidem puellas, eo successu insolescens contempsit Latonam, quæ nónisi duorum mater esset, Apollinis ac Dianæ. Hanc enim fabulæ narrant, post occisos liberos, quos per multos habebat, præ dolore in saxum conuersam fuisse: illud innuentes, immodico dolore diriguisse. Id saxum quod fabulæ dedit occasionem, in Sipylo Phrygiæ conspici tradit Homerus scholiastes, lachrymarum fontes emittens. Ouidius Metamorphoseon libro sexto fabulam elegantissimè narrans, de saxo sic loquitur,

Hæc tamen, & validi circundata turbine venti,
In patriam rapta est, vbi nunc cacumine montis
Liquitur, & lachrymas etiam nunc marmora manant.

Niobes miseriæ.

Qui funditus pereunt, Græcis πανωλεθρίοις dicuntur, veluti quum pestilentia nullum in familia reliquum facit.

Radit vsque ad cutem. 34

Ξυρεῖ γὰρ χροῦς, id est, Ad cutem vsque radit. Grammatici citant ex Sophocle. De eo dicebatur qui nimium exactè videretur agere cum aliquo. Sumptum à tonsoribus, qui quoldam pei pectinem radunt, relictis pilorum quam itirpibus. quoldam citra pectinem, ad viuum vsque cutem. Plautus in Captiui duo, Sed vtrum strictimne dicam attonsurum esse, an per pectinem nescio: verum si frugi est, vsque admutilabit probè. Loquitur de hero diligentius omnia percunctaturo, & tam quam ad cutem rasuro. Cognatum illi, Ad viuum resecare.

Nimium exactum.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. *si citatur.*) At nequaquam istud in Sophoclis versu significare dicunt grammatici: inter quos Suidas, integrum illum citans, ait ξυρεῖ γὰρ ὁ χρόνος τι μὰ χαίρουσαν, ἀντὶ τοῦ, μάχεται βαλὼν διαπίπτειν ὡς τι μὰ χαίρουσαν. τὸ δὲ τρὰ, παρέλκει. Est autem ex Atace martygophoro petitus in cuius tragœdiæ vulgatis editionibus legitur πῶς, non ὡς τι. exponit autem illic scholiastes, ἀντὶ τοῦ ἀναξαίνων τὰ χρωτός. ἢ ἴσως παρεμπίπτει ὅτι τὸ ὑπουργοῦντα ἀραιμένῳ, ξυρεῖ ὡς χρῆσθαι γὰρ ἐν τοῖς σώμασι ἐφαπτομένοις λέγεται. Et Demetrius Triclinius non solùm ait viurpari de imminentibus ex aliqua re periculis, sed & illud addit, hoc prouerbium effeiri & ita, ὡς ξυρῆσαι τὸ σῶμα. adeò vt dubitari non possit quin significetur illo Sophoclis versu, grauissimum quoddam & tristissimum maximum allatusum imminere malum. sumpta videlicet ὁμοίως ab his qui radunt pilos corporis, metaphora. à quorum nouacula, ne cum pilis etiam ipsam pellem attingat, in pendet periculum. Synesius autem dixit, ὡς χρῆσθαι τοῖς κινδύνοις γυμνῷ, pro Esse proximum periculo.

Signum bonum aut malum. 35

Σύμβολον ἀγαθὸν ἢ κακὸν φαίνεσθαι, id est, Signum bonum, aut certè malum. Vbi quis de re incognita diuinat incertus. Symbolum aiunt augurium appellari quod sumitur è sternutamentis. id autem ad Cererem pertinebat. Et hominis primum occursum, ex quo signum aliquod euentus captabant, symbolum appellabant. Cæterum hic loquendi color diuinis olim familiaris erat, testibus Homero & Platone. Item apud Horatium Tiresia,

Augurium è sternutamentis.

-quidquid dicam, aut erit, aut non.

Duos insequens lepores, neutrum capit. 36

Ὁ δύο τοὺς λαγὼς διώκων, οὐδέτερον καταμβάνει, id est, Qui duos insectatur lepores, neutrum capit. Huius prouerbij sensus est, Qui simul duplex captat commodum, vtroque frustratur. Effertur in Græcorum collectaneis & citra figuram, Δυοῖν ὀρεγόμενος, οὐδέτερον τυγχάνει. id est, Ambo concupiscens, neutrum assequitus es.

Duplex commodum vtroque frustratur.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. *dum vtroque*) Imò non videntur esse prouerbialia hæc verba: sicut & illa: sed pro præcedentis prouerbij explicatione esse posita. Nisi forte & a Zenobio post hoc prouerbium, Ἂν ἡλικιωτῶν μὲν ἥττωμαι, παιδίοις δὲ νικῶμαι, poni quis existimet hanc orationem, tanquã prouerbialẽ & ipsam, Ἂν μὲν φιλοσόφοις δόξω βλακεύειν, πανοῦργα χρήσω. Item quæ ei adiungitur, Ἂν μὲν ἐξ ῥωμαλέου τοῦ σώματος ἐξανύσω μοχλοῦ ἐμ τύχω πηγανέου τὸ λεπτότερον. ac reuera in editione Florentina litera maiuscula initio vtriusque orationis tanquam prouerbialis, collocata est. Si quidem nullæ illic nisi primæ prouerbiorum voces à litera maiuscula incipiunt. Non esse tamen prouerbiales orationes, sed iis præcedentis prouerbij explicationem contineri, nemo, vt opinor, negauerit. Idem verò de hac oratione dicendum existimo, διοῦν ὑπερθαύμαστον. οὐδέτερον τυγχ. Nec mouere quenquam debet quod ἔτυχε legitur, non τυγχάνει, quòd responderet verbo καταμβάνει. neque enim eum qui ita exposuit, lectionem hanc sequutum esse necesse est. Sic & illud ἀδύνατα ῥηθῆναι, quum explicatio alicuius præcedentis prouerbij esset, casu quodam in adagiorum ordinem irrepsisse existimo.

Cui multum est piperis, etiam oleribus immiscet. 37

Ὁπόσ' ἔχει τὶς πέπερι, τόσον καὶ λαχάνοις, id est, Qui multum habet piperis, etiam oleribus admiscet. Cui rei cuiuspiam largior adest copia, ea profusius vtatur licebit: de pusillo parcius intumendum. Vt, cui multum suppetit facultatum, huic licet opiparè viuere. Nam piper oleribus admisceri solere testatur & Martialis, lib. 13.

Vt sæpius

Vt sapiant fatua fabrorum prandia beta,
O quam sæpe petet vina piperque coquus.

Nonnihil suspicor & hoc Apollonium à vulgi face hausisse: tametsi vetat Hermolaus Barbarus in epistola quadam ad Picum. Huic simile quod alibi retulimus. Putre sallamentum amat organum.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. *multum*) Rectè hoc diceretur, Ea vtatur licebit, si in prouerbio haberetur τοῦτο, non τοῦτον, tum enim esset velut admonentis quid fieri cõuenit. At quū sit τοῦτον certè hoc prouerbio non datur consilium de eo quod faciundum sit, sed quod vulgo factitari solet exponitur.

V. *Ita quidam*) Non dubito quin huius prouerbij, ὁ παλαίχθων τοῦτος, τοῦτον καὶ πλαχθήσεται, hæc sit sententia, Qui re quapiam abundat, nullum in eius vsu delectum adhibet. Verbi gratia, Qui pecuniosus est, in quos vsus pecunias insumat, nihil pensi habet. Qui pectus habet multarum rerum cognitione refertum, subinde aliquid ex eo deprimit, apud quoslibet. quia ne tandem fœcundum sui pectoris penu obstruatur, nequaquam metuit. Quod si hæc est huius adagij sententia (vt & ipse Erasmus existimare videtur, nisi quod formam orationis prouerbialis in sua expositione mutat, & ad res animi non accommodat) quomodo illa prouerbio, Putre sallamentum amat organum, simile istud erit: eam ipsam sequendo quam Erasmus protulit eius explicationem. Aptè (inquit) dicetur de re per se parum honesta, aut iucunda, atque ob id exoticis condimentis & honestamentis egente. Veritas per se placet, honesta per se decent. falsa fucis, turpia phaleris indiget, hoc est, putre sallamentum organo. Hæc Erasmus: in quibus affinitatem aliquam cum prouerbio de quo hic agitur, nescio an alij perspicere poterunt, ego certè nullo modo perspicio.

Domus ara, domus optima. 38

οἶκος φίλος, οἶκος ἄριστος. id est,
Est grata domus domus optima semper.

Nusquam commodius, nusquam liberius, nusquam lautius homini viuere contigit, quam domi. Quidam per iocum detorquent ad testudinem, de qua fertur apologus huiu modi: Iupiter quum animantium omne genus ad nuptias rogasset, venissentque reliqua præter vnam testudinem (nam hæc peracto conuiuio, tum demum aduenit) Iupiter admirans percunctatus est quidnam illi fuisset in mora. Atque illa respondit οἶκος φίλος, οἶκος ἄριστος. Iratus ille, iussit vt quocunque iret, domum suam secum circumferret. Vnde per iocum affectata obscuritate sic describitur apud Ciceronem, libro De diuinatio. secundo,

Terra tardigradum domiportam, sanguine cassam.

Nam terra pro testudine, legendum opinor. Quin & iura publica fluent priuato domus. Sic enim Caius Pandect. lib. 4. tit. De in ius vocando, Plerique putarunt nullam de domo sua in ius vocari licere, quia domus tutissimum cuique refugium ac receptaculum sit: cúmque qui inde in ius vocaret, vim inferre videri. Similia Paulus lib. 1. tit. De regulis iuris. Ad apologum allusit M. Tullius in Epist. quadam ad Dolabellam, Hæc loca venusta sunt, abdita certè, & si quid scribere velis, ab arbitris libera: sed nescio quomodo οἶκος φίλος. Itaque me retinent pedes in Tusculanum. Cui respondet illud alibi à nobis positum,

Οἶκος μένει δεῖ πὶ κακῶς ἀπόλλυσθαι. id est,
Domi manendum ei, fata cui sunt prospera.

Nam huic dictum

Οἶκος φίλος, οἶκος ἄριστος.

Alioqui cui sit vxor tixota domi, & nihil quod edatur, huic domus carcer est. Cæterum Plutarchus hoc genus hominum ignauum, quod tecto gaudet & vmbra, quodque semper amat desidere domi, οἰκουρὸς appellat, quasi dicas custodes domus. Et in libello περὶ τῶν ἀπορουμένων, non probat hanc οἰκουρίας καὶ ἀσωτίαν. Idem in Præceptis coniugialibus refert, Pindarum Eleorum Venerem ita finxisse, vt testudinem calcaret: tacitè significans, vxoribus domi manendum esse, silendúmque. Idem narrat, Ægyptios hunc fuisse morem, vt nuptæ sandaliis non vterentur, ne videlicet domo vnquam prodirent. Atqui hæc imago haudquaquam placitura sit nostratibus fœminis, per omnia emporia, per omnia œnopolia, denique nusquam non terrarum terra marique volitantibus. Huc adscribendum quod refert Plutarchus in vita T. Flaminij. Is dehortans Achæos ne sibi vendicarent insulam Zacynthiorum, dicebat, κινδυνεύειν αὐτοὺς περὶ τῆς κεφαλῆς τὴν χελώνην περιφέρειν. i. Periculum ipsis fore qui madmodum testudinibus, si longius à Peloponneso proferrent caput. His non dissimilia T. Liuius de bello Macedonico lib. 6. vbi sic loquitur Quintius. Si velim possessionem eius insulæ censerem Achæis esse, author essem S. P. Q. R. vt eam vos haberetis: cæterum sicut testudinem, vbi collecta in suum tegumen est, tutam ad omnes ictus video esse: vbi exeruit partes aliquas, quodcunque nudauit, obnoxium atque infirmum habere: Haud dissimiliter vobis Achæ. clausis vndique maris quod intra Peloponnesum est, termino, ea & mingere vobis, & iuncta tueri facilè: si semel auiditate plura amplectendi hinc excedatis, nuda vobis omnia quæ extrà sint & exposita ad omnes ictus esse.

Testudo intra tegumenta.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. πλεονεξίαν) Malè interpretatur hunc locum. neque enim eo significatur (quod tamen verum est) periculum esse testudinibus caput exerentibus. sed hoc sonant verba, in periculum venturos illos, si testudinum more, vltra Peloponnesum caput proferrent. At Erasmus ita vertit quasi αὖ non poneretur pro ἐὰν i. si: verùm potentialis esset particula, quæ cũ κινδυνεύειν iungeretur, & eius significationem tutiorem daret. Quum ergo interpretatur, si proferret, vnde hanc particulam Si accipit? Nimirum vt hic sensus eliceretur, legendum esset bis αὖ: hoc modo, κινδυνεύειν αὖ, pro κινδυνεύσειν, id est, periclitaturos αὖ vel πάλιν φερομένους si proferrent. aut mutando præsens in futurum κινδυνεύειν in κινδυνεύσειν (quod in vetustis libris haberur (tum αὖ huc loco mouere, & post χελώνην ponere esset necesse: repugnãtibus antiquis exemplaribus. Contra quorum authoritatem non video quomodo Plutarchi verba ad sensum Liuianorum, etsi elegantissimum, liceat adigere. Sic & alibi Erasmum locos quosdam diuersorum authorum, vi, id est, violenta interpretatione, similes inter se reddidisse compert. sed hunc ex multis attulisse satis erit, qui lectorem de cautione in aliis multo periculosioribus adhibenda admoneat. Cæterum in oratione Plutarchi subaudiêdũ aliquid relinquitur, vt sæpe fit post ὥσπερ, in comparationibus: hoc enim modo absoluta esset sententia, In periculum venturos illos si caput vltra Peloponnesum (veluti testudines vltra tutum tegumen) proferrent. Illud quoque obiter animaduertendum, aliud esse, vltra Peloponnesum (quod significant Græca verba) aliud, Longius à Peloponneso. Nam potest aliquis vltra Peloponnesi terminos abire, qui tamen longius a Peloponnesi terminis non dicatur abscessisse. a videlicet ita illos egrediatur, vt tamen non procul ab iis abeat.

Asini caput ne laues nitro. 39

Ὄνου κεφαλὴν μὴ πλύνειν νίτρῳ. id est, Asini caput ne laues nitro. Ne multum lumptus operæve impendas in rem vilem ac lordidam. Finitimum illi, τὴν χύτραν στομοῦν, id est, Ollam variegare.

Ollam variegare.

Asini mandibula. 40

Ὄνου γνάθος, id est, Asini mandibula. Conuenit in edaces, alioqui stolidos & ignauos. Cuiusmodi pingit Horatius, 1. Epist. 2.

Nos numerus sumus, & fruges consumere nati.

Hesychius citat ex Eupolide, dictúmque in homines edaces. Addit & loci nomen esse. Et haud scio an sentiat de loco in quo Samson reperit asini mandibulam, cuius fit mentio Iudicum 15.

In occipitio oculos gerit. 41

Ὄπισθεν κεφαλὴν ὄμματα ἔχει. id est, In occipitio oculos habet. De versutis & circunspectis, quò que neutiquam proclriuè sit fallere. Quod genus hominum Persius Ianos appellat,

O Iane, à tergo cui nulla cicuta placuit.

Et Homerus a principe requirit vt oculatus sit πρόσθεν καὶ ὀπίσσω, id est, A fronte & à tergo. Plautus in Aulularia, Quæ in occipitio quoque habet oculos.

Circumspectus.

Lutum nisi tundatur, non fit vrceus. 42

Ὁ πηλὸς ἂν μὴ δαπανηθῇ, κέραμος οὐ γίνεται, id est. Lutum nisi tundatur, non fit testa. Citra laborem nullus euadit in virum absolutum. Et hoc ni fallor, Apollonius hausit à vulgi face: homo non perinde ingenio eleganti atque

Domus carcer quando.

Domus Pindari.

Venus Pindari.

palato:quemadmodum accepimus ab his qui eum domestica consuetudine nouerant.

Viri iureiurando, pueri talis fallendi. 43

Ὅρκῳ ἄνδρας, ἀστραγάλοις δὲ παῖδας ἐξαπατᾶν, id est, Iureiurando virus,talis pueros oportet fallere. Docet viris nulla re citius imponi posse quàm iureiurando: quòd nemo tam improbus esse credatur qui id velit violare.Lysandri Lacedæmoniorum ducis apophthegma,authore Plutarcho.

Aues quæris. 44

Rem vagam sequi.

Ὄρνιν ζητεῖς, id est, Aues quæris.Rem vagam & captu difficilem requiris.Persius.Sat.3

An possim sequacis cornus, et ætique, luporque?

Item Aristoteles, τὰ πτερώματα διώκειν. id est, Sectari volantia.Et ante hunc Plato in Euthyphrone, τί δὲ πτερωτόν τινα διώκειν; id est, Quid autem volantem quempiam insectaris?

Mons cum monte non miscetur. 45

Non bellè cœnsit inter elatos.

Ὄρος ὄρει οὐ μίγνυται, id est, Mons cum monte non miscetur. Non conuenit inter pariter elatos aut pariter potentes. Etiamsi Plinius tradit duos montes concurrisse, crepitu maximo assultantes recedentéque, magna hominum turba spectante, adque luce

Qui canem alit externum, &c. 46

Ὃς κύνα τρέφει ξένον, τούτῳ μόνῳ λυθεὶς μένει, id est, Qui canem alit peregrinum, hunc præter funiculum nihil sit reliqui. Qui beneficium collocat in ingratum, perdit operam.Nam canis alienus relicto funi quo alligatus,priſtinum dominum repetit. Sapit & hoc vulgare quiddam,mea quidem sententia.

Quum Nibas coccyssauerit. 47

Ὅταν νίβας κοκκύσῃ id est, Quum Nibas coccyssauerit.Simillimum illi, Ad Græcas calendas. Tradunt in Thessalonica Macedoniæ ciuitate virum esse cui nomen Nibas, vbi galli nunquam vocem edant.quemadmodum & cicadæ mutæ sunt alicubi Porrò quod illic locus addit gallinaceo, id ars efficit addito collo circulo è sarmentis auri,si qua fides Plinio, qui hoc retulit lib. 29. cap. 4. Hesychius addit Nibades dici capras cristatas,vt ab iis expectetur τὸ κακκύζειν,quod est gallinaceorum.

Ignis non extinguitur igni. 48

Malum, malo non tollitur.

Πυρὶ δ' οὐ σβέννυται πῦρ,id est, Igni nō extinguitur ignis. Malum malo non tollitur, ira non sedatur iracundia: sed ferocitas sedatur lenitate, malum patientia tollitur,iniuria beneficio vincitur μὴ πῦρ δαὶ πῦρ,alibi retulimus ex Platone & Plutarcho.

Ne terra quidem iuuit. 49

Οὐδ' ἀπὸ γῆς ὄφελος,id est, Ne terra quidem profuit, id est,ne minimo quidem:perinde quasi dicat, ne glebam quidem impertiuit:aut ne terræ quidem hospitio dignatus est:vt apud Maronem,Æneid 1.

-hospitio prohibemur arenæ?
Bella cient,primáque vetant consistere terra.

Nullus emptor difficilis bonum edit obsonium. 50

Οὐδεὶς δυσπέπτου χρηστὸν ὠνεῖται τρίμμα. id est,

Difficilis emptor haud bona emit obsonia.

Res magna, nisi magno labore contingunt.

Qui nimium vili studet emere,semper merces vitiosas emit. Nam haud conueniunt, paruo emere, & rem egregie bonam emere. Conuenient in hos qui pauculo labore conatus egregios assequi literas, quæ non contingunt nisi maximis ac diuturnis vigiliis. Ni fallor, subnotauit hoc prouerbium Iulius Pollux lib. De rerum vocabulis sexto, quum negat vocem δυσπέπτου vsurpatā ab authoribus:sed tantùm reperiri in prouerbio.

Non potes Thetidem simul & Galateam amare. 51

Idem diuersis sequi nemo potest.

Οὐ δύνασαι Θέτιδός τε ἅμα καὶ Γαλατείας ἐρᾶν, id est, Non potes simul & Thetidem & Galateam amare: id est, Non potes idem diuersis sequi, velut literas & pecuniam, voluptatem & gloriam, mundum & Christum. Nam Galatea fluuio malè conuenit cum marinis fluctibus.Declarat hoc Lucianus dialogus inter Galateam ac Doridem.Suspicor & hoc è vulgi face haustum.

Lucrum malum, æquale dispendio 52

Celebratum Hesiodium dictum.

Μὴ κακὸν κερδήσῃς κακῷ ἀρήϊα ἶσα ἔπεσσιν. id est,

Ne malè lucreris:mala lucra æquales damnis.

Vtinam hanc sententiam cùm mortales omnes, tum præcipuè negociatores non ictimis,sed pectori inscriberent suo:duceréntque non esse lucrum quod iactura bonæ mentis comparetur:neque quicquam vtile esse, quod non idem sit honestum. Verùm his magis arridet illud Ennianum,

Turpe lucrū, pro lucro non habendum.

Vtrùm habeas quærit nemo, sed oportet habere.

Sophocles Hesiodum sententiam latius exsultat,

Οὐκ ἔστι τοῦτο δεῖ τὸ κερδαίνειν φίλον.
Ἐκ τῶν γὰρ αἰσχρῶν κλημάτων πίπτει τις
Ἀπρόφατος ἴδιος αὖθ' ὑπερπέμπει κότος. id est,
Non est desiderandum lucra grande quærere.
Hæreditque si quidem turpibus de quæstibus
Auferre damnum, non sanè videtur.

Feruntur in eandem sententiam aliquot senarij proueribiales,

Κέρδος πατρὸς ζημίας αἰεὶ φέρει. id est,
Dispendio utique est grande quæstum lucrum.
Τὸ δ' αἰσχροκερδὲς συμφορᾶς ἐργάζεται. id est,
At turpe lucrum adducit infortunium.

Huc pertinet quod alibi retulimus ex Isthmiis Pindari, τὸ δ' ὑπὲρ δίκαν ἅλωκε καὶ πικρὸν μέτα τυθὲν. id est, Quod præter iustum est dulce,extitit habet amarissimum.

Thericles amicus. 53

De bibosō.

Θηρικλείου φίλος, id est, Thericlei amicus. Dictum in bibosos.Thericles primus excogitauit poculum, vt citatur author Fabulus Dictum est autem inuentum inuentoris vocabulo.Ii quidem Græci vitreum poculum ὑαλοῦν vocant, authore Suida. Fertur apud eundem & illud Θηρικλέους τέκνον πώλος, id est, Thericlis filius calix. Huius dicti authorem citat Athenæus Theopompum in Nemea. Antiphanes ὑαλοῦν ὄγκον appellat. Sed plura super hac re prodidit Athenæus lib. 11 ostendens Thericlem Corinthium quempiam ætate Aristophanis comici fuisse figulum, qui noua arte primus è terebintho tornatile poculum finxerit, quod à fictilibus non potuerit dignosci. Cuius rei meminit Theophrastus in libris De plantis. Poculum erat satis profundum auriculis brevibus, vt ad ilia gestari posset ad veteri effigiem imitatum.quemadmodum refert idem Athenæus: & incertum vtrum poculo nomen sit inditum ab homine an homini à poculo. Alij malunt Thericleum dictum ἀφ' οὗ δηλοῖ θηρίων εἶναι τὰ πινόμενον.id est,quòd ferarum pelles illi fuerint insculptæ. Pamphilus Alexandrinus mauult hinc dictum, quòd Bacchus hoc poculo libans, feras exturbare soleat. Sed nominis controuersiam relinquamus. Illud constat, ejusmodi poculi genus postea dictum Thericleum,insuper & crateres dictos Thericleos. Similiter & intus lignea, foris inaurata pocula, nihilominus Thericlea vocata: quæ Callimachus χρυσώματα dixit. Imò quicquid nouo artificio reperisset aliquis, Thericleum appellabatur. De patinis Thericleis meminit Plutarchus in apophtegmatis Scipionis minoris, tanquam de re singulari ac pretiosa. *Χρυσώματα pocula.*

Theagenis hecateum. 54

Θεαγένους ἑκάτιον, id est,Theagenis Hecateum.In superstitiosos ac ridiculè meticulosos dictum est. Hic Theagenes legitur vsque adeo fuisse superstitiosus, vt domi haberet Hecates simulachrum, nec vsquam pedem moueret nisi illo consulto. Vnde & ἑκατεύς, id est fumus, est cognominatus, quòd magnificè polliceretur,quum esset pauper.Quia de re meminimus alibi.

Fiducia pecunias amisi. 55

Iactatur & hodie verèque dicitur,fiduciā plerosque mortalium falli. Videtur autem ex antiquorum relictum prouerbiis, quandoquidem apud Theognidem legitur hic versiculus,

Πίστις χρήματ' ὄλεσεν, ἁμήχανον δ' ἐπάμυνε. id est,
Fisa res perut,diffisa salua remansit.

Proinde non pessimè monet Epicharmus,πίστει μὲν μάλιστα ἀπιστεῖν, id est,Sobrius esto,& memineris diffidere. Quanquam nulli fidere,inhumanum est:omnibus fidere,stultum.hoc honestius,illud tutius:propterea quòd, vt idem ait Theognis,

Παύροισι τοι τοῖς νῦν πιστὸν ἔχειν νόον. id est,
Paucis è multis fidus est animus.

Aliud stans, aliud sedens. 56

Nullus inficias ierit, prouerbiali figura dictum illud Sallustianum in Ciceronem, Aliud stans, aliud sedens loquitur. Quo licebit vti quum summam inconstan-

stantiam animi significamus: quasi tantillum momentum atque interualla commutet hominis sententiam. Homerus Iliados v, huiusmodi versiculo notat hominis inconstantis ingenium.

Vtroque pede claudicare.

Ἀλλὰ μετοκλάζει, χἠτέ᾽ ἀμφοτέρῃσι πόδεσσι ἴζει. id est,
Verùm claudicat, atque pedes vtrosque vacillat.

Eandem sententiam hic effert Pindarus in Nemeis hymno tertio, ὃς δ᾽ ἐδιδάχθη ἴσχει ψαφαιρὸς αἰὼν, ὄφρα τὸ μέλλον, ἕτερος ἑτέρᾳ κατίδῃ τύχᾳ· πολλᾷ μοιρᾷ δ᾽ ἀρετᾶν ἀτελὴς πέλει γνώμα. id est, Qui verò tenet ea quæ didicit obscurus homo, aliàs aliter atque aliter affectus nunquam certo ingressus est pede, sed innumerabilium virtutũ imperfecto intellectu gustum cepit. Præfert autem Pindarus naturam institutioni: quòd qui natura bonus, semper sui similis est: qui verò nititur eruditione, quũ multa tentet, nec firmus nec absolutus est vlla in re.

ANIM. HENR. STEPH.

V*tat homini.*) Minimè verò ingenium hominis inconstantis, sed hominis ignaui vehementi timore correpti gestum notat Homerus hoc versu, qui petitus est ex Il. v. eo loco vbi poeta ignauum trepidantem metu instantis prælij perquam scitè nobis ob oculos ponit quinque carminibus: quorum tertium est id quod hic ab Erasmo citatur. Sed totum locum afferre necesse est. ait ergo Homerus,

Τῷ μὲν τε κακὸν τρέπεται χρὼς οὐδὲ μένει δύω.
Οὐ δέ οἱ ἀτρέμας ἧδος ἐρητύει ἐν φρεσὶ θυμὸς,
Ἀλλὰ μετοκλάζει, χἠτέ᾽ ἀμφοτέρῃσι πόδεσσι ἴζει.
Ἐν δέ τε οἱ κραδίῃ μεγάλα στένει ἀντιόωντι,
Κῆρας ὀιομένῳ πάλλειν δέ τε γίγνετ᾽ ὀδόντε.

Quis id quod dixi, verum esse non percipiet animirum hunc versum haberi inter eos qui bus hominem ingenti metu perculsum poeta describit? Quinetiam notandum est, eam quam continet labantium per vacillationem genuum descriptionẽ, præ cæteris tũ quæ præcedunt, tũ quæ sequuntur, Latinis poetis videri placuisse: quippe qui eam potissimum vsurpent. Virg Æneid. 5.

Hic membra & mole valens sed tarda trementi
Genua labant: vastos quatit ager anhelitus artus.

Idem eiusdem Æneidos libro vltimo,

Genua labant: gelidus concrevit frigore sanguis.

Horatius 1. Car. Ode 15.

Nam seu mobilibus veris inhorruit
Adventus foliis, seu virides rubum
Dimouere lacertæ:
Et corde & genibus tremit.

Ouidius Metamorph. 2.

Vt verò summo despexit ab æthere terras
Infelix Phaëton penitus penè usque iacentes,
Palluit, & subito genuas intremuere timore.

Col. seq. v. *Iam*) Memoria lapsus Pyth. hîc, vt opinor pro Orpheo posuit: cuius sunt hæc saltem verba, Σύρας δ᾽ ὀπίσω βίβασκε. illa autem Αἶνον ἔχοντες, aliunde petita fuisse necesse est. eius enim versus integer est hic.

Φηγίξομαι τὸν Σύρας ἔσω βάθρας δ᾽ ὀπίσω βίβασκε.
Vide prouerbium, *Ostium obdite profani.*

Lingua amicus. 57

Verbis non re, beneficium præfatus.

Λὼν γλῶττης φίλος, id est, Lingua amicus, qui verbis ostendit, non re præstat beneficium. Aut qui non amat ex animo, sed benevolentiam oratione præ se fert. Quod genus inducitur Candidus apud Martialem. Et apud Homerum Odissea σ.

Οὐ γὰρ ἐμὶ βάζων, κακὸν δ᾽ ὀπίσω φρονέων. id est,
Ego nolle dicam, à tergo prava volentem.

Theognis in sententiis.

Ἀλλὰ δίκαιος μὲ πᾶσιν ὢν λὼν γλώσσης φίλος ἦσθ᾽.
Χρῆμα δ᾽ ἐναμμιξεν μαλθακὸν ἰμερτοῖσιν; id est,
Sic factus vt lingua cunctis videaris amicus:
At factis cuiquam te cane miscueris.

Contrà Sophocles in Antigone,

Λέγειν δ᾽ ἐσθ᾽ φιλοῦντα τὸν τέρπειν φίλα. id est,
Non diligo hunc verbo tenus qui delectat.

At idem Theognis paulo post damnat huiusmodi genus amicorum.

Μὴ μ᾽ ἔπαινε μὲ τέρπουσα δ᾽ ἔχε ἐν φρένας ἄκρῃ. id est,
Ne me diligito verbis, quæ mens alibi sit.

Rursum alibi,

Μὴ μοι λὼν ἔσω γλῶσσαν φίλος· ἀλλὰ ἐν ἔργῳ. id est,
Ne lingua mihi quis sit amicus, sed magè facto.

Simillimum est huic quod alibi refert idẽ, μέχρι σεσωμένου, id est, vsque ad salutationem.

Πρᾶγμα δὲ δ᾽ ἐφίλῳ πάνυ δύσκολον, οἷά γε πολλοὶ
Καὶ χαλεποὶ τέκτονες μαχέσασθαι. id est,
Res perdifficilis quidem amicum sit quæ multi
atque adeò cunctis pene fiunt tetri.

Saturni pedex. 58

De his, qui iam effœta.

Κρόνου πόδα: id est, Saturni colus. De carnibus vetulis, iámque mancis & sensu vacantibus. Quicquid enim putre iam & effœtum intelligi volebant olim, id Saturnium vocabant. Meminit Diogenianus, nec tamen explicat. Suidas & Hesychius admonent, ita dictam carnem ob vetustatem, stupidam ac sensus expertem: à Saturno deo, qui multa prouerbia nobis dedit. Ad animum translatum nonnihil habebit gratiæ.

Qui vitat molam, vitat farinam. 59

Ὃς φεύγει μύλον, φεύγει φάγον. id est,
Qui fugit molam fugit farinam. Aut,
Desinat quicunque molam, fugit ille farinam.

Nam omisso articulo videtur hemistichium carminis heroici. Qui refugit industriam, non fruetur emolumentis. Sunt qui molarum stridoribus offenduntur, quum sine molis nó liceat viuere. Sic quidam vxorum mores ferre non possunt, quum optent liberos. Dicunt & hodie vulgo, Qui quærit oua, gallinarum cacalismũ (vt vulgo vocant, Latini glocire dicunt) ferat oportet. Finitimum illi, ὅτι μὴ, ὅτι μήτηρ, id est, Neque mel, neque apes.

Ἀγεωμέτρητος οὐδεὶς εἰσίτω. 60

† Geometria temmédatio.

Ἀγεωμέτρητος οὐδεὶς εἰσίτω. Admonet hinc quũ non admittendum geometriã enim æquabilitatẽ accipimus: vt apud Aristidẽ in Themistocle, ὅτου γὰρ δεῖ γεωμετρίας καὶ ἰσότητος. id est, vbi opus est & æquabilitate & geometria. Idem in Pericle, οὗ γὰρ ἡ γεωμετρία καλὴ, καὶ τὸ κατ᾽ αὐτὴν ἴσον. id est, Si honesta est geometria, & quæ cum illa coniuncta est æqualitas. Vnde Lycurgus arithmeticen, ceu popularem ac turbulentam, eiecit: è Lacedæmone geometriam induxit, tanquam modestæ oligarchiæ & legitimo regno conuenientem, teste Plutarcho. Sed mea quidem sententia, magis valebit perinde prouerbium quasi dicas ἀνίπτοις ποσὶν, id est Illotis pedibus. hoc est temere & impure. Iam hæc erãt apud veteres prima philosophiæ rudimenta, musica & geometria, quibus disciplinis si qui non essent initiati, non admittebantur in scholam. Platonis cuius hunc ferunt fuisse inscriptionem, ἀγεωμέτρητος οὐδεὶς εἰσίτω. Loquitur ad hunc modum & Taurus philosophus apud Gellium, Nunc autem istis, qui repente pedibus illotis ad philosophos diuertunt, ita ẽ est hoc satis quòd sunt omnino ἀδιάφοροι, ἄμουσοι, ἀγεωμέτρητοι, id est, Speculatiuæ, musicæ, geometriæ ignari. Præcipuus autem admirator geometriæ fuit Pythagoras quem tradunt ob inuentum vnum problema, sacrificasse, diuisa in duo figura, Datis duabus figuris adiicere tertiam ab his diuersam, quæ alteri sit æqualis, alteri similis. Tum Philo, qui geometriam ἀρχὴν τῆς παιδείας appellarit omnium disciplinarum, quòd hæc rerum intelligibilium imagines, veríque vestigia, tanquam in politissimo speculo demonstret, mentẽ neque purgatam paulatim abducat à sensu. Plato quoque dixisse creditur, Deum ipsum γεωμετρεῖν, siue quòd geometrica speculatio animum a rebus corporeis abducat ad ea quæ semper eodem sunt modo, (Deus autem ab omni materia purissimus est) Siue quòd in Timæo principia mundi duxisse in tria, Deum, materiam, & ideam. Materia quiddam est omnium quæ subiiciuntur, maximè confusum & incompositum: idea, exemplarium pulcherrimum: Deus causarum optima. Quum igitur ita condiderit mundum ac semper ita seruet, vt materia sit æqualis, idea similis: videtur explicare Pythagoricum illud problema cuius modo meminimus. Hæc itaque & alia id genus multa Plutarchus, Symposiacæ decadis octauæ problemate secundo. Plato videtur æmulatus solennem morem tale quippiam inscribendi foribus. Spado quidam effœminatus, quum ostio domus inscripsisset οὐδεὶς κακὸν εἰσίτω, Diogenes, At herus, inquit domus, qua tandem ingredietur? Socrates apud Platonem in Theæteto disputaturus de rebus subtilioribus, ἄφετε δὴ, inquit, ἀφιλοσόφητα μήτε ἔξω ἐμοῦ μήτε ἐνθάδε γενόμενα, id est, Obserua iam circunspiciens nequis prophanus exaudiat. Imitatus est Pythagoram, qui sic præfatur,

Αἶνον ἔχοντες, Σύρας δ᾽ ὀπίσω βίβασκε. id est,
Cordatis canibus, fores tamen abde profanis.

Platonis disciplinæ.

Deum γεωμετρεῖν.

Cuius alibi meminimus.

Serpens nisi edat serpentem, draco non fiet. 61

Ὄφις ἐὰν μὴ φάγῃ ὄφιν, δράκων οὐ γενήσεται, id est, Serpens nisi serpentem edat, non futurus est draco. Potentes aliorum damnis crescunt: & opinatorum fortunæ non in tantum augerentur nisi alterentur quos exugerent. Quemadmodum inter pisces & belluas, maiores viuunt damnatu minorum. Quanquam mihi quidem & hoc dictum in faecem vulgi videtur olere.

Certamen non accipit excusationes. 62

Ἀγὼν οὐ δέχεται σκήπτους, id est, Certamen non admittit excusationes Plato lib. De legibus sexto, ἀλλ' ὃ ἀγὼν οὐκ ἀναβάλλεται οὐδὲ πάνυ δίκαιός φασιν, id est. Verum aiunt certamen non admittere cauillationes, Et, ἀγὼν οὐ προσδοκᾶται ἐκ ἀναμονῆς, id est, Certamen non expectat occasionem. Quum agitur periculo, non conuenit tergiuersari. Aut si mauis, In præsentaneo periculo non oportet occasionem expectare, quemadmodum alias in rebus. Veluti si quis in morbo capitali medicum opperiatur insignem, aut procul accersendum. Quæ res hominem illum verè diuinum extinxit Rodolphum Agricolam. etenim dum cunctatur medicus, mors antecessit. Huc pertinet quod legimus apud Quintum Curtium lib 7. Sed necessitas ante rationem est, maxime in bello, quod raro permittit tempora legere.

Quando non procrastinandum.

Phallus deo. 63

Φαλὸς τῷ Διΐ, id est, Phallus deo. Dicebatur vbi parum quidem honesta, sed tamen apta tribuuntur: quasi dicas, ἁρμόττει δὲ ἁρμόδια, id est, Ita matellam immeiere. Plutarchus in commentario περὶ τῶν φιλοκαλούντων, ostendit hanc fuisse priscorum in ludis solemnibus pompam, vt primo loco duceretur amphora vini, & clematis, id est, subex genus: post aliquis hircum trahebat: deinde nucum (portulam gestabat alius. postremo loco phallus ferebatur. Ea erat effigies obscœnæ membri virilis. Cur autem id in mysteriis fuerit receptum, causam reddit Plutarchus in lib. de Iside & Osiride. Columella in carmine ipsum Priapum Ithyphallum vocat,

Res parum honesta, sed apta tamen.

-sed truncum forte dolatum
Arboris antiquæ numen venerare Ithyphalli.

Ithyphallus.

Et Pompeius ostendit ithyphallum dici membrum virile pudendum. Vnde & hodie Itali si quem contemnūt, hoc nomine notant. Nec nulla de phallis Herodotus libro secundo. Dictum est alibi de phallis Bacchinempe in prouerbio Eleutherius Bacchus.

Obturbas frustra velut vndæ. 64

Ὀχλεῖς μάτην μοι κῦμα ἔτος. id est,

Turbas me vt vt undæ inaniter.

Id est, Incassum mihi molestus es. Fragmentum carminis est ex poeta quopiam. Traductum ab vnda cautem assidue verberante. Quo pertinet illud Maronis, Æneid. 4.

Quàm si dura silex aut stet Marpesia cautes.

Optimum obsonium labor senectuti. 65

Ὄψον ἄριστον τῷ γήρᾳ, id est, Optimum obsonium senectuti labor. Laborandum in iuuenta quo seni suppetat commodior viuendi facultas. Diogenes rogatus quid esset miserrimum in rebus, respondit, senectutem inopem. Adagium autem videtur mutilum. Ego quidem opinor πόνος id est labor, legendum: vt intelligas senectutis imbecillitatem exquisitioribus cibis esse tuicndam, qui quo suppetant seni, paranda res est in iuuenta.

Senectus inops miserrima.

Omne as alienum cepe, & mulcta allium 66

Πᾶν μοι χρέος κρόμμυα, καὶ τὸ τίμημα σκόροδα, id est, Vniuersum æs alienum cepe, & mulcta allium. Subaudiendum εἴη. Quum quis obstrictus multo ære alieno optat, vt paruo dependere possit quicquid debet. Nonnihil vereor ne & hoc Apostolius hauserit non ex authoribus priscis, sed è suis conuiuatoribus.

Oportet omnibus corydalis cristam inesse. 67

Πᾶσιν κορυδαλικὸν χρὴ λόφον ἐγγενέσθαι, id est. Omnib. galeritis oportet cristam inesse. Citatur ex Simonide, & vsurpatur aliquoties a Plutarcho, nominatim in vita Timoleontis, in hunc sensum: nullum esse mortalis ingenium, cui non sit aliquod vitium admixtum: ceu perinde secundum hominis naturam sit non carere vitio, vt galeritæ naturale est habere cristam. Plutarchi verba subscribam, εἰ γὰρ ὁ χρόνος ἔασεν, ἐμοὶ μὲν οὐκ ἀγνοῶ δοκοῦντι λόφον ἔχειν κορυδαλῆς καὶ Σιμωνίδης, ἀλλὰ καὶ πάνυ δημοκρατίᾳ συμφώνως, id est, Quoniam autem oportet (vt videtur) non solum omnibus galeritis cristam inesse, quemadmodum dixit Simonides, verum etiam omni democratiæ sycophantam. Memini coryli Aristophanes in auibus, alludens ex Æsopo lepidam fabulam. Aiunt enim hanc auem fuisse omnium antiquissimam videlicet ante natam quam esset terra: quúmque pater illius morbo perisset, nec esset sepulchro locus, in capite sepelisse patrem. vnde & crista tumuit loco elit. Imbi Corydo regnum decernitur. In eadem indicat Philoxeni cuidam turbinato capite deformato, fuisse nomen Corydo. Congruit huc dictum Crateris quod refertur apud Laertium, vix esse quenquam qui prorsus omni vitio careat: sed omnibus malis punctis aliquod inesse granum pute.

Omnibus mal. pun. aliqua inesse.

Toto deuorato bone, in cauda defecit. 68

Πᾶσαν καταφαγὼν τὴν βοῦν ἐν τῇ οὐρᾷ ἐνέκαμψεν, id est, Toto deuorato bone, in cauda defecit. hoc est, Reliquo negotio peracto, in extremo fine delassatus est. Videtur esse tenarius, sed depranatus. Sapit tamen vulgi faecem & hoc.

Iuxta fluuium puteum fodit. 69

Παρὰ ποταμὸν φρέαρ ὄρυττει, id est, Ad flumen puteum fodit De stulta tamen & inani sumente operam. Finitimum illi, In vrnam impertat ligna. Putei fodiuntur ob aquarum inopiam. *Stulta & inanis opera.*

Mutabilior Metra Erisichthonis. 70

Μεταβλητότερος Μήτρας τῆς Ἐρισιχθονίου, id est, mutabilior Metra Erisichthonis. In eum congruit qui secum non conuenit, sed subinde aliam atque aliam personam sumit. Erat in priscorum fabulis, Metram puellam in varias rerum figuras transfiguran solere. Res autem ita habet. Erisichthon quidam Thessalus ablumptis facultatibus ad extremam deuenit inopiam. Huic erat filia puella præstanti forma, nomine Metra, quam vbi prostitui fecit, adulescentes qui cum meabant ad illā, varia munera deferebant: alius equos, alius boues, alius vehicula. nam id temporis, nōdū erat argēti, gemmarum nec erat vsus. Postea Thessali per iocum dicebant, Metrā Erisichthonis vertī in ea omnia quæ illi ab amatoribus huius donabantur. Atq; hinc prouerbiū. Fabulā Erisichthonis tractat Ouidius li. Metamorphoseon 8. *In inconstantem.*

Catella Melitæa. 71

Μελιταῖον κυνίδιον, id est, Melitæa catella. Quadrat in eum qui nabetur in deliciis ac lautius in otio alitur ad voluptatem, non ad vsum. Triplex enim canum genus. Quidam habentur ad vsum venandi, quos appellant ἰχνευτάς, quasi dicas vestigatores. Quidam ædium custodiæ præficiuntur, qui dicuntur οἰκουροί, id est custodes domus. Quidam animi causa nutriuntur, & ad lusum dumtaxat muliercularum, hos μιτυλήνας huc μιτυλήνας appellant. De quibus est illud Platonis, παιδιὰ μιμούμενα τὰς δεσποινας, id est, Catellæ dominas imitantes. Et Gorgo apud Theocritū in Syracusiis, profectura duo mandat famulis, vt infantem vagientem placaret, & catellu reuocaret intro. Lucianus salutissimè ludit in Stoicum barbatum, cui in eodem sedenti vehiculo domina catellam commisit, obtectans illum per ea quæ sunt in vita dulcissima, vt diligenter curet. Est in familiis diuitum huiusmodi ministrorum genus, quos illi non ad ministerium, sed animi causa domi habent.

Ne cinerem vitans in prunas incidas. 72

Μὴ πῦρα φεύγων, εἰς ἄσβεστον πέσῃς, id est,

Ne cinerem fugitans, in carbonem incidas.

Ne sic defugias malum hoc aut illud, vt in aliud longe maius incurras. Videtur heroicus depranatus: constabat, si pro πέσῃς legas καῦμα πέσῃς.

Syrus quum non sis, ne syrissa. 75

Μὴ σὺν σύριζε μὴ σύριζε, id est, Quum non sis Syrus, ne syrissa. Ne tu quæso personam parum decoram, Ne velis alius videri quam tis. Aut, Quum sis natus ingenuus, ne moribus agas ieiunum & barbarum. Nam Syri male audiebant ob morum mollitiem. Est autem facetus iocus, ex amphibologia huius verbi συρίζω, quod significat & syrissare, & fistula canere.

Ne move festucam. 74

Μὴ κάρφος κίνει, id est, Ne move festucam. locus prouerbialis, vbi quis omnis strepitus impatiens est. Quosdam videas vique adeo morosos, vt quicquid agas offendantur, etiamsi stipulam duntaxat moueas. *Re vel leuia offensi.*

Quum parula est, bona videtur spina. 75

Quæ in prima degenerant.

Μικρὸν ὑ ἄκανθα καλὴ φαίνεται, id est, Quum pusilla est spina, bona videtur. Puerilia semper amabilis. quemadmodum spina quoque innoxia est, atque adeo vesca etiam, donec ætate durescat. Senserit opinor de asparagis. Iactatur & inter theologos illud, Qui maior est ætate, maior est iniquitate. Sic est rerum humanarum conditio, vt omnia suapte sponte degenerent in pejus. Citatur ex Diphilo,

Πολλὰς τυχεῖν ὧν ὁ χρόνος ἀφῄρεται,
Χαίρει μεγάλα τίκτων πάντας ὅστις τὰ χείρονα. id est,
Est causa ut lætus, o Iupiter, dies:
Nam gaudet omnes deteriores reddere.

Moschus canens Bœoticum. 76

Μόσχος ἄδων βοιωτιον, id est, Moschus canens Bœoticum. Moschus hîc citharœdus fuit imperitus, qui citra respirationem vocem in longum producebat. Bœoticum autem vocat cantionis genus veluti Phrygium aut Dorium. Quadrabit in multiloquos, sed tamen ineptè loquaces.

Filum contentionis tunc erat. 77

† *In pertinaces.*

Λίνος ἔριδος τότ' ἦν, id est, Filum contentionis tum erat. Dici solitum in pertinaces, quum vterque pervicax est, neutérque concedit alteri. Est aliquoties in epistolis Hieronymianis, funiculum contentiosum ducere: nec apud alium legisse memini, præterquam apud Tertullianum in principio libri aduersus Iudæos. Apparet natum à ludo, quo duobus hinc atque hinc funem tenentibus, vterque conatur alterum ad se trahere. Hinc & illud dictum arbitror quod alibi retulimus, Ne tu pannus dum nimium tendimus funiculum.

Neque cæcum ducem, neque amentem consultorem. 78

Petendum consilium à consulto.

Μήτε τυφλὸν ὁδηγὸν, μήτε ἄνοητον σύμβουλον, id est, Neque cæcum ducem, neque amentem, consultorem. Subaudiendum, adhibeas. Dice, sed à doctis. Consilium pete, sed à consultis. Contra Horatius,

Cæcus vti si monstret iter, tamen aspice.

Mus non ingrediens antrum cucurbitam ferebat. 79

Maiora viribus.

Μῦς εἰς τρωλὸν ἰὼν ἡ χοιρὸν, καὶ οὐκέτι ἔφερε, id est, Mus non potens subire antrum, gestabat cucurbitam. In eum congruit, qui quum ipse sibi conferre non possit, aliis conatur opitulari: aut qui conatur maiora viribus suis. Videtur ab apologo natum, sed an ita, non fallor.

Nouos paranda amicos, ne obliuiscere veterum. 80

Νέους φίλους κτῶ, λῷστε, τοὺς παλαιοὺς μὴ ἐπιλανθάνου, id est, Nouos parans amicos, optime, veterum ne obliuiscere. Torqueri potest & ad mutua studia: ad quæ conuenit nonnunquam respicere, etiam posteaquam diuersæ te addixeris disciplinæ. Veluti si moneas qui se ad iuris studium contulerit vt obiter recurrat ad bonas literas. Vsurpatur ab Hermolao Barbaro in epistola quadam ad Picum Mirandulanum.

Etiam dormiens somniat. 81

Ὀνειροπολεῖ καὶ καθεύδων, id est, Somniat etiam dormiens, hodie quoque vulgò dicitur quoties significant aliquem toto pectore rei cuipiam addictum deditúmque. Si quidem ita euenire solet vt quæ interdiu voluerint animo, noctu somnient. Aristophanes in Nebulis,

Ὀνειροπολεῖ γὰρ καὶ καθεύδων ἱππικὰ id est,
Et dormiens equestre studium somniat.

De iuuene dictum est qui studio alendorum equorum rem patriam omnem abiu ipserat. Ité paulo superius, ὀνειροπολεῖ ἵππους, id est, Equósque somniat. Dicet aliquis, Quid miri si quis dormiens somniet? Sed ὀνειροπολεῖν non tam est somniare quàm somnia interpretari, & hinc spem concipere aut facere. Porrò curam illam iuuenis, somnium vult videri poeta. ita bis somniat eadem & vigilans & dormiens. Plautus contra, Vigilans somniat, dixit. Terentius,

Num ille somniat ea quæ vigilans volauit?

Et apud Horatium Europa sic loquitur,

-vigilánsne plora
Turpe commissum, an vitiis carentem
Ludit imago Vana?

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. *quis, Quid*) Ad expediendum nodum, non videtur ad hanc verbi ὀνειροπολῶν confugiendum esse significationem, quæ est somnia interpretari. nam nec apud scriptores Homero posteriores ita vsurpatur, vt inquit Eustathius: nec iuueni Phidippidæ sollicitudinem de interpretatione somniorum tribuere, rationi consentaneum est. Sed hoc potius ponderandum: quum vsitatissima significatione homines dicantur eam rem ὀνειροπολεῖν, quam vigilantes in animo versant atque agitant: Aristophanem ita loquutum esse, ὀνειροπολεῖ, ἢ καθεύδων. id est, in animo versat, etiam dormiens. quasi diceret, non solùm dum vigilat, ὀνειροπολεῖ τὰ ἱππικὰ, sed etiam dum dormit. Ac ne inducta, vt ridiculi speciem præ se ferret hoc dictum, vsus est verbo ὀνειροπολῶν. quia prima fronte ei qui non cõsiderat ὀνειροπολεῖν de vigilantibus solere dici (proprie ita qui talia in animo volutant & sibi fingunt, qualia somniantibus obuersari solent) stultè additum illud videbitur. Etiam dormiens. Sed quid ipse scholiastes poetæ ὀνειροπολεῖν exponit φαντάζεσθαι. ait enim, hunc locum enarrans, δίδυμα γὰρ τοῖς ὀνείροις ἐστὶ καὶ ἀπὸ σώματος ἡ φαντάζεσθαι ἢ καθεύδοντας ὀνείρους. Vel nunc ergo si locutus Eratosthenes foret, non ita vertisset Aristophanis verba, Somniat etiam dormiens. proinde nec in prouerbiorum numerum ea referenda existimasset.

Chordæ vice. 82

Quod imminutum erat, suppletum abunde.

Ὡς αἱ τῆς χορδῆς, id est, Tanquam chordæ loco. Conuenit vbi quod alicubi diminutum videbatur, suppletum aliundè significabimus. Plutarchus in Symposiacis prouerbij vice videtur vsurpasse: ἢ βάλε μί', inquiens, ὡς αἱ τῆς χορδῆς λείπει, τοῖς ἐκ τοῦ πηλοῦ σαφηνίσωσι, id est, Atque hæc quidem chordæ vicè addita sint iis quæ abs te sunt eruditè disserta. Sumptum est à Lotrensi fabula, quã expoluimus in prouerbio ἀκανθὼ τέττιξ, id est, Acanthia cicada.

In caput præcipitari. 83

In Panticapæum.

Εἰς κεφαλὴν ἀπῶσθαι, id est, In caput impelli, hoc est præcipitem dari, dicebant eum qui per summam contumeliam expelleretur vel potius qui funditus perderetur. Est in Luciani libello de mercede seruientibus. Vsurpauit non absimili figura Terentius, *Authores erant vt illam præcipitem darem.* Id est, vt exturbarem ædibus. Plutarchus in Stoicorũ contrariis tetatibus, ὁ χρυσιππος ἐπὶ τὰ χρηματιστικὰ τὸν σοφὸν ὑπὲρ ἀφελείας πολλάκις παντάπασιν ἀπῶσθαι, ἢ σπουδὴν ἐμποιεῖ, id est, Chrysippus sapientem fœnoris gratia præcipitem dat in Panticapæum & Scytharum solitudinem. Panticapæum vrbs Scythiæ ad Bosphorum, authore Stephano. Equidem arbitror idem esse quod ait Seneca libro De beneficiis 6. Alia detinebo diutius, alia expellam & capite agam. Notauit nonnihil adagij formam Phœnix Colophonius apud Athenæum libro 12. de Nino rege Assyriorum agens, qui præ corporis voluptatibus omnia contemnebat. Scazontes illius sic habent,

Ἀλλ' ἐῶ ἄρτι καὶ τόδ' ἢ πίνειν,
Κυρᾶν, τὸ δ' ὄμμα πάντα κἠ πηρὸν ἀπῶσθαι. id est,
Sed erat edendo poculumque miscendo
Præstans: reliqua autem cuncta abegit in fanum.

Id est prorsus contempsit.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. *Sed erat*) Quum non animaduerteret κυρᾶν mendosè positum esse pro κἀρᾶν (qui tamen error deprehensu facilis videtur) vertit, Poculúmque miscendo, pro Amoreque vacando. Quod tertium si poeta non addidisset, certè ad reddendum luxum omnib. suis numeris absolutum lector accuratus iure optimo illud desiderasset. vt contra post πίνῳ abundare κυρᾶν, id est, poculum miscere, merito quis diceret: nec abundare tantum, sed inepte à poeta regi tributum esse: perinde ac si ministrorum penuria, ipsemet illud ministerium subiret. Quinetiam quum manifestum sit, posse ἐῶ τε πίνειν aliud infinitiuũ ab eodem superlatiuo ἄρτι pendens, sine aliqua copula iũcte non posse: vel hoc debuit de mendo isto Erasmum admonuisse. Fatetor tamen in Aldina editione, sicut & in Germanica, κυρᾶν legi, non κἀρᾶν. sed in vtraque permulta esse alia menda constat, μυριάκις πάνυ σφόδρα.

Bellum irreconciliabile. 84

M. Tullius Epistolarũ ad Atticum lib. 9. Huius igitur belli ego particeps & socius & adiutor esse cogor, quod & ἀσπονδον est cũ ciuib. ἄσπονδον vocat perpetuũ,

Irreconciliabile bellum.

& atrox & irreconciliabile. Suidas ostendit ἀσπόνδους ἐχθροὺς dici eos qui in concordiam redigi non possunt. Sonat fermè quasi dicas inconfœderabiles, vt docendi causa fit loquax. Conueniet in simultatem ac dissidium amarulentum. Vius est eo prouerbio diuus Chrysostomus homilia in Matthæum quadragesima septima. Item diuus Basilius in epistola quadam ad Amphilochium καὶ τὴν αὐτὴν ἐροῦσιν τῷ ἀκριβοῦντι τὰ τοιαῦτα καὶ ἀσπόνδου φιλίαν, ψαλμὸς λέγων καὶ ὕμνος μεγαλοφωνίας τῆς παρ' ἡμῖν ἀκροατηρίας, id est, Quod si rogentur quæ causa sit huius nec indicti & sine sacris suscepti belli, narrant cantica quædam esse, & speciem melodiæ quæ apud nos obtinuit. Æschines in oratione περὶ τῆς παραπρεσβείας, Ἐξ ὧν οὐκ ἐξῆν ἡμῖν ἀσπόνδου πολέμου, ἀλλ' ἐξ ἱερῶν πολέμων ἀκήρυκτος, id est, Ex quibus non pax fieret è bello, sed ex pace bellum non indictum. hoc est, vehemens & atrox. Idem in eadem, μὴ δὲ ἔστιν ἐν τοιούτῳ πολέμῳ αἰτίαν εἶναι, τῇ πρεσβείᾳ, αἱ δ' ἀφορμαὶ τῆς ἡττήσεως, ἀσπόνδους καὶ ἀκηρύκτους τοὺς πολέμους ποιοῦντα. id est, Quod si bellorum causæ quidem erunt oratorum, dona verò ducum, efficietis vt bella & sacris careant & denunciationibus. Etenim qui indicit, qui mittit feciales, qui sacrificat, ipsa mora fit lenior: & hoc consilio probabile est huiusmodi moras repertas: velut in iure orationem triplicem, litis contestationem in matrimonio libellum repudii, & solennia verba, Tua tibi habe. quo dum hæc agunt, residat impetus ille impotens.

ANIM. HENR. STEPH.

V. κακρατησας,) Nouam, vt opinor, & antea inauditã ἀσπόνδου πολέμου adfert interpretationem: dum ex duabus nominis σπονδὴ significationibus huic adiectiuo conuenientem non deligit. Nam quum ἄσπονδος ex α priuatiua litera & nomine σπονδὴ cõpositũ esse, & σπονδὴ fœdus, item libamen, siue sacrificium (nam ἀσπονδεῖ Suidas exponit ἀνὰ φιλίας, ἢ χωρὶς θυσίας) significare constet: atque adeò ipsemet paulo antè ἀσπόνδους ἐχθροὺς appellarit eos qui in concordiam redigi non possunt, quasi quis dicat inconfœderabiles: nec non in Ciceronis loco bellum ἄσπονδον perpetuum & atrox & irreconciliabile vocari dixerit, illam videlicet priorem significationem respiciens: hic, quasi sui oblitus, ἄσπονδον πόλεμον, sine sacris susceptum bellum, & paulo post, ἀσπόνδους πολέμους, bella sacris carentia, posteriorem nominis σπονδὴ significationem sequendo interpretatur. Atqui huius interpretationis author nusquam comparet: illam Hesychij & Suidæ authoritate tueri poterat, quam illi dant ἀσπόνδους ἐχθροὺς, ad ἄσπονδον πόλεμον accommodando explicationem. Quanquam si diligenter vim huius verbi excutiamus, ἄσπονδον πόλεμον non bellum insedabile, quod Erasmus irreconciliabile appellat: sed bellum ita acre & pertinax vt ne breuissimæ quidem inter id gerentes intermittant induciæ, vocari comperiemus. Nam ἄσπονδος opponi τῇ ὑπεκσπόνδῳ certissimum est. at dicuntur etiam in medio bello ὑπέκσπονδοι ἐξ ἐχεχειρίας vel ἀφέσεως ἢ quibuscum pactis induciis, data fide dimittuntur. Atq. ita potius accipi bellũ ἄσπονδον quàm pro eo quod sedari non queat, vel hinc perspici potest, quòd nonnunquam bellum alioqui breuissimum ἄσπονδον fuisse dicatur.

Ab Eteobutadis ducit genus. 85

Ἐξ Ἐτεοβουτάδων ἕλκει τὸ ἀξίωμα, id est, Ab Eteobutadis ducit genus. Dicit solitum de iis qui maioribus illustribus & antiqua nobilitate sunt oriundi, videlicet à Buto quopiam, qui sacerdotes Atheniensibus instituit: & ab huius posteris pulcra lumini magistratus creabantur. Venustius erit si per ironiam sumatur in hominem obscurum, aut nobilitatis & imaginum ostentatorem.

De antiqua nobilitate.

Ergini cani. 86

Ἔργινοι πολιοί, id est, Ergini canities. De canicie præpropera, id est, quæ ante diem legitimum accidit. Erginus filius fuit Clymeni, vnus ex Argonautis. Quum autem Hypsipyle Thoantis Lemniorum regis filia funerales ludos manibus parentis proposuisset, Erginus adulescens præter ætatis rationem iam canus, accessit inter reliquos decertaturus. Irrisus est autem à mulieribus Lemniacis, ob intempestiuam capitis canitiem: & prouerbio locum fecit, hoc infignior, quòd superatis omnibus athletis pulcherrimam victoriam reportarit. Festiuius fiet, si per ironiam dicetur in senes iam canos, qui tamen iuuenes etiamdum haberi velint: cauſantes eam caniciem non ex annis, sed è curis, aut aliunde præmaturam accidisse. Poterit torqueri & in illos qui ætate iuuenes, iam tum ingenio moribúsque senem agunt. Et quibus rerum prudentia velox Ante pilos venit, vt inquit Persius Saty. 4. Nulla verò res citius accelerat senium quam animi curæ, amor, odium, inuidentia, metus, ac mœror. Huc pertinet illud Theocriticum in Aita,

Vno die contra senescere.

—οἱ δ' ποθοῦντες ἐν ἄματι γηράσκουσι. id est,

Verum quos amor angit, in vna luce senescunt.

Scholiastes adducit consimilem versum ex Odyssea τ,

Αἶψα γὰρ ἐν καμάτῳ βροτοὶ εἰλικρήνεα γῆρας. id est,

Rebus in aduersis veni accelerata senectus.

Pindarus item in Olympiis,

φύονται δ' ἀγλαΐαι καὶ ἀνδρῶν πολιαὶ
θαμὰ καὶ θεῶν ἐν ἀλκαῖς ἑπτάλοφα χρόνου. id est,

Nascuntur & in iuuenibus viris cani frequenter & præter ætatis conueniens tempus. Desiderantibus omne tempus longum est,

—sic piger annus
Pupillis, quos dura premit custodia matrum.

Et hodie prædicant nautæ, in præsenti naufragij periculo deprehendi canitiem.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. Ἐρίνου πολιαί) Imò potius de canicie quæ à natura est: si Pindari scholia sequi volumus, in quibus φύσει πολιὸς hic fuisse perhibetur, & historia hæc siue fabula narratur, nulla tamen prouerbij facta mentione. Attingit eam & ipse Pindarus, hæc subiungens, φύονται δ' ἀγλαΐαι καὶ ἀνδρῶν πολιαὶ θαμὰ καὶ θεῶν ἐν ἀλκαῖς ἑπτάλοφα χρόνου. ex quibus tamen illud, nimirum eum fuisse φύσει πολιὸν, nequaquam potest colligi. Quin & Eustathius, duorum tantum meminit Tarconis & Cycni qui à natiuitate cani fuisse dicti sint: illis hunc Erginum non annumerans. Esto igitur, Erginus canos à natiuitate non habuerit, sed duntaxat accelerata ei canities fuerit: an hoc prouerbium aliud quàm acceleratam & præpropera senectutem non significabit? cur Erginí potius quàm alius canities in prouerbium abierit? Nimirum hoc adagium magis reconditum sensum habet, quem ex ea quæ statim hic subiungitur historia (ex scholiis in Pindarum, vt opinor, de prompta) facillimum esse puto eruere: vt videlicet Erginí cani prouerbium fit de iis qui sub canitie senili iuuenilem quendam vigorem occultant.

Præpropera canities.

Erginus.

V *Verùm*) ποθοῦσι & πόθος vt Latinè amorem & amores vsurpari satis notum est: at ποθεῖν pro amori operam dare, non temerè profectò reperias. Vnde fit vt cum scholiaste, quem Erasmus sequitur, ποθοῦντες pro ἐρῶντες accipiendum non censeam: sed eorum magis probem sententiam qui ποθοῦντες in vulgata significatione pro desiderantes accipiunt. vt videlicet generale sit dictum, Qui desiderant aliquid, aut Qui cum desiderio quidpiam expectant, vel vno die consenescunt. Id est, Rem quampiam aut hominem aliquem cum desiderio expectantibus tam longa videtur esse vnius diei mora, vt in eo se ad senectutem peruenisse existiment. His enim verbis alloquitur ὁ ἐρῶν τὸν ἐρώμενον apud Theocritum,

Ἦλυθες, ὦ φίλε κοῦρε, πεῖτη σὺν νυκτὶ καὶ ἠοῖ.
Ἦλυθες· οἱ δ' ποθοῦντες ἐν ἄματι γηράσκουσιν. id est,

Venisti, chare puer tertia post nocte & die:
Venisti tandem, sed qui desiderant vno die senescunt.

Perinde ac si diceret, Tu seorsum à me tribus tantùm diebus ac totidem noctibus moratus es: sed eam moram tui desiderium mihi reddidit longissimam. Desiderantibus enim vel vnius diei mora senium adferre solet. Atque ita intelligentes hunc locum, aliquid subaudire non cogemur, vt cum scholiaste: qui ποθοῦντες accipiens pro amantes siue amatores, ita exponit hunc versum, Sed amatores vno die lugentes consenescunt. participium lugentes extrinsecus assumens. Exponit & hoc modo, alijs subauditis, Sed amatores vno die senescunt, a suis secundi amasijs. Adiungit & hanc explicationem, Qui amant, si vnum duntaxat diem à suis abfuerint amasijs, tota se vita præsentia illorum priuatos fuisse existimant. At quanto simplicior est altera illa sententia, iuxta quam & participium illud in vsitatissima significatione vsurpatur, nec quicquã subaudiendum

diendum relinquitur: & generaliter est dictum de omni desiderij genere quod omni vitio vacuum comperitur? Nec tamen veto quominus post generale dictum εἰ πεδοῦντες ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ γηράσεσιν, subaudiamus, ἢ τὸ σωτηρίδου, vel hæc vel his similia, πολὺ γὰρ μᾶλλον ἐ ἐρῶν τὸν ἐρώμενον ἀπολαμβάνει πόθος;

V. Arista) Qui verum hunc cõsiderauerit, commune quicquam cum Theocritico habere, quod ad sententiam attinet, illatum inficiabitur. Aut enim Theocritus, eos qui aliquid desiderant, aut eos qui amant, vt vult scholiastes (subaudiens, seiunctos a suis amasijs) vno die consenescere. Hoc dictum quis non videt esse hyperbolicum? pro eo quod est, Iuuis videri tam lõgum diei vnius spatium, vt dum illud exigitur, interim senectutem sibi obrepere existiment. Quo etiam modo pastor apud Maronem diem vnum anno longiorem sibi videri queritur, dicens: Imò ego Sard. &c. Si mihi non hæc lux toto tam longior anno est. At Homerus citra hyperbolen loquitur, & quidem non de senecta quam adfert desiderium (id est, quam homines, dum rei alicuius anguntur desiderio, falsò in se imaginantur, longitudinem temporis ex desiderij sui magnitudine metientes, sed de ea quam mala hominibus vere apportant ante tempus, scimus enim hominum corpora curis & laboribus ac molestijs sic paulatim atteri, vt ex iuuenilibus senilia, hoc est infirma & imbecillia, perinde vt in matura senectute, reddantur. Denique hæc senectus quam Homerus inter mala mortalibus superuenire ait, nihil aliud est quàm ætatis ruina, de qua & Naso conquerens, eámque non tantum suis annis, sed & malis quæ passus erat, imputans, hæc ad vxorem scribit,

Nec si me subitò videas, agnoscere possis,
Ætatis facta est tanta ruina mea.
Confiteor facere hoc annos: sed & altera causa est,
Anxietas animi, continuusque labor.

Ἐσυμαλιχᾶσι. 87

Ἐσυμαλίχησι σ' ἐχθρόν. Hoc gestu contumeliam delpectúque supremum significabant. Est enim Græcis ἐσυμαλίσαι, medium digitum ostendere, contractis cæteris, ignominiæ causa: aut strepitu digitorum significare contemptum. Vnde & apud Iuuenalem, quod alibi retulimus,

Mandaret laqueum, mediumque ostenderet vngue?

Suidas citat ex Aristophane senarium hûc iextat autem ἐσυμαλίσαι.

Ὁ δ' ἀριστοτυρὸς ἐχὶ ὁρᾷς οὐ κάδετα,
Καὶ τὸν δοκοῦντα οἶσιν ἐσυμαλίσειν; id est,
Annon vides vt gestiat falcem fabri,
Medioque monstret vngue lanceariam?

Quid autem propriè significet ἐσυμαλίζειν, qui scire cupiet, malo è Suida discat quàm ex me. Eustathius magisque prouerbialiter, ad fortunam, ad eruditionem, aut aliud quippiam quod planè contemnitur, detorquebitur.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. *Illumque*) Hic ἐσυμαλίσαι & paulo pòst ἐσυμαλίζειν pro συμαλίσαι & συμαλίζειν posuit: quum in ἐσυμαλίσαι quod est apud Suidam, e incrementum esse syllabicum aoristo præfixum non animadverteret. Qui error eudemior est fortasse quam vt hic à me annotari mereatur.

Extrema extremorum mala. 88

Ἔσχατα ἐσχάτα κακὰ ἔρρωγε πρασσόντα, id est, Extrema extremorum mala acciderunt. In ipso ischne nate vita est prouerbij ratio, quemadmodum in initio operis admonuimus. Ad hanc formam pertinere videtur quod apud Athenæum lib. 15. scripsit Hipponax, κακῶν κακὰ, id est, Malorum mala, pro summis malis. Item quod quidam Atticam, ἀλλάδα ἀλλάδι, id est, Græciæ Græciam dixit, quasi dicas Græciæ florem. Quod genus sunt & illa, ἀγαθῶν ἀγαθόν. Et, δικτύρια δικτύων. Et, κύστρα κυστρῶν. Hunc sermonis typum Græci videntur ab Hebræis mutuò sumpsisse, qui vehementiam & ἔμφασιν eiusdem dictionis congeminatione significant. Quod genus est illud apud Hieremiam, Ficus bonas bonas, & ficus malas malas. Quum valdè bonas & valdè malas velit intelligi.

Malorum mala

Cucurrit quispiam ne pluuia madesceret, & in fouea præfocatus est. 89

Ἔπεσέ τις μὴ βρέχοιτο, καὶ εἰς βόθρον ἀπνιγη, id est, Cucurrit quispiam, ne conspergeretur aqua, & in fouea præfocatus est. Vbi quis leuius malum incautus fugiens, in maximum incurrit. Videtur è vulgo sumptum ab Apostolio: cuiusmodi multa scientes prætermisimus.

Ne leuiore malo, in maximum

Heterognatus es. 90

Ἑτερόγναθος εἶ, id est, Heterognatus es. In edacè dici consueuit, quòd ob voracitatem alternatim vtraque mandibula cibum commanderet. Nam hinc dictum ἑτερόγναθος, quòd nũc in hanc, nunc in illam mandibulam cibum transferat. Hesychius tamen interpretatur dè duris ac malè morigeris, translatum putans ab equis.

† de edaci.

Vrbanus nihil aqui cogitat. 91

Οὐδὲν φρονεῖ δίκαιον ἀστεῖος. id est,
Vrbanus aqui nil bonive cogitat.

Admonet, rusticam vitam innocentiorem esse, vt quæ sola cum solis habeat commercia terris. Cõtra qui degunt in vrbibus propter contagia negotiorũ & hominum, astutiores euadere: vnde & astuti ἀστεῖοι dicti putantur. Potest & huc accommodari paræmia, quod eximiæ morum ciuilitati & vrbanæ blandiloquentiæ fere comes esse solet astutia. Contra qui moribus sunt subagrestibus, iis plerunque est fides certior, animúsque syncerior. Versus est senarius, sed depravatus. Et Terentianus Demea ait, In astu aliud ex alio venire malum.

† Vrbani callidiores. Astuti vnde nominati.

Patroclo sordidior. 92

Πατροκλείου φαιδιλώτερος. id est, Patroclo parcior. In diuitem quidem, sed oppido quam sordidum ac parcum. Hic enim Patroclus postea quam ad summas opes euectus est, aut (vt alij dicunt) ex quo natus est, nunquam est visus balneo, parsimoniæ causa. Taxatur ab Aristophane in Pluto,

—ἐκ Πατροκλέους ἔρχεται. id est,
Ex Patrocli venit domo.

Plutum enim squalidum dixerat, & situs plenum. Prouerbij meminit etiam Eudemus.

ANIM. HENR. STEPH.

V. Πατροκλείου) Quum Græci hæc nomina distinguant Πατροκλῆς & Πατροκλείδης, non debuit in sua interpretatione confundere. quod tamen fecit & in prouerbij illius enarratione, Lesij mali, non, &c.

Omnis herus seruo monosyllabus. 93

Πᾶς δεσπότης δούλῳ μονοσύλλαβος, id est, Omnis herus seruo monosyllabus. Heris & potentibus breuissimo tantùm verbulo est opus, vt vel annuãt, vel renuãt, ναί, οὐ. Sic volo, sic iubeo. sit pro ratione voluntas. Seruis autem & impotentioribus, multis opus est verbis vt exorent aut persuadeant. Effertur integrè ad hunc modum, πᾶς δεσπότης δούλῳ μονοσύλλαβος· τὸ δὲ ἱκετεύειν, μακρόν, id est, Omnis dominus seruo monosyllabon: at supplicare, longum. Annotatum est à doctis, monosyllaba & dissyllaba nomina conuenire seruis: cuiusmodi sunt Μῦς, quo nomine fuit seruus Epicuro. Cæterùm Athenæus lib. 5 citat Herodicum, qui contemptus græcia grammaticos appellat μονοσυλλαβίους, Γωνιοβόμβυκας, μονοσυλλαβίους. quod in angulis latitent bombycum more. quodque de minutijs vocularum tractent. De Lysimacho dixit Demosthenes, ni fallor, regnum ipsius nihil differre à scena comica, quòd impendio delectaretur ridiculè dictis, eoque ab hoc omnes discedere dissyllabos, hoc est histriones. Notauit enim Bithen & Parin, qui nihil apud illum non poterant, vt Athenæus lib. 14 Rursus nomina magnatum faciunt polysyllaba, qualia sunt, Ariobarzanes, & Nabuchodonosor. & apud Plautum Polypyrgopolinices & Megalodorus.

De diuite nimium sordido.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. *vt exorent aut per-*) Attexit prouerbio verba hæc τὸ δὲ ἱκετεύειν, καιρόν, omnino ἀσυνδέτως. in quem errorem non incidisset si Demetrij Phalerei (vt quidam vocant) locum, vnde hæc petita sunt, attentius considerasset, ac præcipuè ipsam verborum seriem propius inspexisset. Ea repetam paulo altius, vt facilius error perspicuatur: διατίθησι γὰρ τὸν ἀκούοντα πολὺ ἐμφανέστερον, καὶ σαφέστερον. διὸ καὶ οἱ λάκωνες βραχυλόγοι ὑπὸ διατάσεως. καὶ τὸ μὲ ὀνήσιμον. σώφρων καὶ βραχύς. (καὶ πᾶς δεσπότης δούλῳ μονοσύλλαβος) τὸ δὲ ἱκετεύειν μακρόν. καὶ τὸ ἐδώδιμον. Vides lector vt hæc verba τὸ δὲ ἱκετεύειν, respondeant proximè præcedentibus illis,

πᾶσι δοκοῦσι? & illa prouerbialia ἡ πᾶς διαπίνει δίκην μονοσύλλαβος, per parenthesin interciantur: sed quã Erasmus minime animaduerterit. Atq. hunc locum alioqui satis perspicuum declarat alius eiusdem authoris: in quo pene iisdem & totidem verb s idem de breuitate & p ol xitate trad ns, ait, διὸ πρὸς τὸ πολὺ καὶ ἀπλοκτικὸν. τὸ μακρηγορεῖν ἢ τὸ ἰατρὸν φρίττει καὶ αἰτιᾶται. Quòd si verba hæc, τὸ ἢ ἰατρὸν, μακρὰν prouerbio assuenda existim. bit, nimirum & illa quæ cum illis cohærent, videlicet καὶ τὸ εὐσεβεῖν eadem ratione illi assuere debuer t. Cæterùm minor cur μονοσύλλαβον potius quàm μονοσύλλαβος scribendum censuerit, ac in Latino præsertim oratione genus neutrum masculino prætulerit. Sciò Græcos ita sæpe loqui quos imitatus dixerit etiam Virgilius, Tristè lupus stabulis: pro eo quod est, res tristis, vnde & hic in Græco termone ferri vtcunque posset genus neutrum, quanquam huic quidem loco durius adhibitum: at in Latina oratione, eáque soluta, vereor ne durissimum sit. addo etiam ineptissimum, ita loqui, Omnis herus seruo monosyllabum, id est, res monosyllaba. Quare pro μονοσύλλαβον vbique μονοσύλλαβος reponendum censeo.

V. *monosyllaba*) Quod hîc ait, monosyllaba & dissyllaba nomina conuenire seruis, omnino à prouerbij sententia alienum est. nam qui huc referre illud vellet, ab ea quam habemus lectione discedere cogeretur: permutatisque casibus & sedibus illorum nominum δεσπότης & δοῦλος, ita legendum ei foret. πᾶς δοῦλος δεσπότῃ μονοσύλλαβος: vel, manentibus in sua sede illis nominibus, & duntaxat permutatis eorum casibus, ita πᾶς δεσπότης δοῦλος μονοσύλλαβος. Sed cur innot andum sit quicquam in hac prouerbian oratione (vt eam apud Demetrium Phalereum habemus, non video. quum maximè idoneus ex ea sensus eliciatur, nimirum hero apud seruum suum vnica opus esse syllaba, id est, paucissimis verbis. Ac eo magis mihi placet is sensus, quòd eundem in similibus Gallici sermonis verbis reperiam. Nostri enim quum ostendere volunt aliquem moribus alterius esse optimè assuetum, & quibus gaudeat, à quibus abhorreat, cognoscere, atque adeo ad nutus eius veluti factum esse, ita loquuntur, *Il l'entend à demy mot*, perinde ac si dicas Latinè, Illum intelligit ex dimidiato vocabulo.

Penitissare. 94

† *Rudi facere.*

Πλυνίζειν καὶ δοκεῖς, perinde valet quasi dicas, futum facere. quod idem dicitur σπαυζειν. Nam σπαῦλα Græcis comam nó genuinam, sed appositam significat, quam quidam galericulum vocant. Hinc σπαυλισμὸς, τέχνη, doli.

Cicadis pleni. 95

† *In gloriosos.*

Τεττίγων ἀεάμενος, id est, Cicadis operti. In gloriosos ac stultos olim dicebatur, aut obsoletis ac iam desitis vtentes. Antiquitus enim Atticis mos erat, capillorum cincinnis aureas cicadas addere. Vnde & τεττιγοφορεῖν dicti sunt, hoc modo significantes, αὐτόχθονας esse Ioni, id est indigenas: quemadmodum & cicadæ non aliunde commigrant, sicut pleraque alia, sed ibi nascuntur vbi viuunt. Aristophanes in Nebulis,

Ἀρχαῖά γε καὶ δὴ πάλαι, καὶ τεττίγων ἀείσματα,
Καὶ Κωμαδῶν, καὶ βαθρίων. id est,
Prisca hæc iam ac pridem erant, cani, nec non repleta cicadis,
Ac Cecide, cum Bathyllis.

Cecides pernecessus quispiam fuit dithyrambicorum scriptor. Bathyllus item, festum priscum & iam olim ob vetustatem desitum. Quæ iam omnia prouerbiali schemate sunt dicta.

Quid de pusillis magna proœmia? 96

† *De verbosa prælocutione.*

Τί μικρῶν πρὸς μεγάλα προοιμιάζῃ, id est, Quid de minutis rebus magna texis proœmia? Vbi quis in re non magni momenti, verbosa vtitur prælocutione. Nam Athenis interdicebat præco dicturis in concione, ne vel præfatione vel affectibus vterentur, rem modo exponerent, ἀλλὰ σεσιμένον καὶ πρᾶγμα, id est, absq. proœmiis & affectibus: vt aliquot locis indicat Lucianus. Ad quod alluſit etiam Terentius, *Etiam proœmium inceptas.*

Et Horatius, Serm. li. 2 Sat. 6.

-quorsum hæc tam putida tendunt?

Leuiter huc alius sensus Ælius Spartianus in Ælio Vero, Et quoniam, inquit, nimis pauca dicenda sunt, nec debet prologus enormior esse quàm fabula, de ipso iam loquar. Plutarchus in Apophthegmatis Laconicis ad Cleomenem Cleombroti filium refert qui, quum alter quispiam vteretur oratione plus satis prolixa, Ti inquit, μοι μικρῶν πρὸς μεγάλα φροιμιάζῃ, ὅταν γὰρ ὁ πρᾶγμα, πολὺς καὶ ὁ λόγος ὦ γένοιτο. id est, Quid mihi de paruis magna facis proœmium? nam quanta res fuerit, tanta sit & oratio qua vtens.

Tunc canent cygni, quum tacebunt graculi. 97

Τότ' ἄσονται κύκνοι, ὅταν κωφοὶ σιωπῶσιν, id est, Tum canent cygni, quum tacuerint graculi. Hoc est, Tum loquentur eruditi, quû garrulis non erit loquendi locus. Aut inter garrulos & obtrepetos non est eruditis dicendi locus. Vituperat adagium Gregorius theologus, opinor in epistolis, πάνυ κακοφωνεῖν ἔοικε τῶν σιωπῶν. ἢ σὺ παρεῖναι τοῖς, μὴ ἐκεῖ φησὶν, μάτην ἢ σαυτὸν ἐπὶ τοῦτο ἀγωνίζῃ τότε ἄσονται κύκνοι ὅταν κωφοὶ σιωπῶσιν. id est, Aut detine tuis nugis obtrepere nostro silentio: aut tibi referam prouerbium, vt verissimum, ita breuissimum, Tunc canent cygni, quum tacebunt graculi. Ita nunc loquuntur, Cicero, Vergilius, Horatius: & tacent Pero, Philiscus, Meuius, qui viuis illis obtrepebant, tanto loquaciores quanto indoctiores.

Inter garrulos non est dicendi locus eruditis.

Malis ter mala. 98

Digna dignis.

Τοῖς κακοῖς τρὶς κακά, id est, Malis ter mala. hoc est, digna dignis cuenisse. Hinc parœmiam aiunt ab huiusmodi nodi quadam fabula profectam. Narrant attagines, aues quum primum è Lydia in Ægyptum essent deportatæ, atque in syluas dimissæ, cotumicis vocem edidisse. Deinde euenit vt deficcato Nili fluminis alueo, pestilentia regionem Ægyptiorum infestaret, magnamque hominum vim absumeret. Inter hæc attagines vocem edere cœperunt humanam & articulatam, aliquanto maiorem puerili, dicentes hæc verba, πᾶς κακοῖς τρὶς κακά, id est, Malis ter mala. Atque huius quidem fabulæ authorem citat Athenæus lib. 9. Socratem in opere De finibus: nec efferens adagium, τρὶς πᾶς κακοῖς κακά. Circunfertur inter Græcos sententias & hic versus.

Ἐσθλοῖ γὰρ ἀνδρὶ ἐσθλὰ καὶ δίδοῦ θεός. id est,
Viro bono bona largiuntur cœlites.

Referuntur & hi iocandi ex poeta quopiam, in commentarius De audiendis poetis,

Institutã sermonem interpellans.

Ἐπιμαρμάρου γὰρ τὰ κακῶν βουλεύματα
Κακὰς ἀμοιβὰς ὅστις ἀμφιβάλλεται. id est,
Consilia si quis detinarit improba,
Hanc necesse est præmium ferre improbum.

Canis peccatum sus dependit. 99

Τὸ κυνὸς ἁμάρτημα ὗς ἀπέτισεν, id est, Canis malum sus dependit. Quoties pro nis quæ peccauit alius, alius dat pœnas. Ex quonam euentu natum sit, nec liquet, nec admodum refert. Sapit enim vulgus.

Interfecta musica. 100

Ἐκλέλοιφ' ἡ μοῦσα, id est, Interrupta est musica. Veteres in conuiuiis, eruditis confabulationibus vti consueuerunt. Post cantores, histriones, saltationes induci cœptæ. Vnde quidam molestè ferentes interrumpi sermones suos dicebant, ἐκλέλοιφ' ἡ μοῦσα, Quæ vox in prouerbium traducta est, quoties aliquis interueniens, sermonem institutum interpelleret. Simile quiddam memini legere apud Platonem: licet in præsentia locus non occurrat.

De versipelle.

CHILIADIS TERTIAE CENTVRIA QVARTA.

Chamæleonte mutabilior. 1

Αμαιλέοντος ἀμεταβολώτερος, id est, Chamæleonte mutabilior. Chamæleon commemoratur inter animantia quę colorem mutant. Huius figuram diligenter describit Aristoteles libro de naturis animantium secundo. Quod ad coloris mutationem attinet, hæc tradit,

Locus Aristotelis de colore variis Chamæleontis.

Τὰς δὲ χροιὰς ἡ μεταβολὴ μεμιγμένων ἀεὶ γίνεται· ὅλη δὲ ἡ μίμησις τοῦτον ἀναίρει τὸν τρόπον· ἀλλ' ἡ μὲν ἐσχατὴ καταπέφυκεν οἷον ἐπιδερμίς, μᾶλλον δὲ ἀὴρ τὸ παρακείμενον, ἐξ ὧν πεποίκιλται· γίνεται δὲ καθ' ὅταν τὸ σῶμα αὐτοῦ ἡ πεφυκὼς μεταβολὴν ἔχῃ· οἷον ἐφάλλεται σημεῖα τοιαῦτα τοῖς τοῦ λοιποῦ σώματος, ἐὰν ὁ ἀὴρ. ἢ γὰρ πάντως αὐτὸ, οἷον ὑγρὸν ὄν, ἢ τὸ ἐπιφανὲς ὂν τοῦ χαλκοῦ. διὸ πάσχουσι μὲν ἐκ τῶν γινομένων· καὶ τὸ ἀεὶ πεποικὸς αὐτοῦ ἐστὶ μεταβολή. id est, Mutatur autem illi color quum inflatur, fitque is nunc niger, non absimilis crocodilorum: nunc pallidus, cum umbrati lacertarum: nunc rursum nigris variegatus maculis qualis est pardorum. Accidit autem hujusmodi mutatio coloris per omne corpus. siquidem & oculi & cauda in eundem cum reliquo corpore abeunt colorem. Motus huius animantis admodum segnis qualis est fermè testudinum. Pallescit moriens, exanimato color idem durat. Hactenus Aristoteles. His ferme contentanea tradidit Plinius lib. 8. capite 33. illud addens, hoc animal toto corpore reddere colorem quemcunque proximum attigerit, præter rubrum & album. Competit igitur adagium in hominem versipellem, huc atque illuc constantem, ac pro tempore sese vertente in omnem habitu. Plato in Ione, Ἀλλ' ἀπιχώς, ὥσπερ ὁ τοῦ Πρωτέως μορφαῖς γίγνεται, τοιοῦτος καὶ σύ. id est, Sed prorsus Proteum imitaris, in omnem vertis speciem, dum huc illuc ac deorsum volveris. Aristoteles Moralium Nicomachiorum primo Chamæleontis vocem vsurpat ad exprimendum inconstantiæ vitium.

Suus cuique crepitus bene olet. 2

Suum cuique pulchrum.

Ἕκαστος αὐτῷ τὸ βδῆμα μᾶλλον ἡδὺ νομίζει, id est, Vnusquisque suum ipsius crepitum malo suo odorem existimat. Hoc est, Nemo est cui sua mala non videantur vel optima. Aristoteles Moralium Nicomachiorum nono, Τὰ πολλὰ γὰρ ἐν τοῖς τιμίοις οἱ ἔχοντες ἢ οἱ βουλόμενοι λαβεῖν, τὰ δὲ οἰκεῖα καὶ ἃ δίδομεν, ἑκάστοις φαίνεται μᾶλλον ἄξια. id est, Plerique enim non eodem pretio æstimantur ab his qui habent, & ab his qui cupiunt accipere. Nam sua cuique, & quæ dat, videntur esse multi pretij. Hic locus magis congruebat prouerbio, Suum cuique pulchrum: sed ea pagina iam exierat manus meas. Prouerbium de crepitu suspicor ab Apostolo è vulgi fœce haustum. Nondum enim quenquam reperi curiosus crepitus bene olere: illud verum est, homines vehementius abhorrere ab alienis excrementis & crepitu quàm à suis.

E poculo perforato bibere. 3

In fatales.

Ἐκ τετρυμένου κύλικος πίνειν, id est, E perforato poculo bibere, dicuntur qui similes sunt, parùmque fœliciter continent arcana sibi credita. Sapit & hoc vulgus.

In pulicis morsu Deum inuocat. 4

† In perturbatos ob res leuiculas.

Ἐν ψύλλης δήξει Διὸς ὀπιπεύειν, id est, in pulicis morsu Deum inuocat. In eos dictum, qui quotiescunque leui de re grauiter perturbantur, perinde vt in maxima. Tractum ab apologo qui fertur inter Æsopicos. Quidam offensus dolore pulicis pedem mordentis, subiecit, & Herculem ἀλεξίκακον implorauit. Mox desiliente pulice, male precatus est Herculi, qui quum in tantillo periculo vocatus non tulisset opem, non videri verisimile cum in grauioribus adfuturum. Simile est quod refert Aristoteles Moralium Nicomachiorum septimo de vehementer timidis, οἷον δείσαι πάντα, καὶν ψαφήσῃ μῦς. id est, Veluti qui metuit omnia, si vel mus obstrepat. Hanc timiditatem appellat θηριώδη, hoc est ferinam.

Hunc obstrepere etiam timet.

Adulterinus. 5

† De re non sincera.

Quod simplex non est, neque syncerum, id vulgato verbo Græci κίβδηλον vocant. Hinc ducto vocabulo, quòd aliud præ se ferant, aliud tegant: ἀπὸ τῶν κιβδήλων τῶν νομισμάτων. vel quòd Athenienses ob summum in Chios odium, ficti male vellent, huius nomen nomismati inolerent insculpere, addita literarum nota in terram abiectis dira imprecati. ἀπὸ τοῦ χίους βδελύττειν. Sed propriè nummum subæratum κίβδηλον appellant. Et κιβδηλίας in syncerit atem seu corruptelam; velut Aristophanes,

Πολλὴν ἀφεῖλε τῆς βίας κιβδηλίας. id est,
Corruptionem vis ademit plurimam.

κιβδηλεύειν

Et κιβδηλεύειν corrumpere fuco. Et qui pallent, κιβδηλεύοντας appellant: quòd aliquid morbi vitiue subesse videatur. Quemadmodum in nummis quoque color nonnunquam arguit fucum. Conuenienter igitur in amicitia sincera & ficta, aut in hominem blando vultu, sed animo virulento. Aut in eum qui sanctimoniam habitu præ se ferat, quum vita sit impia. Veluti Pindes, citante Suida,

Amicitia ficta.

—πρᾶγμάτων πατὴρ δύο
Κίβδηλος ἐστὶν ῥᾴστος εἰς, ὡς λέγος. id est,
Rerum duarum prorsus vnus author est,
Vulgò vt loquuntur, quisquis mendax est.

Aut in oratione ficta, vt Plato lib. De legib. 5. Τοὺς δὲ καὶ ἔμπροσθεν δεῖ σκοπεῖν, ἢ βούλονται τινὲς αἱρεῖσθαι ἢ ὄντας κιβδήλους, id est, Rursum honores oportet considerare, quinam ex his veri sint qui adulterini. Rursum eodem in libro, Ὅπως μηδεπώποτε κιβδηλὸς ποτὲ φανήσεται ἑτοῖος, ἁπλοῦς ἢ καὶ ἀληθὴς ἀεί. id est, Vt neque ipse adulterinus aliquando cuiquam appareat, sed simplex & verax semper. Hoc igitur à nummis traductum, si ad diuersas res traducatur, prouerbiale fiet. Sed huius rei mentionem fecimus in prouerbio, πονηροῦ κιμμάτου.

Nemo malus hoc faciet. 6

Res egregia, dignáque cognitu.

Οὐδεὶς κακὸς ποιήσει τοῦτο, id est, Nullus malus hoc faciet. Quoties rem egregiam & cognitu dignam significamus. Plato De legibus libro 5. Ὅσον γὰρ δὴ τὸν ὄφελον ἐκ τῶν μόνον ἀγαθὸν ὁπόταν τις εἰς πόλεις τὰς παρούσας τελέσῃ, τοῦτ' ἐστὶν ἐκ τῶν παλαιῶν καταστάσεων ἐξαλεῖν καὶ τὴν παλαιὰν παροιμίαν, ἥτις οἴεται ποτὲ κακὸν ὄν, ἀλλ' ἔμπροσθεν τῆς ὀρθοτάτης ἕξεως ἰέναι, id est, Quantum enim bonum sit, quod nunc præcipitur omnib. rebuspublicis, si modò paruerint, ordinem & apparatum adducens: nullus vnquam inest & malus cognoscet (quemadmodum veteri prouerbio dicitur) verum & pertius & monibus æquis præditus. Huic confine est quod idem posuit in Lachete: οὐ πάνυ τι θεῖον τὸν εἰδότα, id est, Non sus quiuis hoc nouit. Natum apparet à mysteriis deorum, quæ nonnisi ab initiatis ac puris cognoici fas erat.

Mœnia ferrea, non terrea. 7

Plato lib. De legibus sexto, Περὶ δὲ τειχῶν, ὦ Μέγιλλε, ἴσχει αὖ τὸν αὐτὸν ξυμφερόντως τὸ καὶ τὸν δυσχεραίνειν τὰ τῶν καλλιτεμένων τείχη, καὶ μὴ παίζειν, τὸν δὲ ὀρθὸν καλῶς μὲ ἔχειν τοῦτον ἐκεῖ αὐτὸν λόγον ἐμπίπτειν, τὸ χρὴ καὶ ἡμᾶς δεῖν τὰ τείχη, μᾶλλον δὲ γῆινα, id est, De mœnibus autem, Megille, equidem cum Sparta consenserim, vt mœnia videlicet humi deposita dormire sinamus, neque huius rei gratia rursum velimus excitare. Rectè quidem & poeticum dictum super his canitur, Mœnia ærea magis ac ferrea esse oportere quàm terrea. Prouerbio iactatũ fuisse videtur, & habet veluti ænigmatis figuram. Innuit autem non oportere tutamentum ciuitatis in mœnibus collocare sed in viris armatis, ciuitatis præquorum consensus, murorum inexpugnabilium vice, fidum in vicissitudinem opum è tuetur. Alludit autem Plato ad apophthegma Laconicum, cuius meminit Plutarchus. Equidem arbitror & Horatium hoc lemma allusisse, quum ait, Epist. lib. 1 Ep. 1.

Ciuitatis præsidium armatis.

hic murus aheneus esto.

Nemo nos insequitur. 8

Plato libro de legibus decimo, Ὡς οὐδεὶς ὁ τὰ παρόντα δεῖ σκοπεῖσθαι βραχέα λέγειν μᾶλλον ἢ μάτην. οὐδεὶς γὰρ ἡμᾶς, τὸ λεγόμενον, διώκει, id est, Nam in præsentia nihil est cur brevilocentiam prolixitati anteponamus.

Quandoquidem nemo nos insequitur qui festinare compellat, quemadmodum vulgò dicunt. Hoc paroemiæ etiam hodie tritum manet, quum significant liberum esse diutius in re quapiam immorari: Nemo nos, inquiunt, impellit.

Mare proluit omnia mortalium mala. 9

Θάλασσα κλύζει πάντα τὰ θνητῶν κακά. id est,
Hominum vniuersa proluit pelagus mala.

Refertur ab Eustathio in primum Iliados Homericæ. extat autem apud Euripidem in Iphigenia Taurica. Natum est ab euentu huiusmodi. Refert Diogenes Laertius Euripidem Platoni comitem fuisse peregrinationis, quum Ægyptum adiret: vbi quum morbo luo corriperetur (comitiali, ni fallor) sacerdotes Ægyptij mersione marina sanarunt hominem. Hinc postea versiculum hunc composuisse,

Κλύζει θάλασσα πάντα τἀνθρώπων κακά.

Aqua marina, rabiem pellit.

tanquam aqua marina morbis omnibus mederetur. Quin hodie morsos à cane rabido, si nouies mergantur in mare, putant à rabie liberari.

Canere de Telamone. 10

†*De sermone querulo.*

Ἄδειν τὸν Τελαμῶνα, id est, Canere cantionem Telamonis. De querulo ieiunioque dictum prouerbium, quòd Telamon impotentius fleuerit Aiacem filium perisse apud Troiam, præsertim hoc genere mortis. Eustathius enarrans carmen illud Homericum quod est in Catalogo nauium,

Αἴας δ' οὐ Τελαμῶνα ἄφαρ δυστηλίβατα πύργος,

commemorat hanc paroemiam, Καὶ τὸ ἄδειν Τελαμῶνα, παροιμιακῶς λέγεται, ἐπὶ σκολιᾶ μέλους ἐπὶ ἀρχῇ, παῖ Τελαμῶνος Αἶαν αἰχμητά, id est, Et quod prouerbio dicitur, canere cantionem Telamonis, ab obliquo cantu cuius initium, Fili Telamonis, Aiax belliger. Simillimum est illud quod alibi retulimus.

Ἁρμάτα μέλος ἡ Ἁρμοδίου μέλος. id est,
Admatis cantilena, & Harmodij cantilena.

Argiua calumnia. 11

Argini sycophanta & litium auidi.

Ἀργεία φορά, id est. Argiua infectatio de calumniosis & delatoribus dici solitum. Nam Argiuos olim notauit antiquitas, tanquam sycophantas & litium auidos. Testis Eustathius in Catalogum nauium, adagium ex Pausania citans. Testis & Diogenianus in Collectaneis.

Initio confidens, in facto timidus. 12

Audacter ignaui.

Eustathius enarrans septimum Iliados librum, huiusmodi refert paroemiam, Θρασὺς πρὸ ἔργου, εἰς πρᾶγμα κακόν, id est, Audax ante negotium, plerunque ignauus. Citat idem ex Epicharmo, Κακὸς θαρσεῖ μαλ' ὑπάρχων, ἐπεὶ δὲ φοβεῖ, id est, Ignauus statim admodum de se confidit, posit autem fugit. Videmus hoc vsu venire vulgò, vt qui sunt audacissimi & magniloquentissimi priusquam appareat periculum, vbi res vnum poscitat, ibi sint animi nullius.

Γοργὸν βλέπειν. 13

Γοργὸν βλέπειν, aliquoties apud Lucianum, pro acribus oculis obtueri. Sumptum è fabula Persei & Gorgus γοργὸν dictum putant ἀπὸ τῶν ὀμμάτων, quòd irati acribus oculis obtuentur. Idem Homerus Iliados ϑ, de Hectore,

Γοργὸν

Γοργείοις ὄμμασι τ' ἴσχων καὶ βριαρωπῷ Ἄρηϊ. id est,
Gorgoneis oculis, qualis & Martis atrocis.

μαινὸν βλέπειν alias commemorauimus.

Tolle digitum. 14

Αἶρε δάκτυλον id est, Tolle digitum, Victûs te fatere. nam hoc signo qui in conflictu succubuisset, πλὴν ἥττων agnoscebat. Persius in Satyra quinta,

Nil vbi concessit ratio: digitum exere, pecto.

Dare herbã.

Cognatum illi quod alio dictum est loco, Dare herbam. Huc, ni fallor, respexit diuus Hieronymus in Dialogo Luciferiani & Orthodoxi, quum ait, Et tollo manum cedo, victus. Athenæus libro sexto ex Antiphane refert hos versus in tragicos poetas,

—ὧν ἐπὶ δεῖπνον ἐλθών τις,
Κωμῳδὸν ἀπορήσασιν ἐκ τῆς ἁμάξιον,
Αἴσχιον ὥσπερ δάκτυλον πλὴν μηχανῆς. id est,
Vbi ad hæbent quod dicere queant amplius,
Sed prorsus hærent explicanda in fabula,
Repente tollunt manibus digiti vice.

Paulo aliter visus videtur M. Tullius libro in Verrem tertio, Accurunt tamen tutores, digitum tollit Iunius patruus. Nam hic videtur esse gestus comprobantis, aut se profitentis emptorem, siue conductorem. Siquidem & hoc pacto olim ferebantur suffragia: & in auctionibus eodem, qui volebat, declarabat se emptorem aut conductorem.

Videberis, me vidente, plane Martem videre. 15

Βλέπειν τὸν Ἄρεα δόξεις μ' ἀφλῶν. id est,
Martem videre me, videberis palam.

De his qui se strenuè pollicebantur opitulaturos, ac Martem quendam acturos. Est alicubi apud Aristophanem: nam locus nondum occurrit.

Bos in ciuitate. 16

Βοῦς ἐν πόλει, id est, Bos est in ciuitate. Dicitur vbi quis ad supuos honores euehitur. Lysias bouis imaginem æream in arce collocauit Athenis, ea res in vulgi iocum cessit. nam in agris bouum vsus est, non in vrbibus. Quadrabit & in eos qui præter meritum euehuntur ad summos honores: veluti quum scortator indoctus fit episcopus aut Abbas.

Brasidas quidem vir bonus, &c. 17

Βρασίδας μέν, ἀνὴρ ἀγαθός, ἀλλὰ λακεδαίμων πολλοὺς ἔχει κρείττονας, id est, Brasidas, vir bonus quidem ille, sed Lacedæmon multos habet præstantiores. Aduersus eos qui se non modò primos, verumetiam solos existimãt. Natum ex apophthegmate, quemadmodum docet Plutarchus in Laconicis, & item in vita Lycurgi. Finitimum illi, Multi Manij Aciciæ.

Hedera post anthisteria. 18

Ἀνθεστήρια μετ' ἀνθεστέα, id est, Hedera post anthisteria. Quum sero quippiam adhibetur. nam hinc habent nomen, quòd eo mense plurima è terra efflorescant. Apparet in his ludis morem fuisse coronari hedera. De anthisteriis, id est floralibus festis, diximus in prouerbio, χαῖρε θρᾷξ, id est, Cares foras. Videntur illa fuisse quæ Latini vocant Bacchanalia. Hedera autem Baccho sacra erat: vnde κισσοφόροι dicti, qui in ludis illis ferebant hederas. Conuenit cum eo quod alibi retulimus μετὰ τὰ ἱερά, id est, Post festum.

Ex Academia venis. 19

Ἐκ τῆς Ἀκαδημίας ἥκεις, id est. Ex Academia venis. De seuero & composito, seu docto. Sumptum à Platonis schola. Quanquam & per ironiam torqueri poterit in fastuosum, & vultu terrico philosophum agentem. Quin Athenæus lib. 12. significat dictum in nitidos, & cultu insigni: quòd his Plato delectaretur mundicijs. Ita Antiphanes philosophum elegantius cultum vbi depinxisset, apud hunc ipsum, τί μακρὰ διαλέγῃ; ὅλως ἀπὸ τοῦ ὁρᾶν γὰρ τὴν ἐκ τῆς Ἀκαδημίας δοκεῖς, id est, Sed quid necesse est plura dicere? ipsam videre videor mihi Academiam.

Senem erigere 20

Γέροντα δ' ἐρρῶν φλαῦρον ὃς τύπτει νέον. id est,
Erigere durum est, qui cadat iuuenis senem.

Haud facilè dediscuntur à senibus vitia quæ pueri didicerint, & in omnem inhæserint vitam. Et tamen in senecta quoque cauendum vt vitijs careamus, quantumuis inde ætate: vt

Terra defossum habes. 21

Γῆ κρυπτὰς ἔχεις, id est, Terra defossum habes. In eum qui non impertit: eque profert suas dotes. Sumptum ab auaris, thesaurum humo defodientibus. quod apud Plautum facit Euclio. Iudem Horatius in Epodis,

-haud paratus
Quod aut auarus, vt Chremes, terræ premam,
Discinctus aut perdam, vt nepos.

Senescit bos. 22

Γηρᾷ βοῦς, τὰ δ' ἔργα πολλὰ τῷ βοΐ. id est,
Bos consenescit; at opera multa sunt bouis.

Quum ob ætatis imbecillitatem aliquis inutilis redditur ad obeundum munus. Nam diutius vulgus haud aliter ministris vtitur, quàm equis & canibus aut paulo etiam inhumanius. dum vsui sunt, alliciunt: vbi senuerint, reiiciunt. Vnde consultum est vt vnusquisque sibi paret quo senectutem suam commodius foueat alatque: ne tum cogatur ex aliena liberalitate pendere, quum à nemine non contemnetur. Ac meminerit Diogenis apophthegmatis, qui rogatus quidnam esset in hac vita calamitosissimum, respondit γέρων ἄπορος, id est, Senex egens.

Sus ad-

Sus acina dependes. 23

—Δοῦναι χοῖρε γἰγδαλα. id est,

—asinos sus improba pendes.

Lues quod admisisti, reddes quod abstulisti, non sine fœnore. Quadrabit vbi pusillum commodi magno dependitur malo. Natum apparet à rustico quopiam, qui verbis hisce comminatus sit suis pascenti racemos.

Dum cessat Boreas. 24

Aristoteles in Problematis sectione 26. problemate 47. (iuxta Theodori supputationem) testatur hunc versiculum prouerbio celebrem fuisse,

Ἀρχόμενος τε νότου, καὶ λήγοντ' ἐν βορέαο. id est,

Oportunam tempus nauigationi. *Surgit vbi Notus exoritur, Boreasq; resedit.*

Quo significabant tempus opportunum prosperæ nauigationi: subauditur enim δὶ πνεῦ, siue δὶ πνεῖν. propterea quòd Auster minus vehemens oritur: desinit autem perquam vehemens: diuersum accidit in Aquilone. Atque huius rei philosophus causam admodum probabilem reddit. Nos enim, inquit, ad Septentrionem potius quàm ad Meridiem vergimus, & Aquilo flat à Septentrionibus, Auster à Meridie. Hinc fit vt ille statim vehementior proxima inuadat loca, deinde vehementiam suam ad longius remotos transferat, propinquis ortui mitior. hic è diuerso, ad Meridiem positos primum vrgeat: pòst vbi præterit, mitior ad nos veniat. Licebit & longius detorquere prouerbium, nec id sine gratia: siquando significabimus tempus adesse commodum & aptum gerendæ rei, vt cum illo congruat quod alibi positum est, Quum pluit, molendum.

Inuulnerabilis vt Caneus. 25

Ἀτρωτος ὑπάρχεις ὡς Καινεύς, id est, Inuulnerabilis es vt Cæneus. De his qui læsi non possunt. Est in poetarum fabulis, Cæneum munere Neptuni nullo telo violari potuisse. Cæterùm iuxta fidem historiæ, Cæneum Thessalum quempiam aiunt fuisse rei bellicæ cum primis peritum, adeò vt quum multis præliis interfuisset, nunquam vulnus acceperit. Denique quum Lapithis auxilium ferret aduersus Centauros, deprehensus solus, ab hostium multitudine obrutus est, citráque corporis vulnus extinctus. Itaque Lapithæ, cadauere integro reperto, ipsa. ferunt sui ortem, Cæneum in omni vita inuulnerabilem fuisse. Venustius enunciabitur per comparationem.

Cæneus.

Sale perunctus hic adiuuabitur. 26

Ἁλὶ γὰρ ἡδυσμένος ἐνταῦθ' ἀφεθεὶς. id est,

Acri sale hic perunctus adiuuabitur.

In eos dicebatur qui vel ætate vel vino delirarent. Quidam ab vtribus trausfugas existimant: qui sale toti redduntur meliores, quòd salsa acrimonia, coriorum crassitudinem emendet. Itidem temulentia laborantes mos erat sale & oleo perungere. Id aduersus ebrietatem remedium existimabatur. Quidam à vasis testaceis ductum malunt, quæ sale imbuuntur, quo fidelius contineant liquorem infusum Sumptum est autem prouerbium ex Aristophanis Nebulis.

Hæc iustitia. 27

Αὕτη τοι δίκη ἐστὶν ἣν θεοὶ νέμουσιν ἔχειν. id est,

Diuina hæc iustitia est, magnus quos claudit Olympus.

Dici solitum quoties pœnas darent iactati, veluti diis ipsis victoribus. Sumptum est ex Homero.

Atqui non est apud aram consultandum. 28

Ἀλλ' οὐδὲ δεῖ πρὸ τοῦ γε βωμοῦ τοὺς ὄνους. id est, Atqui nihil opus iuxta aram cogitare. Consultandum ante-

Consultandum ante factum.

quam incipias in ipso negotio sera consultatio. Sumptum à sacrificis, qui pro ritu sacrorũ omnia præparãt, priusquã accedant ad aram. Nam in ipsis sacris periculosum existimabatur siquid parum rite dictum ac factum fuisset à sacerdotibus, aut patrimis ac matrimis. Declarat M. Tullius in oratione De responsis Aruspicum. An si ludus constitit, aut tibicen repente conticuit, aut puer ille matrimus, & matrima si terram non tenuit, aut thensam, aut lorum omisit, aut si ædilis verbo aut nutu aberrauit: ludi sunt non rite facti?

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. Ἀλλ' οὐδὲ) Nullo modo stare potest hæc lectio, ac præterquam quod verbum δεῖ exigit genitiuum non accusatiuum, non videtur nomen ὄνους aut verbum ὀνεύω tam bene sententiæ huius adag.) quadrare quã βωμοῦ, quod apud Zenobium habetur. Hic enim is effert illud, ἀλλ' οὐδὲ δεῖ πρὸς τὸν βωμὸν ὀνεύειν: quam lectionem in alterius locum reponẽdam potius quam in hac corrigenda immorandum censeo. Quanquam mihi magis placeret βωλοδυτεῖν, quod statim sequitur apud Zenobium, quum ait ὅτι μὲν χρὴ ἐν αἰσιοῖς πᾶσι ἄρχειν βωλοδυτεῖν, δηλοῖ καὶ ἡ παροιμία.

V. *tactat in seq. prou.*) Puto planè alium esse huius prouerbij sensum, ac illis qui armati magna se mole ferrent, arma etiam sua quassantes ad ostentationem (cuius rei exemplum est & apud Æschylum) perinde quasi hic gestus virtutem bellicam testaretur obiici solitum, Μᾶρς τὰ αὑτοῦ ὅπλα οὐ σείει, id est, Mars sua non quatit arma.

Mars haud concutit sua ipsius arma. 29

Ἄρης τὰ αὑτοῦ ὅπλα οὐ σείει, id est, Mars sua ipsius arma non iactat. Commodè feruntur quibus assuevimus, quæque nobis quadrant, etiamsi sint grauissima. Iactamus enim quod incommode ferimus. Vnde Iuuenalis,

Non grauia quibus assuemus.

Nec tactare iugum vita didicere magistra.

Ita studiorum labor, qui occideret athletam, non grauat eruditum.

Smaragdus in luce obscurus. 30

Ἀρίγνωτος σμάραγδος ὢν, ἐν μὲν τῷ φάει σκοτεινὸς, id est, Insignis smaragdus, in luce quidem obscurus. In eos iaci solitum qui præpostere ibi semet occultarent, vbi maximè conuenebat edere virtutis specimen. Plinius inter smaragdorum varietates commemorat, qui dicti sint cæci, quòd colore sint obscuriore. Id vitij magis in sole deprehenditur cùm ingens color ille suauiter virens, nec sole mutetur, nec vmbra, ne lucernis, ac ne aquis quidem. quemadmodum idem docet Plinius lib. 37. cap. 6.

Martis pullus. 31

Ἀρείου ὄρνιθον, id est, Martis pullum, vocant ad bella magnopere propensum. Aristophanes in Auibus,

Ad bellum propensus.

Ἀρείου ὄρνιθ' ὦ νεανία Νεμέας. id est,

Pullus Gradiui, ô puelle rectior atque here.

Sentit autem de gallo, qui, quòd omnium auium sit pugnacissimus bellacissimúsque (vnde & crista & calcaribus armatus est) Marti sacer est. Vel quòd is olim fuerit adolescens Marti in deliciis habitus, qui consueuerit obseruare, Marte cum Venere cubante, ne quis deorum interueniret. Deinde quum illo dormiente sol aduenisset, Martique turpiter esset deprehensus, iratus Gallum adolescentem in auem commutauit, manentibus etiamnum priscinæ naturæ vestigiis. Narrat hanc fabulam Lucianus in Gallo. Prouerbij meminit & Laertius in vita Diogenis Cynici.

Vtrem mergus vento plenum. 32

Ἀσκὸν βαλλίζεις πλήσας ἀνέμου πλήρη, id est, Vtrem mergis vento plenum. Compesit in eum qui frustra conatur vt qui castigat inemendabilem. quòd inflatus vter, quantumuis immergas, rursum emicet. Natum videtur ex oraculo Sibyllæ quod illa edidit de ciuitate Athenien si.

Inanis conatus.

Ἀσκὸν βαλλίζειν, δεῦρο δὶ πνεῦσον ἔσω. id est,

Vter tingere, sed mergere nemo valebit.

Durus alloquijs. 33

Ἄπτωτος αὐτοῦ καὶ σκληρομήτωρ, id est, Immobilis siue inflexilis alloquio. Ductum à cera, quæ tractando mollescit. ἄπτωτον autem dicitur quod non queat liquefieri. Competet igitur in hominem inexorabilem.

De immobili.

Profectus ad Apaturia. 34

Ἀπιὼν ἐς ἀπατούρια, ὑπηνίκ' ἦν θαργηλιών, id est, Profectus ad Apaturia, quæ redit Maio. Dici solitum in eos qui licentius immorarentur negotio cuipiam. Athenis festum erat quod Apaturia vocabant: id triduo peragebatur. Primum diem appellabant δόρπεια, propterea quòd sub noctem conuenientes, φράτορες conuiuium agerent. Secundum appellabant ἀναῤῥύσια, quòd in eo rem diuinam facerent Ioui Phratrio ac Mineruæ. Tertium κουρεῶτα, quòd iuuenes & puellæ in gentem transcriberẽtur. Meminit Suidas copiosius de hoc festo: verùm ea non multum attinent ad explicandum prouerbium.

Ego tibi de allijs loquor, tu respondes de cepis. 35

Ἐγὼ σοὶ περὶ σκόρδων λέγω, σὺ δὲ κρόμμυων ἀποκρίνει, id est, Ego tibi loquor de allijs, tu respondes de cepis. Similimum illi, ἄμμας ἀπήντα, quum aliud respõdetur quàm

rogaris: vel contrà, quum ineptè respondetur ineptè ſcitanti. Confinia ſunt inter ſeſe cepe & allia.

Aurificem te futurum credebas. 36

Χρυσοχόον ἄων, id eſt, Aurificem te futurum arbitrabare. Natum aiunt ab huiuſmodi quodam euentu.

Spes irrita. Inualuerat aliquando fama apud vulgus Athenienſiũ, in Hymetto monte magna auri fragmenta videri, quæ à formicis illis pugnacibus ſeruarentur. Itaque quidam credulitate ſumptis armis exierunt illas expugnaturi qui quum re infecta, ſtultaque ſumpto labore reduĕt in vrbem, irriſi ſunt a cæteris ciuibus, illud obiectantibus, σὺ δ' ὦν χρυσοχόος ἦσθα, id eſt, Tu credebas te futurum aurum. Meminit huius rei Eubulus in fabula cui titulus Glaucus,

Ἡμῖν ποτ' ἦσθας Κεκροπίδας ἐπίσκοπος,
Λαβόντας εἰς ὑμᾶς ξυλλήψειν ὄχλα,
Καὶ σὺ ὅτι μάμμακρας ἡμερῶν ποιῶν,
Ὡς χρυσοτύκτης ψῆμα τῷ πυρὸς τρίβῳ. id eſt,
Quondam vitis nos Cecropidæ perpaſſimus,
Sumptis vt armis montem Hymettium incurrerent,
Contrà formicas cibaria tridui,
Ferrent, velut fragmentula auri fuſilis Apparuiſſent.

In penultimo verſu aut mendum eſt, ut defectus. fortaſſe pro σὺ legendum ἄων. ita certè conſtabit verſus,

Καὶ ὅτι σὺ μάμμακρας ἡμερῶν ποιῶν.

Extat & apud Platonem libro De republica quinto, Τί ἦν ἐκεῖνο ὃ σὺ Θρασύμαχος ἔφη χρυσοχόε, εἰς ἐμὲ δὴ τὸν ἐκ παίδων ἀφῖχθαι, ἀλλ' ἐ λόγον ἀποκρίνασθαι, id eſt, Quid autem erat tuus Thraſymachus, ſi auri fulor, ad eos qui nunc hic ſunt aduenĕſſet, ac non potius rationes auditurus? Æſchines. Ἀποφαίνεις ἐμοὶ πάνυ δῆλον ὅτι χρυσοχοΐν ἐπαιδεύθην, ἀλλ' οὐ σοφιστικὴν οὐδὲ φαύλην ἐπῃσκηκώς. i. Quum hinc ſe ſubduxerit, perſpicuum eſt, quòd aurũ fundere diſcerit, potiùs quàm id facere patiũ quod ipſi propoſitum erat. Paræmia conuenit vbi quis ingentes ſpes animo concepit, ſed diuerſitus fruſtratus. *Fruſtrata* Quod ferè ſolet accidere iis qui ſuo ſumptu mittunt qui terras perueſtigent incognitas: aut quum fornaces alcumiſticas omnia ſua profundunt.

ANIM. HENR. STEPH.

V. *Extat*] Adi vulgatam Platonis editionem, & ex ea locum hunc atque eius interpretationem emenda.

Seiuncta ſunt Mertha ac Siloam fluenta. 37

χωρὶς τὰ Μερρᾶ καὶ Σιλωὰ ῥεύματα. id eſt,
Seiuncta ſunt Mertha ac Siloæ flumina.

Longiſſimè a ſe diſiuncta. De longo interuallo diſſitos inter ſeſe, veluti ſi quis dicat inter amicam & adulatorem plurimum intereſſe. Finitimum illi: Χωρὶς τὰ τῆς Μυσῶν καὶ Φρυγῶν, id eſt, Separatæ ſunt poſſeſſiones Mytorum & Phrygum. Apparet neotericum eſſe prouerbium & haud ſcio an ab Apoſtolo additum ex Literis eccleſiaſticis. Siquidem Mertha vocatur locus in quo Moſes aquas petentes & amaras, iniecto ligno, dulces reddidit ac ſalubres. Cæterùm ad aquas Siloam miſſus eſt a Ieſu cæcus Euangelicus, quo vt imi reciperet. Vnde apparet ſalutares fuiſſe, diſtillamillimas aquas Merthæ.

Φάσπορα. 38

Formidi terriculamenta. Φάσπορα εἶναι τὰ τοιαῦτα. De minis ac terriculis inanibus: aut quum oſtenditur arte periculum, quum re nullum ſit periculum. Tranſlatum à militari aſſutia, quâ ſit vt ad terrendos hoſtes noctu diuerſis locis ignes incendant, vt ingentes exercitus eſſe credatur. Eos ignes adſimulatos φάσπορα vocant. Non habebit prouerbij gratiam, niſi transferas ad eos qui fumis verborum territare ſtudent aliquem, aut in fraudem illicere. Sic enim interdum tribuntur nautæ.

Pſyra Bacchum. 39

Ψύρα τὸν Διόνυσον, id eſt, Pſyra Bacchum. Stephanus & Suidas citant è Cratino, Ψύρα τὸν Διόνυσον ἄγετε, id eſt, In Pſyra Bacchum ducentes. Rurſum ἐν ἐρημίᾳ, Ψύρα τινὰ τὴν σπάρτην ἄγεις, id eſt, Et in Pſyra Spartam ducis. Annotatum eſt & ab Hermolao Barbaro. Dicitatum adagium, vbi vinum appoſitum in conuiuio nemo guſtat: aut de ſordido apparatu. Pſyra puſilla quæpiam inſula eſt haud procul à Chio in qua vinum non prouenit. Meminit & Strabo libro decimo quarto. Hanc Homerus Odyſſea Ἰκμαλίαν appellat. In Oracorum commentariis reperi ſcriptum aliquoties ψύρᾳ finali circunflexo: ſed mendoſè, ni fallor.

Sordidus apparatus.

Caput vacuum cerebro. 40

Stolidi. Ὦ οἵα κεφαλή, ἢ ἐκφανὲς ἐγκέφαλον οὐκ ἔχει, id eſt, O quale caput, & cerebrum non habet. De his qui corporis ſpecie præcellunt, ingenio carentes. Natum ex apologo qui circunfertur inter Æſopicos. Vulgo quoque vecordibus & inſipidis aiunt cerebro vacuum eſſe caput. Cicero 1. Tuſcul.

Crudelis Bacchus. 41

Ὠμηστὴς Διόνυσος, id eſt, Crudelis Bacchus. Baccho quondam viuos homines ſacrificari mos erat: vnde in crudeles conuenit. Hinc quòd temulentia feroces reddat & immites. *De feroci temulentia.*

Hoc calceamentum conſuit Hiſtiæus, Ariſtagoras induit. 42

Τοῦτο ὑπόδημα ἔρραψε μὲν Ἱστιαῖος, ὑπεδήσατο δὲ Ἀρισταγόρας, id eſt, Hoc calciamentum Hiſtiæus quidem conſuit, cæterùm Ariſtagoras induit. Diogenianus admonet dici ſolitum in eos qui callidè ſua maleficia in alios reiciunt. Adagium natum eſt ex huiuſmodi hiſtoria. Hiſtiæus quidam patria Samius, Dario amicus, ab eodem in Perſidem miſſus eſt: illic diutius commoranti inceſſit patriæ reuiſendæ deſiderium. Verum quum à rege commeatum impetrare non poſſet, ſcribit ad Ariſtagoram ex fratre nepotem, vt Ionas ad defectionem ſollicitaret: videlicet vt hac occaſione dimitteretur. Excogitauit autem nouum literarum trãſmittendarum genus, cuius meminit & Aulus Gellius Noctium Atticarum libro decimoſeptimo, capite nono. Seruo cuidam ſpectatæ fidei, diu oculos ægrotos habenti, capillum ex omni capite, tanquam medendi cauſa deradit, capũtque eius læue literarum formis compingit. His literis quæ voluerat ſcripſit. Hominem poſtea, quoad capillus adoleſceret, domi continet. Renatis pilis, ad Ariſtagoram mittit. Et quum ad eum veneris, inquit, mandaſſe me dicito vt caput tuum, ſicut nuper egomet feci, deradat. Seruus vt imperatum erat, ad Ariſtagoram venit, mandatum domini adfert. Is non eſſe ſtultra tutum, capite derado literas legit, ac mente Hiſtiæi cognita, totam ferme Ioniam ad defectionem traxit. Darius poſteaquam hæc cognouiſſet, deteruiſſe Ionas, Hiſtiæum in conſilium adhibet, quem potiſſimum in Aſiam mittere oporteat ad res componendas. Is perſuadet vt ſeſe mittat, vtpote idoneum ad ſarciendam defectionem Ionum. Itaque poſteaquam in Aſiam deuenĕſſet, iamque in ſuſpicionem veniſſet Sardium præfecto, tanquam author huius motus fuiſſet, hoc audiuit ab eodem, ὅτι ὁ Ἱστιαῖος ἔχει τῆς ζεύξεως τὸ σκύτος, τῶν τὸ τόδημα ἐρράψας μὲν σὺ ὑπόδυνεται ὁ Ἀρισταγόρας. id eſt, Sic hæ res habent Hiſtiæe: tu quidem calceum hunc conſuiſti, cæterùm Ariſtagoras induit. Meminit & Herodotus quinto & ſexto libro, in hunc modum efferens quemadmodum retuli. Significabat autem eius conſilij primum fontem & authorem fuiſſe Hiſtiæum, adminiſtratorem Ariſtagoram. Ea vox deinde, vt fit, vulgo cognita, commenti nouitate, in populi fabulam abiit. Videtur magis conuenire, quoties in aſſutis & improbis conſiliis alteri alter auxilio eſt, mutuaque opera ſeſe iuuant. Nam dare conſilium, eſt tanquam calceum conſuere: vti conſilio & exequi, eſt velut induere calceamentum. *In aſſuti filius, mutua ſeſe opera iuuantes.*

Quæ non poſuiſti ne tollas. 43

Ἃ μὴ κατέθου, μὴ ἀνάιρου eſt. Quæ non depoſuiſti, ne ſuſtollas. Citatur à Platone lib. De legibus vndecimo, tanquam ex poeta quopiam. Laertius refert inter Solonis leges, ſentiens opinor de terminis agrorum non mouendis, quos maiores poſuiſſent. Conuenit in furaces, & in eos qui repetunt quod non crediderunt: item qui ſibi poſtulant acceptum ferre quod non præſtiterunt.

Bulbos quærit. 44

Βολβοὺς ζητεῖ, id eſt, Bulbos quærit. locus prouerbialis in eos qui iuxta Perſium, Sat. 3. Obſtipo capite deſigunt lumina terræ. Plutarchus in Sympoſiacis, καὶ γὰρ ὁ λεγόμενος ὑπὸ τῶν παροιμιῶν, ἐφ' ᾧ βολβοὺς ὀμαρύττει ἀφαυρὸς καὶ μικρὸς ὤν, ἀλλ' ἔχει δύναμιν αὐτικὴν δή, καὶ δεῖγμα ἡ σκιὰ τῆς φύσεως, id eſt, Etenim ridiculus iſte, inquit, & prouerbio obnoxius bulbus haud ideo fulmen effugit quòd puſillus ſit: ſed quòd vim habeat contrariam fulminis. quemadmodum & ficus arbor, & viruli marini pelles. Porrò iſtius prouerbialis, de quo meminit Plutarchus, ſumptus eſt (vt opinor) ex Ariſtophanis Nebulis, vbi Strepſiades Socratis ingrediens ſcholam, admiratur diſcipulos Socratis prono capite terram ſpectantes. Reſpondentique cuipiam, *In eos, qui terram contuentur.*

Ζητῶν ὅπως τὰ χθὲς γλθ. Sup. Βολβοὺς ἔφα
Ζαθέων μὲν οὖν ἂν ἡμῖν φανεῖτε
Ἐγὼ γὰρ οἶδ' ἐν ἐστὶ μαγάλοι καὶ καλοί. id est,
Quarum habet qua terra. Strepsi. *Bulbos fallicat*
Quarum.ego sed cura nequid istius
Vos magni.ego enim nam vbi sint magni & boni.

Quod siquis malit referre ad id quod est apud eundem poetam in Pluto, ξυνὼν θύμον φαγόντες, id est, Qui easdem mecum cepas edistis, equidem haud magnopere repugnarim. Significat autem tenues amicos, quique, vt ait Terentius, paupertatem vnà tulerunt grauem. Persius item Satyra quarta, de sordido & impendio tenaci parcóque.

Hoc bene sit, tunicatum cum sale mordes
Cepe, & ferratam pueri plaudentibus ollam.

Extat & apud eundem Aristophanem in Concionantibus & alius de bulbo iocus huiusmodi, καταφαγὼν βολβῶν χίλιαν, id est, Qui deuorauit bulborum ollam. Verba sunt aniculæ ad iuuenem detrectantem coitum, quòd vnus duabus par esse non posset, καλῶς, inquit, ἐπειδὴ καταφαγὼν βολβῶν χίλιαν. Nam bulbos irritare venerem testatur & Martialis,

Nil aliud bulbu quàm satur esse potes.

Et Columella in Carmine,

Iam Megara venant genitalia semina bulbi.

Sunt autem multæ bulbi species: sed omnes, inquit Dioscorides libro 2. habent acrimoniam, & calore venerem stimulant, quemadmodum eruca de qua Columella,

Cepas edere. *Excitet vt Veneri tardos eruca maritos.*

Suidas duo de cepis adagia refert, κρόμμυα ἐσθίειν, id est, Cepas edere: & κρόμμυα ὠσφράνεις, id est, Cepas odorati, quæ suo reddidimus loco.

Exacta via viaticum quærere 45

Seneca in libello De moribus, Quid enim stultius est, quàm quod dici solet, via deficiente, viaticum quærere, aut augere? Quadrat in senes auaros laborat enim ea ætas plerunque hoc vitio: vt quo minus superest vitæ, hoc magis sit de victu sollicita. Contra, iuuentus huius studij vel maximè negligens est. M. Tullius in Catone maiore. Auaritia verò senilis quid sibi velit, non intelligo. Potest enim quicquam esse absurdius, quàm quo minus viæ restat, eo plus viatici quærere?

Ventis tradere. 46

Ventis tradere, pro eo quod est obliuiscì atque ex animo eiicere. Seruius prouerbialem figuram admonet esse. Vergilius in decimo Æneidos,

Be obliuios.
-nec fore videt sua gaudia ventos. Et lib. 9.
-sed aura Omnia dissipant.

Rursum idem, lib. 12.
-partem
Mente dedit, partim volucres dispersit in auras.

Item Horatius Carm. li. 1. Od. 16.

-tristitiam & metus,
Tradam protervis in mare Creticum
Portare ventis. Ouidius,
Cunctáne in aquoreos abierunt irrita ventos?
Cunctáne Letheus mersa feruntur aquis? Idem,
Qua tibi sint facienda tamen, cognoscimus Furi
Da mea, nec tepidis verba ferenda Notis.

Os infrænè 47

De maledico. Ἀχάλινον στόμα id est, Os infrænè, vocant os petulans, & maledicum. Sumpta metaphora ab equis, nullo fræno coërcitis. Ita Plato libro De legibus tertio, ἀχάλινα στόματα vocat, Euripidem opinor imitatus, qui in Bacchis τὴν ἀχαλίνων στομάτων αὐθάδειαν τῆς ἀκροτάτης τύχης δυσχίαν esse scripsit, quemadmodum alibi meminimus. Plutarchus de liberis educandis, ἀθύρωτον στόμα dixit, quasi ianitoris egens. Aristophanes in Ranis.

Ἀθύρωτος στόμα

-αὐθάδη δέσμων
Ἔχοντ' ἀχάλινον, ἀκρατῆ, λάλων στόμα. id est,
-vis improbi,
Infrænè habentem intemperans, & ossi
Os indignum.

Ἀδρόλωτος. Iulius Pollux docet id genus homines dici ἀδρολώτους, vocem vsurpat Euripides in Oreste,

-καὶ τῷ δ' ἀδίκατα
Ἀνήρ τις ἀδρόλωτος ἰσχύων δίκαι,
Ἀρχῇ, οὐκ ἀρχῇ, λάλος καμοὶ πικρός,
Θορύβῳ δ' ἁπλῶς καὶ μαθεῖν παρόντα,
Πλημμὲς ἐν αὐτοῖς ἀξυνετὸν κἀφρόνιμα id est,
Sub ista surgit quispiam vir, cuius os
Carebat ostio, valens audacia,
Arguius, haud Arguius: huc adductus est
Turba obsequens, & imperita audacia,
Cui orationis posset eloquentia
Malo vel ipsos principes euoluere.

Sic Euripides depingit oratorem stolidum. sed vtinam hæc forma non competeret in tam multos concionatores, non Euangelicos, sed sycophanticos, ac meros adulatores.

Ego ac tu idem trahimus iugum. 48

Ἐγὼ τε κἀγὼ τὼ αὐτὼ ἕλκομεν ζυγόν. id est,
Idem ego, tuq; ducimus pariter iugum.

De his qui similibus vitiis aut malis obnoxij sunt. Non dissimile illi, In eadem es nauì. quanquam hoc magis pertinet ad commune periculum. Plinius in Epistolis alicubi dixit, Ex æquo iugum ducere, pro eo quod est, negotij vices pariter sustinere. Translatum à bubus arantibus. Huc allusisse videtur Horatius libro Odarum primo, Od. 35.

Diffugiunt cadis *Cum face fecatæ amici,*
Ferre iugum pariter dolos.

Res indicabit. 49

Αὐτὸ δείξει, subaudi ἔργον, id est, Res ipsa indicabit. *Veritas exitu patefit.* Quum significamus experimento exitúque perspici sermonis veritatem. Vtitur Plato in Theæteto. Nam illic Socrates exhortans ad inquisitionem rei, Ὦ θαυμάσιε, ἔφη, δεῖ δὴ δεῖξαι αὐτό. καὶ τῶν ἰόντων ἡγεμὼν ἐάν τις ἐμπέσῃ γιγνόμενον αὐτὸ φαίνειν τὸ ζητούμενον. μόνον δὴ σὺν ὁρᾶν. id est, Qui alius per flumen iturus dux erat, o Theætete, dicebat, ipse indicabit. & hoc si pergamus inquirere, fortassis apparebit quid nobis obstet: at si maneamus, mihi erit perspicuum. Natum videtur à casu. Quidam ingrediuntur flumina, vt alius sequutus dux esset, percontantibus illis num esset aqua profunda. respondit αὐτὸ δείξει, id est, ipsa indicabit. Marsilius enim sic vertit quasi subaudiendum esset ὕδωρ, in Platone: quum illic præcedat σκάφος. Suidas putat subaudiendum ἔργον id est, ipsa res. Vsus est Aristophanes in Lysistrata.

Τάχ' αὐτὸ δείξει. id est,
Res ipsa mox probabit.

Pindarus in Nemeis, Ἐν ᾧ πίστα τὸν ἐσθλὸν διαφαίνεται ὧν τις ἐξοχώτερος ἔβλαστε, id est, In experimento verò tandem apparet quibus sit aliquis præstantior. Huic finitimum, τὸ πρᾶγμα λέγει id est, Res ipsa loquitur, apud Lucianum in Toxaride. Item illud Aristophanicum in Vespis, *Res ipsa loquitur.*

Τὸ πρᾶγμα φασὶ, οὐ λόγ' αὐτὸ γὰρ δεῖ. id est,
Res ipsa quam, quæ de ipsa per se clamitat.

Id imitatus M. Tullius in oratione quadam, dixit, totam hominis effigiem, malitiam quandam clamitare.

Omissa hypera pedem insequeris. 50

Ἀφεὶς τὴν ὑπέραν, τὸν πόδα διώκει, id est. Omissa hypera pedem sectatur. Conuenit vbi quis omissis his quæ magis ad rem attinebant, leuicula quæque curat. Hyperæ, nautici funes sunt quibus antemnarum cornua traducuntur. Pedem autem vocant imam claui partem. Verùm hyperarum maximus vsus in nauigando. Suidas adagium citat ex Hyperide item qui scripsit scholia in Demosthenem ex libro περὶ ἐπιχειρ. primo.

Beccefelenus. 51

Βεκκεσέληνος, proue bio dicebatur stupidus ac delirus, lyderatus, aut admodum senex. Beccus Phrygum antiquissima lingua panem significat, authore Herodoto lib. 2. σελήνη lunam. Vnde Arcades, qui volunt mortalium omnium antiquissimi videri, προσέληνοι dicuntur, tanquam antiquiores ipsa luna. Quod notans Apollonius lib. Argonauticôn quarto, *Πρεσέληνοι Arcades.*

Ἀρκάδες οἱ καὶ φασὶ σελήνης ἀΐσσοντα.

Psammitichus autem rex hoc argumento deprehendit, Phrygios omnium antiquissimos fuisse, quòd pueri qui nullam vocem hominis audierant, beccum sonarent. Suidas hoc loco iocans, negat mirum videri debere si capratum vocem imitati sint qui fuerunt à capra nutriti. Nam id asserit Herodotus. Vitur Plutarchus lib. 1. De vitis philosophorum. καὶ γὰρ Πλάτων ὁ μεγαλόφωνος εἰκὼν, ὁ δοὺς ἴσχειν τὸν κόσμον πρὸς τὸ αὐτοῦ ὑπόδειγμα, ὄζειν λέγει βεκκεσέληνον, κατὰ τὴν παλαιὰν τῶν ἀρχαίων κωμῳδίας παροιμίαν, id est, Etenim Plato vocalis quum sit, Deus condidit mundum ad suam ipsius imaginem, olere deliratorem Beccefelenam, quemadmodum lo-

quuntur veteris comœdiæ scriptores. Sumptum est Prouerbium ex Aristophanis Nebulis,

Καὶ πῶς ὦ μῶρε σὺ, γ᾽ περιον ὄζων γ᾽ βεκκασίλων. i. *Et quo pacto ſtolide tu, & Saturnia oleris, & beccafeleno.*

Quo loco complura super hac dictione referuntur ab interprete, siquis forte requirit: ego quod ad adagij explanationem iudicaui fore satis, attigi.

Imperitus anaxyride indutus omnibus id ostentat. 52

Ἀμαθὴς ἀναξυρίδα περιβεβλημένος πᾶσιν τούτοις ἐπιδείκνυται, id est, Imperitus subligaculum siue brachas indutus passim eas ostendit. In eum congruit, qui propter insolentiam, etiam ineptissimis rebus effertur. Nam rerum imperitis quicquid peregrinum ac nouum est, videtur elegans. Eruditi quidam putant anaxyridem Græcis dici quas Latini vocant brachas, siue feminalia: quæ tegebant mediam corporis partem vnà cum feminibus. Brachæ igitur barbaricæ vestis genus erat, sed præcipuè Gallorum quorundam. Vnde & Gallia brachata dicta est. Anaxyridem verò & Persis in vsu fuisse declarat Strabo. Vidimus & Venetiæ, patritios iuuenes, siquando peregrinantur, gaudere Gallicis subuculis, absque veste superiore: quod idem domi non faciunt. Quadrabit & in eos qui sibi videntur aliquid, quòd Gallicè loquantur inter Germanos: aut qui vocibus obsoleris, obscuris aut peregrinis vendutant sese. Subolet hoc ab Apostolio additum ex huius ætatis adagiis.

Vel in rebus ineptis insolens.

Brachæ.

Mineruæ suffragium. 53

Ἀθηνᾶς ψῆφος, id est, Mineruæ suffragium. De exacto iudicio: contrarium illi, σῦς ἔκρινεν, id est, Sus iudicauit. Sed lepidius fiet si per nouam efferatur in stupidum, & nullius iudicij hominem.

Iudicium exactum.

Per parietem loqui. 54

Διὰ τοίχου λαλεῖν id est, Per parietem loqui, Dicitur qui ridiculè quid facit. Siue quòd obstante pariete neuter alterum audit, siue quòd ad eum modum colloquuntur amantes, vt testatur Ouidius de Pyramo & Thisbe.

Internallo pereat fames, & optime perditur. 55

Διὰ μέσου γ᾽ μοι λιμὸς ἔρροι γ᾽ κάλλιστ᾽ ἀπόλοιτο, id est, Intercapedine optimè pereat fames. Mora multis rebus adfert remedium, & maximè iracundiæ. Inuenitur etiam hoc interpretamentum, vt sit sensus, Extincto famelico, fames item pereat necesse est.

Statuam faucibus colas. 56

Ἀνδριάντα περιμάζου, id est, Statuam colas gutture. De re maiorem in modum absurda, quæque fieri nullo pacto possit. Veluti siquis hominem præpotentem & inuictum frustra conetur opprimere. nec enim inquescit statua.

Insperabilem vitam vivis. 57

Ἀπέλπιστον βίον ζῇς, insperatam vitam agis. (sic enim loquuntur Attici) hoc est, vitam mirificam, & quam ne sperare quidem auderet quisquam: aut in qua non spes alat animum, sed ipsa res adsit. Extat apud Pindarum.

Amens longus. 58

Prælongis mentè deesse.

Ἄνους μακρός, id est, Amens qui longus. Hoc est quod vulgò dicitant, prælongis mentem deesse, pusillis nimium adesse animorum. Sumptum videtur ex Sophocle, apud quem hi versus sunt in Aiace flagellifero,

-κρὸ οἱ πλατεῖς
Οὐδ᾽ ἱππόκροτοι φῶτες ἀσφάλεστεροι
Ἀλλ᾽ οἱ φρενοῦντες ὀλίγοι. id est,

-non enim his
Qui porriguntur mole vasta corpora,
Latoq; tergo, viri opertet maximè:
Verùm magè illi quos valens prudentia.

Videtur in eadem ferme sententia fuisse Homerus, Tydeum fingens corpore pusillo, cæterùm strenuum. Sic enim ait Iliad. ε.

Τυδεΐδῃ δὲ μάχῃ μὲν ἐΐσκετο, δείᾳ μαχητῇ, id est,
Strenuus in pugna Tydeus, sed corpore paruus.

Idem habetur in obscœno carmine:

Tydides Tydeus, qui (si quid credis Homero)
Ingenio pugnax, corpore parvus erat.

Et apud Statium,

Maior in exiguo regnabat corpore virtus.

Antiopæ luctus. 59

Ἀντιόπης θρῆνος, id est, Antiopæ luctus. Dici consueuit vbi quis immerens calamitatibus affligitur, deinde malis eximitur. Natum adagium ab Antiopæ fabula, quæ Nyctei filia fuisse narratur. ea quum esset à ciue quodam vitiata, pater grauius iracundens, ad fratrem Lycum mittit vt de ea supplicium sumeret. At ille quòd veterum fetus videret, misertus, pepercerat. Itaque peperit Zethum & Amphionem, quos ille in montem abiecit. Erat autem huic vxor nomine Dirce, quæ simulatóque sensit virum suum Lycum Antiopæ captum amore, puellam in montem abductam tauri ceruicibus alligat, suspensis à cornibus tedis ardentibus, parans illam hoc exitij genere conficere. Verùm ad vociferationem Antiopæ concursum est, cùm à vicinis rusticis, tum ab Amphione Zethóque, qui matrem agnitam eripiunt, & à Dirce pœnas sumunt.

Fuge procul à viro maiore. 60

Ἀλλ᾽ ἀνὴρ μείζονος ἄπεχε. id est,
Quæ te fortior est, hunc tu vitare memento.

Potenti commercium periculosum.

Caue à commercio potentium: habe commercium cum æqualibus. Etenim optimatum familiaritas, aut seruum facit & turpem: aut, si nescias adulari, periculis obiicit. Cum paribus vt multo suauior, ita tutior etiam vita est. Pindarus in Nemeis ἔδει δίκαιον, λαλεῖν δ᾽ ἐσθλὸν ἀνδρῶν ἐμμεῖν πρέπουσιν. id est, Caue certamen congredi cum hominibus potentioribus. Congruit cum eo quod alibi dictum est, Procul à Ioue & fulmine. & illo, Longæ regum manus. Herodotus in Vrania, ἡ γὰρ δυνάμιος τοῦ ἀνθρώπου ἡ βασιλέος ἐστὶ καὶ ἡ χεὶρ ἐκτετακυῖα, id est, Etenim potentia regis, supra hominem est, & manus prælonga. Hoc magis conueniebat illi prouerbio: sed quum locus occurreret in Herodoto, typographus priores chartas absoluerat.

Absque baculo ne ingredistor. 61

Ἄνευ ξύλου μὴ βάδιζε, id est, Absque ligno ne ingrediare. Inermis ne sis: verùm semper ad manum sit quo depellas siquis fortè quærat lædere. Natum aiunt à Cleomene, quodam Athenienſium duce. Is quum esset in insaniam versus, quòd omnibus haberetur exosus, baculum gestans, obambulare consueuit, quo propulsaret impetentes.

Omnem facultatem indutus est. 62

Ἅπασαν τὴν οὐσίαν ἠμφίεσται, id est, Vniuersam substantiam indutus est. De paupere, qui præter vestitum nihil præterea rerum possidet: alioquin αἴτιος γ᾽ αἰτίατος. Quod quidem & hodie vulgato ioco dicunt ad hunc modum, Quum subfilio, facultates omnes meæ commouentur. Notum illud Biantis philosophi dictum, Omnia mea mecum porto. Plautus in Rudente, Hoc quod induta sum, sunt meæ opes.

Omnia mea mecum porto.

Hostis non hostu. 63

Ἀπόλεμος πολέμιος, id est, Citra bellum hostis. Dicitur qui nulla lacessitus iniuria, tamen quę sunt hostium faciat: aut qui pacis obtextu facit hostilia. Conueniet etiam in illos qui priùs quàm expostulauerint de iniuria cum amico, iam lædunt inimicè.

Nefasti dies. 64

Dies inauspicati.

Ἀποφράδες ἡμέραι id est, Nefasti dies. Olim vocabantur inauspicati, & quibus publica non licebat agere. Vnde receptum vt homines inuisos ac detestandos, ἀποφράδας appellarent. Testis Lucianus in huius vocis calumniatorem. Apud Atticos huiusmodi dies erant septem, quibus infestæ peragebantur manibus, eoque habebantur inauspicati. Ad hæc veterum superstitio sibi persuasit & lunæ certos dies sinistri auspicij esse, veluti lunæ senescentis quartam, quintam & secundam: quos & ἀποπρὸ ἀδας appellabant. Rursus dies in quibus rei capitis damnabantur ἀποφράδες, veluti funestos. Postremò dies insigni quapiam calamitate funesti, ἀποφράδες dicti sunt. Horat. Carm. lib. 2. Od. 13.

Ἀποφράδες.

Ille & nefasto te posuit die.

Horum dierum meminit Plato libro De legibus septimo, negans illos esse καθαρούς, id est puros, sed ἀποφράδας appellat vt funestos, & sepeliendis mortuis sacros. Ea vox deinde translata est ad homines execrandos, & abominandæ malitiæ: teste versiculo,

Ἄνθρωπος ἀποφράς, γ᾽ βλάπτων ἀπίστως. id est,
Homo nefastus, & ore perfidum tuens.

Eadem est autem Græcæ vocis etymologia quę Latinæ,

tinx, ἀπὸ τοῦ φράζω. Huiusmodi fermè Suidas, Hesychius & Etymologicus. Quin & homines detestandos, sacros dicimus. vt Horatius, Serm. li. 1. Sat. 3.

-Sacer, nefastus esto.

Vergilius etiam ad animi rem transtulit, Æneid 3.

Auri sacra fames.

Anus cothonissat. 65

† *Vetula lasciuus.*

Γραῦς κωθωνίζουσα, id est, Anus cothonizantes. De vetulis indecore lasciuientibus. κώθων enim temulentum significat: unde fictum verbum κωθωνίζειν. Athenæus lib. 11. variis authoribus cothonem esse ostendit poculi genus, vnde dicatur κωθωνίζειν, pro inebriari: & κωθωνισμὸς, ipsa temulentia. Et Hesychius admonet, Græcos hominem temulentum appellari cothonem, quemadmodum Latini lagenam vocât, aut vtrem Homerus in Odis, in anum vxorem pauperis Ibyci, lib. 3. Od. 15.

Te lana prope nobilem
Tonsæ Luceriam, non citharæ decent,
Nec flos purpureus rosæ,
Nec pos vetulam sæpe tenus cadi.

De anu saltante dictum est aliàs.

Anus hircum olet. 66

Vetula libidinosa.

Γραῦς αἰγιοῦται, id est, Anus hircum redolet. De vetula libidinante: propterea quòd alarum ac reliquarum partium odor excitatur ad libidinem incensis. Horatius in anum huiusmodi, Epodon lib. Od. 12.

-nunquæ sagacius unus odorer
Polypus, an grauis hirsutæ cubet hircus in alas,
Quàm canus anus, vbi latent fures.

Nudo capite. 67

Citra pudorem, palamque facere.

Γυμνῇ κεφαλῇ id est. Nudo capite facere quæpiam dicuntur, qui palàm ac citra pudorem omnem faciunt. Qui rem pudendam faciebant, sic mos erat centonibus caput operire. Plautus in Captiuis duo, Ipsi de foro tam aperto capite ad lenones eunt, quàm in tribu aperto capite fontes condemnant reos. Neque refert vtrum hic aperto, an operto legas per ironiam: nam sensus idem vtriusque lectionis. Vsus est hoc prouerbij titulo & diuus Cyrillus interpretans diui Ioannis Euangelium, & diuus Chrysostomus in Encomio Babylæ martyris. Tegit & Socrates faciem apud Platonem in Phædro, dicturus vituperationem amoris.

In re mala animo si bono vtare, adiuuat. 68

Patientiæ magna vis.

Meretur omnino Plautinus ille senarius ex Captiuis duobus vt inter adagia recensetur,

In re mala animo si bono vtare, adiuuat.

Fortiter ferendo vincitur malum quod euitari non potest. Eandem sententiam paulo secus explicat in Pseudolo,

Bonus animus in re mala dimidium est mali.

Mulieris oculus. 69

Γυναικὸς ὄμμα πᾶς αἰκιάζεται βέλος. id est,

Mulieris oculus spiculum tuentibus est.

Et Vergilius, in Ecl. *-vetitq; videndo*
Femina. Idem,
Vt vidi vt perij: vt me malus abstulit error.

Illud aliàs recensuimus, ἐκ τοῦ ὁρᾶν γίγνεται τὸ ἐρᾶν, id est, Ex aspectu nascitur amor.

Decempes vmbra. 70

Tempus cœnandi.

Δεκάπους σκιὰ ἔσῃ, id est, Decempes vmbra est. id est, cœnandi tempus. Veteres vmbris notabant horas diei. Lucianus in Gallo, Συνεχὲς δὲ ἐπισκοπῶν ἑαυτοῦ τὴν σκιὰν πόσους ἔχει τοὺς πόδας. id est, Assiduè obseruans quot pedes haberet linea. Olim qui vocabant ad cœnam, designabant ad quam vmbram solarij vellent adesse conuiuas. Itidem qui vocabantur, ne venirent ante tempus, rogabant ad quotam lineam esset veniendum. Porrò vmbra decem pedum erat gratissima parasitis, cœnæ spem faciens, quemadmodum & fumus largior exiliens è culina. Huius adagionis vsum nullum video, nisi quis significare volens hominem vehementer edacem, dicat illi magnopere placere vmbram decempedem. Aut, nihil agere quempiam nisi obseruare vmbram decempedem. quo modo vtitur Aristophanes in Concionatricibus,

Σοὶ δ' μέλει,
Ὅπου ἡ δεκάπους σου σκιὰ πεσεῖται,
Λεπτῶς χαρίζῃ δῆτα δεῖπνον. id est,
Verùm hoc fuerit tibi curæ,
Vbi facta sit vmbra decempes,
Ad lautam accurrere cœnam.

Ammianus libro 23. tradit, apud Persas nullam horam præscriptam sumendi cibum præterquam regibus, sed suum cuique ventrem solarium esse. Et apud Plautum, si iocis commemini, parasitus quispiam dethomachatur in eos qui horologiorum vsum commenti sunt, quum venter sit optimum horologium. Adagium refertur à Suida. *Vter. pro solario Persis.*

Altera nauigatio. 71

Δεύτερος πλοῦς, id est, Secundarius cursus: vocabatur quum vento destituti, remis nauim impellerent. Nam ὁ ἐξ ἀρχῆς πλοῦς, πρῶτος, id est, Quum secundis ventis nauigaretur, ea prima nauigatio dicebatur: autore Pausania, quem citat Eustathius in secundum Odysseæ librum, quo loco prouerbij quoque mentionem facit. Aristoteles li. Moralium Nicomachiorum 2. ἐπεὶ οὖν τὸ μέσον τοχεῖν ἄκρον, χαλεπὸν, ᾗ τὸ δεύτερον, φασὶ, πλεῖν, τὸ ἐλάχιστα κακῶν ἕν κομιδῶν. id est, Quando igitur medium exactè consequi difficilè est, iuxta secundum, vt aiunt, cursum, minima malorum sumenda sunt. Philosophus sentit virtutem in medio esse sitam, at id quoniam interdum difficile est assequi, monet vt quam leuissime aberremus. Huc pertinet illud Aristophanis in Concionatricibus,

Νῦν μὲν οὖν οὔτε πνεῦμ', οὔτε λαιφῶν. id est,
Nam nunc nec aura impellimur, nec remige.

Interpres admonet, nautas, quum vento destituuntur, ad remos confugere. Conuenit vbi quoties quæ potissima fuerant non contingunt, ad proxima confugitur auxilia. Cognatum est illi quod alibi retulimus, δευτέρου φερομένου πλοίου. Vsurpauit hoc Ioannes Chrysostomus in homilia in Matthæum prima, Ἐπειδὰν ἅπαξ τῆσδε διαφύγωμεν τὴν χάριν, φέρε καὶ τὸν δεύτερον ἀσπασώμεθα πλοῦν. id est, Postea quam verò ab hac gratia sumus excussi, age vel secundum amplectamur cursum. Atque hîc statim in ipso, quod aiunt, portu impegit interpres Anianus: sic enim hunc locum reddidit, Quia verò hanc à nobis excussimus gratiam, vel secundas diuitias expectamus. Etiamsi in vulgatis per typographos exemplaribus, pro excussimus legitur excusamus: & pro expectamus, expectamus. Agit illic Chrysostomus, primùm & optimùm esse nullis vti literis: posteaquam autem ab eo quod erat optimum degenerauimus, nobis, esse nautas imitandos, qui quùm recto cursu non possunt eò peruenire quò volunt, tamen vel remigio, vel obliqua nauigatione conantur eodem pertendere. Fefellit autem interpretem prouerbij ignoratio, & ideo ex πλοῦν fecit πλοῦτον. Hæc indico non vt traducam Anianum, cuius industriæ debent studiosi, sed vt errorem tollam. Extat Naumachij, Christiani vt suspicor poetæ, carmen, quo primum hortatur ad virginitatem, matrimonium appellans secundarium cursum,

Εἰ δέ τι καὶ δεύτερος πλόος βιότου τελέσαι,
Καὶ τῶν φιλοτήτων, ἅς φασιν πᾶσι χαρίζειν
Τὸν πλοῦν, ὡς φασιν, τὸ δεύτερον ἔξοχα θέλγειν. id est,
Quòd si te vulgatus amor vitæ tenet, addam
Hoc quo vti dicit, quo pacto cursus vt ament,
Hic alter tibi sit peragendus vt vita fauet.

Alluxit huc Cicero in oratore ad Brutum, Quòd si quem aut natura sua, aut illa præstantis ingenij vis fortè deficiet: aut minus instructus erit magnarum artium disciplinis, teneat tamen eum cursum quem poterit. Prima enim sequentem, honestum est in secundis tertiisque consistere. Summam ceteritatem significans, vtrunque coniunxit Philippica prima, Tum verò tam tanta cupiditate incensus ad reditum, vt mihi nulli neque remi, neque venti latis facerent.

Diagoras Melius. 72

Sceleratus, & impius.

Διαγόρας ὁ μήλιος id est, Diagoras Melius. In scelleratum ac fœdissimum & impium. Hic capta Melo vixit Athenis, & Atheniensium sacrorum mysteria vsque adeo contempsit, vt complureis auerterit à religione, deterruerique ne iam vellent initiari. Præterea arcana illa mysteria, quæ nefas est profanis edere, ille impius in vulgus extulit, modis omnibus irridens. Quas ob res ab Atheniensibus proscriptus est, eámque proscriptionem palàm in ærea columna posuerunt, additi, præmij loco, talento, si quis hominem occidisset. si quis viuum adduxisset, duobus. Meminit huius Aristophanes in Auibus,

Ἢν δέ τινα τῶν ὑμῶν Διαγόραν τὸν μήλιον,
Ἀθεότατόν τε πάντων ὄντα καὶ πανοῦργον τὸν τρόπον

Τῶν πεντήκοντα κλητήρων. id est,
Siquis è vobis Diagoram Melium interfecerit
Præmium feret talentum: sin quis quem è mortuis
Interemerit tyrannus.

Sedecim pedibus superauit. 73

Haudquaquam hic rumor est a prouerbiali figura quod in Pericle scripsit Aristides, nempe Periclem oratorem reliquos in dicendo sedecim prætexisse pedibus. Ἀλλ', inquit, ὡς ἑκκαίδεκα μὲ πόδας ἤδη τοὺς ῥήτορας ὑπὸ τοῦ λόγου, μόνα δ' ἂν πεῖσαι τὸν ἀκροατὴν ὑπὸ τῆς χάριτος τοῦ φιλοπάτριδος θεοῦ ὄντα, id est, Dicens illum sedecim pedibus vicisse rhetores dicendo, atque in vnius illius labris insedisse suadelam quandam: cætera verò omnia nugas præ hoc fuisse. Itaque sedecim pedibus pro maximo interuallo dixit, sumpta metaphora à stadiis curforum. *Maximo interuallo.*

Locus autem de hoc Pericle est apud Eupolim comicum, in comœdia cui titulus Δῆμοι.

Κρατῖνος ἦλθεν οἶνον ἀντλῶν λέξεων,
Οὗτοι παρῆλθε, κἀπὸ τῶν ἀγαλμάτων
Ἑκκαίδεκα ποδῶν ἦρε λέξεις πεῦ κάπρας.
Ταχὺς λέγει μὲν, ὦθεῖ δ' αὐτὸ τὸ τεχνῆ,
Πειθὼ τις ἐπικάθηται τοῖς χείλεσιν. id est,
Hic inter homines primum vinum posuit
Dicendo, quoties præteribat, vti bonum
Agitisque cursu sesquim pratis pedum
Linquebat à se cæteros ianitrictores.
Sermone ceter erat eloquentia, adstrat huic
Suadela quædam tamen inpune in labris.

Hos versus & Aristophanes adducit in Acharnensib. ex Demis Eupolis, adiunctis his duobus,

Οὕτως ὀκνεῖ, κἀμοὶ δοκεῖ τὸν ῥήτορα
Τὸν κάδον εἰσιόντα τῶν ἀγερμάτων. id est,
Ita verò mouetur, atque fortis rhetorum,
Aculeum in animis inquit audientium.

M. Tullius in Bruto, Quam dicam inquit, in Pericle labris scripsit Eupolis festiuisse. Huius item oratoriam eloquentiam idem taxauit in eadem comœdia.

Ἐν τοῖσιν εἰσὶ Περικλέης ὁ θεοῖσιν
Ἠρεμὶ, ἠρέμα, ξυντετακὼς τὴν ὀφρύα. id est,
Pericles at inuigilans hic Olympius
Tonat, coruscatque, et omnem concitat.

Postrò quod ad Suadelam attinet, id imitatus Ennius apud Ciceronem in Catone maiore M. Cethegum Suadæ medullam dixit. Ab huius prouerbij forma non discrepat illud Aristophanis ὁπὸ τῆς ῥητορικῆς, *Suadæ medulla.*

Τῶν ἑλλανοδικῶν τὸ λεχθὲν ἐκπώματος ἄριστον. id est,
Vt Græcorum dixit genti Iouis præcedere centum.

Lepidius etiam erat, si pro pedibus paralangas dixeris.

Saxum volutum non obducitur muſco. 74

Λίθος κυλινδούμενος οὐ φῦκος ἐ ποιεῖ. id est,
Musco lapis volutus haud obducitur.

Qui non potest eodem in loco consistere, tardò fit vt delectet. Id totidem pene verbis etiam hodie dicunt. Simile illud Fabij, *Planta quæ sæpius transfertur, non coalescit.*

Lityersam cantionem canis. 75

Λιτυέρσαν ᾠδὴν ᾄδεις id est, Lityersam cantionẽ canis. Lityerses notius erat Midæ regis. hic quum ageret in Celænis, exceptos eos qui aduenissent, compelebat vt secum meterent: deinde præfectis capitibus, reliquum corpus manipulis inuoluebat. Idem instituit vt in honorem Midæ, Sezanos, id est, æstiuus aut messorius hymnus caneretur. vnde ductum prouerbium, vt qui non ex animo caneret, aut qui coacti canerent, hi Lityersam cantionem canere dicerentur. Menander in Chalcedonio. *De iis, qui coacti canunt.*

Ἀφέλε Λιτυέρσαν ἀπ' ἀριστοτίων.

Meminit huius item Iulius Pollux lib. De rerum vocabulis 4. cap. περὶ ἀθλημάτων ὀνομάτων. Sed hoc notant, Lityersam Iouis exercere solitum quos metendo vicisset: sed quum aliquando incidisset in messorem se robustiorem, ab eo trucidatum fuisse. Quosdam autem authores esse, Herculis manu periisse. Proinde cantionem eam ad patris desiderium leniendum fuisse repertam. Lityersæ meminit & Theocritus.

Lydum in planitiem prouocas. 76

Λυδὸν εἰς πεδίον προκαλεῖ id est, Lydum in campum prouocas. In eum competit qui lacessit iamdudum ad id propensum ac promptum. Notati sunt Lydi, quòd ad bellum capessendũ æquo propensiores essent. Herodotus lib. 1. docet Lydos equitatu valuisse. Proinde Crœsus optat Iones equitatu venire oppugnatum Lydos. Finitimũ ei quod alibi recensuimus, πλησίον ἐπὶ πλησίον. *De eo qui pro pensum lacessit.*

Sublata lucerna nihil interest inter mulieres. 77

Λύχνου ἀφθέντος γυνὴ πᾶσ' ἐ αἰσχύ, i. Lucerna sublata nihil differt vnus inter mulieres. Sentit adagium, nullam mulierem non esse impudicam, si detur facultas sine teste peccandi. Recenset Apostolius, & vsurpatur à Plutarcho in præceptis connubialibus.

ANIM. HENR. STEPH.

Vbi discriminis) Pessimam ponit adagij huius explicationem, & in qua pessimè de muliebri sexu meretur: dicens hoc sentire adagium, nullam mulierem non esse impudicam, si detur facultas sine teste peccandi. Nimirum quæ inter eas verè pudicitiam colunt, iure hic illi occinant: Parcito paucarum (multarum dixerit aliquis μυριάδων, diffundere crimen in omnes. Ego certè ita illum peruertisse huius prouerbij sententiam eo magis miror, quòd cum Plutarchi locũ legisset ex quo veram facillimum videtur esse colligese. Sic enim Plutarchus. γυνὴ τις πρὸς τὸν Φίλιππον, ἄγνωτα ἐφιλήθην αὐτὸν, ἄφες με, ἔφη. πάσα γυνὴ τῷ λύχνῳ ἀφθέντος ἐ αὐτή ἐστι. Id est, Mulier quædam Philippo ipsam ignaram ad se pertrahenti, Missam me facito, dixit. omnis mulier, amota lucerna est eadem. Hoc est, vt Erasmus exponit, Omnis mulier impudica est, si testis absit. Quorsum obsecro hoc dixisset Philippo ista fœmina? quid se protecturam sperans? an quia impudicam aliam præter illam inuenturum se Philippus non putabat, qua ratione effecturus sit vt omnes se impudicas præstent, illũ docet inimicum si lucernam, id est testem, amoueat illis peccaturis. Sentiet regis & quidem Reg: Philippo, deerant fœminæ, aliæ clàm, aliæ & clàm & palam impudicæ. Imò verò quum ita loqueretur illi hæc mulier, perinde erat ac si dixisset, Contentus esto iis quas habes fœminis. nam si forma differo aliquid a cæteris, at quicquid est inter eas & me discriminis, id nox tollit. Non ergo mulierum impudicitiam notat hoc prouerbium, sed illarum esse ostendit libidinosorum hominum in consectandis earum formis studium. Vnde & Plutarchus verbis proximè à me citatis adiungit, ὥστε φεύγειν τὰς μοιχικὰς καὶ ἀπλήστους ἔρωτας καλῶς. Quæ verba quum in rectam viam deducere Erasmum debuerint, illi contrà occasionem errandi præbuisse suspicor. fieri enim potest vt quum legisset πρὸς μοιχικὰς, aliquanto post fallax memoria illi subiecerit πρὸς μοιχικάς. Ego certè antequã Plutarchi locum adiissem, huiusce Græci adagij sensũ à Gallico edoctus eram adagio, *De mauls tous chats font gris*, quo meminerem solitos admonere quotidã qui de formosa vxore deligenda nimium sollicui essent, nihil aliud quàm volentes ἀφθαλμοῖς χαμαῖς, vt elegantissimè dicebat Alexandri mater Olympias. *Adagij sententia vera.* *Ista reiicit.*

Lyſicrates alter. 78

Λυσικράτης ἕτερος, id est, Alter Lysicrates. Lysicrates quidam in vulgi fabulam abiit, quòd capillos tam canos nigro tingeret, quo iuuenis etiam adhuc videretur. Cuiusmodi ridetur apud Martialem Ollius, comam tingens, quum barbam non posset. *In pauperrimum.*

Lyſiſtrati diuitias habes. 79

Λυσιστράτου πλοῦτον πλουτεῖς, i. Lysistrati diuitiis dives es. Prouerbialis ironia de magnopere tenuibus. Ad Lysistrato quodam tractum, extremæ paupertatis homine.

Expecta bos aliquando herbam. 80

Μένε βοῦ ποτὲ βοτάνην, id est, Expecta bos olim herbam. Dicendum vbi quid serò contingit. Laborat enim bos in agricolando, sed aliquando gustaturã herbam enatam. Finitimum illi, *Quod tardè contingit.*

-& adhuc tua messis in herba est.

Expecta anus &c. 81

Μένε γραῦ ἕως ἂν παῖδα φαλακρὸν γένηται, id est, Expecta anus meum filium te ducturum. Nam priusquam adolescat puer, illa decesserit. Confine superiori, quum sera spes ostenditur.

Magnus versator in re pusilla. 82

Μέγας κλῆθρον ἐ μικρᾷ γε θράττεται. id est,
Versator magnus in negotio levi.

Nam addita conjectuncula constabit versus. Quadrat in eos qui arte parum honesta sibi diuitias parant. Natum ab Eudamidæ apophthegmate. is erat Archidami filius, *Arte parum honesta ditescit.*

filius, frater Agidis. Quum muſicus quidam fœliciter videretur cecinisse, quispiam ex iis qui aderant rogabat Eudamidam quid de eo iudicaret: respondit, μικρὸς καλλιστὴς ἐν μικρῷ πολιτείᾳ, id est, Magnus delinitor in re parua. quod existimaret operolam esse lenem tam, sed nihil adferentem vtilitatis. Recensetur a parœmiographis. Refertur & a Plutarcho in Laconicis: nisi quòd illic legitur καλλιστὴς, quod oratorum sit delinire ac mouere: flectus. Huic non dissimile est quod Mutonius ait apud A. Gellium, libro 5. cap. 11. in eos qui modulatu vocum ac lenociniis verborum excitant inanem applausum auditorum. Scito, inquit, illic non philosophum loqui, sed tibicinem canere.

Surdaster cum surdastro litigabat &c. 83

Δύσκωφος δύσκωφον ἐκρίνετο, ὁ δὲ κριτὴς ἦν κωφότερος, id est, Surdaster cum surdastro litigabat: iudex autem erat vtroque surdior. Quum res agitur inter vndequaque rudes ac stultos. Extat in hanc sententiam epigramma Græcum Nicarchi,

Deco, quod absurdè inter rudes agitur.

Δυσκώφω δυσκώφω ὁρίζετο, καὶ πολὺ μᾶλλον
Ἦν ὁ κριτὴς τούτων ἀμφοτέρων κωφότερος.
Ὧν ὁ μὲν ἀντέλεγεν, τὸ δ' ἐναντίον αὖτις ἔφη τις
Μῶμος· τὸν δ' ὁ φθονερὸς οὐκ ἐνόησεν.
Ἐμβὰς δ' αὐτοῖς ἐκ τοῦ μέσου λύκος τις μαχούσαις,
Μήτηρ ἐὼν ἀμφοτέραις πρόφατος.

Id Thomas Morus olim adolescens lepide vertit hanc in modum,

Lis agitur surdisque rem surdis fuit actor,
Ipse tamen iudex surdior vtroque mago.
Pro adibus hic petit ab quinto iam mane petulis:
Ille refert Tota nocte mihi acta mea est.
Aspicit hos iudex. Et quid commenta loquuntur?
An non vtrique est mater vtrique soror.

Docui te vrinandi artem. 84

Ἔμαθόν σε κυνηγεῖν, ἀλλ' οὐ δοῦναι μισθόν, id est, Docui te vrinandi artem, & tu mercedem exigere. In eos quadrat qui benefacta malefactis retaliant, & beneficium acceptum in eius ipsius vertunt perniciem à quo acceperunt. Sapit fœcem.

Pro eleganti medico malus poeta. 85

Ἀντὶ χρηστοῦ ἰατροῦ, κακὸς ποιητὴς καλεῖται ἐπὶ τῶν, id est, Pro venusto medico malus poeta dici cupis. In eum dici solitum, qui non contentus artis suæ professione, in qua locum mediocrem obtinebat, pergit aliena profiteri in quibus non perinde sit exercitatus, nec parem proinde gloriam reportaturus. Persander quispiam non incelebri fama medicus, & eius artis vetere primus doctus, ad poetices studium deflexit, & ineptos quosdam versiculos scribere cœpit. Hinc vulgatus locus increbuit. Plutarchus in Apophthegmatis Laconicis tribuit hoc dictum Archidamo Agesilai filio.

A remo ad tribunal. 86

Ad infimæ sortis, ad honestis muneris perducit.

Ἀπὸ κώπης ἐπὶ τὸ βῆμα, id est, A remo ad tribunal. Dicitur solitum vbi quis repente ab infima conditione prouehitur ad honesti muneris administrationem. Id quod haud scio an vlli contigerit fœlicius quàm Iulio secundo. Nam fama est, hunc iuuenem ad stipem scalmum remo subigere solitum, & tamen a remulco non solùm ad tribunal, verumetiam ad summum illud rerum humanarum culmen euectus est. Nec contentus hoc fastigio, pontificiæ ditionis pomeria multum protulit: longius etiam productaturus, si per mortis inclementiam vitam illi producere licuisset. Taxat Demadem oratorem Syrianus Hermogenis interpres, qui citra cognitionem artis, statim ad agendas causas irruperit, λαβὼν δ' κώπης ἀπόλυσιν, τὸ τῶ λόγω χρῆσθαι ἔδοξε τῶ βήματι πρόσειναι. id est, Qui illotis, vt aiunt, manibus à remo ad tribunal irruit.

In cælum expuis. 87

Εἰς οὐρανὸν πτύεις, id est In cælum expuis, id est, Facis quod in tuum ipsius recidat caput. Aut, obloqueris his qui facilè possint lædere. Siquidem qui in cælum expuit, primùm videtur cœlites ipsos afficere contumelia: deinde fit sæpius vt sputum ipsius in faciem recidat. Confine illi, πρὸς κέντρα λακτίζειν, id est, Aduersus stimulum calcitrare.

Aduersus stimulum calcitrare.

Vnus Deus, & plures amici. 88

Εἷς θεὸς, καὶ πολλοὶ φίλοι, id est, Vnus Deus, & plures amici. Prouerbium admonet quamplurimos esse parandos amicos, quòd hi secundum Deum plurimum opitulari possint. Quanquam Hesiodo non probatur πολυφιλία, neque rursum ἀξενία Opinor & hoc à vulgo mutuo iurpatum, non ex authoribus.

Si caseum haberem, non desiderarem opsonium. 89

Εἰ τυρὸν εἶχον, οὐκ ἂν ἐζήτουν ὄψον, id est, Si caseum haberem, non egerem opsonio. Dicitur cum vbi quis minimis vilissimisque contentus est. Refertur apud Plutarchum in Laconicis: Quum Laco quispiam caponi dedisset parandum opsonium, atque is peteret caseum & oleum quibus illud condiret: Non opus, inquit Laco, fuisset mihi opsonio, si caseum habuissem: Siquis pro caseo malit hoc loco butyrum, cum eò non pugnabo. videtur enim butyrum magis congruere oleo: etiamsi apud Italos etiam siccissimus caseus condimentum est.

In antrum haud legitimum, stimulum impingis. 90

Εἰς τρυμαλιὰν οὐκ ἐπίλυτον τὸν κέντρον βάλλεις, id est, In foramen haud licitum, stimulum tundis. Dicterium Sotadis in Philadelphum, qui sororem Arsinoen, exemplo Iouis, vxorem duxerat, quo quidem facto offensus rex, cauteris supplicium sumpsit de eo qui dixerat. Meminit Plutarchus in libello De liberis educandis.

Quanquam non dixeris, tamen apparet è pelle. 91

Εἰρὰ μὴ λέγῃς, διὰ τῶ δέρματος φαίνει, i. Etiamsi non dicas, pelle prodite ires. Respicit ad gregum macilentiam, & oris habitus. Vide illud Ciceronis. Non fingeres, non Medias deficiens diceres Videtur ex apologo natum. prehenditur oris habitu.

De cupula murem cepisti. 92

Ἐλάφου πιάσας τὸν μῦν, id est, Laqueus murem cepit. De recte metuque deprehensis & in insidias Quam dicas, Lupus in foueam incidit. Aut, aper in casses.

Iisdem e literis comœdia ac tragœdia componitur. 93

Ἐκ τῶν αὐτῶν γραμμάτων καὶ κωμῳδία γραμματικὴ καὶ τραγῳδία, id est, Ex iisdem literis comœdia tragœdiaque componitur. Conuenit in eos qui eadem de re norunt diuersa fingere: aut qui eadem opera diuersa possunt.

A fronte præcipitium, a tergo lupi. 94

Ἐμπροσθεν κρημνός, ὄπισθεν λύκοι, id est, A fronte præcipitium, a tergo lupi. Quum aliquis hinc atque hinc duobus maximis premitur malis, vt in vtrumcunque inciderit, pereundum sit.

Oscitante vno, deinde oscitat & alter. 95

Ἑνὸς χασόντος μετέχουσι πάντες, id est, Quum oscitat vnus, statim oscitat & alter. Dicendum quoties exemplo peccati, statim prouocetur aliquis ad simile facinus. Fit autem hoc occulta quadam naturæ vi, vt qui viderit oscitantem, cogatur & ipse oscitare. Cuius rei causam etiam reddere conantur philosophi. Simili modo transeunt & quidam animorum affectus. Socrates apud Platonem in Charmide. κἀγὼ ἐκπλαγεὶς ἀνανεύσας ἔσχον, καὶ ἐδόκουν ἐμαυτῷ ἐν ἐμοὶ ἀπορεῖν ἀπορίᾳ καὶ ἐκείνους ἐμπιπλάναι. id est, Hæc vbi audiui Critias, mœque vidisset hæsitantem, quemadmodùm ij qui ex aduersum vident oscitantes, eodem affectu corripiuntur, itidem & ille mihi visus est mea dubitatione cogi, vt & ipse à dubitatione corriperetur. Oscitantem autem Latinus vocat torporem & indiligentiam. Qui cum ignauus vitæ, facilè fit illorum similis. Omnes enim pecudes vnus à labore ad libidinem, vt ait Comicus. Torpedo piscis suo contactu protinus torpidum reddit. Plato in Menone. δοκεῖς μου ὁμοίως ἅπτεσθαι τῇ τορπίλῃ τῇ θαλαττίᾳ, καὶ γὰρ αὕτη τοὺς ἀεὶ πελαζοντας καὶ ἁπτομένους ναρκᾶν ποιεῖ, καὶ δοκεῖς μοι τοῦτο νῦν ἐμὲ πεποιηκέναι ναρκᾶν. i. Videris mihi simillimus esse illi lætæ torpedini marinæ. Nã hæc quoque semper eũ qui accedit ac tãgit, torpidum reddit & tu videris mihi quoq; tale quiddam fecisse vt torpeam.

Inter cæcos regnat strabus. 96

Ἐν τοῖς πᾶσιν ἀφρόνων ἐπίσης ἄφρων βασιλεύει, id est, In regione cæcorum, rex est luscus. Inter indoctos, qui semidoctus est, doctissimus habetur. Inter medicos, qui paululum habet nũmorum, Crœsus est. Sapit vulgi fæcẽ.

In area latitas. 97

Ἐν ἄλῳ κρύπτῃ, i. In area occultaris. De eo qui in eo versatur negotio vt non possit non esse conspi-

cuus. Aut quisquis latitat, vt à nemine tamen non conspiciatur. Nam in area nullę latebræ.

Quum licet fugere, ne quære litem. 98

Ἐξὸν φυγῆν, μὴ ζήτει δίκην, id est, Quum fugiendi potestas est, ne quęre litem. Ab Alcibiadis apophthegmate natum. Is quum è Sicilia citaretur ab Atheniensibus vt criminibus responderet, abdidit sese, negans litigandum esse si quo modo liceret effugere. Subiicientibus aliis, Non igitur confidis patriæ de te iudicaturæ. Imò, inquit, ne matri quidem crediderim. metuerem enim ne fors imprudens albi calculi loco nigrum immitteret. Alcibiadis sententiæ subscribet, quisquis litium expertus est. Græcis vnico verbo dicuntur φυγοδικῶν, qui litem detrectant.

φυγοδικῶν.

In tergore bouis desedit.... 99

Supplicandi ritus maximus Scytharũ

Ἐπὶ βόεια ἵζεν δίζυξ, id est. In tergore bouis desedit, id est, supplex implorat auxilia. Natum adagium à consuetudine vernacula Scythis, quemadmodum testatur Lucianus in Toxaride. Nam apud hos siquis forte læsus esset, neque suppeteret vlciscendi facultas, immolato boue carnes minutim sectas coquebat, ipse in tergore humi strato sedebat, manibus in tergum reductis. Idque maximum supplicandi genus apud illos habebatur. Accedebat quicunque vellet opitulari, & carnium portione gustata, dextroque pede tergori imposito, pollicebatur pro viribus auxilio futurum. Atque hoc fœdus apud Scythas sanctissimum habebatur.

Hospes indigenam. 100

Ἐπηλὺς ἐπήκοον, id est, Aduena inquilinum. subaudiendum ἐξέβαλεν, id est, eiecit. Vsus fuerit quum alienæ professionis quispiam alium in propria vincit arte. Quod genus, si theologus in arte grammatica superet grammatices professorem. Aut, si arrogatus aut adoptiuus filium eiiceret è familia, aut miles ascititius eiiceret colonos.

CHILIADIS TERTIAE CENTVRIA QVINTA.

Risus Sardonius. 1

Risus fictus, amarulentus, insanus.

Ἀρδόνιος γέλως, id est, Sardonius risus. De risu ficto, aut amarulento, aut insano denique. Et sensus & origo prouerbij adeo variè tractatur ab authoribus, vt verear ne risus hic Sardonius non citra risum legatur: tamen accingemur referre quædam. Zenodotus in Collectaneis suis Æschylum citat, qui huiusmodi ferme tradiderit in opere De parœmiis, gentem esse quandam Carthaginensium coloniam, quæ Sardonem regionem inhabitet: ei morem esse, senes septuagesimum prætergressos annum Saturno sacrificare, ridentes interim, ac mutuo sese cõplexantes. Nam turpe ducebant in funere aut eiulatum edere, aut lachrymas profundere, hinc adsimulatum risum, Sardonium vocari cœptum. Timæus apud eundem Zenodotum ait, Sardoniis consuetudinem fuisse, vt filij parentes iam grandæuos iuxta fossam, aut præcipitium in quo sepeliendi forent, collocarent, atque inde, fustibus cædentes, in eam darent præcipites.

Herba Sardoa.

At illi interim pereuntes ridebant, existimantes eam mortem fœlicem atque egregiam, quòd liberorum impietate interirent. Sunt qui dicant, in Sardorum insula herbam nasci quandam, cui sardoæ cognomen sit, apiastro similem. eã sapore quidem esse dulcem, verùm gustatam, ora hominum in rictus dolore contrahere: vt veluti ridentes emoriantur. Hoc sensisse videtur Solinus, cumque hoc Seruius grammaticus, enarrans hunc ex Vergiliana Thyrside locum,

Imo ego Sardois videar tibi amarior herbis.

Atque his ferme continua tradit Lycophronis interpres de risu Sardonio. Seruium sequutus Latinus Diepanus in Panegyrico, Serenos ergo, inquit, vultus induebamus, & ad illorum vicem qui degustato Sardorum graminum succo feruntur in morte ridere, imitabamur ficta, mœrentes. Neque rursus deiunt qui Sardonium risum cognominatum autumant, ἀπὸ τῶν σπερμάτων τῶν ὀδόντων, quòd dentes aperiat atque renudet: cuiusmodi risus esse solet eorum qui non ex animo rident. Hinc & iocus ille parasiti Plautini, conquerentis quòd suis dictis nullo pacto iuuenes arrisissent, ac non saltem canes fuissent imitati, vt dentes ostenderent. Et Apuleius, Reflictis si forte labellis riseris. Id genus risum descripsit Homerus Iliados ε, de Iunone loquens,

Sardonius risus cur ita dictus.

—αὐτὰρ ὑπέλασεν,
Χείλεσιν, αὐδὶ μάτην· περὶ δ' ὀφρύσι νευστάζουσα.
Ἰδὼν. id est,
Illa quidem labiis ridebat, nubila porro
Frons maximè ridebat.

Ira indicium in canibus.

Ad id facit quod scribit Aristophanes in Pace,

Ἠγειμόνους τ' ἀνδρῶν τε καὶ πορνῶν. id est,
Ducem in te exasperatis, & quæ dimicantibus.

A canibus ducta metaphora, quibus hoc iræ indicium est nudare dentes. Quem morem aiunt equis etiam inesse, siquando parent mordere: vnde vulgo nunc risum huiusmodi, risum equinum vocant. Rursum alij perhibent, apud Sardinios fuisse receptum vt ex captiuis pulcherrimos quosque ac natu maximos, qui septuagesimum excessissent annum, Saturno mactarent: ridentes in morte, propterea quod id forte ac virile videretur. Citatur author Clearchus, Carthagine solennem fuisse morem, vt in magnis votis puerum Saturni manibus imponerent. Huius statua fingebatur ærea, manibus porrectis. sub eo fornax erat, ea succendebatur: puer itaque ignis vapore contractus ac tortus, ridentis speciem exhibebat. Denique & Simonidem allegat Zenodotus, nouæ fabulæ authorem. ait enim Talum quempiam æreum virum, priusquam in Cretam peruenisset, in Sardiniam accessisse, vbi non paucos mortales neci dedit. Qui quum morientes ringerentur, risus imaginem quandam exhibentes. prouerbio locum fecerunt. Addunt nonnulli, quum è Sardinijs in Cretam transmittere vetaretur, illum in ignem desiliisse, quandoquidem ærei corporis erat: deinde Sardinios pectori suo admotos necare solitum. Emoriebantur autem velut in amplexu, ac ridentibus adsimiles, nimirum rictu incendij vi inducto. De hoc Talo ridicula narratur fabula. aiunt enim hunc à Vulcano ex ære fuisse fabrefactum, Minoique dono missum ad Cretensis insulæ tutelam. Erat autem illi vnica dumtaxat vena, eaque à summa ceruice ad imos vsque talos porrecta. Ter in singulos dies insulam obibat, excubias agens. Itaque & Argo nauem è Colchide cum Iasone redeuntem vetuit in portum Cretensem appellere. Sed à Medea deceptus periit, vt nonnulli dicunt, dato veneno quod insaniam immitteret: vt alijs placet, quum illa pollicita se illum immortalem redditurum, clauum qui summæ venæ erat affixus, eduxit, atque ita sanguine totóque corporis humore defluente periit. Rursum alij tradunt interisse percussum arcu à Pœante circa talum. Dioscorides li. 6. inter venena prodidit herbæ speciem esse quandam, quam quidam ranunculum appellant Latinè, Græci batrachion (eam à regione in qua copiosius prouenit, Sardoam, siue Sardoniam dicunt) quæ pota siue comesa mentem adimat labiisque contractis risus speciem præbeat. atque inde in hominum vitam finitimi ominis venisse de risu Sardonio prouerbium. Meminit huius herbæ & Plinius lib. 25. circa finem. Strabo libro Geographiæ inscribit in Cambysena, quæ flumen Alazoniũ accolit, aranearum genus quoddam nasci, quod alios ridendo cogat emori, alios flendo, desiderio suorum. Quidam addunt de tarcotella, cuius morsum interitus cum risu sequatur. Quin & Aristoteles De partibus animalium lib. 3. ait, ictu etiam traiecta præcordia, in prælijs risum attulisse, literis proditum esse: idque accidere calore quem moueat vulnus. Mortuus est & Zeuxis pictor ridendo, dum fine fine ridet anum à se pictam: & Chrysippus conspiciens asinum vescentem ficis. M. Tull. Epist. famil. lib. 7 ad Fabium Gallum, Videris, inquit, mihi vereri ne, si istum habuerimus, rideamus γέλωτα σφόδρα. Significans futurum vt si Cæsar rerum potiretur, multis arridere atque applaudere cogeremur, quæ magnopere displicerent. Lucianus in Asino, σφόδρα γελῶντες ἔλεγον, id est, Sardonicè ridentes aiebant. Risum innuit contumelio-

Aranea in Cambysena.

Zeuxis.

Fabula de Talo.

sum &

sum & subsannantem. Idem alibi, ὁ Δάμις ἢ τὸ σαρδάνιον ἐπιγελῶν ἔτι μᾶλλον παροξύνει, id est, Damis autem Sardonio arridens risu magis etiam irritauit. In eodem sensu videtur vsurpasse & à Platone lib. De repub. 1. quum scribit, Thrasymachum, quem amarulentum & arrogantem vb que facit, Sardonicè ridere. Καὶ ὃς ἀκούσας ἐσκάλλετο τε μᾶλλον σαρδάνιον, καὶ ἔτριττε, id est, His ille auditis, eo cachinno valde Sardonicè risit, ac dixit. Homerus item aliquot locis huius risus mentionem facit in Odyssea υ, narrans quemadmodum è procis quispiam, puta Ctesippus, Vlyssem in ædibus suis habitu specieque mendici sedentem, arrepto è po. tala bouis pede percussit. atque ille capite commodum deflexo declinasset ictum.

—γελάσσε δέ, inquit, δριμὺ
Σαρδάνιον μᾶλλον τοῦ.

Quo loco Eustathius interpres admonet eum ridere risum Sardonium, qui diductis modò labris rideat, cæterum intus aut ira aut molestia discruciatus. Veteres.n. risum Sardonium vocasse, quoties aliquis despectum non solùm ridet, sed etiam irridet: dictum autem σαρδάνιον ἀπὸ τοῦ σπαίρειν τὰ χείλη. id est, à diducendo labia. Quo modo fere rident qui apud sese pernicriem alicui destinant. quemadmodum Vlysses mox sublaturus e medio procos, idque tum tum in animo statuens, risit risum quendam subamarulentum. Consimilem risum risit apud Hesiodum Iupiter iratus Prometheo propter ignem furto sublatum. Carmen adscripsi, quod quidem est in primo libro operis cui titulus Ἔργα καὶ ἡμέραι,

Τὸν δ' χαίρων προσέειπε Κρονίδης εὐρύοπα Ζεύς,
Ἰαπετιονίδη πάντων μετὰ μήδεα εἰδὼς
Χαίρεις πῦρ κλέψας, καὶ ἐμὰς φρένας ἠπεροπεύσας,
Σοὶ τ' αὐτῷ μεγάλην πῆμα, καὶ ἀνδράσιν ἐσσομένοισι.
Τοῖς δ' ἐγὼ ἀντὶ πυρὸς δώσω κακὸν ᾧ κεν ἅπαντες
Τέρπωνται κ' ἦτορ ἑὸν κακὸν ἀμφαγαπῶντες.

Ὡς ἔφατ', ὀμ δ' ἐγέλασσε πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε. id est,

Hunc animo infesso qui nubila colligit inquit,
Proles Iape sinultu tecta sque dolisque
Inter mortales vana dotibus omnes,
Imposuisse mihi gaudes, ignem q; furtiuè:
Nempe ingens atroxq; malum & tibi, posteà futuris:
Quem ego pro rapto igne malum dabo, quod simul omnes
Gaudebunt, propriumq; malum fouisse libebit.
Sic fatus risit, q; parens hominumq; deumque.

Risum hunc, fatalem interpretantur, quoties imminet pernicies à fatis destinata: cuiusmodi fuit & ille procorum, quem describit Homerus eodem libro quem paulò antè citauimus, aliosque retulimus loco,

—μετὰ δὲ πολλὰς ἀλύων
Ἄφθιτον γέλον ὦρσε, παρὲκ δ' ἔπτοιε φρένα.
Οἱ δ' ὧδε γελόωντα γελήιον εἰσορόωντες.
Λιμοφόρυκτα ἤ δὴ ῥηΐα δόρπα τέτυκτο δὴ ἄρα σφίσιν
Δακρυόφιν πίμπλαντο. γόον δ' ὤρινε θυμός. id est,

Diua procis mouit validum Tritonia risum,
Haud tum cessandum, ac animum suspendere tristi
Iam malo sine mente quidem risere alienum,
Carnes frustra & crudæ & sanguinolentæ parantes.
Interea lachrymis implentur luminaq; flectam
Sensit & ipse animus.

Opinor & Sardonium risum accipiendum quem Homerus Iliad π, tribuit Aiaci singulare certamen ineunti,

Τοῖσι δ' ἐπ' Αἴαντι θόρε πλόκαμος ἠϋκόμοιο. Ἔνθα δ' ἀχαιῶν
Μενδήιον βλοσυρῶπιν ὑπαὶ στόμα τύπτε κορυστής. id est,

Sic ingens Aiax surgebat, murice Achiuum,
Terrorisq; rictus vultu.

In vetustissimis quibusdam in Hesiodum commentariis epigramma reperi quo prouerbium de risu Sardonio non inelegantèr explicatur. id est huiusmodi,

Σαρδὼ τὴν Ἰχνοῦσσαν ἐκεκλήκοσιν,
Ἐν ᾗ βεβᾶσι φάρμακα τῶν ἀκρίδων
Ξηλοτυπεῖς, σαρδὼν ἐπιλεγόμενον
Διδόασιν ἢ τῶν ἀνιέντες, αὐτίκα
Σπασμὸς τὸ πρόσωπον καὶ γελάσιμον ἐμφαίνει·
Καὶ πατρικὸν ἦθος καὶ γελάσιμον ἐκφέρει.
Ἄλλοι δέ φασι σαρδόνας τοὺς βαρβάρους
Γεραιτέρους αὐτοῖς τοὺς ἡμιφόνους ἐκβάλλειν
Λυγρὰ λαβόντας εἰς ἀπόκρημνον τόπον
Ἐκεῖσε τὰ τέκνα ἵνα τι ῥισθῶσι καὶ λάβωσι,
Διὰ τοῦτο ῥίζαν ἐκ πατρῶν ἐκβάλλειν.

Τελέσας δὲ τὸν παιᾶνα τοῖς ἀγγέλοις·
Ἄλλοι δ' ποὺ Σαρδόνιον ἀρίστου πλέον
Γελᾶν φασὶν τοὺς ἐπὶ τοῖς πικροῖς,
Καὶ τοὺς πολλοὺς ἐν τραγῳδίαις εὑρήσεις.

Id quoque nos nostro more, propter imperitiores, Latinum ex tempore fecimus, hoc modo,

Quædam insula est vocata Sardo Iberia,
In qua herba pernicioſa surgit è solo
Cui sardana nomen, aspectu præferens
Figuram: at ea comesa ab imprudentibus,
Mox ora contrahit, atque risum exhibet
Speciem: deinde protinus mors occupat
Imitata risum. Cæterum sunt qui ferant
Gentem esse quandam Sardianorum barbaram
Ætate qui sefos parentes in loca
Præruptа rapias deferant, atque ibi necs
Sax ſq; ſaxibusque dent miserrimos:
Ex ardua subinde præcipitent petra.
At inter illhæc impius ridet socis,
Ludibriq; tam crè parricidis lusibus.
Alys magis probatur hæc sententia,
Ridere eos qui ſe necantur, quippe qui
Spectent suorum pignorum vexationem,
Cruciatusq; rerum & asperarum vices.

Pausanias in Phocaicis tradit, Sardoam insulam serpentes gignere innoxios. Præterea eam à venenis herbarum prorsus immunem esse: nisi quòd vnam alit exitialem, apij specie, quæ iuxta fontes quidem proueniat, non inficiat tamen fontium aquas: eam qui ederint, ait ridentes emori. Atque hinc Homerum & post Homerum alios adagium induxisse, vt dicerent eos ridere risum Sardonium, qui risum riderent ἐκ σαρδάνης ὕλης, hoc est, omnino infanum. Itaque absurdè videtur accipi posse risus Sardonius pro risu demente, quoties infantibus malis insanè ridetur. Siquidem legimus C. Gracchum in ambiendo magistratu repulsum, aduersus inimicos insolentius ridentes inclamasse, eos Sardonium ridere risum, ignaros quàm magnis tenebris ex suis actibus circunfunderentur. Hoc in Gracchorum vita Plutarchus. Idem in commentario De superstitione. Βλέπων τοίνυν σκόπει τὸν ἄθεον, γελῶντα μὲν μανικὸν καὶ σαρδάνιον γέλωτα. id est, Hic itaque considera eum, qui nullos credit esse deos, insanum quidem & Sardonium ridentem risum. Interpres quispiam Hesiodi, risum Sardonium interpretatur risum πλατὺν, id est amplum, vbi quis ore vehementer diducto ridet: quem eúdem, opinor, γέλωτα συλλεγόμενον appellant, id est, risum concutientem. Cui quidem interpretamento luculenter agatur ipsius etymologia vocabuli, quam paulo superius ostendimus, ἀπὸ τῆς σπαίρειν τὰ χείλη. Postremo non omnino videbitur absurdè Sardonius risus accommodari posse ad risum luctuosum ac tristem, cuiusmodi tribuit Homerus Iliad ζ, Andromachæ, tanquam is indicium fuerit animi mœrentem Hectoris prælegentis,

—τὸν δ' ἀρὰ μὶν κούρη ἐϋζώνοιο πόποι
Δακρυόεν γελάσασα. id est,

Ilia sinu accepit spirantis flebile risum.

Eudemus in Collectaneis dictionum rhetoricarum, ait placere nonnullis vt de risu contumelioso ac pertinaci: vbi quis despectum contemptimque ridet. de quo prouerbium etiam fertur, Ἀφ' ὑψηλοῦ καταγελᾷς μου, id est, E sublimi me derides. Addit huc.. lapidosse genus qui Sardonius appelletur. Suidas scribit hinc etiam verbum effictum, vt σαρδάζειν dicantur qui Sardonium rideant risum. Sed iamdudum libet a risu Sardonio discedere: idque faciemus, si prius illud addiderimus, epithetũ hoc Sardonij variis formis inueniri apud authores. Apud Lucianũ & Ciceronẽ σαρδόνιον legimus, apud Homerum σαρδάνιον, apud Vergilium Sardoum, apud Lycophronem enarratorem σαρδόνιον γέλωτα, apud Plutarchum σαρδάνιος, Εἴτις ἐστὶν ἡμῖν σαρδάνιος γέλως. id est, Siquis est animi Sardianus risus. Stephanus indicauit dici σαρδονικὸν & σαρδάνιον. Tametsi non omnia ab eadem voce manant. nam à Sardo fluxit Sardon insulã, cui quondam nomen fuerat Ichnusæ, deducitur Sardonius, Sardous & Sardonicus: à Sardis Illyriæ ciuitate proficiscitur σαρδίνιον vnde (vti reor) mutato ν in α, σαρδάνιον à Sardis Lydiæ oppido Sardianos & Sardiniacus. Ex his succurrit coniectura, in epigrammate Græco, quod modò citauimus, non legendum fortassis ἰχνεύσσαν, sed ἰλνεύσσαν. Vsurpauit adagium Saluianus libr. 7. Sardonicus quodammodo hi-

Ridere Sardonium risum quid.

Sardoa insula.

Risus Sardonius vnde dictus.

Risus fatalis, quid.

Risus Aiacis.

De risu Sardonio scholiastes in Hesiodum.

Sardon seu Ichnusa.

bis omnem Romanorum populum putes saturatum: moritur & ridet.

ANIM. HENR. STEPH.

Ὑγιῆ] Non scribitur ὑγιὴς apud Pausaniam. sed ὑγιὲς vt sit ὅτι εἶδεν ὑγιὲς, pro ὅτι εἶδεν ὑγιὲς, vel εἶδε ὑγιὲς ὑγιῆς, scimus autem Græcis εἶδεν ὑγιὲς significare Nihil rectum, Nihil probum.

Facta iuuenum, consilia mediocrium, vota senum. 2

Celebratur hic versus moralis apud Græcos,

Ἔργα νέων, βουλαὶ δὲ μέσων, εὐχαὶ δὲ γερόντων. id est,

Vota senum, consilia virorum, & facta iuuenum.

Huius adagij meminit Aristophanes grammaticus. Hyperides in oratione contra Autoclem ex Hesiodo citauit. nam illius creditur esse carmen. Sensus per se liquet, nempe ad rem gerendam adhibendos iuuenes. nam viribus ætas ea præpollet. In consilium ascendos mediocris ætatis viros, propterea quòd in his nonnihil detrito virium vigore, valet tamen vsu rerum aucta prudentia. Senes, vtpote religiosi, solent à superis optima precari: cæterum neque viribus iam vtiles, neque mente satis constantes, ætatis vitio. Euripides in Melanippo apud Stobæum,

Παλαιὸς αὖτ' ἐγὼ μῦθος, ἐξεμάθομεν τέκνον,
Βουλὰς δ' ἔχουσι γηραιτέρων κλέος. id est,

Dictum est vetustum, facta iuuenum, cæterum
Magis valent consilia natu grauium virum.

Idem innuit Pindarus quum ait,

Νεότατι μὲν ἁρμόζει θράσος· ἀνδρῶν πολέμων. id est,

Iuuentuti congruit audacia crudelium bellorum.

Item Homerus Iliados ϖ, docet in bello requiri vires, in consultationibus orationem,

Ἐν μὲν γὰρ πολέμῳ πολίων, ἀγορὴ δ' ἐν ἐσθλοῖ,
Τῇ δέ τε καὶ μύθων ἐφάμεν, ἔργα δὲ μάχεσθαι. id est,

Bella manu constant, at consultatio dictis:
Illic pugnandum est, neque ea sæpe aspera dicta.

Apud eundem Nestor in consiliis præcipuus, bello inutilis. Plutarchus in commentario cui titulus Εἰ πρεσβύτερον πολιτευτέον, Καὶ μάλιστα σώζεσθαι πόλιν ὑπὸ βουλῆς γερόντων ἐν τοῖς αὐτῶν ἀρετώμενον αἰχμαί id est, Et maxime seruatur ciuitas vbi consilia senum & iuuenum virorum præcellunt lances. Æschynes in oratione contra Ctesiphontem testatur, hoc Solonis legibus fuisse cautum, vt in consultatione natu maximus, primus diceret & apud Athenienses olim fuisse morem, vt præco faciturus dicendi facultatem, ita sonaret, τίς ἀγορεύειν βούλεται; τίνα δὲ ἡλικίαν πεπονθέναι δεῖ γερόντων, id est, Quis vult concionari ex iis qui quinquagesimum excesserunt annum.

Silentij tutum præmium 3

Σιγῆς ἀσφάλειον γέρας, id est Tutum silentij præmium. Aristides in defensione Periclis ex Cio quopiam poeta citat. Plutarchus in apophthegmatis Augusto Cæsari ascribit, qui Athenodori consilium approbans, subiecit, ἴσθι γὰρ σῶν ἀσφάλειον γέρας. versus integer talis videtur,

Ἀσφάλειον γὰρ ἔστι σῶν γέρας. id est,

Vacat periculo præmium silentij.

Vsurpat Horatius Odarum lib. 3. Od. 2.

Est & fidelis tuta silentio *Merces.*

Silendo nemo peccat, loquendo persæpe. Iam olim in proverbio est obiter vlla Simonidis sententia, quæ celebratur & apud Latinos proverbij loco,

Nam nulla taciturnitas nocet, at esse loquacem.

Nulli tacuisse nocet. Etiamsi Valerius Maximus lib. 7. cap. 2. sententiam hanc tribuit Xenocrati. Quid, inquit, Xenocratis responsum quàm laudabile? Quum malè eo sermoni quotidiano summo silentio interesset, vno ex his quærente cur solus linguam suam cohiberet, Quia dixisse me, inquit, aliquando pœnituit: tacuisse, nunquam.

Felicitas multos habet amicos. 4

Εὐτυχία πολὺν ὄχλον· id est. Fœlicitas multos habet amicos. Simillimum illi quod alibi retulimus,

Τῶν δ' εὐτυχούντων πάντες εἰσὶ συγγενεῖς. id est,

Felicibus cognatus est vel quilibet.

Notior est sententia quam vt requirat interpretem. Contrà in rebus aduersis aut nullis aut paucis sunt amici. Pindarus in Nemeis Od. 10.

Οὐχ ὑπὲρ τιμᾶς φίλων ἔλαμψεν
φωτὶ παῦρος δ' ἐν πόνῳ πιστοὶ βροτῶν
Καμάτου μεταλαμβάνειν, id est,

Perit honor amicorum assulto viro: paucique in rebus aduersis fidi mortales ad laboris societatem.

Stulto ne permittas digitum. 5

Εὐήθει δάκτυλον μὴ δίδου, ἵνα μὴ καὶ τὴν παλάμην καταφάγῃ. id est Stulto digitum ne offenderis, vt ne palmã etiã deuoret. Nihil permittendum imprudentibus, quantumuis pusillum. siquidem in maximis lædunt, si vel tantillum commoueris. Sapit & hoc vulgus.

Optat vicinus vt habeat, magis autem olla. 6

Εὔχεται γείτων ἔχειν, δεῖ δὲ μᾶλλον χύτρα, id est, Optat vt proximus habeat, magis autem vt olla. Potissimum est habere domi quibus est opus: proximum, vicinum habere diuitem, à quo possis petere. Videtur è vulgi fæce haustum

Habet & musca splenem. 7

Ἔχει καὶ μυῖα σπλῆνα, id est, Habet & musca splenẽ. Similimum illi, *Et puerina suum rhinocerota habent.*

Item illi, Ἔνεστι καὶ μύρμηκι χόλος, id est, Inest & formicæ bilis. Oiet fœcem. *Est & formicæ sua bilis.*

Camelus desiderans cornua, etiam aures perdidit. 8

Ἡ κάμηλος δεηθεῖσα κέρατος, ἠφάνισε καὶ τὰ ὦτα, id est, Camelus dum affectat cornua, & aures insuper perdidit. Conuenit in eos qui, dum peregrina sectantur, ne sua quidem tuentur. Sumptum ex apologo de camelis, qui per oratorem cornua à Ioue postularunt: ille offensus stulta postulatione, aures quoque resecuit. Et hoc Apostolij videtur.

Hercules & simia. 9

Ἡρακλῆς καὶ πίθηκος, id est Hercules & simia, De minime congruentibus. Summa dotis valet, Hercules viribus antecellit. Affine illi. Formicæ camelus. Nota est fabula de statuis Persicis, quos Hercules comprehẽsos à ciuibus impendit. eos ferunt versos in simios. *Minimè congruentia.*

Aut manenti vincendum, aut moriendum. 10

Ἢ μένοντα νικᾶν ἢ θανεῖν, id est, Oportet aut manentem vincere, aut interire. Dici solitum vbi certa stat sententia aut negotium aliquod absolvere, aut immori. Translatum ab instituto Lacedæmoniorum, qui hoc animo prælium ineunt, vt aut victores redirent domum, aut victi occumberent. Celebratum est Lacænæ cuiusdam apophthegma, quę filio tradens clypeum dixerit, ἢ τοῦτο, ἢ ἐπὶ τοῦτο. Aut hunc, aut super hunc. Laconicè significans, aut seruandum clypeum, aut in eo moriendum. *De obstinata sententia.*

Maritimus quum sis, ne velis fieri terrestris. 11

Θαλάττιος δ' ὢν μηποτε γένῃ χέρσαῖος. id est,

Si pes maritimus, abstine à terrestribus.

Admonet non mutandam conditionem ne in melius quidem verùm vnicuique tuendum id vitæ genus ad quod vel institutus à natura videtur, vel in quod casu incidit. Mutuò iurgium ex apologo quodam Æsopico, qui fertur huiusmodi, Cancer quidam, relicto mari, cœpit in agro quodam pasci. ibi fortè conspectus à vulpe, protinus arreptus ac deuoratus est. Itaque perituris, serò deplorauit stultitiam suam, quòd marini generis quum esset ad terrestrium animantium partes defecisse voluerit. Est apologus non dissimilis de lupo tibias canente, ac mox canibus irruentibus deplorante quòd ex coco factus esset tibicen. Hermolaus Barbarus ad Picum inuertit non inelegantes prouerbium χαίρει ὢν μὴ ζήτει θαλάττιος, id est, Terrestris quum sis, ne quæsieris mare. *In eum, qui temerè cõsilium mutet.*

Thynni more. 12

Θύννου δίκην, id est, Thynni more videre dicuntur, obliquè inquilimis aut altero oculo obliquè inspiciunt. Æschylus apud Athenæum libro septimo, *Obliquè inspicientes.*

Τὸ ὀκταῖον ὄμμα παρὰ κόλπον θύννου δίκην. id est,

Oculum sinistrum admouentes, thynni modo.

Siquidem Aristoteles indicat thynnos non cernere nisi læuo oculo, vt ibidem citat Athenæus: quum paulo superius ex eodem authore dixerit illum cernere dextro, sinistro excutere. Plinius lib. 9. cap. 15 dicit illos vtroque hebetes esse, dextro tamen plus cernere. Refertur idem versus ex eodem authore apud Plutarchum in dialogo De comparatione terrestrium ac marinorum. Addit, eum piscem altero oculo excutere: eóque, quum immigrant in mare, adhærent terræ ad dextram: quum emigrant, contra. Potest & ad eos referri qui acriter ac diligenter inspiciunt. Persius Sat. 3.

Non sin

Non secus ac si oculo rubricam dirigat uno.

Idque Aristoteles sectionis 31. probl 3. & 4. verè putat euenire, propterea quòd oculorũ initia ab eadem dependeant. Vide fit vt altero occluso, vis illa quæ duos moueat, ad vnum conferatur, hoc acrior, quo contractior.

Canis reuersus ad vomitum. 14

Κύων ὀπὶ π' ἴδιον ἔξαμα, id est, Canis ad proprium vomitum. Quadrat in eos qui relabuntur in eadem flagitia quibus aliquando sunt expiati. Refertur in 2. epist. diui Petri, his quidem verbis, Συμβέβηκε δ' αὐτοῖς τὸ τῆς ἀληθοῦς παροιμίας, κύων ἐπιστρέψας ὀπὶ π' ἴδιον ἔξαμα, καὶ ὗς λουσαμένη εἰς κύλισμα βορβόρου. id est, Accidit autem illis illud veri prouerbij, Canis reuersus ad proprium vomitum: & Sus lota ad volutationem cœni. Sumpta videlicet metaphora à canibus refotis quod euomuerint, & suibus ab amne protinus ad cœnum recurrentibus. In eandem sententiam Hebræus ille παροιμιάζει. Prou. 26. 12. Sicut canis qui reuertitur ad vomitum suum, sic imprudens qui iterat stultitiam. Nam hunc, ni fallor, locum Petrus designauit.

Relapsus in idem flagitium.

Canis das palea, asino ossa. 14

Κύων δίδως ἄχυρα, ὄνῳ δ' ὀστᾶ. id est, Canis das paleas, asino verò ossa. Quum res præpostere distribuuntur: veluti si quis indocto munus mittat literatium, erudito flosculos, aut gradum, balteumve, militi libros, Episcopo canes venatorios. Si quidem munera hoc ipso sunt ingrata, quòd apta non sunt: interdum vertuntur in contumeliam.

Munus cui detur accommodatum.

Præmouere venatum. 15

Προκινῶν τὸν θήραν, id est, Perturbare feram. Aristides in Pericle citat ex Platone, ὡς τὸν ὕπνον ἴσως αὐτὸς ἀποζῆν τὸν θήραν. id est, Igitur ad eum modum quod ipse ait, turbare venationem. Cæterùm verba Platonis in Lyside sic habent, Ποῖός τις οὖν ἄν σοι δοκεῖ θηρατὴς εἶναι ὁ τὸν ἀποζῆν θηρίων καὶ δυσκολωτάτων τὸν ἄγριον ποιῶν; id est, Qualis igitur tibi videtur esse venator, si inter venandum excitet feram, & captum reddat difficiliorem? Dici solet iam apparet vbi quis non satis dissimulat quod molitur. quemadmodum vbi euenit vt fera tumultu excitata, intellectus insidias, subducat sese.

Rectam ingredi viam. 16

Τὴν ὀρθὴν βαδίζειν ὁδὸν, id est, Rectam ambulare viam, dicitur qui nusquam deflexit ab honesto. Aristides in Pericle Ἐκ τοῦ βαδίζειν πεπαιμένα, καὶ τὴν ὀρθὴν ὁδὸν πορεύεσθαι, καὶ τὴν παροιμίαν. id est, Vt ordine incedatur, & recta feruetur via, extra prouerbium. Philon de humanitate, Ὁδὸν γὰρ, οἷα λαμπρὰν ἄγουσαν ἐφ' ὑπαίθρου, ἔστιν εἰπεῖν, id est, Viam enim, quasi publicam, quæ ad æquitatem duceret, didicerat hanc. Plautus in Casina, Nunc ego Pol in rectam redeo semitam. Item paulo pòst, Sciens de via in semitam regredere. Iubet autem ancilla vt qui imprudens verum effutierat, redeat ad simulationem quam instituerat.

Nusquam ab honesto deflectens.

AMIMAD. HENR. STEPH.

V. *dicitur*) Planè alienus est ab illa prouerbij sententia hic Aristidis locus: in quo ὁδὸς nil minus quàm metaphoricè accipitur: si quidem is Periclis laudes exordiens, postquam dixit, ὁμοίως δὲ πίστιν λαμπρὰν βεβαίως μὲν ὑπὸ σώφρονος καὶ τοιούτου ἀνδρὸς ἐπιδεικνυμένην, ἀδόκητον δὲ τῷ πόρρω τοῦ ὁμοίου βίου διαφέρουσαν, addit ὥστε μὴ τοῦτον, ὃν τρόπον βαδίζων πεπαίμενα καὶ τὴν ὀρθὴν ὁδὸν πορευόμενος, καὶ τὴν παροιμίαν. Id est, Adeo autem moderatus fuisse fertur, vt etiam compositis gradibus incederet, rectámque viam, vt est in prouerbio, seruaret. Hic Aristides si rectam viam metaphoricè pro honestis & rectis actionibus acciperet, non tam hominem σωφρονα quàm δίκαιον describeret: deinde annon hoc, Adeò moderatus vt etiam ab honestis & æquo in suis actionibus non deflecteret, frigide dictum esset: quæ enim ista auxesis foret? Præterea quorsum non rectæ viæ duntaxat, sed etiam incessus compositi meminisset? Quum ergo citra metaphoram, & vt sonant verba, intelligendum esse hunc locum pateat: quis iste sit compositus incessus, quæ ista recta via (de quorum vtroque nostri nihil audierunt) explicare conabor. Quod igitur attinet ad prius πεπαίμενα βαδίζειν, minimè dubium est quin idem sit cum Aristophanis dicto ὀρθοὺς βαδίζειν. quod itidem ab illo σωφρονεῖν tribuitur. ita enim in suis ranis inducit loquentem Διόνυσον λέγοντα,

Ille hic citra metaphoram.

Αἴσχιον πάντων τοῦτ' ἀρχαίοις πολίταις καὶ δικαίοις.
Ὅτ' οὖν τὸ δίκαιον λαβεῖν ἔμελλον, ἢ σωφρονοῦντ' ἐτύγχανον,
Πρῶτον μὲν ἐδεῖ φωνὴν παιδὸς χύδην ἀκοῦσαι μηδὲν εἰκαίαν,
Εἶτα βαδίζειν ἐν ταῖσιν ὁδοῖς ἀπτύκτους οὐ πανουργεῖν.

Sed & ἀρρύθμως βαδίζειν dicebant pro ἀπτύκτως vt contra ἐρρύθμως pro ἀπτύκτως. sic enim Alexis apud Athenæum lib. 1.

Ἐν γὰρ νομίζω τῶν πάλαι σοφῶν ἕνα
Εἶναι, τὸ βαδίζειν ἀρρύθμως ἐν ταῖς ὁδοῖς,
Ἔξω καλῶν, &c.

De posteriori autem dicto non conuenit mihi vnum Aristidis scholiastem quidem parœmiam quam intelligi voluerit Aristides, putat esse τὸ μίαν ὁδὸν εἰδέναι, τὴν ἀπὸ τῆς οἰκίας ὅπῃ πρὸς ἀκαδημίαν. & addit οὐχ ὅτι τὰς ἄλλας ὁδοὺς ἀγνοῶ, ἀλλ' εἰδὼς, οὐ φοιτᾷ διὰ ταύτης. Atqui quum ita loquitur, ἢ τὴν ὀρθὴν ὁδὸν πορεύεσθαι, καὶ τὴν παροιμίαν; ipsissima esse adagij verba ea quæ ponit, aut certe synonyma, quis negauerit? Nisi fortè, quum Aristoteles dicit, οὐκ ὀρθῶς, καὶ τὴν παροιμίαν, μισεῖν λέγει, item Lucianus, ἐπεὶ γὰρ οὐκ ὀρθῶς, καὶ τὴν παροιμίαν, ἐκλελοιπὸς εἰμὶ τὸν ἔρωτα; quod prouerbium vterq; intellexerit, quærendi aliquis existimat. Etsi autem eodem pertinet vtrumq. adagium, τὴν ὀρθὴν ὁδὸν πορεύεσθαι, & μίαν ὁδὸν εἰδέναι, nimirum ad σωφρονεῖν commendationem: non idem tamen vtroque significari perspicuum est. nam qui ἀπὸ τῆς οἰκίας aliò ibit quàm ὅπῃ πρὸς ἀκαδημίαν, non dicetur μίαν ὁδὸν εἰδέναι: at inter eundum poterit τὴν ὀρθὴν ὁδὸν πορεύεσθαι, si videlicet eò quò iter instituit, recta pergat, ad nullum prorsus diuerticulum deflectens: 3. Quod quia pueri ab ædibus suis ad scholam euntes, contra facere solent, tritissimo apud nostrates adagio, is qui non rectam viam tenuit eundo aliquò, sed longas ambages quæsiuit, viam ad scholam euntium puerorum confeciisse dicitur.

Senſus aliud adagij.

Hic depone. 17

Αὐτόθι κατάθου, id est, Hoc ipso depone loco. Aristides in Pericle, σὲ μὲ δὴ λαλεῖν, ὦ Πλάτων ἐγχέλεις καὶ δυσκίνητον αὐτόθι κατάθου, μή τι τὸν ἐκ Τροίας ἡμῖν θεὸν ἐγείρῃς. id est, Iam de loquacibus, ô Plato, ignauis ac timidis, protinus depone, ne fortè aliquis deus alius Troianos erigat. Interpres indicat prouerbium esse, sumptúmque à victoribus qui vetant ne victus aliquò discedat, sed inibi porrigat herbam, & victorem agnoscat, ac victoriæ præmium persoluat. Vsus erit quoties statim & absque mora iubemus aliquid exhiberi, velut probationem eius quod dixerit aliquis, vel promissum, vel specimen artis in qua glorietur sese pollere. Vsurpatur & apud Platonem.

† *In Sciolos.*

AMIMAD. HENR. STEPH.

V. Αὐτόθι κατάθου. id est, Hoc ipso depone loco. Non video quid intelligi his verbis debeat aut possit, Hoc ipso depone loco: nec qua in significatione Deponere absolutè vsurpetur. puto igitur vertendum. In re præsenti persolue. vel, Ex tempore aut Confestim persolue. & ipse scholiastes huic meæ interpretationi astipulari videtur.

Ostium obdere profani. 18

Θύρας ὑπόθου βέβηλε, id est, Fores occludite quique profani. Sumpta est allusio ex Orpheo, cuius hoc extat carmen,

Φθέγξομαι οἷς θέμις ἐστὶν. ἐπήκοοι ὑπόθεσθε βέβηλοι. id est,
Fas quibus est audire, loquar: vos turba profana
Obturate fores.

Iubet vt profani ostium auribus imponant, nequid arcani sermonis possit ingredi. Aristides in Pericle, λέγω δ' ἅπερ θεὸς εἰς Ἕκτορ. πρὸ μὲν βέβηλον ἐλέγχει ὁ λόγος πάντως. id est, Loquor hæc apud eos quibus audire fas est: profanorum autem leuis omnino ratio est. Conueniet vti si quando significabimus nos de rebus arduis & arcanis loquuturos esse. Huc respexit Horatius quum scribit in odis, lib. 3. od. 1.

Odi profanum vulgus & arceo.
Fauete linguis. carmina non prius
Audita, Musarum sacerdos
Virginibus puerisque canto. Ouidius,
Lingua fauens adsit nostrorum oblita laborum,
Quæ puto dedidicit iam bona verba loqui.

Ante sacrificium præco clamore solebat iubere populum fauere linguis, hoc est, verba boni ominis loqui. vnde & fauentia dicitur bona ominatio. Item Seneca de philosophia agens, Et ipsam, vt deos, & professores

Fauere linguis. Fauentia.

eius vt antistites colice: & quoties sacrarum literarum mentio interuenerit, fauete linguis. Hoc verbum non, vt plerique existimant, à fauore trahitur, sed imperatur silentium, vt rite peragi possit sacrum, nulla voce mala obstrepente. Sed pluteolum habebit gratiæ, si per ironiam adhibeatur. veluti si quis recitaturus Sophoclis aliquas [illegible] argutias, ita præfetur, σίγα ἐπὶ ἀκοὴν ἔρχεται. Ad hunc modum non semel usurpauit Lucianus.

Adrestim funiculum. 19

Εἰς ἀντίφορτον, id est, Ad restim funiculum. subaudiendum, aduis, aut reddis. vbi quis iisdem rebus abūtitur, aut similia similibus pepsit. Cognatum illi λίνῳ λίνον συνάπτειν, id est, Linum annecto lino. veluti si quis mendacium arctexat mendacio, dolum dolo, nugamentum nugamento,

Salem & fabam. 20

† In eos qui fingunt scire quod nesciũt.

Ἅλας καὶ κύαμον, id est, Salem & fabam, subaudiendum proposuerunt, aut si quod aliud ad sententiam magis appositum verbum. Diogenianus admonet dici solitum de his qui fingerent se scire quidpiam quod nescirent: atque hinc esse natum prouerbium, quòd olim mos fuerit vt diuini salem & fabam proponerent. quod quoniam dubitabam diuersissime esset ab illo quod in prima retulimus Chiliade, annon, hîc repetendum duxi. Nam hoc modo citatum inuenio in vetustis Græcorum exemplaribus.

Ἐξ ὀφθαλμῶν. 21

Elabi, suffugere.

Ἐξ ὀφθαλμῶν Græci prouerbiali metaphora vocant elabi ac suffugere. Aristophanes in Auibus,

Ὡς παρ' ἡμῖν οὐδὲν αἰσχρόν ἐστιν ἐξ ὀφθαλμῶν. id est,

Quippe apud nos turpe non est suffugere de cassibus.

Ductum est ab auibus quæ nonnunquam elabuntur è retibus seu laqueis. aiunt autem perdicem præcipuæ calliditatis ad id vt aucupum manus effugiat. Qua quidem de re ibet ipsius Aristotelis verba subscribere, lib. De natura animantium. ἡ πέρδιξ ὅταν τὰ αὐτὰ τίκτουσι ᾖ ὑπαίζωσιν, ἵνα μετὰ πλείονος τοῦ πόνου, πλείω χρόνον σφᾶς σπαράττωσιν. ὅταν δέ τις ἁμάξιον ἐπὶ τὴν νεοττιὰν, σφενδόνης ἢ πέρδικος ἐφορμήσαντος, ὡς ὑπολαμβάνει ἁλῶναι, ἢ ὅπλοις ὡς λαβεῖν ἐφ' ἑαυτὴν, ἕως ἂν ἀφέλωσι τοὺς νεοττούς ἐκεῖθεν. μετὰ δὲ ταῦτα οὐκέτι ταὐτὰ ποιοῦσιν ἀλλ', id est, Nec eodem in loco pariunt & incubant ova, ne quis animaduertat, si diutius in eodem assideant loco. Portò quum inter venandum inciderit quispiam in nidum, prouoluitur perdix ad pedes venantis, perinde quasi capienda sit, ad eúmque modum illum allicit ad sese quasi capturum, donec interim pulli singillatim effugerint. Quod vbi factum est, & ipsa subuolans pullos reuocat. H. Stenus Aristoteles. Neque verò grauabor huic adscribere locum quod in eandē fermè temerè scribit Plutarchus libro, Vtra animalia sint prudentiora, terrestria an marina. Ἀλλὰν μὲν παντάπασιν ἐμοὶ μετὰ τῶν φιλοσόφων πέρδικα ἐπιδείκνυται. καὶ μέντοι καὶ ζῶντα πολλὰ τῶν φαύλων δυναμένων, ὅταν διώκωνται, κατεσθίοντα ἑαυτῶν, βοῦλόν τινα καὶ σύριγγας ἀπὸ σκόλοπος τὸ σῶμα, οἷον ἐπιλυχνίζοντες. αὖθις δὲ καὶ διώκοντας ὑπαίροντα δῶρα, κηκίδα καὶ ἑαυτὸν ἐμποδὼν βάλλοντα καὶ κρύπτοντα καὶ ἀπατῶντα, μαγεῖα καὶ οὐσίας ἀλεκτρυόνων δοξάζουσι τοῖς ἀνθρώποις, μαχεῖται δ' ἀποκτείνων θηρίοτης, id est, Aliam verò calliditatem vna cum prolis amore coniunctam perdices exhibent. nam pullos adhuc inuolucres comminuunt, vt supinos prosternant sese, glebam aut palearum segmentum aliquod impositum corpori tustinentes, atque ita veluti obtecti delitescant. ipsi interim venantem alio abducunt, hac arte alliciunt illum ad sese, prouolantes ad pedes, ac paulatim prodeuntes. ac tandiu spem ostendunt capiendi sui, donec eum procul a pullis abstraxerint. Ex his verbis arbitror satis liquere quid sibi velit ἐξ ὀφθαλμῶν. nimirum elabi, perdicum arte ingenióque. Interim aliudum est ad cauponem quendam insigniter improbum, cui nomen inditum Perdix, quòd claudicaret. Eius meminit Aristophanes in Auibus.

Perdix caupo.

Munus leuidense. 22

Munus leuidense. Cicero prouerbiali nimirum figura vocat munus vile minimique pretij, cuiusmodi vulgaribus amicis missitare diuites consueuerunt. Sic enim scribit ad Dolabellam, lib. Famil. epist. 9. Orationculam pro Deiotaro quam requirebas, habebam mecum: quod non putaram. Itaque eam tibi misi. Quam velim sic legas, vt causam tenuem & inopem, nec scripcione magnopere dignam. Sed ego hospiti veteri & amico, munusculum mittere volui. leuidensi crasso filo, cuiusmodi ipsius solent esse munera. Seruius ostendit leuidensem vestis genus esse vile, toto tenuique textu. Quondam inter hospitum xenia, vestes in primis erant. Vnde & apud Iuuenalem queritur quispiam vestes donari, villo crasso, coloréque malo,

Leuidensis quid.

Et malè percussis textoris pectine Gallis.

Proinde M. Tullius orationem suam parum elaboratam atque expolitam, leuidensi munus appellat. Elegantèr accommodabitur ad munus leuiculum, aut officium vulgare, non admodum ex animo neque diligenter præstitum amico cuipiam vulgari. Huic diuersum est illud πολλυμαστιχίτων, id est, Pollucis tunica. Et Συλοσῶντος χλαμύς, id est, Syloſontis chlamys.

De officio vulgari.

Multis discipulis præstantiores magistri. 23

M. Tullius lib. Epist. famil. 9. scribens Varroni, senarium quendam refert, haud dum scio ex quo poeta. Cuius sententia etiam hodiernis temporibus vulgo celebratissima fertur: Aduenit, inquit, Dolabella. eum puto magistrum fore.

Πολλοὶ μαθηταὶ κρείσσονες διδασκάλων. id est,

Plures qui discipuli magistros antecent.

Ad varios vius potest accommodari, vel ad simplicem sensum: puta, frequenter euenire vt discipulus eruditione superet eum à quo literas, aut artem quampiam didicit. Aut per iocum, quum significabimus improbitate vinci qui malitiæ doctor fuit: veluti si quis deciperetur ab eo cui viam ac rationem imponendi demonstrasset aliquando. Siue quum quis ordine conditioneque inferior, tamen plus valet quàm is qui non parére sed imperare videtur.

Ad Herculis columnas. 24

Ἡράκλειαι στῆλαι, iam olim in prouerbio sunt, vt admonet Pindari interpres. Sic enim vulgo dici solere, τὰ πέρα γαδείρων ἀπράτα, id est, Quæ vltra Gades, inaccessa. Quò significant, vltra columnas Herculis non esse quò progrediare. Columnas has Hercules ibi fixisse dicitur quum boues vestigaret Geryonis, tanquam illic esset suprema orbis meta. Pindarus in Nemeis,

Quæ vltra Gades.

γαδείρων τ' ἔσχατ' ἐλθεῖν ἀπράκτων. id est,

Non vlterior accessum ad Occidentem, vltra Gadira.

Item alibi,

Εἰ δ' ὑπὲρ κενεὰν ἅλα τ' ἐσσύμενος μυρίαις
Ἀνορούσαις ἱκάνοις ἐπέβα
Παῖς Αἰσυηφανίδας, ἐς ὅτι πέρσω
Ἀβάτους ἄλας πόνων
Τὸν Ἡρακλέος εὐρὺν ὁμφαλόν·
Ἦρκε θεὸς ἐς ἔμπας
Νικητήρια γράμματα.

Sentit Aristophanis filium ad extremam peruenisse laudem, vltra quam non possit crescere. qui quidem egregiæ formæ laudem adiunxerit industria. Quòd si quis præterea quicquam laudis requirat, id perinde esse ac si quis vltra columnas ab Hercule fixas conetur transire. Rutilius in Olympiis hymno 3.

Νῦν γὰρ ἐς ἐσχατιὰν ἔβη — πρὸς ἀφθίτων ἱκάνων, ἄνακτος
Οἰκεῖον Ἡρακλῆος ἐς αὐτὸ πέρας
Δι' ἔσχατα σοφοῖς ἄβατον Καπφοῖς. id est,

Nunc fama ad extremos limites virtutibus peruenit. Therona attingit ad domos Herculis columnas. Quòd autem vltra est, sapientibus patet & insipientibus inaccessum. Consimilem in modum vius est Gregorius Nazianzenus in Monodia, sentiens Basilium eò perfectionis peruenisse, vt longius progredi negatum esset humanæ naturæ. Heraclides Ponticus in allegoriis Homeri, improbos Homeri poematis interpretes exigendos putat ὑπὲρ Ἡρακλείους ἐσχάτας στήλας καὶ τὸν ἄβατον ὠκεανοῦ θαλάττους, id est, Vltra Herculis extremas columnas, & inaccessum Oceani mare.

Ariolari. 25

Ariolari prouerbio dicebatur qui nihil adferret certi, nihilque præsentis emolumenti, verùm in diem modò pollicitaretur. Ita Dorio leno in Phormione Terentiana adulescenti Phædriæ pecuniam daturum se promittenti, dicentique, Non mihi credis? respondit, Ariolare. Item Sannio in Adelphis, Sed ego hæc ariolor. Sumptum à diuinis, qui prædicunt euentura. Futurorum autem nulla certa cognitio, quemadmodum eleganter dictum est à Pindaro,

Τῶν μελλόντων πεπόηται φράδις
Πολλοὶ δ' ἀνθρώπους ἔλαθε γνώμαι ἴσον.

Fatua rerum futurarum cognitio.

Quorum carminum hæc sententia, Cæcam esse rerum futurarum scientiam: mortalibus autem multa præter spem euenire.

Ciceris emptor. 26

Equidem arbitror & illud inter prouerbia referendum, quod ait Horatius in Arte poetica, C. ceris & nucis emptor, infimæ sortis hominem, déque ima plebe quempiam significans,

Offenduntur enim quibus est equus, & pater, & res.
Nec si quid fralli ciceris probat & nucis emptor,
Æquis accipiunt animis, donantve corona.

Nemo quenquam ire prohibet publica via. 27

Communium rerum æqualis vsus.

Prouerbij speciem habet & illud Plautinum ex Curculione, Nemo ire quenquam prohibet publica via. Quo significant rerum communium æqualem omnibus vlum esse, neque cuiquam vertendum vitio, quòd ius publicum concedit. Plautus ad sensum turpiculum deflexit, nempe ad vlum scorti publicitus prostantis. Videtur autem effictum ad imitationem Pythagorici symboli, iubentis, τὸν λεωφόρον βαδίζειν, id est, Publicam ingredi viam: aut contra, τὸν λεωφόρον μὴ βαδίζειν. Quòd quidem mihi respexisse videtur Flaccus in Arte poetica, quum ait,

Publica materies priuati iuris erit, si
Nec circa vilem patulumque moraueris orbem.
Nec verbum verbo curabis reddere.

Hinc belli initium. 28

Inter prouerbia quæ sumuntur ex allusionibus authorum, mihi non videtur illud silentio prætereundum, quod ex Thucydide vsurpauit Lucianus in Pseudomante Καὶ κατὰ τὸν Θουκυδίδην, ἀρχὴ ὁ πόλεμος ἐντεῦθεν, ἦν, id est, Et iuxta Thucydidem tam hinc belli initium. Id ad varios vsus poterit accommodari, siue quum ad incipiendum negocium accingi significamus: siue quòd aliunde natam simultatem innuimus, ac tumultum rerum exortum. Ad eundem Thucydidis locum non dubium quin alluserit Aristophanes in Acharnensib.

Καὶ τοῦτο ἀφ' οὗ τὸ πρῶτον ἐγὼ κακὸν ἔσχον.

Atque illud καὶ τοῦτο eo loco frequentius iterat: quo magis consentaneum, illum allusione ad iocum abusum fuisse.

Inanium inania consilia. 29

Κενοὶ κατὰ βουλὴν ἦσαν, id est, Inanium inania consilia. ἢ, κενοὶ κατὰ λογισμόν, id est, Inanium inanes cogitationes. quam quis sua spe frustratur. Cognatum illi,

Fatuus, fatua loquitur.

μωρὰ μωρὸς λέγει, id est, Fatuus fatua loquitur. Natum aiunt ex euentu. Nam Archias stipulatus à Demetrio quingenta auri talenta vt Cyprum proderet, re deprehensa, arrepto fune ex his quibus tenduntur tentoria, suspendit sese. Refertur in Græcorum collectaneis.

Nutricum more male pasci. 30

Κακῶς ὥσπερ αἱ τιτθαὶ γαστίζεσθαι κακῶς. id est,

Pasci profectò more nutricum malè.

In vetustissimis quibusdam prouerbiorum collectaneis reperi, quæ quidam Plutarcho tribuunt. Extat autem apud Aristophanem in Equitibus: qui quidem & metaphoræ rationem explicat his versibus,

Καὶ ὥσπερ αἱ τιτθαὶ γαστίζεσθε κακῶς.
Μασώμεν' ὦ γὰρ πᾶσι ἔλαχεν ὀστοῦς,
Αὐτὸς δ' ὀστοῦ περιλαμὼν κατεπίεται. id est,
Pasci profectò more nutricum malè:
Nam vos mandetis, paulum huic in os dein inseris:
Ipse ast præsilo vel triplum glutit cibi.

Conuenit igitur in eos qui de lucro paululum aliquid impertiunt sociis: aut qui sic facultates alienas administrant, vt maximam partem in suos conuertant vsus. id quod hodiéque tutorum vulgus facitat.

Amphictyonum consessus. 31

Ἀμφικτυονικὸν συνέδριον, id est, Amphictyonicus consessus. De frequenti grauium virorum conuentu. Ductum à conuentu illo Græcorum olim celebratissimo,

Amphictyonis qui.

qui Amphictyonum dicitur: vel ab Amphictyone Deucalionis filio, qui quum rerum potiretur, gentes Græcanicas dicitur cóuocasse, vt citatur author Theopompus in 8. historiarum libro, ac testatur Pausanias in Phocaicis. Porrò populi qui in id consilij conuenire soleant, numerantur 12. Ioues, Dores, Perrhæbi, Bœoti, Magnetes, Achæi, Pythij, Molienses, Dolopes, Æneanes, Delphi, Phocenses. Vel inde nomen inditum Amphictyonum, quòd vndecunque ad id consilium ex omni Græcia conueniretur, vt placet Anaximeni, & Androtioni in Atticarum descriptione rerum, apud Pausaniam, in eo quem modo ostendi loco. Quo quidem & alia complura super hac re non indigna lectu referuntur, si quis forte requiret. nos ad enarrationem prouerbij putamus hæc esse satis. Venustius fuerit adagium, si per ironiam torqueatur ad indoctorum conuentum, qui sibi tamen Solones esse videantur.

Etiam capillus vnus 32

Celebratur & minus, ni fallor, Publianus admodum prouerbiali specie,

Etiam capillus vnus habet vmbram suam.

Quantumuis pusillum commodum iuuat, quantumlibet exiguum delictum nocet.

Xenocratis caseolus. 33

†Insertide?

Ξενοκράτους τυρίον, id est. Xenocratis caseolus. De cibo qui perquam diu durat, priusquam absumatur. Quanquam nihil vetat quo minus ad alia quoque transferatur: puta ad vestem, ad librum, ad pecuniolam, aut simile quippiam, quo sic parcè circumspectéque quispiam vtitur vt quam diutissime duret. Sumptum adagium ab admirabili Xenocratis philosophi frugalitate, quem tradunt sæpenumero oppidò iam rancida facta abiecisse: neque rarenter euenisse, vt quum cadum aliquem relinire vellet, iam vinum reperiret in acorem versum. Proinde prouerbium appositè dicetur in sordidos quosdam, quibus hic mos, omnem penum eousque seruare quoad fuerit corruptus. perinde quasi nefas sit rebus synceris & integris frui. Adagium refertur in Stobæi collectaneis.

Xenocratis frugalitas.

Aperto pectore. 34

Aperto pectore dicimus, pro eo quod est vehementer ex animo, citráque fucum, quasi remotis animi penetralibus. M. Tullius in libello De amicitia, In qua nisi, vt dicitur, apertum pectus videas, tutúmque ostendas, nihil tidum. Plinius Iunior Fabato, Epistolarum quas mihi, vt ais, aperto pectore scripsisti, oblitus inbesse: ego nullarum libentius memini. Allusum est autem ad Momi dictum qui fenestras in hominum pectore desiderasse fingitur, quo liceret inspicere quidnam in specubus illis reconditum esset. Perstus in quarta Satyra,

Ex animo, citráque fucum.

Vt quantum mihi te sinuoso in pectore fixi,
Voce trahem pura totámque hos verba resignent
Quod latet arcano non enarrabile fundo.

Similiter apud Naſonem Phœbus, Met. 2. -aspice vultus

Ecce meos: tutámque oculos in pectore possis
Inferre, & patrias intus deprendere curas.

Ad calcem peruenire. 35

Ad calcem peruenire, pro eo quod est ad metam finémque, Prouerbialem habet figuram, quoties ad aliud quippiam deflectitur quàm ad corpus humanum. M. Tullius libro De amicitia. Vt cum æqualibus possis viuere, cum quibus tanquam è carceribus emissus, cum isdem ad calcem, vt dicitur, peruenire. Idem De senectute, Nec verò velim quasi decurso spatio à calce ad carceres reuocari. Ad hanc attinent formam etiam illa, Vsque ad Plaudite, id est, vsque ad extremum finem. Idem in eodem sermone, In quocunque fuerit actu, probetur: nec sapienti vsque ad Plaudite viuendum. Rursum alibi. Qui splendide vsi sunt, hi mihi videntur fabulam ætatis peregisse, neque tanquam inexercitati histriones, in extremo actu corruisse. Rursum alias eodem in opere, Extremum actum tanquam ab inerte poeta esse neglectum. Quanquam huius generis alibi à nobis facta mentio.

Bellum omnium pater. 36

Ὁ πόλεμος ἁπάντων πατήρ, id est, Bellum omnium pater. Lucianus veluti prouerbio iactatum refert, in commentario De ratione conscribendæ historiæ, Μᾶλλον ἢ Θουκυδίδαι καὶ Ἡροδοτοι καὶ ξενοφῶντες ἦμεν ἅπαντες. καὶ ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἀμαθὴς ἦν ἐκεῖνος, πόλεμος ἁπάντων πατὴρ μᾶλλον καὶ συγγραφεὺς πάντων ἀφανῶν, ἢ μιᾷ τῇ πλησίῃ, id est, Quin potius Thucydides, Herodoti, Xenophontes nobis erant omnes. Adeo vt verum esse videretur illud quod dicitur, Bellum rerum omnium pater: si quidem tam multos scriptores produxit vnico ictu. Prouerbium ideo dictum est, quòd bellum omnium rerum nouandarum author est, vt ex eo veluti nata videantur vniuersa. Nisi quis malit ad philosophorum

Discordia omnia parit.

quorundam decretum referre, qui dixerunt rerum summam è lite progigni.

Phaniæ ianua. 37

Falsa desit opinio.

Φαινὶς θύρα, id est, Phaniæ ianua. Eustathius id Odyssex ω, ostendit dictum de his qui simulant se esse congestas opes habere quæ nequaquam sunt. Ductum à Phania quodam, qui suam domum præbuerit spectandam, quasi multarum divitiarum vim domi occultatam ac reconditam haberet. Diximus alibi de Phaniæ ianua: in prouerbio Phaniæ ostium: quod an idem sit cum hoc nécne, viderint docti.

Ἐκκλίσιον. 38

Ἐκκλίσιον. Prouerbium figura dictum ostendit Eustathius in rerum Iliados. Sumpta Metaphora à piscibus qui suffugiunt à retibus, quive ab imo elabuntur. Nam lina retia dicuntur etiam Latinis, vt Maroni,

† *Humida lina trahunt.*

Solertia piscium.

Inest autem piscibus quibusdam genuina quædam calliditas è rerum textis elabendi, quemadmodum eleganter de cestreo narrat Oppianus libro tertio. Sed carmen ipsum, quandoquidem author non admodum adhuc vulgatus est, adscribere præstat,

Κεστρεὺς μὲν πλεκτῆσιν ἀλεύασιν ἠπεροπῆος
Ἐλπίδι φωρήσας, δόλον ὅστις ἐφράσσατο θήρης.
Τῷ δ' ἀκαχήσασιν ἐπαμύνει ὕδατος ἄκρῃ,
Ὅς τε δόλῳ κεκλῆσθαι ἑοῦ ἐπὶ μοῖραν ἑταίρου
Ὀρμαίνοντι βροτῷ ἢ ἐκ φρενὸς ἠὲ μαθόντι.
Πολλὰ γὰρ ἰχθυόεντα καὶ ὀστέα πικρὰ φυλάσσει
Παιδὶ δολοφραδέι, καὶ ἔλκεσι μέσσα δαΐζει.
Εἰ δ' ὅ γ' ἐφορμηθεὶς ἐκ τοῦ σόλον αὖτις ἐλάσσῃ
Ἐς βρόχον, αὖτ' ἐπὶ πυθμὴν βιάζεται, ἠδ' ἀποέργει,
Ἀχνυόεν δ' ἐπὶ μοῖραν, ἀναστενάχουσι δ' ἑταῖροι. id est,
Cestreus dum trahitur sinuosis aquore textis,
Haud illum qua fugiat latet atque doloque:
Subsilit in sublime, iacet quæ tacta citato
Viribus enti quantum valet omnibus, undas
Emicat in summas iubilato corpore toto.
Ingento fortuna iuuat, nam iuuerat sæpe
Quæ summos tolerant pontes periacula cassis
Transilit, & fatum elabens fugit improbus atrum.
Sin primum experias subiectum, in retia rursum
Delapsus recidat, sin nec pugnare laborat
Anxius, aut frustra nitit dolitúsque periclo,
Nec tollit sese, neque sursum pronicat unquam.

De permultis item aliis piscibus ad eundem commemorat modum, quibus artibus elabantur capti. Sed reliqua persequi prælongum. Haud non iucundum lectu quod de pisce torpedine narrat poeta Claudianus, quemadmodum illigatus hamo, subducat sese, vt venenum, per linum atque harundinem ad piscatoris vsque manum immissum. Carmen sic habet: cur enim grauer adscribere tam elegans, tam neque festiuum?

Torpedinis calliditas.

Si quando captiua cibis incautior ætas
Hauserit, & curuis tractum per ferrea hamis,
Non fugit, aut vana conatur vellere morsu,
Sed gregium nigra iungit se callida seta,
Et memini captum iuuenem, longæque per undas
Ingenia ætatis cupidi præmia venæ,
Per letum vis alta trahit, sensúque vetantis
Auscultat, & natura virum, a crudelibus abimis
Amicat horror aquis, & pendula fila sequutus
Transit arundineos arcano frigore nodos,
Vlcisceméque ligat contacto sanguine dextram.
Damno, impulsor ouans præda mihi quæque reuellens
Iactat, & amissa redit exultantius hamo.

Aristophanis interpres putat ab auibus traductum. Consimili figura Persius Satyra quinta,

Nec tres, dare cibi, atque duos rodere cassis.

Αἰγυπτιάζειν. 39

De impostoribus.

Αἰγυπτιάζειν dicebantur astuti & impostores. Sumptum à moribus eius gentis. Theocritus in Συρακουσίαις,

—οὐδὲ λάθεν δολερὸς
Δωσίτας τὸν ἰσὸν περίπαν αἰγυπτιάσας. id est,
—*ludit* Iceleratus
Astu Ægyptiaco obrepens iam nemo, nocebit.

De moribus Ægyptiorum testatur & illud ex Æschylo, quod alibi retulimus,

Δοκεῖ πλανᾶν τοὺς μυχαναῖς αἰγύπτιος. id est,
Ægyptij muris struendis artibus.

Citat hoc prouerbium Synesius in Encomio calvitiæ. Quanquam nonnunquam αἰγυπτιάζειν accipi solet pro eo quod est adurere: vt in hoc carmine,

χρόαν δ' πλὴν σὺν ἠλέκτρῳ λαμπτῆρι φλογὶ
Αἰγυπτιάσει. id est,
Tuam colorem Phœbus ardens igneis
Flammis aduret.

Ne bolus quidem relictus. 40

Οὐδ' ἔλαφος μέλαινα, id est, Ne bolus quidem reictus est, hoc est, ne vel pauxillum. Eustathius enarrans tertium odyssex librum, citat hunc Eupolidis versum.

Οὐδ' ἐλάφη τοι τῶν ἐμῶν οὐδ' ἔκλαφος. id est,
Ne cornu à meis relictum vllum est.

Nam ἔκλαφος id apud Græcos significat quod nos vulgata voce magis quam Latina morsellum dicimus: à verbo κλάειν, quod est audè comedo.

Rex aut asinus. 41

Βασιλεὺς ἢ ὄνος, id est, Rex aut asinus, hoc est, aut victor, aut victus. Simile illi, ἢ τρὶς ἓξ, ἢ τρὶς πέντε, Aut ter sex, aut tres quini. Eustathius Odyssex textum enarrans librum, ostendit metaphoram ductam ab his qui ludunt sphæra, quibus qui vicisset, rex appellabatur: qui victus fuisset, huic asini nomen erat. Plato in Theæteto. Ὁ δ' ἁμαρτών, καὶ διδόασιν, οἷς μὲν φασὶ σφαιρίζοντες ὀνοστέον δ' ὃ τοῦτο πεπονθὼς ἀπαίδευτος, καὶ ἐς γέλωτα ἐλήλυθε. id est. Qui aberrarit, is desidebit, quemadmodum dicunt ij qui sphæra ludunt, asinus: qui verò nihil aberrauerit, rex nostri cœtus. Iulius Pollux libro de rerum vocabulis nono, sphæra ludendi quatuor modos commemorat, quorum primus appellatur ἐφήβωσις, alter φαινίδα, seu φαινίδην, tertius ἀπόρριξις, quartus οὐρανία. Quorum postremum (nam is ad prouerbium proprièt) describit his verbis. Ἡ δ' οὐρανία, ἐμὲ μὲν ἀναλίσκει αὐτὸν ἀπορρίπτειν τὴν σφαῖραν εἰς τὸν οὐρανόν. ἐὰν δ' ἐλαμψίνους φυλάττειν, σχεῖν τε χρὴ αὐτὴν ἐμπεσοῦσαν, ἀφεῖσαν ἑτέραν. Ὅμηρος δὲ φασὶν ὑπολαβὼν, ὅτου μάτην ἐσπουδάκασι τὴν παῖδαν ἀστεμφῆ, καὶ τὸν ἐκ τοῦ πλουμάτου ἐφέλκειν ἐξ ἑαυτοῦ ἑτέρῳ, ὅτῳ οὐδήποτε, ἐξ ἐπιστροφῆς ἐφεστηκότος, ἐκκαλεῖ τι λαμπρὸν ἐπιτάττον. id est, Vrania verò. Iulius sic habet: Aliquis reluctans sese, sphæram in cælum mittit. reliquis autem certamen erat vt eam priusquam in terram recideret, raperent. id quod in Phæacibus significare videtur Homerus. Sanè verò quum aduersus parietem sphæram misissent, numerus subsultuum censebatur. & qui victus fuisset, is asinus appellabatur: & quicquid imperatum esset, faciebat. Rursum qui vicisset, is & rex erat & imperabat. Hactenus Iulius. Porrò locus quem ex Homero citat, est Odyssex θ, ad hunc modum,

Quatuor modi ludendi sphæra.

Τὸν μὲν ἔπειτα λάβε κρείων ἐκ χειρός.
Βάλλων ἠλίβατος· δ' ἔπεσεν ποτὶ γαῖαν
φαινὶς δὲ λαχοῦσ' ἐπεμάσσατο παλάμῃσιν ἀδήρῳ,
Λαῷ δ' ἐν πάντας ὁ νέεσθαι ὤπαζε πάσσας. id est,
Percussum hunc valida subiecit in aera dextra.
Intonuit lapsu, alti in bis mum sonuit ad ictum
Phæacum, ceu quæ maris, rutilum que tumentis,
Ob saxi iactum: verum id procul omnia signa
Tranquillat.

Ab hac forma non videtur alienum quod est apud Plautum in Pœnulo, Rex sum. Ego nunc hodie hominem ad me accersiuero. Licebit vti quum significabimus nos reddendam aleam, quæ vel summos reddat vel infimos. *Rex sum.*

Stellis signare viam. 42

Ἀστρασι σημαίνειν τὴν ὁδόν, id est, Stellis signare viam, dicuntur, qui notitia quibusdam & coniecturis rem *Coniecturis* alioqui perdifficilem inquirunt. Eustathius exponens quintum Odyssex librum, admonet conue- *gaud difficilia* nire in eos qui longam ac desertam ingrediuntur viam. Sumpta metaphora à nautis, qui in nocturna navigatione viam stellarum obtemperatione coniectant. quemadmodum apud Homerum Vlysses Odyssex libro quinto,

inquirere.

Αὐτὰρ ὁ τηλόθεν ἧστο τετιημένος
Ἠῶ τε δόλιον θ' ὑπνον ἐπιφρήσσων ἰόντα,
Πληϊάδας θ' ὁρόων, καὶ ὀψὲ δύοντα βοώτην,
Ἄρκτόν θ', ἣν καὶ ἅμαξαν ἐπίκλησιν καλέουσιν. id est,
At clauo ille sedens, nauim mira arte regebat:
Nunquam corripuit nutantia lumina somnus.
Verùm Pleiadas spectat, seriusque Bootem
Occasus, Vrsamque, alto cognomine Currum.

Alludit huc eleganter M. Tullius lib. Academ. quæst. ex quum

quum ait, absoluti sapientis esse, non duci opinionibus, sed certò verum tenere: idque ductu & indicio Cynosuræ, quæ quòd minore orbe circumferatur, vtpote polo vicinior, certius monstrat viam, etiamsi minus sit conspicua. At nondum perfecte sapientem, dum vbique quod probabile videtur, amplectitur interdum errantem, veluti Helicen sequit quæ vt clarior est, & magis oculis perspicua, ita non perinde certa viæ monstratrix: quòd latiore ambitu circumagatur, eo quòd à polo seu vertice mundi longius absit. Verba Ciceronis sunt hæc, Nec tamen ego is sum qui nihil vnquam falsi approbem, qui nunquam assentiar, qui nihil opiner: sed quæritur de sapiente. Ego verò ipse, & magnus quidem sum opinator (non enim sum sapiens) & meas cogitationes sic dirigo, non ad illam paruulam Cynosuram,

Indicium Cynosuræ.

(Qua fidunt duce nocturna Phœnices in alto,

vt ait Aratus. eoque directius gubernant quòd eam tenent

Quæ cursu interiore breui conuertitur orbe:)

sed ad Helicen & clarissimos Septentriones, id est, rationes has latiore specie non ad tenue climatas. Eo fit vt errem & vager latius. Scio mihi factam alibi huius prouerbij mentionem: verùm quoniam nactus eram quædam non indigna cognitu, visum est, hic repetere.

Sambucam citius &c. 43

Adagij speciem præ se gerit Persianum illud carmen, Satyr. 1.

Sambucam citius calonì aptaueris alto.

Alienus à re discipienda.

Cuius vsus incidet si quando significabimus aliquem à disciplina percipienda, siue munere gerendo nimis alienum esse. Si quidem sambuca organum est musicorum, quod haudquaquam congruat calonì. Quanquam Athenæus libro 14 indicat & bellicum instrumentum dici sambucam, quod machinæ in more admouebatur hostium mœnibus. Calones autem vocantur militum ministri, qui vallos ac ligna gestitant. vnde & nomen inditum autumant grammatici. Porrò quum milites sint imperiti musices, multò magis calones. Quanquam potest non absurdè accipi de sambuca militari machina, quæ ritu organi muliebri chordis quibusdam intenditur. Ad hanc intendendam haudquaquam idonei sunt calones, vtpote stolidi, & ob id ipsum ad infima ministeria retrusi, quòd disciplinæ militaris prorsum rudes sint & indociles. Vnde Persius non citra ἔμφασιν addidit alto: propterea quòd homines prælongi etiam prouerbio vecordiæ notantur, ἄνους ὁ μακρός.

Nostra farina. 44

Eiusdem farinæ dicuntur inter quos est indicta similitudo. quod enim aqua ad aquam collata, idem ad farinam. farina Persius in quinta Satyra,

-nostra paulò ante farina

Pellicular etcrem retinet.

Perinde quasi dicat, nostri gregis, nostræ conditionis. Pertinet ad illam classem, Eadem cera, & Idem pulus, de quibus alibi dictum est. Simili tropo Seneca dixit, Eiusdem notæ, libro 3. epistola 24. His adiecris & illud eiusdem notæ licet, tantam hominum imprudentiam esse, imò dementiam, vt quidam timore mortis cogantur ad mortem.

Nullo scopo iaculari. 45

Ἀσκοπα τοξεύειν, id est, Absque scopo iaculari dicuntur qui sibi nihil certi propositum habet quod sequatur, & ad quod instituti consiliique rationes referat. Lucianus in Toxaride, Ἐπειδὴ τὸν ἄσκοπα τετοξευκότα, οὔτε βάλλομαι δίκαιος, ἀφεὶς ἐκ σκοποῦ τινὸς τοξεύω φίλε, id est, Quoniam in præsentia nullo proposito scopo iaculati sumus, denuo ascito arbitro, alia amicorum paria apud illum referamus. Persius Satyra tertia:

Qui sibi nihil certi proponit.

Est aliquid quò tendis, & in quod dirigis aream?
An possim si queris eorvos, teqvaque lusqve?
Securus quò pes ferat.

De pulmone reuellere. 46

Dubium non est, quin ad prouerbiorum formam pertineat & illud Persianum De pulmone reuellere, pro eo quod est stultam & arrogantem opinionem animo eximere:

Dum veteres anias tibi de pulmone reuello.

Tumorem animique fastum in pulmone collocant. vnde μέγα πνεῖν apud Græcos. Et idem Persius, Sat. 1.

Grande aliquid, quod pulmo animæ præclarus obortæ

Quos non tollerent centum Ægyptij 47

Οὓς οὐκ ἂν ἄραιτ' ἀνὴρ ἑκατὸν αἰγύπτιοι. id est, *Quos ferre nec centum queant Ægyptij.*

† Mores intolerandi.

De molestis dici solitum, ac morosis intolerandis, seu fastu præturgidis. Inde ductum, quòd Ægyptij plerique gestandis oneribus quæstum non satis honestum facitare consueuerint: vnde & ἀχθοφόρους dicti, in iocum prouerbialem abierunt. Refert id adagium ab Eudemo in collectaneis dictionum Rhetoricarum, & item à Suida. Extat autem apud Aristophanem in Ranis, ad hunc modum.

Ἀχθοφόρους Ægyptij.

Δύ' ἁμάξαι τίλους, καὶ τεττιγοδόκαι,
Οὓς οὐκ ἂν ἄραιτ' ἀνὴρ ἑκατὸν αἰγύπτιοι. id est,
Duo plaustra, duóque item impositi cadauera,
Quæ ferre nec centum queant Ægyptij. Idem in Auibus,
Οὐκ αἰγυπτίῳ πανθοφορίας. id est,
Non Ægyptius lateriger.

Confimili modo Lucilius apud Nonium,

Quem neque Lucanis orundi montibus taurs
Ducere pro telo validis cernicibus possent.

Rursum idem alib.

Hunc iuga mulorum pro telo ducere centum
Non possint.

Ægyptius laterifer. 48

Αἰγύπτιος πανθοφορίας, id est, Ægyptius laterum gestator, Suidas nomine in prouerbij titulo refert. Extat autem apud Aristophanem in Auibus ibi quærit quispiam quis composuisset equum Durium in arce Palladis, centum cubitorum. Cui respondetur,

Ὁρισθένης, οὐδεὶς ἄλλος ἢ Δαίδαλος ἢ
Πανθοφορίας, ἀλλαντουργός. id est,
Auct, nec alius vllus: haud Ægyptius
Laterifer faber lapidarius.

Quadrare videtur in sordidum atque infimæ sortis hominem, in quem vsum etiam Carum vtilitas vsurpata *Infimæ sortis homo, & molestus.* est. aut in eum, qui molestis negotiis premitur. Admonuimus modo Ægyptios in vulgi fabulam ac ritum abiisse, quòd asinorum ritu vectandis corpore oneribus quæstum facerent. Ad quem laborem hoc exercitationes illos fuisse coniicio, quod in effodiendis lacunis, limóque exportando, ac laterибus argillaceis, huiusmodi opera potissimum opus erat apud Ægyptios, ob limum quem inuehit Nilus. Nam illic passeres, opinor, aut hirundines monstrarunt artem è luto construendi parietes. Argumento est, quòd Hebræi, quum apud illos agerent, adacti sunt, luto laterибúsque gestandis seruilem operam præstare Pharaoni. De multis Mariamis alibi reperies.

Gregis molestus.

Ritus pressus.

Cœnare me doce. 49

Δεῖπνόν μοι δίδαξον id est, Cœnare me doce. Prouerbij figura dictum est ab Aristophane in Ranis. Tempestiuum vsurpabitur si quando docere, præire, aut etiam refellere conatur aliquem imperitus negocij de quo disceptatur. Verba sunt Bacchi ad Herculem de tragœdijs iudicantem, quum exercitatior esset in vorandis tauris, quàm pensiculandis poetarum carminibus.

Rhamnusius. 50

Ῥαμνούσιος, id est, Rhamnusius. Eudemus in dictionibus Rhet. admonet, id cognominis olim ceu prouerbio additum sapientibus ac moderatis viris: nec explicat adagij rationem. Vnde coniectare licet, vel ab eius gentis moribus dictum, vel a dea Rhamnusia, quæ modum in omni negotio docet adhibendum. quemadmodum alias fusius à nobis ostensum est.

De moderato viro.

Papæ, Myxus. 51

Βαβαὶ μύξος, id est, Papæ Myxus, in glorioſos & iactabundos dici consueuit. Nam βαβαὶ duporis & admirationis significationem habet. Myxus autem sacerdos quispiam fuit Dianæ gloriosus & magniloquus: qui se fingebat omnia mirari. Refertur à Suida & Zonodoto.

βαβαὶ

Lenticulam angulo tenes. 52

φακὴν γωνίας κρατεῖς, id est, Lentem angulo tenes. De negotio quòd nec nullo pacto queat: propterea quòd hoc leguminis genus angulis careat. Refertur à Suida: ne quis contemnat.

Patrocli occasio. 53

Πατρόκλειος ἀφορμή, id est, Patrocli occasio, siue prætextus. Diogenianus ostendit dici solere de iis qui quū ob metum non audent proprias deplorare calamitates,

desient eas sub prætextu luctus alieni. Plutarchus in commentario cui titulus, Quo modo quis se citra inuidiam laudare possit, Καὶ μὴ δοκοῦμεν τὰ ἔχθιστα περὶ φαίνειν, σκοπῶμεν δ' αὖπαλιν δι' ἑαυτῶν τὸν Πατροκλέα. id est, Et ne videamur Patroclum occasionem, sed nosipsos per illius laudare. Agit enim de iis qui laudandis aliis suas ipsorum laudes insinuant. Opinor sumptum à Patrocli moribus, in quem aliquoties iocatur Aristophanes.

Exiguum obolis pretium. 54

Homines nequam.

Μικροῦ τοῦ ὀβολοῦ τίμιον, id est, Exiguum oboli pretium. Suidas citat ex Marica Eupolidis, conuenire in homines nequam nihil quicquam. Quanquam nihil obstat quominus ad rem contemptam transferatur. Meminit & Eudemus. De simili b. multa retulimus antea, Obolaris homo, Homo trefis, Homo trioboli, Homo vix dupondio æstimandus. Iustinianus iuuenes primùm ad iuris studium ingressos, dupondios appellari voluit, velut extremæ classis. Nam qui tam profecissent, prolytas ac lytas appellauit, quasi dimissos.

Dupondij. Prolyta. Lyta.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. *Μικροῦ τοῦ ὀβολοῦ τίμιον.* id est, *Exiguum oboli pretium*) In vulgatis Suidæ exemplaribus legitur μικροῦ: sed vtcunque modo legatur, τίμιον pro adiectiuo non pro substantiuo accipiendum videtur.

Pedum visa est via. 55

Τῶν ποδῶν ἑώρακεν ὁδόν, id est, Pedum visa est via. De negotio cuius aliquando periculum feceris. Sumptum à viatoribus. Terentius in Phormione, Ah non ita. Factum est periculum: nam pedum visa est via.

Phœnicum pacta. 56

Φοινίκων συνθῆκαι, id est, Phœnicum conuenta. Phœnices qui Carthagine potiti sunt, quum primùm ad eam appulissent regionem, postularunt ab iis qui id temporis Libyam incolebant, vt sibi liceret diem & noctem hospitio terræ vti. Quod quum impetrassent, támque exacto concessi temporis spatio iuberentur excedere finibus, recusarunt, affirmantes se pactos vt sibi fas esset illic noctésque ac dies commorari: videlicet ambiguitatem vocum ad suum commodum detorquentes. Vnde prouerbium esse natum aiunt, de pactis insidiosis & astutis. Autores Suidas ac Diogenianus. Quin in totum omnes Phœnices dicti sunt, qui quæstus essent auidi. Vnde Pindarus in Pythis hymno 2. φοίνισσαν ἐμπολὰν, id est, Phœniciam negotiationem, dixit. Et interpres citat ex comico quopiam, ἄνθ' αὐτὸς φοινὶξ ἐξέφυμεν, id est, Protinus Phœnix fio. Item ex Sophocle,

De pactis insidiosis.

Ἐπιλώβητον γὰρ φῶτα τὸν φοινίκ' ἀνήρ. id est,

Phœnix vir, sapit emere ac vendere.

Postremò Plato libro de Republica tertio de his agens qui putant magistratui conuenire mendacium, inquit, Νικᾷ καλὸν, ἀλλὰ φοινικοῦν, id est, Nihil pulchri est, sed potius Phœnicense quiddam.

Pusillus quantus Molon. 57

De homuncione.

Μικρὸς ὅλως Μόλων, id est, Pusillus vt Molon. De vehementer breui statura corporis homuncionibus. Suidas ostendit duos fuisse Molones, nota, sicuti coniicio, corporis breuitate, quorum alter histrio fuerit, alter fur, honesti tamen licet quæstus vterque.

Per annum quum diem. 58

Res obsoletæ.

Διὰ πολλοῦ ἡμέρας, De re admodum obsoleta priscáque. Refertur à Diogeniano. Finitimum illi quod hodie non insicete iactatur in scholis philosophorum, Magno Platonis anno.

Perierunt bona. 59

Ἔβρεν τὰ καλὰ, id est Perierunt honesta. Hippocrates Mindaro Lacedæmoniorum duci fuit ab epistolis: eo interfecto ab Atheniensibus, Hippocrates in Lacedæmonem huiusmodi scripsit epistolam: Ἔβρεν τὰ καλὰ, Μίνδαρος δ' ἀπόλωλεν: significans interfecto duce rem esse deploratam. Adagium recensent Diogenianus: historiam recensent Xenophon in Ἑλληνικοῖς, libro primo. Græca senario constant,

Perijere honesta, Mindarus fublatus est.

Qui nimium properat, serius absoluit. 60

Plato in Dialogo cui titulus De regno, πεπόνθαμεν γὰρ ἡμεῖς ἐν τῷ παρόντι τὸ τῶν πάνυ σπουδαίων παθεῖν· τοῦτο γάρ; Οὐχ ἥκιστα διέφευγεν, λάθοιμεν ἡμᾶς αὐτοὺς, id est, Fecit enim vt nunc quoque nobis accideret quod prouerbio dicitur. Quodnam? Vt dum parum rectè per otium diuidimus, serius perfecerimus. Idem in 7. De rep. lib. alluſit ad prouerbium, Σπεύδων γὰρ, ὥφελον, ἔφη, ἔχω μᾶλλον διώκειν, μᾶλλον βραδύνω, id est, Dum festino, inquit, omnia celeriter percurrere, tardior fum. Item in Cratylo simile quiddam habet. Ἴσα μοὶ δοκοῦμεν ὥσπερ οἱ ἐν Αἰγίνῃ νύκτωρ περιόντες οὐκ εἰδότες, ἡμᾶς ὅτι τὰ φράσματα δίξομεν αὐτῇ τῇ διανοίᾳ ἵνα μὴν ἡμῖν ὑπάρχῃ τὸ βέλτιστον, id est, Ne nobis vtu veniat vt quemadmodum qui apud Æginetas noctu obambulant, serius perficiunt iter, itidem nos ad rem ipsa veritate serius quàm oportet, peruenisse videamur. Scitum est illud diui Augustini aduersus Petilianum, iis qui perturbatione aliqua festinant, vsu venire nonnunquam vt vestem aut calceos peruerse induant, quæ res postea moram adferat. Idem vsu venit his qui multa simul agere conantur, neque quicquam assequuntur. Plato lib. de Rep. 3. Οὐκοῦν ἐν μὲ ἑκάστῳ μάθημα καλῶν ἑκάστων, πολλὰ δ' εἰ μὴ ἐν τῶν ἐπιχειρεῖ, πολλῶν φαπτόμενος, πάντων ἅπτεσθαι οὐ δυνήσεται. Vnusquisque rectè vnum studium exerceat, multa nequaquam: imò si id tentarit, multa aggressus, omnibus frustrabitur. Idem eiusdem operis lib. 10. docet idem accidere iis qui non veritate sed fucis ac malis artibus properant ad honorem. Οὐχ οἱ μὲ δοκεῖ τι ἂν ἄλλως δρᾶσαι ὁ ἐκ τοιούτου ἐπὶ τοιοῦτον ἐρχόμενος, ὅστις αὖ ἥκιστα δὲ κατὰ τὸν κύκλον, κατὰ δὲ τὴν ἐκ μείζονος ἐξίσου κύκλου, πολὺ τούτου καλλίονος γεγονότος, τὸν ὄντα ἐκεῖνον ἄκρατον ἔχοντες, ἡ ἔστραπται κατειργάσαντο, id est. An non isti artifices & imitatores idem facere quod solent cursores quidam, qui bene quidem currunt ab inferiore loco, à superiore verò nequaquam? Primum quidem celeriter prosiliunt, cæterum in fine cursus ridiculi sunt, atque auriculas in humeris habentes incoronati semper abripiuntur. Monet adagium instituendæ rei non tam celeritatem quam curam adhibendam esse, ne postea sit in mora quod in operis ingressu fuerit erratum. Obnoxij sunt huic prouerbio quidam, qui compendij causa, Græcanica literatura prætenta, protinus ad philosophiæ studium insiliunt: ac dum stultè captant compendium, in maximum incidunt dispendium. Fit enim vt hi, dum repentè philosophi studeni euadere, nunquam philosophiæ scientiam assequantur: quúmque se iam ad metam peruenisse credunt, denuo ad carceres sit redeundum, denuóque à linea, quemadmodum Græci dicunt, exordiendum. Item in re bellica plus efficit Fabij cunctatio, quàm M. Minutij præceps temeritas. Si quidem is vnus Hannibalem multis iam prælus inuictum, non viribus, sed lentitudine superauit. De quo præclare Ennius apud M. Tullium in Catone maiore,

Non tam celeritas, quàm studium adhibendum.

E compendio dispendium.

Cunctatio Fabij.

Vnus homo nobis cunctando restituit rem.
Nam ponebat enim rumores ante salutem.

Vltra catalogum vivit 61

Ὑπὲρ τὸν κατάλογον ζῇ, id est, Vltra catalogum vivit. De eo dicebatur qui insolitum ætatis viueret, vt iam prætereptum illius annorum numerum præteriisse videretur. Est, ni fallor, apud Lucianum. Refertur à Suida.

Vltra peram sapere. 62

Ὑπὲρ τὴν πήραν φρονεῖν, id est, Vltra peram esse solicitum. Prouerbiali figura dictum apud Lucianum in Timone. Οὐ μόνον γε ἡμᾶς χρὴ τοὺς φιλοσόφους, ἀλλὰ μηδὲ ὑπὲρ πυρὸν πήρας φρονεῖν, id est, Oportet enim philosophorum paucis contentum ac frugalem esse, neque quicquam vltra peram quærere. Quadrabit vel in philosophum, vel in pauperem: sed præcipuè in Christianum, quem Iesus vetat cogitare de crastino. Confine illi, Vita dolaris.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. Ὑπὲρ) Ὑπὲρ τὴν πήραν φρονεῖν non significat hîc vltra peram sapere, aut quærere, sed quemadmodum is dici solet ὑπὲρ αὐτὸν φρονεῖν, qui se suo conditionis humanæ modulo non metitur, sed maiora quàm pro ea cogitat: ita iocosè dictum ὑπὲρ τὴν πήραν φρονεῖν, cogitare de pluribus quam pro perâ mensura, vel, de pluribus quam capere possit pera. Si quidem rationem reddens philosophus cur non plura petat quàm quæ ad implendam suam peram sufficiant, subiungit, oportere philosophum μηδὲν ὑπὲρ τὴν πήραν φρονεῖν.

Vita dolaris.

Virgo primum. 63

Παρθένος τὸ πρῶτον, id est, Virgo primùm. De iis dici solitum qui rem paternam profunderent. Haud scio an inde ductum, quòd virgines adhuc rudes, & meretricij

tricij quæstus ignaræ, facilè sui copiam faciunt: postea, quo plus auferant præmij, difficiles sese præbent. Itidem adolescentes nuper nacti facultates, priusquam intelligant quid sit pecunia, largius effundunt. Et prima vitæ pars, quæ quidem est optima, ituitissimè nobis conteritur.

Vir videbatur nauis supplicans scopulo. 64

Ἀνὴρ ἔοικε ναῦς ἱκέτευσε πέτρῃ. id est,
Vir visus esse est nauis obsecrans petram.

De stupidis ac stolidis, quibus aliud pro alio videtur, dictum indicat Suidas. Ducta metaphora à naue quæ impingit in scopulum.

Ciro furientis necesse est furari. 65

De necessitate adactis. Τετυχὼς κλέπτου ἐς ἀναγκαίως ἔχει. id est,
Fametius vir esse furax cogitur.

Suidas prouerbij nomine refert, quòd congruat in eos qui extrema adacti necessitate, quid faciunt. Veluti ij, qui confitearur se mentitum, dicat, Quid facerem, aut quid? mentiendum erat, aut in summam veniendum infamiam: τετύχηκα κλέπτων. Aut si quis audax gloriæ, aliena pro suis edat, quum ipse de suo nihil possit egregium edere.

Vixit, dum vixit, bene. 66

Vixit, dum vixit, bene. Est in Hecyra Terentiana. Prouerbiale fuisse vel senex indicat, rogans num præter vnam sententiam nihil attulisset. Conuenit in eos qui molliter ac suauiter viuunt, atque ita faciunt sumptus vt non multum iuuent hæredem. Est autem amphibologia in verbo viuere, quod interdum simpliciter viuere est, interdum genialiter vitam agere: vt apud Catullum,

Viuamus mea Lesbia, atque amemus.

Fumantem asum vrsine tentaueris. 67

Prouerbij speciem habet & illud apud Martialem,

-rabido nec perditus ore
Fumantem nasum vrsa tentauerit vrsi.
Sit placidus licet, & lambat digitosque manusque,
Si dolor & bilis, si iusta coegerit ira,
Vertet erit, vetitas dentes impelle fatiges.

Admonet non esse tentandos qui possint nocere. Consimili modo Synesius in Encomio calui ij scripsit, Canem naribus prendere, pro eo quod est, prouocare mordacem & nociturum. Hac parte corporis icta, petissimum vrsos irritari docent bestiarij.

Muris in morem. 68

Plautus in Captiui duo, Quasi mures semper edimus alienum cibum. In parasitos dictum, quibus iucundum est aliena viuere quadra. Non conueniunt nec in vna sede morantur libertas & cibus alienus. quod eleganter indicat apologus Æsopicus de mure syluestri & domestico. Quin & Græcis prouerbiali verbo μυσὶν ἐοικὼς dicuntur qui muris in morem cibi cauta obambulant oberrántque. Indicauit hoc Hesychius.

E tribus malis vnum. 69

Τῶν τριῶν κακῶν ἕν, id est, Trium malorum vnum. Suidas prouerbium indicat apud Menandrum extitisse. Sumptum autem à Theramene, qui curdam è tribus malis vnum indixerit, è quibus quod vellet eligeret. Vnde & Aristophanes apud eundem Suidam in Triphalete, ἐγὼ γὰρ νῦν Θηραμένους δέδοικα τὰ τρία ταῦτα, id est, Ego enim à Theramene metui tria hæc. Quæ sint autem ea tria, quære in prouerbio τὰ τρία τὰ δεινά. Id vsurpauit Alexander in Æpolis. Aristides ait oraculum solere tradi obsignatum: quod qui solueret, priusquam fas esset, vnum è tribus malis illum manebat, aut oculorum orbatio, aut manus aut linguæ iactura. Sunt qui dicant, iis qui sententia capitali damnati fuissent, tria solere deferri, gladium, laqueum & aconitum.

Quàm facilè vulpes pyrum comest. 70

Plautus in Mustellaria, Tam facilè vinces, quàm vulpes pyrum comest. De re facta proclium: quòd nihil negotij sit vulpi dentatissimæ pyrum edere.

Contrahere supercilium, Inflare buccas. 71

Ὀφρῦς ἀνασπᾶσθαι, καὶ γνάθους φυσᾶσθαι, id est, Adductis superciliis, & inflatis buccis. In fastuosos ac turgidos dictum Suidas admonet. Si quidem in superciliis (sicut alias ostendimus) arrogantiæ sedes. Horatius inflatis buccas ad iracundiæ retulit argumentum. 1. Serm. 1.

-quin Iuppiter ambas
Iratus buccas inflet:

Diuus Augustinus in libris Confessionum, Buccis typho crepantibus. Quo loco nonnulli perperam typo legunt. Mirum est autem Augustinum voce Græcanica tantopere delectatum, vt quum fastum dicere posset, typhum dicere maluerit: nisi quòd ea iam viu Latio donata videbatur. Traductum à ranis quæ per iram inflantur. Notus est apologus Æsopicus de rana per arrogantiam dirupta. Horatius, Serm. lib. 2. Sat. 5.

Crescentem tumidis iussa ferrumbus iram.

Sus comessatur. 72

Τὸ ὑσείμαται, id est, Sus saltauit, aut comessatur. Diogenianus ottendit dici solitum de iis qui præter decorum quippiam facerent: quique rerum successu præter meritum obiecto semet intolentius efferunt. Attingunt & Suidas & Zenodotus. Est autem Græcis κωμάζειν, iuuenum amantium more coronis, cantilenis, saltationibus, cæteris sque iuuenilibus nugis lasciuire, & in domos alienas irrumpere. Irrumpunt & sues. vnde Theocritus in Syracusiis,

ἀμφὶ θύρᾳ θύρᾳ τε Διωνύσοιο ἄνακτος ὗες. id est,
Turba suum circa fores Bacchi more furunt.

In insolentes.

Cæterùm qui rusticiore sunt ingenio, mirum quàm hæc dedeceant. Locus erit vbi naturæ suus & agrestis, affectat videri festiuus.

Dat venisam coruis, vexat censura columbas. 73

Non tam ouum ouo simile, quàm illud prouerbij speciem præ se fert, quod est apud Iuuenalem,

Dat venisam coruis, vexat censura columbas.

Pœna legum exercetur in humiles quotidiè, & à quib. ob ingenij mansuetudinem aliquid emolumenti potest auferri: rapacibus ignoscitur. Sumptum est ab apophthegmate Anacharsidis, qui hoc dicto eluit ludum Solonis in constituendis legibus, quemadmodum refert Plutarchus in vita Solonis, ὅτι ὥσπερ νόμους τοῖς ἀράχναις οὕτως εἶναι φαίνεται. κ. γὰρ ἐκείνους, ἐὰν μέν τι κοῦφον καὶ πτερωτὸν, κατέχειν· ἐὰν δὲ μεῖζον, διαρρήγνυσθαι οἴχεσθαι, id est, Leges aranearum telis admodum dicebat: propterea quod in illas si quid leuius aut imbecillum incurrerit, hæret: sin maius aliquid, dissecat ac fugit. Ad eandem pertinet sententiam quod in Phormione ait Terentius,

Leges vinculis torquentur humiles, labuntur opulenti.

Quæ non rete accipere tenditur neque mouere,
Quæ male facient nobis ritu quo nihil facient tenditur.
Quia enim in illis fructus est, in istis opera ludetur.

Sutorium atramentum. 74

M. Tullius libro epistolarum nono ad Pætum, Iam pater eius accusatus est à M. Antonio: sutorio atramento absolutus putatur. Subesse videtur prouerbium. Sentit, opinor, hominem absolutum fuisse iudicum corruptela, non citra infamiam. Est enim huiusmodi sutorium atramentum, vt neque magnopere atram imprimat notam, neque nullam tamen illinat maculam. Infamiam enim atramenti symbolo poeta significauit vt Horatius, 1. lib. Serm. Sat. 4.

-hic niger est succus loligini, hæc est,
Æruginis mera.

Is quidem succus quidam est quem plerisque mollium piscium, maximè sepiis, inesse scripsit Aristoteles lib. De partibus animalium 4. eum tunica contineri membranea, emitti verò fistula quadam: quem effundunt in metu, & aquam insuscitant, ne queant deprehendi. Rursus Horatius, 1. Epist. 1.

Sed veluti tractata notam labémque remittunt
Atramenta, fere scriptores carmine fœdo
Splendida facta linunt.

Cæterùm quod Græci chalcanthum appellant, Cornelius Celsus fere vertit sutorium atramentum: cuius frequenter meminit in medicinis, præsertim lib 5. Colligitur ex ære. vnde Græcis nomen χάλκανθος, quasi dicas flos æris. Vnde suspicor magis dici maculam quam ægrè possis diluere. Nam atramentum quod scriptorium vocant, facilius diluitur, nec inhæret corio. Plinius in epistola, simili figura dixit, Vitelliana cicatrice stigmosum.

Surda testimonia. 75

Κωφαὶ μαρτυρίαι, id est, Surda testimonia, dicuntur quæ feruntur per tabulas: propterea quòd hæ rogatæ nihil respondeant. vt non discrepet ab illo, Muti magistri. Vnde surdas agere testimonias prouerbio dicuntur qui vel procul absentes, vel vita defunctos modo cient, nec queant deprehendi.

Perdere naulum. 76

Abiicere omnia. Iuuenalis in Satyra cui initium, Stemmata quid faciunt:

Fraterem Charippe tuis circumspice pannis,
Quum l[illegible] erit, aut quicquid tibi nulla reliquit,
Iamque tuetur eo pl[illegible] omnia perdere naulum.

Domitius Calderinus (vt inter recentiores, haudquaquam malus author) admonet prouerbium esse in eũ, qui quum multa amiserit, reliquum etiam velit perdere. Sumptam autem metaphoram à mercatoribus, qui quum naufragant, si minus quantum cupiunt lucrari possunt, studeant vt saltem recuperent ex mercibus diuenditis quantum pro vectura nauali soluerunt. Aristippus interrogatus à quodam, num esset vbique ridens, ἦ οὐκ, ἐφ' ᾧ πᾶσι γελᾷς καὶ παιδαγωγῷ παρέχεις ἐμπαίγματι, id est, Naulum igitur non perdo, inquit, si quidem vbique sum. Refertur à Plutarcho in commentario cui titulus ὅτι δίδακτὸ ἡ ἀρετή.

ANIMAD. HENR. STEPH.

(*V. Naulum*) Duarum vocularum falsa diiunctio fecit vt quum Aristippus se naulum dicat perdere, Erasmus eum id negasse putauerit. Male enim diiunctæ fuerunt hæ duæ particulæ οὐκ οὖν, perinde ac si significarent Non igitur (pro qua tamen significatione passim reperitur scriptum οὐκοῦν) quum coniunctim legendum sit οὐκοῦν, id est Igitur, non inclusa negatione. & hæc lectio in vulgatis editionibus habetur: nam sequentia Plutarchi verba manifestissime id refellunt. Subiungit enim, Quidni dicas tu quoque, Perditur merces quæ datur pædagogis, si, &c. Nam si ita interpreteris Aristippi dictum, Naulum igitur non perdo, quomodo sequentibus aptari poterit à Plutarcho? Nec enim procedet hæc oratio, Quemadmodum dixit Aristippus se naulum non perdere si vbique esset: ita non dixeris itidem, Perditur merces pædag. &c. Nimirum quisquis aliquo præditus est iudicio, hic expectat, Non perditur merces. quum tamen Plutarchum sibi contrarium voluisse perspicuum sit. At procedet optimè oratio, si, vt verba Græca sonant, interpreteris. Quemadmodum Aristippus dixit se naulum non perdere si, &c. quum dixeris & ipse, Perditur, &c. Quinetiam huius dicti ratio nobis optimè constat, huius dico, Naulum itaque perdo, si vbique sum. Non absurde enim Aristippus, quum naulum sit pecunia quæ nautis pro vectura numeratur: dixit, si vbique esset, se pecuniam illam perdere quam nautis solueret, vt ipsum ex vno loco in alium veherent. Vel, se pecuniam in vecturam frustra inutilemue & inutiliter impendere. id enim significat verbũ σφάλλεσθαι. Quanquam grammaticus quidam ex Luciano citans, hoc ipsum prouerbium σφάλλεται παῖδες, exponit, ὅτι τὰ πρέποντα οὐκ ἴσασιν, id est, indecenter & contra decorum faciunt.

Siculissare. 77

In tetricos, vel improbos. Σικελίζειν, id est, Siculissare. Eudemus indicat antiquitus vsurpatum pro eo quod est, austerum esse tetricúmque: & cui quidem in modum Epicharmum vsum esse. Cæterum huius placere magis referendum ad improbos & vafros. Non dubium quin ab eius gentis moribus sit sumptum. At Athenæus Dipnosophistarum libro primo indicat adagium natum ab Androne Siculo, qui morem inuexerit ad tibiam saltandi, gesticulandique.

Sedens columba. 78

De mansueto. Ἥμενον πελειάς, id est, Sedens columba. Suidas prouerbij titulo commemorat, indicátque dici solitum de supra modum mansuetis ac simplicibus. Nam columbæ quum, auolant, fallunt cæteras pernicitate volatus: quum sedent, nihil mitius, aut simplicius. Neque quicquam habent quo se tueantur aduersus miluos & accipitres, præter alarum velocitatem. Mihi videtur dici posse & in eos qui simplicitatem simulant, quo magis imponant: propterea quòd mos sit aucupibus, exoculatam columbam in reti ponere, quæ subsultans cæteras columbas alliciat. Ea græcis dicitur παλεύτρια, à verbo παλεύειν, quod est leducere, siue in laqueum illicere. Aristophanes in Auibus de columbis loquens,

Καὶ πανδημεὶ παλεύτρι' ἀθρόαις ἐς δίκτυα. id est,
Et cogit passeriam agere alligatas in reti.

Vide lector, num legendum sit ἡμιόνῳ, id est illaqueam. id enim patitur quo fallat alias.

Simia barbata seu caudata. 79

De ridiculo. Πίθηκος πώγων' ἔχων id est, Simia barbam portans. Aristophanes, ὦ πίθηκε πώγων', ὦ πίθηκ' ὑπὸ πώγωνος ἔχων. Interpres admonuit allusum esse ad illud Archilochum, πολλοὶ δ' ἐπίκουροι κακοῦ πολιοῦχοι, id est, Talem & simia caudam habens. Dici solitum de ridiculis. Regulus Rusticum Stoicorum simium dixit, contumeliæ gratia (vt refert Plinius in Epistolis) opinor, quòd barba & pallio Stoicum ageret verius quam moribus. Idem Aristophanes alio quodam loco quosdam Δημοσθένους, appellat, quasi populi simias. Est autem hoc animal natura χαλεπώτατον, nec in alium vsum videtur natum: quum nec valeat ad eium, vt oues nec ad ędium custodiam, vt canes: nec ad onera gestanda, vt equi. Athenæus libro decimoquarto narrat, Anacharsin philosophum, genere Scythum, quum in conuiuium inducerentur homines ad risum mouendum educti, solum omnium non risisse. Tandem quum inducerentur simiæ, cœpit ridere rogatus causam, Hæ, inquit, natura sunt γελωτοποιοί, illi fingunt. *Animo sese obsequens.*

Sibi canere. 80

Ἑαυτῷ ᾄδειν, id est, Sibi ipsi canere, dicitur qui non ad alienum arbitrium facit quippiam, sed animo obsequens suo. In Platonis conuiuio iubent tibicinam sibiipsi canere. Et cantor quispiam (Antigenidas opinor) iubet discipulum, quòd populo non admodum gratus esset, sibi canere & Mutis. M. Tullius in Bruto, Id enim est summi oratoris, summum oratorem populo videri. Quare tibicen Antigenidas dixerit discipulo sane frigenti ad populum, Mihi cane & Mutis: ego huic Bruto dicente, vt solet apud multitudinem, Mihi cane & populo, mi Brute dixerim. Diuus Hieronymus ad Ismeniam refert, huius (ni fallor) discipulum, Atque is non inuitus est sibi canere, sed præceptori qui poterat iudicare.

Si leonina pellis non satis est, vulpina addenda. 81

Ἢν λεοντῆ μὴ ἱκανῶς, τὴν ἀλωπεκῆν προσράπτειν, id est, Si leonis exuuium non sufficit, adde vulpinum. Quum viribus res obtineri non potest, dolus adhibendus. Adagium natum est ex apophthegmate Lysandri. Nam is (quemadmodum in eius vita memorat Plutarchus) irridere solitus est qui, velut ab Hercule prognati, bellum apertis viribus citráque dolum gerendum esse censebant: quum ipse magis existimaret boni ducis officium esse quòd leonina pellis non attingeret, eò contendendum astura vulpina. Quod quidem propemodum indicat & Maro, quum ait, Æneid. 2.

-dolus an virtus, quis in hoste requirat?

Adagiũ referri a Zenodoto. Huius affine est quod apud Plutarchum in vita Syllæ Carbo dixisse memoratur. quũ enim Sylla non solùm aperto Marte, sed dolis bellum gereret, ait, ὡς ἀλωπεκῇ καὶ λέοντι πολεμεῖ ὁ τῇ Σύλλα ψυχῇ προσπλεκόμενος, ὑπὸ τῶν ἀλώπεκος αἰεὶ μᾶλλον, id est, Quod bellum gerens cum vulpe ac leone, quorum vterunque habitabat in animo Syllæ, à vulpe vehementius angeretur. Apud Aristophanem quidam dicitur κυναλώπηξ, quod caninam impudentiam cum vulpina astutia coniunxisset. Κυναλώπηξ

Siculus miles. 82

Σικελὸς στρατιώτης, id est, Siculus miles. In peregrinum ac mercenarium militem prouerbiali loco dicebatur, propterea quòd Siculi temporibus Hieronis exotico milite plerunque vterentur, authore Zenodoto. Conueniet in hominem lucri gratia nullum ministerij genus recusantem. Affine est illi quod de Care dictum est alibi. † *mercenarius miles.*

Pro bonis glomi. 83

Ἀντ' ἀγαθῶν ἀγαθόν, id est, Pro bonis glomi. Dici consueuit, vbi quis beneficium, quod in alium contulisset, cumulate cúmque fœnore reciperet. Agathides enim Græcis glomi dicuntur: verum allusionis decus in voce Græca est, quod in sermone Latino reddi non potest. Memorat Suidas. † *Beneficium cumulatè repensum.*

Sine pennis volare haud facile est. 84

Manet etiam hodiernis temporibus vulgo celebre quod est in Pœnulo Plautina, Sine pennis volare haud facile est. Idem in Asinaria, Defraudem te ego? Age sis, sine pennis vola. Locum habet quum deesse significamus adminicula, sine quibus negotium peragi non possit. Reperitur apud idoneos authores, Accidere alas, pro eo quod est adimere materiam facultatémque co- Accidere, vt decidere alas.

que conandi quippiam. Et, Addere alas. Horatius simili forma dixit Decidere pennas. Epist. lib. 2. ep. 2.

Vnde simul primum me dimisere Philippi,
Decisis humilem pennis.

Et Cicero ad Atticum libro 4. Qui mihi pennas inciderant, nolunt eisdem renasci. Idem in Academicis dixit, Incidere actuos, pro adimere vires. Cognatum est illi quod alibi retulimus, ἐπὶ τῷ ξαίνειν, id est, Ignem diuidere. Quod pro impossibili retulit Plato lib. De legibus 6. ἀλλ' οὐ γ' οἶμαι τὸν νομοθέτην τὸ πῦρ ξαίνειν, εἰς τὸ ξαίνειν, id est, Vt propemodum legum conditor faciat, quod solent qui ludunt in ignem impingentes ictum. Hoc est, manifestè laboret, quòd ignis mox in se cogat. Eius generis est illud apud Platonem in Eryxia, καὶ ἐμοὶ μὲν ἔδοξεν ὅτι ἐπιτηδείου πέτρου, ἐπὶ τὸ πετρίνου τὸν λόγον εἶναι. id est, Vbi cognouissem talle esse hominis ingenium, vt illi suadere nihil aliud fuerit quam lapidem decoquere. Hæc fateor alus locis tempestiuius potuisse dici, sed non omnia locis omnibus occurrunt.

Incidere pennas. Ignem diuidere. Lapidem decoquere.

Siphniassare. 85

Σιφνιάζειν, Siphniassare, Suid. indicat prouerbio dici solere, pro eo quod est manum admouere pulsico. sumptum esse à moribus Siphniorum, qui libidinis causa id facilitate consecuerint. Est autem Siphnus insula quæpiam, haud procul à creta cui quondam nomen fuerit Merope, vel hoc nobilis elogio, vna è Cycladibus. Refert eam & Plinius libro quarto, capite duodecimo. Prouerbium indicat & Stephanus.

Iuxta melum. 86

Κατὰ μῆλον, id est, Iuxta melam, Suidas ostendit prouerbio dici solere, vbi quis incerta cõiecturis prosequeretur. Sumpta metaphora à medicis hulcus internum immisso per fauces instrumento quopiam explorantibus. id enim instrumentum μῆλον vocant, & μηλοῦσθαι, ad hunc modum tentare.

Non idem sunt scriptura & Leucæus 87

Γραφὴ τῆς Λευκαίου, id est, Scriptura & Leucæus non sunt idem, aut non conueniunt. Vbi quis aliud scribit, aliud facit, aut dicit. Rectè facietur in eos qui stare pactis nolunt. nam hæc plerunque syngraphis constant. Aut in eos quorum vita non congruit cum libris editis. Versus Græcus constabit si addas λόγου. Coniicere licet Leucæum fuisse malæ fidei scribam.

Bellicum canere. Receptui canere. 88

Aliàs admonuimus, fermè prouerbiales esse metaphoras quæ sumuntur à bello: veluti Bellicum canere, pro eo quod est animare atque exhortari. M. Tullius philippica 2. Bellicum me cecinisse dicunt. Item Canere classicum dicitur qui excitat dissidium. Receptui canere, pro fugere. M. Tullius Philippica 12. Quis enim reuocante, & receptui canente senatu properet dimicare? Quintilianus lib. 12. cap. Quæ post finem studia, Quare antequam in has ætatis venias insidias, receptui canet, & in portum integra nauc peruenies. Signa canant apud Martialem, id est, iam congrediamur: & apud Plautum, Collatis signis depugnare: apud eúdem, Versis gladiis depugnare. Quin hoc ipsum Collatis signis haud dubie prouerbij speciem habet, quum significamus seriam & exactam de re disceptationem: vt M. Tullius in epistolis ad Atticum, Vt cum Mithridate signis collatis. Apud Iuuenalem,

-hæc tibi vixa. id est, hoc belli initium.

† *Classicum canere.*

Pithon formosus. 89

Πίθων καλὸς id est. Pithon formosus. Conueniet vbi quis per adulationem falsò laudatur. Pindarus in Pythius hymno 2. καλὸς τὸ πίθων, ὦ μεμαὼς ἀεὶ καλὸς, id est, Formosus Pithon, semper apud pueros formosus. Interpres ostendit sumptum à pueris adulantibus simiæ, subinde dictitantibus καλὸς πίθων. Videtur autem Pithon esse diminutiuum huius dictionis πίθηκος, quasi dicas simiolus. Taxat Pindarus obliquè quédam, vel quòd ab indoctis laudatus tolleret crista, vel quòd ipse adularetur Hieroni, laudans non laudãda. Est autẽ φιλαυτία peculiaris huic animanti, adeo vt laudes sentiant & speculis delectentur, & suos catulos contrectari gaudeant, ipsiq. suos catulos complexu enecent. Ad gratiam loqui veteres dicebant χαριζολογεῖσθαι. quo verbo vsum Æschylum in Prometheo vinctο docet Athenæus li. 4. Eodẽ referente, qui iucunda potius quàm vera loqui studio habebant, ἡδυλογεῖσθαι dicebantur.

† *falsò Laudatus.*

χαριζολογεῖσθαι. Ἡδυλογεῖσθαι.

Semel rubidus, ac decies pallidus. 90

Ἅπαξ πυρρὸς ἢ δέκαπις χλωρός, id est, Semel rubidus, & decies pallidus. Suidas admonet dictum de iis qui mutuum accipiunt, quos necesse est crebro tum rubescere pudore, tum metu pallescere: rubescere dum petunt mutuum: pallescere dum soluendo non sunt, & metuunt ne trahantur in ius, aut in nexum.

De debitore.

Semper seni iuuenculam subisce. 91

Ἀεὶ γέροντι νέαν ὑπεβάλλειν κόρην. id est,

Semper puellam virginem subisce seni.

Senarius prouerbialis admonens vt prouectioris ætatis viri puellam ducant magis quàm anum, ne si frigus accesserit frigori, languente venere, steriles existant nuptiæ. Quanquam non inepte trahetur ad alios item vsus, quoties significabimus ita rerum coniunctionem temperandam, vt quod alibi diminutum sit, aliunde suppleatur: videlicet vt seni coniector addatur iuuenis, quo senilis ætatis tristitiam huius hilaritas moderetur: rursum iuuentutis exultantiam senilis seueritas temperet. Item, vt loquaculus adiungatur plus satis taciturno, audaculus timido, pauper diuiti. Prouerbij meminit Diogenianus.

Semper superioris anni prouentus melior. 92

Ἀεὶ τὰ πέρυσι βέλτιω. id est,

Superior annus semper anteponitur.

Quum præsentia displicent, & anteferuntur anteacta. Diogenianus admonet id acclamatum ab Atheniensibus in rebus Macedonicis. Sumpta metaphora ab agricolis, qui semper de præsentis anni fructib. querũtur apud dominos. Huc pertinet illud Horatianũ, in arte.

-laudator temporis acti Se puero.

Sacra nihil sunt præter, &c. 93

Τὰ θύματα οὐδὲν ἔξω τῶν ὀφθαλμῶν ἢ κέρατα, id est, Sacra nihil sunt præter malas & cornua. De victimis macilentis. Trahetur non inconcinniter ad cibum minimè eiculentum. Refertur à Suida.

† *Victima macilenta.*

Scytharum solitudo. 94

Σκυθῶν ἐρημία, id est, Scytharum solitudo, pro summis calamitatibus extitóq. dictum est apud Aristophanem ἐκ ἀγαθῶν,

† *summa calamitates.*

Ἐξαπίνης σκυθικὴν τιν' ἐγὼ σχὼν ἐρημίαν. id est,

Impeditum deperiri Scythica solitudine.

Quo loco commentator indicat prouerbium dici solitum de ingenti solitudine: ductum autem inde, quòd Scythæ nullis certis sedibus vtantur, sed vagi feruntur in plaustris. eamque ob causam regio feris abundat. Memini et adagij & Q. Curtius lib. rerum ab Alexandro gestarum 7. apud quem Scytharum legatus ad hunc loquuntur modum, Scytharum solitudines Græcis etiam prouerbio audio esse. nos deserta & humano cultu vacua magis quam vibes & opulentos agros sequimur. Vtitur et & Plutarchus in lib. de Stoicis contrariis: quemadmodum ante retulimus in prouerbio, In caput præcipitari.

Scindere glaciem. 95

Scindere glaciem est aperire viam, & in incipiundo negocio priorem esse. Translatum à nautis, quorum vnus aliquis præmittitur qui flumine concreto glaciem præsumpat, reliquique viam aperiat.

Vinus fueris, vel cepe solum accipiens. 96

Ζωὸς ἠοῦσα, κρομμύου μοῦνον λαβοῦσα. id est,

Si cepe tantum sumpseris, tam viueris.

Zenodotus & Suidas ostendit in eos dici solitum qui è quapiam pusilla magnam opinionem consequuntur. Natum apparet ab ægroto, qui medico porrigente cepe, renaluerit, herbam alioqui plebeiam, nec eam admodum salubrem corpori.

De re minima magna opinio concepta.

Sapientes tyranni, sapientum congressus. 97

Σοφοὶ τύραννοι τῆς σοφῶν συνουσίας. id est,

Commercio sapientum princeps sapit.

Zenodotus citat ex Aiace Locrensi, addens, eundem versiculum à Platone citatum esse Euripidis nomine. Certè huius nomine compertum adductum lib. de Repub. octauo,

Σοφοὶ τύραννοι τῆς σοφῶν συνουσίας.

Quo magis admiror quare A. Gellius citet ex Theæteto Platonis: nisi fortè scribarum vitio pro Theage depraualũ est Theæteto: nã & in Theage refertur. A. Gellius lib. 13. ostendit eundẽ apud vtrunq. fuisse, apud Sophoclem in eiusdẽ nominis fabula, & apud Euripidẽ,

quemadmodum & alij nonnulli versus apud Euripidem inueniuntur, quos eosdem apud Sophoclem & Æschylum licet inuenire. Porrò versiculum quem modò citauimus, Gellius notæ vetustatis esse dicit: vt intelligas velut in prouerbium abijsse. Atque vtinam quàm est grauiter simul & elegàter scriptus, tã placeret ætatis nostræ principibus, in quos illud ferè dixeris,

Μαθεῖν τορεῦσι πλὴν λέοντος σπυρίδα.

Leonis exuuium super crocoton. 98

Ἀστὴρ ὑπὲρ κρόκωτα, id est, Leonis exuuium super crocoton. Quum duo quæpiam copulantur, quorum alterum cum altero nequaquam congruit. Sumptum à Baccho, qui hoc ornatu descendit ad inferos, apud Aristophanem, vt veste muliebri delicatáque indutus esset, eique vestu leonis exuuium impositum gestaret. quo videlicet Hercules creditus, formidabilis videretur inferis. Hunc igitur ad eum modum adornatum, sic in Ranis ridet Hercules,

Ἀλλ' οὐχ οἷός τ' ἐμὲ κατασβέσαι τὸν γέλων.
Ὁρῶν λεοντῆν ὄντ' κρόκωτῷ κεκομμένῳ. id est,
Risum profectò haud sum potis compescere,
Crocoton additum leonte conspicans.

Appositè dicetur in quoldam qui vultu tetrico, moribúsque sunt effœminatis.

Quod scis, nescis. 99

Quod scis, nescis, Terentius in Eunucho, Tu pol si sapis, quod scis nescias. Idem in seipsum excruciante, Nescias quod scis, si sapis. Donatus admonet esse prouerbium, sumptum à dialecticorum ludis, in quibus huiusmodi quidam scirpi proponi solent. Facio, & non facio: Sum amicus, & non sum amicus: Audio & non audio. Cuius generis etiam initio operis fecimus mentionem, admonentes, omnes huiusmodi figuras quæ κατ' ἀντίφασιν sumuntur, ad prouerbiorum cognationem pertinere. Quale est & Plautinum illud, Vbi sum, ibi non sum. Hoc iam prima (quod aiunt) fronte videtur enigmatis interpretatur, Vbi non sum, ibi est animus. Itaque prouerbio certam in tacendo fidem significamus, dum quis quod sciat, perinde continet ac dissimulat quasi nesciat. Vbi sum, ibi non sum.

Nec aures habeo, nec tango. 100

Nec aures habere, nec tactum, prouerbio dicebatur cui in manifestis ab omnibus reclamabatur. Hieronymus in præfatione declamationis, de matre & filia reconciliandæ. Cur autem verear appellare declamationem, quum ipse quodam in loco nominatim hoc argumentum exercitij causa confictum à se subsignificet? Posteaquam enim, inquit, arguendo crimina, factus sum criminosus, & iuxta tritum vulgi sermone prouerbium, iurgantibus & negantibus cunctis: nec aures me credo habere, nec tango. Id est, taceam necesse est, & quod audio tangòque, quasi nesciam. Potest videri sumptum ex Aristophanis Thesmophoriazusis, μήτ' ἀκοὴν μήτ' ὄψιν id est, Neque audio, neque video.

CHILIADIS TERTIAE CENTVRIA SEXTA.

Priusquam sortiaris, communia deuora. 1

In voracem.

Πὶν λαχεῖν, τὰ κατὰ κατανέμειν, id est, Priusquam sortitio facta sit, communia deuoras. In eum competit qui non expectata partitione, rem inuadit. Ductam metaphoram indicat Suidas à conuiuiis, in quibus antiquitus mos erat è cibis suam cuique portionem distribuere: quemadmodum ex compluribus Homeri locis licet coniicere apud quem illud oppidò quam frequens,

Mos veterum conuiuiorum.

-ἐγὼ τοι ἐδυσάμην δαῖτας ἴσους.

Deinde receptum apud nonnullos vt citra distributionem propositis in commune cibis, quisque quantum vellet sumeret. Id quod indicat Plautus, Patinarias struit struices. Huius rei mentionem facit & Plutarchus in Symposiacis, excutiens vera consuetudo magis probanda videatur. Porrò prouerbium sumptum est ex Equitibus Aristophanis,

Ἐπὶ τὰ κατὰ πρὶν λαχεῖν κατατεθέντα. id est,
Quando publica, antequam illa sortiaris, deuorat.

Res in foro nostro vertitur. 2

Plautinus Tranio in Mustellaria, Vbi egomet video rem verti in meo foro. Prouerbialiter dictum pro eo quod est, posteaquam intelligo fortunas nostras commutari in diuersum. Traductum à mercatibus, in quibus rerum precium pro tempore sæpenumero commutatur. Aut certè à iudiciorum formulis, & explicandarum litium. Cui diuersum est illud, In alieno foro litigare. Cognatum illis Vti foro, quod alibi dictum.

Vti foro.

Quodcunque in solum venit. 3

Quodcunque in solum venit, id est, Quicquid in rerum natura producitur. M. Tullius libro de natura deorum primo, Hinc quodcunque in solum venit (vt dicitur) effingis atque efficis. Ridet atomos Epicureorum, ex quibus illi cuncta progigni credunt, quicquid vsquam nascitur in vniuerso.

Quando id fieri non potest, &c. 4

Quod præsens est, boni consulendum.

Nihil dici potest nec venustius, nec moralius eo sententia quæ exrat apud Terentium in Andria, Quoniam id fieri quod vis non potest, id velis quod possis, ἐπειδὴ ὃ βούλει, οὐκ ἔστιν, οὐκ ὃ δύναται. Plurimum decoris adiunxit ea verborum conuersio: qualis est in illis, Non viuendum vt edas, sed edendum vt viuas. Est autem adagium hoc finitimum illi, Δεῖ τὸ παρὸν εὖ ποιεῖν, id est, Oportet id quod adest boni consulere: Et Martialis inter felicitatis calculos commemorat, vt

Quod sis, esse velis.

Quantum non miluus oberret. 5

Quantum non miluus oberret.

De diuitum.

Prouerbialis est hyperbole de homine supra modum locuplete, cui tantum fit agrorum quantum nec miluus peruolet. Persius, Sat. 6.

Diues erat Curibus quantum non milius oberret.

Id imitatus Iuuenalis Satyra 9.

-tot milius, inquit, intra tua pascua lassis.

Sic & apud Plutarchum tragicus quispiam,

Ἔστιν δ' ἄρουρα δώδεκ' ἡμερῶν ὁδὸν,
Γεγηθυῖα χθών, id est,
Aruum colo, bis sex dierum iter, fœlix Bereçynthia.

Plinius libro decimooctauo latifundia vocat, à quibus ait Italiæ perniciem inuectam fuisse: proindè veteres ita censuisse: Satius esse minus serere, & melius arare.

Cadimus, inque vicem prabemus crura sagittis. 6

Persius Satyra quarta,

Carpimus, & carpimur.

Cadimus, inque vicem prabemus crura sagittis.

id est, Vicissim carpimus & carpimur, ridemur & ridemus, mordemur & mordemur, lædimus & lædimur. Sumptum à militia. Ad eundem modum Horatius, epist. lib. 2. ep. 2.

Cadimus, & totidem plagis consumimus hostem.

Plutarchus in commentario De profectu cognoscendo, similem adfert metaphoram, de sphæra vltro citróque missa ac remissa, ἡ παιδεία παρὰ λόγον ὥσπερ ἐκ σφαίρας ὑπαφὰς ἀλλήλοις ποιεῖται καὶ ἀποδόσεις. quemadmodum alio retulimus loco, prouerbio Sphæram inter se reddere.

Ptolemaica lis. 7

Πτολεμαϊκὸς ἀγών, id est, Ptolemaica lis. Diogenianus indicat dici iolitum in litium auidos. Anus quæpiam fuit Ptolemaïs, quæ quoad vixit, lites agitabat, nec vnquam à causis -gendis erat feriata. De litium vidis.

Prouoluitur ad miluios. 8

Προκυλινδεῖται ἰκτίνῳ, id est, Adorat miluium. Initio veris prodeunt miluij, quia re læti tenues, quod iam hyeme sint leuati, prouoluuntur, eóque velut adorant. Accommodari potest in eos qui noua spe gestiant. Suidas prouerbij loco commemorat. Item Iuuenalis,

Quatuor anni partes figuficari aubus.

-durate, atque expectate cicadas.

Sumptum est autem ex Auibus Aristophanis. σφετερολοιδόρησις ἐστὶν ἰκτῖνος. Causam adscribit interpres in eadem, docens quatuor partes anni per aues denunciari hominibus. ver attribuit miluio.

Primum

Prienensis iustitia. 9

Prælans iudex.

Πριηνέως δίκη, id est, Prienensis iustitia. Suidas ostendit conuenire quum significamus, aliquem in iudicando plurimum excellere. A Biante Prienensi sumptum, cuius integritas in iudicandis agendisque causis in prouerbium abiit: vt dicatur δικάζειν Βίαντος τῶ Πριηνέως χρῆσθαι, In iudicando præstantior Biante Prienensi. Citatur ex Hipponacte iambographo, à Strabone libro Geographiæ decimoquarto, & in vita Biantis à Diogene Laertio etiam Demodici Lerij trochaicus.

Εἴ τυχων τινῶν, δικάζει πῶ Πριηνέων δίκλω. id est,
Si quam agas causam, Prienes sac vti tum more agas.

Hipponactis iezon sic habet,

Αἶνα δικάζειν Βίαντος τῶ Πριηνέως χρῆσθαι. id est,
Si quis iudicas, Biantem sac Prienensem imitare.

De Bochoris & Rhadamanthi iudicio diximus aliis.

Primum Mars in filiis laudabatur est. 10

In degenerantes.

Τὸ πρῶτον Ἄρης ἐν τοῖς παισὶν ἐπῃνεῖτο, id est, Initio Mars laudabatur ob filios. De iis qui initio specimen aliquod indolis egregiæ præ se ferunt, deinde paulatim in alios degenerant mores, quemadmodum euenit, Romanis olim strenuis, & Martem generis authorem virtute referentibus, post in degenere à prolaptis mollitiem: vt non sine causa Iuuenalis exclamarit,

-sed vnde
Hæc tetigit Gradiue tuos vrtica nepotes?

Prouerbium refertur à Suida.

Phrynichi luctus. 11

De doloſis.

Τὸ Φρυνίχου πάθημα, id est, Phrynichi luctatio. Diogenianus indicat dictitari luctum de iis qui actu dolisque negocium peragunt. Fuit is Phrynichus Lacedæmoniorum proditor, quem vetus Comœdia carbone notauit.

Pro malo cane suem reposcis. 12

Ἀντὶ κακοῦ κυνὸς σῦν ἀπαιτεῖς: id est, Pro malo cane suem reposcis. id est, pro re vili pretiosam. Sus enim, esculentus: canis haudquaquam vescus est. Refertur à Diogeniano.

Prudens in flammam mitto manum. 13

Scient in periculum conuocans ſeſe.

Diuus Hieronymus quodam in loco prouerbium vsurpat huiusmodi, Prudens in flammam manum immitto. pro eo quod est. Sciens expono me discrimini, malisque obiicio. Sumptum videri potest ab historia Mutij Scæuolæ. Extat & apud Ciceronem.

Proba est materia, si probum adhibeas artificem. 14

A Plauto dictum in Pœnulo non sine prouerbij specie, Proba est materia si probum adhibeas fabrum. Egregia quidem indoles, si rectè instituatur. Felix ingenium, si præceptor contingat idoneus. Aut, Magnificum negotium, si modo scitè tractetur. Metaphora notior est quàm vt sit indicanda.

Illò respicitens, sed hic remitte bona. 15

Æschylus in Ranis Aristophanis, cupiens redire ad superos,

Ἐκεῖ φράσαιμ' ἄν, ἐνθαδὶ δ' οὐ βούλομαι. id est,
Dicturus illic, nam hic quidem haud volo eloqui.

Cui Bacchus ad hunc modum respondet,

Μὴ δῆτα τοῦτ' γ' ἀλλ' ἐνθαδὶ αὖθις τυχαδί. id est,

De eo qui aliud ſimulat, aliud facit.

Minimè profectò quin magè hic prolet bona.

Interpres admonet allusum ad paroemiam,

Ἐκεῖ βλάπτουσ', ἀδὲ δὸς ἀπιὼν τυχαδί. id est,
Illuc tuens, at hue remitte commoda.

Conueniet quum aliud præ nobis ferimus, aliud facimus: aut quum alios adblandimur, in alios re beneficium conferimus. Quidam à Charitibus mutuo sumptum existimant, quarum vna à tergo respicit, & alteri munus offert, arridens alteri.

Rana aquam. 16

Βατράχῳ ὕδωρ, id est, Ranæ aquam, subaudiendum ministras. Vbi quid exhibetur, quo vel præcipuè gaudet is qui accipit. Veluti si quem natura bibacem ad bibendi certamen prouoces: aut homini loquaculo narrandi materiam & occasionem subministres. Diuersum ab illo, βατράχῳ σίκυος. Rectè accommodabitur vbi quid datur abundanti. nam ranis affatim est aquæ. Apud Athenæum refertur hoc carmen in Syracusanos,

Οἱ πίνομεν μὲν βατράχων δίκην, ἀλλ' ἔμπεδοι. id est,
Qui absque cibo viuunt, ranarum more bibentes.

Theocritus in Ergatinis,

Βατρά[illegible] ὑδρῶ παῖδα, ἐπ[illegible]
Τὸν τ' ἀπὸ τοῦ ἀκρήτου, πάρεστι γὰρ ἄφθονον αἰεί. id est,
O puteri rana vna est aptissima, vt quæ
Non metuat potum effundere, copia namque
Larga subest illi.

Pittos taxat parsimoniam Ergodotæ, quòd sudantibus malignè præberet potum, quum ranis in otio viuentibus liceat bibere quantum libet. Sunt & hodie bibones quidam, qui sibi videntur perite bibere, quòd non in ipsis doliis habitent. Huc non dissimile est illud, Equum in planitiem. Illud autem diuersum, ἐπὶ τὴν Κορώνειαν, id est, Talpam Coroneam. Est autem Coronea Bœotiæ ciuitas, quæ talpam non gignit: & si talpa inde inferatur, emoritur. (vt ait Stephanus) quemadmodum scarabeus in loco Phocidæ iuxta Olynthum, authore Plinio.

Talpam Coroneam.

Post bellum auxilium. 17

Sero venientibus ſera adhibetur remedium.

Μετὰ τὸν πόλεμον ἡ συμμαχία, id est, Post bellum supperiæ. Quoties tertius adhibetur remedium. Refertur à Suida Natum est aut certe vsurpatum a Diogene Cynico, de quo Laertius huiusmodi fabulam narrat. Adolescens quispiam iactantior, nuper, vxore ducta, titulum huiusmodi inscripsit ædibus suis, Ἡρακλῆς καλλίνικος ἐνθάδε κατοικεῖ· μηδὲν εἰσίτω κακόν, id est, Iouis nlius Callinicus Hercules hic habitat: ne quid introeat mali. Diogenes adscripsit, μετὰ τὸν πόλεμον ἡ συμμαχία. id est, Post bellum auxilium. videlicet indicans, iam tunc receptum in eas malum, quum ipse malus immigrasset. Conuenit cum Platonico illo quod alibi commemorauimus, μετὰ τὸν πόλεμον ἵππον, id est, Post bellum adesse. Brutus in epistola ad Lycios, αἱ μηχαναὶ ὑμῖν μετὰ τὸν πόλεμον, εἰς ἃ παρεσκευάσθησαν, id est, Machinæ vestræ post bellum, vt habet prouerbium, allatæ sunt. Item in epistola ad Myrenies ἡ γὰρ ἐν τοῖς πράγμασι βραδύτης ἔσεν ἔχει τὸ μηδὲν ὅλως γενόμενον τὸ ἀκαίρως, id est, Nam tarditas in bello periude est ac si nihil omnino sit factum quod frustra factum est. Quintilianus in declamatione caducis pallidus habet sententias non abiimiles prouerbio, Quid quod medicina mortuorum sera est? quid quod nemo aquas infundit in cineres? Sic indicat serum remedium. Is quidem ægroto mortuo sero venit medicus: & ædibus in cinerem redactis sero inuocantur aquæ.

Med. mort. sera
Aquas infundere in cin.

Pinguis venter non gignit sensum tenuem. 18

Diuus Hieronymus in epistola quadam citat huiusmodi prouerbium apud Græcos celebratum, Pinguis venter non gignit tenuem. Quamquam fatetur id elegantius sonare Græcè quam Latinè. Græcus autem tenuius extat apud Græcos huiusmodi,

Παχεῖα γαστὴρ λεπτὸν οὐ τίκτει νοῦν. id est,
Succine ne tua venter obesus non parit.

Refert & Galenus contra Thrasybullum, velut vulgo iactatum, ᾗ πίων ὑὸς οὐ πάνυ χαρίεν ἀκροατὴν ἄδειαν, ἀλλὰ πάντων ὄζει ἀλαζονεστάτων, ὡς γαστὴρ ἡ παχεῖα τὸν νοῦν οὐ τίκτει τὸν λεπτόν. id est, Et hoc ab omnibus propè hominibus cantur, eo quòd omnium vernm sit, quod venter obesus non gignat mentem subtilem. Apud Lacedæmonios infame erat si quis corpore fuisset vehementer obesus. Agatharchides apud Athenæum libro 12. refert Anclidem ob delicias præ modum corpulentum, in concionem adductum fuisse, atque illic à Lysandro vehementer obiurgatum, nimiumque abfuisse quin in exitium ageretur: idque futurum minitatos Lacedæmonios, ni vitam frugalius instituisset. Et ibidem Menander de quodam obesio loquatur, παχεῖ γὰρ ὄντι ταχὺ ὀπὴ σῶμα. id est, Obesus etenim tus premebue os vini. Admonet Adagium, laxa corpora hebetescere mentis aciem, quemadmodum scribit etiam Horatius, Ser. lib 2. Sat. 2.

Obeſi notati Lacedæmonijs.

Porcus obesus

-nam corpus onustum
Hesternis vitiis animum quoque prægrauat ipsum,
Atque affigit humo diuinæ particulam auræ.

Plutarchus apud Gellium offendit pueros multo pastu stupidiores ac tardiores ingenij euadere.

Piscem natare doces. 19

Ἰχθὺν πλάζῃς διδάσκεις, id est piscem natare doces. Perinde est ac si dicas, doctũ doces. Cõsine illi quod alibi retulimus, δελφῖνα πλάζῃς διδάσκεις, id est, Delphinũ

Doctũ docere.

natare doces. Quod idem ad hunc effertur modum, τῷ Δελφίνι νηχεσθαι συμβουλεύειν. id est, Delphini quemadmodum natare oporteat consulis. Autor Diogenianus.

Pitana sum. 20

Πιτάνη εἰμὶ, id est, Pitana sum. Zenodotus indicat dici solitum de iis qui in extremas redacti calamitates, ab iisdem denuo in pristinam fœlicitatem restituuntur. Sic enim euenisse quondam Pitanæ Æoliæ ciuitati. nam hanc à Pelasgis in seruitutem redactam, Erythræi in libertatem pristinam vindicarunt.

Pistillo retusius. 21

Prouerbialis est hypesbole, quâ in epistolis vsurpauit diuus Hieronymus, Pistillo retusius, pro eo quod est, minimè acutum. Timon Misanthropus Cleanthem ob ingenij tarditatem appellat, ὄλμινον ἄνομον, id est, Pistillum hue mortarium ignauum. Et Chrysippeum acumen, apud eundem per ironiam vsurpatur in stupidum. Et Cornutus syllogismus, pro ratione ridicula friuoláque.

Partitio, non præfocatio. 22

Μερὶς, οὐ πνίξ. id est, Sortitio, non præfocatio. Olim quum ij qui viribus præpollerent, cibum eriperent imbecillioribus, manus interim in illos iniicientes, excogitatum est vt sortibus ex æquo diuideretur epulum: iámque ab omnibus acclamari cœptum, μερὶς, οὐ πνίξ, id est, Partitio, non strangulatio. Eáque vox in prouerbium abiit. Quo licebit vti ú quando significemus non esse locum violentiæ, sed ex æquitate iuris oportere tractari negotium. Plutarchus in collectaneis, si modo illius sunt, citat his verbis, μερὶς οὐ πνίγει. id est, Partitio est, non strangulant. Admonet & Suidas hac forma prouerbium efferri.

Non vi, sed ex æquo.

Paries dealbatus. 23

Τοῖχος κεκονιαμένος, id est, Paries dealbatus, aut incrustatus. Paulus apostolus in Actis apostolicis, Ananiam sacerdotem fictum & fucatum, parietem dealbatum appellat, quòd longè alius esset intus, quàm cultu habitúque externo præ se ferret. Christus item in Euangelicis literis, sanctimoniæ simulatores sepulchra dealbata vocat, quæ quum foris niteant, intus sunt cadauerum ossibus referta. Sic enim est apud Matthæum, Οὐαὶ ὑμῖν γραμματεῖς καὶ φαρισαῖοι, ὅτι παρομοιάζετε τάφοις κεκονιαμένοις, οἵτινες ἔξωθεν μὲν φαίνονται ὡραῖοι, ἔσωθεν δὲ γέμουσιν ὀστέων νεκρῶν καὶ πάσης ἀκαθαρσίας, id est, Væ vobis scribæ & pharisæi qui similes estis sepulchris dealbatis, quæ foris quidem apparent pulchra, intus autem referta sunt ossibus cadauerum, omnique spurcitia. Lucianus Myronis & Praxitelis colossos ad huiusmodi fermè similitudinem trahit in Gallo, quòd foris multo niterent ebore, multo fulgerent auro, variíque coloribus arriderent: præterea Iouis, aut Neptuni repræsentarent imaginem, fulmen aut tridentem dextra tenentes, vt planè numen aliquod esse viderentur, quum intus nihil appareret præter picem, clauos, araneas, mures, atque id genus sordes alias, haudquaquam ad exteriorem illam imaginem respondentes. Atque huiusmodi principum esse vitam affirmat, quorum si strepitum & apparatum inspicias, nihil fœlicius, nihil deorum vitæ similius: sin curas, suspiciones, odia contempleris, quibus intus discruciantur: nihil calamitosius. Seneca philosophos, qui quum docerent honestè, turpiter viuerent, similes esse scripsit quorundam medicorum pyxidulis, quarum tituli remedium policerentur, quum intus venenum occultarent. E diuerso, qui meliores sunt intus quàm oratione, quámque prima illa vitæ specie quaque fronte præ se ferunt, hos Plato Silenis admodum facit: de quibus alio diximus loco.

Sanctimoniæ simulator.

Colossi Myronis & Praxitelis.

Ollam alere. 24

Χύτραν τρέφων, id est, Ollam alere, dicebantur qui metum ostenderent, quo deterrerent quempiam. Veluti si quis præsidium alicubi collocarum habeat quominus vicini res nouas moliantur. Sumptum id est à more ciuitatis Athenien sis, in qua ollas in tectis disponere consueuerunt ad deterrendas vlulas, quarum illic maxima vis. Nam illarum strepitum omne genus auium reformidat. Adagium refertur tum à Suida, tum à Diogeniano. Sumptum est ex Aristophanis comœdia cui titulus Aues,

Ὅτι μὴν τὸ δῦ μάχεσθαι τὸ τὴν χύτραν
Τὸν χύτραν ὀφείλειν;

Mos Athenien sium.

Πλεῖξ μὲ ἐ σεῖσαι νῆϊν. . . . . id est,
Pugnare iam oportet, simul & ollas sumere.
Sed quid mihi vlulas ollæ?
Vlula nos tum non adibit.

Oleum & salem oportet emere. 25

Τὴν ἐλαίαν καὶ τὰλα δεῖ ὠνεῖσθαι. id est, Oleum & salem oportet emere. Refert adagium hoc Aristoteles Rhetoricorum lib. 2. tractans de locis & enthymematis. Proponit autem huiusmodi exemplum Antistrephontis, Sacerdos quædam dissuadebat filio ne quando verba faceret apud populum. nam si iniusta suaseris, inquit, deos habebis iratos: sin iusta, homines. Id hoc pacto ἀντιστρόφως, id est reciprocat, filius, Imò expedit orationem habere apud populum: quandoquidem si iusta dixero, dij me amabunt: si iniusta, homines. Atque huiusmodi genus argumentationis confine putat prouerbio quo iubemur oleum ac salem emere: ἐοικὸς δ' ἔχει ὁ λεγόμενος ὁ τὴν ἐλαίαν ὠνεῖσθαι καὶ τὰλα, id est, Hoc autem idem est cum eo quod dici solet, oleum emere & salem, significans opus esse nonnunquam remediis contrariis, nunc acrimonia, nunc lenitudine. Sal enim mordet ac siccat: oleum lenit ac humectat. Sic sapiunt, admonitionis acrimoniam bonis verbis lenunt. Non me clam est in editione Aldina pro ἔλαιον haberi ἕλκος, quasi ex eodem dicto colligi possit & malum & mali remedium. Sed quis solet vulnus emere?

Remedia interdum acria, alias lenia. Nisi opus sit.

Tanquam suber. 26

Ὡς φελλὸς, id est, Tanquam suber, de iis qui non norunt dissimulare, aut qui nesciunt mergi aduersis fortunæ procellis. Extat apud Pindarum. Tractum a natura ligni, quod non solùm ipsum non mergitur, verumetiam alligatum alijs, ne fidant sustinet, vnde retibus assuitur, & natantibus subditur.

Obtrudere palpum. 37

Obtrudere palpum apud Plautum, est arte fucóque decipere. Ego (inquit) istinc alius dare condidici mihi obtrudere non potes palpum. Vnde & Palpari pro adulari, & Palpones adulatores vocamus, à simili metaphora. Metaphora tracta est ab equisonibus, qui feroc bus equis plausu manus adblandiuntur vt ostendimus alibi.

Nequis vnquam Megarensibus, &c. 28

Μηδὶ ποτὲ μηδεὶς μεγαρεῦσιν ἡμῖν σοφίσηται, id est, Nunquam quisquam sapientios ii: Megarensib. Scomma prouerbiale fuit solitum in stupidos. Dictum est autem per adulationem de Megarensibus, authore Diogeniano.

Locus in stupidum.

Nullus candidorum virorum vsilitas, &c. 29

Οὐδὲν λευκῶν ἀνδρῶν ὄφελος ἐ σταφυλῆς, id est, Nullus candidorum virorum vsus, nisi ad cerdonicam. In molles & effœminatos dictum, ac veluti voluptatibus natos. Id enim innuit, opinor, per cerdonicam: iuxta illud Martialis,

-quid ad te,
De cute quid faciant ille vel ille sua?

De effœminatis.

Cæterùm in negotiis gerendis inutiles. Contra qui nigra sunt cute & hispidi, ij magis allegendi sunt ad administrandam Rempub. Vnde & Herculem μελάμπυγον appellarunt, tanquam strenuum & à mollitie alienum, quemadmodum alibi demonstratum in prouerbio, Ne in Melampygum.

Nox humida. 30

Νὺξ ὑγρά. id est, Nox humida. De malis ingruentib. dici solitum, author est Diogenianus. quemadmodum de lætiore fortuna dicimus exoriri lucem. Apud eundem est νὺξ δυσμὴ, id est, Nox spissa, de nocte hyberna. Quæ sicut non videbuntur in adagiorum numerum referenda, is ea referebat Diogeniano, si libet.

Quid ad farinas? 31

Τί πρὸς πάλφιν, id est, Quid ad farinas? id est, quid attinet ad parandas facultates? nam ἄλφιτα pro victu próquere fam iliari poucte, poetis est familiare. Aristophanes in Nebulis,

Artes steriles quæ non sunt de pane lucrando, vt vulgo dicunt.

Τί δ' μ' ἀφῆκάς τ' εἰ μάτην πρὸς πάλφιτα. id est, *Quid me numeri tandem ad farinas inutiles?*

Id rectè detorquebitur ad artes steriles, vt posticen, εἰς πρὸς πάλφιτα, quod vulgò dicunt De pane lucrando, sermone celebri magis quàm erudito. V. Martial. l. xvi. appositè.

Numeris

Numeris Platonicis obscurius. 32

De re perquã obscura.

Prouerbialis hyperbole videtur, quã vsurpat M. Tullius in epistolis ad Atticum. lib. 7. Ænigm. Oppiorum ex Velia planè non intelleximus. est enim numero Platonis obscurius. Id ideo dictum, quòd Plato numeris Pythagoricis obscurat suam philosophiam, ac veluti nebulas quasdam offundit, præcipuè in Timæo. Nam Pythagoras omnem ferè philosophiæ rationem ad numeros traxit. De quibus permulta Macrobius in commentariis quos edidit in Somnium Scipionis.

Nihil est agro dicis. 33

Οὐδὲν ἐξ ἀγρῶ λέγεις. id est, Nihil è rure loqueris. id est, Nihil humile, neque triviale. Quod enim parum elegans, parum expolitum, id ex agro profectum dicitur: contrà quod festiuum, quod lepidum, id vrbanum ac ciuile vocant. Meminit Suidas.

Nihil graue passus es, nisi, &c. 34

Οὐδὲν πεπονθὼς δεινὸν εἰ μὴ σεσαπρώς. id est.

Nihil graue accidit nisi tibi vindicæ.

Nemo, nisi à seipso, leditur.

Meminit Diogenianus. Nemo læditur nisi à seipso, Nempini fit iniuria, si eam existimet ad se non pertinere.

Ne spina quidem vulnerabit bonos. 35

Innocentia vbique tuta.

Μηδ' ἄκανθα ἀμύξῃ καὶ ἀγαθούς, id est, Ne spina quidem vulnerabit bonos. Nemo molestus fuerit innocenti. nam spina natura pungit quemlibet. sed vbique tuta est innocentia vitæque integritas.

Naxia & Charmione. 36

Νάξια ἡ Χαρμίων, id est, Naxia & Charmione, De fidis amicis dici solitum scripsit Zenodotus, quique nõ dubitarent vel mortis esse comites amicis. Erat autem hoc amicitiæ genus laudatum apud Ægyptios, quod appellabant συναποθνήσκοντας, id est, commorientium. Quibus hoc necessitudinis genus placebat, ij hac lege copulabantur, vt si alteri fatale quippiam accidisset, alter vltro mortis socium sese adiungeret. Hoc fœdere cohæserant Antonius & Cleopatra. Significat & Horatius lib. 2. Oda decimaseptima, simile quiddam erga Mecœnatem,

-ille dies vtramque
Ducet ruinam. non ego perfidum
Dixi sacramentum. ibimus, ibimus:
Vtcunque præcedes, supremum
Carpere iter comites parati.

Rursum alio loco,

Quid nos? quibus te vita sit superstite
Iucunda, si contrà, grauis.

Sed vt redeam ad prouerbium, Naxia & Charmione duæ erant Cleopatræ reginæ pedissequæ, quæ spontaneam Cleopatræ mortem sunt imitatæ: ac seruiuæ repertæ sunt, dominæ iam mortuæ coronam capite delapsam reponentes. Est quidem historia memoratu cumprimis digna, nec iniucunda cognitu: verùm eam siquis fortè requiret, petat licebit ex Plutarcho in vita M. Antonij. Ego nec adagium hoc fueram adscripturus, ni veritus essem ne, quoniam extat in Zenodoti collectaneis semel atque iterum excusis publicatisque, parum eruditus aliquis calumniaretur à me præteritum. Nam mihi (si modò non fallit nasus) subolet hoc prouerbium haud esse profectum ab antiquitate, sed in Zenodoti natum officina.

Neque nullus sis amicus, neque multis. 37

Carmen illud Hesiodi, sicut & alia pleraque, cessit in prouerbium,

Μηδ' πολύξεινος, μηδ' ἄξεινος καλέεσθω. id est,

Nec multus, at nec nullis dicaris amicus.

Aristoteles libro Moralium nono, tanquam prouerbio iactatum citat: ac dictum probare videtur, propterea quòd prorsum citra vllius amici consuetudinem viuere, ferinum atque iniucundum esse videatur: rursum nec vehementer amare possumus simul multos, nec pluribus morem gerere. Quin & Lucianus in Toxaride narrat apud Scythas φιλοφιλίαν, id est, complurium amicitiã, nõ aliter infamẽ fuisse, quàm apud alias gentes vnius mulieris cum pluribus viris consuetudinem. Quanquam diuersa sentit M. Tullius in libro De amicitia, & Plutarchus in commentario περὶ φιλοφιλίας.

Nebulas diuerberare. 38

Νεφέλας ξαίνειν, id est, Nebulas diuerberare, dicitur qui vel in re ficta, vel quæ fieri non queat, frustra sumit operam. Meminit Diogenianus. Suidas suspicatur ductum ab eo qui duxit nebulas esse lanam expansam, quasi similiter debeant carminari.

Myconius vicinus. 39

De auido, & alieni cibi appetentiore.

Μυκόνιος γείτων, id est, Myconius vicinus. In eum qui inuocatus ad conuiuium accedit. nam hoc nomine Myconios notauit antiquitas, quòd liguritores essent & alienæ appetentes mensæ. Ad hunc modum Suidas. Zenodotus autem ait conuenire in sordidos atque humiles homunciones, propterea quòd ea insula inter contemptas habita sit, ob sterilitatem: atque ob id gentem auidiusculam, & alieni appetentiorem fuisse. Athenæus idem ferme testatur in primo sermone Dipnosophistarum, citans hunc ex Archilocho versum, quo taxauit Periclem quendam, ὡς ἄκλητος εἰς ἑταίρους ἐς τὰ συμπόσια μυκησόμενος δίκην, id est, Velut qui inuocatus irruerit in conuiuia Myconiorum more. Item addit, Myconios, quod inopes essent, vtpote sterilem insulam incolentes, ὅθεν ἁλιζοῆται καὶ πλανῆται fuisse notatos. Egestas enim facit auidos alienarum rerum: vnde & Cratinus Ischomachum quendam gulæ mancipium, Myconium appellarit.

Mortuos videns. 40

Νεκρὸν ὁρῶν, τάχιστα ἕξεις πράγματα. id est,

Tibi occident res, mortuos si somnies.

Refertur à Suida tanquam vulgo iactatum de diuinatione quæ sumitur ab insomnis, superstitione multo omnium vanissima. Id tamen ita dictum est, quòd mors finis sit omnium huius vitæ malorum.

Mortui non mordent. 41

Dicitur ablis, qui alios quos tior ex apophthegmate Theodori Chij: qui fuit Pto- dã interfici, lemæi regis in arte rhetorica præceptor. Hic enim in vel de medio consilium adscitus, quum deliberaretur vtrum Pom- tolli quoque peius ab Ægypto repellendus esset, an admittendus: modo oppe- centum receptum occidendum, addens hoc dictum tum.

Οἱ τεθνηκότες οὐ δάκνουσιν, id est, Mortui non mordent. Id etiam hac tempestate vulgo dictitant. Natum arbitror ex apophthegmate Theodori Chij: qui fuit Ptolemæi regis in arte rhetorica præceptor. Hic enim in consilium adscitus, quum deliberaretur vtrum Pompeius ab Ægypto repellendus esset, an admittendus: oppecenum receptum occidendum, addens hoc dictum *τεθνηκότες οὐ δάκνουσιν.* id est, mortuos non mordere. Refert Plutarchus in vita Pompeij.

Ascisce ad extremum scientiam. 42

Πρόσελθε ἐπὶ τὸ ἔσχατον τῶν ὅπλων, id est, Accersе ad extremum scientiam. Non statim vtendum extremis ingenij viribus, verùm vbi iam vrget vltimum periculum, tum ad artes confugiendum.

Miserrimum fame mori. 43

Sententia etiam cantionibus apud veteres celebrata, teste Platone, Miserrimum mortis genus fame mori. Sumpta est autem ex Homericæ Odysseæ μ,

Πάντῃ μὲν συγγοῖ δύστατος ὄλλυσθαι βροτῶν,
Λιμῷ δ' ἀκτίστου πάντων καὶ πτωχῶν ἀνιηρῶν. id est,

Dura quidem miseris mors est mortalibus omnis:
At perisse fame, res vna miserrima longè est.

Plato libro De re publica tertio refert hoc carmen veluti pestilens morbus adolescentum: quum nulla mors sit misera, quæ honestatis gratia oppetitur. Accommodari potest in sordidos quosdam, qui, quo parcant nummis, defraudant genium suum, aut in eos qui pereunt inscitia veri: quum animus hominis non aliter pascatur verbo Dei, quàm corpus cibo. Verè miserrimum est hac fame mori. *Nulla misera nulla.*

I modò, venare leporem: nunc lym tenes. 44

Plautus in Captiui duo. I modò, venare leporem: nunc lyncm tenes, prouerbiali figura dixit. id est, Hanc interim coenam qualemcunque, certam habes: quære alteram, si potes, potiorem. ἀπὸ τοῦ συχνὰ ἐν τῷ ποταμῷ Φάσιδι τῆς Σκυθίας ἁλίσκεσθαι τοὺς λαγωούς. Proinde quum iubebimus vt qui nactus sit commodi quippiam, ad aliud sese accingat, non intempestiuster hoc vtemur adagio. Verum equidem opinor hunc Plauti locum, vt sunt alij plerique, depravatum esse: legendum autem, nec lthym, vt habent codices: nec lchtyn (vt perperam mutauit quidam, quum nec suis nec piscis quicquam faciat ad venationem leporis) sed ictin. nam est id animal de genere mustellarum, quòd in cuniculos immittitur vt prædam eliciat. Latini viuerram appellant. Suidas ostendit idem animal insidiari piscibus. Meminit huius Aristoteles libro De naturis animantium nono, capite sexto, quanquam non indicat insidiari leporibus, sed anibus & aluearibus. Quod si rectè constat ictin esse viuerram, Plinius octauo libro indicat præcipuam viuerris gratiam fuisse propter venatum leporum & cuniculorum. Iniiciunt, inquit, eas in specus qui sunt multiflores in terris (vnde & nomen ani- *Plauti locus. Ictis, viuerra.*

mali)atque ita electos superne capiunt.

Minimo prouocare. 45

Minimo prouocare, est contemptim ad certamen prouocare. Sumptum à gestu prouocantium ad pugnam minimo digito porrecto. Horatius Sermon.lib. 1.Sat.4.

-ecce,
Crispinus minimo me prouocat saepe si vis,
Accipe iam tabulas detur nouus ludus, hora,
Custodes. videamus vter plus scribere possit.

Elegantius ad res animi torquebitur: vt, Vnus hic grammatistes theologos omnes minimo prouocat.

Minore finire pomerio, & his similia. 46

Prouerbij rationem tapiunt huiusmodi fermè metaphoræ, Finire pomerio, Præstituere metam, Circumscribere cancellis, & id quæ sunt consimiles. Varro in libris De re rustica, Fomelius fecisse quosdam, qui minore pomœrio finierunt, exclusis partibus quę nó pertinent ad hanc rem. Idem eiusdem operis libro primo, Ars sit, an quid aliud, & à quibus carceribus decurrat ad metas Cicero libro de Oratore primo, Exiguis quibusdam finibus totum orationis munus circundedisti.

Mens peregrina. 47

Νοῦς ἀ ξένος, id est, Mentem peregrinam, habere dicuntur cogitabudi, nec satis ob id attenti ad ea quę coràm aguntur. Iocatur Aristophanes ὁ ἀλαζὼν εἰσ, in Euripidem tanquam dialecticis sectantem argutias, id quod indicat etiam Fabius Quintilianus in Institutionibus) his verbis,

Οὐκ ἔνδον, ἔνδον ἐστίν, οἱ γαλεῶται ἔφασ.
Πῶς οὐκ ἔνδον, ἦτ' οὐκ ἔνδον, Ὀρθῶς ἔ γράφων·
Ὅτις οὐκ ἔχει, συλλαβὴν τὴν νυ λέγει,
Οὐκ ἔνδον· αὐτὸς δ' ἔνδον αὐλίζεται ποῦ
Τραγῳδιῶν. id est,
Est intus, haud est intus idem, si sapiat.
Quinam intus & non intus? Optime senex:
Nam mens foris abiit, colligens syllaba,
Non intus ipse at intus est, stragulum
Scribens Iupinus.

Ἐπίλλας Ἐπίλλας versificulos dicit, voce diminutiua ab ἔπος. Idem in Equitibus,

-πρὸς τὸν λέγοντ' αὐτὸ
Κέχηνας οὐδὲ προσέχεις τὸν νοῦν ἐμοί. id est,
Vsque ad loquentem inhiasti: ipsa mens tua,
Præsens, peregre est.

Præsens absens. In eundem sensum Terentius. Præsens, absens vt sies.

Mitior columba. 48

Πλοκωτέρα περιστερᾶς, id est Mansuetior columba. Columbina simplicitas ac mansuetudo laudatur etiam in Diuinis literis. nam hoc est columba in auibus, quod ouis in quadrupedibus. Ipsa nulli animantium meditatur noxam, nec alunde præsidium habet aduersus malitios, quam à celeritate volandi. Adagij meminit Diogenianus.

Ad porcellũ da mihi mutuo tres drachmas. 49

Εἰς χοιρίδιον μοι τῶν δανείων πρὸς δραχμάς. id est,
Ad porcellum nunc da mihi mutuo tres drachmas.

Dicebatur ab eo qui mori decreuisset, aut qui vellet initiari. Nam initiandi conueniebat immolare porcum. Suidas ex Aristophane citat. Est autem in Pace,

Εἰς χοιρίδιόν μοι τῶν δανείων πρὸς δραχμάς·
Δεῖ γὰρ μυηθῆναί με πρὶν τεθνάναι. id est,
Ad porcum etiam mihi, mutua nunc tres drachmas:
Initiandus sum prius ac mortem oppetam.

Mulier's podex. 50

In desidiosum. Γυναικὸς πυγή, id est, Mulieris podex. In ignauum ac desidiosum dicebatur. Ignauum animal mulier, & quo minus habet mentis, hoc inhonestis voluptatibus est addictius. Amat otium, & fucorum in morem, quemadmodum ait Hesiodus, virorum laboribus quæsita sibi inuimit. Id quod indicat etiam illud prouerbium, ὄνος ὄνον. Et omnino tales permultas habet Gallia; atqui Hollandia innumeras habet quæ suis industria viros otiosos & voluptarios alunt.

Mulieris animus. 51

Γυναικὸς φρήν, id est, Muliebre ingenium. Diogenianus ostendit dici solitum in stultos. Videtur autem magis quadrare in imbelles & inconstantes. Vnde est illud Ennianum,

Nos etiam iuuenes, animos gerit à mulebres,
Illóque virgo viri.

Et Terentius,

Noui ingenium mulierum:
Nolunt, vbi velis nolo, cupiunt vltro.

Perendinum ventum prædicere. 52

Τὸν τριταῖον ἄνεμον προγινώσκειν. id est, Perendinum ventum præscire, dicuntur qui coniecturis quod multo pòst euenturum sit, colligunt. Sumptum à nautis, aut à negociatoribus. Pindarus,

Σοφοὶ δ' μάλιστα τριταῖον ἄνεμον ἴσασιν. id est,
Sapientes futurum perendie ventum nouerunt.

Id enim demum est sapere, non solùm quod ante pedes est videre, verùm id quoque quod procul abest prospicere.

Caute loquacior. 53

Παχὺς ἀλιτρός, id est, Caute loquacior. Prouerbialis hyperbole in hominem immodicè ac permolestè garrulum. Sumpta metaphora, à cautibus, quæ quoniam assiduis fluctibus tunduntur, multo resonant fragore.

Lepori esurienti etiam placentæ fici. 54

Λαγῷ πεινῶντι καὶ πλακοῦντες εἰσὶ σῦκα. id est,
Lepori esurienti & placentæ pro ficu.

Suidas tradit dictum de iis qui compulsi necessitate, res etiam pretiosissimas abiumunt. Fortassis natum ab huiusmodi quapiam fabula, qualem de se narrat Apuleius, quòd adactus fame, placentas primùm lambere, deinde etiam comesse didicerit.

Lex & regio. 55

Νόμος χώρας, id est, Mos siue lex & regio. Admonet prouerbium (quemadmodum & alibi obiter indicauimus) seruiendum & obsecundandum esse moribus regionis in qua versaris. Zenodotus adscribit, vnicuique genti suas quasdam esse leges & instituta viuendi. Nam Persarum mos est vt inter pocula temulenti cõsultent, ac reges suos pro numine adorent. Deinde qui sunt pares, osculantur inuicem: inferiores genam modo contingunt potentiorum. Natos pueros post quadriennium demum inspiciunt. Gordij regem creant eum qui sit inter ipsos quam maximè corpulentus. Syraci coronam deferunt ei qui procritate corporis reliquos antecellat, atque (vt quidam narrant) cui caput sit longissimum: Symphali mulierem eam in honore habent quæ cum plurimis viris habuerit consuetudinem. Montani Massagetæ in viis coeunt. Sauromatæ inter pocula filias vendunt. Mazusius abstinet à mulierum congressu, nisi si quam bello ceperit. Tibareni, post vxoris partum, ipsi perinde quasi pepererint, reclinato capite cubant. Apud Ceceritas opifices onera gestant, donec occurrat qui emat. Sidones parentes deuorant excepto capite. nam hoc insuram. Cares, aut iuxtà alios Heniochi, natos lachrymis prosequuntur, defunctos gaudio. Bacchiij si quando à morbo reualuerint, canibus semetipsos obiciunt. Orgienpei neque domos habent, nec animante vescuntur, sunt autem calui, non ipsi modo, verumetiam mulieres: idque aiunt accidere propter aquę vim natiuam quam bibũt. Thyssęgetæ diis ossa sacrificant, ipsi vescuntur carnibus: atque hi profecto plurimum sapiunt, mea quidem sententia. Tauroscythæ homines immolant. Byzoni mediterranei lacte bubulo victitant, nec vllo præterea vescuntur cibo. Iberes, ouium loco, canum greges alunt. Æthiopes, qui dicuntur Colcenses, hyenas. Quin hodie non pauciora ingeniorum & morum discrimina. Ad ea quoad fieri potest accommodare sese polypumque piscem imitari, non minima prudentiæ pars est.

Ægis venit. 56

Αἰγὶς ἔρχεται, id est, Ægis venit. Suidas indicat prouerbio dici solitum de iis qui petulanter & impudenter agerent. Refert que ex Pherecrate, οἷμαι τοιαῦτά μοι αἰγὶς ἔρχεται. Ægis autem Cręcis varia significat: pelliceum tegmen quod gestant Africi, præterea maris intumescentis undas ac procellas ventorum, idque lingua Doricè: vnde ἀπαιγίζειν reperitur pro vehementer flare. Alij malunt esse quid è coronis contextum, aut rete ex coronamentis contextum. Sic ait vsurpatum apud Herodotum libro 4, & apud Lycurgum. Nec desunt qui putent significare sacerdotem, quæ Athenis solita sit ferre sacram Ægidem: itaque ingredi ad eos qui nuper duxissent vxores. Apparet, in huiusmodi sacris multum fuisse licentiæ: quemadmodum & apud Christianos multis ineptiis celebrantur nuptiæ: simulque alludi ad procellam.

Multam sylvam gestas.

Δόχμιον

Δάσκιον πολλὰ φρίσσε, id est, Syluam multam horres. Dictum in Phormionem militem quendam hirsutum, densaque pilorum obsitum sylua: cuius & alibi facta est mentio. Quadrabit in agrestem & stupidum, cuiusmodi ferme sunt milites. Refertur à Suida.

ANIMO MANE. STOPH.

V. *Dictum in)* Fortasse de barba hoc intelligēdum est. Iulianus certe de sua, quæ promissa erat, loquens, dixit, ζῶν με δεῖ θρέψαι τῶν αἰχμῆς τῆς φιλοσόφων, ὡσπερ ἐν λύχνῳ τῆς ἀρετῆς, in Misopogône.

Leones videre, ostium prælia portendit. 58

Λέοντας ἰδεῖν, δι' αὐλῶνος διελθεῖν μάχας. id est, *Cernere leones hostium pugnam indicat.*

Translatum vel à somniorum coniecturis, vel ab obseruantibus auguria. Meminit Suidas. Huiusmodi verliculos iudicantes quid quodque portendat somnium, video diligenter commemoratos à Suida & Hesychio, quum nihil inanius. Et tamen probabile est vtrunque fuisse monachum.

Larus in paludibus. 59

Λαρὸς ἐν ἕλει, id est, Larus in palud bus. Suidas scribit dictitatum de iis qui faciles sunt ad dandum. Ductum à laro aue, quam eandem ἴσηφον appellari putant; quanquam Theodorus Gaza hanc fulicam vertit, illam gauiam. Ea quoniam facile decipitur illicitúque, proinde prouerbio locum fecit. *Ad dandum facilis.*

Issa. 60

Ἴσσα, id est Issa. Prouerbialis erat acclamatio in eos quibus ζ litera forte ceciderat; quique modis omnibus essent infortunati. Hæc Suidas, qui prouerbium citat ex Mesenia Menandri, testatus & alibi vsurpatum apud authores. Coniectare licet eam literam in sortibus inauspicatam fuisse. Martianus Capella in nuptiis Philologiæ & Mercurij, testatur hanc literam inuisam fuisse Appio Claudio, quòd dentes mortui, dum exprimitur, imitetur. *Litera ζ inauspicata.*

Ipso horreo. 61

Quod prolixè & affatim datur, Ipso horreo dari dicitur, quemadmodum ipso castro: propterea quòd ex horreo plenius depromitur, quàm è Chœnice. Simile illi ἐκ πίθου ἀντλεῖς, id est, E dolio hauris. *E dolio hauritur.*

In tua ipsius harena. 62

In tua ipsius harena, id est, In tua ipsius arte. Sumptum à gladiatoribus solitis in harena digladiari. Neque verò parui referebat horum, nota an ignota dimicarent harena.

In saltu vno duos apros capere. 63

In saltu vno duos apros capere. Est eadem in re duos pariter deprehendere. Plautus in Casina, Iam ego vno in saltu lapide apros capiam duos.

Ignis ad torrem. 64

Πῦρ ἐπὶ δαλὸν ἐλθόν, id est, Ignis ad torrem veniens. De negocio quod rapidum faciléque conficitur, quasi quum vltro ignis ad torrem transuolat ob materiei siccitatem. Meminit Diogenianus. Simile fuerit, Ignis ad naphtham. Est autem naphtha bituminis genus, ad quod flamma vel è longinquo transuolat.

Hippolytum imitabor. 65

†Ἱππόλυτον μιμήσομαι, id est, Hippolytum imitabor. Diogenianus in prouerbiorum collectaneis ait dictitatum de iis qui statuissent purè castéque viuere. Nota est fabula vel apud Euripidem, vel apud Senecam, quemadmodum is iuuenis odio fœminei generis, Dianæ studiis sese totum addixerit, despecto Veneris numine. Sic enim loquitur apud Euripidem, †Pro castos.

Τὴν σὴν δὲ κύπριν πόλλ' ἐσῶ χαίρειν λέγω. id est, *Veneri tuæ longum valere renuntio.*

Nihil agere. 66

Suidas hunc versiculum citat è Cratini fabula cui titulus Horæ,

Καὶ ταῦτα πράττων φαίνεται οὐδὲν, οὐδὲν ποιῶν. id est, *Atque ista faciens quidam ac: faciens nihil.*

Admonetque subesse prouerbium, quod quadret in eos qui frustra laborent. Apud Latinos item nihil agunt qui sumunt inanem operam. vt apud Terentium, Cæterùm hoc nihil agit. Celebratur & illud Attilij, Satius est otiosum esse, quam nihil agere.

Herculis cothurnos aptare infanti. 67 *Maxima minimis applicare.*

Herculis personam aut cothurnos aptare puero, est minimis applicare maxima, quæ nequaquam vel congruant, vel deceant: veluti siquis rem humilem oratione tragica prosequatur. Quintilianus li. 6. De perorationē, Nam in parvis quidem litibus hæ tragœdias mouere, tale est quasi personam Herculis & cothurnos aptare infantibus velis. Plutarchus commemorat apophthegma quoddam Agesilai, non admodum ab hoc alienum. Cui quum sophista quispiam hoc nomine laudaretur quòd res minimas dicendi artificio maximas efficeret, negauit is vel cerdonem bonum sibi videri qui paruo pedi magnum induceret calceum, significans orationem oportere cum re congruere, non aliter quàm vestis conuenire debet corpori.

Grues lapidem deglutientes. 68

Γέρανοι λίθον καταπωτίζουσαι, id est, Grues lapillos deglutientes. Suidas ex Aristophane citat, ostendens dici solitum de iis qui summa prouidentia gerunt negocium. Idque inde in vulgi sermonem venisse, quòd gruibus hic mos sit, vt quoniā admodum sublimes volent, magnóque inferantur impetu, neque possint deorsum aspicere, lapillos gestent, quos, si quando fatigari cœperint inter volandum, ex alto demittunt: quo videlicet è cadentium ictu experti percipiant vtrum supra terram, an supra mare volent. Quòd si lapillus in mare decident: pergunt vltrà in terram, interquiescunt. Nec his dissimilia refert Plinius lib. 10 cap. 23. Quando proficiscuntur, inquit, consentiunt. volant ad prospiciendum alte. ducem quem sequantur, eligunt. In extremo agmine per vices qui agant. ordinati habent, & qui gregem voce contineant. Excubias habent nocturnis temporibus, lapillum pede sustinentes, qui lassatis somno decidens, indigentiam somni coarguat. Cæteræ dormiunt capite subter alam condito, alternis pedibus insistentes. Dux erecto prouidet collo, ac prædicit. Ac paulò post, Certum est, inquit, Pontum transuolaturas, primum omnium angustias petere, inter duo promontoria Criumetopum & Carambin, mox saburra stabiliri. Quum medium transierint abiecti lapillos: quum attigerint continentem, & è gutture arenam. Hactenus Plinius. Porrò locus quem Suidas citat est in Auibus Aristophanis, *De prouidis.*

Καὶ μὴν γε νῶϊν ἔστιν εὐπομπία
Γέρανοι, διδύσιν καταπωτίδα λίθους. id est,
Vobis gruum terdena ferme millia
Libyen ab ortu, deuoratis maximis Saxis.

Interpres hoc loco eadem ferme quæ Suidas.

Fortuna æstuaria. 69 *Volubilis & incerta fortuna.*

Τύχη Εὐριπος, id est, Fortuna Euripus, siue volubilis: quòd vicissim nunc huic fauere soleat, nunc illi. De qua Bœotius,

Ex æstuantis more fertur Euripi.

De mari Euripo alio diximus loco. Quemadmodum autem mare habet accessus ac recessus æstuarios, ita nihil est in rebus humanis perpetuum. Nullum autem mare crebrius aut celerius recurrit quam Euripus. Pindarus in Pythis hymno tertio metaphoram sumpsit à ventis, χρὴ δὲ μακάρων τυχεῖν· τοῦτο μεταπρέπει. δύναται δ' ὀφείλων πολλάκις ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ τις μεγάλου ἀνδρὸς ἐρέσσαι, id est, Oportet vbi contigerit à dijs, frui, cæterum aliàs alij sunt ventorum flatus: felicitas autem mortalium non venit diu manifesta. Interpres citat versus Euripidis,

Καὶ μοῦσαν ὅτε τις ἐκ θεοῦ πλοῦτος ἀναφανῇ·
Καὶ πνεύματ' οὐκ αἰῶνα τὰ αὐτὰ φύσαι τύχη. Id est,
Quin & liberat calamitate hominibus
Nec habent vigorem semper aura flamina.

Fores aperire. 70 *Initium rei efferre.*

Ἀνοίγειν τὴν θύραν, id est, Fores aperire, prouerbio dicebatur qui rei cuiuspiam ingressum initiúmque patefaceret. Plinius auunculus libro 2. cap. 8. Obliquitatem eius intellexisse, hoc est rerum fores aperuisse Anaximander Milesius traditur. Indicauit hoc adagium Plutarchus in Symposiacōn Decade secunda: ἔλαθε δὲ Φίρμε, τὴν θύραν αὐτῇ τῶν πραγμάτων θύρας δοὺς ἀνοίξας. id est, Imprudens Firme, mūdum pro ianua prouerbiali, in te ipsum aperuisti. Fenestram aperire, in eandem sententiam est apud Terentium.

Tuares agitur quum proximus ardet paries. 71 *Ex malo alterius sumendū exemplum.*

Et hodiernis tēporibus indocto vulgo passim in ore est, tum nobis esse cauendum quum vicini domus ardet. Admonet prouerbium vt ex alterius malo iucundum exemplū, alienóque periculo discamus nostris

zebus consulere. Sumptum est ex Horatianis epistolis, l.li.ep.18. *ecquid*

Ad te pòst paulo ventura pericula sentis?
Nam tua res agitur paries quum proximus ardet.

Et Vergilius Æneid.2.

Iam proximus ardet *Vlalegon.*

Fontibus apros, floribus Austrum. 72

Dubium non est quin ad prouerbiorum classem pertineat quod est apud Maronem in carmine Bucolico, Ecl.3.

Ebeu quid volui misero mihi? floribus Austrum
Perdidi, & liquidis immisi fontibus apros.

Vbi quis optat nocitura. nam ventus floribus inimicissimus, præcipue Austet, ob violentiam.

Contempta sortis homo.

Ollaris Deus. 73

Κυπρεὺς θεὸς, id est, Ollaris Deus: dicebatur in hominem humilem & contemptæ sortis. Aristophanes in Nubibus,

Οτι ποτ' οι χυτροῦν ὄντα θεὸν ἡγούμεθα. id est,
Quando arbitrabar te quoque ollarem deum.

Magni dij ebore, auro & argento sculpebantur: at plebeij illi & minuti (quod genus sunt Silenus & Priapus) qualibet materia fingebantur: ligno nonnunquam & luto, quo videlicet argento finguntur & ollæ. Vnde non inepte quadrabit in eum qui illudeat haberi inter aulicos optimates, sed nec opibus polleat, nec authoritate valens apud principem. Cognatum est illi γύχρεσ ὁ λαχανίσ, id est, Et corchorus inter olera: aut illi, οὐδὲν ἴφυν, id est, Nihil facti. Refertur in Zenodoti collectaneis.

OEteus genius. 74

Οἰταῖος δαίμων, id est, Oetæum genius. Diogenianus ait ferociam & arrogantiam huic dæmoni vehementer invisam fuisse, nec inultam sinere solitum: vnde tumidis ac præferocibus minitabantur Oetæum dæmonem. Collectanea vulgata prouerbium referunt ad authorem Clearchum. Est autem Oeta mons finitimus Trachinijs, atque eodem nomine ciuitas Melientium. Proinde similis erit huius vsus prouerbij qualis est illius, Aderit Temessæus genius.

Aderit Temessæus genius.

Vel hostis miserandus. 75

Suidas huiusmodi verba ex authore quopiam citat, ἂν τι, καὶ τῶν πολεμίων, καὶ ὑβρίσαντα τινὰ τῶν ἀστῶν ἐλεήσειεν τις ἀδικούμενον, id est, Vt iuxta prouerbium, etiam miseraturus fuerit hostis, si præsentem vidisset hominis casum. Est autem hyperbole: nam hostis non facilè commouetur misericordia. Ita Vergilius in duodecimo,

Vel Priamo miseranda manus.

Item in secundo,

-quis talia fando
Myrmidonum Dolopumve, aut duri miles Vlyssi,
Temperet à lachrymis?

Confine illi, Quod vel ipse probet Momus.

Æquales calculi. 76

Ἴσοι ψῆφοι, id est, Æquales calculi, si quando parum abest vt condemnetur aliquis, & tamen absoluitur: aut quum nutat animus, ambigitque vtram in partem se deflectat, rationibus hunc atque hunc velut ex æquo adhortantibus ac deterrentibus, quemadmodum est apud Terentium, Quum in dubio est animus, paulo momento huc vel illuc impellitur. Suidas ostendit metaphoram sumptam à prisca consuetudine iudiciorum, qua reus æqualibus iudicum sententijs absoluebatur, vt non citra periculum. Cur autem potius absoluendum quam damnandum reum veteres existimarint, quum pares essent sententiæ, multas causas reddit Aristoteles in problemate quodam. Multis enim nominibus visum est conuenire vt reliquis paribus, reo magis quàm actori faueatur: Vel quod accusator accedit paratus ac præmeditatus: reus ad multa non præuisa compellitur respondere: Vel quòd consentaneum sit, reum, vt qui maiore periculo dicat, ob metum quædam prætermisisse potius quàm actorem: Vel quòd in ancipiti negocio potius ad eam partem oporteat vergere, vbi si fortè erratum, peccetur leuius. At minus est malum, absoluere nocentem, quàm innocentem damnare: præsertim in capitalibus causis, vbi si contingat errare iudicem, non est quo sarciat in posterum erratum suum: extincto iam homine, contrà, si elabatur nocens, potent alio iudicio pœnas dare. Vel quòd accusatio propior est suspicioni malæ voluntatis quàm defensio: quare quum in cæteris nihil appareat discriminis, de acto re potiùs malè iudicamus quam de reo. Hæc & alia quædam huiusmodi tradit Aristoteles. Igitur vt tutissimè liberatur à causa qui calculis omnibus absoluitur, ita periculo proximus fuisse videtur, qui paribus calculis iam, quasi fauore quodam elabitur.

De mutante animo, & dubio.

Luscinia deest cantus. 77

Luscinia deest cantus. Prouerbialis allegoria, perinde quasi dicas, Mulieri desunt verba, poetæ versus, oratori color, sophistæ cauillum. Nulla enim auium æquè canora atque luscinia, etiam fœmina, sicuti testatur Plinius l.10.cap.29 Sed haud fuerit alienum ipsius verba subscribere. Luscinijs, inquit, diebus ac noctibus continuis quindecim garrulus sine intermissu cantus, densante sè frondium germine, non in nouissimum digna miratu aue, Primum tàm vox, tam paruo in corpusculo, tam pertinax spiritus: deinde in vna perfecta musicæ scientia, modulatus editur sonus. Et nunc continuo spiritu trahitur in longum, nunc variatur inflexo, nunc distinguitur concisso, copulatur incerto, promittitur, reuocatur, infuscatur ex inopinato: interdum & secum ipsa murmurat: plenus, grauis, acutus, creber, extentus: vbi visum est, vibrans, summus, medius, imus. Breuitérque omnia tam paruulis in faucibus, quæ tot exquisitis tibiarum tormentis ars hominum excogitauit. Plautus in Bacchidibus,

Luscinarum cantus, ex Plinio.

Ego quoque pol meum ne luscinola defuerit cantio.

Ego ex bono in bonum traductus sum. 78

Ἐξ ἀγαθοῦ εἰς ἀγαθὸν μετῳδήθην, id est, Ego quidem è bono in bonum tranßi. Suidas indicat dici solitum de his qui bonum institutum bono commutant. Innuit autem natum à quodam, qui ex bono citharœdo factus sit poeta tragicus. Est enim poetica musicæ, confinis arti: vnde & musicam artem poeticen vocauit Terentius. Sumptum est adagium ex Ranis Aristophanicis.

Commutatio boni.

ANTHAD. HENR. STEPH.

V. *demò bono*) μετῳδήθην non significat Transij aut Traductus sum (id est μετῳδήθην μετῳδοχθείς) sed Traduxi.

Anguillas captare. 79

Ἐγχέλεων θηρᾶς, id est, Anguillas venari, dicuntur qui priuati compendij causa cient tumultus. Inde ducta similitudine, quòd quum aqua stat immota, nihil capiunt qui captant anguillas: quum verò surßum ac deorßum miscent ac perturbant aquam, ita demum capiunt. Quadrabit in eos, quibus tranquillo Reipub. statu, nihil est emolumenti, proinde seditiones gaudent excitari, quo ciuitatis publicum malum in suum priuatum vertant commodum. Prouerbium extat apud Aristophanem in Equitibus,

Οὐδὲ γὰρ οἱ τὰς ἐγχέλεων θηρώμενοι, πίστοτε
Οὗτοι μὲν ἀλίμενον κεῖσθαι, λαμβάνουσιν ἰδὼν,
Καὶ δ' ἄνω τε κάτω τὸν βορβορον πυκάσαι,
Λίσσονται μὲν λαμβάνειν, ὁπόταν ἀθρόοι ἔρπητον. id est,
Nunquam accidit tibi quod anguillas qui aucupantur:
Vbi quietè stat palus, nil piscium reportant.
Contrà, iutum si moverint surßum atque item deorßum,
Capiunt: ita ipse capi, vbi rem publicam inquietas.

Hanc autem heu nimium callent principes quidam, qui consilio tyrannico dissidia serunt inter ciuitates, aut bellum aliquod alicunde sßicitant, quo licentius mulctent miseram plebeculam, & innocentißimorum ciuium fame suam expleant ingluuiem.

Ego faciam omnia more Nicostrati. 80

Ἐγὼ ποιήσω πάντα κατὰ Νικόστρατον. id est,
Ego cuncta fecero more Nicostrati.

Pro eo quod est egregiè. nam hunc Nicostratum aiunt comœdiarum actorem fuisse talem qualis apud Romanos prædicatur fuisse Roscius. Itaque propter artis famam in vulgi sermonem abiit. Suidas prouerbij titulo recenset.

Nicostratus comœdus.

Duplex cappa. 81

Διπλοῦν κάππα, id est, Duplex cappa, velut ænigma quo malum aliquod significabant. Siquidem gemino cappa scribuntur κακά. Simili figura Plautus furem, trium literarum hominem appellauit.

Trium literarum homo.

Tria cappa pessima. 82

-πάντα κάππα κάκιστα. id est,
-tria pessima cappa.

Iactatum & hoc olim ænigmatis vice, quo trium gentium

Notati mores quorum.

tium mores notati sunt, Cappadocum, Cretensium, & Ciliciũ. Augustinus in Grammaticis indicat fuisse tortum in Cornelium Syllam, Cornelium Cinnam, & Cornelium Lentulum. Creditúque est in libris Sybillinis horum nomina tribus hisce literis fuisse designata. Est item clausula carminis heroici.

Temulentus dormiens non est excitandus. 83

Proverbij speciem habet quod admonet Theognis, Sopitum ebrium non oportere excitari somno. Simillimum est autem illi καλὸν δ' οὐ κακὸν μὴ κινεῖν, id est, Malum bene conditum ne moueas. Non est retractandum odium cui iam tempus induxit obliuionem. Non est renouandum animi vulnus, cui iam obduci cicatrix cepit. Theognidis carmen hic habet,

Μηδ' ἕδοντ' ἐπεγεῖραι, Σεμονίδη, ἐν μεθύοντι
Θαρσαλέως· αἰεὶ μαλθακὸς ὕπνος ἔχει. id est,
Ne cuiquam à nobis somnum degelle Simonida,
Opprimit vino quem sopor altus habet.

Malum bene conditum non mouendum.

Vtroque nutans sententia. 84

† *De lubrica fide.*

Δίχωλα γοῦμαι, id est, Vtroque claudicantes sententiæ, aut animus huc atque illuc versatilis. Sic enim arbitror legendum δίχωλος per ω magnum: vt sit vtroque claudicantes. Nam in vulgatis libris per o micron scriptum reperi. Conuenit igitur in hominem lubricæ fidei & incertarum partium: in quem congruet illud Homericum,

Ἀλλὰ μιν ἀμφὶς ἔχει ἐπ' ἀμφοτέροισι πόδεσσι ἴζειν. id est,
Claudicat incerto pedibus & vacillat vtrisque.

Refertur à Zenodoto.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. *bitror*] δίχωλος per ω magnum: vt sit vtroque claudicantes.) At Zenodotus perperam reclamat, cuius hæc sunt verba, δίχωλα γοῦμαι, ἀντὶ τοῦ δίχηλα ἴδιόν ἐστι, ἡμιόνων λέγει δὲ ἀκριβῶς, ὀρθῶς ἀπὸ τοῦ.

Dictum ac factum. 85

Nihil prætermittunt.

Ῥῆμά τε πρᾶγμά τε, id est, Dictum ac factum. Proverbialis figura, qua nihil in negotio procurando prætermissum significamus. Terentius, Dictum ac factum reddidi. Donatus in Andria indicat esse proverbium celeritatis: Dictum ac factum, inuenerit aliquam causam. Rursum in Septum eructuante, Dictum ac factũ, huc abiit Chitipho. Sane quam familiaris est hic sermonis color Græcis poetis, οὔτε ἐπὸς, οὔτε ἔργον, id est, Neque dictum, neque factum, pro eo quod est, nulla ratione. Homerus Iliad. lib. 1.

Ἐκτελέειν δ' οὔτ' ἐπος οὐδὲ νοήσαι. id est,
Nec dictum factumque probum ex te prodiit vnquam.

Euripides in Hecuba,

Σοῦ δ' ἡμῖν μηδὲν ἐμποδὼν γένῃ,
Λέγουσα μηδὲ δρῶσα. id est,
Tu verò neque dicendo obijcias mihi
Verbóue faciendo.

Diuersum in sensum, qui modis omnibus dextri strenuique sunt, dictis ac factis valere dicuntur. Ita Phœnix docuerat Achillem, iuxta Homerum,

Μύθων τε ῥητῆρ' ἔμμεναι ἠδὲ καὶ ἔργων.

Itidem Pindarus in Nemeis hymno primo, τὸ δ' ἀμφὶ Τῶν, ἀλλ' τὸ μὲν ἀλήθειαν, id est, Tui verò mores & in his & illis vtrumque sunt. Præcessit enim, πράσσει γὰρ ἔρδοντί μιν ἄνθος ἀλκᾶς ἐν φρεσὶ, id est, Agit enim facto quidem robur, constans autem mens.

De grege illo est. 86

Eiusdẽ factionis homo.

De grege illo est, eiusdem factionis, aut contubernij Terentius in Adelphis, At hic hercule de grege illo est idem in Eunucho, Vt me in vestrum gregem recipiatis M. Tullius ad Atticum, At vellem te in tuum veterem gregem retulisses. Idem oratione in Verrem prima, Quartum quem sit habiturus non video: nisi fortè de illo grege oratorum qui subscriptionem sibi postularunt, &c. In eundem actione 4. pro eodem dixit De illo conuentu. Turpio quidam illius excursor & emissarius, homo omnium ex illo conuentu quadruplatorum deterrimus. Alludit autem ad id quod alibi diximus ἀπὸ μαγειρείου. Sic & Flaccus. Epist. libro primo, ep. 9.

Scribe tui gregis hunc, & fortem crede bonumq.

Verùm hoc frequenter & in bonam partem vsurpatur. Beatus Hieronym. aduersus Iouinianum lib. 2. De tuo, inquit, armento sunt, imò inter tuos ciues grunniunt. M. Tullius gregales appellat familiares & eiusdem sodalitij: velut in oratione pro domo sua ad pontifices Quod vos ad Catilinæ gregales de me dicere solebatis.

Gregales.

Dentata charta. 87

Dentata dicuntur mordacia. M. Tullius ad fratrem lib. 2. Calamo & atramento temperato, dentata etiam charta tes agetur. Et Seneca, Dentatos tales esse non vult. Rursus, Edentula quæ motu carent.

Edentula.

Daulia cornix. 88

† *In garrulos aut canoros.*

Δαυλίαν κορώνην, id est, Dauliam cornicem, luscinias vocant poetæ: siue quòd Tereus in Daulide Phocidis cum ea vixerit, siue quòd illic Philomela mutata sit in auem. Non video quid sibi velit adagium: nisi fortè dictum est in garrulos aut canoros. Magis autem suspicor Zenodotum (siue Zenobius is, siue quisquis alius fuit) hoc prouerbium fuisse commentum, quo locum faceret narrandæ fabulæ: quod idem in nonnullis aliis ab eo factum conuicio.

Cum Musis. 89

Μετὰ μουσῶν, id est, Cum Musis: hoc est, Musis bene fortunantibus. De doctis, aut iis quæ doctè dicuntur: aut (quemadmodum ostendit Suidas) quum illiteratus inter eruditos viuit, vt per ironiam efferatur.

Amicos tragœdos æmulatur. 90

De imitatore.

Τὸν τραγῳδοὺς φιλοῦντα ἐπαινοῦσιν, id est, Amicos tragœdos æmulatur. Suidas e Didymo citat, addens dici solitum de his qui sese accommodarent, & morum seueritatem sumerent, ad æmulationem aliorum. Sumptum ab histrionibus tragœdiarum, qui quum sint leuissimi nebulones, tamen vbi Deum aut regem agunt in fabula, tum cultu, voce, gestúque maiestatem quandam imitantur.

Æsopicus graculus. 91

† *aliena sibi pro suis arrogans.*

Αἰσώπειος κολοιός, id est, Æsopicus graculus, dicitur qui aliena sibi vsurpat, aliorúmque bonis fese vendicat. Vsurpat Lucianus in Pseudologista. Horatius, Epist. lib. 1. ep. 3.

-monet at cornicula risum
Furtiuis nudata coloribus.

Extat apologus inter alios qui Æsopi nomine circumferuntur. Pindarus in Nemeis hymno tertio Οὐδ' ἀγαθείαι ἵππου πόδες φέρεν πρόσουρ' οἰκεῖα μάρτυρα. id est, Neque rerum alienarum cupiditates viro meliores sunt ad ferendum: è domesticis inquit. Reprehendit suam digressionem poeta, rubetque vt quem suscepit celebrandum, laudet è propriis virtutibus potius quam ex alienis.

ANIM. HENR. STEPH.

V. Αἰσώπειος κολοιός, id est, *Æsopicus graculus*] Expendant viri docti an non potius Æsopica monedula interpretari oporteat. Quum enim Horatius corniculam appellauerit κολοιόν, monedulam autem de cornicum genere esse (si quidem cornicum nomen generaliter sumatur) dicere possimus, eámque furacissimam esse constet: huius certè furti suspicionem in eâ potius quàm in aliam competere neminem, vt opinor, negauerit. Quod autem ad graculum attinet, si verum esset quod nonnulli existimant, eundem esse auem cum monedula, perinde hic esset siue Æsopicus graculus, siue Æsopica monedula interpretaremur. Sed falli mihi videtur qui eandem faciunt: quum etiam Plinius vt de diuersis loquatur. Quam longe crassior eorum est error qui graculum auem esse putant eam quæ à nostris vocatur *Vn geay*, reclamantibus cum aliis authorum locis, tum verò illo poetæ, in quo mulier nigerrima graculo nigrior appellatur. Miror autem illos non animaduertere, quod narratur de cornicula ab Horatio, in graculum nullo modo posse quadrare, si is sit *vn geay*. Primum enim quomodo verisimile esset hanc auem, quę *geay* dicimus, furatam esse aliarum auium plumas, ad se ornandam: quum natura pulcherrimas illi dederit? Deinde etiamsi cõcederemus, furatam esse illam quas suis adderet, quomodo repetentibus illas auibus, deformis ex pulchra foret reddita, cui asseritis tantum pulchritudo ablata foret, sua adhuc superesset? Sed hãc opinionem nec veram nec verisimilem, missam faciamus: ad eos qui graculum putant esse nostram *chouan* siue *chouette* (veris quidem propiora non vera tamen dicentes) veniamus. Monedulam esse nostram *chouette* ostendunt inter se collata vtriusque linguæ prouerbia. Dicimus enim *larron comme vne chouette*: Latini quoque furacem hominem monedulæ comparant. Vnde dictum est à Cicerone in orat. pro Flacco, Nõ plus au-

Graculus.

Monedula, furacissima.

Chouan Monedula, *chouette*.

rum tibi quàm monedulæ committebat. Et Plinius ait, Insubrium tractu examina graculorũ monedularúmque: cui soli auri furacitas, auri argentique præcipuè, mira est. Qui ergo vellet graculam esse nostram *chucat*, quæ alio nomine *chouette*, ille eandem auem diuersis nominibus appellari graculum & monedulam dicere cogeretur. Sed tunc illi vel hic ipse Primi locus apertè reclamaret. Iam verò an nostet *gray* appellari debeat galgulus, doctioribus considerandum relinquo: & ad prouerbium nostrum reuertens, quod paulo antè dixi, repeto, Λοιδόρησον κολοιὸν, Æsopicam monedulam, interpretationem mihi videri verissimam. Ac pro ea certè faciunt quæ Tzetzes ait εἶναι ἄν κόλοιὸν, nimirum esse minorem corniculam quæ in tectorum foraminibus habitet. hoc enim de monedula dictum, verissimum esse, & ipse Horatius cornicula potius quam cornix, non temere dixisse comperietur. Quem nisi auctorem sequeremur, scrupulum aliquem nobis iniicere posset quod Simoratus tradidit κολοιὸν videlicet auem quandam esse pulcherrimam, vode fictam tibi videri tabulam Tzetzes scribit quòd nimirum quum prius esset deformissima, sumptis à qualibet aue pennis, omnium facta sit formosissima.

Aries cornibus lasciuiens. 92

Magnus ac lasciuus.

Κριὸς ἀπολάμπων, id est, Aries cornibus lasciuiens. Diogenianus ostendit conuenire in magnos ac lasciuos. Pruriunt cornua arietibus bene pastis: quod idem accidit bubus. Virgilius, Eccl. 3.

Iam cornu petat, & pedibus qui spargat harenam,

vitulum lasciuientem indicans. Hesychius indicat originem prouerbij, In arce Palladis aries erat depositus ingens æreus, quem Plato comicus dixit ἀπολάμπειν, non tam ob lasciuiam quàm ob ingentem molem. Confertur enim cum equo Dureteo. Veteres enim nõ

Απλήστως

solum ἀπλήστως dixisse quod esset lasciuum & indomitum, verumetiam quod esset prægrande: quemadmodum Eupolis ἀπλῆν ἄπληστον dixit pro magno vento. Hę sunt grammaticorum cruces, ne æreus ille aries sit formidabilis ob ingentia cornua. At quid vetat etiam ventum dici lasciuum & intemperantem, quòd suo arbitrio ludit vbi vellit? Mihi videtur adagium conuenire & in stolidos, præter meritum euectos ad dignitatem.

Ductus per phratores canis. 93

Ἀγόμενος διὰ φρατόρων ὁ κύων, id est, Ductus per phratores canis. Vbi quis incidisset in eos quibus pœnas det. Canis enim apud hos protinus occidebatur. Apud Athenienses populus in tribus erat distributus: vnius-

Tribus Atheniensium.

que tribus tertia pars φρατρία dicebatur, & huic præfectus φρατριάρχος. In comitiis igitur siquis canis intercurrisset, continuo petebatur à populo.

Calabri hospitis xenium. 94

Prouerbium subesse videtur in his Horatij versibus quos scripsit Epist. lib. 1. ep. 7.

Non quo more pyrum vesci Calaber iubet hospes,
Tu me fecisti locupletem. Vt ecferre sodes.
Iam satis est. At tu quantumuis tolle, benigne.
Non tuus hoc feret pueris munusculus paruis.
Tam tuear dono quàm si dimittar onustus.
Vt lubet, hac hodie porcu comedenda relinques.

Itaque Calabri hospitis munera rectè dixeris, rustica, leuia, quęque magis onerent accipientem, quàm iuuent: aut quæ donantur contempta. Siquidem Calabri, quòd Pyris abundent consueuerunt ea hostibus affatim apportare: deinde fatuos, bellariorum vice domum auferre iubent. Quòd si recutes, eadem porcis obiiciuntur. Atqui istud haud est dare munus, sed abiicere. Is demum dat, qui simul & pretium muneris expendit quod largitur, & eius meritum quem eo donat. Notatus est apud Athenæum Antiochus cognomento Illustris, qui quod erat reliquum pecuniæ soleret effundere verius quàm largiri: interdum in vias publicis stans dicere consueuit, τίνι ἐγὼ πέμψω, δίδωμι λαβόντι, id est, Cui fortuita dat, capiat: & abiecta pecunia discedebat.

In ostio formosus. 95

Adamatus, vulgoq; gratiosus.

Ἐν θύρᾳ καλὸς, id est, In ostio formosus. De iis qui adamantur vulgoque gratiosi habentur. Sumptum à veterum consuetudine, qui formosorum aut amasiorum nomina arboribus, foliis ac parietibus inscribebant, ὁ δεῖνα καλός. Ad id alludens Aristophanes in Vespis,

Καὶ νὴ Δί' οὐδέν γ' οἱ νεανίσκοι νεανικὸν
Τὸν Πυρεσιάμπους ὀνύμενοι δῆμον καλὸν,
Ἢν περιχαλᾷ πλοῖον, Κλεὼν καλός. id est,
At per iocum scriptum vsquam si viderit
Demum venustum in Pyrilampen ostio,
Accurrit, ac Cleonem venustum proximè
Adscribit. Idem in aliquem.
Τὸν Ἀντίοχον δὲ τὸν ἐπιφανῆ ὅτι ἦν
Ἐν πᾶσι πίναξι γεγραμμένος, Ἀντίοχος καλός. id est,
Is vestri amans haud scitè eratinum in odium
Muris, venusti Athenienses scripserat.

Alteri versui Græco superest syllaba, tametsi sic habet Aldina editio, suspicor inuersum ordinem dictionum. Constabit si legas hoc modo, Ἐν πᾶσι γεγραμμένος πίναξι, Ἀντίοχος καλός. nisi magis placet vt legamus, Ἐν πᾶσι πίναξι γεγραμμένος, Ἀντίοχος καλός. quasi blãdientes ciuitati, hoc in illius mœnibus scripsissent. Apud Athenæum lib. 6. refertur ex authore quopiam, quòd qui Atheniensium rempublicam administrabant, assentabantur populo, dicentes cætera quidem omnia esse Græcorum communia, verùm illud esse proprium Atheniensibus, quòd viam nossent quę perduceret in cælum. Quisquis legerit encomium Æschinis & Menonis apud Platonem, intelliget quàm formosos pinxerint Atheniensis, miro dicendi artificio illis blandientes. Interpres distichon hoc citat ex Callimacho,

Ἀλλ' οἱ δὲ φιλέουσιν ἀκαμμάτους ἄνδρας ἔρωτες
Γράμματα, Κυδίππεια δοὺς ἐρίηρα κλέη. id est,
Litterulas tot ferte insculptas frondibus hyscis,
Cydippen pulchram quot memorare queant.

Id imitatus Maro,

-ferte, inquit, incidere amores
Arboribus: crescent illæ, crescetis amores.

Torquere licebit & in eos qui falsò per assentationem laudantur, aut in mendacissimos principum quorundam titulos. Quod genus sunt, Pater patriæ, delicię orbis, amor mundi, serenissimus, inclytus, clementissimus: quum meri sint Reipub. prædones.

Falsò laudati per assentationem.

Caput scabere, & consimilia. 96

Caput scabere, vngues arrodere, gestus hominis sunt cogitabundi, & de mutando cuius pœniteat, secum agitantis. Vnde trahuntur in vsum prouerbialem. Horat. li. 1. Sat. 10. -*sed ille*

Vagus arrodere.

Si foret hoc nostrum fato delapsum in ævum,
Detereret sibi multa, recideret omne quod ultra
Perfectum traheretur: & in versu faciendo
Sæpe caput scaberet, vivos & roderet vngues.
Sæpe stylum vertas, iterum quæ digna legi sint
Scripturus. Id imitatus Persius, Sat. 1.

Plutei tędere Demor. vng sapit.

Nec plateum, inquit, cædit, nec demorsos sapit vngues.

Idem alibi,

-crudum Chæretistratus vngues.
Arrodens, ait hoc.

In superiore taxat poetarum in scribendo negligentiam: in altero describit adolescentem de mutanda anteactæ vitæ ratione cogitantem.

Caricus hircus. 97

Καρικὸς τράγος, id est, Caricus hircus. Diogenianus † indicat dictitatum de vilibus & contemptis. Hesychius indicat vsurpatum à Sophocle. Carum populus, quòd passim in bellis mercenariam locarent operam, ceu vili vita, in contemptus prouerbium abiit. Vnde & Plato κακιόν αἰγὸς μόριον, id est, Caricum homuncionem, dixit, pro vili, nihilique, quemadmodum alio dictum est loco. Fieri potest vt prouerbium eò respiciat, quòd Cares pro hirco solent immolare canem, vt indicatum est in prouerbio, Caricum sacrificium.

† *De eo vide Suid. in* Καρικὸς τράγος. *Caricus hedoneo.*

Bullata nugæ. 98

Ventosa atque inania, bullata dicuntur. Sumpta metaphora ἀπὸ τῶν φυσαλίδων, de quibus alias dictum est, in prouerbio Homo bulla. Persius, Sat. 1.

† *Suid. in* φυσαλίδες. *pag. 449.*

-bullatis vt mihi nugis *Pagina turgescat.*

Bullatas nugas appellans inanem perstrepentium vecum congeriem, in quibus nihil subsit solidioris sententiæ. Horatius nugas canoras vocant in Arte poetica,

Nugę canorę.

Quàm versus inopes rerum, nugæq; canoræ.

Bolus ereptus e faucibus. 99

Bolus è faucibus eripi dicitur quoties commoditas aliqua, quæ iam propemodum tenebatur, præter expectationem subito præripitur. Terentius in Scipsum exercitæ, Crucior bolum tantum mihi esse ereptum subito

subitò è faucibus. Bolum autem dixit quod Græci vocant βλαμών. Metaphora per se liquet.

Bene sit. 100

Καλῶς ἔσαι, id est, Bene sit. Ominis vox, quum quis rem quampiam nouam & arduam auspicaretur, vt in testamentis præfabantur, ἔσω καλῶς ἔσαι, id est, Hoc bene erit. Sed siquid acciderit humanitus. Item in concionibus, Quod faustum fœlixque sit. Id futurum est falsius si per ironiam proferatur de re ridicula nullius que momenti, perinde quasi maxima. Quemadmodum Persius de diuite auaro eadem refriguraturo. Hoc bene sit. Frequens est apud authores, Bene vertat, & Male vertat. Virgilius in Bucolicis, Bene vertat, Male vertat.

Hos vtinam (quod vos bene vertat) iuuenum bonus.

Et, Dij bene vertat quod agas. Seruius grammaticus existimat hanc figuram mutuò sumptam ab Hectore & Aiace, quorum vterque suum minus in perniciem cessit.

CHILIADIS TERTIAE CENTVRIA SEPTIMA.

Scarabeus aquilam quærit. 1

Iupiter. Ilior inflatatur potentem.

Κάνθαρος αἰετὸν ζητεῖ, id est, Scarabeus aquilam quærit. Quam imbecillior atque impotentior mali quidpiam molitur, illumque insidias inimico longè potentiori. Est & altera lectio atque ea meo quidem iudicio, verior Ὀρνίθων αἰετὸν μαιόμενος, id est, Scarabeus aquilæ obstetrix tur. Sensus ferme idem est & siue legas μαιόμενος, siue μαιόμενον. Competit enim in humilem & imbecillimum qui viribus longè præpollenti malitiosis insidiis & circularus dolis perniciem machinatur. Aristophanes in Lysistrata,

Τῶν γὰρ ὑπὲρ αἰετὸν τίκτουσα καλλιπάρῃ τε
Κανθάρου μαι.

id est,

Supra modum trahor tibi scarabeus aquilam ego te,
Quando ova pariet obstetrix iuuabo.

Super hac refertur apologus quidam apud Græcos nõ inelegans, quem Lucianus indicat Æsopicum esse, quum ait in Icaromenippo, fabularum fuisse Æsopum, quemadmodum aliquando scarabei & cameli cælum conscenderint. Porrò quod ad fabulam scarabei & aquilæ attinet, ad hunc habet modum. Est tam olim aquilarum generi cum vniuersa scarabeorum gente vetus atque antiqua simultas, ac bellum prorsus internecinum planeque, quod Græci solent dicere, ἄσπονδον & ἄλυτον. nam odio dissident plusquam Varinano: adeo vt ne Iupiter quidem ipse (κρατὸς δὲ μέγιστον, & qui totum nutu tremefacit Olympum) tentet inter eos componere ac dissidium finire potuerit: si modo vera narrant apologi. Denique nihilo magis inter eos conuenit, quam hodie quoque cõueniat inter deos istos aulicos, & humilem obscuramque plebem. Sed erit fortassis qui Æsopicarum fabularum rudis & *asinus* admiretur quid tandem negotij sit cum aquila scarabeo: quæ cognatio, quæ vicinitas quæ affinitas vsqueadeo dissimilibus intercedat. nam inter hos qui vinculis eiusmodi copulantur, potissimum dissidia solent oriri præsertim inter principes. Ad hæc, quænam tam atrocis odij causæ: postremò vnde tantum animorum scarabeo, vt cum aquilarum populo bellum suscipere non dubitarit. Rursum qua contumelia tantopere fuerit offensus aquilæ ἀρχὸς ἀγλαὸς, vt hostem tam humilem non contempserit, ac suo vel odio iudicarit indignum. Videlicet argumentum magis longa est injuria, longæ ambages, ac res omnino maior quàm vt humana facundia queat explicari. Quòd si musæ, quæ grauatæ non sunt olim Homero dictare βατραχομυομαχίαν, mihi quoque, relicto tantisper Helicone dignentur adesse, rerum summam pro mea vili conabor exponere. Quid enim tam arduum esse possit quod illis auspicibus non audeant homines? Sed quo res cognitu fiat illustrior priusquam ad ipsum negotij caput veniam, ducis vtriusque mores, formam, indolem, ingenium quàm potero paucissimis perstringam.

Aquila Roma tertia stemma.

Primum igitur illud succurrit admirari, quid olim Romanis viris alioqui sapientibus venerit in mentem: qui quum huius alitis symbolo sese præter cæteras nationes iactent, ac dijs proximos ducant, quúmque huius auspicijs tot victorias reportarint, tot egerint triumphos: tantum abest vt bene meritæ gratiam referant, vt non toleranda etiam afficiant contumelia. Nam auem vnam omnium maximè masculam & inuicti roboris emasculant, euirántque ac propemodum Tyresiam reddunt, ipsi non admodum mares. Siquidem apud Græcos planè mas est alitis idque, nè fallor, longe magnanimum quidpiam cum sortitus est, rex hominumque denique, Regnum in aues vagas permisit, expertus fidelem Iupiter in Ganymede ministrum ei qui, cæteris alis procul absentibus, solus intento Ioui tribunica tela portigat. nihil etiam procerbio decertius, πάρος δίης τε γυναικὸς. Neque verò sine grauissima ratione factum arbitror vt inter tam multas auium nationes tamque numerosas tribus, aquila potissimum sit vita idonea cui non solum auium σκῆπτρα, verumetiam senatus populúsque poeticus suffragijs omnibus monarchiam deferret. Nam quantum ad auium iudicium attinet, ad hanc partem pleraque propendebant, vt pauoni rerum summam concesserint. Cui quidem huius pulchritudo, splendor, sublimitas, saltuique planè regio regnum debere videbatur. Ac prorsum in hanc sententiam iam fuit, nisi quædam longo rerum vsu callidæ, cuiusmodi sunt cornices, coruique, perpendissent futurum vt pauonem rebus præfecissent, euenturet quod complures iam annos in monarchis quibusdam videre datur: vt scilicet nimirum vt solo nomine titreipsúque regem ageret, quia nihilo secius vel sine populi suffragijs regnum gereret. Cæterum poetas viros sapientissimos illud arbitror perspexisse, non alia magis imagine regum mores ac vitam effingi potuisse. Loquor de plerisque, non de omnibus. In quouis enim rerum genere, semper fuit erit que bonorum paucitas, & laudis cultum alios gignit, pecu paucis, si videtur hinc atque hinc contentionem admoueamus. Iam primum, si quid omnis est in vocabulo (vt certè est) aptè protectæ Græcis αἰετὸς dicitur, ἀπὸ τοῦ ἀΐσσειν, quod est propemodum rapior impetu, & cæterus feror. Quædam aues natura placidæ sunt ac mites, tum quæ feræ sunt, tamen ita cultæ quæ curantur ac manu tractantur, tota aquila nec est habilis ad villam. disciplinam, nec vllo fere modo potest manuescere: tam tum in petu ac vi sua præceps fertur, & quicquid valde libitum, idem postulat obtinere. Liberæ spectate pullum animo vere aquilæ, graphice depinxit Horatius, 4. Carm. Od. 4. *Aquila, non manuescit.*

Qualem ministrum fulminis alitem
Cui rex deorum regnum in aues vagas
Permisit, expertus fidelem
Iuppiter in Ganymede flauo,
Vento per altum mox in oscula
Demissus hostem vibrius impetus
Nunc in reluctantes dracones
Egit amor dapis atque pugnæ.

Melius intelligunt hoc ænigma regiones experta quãtis malis sibi constiterint huiusmodi indomiti iuuenum principum impetus. Philosophorum est modestas affectibus, ac rationis ductum in omnibus sequutas *Principum iuuenum* nihil est, aut Satyra, violentius aure tyranni: cui illud *petu.* semper in promptu, Sic volo, sic iubeo: sit pro ratione voluntas. Deinde quum sex, opinor, aquilarum genera commemorauerit, tamen illud inter omnes conuenit, quòd rostro sunt vehementer aduncо, nec minus aduncis vnguibus: vt vel ex ipso corporis habitu possis intelligere carnivoram esse auem, quietis ac pacis inimicam, pugnis, rapinis ac prædationibus natam. Et, quasi parum sit carnivoras esse, sunt & quæ ossifragæ dicantur & sint. Sed hic protinus tacitè mihi dicis, optime lector, Quid hæc imago ad regem, cuius propria laus est clementia, quumque plurimum possit, nulli tamen velle nocere, ac solum aculeo carere, sese que totum in populi sui commoditates impendere, adeo vt Niloxenus ille sapiens rogatus quid esset vir-

lissimum, respondeat; Rex. Id esse proprium veri principis medicans, vt quantum in ipso sit, nemini noceat, prosit omnibus, sitque magis optimus quàm maximus. Quanquam non alia ratione potest esse maximus, nisi vt sit quam optimus, hoc est, beneficentissimus in omnes. Equidem exemplar laudo non inscitè depictum à philosophis: & haud scio an eiusmodi principes administrent rempublicam in vrbe Platonica. Verùm in annalibus vix vnum aut alterum reperias quem ausis cum hac imagine componere. [redacted] Age, si quis mihi iam physiognomon non omnino malus vultum ipsum & os aquilæ diligentius contempletur; oculos auidos atque improbos, rictum minacem, genas truculentas, frontem toruam, denique illud quod Cyrum Persarum regem tantopere delectabat in principe ſpuvòr: nónne plane regium quoddam simulachrum agnoscet, magnificum ac maiestatis plenum? Accedit huc & color ipse funestus, teter & inauspicatus, fulco squalore nigricans: vnde etiam quod fulcum est ac subnigrum aquilam vocamus. Tum vox inamœna, terribilis, exanimatrix, ac minax ille querulusque clangor, quem nullum animantium genus non expauescit. Iam hoc symbolum prosinus agnoscit qui modò periculum fecerit, aut viderit certè quàm sint formidandæ præcipuè minæ vel ioco prolatæ, & quantopere contremiscant omnia, quoties huiusmodi vox intonuit aquilina,

Εἰ δ' ἢ μὴ δώσειν, εἰσὶ δὲ καὶ αὐτῶν ἕλκεα
Ἥτοι ὑπ' Ἀχαιῶν ἰόντων νῆάς τε, καὶ Ὀδυσῆος
Αὖθι ἐλεύσεσθαι δὲ καὶ ταχέλαιτμον ὀϊστὸν ἀνεῖραι.

aut illa non minus ſtupenda,

Μὴ νύ τι σὺ γρηϊόων ἔσσι θεοῖς ἐπιείκελος ἄλλως,
Ἀλλ' ἴθι, ὅττι κε σε ἀάσθαι χόλος ἐμφέρῃσιν.

Ad hunc inquam aquilæ ſtridorem illico pauitat omne vulgus, cõtrahit ſeſe senatus, obſeruit nobilitas, obſecundant iudices, ſilent theologi, aſſentantur iurisconſulti, cedunt leges, cedunt inſtituta: nihil valet nec fas, nec pietas, nec æquitas, nec humanitas. Quumque tam multæ ſint aues non ineloquentes, tam multæ canoræ, támque variè ſint voces ac modulatus, quivel ſaxa poſſint flectere: plus tamen omnibus valet inſuauis ille & mini-nè mulcus vnius aquilæ ſtridor. Quanquam eſt vnum aquilarum genus quod impensè placuit Ariſtoteli (fortaſſis ob id quod talem optarit pullum ſuum Alexandrum) haud multo minus prædabundum ac vorax: ac paulo tamen tum modeſtius, tum taciturnius, & omnino pluſculum habeas humanitatis: quippe quod pullos etiam ſuos educet. Nam cætera faciunt quod impij ſolent parentes, qui fœtus ſuos exponunt, quum tigrides etiam catulos tollant ſuos: atque eam ob cauſam γνήσιον appellant, quaſi germanum ac verè ingenuum dicas. Vidit hoc genus Homerus & oculis captus. nam μελάνυρον appellat, ac ἰοδόκον, id eſt, nigro tergo, ac venatricem: videlicet epithetis apriſſimè quadrantibus in tales principes qualis fuit Nero, qualis Caligula, aliique nimium multi. At horum aliquot, quanto per Iouem γνησιώτερος ac propè dixerim pluſquam aquilini? qui quum ſibi proximi ſint ob ſceptrum ac maiorum imagines, tamen aliquoties plebeis etiam homunculis blandiri quoque ſuſtinent, ac prope dixerim, paraſitos agere, modò prædæ ſpes ſit non aſpernandæ. Iam & viuacem eſſe aquilam ab authoribus proditum eſt. ea tamen quum ad extremam peruenerit ſenectutem: nihil adhuc ſitit niſi ſanguinem, cuius ſuctu vitam omnibus inuiſam prorogat: mirum roſtro ſuperiore adeò increſcente vt carnes depaſci non poſſit. Atque hinc ortum eſt adagium illud notiſſimum, αἰεὶ γέρας in ſenes ætate vinoſiores: quum alioqui omne ferme genus hoc auium quibus aduncí ſunt vngues, aut non bibant omnino, aut certè perquam raro, ſi quidem Ariſtoteli credimus. Et tamen hæ ſi quando bibunt, aquam bibunt: ſola aquila ſanguinem ſitit. Ergo roſtro intorto natura certè non ſemper nouerca, reliquis animantibus vtcunque conſuluiſſe videtur, & inexplebili voracitati modum aliquem impoſuiſſe. quemadmodum & hac ratione proſpexit, quòd non ſinat aquilam ouа parere plura tribus, nec pullos alere plures duobus. Atque adeo, ſi Muſæi verſiculo credimus, quem teſtem adducit Ariſtoteles,

Pulli aquilæ.

Excludit binos, edit terno, educat vnum.

Atque per hos ipſos dies quibus incubat (incubat autem ferme triceſimo) naturæ prouidentia cibum illis negauit, inuerſis interim & vnguibus, ne videlicet omnium ferarum fœtus raperentur. Itaque per id tempus pennæ albeſcunt inedia: atque hinc odium in fœtus proprios. Super hæc omnia, plurimos hoſtes oppoſuit vni, de quibus mox dicturi ſumus. Atque hanc naturæ ſolicitudinem mirari deſinet cui perſuaſum ſit eſſe verum quod ſcripſit Plinius (prodigioſum quidem illud, & haud ſcio an vel Democrito authore credendum, inſatiabilis auiditatis argumentum: etiamſi ceu compertum & conſeſſum narrat. Plutarchus, author cum primis grauis) nempe aquilarum pennas quoque ſi cæterarum auium plumis admiſceãtur, eas deuorare ac partiatim extenuatas conficere. Tanta vis natiuæ rapacitatis. Vngues ſuos quoties ingreditur, contrahit, ne videlicet aliquem deterat, minúſque valeant in prædando. id quod habet cum leonibus commune. Neque quemuis impetit, ſed eum duntaxat quo ſe credat viribus eſſe ſuperiorem. Neque ſe repente præcipitem dat in terram, more cæterorum, quum prædam appetit, ſed ſenſim dimittit, ne impetu illiſa offendatur. Ne leporem quidem (nam hunc maximè petit) aggreditur, niſi viderit in plana deſcendiſſe. Neque quouis graſſatur tempore, ne quis opprimat fatigatam: ſed à prandio ad meridianum ad prædandum prouolat, reliquis horis otioſa ſedet, donec hominum conuentu fora compleantur. Tum quod occiderit, nonnihil ſtatim deuorat, ne quis ſubitus hoſtium incurſus incautam deprehendat in præda: ſed exploratis primùm ac ſubinde refectis viribus, prædam in nidum, velut in caſtra deuehit. Nam quibus artibus ceruum ſe præſtantiorem capiat, mox dicetur. Illud in primis memorandum ingenij documentum, teſtudinem raptam, ex alto, ſpeculata locum idoneum, in ſaxum aliquod demittit, vt ad eum modũ rupta teſta, carne veſci poſſit. Quanquam in Æſchylo parum aquilinis fuit oculis, quum in huius albicantem caluariam, ſaxum eſſe rata, demiſſa teſtudine, miſerum occideret: vt vel ob hanc vnam cauſam, optimo iure poetis omnibus conueniat inuiſam eſſe. Atque id quidem nunc aſſiduè veluti ſuo iure facit. Cæterùm primitus teſtudinem dolis ad id pellexit, dum perſuaſ det illi, futurum vti ſua opera volandi artem perdiſceret. Atque hãc ſpe ſublatam in altum, deiecit in ſaxum, vt illius calamitatem tyrannico more verteret in ſuas deliciæ. ſupereſt vt cum quibus potiſſimum hoſtibus huic generoſo prædoni res ſit, paucis exponamus. Nã verum eſt illud quod prouerbiis dicitur. Aquilam non captare muſcas, nec aſpicere thripas. Negitur ſi qua præda videatur regis vnguibus indigna, niſi ſi quę ſint cognatæ Veſpaſiano, cui viſus eſt lucri bonus odor ex re qualibet. ſunt enim & degeneres aquilæ, quæ piſcatu viuunt, & quas non pudeat cadauer alienum tollere. Sed quæ generoſiores ſint, veluti tyranni, quædam piratis ac latrombus concedunt: à quibus (vt apud Alexandrum Macedonem nobilis ille dixit pirata) nihil differunt, niſi quòd ipſi maiore claſſe maioreque manu magnam orbis partem iuis diuexant latrociniis: minutulas illas prædas accipitribus ac niſis relinquentes, cum quadrupedibus belligerantur, nec id ſanè ſine periculo, nec rurſum citra victoriæ ſpem, ſicuti ſtrenuo duce dignum eſt. Atque in his leporem potiſſimum, vt dixi, venatur aquila: vnde & leporariæ cognomen additum vni generi: perinde quaſi ducem Africanum aut Numantinum appelles. Neque contemnit imbellem hoſtem, ſed eſculentum appetit: vt etiamſi parum gloriæ veniat ex victoria, non parum tamen afferatur emolumenti. At ſit aliquoties vt quum maximè leporem captat, tum maxime capiatur, ſecta pennato iaculo, dicatque prouerbium quod illi ferimus acceptum, τῶν ἰδίων βελῶν ἕκαστος ἀνὴρ θάνατος. Audet & cum ceruo confligere, inferior tamen futura, niſi vulpinam adderet pellem. nam artu ſupplet quod viribus eſt diminutum. Commiſſura eum hoſte, prius in puluere volutat ſeſe. deinde cornibus inſidens ceruinis puluerẽ pennis collectum in oculos ſpargit, alis ora verberans, donec exoculatum in rupes det præcipitem. Sed eſt eidẽ acrior, multóque magis anceps cum draconе pugna etiam in

Aquilæ ocu-li, vistus, vox, &c.

Quas impetat aquila.

Aquila, vt capiat maiora.

Quid differant à tyranis.

Tyranno-rum.

Vita aquilæ

Leporem ca-piens aquila, ipſa capitur.

aere. Draco maleficis artibus ova consectatur aquilæ: illa vicissim hostem vbicunque visum rapit. Nam quòd illi cum vulpe simultas est irreconciliabilis, nemo mirabitur qui quis cognorit quàm olim regaliter illam acceperit. Ierat cum vicina necessitudinem: quúmque incubanti pallus deesset, proximè catulos in nidum sustulit. Reuersa vulpes quum spectaret indignam suorum laniationem, quod vnum poterat, testata deos est, atque inter hos præcipuè Iouem ὁρκίων amicitiæ violatæ vindicem. Et audisse videtur illa vota Deus aliquis. Pauculis pòst diebus euenit vt aquila prunam carnibus è sacrificio raptis hærentem in nidum deuexerit imprudens. Igitur absente aquila, igni paulatim ventis excitato, nidus conflagrare cœpit. Pulli territi, præcipites se dedere, nimirum adhuc inuolucres. Vulpes delapsos excipit, & in cauum delatos deuorat. Ac post id quidem temporis nihil omnino conuenit inter aquilam & vulpem: quanquam id sanè non mediocri vulpinæ gentis malo. Quo tamen haud scio an digna videri debeant quæ quondam leporibus συμμαχίαν aduersus aquilam petentibus auxilium negarint, vt refertur in analibus quadrupedum, ex quibus Homerus βατραχομυομαχίαν est mutuatus. Iam verò acre dissidium est & cum vulture, velut homotechno, & edacitatis & nuluitametsi hoc quidem nomine vt crudelior, ita & generosior aquila, quod non deuorat animal nisi quod occiderit, nec per ignauiam alienis insidit cadaueribus. Nam sittam inire habent exosam, quæ miris artibus aquilæ ova frangere studet. Pugnat & cum ardeolis, quòd hæc auis vnguibus freta, non vereatur eam aliquoties adoriri, adeo dimicans acriter, vt in conflictu emoriatur. Neque verò iam mirum quòd illi parum conuenit cum oloribus, aue numinum poetica: illud mirum ab iis sæpenumero vinci tam pugnacem belluam. Nec admodum gratum esse consuevit poeticum genus malè sibi conscius monarchis, vtpote liberum & loquax, quódque nonnunquam cum Philoxeno in lacumias reduci malit quàm tilere. Nam siquid dolet, id chartis illinunt atris, & regum mysteria ad ipsos etiam posteros euulgant. Nec cum gruibus satis conuenit, opinor ob id quòd illis impendiò placeat democratia, vehementer inuisa monarchis, à quibus tamen ingenio superantur. Etenim quum grues è Cilicia demigrantes montem Taurum aquilis plenum parant transmittere, ingentibus lapidibus, quo vocem cohibeant in os sumptis, noctu tacitè transuolant: atque ita deceptis aquilis tutò trajicunt. Sed peculiaris quædam cum trochilo (nam est id aui nomen) simultas intercedit, non ob aliud (vt autumat magnus ille deambulator) nisi quòd huic quoque regis ac βασιλέως nomẽ tribuitur. idque potissimum apud Latinos. Proinde ceu regni affectatorem extremo persequitur odio, Quanquam non is hostis est cuius vires metuat aquila. Nam trochilus imbecillis est ac fugax: solertia tamen & ingenio præditus, fruticetis & cauis abdit sese, vt quamuis à potentiore facilè capi non possit. Quin olim quum certamen volandi cum aquila suscepisset, vicit astu magis quàm viribus. Denique cum cybindo bellum gerit internecinum: adeo vt sæpenumero cohærentes prendatur. Est autem cybindus nocturnus accipiter. Sed annon egregiè stultus sim si omneis eius hostes percensere pergam, quæ cum nullo non gerit bellum? Atque in reliquis animantium ordinibus, aliis cum aliis partim bellum est, partim amicitia. Multos habet inimicos vulpes, attamen coruum habet amicum, cuius auxiliis aduersus æsalon auem, catulos suos diuexantem adiuuatur. Eidem bene conuenit & cum serpentibus, quum æquè cuniculis gaudeant. Crocodilus hostem habet ischneumonem: sed cum trochilo familiaritas est. adeo vt illi liceat vel in ipsas belluæ fauces impune penetrare. Vni aquilę cum nullo prorsus animante nec amicitia, nec affinitas, nec sodalitas, nec consuetudo, nec fœdus, nec induciæ. Hostis est omnibus, & neminem non habet hostem. Siquidem non potest non omnium esse hostis, qui omnium malo viuit ac saginatur. Proinde sibi conscia, non nidulatur in plano, sed in præruptis & excelsis rupibus, aliquoties & arboribus, sed præaltis: Proinde quum ciconiæ sacræ sint Ægyptiis adeo vt occidisse sit capitale, apud Romanos sacri apseres, miluiis apud Britannos nemo nocet, suibus parcunt Iudæi, nec delphines venabantur antiqui, neque ludere fas erat, sed siquid in venatu peccassent, pauculis modo plagis puerorum more castigabantur. At in Aquilas vbique gentium eadem lex est quæ in lupos, vt præmium sit qui communem omnium hostem occiderit. Ergo nec amat vllum, nec amatur ab vlla animante aquila. Leonem animal tam immane retulisse gratiam hominis de se bene merito, & vitam dedisse, à quo pedis sanitatem acceperat, propè creditum est ab omnibus. Draconem seruasse nutricium suum, & ad agnitam vocem accurrisse, credunt permulti. Quin & aspidem ad mensam cuiusdam quotidie venticare solitam, vbi sensit ab vno catulorum suorum hospitis filium interemptum, eum occidisse, violatique hospitij pœnam & de suo partu sumpsisse, neque præ pudore deinde in eas ædes reuersam, retulit Philarchus. Neque desunt qui credant, scribendum existimauit Demetrius, physicus, recensendum Plinius. Item pantheram ob catulos eductos è fouea, hominem officiosè produxisse, donec egressus solitudines in viam publicam rediisset. Aristophani grammatico puellam Stephanopolidem adamanti rivalis erat elephantus: eamque rem vt omnibus notissimam, & omnium sermone celebratam retulit Plutarchus. Apud eundem draco quispiam perditè amat puellam Ætolidem. Nam Delphinum erga homines amor, erga Arionem seruatum, erga Hesiodum in littus deuectum, & virginem Lesbiam cum amatore seruatam, erga puerum vectum & reuectum officium, propemodum in confesso est. At virginem ab aquila adamatam, nec hi credunt qui credunt omnia. Nam fatale quoddam huius & in homines odium, vel hinc colligas licebit, quòd Prometheo deorum omnium φιλανθρωποτάτῳ addita sit in Caucaso carnifex. Et tamen in tam multis vitiis est quod laudare possis. Minimè bibaces sunt, minimèque falaces, quæ maximè sunt rapaces. Nam quòd Ganymedem rapuit Aquila, Ioui rapuit, non sibi. Ergo quum innumerabiles sint auium species, atque inter has aliæ plumarum opibus ac picturis admirandæ, sicuti pauones: aliæ candore niueo insignes, vt olores: aliæ contrà decenti nigrore lucentes, vt corui: aliæ corporum proceritate præeminentes, veluti struthiones: aliæ fabulosis etiam miraculis celebres, vt phœnix: aliæ fœcunditate commendatæ, vt columbæ: aliæ gratæ lautorum mensis, vt perdices, ac phasides: aliæ loquacitate iucundæ, vt psittacis: aliæ cantu mirabiles, vt luscinię: aliæ fortitudine animi præstantes, vt galli gallinacei: aliæ deliciis hominum natæ, vt passerculi: tamen ex vniuersis, vna aquila viris tam sapientibus idonea visa est quæ regis imaginem repræsentet: nec formosa, nec canora, nec esculenta: At sobria, generosa, perspicax, liberalis, alto, magnóque animo prædita, casta, fortis, velox, bellatrix, solitudinis amans, omnium regina: quæ quum plurimum nocere possit, plus tamen possit, quam velit. & propter regiæ dignitatis celsitudinem nõ struit nidum in planitie, sed in præruptis, & excelsis rupibus, aliquoties & arboribus sed præaltis tanquam in specula quadam senatoria, & sede regia, scilicet regium illud secum agitans:

ἐγὼ δ' ἄλλοτε μὲν μεγάλοι.
πὰ δ' ἔμαθον κορυφὰς βασιλεύοντ'. ἀπὸ δ' ἄλλοτε ἄλλας. &
αἰ χ' ἡμῖν πατρὸς Διὸς βασιλῆος ἀέθλια
ὤλλοι τ' ἀθανάτοισι φάτις εἰ πάντα μεμολπται.

Aquila enim intrepida est, strenua, liberalis, non inuida, modesta etiam, nec petulans, sola ex omni animantium genere incorrupti ortus esse creditur. Cætera in promiscuo coitu generantur ac adulterino. Alunt suos pullos donec potestas volandi fiat, tum nido eos expellunt: post regione quam ipsi genitores incolunt, tota exterminant. tenent enim singula aquilarum paria longum tractum, vnde fit ne vllo pacto vicinos nabere patiantur. Venantur non locis suo nido propinquis, sed longe distantibus. volant sublimes, vt perquã maximè procul aspiciant: tam sublimis volat, vt omnes alias despiciat volucres, & tum indefessa pertinacia, tum robore, pondere, impetu nulla par esse potest. Valet eadem acumine visus, viget ira, & instrumentis venandi, quę sunt vngues & rostrum. Quapropter homines sapientes non modo omnium animantium solam aquilam diuinam esse asserunt, imperiumque cunctarũ auium iure optimo ei deferunt: verum etiam ex vniuersis volucrib. vnam aquilam aptam, & idoneam esse censuerunt, quæ boni Regis imaginem exprimat. nam bonos principes maxime decet singularis quædam

Genium dissidium, cum aquila.

Cum cybindo bellum.

Leo gratum animal.

Draco.

Aspis.

Panthera.

Aquila, symbolum regũ.

Aristoteles de histor. animã. Scaliger exercitat. 231.

animi altitudo, industria, liberalitas, benevolentia, modestia, grauitas, temperantia, & reliquę aquilæ dotes, & propensiones nunquàm vitiosæ, quæ in generosis aquilis relucent. Atqui hoc eodem iudicio leoni mandatum est regnum inter quadrupedes, quo non aliud animal tum generosius, tum excellentius, & clemẽtius.

Canes. Canes cùm ad multa sunt vsui, tum ad hoc præcipuè quòd pro rebus hominum excubias agunt.

Boues. Boues agricolantur: equi & elephanti belligerantur: muli & asini gestandis oneribus sunt vtiles: parasitatur simia.

Draco. Draco vel hoc vtilis nomine, quòd vsum marathri monstrarit ad oculorum aciem acuendam.

Leo. Leoni vero præcipua est generositas, tameh ex feris ei ineſt clementia in supplices, prostratis parcit: & vbi sęuit, in viros potius quàm in fœminas, fremit, in infantes non nisi magna fame: planèque regium animal, quemadmodum & aquila. Quòd videntur perspexisse qui nobiles illos clypeos leonibus quam maximè hiantibus & explicatis ad prædam vnguibus insigniunt. At plus apparet vidisse Pyrrhum, qui sese aquilam vocari gaudebat, quàm Antiochum, qui accipitris cognomine delectabatur. Apum quidem politiam, in qua vni regi non licet gestare aculeum, etiamsi laudatur à multis, pauci tamen imitantur. Sed ad aquilam redeo, cui ob dotes quas commemoraui tam *ἐμπύρους*, ob tam egregia in omne animantium genus merita, senatus populusque poetarum magno consensu decreuit, primùm vt rex omnium, atque etiam *Διὸς*, id est diuinus, appellaretur. Deinde satis honestum inter sydera locum dederunt ac stellulis aliquot insignierunt. Postremo munus inter cœlites honorificum mandarunt, vt solus arma ministret irato Ioui, quibus orbem commouet vniuersum. Quòque id impune possit, illud quoque tribuerunt, vt vna animantium nec metuat fulmen, nec lædatur à fulmine, sed iisdem oculis fulmen emicans obtueatur, quibus aduersum aspicit solem. His addiderunt sapientissimi illi Cascique Romani, vt in legionum suarum vexillis primas teneret aquila, esseque vexillorum ipsorum ceu vexillifera, posthabitis etiam lupis, Romanæ gentis nutriciis, posthabitis Minotauris, & apris, non extremæ rapacitatis belluis, posthabitis denique & equis. Nam his quatuor animantibus insignita vexilla, quondam aquilam sequebantur. Paulo pòst nec comites eos est passa, sed illis in castris relictis, ipsa sola prodibat in prælium. Hanc inquam vnam dignam censuerunt quæ totius orbis monarchæ sceptra, signa, clypeos, domos, vestes, vasa, ministeria deceret, quum tamen vulturum, ni fallor, augurio conditum sit Romanum imperium, non aquilarum. Addidit hoc, augurum collegium, vt si cuius ædibus insederit aquila, aut si pileum in caput alicuius immittat, imperium portendatur. Habes è ducibus alterum nunc ad scarabeum veniam. Est animal (ac vix etiam animal, quippe cui sensus aliquot desint) ex insectorum infima gente, quod infami sane vocabulo Græci *κάνθαρον*, Latini scarabeum appellant, aspectu tetrum, odore tetrius, sonitu teterrimum, alis crustacea vagina obtectis. quin magis totus ipse scarabeus nihil est nisi crustum. Nascitur in excrementis, hoc est animantium stercoribus, in iisdem viuit, versatur, oblectatur, deliciatur. Præcipuum huic studium pilas quam maximè potest ingentes componere, ceu pastillos, non ex odoribus sed stercore, potissimum caprino: nam id illi prorsus amaracinum olet. Eas miro conamine volvit aduersus, pedibus posterioribus quos habet longiores, supernè iniectis, capite in terram prono. Quòd si quando contingat vt aduersus collem aliquem onus protrudant, elapsis subinde pilis, ac deorsum recurrentibus, putes te Sisyphum voluentem saxum videre. Nec defatigantur, nec conquiescunt (tantus operis ardor) donec in antrum suum deuexerint. In his pilis vt ipsi nati sunt, ita fœtus etiam suos educant, & teneros adhuc aduersus hyemis rigorem nidulantes fouent. Equidem scio nulli non esse notum scarabeum, vt qui passim sit obuius: nisi sicubi nulla omnino sunt stercora.

Scarabeorum species. Sed non est eadem omnium species. Etenim sunt quibus nigro quodam virore luceat crusta: plerique tetro nigrore horrent. Sunt nonnulli grandiores, prælongis ac bisulcis armati cornibus, cacumine forcipibus dentato: ea quum visum est, ad morsum contrahunt stringuntque. Sunt item rutili, & iidem prægrandes, qui terram aridam fodiunt, atque illic nidos ponunt. Sunt qui mirifico bombo, formidabilique strepitu prouolent, vt imprudentem non mediocriter territent. Sunt & alia formarum discrimina. Verùm illud commune est omnibus, è stercore ortus, è stercore victus, in stercore vita defunctúmque. Iam opinor futurum vt aliquis Romanis ducibus impense fauens, aquilæ vicem deploret, cui cum tam humili, tamque plebeio hoste res inciderit, aui tam regali: quem vincere gloriosum non sit, à quo vinci turpissimum, & cui abunde multum laudis contingat quòd cum aquila decertarit, etiamsi victus discesserit. Apud poetas pudet Aiacem Vlyssis aduersarij tam imbellis. & aquila cogitur cum scarabeo conflictari? Rursum alius magis etiam demirabitur: vnde huic insecto vilissimo tantum animorum, tantum audaciæ, vt non sit veritum cum aue multo pugnacissima bellum suscipere: tum vnde opes, vires, facultates, auxilia vt tot iam annos bellum ducere potuerit. Verùm si quis hunc explicet *Scarabæum.* Silenum, & contemptum hoc animalculum propius ac veluti domi contempletur, tam multas in eo dotes haud vulgares animaduertet, vt omnibus diligenter perspectis, propemodum scarabeum se malit esse quàm aquilam. Ne verò mihi reclamet & obturbet quispiam prius atque rem cognouerit. Primùm in hoc aquilæ præstat etiam scarabeus, quòd senectam quotannis exuit, ac subinde repubescit. Deinde in tantulo corpore quantum animi robur, quàm heroica mentis vis, quantus ad inuadendum impetus: vt nihil iam sit ad scarabeum Homerica musca. Nam hinc, ni fallor, quibusdam scarabeis nomen etiam inditum, vt tauri *Scarabei tauri.* dicantur. At cum tauris nec leones temere congrediuntur, tantum abest vt id faciant aquilæ. Iam verò nec ingenium vulgare: nisi quis sine causa vel natum olim, vel vbique celebratum existimet Græcum illud prouerbium. *κακὸς βοιὸς κάνθαρος*, quo nimirum singularis quædam & incomparabilis tribui videtur sapientia. Neque mea refert si quis cauilletur eum parum bene habitare, in domicilio defor mi. Quanquam quod ad corporis quoque formam attinet, absit modo vulgaris & iudicium occupans imaginatio, non est quod contemni possit scarabeus. Etenim si verè proditum est à philosophis, eam figuram quam vocant sphæricam, non modo pulcherrimam esse, verumetiam modis omnibus optimam: nec aliam magis demiurgo, illi placuisse qui cælum hoc, tem omnium multo pulcherrimam fabricaretur: cur non & formosus videatur scarabeus, qui ad huius speciem longe propius accedit quàm aquila? Denique si equus in suo genere formosus est, si canis in suo: qui minus in suo placeat scarabeus? Nam omnes omnium formas nostra metimur: vt quicquid ad hominis formam non accesserit, id continuo deforme iudicetur. Nam colorem scarabei nemo, puto, calumniabitur, vt qui gemmas etiam nonnullas commendet. Porrò quòd animantium excrementis ad suam commoditatem abutitur, ingenij laus est, non crimen. Quasi vero non idem faciant medici, qui cum multorum animantium tum hominis etiam excrementa non illinunt solum, verùm in potione ministrant in morbis. Nec pudet alcumistas, viros plane diuinos: ad quintam illam essentiam eliciendam, vti fimo: nec agricolas (quo quidem hominum genere nullum fuit olim honoratius) stercoribus arua saginare. Sunt & populi quibus ad incrustandos domiciliorum parietes, fimus pro gypso est. Eodem contuso & ad solem exiccato, ad ignis alimentum vtuntur, lignorum vice. Cypry boues suos humano stercore saginant: nec saginant tantum, sed etiam medentur. Sed illi, inquis, res tam putida bene olet. Stultum verò sit natum hominis in scarabeo desiderare. siquidem id homini peculiare, odore sui fimi offendi: nec idem accidit in vllo cæterorum animantium. Fœlicior itaque nobis scarabeus, non immundior. Quanquam homines quoque non tam res offendit, quàm opinio, nam priscis illis mortalibus res ipsa non perinde atque nobis visa est abominanda, quam auspicatissimo vocabulo lætamen appellarunt. Nec dubitarunt Saturno Deo Sterculei cognomen addere: nimirum honoris causa, si quidem Macrobio credimus. Nam prodidit Plinius, Stercuto Fauni filio hinc non nomen solum verumetiam immortalitatem contigisse in Italia. Porrò in Græcia res eadem duobus regibus summam peperit gloriam, Augeæ qui excogitarit, Herculi qui diuulgarit. Denique nunquam abolebitur regij fœnis memoria, quem Homerus, vt in Catone tradit Cicero, manibus suis lætificantem agros, nec alia re quàm qua delectatur scarabeus, posteritati consecrauit. Imperatorem Romanum

Plinius 8. c. 26

Scarabei natura.

Excrementorum commoditas.

Alcumistæ.

Sterculeus.

nihil

nihil offendebat lotij putor cum emolumento coniunctus: cur scarabeum à tantis commoditatibus tam leue deterreat incommodum? vt iam demus incommodum esse. Denique quum videamus scarabeum in stercore purum esse, semperque crusta nitida: contrà aquilam etiam in aere putere: quæso vter altero mundior? Equidem hinc etiam nomen inditum arbitror, vt καθαρὸς veluti καθαρσίος sit appellatus, nisi fiquis malit à Centauris dictum Cantarum. Nam, (ne putes scarabeum ob naturam sordidam à lautitiis abhorrere) idem rosis impensissime delectatur, easque vnice appetit, si quidem Plinio credimus. Quòd si quis forte dotes has leues ac vulgares existimet, illud certè nemo non fatebitur magnificum, & ingenti crista dignum, quòd antiquitus inter sacras imagines, & in vitum mysteriis cum primis habitus est scarabeus egregij bellatoris aptissimum symbolum. Siquidem, vt refert Plutarchus in commentario de Iside & Osiride, in hieroglyphicis Ægyptiorum picturis, regis simulachrum erat oculus, addito sceptro: quo videlicet vigilantia, cum recta iustáque rerum administratione coniuncta, significabatur. Nam illis, opinor, temporibus adhuc eiusmodi reges erant multum aquilæ dissimiles. At Thebis aiebant imagines quasdam fuisse repositas, quæ manibus carerent: ex iudices repræsentabant, quos oportet ab omni munerum corruptela quàm maximè seiunctos esse, atque inter has vnam oculis quoque carentem, quæ iudicij præfidem adumbrabat: quod hunc oporteat omni prorsus affectu vacare, tantúmque rem ipsam spectare, personam non respicere. Aderat non corchorus inter olera (quod prouerbio dicunt) sed inter sacras imagines scarabeus, sigillo inscalptus. Et quid tādem per hoc nouum symbolum nobis innuebant sapientissimi theologi? Rem videlicet haudquaquam vulgarem, nempe belli ducem egregium & inuictum. Nam hoc quoque Plutarchus indicat: nequis hic à me conflictū existimet, quemadmodum allegoriis aliquoties comminisci solent indocti theologi. At dixerit imperitior aliquis, Quid scarabeo cum duce belli? Permulta sanè congruunt. Principio vides vt totus armis luceat scarabeus, nullāque pars corporis sit non diligenter cruftis ac laminis communita: vt non melius armatus videatur Mauors Homericus quum illum maximè tua instruit panoplia. Adde nunc militarem assultum, cum horrendo ac Panico bombo, cantúque vere militari. Quid enim insuauius classicorum sonitu? quid αμμωνίας, tympanorum strepitu? Nam tubarum vocem, qua nunc reges tantopere delectantur, olim Busiridæ non ferebant, quòd asino rudenti videretur adsimilis: ac ei genti inter abominanda habebatur asinus. Adde laboris in voluendis oneribus patientiam, inuictum animi robur, ac vitæ contemptum. Ad hæc negant in scarabeorum genere fœminam inueniri, sed omnes esse mares. Quæso quid magis congruere potest in fortem imperatorem? Quin & illud ad rem apte quadrat, vt item indicat Plutarchus, quòd in delicatis illis pilis de quibus dictum est, fœtus suos edunt, fouent, aluntque, educant: nec alius est locus nascēdi quàm cibi. Verum hoc mysterij mihi non facile sit interpretari. Rectius exponent imperatorij milites, qui norunt quid sit ὑπὸ κοπίδι ξυζεσθαι, qui norunt χειμῶνας, quum in obsidione nudi duras hyemes, duriorem famem tæpenumero pertulerunt: qui vitam ægram non iam herbarum radicibus, sed fœdo victu produxerunt, quemenies aliquot in nauibus exegerunt. Siquis huius vitæ sordes perpendat, mundus erit scarabeus: si quis miseriam, est quod scarabeo inuideat. At hæc est laudatissimorum imperatorum sors & conditio: nequis forte contemnat. Sed illud obiter demirari libet, quid acciderit nostris pyrgopolinicis, vt in suis insignibus, in quibus totam nobilitatem sitam esse putant, pardos malint, aut leones, aut canes, aut dracones, aut lupos, aut aliud animal, quod vel casus obiecit, vel ipsi adoptarunt sibi: quum proprium illorum symbolum sit scarabeus: atque id quidem cùm accommodatissimum, tum verò ab ipsa antiquitate, quæ nobilitatis vnica parens est, comprobatum, dicatumque. Denique non vsquequaque contemnendum existimabit scarabeum, quisquis secum reputarit, magos ac medicos maximis hominum malis ab hoc animante remedia petere. Siquidem cornua lucanorum (sic enim appellant hoc genus) non modo gestantur in crumena, verumetiam de collo suspenduntur: nonnunquam & auro inclusa, aduersus omnes infantium morbos. Quid quòd in efficacissimis virúque credendis remediis, ni Plinius author esset, parem cum aquila vim obtinebit scarabeus: Siquidem ὁ ἱερὸς ἀνθρωπος scarabeus smaragdo gemmę insculptus: nec enim ex alio ligno fingitur Mercurius, iuxta prouerbium, nec quauuis gemmam se dignatur scarabeus, sed smaragdo gemmarum omnium nitidissima expressus, vt dixi, si de collo suspendatur (at non nisi cynocephali capillis, aut certè plumis hirundinis) aduersus omnia veneficia præsentaneum adfert remedium: nec omnino minus efficax quàm moly, quòd Vlyssi quondam dedit Mercurius. Idem capitis grauedinem auertit, non mediocre per Iouem malum, præsertim potoribus. In his igitur tam mirandis remedijs, sapientes illi magi nullum faciunt discrimen inter aquilam & scarabeum. Proinde quis ipsum scarabeum despiciat, cuius & imago lapillis insculpta tantam habet vim? Admonet me gemmarum mentio, vt illud etiam adiiciam, siquid aquila sibi placet cognomine gemma aetite, nec hac laudis portione cedere scarabeum. Nam huic quoque nomen debet cantharias, totam animantis speciem mire referens, vt non effigiem expressam, sed viuum ac verum scarabeum intra gemmam conditum dicas. Postremò, siquid hoc ad rem pertinet, non paucioribus adagiis nobilitatus est ille simo prognatus scarabeus, quam rex auium aquila. Nam siquis aquilæ factioni studens, neget hac parte cum ea conferendum esse scarabeum, quòd olim apud Thebanos crassos homines inter numina habebatur, non admodum refragabor: modò meminerit hoc honoris aquilæ cum crocodilis & cercopithecis, denique & cum cepis ac ventris crepitu esse commune. quandoquidem apud Ægyptios hæc omnia portenta diuinos honores inuenerunt. Et si quo calculo dignum est in hac collatione numinis inane vocabulum non defuerunt qui scarabeo quoque tribuerint diuinitatem. Verumque ducem vtcunque depinximus. Superest iam vt tam atroris belli causas reperamus. Olim in Ætna monte leporem quempiam insectabatur aquila, iamque contractis vnguibus prædæ sic imminebat, vt afflatu propemodum exanimaret animal & alioqui timidum, ad proximum scarabei cauum velut ad asylum confugerit. Quandoquidem in rebus desperatis, extremóque discrimine, præsidium vndelibet & petitur & speratur. Erat autem is scarabeus, quemadmodum inquit Homerus, νέῳ τι μέγᾳ τι. Nam in eo monte, scarabeorum natio fœlicissimæ sobolis esse perhibetur, adeo vt hinc ἐπιτραγῳδούμενος prouerbio sit nobilitatus, videlicet ob insignem corporis magnitudinem. Ad huius igitur antrum confugiens lepus, suppliex ad eius genua se prouoluit, obsecrans atque obtestans vt ipsius penates sibi vitæ præsidio sint aduersus hostem immitissimum. Iam primum hoc ipso tibi nonnihil placebat scarabeus, quòd existisset qui ipsi suam vitam debere vellet, quique rem tantam à se præstari posse crederet: denique cui suum antrum (quod omnes homines obturatis naribus execrantes prætetire solent) idoneum videretur ad quod salutis causa, velut ad sacram aram aut principis statuam confugeret. Confestim igitur prouolat obuiam aquilæ scarabeus, & huiusmodi dictis furentem lenire conatur: Quo maior est tua potestas, hoc magis conuenit te parcere innoxus. Noli lares meos innocentis animantis interitu funestos reddere. Sic tibi tuus nidus semper ab huiusmodi calamitate sit immunis. Generosi regisque animi est dare veniam & indignis. Prosit nihil commerito dominij reuerentia, quod cuique tutum & inuiolatum esse vult æquitas, iubent leges, approbat consuetudo: prosit deprecantis, si non authoritas, certe studium. Quòd si genus nostrum & scarabeia despicis arma, At sperato deos memores fandi atque nefandi. Si nihil te mouent penetralium violatorum vices, in tuum caput aliquando rediturę, certè Iouem maximum reuereare, quem in vno fœdo ter offendes. Meus est hic hospes, offendes ξένιον: meus est suppliex, & ipse pro illo tibi, σοί. denique pro amico deprecor amicus, offendes φίλον. Scis violabis ἰσόν quam certas iras concipere soleat iratus Iupiter, quàm acriter vindicet lacessitus, cui ſæuienti ministras arma. Nec omnia permittit Iuis, nec omnia condonat affectibus. Sed plura parantem dicere scarabeum, aquila vexatum alis, contemptim in terram præcipitat. Leporem fruitra supplicē, sub oculis scarabei crudelissime iugulat laniarque. laniatum in immitem nidum deportat. neque vel

Regum Ægyptiorum simulacrum.

Thebanorum iudicum imago.

Omnes scarabei mares.

Insignia primorum.

† *scarabei remedia.*

Actites gemma.

Scarabei diuinitas.

tantillum valuerunt apud eam nec preces nec minę scarabei: quem tamen haud aspernata fuisset, si quantum audaciæ viribusque pollet, tantundem polleret prudentiæ: aut si in mentem veniisset, olim leonem in extremo vitæ discrimine, à mure seruatum fuisse: & omnium quadrupedum tyranno quod diij vix dare poterant, id à tam infimo contemptóque animalculo per occasionem datum esse. Si cogitasset, formicam beneficio prouocatam, columbę vitam dedisse, admorso aucupis calcaneo. adeo nullus est tam humilis, tam abiectæ sortis, qui non possit per occasionem & prodesse amicus, & nocere inimicus, vel potentissimo. Verùm id temporis nihil horum succurrebat aquilæ: tantum præsenti præda potitur fruitúrque. Ea contumelia discedit altius in pectus magnanimi scarabei, quam quisquam credidisset. Stimulabat excelsum ac tyrannicum animum hinc pudor, quòd in causa tam æqua, parum sua valuisset authoritas: hinc misericordia, quòd innoxium animal & imbelle tam immaniter esset laniatum: hinc dolor: quòd ab aquila tam ferociter, atque id tam impune contemptus esset, haudquaquam (vt ipsi videbatur) contemnendus. siquidem nulla sua lenis est authoritas. Iam succurrebat & illud, fore vt vniuersum scarabeorum genus in contemptum veniret, si semel id factum aquilæ cessisset impune. Ac tum quidem temporis, quòd ira vlciscendi facultas non erat, omnino regium quiddam exhibuit scarabeus, nempe hoc ipsum quod de Agamemnone cæteríque regibus dixit Calchas.

Vindicta scarabei, in aquilam.

Εἶπερ γὰρ τὸ χόλον γε χολὴ αὐτίκα καταπέψῃ,
Ἀλλά γε μενεαίνει ἔχ᾽ αἶνον, ὄφρα τίσῃσι
Ἐν στήθεσσι ἑοῖσι.

Omnes igitur artes, omnes dolos in pectus aduocat. Nec vulgarem molitur pœnam, internecionem, ac planè παναθρίαν in animo voluit. At cum ipsa quidem aquila hoste tam bellaci Martem experiri non satis tutum esse ducebat: non solùm ob id quòd copijs esset inferior, verumetiam quòd Mars stupidus deus ac vecors, nec minus cæcus quàm ipse Plutus aut Cupido, plerunque faueat causæ deteriori. Quòd si maximè par viribus fuisset, si fœlicius pugnarent hi quorum melior esset causa, tamen esse videbat in quo grauius excruciaret aquilam, & odium suum pleniore vindicta satiaret, si posteritate sublata, viuam etiam & sentientem aquilam longa morte exanimaret. Nulla in re grauius discruciantur parentes quàm in liberis: adeo vt qui sui corporis ærumnas negligunt cruciatus, filiorũ tormenta non ferant. Viderat asinos per ignes obiectos, miro vitæ contemptu, pullis suis succurrere: viderat exempla huius animi in animantibus permultis. Existimabat ab his communibus affectibus non esse alienam aquilam. Denique suo generi tutius esse iudicabat si inimicum tam pertinacem ab ipsa, quod aiunt, stirpe perdidisset. Audierat, opinor, celebratum illud prouerbium,

Νίπτῳ ὀνὶ πατέρα κτείνας, παῖδας καθαίνει.

Titillabat & blanda quædam spes, si facinus succesisset, futurum vt profligata aquilæ, ipse regno potiretur. Atque vt dolor non solùm sortes facit & intrepidos, verumetiam sagaces, diligenter explorat quo loco spem suæ posteritatis hostis recondidisset. Quo pernestigato, Vulcanum adit, quicum illi nonnulla familiaritas est ob coloris similitudinem. Exorat vt arma sibi cudat, quæ neque sint onerosa volanti, & tamen aduersus mediocrem vim tueantur. Armat à summo vertice ad imum vsque calcaneum Vulcanus scarabeum his armis quibus adhuc vtitur: nam antea muscarum more inermis erat. Nidus erat procul illinc semotus, in excelso præruptóque scopulo, multa sarmentorum ac stipularum vi congestus & communitus. Huc mihi protinus egregius scarabeus aduolaritne an adrepserit, parum liquet, certe peruenit. Sunt qui dicant tum quum pennis aquilæ ferretur, adhærentem clanculum ab insciente aquila in nidum deportatum esse. Et quòd nec homines (quibus non est aliud animal insidiosius, nec ad nocendum ingeniosius) peruenire potuissent, eò penetrauit scarabeus. Inter stipulas in insidiis abdit sese, ac tempus nactus idoneum, aquilæ oua protulit è nido, aliud post aliud, donec nullum reliquum faceret. Ea delapsa, comminuta sunt, ipsi pulli informes adhuc miserabiliter in sam elisi, prius orbati vita sunt quàm vitæ sensum accepissent: nec hac tam atroci pœna contentus fuit scarabei dolor. Est gemma cum primis nobilis, quam ab aquilæ nomine

Arma scarabei.

Aquilæ oua elisa, à scarabeo.

Græci vocant aetiten: non dissimilis est ouo, sexu quoque discriminatur. nam in fœmina fœtum inclusum inuenias, pulli propemodum specie. Mira vis ad eliciendum partum, quamobrem hodiéque parturientibus admouetur quo partum acceleret. Huius itaque generis par aquila solet in nido suo ponere, alioquin nunquam positura oua, aut certè non exclusura pullos. Tantum etiam thesaurum deiicit è nido scarabeus, quo pariendi facultatem in posterum eripiat: lapides acutis excepti saxis imitatim dissiliere. Ne hæc quidem adhuc satis visa sunt iræ scarabei, leuem calamitatem putat, nisi dolore quoque ac lamentis hostis frueretur: itaque rursum abdit se penitus in stipulis. Redit aquila, nouam sui generis cladem conspicatur, videt sua viscera frustulatim discerpta, videt nobilis gemmæ non æstimabilem iacturam: queritur, clangit, fremit, stridet, ciulat, obtestatur eos, ac suis illis oculis (quos iam dolor etiam acuebat) hostem tam potentem circunspectat. Atque omnia potius in mentem veniunt reputanti, quàm scarabeus ille contemptus. Dira minatur, dira precatur ei quisquis tantæ calamitatis fuisset author. Quantam interea voluptatem animo persensisse credis scarabeum dum hæc audit? Quid faciat misera? rursum in fortunatas insulas illi denolandum fuit: neque enim aliunde importatur *ἀετίτης*. alterum par inueniendum: nidus in locum multo semotiorem editiorémque transfertur. Rursus oua ponit, & hac nihilo secius ignotus hostis penetrat: populatur omnia, totam superiorem renouat tragœdiam. Rursum hinc in tutiorem arcem demigrat aquila: alia deponit oua, alios admittet æstus. Rursum adest scarabeus. Nec modus nec finis fugiendi atque insequendi, donec delassata tot cladibus ales constituit sacram mouere aucoram, ac suis diffisa viribus ad deorum præsidia confugere. Iouem adit, exponit calamitatis suæ tragœdiam, hostem tam potentem, cúmque, quod esset grauissimum, ignotum: vt tanta passę facultas etiam vlciscendi eriperetur. Addit, hanc suam perniciem ad ipsum quoque Iouem pertinere: perturum imperii munus quod ille donasset, mutandum armigerum, si quemadmodum instituit hostis, pergeret esse nonnihil assuetis ac notis vti ministerijs: etiamsi nouitas in sufficto Ganymede fœliciter succesisset. Mouet Iouem satellitis sui periculum, præsertim quum recens rapti Ganymedis officium hæreret animo. Iubet, si videatur, in suo ipsius sinu deponat ouа: aut illic, aut nusquam omnino in tuto futura. Paret ales, ac in summi Iouis sinu extremam gentis suæ spem deponit, multum obtestata, per fœlicissima illa ouа quæ quondam illi Leda peperisset, vt sua bona fide tueretur. Quid non efficit pertinax animi dolor? (vereor ne curtes supra veri fidem esse videatur) ad ipsam summi Iouis arcem inuictus tubuolat scarabeus, haud scio an numinis alicuius fauore adiutus, pastillum in hunc vsum è stercoribus paratum in sinum illius demittit. Iupiter, vt est sordium insolens (quippe in puriſsima mundi parte habitans, & à terreno contagio longissimo remotus internallo) dum offensus teterrimo odore, simum è sinu studet excutere, ouа aquilæ deiicit imprudens, quæ videlicet ex alto delapsa perierunt, & priusquam terram contingerent. Atque ita tandem cognitus est ille tot cladium artifex: & hoc ipsum voluptatis cumulum addidit scarabeo. iuuit agnosci. Contrà aquilæ (nam rem gestam ex ipso didicit Ioue) non mediocre doloris pondus adiecit tam contemptus suæ calamitatis author. Quandoquidem est & hoc nonnullum mali solatium, siquis à magno superetur hoste. Hinc velut de integro dirum inter eos coortum bellum: aquila pro viribus vbicunque conspectam scarabeorum gentem vexat, rapit, proterit, perdit. Vicissim scarabeus in aquilæ perniciem neruos intendit vniuersos. Itaque prædandi, insidiandi, iugulandi nec mora, nec requies, nec vllus omnino finis futurus videbatur, nisi vtraque gente pariter sublata funditus: vt Cadmeam victoriam diceres: adeo gladiatorijs animis vterque in alterum affectabat viam. Nec vinci poterat aquila, neque cedere nouit scarabeus. Tandem Iupiter in tantis rerum periculis succurrendum putat, conatur priuatim inter eos rem componere. quo magis conatur, hoc magis horum increscit odium, gliscunt iræ, feruescunt pugnæ. Et ille erat quidem haud dubiè propensior in aquilæ partem: sed è diuerso mouebat exemplum longè perniciosissimum, si cui licuisset impune *ἱκέτου, φίλου* aut *ξένου* contemnere. Proinde facit

Aquilæ supplex tum.

A magno sæpe vari hoste, magnum mali solatium.

quod

quod in extremo rerum discrimine solet, deos in concilium aduocat: pauca præloquutus, rem, vt est gesta, proponit. Præconio Mercurij fit dicendi potestas, rogantur ac dicuntur sententiæ. Variatum est studiis: dij contemptiores ferè fauebant scarabeo, ex maximis etiam Iuno vehementer huic studebat, nimirum odio Ganymedis, aquilæ rebus infensa. Tandem in hoc senatusconsultum pedibus itum est, quod arguta voce pronunciauit Mercurius, Vulcanus in ea incidit: vti bellum æternum scarabeus & aquila suo gerant arbitratu. quod cuique acciderit incommodi, ob id in ius vocare non liceat, bello impetetur. quod quisque rapuerit, id iure belli possessorum: tantum, non placere diis internecionem vllius gentis. Proinde triginta dies, per quos incubat aquila, temperetur à manibus, sexuentur inducix: nec fas sit scarabeis per id tempus in publicum prodire, ne videlicet ad inediam ac fouendi laborem, belli quoque tædium accederet aquilæ. Addidit illud ex suo studio Iupiter, idque reclamantibus nonnullis, Æquum est, inquit, ex tam immensis terræ spatiis vel exiguum angulum, velut asylum, superesse meo satelliti, quo tutus sit à scarabeorum incursu. Neque vero nouum exemplum induco: sunt loca quæ lupum nesciunt; sunt in quæ non immigrent venenæ, sunt in quibus non viuant talpæ: metuebor & ipse in Thracia iugerum aliquot spatium apud Olynthum, in quod si quocunque modo prodens, imprudens, volens, nolens pedem intulerit scarabeus, capitalis esto: nec fas sit exire semel ingressio, verùm inibi torqueat sese donec emoriatur. Loco nomen tribuitur Cantharolethrus, vt vel ipso monitus vocabulo sciat scarabeus actum fore de se, si contra nostrum senatusconsultum non vereatur in eum locum irrumpere. Rhodo exulat aquilæne cui videatur inhumanum Olyntho excludi scarabeum.

Sic ait, & totum nutu tremefecit Olympum.

Adfremebat omnis deorum consessus. Valet in hodiernum vsque diem senatusconsultum, semperque valebit: scarabeis & aquilis durat exitiale bellum: per eos dies per quos incubat aquila, nusquam apparent scarabeorum filij. locum enim eum quem designauit Iupiter, summo studio vitant: quòd si quis importet, protinus examinatur. Eiúsque rei, si quis forte requirat testimonium perhibet Homerus libri vndecimi cap. 18. atque hoc quoque grauior author Plutarchus, in commentario De animi tranquillitate. Sed iamdudum, sat scio, sic tecum cogitas optime lector, Quid illi venit in mentem, vt tantum nugarum de nihilo nobis effutiat? ac non quidem elephantum è musca, quòd aiunt, sed è scarabeo gigantem reddat? Quasi verò parum negocij sit tot adagiorum Chiliadas euoluere, nisi fabulis insuper tam verbosis nos enecet. Dicam equidem, Vt est sua cuique sententia, sunt quibus in explicandis adagiis inops videor ac ieiunus. existimant enim id demum esse magnificum si quis volumen in immensum extendat. Illis nimirum libuit ostendere, me in cæteris data opera breuiorem esse: alioqui non defuturum fuisse quo rem locupletarem, si ostentandæ copiæ, quàm iuuandi lectoris studere maluissem. Sed, vt ad prouerbiorum negocium redeamus: meminit huius fabulæ Comicus Aristophanes ὁ ἐφέσιος, his quidem verbis,

Ἐν τῶν Αἰσώπου λόγων ἐλπομένη
Μονῳ πτηνῶν εἰς θεοὺς ἀφίκεσθαι.
Ἀνὴρ ὁ θεὸς μοῦνον, ὦ πάτερ, πάτερ,
Ὅπως κἀκεῖσε ζῷον ἐλθὸν εἰς θεοὺς.
Ἦλθον κατ' ἔχθραν αἰετῷ πολλὰ πατῶ,
Ὡς ἀπωλόμην, κἀγένετ' ἐμοὶ μέγα κακόν. id est,

In fabula id est repertum Æsopica,
Aduse deos vnicum è volucribus.
Haud credibilem an fabulam, pater, pater,
Adisse deos animal obscœnum atque olens.
Peruenit olim tandem, ob simultatem asperam
Quæ illi fuit cum aquila, ova volucris illius,
Et expetens pœnas ab hoste matuas.

Admonet autem apologus, non esse cuiquam contemnendum hostem, quanuis infima fortuna. Sunt enim homunculi quidam, infimæ quidem sortis, sed tamen malitiosi, non minus atri quàm scarabei, neque minus putidi, neque minus abiecti: qui tamen pertinaci quadam ingenij malitia, quum nulli omnino mortalium prodesse possint, magnis etiam sæpenumero viris facessant negocium. Terrent nigrore, obstrepunt stridore, obturbant fœtore, circumuolitant, hærent, insidiantur, vt non paulo satius sit cum magnis aliquando viris simultatem suscipere, quàm hos lacessere scarabeos: quos pudeat etiam vicisse, quoque nec exuere possis, neque conflictari cum illis queas, nisi dedecoris contaminatio.

Contemptorum, & vilis hominum natura.

Timidus Plutus. 2

Δειλὸς ὁ πλοῦτος, id est, Timidus Plutus. Huiusmodi enim & Aristophanes inducit Plutum, atque hanc imitatus Lucianus in Timone, omnia formidantem, nulliq; fidentem. Neque verò dissimilem animi habitum opes adferunt diuitibus, quum contra pauperes secura in vtranque dormiat aurem. Aristophanes vulgò iactatam indicat opulentiæ timiditatem, quum ait,

—ἀλλ' ἅπαντ' ἀνὴρ πλούσιος
Δειλόν φασιν εἶναι τὸν πλοῦτον. id est,
—quia id omnes dicitant,
Timidissimum quiddam esse diuitiæ.

Interpres admonet, Comicum allusisse ad illud Euripidis,

Δειλὸν δ' ὁ πλοῦτος ἐν φιλάγροις κτεάνοις. id est,
Res cupida vitæ sunt opes, paudum malum.

Id ideo dictum est, quòd diuitibus multi tendunt insidias: nempe latrones, hæredipetæ, principes, sycophantæ, nonnunquam & vxor & liberi. Quam ob causam addidit Euripides φιλάγροις κτεάνοις, vel quòd ob diuitias magis illis libeat viuere, quàm his qui tenui sunt fortuna: vel quòd ob eas sæpenumero de vita solliciti sunt. Id eleganter explicans Iuuenalis,

Qui diuitibus insidias struant.

Pauca licet, inquit, portes argenti vascula puri,
Nocte ter ingressus, gladium contumque timebis,
Et motæ ad lunam trepidabis arundinis vmbram:
Cantabit vacuus coram latrone viator.

In summa, in omni negocio formidolosior est diues quàm pauper. Cautius munit ædes furum metu. Metuit tempestates, propter frumenta quæ habet in agris: propter merces quas habet in mari: metuit amicos, ne quid rogantibus donare cogatur: metuit inimicos, ne quid noceant. Timidius consultatur, metu multæ. Omnia circumspectius & facit & dicit, metu calumniæ: quæ potissimum diuitibus strui solet: quippe quibus est quod auferri possit. Si bellum immineat, diues in primis discruciatur. Denique nec superstitione vacat, ne quod numen parum amicum, damnum immittat.

Panicus casus. 3

Πανικὸν veteres vocabant subitum animorum tumultum, sed inanem. Veteres enim existimabant Panem deum repentinos terrores & animi consternationes immittere, lymphaticis humoribus, vsque adeo impotentes, vt non ratione modò, verum & mente careant. Sicuti non raro vsu venit quum in exercitu, nulla comparente idonea causa, viri pariter atque equi perturbantur. Cuius rei meminit & Euripides in Rheso,

De inani terrore.

Ἀλλ' ἢ κρότου τινὸς δόμοις μάστιγι φοβῇ.

Verba sunt Hectoris ad custodes nuntiantes, nouum tumultum in castris ortum, atque is motum Panicum esse respondet. Pindarus in Nemeis ita scripsit non oportere fortibus viris vitio vertere si fugiant in huiusmodi tumultu,

Ἐν γὰρ δαιμονίοις φόβοις φεύγοντι καὶ παῖδας θεῶν. id est, Κύκλωψ.
In diuinis terroribus fugiant & pij deorum. δαιμονίους φόβους appellans τοὺς πανικούς. Narratur idem deus conchā illam tortilem ac turbinatam, quæ Græce κύκλωψ, id est, testudo, dicitur, primus reperisse, eáque pertonans olim Titanas, contra quos bellabat, in fugam egisse. Pausanias in Phocaicis, Ἐν δὲ τῷ τυκτῷ φησὶν εἶναι τοῖς πᾶσιν πανικόν. τὸ γὰρ κοινὸν αἰτίας ἀδήλου δεῖμα ἐς πάντας φασὶ γίνεσθαι. id est, Cæterum noctu irruit in eos pauor panicus: si quidem terrores nulla de causa exortos, aiunt ab hoc immitti. Hac de re copiosius dixerit, citatis aliorum etiam Græcorum testimoniis, Angelus Politianus in Miscellaneorum annotatione vigesimaoctaua. Hoc adagij subinde refertur a Cicerone in epistolis ad Atticum: Ego, inquit, bellum fœdissimum futurum puto, nisi qui, vt tu scis, panicus casus extiterit. Rursum alibi, De Ventidio, πανικὸν ferunt. Item alibi, Rumorem adferunt magnum, Romæ dum ad Antonium frumentum omne portari πανικὸν certe. Item alibi, Interim (scis enim quædam πανικὰ dici, item πάντα τὰ πανικὰ) rumore aduentus nostri, & Cassio, qui Antiochiæ tenebatur, animus accessit, & Parthis timor iniectus est. Idem ad Tyronem. Etsi Atticus nolter, qui

me quondam moueri μωμῶς intellexit, idem semper putat: nec videt quibus præsidiis philosophiæ septus sim. Et hercle quòd timidus est ipse, δεισιδαιμονῶ (id est, tumultum ciet) & panicis mouetur. Huc allusisse puto & Apuleium in Asino suo, quum Psychæ ad mortem spontaneam properanti Panem obuium facit.

Nihil minus expedit quàm agrum optime colere. 4

Vitiosum, quicquid nimium.

Apud priscos adagionis instar fuisse Plinius testatur lib. 18. cap. 6. Temerarium, inquit, videatur vnam vocem antiquorum potuisse, & fortassis incredibile penitus existiment, nihil minus expedire, quam agrum optime colere. L. Tatius Rufus infima natalium humilitate, consulatum militaris industria meritus: antiquæ alias parsimoniæ circiter mille iugos (siue, quæ lectio quibusdam magis arridet, sestertium) liberalitate diui Augusti congestum, vique ad detractionem hæredis exhausit, agros in Piceno coemendo, colendoque in gloriam. Internicionem ergo famémque centemus? Imò hercle iudico modum rerum omnium vtilissimum. Bene colere necessarium est: optime damnosum. Hactenus Plinius. Huc & Terentius alluxit quum ait in Phormione, Nostrapte culpa facimus vt malos expediat esse, dum nimium dici nos bonos studemus & benignos. Item illud Horatianum, in Arte poetic.

In vitium ducit culpæ fuga, si caret arte.

Denique prouerbium Hebræorum, admonens, Ne quis nimium sit iustus.

Citius quàm asparagi coquuntur. 5

De nimia celeritate.

Velocius quàm asparagi coquuntur, De re vehementer properata. Sunt quædam figuræ prouerbiales, quæ Octauio Augusto peculiariter arriserunt: inter quas hæc quoque refertur, à Tranquillo, quum scribit eum ad explorandum festinatæ rei velocitatem solere dicere, Velocius quàm asparagi coquantur. Idque identidem in literis vsurpat. Est autem asparagus herbæ genus spinosum, & in medicinam vtile, & in cibos gratum: cuius summa priuiquam dulcescant, leuiter coquûntur, tantûm vt cruditas absit. Dicitur autem asparagus, quòd qui sunt in his præcipui, non seruntur, vt Athenæus dicit. Docti quidem admonent, simile quiddam dici de salsamentis, Citius quàm salsamenta coquantur: eo quòd quidam pisces sale conditi, aut fumo ventove durati, crudi quoque comedantur, aut leuissime cocti. Quanquam hoc prouerbium apud Athenæum vnde citant, nondum repert. Confine illi quod alibi dicitur,

Aphya ad ignem.

ἄφυα ἐς πῦρ, Aphya ad ignem.

Amictiæ personam detrahere. 6

Τὸ περιστεῖλαι ἀφελεῖν τὰ ῥάκια, id est, Amictiæ personâ detrahere dicimus, qui aperte quæ sentimus animo, tú facimus, tú loquimur apud amicos, & quicquid in pectore clausum est, id prò nobis ferimus. Vultus enim ab animo discrepans, persona verius est quàm vultus. Et elegantèr à Seneca dictum est in Cæsarem, vt personam malit quàm faciem: id est, vt videri malit quam esse. M. Tullius Tusculanarum quæstionum quinto scribit Epicurum tantummodo personam induisse philosophi. Martialis,

Mentiris iuuenem tinctis Lentine capillis,
Tam subito cornus qui modò, ἔγραος eras.
Non omnes fallis, sed te Proserpina canum,
Personam capiti detrahet illa tuo.

Neque semper tamen persona sonat in malam partem. Etenim quum scribit M. Tullius in Officiis, Ponit enim personam amici, quum induit iudicis: non significat fictum amicum aut fictum iudicem. Est autem traductum à personis histrionum.

Vtere curru, de asino nihil laborans. 7

Χρῶ τῷ σῷ ἁμάξῃ, πρὸς δ' ὄνον οὐδὲν μέλει. id est,
Vtere plaustris tuis, asinóque ne curauero.

Versus est trochaicus tetrameter. Hoc prouerbio monebant, vt suarum quisque rerum curam ageret, atque frueretur, alienarum negligens atque incurius. Hinc ducta metaphora, quòd quibus plaustrum est domi, nihil necesse habent deportandis oneribus alinos aliunde conducere.

Libyca fera. 8

Λιβυκὸν θηρίον, Libyca bestia. Refertur à Diogeniano. Dicebatur olim in hominem vafrum, callidum, versip[illegible], variis moribus, ancipitique ingenio. quod genus [illegible] Cicero Catilinam furiis testatur. Inde [illegible] quod in Libya varix ferarum species sæpenumero misceantur: atque ita noua quædam hinc monstra spectaculo produci soleant, Romam à prouinciæ præsidibus deportata.

Nouus versipellis.

Semper adfert Libya mali quippiam. 9

Veteratoris Africani.

Eodem fonte fluxit & illud, ἀεί φέρει τι λιβὸς κακὸν, id est, Semper affert Libya mali quippiam: quòd inde Romam, vt dixi, monstra deportarentur. Hinc & in mores ingeniúmque gentis detorqueri potest: si quidem, vt est regio venenorum ferax, ita gentis pestilens ingenium. Peculiariter conueniet in fœdifragos, ac pactorum nouatores.

Semper Africa noui aliquid apportat. 10

Huc fin illimú est illud Plinianum, quòd in historia mundi refert, Libyam semper aliquid noui adferre. Quod quidem ideo dicebatur quòd in siticulosa regione ad vnum aliquem riuum plurimæ ferarum species bibendi gratia conuenire cogantur, imbique varia mixtura violentæ veneris varias monstrorum formas subindéque nouas nasci. Porrò Plinius sumpsit ab Aristotele, apud quem refertur lib. De generatione animalium 2. ca. 6. Anaxilas apud Athenæum lib. 4. festiuiter ad rem detorsit,

Ἡ μακρὰ δ' ἤπειρος λιβύη, θεοὶ τῶν θηρίων,
Αἰεί τι καινὸν καὶ ξενικὸν τίκτει ἡμῖν. id est,
At macra, inquam vt Afra terra per deos,
Semper quotannis bestiam aliquam edit nouam.

Scio Græcum versum posteriorem non constare: sed ita habet editio Aldina: nec satis diuino quomodo restitui possit. nisi forte prò καὶ ξενικὸν legendum est ἐκ αὐτῆς. tametsi ne sic quidem constat metrum. fortassis, ἡμῖν omittendum, & prò καὶ ξενικὸν reponendum καὶ ξένιον. Quadrabit in homines lubrica fide, semperque nouandi suum rerum auidos.

De eo, qui sit lubrica fide.

Afra auis. 11

Λιβυκὸν ὄρνεον, id est, Libyca auis. Refertur à Suida de prægrandibus, quòd ex ea regione deportentur aues immani magnitudine. Horatius de præiauta vsurpauit, Epod. lib. od. 2.

Non ita auis defendat in ventrem meum,
Incumbor, quàm lecta de prægnantibus
Oliua ramis arborum

Nam gallinas prægrandes olim mittebat Africa: quas easdem Numidicas aues appellant. Acron videtur de Struthione sentire, quæ & ipsa auis mira mole corporis esse fertur. Mea quidem sententia non inepte iaceretur & in hominem peregrino cultu notabilem. Et Plautus alicubi Pœnum auem vocat, ob manicas alarum instar vtrinque pensiles. Prouerbium extat in Auibus Aristophanis. Interpres indicat conuenire in barbaros ac meticulosos. Sunt enim homines prægrandes fere timidiores. Terentius, Hic nebulo magnus est.

Numidica auis.

Boni pastoris est, tondere pecus, non deglubere. 12

In exactorem durorem.

Hodiéque vulgo celebratum durat, vbi quis est exactor durior, atque imitantior. Quòd num & pellem vis? Quasi conueniat lana contentum esse. Id adagij Tiberius Cæsar, authore Suetonio, aut reperit aut certe vsurpauit. Nam is admonitus ab amicis vt prouincialibus augeret vectigalia, rescripsit, Boni pastoris esse, tondere pecus, non deglubere. Est autem deglubere, detrahere pellem. Tractum à rusticis, qui deglubere vocant, si liquam aut folliculum excutere, & granum sua nudare tunica. vnde & Catullus in obscenum sensum detorsit, vt dicat virum a muliere deglubi. Et Apuleiana fotis ait se viuos homines solere deglubere. Tondent igitur qui ita spoliant, vt sortem relinquant vnde res possit crescere: deglubunt, qui nihil reliqui faciunt. Nam lana detonsa renascitur: cute detracta nihil est quod deinde possis auferre. Alexander Macedonum rex, cognomento Magnus, sententiam eandem diuersa extulit metaphora. Quum enim quidam admoneret, longe plus vectigalium à ciuitatibus auferri posse, respondit ad hunc modum, ἐγὼ κοπρίαν μᾶλλον ἢ ῥίζωσιν ἐκτέμνω τὴν λαχάνου. id est, Et olitorem odi qui radicitus herbas excidat. Denique hoc ipsum ἐκ ῥίζης, ἐκ ῥιζίζειν, & item apud Latinos radicitus, stirpium tenus, à stirpe, ab ima stirpe, atque id genus aliæ metaphoræ, prouerbij naturam resipiunt.

Lucri bonus est odor ex re qualibet. 13

Facetæ quidem sed tamen pestilens illa vox Vespasiani, qui quum ex lotio vectigal faceret, homo turpiter auidus, superque eo facto à filio admoneretur, quòd

quòd è re tam putida lucrum faceret, paulo post collectam pecuniam, filij naribus admouit, rogauitque ecquid illa puteret. Vnde Iuuenalis,

Lucri bonus est odor ex re *Quacunque.*

Ad quod alludęns Ammianus lib. 22. dixit, Et lucrum ex omni odorantes occasione. Iam & Ennianus ille versiculus non in sermonem modo verumetiam in animos & vitam hominum penitus abiit,

Vt de habeas curat nemo, sed oportet habere.

Quin illud ab Horatio dictum εἰρωνικῶς, seriò sequimur,

O ciues, ciues, quærenda pecunia primùm,
Virtus post nummos.

Cephisodorus apud Athenæum libr. 3. docet apud poetas, celebres ac sapientes viros, inuenui sententias quasdam improbatas, velut illud apud Archilochum πατὴρ ἀνὴρ ἀποκλαύσεται, id est, Quemuis hominem extollate hue spouere. Apud Theodorum illud, πολλὸν μὲ πλέονος ἔχει, ἐπαινῶ δ' τὸ ἴσον. id est, Quòd iubet plus æquo habere, laudare tamen quod æquum est. Apud Euripidem, πλὴν γλῶττάς γ' ἡμεπιστίαν φαίνω, id est, quòd dixerit, linguam iurasse. de quo nobis alias dictum est. apud Sophoclem,

Ταῦτ' οὖν σοὶ χάρις· τὰ δ' ἐμὰ
Αὐτὸς σὺ δ' αὖτις, ὥσπερ εἰσῆρες, τάμὰ
Δίκαι' ἐπαίρει, τῷ δ' ἁμαρτάνειν ἔχω. id est,
Ad gratiam tibi illa dico, haud impero:
Alijs, vt solent facere prudentes viri,
Laudato iusta, alterum iuxta hareas.

Idem alibi dixit μηδὲν εἶναι σὺν κέρδει κακόν. id est, Nullum esse malum quod cum lucro coniunctum sit. Apud Homerum, quòd facit Iunonem insidiantem Ioui, quòd Martem fingit adulterum. Hæc Athenæus. Mirum autem, populum indignari poetis aut histrionibus si quando talia recitant in theatris, quum magis debuerit indignari quisque sibi, quòd ea sequeretur in vita, quorum commemorationem in theatro ferre non poterat.

Lucrum pudori præstat. 14

Lucrum pudori præstat.

Κέρδος αἰσχύνης ἄμεινον, id est, Lucrum pudori præstat. Plaut. in Pœnulo, Nimio illud quod pudet facilius fertur, quàm illud quod piget. Eundem sensum aliter extulit in Trinummo, Pol pudere quàm pigere præstat totidem literis. Sententia bono viro indigna, eoque illic à lenone dicitur, hìc à sene. Sed commode ad persuadendum sententiam etiam parum probam arripuit. Alioqui longe satius est iacturam quam famæ dispendium accipere. Huc allusit Terentius in Phormione, Non te pudet vanitatis? Non: dum ob rem. Quia & hodie vulgato prouerbio iubent valere pudorem, vbi de pecuniaria re agitur. Plutarchus in commentario de audiendis poetis, refert à poeta nescio quo senarios hos,

Lucrum pecuniæ maior, quàm fama.

Τῷ μὲ διαφὼς νῦν δίκαιον ἄρνυσθαι,
Τὰ δ' ὄντα τῶν ἀφρόνων ἐν δόξῃ κεῖσθαι τ'. id est,
Opinionem sperato iniustè rerum,
Quidnis agentem sequere, quam spes est lucri.

Refert & hunc ex Sophocle,

Τὸ κέρδος ἡδὺ, κἂν ἀπὸ ψευδοῦς ᾖ. id est,
Dulce est lucrum profectum & à mendacijs.

Bata tum hyeme, tum æstate bona. 15

Bata, genus vestis.

Βαῖτα καὶ χεῖμα ἔστι καὶ θέρος ἀγαθόν, id est, Bzta tum in æstate tum hyeme, bona. Suidas, qui huius adagij meminit, adscribit, bztam vestis pelliceæ genus, quod in vtrumque tempus videatur appositum: nam hyeme depellit ventos, æstate solem. Iulius Pollux libro de rebus vocabulis 7. inter vestes coriaceas meminit & bztæ: quam ait tunicam fuisse prælongam, quæ totum contegeret corpus. Conuenit igitur de re ad multa vsum futura veluti de literis, quæ iuuenes iuxta ac senes ornant. Aut philosophia, quæ in rebus prosperis arcet ab insolentia, in aduersis præstat ne frangamur a-

Res ad multa vsum futura.

Anicularum deliramenta. 16

†Nugæ Anicularum.

Γραὸς ὕλη, id est, Anicularum deliramenta. De nugis inanibus, cuiusmodi solent effutire vetulæ, quum iam sexus vitio vitium ætatis accedens, nugacitatis morbum conduplicat. Exstat prouerbium apud Platonem in Theæteto. ἔοικε μὲν γὰρ ὁ λεγόμενος γραὸς ὕλαξ. id est, Nam hæc quidem sunt quod dici solet, aniculorum nugæ. Itidem Cicero in oratione pro domo sua dixit anilem superstitionem.

Ante pedes. 17

Ante pedes esse dicitur quod obulum, quódque vel præsens adest, vel imminet. Terentius,

Ijsdem est sapere, non quod ante pedes modo est
Videre, sed etiam illa quæ futura sunt
Prospicere.

Sic Pindarus in hymno vltimo, τὸ δ' ἐπὶ ποδὸς ἄρτιον αἰὲν χρῆμα πέλει. id est, Quicquid ante pedes est, semper melius. Lucianus in Pseudologista, καὶ τὰ παρὰ ποδὸς καὶ τὰ ἐπὶ ποσὶ ἀγνοεῖς. id est, Et quod hæc communia quódque hæc passim obuia ignores. Philostratus in Phœnice, Βαδίζεις δὲ πρὸς μετεώρῳ τῷ γύπι πάντα τὰ ἐπὶ ποσὶ; id est, Quo vadis autem, sublimi vultu, cunctáque despiciens quæ sunt ad pedes? Et ἐπὶ ποσὶ dicitur, quod iam instat imminétque. ἐμπόδιον esse dicitur quod obstat, ἐμπόδιον. ὀπίσθιον contra. ὀπισθιοδρομεῖν τὰ ποδία est aliquoties apud Platonem, id est ante pedes prouolui, quod alibi expositum est. Veluti De republica 4. πάλαι ὦ μακάριε φαίνεται πρὸ ποδὸς ἐξ ἀρχῆς κυλινδούμενον, καὶ οὐκ ἐφορῶμεν ἡμεῖς. ἀλλ' ὑμῖν καθεγόμενος ὥσπερ οἱ ἐν ταῖς χερσὶν ἔχοντες, ζητοῦσιν οὐκέτι ἔχουσι. id est, Iamdudum ô beate, videtur tibi ante pedes volui, nec videbamus illud: sed fuimus ridiculi, quemadmodum solent qui quum manibus teneant aliquid, tamen quærunt quod habent. Non dissimili figura Maro dixit In manibus, Georgic. 2.

ἐπὶ ποσὶ.

ἐμπόδιον.

ὀπισθιοδρομεῖν.

In manibus terræ, non hic te carmine longo
Antè per ambages & longa exorsa tenebo.

Alboreti alienæ captant bona. 18

Rete, pro calumnia.

Prouerbij speciem habet quod ait Plautus in Persa, Ne isti faxim vsquam appareant, qui hic albo reti aliena oppugnant bona. Rete vocat calumnias quadruplatorum & parasitorum. Album dixit, alludens ad codicillos, & dicas, syngraphasque, quibus his intenditur peragitúrque. Nec omnino displicet vt ad album prætoris, quo leges & litium formulæ proponebantur, respexerit. nam leges etiam Solon aranearum textis similes esse dixit.

Ad suum quenque quæstum æquum est esse callidum. 19

Quisque ad id quod appetit, ἀφ' ἑαυτοῦ.

Apud Plautum est prouerbialis sententia in Truculento, tum in Afinaria,

Ad suum quemque quæstum æquum est esse callidum.

Quæ si transferatur paulo longius, pluscul habuerit gratiæ. velut, Alius est pecuniæ appetens, alius famæ studiosus, alius voluptatum auidus, alius literarum sitiens, alius pietatem sectatur. quisque adnigitat ad id quod expetit.

Vel acum inuenisses. 20

Apud eundem in Menæchmis prouerbialis hyperbole, de re diligenter vestigata, Acum credo inuenisses, si acum quæreres. Nam acus inuentu difficillima, quòd ob exiguitatem facile fallat oculos quærentis.

Subuentanea parit. 21

†Inuenta vana frustráq.

Τὸ πρῶτον τίκτει; id est, Subuentanea parit. De vanis ac frustris inuentis. Translatum ab auibus, quæ veneris imaginatione concipiunt ouà, sed inania, hoc est vnde non gignatur fœtus. Aristophanes in Auibus,

Τίκτει πρωτόγονον ὑπόπτερον νὺξ ὠιὸν μελανόπτερος ἀήρ. id est,
Parit primum subuentaneum nox nigripennis suum.

Hos conceptus potissimum accidere in his auibus quæ sint neque veloces, neque aduncis vnguibus (cuiusmodi sunt perdix, gallina) demonstrat Aristoteles libro de generatione animalium 3. causam esse quod excremento magis abundant. Volaces & aduncas, nec salaces esse nec fœcundas, quòd in his excrementi seminalis pars in pennas & in vngues abeat. Concipiuntur huiusmodi fœtus al quoties audita maris voce, sicuti fit in perdicibus: aliquoties ex affrictu pulueris, aliquoties fœminis ob inopiam maris inter se salientibus. Author & Plinius. Eáque ova Græci ὑπένεμα, id est subuentanea, siue ζεφύρια vocant à vento Fauonio. Vnde quæ vana sunt ἀνεμίλια dicuntur. Plato in Theæteto, Ἀλλὰ φθεῖρά μοι αὐτὴ καὶ σκώμματα, ζητεῖσθαι ἄξιώτερα ἢ ἀνεμίλια τυγχάνει; id est, Sed age iam illud communiter dispiciamus solidúne partus sit an subuentaneus. Et Homerus, ἀνὴρ δ' ἀνεμώλιος ἔπλετο, dicta inania & ventis similia significans. M. Tullius epistolis ad Atticum, ἀνεμοφόρους vocat inania, quæ ventis ferantur.

Τὸ πρῶτον ὑπένεμα, siue ζεφύρια. Ἀνεμίλια.

Ἀνεμώλιος.

Ἀνεμοφόρους.

De gladiatoribus, de cæteris quæ scribis ἀπιμοφίλως, facias me quotidie certiorem.

Phrynondas alter. 22

†De improbo

Φρυνώνδας ἄλλος, id est, Phrynondas alter, De improbo. Huius meminit Lucianus in Pseudomante, inter nobiles facinorosos. Phrynondas, quum esset hospes Athenis, in negotiis Peloponnesiacis versabatur, homo versutus, malefícus, impostor, summus malarum rerum artifex: vt hominis vocabulum in rei transierit appellationem. Etenim quoties insigniter malum & sceleratum accipi volebant, Phrynondam appellabant. Sic Aristophanes in Amphiareo, citante Suida,

Ὦ μιαρὲ καὶ φρυνώνδα καὶ πονηρὲ σύ. id est,
Scelerate tu, ac Phrynonda, & impurissime.

Vsus est & Plato in Protagora. Meminit horum & Æschines aduersus Ctesiphontem, Οὔτε φρυνώνδας, οὔτε Εὐρύβατος, οὔτε ἄλλος τοιοῦτος πώποτε πονηρὸς καὶ μάγος καὶ γόης ἐγένετο, id est, Nec Phrynondas, nec Eurybatus, nec alius quisquam veterum improborum vnquam talis magus & impostor fuit.

Sus per rosas. 23

Τὸ διὰ ῥόδων, id est, Sus per rosas. Quanquam in aliis exemplaribus scriptum inuenio, τὸ διὰ ῥοιδῶν, Mihi neutra scriptura satis probatur: sed legendum arbitror, διὰ ῥοιδίων, id est, per rosas, vt sit nomen diminutiuum.

Rhœa.

Rhœæ verò Græcis dicuntur mala punica. Eudemus prouerbiũ citat ex Cratetis fabula cui titulus χείμαρος, indicans dici solere de agrestibus & intractabilibus: quemadmodum sus per mala commode duci non potest.

Asinus auis. 24

Ὄνος ὄρνις, id est, Asinus auis. Est apud Aristophanem in Auibus. Sumptum ab omine quodam. quidam enim consultus de eo qui aduersa laborabat valetudine, forte fortuna conspexit asinum surgentem à lapsu, simúlque alium quendam audiuit dicentem, βλέπε πῶς ὄνος ὢν οὐκ ἀίεται, id est, Vide quo pacto asinus quum sit, surrexit. Id ominis arripiens ille, protinus respondit fore vt valetudinarius ille reualesceret. Itaque iocatur Aristophanes, quasi & asinus, auis esset, & augurij nonnihil haberet. Nec hoc prouerbium è comœdia natum est, sed à vulgo ad iocum detortum, & à comico vsurpatum. Dicetur non intempestiuè quum ex indicio quopiam ridiculo quippiam colligimus.

Sisyphi artes. 25

De versutis consiliis.

Σισύφου μηχαναί, id est, Sisyphi artes, Dicebantur vafra versutáque consilia. Aristophanes ἐν ἀχαρνεῦσιν,

Σὺ δ' ἐκτρέπου μηχανὰς τὰς Σισύφου. id est,
Dein callidos deprome Sisyphi dolos.

Porrò vt Sisyphus in astutiæ prouerbium abiret, Homericus ille versus in causa fuit,

Σίσυφος, ὃς κέρδιστος ἔην θνητῶν ἠδὲ σόφιστος. id est,
Sisyphus, in terris qui non callidior alter.

Rursus Iliados, ζ,

Ἐν δὲ Σίσυφος ἔσκεν, ὃς κέρδιστος ἔην θνητῶν ἠδὲ σόφιστος.

Ab hoc genus duxit Vlysses, quem Homerus vbique vafrum & callidum facit.

Homo Thales. 26

Ἄνθρωπος Θαλῆς, id est, Homo Thales. Ironia prouerbialis in stultum, qui sapiens haberi studeat. Aristophanes in Auibus,

Ἄνθρωπος Θαλῆς Μέτων. id est,
Homo Thales Meto. Idem in Nebulis,
Τί δῆτ' ἀνέπραν τὸν Θαλῆν θαυμάζομεν id est,
Quæ gratia illum proinde suspicimus Thalem?

Fuit enim Thales vnus è septem Græciæ sapientibus. Est & apud Plautum, Salue Thales: quum stultum significet.

Sardanapalus. 27

De molli, & effœminato.

Σαρδανάπαλος, id est, Sardanapalus. Huius cognomen ob insignem hominis mollitiem abiit in prouerbium. Aristophanes in Auib. τίς ὁ Σαρδανάπαλος οὗτος, id est, Quis hic Sardanapalus? Fuit autem Sardanapalus Anacyndaraxis filius, rex Nini Persicæ regionis, qui eodem die Tarsum pariter & Anchialem, duas Ciliciæ ciuitates, obtinuit: cæterum deliciis vsque adeo effœminatus, vt inter eunuchos & puellas ipse puellari cultu desidere sit solitus. Apollodorus, vt citat Aristophanis interpres, tradit eius sepulchro epitaphium huiusmodi literis Assyriis inscalptum fuisse, Εὖδε, πῖνε, ἐχεμυθοῦ τὰ ἄλλα κάτισθι ὅσον ἄξια, id est, ede, bibe, vtere venere: nam cætera sunt nihili. Suidas hac forma refert ex Callisthene, Σὺ δέ, ὦ ξένε, ἔσθιε καὶ πῖνε καὶ παῖζε· εἰς τὰλλα ἀνθρώπινα οὐδὲν ἄξια, id est, Tu verò hospes, ede, bibe, lude: tanquam cæteras res humanas huius non faciens.

Quid tandem non efficiant manus? 28

Aristophanes in Auibus,

Τί δῆτα πέδαι οὐκ ἐργάσαιντ' ἂν; id est,
Quid est quod haud efficerint demum pedes?

Interpres ostendit aliud esse ad huiusmodi prouerbium,

Τί δῆτα χεῖρες οὐκ ἐργάσαιντ' ἄν; id est, Nihil non ars effici.
Quid denique est quod manibus effici haud queat?

Admonet nihil esse rerum omnium, quod arte, quod industria non efficiatur. Cæterum quod scripsit Aristophanes: apte torsetis in milites ignauos, quibus omne præsidium & spes salutis non in manibus, sed in pedibus sita est.

Testa collisa testæ. 29

Testa testæ collidi dicitur, quum duo conflictantur vtriusque malo. Aristophanes in Pace,

Καὶ πῶς πλοκαῖς οὐκ ὀργὴν ἀπεπλάκτιον πιθῶ. id est,
At recalcitrans per viam testa testam vulnerat.

Talis est ferè conflictatio regum inter se belligerantium, qualis ollæ cum olla collisio: nonnunquam petit vterque, certè neuter absque grauissimis damnis discedit. Hoc tantum interest quod quum hominum iudicio par sit incommoda belli in eorum recidere capita qui belli sunt authores, & quorum refert vicissim: occulto sed iusto tamen Dei iudicio maxima pars malorum in hos ingruat quibus inuitis & abominantibus bellum suscipitur: & ad quos, etiamsi prosperrimo Marte pugnatum fuerit, nec teruncius quidem sit rediturus.

Animus est in curiis. 30

Aristophanes ἐν ὄρνισιν,

Ἡμεῖς μὲν ἴσως οὐκ ἀλλὰ συγχύσιον ἔχω·
Ὁρᾷς γὰρ ἐμὴν διὰ νόσ' ἐν ταῖς ἐννύχοις. id est,
In his quidem sum lapsus, at venam dabis:
Nam mens profectò nostra tum in cornu erat.

Quanquam aliàs huius prouerbij meminimus. Simillimum est illi Terentiano, Animus est in patinis. Item illud quod legimus apud Athenæum libro Deipnosophistarum 1.

Οὐδὲ λαλεῖν τις, ἐδιδάσκου μαθήματ' ἄν.
Ὁρᾷς γὰρ δὴ τὰς φρένας ζητοῦσιν. id est,
Nequis loquatur, sapere nunquam quibimus:
Nam mens quidem ipsa mensa adhuc proxima.

Parùm attentus ob solicitudinem.

Interpres admonet huius prouerbij, ἐν νοῦν ἔχειν, de his qui iam ad bellum spectant: quemadmodum alio demonstratum est loco. Licebit vti quum ob solicitudinem erit aliquis ad id quod agitur in præsentia, parum attentus.

Quibus nec ara, neque fides. 31

Aristophanes ἐν ἀχαρνεῦσιν,

Οἷσιν οὔτε βωμὸς, οὔτε πίστις ἐστὶν ἐμμένειν. id est, De iis, qui vehementer perfidi.
Quibus nec ara, nec fides, nec vlla durant fœdera.

De vehementer perfidis. Dictum est in Spartanos, quorum perfidiam taxauit Euripides,

Σπάρτης ἔνοικοι, δόλια βουλεύσεις. id est,
Sparta incola, dolosa consultamina.

Nunc in aulicos non omnino pessimè quadrat.

Ἄγειν καὶ φέρειν. 32

Tritissima quidem sed tamen prouerbialis apud Græcos authores figura est, ἄγειν καὶ φέρειν, pro eo quod est, hostili more populantur, aut vexant. Id si traducatur ad animum, non paulo fiet festiuius. quemadmodum Aristophanes in Nebulis,

Τὸν γὰρ πάνυ χρηστὸν τὸ δεσποτικὸν πάτημα
Ἀγόμενον, φέρόμενον, τὸ χρῆμα τ' ἀπεργαζόμενον. id est, Agere & ferre.
Dirus ab vsuris & vsurariis
Rapior miser ferórque difficillimis,
Possessiones pignori opposcens meas.

Lucianus dixit ἄγειν καὶ φέρειν, pro eo quod est, suo arbitratu quò vult trahit. Consimiliter vius est Cornelius Tacitus De oratoribus, Nunc principes in Cæsaris amicitia agunt ferúntque cuncta, atque ab ipso principe cum quadam reuerentia diliguntur. Homerus Iliados ο,

-ἀ τὰρ ἔτι μοι ἀσφαλὲς ἔπλετο,
Οἷόν κ' ἐν φόβῳ ἀγχεσι, πᾶσιν ἄριστον. id est,
-neque enim hic mihi quicquam
Tale est, à Danais vt ferri possit agére.

Verba sunt Sarpedonis excitátis Hectorem ad bellum pro tuenda patria: quum ipse pugnaret, nihil habens quod Græci possent auferre, nimirum Lycius patris. Item Verg. Æneid. 2.

-aly rapiunt incensa ferúntque Pergama.

Rapere & ferre. Pro diripiunt ac populantur. Consimilem ad modum Livius dixit, libro de bello Maced. 8. Tum demum fracta pertinacia est, vt ferri agique res suas viderunt. Apud Herodotum ita Crœsus loquitur Cyro victori, *Οὐδὲν γὰρ ἔτι τούτων μέλει, ἀλλὰ φέρειν τε καὶ ἄγειν τοῦτα*, id est, Iam enim nihil istorum mecum est, sed tua diripiunt. Translatum videtur à more militari, quòd illic homines & iumenta aguntur, sarcinæ ferúntur. Plato in libris de legib. *Τὰ ἀλλοτρίων μήτε ἄγειν μήτε φέρειν παῖδ' ἄγαν*, id est, Nequis quicquam alienarum rerum ferat agátve. Vnde color sermonis ex legum formulis ductus videtur. Q. Curtius lib. 4. pro *ἄγειν καὶ φέρειν* dixit volui agique: Eludant videlicet quibus fortè ac temere humana negotia volui agíq; te persuasum est. In eodem libro dixit ferri agique: Adhuc lymphatos ferri agique, arma iacientes. His verbis inconditum tumultum militum declarauit.

Volui agique. Ferri agique.

Salem lingere. 33

Ἅλα λείχειν, id est, Salem lingere, dicuntur qui perquam tenuiter victitant. Sic enim Persius, Sat. 5.

Vare, regustatum digito terebrare salinum
Contentus peragis si cum Ioue viuere pergis.

Diogenes, quum à Cratero prædiuite quodam inuitaretur vt ad se veniret, vsurus hospitio suo súaque liberalitate, respondit se malle saltem Athenis lingere, quam apud illum opiparis mensis frui. Itidem Plautus in Curculione, Hodie apud me nunquam delinges salem.

Pedere thus. 34

† In assentatores. Βδεῖν λιβανωτὸν, id est, Pedere thus, proverbij speciem habet. Accommodabitur in hos quorum & vitia placent aut ipsis aut aliis impendio amantibus. Facit enim hoc *φιλαυτία*, vt vnicuique sua placeant arrideántque, etiamsi sint putidissima. Facit item hoc amor immoderatus, vt polypus etiam Agnæ delectet Balbinum: veluti scripsit Horatius. Aristophanes in Pluto,

Οὐ λιβανωτὸν γὰρ βδεῖν. id est,
Non soleo thus a pedere.

Quadrabit & in assentatores, turpissima pro honestissimis laudantes.

Pro caco exoculatus est. 35

Omneis huiusmodi facetiarum formulæ pertinent ad adagiorum naturam, quum videmur corrigere quod dictum est: sed altero verbo quod vel idem polleat, vel magis etiam lædat: veluti si quis dicat, Non furatus est, sed inuolauit. Non furatus est, sed rapuit. Aristophanes in Pluto,

Μὴν οὐ κλοπὰς ἀλλ' ἁρπαγάς; id est,
An non furatus est, sed rapuit?

Idem in eadem fabula.

Λυτὶ γὰρ τυφλὸν ἐξωμμάτωσας.

Ludit enim seruus ambigua voce *ἐξωμμάτωσας*, quæ declarat & oculis donatum Plutum, & exoculatum.

Prius lupus ouem ducat vxorem. 36

Dissidium irreconciliabile. Aristophanes in *εἰρήνῃ*,

Πρὶν καὶ λύκος οἶν ὑμφαγωγεῖ. id est,
Ante lupus sibi iunget ouem.

De his inter quos insanabile dissidium. Consimili figura dixit Horatius, Carm. lib. 1. Od. 33.

-sed prius Apulus *Iungetur capreæ lupus.*

Plautus in Pseudolo, Vt maneris lupos apud oues linquere, quam hos domi custodes. Ad rem relatum erit lepidius, quod genus, si dicas non cohærere pecuniæ studium cum studio literario, adque eam sententiam accommodes proverbium.

Sphondyla fugiens pessime pedit. 37

Idem in eodem ferme loco,

Ὡς ὁ σφονδύλιον φεύγων πονηρότατα βδεῖ. id est,
Vt feles quoties fugitat, male pedere sueta est.

Discedentes non citra infamiam. In eos quadrabit qui discedunt non citra infamiam. Sphondyla insecti genus, odoris ceterrimi. Plinius libr. 27. capite 13. meminit sphondylæ serpentis, quæ tardicibus arborum sit infestissima: cæterum genus quodnam sit non explicat. Est autem serpentis huiusmodi species, exiguo corpore & subnigro, quæ emoriens grauissimum odorem emittit. Hesychius docet apud Atticos sphondylen dici fele. Est apud Aristophanem *γαλῆς ἀφόρητον*, de acido ventris flatu.

Nunquam efficies vt recte ingrediantur cancri. 38

Aristophanes in Pace,

Οὔ ποτε ποιήσεις τὸν καρκῖνον ὀρθὰ βαδίζειν,
Οὐδ' ἔστι τῶν παροιμιῶν πονηρότερον οὐδέν. id est,
Ambulet vt cancer recta, haud efficeris vnquam:
Nec quicquam efficies, vbi res erit ante peracta.

Vitia naturæ non corrigi. Hoc velut oraculum poeta facetus pronuntiat, Quod à natura sit inditum, nullo corriges negocio. Nam cancris genuinum obliquè ingredi. In quorum altero carmine tangit adagium quod superius dictum est, Actum ne agas.

Κορυβαντιᾷς.

Κορυβαντιᾷν pro insanire dixit Aristophanes in Vespis,

Ἀλλ' ἢ μάλ' ἀφρονεῖτε νὴ, καὶ κορυβαντιᾶτε. id est,
Aut vere insanitis, aut corybantiatis.

Hanc vocem frequenter vsurpat Lucianus in Timone, epistolis saturnalitiis, Lexiphane, Hermotimo. Sumptum est à Corybantibus Cybeles cultoribus, qui sacro correpti furore cymbala pulsant, alios item in similem agentes rabiem. Quod idem alias vocat *κυνομανεῖν*, quasi malo duci genio.

Calculo mordere. 40

Ψήφῳ δάκνειν, id est, Calculo mordere, dicuntur qui suffragio lædunt aut vlciscuntur hominem. Aristophanes *ἐν ἀχαρνεῦσι*. Suffragio lædere, aut vlcisci.

Βλέπουσιν οὐδὲν ἄλλο πλὴν ψήφου δακεῖν. id est,
Spectant id vnum, vt mordeant suffragio.

Si quidem hac via potissimum plebeij vindicabant si quid essent offensi: refragabantur in concione, quum calculis ferrentur suffragia. Proinde mordebant non dente (quod tutum non erat) sed calculo.

Charybdis, Barathrum. 41

Hyperbolæ proverbiales sunt & hæ, quum hominem maiorem in modum edacem, bibacem, rapacem, *edax, rapax, helluonem*, charybdim, aut barathrum vocamus. Aristophanes in Equitibus. *Supra modũ bellua.*

Καὶ πλοῦτον, ἣν φαρύγγα, τὴν χάρυβδιν ἁρπαγήν. id est,
Et ilionem, & barathron, & rapinæ gurgitem.

Huc adscribendum opinor quod Diogenes, authore Laertio, ventrem *τὸν δὶς χαρύβδιν*, id est, facultatem charybdin vocauit. Horatius de luscone quodam, Epist. lib. 1. ep. 15.

Inguinum, & tempestas, barathrúmque macelli.

Lingua sursum inciditur. 42

Aristophanes in Pace,

Ἡ γλῶττα χοὐκ τὴν σπυρίδα. id est,
Lingua ipsa sursum inciditur.

Interpres admonet proverbialiter dictum. sumptum autem ex Homero, Odyssea Γ,

Ἀλλ' ἄγε τμηξάτω μὲν γλώσσης. id est,
Esto iam age linguas incidito.

Eúsque sententiæ Callistratum citat authorem. Rursum in Pluto,

Ἡ γλῶττα τῷ κήρυκι τοῦτο τέμνεται. id est,
Præconibus horum lingua præcidi solet.

Lingua execta in sacrificiis præconib. dari solita. Callistratus, vt citat interpres, tradit olim in sacrificiis linguam exectam præconibus dari solitam. Nam alioqui sunt qui dicant ex victimis Mercurio deberi linguam. Est autem in Aristophanis verbis ἀμφιβολία non infaceta, quòd lingua vtrolibet referri potest, vel ad boues, vel præcones. Interpres admonet allusum esse ad proverbiale dictum, *ἡ γλῶττα τῷ κήρυκι*, id est, Lingua præconi. Quò rectè videbimur vsuri, quum præmij nonnihil debeti significabimus qui in conficiendo negotio pro sua virili in partem adiumento fuit, aut *ἀγαθάγγελον* dandum læta nuncianti. Sic enim vocat Homerus mercedulam quæ dari consuevit lætum adferentibus nuncium. Apud Plutarchum Antipater, quum incidisset mentio de Demade iam senio imbecilli fractóque, Velut inquit, ex immolata victima, solus venter & lingua supereſt. Apparet linguam ceu profanum membrum, sacris adhiberi non solere. Et Pittacus Amasidi regi misit è victima linguam, &

membrum pessimum & idem optimum. Præcones autem habent linguam venalem, & in sacrificiis admonebant populum vt linguis faueret. Plautus in prologo Pœnuli, Exerce vocem, quam pervnis & colis. Nam nisi clamabis, statim te obrepet fames.

Non capit somnum nisi hoc aut illud fecerit. 43

Cupiditas impotens. Sunt duæ figuræ prouerbiales, quib. intemperantem atque impotentem rei cuiuspiam cupiditatem significamus. Altera est apud Aristophanem in Vespis, huiusmodi,

Ἢ μὴν σὺ τῷ φρονεῖν κατέζευγμαι ξύλῳ,
Τὸν δ' ἐξ ἅπαντος νυκτὸς ὄντα πρωΐαν. id est,
Ligno nisi sors primus ille adiuerit,
Somni vides mihi nolle, non vel paspalum.

Primum lignum dixit, primũ gradum. Paspalum autem Græci vocant minutissimum aliq iem farinæ puluisculum. Ad eundem modum Iuuenalis,

-quibusdam Somnum rixa facit.

Altera est apud Marobem in Bucolicis,

Quòd si non aliquã nocuisses, mortuus esses.

Priorem repetere est apud Hebræum παροιμιογράφον, Non enim dormiunt nisi quum malè fecerint: nec capitur somnus ab eis nisi supplantauerint.

Ventre pleno melior consultatio. 44

Plutarchus Sympos. libro 7. citat hoc carmen,

Γαστὴρ γὰρ πλέως βελτίω μερίμνας ἀμείνων. id est,
Consultatio tum melior, quum expletus venter.

Venter, mõrum non patitur. Quum fames interpellat, non vacat deliberare: propterea quòd consultatio moram desiderat, & animi tranquillitatem: at fames breuem acuit. Potest & huc torqueri, prius agendum quod instat & vrget, deinde de futuro deliberandum. Congruet & in illos qui bene post consulant de rebus grauissimis: quem morem Herodotus libro primo tradit fuisse Persis. Item Persius, Satyr.

-ecce inter pocula quærunt
Romulidæ saturi quid dia poemata narrent.

Tenues spes. 45

Spem infirmam incertámque poetæ tenuem vocant, eámque figuram ceu prouerbialem annotarunt interpretes, nominatim Suidas. Aristophanes in Equitibus,

Λεπτή τις ἐλπὶς ἐστὶ περὶ τὸ ἐχέμυθον. id est,
Spes illa tenuis quæpiam est quæ mutum.

Frigidam spem dixit Euripides in Iphigenia Aulidensi, ψυχρὰ μὲν ἐλπὶς, id est, Spes frigida quidem. M. Tullius pro Roscio comœdo, Iam & te ipse tecum consolaris. Aristophanes metaphoram duxit à nauigantibus, quum ait ἐχέμυθον. Vnde M. Tullius dixit, Spera hanc offlare auram aliquam. pro eo quod erat offendi spem. Vt in Verrem actione sexta, Video quid egerim: erigit se, sperat sibi auram aliquam posse offlare in hoc crimine. Id translatum à nautis, qui quum cœperint, mari nimium malacia stante, è nubecula aut è mari procul crispante diuinant fore ventum. Plato De legibus tertio simili figura dixit λεπτὴν σωτηρίαν, id est, tenuem salutem. Apud Athenæum libro 13. citatur ex Callimacho, ὡς ἐμόγουν αἱ Νηρίδες, ὅτε τι ἐλπὶς συμμαχίας πολέμου, id est, Adeò laborarunt spes, vt ab hostibus petamus supperiæ.

Anno senior fis. 46

Res valde molesta. Quoties aliquid nobis magnopere molestum significamus, senescere nos etiam vulgò dicimus. Aristophanes in Ranis,

Μὴ δῆτα πολυπραγμόνει σὺ δευρὶ μοι.
Ὅπως τι μόνον οὐ γεγηράκαμεν ἤδη,
Πλεῖν ἀνάπαυλ' ἐρωτόντες ἀπ' ἀρχῆς. id est,
Faxis cauete: quippe quoties conspicor
Istiusmodi negotiorum quidpiam,
Discedo, credo, senior anno proximo.

Tædio verò moleſtúque consiliari senium indicat etiam Homerus,

Λίην γὰρ ὦ γέρον ἐσσὶ βροτῷ ἐπιπείθεαι ἄνδρι.

Tauricum tueri. 47

Βλέπειν οὖν ταυρηδὸν ἐπιχειρεῖς καὶ σὺ. id est,
Itaque ore prono contuetur tauricum.

Latuisse Socratem. Plato demonstrat hunc Socrati fuisse morem, taurinis oculis obtueri. Et Vergilius bouem toruam vocat,

-optima torui Forma bouis.

Expedit habere plura cognomina. 48

Aristophanes in Pluto,

Ὡς λῷόν ἐστ' ἐπώνυμον πολλὰς ἔχειν. id est,
Vt expedit si plura habeas cognomina.

Conuenit in eos qui multa simul profitentur, quo quæstum faciant vberiorem. Aut qui diuersa sunt partium. quemadmodum vespertilio in apologis aliquando mus est, aliquando auis. Dictum est autem in Mercurium, cuius varia ferũtur cognomina. Vocatur enim εὔφημος, vel quòd bene vertat negotia, vel quòd subdolus sit ac verlipedius. ἐμπολαῖος, quòd auctionibus ac mercimoniis præsit. ἀγοραῖος, quòd vrx dux, vt apud Homerum Priamo. δόλιος, quòd impositurx præligiarúmque, repertor. κερδῷος, quòd lucris augeat negotiatores. ἀγώνιος, quòd in certaminibus præconis vice fungatur. δόσιος, quòd deorum minister. Feruntur item & Bacchi permulta cognomina. *Mercurij cognomina.*

Λημοδοκεῖς. 49

Λημοδοκεῖς. In prouerbiorum collectaneis quæ Plutarchi nomine feruntur, huiusmodi reperio fabulam. Quum aliquando Peloponnesius annona laboraret inopia, quidam vrgente fame collectis furtim rebus inde demigrarunt: ij quum incertis sedibus nuc atque illuc vagarentur, cæpti sunt in ciuitatem à Tripolitis. Tripolis autem ea in Rhodo est. Nomen igitur inditum illis vt dicerentur λημοδοκεῖς. Hesychius addit ex authoritate Didymi, eos qui ruxta Oeam accedebant, sic vocatos quòd ob teruæ tenuitatem, frequenter cum fame agon habebant. δοκεῖν Græcè dici videntur à dono & eundo: itaque qui vagantes famem adferebant, λημοδοκεῖς dicti sunt. Alioqui Dores non sunt in Peloponneso, sed inter Locros & Ætolos, author Strabo libro nono. Quadrabit igitur in eos, qui fame adacti, aliquò demigrant, velut Italorum vulgus ferè hospites omneis, λημοδοκεῖς appellat, ceu fame compulsos ad eam vsendam regionem. Festus Pompeius admonet, homines exili re tenuique fortuna, dictos olim canalicolas, quòd circa canales fori consisterent. *Canalicola.*

Tribus bolis. 50

Plautus in Curculione, Si vis tribus bolis, velim chlamydem. Tribus bolis dixit pro compendio, quasi tribus verbis. Nam bolum Terentius accipere videtur pro eo quod Græci vocant βραγμόν. Quod autem continuo deuoratur, tribus bolis edi dicitur.

Velut vmbra sequi. 51

Ὥσπερ σκιὰ ἕπεσθαι, id est, Velut vmbra sequi, Dicitur *De eo, qui nunquam deest.* qui nusquam deest. Nam vmbra corpus affectatur, vt nunquam hic nolit. Plautus in Casina, Decretum est mihi, quam diu vmbra quo, quo ibis tute, persequi. Vnde affectus indignos, vmbras vocamus, & vltro comitantes ad conuiuium, vt indicatum est alibi, in prouerbio Vmbræ. M. Tullius libro Tusculanarum quæstionum primo, Etsi enim in se nihil habeat gloria cur expetatur, tamen virtutem tanquam vmbra sequitur.

ANIMAM, NEMO TIDEM.

V. qui nunquam) Atqui non adest semper vmbra. Ouidius 1. Trist. elegia 8.

Vtque comes radios per solis euntibus vmbra est:
Quum latet hic, prensos nubibus, illa fugit.

Dicetur ergo sequi vt vmbra corpus, non qui semper adest: sed qui quandiu adest, indissociabilis est comes.

Ne nummus quidem plumbeus. 52

Nummum plumbeum hyperbola prouerbiali pro minimo pecuniæ ponunt. Plautus in Casina, Cui homini hodie peculi nummus non est plumbeus. Idem in Trinummo, Cui si capitis res siet, nummum nunquam credam plumbeum. Confine illi quod est apud eundem in Captiui duo,

Neque ridiculos iam terruncl faciunt.

Quanquam hoc alio dictum est loco.

Satietas ferociam parit. 53

Stobæus in collectaneis suis hanc sententiam prouerbij titulo citat, Τίκτει κόρος ὕβριν· ἀπαιδευσία δὲ μετ' ἐξουσίας, ἄνοιαν, id est, Parit satietas ferociam, imperitia cum potestate coniuncta, insaniam. Tollit animos opulentia: quod si ad insolentiam accedat potestas, iam res ad insaniam vsque procedit. Concinit cum illo, Fœnum habet in cornu. Pindarus in Olympiis inuertit sententiam dicens ὕβρει κάρη μαντεύεται, id est, Ferociam matrem satietatis. Sed reprehenditur ab interprete, qui magis Approbat Homeri versum, *Fœnum habet in cornu.*

Τίκτουσι κόροι ὕβριν ὅταν κακοῖς ὀλβος ἕπηται. id est,
Fastum copia gignit, opes vbi grandes adepta.

Cæterùm

Cæterùm hunc versum non memini legere apud Homerum, nec videtur illi genuinus: certè quod conflat, extat in sententiis Theognidis.

Quid cæco cum speculo? 54

Τί τυφλῷ καὶ κατόπτρῳ; id est, Quid cæco cum speculo? Similimum illi, Nihil cum fidibus graculo. Citatur à Stobæo versiculus ex Epicharmo,

Nihil cum fidib. graculo.

Τί γὰρ κατόπτρου καὶ τυφλῷ χρησία, id est,
Luminibus orbo, cum specio quid est res?

Quorsum opus est libris illiterato? quòd regnum iuueni stulto? quòd diuitiæ ei qui nesciat uti?

Miseram messem metere. 55

Luere malefactorum pœnas.

Malam metere messem, est pro malefactis luere pœnas. Non admodum abhorret ab eo quod alibi retulimus, Vt lementem feceris, ita & metes. Stobæus hoc carmen citat ex Euripidis Ione,

Καὶν τὸν ἀφ' ὑμῶν ἐσθλὸν ἐν τιμαῖς θέσῃ,
Καὶ πᾶσιν ἔσται πατρὸς ἀμφώνυμος,
Σύμμικτ' ἃ μὴ δίκαια κ' ὄντα, ὠμά,
Ἔστιν ἀνδρῶν θνητῶν ἐν στέγαις ὅμως. id est,
At nunc honores è fideli, meritus,
Et erit paratus autor mei undique
Promiscue per vias nequaquam pectita
Messem metatu ob ista tristem & asperam.

Æschylus in Perside,

Ὑβρεως γὰρ ἐξαμᾶται ἀκαστον κάχη
Ἀτης ἄθερ πυλαιτον ἔκμα θερος. id est,
Horæas enim pleni fruges
Nexæ, unde prorsum plebicæ messem metit.

Plato in Phædro, Πότερον τινα οἴει μεγάλην τέχνην τὴν ῥητορικὴν εἶναι καὶ καλὴν πρὸς τοῦτο καὶ ἁπλῶς πρὸς πάντας; id est, Quidnam putas postea rhetoricæ messem metturæ esse, quam semel nauit Aristoteles Rhetoricorum 3. citat ex Gorgia, Σὺ δὲ ἴσως αἰσχύνῃ μὲν οὐδαμοῦ, κινδυνεύσεις δ' ἐξαπατηθῆναι. Tu quidem hæc turpiter seminasti, & male messuisti.

Venimus ad summam lineam. 56

Euripides in Antigone,

Ἐπ' ἄκρας ἥκομεν χθονὸς τελευταίας. id est,
Deus ut [illegible] ad summam ad ultimam lineam.

Item Horatius 2. epist.

Venimus ad summum.

De linea stadiorum & lusus dictum est alibi non vno loco.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. *Venimus ad summum.*) Magis fortasse huic adagio conuenirent hæc eiusdem poetæ verba,

-mors vltima linea rerum est.

Saburratus. 57

Onustum cibo.

Plautus in Cistellaria, loue quidem, sed admodum eleganter dixit saburratus, pro onustus cibo. Sumpta metaphora à nauibus, quas onerant harenis, aut argilla, ne iactentur vacillæque in fluctibus. Quod equidem inter adagia non retulissem, nisi etiam vulgò passim diceretur. Plauti verba sunt hæc, Idem mihi, magnæ quod parti est vitium mulierum, quæ nunc quæstum facimus? Quæ vbi saburratæ iumus, largiloquæ extemplò sumus. Venustius fiet si longius detorqueatur: velut si quis aures saburratas dicat alicuius multiloquio: aut Animus philosophiæ præceptis saburratus, ne rerum tempestate iactetur.

Numero dicis. 58

Cito ac facilè.

Plautus in Casina, Numero dicis, dixit pro eo quod est, facilè & compendio. Festus exponit pro cito, ac celeriter, citans tum alios multos authores, tum hunc Plauti locum. Sed apud Festum adeò depravata est scriptura, vt refertæ pigeat: nisi quòd illinc colligitur veteres non solùm dixisse Numero dicis, sed Numero scis, numero facis, numero expungere, numero credere, numero venire, pro facilè ac citò venire. Nonius Marcellus putat numero dici pro multum, sed exempla quæ adducit, magis indicant accipi pro cito ac facilè, siue statim. Quod ipsum ille fatetur in fine. Idem in Amphitryone, Numero mihi in mentem fuit. Vsurpatur apud eundem & alios aliquot locis.

Palpare in tenebris. 59

Obscuris cœcutire rem inquirentes.

Ψηλαφᾶν ἐν τῷ σκότῳ id est, Manu tentare in tenebris. Dicuntur qui rem obscuris vestigant coniecturis. Aristophanes in Pace,

—σοφὸν δὲ νῦν
Ἐψηλαφῶμεν ἐν σκότῳ τὰ πράγματα;

Nunc δ' ἄπαντα ταῦτ' ἐν λόγοις ἐψηλάφηται. id est,
-antehac negocia.
Velut in tenebris manibus attentauimus,
Nunc ad lucernam cuncta perquisiuimus.

Allusit poeta ad Hyperboli artificium, qui ex lichnopola, id est, lucernario, factus fuit imperator. Vsurpat idem prouerbium Plato in Phædone. Quod quidem & hodie dicitur de coniecturis incertis, ψηλαφᾶν.

Muscas depellere. 60

Muscas depellere, etiam hodie vulgato ioco dicitur, qui otioso atque inutili fungitur officio. Aristophanes in Vespis.

Ἀλλὰ φυλάττειν ἔφεδρον ἔχει καὶ τὰς μύας ἀπαμύνειν id est,
Imò tenet præmium habeas, etiam muscas depellere curam.

Tenuiter diduceris. 61

Λεπτὰ ξαίνει, id est, Tenuiter diducis. Suidas scripsit dici solitum de iis qui pauperum more tenuiter victitant. Translatum apparet à mulieribus lanam carminantibus. Nisi malumus legere ξαίνεις. nam in vulgatis codicibus ξαίνει habetur: quæ vox quid sibi velit, mihi sanè non liquet. Porrò siue ξαίνεις legas, siue ξαίνει, vtroque modo significabitur illiberalium hominum in minutulis rebus diligentia, quam Græci vocant μικρολογίαν, adeo vt etiam cuminum secare prouerbio dicantur. Quin & apud Latinos, pauperes, tenues appellant. & Terentius, Ne tenuiter dixit, de macie & macilenta citra pecuniarum admixtionem. Interdum ad exactam curam refertur, ac subtilitatem. vt Horatius in Sermonibus. Μικρολογία.

Vt pote res tenues tenui sermone petentes.

Aristophanes item in Nebulis λεπτὸν φρονεῖν dixit, & λεπτὸς & λεπτότης λέγειν, & λεπτολογεῖν, id est, Tenuem curam, & tenuissimas rationes, & tenuia loqui: nimirum anxias ac nimium solicitas, hinc sophistarum irridens argutias: eiusmodi acumen Seneca prodidit fuisse Chrysippo, quod pungeret acutos, non penetraret. Posrò quem admodum comminutæ tectique diutius planius. lucis autem sermonis: ita cultior illa & in multa versus, quam in membra sectio, facit interdum vt valde inte.. gendo nihil reliquus. Vide qui vitant hanc immodicam subtilitatem, παχυμερῶς καὶ παχυμερίαν, παχυμερῶς. loqui dicuntur. Vipianus libro Pandectarum 15 Titulo de peculio, Cap. Quam Taberonis, Scire autem non vtique singulas res debet ex necessitate, sed παχυμερέστερον & in hanc sententiam inclinat Pomponius. vox enim composita videtur à παχὺς, quod est pinguis, & μέρος partitio. Contra qui exactiùs singula quæque, licet minuta, λεπτομερῶς λέγειν dicuntur. Pro παχυμερῶς Λεπτομερῶς. Aristoteles libro Ethicorum Nicomachiorum primo dixit παχυμερῶς καὶ τυπωτικῶς. Ἀρκοῦντως γὰρ ἐκ τῶν τοιούτων καὶ ὑποτυπωτικῶς παχυμερῶς καὶ τυπωτικῶς τοῦτο δηλωθήσεται. id est, Gratum igitur fuerit de talibus & etiamsi differentes, crassè ac formatim hæc enarrare. Sentit exceptionem esse, quòs omittendos apud inexercitatum auditorem: sed ita de rebus loquendum vt plerunque sunt aut vulgo habentur. Rursus eiusdem operis libro 2. πᾶσι δεῖ τὰ ὁμοειδῆ λέγειν πως καὶ ἐν ἀνελευθέροις σφόδρα καὶ λεπτολογεῖσθαι, id est, Omnis sermo de rebus agendis, crassius non exacte fieri debet. Frequens & illud in Græcis authoribus ὡς τύπῳ εἰπεῖν, id est, vt ita loquar: quum se tamen non vt est, exacte prolocui, sed qualibuscunque verbis significare, ac notare Ὡς τύπῳ εἰπεῖν. verius quam eloqui.

Simia fucata. 62

Πίθηκος ἀλείπτου φυσώμενος, id est, Simia plena fuci. De deformi anu, facetè tamen, & meretricis cuita lenocinio. Nam φυσώμενος Græcis appellatur color ille quo quondam meretrices, nunc honestæ etiamsi duo placet, matronæ faciem oblinunt: quo senectam ac formæ vitia dissimulent. Aristophanes ταῖς ἑταιρίζουσας,

Πότερον πίθηκος ἀλείπτου φυσώμενος;
Ἢ χοῖρος ἀστεμφὴς ἔφυς τὴν ἰκμάδα. id est,
Vtrumne Veneris pictus pueris simia?
An ursus ad imas haurs cocyta manibus?

Potest & ad rem accommodari, veluti si quis turpem causam orationis phaleris adornet, vt honesta videatur. πηλίζειν est fucis aut blanditiis fallere. vnde πηλίζεται, Πηλίζειν. ἁμῶς. Aristophanes in Equitibus.

Οἶνον τὸν ἀπὸ σκηνῆς μὴ πάνυ αἴνει. id est,
Me ne, ferum, cauſſarum principem me circumago.

Zopyrides, Ἀνὴρ ὁ τύραννος. 63

Cognomina in eos qui ſeriùs ad conuiuium accederent.

Plutarchus in Symp. ſuis offendit olim cognomina quædam prouerbiali loco iactata fuiſſe in eos qui ſeriùs ad conuiuium accederent. Dictos enim tum καλανδίωνας, tum ζοφηρίδας, tum πριχδίμους. Quorum nominum rationem, ſi coniectare licet, hanc eſſe puto, quòd qui cunctarentur adire, ij, quòd alijs eſſent in mora, impedimento eſſe videbantur quo minus illis conuiare liceret: deinde quòd lentitudine ſua efficerent vt conuiuium ad noctem vſque proferretur. Tertium cognomen κατ' ἀντίφρασιν attributum apparet. Negat autem apud Platonem quiſpiam Pittacum ab ἀλλαντοπαφλαγονίδη Pithodoripidem appellatum, quòd ſeriùs iniret conuiuium: ſed quòd ſordidis ac plebeis compotationibus ganderet. Antiquitus autem inelegans ac parum vrbanum habebatur ſi quis ad conuiuium rogatus, tardius aduenisſet. Vnde Polycharmus in apologia qua vitæ ſuæ rationem reddit Athenienſibus, illud in laudem ſuam interpoſuit, οὐδεὶς ἀλλαχοῦ πάλαι ἐκ μέσης νυκτὸς ἐπὶ τὸν κώθωνα ὀψὲ δεῖπνον ἐλήλυθα. id est, Ad hæc inſuper Athenienſes, nunquam ad cœnam accerſitus, poſt tempus acceſſi. Huius ominionis Battus quidam ſiturra non illepide cauſam aperit apud Cæcilium. Continent enim is qui tardius venirent ad conuiuium, ὀψιδεῖπνοι appellare, quaſi dicas, cœnandi cupidos: propterea quòd, quum eſſent occupati negocijs, ob cœnarum tamen cupiditatem non excuſarent iis à quibus rogarentur. Huiuſmodi ferme Plutarchus. At Terentius in Seipſum excruciante, indicat mentule fuiſſe ſtatim & ante tempus adeſſe conuiuam, quum Chremes ait illos iamdudum præſto eſſe domi ſuæ, ſeque ipſum in mora conuiuis eſſe. Nimirum indicans contra fieri ſolere. Apud Ariſtophanem in Concionatricibus huc alluditur aliquoties, ὀψὲ τὸ δεῖπνον ἥξομαι, id eſt, Ad cœnam venio. In eadem, ἔστα σοφὰ μᾶζ' ἐπὶ μάζης δεῖπνον, id eſt, Accinam melos aliquod cœnaticum.

Ἐμβρυόδιπνοι.

Cui iſta arriſent, meis ne gaudeat. 64

De his qui diſſidant.

Ariſtophanes in Nubibus,

Ὅστις ἂν αὐτῇσιν γελᾷ, τοῖς ἐμοῖς μὴ χαίρειν. id eſt,
Proinde riſum eius ita parientis, ac meum ne gaudeat.

Prouerbij ſpeciem habet, quo licebit vti quum ingens intereſſe diuerſa ſigna ſicubimus inter noſtras & alienarum rationes. Græcus verſiculus claudicat vna ſyllaba: plenus erit ſi pro γελᾷ legas γελάσῃ. Contrarium huic illud Maronis, Ecl. 3.

Cui bonum non edi tamet tua carmina Mœvi.

De his quæ eiuſdem ſunt farinæ, & ex æquo contemnenda.

Βωμολόχοι, Βωμολοχεύσῃ. 65

Cui ſint βωμολόχοι.

Βωμολόχοι prouerbiali conuicio dicebantur ſceleſti & impij. Quod nominis olim inditum videtur iis qui obuerſantes circumaras, victimas tendere conſueuerunt inſidias: aut qui ob id rem diuinam facerent quòd & alienorum accuſatione compendij nonnihil auferrent. Nam huiuſmodi mortalium vota Iupiter auditi apud Lucianum in Icaromenipo. Dicuntur item βωμολόχοι qui quum res diuina peragitur, non faciunt vota dijs, ſed nugas inanes deblaterant. Qui mos hodie magiſtratibus præcipuè placet: & illud admodum ciuile putant, ſi inter ſacrificandum aſſidue cuipiam ad aurem obganniant. Ariſtophanes in Nebulis, ἢ βωμολοχεῖ. Idem in eadem fabula,

Εἰ δή τις αὐτῶν βωμολοχήσαιτ', ἢ κεμψαί τινα κεμπεῖν. id eſt,
Si quis eorum bomolochum egerit, & flexum aliquem flexerit.

Quanquam in hoc ipſo κεμπεῖν τινα κέμπειν ſubeſt prouerbij color. Idem in equitibus, ὦ δῆμε τῶν βωμολόχων ξύμφορά τις, ſentiens aduerſarium excogitaſſe quiddam egregie ſceleſtum, quod βωμολόχον appellat, quaſi inſigniter adulatorium. Vox deducta videtur à βωμὸν altari, & λόχος inſidijs: quòd nec illic deſint qui cibos ſuffurrentur, aut mendicando petant. Hinc tranſlatum eſt ad abiectè adulantes, ventris gratia. Vnde dicta ſunt βωμολοχήματα ἢ βωμολοχεύματα pro ſordidis adulationibus. Interdum βωμολοχεῖν vox tribuitur aruſpicibus, diuinis, tibicinibus, & huic hominum generi quod nidorem altaris ſequitur. Denique vocis vſus tranſiit ad omnes qui improbis artibus venantur quæſtum.

Priuſquam Gallus iterum cecinerit. 66

Πρὶν ἢ τὸν δεύτερον ἀλεκτρυόνα ἡφθῆναι. id eſt,
Priuſquam gallus iterum cecinerit.

Græcus verſiculus conſtabit ſi pro ἀλεκτρυόνα legas ἀλεκτρυών. id eſt, Admodùm mane, & antelucano. A prisca conſuetudine ſumpſerunt, qua noctis deliquium & acceſſum dierum gallicantu metiebantur, gnomonibus horarijs nondum repertis. Gallus autem tribus interualli cantu prænuncians diem. quæ de re Plinius libro 10. capite. Et hi noſtri vigiles nocturni, quos excitandis in opera mortalibus tumpendóque ſomno, natura genuit. Norunt ſydera, & tempus diſtinguunt horas interdiu cantu. Cum ſole eunt cubitum: quartáque caſtrenſi vigilia ad curas laboremque reuocant. Nec ſolis ortum incantis patiuntur obrepere. Diémque venientem nunciant cantu, ipſum verò cantum plauſu latentium. Hæc ille. Plinius. Cur autem id accidat gallis, Democritus, apud M. Tullium, concoctionem in cauſa eſſe putat, quòd id temporis cibus à pectore depulſus in omne corpus digeritur. Poetæ ad iaculum referunt cuius meminit Lucianus in Gallo. Mihi magis arridet Ambroſij Leonis Norimbergæ ratio: quem virum equidem non dubitem in penetrali gentis naturæ myſterijs vel cum quouis veterum; Ethnophorum conferre. Hic in quæſtione huius, gallorum cantum à pectinari quadam lætitiæ proficiſci putat. Eſſe enim hoc animal præ cæteris, animis deditum, ac velut vxorium, nihilque ſolicitum de ſobole quam maximè propaganda: adeò vt vnus gallus compluribus gallinis præficiatur, tantamque turbam veneris maritus impleat: tum pro fœminis ac pullis acerrimè depugnet. Porrò cantum gallorum ab imaginatione veneris proficiſci, vel illud ſatis arguit, quòd priuſquam iucundis gallinis maturi ſint, ſileant. Ex reliquis item auibus pleræque in cœtu coitusue deſiderio vocem edunt, vt anates, paſſeres, hirundines, perdices. Vox autem maris in auium genere, tantam vim habet ad incitandam venerem, vt quædam hac audita tantum concipiant oua, quo in numero ſunt perdices. Gallus itaque, dilabente iam per viſcera cibo, ſomnóque diſcedente (quo tempore corpora ſua ſponte concitantur ad venerem) ſtatim gallinarum meminit. quoque copioſior ſit tœtura, cantus illecebra prouocat. Quòd autem ſubinde canit, incauſa eſt, quia galli ſomnus eſt interiectus, minimèque perpetuus, maximè quum vigent ætate: vt intelligas & hoc à ſalacitate proficiſci. Sed vt ad interpretationem adigi recurramus, veteres initium diei à prima mediæ noctis inclinatione ordiebantur. Proximum tempus gallicinium vocabant, quòd id temporis lucem multo ante præcinentes incipiunt canere. Tertium, conticinium, quum & galli conticeſcunt, & homines etiam tum quieſcunt. Quartum diluculum, quum incipit dignoſci dies. Quintum, mane, quū clarus iam dies exortus ſole. Itaque ſecundus gallorum cantus multo ſolis exortum antecedit. Hinc Iuuenalis,

Quod tamen ad galli cantum facit ille ſecundi,
Proximus ante diem caupo ſcit.

Cur ſubinde gallus canat.

Gallus ſacrificus.

Gallicinium.
Conticinium.
Diluculum.
Mane.

Conſimiliter Ariſtophanes in Cõcionatricibus, -πόδιζε·

Οὐδ' εἰμὶ δικαίως πάλαι πω τὸν δεύτερον
Ἀλεκτρυόν' ἐφθεγμένος. id eſt,
- nimirum genitum.
Ne ſi quidem iuſto illo appulſiſſes tempore,
Quum gallus iterum cecinit.

Huius rei mentio fit & in Euangelicis literis.

Ne ally quidem caput. 67

De ſordido.

Prouerbialis hyperbole, Οὐδὲ κεφαλὴν ἂν δοίη. id eſt, Ne allij quidem caput dederit. Ariſtophanes in Veſpis,

Ὃς οὐδὲ κεφαλὴν ἂν δοίη τῶν ἐμῶν ἕνεκα. id eſt,
Nemo vel allij caput addis cœtis.

Conueniet in ordidum, & impendio parcum.

Ruminare negocium. 68

Ἀναμάσσου τὸ πρᾶγμα. id eſt, Ruminare ſeu remandere negocium: dicitur qui ſuo cum animo verſat, etiam atque etiam expendens. Sumpta metaphora ab animantibus qui cibum in os reuocatum denuo mandunt, atque ita demum in alterum ventrem trajiciunt. nam id non accidit niſi iis quibus duo ſunt ventres. Ariſtophanes in Veſpis.

Μόλις τὸ πρᾶγμ' ἐγνωσται αἱματοσταγές. id est,
Vix causa cognita est, ubi cruenta erat.

Id etiam appellant αἱματιάζειν. Vsurpat hoc adagium & Lucianus quodam in loco.

Mordere labrum. 69

† *De stomachante.* Ἐσθίειν τὸ χείλιον est, Comedere labra, vel hodiernis temporibus vulgò dicitur qui stomachatur, animoque ringitur, sumptum ab indignantium gestu. Aristophanes in Vespis,

Τὰ ὀφρᾶς πλὴν χείλια ἔσθιον. id est,
Comedens labra præ iracundia.

Sic & Homerus Odyssex υ.

-αἰδ' ἄρα πάντες ὀδὰξ ἐν χείλεσι φῶτες. id est,
Ast bi labra sua præsserunt dentibus omnes.

Lesbiari. 70

Pollucis. Λεσβιάζειν antiquitus pollucere dicebant. Aristophanes in Vespis,

Μᾶλλον ἢ δὴ λεσβιεῖν τὰ ξυμπόται. id est,
Quàm cum bibones tam suos contaminet.

Aiunt turpitudinem quæ per eos peragitur, fellationis opinor, aut irrumationis primum à Lesbiis authoribus fuisse profectam & apud illos primùm omnium fœminam tale quiddam passam esse. Interpres huius rei testem citat Theopompum in Vlysse, ἵνα μὲν τὰ παλαιὰ τῶν, ἢ Σωλλίφιον δ' ἐκπλῆσαι σώματος ἔτυ σίφωμα, ἢ φασι πεῖσαι Λεσβίαν βῆναι. id est, Vt ne vetus illud ac vulgò iactatum mendacium ore nostro proloquar, quod aiunt Lesbios repetisse. Citat & Stratonem in Proœdo,

Ἀλλ' οὐ ποτ' ὦ παῖ ζῶσά γ' ἐκ τούτου πόλις,
Ἀλλὰ πρόκειται πᾶς Λεσβιᾶσαι χαρεὶς ὦν. id est,
Ne quando ab Ionia hæc vsquam pertendas, verùm hoc te bene relinquas, ac valere iubeas. Senarij duo videntur, sed nonnihil deprauati. Innuit idem Aristophanes ὑπὸ λαικαζόντων,

Δοκεῖς δέ μοι καὶ λαικάζειν πῶς Λεσβίως. id est,
Mihi ut videre cubda nota Lesbios.

Alludit autem ad communem literam, quæ prima est & Lesbis & obscœno verbo λαικάζειν, id in Latio, tale quiddam est Græcis, quale fellare Latinis. Nam vox etiamnum manet, tametsi rem iam olim è medio sublatam arbitror.

Pyrrhichen oculis præ se ferens. 71

Πυρρίχιον βλέπειν id est, tumultum ac bellum vultu præ se ferre. Inde dictum quòd pyrrhiche saltationis genus est quod ab armatis pueris peragebatur, vt testis est Athenæus lib. Dipnosophistarum 14. ostenditque in ea belli imaginem repræsentari, impetum & ardorem adolescentium, & celeritatem fugientium. Et Ælius Spartianus in Adriano, Militares, inquit, pyrrhichas populo frequentes exhibuit. Tranquillus item pyrrhiches meminit. Pyrrhichen saltauerunt Asiæ Bithyniæque principum liberi. Iulius Pollux lib. 4. cap. 14. inter varia saltationum genera commemorat τὰ μὲν ἐστιν τραγικῶν κορδακικὰ comicorum σατυρικὰ satyricorum, πυρρίχιον ac τελεσία, quas ἐνόπλιον vocat, quòd armati saltarent, vnde ξιφισμὸν dictum indicat, quòd gladiis peragerentur: & σκιφισμὸν, quòd mira pedum celeritate corpus circumagerent. Idem commemorat & alia saltationum genera, quæ belli habebant imaginem. κύρβεις & πυρρίχαν; quòd aiunt Herculi fuisse sacra. Rursus aliam quam κορυβαντικὴν dixere, quæ & ipsa armis peragebatur. Plato de legibus septimo, docet duo potissimùm saltationis genera fuisse: alterum bellicum ac tumultuosum, quòd pyrriche dicebatur: alterum moderatius, quòd emmelia. Pyrrhychen describit his verbis πυρρίχην δὴ τις ὀρθῶς θεσπεσιφυΐαν πρὸς τὸ ἀλλάξιμα καὶ τὸν πληγὰς καὶ βολὰς ἀκροβόλους καὶ ὑπεκθέσεις καὶ ὑπεξαναστάσεις καὶ ὅπλων, καὶ συμβολικοὺς μιμουμένην, καὶ πρὸς ταύτας ἐναντίας τὰς ὀρθὰς τὰ θρασυκάρδια φερομένας αὖ χειρώματα, ἔστιν ἐν τοῖς πρόσθεν βολαῖς καὶ ἀκοντίων καὶ παντὸς τοξεύματος μιμήματα ὑποκρινόμενος ὀρθῶς, τὸ, τὴν ὀρθὴν ἐν πάσαις καὶ τὰ δεξιὰ πάντα κινήματα καὶ λαχάς, ἐναντίας γίγνεσθαι μίμησιν καὶ φυλακὴν αὖ τὰ πολλὰ τῶν τοιούτων μιμούμενον χειρόμενον δ' ἐπὶ πᾶσιν ἢ πολὺς ἐναντίον, ἐν ὀρθῷ λαικάζοντας. id est, Pyrrhichè rectè appellaueris quæ vitationes omnium plagarum ac iaculorum, deflexione corporum, omnique cedendi ratione, submissione ac subsultibus in altum imitatur. Rursum his contrarios gestus, qui conducunt ad corporis motus, agilitati parandæ idoneos, qui tum in arcuum iaculationibus, tum in hastilium missionibus, denique in omnium plagarum impetitionibus simulachra pugnæ studeat imitari: humique rectitudinem interim & robur bonorum corporum atque animorum, quoties fit imitatio quæ adhibita plerunque confert ad corporis membrorum firmitatem: rectum quidem hoc: quod autem his contrarium est, nè vtrectùm approbatur. Meminit & scholiastes in Iliados Homericæ π. commemorans tria saltationum genera pyrrhichen, sicinnin, quæ pertinet ad sacra, & teordacium, qui fit indecorus & profanis conueniens. Pyrrhiche Cretensium erat, & in armis peragebatur. Vnde Homerus virum in bellis munus, agilem intelligi volens, saltatorem appellat, ὀρχηστὴν τοῦ πολέμου. Hoc pugnæ genus eleganter depingitur ex Xenophonte apud Athenæum libro primo, *Pugnæ genus, quæ olim saltatio.* Ἀρίστων πρῶτον μὲν ὅπλα ἐφόρουν ὁμοίως ἅπαντες. ἔπειτα ἄλλοτε μὲν ἄλλοι ἐξῆρχον, καὶ ἐδίδασκον ὀρχεῖσθαι τοὺς ἐντυγχάνοντας. ἦν δὲ ἡ ὄρχησις τοιάδε. ἐπεὶ γὰρ ἐκ τοῦ πεδίου ἐπὶ τὸν λόφον ἀναβαίνοιεν, ἐκ τοῦ ἀτρέμα ἐπὶ τὸ θέειν ἐτράποντο, καὶ ἐκ τοῦ ὁμαλοῦ ἐπὶ τὸ τραχὺ ἐνέβαινον, καὶ ἐκ τοῦ ὀρθοῦ ἐπὶ τὸ κατάντες ἐχώρουν, καὶ ἐκ τοῦ ἐν τάξει ἐπὶ τὸ ἄτακτον ἐτράποντο, καὶ ἐκ τοῦ ἐν ἀσπίδος ἐπὶ τὸ ἄνευ ἀσπίδος ἐγίγνοντο, καὶ ἐκ τοῦ ἐν κράνους ἐπὶ τὸ ἄνευ κράνους ἐγίγνοντο. id est, Primùm Thraces, & ad tibiam saltabant, subsiliebántque in altum, idque leuiter, interim vtentes gladiis. Tandem alter alterum feriebat, sic vt omnibus videretur hominem percutisse. Ille verò artificio quodam cadebat: moxque omnes exclamabant. Tum is qui percussisse videbatur, quum alterum armis spoliasset, exibat, comes Straticam. Postrò cæteri Thraces alterum efferebant veluti mortuum, quum nullo esset affectus malo. Recte illic & alia saltationum genera, si quis auet ea cognoscere. Denique Homerus Iliados π. Cretensem quempiam bello strenuum ὀρχηστὴν appellat, hoc est saltatorem, ob pyrrhichen de qua diximus, Thracibus familiarem. Ita scholiastes, commemorans tria saltationum genera, pyrrhichen bellicam, sicinnin lactis accommodam, & σκορδακισμὸν sordidam ac protervam. Aristophanes Auibus,

-ἀλλ' ἴθι δὴ
Βᾶσον ὅσον ἡμᾶς δεῦρο πυρρίχιον βλέπων. id est,
-*nuntius*
Accurrit ad nos pyrrhichen oculis tuens.

Vnde & pedi pyrrhichio nomen, quòd impetum habet militis ruentis in prælium: & vel à Pyrrho, Achillis filio (quod Plinius lib. 7 cap. 56 sentire videtur, scribens, Armatam saltationem Cretenses pecuere, pyrrhichen vocitatus, vtranque in Creta) vel, vt putat Athenæus, a Pyrrhicho quodam Lacedæmonio. Sunt enim bellatissimi Lacones, apud quos peculiaris erat hæc saltatio, quam mox à quinto anno pueri discebant, quod ait vocant πυρρίχειν: & pyrrhichistæ dicuntur hoc genus exercentes. Vel ab igne vt nomen habet. Iubus Scaliger eo quòd ignis vsus extaret in ea, ait Pyrrhichen eandem esse cum Troica, & vtrique tollit iunctos hoc genus certaminum. Quin hoc ipsum, si quis tumultuarie & ira excitatus decentem dicat πυρρίχειν, non carebit probabili ratione. Simili tropo Eunuchus apud Aristo, hanc.

Μισῶ λογῆς αἰσχροὺς, ἀπιστοτάτη
Ἀνθρώπων ἐστὶν οὐδείς, ἀλλ' ἀφ' ἑστίας. id est,
Seruorum odi hominem, nihil constans loquens,
Vnquam, sed ore præferens Martem truci.

Itidem poetæ dicunt torua tueri. & Græci ὑπόδρα βλέπειν.

ANIM. HENR. STEPH.

V. *artificio.*) Consentanea est hæc interpretatio lectioni quam sequitur, videlicet ὕπνον, sed legendum ὕπαρ, & reponendum hic percutiebat, vel cædebat.

Non est oleum in lecytho. 72

Ἔλαιον ἐν λήκυθῳ οὐκ ἔστιν, id est,
Olei liquet nequaquam in lecytho.

Scilicet quam figuratè nos non esse precibus locum apud inexorabilem. Refertur apud Aristophanem in Auibus. Et autem allusio ad vocem nomen ἔλαιον oleum, significat & ἔλεον misericordiam & haud scio an altera ab altera sit deriuata.

Magis gaudet eo qui senectam exuit. 73

Γηραὶ μᾶλλον ἢ πὶ γήρᾳ ἀνδί, id est, Gaudet magis quam qui senectam exuit. De vehementer hilari ac gestienti gaudio. Aristophanes in Pace. *Gaudio gestiens.*

Μέλιμου δὲ ἢ γλυκὺ, ἢ πίτυρόν ἐ γλυκύ.
Μᾶλλον δ' ἡ γῆρας εὐδιές, ἢ κυφοῦν τὸν ἀνθρ. id est,
Gaudeo si quidem, atque lætor, atque pedo ac rideo,
Qui clypeum suffugerim, magis ac senectam qui exuit.

Ductum est a serpentibus & cicadis, qui statis temporibus exuunt senectutem, ac veluti renascuntur.

Hic bonorum virorum est morbus. 74

Αὐτη γ' ἡ χρηστῶν ἐστ' ἀνδρῶν ἡ νόσος. id est,
At ipsa sane morbus est probi viri.

Suidas propemodum vt proverbiale citat. extat autem apud Aristophanem in Vespis, Vti licebit quum id probro datur quod magis laudi duci oportebat. Finitimum illi ex Euripidis Aulidensi Iphigenia,

Κάμοὶ γάμου πόθεσθ' ἕκατι δείνοτου. id est,
Mihi opprobrasti probrum honestum scilicet.

Vitia sed minima.

Aut σφαλτὰ, in tristia quædam & seuera vitia, quæ quum atrociora sint, tamen minus obnoxie sint infamiæ, quòd his magnates ac probati laborent. Quis enim non execratur furem? at longe fœdius est adulterium: quod tamen proceres sibi propemodum laudi tribuunt.

Ne guttam quidem. 75

Manet etiam hodie vulgo tritissimum, Ne gutta quidem, οὐδ' ὁβολοῦ, pro minimo. Aristophanes ἀπαχθόμενον,

Σὺ δ' ἀλλά μοι σάραξον ἐξ ἄλφιτων ὀλίγα. id est,
At tu mihi da pastillum guttulam.

Idem in Vespis adhuc tenuis forma dixit,

ὅσον εἰδὼ παπίλιον. id est,
ne paspalam quidem somni.

† *Paspala.*

Pro eo quod erat, ne minimum quidem somni. Nam paspalam Græci vocant minutissimam micam τῆς, aut farinæ, quemadmodum & ante diximus. Plautus in Pseudolo, Cui neque parata gutta consilij, neque adeo argenti. Nam hæc plus habent veneris ad animi res translata: vt, Guttam, aut micam, aut pilum bonæ mentis non habet.

Βατταρίζειν. 47

De balbutientibus.

Βατταρίζειν dicebantur vulgo qui balbutirent, quibusque hæsitans esset & impedita lingua, quod Græci πταιλίζειν appellant. M. Tullius ad Atticum libro 6. τὸν ξυναγόρα τὸν ἐμὸν ὁ ἀπαλὸς θεὸς ἐδοξέ μοι τὸ ἐμὰ βατταρίζειν. Quod vitium ex humore immodico nasci docet Hippocrates: probat Galenus commen. 6. Vnde in pueris ac temulentis fere accidit: quanquam addit & alias causas, indicans potissimum fieri in ν & ρ pro quibus sonant τ. vnde fit vt ægre suum ipsorum vitium pronuncient πταίοντες. De pueris, cur magis balbutiant quàm viri, quærit Aristoteles, sectionis 11. problemate 30. Distinguit autem illic philosophus πταίοντα, ψελλόντα, & ἰσχνοφωνίαν. πταίοντα autem definit, quum quis literam quampiam non potest exprimere, non quamlibet, sed certam aliquam. hanc Theodorus vertit blæsitatem. ψελλόντα verò, quum litera quæpiam aut syllaba supprimitur: veluti quum σπίθαν dicitur pro σπίνθαν. hanc Theodorus vertit balbutiē ἰσχνοφωνίαν verò, quum non valent expedite syllabam syllabæ contexere pronunciando. quam Theodorus vertit linguæ hæsitantiam. Quæ vitia frequentius accidunt pueris, vt dictum est, senibus ac vinolentis. Vnde Flaccus balbam senectutem vocat. In causa putat Aristoteles vitium imbecillitatem, quæ non queat animo seruire. Etiamsi Tullius βατταρίζειν accipere videtur propemodum pro effutire. Inde translatum ad eos qui nugas deblatterant. Vnde Βατταρισμὸν nugacitatem vocant, vocem à Batto quopiam Thebano mutuati, cui vox fuerit exilis, linguáq. parum articulata. Cui Pythia dixerit, βάττ' ἔτι φωνὴ ἦλθες, id est, Batte, ad vocem venisti. Author Hesychius, addens quibusdam videri vocem imitatitiam, qualis est φλοιοβοῶ-, aliæque innumeræ. Dicunt & βαττολογίαν multiloquentiam, à Batto quopiam poeta, cui mos erat in poematis eadem subinde inculcare. Vtriusque meminit Suidas. Verum hæc nihil ad sensum Ciceronis. Mihi magis apparet dictum fuisse βατταρίζειν pro dolo malo agere, quòd apud Cyrenæos vulpes dicatur βαττάρη, teste Herodoto vt Latini quoque dicunt Vulpinari. Battarus enim dux fuit deducendæ in Cyrenem coloniæ. De psellissimo dictum est nobis alias.

De balbutientibus. — *Balba senectus.* — *Βαττολογία.*

Vnde exoquat seuum. 77

Plautus, in Captiui duo, pronerbiali dixit hyperbole. Vnde excoquat seuum senex, opes significans copiosissimas. Tametsi locus hic non videtur vacare mendo. Ratio trochaici carminis admonet optimæ legendum, non optimæ. Plautinus versus hic est, ita vt in vulgatis circunfertur codicibus, Quid diutiæ, suntne optimæ? Vnde excoquat seuum senex. Seuum autem, vel vt alij, sebum, est pingue pecudum durius, quod Græci στέαρ appellant.

† *De copiosissimum.*

Iactare iugum 78

Iactare iugum, est incommode ferre seruitutis necessitatem. Translatum à bubus nondum assueus iugo. Iuuenalis,

Nec iactare iugum vita didicere magistra.

Simile illi, Contra stimulum calcitrare. Congeminatur enim infortunium quod feras impatientius: minuitur animi æquitate. Quemadmodum ait Plautus,

In re mala, animo si bono vti are, adiuuat.

Vt in Velabro olearij. 79

Vt in Velabro olearij, Prouerbialis similitudo de iis qui conspirarunt, rémque gerunt ex composito. Plautus in Captiui duo,

-vbi res,
Omnes compacto rem agunt, quasi in Velabro olearij.

De iis qui conspirant.

Velabrum autem, authore Varrone, locus erat Romæ quo olearij detrahebant oleum. Mos est autem huic hominum generi vt inter se de pretio conspirent, quo pluris vendant.

Imi subsellij viri. 80

Idem in eadem fabula, Imi subsellij viros appellat parasitos, qui tam conuiuium admittuntur, vt imo sedeant loco. Nihil, inquit morantur iam Lacones imi subsellij viros. Apud eundem in Sticho, parasitus inducitur ita loquens, Haud postulo equidem in summo lecto accumbere, Scis me dudum esse imi subsellij, virum. Item Horatius, 1 Epist. 18.

De parasitis.

-vt imi, Detrisor lecti,

scurram significans. Quadrabit etiam in tenues conuiuas, quos diuites isti nonnunquam recipiunt, sed infimo loco. Lepidius erit si transferatur longius, hoc est, ad eos qui inter aulicos proceres extremo sunt loco, aut inter eruditos postremi sunt: quos & infra classem, & extremæ classis, & infimæ notæ licebit appellare. Quorum posterus hoc à mercibus sumptum videtur, quibus addita nota testatur pretij modum: prius illud à censu veterum. Nam qui primæ classis erant, centum & viginti millia æris possidebant, atque hi soli classici vocabantur: cæteri omnes (nam classes erant complures) infra classem dicebantur. Author Gellius lib. 7. cap. 13. tametsi nonnulli codices pro 20. habent 25. Et Titus Liuius ait, Æris centum millia.

Infra classem. — *Infimæ notæ viri.*

Manticulari. 81

Festus Pompeius ostendit poetas hoc verbo Manticulari vsos pro fucum facere, aut subdolè agere. Citátque Pacuuium ita loquentem, Ad manticulandum actu aggreditur. Tractum autumat à manticulis, quas fures actrectare solent, nimirum quo furentur. Equidem magis arbitror hinc sumptam metaphoram, quòd qui in conuiuio dissimulant, mantilibus tegunt faciem veluti extergentes. Vnde in Sermonibus Horatius, 2. Sermo. saty. vlt.

Fucũ facere.

-mappa compescere risum.

Plautus item in Captiui duo, pro pallio latebráque posuit, qua dolus tegi possit, Nec mendaciis subdolis mihi vsquam mantellum est meis. Nec sycophantus, nec fucis vllum mantellum obuium est. Equidem haud scio num ad hanc pertineat formam quod legitur apud Originem hom 11a in Ezechielem 5. Qui dixit proximo loco, Ignoscit nobis peccata nostra Deus. Si quidem & in talibus sacramentis ludimus vicissim nobis pollicentes, Mappam mittet Deus, id est, teget nostra flagitia, missa mappa. Verùm quoniam Græci codicis non adest copia, super hac re præstiterit Academicum agere. Docti, quibus adest, locum hunc excutient à nobis admoniti. Veitus eodem dicto Tertullianus lib. aduersus Valentinianos, Sed mappa, quod aiunt, missa.

Mantellum. — *Mappa missa.*

ANIMAD. REMB. STEPH.

V. *Manticulas*) A mantilibus, dicēs esse sumptā metaphoram, manticulas (à quibus, manticulari tractū esse manifestissimum est) pro mātilib. etiam accipit: huic significationi

cationi non repugnare existimans quod pauperibus in nummis recondendis vsum earum fuisse dicit Festus. & fortassis eam colligens ex iis etiam quæ de voce manticularia leguntur ibidem verbis. Esto igitur manticulas & pro mantilibus sumi: hoc ego illi non invitus dabo. sed illud non item, a quibusdam per dissimulationem mantili facies tegentibus sumptam esse verbi manticulari metaphoram. Si quidem in promptu est hoc Catulli locus,

Manticulae sibi mavu sinistra
Non bella uterum in loco atque uno.
Tollis lintea negligentiorum.

Quo ex loco colligere est solitos quosdam in conuiuiis inter conuiuandum & iocandum, aliorum mantilia, tanquam aliud agentes attrectare, quæ occasionem nacti (illis videlicet vel oculos defigentibus, vel ad ea quæ dicerentur, non ad ea quæ fierent, animum intendentibus) furandi gratia mantilia attrectarent: deinde per metaphoram pro Subdole quidvis agere, vsurpatum fuerit. *Manticulari quid.*

Auro habet suppactum solum. 82

Proverbialis figura dixit Plautus in Bacchidibus, *Proadives.*

Sed dic hoc est illic Telamonis?
Illam regem qui locum habeat auro suppactum solum.

De prædante cui tanta suppetat auri vis vt pedibus calcet. Solum enim pro ultima crepidarum parte posuit, aut certe pro pauimento.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. *fuit, aut*) Hanc explicationem quæ planè verbis Plautinis vim adfert, & rem fortasse posse ex eius memoriam non auditam iactat nequiquam quæsiisse Erasmus, sed alteri accumbere illet, si hunc Athenæi locum legisset, vel potius si legere se meminisset. lib. 12. Ὁ δὲ Ἀγησίλαος καὶ ἐν τῇ πρώτῃ τῆς ἱστορίας καὶ Ἀγαθαρχίδης ὁ Κνίδιος ἐν τῷ δεκάτῳ τῶν περὶ Εὐρώπην φασὶ τὸν Ἀντίγονον τὸν Δώσωνα πρῶτον χρυσοῦν. ἀντὶ δὲ τοῦ Ἀγησίλαος λέγουσιν ἔνιοι τὸν Εὐήνορα τὸν Πάριον ἱστορικόν. Quinquam Plutarchus in Alexandri vita de eodem loquens, non aureos sed argenteos clauos gestasse commemorat, his verbis, Καὶ ὁ μὲν ἐκεῖνος ἐκεῖνον ἔφη τὸν Μακεδόνα τὸν πορφυρίδα καὶ φοινικοῦς ἱματίοις ἐσταλμένον καὶ πεπυκασμένον ἀργυροῖς ἥλοις ὑποδήμασι, &c. Dauid quoque, Psal. 68. *Explicatio versiculi Dauidis à Psalmo 68.* Perde coetum arundinis, congregationem taurorum, cum vitulis populorum: calcantem in frustis argenti, dissipa populos qui bella volunt. Hæc enim est simplicissima vetborum Hebraicorum interpretatio, quam [illegible] quòd per nimiumodi calcationem quid intelligendum foret, nec coniicere quidem posset. vnde factum est vt varijs à variis excogitatæ sint illius loci expositiones, sed huiusce calcationis mentionem nullam facientes. Donec tandem quidam exortus est, qui (vt est fagaci ingenio præditus) hunc illorum verborum sensum odoratus est, explicans, illos exultare calcando frusta argenti, quòd fieri possit vt prædones immodico luxu fibulas argenti in calceis gestauerint. Atqui dubitatio nulla superesset quin hoc factum fuerit: imo verò quia clauos etiam argenteos, atque adeo (qui multo prodigiosior est luxus) aureos in calceis gestauerint.

Ad aras. 83

Ἐπὶ βωμούς, id est, Ad aras. Refertur in collectaneis quæ Plutarchi titulo feruntur, nec explicatur. Equidem opinor perinde valere quasi dicas, ipso in negotio. Iuxta prouerbium quod nobis alio dictum est loco, quo vetamur ad aras consultare. *Ipso in negotio*

Samiorum Laura. 84

Σαμίων λαῦρα, id est, Samiorum laura. Dictitabatur in turpibus addictos voluptatibus. Laura apud Samios angiportum quoddam erat, in quo cupediæ popinatæque. Iuventæ venditabantur à mulierculis in hoc paratis. Extat & hoc adagium in commentarijs quæ Plutarcho inscribuntur. Refert idem Athenæus ex Clearcho, lib. 12. addens hoc inuentum fuisse Polycratis Samiorum tyranni, eámque ciuitatis corruptelam fuisse commentum ex Sardium cubito, qui dulcis prouerbio dictus est; auctore Platone. *†Turpib. ad dicta voluptatibus.*

Tænarium malum. 85

Ταινάριον μῆλον, id est, Tænarium malum. Si quid crudelius iniustum esset in famulos, Tænarium malum vocabant: propterea quòd olim Lacedæmonij captiuos qui in Tænarum confugerant, reductos capitis affecerunt supplicio. Est autem hoc loco Tænarus oppidum quoddam Laconiæ, cuius incolæ Tænaritæ vocentur, & eiusdem regionis promontorium, in quo spelunca per quam aditus erat ad inferos. *Tænarus Laconum.*

Lesbius Prylis. 86

Ὁ Λέσβιος Πρύλις, id est, Lesbius Prylis. Plutarchus in adagiorum collectaneis (si modò non fallit titulus) tradit, hoc prouerbium per similitudinem sumptum. Prylin enim fuisse Mercurij filium ac diuinandi peritum. Quanquam πρύλις Græcè militem peditem significet.

Agas asellum. 87

Agas asellum. Hoc adagio, quoniam mutilum refertur, non satis liquet quid sibi velit. Refertur autem à Cicerone in Deo stertente ad hunc quidem modum. In hoc genere conteruntur prouerbia, vt illud Scipionis, quum Asellus ouium pecus promeritis stipendijs meritem se peregrasse gloriatus, agas asellum, &c. Hactenus Tullius. Neque verò libet referre quæ in hunc locum adfert Omnibonus, interpres alioqui non omnino malus. Tamen visum est ipsum adagium in medium propouere, quod ægris saltem vestigandi ministraret occasionem, vnde fortasse legendum Agaso asellum. Nam Veteres eiulabant vocabulo mutuato Græcorum etiam in scriptura. Atque ita factum est, vnumquemque facere quæ digna sint. Deportant impore, accoquit lurco, dignus habitus male, pecuria: leno, mentitur aduocatus. Siquidem hoc ipso agasonum vocabulum in contemptus, ab his prouerbium id quod apud Græcos fecisse videtur, ob sermonis idioma, quam Dores asinum vocant, non ὄνον, vt cæteri, sed ἄρσεν ὄν ἀγασωνα, nō ὀνάριον, sed πωλάριον, teste Iulio Pollucis lib. De rerum vocabulis 7. Forsitan huc pertinet quod scripsit Flaccus epistola 19 ad Lollium. *Agas.*

ad imum
Thrax erit, aut olitoris aget mercede caballum.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. *accusationem*) Hanc Erasmi coniecturam qui sequetur, deprehendet scriptionem emendatam, meo quidem iudicio, non depravatæ locum dare. Recte enim legi apud Ciceronem, Agas asellum, nec mutilum, sed integrum illic referri ad gurgulionem, ex Martialis epigrammate mihi probare posse videor quod est huiusmodi,

Semper agis causas & res agis. At ale semper:
Est non est quod agas. Ales tamen semper agis.
Si res & causæ tibi sint agendæ actus meæ.
Alitibus quod agas dispeream agasonem.

Sed non eodem pertinet hoc dictum apud Martialem, quòd apud Ciceronem: fuerit aliquis. Imò planè eodem referri non fallum est. Vt enim hic Martialis Attalum dicit, postquam defunt illi res & causæ quas agat, agasonem adsciscere Scipio Asello omnes pro- *Agere mutat.* mereris stipendijs meritum se peregrasse gloriantem (quasi quum nouus illi locus deesset, vbi suum artem exerceret, ad aliud vitæ institutum se conferre deberet) dicit Agas asellum. Verisimile est autem inde natum hoc adagium, quòd olim qui varia vitæ genera sectati essent, & in omnibus rem infœlicem gessissent (Veterinis omnibus iniquis nati) tandem ad inopiam redacti, agasonum collegio nomen darent. Cuius rei & Horatij locus huc coniecturam videtur afferre,

beatus enim iam
Cum pueris tunicis sumet nouus conuiua & toga.
Dormiet in lucem, scorto postponet honestum
Officium, nummos alienos pascet ad imum
Thrax erit, aut olitoris aget mercede caballum.

Sed & Martialis alibi Carino paupertatem, vt opinor, imprecans, dixit,

Quid imprecabor ô Seuere tiuenti?
Hoc opto, mulas habeat & suburbanum.

Puto enim per suburbanum intellexisse hortum suburbanum, & eum quidem olitorium. Iudentem videlicet ex ambiguo, quia vel rus vel prædium suburbani solet. dixerat autem proximè præcedentibus versibus,

Sed quòd sub vrbe rus habemus æstiuum,
Vehimur que mulis non vt antè conductis.

Intellige autem, Sed liuet Carinus quòd, &c. Atque hic erit, meo quidem iudicio, verus totius loci sensus, Carinus inuidia rumpitur quòd sub vrbe rus æstiuum habeam, & mulis vehar, non conductis, sed meis: at ego contra, quod mihi inuidet, illi optomulas videlicet & suburbanum. Ita quidem prima fronte quod Carinus ipsi inuidebat, id ei videtur optare: ex ambiguitate videlicet vocis suburbanum, ioci occasionem captans: necnon ex ambiguo in ablatiuo Mulis genere (nec enim dubium est quin etiam fœminino genere vsurparetur Mulis, vt & Equis, pro equabus, apud Columellam legimus) ac in recessu hunc sensum habet ista verba, Inuidet mihi Carinus aliquam fortunarum accessionem: qua fit vt suburbanum rus nunc habeam, in quo æstiuare possim: & vehar mulis propriis, antea solitus conductis vehi. At ego illi pro ista sua inuidentia contrà fortunarum tantam imminutionem imprecor, vt præ inopia cogatur ex suburbano horto olitorio victum quærere, mulas per vrbem agens oleribus onustas. Hunc enim fuisse morem Romæ, vt hodiéque est apud nostrates, vt ex illis Horatij verbis satis videtur esse manifestum, *-aut olitoria aget mercede caballum.* siue caballum pro vili equo vsurpauerit, siue olitoris caballum rocosa catachresi pro mula aut asino olitoris posuerit. Et his quidem Martialis versibus, si ita exponantur, argutam subesse sententiam, neminem negaturum existimo. At verò Domitij explicationem sequendo, talē minimè reperiemus. hic enim ille, Opto hab. m. & iubur. Id est, Opto amittat diuitias quas habet, & fit nostræ conditionis ac fortunæ cui inuidet. id est, fit pauper. Quam tamen expositionem si quis meæ anteferre velit, vt nimis longè petitæ, ei certè pertinacius non resistam: sed eum pro Mulas reponere Mulos necesse fuerit. Et de hoc Martialis loco hactenus. cuius explicatio quum in dubium reuocari possit, ad illum alterum eiusdem redeundum est, qui cum Ciceroniano, apertè conuenit. Si igitur verum est quod ex Horatij loco colligi dixi, agasonum artem factitare solitos eos qui varia vitæ genera sectari, in nullo rem fecissent, vnde & ad inopiam redacti forent: hoc prouerbium Agas mulas olim iactatum putabimus in eos qui, quum in nullo paulo honestiore vitæ genere amplius versari possent, ad infima se demittere officia necesse haberent: aut latius accipiendo, quibus in nouo vitæ genere licet prioribus minus honesto, experiundam esse fortunam, vellent dicere. Nec dubium est quin Martialis, quum dicere debuisset, Si res & causæ desunt, agas mulas: dixerit agis mulas (quasi Attalus iā id faceret & (ὑπὲρ ἀνθρώπου) addiderit, agas animā. Hoc ergo sensu & Scipio militi nouum in quo militaret locum sibi deesse dicenti, respondit, Agas mulas. Ne quem autem moueant illa duo vocabula, & cetera (ex quibus Erasmus mutilum esse adagium non bene sibi persuaserat) admoneo vidisse me vetus exemplar in quo eorum ne vestigia quidem apparerent vlla.

Agas mulas.

Samium comatum. 88

De eo qui fefellit expectationē suā.

Τὸν ἐκ Σάμου κομήτην, id est, Samium comatum, dicebant eum qui antè ignauus habitus, præclarius expectatione sese gessisset in negocio. Aiunt pugilem quēpiam apud Samios fuisse, qui quum ab aduersarius haberetur ludibrio quòd comatus esset, commissus cum illis, vicit. Vnde in prouerbium abiit, quoties quis certamen suscepit cum his quos præter opinionem experiatur sese viribus superiores. Non dissimile quod admonuit Sylla, Cauendum a puero male cincto. Recensetur in Plutarchi collectaneis.

Seruum haud veho. 89

-Δοῦλον οὐκ ἄγω.
Εἰ μὴ πυκταικὸν τὸν ὑπὲρ τῶν κριῶν. id est,
-seruum ego haud veho,
Nisi qui prius pro carnibus certauerit
Certamine in manali.

Id est, non admitto seruum nisi multis magnisque spectatum experimentis. Est autem carmen hoc apud Aristophanem in Ranis à nobis alio citatum loco. Admonent interpretes duplicem esse lectionem, ὑπὲρ τῶν κριῶν, & ὑπὲρ τῶν κρεῶν. id est, pro carnibus, & pro cadaueribus. Pro carnibus accipiunt pro vita. carnem enim corpus appellant. Porro ferunt quum pugnant, quoniam nullas habent possessiones, pro vita quotidiana dimicant. Qui legunt κρεῶν, hanc adferunt fabulam: In prælio nauali quod actum est apud Arginusas, superiores extiterunt Athenienses, vetuerunque ne cadauera cæsorum tollerentur: & hac quoque de re dimicatum est. In hoc autem bello serui egregiam operam nauasse leguntur, quapropter & libertate donati sunt. Recensetur prouerbium in Plutarchi collectaneis.

Carnis pro vita.

Tertium caput. 90

Τρίτη κεφαλὴ καὶ τρίτος ἐγκέφαλος, id est, Tertium caput, & Tertio cerebro. In onerum baiulos dictum, qui non humeris modò, verùm & capite gestant onera. Extat in iisdem quæ modò citaui collectaneis. Apte torquebitur in homines variis distractos negocijs.

Onerum baiulus.

ANIM. MENR. STAPH.

V. Τρίτη κεφαλὴ, καὶ τρίτῳ ἐγκεφάλῳ, id est, *Tertium caput & tertio cerebro*) Videtur ibidem legendum in datiuo, Τρίτῃ κεφαλῇ. vt sit Tertio capite & tertio cerebro.

Vt Corinthia videris, &c. 91

Ἀκριβῶς Κόρινθος γυναικίζεται, id est, Corinthia videris corpore quæstum facturus. In mulierem intemperiuius libidinantem. De mulieribus Corinthi prostantibus dictum est alibi. Dictum est autem γυναικίζειν, nouo quidem verbo, quod nobis indicat quæstum facere corpore γύναιος enim naturam muliebrem significat. Extat & hoc in iisdem collectaneis.

Cyrnia cultura. 92

Κυρνιᾶν, id est, Cyrnium malum. De magnis dispendiis & expilationibus dicebatur. Cyrnus insula quæpiam est à regione Apuliæ, cuius incolæ longæui perhibentur esse, propter mel quo plerunque vescuntur, vicini Sardonicæ insulæ. nam eius illic summa copia, quemadmodum author est Stephanus. Hæc olim nauigantibus erat inaccessa, propter prædonum ac piratarum circa illam frequentiam. atque hinc vulgo prouerbium increbuit. Plinius libro 4. cap. 12. nominat Cyrnum, sed diuersam à Corsica: quum Strabo tradat Cyrnum esse quam Romani dicunt Corsicam, insulam ægre habitatam ob locorum asperitatem, & regionem multis locis impenetram. sed præcipuè quòd qui montes obtinent, ac latrociniis viuunt, feris ipsis sint efferatiores. E quibus si quando aliquot capti per duces Romanos Romam deducantur, dictu mirum quàm ferocium quiddam ac bellicosum præ se ferant. Nam aut sibi mortem conscisciunt, aut, si viuunt, stoliditate & amentia sic fatigant dominos, vt quantulocunque emptos, tamen emisse pœniteat. Talis olim Corsica, nunc vinis laudatissimis instruit Romanas delicias. Ob immanitatem igitur latrociniorum ac gentis feritatem dicta est κυρνιᾶν, quemadmodum dictum est Cilicium [illegible] quod alibi commemorauimus. Monuimus huius adagij superius in Cyrnia terra.

Magna dispendia.

Cyrnus.

Cersica.

Rapina cotyttis. 93

Ἁρπαγὴ κοτυττίων, id est, Rapina Cotyttis. Cotyttia festum quoddam erat apud Siculos, in quibus ex more placentulæ quæpiam & arborum fœtus ramis alligabantur, eáque diripienda proponebantur. Refertur in Plutarchi collectaneis, nec exponitur. Quanquam facile liquet dici solitum de bonis temere protinus direptique.

Bona temerè direpta.

Quæ ex antiqua. 94

Τὰ ἐκ παλαιᾶς, id est, Quæ ex antiqua, subaudito dum Tyro. Perinde valet quasi dicas summam molestiam, extremúmque malum. Tyrum enim, quæ cognominata est vetus, dictione composita παλαίτυρος, Alexander expugnatam, & ex insula, comportatis aggeribus, redditam continenti, crudeliter tractauit plurimísque affecit incommodis: vnde prouerbium, ἐπὶ τὸν παλαιτύρου. quo significabant tātū malorū, quantū antiqua Tyrus pertulisset. Recensetur & in Plutarchi collectaneis atque item Zenodoti. Historia est apud Q. Curtiū.

De extremo malo.

Triceps Mercurius. 95

Τρικέφαλος ἑρμῆς, id est, Triceps Mercurius. Dictum videtur in ambiguos ancipitésque, aut in vehementes astutos. Ad hunc modum fingebatur antiquitus Mercurius, vel quòd plurimam vim habeat oratio, vel quòd idem deus index viæ. proinde in singulis capitibus inscriptionem habebat, quò duceret hæc via quò rursum illa. Huiusmodi Mercurij simulachrum primus posuit Proclides, authore Philochoro.

† *De ambiguis & vehementer astutis.*

Danace. 96

Δανάκη, Danace, sic appellabatur tumulus ille qui

Sharpii

Charonti persoluitur, nauium pro transmissione Scygiæ paludis, cuius meminit Lucianus in Charonte: Apuleius item in fabula Psyches. Refertur in collectaneis Plutarchi, nec indicatur vsus. Mihi videtur rectè vsurpandum, siquis iubeat senem parare *Sardalum*, inuenis propè esse vt emigret è vita. Aut si quem vsque adeo nihil reliquisse dicat, vt ne Danace quidem supertuerit. In hunc sensum vsurpat Iuuenalis Sat. 3. qui hunc nummulum trientem vocat.

Nauium Charonti.

-nec sperat cænoso gurgite alnum
Infelix, nec habet quem porrigat ære trientem.

Vt Bagas constitisti. 97

Βαγᾶς ἔστηκας, id est, vt Bagas stabas. In stupidum & elinguem dicebatur. Bagas erat quispiam adsimilis attonito, stupidóque & inluso. Commemoratur is Plutarchi collectaneis. Haud scio num legendum sit Bagoas pro Bagasius eunuchus fuit. Et est hoc genus tinnulum & imbelle.

Stupidus & elinguis.

Cancrum ingredi doces. 98

Καρκίνον ἀρτὶ βαδίζειν διδάσκεις, id est, Cancrum rectè ingredi doces. De eo qui docet indocilem. Refertur in iisdem collectaneis. Finitimum vel idem potius cum illo quod paulò superius retulimus ex Aristophane, in prouerbio, Nunquam efficies. Pertinet ad genus

Indocilis non docetur.

ἀθιόπα σμήχειν, Æthiopem dealbas, &c. Siquidem animal hoc non ingreditur nisi obliquo corpore, & in omnem partem mouet gressum. Dictum putant καρκίνου quasi καρήκλωσι, à mouendo capite. Dicitur & capite gignere.

Mare exhauris. 99

Θάλασσαν ἀντλεῖς, id est, Mare exhauris. De eo qui conatur quod effici non possit. Nam montes vtcunque perfunduntur, at mare non possit exhaurisi.

†*Conatus impossibilis.*

Canes timidi vehementius latrant, &c. 100

Q. Curtius libro 7. demonstrat huiusmodi prouerbium apud Bactrianos vulgo iactatum fuisse, Canis timidus vehementius latrat quàm mordet. Thrasonum est turgidis minis diua moliri: at Chremes ad rem gerendam promptior. Sic & Atheniensis ad benè dicendum quàm ad grauiter agendum accommodatiores fuisse leguntur. Nec Aiaci promptum fuit dicere, nec Vlyssi bellare. Et Lacedæmonij verbis parcissimi, virtute longe præcelluerunt. Et apud Homerum Græci taciti pugnam ineunt, sed vim spirantes quum barbari immani clamore accurrerent. Denique mulieres lingua melius quàm viri belligerantur. Q. Curtius eodem in loco subiicit allegoriam huic similem. Altissima quæque flumina minimo sono labi.

In minaces.

CHILIADIS TERTIAE CENTVRIA OCTAVA.

Homerici versus aliquot prouerbiales.

Antiquis honoris antiquitas habebat Homero quemadmodum testatur Macrobius, vt singuli penè versus illius prouerbij vice celebrarentur. Quorum nos nonnullos sparsim in hoc opere recensuimus, præsertim quos in authorum literis vsurpatos deprehendissemus. Nunc itaque mihi videor facturus operæpretium si ex omni Homericę poesis corpore quosdam seligam versiculos, qui prouerbij speciem ita præ se ferant, vt dubitandum non sit quin hi certè ex illorum numero fuerint quos antiquitas adagionum instar vsurpauerit. Quanquam autem nullum ferè carmen est huius poetæ quod non possit ad aliquam prouerbij rationem detorqueri: tamen nos è plurimis pauca quædam decerpere maluimus: partim nequis nos in re tanquam affecta, nimium diligentes dicere posset: partim quòd nescio quomodo magis arrident in hoc genere quæ sibi quisque velut adoptarit. Itaque sat habuimus, in paucis aliquot, quemadmodum accommodari debeant, viam ostendisse. Atque in his ipsis, quanquam eum carminis vsum indicauimus qui tum nobis scribentibus venisset in mentem, tamen nihil vetuerit quominus idem carmen ad varios vsus asciscatur. Neque verò idem permiserim in reliquis poetis: nisi quis in Marone licere putet, quem Latinum Homerum optimo iure dixeris. sed facit hoc Homeri excellentia quædam singularis, vt deceat quicquid ex illo quocunque pacto mutuum sumpseris: etiamsi, quod in centonibus fieri solet, ad longe diuersam sententiam verba detorseris. Quanquam autem sciremus his non adfuturam gratiam nisi quis vsurparet Græcè, tamen ne non intelligerentur à nonnullis, vertimus hæc quoque. Sed iam referre incipiemus.

Virgilius Homerus alter.

Non probantis. 1

Ἀλλ' οὐκ Ἀτρεΐδῃ Ἀγαμέμνονι ἥνδανε θυμός. id est,
At non Atridæ sic est Agamemnoni visum.

Vsurpatur à Luciano ceu prouerbialiter in Lapithis. Rectè vtemur vbi rem quidem fatebimur honestam factu, verum diuersa placere iis quorum libido plus valet quàm æquitatis ratio. Siue quum quis tyrannico more sequitur non quod dictet æquitas, sed quod animo collubitum sit. Siue, quem vnus aliquis à cæteris omnibus dissentit. Sumptum est autem ex Iliados Homericæ lib. 2. vbi & iteratur hic versiculus,

Ἐν δήμῳ μὲν πάντες ὑπερφίαλοι ἀγαυοί,
Λαοὶ δ' οὐ θεμιτὸν, ἠμὲν ἐγὼ ἠδ' ἄλλος ἀνήρ.
Ἀλλ' οὐκ Ἀτρεΐδῃ Ἀγαμέμνονι ἥνδανε θυμός,
Ἀλλὰ πανῶν ἀφίη, ἀπαμείρετο δ' ἔθεν μοῖραν ἑταίρων. id est,
At reliqua Danaûm placet hoc sententia turbæ,
Sacrificio vt habeatur honos, ac splendida dona
Accipiat: at idem hoc Agamemnoni non sua visum est,
Quin male dimittit, dicta ac fera insuper addit.

Refutantis laudem immodicam. 2

Οὔτοι ἐγὼ θεός εἰμι τί μ' ἀθανάτοισιν ἐίσκεις; id est,
Nullum ego sum numen, quid me immortalibus æquas?

Aduersus immodicam laudationem.

Plutarchus in commentario cui titulus, Quo pacto quis intelligat se profecisse, monet vt hoc Homericum carmen semper habeamus in promptu, tanquam pharmacum aduersus venenum adulationis: aut vbi quis nos magnificentius quàm pro merito laudat. Vsurpatur à Luciano in Icaromenippo. Carmen extat Odyss. ξ, sub persona Vlyssis loquentis ad Telemachum filium.

Cauentis clandestinas insidias. 3

Μήτις σὶ φεύγοντι μεταφρένῳ ἐν δόρυ πήξῃ. id est,
Ne quis te à tergo fugientem telo figat.

Agis cautius.

Quum significamus circumspectius agendum, nequis noceat imprudenti. Diogenes vsurpauit mutata vocula in adolescentem formosum, qui incustodiè dormiebat.

Μήτις σὶ ἕδοντι μεταφρένῳ ἐν δόρυ πήξῃ.

Sunt autem apud Homerum Iliados ι, verba Diomedis Vlyssem fugientem reuocantis ad pugnam. Item Iliados, χ,

Οὐ μὲν μοι φεύγοντι μεταφρένῳ ἐν δόρυ πήξεις·
Ἀλλ' ἴθυς μαχεσσι δύω ἐν στέρνῳ ἔλασσον. id est,
Nunquam mi a tergo fugientis infixeris hastam:
Sed prompto potius aduersa in pectore torque.

Hoc licebit vsurpare quum quis non detrectat apertum certamen.

Iubentis aperte loqui. 4

Si quidem admonebimus vt proferat doloris aut odij causas, neque celet in animo: non illepide dixerimus illud ex primo Iliados libro,

Ἐξαύδα, μὴ κεῦθε νόῳ, ἵνα εἰδόμεν ἄμφω. id est,
Eloquitor, ne celato: quo sciamus ambo.

Pollicentis se promissa re præstiturum. 5

Significantes promissorum fidem non irritam futuram, sed re præstituros nos quod verbis sumus polliciti, vsurpare poterimus versus hos ex eodem libro,

Promissa non vana.

Οὐ γὰρ ἐμὸν παλινάγρετον, οὐδ' ἀπατηλόν,
Οὐδ' ἀπελεύσεται ἔπος, ὅτι κεν κεφαλῇ κατανεύσω. id est,
Nec reuocandus, nec irrita vanáve dicta futura
Quæcunque annuero & promisero vertice noto.

Dicuntur autem à persona Iouis ad Thetidem.

In absurde loquentem. 6

Vbi quis videtur absurdum quippiam dixisse, siue quum verbum aliquod videbitur per imprudentiam elapsum, quod satius erat reticuisse: locus erit illi quod

pluribus locis apud Homerum reperitur, & nominatim Odyssex lib. α.

—τοῖόν σ' ἔτ' ὀφθαλμὸς ἰδὼν ἐλέησεν, id est,
Dentis claustra tui quæ vox elapsa reliquit?

Laudatur hic versus ab A. Gellio, Noctium Atticarum lib. 1. cap. 15. qui pulchre admoneat parce loquendum esse, quòd natura linguam vallo dentium cinxerit & septo labiorum, quum aures patulas dederit.

In spem frustratam. 7

Spes irrita. Siquando significabimus aliquem sua spe frustratum, ac rem euenisse secus atque ille expectabat, non infeliciter applicabimus illud ex Iliados libro secundo,

Νοήσας· ἀλλ' ἄλλα Διὶ μήδετο ἔργα. id est,
Intellexit, nam Iuppiter hæc diuersa parabat Ignaro.

Inanis conatus. 8

Vbi sentiemus frustra sumi operam, neque quicquã prouideri diuinis laboribus, non inepte quadrauerit illud ex eodem libro,

Ἄπρηκτον πόλεμον πεπιδέσθαι, ἠδὲ μάχεσθαι. id est,
Pugnam infrugiferam & inutile ducere bellum.

Aduersantis se facturum aliquid. 9

Quum aduersabimus nos facturos quippiam, si modo vita non defecerit, licet accommodare versiculum ex eodem libro,

Μηκέτι νῦν Ὀδυσῆι κάρη ὄφρα τοῖσιν ἔπειμι id est,
Posthac ne caput hoc humero insidat Vlyssis.

Item Iliados quinto,

Αὐτίκ' ἔπειτ' ἀπὸ τοῖο κάρη τε μιν ὤμοιϊν ἔεργε φ. . id est,
Mox caput hoc ipsum mihi barbarus cæde recidat.

Nam hoc modo vulgus nostris etiam temporibus detestat. & nota sunt illa apud Latinos, Enecter, Dispeream.

Quæ sero contingunt sed magnifica. 10

Quoties intelligi volemus tamam aut præmium aliquod serius quidem contingere, verùm hoc præstantius ac durabilius quo diutius dilatum, vt tarditatem habilitate perpetuitateque compenset, non alienum fuerit Homericum illud ex Iliados secundo libro vsurpare,

Ὄψιμον, ὀψὲ τέλεσσαι, ἀτὰρ καὶ ἐπήλυσιν.
Quem versum Cicero ita vertit,
Tarde, & serò venisse, sed tamen & laudem peremi.

Verba sunt Calchantis animum addentis Græcis vt perdurent: quanquam enim victoria bello decimo demum anno contingit, eius tamen immortalem fore.

Consulendum & consiliis parendum. 11

Quum admonebimus nos quempiam vt vicissim & recta consilium aliis det, & ab aliis accipiat: aut vt & secum rem diligenter perpendat, & alienam sententiam auribus attentis audiat: non intempestiuum erit illud ex eodem libro.

Ἀλλ' ἄγε σὺ πίθεο τ' ἔμμεναι ἠδὲ καὶ ἄλλου. id est,
Ipse age rem bene consultam & parere decorum.

Non interpellandus famelicus. 12

Stomachabo latrantis Quoties animaduertemus non esse consultandi otium, nisi prius placauerimus latrantem & iratum, vt ait Horatius, ventrem: aut vbi significabimus, aliquem, simulatque hic aliquantus quod expectabat, iam ad alia conuertimur: recte proferemus versiculum hunc & eodem libro & alias apud Homerum solennem.

Ἀλλ' ἐπεὶ ἂρ μετὰ πόντον ἐγείνατο δῖον ἔρωτα. id est,
At postquam his potus exemit pectore cupido cibiq.

Id Virgilius ita reddit. 1. Æneid.

Postquam exempta fames, & amor compressus edendi.

Ingens rerum multitudo. 13

Quum admirandam hominum aut rerum seu malorum multitudinem indicare volemus, congruet illud ex eodem libro, crebroque alias,

—ἅσσα τε φύλλα καὶ ἄνθεα γίγνεται ὥρῃ.
Hoppo proinde adsimilor ἐθνεα πολλά. id est,
Quot frondes & quot sunt vernо tempore flores,
Vt quæ globatarum muscarum examina multa.

Quæ diuinitus contingunt. 14

Qui dicet quippiam non cuiuis contingere quisquis optat, sed diuinitus dari (velut ingenium, formam, vires,) vsurpare poterit Homericum illud Iliados libro tertio,

—ἀλλὰ δ' ἐν αὖτις ἔχουσι. id est,
Non quisquis velit illa ferat.

Dicuntur ab Alexandri persona ad Hectorem, qui illi comam, formam & bellicam citharam opprobrarat,

Οὐκ ἂν τοι χρυσέη κίθαρις, τά τε δῶρ' Ἀφροδίτης,
Ἣ τε κάρη, τό τε εἶδος, ὅτ' ἐν κονίῃσι μιγείης. id est,
Non tibi profuerint cantusque & dona Diones,
Vel coma vel species, in puluere cum congredieris.

Adiecta respondet Paris.

Μή μοι δῶρ' ἐπίεπε δεδασμένα χρυσέης Ἀφροδίτης. *Non asperna da, quæ dianæ tuis cæsagat.*
Οὔτοι ἀπόβλητ' ἐστὶ θεῶν ἐρικυδέα δῶρα,
Ὅσσα κε αὐτοὶ δῶσι· τὰ δ' οὐκ ἐθέλοντα ἕλοιτο. id est,
Ne mi opprobratis (inquit) optabile donum
Hanc quamlibet aspernanda deum pulcherrima dona,
Quæ viro dant: neque enim si quis velit, auferet illa.

Refert Laertius Cynicum Diogenem, reprehensum quòd accepisset munera ab Antipatro, respondisse versu Homerico quem modo retuli, μή μοι δῶρ' ἐπίεπε, &c.

In senem inutilem. 15

In eos qui ad rem gerendam iam inutiles sunt ob ætatem, verum oratione valentes: velut si quis taxare velit senectem, vt ait Plautus, vetulum, turpiloquum... quidem, exercitum ad veteris vsum languidum apponte dixerit illud ex eodem libro,

Γήραϊ δὲ στυγερῷ πεπαλαγμένος οὐκέτ' ἀρωγὸς
Ἔσκε. id est,
Iam ob senium bello exercitii sed dicere tantum Egregè.

Quidem in quarto de Tydei filium,

—χρεῖος μᾶλλον ἀγορητὴς δὲ τ' ἀμείνων. id est,
In rem magis pugnax sed consilio prouidum.

Facto imputandum. 16

Quum hominem quempiam culpa liberabimus, eamque vel in fatum vel in fortunam reiiciemus, vtque hoc licebit quod mihi dicit Priamus ad Helenam. *Culpa quenquam liberans.*

Οὔτοί μοι αἰτίη ἐσσί, θεοὶ νύ μοι αἴτιοί εἰσιν, id est,
Nil tibi ego tribuo verum ipsis magis imputo diuis.

Diu dissimulatum aperientis. 17

In eum qui quod diu dissimulauit, tandem irritatus eloquitur, non incommodè deterquebitur illud quod in eodem loco dictum est de Vlysse,

Ἀλλ' ὅτε δὴ ῥ' ἔπτατο μεγάλων ὑπὸ στήθεσφιν id est,
At vbi tam promis prægrandem è pectore vocem.

Pertinax contentio. 18

Quoties ostendemus obstinatam ac muliebrem æquatum inter ipsos contentionem, quum neuter altero vult inferior videri: conueniet illud quod Iliados lib 4. Iuno dicit ad Iouem,

Καὶ γὰρ ἐγὼ θεός εἰμι, θέμις δέ μοι ὅνθεν ἔασθαι. id est,
Ipsa etiam dea sum, genus inde mihi vnde tibi ortum.

Quem vterque concedit alteri. 19

Rursum quum omissa contentione, vterque alteri concedit, locus erit ei quod eodem statim loco consequitur,

Ἀλλ' ἤτοι μὲν ἐγὼν ὑποείξομαι ὧδε κελεύω.
Σοὶ μὲν ἐπειτα, τοὶ δ' ἄμμιν. id est,
Quin magis alteri in his rebus cedamus vterque.
Tu mihi contrà ego deinde tibi.

Adamantis teneræ. 20

In eum qui teneræ ætatis quempiam, vel adamat magis, ita vt non nisi grauissimis incommodis à quoquam... no... in cito tolerens illud ex eodem libro,

—οἷ ὄφρετε
Παιδὸς ἔτι νεαρῆφιν, ὃς ἀλλοῖ πάντα ἔοικε. id est,
non ipsum atque genitrix
Musæum nuper patrio famulum effigiosa cohauti.

Dictum de Pallade curante vulnus Menelai.

Contemnentis dicterium. 21

Si quando significabimus nos scommate seu contumelia leuiter commoueri, nec altius in animũ demittere: congruet illud ex Iliados eodem libro quarto,

Οὐκ ἂν καρτύνοι, ὃν πάμπαν βέλος ἀμφιβάλῃσθε,
Εἰρυσσάμενος ζωστῆρ τε σακέϊ ὑπερθύμῳ,
Σὺν τε ἔγχεϊ, τόν τε χαλεπὸς κραδάων αἴσσει. id est,
At missum non transmittat ad vitalia telum
Sed summa in cute balteus arcuit, suppositóque,
Lamina squama, quæ huic faber addidit arti.

Malorum oblitio. 29

Qui deprecabitur omen aliquod parum faustum, aut qui iubebit obliterari memoriam malorum, non incommodè vsurpabit illud ex eodem libro,

—τὰ δ' πάλιν

—τὰ δ' πάντα θεοὶ μαλακοῖσιν ἰῶνται. id est,
Irrita dij superi ventis hæc omnia tradent.

Ex minimis initijs maxima. 23

E minima scintilla, incendium.

Ad iudicandum maximas simultates nonnunquam ex tenuissimis iniuriolis nasci, non secus atque ex minutissima scintillula grauissimum incendium, mire congruet illud ex eodem libro de Eride, id est dea contentionis,

Ἠτ' ὀλίγη μὲν ἔπειτα κορύσσεται, αὐτὰρ ὑπ' αὐτῆ
Οὐρανῷ ἐστήριξε κάρη καὶ βήσετο χθονὶ βαίνων. id est,
Quæ primùm exigua surgit, verum illico cælum
Attingit capite, in terris vestigia ponens.

Fama apud Virgil.

Hunc locum Virgilius Æneidos 4. detorsit ad famam,

Parua metu primò, mox sese attollit in auras,
Ingrediturque solo, & caput inter nubila condit.

Diuersarum partium. 24

Qui volet innuere Metium quempiam, & cum vtraque parte colludentem, aut aduocatum prætiaricatorem aut proditorem ducem, non ineleganter vsurpauerit illud ex Iliados libro 5.

Τυδείδην δ' οὐκ ἂν γνοίης ὁπότερος μετὰ τοῖν,
Ἢ μετὰ τρώεσσιν ἅμ' ἕσπετο, ἢ μετ' ἀχαιοῖς. id est,
Porrò Tydiden minimè dignoscere possis,
Troianosne inter versetur an inter Achiuos.

Alieno ferox præsidio. 25

Si quæras innuere, quòd ferox sit quispiam, & improba moliatur, id eum non facere domesticis viribus fretum, verum alicuius potentioris fultum præsidio, qui clanculum illi suppeditat & animum & opem (quemadmodum vulgus nostratium suspicatur ducem Geldriæ, tot iam annos negotium facessere nobis, dissimulatis Gallorum suppetijs) illud accommodes licebit eodem ex libro,

Οὐχὶ σὺ καὶ Διὶ τῷδε μάχοιο, δεινά τις ἄλλη
Ἔσται ἀθανάτων νίφῃ εἰσαμένη ἠὲ θύελλα. id est,
Ista quidem hic nequaquam audet sine numine, verùm
Adfuit diuûm aliquis, humeros caligine tectus.

Fortuna prorsus aduersa. 26

Cum male cessit, vel consultis.

Quum res bonis institutis consiliis, tamen male cedit, illud appositè dixeris ex eodem libro,

—Σεύς τις ἔβη κατὰ μῶνυξ. id est,
Inuisus deus est aliquis.

Item in ζ.

Ἀλλ' ὅτε δὴ καὶ τῷ γε ἀπήχθετο πῶμα Διὸς τε. id est,
Ille vbi iam inuisus diuis etiam omnibus esset.

Arripe negotij curam. 27

Admonentes aliquem vt diligenter negotium capessat, & grauiter rem aggrediatur, vtemur hoc ex eodem loco carmine, quo Æneas hortatur aurigam suum,

Ἀλλ' ἄγε νῦν μάστιγα καὶ ἡνία σιγαλόεντα
Δεῦ' ἰέναι. id est,
Quin age nunc scutisámque manu depectáque lora
Corripe.

Reiicientis authorem formidinis. 28

Territanti, metumque inanem inicienti, verùm hunc occinere licebit quo Sthenelum ibidem alloquitur Diomedes,

Μήτι σεῖο δ' ἀγήνορι. id est,
Ne trepidandi author mihi sis.

Omni conatu inuadere. 29

Si quem significabimus totis viribus tendere in quempiam oppugnandum, conueniet illud ex eodem libro,

Αἰνείας δ' ἐπίεσσιν ἰὼν σὺν ἀσπίδι, δουρί τε μακρῷ. id est,
Obnixus Æneas clypeóque insurgit & hasta.

Summa vi defendere. 30

Rursum si quis alterum summa vi tuebitur, quadrabit quod proximè eo consequitur loco,

Πρόσθ' ἄλοχοι δῖαι τ' ἔσαν ἠδ' ἀκοίτιδες παῖδες τε. id est,
Vndique tecti eum lancea, clypeoque rotundo.

Æqua concertatio. 31

Pares ex æquo ad disceptandum.

Quum significabimus duos ex æquo paratos ad discrimen subeundum, rixámve, licebit accommodare carmen illud ex eodem libro,

Τὼ μὲν δὴ χεῖράς τε καὶ ἔγχεα ὀξυόεντα
Ἀντίον ἀλλήλων ἐχέτην, μεμαῶτε μάχεσθαι. id est,
Illi inter sese iamiam pugnare parantes,
Obtendunt pectúsque manus, pra cuntéque pila.

Incitare currentem. 32

Qui significabit instigari quempiam ad id ad quod suapte sponte propendet, vsurpabit illud ex eodem libro. quanquam & aliàs apud eundem poetam occurrit.

Μάστιξεν δ' ἵππους· τὼ δ' ἐκπροτι πετέσθην. id est,
Cædit equos scutica. at illi vel sponte volabant.

Sumptum ab aurigis.

Ad vtrumuis paratus. 33

Hominem ad vtramque fortunam instructum, iudicris pariter ac seriis accommodatum, aut qui norit cum bonis pariter ac malis conuenire, notabimus hoc carmine quod est in Iliad. a.

Οἶδ' ὅτι δεξιτερὴ, οἶδ' ἐν φρεσὶ καὶ κατὰ θυμόν. id est,
Noui equidem clypeum dextra, ienúque mouere.

Nullus delectus. 34

Aristoteles libro Politicorum 2. refert hunc versiculum ceu vulgo celebrem,

Ἴσον δ' ἐν τιμῇ ἠμὲν κακὸν ἠδὲ καὶ ἐσθλόν. id est,
Par honor ignauóque vero & virtute valenti.

Quo licebit vti si quando significabimus nihil esse discriminis inter eruditum & impostorem, inter benemerentem & malemerentem, inter probum & improbum. Verba sunt Achillis stomachantis, quòd sui ratio non esset habita ab Agamemnone, quum esset omnium multo fortissimus. Hoc loco lapsus est interpres Leonardus Aretinus, vir ille quidem tum doctus, tum eloquens, sed homo tamen. Sic enim vertit carmē Homericum, Honori incumbit tam ignauus quàm bonus: nimirum deceptus ab eo qui libros eos illi prælegerat. nec animaduertit ἴσον positum pro μοῖρ.

Error Leonardi Aretini.

Muneribus res agitur. 35

Qui dicet non esse locum rectè factis & æquis rationibus, sed largitione & assentatione rem omnem peragi, poterit illud accommodare ex Iliados ι.

Δώρητόν τ' ἀγανόν, ἵλαοι δέ τε μειλίχιοι τε. id est,
Et donis permagnificis, & lenibus dictis.

Quo quidem in carmine muneribus non temere prior datus est locus.

Frustratus conatus. 36

Qui spe frustratus sua, non assequitur id quod ambiebat, in hunc non incongruè torquebitur illud ex Iliados φ.

—βάλλοντι δέ οἱ ἔπεσε βελέμνον
Καὶ οὗ μὲν ῥ' ἁφάμαρθε. id est,
animus capiti configere telo:
Verùm illum fallente manu ma atigit.

Rursus alias.

—ἀλλ' ὄγε καὶ τότ' ἄμυδις. id est,
verum & tunc ille fefellit.

Alieno auxilio potentes. 37

Qui alienis præsidijs freti facinus aliquod egregium, aut qui alieni prætextu nominis aliquid faciunt, in eos appositè torquebitur ex eodem libro, quod ibi dictum est de Teuco fratre Aiacis Telamonij. Nam is sub fraterno latitans clypeo, sagittas aliquot mittit in Troianos,

Στῆ δ' ἀδελφεοῦ ὑπὸ τεύχεσι Τελαμωνιάδαο. id est,
Constitit Aiacis clypeo septemplice tectus.

Cauendum à potentiore. 38

Qui se negabit rem habere velle cum homine longè potentiori, quique magnopere possit lædere, rectè accommodauerit illud ex eodem libro,

Οὐ γὰρ ἔγωγ' ἐθέλοιμι δὶς ἑπτάεσσι μάχεσθαι. id est,
Cum Ioue ego fatò nolim certamen inire.

Cum Ioue contendere.

Subitum remedium periculi. 39

Res periclitans, diuinitus seruata.

Quum indicabimus rem in extremum discrimen adductam, actumque fuisse, ni subita salus, ceu à deo quopiam immissa, protinus affulsisset: illud ex eodem libro, tum alias sæpe, conueniet.

Εἰ μὴ ἄρ' ὀξὺ νόησε πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε. id est,
Ni illico sensisset genitor diuúmque hominúmque.

Perplexus, animique consternati. 40

In eum qui periculoso negotio consternatur animo, nec rationem inuenit qua explicet sese, quadrabit illud ex eodem libro,

Νέστορα δ' οὐκ ἔτλη λὶς ἀγαλλόμενος περ. id est,
Fugere à manibus miranda Nestori barba.

Litem incipere. 41

In eum qui iam prouocatus aggreditur conuiciis agere, congruet illud ex Iliados κ.

Εἶλετο δ' ἔγχος ἐχεφρόνα ἐξέ χαλκῷ. id est,
Hastam corripuit rouustam cuspide acuta.

Cui diuersum illud, Hastam abiecit: quod alibi retulimus ex Ciceroue.

In formidolosum. 42

De pauido. In hominem vehementer pauidum, animoque consternatum, quadrabunt hi versus ex eodem libro,

—αἰδώς μοι ἔπειτα
Ἕρμαι' ὦ φίλ' ἑταῖρε, πρεσβύτερος δέ μοι ἔσσο
Στήθεα οἱ πρόφρων κραδίη δ' ἔνι φαίδιμα γοῦνα. id est,
Nec mihi mens constat, sed mota vacillat: & extra
Pectus cor salit, & trepidant quoque corporis artus.

Dicuntur autem hæc ab Agamemnone, populo metuente.

Blandius alloqui. 43

In eum qui blandius & honorificentius compellat aliquem gentilitus etiam prænominibus additis. Quæ te, puta, aut Publi: videlicet quo gratiam aliquam ineat apud illum: recte torquebitur illud quod eodem in libro dictum ab Agamemnone, iubente Menelaum blandiri copiis Græcorum,

Πάντας δὲν ἀνὰ φῦλα καὶ ἀνέρα μείλιχα εἰπεῖν. id est,
Compellans patrias ac gentilitias quoque

Inexorabilis. 44

In exoratu difficilem ac præfractum, suoque relinquendum ingenio: siue in eum cuius operam nihil moramur, appositè torquebitur quod Iliados ι. Diomedes dixit in Achillem, qui legatos & Agamemnonis dona reiecerat,

Ἀλλ' ἴτω οἷος ἐμεῖο πολὺ πλέος ἠὲ καὶ ἄλλου,
Ὅσσῳ μᾶλλον
id est,
Quum magis ipsius hunc animo ingeniòque superbum,
Sine venire velit, sine hic remanere.

Auscultæ & perpende. 45

Mora interponenda consilio. Quoties significabimus nos aliquid dicturos quod ad rem pertineat, quodque ratum ac certum futurum sit, conueniet illud ex eodem libro, quanquam & aliàs apud eum poetam sæpius obuium,

Ἀλλά δέ τοι ῥέξω τε καὶ φρεσὶ βήσομαι εἶναι. id est,
Imo aliud quiddam (in mente recondito) dicam.

Non festinandum decernendum. 46

Qui significabit interponendam moram priusquàm decernatur, & rem in posterum diem reiiciendam, accommodabit illud ex eodem libro, quod Phœnici cum legatis ad reconciliandam gratiam missis ab Agamemnone respondit Achilles.

—ἀμὲ νύ φασιμολπὸν ἐφ'
Ἡμαθόεντα. id est,
—*cras ubi crastina surget* *Consultabimus.*

Huc apparet tritum celebre Græcis prouerbium, ἐν νυκτὶ βουλή. id est, In nocte consilium, quod alio diximus loco.

Nemo cogendus amicus. 47

Quum innues aliquem non esse ad negotium accersendum præter animi sententiam, aut non esse collocandum officium in eum qui nec agnoscat, nec accipiat libenter: accommodabis si fuerit quod eodem in libro de Patroclo dixit Achilles,

—ὡς ἐθέλει τε καὶ οὐκ ἐθέλοντά περ ἄξω. id est,
Si volet, inuitum hunc haud aliquaquam abduxero quoquam.

Omnibus anteuertenda vitæ cura. 48

Vitæ consulendum. Qui dicet omnia posthabenda quo vitæ consulamus, accommodabit illud ex eodem libro,

Οὐδ' ἐμοὶ ψυχῆς ἀντάξιον ἔπλετο φαεινὴ
Ἰλίου ἐκπέρσαι κτητὸν πολύβοιον,
Τὸν πρὶν ἐπ' ἐλθέμεναι. id est,
Nullum equidem precium cum vita confero, nec cum
Iliacis opibus, pridem quas tempore pacis
Vrbs opulenta tenebat, vti fama est?

Moxque causa redditur, quòd vna vita neque reuocari neque sarciri possit, simulatque semel dentes reliquerit.

Ἀνδρὸς δ' ψυχὴ πάλιν ἐλθεῖν οὔτε λαιστὸς,
Οὔτ' ἐρυτός.

Euenit malo male. 49

Quum scelerato cuipiam euenit quod omnes imprecabantur & optabant, locus erit illi ex eodem libro,

—θεοὶ δ' ἐτέλεσσαν ἀπαντα. id est,
—explerunt immitia precamina dira.

Verba sunt Phœnicis narrantis omnia mala accidisse sibi quæ pater olim fuerat imprecatus.

Nec dignus qui me intueatur. 50

Qui contemnet omnino quempiam vt ignauum multoque sese inferiorem, non ineleganter illud ex eodem libro detorserit quod in Agamemnonem dixit Achilles,

—εἰδὼς αἰδέομαί περ
Τρῶας, κούρους εὐεργέας, εἰς ὅτε νῶϊν ἰδόντας. id est,
—haud ille quidem auset,
Quamuis perfricta sit fronte, mihi ora tueri.

Quod idem etiam hodie vulgo dictitant. Est autem iudicium animi conscij, non audere rectà faciem intueri eius quem læseris. Hinc est quòd Menelaus in Iphigenia Aulidensi iubet in primis vt Agamemnon obtegatur sese, videlicet inde facti collecturus primum argumentum. *Recta facies intueri, quod signum.*

Cauendum ab eo qui semel imposuit. 51

Qui se negabit habere velle commercium cum eo à quo semel sit deceptus, vsurpabit illud ex eodem libro,

Οὐδέ τι οἱ χολὰς συν φράσσομαι, ἠδὲ μενοινὰς.
Ἐξ οὗ δὴ μ' ἀπάτησε καὶ ἤλασεν· ἴδμεν δ' ἐτ' αὐτὼς
Ἐξαπαφεῖν ἐπέεσσι, λίην δέ οἱ ἐμβεβαῶτα
Ἐρέω. id est,
Hoc ego cum nihil aggrediar: neque enim expedit vnquam,
Quippe vbi semel deceptus, semel grauate fefellit,
Non iterum mihi verba dabit, fallo ei semel illi hoc
Sit facile satis, quin posthac hic quiescat,
Ac valeat.

Amicorum est admonere mutuum. 52

Sententia prouerbialis videtur quam legimus Iliados λ.

—ἀγαθὸς δὲ παραφθὰς ὄφρα ἴδῃσι. id est,
—bonus est affatus amici *Admonitoris.*

Hanc licebit vsurpare si quando dicemus amici munus esse vt amicum, si quid erret, liberius admoneat.

Vnus multorum instar. 53

Quod eodem in libro dictum est in laudem medici, idem torqueri poterit ad quemcunque virtute præstantem, carmen est huiusmodi,

Ἰητὴρ γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων. id est,
Vir medicus multis aliis æquandus honore est.

Festiuius hoc in Eryximachum torquet Alcibiades, cui iubenti negat se posse obsistere, quòd vir medicus multorum instar sit. Festiuius erit si transferatur ad res animi, veluti Plato libro de Repub. 4. εἰ δὲ πολεμίους, ἢν μέγα φοβερὸν, id est, Si illud vnum magnum, quod dicetur, seruauerint. Indicat illud ἐν μέγα fuisse prouerbiale. Vide prouerbium, Multa nouit vulpes, &c. Idem admonet elegantissima parabola euangelica de pretioso margarito, & de thesauro in agro. Bona mens igitur πάντων ἀντάξιος ἄλλων. & eruditio & bona fama, πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων.

Contemnentis inimicum. 54

Qui negabit se commoueri conuiciis alicuius hominis contempti, non inscitè deflexerit id quod eodem libro dicit Diomedes,

Οὐκ ἀλαπαδνός εἰμι μάχην βάλλειν, ἠδὲ τοξεύειν
Κωφὸν γὰρ βέλος ἀνδρὸς ἀφαμαρτοεπὲς ἐστὶ. id est,
Haud cunctor magis ac si femina, siue quis infans
Me lacessat: peteret si quidem vani inertis & ipsa
Irrita tela volant.

In voti compotem. 55

Vbi quis assequutus est quod affectabat captabatque (veluti si quis dignitatis alicuius obtinendæ spe munus principi mitteret, eaque dignitate fauore principis potiretur) quadrabit illud ex eodem libro,

Καὶ βάλεν, οὐδ' ἅμαρτε μύων βέλος· ἔκχυτο χειρός. i. e.
Attigit, neque manu non irrita missa sagitta est.

Lupus in fabula. 56

Quum fortè fortuna in medio sermone interuenit is cuius mentio fiebat, conueniet illud ex Iliad. κ.

Ὥς πω πάντ' ἔπος ἦεν ἔτ' ἀμφαδὸν οὐδὲ κεκεύθει
Ἰάσων τε καὶ ἀμφοτέρω ἔτι μῦθος ἔκειτο. id est,
Iásonque aderant ipsi, nondum sermone peracto.

Corrigentis quod dictum est ab alio. 57

Vbi ciuiliter notabimus aliquem tanquam haud ex animi sententia loquutum, aut vbi quid dictum erit

parum

pàrum honestum, interquebimus versiculum hunc ex Iliados μ, quem Plutarchus ad eum vsum adduxit alicubi,

Οἶδα ἐγὼ μῦθον μαῦρον ἀμείνονα τῷδ' ὑποθέσθαι. id est,
Sermonem hoc alium pejorem adducere nosti.

Aliter cum aliis agendum. 58

Qui significabit cum aliis blandius agendum, cum aliis asperius, vt cuiusque fuerit ingenium, aut fortuna dignitasque, allegabit illud ex eodem libro,

Ἄλλον μειλιχίοις, ὄφρα σφέων ἐπίσχεθ' ὁμιλος Νέστωρ.
Verbis hunc placidis, contra asperioribus illum Increpuere.

Vt nunc sunt homines. 59

Tiporum speciandi mores.

Si notabis temporum tuorum mores, vt semper in peius degenerantes à virtute maiorum, veluti si dicas hunc aut illum principem laudandum, vt hac tempestate sunt principes: applicabis illud ex eodem libro, οἷοι νῦν βροτοί εἰσι, Quod quidem hemistichium aliquot est locis apud Homerum: hic de Aiace & de Hectore, saxum ingens humo facilè tollentibus: Iliad. 5. de Tydeo saxum item tollente.

Non suscipiendum negotium temerè. 60

In præpotentem, & cui quo non sit suscipienda simultas, auctis, nisi magno aliquo præsidio fulciaris, quadrabit illud ex eodem libro,

Οὐκ ἄν τις μιν ἐρυκάκοι αἰτιβολήσας. Νέστωρ Σωῆν.
id est,
Hinc certaturus non incrtus obortus vllus. Absque deis.

Dictum est de Hectore duabus lancis tendente in prælium quum emisisset ingens saxum.

Vehementer cupientis. 61

Quum animus ipse nos vehementer instigat ad faciendum quippiam, conuenit illud ex Iliad. ν.

Καὶ δ' ἔτυχε αὐτὸς ἐπ' μὲν ἐὼν φίλον ἦτορ
Μᾶλλον ἐφιμάσσαι πολεμίζειν δὲ μάχεσθαι,
Μαιμώων δ' ὀρόθυνε πόδας καὶ χεῖρας ὕπερθεν. id est,
Sponte mihi gliscens animus & pectore gestit
Vsque magis bellare manu, & confligere coràm
Festinant insanè pedes ac dextra superbè.

Elucet egregia virtus. 62

Egregia virtus etiam si quando dissimulatur, tamen semper eminet inter alios, atque ex ipso oris habitu perspicitur, & in ipsa quasi relucet fronte. Veram item nobilitatem testatur facies hominis, itidem vt mores: In hanc sententiam quadrabit Homericum illud ex eodem libro,

Facie mores iudicari.

—ἀφίγνωτοι δὲ θεοί περ. id est,
-insignia numina diuum.

Mutua defensatio. 63

Concordia mutua.

Mutuam comolumentum inter ipsos concordiam, mutuamque dispensationem notabimus non infacetè versibus his ex eodem libro,

Φραξάσθω δόρυ δουρί, σάκος σάκει προθελύμνω·
Ἀσπὶς ἀσπίδ' ἐρύκοι, κόρυς κόρυν, ἀνέρ' ἀνήρ. id est,
Hastas densabant hastis, umbone frequenti
Vmbonem, crista cristam cassisque sub hærens,
Inq; vicem galeæ galeas texere, virum vir.
Iuuenalis item de mobilibus, *-sed illos*
Defendit numerus, iunctaque umbone phalanges.

Concordia sulciuntur opes etiam exiguæ. 64

Sententia proueibialis est ibidem huiusmodi,

Συμφερτὰ δ' αἰεὶ πέλει ἀθρόα καὶ μάλα λυγρά. id est,
Coniuncti pollent etiam vehementer inertes.

Coniuncti iuuant.

Hac conueniet vti si quando significabimus non esse contemnendam amicitiam aut simultatem multorum, etiamsi fuerint alioquin imbecilles, & quorum singulos quius facilè contemnat. Nam quemadmodum (vt ait Ouidius)

Et quæ non prosunt singula, multa iuuant.
Ita, *Quæ non læduni singula, multa nocent.*

Extra periculum ferox. 65

In timidum & ita demum ferocem si procul abhit à periculo, velut in obtrectatorem clanculàrium qui coràm non ausit congredi, quadrauerit illud ex eodem loco,

Ἀνδρῶν δυσμενέων ἐπὶ δηΐοισι μάχεσθαι. id est,
Pugnare quorum, verum omnes & procul hostes.

Simile est illud Demosthenis in oratione De corona, ὅτου οἰκέτου ὑμᾶς ὑβρίκατε, ὃς ἐπὶ ἐκείνου ἦν ἀσφαλὲς ἐκείνοις ὕβριν, εἰς τοὺς οἰκείους καὶ τὸν ἔσω περιστασιν ἐλθεῖν πολλοὺς καὶ χαλεπούς καὶ τετραυματισμένους. id est, Adeò familiariter, nos acceperunt, vt quum adessent ärmati & equites, in ædes atque in ciuitatem reciperent exercitum, ad liberos & vxores, & ad ea quæ sunt charissima. Extra telorum iactum, ante recensuimus: cui contrarium est Intra tela. M. Tullius in Verrem actione 4. Non ego à Vibone paruo naurgio inter fugitiuorum ac prædonum ac tua tela venissem? quod Græci dicunt ἐντὸς βελῶν.

Extra tela.

Quisquis is fuerit. 66

Quemuis citra vilam expectationem hominem iudicabimus hoc versiculo, qui est in eodem libro,

Οἵ ποτε τ' ἦσιν ἐπιχθόνιοι μερόπεσσιν ἄνακτες. id est,
Qui modò mortalis sit, cuiusque cereales dona.

Veluti siquis dicat humanas leges alibi alias esse, cæterùm legem naturæ omnium esse communem, ὃς πάντες τίουσιν.

Iuuenta viribus pollet. 67

Ad vires plurimum momenti adiert ætas iuuenta. Ad id facit illud ex eodem loco de Æneæ,

Καὶ δ' ἔχε ἄλκι ἄνακτος, ὅτι κράτος ἐστὶ μάγιστον. id est,
Flos quoque adest animi, cuius tunc maxima vis est.

Ancipitis consilij. 68

Ad significandum hominem perplexum & ancipitis sententiæ, suspensúmque animo, congruet illud ex Iliados ι,

Perplexus animo.

Μεσσηγὺς γαίης τε καὶ οὐρανοῦ ἀστερόεντος. id est,
In medio terra simul & stellantis olympi.

Dictum est apud poetam de equis Iunonis inter cælum & terram celeri volantibus cursu.

Prædines 69

Prædinitem significabimus his versibus in ζ, κ, & λ. Iliadis,

Πολλὰ δ' ἐν ἀφνειῷ πατρὸς κειμήλια κεῖται,
Χαλκὸς τε, χρυσός τε, πολυκμητός τε σίδηρος. id est,
Diuitis in patris sunt multa recondita tectis,
Æsque, aut vinque, fabrefacti quoque copia ferri.

Ad idem faciet etiam illud ex Iliados κ.

—πολύχρυσος, πολύχαλκος. id est,
Multi aui: multique ærei.

AEgre quidem, sed facimus tamen. 70

Quum ægrè quidem & non sine plurimis incommodis agimus quippiam, sed tamen facimus, adacti necessitate, conueniet illud ex Iliados ζ,

Adacti necessitate.

Καὶ μάλα τηλόθεν ἐλθὼν ἐν νηυσὶ μελαίνῃ. id est,
Quamuis afflicti nimium: sed fatum ita cogit.

Quod alibi diminutum, exæquatur alibi. 71

In eum in quo desideratur virturis aliquid, sed cuius iacturam alia quapiam dote compenies. Veluti si quem intelligi velimus parum eloquentem, sed admirabili tamen iudicio: aut qui sit indoctus quidem, sed bene nummatus, competet illud ex eodem loco quem modò citauimus ex Iliados ε,

Ὃς δὴ πεύκης μὲν ἐὼν κακὸς, ἀμφὶ πόδοιιν. id est,
Qui orc quidem deformis erat, pedibus tamen acer.

Mutua defensio tutissima. 72

Qui significabit minus eos lædi posse qui concordes tele mutuò defendunt: contrà omnium iniuriæ obnoxios illos qui dissident factionibus intestinis, accommodabit illud ex Iliados ρ,

Concordes inuicti.

Τειρόμενοι δ' ὀλίγοι περὶ πολλῶν μάρναντο μάχεσθαι
Ἀλλήλοις ἐν ὁμίλῳ ἀλεξήμεναι πάντοσε πῆχυ.
Multo turba minor perstit quod in agmine semper
Mutuam opem sibi ferre, animoq; tueri studuerit.

Qui cum contemptu vitæ inundant. 73

In eos qui gladiatorio, sicut ait Terentius, animo quempiam impetunt, vt aut perdant aut pereant, conueniet illud ex Iliados μ,

—ἀγρίοισιν σίνεσθαι ἐπαΐσσει. id est,
-feruet agrestibus apris.

Tradunt enim venatores, hos prouocatos rectà impetere prouocantem, nec lancea vlata.

Aliis prospiciens, non sibi. 74

In diuinatorem.

Si libebit in quempiam iocari, qui quum artem diuinandi professus, aliis sua mala prædixerit, ipse suum malum non potuerit prænidere: non inconcinniter accommodabimus illud ex Homeri Bœotia,

Ἀλλ' οὐκ οἰωνοῖσιν ἐπευφήμησε παρῆσαν. id est,
At non augurijs fatum sibi depulit atrum.

Quod imitatus Maro,

At non augurijs valuit depellere pestem.

Dictum est de Eunomo Mysiorum duce, perito quidem augurioru̇m, at nihilominus ab Achille occiso.

Dedecus publicum. 75

De re infami, & pernicio. Rem modis omnibus infamem ac perniciosam non ineleganter indicabimus his versibus, quibus Hector Parident obiurgat libro Iliados tertio,

Πάρι ἀλεξάνδρε, κακὸν εἶδος, ἠπεροπευτὰ,
Αἴθ' ὄφελες μὴ γῆμα, καὶ ἄπρηκτος θάνεμεν. id est,
Noxa ingens vbique tua popu̇que patriæ.
Hosti gaudia, sed probrumque dolorque tibi ipsi.

Ne depugnes in alieno negotio. 76

Vbi significabimus nos nolle nomine ad nos non pertinente litigare, quæ nihil ad nos pertineat, sed permittamus vt ipsi inter se luo decertent periculo quorum agitur negotium, verficulo fuerit locus ex eodem libro,

Οἷσιν ἀνὼ Ἑλένη καὶ κτήματα πᾶσι μάχεσθε. id est,
Proque Helena proque omni re decertate soles.

Dictum de Menelao & Paride singulari certamine congressuris.

Prudentia coniuncta cum viribus. 76

Hoc carmen, præ cæteris ab Alexandro commendatur. In eum qui nouit idem & alios imperare quid sit agendum, & pie persequi quum est opus, quod alios imperat apte quadrabit illud ex eodem libro,

Ἀμφοτέροισι δαήμεναι ἐμπεδὸν ἔμμεν. i.
Et vtra a ducibus bella & certamina cedant.

Sunt enim qui imperatorum imagere norunt, at militem præstare non norunt.

Pauciloquus, sed eruditus. 77

In eum qui pauca quidem, sed tamen auditu digna loquitur: conueniet illud ex eodem libro, quod illic dicitur de Menelao, breuiloquo, Laconum more, verùm suauiloquo & arguto,

Παῦρα μέν, ἀλλὰ μάλα λιγέως· πύκα γὰρ ἔειπεν. id est,
Non is multa quidem, sed mira dulcedine fudit
Sanctiloquas.

Duobus malis resistere difficillimum. 78

Ε. Δυσὶν γὰρ πολέμοις τε δαΐφρονι καὶ φόβοιο. id est,
Iam pariter subigit bellumque & morbus debiles.

Siquando dicemus eundem hominem duobus, aut pluribus premi malis. Lis apud Homerum Iliados primo.

A fronte simul & occipitio. 78

De ijs qui inter prudentes. Quum nobis bonus admonitor rerum omnium cognitionem, aut singularem prudentiam (quæ constat non præsentium modo cognitione, sed & memoria præteritorum, & futurorum prospicientia) rectè versum hunc ex eodem libro,

Οἵ τ' ἤδη τά τ' ἐόντα, τά τ' ἐσσόμενα, πρό τ' ἐόντα. id est,
Qui præterita atque præsentia pariter futura.

Virgilius vertit ad suum modum,

Qui sint, quæ fuerint, quæ mox ventura trahantur.

Nocuit & nocebit. 80

Si quando demonstrata præteritorum malorum causa, comminabimur futurum vt accedat maiora, nisi quis resipiscat, non intempestiuè subiunxerimus versum hunc Homericum ex eodem libro,

Τοῦτον δ' ἤδη καὶ μᾶλλον ἐπιβλήσεσθαι ὀΐω. id est,
Hæc mihi ea vindicta deest atque insuper addet.

Veluti si medicus, offensa morbi periculo, moneat ægrotum reualescentem vt temperet ab immodica vesce, alioqui redituram cum fœnore malum.

Ingens dissimilitudo. 81

Quoties ingens dissimilitudo animum nostrum inter homines aut res plurimum inter se diuersas, aut immensum interuallum inter seiunctos, eleganter accommodabimus illud ex eodem libro,

-τὸν δ' οὐκ ἂν ἐγὼ γε πολλὰ μαχοίμην
Οὐδὲ τιτυσσάμενος, ἐπεὶ ἦ πολὺ φέρτερός ἐστιν. id est,
-sum ego pedibus fortissimus ille
Vnus ob infractam, horrisono clamore fragorem.

Adhortatus ad gloriam. 82

Quum adhortabimur ad immortalem gloriam egregijs præstandam factis, non inconcinnè adhibebimus illud carmen quo M. Tullius aliquot est vsus locis,

Ἀλκτῆρας τοὺς τῆσδε καὶ ἐσσομένοισι πύθεσθαι. id est,
Strenuos eos, qui te posteritas quoque laudet.

Fama posterorum. Extat autem apud Homerum tum alias, tum Odyss. lib. 2. Sic enim Pallas in specie Mentoris adhortatur Telemachum ad virtutem, aliorum illustrium heroum exemplo.

Καὶ οὐ φίλῳ (μᾶλλα γὰρ ὅ γ' ἐμοῖς ἡλικίην τε μέγεθός τε)
Ἀνέρι ὃς, ἔτεός γε ἐὼν ἐπιεικὴς δὴ ἔπειτα. id est,
Atque age nunc vt te vitæ magnumque bonumque
Sic eum cui, vereare & pariter prædicet ætas.

Qui paratus ad resistendum. 83

Qui significare vellet se nequaquam detrectare certamen, sed abundè suppetere quo partes tueatur suas, vsurpabit illud ex Iliados ι,

Τῷμοι δοιὰ πάρεστι μετὰ φρεσὶ μητιάασθαι,
Καὶ καταβαὶ ἢ πειρῆσαι ἐναντίον ἄλλον ἰόντα. id est,
Et mecum, mihi multa latent, quæ pectore versem,
Tum gressu, tum hastæ iactu prouocare minantes.

In discrimine apparet, qui vir. 84

De re periculosa difficilique, & eiusmodi quæ virum cordatum ac strenuum requirat, conueniet illud quod eodem libro dicitur ab Idomeneo Cretensium duce,

Ἐνθ' ἤτοι δρῦς ἐν τε καὶ ἀνδρὸς ἔγνωσται πρὸς ἀρωγήν. id est,
Illic qui vir vires qui tremat, ostendet agetque.

Ad idem facit quod prox: mo carmine consequitur,

Τῶν δέ τε καὶ κραδίη πρόφρων ἐν στήθεσιν ἄλλυδις ἄλλη.
Cuius alias mentio facta meminimus.

Non cedendum malis. 85

Si quando ad ea quæ obijs non oportere cedere vel aduersaris, vel insultibus aduersæ fortunæ, aut non esse certandum cum fugitiuis, non inepte detorserimus illud ex eodem libro, *Cum fugitiuis non decertandum.*

Οὐκ ἀλὸς ἐκπάγλοιο πάρα Τρῶας, ὅσοι περ ἐμοῦσι,
Ἀλλὰ μετ' ἀνέρας ἔστηκε καὶ ἀντιόωντας. id est,
Ne ferrat iactum ceruicem aut terga sed ipsum
Aut vultum aut pectus ferrat aduersa sagitta.

Ipse sibi perniciem accersiuit. 86

In eum qui sibi pernitiem accersit malum, cui veluti fato destinatus incommodet illud ex eodem libro,

Τὸν δ' ἄρα μοῖρα κακὴ πασάμην πολυκηδέα θῆκε. id est,
Ipsum nouus in vastum mala Parca trahebat.

Vires vires nihil aggrediendum. 87

Qui dicet non esse suscipiendum negotium ad quod perageudum non sufficient vires, non inconcinnè illud accommodauerit ex eodem libro,

Μηδ' ἐπιδεύεσθαι δ' ἐπὶ χερσὶν ἀνὴρ ἐπὶ τοῖσι μιζήσειν. id est,
Nec vires vllum cernat deesse, sed ipse
Quantumuis animo promptus.

Verba sunt Paridis ad Hectorem.

Ocyor accipitre. 88

Admirandam celeritatem hyperbola prouerbialis hic obiurgando indicare quæ est in eodem libro,

Θοώτερος ἴρηξιν. id est,
Ocyor accipitre.

Venustius fieri hoc tam, aut ingenium, aut nuntium, aut eiusmodi quippiam detorqueatur.

Accipitris animi. 89

Animum accipitrem & incerti consilij licet indicare verficulo qui est Iliados ξ, *Incertum est filium.*

Ὡς ὁ γεραιὸς ἐμοὶ μερμήριξε νόῳ ἐνὶ δῖος
Ἀχιλλεύς. id est,
Sic senior cœpit animo disquirere vtroque Nutans.
Id Maro sic effert paulatim, Æn. 4.
Atque animum nunc huc celerem, nunc dividit illuc.

Rursum Iliados π,

Δεῦρό μ' ἐπὶ σοὶ κραδίη μάλα μέλλει ὀτρύνειν. id est,
Huc animus mihi versanti inclinat & illuc.

Correctio dicti. 90

Dictum obscœnius, & bonis viris reticendum, aut absurdum dictu, notabimus hoc verficulo ex Iliados ξ.

Νεῖκος τ' οὐκ ἀνδρὸς ἀγαθοῦ ἔπος οὐδὲ χαλινὸν,
Ὅστις ὀλίγον περ ἐόντα βαρὺν καὶ ἀεικέα βάζει. id est,
Sermonem quem nemo vir aliquam promat ab ore,
Qui modò cognoris cordata & sana profari.

Inclamatos. 91

Ingentem inter litigandum aut disputandum vociferationem indicabimus eo verficulo quem ibidem de Neptuno scripsit Homerus,

Ὅσσον τ' ὀτρηρὸν βοήσας ἐννοσίγαιος
Ἀνὴρ ἐν πολέμῳ, ἠὲ ἐπὶ ξυναγωγῇσι μάχης. id est,

Tantum

Tantum vociferans, quantum nouies deciesve
Mille viri clamare soleant qui prælia miscent.

Idem carmen habetur Iliados ε. de Marte.

Pro mea virili. 92

Pollicitatis se operæ omnem præstitum.

Quum pollicebimur nos operam nostram præstituros pro nostra virili, conueniet illud ex eodem libro, Veneris ad Iunonem,

Εἰ δυνάμαι τυλίσαι γε, καὶ οἱ πεπαμένον ἔσται. id est,
Si præstare queam, si fieri res ipsa potesset.

Idem versus habetur Odyssex ε, & Iliados ο. Vsurpat veluti prouerbij vice Plutarchus in libello De dignoscendo adulatore ab amico, ὃν μὲν ἐρῶντας τῶν περὶ αὑτῶν φίλων εἰωθότων τῇ πικρίᾳ χρῆσθαι. Εἰ δυνάμαι τυλίσαι γε, καὶ οἱ πεπαμένον ἔσται· οὕτως ἐλευθέρως ἀκούουσι καὶ ἀνέχονται, λύπας ὀλίγας, τι φέροντας, id est, Nam rectè dictum est illud à maioribus nostris, amicum sic promittere,

Si præstare queam, & fieri res ipsa potesset.

Adulatorem verò ad hunc modum.

Dicito quicquid habes in pectore.

Pro dignitate cuiusque. 93

Quum vnicuicuique partes tribuuntur pro decoro personæ proque dignitate (veluti si negotium arduum committatur prudenti & exercitato, leuiusculum iuueni cuipiam & imperito) quadrabit illud ex eodem libro Iliadis ξ.

Ἐσθλὰ μὲν ἐσθλὸς ἔδωκε, χέρηα δ' ἐσθλὸς ἀμείβει. id est,
Egregia egregius subit arma, ac asperiora
Deterior dedit.

Omnia ex sententia cedunt. 94

In magnopere fortunatos, quibus & rectè & secus instituta fœliciter cedunt, congruet illud ex Iliados ρ.

Omnia felicitèr succedentia.

Τῶν μὲν γὰρ πάντων βλέπει ἀνέρτερος ὃς τις ἀρίστη.
Ἡ πρηνὲς, ἢ ἀναβάδην ζάλης δ' ὑπερ πάντ' ἰδυίης. id est,
Speculà cuncta bonorum seruat: eu torquerit illa
Ignauum, seu ver o turbinequa Iuppiter ipse Dirigit.

Improbitas muscæ. 95

In improbum & subinde redeuntem, etiamsi turpiter repellatur, quadrabit illud ex eodem,

De impudentia etiam.

Καί οἱ μάψ βάσσον ἐπὶ ῥώθωνα πέσῃσιν,
Ἢ τι κ' ὀδυσσάμενον, μᾶλλα δὲ χεῖρας ἀνιεμένους
Ἰφθίμα δάκνοι. id est,
Atque illi muscæ vim intra præcordia mittit,
Quæ quamuis de pelle viri sit sæpe repulsa,
Assultat morsura tamen.

Deo fortunaque committo. 96

Qui fortunam experiri statuerit, euentum negotij fortunæ committens, in hunc conueniet illud ex eodem libro,

Ἤτοι γὰρ ἐγὼ τάδε οἱ μάλα μήσομαι. id est,
Torsero ego ipse: eius fuerint hæc omnia curæ.

Consilium in melius commutandum. 97

Si quando iubebimus mutare consilium, vtpote fœdum ac stultum, aut reprehendemus quippiam vt inconsultè factum, vtui fuerit illud ex eodem libro,

—τίς τοι θεῶν ὥρσε βουλὴ
Ἔρριζον ἔριδα, καὶ ξύνεον φρένας ἐμβαλέ; id est,
Quis tibi consilium iubemsit inutile tandem
Dimorum sanámque exemit pectore mentem?

Modis omnibus incitat. 98

Vbi quis modis omnibus animum alterius solicitat, nunc precibus, nunc blanditiis, nunc iurgiis, nunc minis: vsurpare licebit illud ex eodem libro, de Automedonte dictum & equis Achillis,

Πολλὰ μὲν ἁρματηλάτης ἐὺς ἐπεμαίετο διίων,
Πολλὰ δ' ἐπιπλήσσων ποσσὶν θέε, πολλὰ δ' ἀπειλῶν. id est,
Multum ille fustisque cita celerare iubebat,
Multum idem blandè affatu, multúmque minatus.

Eidem inhiantes testamento. 99

Duriusculum quidem, sed tamen non insceitum, si, quod est in eodem libro dictum de Graciis ac Troianis pro Patrocli cadauere dimicantibus, torqueatur ad hæredipetas, eundem senem, velut idem cadauer, certatim captantes,

Ὡς οἵ γ' ἕστασαν καὶ ὅσσον τίνειν ἀλλήλοισι χερσὶν
Εἴλκεσαν ἀμφοτέρωθεν. id est,
Sicelli exiguo differentine vtrique cadauer
Hinc atque inde trahunt.

Præmatura mors. 100

In hunc qui præmatura morte discesserit, superstitibus parentibus, accommodabitur illud ex eodem libro de Hippothoo Pelasgo Leti filio dictum: quem Aiax Telamonius occiderat quòd Patrocli corpus pede apprehensum ad Troiam pertrahere conatus erat,

—κλίνθη δὲ πεσὼν
Θρέπτρην φίλοις ἀπίδυμον γενεῇσί θ' ἑοῖσιν. id est,
Ast neque nutricandi grata parentibus ille
Reddidit effusa: sed ei breue contigit vsum.

CHILIADIS TERTIAE CENTVRIA NONA.

Alia dantur, alia negantur. 1

Quod alterutri contingat, alterum negatum.

Votes è duabus naturæ dotibus altera contigit, altera negata est (veluti si qui formæ decus adsit, desit ingenij laus) siue quum è duob. postulatis alterum dñ axat impetratur: quadrauerit illud ex Iliad. π.

Τῷ δ' ἐπένευσε μὲν ἔδωκε πατὴρ, ἐπέρεσσε δ' ἀνήνατο. c.
Annuit hoc illi diuum pater, abnuit illud.

Hunc versiculum vsurpat Plinius in epistola quadam. Dictus est autem de Achille, qui in votis quę facit pro Patroclo suis armis inituro prælium, duo quædam rogarat, alterum, vt cum laude pugnaret, alterum, vt peracta pugna referret arma incolumis & ipse. Quorum alterum annuit Iupiter, nempe vt fortissimè pugnaret: cæterum Achillis arma non retulit, nec incolumis redit. Festiuiter abusus est hoc carmine Stratonicus citharœdus, qui quum audisset quendam citharà canentem subiecit hunc Homeri versum,

Τῷ δ' ἐπένευσε μὲν ἔδωκε πατὴρ, ἐπέρεσσε δ' ἀνήνατο.

Ac mox abo quodam rogante cur ita diceret, Quoniã, inquit male canere citharà dedit, cæterum bene canere voce abnuit. Ita ferme Athenæus libro 8.

Victoria non incruenta. 2

Facit hoc tum corruptela iudicum, tum patronorum rapacitas, vt ferè litigantium vtrãque partes plectantur: adeo vt non raro pœniteat etiam eum qui vicit litem. In hos igitur conuenit illud ex Iliad. ρ.

—αἰνῶς δὴ νῶϊν ἀμείψεται. id est,
—nec hi sine sanguine pugnam Miscebant.

Filius degenerans. 3

In filium qui paterno degenerat instituto, siue qui non diu fruitur à patre relictis, sed excutitur à maiorũ facultatibus, appositè torquebitur illud ex eodẽ libro,

—ἀλλ' οὐχ ὡς ἐ ἔοικε πατὴρ ἐὺς ἔμμεν υἱός. id est,
At non consensit patriis vt filius armis.

Euentus præter expectationem. 4

Quoties res multo secus euenit quàm vel fuerat instituta, vel probabilibus coniecturis euentura videbatur, congruet illud ex eodem libro,

Fata indomita.

Ἀλλ' αἶσα δύσ κρείσσων τοῦ ἀγαθοῖο. id est,
Verùm præpollet magnis Iouis vsque voluntas.

Pindarus in Pythis hymno vltimo, τὸ μέλλον ἀνάγκα φυγεῖν· ἀλλ' ἔστω χρεών· οὕτω, ὅς τις ἀνθρώπων βαλών, ἅμαλλε γούνασι μὴ δίκαι, πάλιν δ' ἄπιθι. id est, Quod enim in fatis est, euitari non potest, sed erit tempus hoc quod aliquem deperatione iaculatum, præter opinionem hoc quidem dabit, aliud verò nequaquam. Rursus Iliados σ.

Ἀλλ' αἶσά τις δύσ κρείσσων τοῦ γ' ἐσσὶν αἰσχρῶν. id est,
Sed magis atque hominum potest Iouis vsque voluntas.

Reprehensio cogitationis. 5

Quum ipsi reprehendimus animi nostri consilium, aut cogitationem parum honestam aut parum vtilem, locus fuerit ex Iliados ρ.

Ἀλλά τίη μοι ταῦτα φίλῳ περὶ δυσκέλαδα θυμῷ; id est,
Sed mihi cur animus fecum hæc in pectore versat?

Idem alius item locis repetitur.

Præbere vires. 6

Ad fortiter agendũ ferendúmve adhortabimur hoc

carmine ex eodem Iliad. p. quanquam idem aliàs subinde repetitur,

Ἀνέρες ἐστὲ φίλοι, μίμνειν ἦ ἠνεσάμην ἀλαπάξαι. id est,
Este viri, valida esque exprimite vires.

Re opitulandum, non verbis. 7

Quum re opus est, nihil prosunt verba: veluti si quis egeat pecuniariis suppetiis, quorsum attineat huic aures explere dictis? Rursum in consultationibus, in iudiciis, rationibus agendum est, non vi. Ad id faciet Homericum illud ex Iliados π.

Ἐν γὰρ χερσὶ τέτυκται, ἐπίων δ' οὐ βουλή. id est,
Verba in consilio, valet in certamine robur.

Corrupta iudicia. 8

In eos qui corrupte iudicant, aut suffragium ferunt, non ad reipublicæ commodum, sed ad priuatum commodum respicientes: huc qui per tyrannidem leges opprimunt: competet illud ex eodem libro,

Οἵ βίην τὸν ἀγερὴ σκολιὰς κρίνουσι θέμιστας
Ἐκ δ' ἀδίκως κρίνουσι, θεῶν ὅτιν' οὐκ ἀλέγοντες. id est,
Qui per vim in populi cœtu communia iura
Deprauant, ac iniustam depellere tentant,
Nil veriti vocem diuûm.

Apta pronuncia. 9

In eum qui pronunciam suscipit suis aptam viribus, abstinens à negotio cui sit impar (veluti si quis episcopatum accipiat, summum pontificium recuset) conueniet illud ex eodem libro,

Εἶλεν ἄλκιμα δούρατ' ἐὺ παλαίμονος Ἀρήϊος,
Εἶχεν δ' οὐχ ἥνπερ' οἷον ἀμύμονα Αἰακίδαο. id est,
Quæ manibus quadrent ingentes corripit hastas
Quas sibi tetigit hastam solam non iunit Achilli.

Patroclus hastam Achillis non attigit.

De Patroclo dictum, qui quum Achillis armis esset indutus, ab hasta tamen abstinebat, quòd ea grauior esset quàm vt quisquam Græcorum regere posset præter vnum Achillem. Quod idem in Odyssea de arcu Vlyssis finxit Homerus.

Pudor & metus. 10

Quum abstinetus à re quapiam, quòd ea tum inhonesta factu videatur, tum verò minimè tuta, locum habet illud ex Iliad. o.

—οὐ γὰρ ἀϊδὼς Καὶ δίος. id est,
Nam pudor atque metus vetuit.

De congrobata acie dictum, quæ ne sese diduceret, partim pudor obstabat, partim metus. Pudorem autem ingens addere calcar ad fortiter agendum, indicat in eodem libro, quum ait,

Ἐπεύαζον δ' ἀνδρῶν πλείονες ἀλλήλοισιν ἰόντες. id est,
Fures fiunt, fiunt atque cadunt hi quis pudor adsit.

Quæ obtenebrat. 11

In eum qui metu attonitus, aut stupefactus admiratione tacet, aut cui non est quod respondeat, quadrabit illud ex Iliados o.

Δηϊδόκῳ μὲν ἔπειτα περὶ στόμα λᾶας ἔπληξε. id est,
Illum corripuit vapor atque ictus ad ima linguæ.

Mors vitari non potest.

Mors omnibus communis. 12

Qui dicet, omnibus ex æquo moriendum, nec vllis viribus arceri fati necessitatem, citabit illud ex Iliados ζ.

Οὐδ' ἄρα δὴ εἶπεν Ἡρακλῆϊ φάος ἠέλιος. id est,
Nec vis Herculea fatum tentavit acerbum.

Alius alijs in rebus præstantior. 13

Qui dicet alium alia dote præcellere, accommodabit quod in eodem libro dictum est de Polydamante & Hectore,

Ἀλλ' ὁ μὲν ἀμφὶ μάχῃσιν ἀριστεύεσκε μετελθών. id est,
Hic dictis, hasta longè præstantior ille.

Eandem sententiam fusius explicat Iliados τ. Polydamas loquens Hectori.

Ἕκτορ, ἀμήχανός ἐσσι θεουδέα μῦθον ἀκοῦσαι.
Οὕνεκά τοι δέδοται ἔπεα πρὸς πάντα ἄνωγας.
Τῷ τοι καὶ βουλῆς ἐπιδεύεαι ἥ κε σὺ φῇσι·
Ἀλλ' ἄλλος ἄλλα τέτυκται ἐνὶ στήθεσσι νοῆσαι,
Ἀλλῳ μὲν τ' ἔδοσαν ἔργα θεοὶ πολεμήϊα ἔργα,
Ἀλλῳ δ' ὀρχηστύν, κίθαριν καὶ ἀοιδήν·
Ἀλλῳ δ' ἐν στήθεσσι τίθησι νόον ἐύφρονα Ζεύς. id est,
Hector, non potis es aspectare pectora cuiq;
An quis ad dominandum aptus præcellere bello,
Vis in consilio reliquos præsedere sensu?
At non cuncta potes vnus simul omnia ferre:
Quippe deus dedit huic virtute excellere bella,
Huic laudem choreæ: citharam illi, & carmina blanda:
Rursum alij mentem præclaram in pectore magnus
Iuppiter inserit.

In periculoso negotio non est dormitandum. 14

Vbi monebimus in re ardua non esse cessandum, congruet quod subinde reperitur apud Homerum Iliados π.

—ὀλίγη δ' ἀναπνοὴ πολέμοιο. id est,
—exigua est interspiratio belli.

Poterit trahi vel ad litem forensem, vel ad simile negotium odiosum & laboris plenum.

Mens læua. 15

Frequenter hominum mens læua est, & pessima pro optimis sequuntur, optima pro pessimis repudiãt. Ad hanc sententiam facit illud ex Iliados ε.

Ἕκτορα μὲν γὰρ ἔπαινον ἔχον πάντες ἑταῖροι,
Πολυδάμαντα δ' οὐκέτις, ὃς ἐσθλὰ φράζετο βουλή. id est,
Consilium Hectoreum laudabat turba quisque,
Nemo Polydamantiscat hic dabat vtile ioius.

Verbis pugnas, non re. 16

Facile est conuicijs altercari, verùm re vincere difficile. Ad eam sententiam quadrabit illud ex Iliados υ. dictum ab Æneæ congressuro cum Achille,

—εἰ μὴ σαφὰ εἰδὼς ἐγὼ αὐτὸς
Ἦ μὰν κερτομίας γε καὶ ὀτρηρὸν μεθέπωμεν. id est,
siquidem non probè & ipse
Et petere & probris immixtaque dicere dicta.

Priùs etiam repetit copiosius eandem sententiam,

Ἐσὶ γὰρ οὐ φυσιήεσσιν ἐνιπῇσι μιν ὧδε νοήσω
Πολλὰ μὰλ' ἀμφὶς ἐόντα ἐπήτορα μῦθον ἀκοῦσαι,
Σχετλίη δ' ἔπλετο φωτὶ βροτῷ, πολέες δ' ἐν μάχῃσι
Παπτήνας ἐσάμεν ἐπὶ τοῖσι ἔπεσσι νέεσθαι.
Οὐτιδανὸν κ' ὀνόσσαιτο θεὸς δ' ὣς ἐσσομένοισι. id est,
Ambobus siquidem probra dicere plurima promptum est.
Quorum onus haud portet centum satis obuia remis.
Est hominum quæ lingua voluitis omnigenique
I sunt sermones varij, & passim dictis
Hinc atque hinc, multiq; vices, sed qualia verba
Edes: talia reddentur tibi dicta vicissim.

Ne quid à meueare verborum strepitu. 17

Quo monebit aliquem ne sæuis verbis ac minis deterreatur quominus experiatur, accommodabit illud ex eodem libro ab Apolline dictum Æneæ,

Ἀλλ' ἴτω φὴ χαλκὸν ἀτειρέα μηδέ τι μίτρην
Ἀσπαλέως ἐπιόντ' ἀποτρωπάτω ἠϋκόμοιο. id est,
Ne vrgeto ferro magis obuius ito, nec vnquam
Te, quis ait, dictis deterreat, ille minisque.

Corpus duraturis mi labore. 18

Inituri bellum, ne omnino ieiuni sine, viribus ne destituantur. Id trahi poterit ad studium literarum, ad exercitationes pietatis, atque alia complura. Ad id congruent verba Homerici ex Iliados τ.

Οὐ γὰρ πρὸ σίτοιο δυήσεται ἐν στήθεσσιν
Ἀνέρος ὃς τ' ἐπὶ δηϊοτῆτα καλέσσατο λαὸν ἀρηϊφίλοισιν
Εἴωθε γὰρ ὄμμες μενεαίνειν πολεμίζειν
Ἀλλὰ τὸ λαοῖσιν γλυκὺ διαρήσεται, ὄφρ' ἂν ἕκηαι
Δίψαν τε κνίσσης τε βεβρίθωσι δὲ τε γυῖα ἑῶν.
Ὃς δέ κ' ἀνὴρ ἔτλησι μεμαὼς ἐς δηϊοτῆτα,
Ἀνδράσι δὲ σύμβλητον τετυγμένος ἐν πολέμῳ,
Θαρσύνει γὰρ τοῦ οἱ νῶϊ ἐπὶ φρεσὶν, οὐδέ τι χάλκ
Πεῖν χαμαὶ πρὶν πᾶσιν ὑπαὶ δυσὶν ἐκ πολέμοιο. id est,
Nam quis ad occasum vsque vsebit solis ab ortu
Impulsus tugi durans consistere pugnæ?
Pectore enim quamuis sit prompto ad belligerandum,
Sensim membra grauant tamen. at pitis aitis famesque
Corripiunt, genuaque labant te dentis in hostem.
Rursus erit quicunque satur vtunque ciboque,
Is demum potuit confligere perdius hosti:
Huic animus tutus pectore, neque membra laborant
Huic prius ac vellet bello se fauonerit omnes.

Omnibus armis ornatus, præsidijsque destitutus. 19

Hominem metuem & omnibus destitutum præsidijs indicabimus hoc versu qui est Iliados φ.

Γυμνὸν ἄτερ πήρυος τε καὶ αἰσυλήτορος ἔγχους. id est,
Et clypeo simul & galea nudatus & hasta.

Frustra habes, qui non vtitur. 20

Si quę increpare voles; quod ingenio, diuitijs, literis

non v-

non vtatur, quum habeat, conueniet illud ex eodem Iliad. φ,

–τί νυ τόξον ἔχλε ἀπημόνεσσ' αὔτως; id est,
Cur frustra tibi iam gestatur inutilis arcus?

In fugitiuum. 21

Vbi quis impotenti animi cupiditate ad rem quampiam instigatur, præcipuè parum honestam: vel magis si quis turpiter fugiatin hunc quadrabit si dixeris, τὸν δ' ἀνταμύνα ἄχλ. id est, Hunc cynamya rapit. Sic enim in eodem libro Iuno de Marte è prælio fugiente,

Καὶ δ' αὖθ' ἀνταμύνα ἄχλ βεβρυλεγὲα δῆον. id est,
Pestiferum Martem rursum exagitat cynamya.

Id est, musca canina.

Cum dys non pugnandum. 22

Qui monebit non esse pugnandum cum genio, cum superis, cum magnis principibus (quos Hebræorum etiam literæ vocant deos) vsurpabit illud ex eodem libro,

–θεοὶ δέ τι φέρτεροι ἀνδρῶν. id est,
–verùm homines dijs inferiores.

De θεομαχίᾳ diximus alibi. Pindarus in Pythiis hymno 3. sententiam hanc sic extulit, Χρὴ δ' θεὸν ἐν ἐρίζειν. id est, Oportet aduersus deum non contendere.

Author omnium & fons. 23

Quum indicare volemus primum omnium authorem, vnde ceu capite proficiscantur omnia, maxima pariter & minima (veluti si quis dicat superbiam omnium malorum parentem, fidem omnium virtutum fontem, Homerum omnis poeseos patrem) non inconcinniter accommodabitur illud ex eodem libro, de Oceano dictum,

Ἐξ οὗπερ πάντες ποτα μοὶ καὶ πᾶσα θάλασσα
Καὶ πᾶσαι κρῆναι καὶ φρείατα μακρὰ ῥέουσιν. id est,
Ex quo vno freta cuncta fluunt & flumina cuncta,
Et cunctis manant fontésque lacúsque profundi.

Prorsus ignotus. 24

In hominem quem nobis mirum in modum ignotum videri volumus, per iocum torquebitur illud ex eodem libro, atque aliàs apud Homerum frequens, velut Odysseæ ω & ξ.

Τίς, πόθεν εἰς ἀνδρῶν, πόθι τοι πόλις ἠδὲ τοκῆες; id est,
Dic quis & vnde venis, tibi vbi patria atque parentes.

Cognatum est illi, Albus an ater sis nescio. Poterit & ad rem applicari: veluti si dicamus aliquem omnis philosophiæ imperitum, in librum philosophicum incidisse,

Τίς, πόθεν εἰς ἀνδρῶν, πόθι τοι πόλις ἠδὲ τοκῆες;

Quoad vixero. 25

Quod in vita perpetuum nobis futurum intelligi volemus, indicare licebit Homerico carmine, quod est in Iliados χ,

–ὄφρ' αὖ ἴχρια
Ζωοῖσιν μαστὸς, γλήνεαι φίλα γούνατ' ὀρώρῃ. id est,
–donec
Vitæ inter agam, genibus dum fulciar hisce.

Hoc imitatus Maro,

Dum memor ipse mei, dum spiritus hos regat artus.

Gloriosum & apud posteros. 26

Quum facinus significabimus cuius famam & posteritas celebratura videtur, quadrabit illud ex eodem libro,

Ἀλλά μοι ῥέξας τι ἐγείνατο πότνια μήτηρ. id est,
–imò facinus insigne peregit,
Ipsa etiam quod posteritas exaudiat.

Vindicta tarda sed grauis. 27

Vbi qui diu multa patrauit impune, tandem in extremum malum adducitur, semelque dependit superiora flagitia, congruet illud ex eodem libro,

–νῦν δ' ἀθρόα πάντ' ὀνίησιν. id est,
–nunc cuncta huic famel adglomerata.

Verba sunt Achillis ad Hectorem.

Anceps euentus rei. 28

Quum anceps rei discrimen significamus, & incertum vtrò vergat victoria, congruet illud ex eodem libro,

Καὶ τότε δὴ χρύσεια πατὴρ ἐτίταινε τάλαντα. id est,
Tum pater auratas librabat vtrinque bilances.

Idem est Iliados χ.

Magna de re disceptatur. 29

Quum ingens certamen iudicabimus, nec leuia aut ludicra peti præmia, quadrabit illud ex eodem libro,

–ἐπεὶ οὐχ ἱερήϊον οὐδὲ βοείην
Ἀρνύσθην. id est,
–neque enim illis victima siue Bucula captabatur.

Dictum est de Achille & Hectore pro vita decertantibus. Vsurpatur à Luciano in Eunucho, quum videt philosophos turpiter apud iudices de salario contendentes. Carmen integrum sic habet,

–ἐπεὶ οὐχ ἱερήϊον οὐδὲ βοείην
Ἀρνύσθην (ἅ, τε ποσσὶν ἀέθλια γίγνεται ἀνδρῶν,)
Ἀλλὰ περὶ ψυχῆς Ἕκτορ ἔθεσκε ἰοκνεμίδαο. id est,
–neque enim illis victima, siue
Bucula captabatur (quippe hæc præmia cursus)
Verùm de vita certabant Hectoris.

Vergilius vertit Æneidos libro 12.

–neque enim leuia aut ludicra petuntur
Præmia, sed Turni de vita & sanguine certant.

Omissis nugis rem experiamur. 30

Qui conuiciis omissis iubebit ipsa re periculum fieri vter vincat aut vincatur, non intempestiuè accommodauerit illud ex eodem libro,

Βήτην αὖτ' ἐπὶ ξυνὸν ἰόντε μάχην, ὅθι τύχεσκε
Εἴδομεν ὀπποτέρῳ καὶ ὀλίγῃ δῶκε κράτος. id est, *Periculum faciendum.*
Sed præstet pugnam committere communem, vt mox
Vtri Iupiter esse velit laudemque decúsque,
Perspicuum fiat.

Metus infamiæ. 31

Quum dicemus nos hominum de nobis opinione rumoribusque commoueri, quominus mutemus consilium, conueniet illud ex eodem libro, præterea Iliados ζ, quod frequenter vsurpet M. Tullius in epistolis ad Atticum,

Αἰδέομαι Τρῶας καὶ Τρῳὰς δῆον πότνιος. id est,
Troianos ac Troianas verecorque pudeq.

Verba sunt Hectoris pudore nolentis in vrbem recipere sese, ne quis opprobraret illi imputaretque Troianorum interitum.

Aliam ætatem alia decent. 32

Qui iam aliam ætatem significabit, nec idem decere canum quod iuuenem aliquando decuit, vsurpabit illud ex eodem libro, quanquam & aliàs iteratum,

Ἀλλ' ὅτε δὴ πολιόν τε κάρη πολιόν τε γένειον. id est,
Verùm vbi tam canúmque caput incanaque mento.

Quod aliis vitio vertas, ipse ne feceris. 33

Quod damnaturus es in aliis, in te ne admiseris. Ad id faciet illud ex Iliados ψ, *Alia vita, & alia dicta.*

Καὶ δ' ἄλλῳ τεκμαίρεο, τίς τοι πιθήσεται ἀρίζειν. id est,
Imò ideo si quisquam alius patrare parasset
Tale aliquid, damnaretis, vitióque daretis.

Aut ipse fuisti, aut tui similissimus 34

Si quando per iocum iudicabimus eundem aliquem fuisse qui tamen se fuisse ex inficias: veluti si quem inculeo quòd inter bibones compotauerit, risque fele neget fuisse, verùm alium quempiam: non illepidè detorseris illud ex eodem libro, quod de Patrocli spectro dixit Homerus,

Παῖτ' αὐτὸς μέγεθός τε, ἴδε μέλεα καλά τε εἶδος,
Καὶ φωνὴν ἔχῃ τῷα θεὸς χροῒ εἵματα ἕσσε. id est,
Cuncta ipsi similis, vocémque oculósque decoros,
Corporis atque modum: & talem gestabat amictum.

Audiens non audit. 35

Sunt quidam qui, siquid parum placet, id scire dissimulant: veluti quum negant sibi redditas literas, quibus commonefiant officij sui, quod tamen malint effugere quàm præstare: in hos quadrabit illud ex Iliad. ψ, *In eos, qui malint effugere quàm præstare.*

–οἳ δ' ἀίοντι ἐοικότες. id est,
Dissimulant audisse.

De Antilocho dictum, qui Menelaum reuocantem à cursu quum audiret, perinde tamen quasi non audisset, ita celerius etiam currebat,

Ἀντίλοχος δ' ἔτι μᾶλλον ἔλαυνε,
Κίνησεν δ' ἵππους, οἳ δ' αἰόντι ἐοικότε. id est,
Quinetiam cursum Antilochus magis accelerabat,
Instigans stimulis, audúque dissimulabat.

Ex habitu bonum virum præ se fert. 36

Qui dicet ex ipsa oris figura videri probum hominem, citabit illud ex Odysseæ primo,

–οὐδέ τι κακῷ εἰς ὄπα ἔοικεν. id est,

-ex specie minimè improbus ipsa Esse videbatur.

Apronius. M. Tullius in Verrem lib. 8. Is erat Apronius, qui, vt ipse non solùm vita, sed etiam corpore atque ore significat, immensa aliqua voragò est, aut gurges vitiorum turpitudinumque omnium.

Absit clamor in colloquio aut luso. 37

Qui iubebit, in conuiuio colloquióve temperari à vociferatione, accommodabit illud ex eodem libro,

Νῦν μὲ δαμύφιλοι τερπόμεθα, μηδὲ βοητὺς
Ἔστω. id est,
Nunc hilares tenemus, & omnis clamor absit.

Grata nouitas. 38

Si quando dices nupertima quæque vulgo maximè placere, non intempestiuum fuerit illud ex eodē lib.

Τιὸν δ' ἀοιδὴν μᾶλλον ἐπικλείουσ' ἀνθρωποι,
Ητις ἀκουόντεσσι νεωστὶ ἀμφιπέλεται. id est,
Cantus enim hęc hominum longe est celeberrima vulgo
Et gratissima, quæ nupertima venit in aures.

Accinit huic Pindarus Olymp. hymno 9.

Αἰνεῖ δ' παλαιὸν μὲ εἶναι αὔξεσθαι δ' ὑμνων νεωτέρων. id est,
Laudo vetus, sed nouorum hymnorum flores.

Sentiens gratiores esse hymnos qui res nuper gestas celebrant, quàm qui prisca tractent. Pleraque commendant nouitas, potissimum apud imperitos. contrà in scriptis antiquitas conciliat gratiam, nouitas inuidiam: vnde Flaccus in Epistolis, lib. 1. Ep. 1.

Indignor quicquam reprehendi non quia crasse
Compositum illepidève putetur, sed quia nuper.

Fauor vanitatis. Ac cæteris fermè in rebus fauor nouitatis, superiorum obliterat gratiam. Simile fastidium est humanæ ingenij in his quæ nobis ad manum sunt, miramur enim exotica, quum interdum domi habeamus meliora. Id potissimum vsuuenit in medicis. nostros fastidimus, hæc erudiros: bellua è longinqua barbariæ profectam suspicimus. Itidem pharmacopolæ magno emunt herbas è longinquo aduectas, quum interdum meliores nascantur in horto vicini. Id eleganter notauit Alexis apud Athenæum libro 3.

Ερῶμεν ἀλλοτρίων, παροῦσιν ὀλιγωροῦμεν. id est,
Alienum amamus, proximum contemnimus.

Mulier pudica ne sola sit vsquam. 39

Mulieris pudica laus. Quum admonebimus non conuenire vt pudica mulier sola, citraque testes cum viris colloquatur, vsui fuerit illud apud Homerum frequens de Penelope,

Οὐκ οἶη, ἅμα τῇ γε καὶ ἀμφίπολοι δύ' ἕποντο. id est,
Haud sola, ast idem famulæ binæ comitatæ.

Fatale vitæ tempus exactum. 40

In decrepitos, quorum ætas iam exacta videbitur, quadrabit ex eodem libro,

Νήπιοι, οἱ κῦ βοῦς ἱερεύουσι τελείους Ηδιστ. id est,
Dementes, vt qui sacros tibi maxime Phœbe
Absumpsêre boues.

Nam per solis boues, annos fatales, vt opinor, innuit poeta.

Non luctu, sed remedio opus in malis. 41

In miseriis, nil lamenta prosunt. In malis, non lamentis, sed auxilijs vtendum. Ad id conueniet illud ex Iliados ω. quanquam aliis item iteratum locis,

Οὐ γὰρ ὄς φρεσὶν πίλεται κρυερὸν γόον. id est,
Quippe nihil miseri fletus lamenta ve prosunt.

Adhuc aliquis deus respicit nos. 42

Nihil spei. Quum in rebus vehementer afflictis negabimus nos prorsus abiecisse animum, verùm esse spei nonnihil: conueniet illud quod in eodem libro dicitur à Priamo,

Αλλ' ἔτι τὶς ἢ σ' ἀμῦναι Διὸν ἐκ ἐπέεσσι χολῶσα. id est,
Numen adhuc aliquod dextram mi obtendit amicum.

Mors optima rapit, deterrima relinquit. 43

Optima mors eripit è medio, relinquit deterrima. Proinde videmus quosdam prorsus inutiles Tithoniam ætatem viuere, paucissimos egregio præditos ingenio ad senectæ limen peruenire. In hanc sententiam quadrat illud ex eodem libro,

Τὺς μὲν ἄπυλον ἄρης, τὸ δ' ὕλλυχα πάντα λέλειπται,
Φῦσαί τ' ὀρχησαί τε χορεῦσαι τε μέλεσσι
Αρνῶν ἠδ' ἐριφων ὀδόμενοι ἀρπακτῆρες. id est,
Sublatis bubus Mauors, reliqua ai mala probra relicta,
Mendaces, saltatores, primique choreis
Ducendis, agnis atque hœdis dirripiendis
Strenui. Celebre est illud Maronis, Æneid. α.
Optima quæque dies miseris mortalibus ægri
Prima fugit, subeunt morbi, &c.

Concinit & Theocritus in Epitaphio Bionis,

Τοῖς τηνεφαῖσιν ἴδοιμι καὶ ἐν βατράχοις ἄδειν,
Τοῖ δ' ἀεὶ οὐ φρονέοντι μὴ τὸ μυθῶ ἐ κιθαρὰν ἄδειν. id est,
Sic visum est nymphis semper canere improba rana:
Huic neque ego inuideo, nec enim bona carmina cantat.

Domi manendum. 44

Inutile diutius abesse domo, relictis possessionibus. In eam sententiam quadrabit illud ex Odyssea ξ,

Καὶ σὺ φίλῳ μὴ δηθὰ δόμων ἄπο τὴν ἀλάλησο,
Κτήματά τε σόν τοι ἐν σοὶ μένοντα δόμοισιν. id est,
Tu quoque amice domo diuturnus abesse caueto,
Rebus nempe viris intra tua tecta relictis.

Item Hesiodus,

Οἶκον βλήτρα τίθ, ἀπὸ βλαβερὸν τὸ θύρηφι. id est,
Esse domi præstat: quia damnosum foris esse.

Refertur ex Euripide carmen hoc,

Μακάριος ὅστις ἐν τύχῃ οἴκοι μένει,
Ἐν ᾧ δ' ὁ φῶτος ἢ πόλις ταυτὸν φρονεῖ. id est,
Beatus is qui in prosperis manet domi.
Nam fortuna solo quæ tenetur, denuo
Potest solo commutis.

A sacris abstinendæ manus. 45

Vulgo quoque creditum est, fatum instare ei qui sacris rebus ac Deo dicatis manus iniecerit: aut qui pios homines, aut certè fungentes sacris ministeriis oppugnarit: veluti pontificem Romanum, episcopos, abbates, etiamsi parum fuerint piis moribus. Id propemodum iam olim dictum est ab Homero Iliados ρ,

Οττὶ τ' ἀνὴρ ἐθέλῃ θεοὺς δαίμονα φωτὶ μάχεσθαι,
Ος τε θεοὺς τιμᾷ, τοῦ καὶ μάλα κῦμα κυλίεται. id est,
Cum duo certare viro simulatq; capit quis,
Cuiq; Deus bene vult, malum huic breui imminet ingens.

Turpis iactantia. 46

Non est generosi animi iactare sese de his quæ fortiter aut fœliciter fecit. Super hoc ita Menelaus eodem in libro, *Iactare se, turpe.*

—οὐ μὰ καλὸν ὑποβρίθων ἀγορεύειν. id est,
Haud sanè pulchrum sese iactare superbè.

Prior occupat. 47

Vbi quis luerum celeritate præripuit cuipiam, conueniet illud ex Iliados χ.

Μήτις κῦδος ἄεστον ἑλὼν, ἑτέρῳ δ' ὄπιθεν γένηαι. id est,
Nequis præriperet iaculans laudémque decúsque,
Atque ita serior ipse veniret, támque secundus.

Dictum de Achille, qui reliquis Achiuis innuit nequis iaculum mitteret in Hectorem, quo sibi gloriam totam seruaret.

Sacra celerius absoluenda. 48

In rebus diuinis attentum esse conuenit magis quàm diuturnum, ne vilescant assiduitate: contra quorundam morem sacerdotum, qui nimium immorantur sacro, precibúsque quas vocant horarias. Ad id torqueri poterit illud ex Odyssea ξ,

—οὐ γὰρ ἔοικε
Δαῖτα δαῖν' ἐν δαῖτι διακτορίδῃ, ἀλλὰ τάχιστα. id est,
—neque par est
In diuorum epulo sedisse diutius, immo
Surgere maturè decet.

Ne dij quidem à morte liberant. 49

Nemo tam charus superis vt illorum fauore mortem euitarit. Huic sententiæ suffragabitur Homericum ex eodem libro testimonium. *Mors inexorabilis.*

Αλλ' ἤτοι Διὸς υἱὸν μὲ ἐμείλιτο οὐδ' Ἑκάεργος
Καὶ φίλῳ αἰδρὶ δαίσαντα ἀλαλκεμεν, ὀππότε κεν δὴ
Μοῖρ' ὀλοὴ καὶ Ζηλὸν ὑπαλύξῃ καὶ θανάτοιο, id est,
At verò mortem communiter omnibus æquam
A dilecto homine neque dij depellere possunt,
Quem funesta dies fatis tamen vrget acerbis.

Deus vndecunque iuuat, si modò propitius. 50

Deus vbique præsens adest, si faueat: neque refert vbi gentium agas, illo propitio. Ad hanc sententiam accommodes licebit ex eodem libro,

Ρεῖα θεὸς κ' ἐθέλων καὶ πόλι δυ' ἄνδρας σαώσαι. id est,
Si libeat, seruare procul quoque summa potest.

De lautitiis. 51

De cibis prælautis quadrabit illud ex eodem Odyss. ξ,

Οἷά τε οἷα ἔδυσαν διοτρεφέες βασιλῆες. id est,
Qualia purpurei comedunt opsonia reges.
Venustius fiet si trahetur ad orationem supra modum elegantem, quasi dignam deorum auribus.

Concordia. 52

In absolutam concordiam, omniúmque rerum consensum conueniet illud ex eodem libro,

Οὔτε ποτ' ἐν ἁλὶ δοιὰ δίχ' ἴδμεν ἀμφ', οὔτ' ἐνὶ βωτῷ,
Ἀλλ' ἕνα θυμὸν ἔχοντε νόῳ καὶ μήδεσι βουλῆ. id est,
Haud unquam, neque consilio nos, neque curta dictis
Audimus pugnare, animo sed semper eodem,
Et sentire eadem atque eadem decernere videmus.
Verba sunt Nestoris de se deque Vlysse.

Fatum immutabile. 53

Deus immutabilis.

Diuina decreta non commutantur, humanæ leges pro tempore variantur: quemadmodum & mores & voluntates. Ad id congruet illud ex eodem libro,

Οὐ γὰρ τ' ἄϊδα θεῶν πρὶν πιτνέμεν αἶσαν ἑκάστου. id est,
Non etenim diuinæ mens vertitur articulorum.

Sine ope diuina nihil valemus. 54

Manca est omnis mortalium industria, omniſque conatus, nisi fauor aspiret diuinus. Ad id accommodare licebit Homericum illud ex eodem libro,

—πάντες δὲ θεῶν χατέουσιν ἄνακτος. id est,
Mortalis diuum auxilium desiderat omnis.

Industriam adiuuat Deus. 55

In aggrediendo negotio quædam humana ratione prouidentur, quædam fortunæ commoditas ipsáque res suppeditat. Id est apud Homerum cum alias aliquoties, tum hoc quem modò citauimus libro,

Τηλέμαχ' ἄλλα μὲν αὐτὸς ἐνὶ φρεσὶ σῇσι νοήσεις,
Ἄλλα δ' ὑποθήσονται. id est,
Hæc partim ipse tuo perpendes pectore tecum,
Partim diuinum aliquis tibi suggeret.

Faustus exitus. 56

Quum significabimus rem quam instituimus, bene cessuram, ceu deo quopiam auspice, quadrabit illud ex Odyss. β,

Θάρσει μοι, τέκος ἐσσί τε καὶ ἐκ τοίου γε τοκῆος. id est,
Fide, hoc consilium non est sine numine, nate.

Ætate prudentiores reddimur 57

Si quando negabimus nobis eadem probari iam natu grandioribus, quæ quondam ob ætatis inscitiam arriserunt, sed vsu rerum auctam prudentiam: congruet illud ex eodem libro,

—εἰσὸ δ' ἔτι νήπιός εἰμι.
Νῦν δ' ὅτε δὴ μάλα τοῦμὸν ἐγὼ καὶ μᾶλλον ἀνοίσω
Πυνθάνομαι, καὶ δή μοι ἀκὴ πέλει ἔνδοθι θυμός. id est,
- tenera adhuc puer, at vbi iam sum
Grandior, & reddit me aliorum oratio doctum,
Ipseq; grandescit mi animus.
Dicitur ad procos à Telemacho.

Otiosus esto. 58

Si quem iubebimus animo otioso esse, tantùm curare cuticulam, negotium aliis curæ futurum: accommodabimus illud ex eodem libro,

—μήτι τι ἄλλο
Ἐν στήθεσσι κακὸν μήτιν σῇσιν τε φίλοισι τε
ἀλλὰ μάλ' εὐφρήνῃ καὶ μὴ μάλα πολλὰ μενοινᾶ. id est,
- tale quicquid
Aut dictis aut factis crucietur tua pectora cura,
Quin tranquillus edasque bibasque, ita vt antè solebas.

Haud perficies. 59

Qui dicet, negotium quod aliquis instituit, haudquaquam perfectum iri, verbis Homericis id dicat licebit,

—πολέες δ' ὁδὸν οὔποτε φαίης. id est,
-verum hanccce viam haud perfecerit unquam.

Cedendum multitudini. 60

Qui suadebit non esse pugnandum vni cum multis, & vbique multitudini morigerandum, adducet illud ex eodem libro,

—ἀλλά κε αὐτὸς ἀφύλα πόρῃσιν ὀΐσσαι,
Εἰ πλείοσι μαχοίμην. id est,
Accerset mox ipse sibi crudelia fata
Si multis pugnare velit.
Iidem proci paulo superius,
—ἀργαλέον δέ
Ἀνδράσι γε πλείοσι μαχέσσασθαι κακὸν ἄντι. id est,
-cum pluribus arduum est
Depugnare viris inter conuiua solos.

Vanæ coniecturæ. 61

In eos qui de euentu negotij solent augurari, competit illud ex eodem libro, *Augurari de futuris.*

Ὀψὲ δὲ τε πολλοὶσιν ἀοσσητὴς ἐνὶ λαῷ
Φαντὸς ὁμῶς, ἠύτε τε πάντα ἰδυίην. id est,
At permulta autem versatur in æthere turba,
Quarum non quamvis portendere vanica fallax.

Certum prospicio. 62

Qui se negabit temere, malè secúsve de exitu rei cuiuspiam sentire, sed certis adductum argumentis, & pluribus experimentis obseruasse: accommodabit illud ex eodem libro,

Οὐ γὰρ ἀπειρέσιος μαντεύομαι, οὐδὲ δαΐδας. id est,
Nam neque inexpertus tam diuinauero, verùm
Egregiè callens.

Deus vlciscetur. 63

Quum significabimus nobis in præsentia deesse facultatem depellendi: verùm optare vt superi puniant aliquando: vsui fuerit illud ex eodem libro,

—Εἰ δ' ἄγε δὴ θεοὶ ὧδε κάμοιμεν αἰὲν ἐόντες,
Αἴθ' ὄφελ' ἄλλοι δῖοι παλίντιτα ἔργα ἴδοιεν. id est,
Ast equidem immortales implorauero cælos,
Si fors Iuppiter ipse vices aliquando reponat.

In tempore cauenda pœna mali. 64

Quoties admonebimus vt multo ante occurratur malo, priusquam oppresserit nos aut cohibendum a peccando priusquam ingruat diuina vindicta, vsui fuerit illud ex eodem libro, *Occurrendum malo.*

—ἀλλὰ πολὺ φρὴν
Φραζώμεσθ' ὡς κε κακὸν καταπαυσόμεθ'. id est,
Verùm nos multo ante modum pœnæque velimus
Ponere.
Verba vatis minantis procis Vlyssis reditum.

Domesticum malum. 65

Ad significandum priuatum ac domesticum malum, quod ad alios nihil attinet, conueniet illud ex eodem libro,

Ἀλλ' εἰς αὐτὸ χρεῶ, ὅ μοι κακὸν ἔμπεσε τέκνῳ. id est,
Porrò malum nostras quod in ædes incidit, natum
Ad me pertinet.
M. Tullius in actione in Verrem 5. domesticum ac vernaculum crimen appellat, quod intra parietes admissum nondum peruenit in publicum ruborem. *Domesticum ac vernaculum crimen*

Senum prudentia. 66

In senem plurimarum rerum vsu peritum, quique multa meminerit superioribus acta seculis, quadrauerit illud ex eodem libro,

—παλαιά τε πολλά τε ἴδώς. id est,
-qui antiquáque multáque norat.

Premenda occasio. 67

Qui significabit modis omnibus tollendum esse nec omittendam è manibus semel oblatam occasionem, accommodabit illud ex Odyssea δ.

Ὑμεῖς δ' ἀστεμφέως ἔχετε φρεσὶ μᾶλλον ἑκάστη. id est,
Vos premite, & vinclis magis arcte inserite plagis.
Quod quidem detorquere licebit ad id quum dicemus, impetus animi hoc magis ac magis esse coercendos rationis moderamine, quo magis efferuescunt, & ad malum solicitant. *Impetus animi coercere.*

Omnibus neruis. 68

Quum innuemus in negotio quopiam omneis expromendas vires, omneis neruos intendendos, conueniet illud ex eodem loco,

Καί πού τοι ὑμῖν μὲν τῷ κάρτῳ τε βίῃ τε. id est,
Deum vobis cum æquo viresque vigorque.
Ad simili specie Pindarus dixit Olymp. 10.
Τίς δὲ πεδαίνων ἅρμα τέθριππον,
Χερσὶν ποσσί τε καὶ θυμῷ αἴσιος; id est,
Quis tandem ille quotus desiderabilem coronam manibus pedibúsque & curribus? Hic locus adeò notus erat prouerbio, Manibus pedibúsque: sed illa paginæ iam exierant manus meas. M. Tullius libro in Verrem quinto, Attendite iudices: omnibus enim neruis mihi contendendum est.

Cum principe non pugnandum. 69

Qui significabit arduum principem à priuato superari: aut difficillimum vincere naturam: vsurpabit illud ex eodem libro,

Ἀργαλέον δὲ τὸ γ' ἔπειτα θεὸν βροτὸν ἄνδρα πιθέσθαι. id est,
Ardua res homini mortali vincere numen.

Ingens discrimen. 70

Ingens interuallum, veluti si quis sentiat plurimum interesse inter pecuniæ studium & sapientiam, hoc versu licebit significare ex eodem libro,

Τόσσον ἀπὸν ὅσσον τε παρημαρὶ γλαφυρὴ νηῦς
Ἵησιν, ἥ τε θέησι διαπρήσσουσα θύελλα. id est,
Tantum aberat quantum cursu ratis actа diurno
Conficiat spatij, quam proscbat aura secunda.

Apertè simpliciterque loqui. 71

Simpliciter & apertè dicturos nos citraque ambages, significabimus hoc carmine quod est in eodem libro,

-ἐκ δὲ ἔπος ἦκα
Ἀλλὰ παρὰ ἔκτοσθεν παφλάζον, ἀμφὶ δ' ἀπιστίην. id est,
Non sucis te dissimulans decipere pelis.

Rerum omnium vicissitudo. 72

Variæ fortunæ vices, & nunc læta contingunt vnicuique, nunc tristia. Ad eam sententiam applicabitur illud ex eodem libro,

-ἀτὰρ Ζεὺς ὄλβιον ἦμαρ ὀπάζει
Ζεύς τ' ἀγαθὸν τε κακόν τε διδοῖ. id est,
-nunc huic, nunc Iuppiter illi
Nunc læta immittit, nunc tristia.

Festiuus sermo. 73

Vbi quis in conuiuio sermonem inducit admodum hilarem ac festiuum, qui discutiat omnem tristitiam, conuenit illud ex eodem libro, quod Homerus finxit de Helena, pharmacum immittente in conuiuarum cyathos, quod omnium anteactorum induceret oblivionem.

Αὐτίκ' ἄρ' εἰς οἶνον βάλε φάρμακον, ἦν ὀνέωσιν,
Νηπενθές τ', ἀχολόν τε, κακῶν τ' ὀπὶν πάντων ἀπατῆλον. i.e.
In vinum immisit mox pharmacon, vt dolor biberunt,
Lutúsque, bilisque, malúm, obliuia curæ.

Hunc meminit Plinius libro 25. Nobile, inquit, illud obliuionem tristitiæ veniamque adferens, & ab Helena vtique omnibus mortalibus propinandum. Dioscorides lib. 4. refert herbam ἄλυπον quę inferne sũpta atrę bili medeatur. Vnde & nomen inditum videtur, quasi dolore carens: quemadmodum νηπενθὲς & ἄδηφον, quòd luctum ac sitim pellant. ἄλυπον.

Qui nocere potest & idem prodesse. 74

In medicos imperitos, qui non rarò venenum pro remedio ministrant, quadrabit illud ex eodem libro, quod vsurpauit in Pseudomante Lucianus, estque pluribus apud Homerum locis,

Φάρμακα πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δ' ὀλοιά. id est,
Pharmaca mista salubria multa, at noxia multa.

Idem quadrabit in hominem & bonis & malis instructum artibus, qui vel iuuare possit, si velit, vel lædere.

Asseuerantius dicere. 75

Audacius quippiam & asseuerantius dicturi, quod nobis tamen ita videatur, adducemus illum eodem ex libro versum quo Helena vtitur de Telemacho,

Ψεύσομαι, οὐ τύμπη γε νοήσαντί γε μοὶ ἔπειθε. id est,
Mentiar, aut verum dicam: mens attamen ipsa
Imperat vt dicam.

Idem carmen extat Iliados κ.

Arripienda quæ offeruntur. 76

Solennis est multisque locis iteratus versiculus hic, Οἵ δ' ἐπ' ἐνὶ φρεσὶ θῆκαν ἐπήρατα δώρα ἑκάστου. id est,
Quisque sibi apposita si quid foret vtile, promptus
Admouere manus.

In inuadentes aliena. Quem torquere licebit in tutores, qui rem nacti pupillorum, manus iniiciunt, interque se partiri sibi vindicant. aut in simile hominum genus, inuadentium & inuolantium aliena.

Principum fauor necessarius. 77

Vbi quis inuitis principibus conatur extricare sese è malo quopiam, aut lite à qua non possit explicari, nisi adiutus illorum fauore: conueniet illud ex eodem libro, dictum in Aiacem Oileum,

Οὗ ῥ' αἰνῶς θεῶν φυγὴν μακρὰ λάζετο θαλάσσης. id est,
Lætabat sese spatiosi ex æquoris altis
Emersurum vndis, nusto numine diuûm.

Negotium non aptum. 78

Qui recusat munus aut prouinciam sibi parum accõmodam: aut qui negabit accersere velle sese quempiam ad id muneris ad quod gerendum idoneus non videatur: vsurpabit illud ex eodem libro, *Omni impar verbus.*

-ἵππους δ' οὐκ ἔστιν Ἰθάκῃ ἐνὶ οἰοπόλῳ ἐπιτάσσω. id est,
Cæterùm equos Ithacam non duxero.

verba sunt Telemachi recusantis equos quos Menelaus offerebat dono, quòd Ithacensis insula non esset opportuna alendis equis, quippe petricosa minimèque pascuis apta.

Obtestatio veterum meritorum. 79

Quum obtestabimur per memoriam veterum officiorum, conueniet illud ex eodem libro, quanquam & alias apud hunc poetam,

Ἤ βοός ἢ ὄιος κατὰ μῆρία καῖε πίουσι,
Νῶϊν μνῆσαι. id est,
Si aut bouis aut ouis incendit tibi pinguia membra,
Horum nunc memor esto.

Sunt autem verba Penelopes, precantis numen vt memor sacrificiorum & nidoris, quo sæpenumero pastum est, nunc vicissim opituletur.

Conuiua non conuiua. 80

In eum qui accumbit quidem in conuiuio, verùm spectator dũtaxat eorum quæ apponũtur (nam hoc pacto quidam lordide magnificũ conuiuas suos tractant) quadrabit quod in eodem dictum est de Penelope,

Κεῖτ' ἀρ' ἄνωγε πάσης κατὰ δῶτα κατὰ πτόρθους. id est,
Incumbatus & impositus potóque cibóque Accubuit.

Vndecunque lucrum captans. 81

In aduocatos, in calumniatores, in malos medicos, qui captant vndecunque, si quis incidit in casses quem possint expilare: congruet illud quod in eodẽ est libr.

Αἰεὶ γὰρ πᾶσιν ἁλώμενοι ἰχθύσι κῆρα
Τεύχουσιν αἰσίμοισιν· ἔτερπε δ' ἄρα σφέας λιμός. id est,
Semper enim quæque patet insula piscibus hamo
Insidiantur: ventrem fames excoxit atra.

Ingratitudo vulgi. 82

Qui significabit sibi molestam ingratitudinem, quòd intelligat superiorum officiorum nullam haberi rationem, non inconcinniter vsurpauerit illud ex Odyssea 1. quod idem est & aliis locis,

Μήτις ἔτι φρονέων μεγάλους ἀγάγῃσιν ἐπ' ἔργῳ
Σκηπτοῦχος βασιλεὺς, ὃς μαλθακὰ φρονέοι ἐέλδῃ·
Ἀλλ' αἰεὶ χαλεπός τ' ἔστω, ἠμὲν αἰσυλητύς. id est,
Posthac ne placidus sit quisquam, néve benignus,
Nec mitis, mittique tenax rex sceptriger vnquam:
Sed semper ferus esto, & semper iniqua patrato.

Munerum corruptelæ. 83

In eum qui rem auro domique aggreditur, non infestè uiter tonentis illud ex eodem libro dictum de Mercurio sumente caduceum.

Εἵλετο δ' ῥάβδον τῇ τ' ἀνέρων ὄμματα θέλγει
Ὧν ἐθέλει τοὶ δ' αὖ καὶ ὑπνωόντων ἐγείρει. id est,
Corripuit virgam, qua mulcet lumina somno
Quorumcunque velit, soluit quoque lumina somno.

Quadrat enim pulchrè in munera quod de Virga Mercuriali dictum est, quibus velut expergefiunt iudices, antea ceu dormitantes: & rursum infesti placantur, vt in causa velut obdormiscant, conniueántque. Aristophanes in Concionatricibus, ait deos quoque capi donis, eósque manibus stare supinis, *Virga Mercurij.*

Οἶσθ' ὃ δράσεις; ἐπειδὰν πόρνην τινὰ δῇς,
Ἐστὼς ὀπτήσει τὼ χεῖρ' ὑπτίας,
Οὐχ ὕστερ' ἄλλοσ', ἀλλ' ὅπως τι λήψεται. id est,
Nam quum precamur largiantur vt bona,
Manus supinam porrigentes stant, velut
Nihil aciuri, sed recepturi magis.

Interpres admonet, statuas deorum olim ferè supinis manibus fungi solere. Supinam autem appellat expandam, velut ad excipiendum compositam. *Supinæ statuarum manus olim.*

Principes inter se noti. 84

Qui dicet mutuam principum aut eruditorum inter ipsos esse notitiam, etiamsi diuersas longéque dissitas habitent regiones, vsurpare poterit illud ex eodem libro,

Οὐ γὰρ τ' ἀγνῶτες θεοὶ ἀλλήλοισι πέλονται
Ἀθάνατοι περ ἔντες, ἐπεὶ μάλα πολλὰ μετ' ἀνδρας. id est,
Non ignoti inter se sunt dij morte carentes,
Quanquam semoti diuersa in sede morentur.

Torqueri poterit & in satrapas istos, q tametsi belliger-

rati

Tyrannorum collusio.

rari videntur, magnóque rerum tumultu conflictari, tamen ipsi clanculum inter se colludunt: hoc tantùm agentes vt suam vterque plebem exhaurist, & imminuta reipublicæ authoritate, suam constabiliant tyrannidem.

Periculum ne temere subeas. 85

Nemo longam nauigationem suscipit animi causa, sed adactus graui quapiam necessitate: aut nemo diuturnum grauémque laborem capessit temere. Ad id congruet illud ex eodem libro,

Τίς δ' αὐτοκὰν τόσον ἔμβαλεν ἁλμυρὸν ὕδωρ; id est,
Quis tantum salsi latices peruerteret vltrò?

Fatum ineuitabile. 86

Quod fatis decretum est, id nemini licet euitare. Ad eam sententiam faciet illud ex eodem libro,

Ἀλλὰ μάλ' οὔπως ἔστι Διὸς νόον αἰγιόχοιο
Οὔτινα παρεξελθεῖν ἄλλον θεὸν, ὅς τιν' ἐπῶσιν. id est,
At mentem Iouis haud vllus rationibus vnquam
Diuorum quenquam vitare aut fallere fas est.

Fatis adactus. 87

Non sponte, sed casu.

In eum qui non sponte, sed casu, velutique fatis impellentibus, in aliquod vitæ genus incidit, congruet illud ex eodem libro,

Τὸν δ' ἄρα δεῦρ' ἀνέμοιό τι φέρσεν καὶ κῦμα πόλυφι. id est,
Ast hunc huc ventúsque ferens atque appulit vnda.

Malè coniugati. 88

In eum qui coniugio vinctus est cum ea quam non amet vicissim ex animo, quamuis ob voluptatem vxoriam ametur: non incitè torquebitur illud ex eodem libro,

Ἀλλ' οὔ τοί τινα μοῖραν ἐπισσεύει κακὸν ἦμαρ,
Ἢ ἀνίην λαφύσσειν, πάρ' ἀκλέα δῶλον ἐόντα·
Ἡμαλέα δ' ἐκ πάντων κατὰ δάκρυα κεύθεται αὐτή,
Δακρυόεν τό γε καρδίῃ τε καὶ ὄμμασι δῖα γυναικὶ. id est,
Sed nolens licet ac vi cum illa nocte cubabat,
Nolens cum cupiente. sub antris conditus atris:
Verùm perdius in scopulis ac littore sedit,
Excrucians animum lachrymis, curis gemitúque.

Si Deus voluerit. 89

De re futura, cuius exitus pendeat à Dei fauore: nam etiam vulgò dicunt omnis causa, Si Deus voluerit: atque ita nos loqui Iacobus Apostolus docet: id Homerico versu licebit explicare, si quando iocabimur apud eruditos,

Αἴ κε Διὸς Γ' ἐθέλωσι τοί ὧδε δύω ἐχέμεν. id est,
Dii sta si vsum fuerit, quos gestat olympus.

Suadeo quod ipse facturus essem. 90

Quum alteri damus consilium quo non grauemur ipsi vti in simili causa conuenit illud Calypsus ex eodem libro,

Ἀλλά τοι αὖτε ἐγὼ φράσομαι, ὥς σ' αὐτίκα θυμὸς
Αὖτ' ἐμὸς ὑποθήσεται, ὅτι μοι χρεὼ πόλλ' ἐπίσσῃ. id est,
Sentio suadébóque tibi quibus haud grauer vti
Ipsa, mihi similis si quando occurreret vsus.

Malorum assuetudo. 91

Commodius fert, qui assuetus.

Qui malis assuevit, ac per multa tulit, commodius fert & aliud, si quod inciderit infortunium. Ad id conueniet illud ex eodem libro, sub persona Vlyssis,

Ἠδη γὰρ μάλα πολλὰ πάθον καὶ πολλὰ μόγησα
Κύμασι καὶ πολέμοισι, πρὸ καὶ τάδε τοῖσι γένηται. id est,
Iam tuli & ante mali multum, multúmque laborum
Fluctibus & bellis: age & hoc accesserit illis.

Fortuna reddit insolentes. 92

Insolentior ob fortunæ.

In eum qui, postea quam fortuna secundior affulsit, animos item effert, & paulo confidentius gerit sese, quadrabit illud ex eodem libro,

Γαθήσεν δ' ἄρα πᾶσι νέοις ἐπὶ δαῖ Ὀδυσῆος id est,
Lætatus ventis pandebat vela secundis.

Moderator negotij. 93

Carmen, quod ibidem proximè consequitur, conueniet in eum qui prudentia & authoritate sua negotium aliquod moderatur.

Αὐτὰρ ὁ πηδαλίῳ ἰθύνετο τερπόμενος. id est,
Ille ratem clauo scitè dextrè regebat.

Tacitè stomachari. 94

In eum qui secum indignatur; quadrabit illud ex eodem libro.

—ὁ δ' ἐχώσατο κηρόθι μᾶλλον. id est,
Illi cor magis atque magis succenditur ira.

De Neptuno dictum, indigne ferente quòd Vlysses prosperè nauigaret,

Qui conturbat omnia. 95

In eum qui maximas vndique ciet turbas, aptè torquebitur illud ex eodem libro,

—πάσας δ' ἐρέθυνεν ἀὴς
Παντοίων ἀνέμων. id est,
—*omnes omni genùs ille procellas*
Ventorum ciet.

Non abicit animum. 96

De eo qui ne afflictissimis quidem rebus spem aut consilium abiicit (quemadmodum apud Maronem, Latinus rerúmque reliquit habenas) sed de recipiendo se vtcunque cogitat, appositè dicetur quod imibi dictum est de Vlysse,

Spe' sustentatus.

Ἀλλ' οὐδ' ὣς ἔθελεν ἀπολήγειν, πειρήτιος αἰεί. id est,
At neque sic, licet afflictum, obtuma cepit
Nauigy.

Malis mala succedunt. 97

In eum qui variis exercetur incommoditatibus fortunæ nunc morbo, nunc rapinis, nunc aliis atque aliis malis, conueniet illud ex eodem libro,

Ἄλλοτε μὲν τε νόσῳ βαρέῃ περιπάλιος φθινύθεσκε
Ἄλλοτε δ' αὖτ' ἄνεμος ζαφελώτερος ἔξαγε πόντου. id est,
Tradebat notus hunc Borea quandoque vehendum,
Nunc rursum Zephyro tractandum tradidit Eurus.

Ausonius in epigrammate eleganter dixit Catenatos labores, quòd negotium ex negotio seritur. Cui contrarium est quod ait Pindarus Olymp. 8. ἄλλοτ' ἄλλοις ἔργα θάλλει δόξα, Optat vt Iupiter velit illi benefacta benefactis cumulare.

Hospitis habenda cura. 98

Qui dicet hospitum habendam esse rationem, vsurpabit illud ex eodem libro,

Ἀνδρῶν ὅστις ἵκηται ἀφίκτορος, ὅστις ἐσσὶ γῦν.
Ἀλλὰ τί μοι τὼ καὶ περὶ πατρίδος εἴρεαι id est,
Nam diuis venerandus & immortalibus ille est,
Quicunque appulerit multis erroribus actus,
Nunc vis ego.

Diuitiæ non semper optimis contingunt. 99

Et quidem sæpe stultitiâ patiuntur opes.

Qui dicet opes non semper cordatissimis, sed pro fortunæ arbitrio, nunc huic nunc illi contingere, citabit illud ex Odyss. ζ.

Ζεὺς αἶσαν τε μοῖραν ὀλβον ἀνθρώποισιν
Ἐκλοῖς ἠδὲ κακοῖσιν, ὅπως ἐθέλῃσιν ἑκάστῳ. id est,
Iuppiter emetitur opes mortalibus ipse
Sic vsum vt fuerit, cuicunque bonóue malóue.

Dicuntur à Nausica, ad Vlyssem mendicantem: nec illum ob inopiam habet despectui, quæ fortunæ sit imputanda, non homini, si is modò fuerit alioqui cordatus.

Munus exiguum, sed opportunum. 100

Quum munus indicamus pretio quidem perpusillum, sed tamen accipienti pro tempore gratissimum (veluti si quis panem porrigat de vita periclitanti) citabimus illud ex eodem libro

—δῶκε δ' ὀλίγην τε φίλην τε. id est,
Exiguum munus, gratum tamen.

Idem carmen extat in ξ.

CHILIADIS TERTIAE CENTVRIA DECIMA.

Quò transgressus &c. 1

Pythagoræ doctrina moralis, qua.

INTER Philosophos vix alium reperias qui religiosius instituerit adolescentia quam Pythagoras: vnde & superstitionis nonnihil admiscuit, quòd rudis ætas, quemadmodum & indocta multitudo, nudis & apertis philosophiæ præceptis regi non queat. Huc nimirum pertinebat eorum interdictus eius, holerum commendatio, & quinquennis ἐχεμυθία: postremo symbolorum velut oracula quædam, prius ediscenda quàm intelligerentur. Ac minimum quidem peccant qui ventrem ac linguam habent castigatam. tamen quoniam vix hominis est cauere necubi labatur, proximum est vt à te quisque subinde gestorum rationem exigat, & si quid erratum est, corriget: si quid cum officio factum sit, in eo perseueret, atque in melius proficiat. Huius salutiferi præcepti ceu symboli quoddam tradidit carmen: cuius authoris, incertum (nam apud Homerum non reperio) quo delectatus videtur & Plutarchus, nam ne hoc quidem vito quicquam melius inter philosophos ethnicos. Carmen autem sic habet,

Τῦ παρίβλω, τί δ' ῥέζει, τί μοι δέον ἐκπεπόνθε; id est,
Lapsus vbi quis fecerit, ecquid opus quid omissum est?

Omnis hominum lapsus, triplex.

Omnis autem humanæ vitæ lapsus continetur in tribus. Aut quum secus facimus quàm oportet, hoc est plus minúve quam decet: huic errori respondet illud τῦ παρίβλω; Aut facimus quod omissum oportuit: cui respondet illa particula, τί δ' ῥέζει; Aut omittimus quod factum oportuit: ad hoc pertinet extrema particula, τί μοι δέον ἐκπεπόνθε. Qui filium aut vxorem peccantem lenius admonet quàm sat est, aut asperius obiurgat, resipiscens meritò dicet, τῦ παρίβλω; Qui filio præcipit parum honesta, dicet, τί δ' ῥέζει. Qui peccantem dissimulat, quum expediret admonere dicet illud, τί μοι δέον ἐκπεπόνθε, Pythagoras igitur solitus est admonere adolescentes, vt quoties domum ingrederentur hunc versiculum suo cum animo verterent. Ea cogitatio solicitos reddebat adolescentes, vt si quid fortè deliquissent, aut si quid vitij contraxissent ex hominum conuictu, id in posterum corrigerent, cauerentque. Eam sententiam latius ac fusius explicuit quisquis scripsit carmen De viro bono, quod fertur inter appendices operum Vergilianorum,

Non prius in dulcem declinat lumina somnum,
Omnia quàm secum lustrarit facta diei,
Quò præterpositum, quid gestum in tempore, quidve
Cur ita? Quid recte? quid non? Quid denique recti
Restiterit?

Hæc docuerunt à Christo alieni: quid oportet facere Christianos? verùm qui primas in nostra religione tenent post varias curas quib. distringuntur cubiculum ingressi, dicerem apud me,

Τῦ παρίβλω, τί δ' ῥέζει, τί μοι δέον ἐκπεπόνθε.

[redacted]

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. *corrigerent*) Putauit latius explicatam esse illis quatuor versibus illius vnici sententiam: quum totum Græcorum contineant interpretationem.

Suo quisque studio gaudet. 2

Qui dicet aliis studiis alios teneri, & vnumquemque suo victitare quæstu, proferet illud ex eodem libro,

Οὐδ' ὃ αἰσιμον ἄλλον ἐὸν κάκ' φαρίζειν.
Ἀλλ' ἄλλοι μὲν ἔργα θεῶν ἐκ ἔπονται.
Nam probitas nunquam cuiquam tacita atque haerebat
Sed rem, labori quæque suo conducibilia apta.

Tractant fabrilia fabri.

Affine illi, Tractant fabrilia fabri. Pindarus in Pythiis hymno decimo, ἄλλοις δ' ἄλλοισιν ἔπορον ὧραι ἐκ ἐπιζᾶν φρένας. id est, Aliis aliarum rerum amor pupugit mentem.

Demittere sese ad aliorum mediocritatem. 3

Vbi quis moderatur data opera vires suas ad aliorum mediocritatem (velut si quis præceptor tradat auditorib. non quantum ipse docere posset, sed quantum illi capere conueniet illud ex eodem libro, de Nausica sic habenis moderante cursum mularum, vt peditesque & Vlysses pedibus consequi possent,

Ἡ δ' μάλ' ἐὺ μάστιξεν, ὄπως ἄμ' ἑποίατο πεζοί,
Ἀμφίπολοί τ' Ὀδυσεύς τε· σὺν εὖ ἐπίβησαν ἰμάσθλῃ. id est,
Haec ita lora regens pedes vt comes vna sequi Vlysses,
Tum comitum quoque turba, modo rationeque certa
Infligat sontica.

Mihi curæ erit hoc negotium. 4

Quum admonebimus quempiam vt omne negotium in nos reiciat ipse securus, nobis rem curæ futuram, conueniet illud ex Odyssea,

Ἀλλ' ἴθι πρῶτα πάτρην δ' ἐσιδὲ γνοὺς ἠδὲ δόμους. id est,
Quin tacitus procede, vtæ huius ego sacro dux.

Animus præsens. 5

Animi præsentia vtilis vbique, propterea quod timiditas vel à conscientia, vel ab animi paruitate vi- *Timiditas vada.*
deatur proficisci. Huic sententiæ suffragatur Homericum illud ex eodem libro,

—θαρσαλέῳ γὰρ ὀΐω πάντα μάλιστα
Ἐγγίονα τλῆναι θυμῷ καὶ ποδὶ δίζυρον ἄχθος. id est,
Omnibus in rebus potior vir sorte & audax,
Sit licet hospes & è longinquo venerit oris.

Ad hunc modum Pallas hortatur Vlyssem ne quid tre- *Fortes fortuna adiuuat.*
pidet ingressurus Alcinoi domum. Huic congruit illud quod alibi dictum est, Fortes fortuna adiuuat. T. Liuius libro ab vrbe condita 8. Sed euentus docuit fortes fortunam adiuuare.

Locupletum reditus. 6

In locupletes, quibus alius ex alio succedit reditus, accommodabitur illud ex eodem lib. de pomariis Alcinoi dictum,

—ἀλλὰ θεὸς ἐπὶ πάντα δίδωμι μάλ' αἰεὶ
Ζεφυρίη πίσεια τὰ μὲν φύει, δὲ δὲ πέσσει.
Ὄγχνη ἐπ' ὄγχνῃ γηράσκει, μῆλον δ' ἐπὶ μήλῳ,
Αὐτὰρ ὁ σταφυλὴ σταφυλῇ, σῦκον δ' ἐπὶ σύκῳ. id est,
—nec singulos annos renouatur in annos:
Sed flans per petuo Zephyrus spiramine fœtus
Hos producit, & hos demittit ab arbore mites:
Et pyra adulta pyris succedunt, malaque malis,
A fico ficus, atque vua senescit ab vua.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. *nec singulos*) Omnino falsa est hæc interpretatio: alioqui enim θεὸς cum ἐπὶ πάντα, vt substantiuum cum adiectiuo, iungi dicendum esset: quod absurdissimum foret: & vt ferri talis oratio posset, at rem non minus absurdam significaret: ætatem videlicet singulos in annos non renouari, sed Zephyrum perpetuo flare. Accidit autem hic error ex amputato huius sententiæ principio: quòd illi redditum, quàm aliena sit illa expositio vt à ratione simul & à sermonis Græci consuetudine, ita etiam à mente Homeri, apertissime declarabit. Ita enim legitur,

Ἔνθα δ' ἐπειτ' ἀκαρὰ πτερόεντα τανύσσατο
Ὀγχναι ἠδ' ἐρέαι ἠδὲ μηλέαι αἰγλήεσσαι,
Συκαί τε θαλέθουσαι ἠδ' ἐλαῖαι τηλεθόωσαι.
Τάων οὔποτε καρπὸς ἀπέρχεται οὐδ' ἀπολήγει
χείματος οὐδὲ θέρεος θεὸς ἐπὶ πάντα δίδωμι, &c.

Vide quid commune habeat hæc sententia cum Erasmi interpretatione, *nec singulos annos renouatur in annos.* Imò verò, Quarum arborum fructus per singulas æstates & hyemes renouatur. ad verbum, Quarum fructus nunquam perit, nec deficit, neque hyeme, neque æstate, in totum annum sufficiens.

Inuitabile fatum. 7

Quod hominis fatis decretum est, id eueniet. In hanc sententiam Homerus eodem libro, *Decretum fatale.*

—αὐτὰρ ἐπεί ῥα
Πᾶσιν ἔδαν οἷσιν οἱ πότμον κατένησε Δίκη τε βαρεῖα
Γενομένῳ γήσασθαι λίτω, ὅτι μὴν τόδε μοῖρα
ῥ' ὀφέλλει κεῖσθαι id est,
Quod fatum Parcaque graues in flamine, nerunt

Nascenti

Nascenti, tam quam matris promergeret alvo.

Quanquam hunc locum de fatis oportebit ioco duntaxat adhibere. Veluti si quis filium longius aliquò studij causa emandans, negaret sibi curæ futurum quid ille agat, sed id Deo se fortunæque committere.

Aliud cura. 8

Quum negabis esse causam cur aliquis aut dubitet aut sollicitus sit, exempto scrupulo, accommodabitur illud ex eodem libro,

Ἀλλοῖ' ἄλλο τι νοι μέλεται φρεσίν. id est,
Alicunde curæ aliud.

Item Terentius, Atqui iam reperi: aliud cura.

Molestus interpellator venter. 9

Venter improbus interpellator; non finit vnquam quempiam obliuisci sui. Id ad egestatem torquere poterit quæ mortales ad omnia tum facienda, tum ferenda solet compellere. Sic autem Vlysses in eodem libro,

Egestas nihil non suadet.

Οὐ γάρ τι συγγνὼς ὅτι γαστέρι κύντερον ἄλλο
Ἔπλετο, ἥτ' ἀνιεῖσαν ἐὸ μνήσασθαι ἀνάγκῃ,
Καὶ μάλα τηρομέν περ, ἔχει φρεσὶ πύκα ἴσασθαι. id est,
Non est improbior res altera ventre molestior:
Quippe vel sentitum meminisse sui iubet, etsi
Valde animo crucietur, & angat pectora mœror.

Vulgus suspicax. 10

Suspiciosum vulgus, & pleraque malam in partem interpretatur. Homerus in eodem libro:

Δυσζήλοι γάρ τ' ἐμὲ ἴσασι φῦλ' ἀνθρώπων. id est,
Quippe homines pleraque omnes male suspiciosi.

Nemo cogendus officij causa. 11

Nullus hospes retinendus aduersum animi sententiam, & inuitus. Nemo cogendus vt cuiusquam vtatur beneficio, si nolit. Ad hanc sententiam accommodabitur illud ex eodem libro,

Nemo cogendus beneficii capere.

Εἰκὶ ἐθέλων τε μενοινάοντα δέ σ' οὔτις βίζει. id est,
Si manendi spontè tantum nemo retinebit.

Dicitur ad Vlyssem ab Alcinoo Phæacum tyranno.

Malum bono pensatum. 12

Quoties natura dotem aliquam egregiam largitur, verùm eadem eam aliquo vitio pensat: aut quum quis beneficium suum aliquo vitiat maleficio: quadrabit illud ex Odysseæ θ, de Demodoco musico dictum,

Τὸν περὶ μοῦσ' ἐφίλησε, δίδου δ' ἀγαθόν τε κακόν τε.
Ὀφθαλμῶν μὲν γὰρ ἄμερσε, δίδου δ' ἡδεῖαν ἀοιδήν. id est,
Hunc alios vitæ dicexit Musa deaque
Atque boni, atque mali quoddam nam lumina ademit:
At dedit emunctæ suam pectora cantu.

Omni certaminis genere. 13

Quum innuemus omni certaminis genere congressum esse (veluti si quis dicat, in omni disciplinia disputatum acriter) conueniet illud ex eodem libro,

Πύξ τε, παλαισοσύνῃ τε καὶ ἅλμασι, καὶ ποσὶ θοῦρον. id est,
Et pugnis, pedibus, que & saltibus, atque palæstra.

Item vbi quis ostendit se nullum detrectare certamen, sed ad quoduis ingenij experimentum paratum esse, conueniet illud ex eodem libro

Δεῦρ' ἄγε πειρήσω, ἐπεὶ μ' ἐχολώσατο λίην,
Ἢ πύξ, εἰ πάλιν, ἢ ἐν ποσὶν ὅττι μοι ἔμπης. id est,
Huc age, quandoquidem grauiter mihi concita mens est,
Qui velit, experiatur, pugnis sive palæstra,
Sive pedum cursu malit: nihil ipse recuso.

De præcellenti.

Longe vicit. 14

Qui sentiet aliquem ita præcellere vt periculum non sit ne quis illi præripiat palmam, conueniet illud ex eodem libro,

-σὺ δ' ἐπειτ' ἀπάνευθε κάθιζε
Οὔτις φαίνεσθ' ἀνὴρ ὅδ' ἐξεναρίζων ἀνὴρ. id est,
At tu fide animo, quando hoc certamine nullus
Phæacum te nec æquabit, nec superabit.

Virò cedendum inuitum.

Antiquis debetur veneratio. 15

Cum summis & inuictis, vel cum antiquis non est certandum, qui velut extra aleam hominum positi videntur, sed his vltro cedendum. Veluti si quis neget sese cum M. Tullio de eloquentia velle confligere: cum mediocribus, non recusare: vsurpabit quod eodem in loco dicitur ab Vlysse,

Ἀνδράσι δ' οὐκ ἐθέλοιμι διζήμενος ἐν κονίῃσιν,
Οὔθ' Ἡρακλῆι, οὔτ' Εὐρύτῳ οἰχαλιῆϊ. id est,
Cum mortalibus haud iubeam certamina, vel cum
Herculea virtute, vel Euryto Œchaliensi.

Flagitiorum turpis exitus. 16

Quum res perperam instituta, male cedit, conueniet illud ex eodem libro,

Οὐκ ἀρετῇ τελεῖ ἔργα. id est,
Haud bene succedunt facta improba.

Dictum est de Martis adulterio deprehenso.

Fidus amicus. 17

Fidus amicus non est posthabendus germano. Homerus in eodem libro,

Εἶπερ τις καὶ ἑταῖρος ἀνὴρ κηδεμόνα περ ἀδελφοῦ,
Εὖτέ τις ἐμεῖο γε μέμνηται καὶ ἔργων. id est,
Si quis forsan amicus sit gratusque bonusque:
Quandoquidem is non inferior vel fratre putandus.

Patria sua cuique iucundissima. 18

Vnicuique sua patria iucundissima, quæcunque contigit. Homerus Odysseæ ι,

Ὡς οὐδὲν γλύκιον ἧς πατρίδος οὐδὲ τοκήων
Γίγνεται. id est,
Vt nihil est patria propriisve parentibus vlli
Dulcius.

Fuga tutior. 19

Fuga vincere.

Qui dicet tutius esse fuga vincere libidinem, quàm contrà pugnando, poterit accommodare, quod de Charybde dictum est Odysseæ μ,

Οὐδέ τις ἔσθ' ὁμιλὸς φυγέειν κάρτιστον ἀπ' αὐτῆς. id est,
Non est vlla medela procul fugere optimum illa.

Alia committenda, alia celanda. 20

Non temerè quiduis apud quemuis effutiendum, at nec familiaribus arcana omnia proferenda sunt: verùm alia communicare conuenit cum amicis, aut vxoribus, alia celare. Ad hanc sententiam quadrat illud ex Odysseæ δ,

Ἀλλὰ τὸ μὲν φάσθαι τε καὶ ἔμμεναι οὐκ ἀλεγεινόν. id est,
Dicendum esse aliud, tenue à est aliud reticendum.

Fœmina nihil pestilentius. 21

Nihil fœmina pestilentius. hanc sententiam eodem in libro sic effert Homerus,

Ὡς οὐκ ἔστιν ὅτις κύντερον ἄλλο γυναικὸς. id est,
Vsque adeo nihil improbius muliereque pestis.

Frequenter apud antiquos poetas male audit mulierum genus: quæ quidem & hodiernis temporibus strenue dant operam ne poetæ planè vanilogui fasse videantur.

Effæta senecta. 22

Quod in Odysseæ λ dictum est de mortuis, id ad hominem ob longæuitatem iam defectum viribus accommodare licebit: aut in eum qui consternetur animo,

Οὐ γάρ τι σάρκας τε νεύρα τ' ἐστί οἱ ἔτι ἔχουσιν. id est,
Nam iam non nerui carnes atque ossa cohærent.

Ægrè, sed tamen contigit. 23

In eos qui ægrè quidem, sed tamen assequuntur quod optant. quadrabit illud ex eodem libro,

Ἀλλ' ἔτι μάν τε καὶ ὧς κακά περ πάσχοντε νοήσω. id est,
Peruenietis adhuc, quanquam mala plurima passi.

Dicuntur ad Vlyssem à Tiresia.

Cum amico non certandum æmulatione. 24

Cum amico & benemerito non est suscipiendum certamen: ne quid obscuretur amicitia propter æmulationem, huiusmodi comitem contentionum. Id innuit Homerus in Odysseæ θ, quum Vlysses excipit Laodamantem, quòd hospes esset, θ

τίς κεν φιλέοντα μαχοῖτο; id est,
quis namque benigno cum hospite pugnet?

Locum etiam habuerit vbi dicemus hospitis esse munus cedere iis apud quos diuersatur, etiamsi possit vincere. Nam inibi statim subnectitur huiusmodi sententia,

Ἄφθονον γὰρ κεῖνος γε καὶ οὐτιδανοῖς πάλιν ἀνήρ,
Ὅστις ξεινοδόκῳ ἔνδοθι ἧσται ἀλλοδαπῷ id est,
Vir si quidem vecors est ille, nec vnius assis,
Quisquis ad euentum certaminis vocat illum
Quem penes hospitio fruitur, tectoque tuetur.

Reicientis culpam. 25

Aduersus eum qui mali sui causam aliò reiicit, ita vt vulgò factitant, apposite torquebitur illud ex Odysseæ λ, dictum ab Elpenoris vmbra, qui temulentus perierat apud Circen,

Ἀνόμῃ δαίμονί τε καὶ ἀδιφάτῳ ὀλέθρῳ. id est,
Me mala fata dirum nocturnis, vsque bibaci.

Sic alibi Agammenon diffidij causâ in Aten retorquet.

Voluptas fœda. 26

In voluptatem ſinhoneſtam, aut ſcortum ad perniciem iuuenum omnibus inſtructum attribus, quadrabit illud ex Odyſſeæ κ, dictum de Circe, *In meretriculam.*

Ἦμαρ ἄπαντας,
Ἠὲ νῦ λύκους τε ἰδέσθαι, ἠὲ λέοντας. id eſt,
-ſi quidem omnes
Fecerit illa ſuibus, lupiſve, truceſve leones.

Aſpera vita, ſed ſa ubris. 27

In vitæ rationem duriuſculam quidem, ſed tamen ad rectam morum inſtitutionem idoneam, conueniet illud ex Odyſſeæ ι, dictum de Ithaca,

Τρηχεῖ' ἀλλ' ἀγαθὴ κουροτρόφος. id eſt,
Aſpera, ſed iuuenum nutrix bona.

Conſiliis ſimul & facto valens. 28

In hominem conſilio pariter ac viribus excellentem conueniet illud Odyſſeæ ξ.

Οἷος δὴ τότ' ἔην βουλήν, ἠδὲ μάχεσθαι id eſt,
Is cuiuſmodi erat ſeu pugna, conſilióve.

Non poſſum non dicere. 29

Vbi quis negat ſe reticere poſſe quod habet in animo, feſtiuiter accommodabit illud ex eodem libro,

Ἐξαῦτίς μοι πίθοιο φίλον κῆρ ἐν στήθεσσι
Ἠελίου. id eſt,
Dicam equidem quiddam iactantius: urget enim me
Vinum amens.

Eodem in loco quantum poſſit vinum, eleganter oſtendit Vlyſſes. Ita enim conſequitur,

-ὅστ' ἐφάτιν πολυφραδέα φρεσὶ μᾶλα περ ἄσσον,
Καί θ' ἁπαλὸν γελάσαι, καί τ' ὀρχήσασθαι ἀνῆκαι,
Καί τιν' ὀπὴν ἔπεμεν ὑπὲρ τ' ἀρίστου ἄμεινον. id eſt,
Vinum quantumcunque grauem atque pudentem
Incitat ad cantum, ac tenerum ridere, choréque
Ducere compellit: nonnunquam quod tacuiſſe
Præſtiterat, referato effatit pectore dictum.

Perplexus. 30

Qui ſe dicet in maximis verſari periculis, nec vllum affulgere ſubſidium, vſurpabit illud ex eodem libro,

οὐδέ τις ἄλλη
Φαίνετο χαιάων· ἀλλ' ἠέρα πὰρ δὲ θάλασσα. id eſt,
-nec vlla apparuit vltrà
Tellus, ſed nobis cælum vndique, & vndique pontus.

Idem habetur in μ.

Abhorrentis ac deteſtantis. 31

Quum dicemus nos vehementer à vitio quopiam abhorrere, illud ex libro eodem vſurpare licebit,

Ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος Ὁμήρου αἴσιμα πυκνά. id eſt,
Is mihi iuxta inuiſus vt atri ianua Ditis.

Idem carmen extat in Iliados ι, ſub perſonæ Achillis, hic ab Vlyſſe dicitur,

Sui diſſimilis. 32

In ſui diſſimilem quadrabit illud ex Odyſſeæ ρ, quod de Pallade dixit Vlyſſes, *Sapientia, multiformis.*

-νῦν γὰρ αὖτις ἄλλοτε ἄλλος, id eſt,
Nunc alio, nunc rurſum alio ſis obuius vultu.

Idem mire quadrabit in ſapientiam, quæ variis inuolucris obtegitur apud priſcos, & alia atque alia ſpecie proponitur: præſertim in Diuinis literis, quæ tota ferme conſtat allegoris.

Nihil adrem. 33

In eum qui dixerit abſurde quippiam & alienum à re propoſita, quadrabit illud ex eodem libro: quanquam idem alijs aliquot repetitur locis,

Νήπιος οἷς ὦ ξεῖν', ἔπος ἔπλεο καὶ νόον ἔλλες. id eſt,
Hoſpes ſtultus es, aut longinquis aduena ab oris
Nuper ades.

Quod adeſt, boni conſule. 34

Qui admonebit oportere boni conſulere quicquid à fortuna conceditur, vſurpabit illud ex Odyſſeæ ξ.

Ἴσθι δαμόθρεπτος ξεῖνος, καὶ τόφρα πιθοῦ
Οἷσι πάρεστι· θεὸς γὰρ πάλιν ἄλλα, τὰ δ' ἐθέλῃσι,
Ὅ,τι κε ᾧ θυμῷ ἐπιτελλόμενος γὰρ ἄνωγε. id eſt,
Hoſpes, ſume cibum, & quorum data copia, lætus hu
Paſce animum: nam ſors dabit hæc, rurſum illa negabit,
Vtcunque eſt animo lubitum. valet omnia quippe.

His verbis Eumæus ſubulcus Vlyſſem inuitat vt cibos viles & ruſticanos, qualeſcunque eſſent, boni conſuleret. Transferetur ad omnem hominis vitam, quoties admonebimus vt quemcunque ſtatum ſors dederit, in eo lætè tranquilléque viuamus. Apud Athenæum lib. 10. refertur hic ſenarius,

Ἐπὶ πᾶς παρεῖσι τὸν βίον διάγομεν. id eſt,
Quæ præſto ſunt, in hiſce vitam nectito.

Iſocrates in oratione De pace, ἔρχει πᾶς μερίμνων, ait pleriſque hominibus eſſe difficillimum: & hinc eſt quòd bellum malunt, quàm pacem.

Officium ne collocaris in inuitum. 35

Iuſtæ iniuriæ fuerit ſi quis officium collocet in inuitum. in eam ſententiam Homerus Odyſſeæ ο, *Inuitum qui ſeruat, idem facit occidenti.*

Ἴσασιν ἐσθλὸς ὅστις ἐν φίλοισι γίγνεται
ξεῖνον ἑταῖρόν, καὶ ὃς ἐσσύμενον κατέρυκε.
χρὴ ξείνου πάρος ἆσαι φίλου, ἢ δύσασθαι ἠμύναι. id eſt,
Iuxtà peccat vterque, vel is cui extruditur hoſpes
Inuitus, vel qui remoratur abire volentem.
Hoſpes donec adeſſe velit, tractare benigne
Conuenit, emittendus vbi diſcedere quæret.

Bona ſpes oſtenſa. 36

Quum bona quæpiam ſpes affulget alicunde perficiendi quod propoſuimus, conueniet illud ex eodem libro,

Ὣς ἄρα οἱ εἰπόντι ἐπίπαλτο δεξιὸς ὄρνις. id eſt,
Sic fato faſtus à dextris adnolat ales.

Arrogantia non ferenda. 37

In eos qui intoleranda ſunt arrogantia, non inſcite torquebitur illud ex eodem libro, ab Eumæo dictum in procos,

Τῶν ὕβρις τε βίη τε μέλουσιν ἱκανὸν Ὄλυμπον. id eſt,
Horum vi ſique animóſque ferox contingit olympum.

Idem in ρ dicitur ab Vlyſſe ad Eumæum.

Domus optima. 38

Infœliciſſimum incertis vagari ſedibus, quemadmodum faciunt ſemper *alieni*, peregréque viuentes. Huc adſtipulatur eodem in libro, *Incertis vagari ſedibus, infeliciſſimum.*

πλείστοισιν δ' ἐν ἀνθρώποισιν ἄριστον εἶναι δῶμα βαθεῖαν. id eſt,
Nil miſerabilius quàm incerta ſede vagari.

Transferri poterit ad eos qui circumaguntur quibuſlibet opinionibus, aut qui ſubinde mutant amicos, aut inſtitutum vitæ.

Non omnibus contingit. 39

Non cuiuis ſit poteſtas cum regibus colloquendi, aut non omnibus contingit Diuinarum literarum penetrare myſteria. Ad hunc ſenſum non inuenuſtè deflectetur illud ex Odyſſeæ τ,

Οὐ γὰρ πω πάντεσσι θεοὶ φαίνονται ἀθρῆσαι. id eſt,
Haud cuiuis manifeſta videntur numina diuûm.

Authoritas diuinitus. 40

Diuinitus contingit vt idem homo nunc magni fiat, nunc deſpiciatur. Ad id facit illud ex eodem libro,

Πάλιόν γ' ἐσσῖον νὺ ἀρῆν ἄγχι ἔχουσι,
Ἢ μινυθοῦσ' αὖτις· τοὺς βούλεται, οὓς δὲ κεραίνει. id eſt,
Eſt prociue deis, amplus quos claudit Olympus,
Reddere vel deſyectum hominem, aut adiungere honorem.

Tollenda mali occaſio. 41

Qui ſuadebit vt mali ſubmoueatur occaſio, non abſurdè citabit illud ex eodem libro,

-αἶψα γὰρ ἐκ φρένας εἴδεα κύδνους. id eſt,
quippe viros ferrum illicit ipſum.

Ita diuitiæ proliciunt ad luxum: conſuetudo puellarum, ad amorem.

Vbi cognitum eſt quod erat occultum. 42

Vbi res quæ magno ſtudio celebratur, fuerit aliquo pacto deprehenſa, quadrabit illud ex eodem libro,

Ἦ τις ὅδ' ἄλλος ἔσκεν θεῶν, ὅ τοι ἄνδιχα μῆλα. id eſt,
Siue illis deus hoc aliquis deprodidit index,
Siue ipſi videre.

Abſtinenda vis à regibus. 43

Qui dicet haud temere manum immittendam in reges potentes, aut viros Deo dicatos, adducet illud ex eodem libro,

δεινὸν γὰρ βασιλῆα δαΐφρονα Κτάμενον. id eſt,
Res dira ac plena periculi eſt, Regale occidiſſe genus.

Domeſticum diſſidium. 44

Ad deteſtandam ſeditionem domeſticam, & mutuam contubernalium inter ipſos diſcordiam inſidiaſque, conueniet illud ex eodem libro,

-οὐκ ἐὸν κακὰ φάσθαι ἀμφαδίην. id eſt,
Impia res moliri inter ſeſe mala.

Qui eget, in turba versetur. 45

Ibi quæsu, vbi magna hominum frequentia.

Etiam hodiernis temporibus vulgo iactatur fabula de cæco mendico, qui iubebat ministro vt eò se duceret vbi maxima esset hominum procella: addens sententiam populari loco celebrem, Ibi quæritum esse, vbi sit hominum frequentia. Homerus item Odysseæ ρ,

Πτωχῶ βίζησιν ὅτις κατὰ ἄστεα πάσχει
Δαῖτα πεπαμένος. id est,
Mendico qui sit populosa per oppida census
Mendicat et suam, quam rure.

Officium humilius. 46

Quum quis recusat munus tanquam humilius patúmque tele dignum, applicabit illud ex eodem Odysseæ ξ,

Οὐ γὰρ ὅτι σαλιὴν μέγα τ' ἄπλετον εἰρύσσαι. id est,
Nam vt monstrem in fabulis tam non mea postulat ætas.

Verba sunt Vlyssis ad subulcum.

Vitandæ potentum offensæ. 47

Qui dicet formidandas diuitum & principum offensas (propterea quòd, quantumlibet leuiter offensi, grauiter indignantur, & vt ait Plautus, Plumbeas iras gerunt) accommodabit illud ex eodem libro,

-χαλεπαὶ γὰρ ἀνάκτων ἠδ' ὁμιλαί. id est,
Sunt formidandæ regum offensæque minæque.

Princeps indiligens. 48

Indiligens pædagogus corrumpit puerum, malus præceptor vitiat discipulum, rex improbus populum item corrumpit. Ad hanc sententiam facit illud ex eodem libro,

Pastores malè, corrumpunt oues.

Αὐτὰρ μῆλα κακαὶ φθείρουσι νομῆες. id est,
At corrumpit oues pastor malus.

Dicuntur ab Eumæo subulco ad caprarium.

Assuetus malis. 49

In eum qui ferendis contumeliis assueuerit, congruet illud ex eodem libro,

Οὐ γὰρ τι πληγὴν ἀδάημον, οὐδ' ὀλοφώιον. id est,
Iam minime plagas tolerare rudis, neque tacitus.

De alieno liberalis. 50

De alieno facile largimur, de nostris non item. Hanc sententiam protulit Antinous in eodem libro,

-αἶψα κέ τις δόσκοις κεῖθί γε πρυτανικά
Ἀλλοτρίων χαρίσαιτο. id est,
-*nam res largiri alienas*
Haud res vlla vetat: neque enim piget.

Seneca epistolarum libro 2. epistola 16. Non est quod mireris animum meum adhuc de alieno liberalis sum. Ita Mitio in Adelphis, Æschino dicenti, Fac, pro mihi ego illis, Respondet, Promisisti autem de te largitor puer.

Pauper, sed ingeniosus. 51

†*Parua quidè inest sed fides plena.*

In hominem tenuis cultus, sed egregio tamen corpore, quadrabit illud ex Odysseæ σ,

Οἷόν σε ῥάκεσιν ὁ γέρων ὀπιπεύσειε φαείνων. id est,
Quos præferat senior pannis e vilibus artus.

Dictum est de Vlysse certaturo cum Iro. Lucianus in Hercule Gallico, torquet ad tenuem ingenio facundiáque præcellentem.

Iactantia comes inuidiæ. 52

Qui monebit ne quis insolentius iactet vel fortunæ munera, vel naturæ dotes, ne quando Nemesis exaudiat, auferátque: non intempestiuè vsurpabit illud ex eodem libro,

Ἀλλ' ἔχε σὴν δάπρα θεῶν ἔχος, ἤ τις δίδωσιν. id est,
Possideas tacitus quæ adjuuat munera diuûm.

Verbotenus amicus. 53

In eum qui simulat orationè benevolentiam, cæterum longe diuersa paratus in animo, quadrabit illud ex eodem libro,

-Σίγα δ' ἀμοὶ
Μαιμήσειν ἐπίουρον, τό γε δὴ οἱ ἄλλα φρονεῖν. id est,
-*an mens præmollitus ipsi*
Lenibat dictu, at mens diuersa parabat.

Nihil recusandum quod donatur. 54

Si quando dices nullum esse recusandum munus quodcunque offerturue aut arripiendam esse, quoties obtigerit alicuius occasio commoditatis, conueniet illud ex eodem libro,

-εἰ γὰρ κεν ἀλιώασιν δόων θεός. id est,
Deum reuetere haudquaquam decet.

Adminicula vitæ. 55

Omnia quæ ad vitæ pertinent commoditatem, non ineleganter indicare licebit hoc carmine ex Odysseæ τ,

Οἷσίν τ' ἀνθρώποισι βίος τελέθουσι καλεῖται. id est,
E quibus & vnum telli, ditesque vocantur.

Qui per se sufficit. 56

Qui negabit sibi opus esse opera aliena, se satis idoneum ad rem peragendã, cõueniet illud ex Odysseæ τ,

Εἰσί μοι ὀφθαλμοί τε καὶ οὖατα καὶ νόος ἔμφρων,
Καὶ πόδες ἠδὲ χεῖρες ἐπισμαραγοῦσι θοῶς ἀνωγαί. id est,
Sunt oculi mihi sani aures, gemináque pedes sunt:
Iusta pectoribus mens est, neque stulta nec exors.

Nouit bona & mala. 57

In eum qui per ætatem, vsúmque rerum, iam delectum habere potest fugiendorum atque expetendorum, congruet illud ex eodem libro, *Ætate sallus prudens.*

-δὴ γὰρ τοίω καὶ οἶδα ἕκαστα
Ἐσθλά τε καὶ τὰ χέρεια. id est,
Iamdudum si quidem nouique & sentio cuncta
Quæ bona, quæque mala.

Hac figura vel hodie nihil vulgatius.

Neque enim ignari sumus. 58

Vbi quis ad tolerantiam præsentium incommodorum, animat sese præteritorum malorum recordatione, non infeliciter vsurpabit illud ex eodem libro,

Τέτλαθι δὴ καὶ κύντερον ὄμμ' ἰδὼν ἄλλο. id est,
Audaces, animeis & quondam grauiora tulisti.

Id æmulans Vergilius, Æneid. 1.

O passi graviora, dabit Deus his quoque finem.
Durate, & vosmet rebus seruate secundis.

Consimiliter Horatius in Odis,

ô fortes meioráque passi Mecum sæpe viri.

Danda venia lapso. 59

Qui dicet aliquando dandam veniam si quid erratum sit per incuriam (neque enim hominis esse vt *Nemo, omnibus horis, sapit.* semper exactam præstet diligentiam) vsurpabit illud ex Odysseæ τ,

Ἀλλ' ἄνδρ' οὐδὲ δίκαιον ἐμέμφεσθαι ἀτάσθαλα
Ἀνθρώπους. id est,
Haud quaquam fieri potest vt peruigil vsque
Mortalis duret.

Non quidvis continget quod optaris. 60

Qui negabit omnia contingere homini quæ speraverit animóque conceperit, accommodabit illud ex eodem libro,

-ὅσσα μὲν ὀρνίχεσσι φίλον κεφαλῇσιν ἀείρει
Γηρυτοί, οἵ τε πτερὰ τιταίνεται ὠκυπόωντα. id est,
Prouida fertilitas exsurgat & omnia quædam
Somniet, quodcunque vides sit cuncta tibi omne.

Atque hoc in loco subnunxit pulcherrimum illud de duabus somniorum portis figmentum, quod in sexto Vergilius retulit.

Gaudium dolori iunctum. 61

Quum pariter accidit quod & gaudeamus & doleamus (quod genus, in cui parentes opulenti vita decesserint, partim excruciatur morte suorum, partim gaudet hæreditatis obuentu, atque accessione libertatis conueniet illud ex eodem libro,

Τλῆθί μοι ἄμμα χάρμα καὶ ἄχεϊ θυμὸν ἔρυκε. id est,
Lætitia hunc mœrorque pari præcordia cepit.

Mala senium accelerant. 62

Qui dicet senectam non esse metiendam annis (propterea quòd ij qui se multis laboribus curisque discruciant, ante diem consenescunt) vsurpabit illud ex eodem libro,

Λίην γὰρ σε κακότητι βροτοὶ καταγηράσκουσιν. id est,
Quippe repente homines, curisque malisque, senescunt.

Vita mortalium breuis. 63

Qui monebit dandam operam vt apud posteros honestæ vitæ memoriam relinquamus, quæ perpetuo viuat (nam hanc vitam angustis circumscriptam esse terminis) accommodabit illud ex eodem libro,

-αὐτὰρ ὁ μύνυνθά τοι ἄνδρὶ τελεύτα. id est,
At hominis breuibus spatiis consternitur ætas.

Verisimiliter mentiens. 64

Falsa, mixta veris.

In eum qui falsum perinde quasi verum sit, narret, quadrabit illud ex eodem libro,

Ἴσκε ψεύδεα πολλὰ λέγων ἐτύμοισιν ὁμοῖα. id est,

Plurima narrabat figmenta similima veris.
Dictum de Vlysse. Notatur & apud Platonem quòd Homerus Vlyssem induxerit mendacem, Achillem contrà veracem.

Sibi malum reperit. 65

In eum qui suo lęditur inuento, quadrabit illud ex Odyssęæ φ,

Οἵτ' αὐτῷ πρώτῳ κακὸν ὤρετο οἰνοβαρείων. id est,
Qui sibi pernicem vel primum repperit ipse
Vino victus.

Dictum est de Eurytione, qui primus inuenit vsum vini, peremptus à Lapithis.

Qui continet arcanum. 66

In eum qui celat arcanum sibi commissum, neque cuiquam effutit, quadrabit illud in Odyssęæ φ.

τῷ δ' ἄπτερ' ἐπὶ πτερὰ κεῖται. id est,
huic pennæ dictæ carebant.

Hoc est, haud longius auolabant.

Rem nouam aggredior. 67

Si quando significabis te rem arduam ac nouam moliturum & alijs adhuc intentatam, accommodabis illud ex Odyssęæ χ,

Νῦν αὖτις σκοπιὴν δύω, ὁππότε τις βλῆτο σεῦ,
Εἶσιμαι, ἄλλα τύχωμι. id est,
Nunc alium tentato scopum si attingere possim,
Quem nondum quisquam tetigit.

Verba sunt Vlyssis iam parantis occidere procos.

Benefactorum memoria. 68

Vbi quid boni contigit alicui propter veterum benefactorum memoriam, quadrabit illud ex eodem libro,

Ὡς κεν ὀφέλλῃσι δὲ καὶ μετόπισθεν ἀμείνων. id est,
Officio fungi multo ac deinceps præstat.

Mortuus non conuiciandum. 69

Victo non insultandum, nec in mortuum vltra conferenda conuicia: quanquam iure fit occisus, huic iuxta fragatur Homerus in eodem libro,

Οὐχ ὁσίη κεφαλῇσιν ἐπ' ἀνδράσιν ὀχεύεσθαι. id est,
Haud fas est super occisis tectare coitum.

Vlysses ita, de procis extinctis.

Focus luculentus in ædibus. 70

Focus aspectu iucundus.

Primum domus ornamentum est, vt luceat focus: proinde qui in ædes immigrant nouas, aut in diuersorium ingrediuntur, ante omnia iubent ignem accendi: quod ex Homeri χ sumptum videtur, apud quem Vlysses,

Πῦρ νύ μοι πρόσθεν γε μεγάροιο φλιόωντο. id est,
Nunc ante omnia mi incensus ædibus ignis.

Item illud celebratum,

Αἰθομένῳ δ' ἐπὶ πυρὶ γαμφώνυχες ἔλκον ἰδέσθαι. id est,
Scilicet accenso domus est ornatior igni.

Quo quidem versiculo videtur impendio delectatus Plutarchus: adeo subinde vsurpat, & in varios detorquet vsus. in commentario De virtute & vitio, refert ad opes, potentiam, gloriam, quæ tum fiunt iucundiora si adsit animus a molestia liber. Rursum in libello quem Amatorium inscripsit, detorquet ad amantis animum, longe splendidiorem si calor amoris eum inflammarit.

Qui iure perierunt. 71

Iusta vindicta.

In eos qui suo merito pereunt, conueniet illud ex eodem libro,

Τῶνδε γὰρ οἱ δίκαιον ὄλεθρον, καὶ φόνια ῥέζα. id est,
Hos fatum & malefacta mox exitioque dederunt.

Dictum de procis.

Inexorabilis. 72

In durum & inexorabilem competet illud ex Odyssęæ ψ,

Σοὶ δ' αἰεὶ κραδίη τε σιδηρέη ἠδὲ λίθοιο. id est,
At tibi perpetuo cor fuxo durius omni est.

Ita Telemachus ad matrem.

Recipere animum. 73

Vbi quis re subitaria consternatus, postea recipit sese, conueniet illud ex Odyssęæ ω,

Αὖτερ ἐπεὶ ῥ' ἄμπνυτο, καὶ εἰς φρένα θυμὸς ἀγέρθη. id est,
Vt respirauit, reditque in pectora sensus.

Senum prudentia. 74

De senibus quidem, attamen ob rerum peritiam non inidoneis ad negotium aliquod conficiendum, aptè dicetur illud ex eodem libro,

Καὶ γεροντ' ὄντ' ἐσθλὸν ἀμύμονα βουλευτάν. id est?
Atas cana quidem, sed non inidonea bello.

Imperator bonus, & idem robustus miles. 75

Refert Plutarchus in commentario de fortuna Alexandri (si modo is liber illius est) quum in conuiuio propositum esset quinam inter vetus Homericos maxime probandus videretur alijs alios præferentibus, Alexander huic carminis palmam tribuit quod extat Iliados Γ, *Carmen Homericum ab Alexandro magno laudatum imprimis.*

Ἀμφότερον βασιλῆ τ' ἀγαθὸν, κρατερόν τ' αἰχμητήν. id est,
Dux bonus, ac miles prægnans virtutibus idem.

Nam hoc & Agamemnonis laudem expressit, & Alexandri virtutem est vaticinatus. Quanquam mea quidem sententia, non magnum habet momentum in principe corporis robur, plurimum autem, consilium & prudentia. Proinde grauiter Timotheus, quum rhetores Charetem quendam efferrent laudibus, iuuenem corporis viribus insignem, centies ęntque eiusmodi belli ducem Athenienibus esse quærendum: Haud quaquam inquit, nam istiusmodi quidem optarim qui calcitras & ittagulas sit exercitui deportaturus: at ducem velim qui à fronte pariter atque a tergo sit oculatus, & quem à perpendendo quid vtile factum sit, nulla impediat animi perturbatio.

Capram cælestem orientem conspexerunt. 76

Αἶγα τὴν ἐφαμίλλιον ἀνατέλλουσαν εἶδόν. id est, Capram cœlestem exorientem aspexerunt. Hoc dici solitum in eos quibus omnia feliciter, eque animi sententia succederent. propterea quòd antiquitus opinione vulgi comprobatum est, qui capram illam Iouis altricem, & ob id in syderum relatam numerum conspexissent, quicquid votis concipierent, eius compotes futuros. Quæ de re latius dictum est in adagio αἰμαλθείας κέρας. Hoc autem extat in Plutarchi collectaneis. Idem in libello De poetis audiendis, Δαίμων πολύαγρος ἐραίνει αἶγα πυτιφόρον πρόφων. id est, Felix multorum agrorum possessor, cœlestem capram opum largitricem alens. Quanquam apud Athenæum libro γ. Antiphanes, opinor, commemorat capram cœlestem inter animantia apta mensis, πρόγονα ὀλβάπιν, ἀξ αἰγαρίαν, κερὸς πρώτας, id est, Hircus syluester, capra cœlestis, a rictu cæsarus. *Quibus omnia feliciter succedunt.*

Capra ad festum. 77

Αἶξ εἰς τὴν ἑορτήν, id est, Capra ad festum. Dici solitum vbi quis in tempore adnegotium aliquod accederet. Aut vbi quis commode in suam perniciem offert sese. nam in festis, maxime Bacchi, capram immolabant. Refertur in iisdem commentarijs.

Mox scietis melius vate. 78

Τάχ' εἰσῇ μᾶλλον μάντιν ἐνθήσειν. id est,
Mox meum ipso vate rem cognoscetis.

Ad eum modum vtebantur qui rem non coniecturis diuinabant, sed experimento deprehendere tentarent. nihil enim experimento certius. In iisdem extat Plutarchi collectaneis. Sumptum autem ex Sophoclis Antigona. At Titus Liuius belli Punici secundi libro secundo, euentum appellat illustrium magistrum. *Euentus, illustrium magister.*

Tinctura Cyzicena. 79 bis.

Βάμμα κυζικηνὸν, id est, Tinctura Cyzicena, Dedecus non eluendum appellabatur apud Atticos. Dicebatúrque in eos qui metu quippiam indecore facerét. Nam Cyzicem duobus nominibus notati sunt, timiditatis & mollitiei. Recensetur in iisdem collectaneis. Meminit & Hesychius, addens, Cyzicenos ob mollitiem notatos, quòd Iones essent. Eadem ferè Aristophanis interpres. Stephanus addit eos fuisse graues Tyrrhenorum prædationibus. Extat apud Aristophanem in Pace, *Cyzicenos timidos, & molles.*

Ἀν δέ που δίη μαχεῖ' ἔχηται τὴν φοινικίδα
Τἀνταῦθ' αὐτὸς βέβαπται βάμμα κυζικηνόν. id est,
Si cubi pugnare oportet, atque ferre palmulam,
Ipsum eum tinctura tingit mox ibi Cyzicena.

Solent autem tincturæ insignes à locis habere cognomen. nec enim vbi vis quilibet color tingitur feliciter. Simili modo dictum est, ἄβαμμα παροιμιάσασθαι, & βάμμα ἔχειν ἀνήκεστον. Id paræmia detorsit ad mores hominũ. Est enim æstimatio rumórque consequens hominum vitam, rumórque velut tinctura quædam. Vnde carbone notari dicuntur qui damnantur. & Lotium nudi Enniam apud A. Gellium,

-qua tincta malus, aut quæ bona dicto.

Lemnij cæmonij phœnicere tumescere vti, cur.

Aristophanis interpres indicat Lacedæmonios phœniceis tumicis vti solitos, ne ab hoste sentirentur vulnerati, ob coloris similitudinem: at ignaui molliesque pallescunt. Addam quod est apud Herodotum libro quarto. Quum Æthiopum rex conspexisset à rege Persarum missam vestem purpuream, rogauit tinctura rationem. Eam quum ab Ichthyophagis didicisset, δολερούς φὶ ἀνθρώπους ἐφη εἶναι, δολοὺς δὲ αὐτοὺς τὰ ἱμάτια, id est, Non solum ait homines esse subdolos, sed & vestes illorum esse dolosas.

Seruabis bouem. 80

Βουλύσεις, id est, Bubulcus eris. Hoc velut ænigmate significabant exulum. si quidē qui per otium tractatui cudebatur, in Argiuā exulatū ibant: ac illic bos æneus insigni magnitudine. Refertur in Plutarchi collectaneis. Hesychius tractatus extulisse in Psalmate Menandri.

Embarus sum. 81

Delirus, & insanus.

Ἔμβαρός εἰμι, id est, Embarus sum. Dictum est olim de insano delirōque. Referunt autem adagionem ad huiusmodi fabulam. Olim Præsus insula fuit, id quod ipsum etiam vocabulum adhuc indicat: πρᾶσον enim transmittere est, in ea quum Munychus principatum obtineret, templum instituit Dianę, cui cognomen additum Munychia. Dein quum vetus Dianæ lucus quidam ibi repertus, & ab Athenientibus interfectus esset, fames ingruentium est ad oraculum, quæritū ut que malo remedium. Respondit Deus, ita demum finem malis futurum si quis filiam immolasset numini. Vnus autem repertus est Embarus vsque adeo demens, qui polliceretur se filiam immolaturum, ea lege vt sacerdotium in posteros suos transduceret. Itaque puellam solenni ritu ornatam sacrificauit. Et & huius mentio in Plutarch. collectaneis.

Colophonium suffragium. 82

Κολοφωνία ψῆφος, id est, Colophonium suffragium. Vsurpatur in epistola quapiam Platonis, ad Dionysium. Adagium est verbis magis quam re dissidium ab illo quod in secunda centuria nostra Chiliade, πολλοφῶνα ἐπῆκται, id est, Colophonem addidit. Adagionis originem explicant in hunc modum: Quum olim Colophonij domesticis seditionibus tumultuarentur inter sese, euenit vt aliquot exules, mutatis sedibus, ad Smyrnæos demigrarent. Dein accidit vt quum bellum gererent Smyrnæi, ac sæpenumero victi discessissent, tandem adhibitis Colophonijs, quos in ciuitatem receperant exiterint superiores. Vnde institutū est vt quemadmodum Smyrnæi vicerant in bello nisi Colophoniorum accessione, ita nec in suffragiis vincerent nisi illorum calculum adiungerent. Proinde quum forte duodecim ciuitatibus imperarent, quarum vna Smyrnæa in publicis conuiuiis si quando Smyrnensium æquales fuissent calculi, pars ea vincebat cui subscripsissent Colophonij illi quorum opera vicerant in præliis. Hoc

Colophonem addere.

Consilij Patronum.

abhorrent ab his quæ refert Iabenus scriptor Græcus, Duodecim Ioniæ ciuitates conuenire solitas: id consilium Panionū dicebatur: in quo si forte calculus hinc atq; hinc paribus nil decerni potuerat, accersebatur Colophonij, qui victoriam adferebant vtricunque parti fuissent suffragati. Itaque prouerbium quadrabit quum significabimus in rem aut suffragium arcanus plurimū in re quapia valere. Huius adagij nobis facta est mētio.

Mihi ista cura futura sunt, &c. 83

Ἐμοὶ μέλησε ταῦτα καὶ διανοίᾳ νέμειν. id est,

Cura ista mihi erunt, ac pectus candidum.

Senarius ex oraculo ductus in populārem sermonem. Quum Brennus Gallicis copijs ingrueret in Delphos, Delphi consuluerunt oraculum quid opus esset facto. Responsum est hoc quod modo retuli carmine. Paulo post visus Apollo cum duabus puellis, Pallade ac Diana nam & his fana sunt apud Delphos. Conuenit vt si quando significabimus nihil esse periculi, negotium ris curæ futurum ad quos pertinet. Refertur in Plutarchi collectaneis. Cicero vertit Græcum carmen De diuinatione primo,

Ego prouidebo rem ipsam & alba virgines.

Festum multas habens? 84

Ἑορτὴ πολλὰς ἔχουσα, id est, Festum multas habens, subaudiendum molestias, aut occupationes. Dictum in eos qui magnas componerent sarcinas, aliquò profecturi. Venustius erit si detestatur ad quosdam qui nihil agunt quanuis exiguum, nisi magno molimine, longa cunctatione, miro apparatu, ita vt sæpenumero tum se, tum reliquos omnes defatigarint apparando, priusquam quicquam incipiant. Natum ab his qui tela nolent adire. nam his mos multam supellectilem vbi secum conuehere, vasa, vestes, sacra, panes, atque id genus alia multa: ne quid deesset ad solennitatem pertinens. Extat in iisdem collectaneis.

Nihil aliæ ciuitates ad Crotonem. 85

Πάντα πόλλα πρὸς κρότωνα πόλις. id est,

Sunt reliquæ ad Crotonē ciuitates oppida.

Theocriti interpres meminit huius prouerbij. Licebit accommodare ad rem aut hominem vsque adeo præcellentem, vt reliqui cum hoc collati, nihil esse videantur. Natum fortassis est a pugilum Crotoniatarum excellentia, quorum erat Milo. de quo dictum est alias, nempe in prouerbio Crotone salubrius.

De præcellēti homine.

Canis panes somnians. 86

Sunt quibus prouerbij figura ridiculum videatur illud apud Theocritum in Pastoribus,

—ἦ δὲ κύων
Πᾶσα κύων ἄρτους μαστεύεται ἰχθύα καὶσα. id est,
Ita quidem omnes
Panes in somnis canis ariolatur, at ipse Pisces.

Sensus est, vnicuique ea per somnum occurrere quæ impensè desiderat, quibúsque magnopere deditus est. Aristoteles non solum hominē, verū etiam cæteris animantibus id natura tribuit, etiam in ridiculos canes. Credibile nimirum quos ludimus, ipse in vere dormiēs venari omnem somniare, quæ res haud difficilè deprehenditur ex ratione latratus quem edunt tum. Proinde mihi rectius quadrare videtur si pro ἄρτους legatur ἀγρούς, aut ἄγρας, id est agros, aut venationes. Verūm hoc tantum eruditis perlustrandum proponimus, super hoc pronunciaturis vbi codicem emendatiorem erunt nacti: nobis adhuc non contigit. De somniis autem qui ariolantur euentura, ne nullis quidem temporibus desunt. quanquam non probat Arist.

Qua quis percupit, somniat.

Canes somnientes venari.

Canis. 87

Κύων ἔχων, id est, Canis, reperio pro eo quod est, nugaris, inepta, frustra loqueris. Lit autem. Attica lingua figura, sicuti παῖζε ἔχων id est, Ludis, iocaris. Etenim qui canunt, non agunt rem seriam, sed tantùm vt aures delinant voluptate mox peritura.

Æthiops non albescit. 88

Αἰθιοψ οὐ λευκαίνεται, id est Æthiops non candescit. De iis dici solitum qui nunquam muturi sunt ingenium. Quo quid enim natura vilius, id nemo facile mutauerit. Retor Æsopicus apologus de quodam, qui emptum æthiopem quum eum colorem arbitraretur non naturam esse, sed domini superioris accidisse negligentiā) admira loquacitatem dixerat, ita vt cuiuis etiam dungeret, colore nihilo quam vere [illegible] & epigramma Lucilij nouum &c.

Ἐκεῖνο κατέλιπεν ἀπὸ μακρὰν ἐπὶ τέρμα τίτυος
Ὃ βιβλίον ἐκ βιβλίου καὶ τὰ τίτυος. id est,

[illegible] 89

Aliud [illegible]. Habet [illegible] quemadmodum [illegible] collectaneis, [illegible] pturam. Alibi legitur, & quidem [illegible] κρίβανον, id est, Homo clibanon. quam equidē lectionem arbitror esse depravatam [illegible] vide deprauandi occasio iis, qui Græcas literas norunt. Alibi inuenio ἀνθρωπον, vt vir fuisse videatur. in quibusdam offendo scriptum ἄνθρακα, vt numeris, aut certe barbaricum sit vocabulum. Cæterum antequam accipio, non hunc vulgatum (quid enim hoc ad mirandum, aut nouum?) sed tectissimum illum, qui interim parari potuit in clibanis vulgaribus, in quibus panes, aut etiam pisces, aut carnes paulatim lento vapore decoquuntur.

Clibanus quid.

Archilochum teris. 90

Ἀρχίλοχον τρίβεις, id est Archilochum teris. Duo caussæ: de maledico dicebatur. τρίβειν autem dicitur vel quòd maledicus alicuius videatur in emolumentis huius poetæ carminibus: vel quòd tritus vetustus ingreditur. De Archilocho testatur & Horatius, in Arte,

Archilochum proprio rabies armauit iambo.

Equidem suspicor hoc idem esse cum illo quod alibi posuimus: Ἀρχιλόχου πατρίς, id est, Archilochi patria, depravata voce πατρὶς in πατρίξ.

Archilochi patria.

ANIM. HENR. STEPH.

V. *de maledico*) imò non de eo qui maledicus esset, sed de eo qui maledicu n prouocaret, dicebatur: alludendo ad eos qui anguem calcant, à quo postea feriuntur. Nota est autem Archilochi maledicētia, quam & ipse innocens, ei à quo lacessitus fuerat conuitiis, dixit, πάντα τὰ ἄτοπα συνέλεξεν: quod dictum postea in prouerbium abiit. Vnde & Archilochum terere seu calcare dicebatur qui eiusmodi es, vt alio prouerbio dicitur, irritaret. Vt etiam ex quo tam epigrammate Graeco, apparet, in quo admouetur viator vt sine strepitu tumulum Archilochi pertranseat, ne fortè insolentes ei vespas siue crabrones excitet. Verba epigrammatis sunt hæc,

Δεῦρο πόδ' Ἀρχιλόχου τοῦ θρασυεπείοις ἐστὶ παρ' ὁδῷ
Μὴ τὰς ἡρῴαν σοφίσῃ τὰς ἐνθάδε χορεύειν.
Αἰμαξιὴς γὰρ ὁ τὸν ἐναγέα τύμβον ἀνεῖρας,
Καὶ μέλιτος καὶ πικρὸν ἀπὸ στομάτων ἀφέλας.
Ἡρῷα δ' ἀνθρώπων τοῖσι τάφοις μὴ πατέειν πάρα
Κηφῆνας τυμβοκόρους ἐφ' ἑξομένους.

Hipponax, maledicus poeta.

Quod autem Ἱππώνακτος ἀπόστροφον de Archilocho dicit hoc postremo distichio, idem de Hipponacte, non minus maledico & ipso, à Leonide dictum repetitur proximè sequēti Epigrammate his fere prioribus versibus,

Ἀστρέμμα τὸν τύμβον τόδε κατθέτε μὴ πατέοντα
Ῥικρὸν ἐχεπλήκτου σῆμα τοῦ ἀμπυκίου.

V. *quem Archilochum*) Non minus dubiè dicerentur pro Archilochum, Anglis ingeniosis quam Latinis, Archilochium calceasse conciones.

V. *Equidem*) Non bene hoc subpicatur. Diuersa enim sunt, licet de eodem homine, prouerbia, Ἀρχίλοχον πατεῖς τοῦ Ἀρχιλόχου πατέρα. huius sensum nio tò exponamus: illud in ciuitates aut populos honestos maledicis plenos iactatum fuit quasi in Archilochi patria multos maledicos esse verisimile foret, ob illo videlicet eloquio, & ad eius imitationem se componentes. Vt si quis vrbem in qua quamplurimi lectitarentur, ediderit egregij potores, Anacreontis patriam appellaret.

Culicem colant. 91

Pleraque sunt in Euangelicis literis à vulgo sumpta. Nec id indignum Christo, quòd potius vel maximè congruebat vt quemadmodum in assumpto corpore, velut vnus quilibet è nobis esse voluit: ita sermonibus quam maximè familiaribus vteretur quo nostram humilitatem modis omnibus ad suam proueheret sublimitatem. Verùm ex his non nihil vtilitatis fuit prisca referre, partim quòd quidam poeticis nimium addicti studiis, parum venustum existimant quicquid Sacras literas redolet: partim quòd ea viderem cuique satis exposita esse. Maximè verò quòd verebar ne quis homo plus exiti moueret e Diuinis literis materiam facere: eas fuit optabile maneuillem, in quo non modo gentilia pleraque, verumetiam quædam non admodum munda, quæ nos & mundi & quam potuimus tectissimè retulimus: nec ea quidem omnia. [redacted] In hos Christus vere pietatis doctor, Matth. 23. huiusmodi torquet prouerbium, διϋλίζοντες τὸν κώνωπα καταπίνοντες. id est, Culicem liquantes, camelum glutientes. Ab hoc non abhorret quod alibi retulimus ἀνέχεσθαι τὸν γῦν. id est, Statuam collare gutture.

De superstitiosis.

Statuam colare gutture.

Non inest illi dentale. 92

Τύπτει οὐκ ἔστιν ἄροτρον, id est, Gyes non inest illi. Dici consueuit de quopiam ad rem aliquam parum vtili. Sumpta est metaphora ab aratro cuius pars est γύης. eam nonnulli putant esse quam Latini dentale vocant. Ea quoniam præcipua videtur, si abest, nihil confici potest aratro. In hunc sensum vsurpauit Hesiodus, ἀρότου δ' ὑπογύης. Cæterum Homerus pro iugere posuit, agrum πεντημοργὸν appellans, id est centum iugerum.

Gigantum arrogantia. 93

Γιγάντων ὕβρεως, id est Gigantum amentia. Dicebatur vbi quis viribus suis frētus, temerè nullóque consilio res non tentandas moliretur. Tractum à notissima gigantum fabula. Prouerbium admonet, inauspicato cedere quæcunque citra consilium, aduersus deos, aduersus pietatem, aduersus ius & æquum per vim instituuntur. Horatius in Odis,

Vis consilii expers, mole ruit sua:
Vim temperatam dij quoque prouehunt *In maius.*

Homerus item Iliados Υ, elegantissima sententia demonstrat, in omni negocio, nimio plus habere momenti rationem consilij, quàm corporis vires,

Μήτι σὺ δυσμενέεσσι μαχήσεαι ἠδὲ βίηφι,
Μήτι δ' αὖτε κρείσσονι ἐπιβρίσεις ἠδὲ σὺν ἵππῳ
Νῦν δὲ τάχ' ἰθύνουσα νοήσεται ἀντία θυμός,
Μήτι δ' ἁμαρτῇ τοῦ χειρὶ ἐπιβρίσειε. id est,
Consilio fane multo quam robore præstat,
Hisfutum quicunque parat succidere syluam:
Consilio rursum vanuleum in aquore nigro
Pirates vndisonam nauim, ventisque sub astris:
Consilio auriga aurigam vincitque premitque.

Aristoteles libro de Rhetoricis secundo citat hunc versum trochaicum tacito authoris nomine,

Οὐκ ἀπὸ τὸν θνητὸν, ὦ ἀθάνατε τὸν θανὸν φρονεῖν.
id est,
Non decet mortalis vt qui est curet immortalia:
Sed magis mortalia vt qui est, cogitet mortalia.

Per ignem incedis. 94

Ἐν πυρὶ βαίνεις, id est, Per ignem incedis. id est, versaris in periculoso negotio. Est apud Aristophanem in Lysistrata,

In periculo versari.

-καὶν μὲ χρὴ δι' ὦ τὸ πυρὸς
Θεῖν ἁδίζειν. id est,
Velim & per ignem incedere, si fueris opus.

Horatius in Odis, 2. Carm. 1.

Periculosæ plenum opus aleæ
Tractas, & incedis per ignes
Suppositos cineri doloso.

Tractant etiam in eum quadrare, cui celeriter absoluendum est negotium. Qui per ignem incedit, minus ledatur si per pedibus properet. Confine quod ille dixit apud Senecam declamator, Per spinas ingredior.

In periculo versari.

Per spinas ingredior.

Fortis in alium fortiorem incidit. 95

Ἐλθὲς ἐπ' ἄνδρα κρείσσονα καὶ σίνεσθαι χρή. id est,
Forti alius fortior contigit at melior.

Dici solitum vbi quis nimium fretus suis viribus, aliquando nactus est qui a quo vinceretur. Sumptū putant ab Hyllo Herculis filio, & Euchemo Ægeate. Ita Zenodotus. Suidas huiusmodi verba recenset, tacito authoris nomine Ἐστὶ μὲν ὅτε καὶ ἐπὶ πάντων αὐτὸ τάττουσι ταῖς ἐπιβουλαῖς τῶν ἀλαζόνων ἀνδρῶν· ἐπεὶ γὰρ ἦλθε πολὺ, καὶ τῶν πεμπομένων

Ἐλθὲς ἐπ' ἄνδρα κρείσσονα καὶ σίνεσθαι χρή. id est,
Fit nonnunquam vt, iuxta prouerbium, ipsa per se bonorum virorum conatibus obsistat: Fit rursus interdum
Forti vt contingat fortior ac melior.

Forti cuiusque fortior.

Sententia potest videri ducta ex Iliados χ. vbi Hector incidit in Achillem,

Πρόσθε μὲν ἦεν ἰὼν φάος, ὄπιθεν δέ μοι αἰμύλιος.
id est,
Fugit qui prius acer erat, cui iam acrior instat.

Gloria futuri. 96

Τὸ δόξαν τοῦ καλῶς ἐσομένου, id est Gloria futuri. Hemistichium est carminis heroici. Refertur in eadem Plutarchi collectaneis. Admonet famam laudémque recte factorum contingere potissimū apud posteros. Aloqui, quemadmodum rectè dixit Ouidius,

Exsequitur cinerem virtus, populique fauorem.

Insania non omnibus eadem. 97

-μανίαι δ' οὐ πᾶσιν ὁμοῖαι. id est,
Haud eadem cunctis insania cuncta.

Hemistichium heroicum, sicut & illud superius, extat in eisdem collectaneis. Sensus est, nullum esse mortalem qui non in aliqua re desipiat: quanquam alius alio morbo laboret. hic auaritiæ, ille libidinis hic ambitionis, ille inuidiæ. Quod copiosè demonstrat Stoicus Damasippus apud Horatium in Sermonibus. Et in hac hominis calamitate mira ludit varietate natura. Inter hos qui mente lapsi sunt, alij sibi videntur cornibus taurinis, alij nato prælongo, alij vasa fictilia. nonnulli se credunt esse mortuos, alij sibi videntur esse principes: alij doctissimi philosophi. Noui qui se credit omnium qui sunt aut fuerunt esse multo sceleratissimum. noui qui neminem crederet ipso vlla in re præstantiorem:

Nullus non desipit.

nouī

nouo qui se crederet esse Christum, & alterum qui se putaret Deum. Argiuus ille, solus plaudebat: in theatro, credens se miros audire tragœdos. Athenæus libro duodecimo refert de quodam Athenieusi, qui persuasum habebat omnes naues quæ appellerent in Piræum esse suas, eásque recensebat, dimittebat, ac deducebat: & appellentes tanto gaudio excipiebat, ac si omnium rerum quas vehebant esset dominus. ac si quid periisset, non amplius quæreret: si incolumes peruenissent, gaudebat, multa interim cum voluptate vitam agens. donec frater eius Crito è Sicilia aduectus, tradidit illum medico, cuius opera liberatus est insania. Cæterùm ad se reuersus dicere solebat, se nunquam vixisse iucundius.

Hydrus in dolio. 98

Τὸ ὕδρος ἐν πίθῳ, id est, Hydrus in dolio. Prouerbium hoc, vt ingenuè fatear, nondum apud vllum veterum authorum reperi, neque Græcum, neque Latinum. & haud scio, an de vulgo sumptum sit: neque enim libet credere virum eloquentem, & in literis non postremi nominis ex sese commentum esse. Nam refertur ab Antonio Sabellico in epistola quadam familiari. Addit & fabulam prouerbij parentem, huiusmodi. Rusticus quidam quum sensisset minui vinum in dolio conditum, admiratus quid esset rei, circunspicere cœpit num qua rima extillaret liquor: vbi nihil eiusmodi comperisset, pergit vicinos in suspicionem apud sese vocare, ne sese abiente vas relinerent, vinúmque potitarent. Obsignat itaque diligenter dolium, ad opus exiturus. At reuersus, signis illæsis, vinum nihilominus iminui videt. Tum verò fortunam agricolarum deplorare, quibus non in vite solùm, verumetiam in doliis calamitas præsto esset. Ad extremum exhausto dolio hydrus in imo repertus est vini potor. Ea res in vulgi iocum abiit. Admonet Plinius libro decimo, capite 72. serpentes: quanquam exiguo indigeant potu, tamen vinum, quum est occasio, præcipuè appetere. Iuuenalis de muliere vinosa Satyra sexta,

Antonius Sabellic.

Hydrus, vini potor in dolio repertus.

-tanquam alta in dolia longus
Decident serpens, bibit & vomit.

Adagium ipsum haudquaquam inelegans, nec aspernandum. Quòd si quem nihil mouet recens author, licebit vlurpare quum quis occulta calamitate premitur, causa atque authore non extante. Aut quum diuturni mali tandem author deprehenditur. Porrò serpentem, quem Græci vocant hydron, Latini natricem vocant, quòd in aquis degat. Ex vlcere huius morsu facto defluit copiosus humor aquosus, & graue olens. Ita Dioscorides lib. 6. Plinius lib. 6. cap. 23 tradit apud insulas quasdam ante Persidem, hydros marinos vicenûm cubitorum terruisse classem.

De occulta calamitate.

E Massilia venisti. 99

Ἐκ μασσαλίας ἥκεις, id est, E Massilia venisti. Suidas ait dici solitum de iis qui cultu parum viris decoro vterentur. Quòd Massilienses luxu perditi, muliebrem ferme in modum ornarentur, comis vnguento delibutis, capillisque religatis. Huic affine quod refert Athenæus Dipnosophistarum libro duodecimo, Μασσαλίαν ἐπὶ Μασσαλίαν. cuius nos alibi mentionem fecimus, in prouerbio, Nauiges Massiliam: & quid super hoc sentiremus explicuimus.

Massilienses luxu perditi.

Tibicines mente capti. 100

Athenæus libro Dipnosophistarum octauo, prouerbio iactatum scribit apud Persicos, tibicinibus nihil esse mentis λέγεσθαι γὰρ παρ' αὐτοῖς ὡς ὅτι

Αὐλοῖς μὲν αὐλητῆρες ἔσοι τὸν νοῦν οὐκ ἔχουσιν,
Ἀλλ' ἅμα τῷ φυσᾶν γ' εἰς τὸ σῶμ' ἐκπίπτειν. id est,
Dicitur enim et peruetustum, quod
Dy tibicinibus nunquam mentem inferuere,
Sed si quid ac flarint, auolat illico mens.

De hoc hominum genere plura diximus in prouerbio, Tibicinis vitam viuis.

CHILIADIS QVARTAE CENTVRIA PRIMA.

Dulce bellum inexpertis. 1

T elegans cum primis & multorum literis celebratum adagium est, Γλυκὺ πόλεμος ἀπείροις, id est, Dulce bellum inexperto. Id ità tradit Vegetius libro De re militari tertio, cap 14. Nec confidas latis si tyro prælium cupit. inexpertis enim dulcis est pugna. Citatur ex Pindaro, Γλυκὺ δ' πόλεμος ἀπείροισιν, ἐμπειρον δ' ἐν τᾷ δεδιὼς ὀκνεῖ καρδίᾳ θάρσος, id est, Dulce bellum inexpertis, at expertus quispiam horret, si accesserit cordi supra modum. Sunt quædam in rebus mortalium, quæ quantum habeant discriminis ac malorum, non intelligas, nisi facto periculo.

Dulcis inexpertis cultura potentis amici. Expertus metuit.

Bella res & splendida videtur, inter aulicos obambulare proceres, in regiis versari negotiis: at lenes, quibus vsu penitus cognita res est, ab ea fœlicitate libenter abstinent. Suaue videtur amare puellas, sed iis qui nondum senserunt quantum amori insit amari. Ad eúndem item modum accommodari potest ad quoduis negotium multo cum periculo, multisque coniunctum malis: quod nemo velit capessere, nisi iuuenis & rerum imperitus. Siquidem Aristoteles in Rhetoricis, hanc adfert causam, cur iuuenta sit audacior, contrà senecta timidior: quòd illis imperitia rerum, confidentiam pariat, his multorum experientia malorum, timiditatem & cunctationem. Quòd si quicquam est in rebus mortalium quod cunctanter aggredi conueniat, imò quod oporteat modis omnibus fugere, deprecari, propellere: certe bellum est, quo non alia res vel magis impia, vel calamitosior, vel latius perniciosa, vel hærens tenacius, vel tetrior, & in totum homine indignior, vt ne dicam Christiano. At dictu mirũ quàm hodie passim, quàm temerè, quàm quauis de causa suscipitur, quàm immaniter ac barbaricè geritur, non tantùm ab ethnicis, verùetiá à Christianis, nec solùm à iuuenib. & imperitis verùetiá à senibus, & toties expertis: nec à plebeiis tantùm & vulgo natura mobili, sed potissimum à principibus: quorum officium erat temerarios stultæ multitudinis motus sapientia ratione cóponere. Neque desunt qui ad istã tam nefaria faces admouent, & frigidam, quod aiunt, suffundunt. Quibus rebus fit vt nunc bellum adeò recepta res sit, vt dedimentur homines esse cui non placeat: adeò probata, vt impium, ac, penè dixerim, hæreticum sit, improbasse rem vnam omnium vt sceleratissimam, ita miserrimam quoque. At quanto iustius erat illud demirari, quis malus genius, quæ pestis, quæ intemperia, quæ furia primùm in hominis mentem immiserit rem vique adeo beluinam, vt placidum illud animal, quod natura pacis beneuolentiæque genuit, quod vnum omnium saluti prodidit, tam ferina velania, tam insanis tumultibus in mutuam vertere perniciem. Id quod magis etiam admirabitur quisquis animum à vulgo receptis opinionibus, ad ipsam rerum vim ac naturam perspiciendam conuerterit, ac scopum hinc hominis imaginem, hinc belli simulachrum verè philosophicis oculis aliquantisper contemplatur. Primùm igitur si quis habitum modò figuramque corporis humani consideret, annon protinus intelligat structuram esse, naturæ vel potius Deum, animal hoc non bello, sed amicitiæ nexu, sed salutem non iniuriæ, sed beneficentiæ genitum? Iam cæterorum animantium vnum quodque suis fultum est armis. Taurorum impetus armauit cornibus, Leonum rabiem vnguibus, Apris fulmineos aptauit dentes. Elephantos, præter cutem & molem, promuscide quoq; tutatus est. Crocodilum crustis, velut lanceis, cõmunitum. Delphinis telis vice pinnas addidit. Hystricem spinis, Rana aculeis defendit, Gallis calcar affixit. Alia telis, alia corio, alia cortice communiit. Sunt quorũ medium tuti perniciate prospexit, veluti columbis. Sunt quibus venenum telis vice tribuit: addidit hys ipsecies terram ac bellum nam, addidit oculos truces, vocis stridorem, inseuit natura quædam dissidia. Solum hominem nudum produxit, imbecillem, tenerum, inermem, mollissima carne, cute læui. Nihil vlquam in malis quod ad pugnam aut violentiam natum videri possit: vt ne dicam interim, quòd cætera ferè, statim vt nata sunt sibi sufficiunt ad vitam tuendam: solus homo sic prodit vt multo tempore totus à subsidio pendeat alieno. Nec fari nouit, nec ingredi, nec cibum capere: vagitu tantùm implorat opem. vt vel hinc coniici pos-

Bellum omnibus modis fugiendum.

Bellum cæteris animantibus negatum.

pia: habeat ille sibi suas victorias: habeat Olympiacos tres primos, quæ quum decem Chiliadum pollicitus sit, quod est per singulos pronunciatum. Dixim & ot modo. Quum enim quadringenti quinquaginta plurimorum studio coactique conuenissent Lacedæmonii (Lycurgi vero quidam patrui) eam nostro paucitati reddi aquam luto perpetuit hæc habet per vniuersum orbem celebrata sunt ita, vt ne Hercules quidem longiuscula parasit hanc digressionem vitæ cum dixi, immobilibus qui de proverbiis quam de pace bellicis malunt audire.

Argiuos vides. 2

Ἀργεῖον ὁρᾷς, id est, Argiuos vides, id est, stupentibus & attonitis oculis. Sumptum, opinor, ab Oreste furus agitato. Helychius nonnihil lucis aperit, admonens eos qui inter helotes essent alicuius authoritatis ac splendidi, tollitos appellari Argiuos. Iant enim helotes in Peloponneso, & Peloponnesi primaria ciuitas est Argos. Ambitionis igitur erat quòd Argiui quàm helotes appellari maluerint. Nonne fugit, apud Lacedæmonios helotas vocari seruos, quòd ex gente subacta seruos sibi constituerint. Et fortassis ex his quibus heri magis fidebant, Argiui dici maluerunt quàm helotes. Similem affectum & hodie deprehendas in quibusdam, qui nati in obscurissimo pago, præclarè cuiuspiam vrbis cognomen assciscunt. Aristophanes in Pluto μεγαλὸν ἄστυ dixit eodem sensu. Retertur à Suida proverbij nomine.

Argiui fures. 3

Palam improbi. Ἀργεῖοι φῶρες, id est, Argiui fures. De palam improbis. Nam Argiui furacitatis infamia laborabant antiquitus. Extat & hoc apud Suidam. Videtur autem alludi ad vocem ipsam. Ἀργὸς enim Græcis significat ignauum & otiosa natura, vt à solertia arcessunt. Latini vulgò, ficto (sicuti videtur) per iocum vocabulo, *Lauerniones*, appellant, homines furaces: quòd fures sub tutela Lauernæ deæ esse existimabant, cuius luco obscuro atque ab hominibus tuto sunt furto sublata prædamque defodere. Author Bellus.

Lauerniones.

Mars rex. 4

Ἄρης τύραννος, id est, Mars rex. Suidas interpretatur congruere in principem qui vi non legibus rempublicam tractat. Zenodotus ortum putat à Timotheo Athenienſium imperatore, qui multa fœlicissimè gessit aduersus Persas & Asianos, & cuius ductu florebat Attica. Vnde dictum est Mars rex. Helychius proverbium recenset tantum. Indicat Suidas aliquando Græcis ἄρη dici ferarum ipsum. Itaque potest hoc esse lenius proverbij, ferarum rex, quæ ferocissimi generis.

Attagen. 5

Deforme inuisum. Ἀτταγᾶς. Suidas indicat hoc cognominis proverbiali ioco dici solere in seruos stigmaticos: quòd hæc auis plumas habeat variis colorum notis distinctas. Aristophanes in Ambus,

Εἰ δ' ἐστιχάσει τὶς ὑμῶν ἀφανὴς ἐστηκώς,
Ἀτταγᾶς ὥσπερ ἀπὸ κόμης κεκλάψεται. id est,
Si quis è vobis erit fugitiuus atque vltus notæ,
Attagen is fanè apud nos varius appellabitur.

Quamobrem eam auem ibidem appellat ποικιλόπτιλον. Ad eundem modum ταὼς, id est pauones, appellant Græci medijs cultos, & versicoloribus amictos. Cæterùm de attagena plura dicemus in proverbio, Attagenus nouilunium.

Tenedius homo. 6

Τενέδιος ἄνθρωπος, id est, Tenedius homo. Plutarchus in adagiorum collectaneis, aut dici tollitum de homine tetrico, formidabili quoque aspectu. Originem, sicuti plerunque alias, variè tradunt. Suidas ait regem quempiam Tenedi fuisse cui nomen Tenes, qui legem tulerit, atque induxerit miserem vt à tergo iudex adstaret quispiam securim tenens: videlicet in hoc paratus, vt qui perperam quid in iudicio dixisset, (opinor mendacium, aut falsum testimonium) eum protinus securi feriret. Hoc interpretamenti ferme conuenit cum eo quod antè commemorauimus in adagio, Tenedia securis. Alij tradunt in hunc modum, haud tamen cum his pugnantia, Cygnus Neptuni filius, patet Hemitheę & Tenæ, nouercæ liberis suis induxit. Euenit autem vt Tenes apud patrem insimularetur à nouerca, quòd scele de stupro interpellasset: id quum ille verum esse crederet, iuuenem in capsam inclusit, vnàque Hemitheam sororem, quòd fraterni facti comes esse desideraret: simulque in mare præcipitauit. Id serinum delatum est Leucophrynem, cui postea Tenedo commutatum vocabulum, videlicet à Tene, Cygni filio. Qui progressu temporis nactus imperium eius loci, quod modò diximus exemplum induxit, vt in tribunalibus assisteret qui securim in caput accumbentis vindictam iustineret, quòd si quis fuisset columnæ contactus, eum protinus vnum securi dissecaret. Id spectaculum quoniam formidabile videbatur, in proverbium abiit, vt Tenedius homo diceretur, qui immani structuque esset aspectu. Pausanias in Phocicis variat nominis in narratione, quæ de re nobis dictum est alio loco, in proverbio Tenedia securis. M. Tullius lib. 2. epist. ad Quintrem, Tenediorum igitur libertas Tenedia lex præcisa est, quum eos præter me & Bibulum & Cælium & Fauonium nemo defenderit. Sentit libertatem rigide & in totum negatam.

Tenedia securis.

Tenedius patronus. 7

Τενέδιος συνήγορος, id est, Tenedius aduocatus. Eodem è fonte profectum est & hoc, dici tollitum de eo qui compendio causam expedit, ita quæ nodum ocyus dissecat. Dictum à Tenedia securi, de qua paulò ante dictum est. Suidas ait apud Tenedios duas fuisse dextras in primis ostendi. Aristoteles apud eundem id adiicit, præter ea quæ recensuimus in Affirma (is est locus quispiam in Tenedo) flumen esse in quo capti rerum rei sic: adigiorum vtuntur vice, ea ritu discernunt vt cæteri id genus præcederant. Proverbij meminit & Stephanus in locorum catalogo, addens dici tollitum de homine rigido duroque: quòd hæc non esset tutum quiduis garrire in iudicio.

Ἐλαύνεις ὑμέρα. 8

Ἐλαύνεις ὑμέρα. Plutarchus in Collectaneis ait modo verax est titulus, tradit nec esse tollitum de his qui vniuersum agunt aut exhibent. Quemadmodum olim apud Ceos mos fuerit, vt qui magistratum inirent, epulum exhiberent populo. Quòd quum duo pluresue fuissent magistratus, dies inter sese distribuebant. Itaque quum ibi occurrerent, rogabat ἐλαύνεις ὑμέρα, id est, Quis dies? Ea vox in vulgi iocum cessit. Videtur autem vox ἐλαύνεις data opera ridiculè collata ex his verbis, ὁ μὴν τις, id est, Ceo quis tubendi dies.

Versatilis Artemon. 9

Ὁ περιφορητὸς Ἀρτέμων, id est, Versatilis Artemon. Extat in eiusdem Collectaneis. Ariston de his quorum gratia vehiculo circumferuntur. Nam Artemonem adolescentem tam subito quam perdite amatum à mulieribus ob insignem formam, quem suspicor ob id dictum περιφόρητον, vel quòd circumferretur in ore omnium vt fama: vel quòd paulo obambularet, velut ostenti nescio. Alij metum: Artemonem machinarium fuisse fabrum, in arte præcellentem, quo ludorum spectaculis fœminæ Persidi quæ quum ceteris ellet, passim has machinas circumferebat. Athenæus in octauo decimo Diplosophistarum loco refert hoc proverbium, citat authorem Chamæleontem Ponticum, qui testatur Artemoni περιφορήτῳ cognomen additum, quòd prædelicatis in lecto circumferretur: siue quòd is postea cœperit voluptatem ac mollitiem agere vitam, quum antea pauper fuisset. Ex Anacreonte citat hæc de eodem, Τὸν μὲν γὰρ ἔχων κεῖνος πάρος ἦεν ἀνὴρ ὁ τλήμων κακὸς ἀ- πολλῶν ἀφροσύνῃσιν ἐπιστρωφώμενος καὶ ἐλαυνόμενος ὑπὸ τῶν ἑταίρων βίον, πολλὰ πίνων ἀεὶ καὶ ἀσύστατα, πολλὰ δ' ἐν ἀγορῇ, πολλὰ δ' ἐν ἀγυιαῖς πορευόμενος. id est, Tenuem quidem habens circumlatera bonis recentem amictum mollicyperi, cum quibus cauponibus, & prostibulis consuetudinem agens, inde iterum inueniens vitam: quæ vt superet, hinc illinc secretiens, sæpe rursum in rota, sæpe verò coma barbaque reuulsus. Quibus ex verbis apparet de vnum in hominem suæ dissimilem, & moribus inæqualibus præditum, qualem perhibent fuisse Alcibiadem, quem, vt refert Satyrus, apud Ionas delitiabatur vt vellus quoque vinceret apud Thebanos exercitum: vis corporis eiusdem Bœotio Boxoto apud Thebanos, equestris certamen superabat ipse apud Lacedæmonios cum pedestribus patiens magis ipse Lacedæmonius durus: Thraces superabat vinolentia. Id & cum laude fieri potest. cæterum ἐλαύνειν probrosè dictum quisque per omne rerum genus vsurpat. Indicat Pollux lib. 6. Plutarchus indicat fuisse claudum quempiam qui vehiculo circumferretur, quum alioqui meticulosus esset, ac plerunque desideret domi, duobus famulis lectum gremo

Tenedia securis.

Rex apud Tenedios.

Homo suis dissimilis.

supra caput sustinentibus : nequid ex alto decideret in caput. Quòd si quando cogebatur exire, vehiculo vtebatur, sed humili metu ruinæ. Huiusmodi quædam refert Plutarchus in vita Periclis. Proinde dictum videtur in molles ac meticulosos. Quin & Plinius, li. 34. cap. 8. inter Polycleti opera meminit Artemonis qui dictus sit περιφόρητος. Allusum est autem ad artemonem nauticum, quo vela circumferuntur, & onera tolluntur è nauibus. Nam hodie nauæ ad vtrumque vtuntur antenna. Nam ἀρτέμων Græcè propriè est machina tollendis oneribus apta, quàm Latini, ni fallor, trochleam appellant. ea sic composita est vt facile circumuoluatur.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. cur ob id.] At περιφόρητος in hac vel illa significatione vbi reperitur?

V. hos fermè] Atqui περιφόρητος non actiuam sed passiuam significationem habere quis negauerit?

V. nullum Quibus] Imò verò nihil commune cum Alcibiadis moribus habent quæ hic ab Anacreonte de illo dicuntur. & iste Athenæus non dicit poetam his verbis ostendere illum versutiæ ingenio fuisse præditum (quale reuera Alcibiadis ingenium erat) sed illum ex paupertate ad luxum emersisse, vt enim, καὶ ὁ Ἀνακρέων αὐτὸν ἐκ πενίας εἰς τρυφὴν μεταβεβηκέναι φησὶν ὑπὸ τύχης.

Placiadæ. 10

†de adulteris deprehensis.

Πλακιάδαι δ' ἐκάλουν, id est, Placiadæ etiam stelgum, Plutarchus in eodem commentarius ostendit, dici consuesse de deprehensis adulteris, & contumeliosè, sicuti merentur, tractatis. Vicus est quidam Atticæ regionis, cuius incolæ Placiadæ vocantur. apud hos moris erat vt qui fuisset in adulterio deprehensus, ignominiosas pœnas daret, impactis in pudendam corporis partem raphanis, qui apud illos miræ magnitudinis esse dicuntur. Quòd si raphani fortè non fuissent, ad manum fuisse vtentur, id est, ligonis ligno. Non me clàm est hoc alio nobis dictum loco, sed mutilatum : eoque duximus operæpretium hîc integrè repetere.

Iustitiæ oculus. 11

Iudex incorruptus.

Δίκης ὀφθαλμός, id est. Iustitiæ oculus, dicitur syncerus & incorruptus iudex, aut ipsum etiam iudicium. Adagij memi it Suidas. Sumptum apparet ex illa Chrysippi descriptione apud Aulum Gellium libro 14. cap. 4. in qua iustitiæ oculos tribuit acreis rectos, atque immotos : quod eum qui rectè sit iudicaturus, non oporteat huc aut illuc ab honesto oculos deflectere. Celebratur hic senarius prouerbialis,

Ἐστὶ δίκης ὀφθαλμὸς ὃς τὰ πανθ' ὁρᾷ. id est,
Est oculus æquitatis omnia intuens.

Iustitia iustior. 12

Δίκης δικαιότερος, id est Iustitia iustior. Prouerbialis hyperbole de vehementer integris & incorruptis. Veteres enim iustitiam deam faciebant : cuius imaginem eleganter, vt modo dixi, depinxit Chrysippus apud A. Gellium, lib. 14. c. 4.

Quantum ex Bacchanalibus. 13

Ὅσον ἐκ Διονυσίων, id est, Quantum ex Dionysijs siue Bacchanalibus. Suidas prouerbij loco refert, sed perturbatius, vt assolet. Antiquitus apud Atticos consueuerunt annos ac numerum accedentem à Dionysijs numerare, quemadmodum ex Olympiadibus iterabatur autem Dionysiorum festum tertio quoque anno. vnde Vergilius tricterica vocat, Aeneid. 4. Suid. sic integrè recenset. ἐξ αὐτοῦ γὰρ τούτου τοῦ ὅσον ἐκ Διονυσίων.

De iis, quæ vehementer expetuntur.

Ex hoc propè tantum quatum ex Bacchanalibus. Addit dictum de rebus vehementer expetendis atque expectatis. Ad hoc facit quod refert ex auctore nescio quo ὦ Διονύσου, αὐτοῦ μὲ ὄζειν ἀμβροσίας καὶ νέκταρος. id est, O Bacchanalia, ipsa quidem redolent ambrosiam & nectar.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. hoc prope, Confundit Erasmus quæ omnino separari necesse est. Illum attendendus quid Suidas dixerat, ὅς φησι δεῖν τὰ τοιαῦτα μὴ λίαν ἀξιοῦν. de his verbis loquens, ὡς Διονύσια &c. non de illis, ἐξ αὐτοῦ γὰρ τούτου τοῦ ὅσον ἐκ Διονυσίων. pro quorum expositione dixerat, ὅτι φιλοπαίγμονες λίαν τοῦτο, καὶ ὡς νεανίσκοις ἀεὶ μέλον καὶ τοῖς Διονυσίοις. cum quibus optimè conuenit hic ex quadam Alciphronis epistola locus, καλοῦσι γὰρ Γαυρίαν τὸν ὄζειν χαίτην. ἀπὸ τοῦ Διονυσίου τὸ ἱμᾶν ἀπηχοῦντα.

Mercator est. 14

Qui causam prætexat cõmentitiam.

Ἔμπορος εἰμὶ σκηνορόφος, id est, Mercatorem se adsimulat. Dicendum in eum qui pusillanimitatem caulas commentitias prætexit, ne cogatur subire discrimen. Suidas ex Aristophane citat, apud quem tum in Pluto, tum in Ecclesiazusis quispiam inducitur loquens in hunc modum, vt dicat se ie fingere mercatorem esse, quoties ad bellum ire iubetur. quòd negociatores non cogerentur exire : quoniam expediebat illos relinqui, quo de commeatu prospiciant. In Pluto sic habet locus,

Γεωργὸς εἶ, Μέλαγχλε, μὴ ἔτος εἶσι;
Ἀλλ' ἔμπορος; Ναὶ σκέπτομαί γ' ὅπως πόλει. id est,
Num cultor agri es? Mène sic fingere putas?
Negociator-Simulo, si quando est opus.

Alter sic habet ἀλλ' ἔμπορος εἶ; σκέπτομαι.
Quasi sim negociator, ita meipsum gero.

Donum quodcunque dat aliquis proba. 15

Quod offertur ab amico, consulendum boni.

-δῶρον δ' ὅ, τι δώσ τις, ἐπαίνει. id est,
- donum quodcunque probato.

Prouerbium admonet boni consulendum esse munus aut officium cuiuslibuet quod offertur ab amico. Vnde natum sit indicat Strabo geographus lib. 6. Quum Achiui iussi essent oraculo Crotonem condere, missus est Myscellus quidam, qui ciuitatis futurum locum cõsideraret. Is quum tam Sybarim ædificatam cerneret, videretuque is locus magis idoneus, repetiit oraculum, consuluitque deum num fas esset hanc pro illa condere. Numen ad hunc modum respondit,

Μύσκελλε βραχίονατι πάρα σὸν ἄλλα μετεύων,
Κλαυσιμαθὲς ἠρᾶσθαι· ὁ δ' ὅ, τι δώσ τις, ἐπαίνει.

Eos versus interpres vertit in hunc modum,

Terga brevis Myscelle tuo de pectore omitte,
Cætera perquirens, frustra ea venaris iniqua:
At vectum quodcunque datur, tu laude probato.

Extat idem in collectaneis adagiorum, sed multo depravatissimum. quanquam ex vocum veluti ruinis huiusmodi lectio colligi poterit,

Μύσκελλε βραχίονατι πάρα σὸν ἄλλα μετεύων,
Οὐδὲν ἀμβλὺς ἠρᾶσθαι· ὁ δ' ὅ, τι δώσ τις, ἐπαίνει. id est,
Diversa inquirens à numine Myscele gibber,
captas frustra quod datur, æqui consule donum.

Myscellus dictus videtur ob curuum exilitatem, quę habebat murinis similia : brachyntotus, ob dorsum coptractum. Diximus alias Crotonem salubberrimam fuisse, Sybarin pestilentem. Refert & alia Suidas de oraculis Myscello redditis, sed quæ non admodum faciant ad enarrationem prouerbij.

Itharius. 16

Ἰθάρειος, Suidas ait vocem prouerbialem fuisse, in eum qui velut instigator hortatórque foret aliis. Translatum opinor à nautis quos remigantes nauclerj vox animat ad grauiter laborandum, siue ab equorum cursu. Plutarchus in Symposiacis, decade 7. problemate 9. scribit ἰανίζειν appellatam cantionem ad incitandas equas. Communia tradit De præceptis connubialibus. Nam ἰθύειν Græcis est impetu insilire. vnde & apud Homerum ἰθὺς ἐφορμᾶσθαι appellatur ab assultu citato. Apparet Græcam vocem compositam ex ἴθι, valde, & ἰθύνειν incitare.

Ne allis comedas & fabas. 17

In bellis alia inferebantur.

Ἴτω μὴ φαίης σκορόδοις, μηδ' ἀκάμοις, id est, Ne edas allia & fabas. Prouerbialis videtur ænigmate dictum, pro eo quod est. Ne bellis, néve in iudicijs adsis. Nam in bellum inferebantur alia commeatus militaris (Atque vtinam ita fatis comparatum esset, vt hoc pestilentissimum hominum genus, qui bellis delectantur, præterea nihil habeant vnquam quod edant : aut si quid aliis etiam est deterius) in iudicijs fabas esitabant, ne obdormiscerent. Hæc quidem Suidas. Etiamsi magis puto referendum ad calculos fabarios, quibus antiquitus ferebantur suffragia.

Mortuus per somnum. vacabis curis. 18

Θανὼν καθ' ὕπνους, φροντίδων ἔσῃ ἄχθος. id est,
Curis vacabis, mortuus per somnum.

Versiculus in vulgò iactatus apud Græcos, ex superstitiosa insomniorum obseruatione. Existimabant enim, eum qui se mori somniasset, à curis molestiisque liberatum iri : quòd mors finem doloribus imponere videatur. planeque imponit his qui hinc in meliorem demigrant

demigrant vitam, Fortassis ad eandem pertinet sententiam quod alibi retulimus,

Νεκρὸς ἀρὼν, τίκρωνι ἔοις φραγμάτων.

Animus heptaboeus. 19

De forti, & inuicto.

Θυμὸς ἑπταβόειος, id est, Animus heptaboeus, siue ira heptaboea, de forti magnóque & inuicto dictum. Epithetum sumptum à clypeo Aiacis, quem Homerus ἑπτάβοιον appellat, quòd septem boum tergoribus esset obductus, atque ob id impenetrabilis: Et Ouidius,

-dominus clypei septemplicis Aiax.

Sumptum est adagium ex Ranis Aristophanis,

Ἀλλὰ πέσσοι δίφρι ἢ λάζυξ ἢ λιπαφίεις τριφαλίας,

Καὶ τύλυκας ἢ τιτρῶδας ἢ ἐπτὰ βοείους. id est,

Sed sorbentes spicula & bassis, imbéque in vertice crista.
Adde hu galeam, adde hu ocreas, animosque septiboeos.

Semper Ilio mala. 23

De calamitosis.

Αἰὲν ἰλίῳ κακὰ, id est. Semper Ilio mala. De vehementer calamitosis & afflictis Troianorum excidium poetis multa tragœdiarum argumenta ministrauit, atque hinc prouerbium. Refertur ab Eustathio in 4. Iliados librum. Stratonicus rogatus cur nollet apud Ilienses viuere, respondit αἰὲν ἰλίῳ κακὰ, id est, Semper Ilio mala. Author Athenæus libro Dipnosophistarum octauo. quanquam is locus non vacat mendo.

Libera Corcyra, caca vbi libet. 24

Ἐλευθέρα κέρκυρα, χέζ' ὅπου θέλεις, id est Corcyra libera, proin caces vbi velis. Quum significamus libertatem quiduis agendi (citatur ab Eustathio in Dionysiũ) sed magis quadrabit vbi significabimus impunitatem esse maleficis. Hic non absurdè puto referri posse quod Plutarchus narrat: Chij quidam quum apud Spartanos peregrinarentur, à cœna non solùm vomuerunt, verumetiam incacarunt in sellas ephororum. Primùm diligenter inquisitum est quinam essent tanti fœtoris authores: daturi nimirum pœnas si ciues fuissent. cæterùm vbi compertum est factum à Chiis, Spartani dicebant, Chiis licet intemperanter agere.

Decernetur equa Thessalica. 22

De summo præmio.

Ἐπικεκρίσεται ἵππῳ Θετταλικῇ. id est, Decernetur equa Thessalica. De summo præmio dicebatur, propterea quòd antiquitus prima laus fuerit equarum Thessalicarum. id quod satis indicat oraculum Æginensibus redditum. Citat Eustathius in secundum Iliados librum. Suidas refert, haud dum scio ex quonã authore, ἱππεῖς μὲν Θετταλοὶ καὶ Θρᾷκες, πελτασταὶ δὲ καὶ τοξόται Κρῆτες καὶ Κᾶρες, id est, Equites in Thessalia Thraciaque, sagittarij atque armatura leuior in India, Creta & Caria. Finitimum est illi quod alio dictum est loco, Pedlenes tunica. Lepidius erit per ironiam.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. Ἐπικεκρίσεται.) Verbum ἐπικεκρίσεται putauit esse vnum ex huius adagij verbis, quum sit ipsius Eustathij. quæ quam in vulgata editione eius commentariorum legitur ἐπικρίνεται, vt & debet legi. Ait enim, ἔτι φασὶν οἱ παλαιοὶ ὅτι παῖ Σιμόεις ἵππους ἐφερμήνευε ὁ ποιητὴς, ὅθεν ἡ παροιμία ἐπὶ τῆ ἐπικρίνεται ἵππῳ Θετταλικῇ. i. Præterea dicunt antiqui Eumeli equas cæteris præferri à poeta ob prouerbium in quo ἐπικρίνεται (id est deligitur) ἵππῳ Θετταλικῇ, equa Thessalica. At Erasmus putauit hoc verbum ἐπικρίνεται (aut, vt ipse legit ἐπικεκρίσεται) ex prouerbio esse. quæ perinde sit ac si diceret Eustathius, ob adagiũ, quo equa Thessalica inter aliarum regionum equas potissimum deligitur celebranda. Est igitur prouerbium ἵππῳ Θετταλικῇ, quod & apud Aristotelem reperitur. originem autem videri possit habuisse ex illo versu oraculi Æginensibus, aut, vt alijs placet, Megarensibus reddito, Ἵππων Θετταλικὸν, λακεδαιμονίων τε γυναῖκα. Huc pertinet quod ἱππικὸν Θετταλὸν dicit Maximus Tyrius, pag. 56. meæ editionis.

Canis viuens è magdalia. 23

De parasito.

Κύων ζῶν ἀπὸ μαγδαλίας, id est, Canis viuens è magdalia. Eustathius in Iliados librum quartum, ostendit dici solitum in parasitos & alieno victitantes cibo. Magdaliam dicit, quasi dicas furfurem & manuum purgamentum. Cæterùm apud alios authores comperio scriptam vnicam dictionem, velut apud Hesychiũ, Μαγδαλία, inquit, σιτάρου ἢ ὑποκαθάρματα, ἢ πῖτις ἀλεύρου, βαλλόντες ἢ πῶν πυρὸν, ἀναλίσκοντες ἀπὸ δείπνου. id est, Apomagdalia, adeps in quo abstergebant manus in conuiuiis: id proiiciebant canibus quum à cœna discederent. Iulius item Pollux libro de rerum vocabulis sexto, cap. 14. οἱ δὲ πάλαι ἐπὶ τῶν καλλιπόρνων ἀπομαγδαλίαν ἐκάλουν, ἐπειδὴ τὸν ἐν τῷ ἄρτῳ μαλακὸν ἢ σιτώδη, εἰς ὃ ἀπομάττονται, τοῖς κυσὶν αὐτὸ παρέβαλλον. ὅθεν ἢ λακεδαιμονία κυνὸς ἀπὸ τῆς ἀπομαγδαλίας καλεῖν. id est, Veteres autem vtebantur apomagdalia: sic enim vocabant id quod est in pane molle ac pinguius, in quod abstersa obsonia, ipsum canibus abiiciebant. vnde & Lacedæmonij apomagdaliam appellant cynada. Aristophanes in Equitibus,

Apomagdalia.

Τὴν Χαλκιδικὴν σε λέγειν πόλιν. ἢ μαγίδα ἐν ἀπομαγδαλίας σπουδῇ, πότνι' οὐ τραφίλω.

Iactat halantopola superaturum se Cleonem impudentia & malis artibus, aut alioqui frustra pastum apomagdalijs euasisse tantum. Cui respondet Cleon,

Ἀπομαγδαλίας, ὥσπερ κύων, ὦ παμπονηρότατε ἀνήρ
Κυνὸς βορᾷ σπουδῇ μαχῇ σὺ τὸν κυνοκέφαλον;

Id est, Apomagdalias, vtpote canis, lacessis quo ergo pacto tu victitans canis cibo, cynocephalo repugnas? Apomagdaliarum mentio fit & apud Plutarchum in Lycurgo: quo quidem loco ait interpres sequutus ut sensum sermonis nescio: mihi non satis liquet. Græca sic habent, δειπνίζεσθαι δὲ τὸν βασιλέα τὸ σύσσιτον μαλακῆν ὕστον φασι. καλοῦσι τὸν σύσσιτον ἑαυτῶν ἀπομαγδαλίαν ἐκ τῆς χύτρας, τὸ δημόσιον φειδόμενον ἀεὶ τῆς ὑφαλῆς, ἐπὶ πολὺ ποιῆ καθαρὸν ὕδωρ, ὁ μὲ δειπνίζων αὐτὸς, ὁ δὲ κρίνων τροφὰς τῇ χρείᾳ πάσας. ἡ δὲ παντοία τῶν παρόντων ἔχει δύναμιν. καὶν μικρὸν ἔδωκεν ἀναίτιον, ἡ σκευοθήκη τὸν σκεπάσῃ, βιάζονται πάντες οἰκέται δημόσιοι σώζειν. τὸν δὲ ὕστον ἀπέδοσαν ἄνδρες, καὶ φασὶν ἔνιοι λέγειν, κρίθινον ὄντα τὸν ἀχιλλέα ἐν ἑαυτῷ τὴν ἀπομαγδαλίας ἐμβαλεῖν. Reddam vtcunque Græca. Eum vero qui vellet esse conuiuij particeps, aiunt hunc in modum probare solitos, Vnusquisque conuiuarum apomagdaliam in manum sumptam, veluti calculum, eiecit in vas quod similiter gestabat in capite, alius quidem simpliciter probans, alius verbo iudicans, vehementer manu premẽdo. Nã pressa tantundem valet quantũ calculus perforatus. Quòd si vel vnã talem cõperierint, non admittunt ingressum: volentes vt omnes lubentes inter sese cõuiuant. Vorsò qui hoc modo probatus erat, caddistatũ appellabant. nã caddus dicitur vas in quod cõiecerunt apomagdalias. Lapus autẽ vertit hunc in modũ, Quæ autem se conuiuij participem fieri velit, sic probari, Deinde singulis apomagdaliam sumentes in manum, ministro vas super caput ferente, silentio quasi calculum mittebant, qui reprobaret simpliciter: qui verò approbaret, manu vehementer premens. nam quæ apomagdalia pressa fuerit, perforati calculi vim habet. Quòd si quem ex his nimius pretium offenderit, non admittunt ingredientem: quippe qui velint omnes inuicem iucundè congredi. Qui verò sic reprobatus fuerit, caddiscatum dicunt. Eò donec tandem vas vocatur in quod apomagdalias remittunt. Hæc si quis conferat cum his quæ scribit Plutarchus, intelliget Græcum exemplar quod sequutus est Lapus, fuisse diuersum ab eo quod nobis dedit nuper officina Aldi. Cæterum de apomagdalis, quæ ante conuiuium dabantur abstergendis manibus, meminit nonnihil & Athenæus libro 9. Item libro 4 tradit, apud Arcadas (ni fallor) fuisse mos, vt à cœna sacrificarent, non quidem lotis manibus, sed iure leui effabsterso. & quo le absterserat quisque, id secum auferebat. Id faciebant ob terrores nocturnos, qui in compitis solent accidere. Sic ille. Et arbitror hanc non inutile remedium aduersus canes in compitis adorientes viatorem. Arbitror huc respexisse Aristophanem in Equit. quum Cleoni obiicit quòd alijs egregijs viris in exilium actis ipse delicatissimo hordeo abstergeret manus,

Caddiscus.

Καὶ πρὸς μὲ φεύγει πλὴν γέλω, τὸ δ' ἀχιλλέων ἀπομάττεται.
Atque ille quidem petitam liquit, dum se abstergens Achilleum.

Interpres addit, hordei genus achilleũ dici veluti generosius. quo minus mirum est Theologis achilleum argumentum vocari quod efficax sit ac refutatu difficile.

Ficus post piscem, &c. 24

Σῦκον μετ' ἰχθῦν, ὄσπρεον μετὰ κρέα. id est,
A pisce ficum, à carnibus legumina.

Athenæus in Dipnosophistarum libro tertio meminit

huius. Quadrabit vbi dicemus aliis alia congruere. quemadmodum & vulgò iubent ab esu carnium apponi caseum: ab esu piscium, nuces.

Ficus asinus grata. 25

Σῦκα φίλ' ὀνίσιν φυτὸν οὐ φίλιον. id est, *Ficus grata asinis sunt, quæ plantare recusant.*

Carmen heroicum citatur ab Athenæo continenter eodem quo modò diximus loco. Quadrare videtur in voluptarios, ac fugitantes honesti laboris, quum tamen appetant emolumentum.

Ingredi Iunonium. 26

Βαδίζειν ἡρῷον ἰμονιολιμόνιον, id est, Incedere complicatum Iunonis sacrum. Extat & hoc apud Athenæũ libro Dipnolophistarum 15. Dictum apparet in fatuosum ac lentum quorundam incessum, quem notat & Horatius in Sermonibus, li. 1. Sat. 3.

Fatuosus incessus.

Vt si Iunonis sacra ferret.

Volentem bouem ducito. 27

Τὸν θέλοντα βοῦν ἄγειν, id est, Volentem bouem agito. Vtere illorum opera qui ex animo faciunt. Scultitia est venatum ducere inuitas canes, vt ait Plautus. Refertur ab interprete Theocriti. Diximus in prouerbio, Præsentem mulge.

Habet. 28

Habet, prouerbialiter dicitur quum obtigit alicui quod expetiuit, aut quo dignus est. Habet quod amet, similes habent labra lactucas. Sumptum autumant ab aucupantibus, piscantibus, aut venantibus: quibus reuersis sic aiunt ἔχει τι; id est, Habeſne aliquid? Citatur ex Aristophanis Nebulis. Seneca tragicus in Agamemnone. Habet, peractum est. Terentius in Andria, Egomet continuò mecum, certè captus est, habet. Donatus ostendit propriè de gladiatoribus dici, quos prius alij vident quàm ipsi se sentiant percussos. Ex ea acclamatione natum videtur prouerbium.

Hercules hospitatur. 29

† *De edacissimo.*

Ἡρακλῆς ξενίζεται, id est, Hercules accipitur. Dictitatum vbi quis diutius in conuiuio commorari videtur: propterea quòd qui recepissent Herculem hospitio conuiuioque, his multum temporis erat opperiendum donec ille satur esset. Nam famelicum commouere parum erat tutum. nec facile saturabatur edax. adeo vt legatur solidos etiam boues vno deuorasse conuiuio. Vnde & Græcis εἰς Ἡρακλῆ dictus est: & huic larum auem consecrarunt, & ipsam βοφάγον. Legitur & certamen iniisse cum Lepreo quodam vter citius bouem conficeret. Hæc aliaque permulta refert Athenæus libro 10. de huius edacitate: addens, & Thasio cuidam athletæ, cui nomen Theagenes, tum & Miloni Crotoniatæ bouem vno die confectum fuisse. Tales conuiuæ contingant hostibus.

Etiam in deorum cœtu. 30

De vehementer maledico.

Καὶ ἐν θεῶν ἀγορᾷ, id est, Etiam in deorum cœtu, seu concione. Quidam interpretantur de maiorem in modum probis & æquis: quidam de vehementer maledicis. Addunt, locum quempiam esse in Eleusine, vicinum Anactoro, vocatum θεῶν ἀγορά, in quem non ingrediebantur nisi bene ominantes. vnde de quopiam præter modum maledico dicebant, οὗτος καὶ θεῶν ἀγορᾷ διαπαίσει, id est, Hic vel in deorum concione male ominata loquetur.

Calliphanes. 31

Καλλιφάνης, Calliphanes. Ridicula quæ iam huius hominis ambitio prouerbiali ioco fecit locum. aiunt enim hunc fuisse potentem morem, vt diuersorum carminum & orationum initia conscriberet, ad tres aut quatuor versus, eaque pronunciaret ostentaretque: quo commentum ignorantibus, multiscius & eruditus videretur. Meminit huius Athenæus Dipnosophistarum lib. 1. atque cognomen fuisse Parabycontis. Neque verò desunt his nostris temporibus id genus impostores literarij, quibus hoc modo studium est ex summis aliquot diuersæ professionis authoribus locos aliquot insignes, nec eos admodum vulgatos, edisscere. quibus instructi, non verentur in conciliabulis quemuis quantumlibet eruditum adoriri. Atque illud assequuntur promptè decantandis illis locis suis, vt imperitis planè Solones esse videantur. Cum quibus tamen Solonibus si tertium aut quartum congrediare, Deum immortalem, nihil infantius, nihil indoctius, videlicet thesaurus ille semel effutus. Vix hæc scribens à risu tempero, quum recordor Calliphanis cuiusdam, quem olim cognoui, quum in familia clarissimi patris Henrici Bergensis episcopi Cameracini versaret. sed nomini parcetur, propter conuictum domesticum. Is permulta volumina concinnabat exornabatque: sed chartis inanibus, nisi quòd in fronte videre erat magnificos quosdam titulos, velut carminum, orationum, epistolarum. Singulis præscriptum erat hominis tergeminum nomen, vt qui titulos fortè legissent, crederent eruditum, & in literis multa magnaque molientem.

Cauda blandiri. 32

Spe commodi adulatus.

Κόλακα σαίνειν, id est, Cauda blandiri, dicuntur qui spe commodi cuipiam adulantur. Aristophanes in Equitibus,

Ὃς κόλακα Φίτονα σαίνει, ἐπὰν ἀλφιτοῦν ὀπτήσῃ,
Ἐξαίνας τε πῶλον, ὅταν σίδου δεῖπνον χαίνῃ. id est,
Qui cauda alludens, quum canem obsonat, amica,
Te spectante alia, tua edulia deuorat ille.

αἰκάλλειν.

Pro eodem frequenter vlurpat αἰκάλλειν, quod canum est, auribus, cauda, totóque corpore blandientium: in Equitibus,

Τὰ μὲν λόγι' αἰκάλλει μι. id est,
Oracula quidem blandiuntur hæc mihi.

Thos.

Θωπεύειν item ab animante dictum est, si Græco Etymologico credimus. Thos Græcis lupi genus est. blandiuntur enim & lupi quidam more canũ. Thoas refert Plinius lib. 8. capite 34. de luporum quidem genere, sed quod homini sit amicum animal. An hinc dicatur θωπεύειν, dubito.

Crater litium. 33

Litiũ author.

Κρατὴρ κακῶν, id est, Crater malorum. De re permolesta, huc de homine litium authore. Aristophanes in Acharnensibus,

Κρατὴρ κακῶν, ἐκπίθου δίκην. id est,
Crater malorum, ferias litium:

calumniatorem significans, & quadruplatorem.

Lampon iurat per anserem. 34

Qui decipere tentat iurantem.

Λάμπων ὄμνυσι τὸν χῆνα, id est, Lampon iurat per anserem. Ita loquebantur vbi quis decipere tentaret iureiurando. Lampon sacrificus quispiam fuit ac vates, & oraculorum author. is solitus est per anserem iurare, tanquam per auem augurialem. Vel quòd olim ita instituerat Rhadamanthus ne per deorum aliquem iuraretur, sed per canem, anserem. id quod Socrati familiare apud Platonem. Tradunt, hoc Lampone authore factum, vt Athenienses coloniam miserint in Sybarim. Adagij meminit Aristophanes in Auibus,

Λάμπων δ' ὅμως ὅτι μὴ γὰρ τὸν χῆν', ὅτου ἐξαπατῶντά τι. id est,
Lampon etiam nunc iurat per anserem, vbi quis fallit in aliquo.

Palpo percutere. 35

Palpo percutere dicitur qui blanditur, ac spem inanẽ verbis iniicit. Plautus in Mercatore, Liberum caput tibi faciam paucos mẽses. Palpo percutis. Egon' ausim vsquam quicquam facinus falsum pro loqui? Idem alibi, Mihi obtrudere non potes palpum. Translatum ab equisonibus, qui plausu manus blandiuntur equis. Vergil. 3 Georgicôn libro,

Tum magis atque magis blandis gaudere magistri
Laudibus, & plausa ferocem cernicus amare.

Horatius, Serm. lib. 2. Sat. 1.

Cui male si palpere, recalcitrat vndique tutus.

Eximere è manu manubrium. 36

Figura prouerbiali dixit Plautus, Eximere è manu manubrium, pro eo quod est, iam paranti facere quippiam, extorquere peragendi facultatẽ. Locus est in Aulularia, Capio fustem, obtrunco gallum, furem manifestarium. Credo ego ædepol illi mercedem gallo pollicitos coquos, si id palàm fecisset: exemi ex manu manubrium. Translatum ab eo cui iam vibrato gladio percussero, repente capulus excutitur è manibus.

Alybantis hospitis munera. 37

Verbis, non re præstans benefactum.

Τὰ Ἀλύβαντος ξένια, ἢ Τὰ τοῦ Ἀλυβαντίου ξένια, id est, Munera Alybantis hospitis, aut Alybantij amici xenia. Eustathius interpres Homeri putat rectè prouerbio dici posse, quoties fit vt aliquis falsò iactet se magna largitum esse: seu verbis duntaxat, non re præ-

re præstet beneficium. Nam apud Homerum vlt. Odyssex li. Vlysses ignoto habitu cum Laerte patre colloquens, adfimulat se Alybantium esse Aphidantis opulentissimi viri filium, & quondam Vlyssem exceptum hospitio, muneribus amplissimis donatum à se dimisisse.

Εἰμὶ δ', inquit, ἐξ Ἀλύβαντος, ὅθι κλυτὰ δώματα ταῦτα,
Υἱὸς Ἀφιδάντεω Πολυπημονίδεω ἄνακτος.
Αὐτὰρ ἰμοὶ γ' ὄνομ' ἐστὶν Ἐπήρατος. id est,
Sum ex Alybante oriundus, vbi mihi splendida tecta,
Regis Aphidantis proles Polypemonidæ.
Est mihi nomen Eperatus.

Ac paulo superius.

Τὸν μέσῳ ἐν μεγάροισι δόμων ἔχον ἠδ' ἐξένισσα,
Εὐδείελος φιλέων, πολλῶν ἔτι οἷσιν ἐόντων,
Καί οἱ δῶρα πόρεν ξεινήια οἷά τε φίλοι.
Χρυσοῦ μὲν οἱ δῶκ' ἄλαδε ταλάντου ἐΐσου,
Δῶκε δέ οἱ κρητῆρα πανάργυρον αὐδήεντα,
Δῶκεν δ' ἀργύρεαι χλαῖναι, πάντες δ' ὁμάδησαν,
Τοῦτα δ' ἅμα πάντα κιόντες ἐς ἤθεα ἑῶν ἑταίρων
Χωρὶς δ' αὖ τὰ γυναῖκα ἀμύμονα, δμῳὰς ἑὰς ἄγον,
Τέσσαρας, ἠϋκόμους, ἃς ἤνωγεν ἄνασσα ἑῆσιν. id est,
Hunc equidem tecto induxi, accepique benigne,
Sollicitéque fouens, ex his quæ plurima nostris
Ædibus exuperant: atque hospita munera deinde
Adieci, tali dare quæ decuisset amico.
Aurs talenta tribus septena talenta,
Donaui pateram ex solido depictam argento.
Bis senas textu donaui simplice laenas,
Pallia ad hæc totidem adieci, totidemque fabulas:
Insuper ancillas misi, atque arte manuque
Quatuor egregias sibi quas delegerat ipse.

Fungus. 38

De stupido. Plautus in Bacchidibus fungum dixit pro stupido impenéque credulo. Vel quia fungus per se insipida quæpiam res est: vel quòd mollis ac fragilis: vel quòd subitò prorumpat. Plautina verba sunt hæc, Adeon me fuisse fungum, vt qui illi crederem. Idem in eadem fabula, Quicunque vbi vbi sunt, qui fuere, quique futuri sunt posthac stulti, stolidi, fatui, fungi, bardi, buccones, blenni: solus ego omneis anteeo stultitia.

Eurycles. 39

Βωμολόχος, Eurycles vulgato cognomine dicebatur qui de se suisque incommodis aliquid diuinaret. Nam hoc nomine vates sunt quispiam ἐγγαστρίμυθος cognominatus: hinc, ni fallor, quòd ex alijs vera prædiceret, θεσπῳδὸς ὑπάρχων. Meminit & Suidas: quanquam apud hunc ἐγγαστρίμυθος scriptum est, id est, d umus siue ventriloquus. Refertur in collectaneis adagiorum Plutarcho inscriptis. Vsurpatur autem à Platone in Sophista. Taxans enim eos qui perplexis & absurdis rationib. produnt suam ineptiam addit, Οὐκ ἄξιον ἅπαντα τὰ ἐξωτερικὰ λόγια, ὑπὲρ ὧν ἀποφαινόμενοι ὥσπερ οἱ ἔνυδροι βάτραχοι ἀεὶ κεκραγότες διατελοῦσιν, id est. Non opus est alijs à quibus redarguantur, sed domi, quod dici solet, habent hostem qui contradicat, & intus submurmurantem, tanquam absurdum illum Eurycles, circunferentes semper incedunt.

Si quis tumultuetur clypeum. 40

Εἴτις τὴν πόλιν κινεῖ, id est, Si quis circum vrbem clypeus. Hoc scommatis iaciebant in eos qui sparsim ac dissolutè ciuitatem obirent palantes. Refertur in Plutarchi collectaneis, nec explicatur.

Rupta ancora. 41

Ostentatores se inepti. Ῥαγὲν ἄγκυρα, id est, Rupta crada. Dicebatur de his qui repentè tanquam magnum quiddam facturi, prodiissent: deinde falla omnium expectatione turpiter & indecore se gessissent in negotio. Translatum à tragœdiarum histrionibus, qui, si quando numen inducendum est, de repente machinis quibusdam sublati, in summa scena apparere consueuerunt, veluti in aere pendentes; hamo quopiam à tergo in cingulum affixo suspensi. Nam hoc nonnunquam euenisse vt fortè fortuna rupta ancora qua sustinebantur, decíderent, non sine magno spectatorum risu, suoque tam malo, tum dedecore. Porrò crada hoc loco non ficulnum ramum indicat, quemadmodum alias fed vncum illud ex quo vincti tenebantur actores in machina. Iulius Pollux li. 4. cap. 19. docet κραδίαν appellari solitum in comœdia, quod in tragœdijs dicebatur μηχανή. fuisse verò non dissimile ficui: si quidem Attici ficum arborem κράδιαν vocant. Quanquam quarumlibet arborum rami nonnunquam crada dicuntur.

Suam quisque homo rem meminit. 42

In suo quisque negotio attentus. Plautus in Mercatore. Suam quisque homo rem meminit. Sententia prouerbialis, notans communem hominum morem, qui in alieno negotio dormitant, in suo quisque & vigilat & attentus est. Vnde rectè monet apud Gellium Ennius,

Hoc tibi sit argumentum semper in promptu sinum,
Neque expellas amicos, facere quod per te queas.

In eandem sententiam extat belissimus Æsopi apologus de cassita aurcata: quæ negauit vllum esse periculum donec res alienis manibus esset commissa. Allusit ad prouerbium Plautus in Pœnulo, Itáne tentas an sciamus nos meminisse nostra? Eodem alluſit Terétius in Phormione, At si talentum rem reliquisset decem, &c. Quicquid cordi est, facilè meminimus, & plerunque obliuionis mater est negligentia.

In vtrumuis dormire oculum. 43

Plautus in Pseudolo, De isthac re in oculum vtrumuis conquiescito. Sensum habet eundem cum eo quod superius recolimus. In vtranuis dormire aurem. Captatus est autem à comico iocus ex nouatione verborum. proinde cõsequitur illico, Oculum vtrum, inne in aurem? Et respondet nouator, At hoc peruulgatum est nimis. Notatur interim commune hominum studium in huiusmodi dictis subinde nouandis.

Corinthijs non indignatur Ilium. 44

Κορινθίοις δ' οὐ μέμφεται ἡ Ἴλιος. id est,
Increpat haudquaquam Ilium Corinthios.

In ignauum, eos boties non magnopere indignantur. Hoc carmine clam exprobramus ignauiam alicui, qui ita se gesserit vt hostes nihil habeant quod illi magopere indignentur. Est autem carmen Simonidis, quod, velut in contumeliam suam scriptum, iniquo animo tulisse Corinthios scripsit Aristoteles li. Rhetor. 1. quòd in bello Troiano non admodum egregiam operam nauasse viderentur. Potest & huc detorqueri, veluti si quis ita inuisè scripsillet aduersus bonas literas vt eas sua infantia commendasset potius quam infamasset, ἀεὶ παῖδες &c. Plutarchus in vita Dionis aliquanto diuersius interpretatur adagium. Ἀπὸ, φησὶν ὁ Σιμωνίδης φιλεῖ ὁ Σικελὸς λέγειν, πρὸς ἀφυεῖς τὰ ἐπιτήδεια τοῦτον, ὑπερβάλλεσθαι μὲν τὴν ἀρχαίαν, ὅτι καὶ τοῦτοι οἱ τῶν Γλαύκων ἑταῖροι ἀγαθοὶ μὲν ἦσαν γενέσθαι συμμάχοι Φθίοις, id est, Sane quemadmodum inquit Simonides, Siculus Senecio, Corinthios non indignatur Ilium, quòd vna cum Achiuorum copijs venissent ad bellum: propterea quòd illis quoque promptis animis fuissent auxilio Glauci comites, & ipsi è Corinthijs oriúdi. Ex his Plutarchi verbis liquet illud sentire prouerbium, leuius offendi oportere si quando læserint qui quondam sint benemeriti, sed præsentem offensam superioribus officijs condonare.

Maras. 45

Pio ad multorum natus vtilitatem. Μάρας, id est, Maras. Hoc nomine ferunt fuisse quæpiam apud Berœam Syriæ ciuitatem, ditissimum quidem illum, verum nihilominus humanum & officiosum in omneis tum ciues, tum hospites. Vnde vulgò receptum vt id vocabuli tribueretur viris qui ad multorum vtilitatem nati viderentur. De hoc longiuscula narratur fabula in Græcorum collectaneis, sed mihi sat visum est attigisse, ne male collocarem operam. Nam nescio quo pacto prouerbium adulterinum & suppositicium esse videtur. Si quem tenet cognoscendi libido, extat opus, quod Aldus absoluetis iam adagijs meis excudit.

A Nannaco. 46

†Res ab extremis antiquitate repetita. Ἀπὸ Ναννάκου, id est, A Nannaco, Quum significamus rem ab extrema vsque antiquitate repetitam. Nannacus rex ante Deucalionem fuisse narratur, qui diluuium futurum præuiderit. de quo mentionem fecimus & alibi. Meminit huius & Stephanus in dictione Ἀννάκη, referens alterum ab eodem ortum prouerbium, *†Sub Cannaco flere.* Κανάκου κλαίειν, id est, Sub Cannaco flere, etiamsi in Stephano pro Κανάκου legi nus Ἀννάκου. Latini confimili figura dicunt Ab Aborigine ad seculo repetita, &, Perinde quasi cum Euandri matre loquaris. Non discrepat ab hoc illud, Ῥυτὸν τεῦχε Κάδμε, ἢ ἀρχαιότερα τῆς διφθέρας λέγεις, id est, Antiquior Codro, &c. Antiquiora diphthera loqueris.

Asinus ad tibiam. 47

Ὄνος πρὸς λύραν, id est, Asinus ad tibiam. Dicēdum vbi quis ea quæ scite dicuntur, nec animaduertit, nec intelligit, nec laudat. Sunt enim animantia quædam quibus nonnullus musices sensus ineſſe videtur. vt equis, auibus, serpentibus: asinum nihil mouet cantus. Germanum est illi, ὄνος πρὸς λύραν, id est, Asinus ad lyram.

Asinus ad lyram.

Oresti pallium texere. 48

Ὀρέστου χλαῖναν ὑφαίνειν. id est, Oresti texere lænam. Dicebatur qui mutuus pararet abiturus. nam Oreſtes per insaniam vestes dilacerabat. Est hemistichium heroici carminis deceptum ex Aristophane in Auibus.

Εἶτα δ' Ὀρέστου χλαῖναν ὑφαίνειν, ἵνα μὴ δείσῃ κτλ. i. *Postea Oresti texere lænam, vt ne horridulus spoliet quem.*

Scholium admonet, Oreſtem λαμπρόν τινα quempiam, simulando insaniam, in tenebris aggredi solere homines, eosque vestibus spoliare. Vnde non ineptè dicetur vbi quis admonet dandum aliquid homini furaci, ne rapiat. Adagium non est natum ex Aristophane, sed ab illo est affectatum. nam hac periphrasi notat hyemem.

Pandeletias sententias. 49

Πανδελετείους γνώμας, id est, Pandeletiam sententiam, appellat in Deterioribus Cratinus, vt citant) molestam ac molestam. à Pandeleto quopiam sycophanta, ex eorum genere qui, quo quæstum faciant, dicas impingunt grandes, vt ait Phormio Terentianus, & simili studio ferunt suffragia.

Sibylla vinacior. 50

Sibyllæ cumanæ.

Sibyllæ vinacitas prouerbio locum fecit. Propertius Elegiarum libro secundo,

At me non ætas mutabit tota Sibyllæ.

Sibyllæ ætatem pro quantumuis longa posuit. Hinc Vergilius 6. Æneid. libro, longæuam sacerdotem vocat. & Seruius cum enarrans locum, adscribit, Apollinem amore Sibyllæ captum, et potiendi quod vellet arbitrium dedisse illam hausti arenis, tantum poposcisse vitæ. Id Apollo fieri posse respondit, si Erythræ insulam relinqueret, nunquam eam reuisura. Venit itaque Cumas, vbi corporis viribus defecta, in sola voce vitam retinuit. Quod vbi cognouissent illius ciues, incertum inuidia an commiseratione, epistolam ad eam miserunt, creta antiquo more lignatam. At illa, vita terra patriaque in mortem reſoluta est. Ita vati fuæ verba dedit Phœbus.

E flamma cibum petere. 51

† *Parasitica est.*

Terentius in Eunucho dixit in parasitum, eiusmodi esse vt vel è flamma cibum peteret hoc est, quidvis cibi causa passurum facturumque. Explicat prouerbium Catullus in epigrammatis.

Bononiensis Rufa Rufulum fallit,
Vxor Meneni sæpe quam in sepulchretis
Vidistis ipso cuspere e rogo cenam,
Quum denelutum ex igne prosequeretur pauem,
A semiraso tonderetur vitore.

Reddidit Harpocratem. 52

Catullus in Epigrammatis prouerbiali specie dixit, Reddidit Harpocratem, pro eo quod est, imposuit silentium. Carmen est huiusmodi,

Gellius audierat patruum obiurgare solere
Si quis delicias diceret, aut faceret.
Hoc ne ipse accideret, patrem perdespuit ipsum
Vxorem. & patruum reddidit Harpocratem.
Quod voluit fecit: nam quantus vrumet ipsum
Nunc patruum, verbum non facit patruus.

Harpocrates deus ita apud veteres fingebatur, vt digito admoto ori, silentium indiceret: qualis & apud Romanos dea Angerona.

Angerona.

Qui probus Athenensis, &c. 53

Qui probi, egregiè probi.

Plato libro De legibus primo refert prouerbium, οὐ τι σὺ μόλις λέγεθον, ὡς ὅσοι Ἀθηναίων εἰσὶν ἀγαθοί, περιφέρεται καὶ πάνυ, δοκεῖ ἀληθέστατα λέγειν. id est, Et quod vulgo dicitur, ex Athenensibus qui probi sint, eos egregiè probos esse, verissimè dictum videtur. Sentit autem Plato, in male instituta maleque morata Republica qui boni sint, eos natura & insignitè bonos esse: quippe qui neque fingere puta idi sunt probitatem (nimirum inter improbos, quibus morum similitudine poterant etiam commendari) neque corrumpi queant depravatis aliorum moribus, & vitiorum contagio. Simili argumento Simo Terentianus colligit probitatem filij sui. Deflecti potest ad vitam aulicam, aut studij genus ad perniciem inuitans.

Digna cedro. 54

De iis, quæ digna perpetua memoria.

Digna cedro dicuntur quæ promerentur immortalitatem, & eiusmodi iudicantur, vt posteritati consecrari debeant. Horatius in Arte poetica,

-sapientum carmina fraget
Posse linenda cedro. Perſius item.
-& cedro digna loquutus.

Numæ libri.

Sumptum ab arboris natura, cuius succo quæ sunt illita non sentiunt carien. Nam hac arte Numæ libros, quum essent carthacei, duraſſe ad annos quingentos triginta quinque, terræ infossos, narrat Plinius lib. 13. c. 13 Idem li. 16. cedrum inter æternas materias commemorat. Dioscorides ait maxime probari succum huius arboris, crassum, pellucidum, & odore vehementiore, quique non desuit, sed guttis concrescit manetque. Vim habet diuersam, viua corpora corrumpit, mortua seruat incorrupta. vnde à nonnullis dictam esse tradunt ταφεῖν ζωὰ, id est, Cadaueris vitam. Eodem pertinet illud,

Nec scombras metuentia carmina, nec thus.

Item Martialis,

Ne nigram citò raptus in culinam,
Cordyla madida tegas papyro. Et Horatius,
Aut sagax Vticampiam vultus mitteris literam.

Telemachi olla. 55

De sordido.

Τηλεμάχου χύτρα, id est, Telemachi olla. Meminit huius adagij Athenæus lib. 9. tradens Telemachum Acharnensem fuisse quempiam, qui plerunque victitarit fabis. Vnde conficere licet in sordidos dici consuesse.

Alia res sceptrum, alia plectrum. 56

De dissimilibus.

Equidem haud omnino contenderim esse prouerbium, sed tamen ipse sermonis habitus colorque adeo similis est prouerbio, vt vix similior sit ficus ficui: quod Stratonicus citharœdus regi Ptolemæo respondit, pertinacius secum de arte canendi disputanti, ἄλλο μὲν ἐστὶ βασιλεῦσι σκῆπτρον, ἄλλο δὲ πλῆκτρον, id est, Alia res est, ô rex, sceptrum, alia verò plectrum. Locus erit vtendi quoties diues aut potens, fortuna sua fretus, velut ex æquo disputat cum erudito: quum multo aliud sit diuitem aut fortunatum esse, aliud literatum.

Quæ dolent, ea molestum est contingere. 57

Amphis in Ampelurgo apud Stobæum,

Ἐν οἷς ἀνιαρόν ἐστιν ἅπτεσθαι τινος,
Ἥκιστα πάντα πειρᾶσθαι δίκαιον. id est,
In quibus homo est non admodum felix locis,
Minimè quanc est admouere ad hæc manum.

Vnusquisque inuitus audit sua incommoda: maximè ea quæ sint cum aliqua infamia coniuncta, veluti turpitudinem generis, vitium formæ. proinde ciuilitatis est, nemini suum refricare vulnus, nec huius tangere.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. *Minimè*) Atqui πειρᾶσθαι τινος non significat Admouere manum loco, aut contingere manu locum, sed ad locum accedere. quod est non manum, sed pedem loco admouere, si ita loqui liceret, pro inferre pedem. Huc igitur pertinent hæc Ouidiana,

Quicunque Argoa dedoluit Capharea fugit,
Semper ab Euboicis vela retorquet aquis.
At meta cymbæ iam vasta percussa procella,
Litus quo læsa est horret adire locum.

Aurum ignis probatum. 58

Fides intibi tata.

Ὁ χρυσὸς πρὸς πυρὸς δοκιμάζεται, id est, Aurum igni probatum, dicitur is cuius fides rebus aduersis explorata spectataque est. Vtitur hac similitudine M. Tullius in epistolis familiaribus, libro nono. Pindarus item in Nemeis hymno quarto, Ὁ χρυσὸς ἐν πυρὶ δοκεῖ αἰνητὸς ἐὼν ἀνήρ, id est, Aurum coctum omnem nitorem ostendit. Rursum in Pythis hymno decimo, Πειρᾶσθαι χρυσὸς ἐν βασάνῳ φαίνεται ἐὼν γνήσιος ὑρδὲς, id est, Experienti verò aurum in indice relucet, & mens recta. Theognis,

Πάντοτε δὲ μὲν πάντων ἐπ' ἔργμασιν ἄνθεμ' ἄριστον
Χρυσὸν, ἐξευρεῖν ἰδίτ', ἐν βασάνῳ βαστάσαι. id est,
Omnibus in rebus me comperies velut aurum
Purum, dulce rubens, indice quum asseritur.

Idem alibi,

Εἰς βάσανον δ' ἐλθὼν, ἐξετασθήσῃ τε μολίβδῳ
Χρυσὸς ἄκαφτος ἐὼν, καλὸς ἄνευ ἀδίκων. id est,
Venis vbi ad cotem, & conferar in iudice plumbo

Purum

Parum aurum quum sit, totum erit egregium.

Vsurpat hanc collationem & diuus Petrus Apostolus epistola priore, πολὺ τιμιώτερον χρυσίου τοῦ ἀπολλυμένου, διὰ πυρὸς δὲ δοκιμαζομένου, id est, Multo preciosius auro, quod perditur, quod tamen per ignem probatur. Est autem illud in auro non citra miraculum peculiare, vt igni non solùm non fiat deterius, sed magis ac magis enitescat. Itidem is qui vere bonus est, obiectus malorum procellis, illustrat animi virtutem, non amittit. Plinius libro 33. scribit ob eam præcipuè causam aurum omnibus metallis prælatum, quòd vni rerum nihil igni depereat, tuto etiam in incendijs durante materia. Quinimo quo ignius attrerit, hoc magis proficiat ad bonitatem, idque argumentum esse probi auri, si similiter rubeat vt ignis: atque ipsum obrizum appellant.

Obrizum.

Lunam detrahere. 59

Τὴν σελήνην καθέλκει, id est, Lunam detrahit. Cõsueuit dici de eo cui res vehementer aduersæ viderentur. Interpres Apollonij in librum quartum, natum autumat ab Aglaonice Hegemonis filia, quæ quum ob astrologiæ peritiam, lunæ defectus præstiret, iactabat sese lunam è cælo deducturam in terras. Eam vocem tam arrogantem audiuit Nemesis, moxque pœnas sumpsit, atque hinc prouerbij origo.

Leonis vestigia quæris. 60

Verbis ferox, re timidus.

Τὸ λέοντος ἴχνη ζητεῖς, id est, Leonis vestigia quæris. Dicterium in eum qui verbis ferox esset, re timidus. Ductum ab apologo quopiam Æsopico, quo narrat venatorem quendam pastorem obuium rogasse num incubi leonem vidisset, vt eum sibi commonstraret. Atque eum respõdisse, Equidem tibi leonis vestigia mox ostendero: neque enim procul absunt. Tum ille, Satis est, inquit, neque enim vltra quicquam requiro. Conuenit cum eo quod alio positum est loco, ἄχρι τοῦ μεσοῦ τὰ ἴχνη ζητεῖς, id est, Quum vrsus adhuc, vestigia quæris.

Non vna vehit nauis. 61

Οὐ μία ταῦς ἄγει, id est, Non vna vehit nauis. Prouerbij personam ante se gerit: quo conueniet vti quoties maiorem hominum multitudinem significabimus, quã vt eos vna nauis possit capere. Veluti si quis dicat, πολὺ πλείους ἐστὶν ἢ μία ταῦς ἄγει, id est, indoctos non vna nauis vehit. Est autem apud Theognidem,

Τοὺς δ' οὐχ εἱρήσεις διζυροὺς, οὐδ' ὅσσ' ἐπὶ πόντον
Ἀστυφέλικτον, ἣν ταῦς μὴ μία πάντας ἄγει. id est,

Hos non innumeros homines seruatus & inter
Omnes, quos fanè non vehit vna ratis.

Horna messis. 62

De magno emolumento.

Plautus in Mostellaria, hornam messem prouerbiali figura dixit pro maximo emolumento: quasi dicas, tantum lucri quantum eo anno sit prouenturum in agris. Comici verba sunt hæc,

Iampridem me Cæsar frigida non laui magis lubenter,
Nec vnde me melius mea Scapha vexit ædificatam.

Hæc dicuntur à persona puellę. Tum lena, optans vt ex eius forma quamplurimum commodi capiatur,

Euentus, inquit, *omnibus velut horna messis fuat.*

Id puella, quippe simplex, quid sibi vellet, non satis intelligens, Quid, inquit, ea messis attinet ad meam lauationem? Huic figuræ consimile est illud eiusdem in Curculione, Vindemia hæc huic anni non satis est soli. Significat adeò bibacem, vt vniuersum vinum quod eo sit prouenturum anno, parum sit illius siti.

Glaucus comesa herba habitat in mari. 63

De mortuis, qui tamen viuere creduntur.

Γλαῦκος φασὶν πάλαι οἰκεῖ ἐν θαλάσσῃ, id est, Glaucus comesa herba habitat in mari. Dictum apparet per iocum de iis qui quum perierint, tamen vulgò creduntur viuere. qualis opinio complures annos nostratium animos occuparat ad insaniam vsque de principe Carolo Burgundionum duce, qui quum interisset in bello, tamen haud deerant qui non dubitarint magno periculo rerum suarum asseuerare, illum adhuc in viuis esse. De Glauco Græci fabulam adferunt huiusmodi: Glaucus quispiam fuit Anthedonius piscator, natandi peritia longè omnium primus. Is quo magis esset miraculo, commentus est imposturam huiusmodi, Enotabat è porta spectantibus Anthedoniis, donec iam extra prospectum esset. Ibi reuersus in terram secessit in locum aliquem semotum, atque in eo dies complures commorabatur. Deinde quum videretur, redibat natans in portum, spectantibus iis qui stabant in littore. Mirantibus autem amicis, ac scitantibus vbinam gentium tamdiu commoratus esset, adsimulabat in marinis fluctibus interim versatum esse sese. Auxit miraculum altero commento. Hybernis mensibus, quum cæteri piscatores nihil piscium capere possent, ille ciues rogabat quosnam pisces adduci vellent. Quosque iussissent, aduehebat, videlicet iam antè paratos in hãc vlum, atque alibi conclusos. Euenit tandem vt huic impostori à bellua quadã marina deuoraretur: isque fuit eius comœdiæ finis. Porrò quum non rediret ex more, populari fama iactatum est, Glaucum gustata herba factum immortalem, & in mari vitam agere. Interpres Apollonij poetæ consimilia tradit de Glauco, piscatorem fuisse, qui quum aliquando multitudine piscium quos ceperat, defatigatus esset, onus in media abiecit via. Ibi verò res accidit mira dictu, vnus è piscibus, iam moriens gustata herba reuixit. Id Glaucus obseruans, eadem herba comesa, immortalis est redditus. Tandem tædio vitæ ieiunet abiecit in mare. Sunt qui prodant eum versum in deum marinum, sunt qui in piscem: de quo complura tradidit Athenæus libro septimo, apud quem alicubi citatur Alexis ὁ ἁλιεὺς τερατευόμενος. Quòd si reliquas fabulas Græculorum de Glauco cupis cognoscere, lege septimum Athenæi librum, qui vique ad nauseam vsque eum quæ gerit de Glauco pisce, de Glauco dæmone. mihi non licet tantum nugarum hic repetere. Hoc commentum animo penè reclamante adieci: pudet nam vt simpliciter quod sentio dicam, mihi subolet Græcum scriptorem, quisquis is fuit, in hoc finxisse prouerbium, quo fabulam hanc liceret commemorare. Malui tamen hoc operæ ludere, quàm quibusdam parum eruditis ansam calumniandi præbere, quòd insciens præterierim id quod in excusis etiam Græcorum commentariis habeatur.

Pergræcari. 64

Genialem vitam agere.

Si apud Græcos prouerbia sunt, χαμαιζῆλαι λοφᾶν, & id genus alia complura, quid est quo minus habeatur adagium apud Latinos, quod in Mostellaria dixit Plautus, pergræcari pro eo quod est, genialem agere vitam? Nam quid sit pergræcari, ipsa Plauti verba satis indicant.

Dies, inquit, *noctisque bibite, pergræcamini,*
Amicas emite, liberate, pascite
Parasitos, obsonate pellucibiliter.

Hactenus ille. M. Tullius in Verrem actione tertia, Fit sermo inter eos & inuitatio vt Græco more biberetur. Græcorum gens malè audit partim apud poetas Latinos, & item apud Ciceronem, non solùm quasi voluptatibus addicta, & effœminata deliciis, verumetiam quasi lubrica fide. Siue quòd o mnes Romanis adhuc rudibus, & antiquam illam obtinentibus seueritatem, Græcorum elegantia luxus videbatur: Siue quòd studiorum æmulatio, ac mutuum odium in causa fuit vt eiusmodi probra de Græcis conscriberent. Siue quòd verè Græcorũ nonnulli tales apud Italos fuerunt, quales eos depingit Iuuenalis (id quod non inficiantur & Lucianus in libro De mercede seruientibus) vt ex illis gentem omnem æstimarint.

Græci male audierunt.

Conos artoxya. 65

Conos quid.

Κῶνος ἀρτοξύη, id est, Conos artoxya. De similibus & inter sese respondentibus. Quidam eruditi putant, conon pistorium esse instrumentum, non dissimile artoxyæ, quod panarium scalprum videtur significare. Cæterum ex iis quæ mox sequuntur apud Suidam, apparet conos munuscula quæpiam fuisse quæ pueris dono darentur apta ætati, cuiusmodi sunt armillæ. Proinde vide ne competat in eos qui vili leuique munusculo compensant operam alicuius.

Ne ligula quidem dignus. 66

Κορδύλης οὐκ ἄξιος, id est, Ne ligula quidem dignus: dicebatur homo nequam, & nullius pretij. Quod prouerbium durat etiam hodiernis diebus apud Latinos vulgò iactatum. Tametsi magis arbitror piscis cordulæ vilitatem prouerbio fecisse locum. is est pelamis: nisi quòd minor, vt testis est Plinius, lib. 32. c. 11. Cordylarum vilitatem ostendit & Martialis lib. 11.

Prima tibi dubitat ventri Lucrina mouendo
Vtilis, & portis sæpe refulta suis.
Mox vetus & tenui maior cordyla lacerto,
Sed quæ cum ruta frondibus una tegat.

Mox poeta pretiosa memorat, vt fallat fodalem;

Mittitur, vt venias, pisces, conchylia, fumen,
Et cortis fauces æquè paludis aues.

Iuxta nauem. 67

De rebus digestis & compositis.

Κατὰ ναῦν, id est, Iuxta nauem, dicuntur quæ digesta sunt ordine quæque quadrant ac congruunt: propterea quòd instrumenta nauium quæque loco reponi solent. Equidem [illegible] in his verbis sit prouerbium quæ adtribuuntur, κατὰ ναῦν ἄρμα, id est, Iuxta nauem currus. Neque enim omnis usus quauis vela congruunt.

Iuxta cubitum profecit. 68

Κατὰ πῆχυν προέκοψε, id est, Iuxta cubitum profecit. De eo dicebatur qui [illegible] quum is ordi[illegible] quam maximum profectum. Cubitus & modius significant, vt mihi videtur, & modium grandiusculum, vt accipias incrementum amplius. Nam mensuras [illegible] vt certis [illegible] constitutis.

De tuo capite agunt[illegible] comitia. 69

Proue[illegible] [illegible] Aululariæ,

Tibi [illegible] de capite [illegible] comitia.

Deliberabatur enim de ducendane esset puella nécne quam amabat. Sumptum est à comitiis Romanorum, in quibus populi suffragiis summa magistratus creabantur. Itaque quum quis tuam de re [illegible] deliberaret fœlicitas, locus, tempus [illegible] conuitia recte dicuntur.

Vsque ad ranam. 70

Nimium clamosi.

Quemadmodum Græci dicunt ἄχρι βατράχου. Ita Vsque ad latrationem, ita Plautus, & quod in eodem, simile dixit, vsque ad raucum, pro eo quod est, nimis clamosè, adeò vt vox etiam toties vociferanti raucescat. Est in Aululariæ ad hunc modum,

Huccine [illegible] ad senem parcissimum
Vt aliquid [illegible] ad ranam posiamus prius
Quàm quicquam [illegible]

Cereri sacrificant. 71

Item quemadmodum Græci dicunt [illegible], id est, Lari sacrificant, ita Plautus propemodum in eodem apud Latinos dici solere, Cereri sacrificant: si quando in conuiuio vinum deesset. propterea quòd in huius sacris necesse esset inferre vinum, sicut apud Græcos in quorundam deorum cultum, vt ostendimus in prouerbio σπονδὰς ἐκκαλεῖ. Locus est in Aululariæ, his ferme verbis,

Cererin' me [illegible] hi sunt facturi nuptias?
Quæ [illegible] scio nihil allatum intelligo.

Inutilior blace. 72

Homo nihili.

Βλακὸς ἀχρειότερος, id est, Blace inutilior, aut nequior. Hoc [illegible] nihil nusquàm bonæ frugis decebatur. Sumptum à pisce vsquéadeo vili, insipido ac male oleri, vt canibus quoque fastidiatur. Est autem pisces non dissimilis silurorum quos credimus Græcorum etymologorum arte gigni, nonnunquam enim audiui canes esse piscium amicos. Et, si Silurus is est quem vulgus appellat siurionem, hic inter pisces vel primas tenet. Addit, locum esse iuxta Cumas, palustrem opinor ac sterilem, cui nomen Blacia, vnde suspicatur ortum prouerbium. Hesychius & piscem pro blace blaciam vocat. Adiicit, in Alexandria tributum esse dictum βλακικόμιον, quod illic pendunt astrologi eò quòd blaces, hoc est fatui, ad illos commeent petentes ex astris oracula. Illud constat, etiam homines stupidos, ignauos, molles & insipidos dici βλάκας. vnde βλακεύειν, molliter & ignauiter agere, & βλακικῶς pro stultè & insulsè. Apparet ab hac voce Latinos diminutiue Flaccos, & flaccidos, & flaccescere. ἀλλ' οὐδὲ βλακὲς ἄνδρες.

Ἀλιτήριος. 73

In Raptores.

Ἀλιτήριος vulgò diceba[illegible] qui per vim raperet aliena. Natum ex euentu huiusmodi: Tempestatibus Æthiopici belli, tanta fuit nauium iactura, vt penuria incidit Athenienses, vt piratis coacti fame, captiuorum famam diuenderent. Inde vox traducta ad hominem quocunque modo sceleratum. Plutarchus in commentario de curiositate diuersam huius nominis originem reddit: Nempe quum Attici fame vehementer laborarent & in quæstu fierent, [illegible] nec efferrent in publicum, sed domi clam celarent, molerent ac noctu cuncta quidam obambulantes, obseruato molarum strepitu, eos prodiderunt: atque hi quidem alitery dicti fuerunt, quemadmodum & sycophantæ. Verùm ab hoc commento diuersa memorat in Problematibus, volens aliterium à fugiendo dictum. nam Græcis ἀλεύω vtrunque significat, molo & fugio: eoque vocabulo scribit notatum cum qui tenax fuisset improbitatis, vt quisquis illum effugere valuisset, is fœnix haberetur. Aristophanes in Equitibus, auteries appellat eos qui volarunt e [illegible] plum Pallados. ἐκ τῆς ἀλιτηρίου σου φυμι γενέσθαι τῶν ἐμῶν, id est, Ante esse de numero aliteriorum qui de arce arcent malefactores. Interpres multa recensens hic quoque commemorat, Cylon quidam per tyrannidem occupauit arcem, ac deprehensus est spoliare templum Minervæ. Atque quidem effugit, nactus opportunitatem: cæterum [illegible] amicos qui ad aram dæ confugerant, inde retractos occiderunt Athenienses. Vnde qui violarent supplices ἀλιτήριοι dicebantur. Etenim qui violato eo tempio supplices interfecerant, postea [illegible] capitis affecti sunt. Denique & Ceres dicta est ἀλιτηρία, & Iupiter ἀλιτηριώδης, quod in publicum fame terrent mortores ne fama diuulgaretur. Quo & illud ad[illegible] ἀλιτηριάσει dici qui fruitrantur [illegible] ea perficiunt quod tentarunt. Ambiguitas hinc est, quod ἀλέω duo significat, molo & aberro. vnde & ἀλάομαι erro. Porrò vt ἀλιτηριώδης vsurpatur pro sacrilego & impiosita ἀλιτήριον dicuntur qui [illegible] commiserunt.

Piscis nequam est, nisi recens. 74

Vulgaris amicus.

Piscis nequam est, nisi recens, manet in hunc vsque diem vulgo celebre. Dicitur autem peculiariter in hospitem, aut vulgarem amicum qui primo quidem adueniens non ingratus est, cæterum ante triduum exactum putet. Plautus,

Quasi pisces itidem sit amator lenæ: nequam est, nisi recens.

locutus apud Alexidem quispiam, citante Athenæo, quod quum nonnulli frugaliores abhinc annos quibus esse[illegible] [illegible] pernicie[illegible] [illegible] distulissent, [illegible] [illegible] [illegible]

Lapitharum rex, prius fuerat elegans puella: è puella conuersus est in virum, annuente Neptuno quem ad coitum admiserat. Cui illud etiam donatum est, ne saucius vllis vulneribus fieri, ferróve occumbere posset, quemadmodum refert Ouidius xii. Transformationum libro. Ferunt hunc certasse cum Apolline. præterea morem huic fuisse, vt qui ad fele venirent, iuberet per suam hastam iurare: vnde prouerbium arreptum, vt indicat enarrator Apollonij in Argonauticôn primum librum. Quem locum adducit Eustathius in primum Iliados librum. Is additur ibi, quum esset ætatis suæ homuncio præstantissimus, ixo in medio foro sacrificio, præcepisse dijs vt numerarent. qua ferocia offensus Iupiter, pœnas de illo sumpsit. Quum enim bellum gereret cum Lapithis, esset que inuulnerabilis, hoc pacto demum non nisi à Lapithæ quercus & abietes in eum iaculantes, deiecerunt illum in terram.

Pepones. 81

Molles, & effœminati.

Πέπονες, id est pepones, prouerbij conuicio dicuntur nonnulli molles & effœminati: parumque viri. Homerus Iliados β,

Ὦ πέπονες, κακὸν ὄνειδος Ἀχαιΐδες οὐκέτ' Ἀχαιοί. id est,
O pepones, mala probra, dedecus, non Achiui.

Eustathius in septimum huius operis librum, ostendit similitudinem sumptam ab eo fructu, qui simulatque maturuit, dulcis quidem est, verùm flaccidus & inutilis. Quam quam eadem voce aliquoties non conuicians est, sed blandius & amicius appellantis, veluti Iliados ξ.

Ὦ πέπον ὦ Μενέλαε. id est,
ô pepon ô Menelae.

Ῥυπαρὸν Θ. 82

De sordidis.

Græci prouerbium conuicio sordidos & impensio parcos ῥυπαρὸν ὄνυξ appellant, ducto cognomine ab iis quibus sordes in vnguibus insident, nec tantillum sumptus facere volunt, vt tonsori dent nummulum qui repurget vngues. Nam ῥύπος proprie sordes eas significat quæ in humanis vnguibus manuum ac digitorum colliguntur: & νύδων articulum digitorum. Iul. Pollux lib. 6. cap 4. eosdem vocat πυγμβίας, quasi facè viuentes. Quidam adagium sic efferunt, ἄχθομαι αὐτῷ πυγμβίᾳ, id est, Molestæ sunt mihi illius sordes. Latini item immoderatam parsimoniam hoc est, vitium luxui contrarium sordes appellant: hominem ei vitio obnoxium, sordidum.

Πυγμβίας.

Iuuenari. 83

Iuuenari dixit Horatius tum nouè, tum prouerbialiter in Arte poetica Græci item νεάζειν, νεαίζειν, νεανίσκειν communi modo vsurpant, pro eo quod est, iuuenum more, iactantius, inconsideratius, inconsultius agere, aut si quid aliud ei ætati peculiare videtur. Quod quo longius traducetur, hoc facetiùs venustius. vt si quis orationem floridâ phalerataque, dicat νεάζειν. Eiusdem est formæ, γυναικίζειν, pro gestu cultúque repræsentare mulierem. Ob inconstantiam rerum & impotentes affectus ætas illa magis est lubrica, vnde & νεανικῶς factum dicunt Græci quod maiore impetu quam par sit dicio gestum est. Basilius in epistola quadam Καὶ ὥσπερ ἄλλον τινὰ ἔστιν ὅτε ὁρᾷς ὑπὸ καταιγίδος κλονούμενον, οὕτως καὶ τὸν τέλειον ἐφαπτόμενος τῆς ἡλικίας μέρους, πάσας περιφέρεται καὶ συμβάσεσι παντοίαις φησίν. id est, Et hic illorum qui nondum perfecti sunt secundum interiorem hominem, nec adhuc ad perfectam ætatis modum peruenerunt, circumagi ac fluctuare dicit prouerbium. Reperitur & ἀκμάζειν, pro eo quod est iuuenilia facere. Sic vsus est Hyperides, in oratione contra Mantitheum, & Lysias aduersus Nicarchum tibicinem. Laberius, citante Nonio, pro eodem dixit Adolescenturire: Incipio adolescenturire, & nescio quid nugarum facere.

Γυναικίζειν.

Adolescenturire.

Laudant vt pueri pauonem. 84

Prouerbij faciem habet quod scripsit Iuuenalis in auaros, qui carmina laudant duntaxat, nihil autem largiuntur poetæ:

- didicit laudator auarus
Tantum admirari, tantum laudare diserte
Vt pueri Iunonis auem. - Idem alibi,
- probitas laudatur & alget.

Notior est metaphora quam vt oporteat explicare. Ouidius alicubi de pauone.

Laudatas ostendit amæ Iunonia pennas
Si tacitus spectes, illa recondit opes.

Ἀδηματίας. 85

Formidolosus.

Ἀδηματίας olim appellabatur formidolosus. Clearchus in vitis vt citat Zenodotus, ait quorundam hepati vitium quoddam accidere quod eos timidos reddat, atque hinc prouerbio iactatum cognominis scomma. Videtur autem composita vox ἀπὸ τοῦ ἀδηκτῶν ἧπαρ: quòd palleant plerunque quibus hepar est vitiatum. id quod apparet in amantibus. Pallor autem formidolosis conuenit.

Emori risu. 86

† *Ridere vehementer.*

Prouerbiales hyperbolæ sunt & illæ, Emori risu, defluere risu, pro vehementer ridere. Homerus Odyssex ε,

-αὐτὰρ μνηστῆρας ἀγανοὶ
χεῖρας ἀειρόμενοι γαίων ἐπὶ δαῖτα τέτυκτο. id est,
- deinde procorum ipse euadit turba
Præ risu emorsus nimio sublatis ad alta
Ægra manus.

Vsurpauit & Terentius in Eunucho, Omnes risu emoriri.

Hipparchi murus. 87

† *Impensa nimia.*

Ἱππάρχου τεῖχιον, id est, Hipparchi murus, dicebatur res quæpiam quæ magnis constaret impensis. Hinc natum, quòd Hipparchus Pisistrati filius Academiam muro sepsit: atque huius rei nomine, magnam pecuniæ vim ab Atheniensibus exegit. Author Suidas.

Hodie nullus, cras maximus. 88

Ὁ τὴν μὲ ἤδης, οὐκέτ' ἐν ἡμέραις. id est,
Qui nullus hodie, cras erit vel maximus.

De eo cui repente præterque spem ingens aliquis honos accesserit. Et vulgo, qui ex infima conditione ad dignitatem euehuntur, è nihilo dicuntur emersisse. Extat apud Aristophanem in Equitibus.

Samiorum mala metuis. 89

Metuens proditionem. Narrant.

Τὰ Σαμίων ἀνήκεστα. id est, Samiorum metuis mala. Dictitatum de iis qui metuerent proditionem. Narrant, Athenienses olim in Samios, quoscunque cepissent immanitatis fœdissimè atque alios interemisse, alios confixisse lama, id est supplicij genus. Samij vicissim si quos cepissent Atheniensium, hos ad eundem modum excruciabant. Vnde prouerbium Samij literati. Nam Suidas indicat hoc dici solitum de his qui metuerent immedicabiles calamitates. Idem indicat famen dici genus calamitatis Samiæ, quòd Atheniensès notas infames inusserint Samiis captis, mox Samij vicissim Atheniensibus. Duris Samius scriptor multa tragicè exaggerat de crudelitate Periclis & Atheniensium in Samios, quæ Plutarchus putat magna ex parte conficta in inuidiam Periclis & Atheniensium. Simili figura dictum est illud τὰ μακρύτατα σκέλη.

Samiæ literati.

† *Samen.*

Pygmæorum acrothinia colosso adaptare. 90

† *Minima maximis aptare.*

Ἀκροθίνια τῶν πυγμαίων τοῖς κολοσσοῖς ἐφαρμόζειν, id est, Acrothinia Pygmæorum colosso accommodare, dicebantur qui inanem ac fluitam sumerent operam: aut qui præter decorum minima maximis adaptarent. Vel potiùs si quis rem frivolam & minutam amplissimis coprofissimisque laudibus prosequeretur. Philostratus in Nicete, τῶν ἀκροθινιασμάτων καλοσσοῖς ἐφαρμόζειν. id est. Non intelligebat autem iste Pygmæa acrothinia colosso accommodare. Quanquam Suidas hunc locum citans, πυγμαίων dicit non πυγμαίᾳ. Meminit adagij Eustathius in Odyss. χ φ. Colossi dicuntur vastæ prodigiosæque magnitudinis statuæ. nam hinc vox Græcis dicta putatur quod illarum proceritatem vitus humanus non attingat. Pygmæorum qui longissimi sunt, duos pedes & quadrantem non excedunt. vnde & nomen inditum putant à cubitali proceritate. Est autem gens extremas Ægypti partes inhabitans, agricolationi dedita, bellum subinde gerens cum gruibus. Belli causa est, quòd grues sublegunt semina, famémque inducunt ei regioni. Ita scholiastes in tertium Iliados. Horum fœmineq quinto anno pariunt, octauo sterilescunt. Pygmæorum meminit Iuuenalis Satyra 13. & in hos plurimus locus in Græcorum epigrammatibus. Porrò acrothinia Græcis primitiæ dicuntur, quòd hæ soleant è summo aceruo tolli. ἄκρον summum, & θὶς siue θῖνα cumulum aceruum dicuntur.

Colossi.

Pygmæorum bellum cum gruibus.

† *Acrothinia.*

Dij tibi dent tuam mentem. 91

Dij tibi dent tuam mentem: in iocosum congruit, & sua dignum mente. Quid enim precemur infelicius

fœlestis hominibus? Martialis,

Dij mentem tibi dent tuam, Philæne.

Horatius, Serm. lib. 1. Sat. 1.

Quid facias illi, iubeas miserum esse libenter,
Quatenus id facit.

Contra Demea Terentianus, Mentem meliorem nobis dari.

ANIM. MEND. STEPH.

V. *sua.*) Imò nihil infœlix precamur ei cui dicimus, Dij tibi dent tuam mentem. & tibi dicendi genus, quo optamus alicui mentem meliorem dari, idem est cum hoc, non huic contrarium, vt Erasmus existimat. qui quum ait, Dij tibi dent tuam mentem, in insanum congruere, & sua dignum mente: nihilque nos precari posse infœlicius fœlestis hominibus: ita accipit hoc genus loquendi, ac si insano homini, & quidem scelesto, diceremus, Dij tibi dent conuenientem tibi insano, & qua dignus es mentem. Id est, Dij tibi dent insanam tuam mentem. Atqui ille ipse insanus esset qui insanum quempiam vocans, ei mentem insanam optaret. quis enim est insanus, nisi qui mentem insanam habet? cur autem quod illum habere lateretur, id ei optaret? Dico igitur, Dij tibi dent tuam mentem, ita esse accipiendum, Dij tibi restituant quam habuisti quondam mentem, vel quam tibi eripuerunt, & qua te priuarunt mentem. vt Homerus de Glauco dicit, ei Iouem suam mentem eripuisse, dum aurea sua arma æreis permutaret. ait enim,

Ἐκ δ' αὖτε Διὸς νόον ἐξέλετο φρένας ἐσθλὰς,
Ὅς ποτε Τυδείδῃ, &c. Sic Hesiodus.
—τῷ μὲ φρένας ἐξέλετο φρονεῖν, Ὅς σεο λώιων, &c.

Solent enim dicere à Ioue aut genere. liter à diis illi mentem tuam ablatam esse, qui insignem in opere aliquo stultitiam seu insaniam demonstrat. Sic Cicero dicit Suæ mentis esse, pro Sua mente priuatum non esse, Non esse insanum. Iure igitur ei quem optamus ab insania desistere, dicimus, Dij tibi dent tuam mentem. Sed & sub pronomine iocoso *abrisum* apud poetam videtur latere.

V. *Contra.* Proxima dixi annotatione non contrariam esse hanc phrasin præcedenti, vt putat Erasmus: sed eandem cum illa. Nam vtraque est optantis alicui vt stultus aut insanus esse desinat. Quemadmodum enim de eo qui stultè aut insanè agit, poetæ nonnunquam simpliciter dicunt deos suam mentem ei eripuisse: interdum verò, suam bonam mentem (quasi videlicet relinquatur insanis mens, sed non bona: vnde & mentem habere dicantur, sed insanam) ita & ei quem ab insania desistere optamus, aliquando dicimus, Dij tibi dent tuam mentem: aliquando, Dij tibi dent bonam vel meliorem mentem. Locum Homeri, in quo Iouem dicit Glauco suam mentem abstulisse, modo protulimus. Automedonti itidem stultè agenti deorum quempiam mentem bonam eripuisse dicit, his verbis,

Ἀντιμαχὸν, τίς τοι νῶϊν νημερτέα βουλὴ
Ἐν σθένος ἔθηκε, καὶ ἐξέλετο φρένας ἐσθλὰς;

Cura esse quod audis. 92

Ad prouerbij speciem accedit Horatianum illud, 1. Epist. 16.

—cura esse quod audis.

Conueniunt in diuites, qui ita demum fœlices fuerint si id studeant esse quod audiunt ab adulatoribus. Carmen Horatij sic habet,

Tu rectè viues, si curas esse quod audis:
Iactamus iampridem omnes te Roma beatum.
Sed vereor ne cui de te plus quàm tibi credas.

Cautus enim metuit, &c. 93

Qui non ex animo, sed mali metu coercent à maleficio in eos quadrabunt hæ prouerbiales eruidem metaphoræ, Horat. 1. Epist. 16.

Cautus enim metuit foueam lupus, accipiterque
Suspectos laqueos, edoctum miluus hamum.

Nam alius alia tenduntur insidiæ: lupi foueæ frondibus contectæ capiuntur. vnde apud Plautum seruus minatur se lenoni, cui nomen Lycus, foueam effossurum. Similis est illa de fuste, apud Horatium, 2. epist. 1.

—vertere modum formidine fustis.

Si cornus posset tacitus pasci. 94

Ad stultos quosdam, verum suorum ostentatores.

Si breuis apologus, autore Fabio, paræmiæ genus est, cur non illud etiam prouerbiis annumeremus quod scripsit Horatius?

Sed tacitus pasci si posset cornus, haberes
Plus dapis, & rixæ multo minus inuidiæque. 1. Epist. 17.

Quidam existimant mutuo sumptũ ex apologo quem in libro De deo Socratis refert Apuleius, de coruo prædam nacto, quam vulpes ita intercepit, dum arte persuadet illi vt canere incipiat. Quadrat in eos qui si quid bonæ rei nacti sunt, continuo iactant ostentántque, atque ad eum modum efficiunt vt alij tum obstant quo minus eiusmodi plura commoda nanciscantur, tum quæ nacti sint, interuertant.

Clauam extorquere Herculi. 95

Extorquere quod potentior occupauerit.

Qui sibi vendicare conatur quod alius iam potentior occupauit, non infacetè dicetur clauam vel Herculi extorquere. Idque iampridem apud eruditos prouerbij vice celebratur. Natum est autem ab apophthegmate Maronis, cui quum Zoili quidam vitio darent quòd non paucos versus Homeri pro suis vsurpasset. respondit, hoc ipsum magnificum esse facinus, vel Ioui fulmen eripere, vel clauam extorquere de manu Herculis. Macrobius libro Saturnalium quinto, de Marone qui sic vsurpauit Homerica vt fecerit sua, Quia quum tria hæc ex æquo impossibilia putentur, vel Ioui fulmen, vel Herculi clauam, vel versum Homero subtrahere (quòd, etsi fieri posset, alium tamen nullum deceret vel fulmen præter Iouem iacere, vel certare præter Herculem robore, vel canere quod cecinit Homerus) hic opportunè in opus suum quæ priores vates dixerat transferendo, fecit vt sua esse credantur.

Bis interimitur qui suis armis perit. 96

Mimus est prouerbialis, incertum cuius (Senecæ titulo celebratur, sed falsò) Bis interimitur qui suis armis perit. Magis dolent incommoda quibus ipsi dedimus occasionem. Natum apparet ex Æsopico apologo. hunc Gabrias quidam versibus iambicis complexus est ad hunc modum,

Βλέπει ποτ' ἀετὸς αἰετὸν πρὸς ἠέρα,
Ἀλλῶν ὑπ' ὄντα δεινὸν ἐκπεπτωκότα·
Βλέπων δ' ἔσω τῶν ἐντὸς ἐκπεμπόμενον,
Βαλεῖ, στένοντα μὴ τὸν ἴδιον εἰδότα. id est,

Quondam vidit pecten aquila volitans suspicit,
Multumque lachrymans, præ dolore conflictus:
Tenuatum vt autem spiculum cernit, Papæ,
Ait, ala me alligeram grauis exitio ardit.

Adagium Græcum, quòd ex hoc item apologo sumptum est alio diximus loco.

Mulierem ornat silentium. 97

Sophocles in Aiace flagellifero,

—γυναιξὶ κόσμον ἡ σιγὴ φέρει. id est,

Decus adauit vsque feminam silentium.

Sententia prouerbialis, quam Seruius in primum Aeneidos citat ex Sophocle. Mulier animal natura loquax, nulla re magis cohonestatur quàm silentio, maxime apud viros, quum de rebus seriis agitur. Sumptum est ex Homero, apud quem est non semel illud,

—μῦθος δ' ἄνδρεσσι μέλησι. id est,

—sermique viris erit alto curæ.

Nec diuus Paulus ius facit mulieribus vt vel in Ecclesia loquantur, sed domi viros suos interrogent.

Imitabor nepam. 98

Imitari Nepam dicitur qui retrocedit. Id erit prouerbialius si torqueatur in eum qui in deterius vsque degenerat. ὅμοιος ἦ Μαυρουσίοις Nam nepa, quemadmodum author est Festus Pompeius, Afrorum sydus, appellatur cancer. vel, vt quidam putant, scorpius, qui & ipse retrogradus est, Nonius Marcellus negat eam vocem aliud significare quàm scorpium, ex M. Tullij de finibus libro quinto, Serpere anguiculos, natare anaticulos, volare merulas, cornibus vti videamus boues, nepas aculeis: suam denique naturam esse ad viuendum ducem. Cinna & Manilium,

Nepa quid.

—ad sydera vellam
Erigonem, sinque nepam, spoliisque leonem.

Hæc Nonius. At si nepa nil aliud est quàm scorpius, mirum cur Cicero maluerit dicere nepam. Quanquam scorpio quoque peculiare est retrocedere, si quid offendat, & cancer ictu vulnerat. Plautus in Cassina, Retrouersum cedam ad parietem, imitabor nepam.

ANIMAD. MANE. STEPH.

V. *Hæc Nonius. At si nepa nil aliud est quàm scorpius, mirum cur Cicero maluerit dicere nepam.*) At si nepa est aliud quàm scorpius, mirum cur Cicero passim apud Aratum scorpium interpretari nepam voluerit.

Quod alius condiuit coquus, alter cõdiam. 99

Vbi

Vbi quis rem omnem nouat ac perturbat, conueniet Plautinum illud ex eadem fabula, non dubium quin prouerbiali dictum forma,

Ibo intrò, vt id quod alius condiuit coquus, ego nunc vicissim
Vt alio pacto condiam: quicquid prandy est, vt paratum ne
sies,
Sitque ei paratum, quod paratum non erat.

Odi puerulos præcoci sapientia. 100

Apuleius in apologia secunda, versiculum hunc nescio ex quo poeta citat, ceu vulgo celebrem,

Odi puerulos præcoci sapientia.

Vulgo inualuit opinio vt credant puerulos maturius sapientes aut non fore vitales, aut dementes futuros simulatque ad ætatem maturam peruenerint. Plinius lib. 7. refert, Catonem Censorium velut ex oracolo prodidisse, senilem iuuentam præmaturæ mortis esse signum. Et apud Senecam libro controuersiarum 2. controuersia prima, Cestius de ingenio Alfij Flauij prædicare consuenit, tam mature magnum ingenium non esse vitale. Talem puerum Sophocles ἀνδράπαδα vocat. Citatur autem hic versiculus ab interprete Pindari in Pythiis, hymno 2. † ἀνδράπαδα δαίσαντος αἰπύλας, id est, Puerum virilè dominus ipse perdidit. ἀνδράπαδα Cestius vocat, quòd ætate puer, viri sapientia præditus esset. Adaptare licebit ad discipulum qui in ipsis statim rudimentis sibi placeat. Aristoteles lib. Rhet. 2. refert hanc sententiam ex poeta nescio quo,

Οὐ γὰρ τοὶ ἔστι ἀφτίφρων πωμ. ἀνὴρ
Παῖδας θεραπεύων ἀνδρὶ σοφίαν. id est,
Quisquis sapit, non vnquam operi et puer satis
Docendo pueros, mox philosophos reddere.

CHILIADIS QVARTAE CENTVRIA SECVNDA.

Δύριος ἵππος. 1

Clandestina insidiæ.

Οὔριος ἵππος, id est, Dureus equus, de clandestinis insidiis dicebatur: aut vbi repente complures apparerent qui latebant antea. Sumptum ab equo Homerico, in quo Græcorum proceres abditi, repente profilientes, Troiam ceperunt. Hunc Homerus durateum appellat, vt Odyssex 8. quòd trabibus esset contextus:

† Durateus equus.

Αἶψα δ' ἐπὶ δούρειος ἐν ἵππος ἀμφεκάλυψε
Δυσμενέσιν μεγάλ' ἔργα, σὺν ἧσιν πάντες Ἀχαιοὶ,
Πρῆσιν Ἰλίου φῶτε, κάτα φόνον ἐσσυμένοισιν. id est,
Fatum enim erat perituram vrbem, simul ingrederetur
Durateus præceps equus, qui clauserat omnes
Principes Danaûm, Ilio nimque necemque ferentes
Troianis.

Plutarchus in vita Themistoclis, narrat illum aliquando dono rogasse equum a Phidide nutritore equorum. Eum is vbi negasset, comminatum fuisse se breui ex illius domo facturum equum δούρειον: significans se crimina ipsius ac domesticorum prolaturum in lucem. nec insertum fuerit si quis ludum alicuius eruditi, durateum equum appellet, quòd ex eo breui tempore summi viri prodierint. De laudatis viris qui subito alicunde emerserunt, apud eruditos frequens est, vt ex illius domo velut ex equo Troiano prodisse dicantur. M. Tullius Philippica secunda, ad egregij senioris societatem retulit. In huius me consilij societatem, tanquam in equum Troianum, includi cum principibus non recuso. Aristophanes in auibus prouerbium detorquet in emphatim roboris ac magnitudinis,

Ex equo Troiano.

Ἵππον ἐκόντων μάλιστ' ἴσον ὁ δούριος.

Interpres admonet allusum ad equum æreum insigni magnitudine, qui in acropoli stabat, Palladi dicatus à Charidemo, quod ipsa testabatur inscriptio. verùm is ad imitationem equi Troiani compositus erat. M. Tullius actione in C. Verrem sexta, Troianum equum accipit pro extrema calamitate: Quem concursum factum in oppido putatis? quem clamorem? quem porrò fletum mulierum, qui viderent equum Troianum introductum; vrbem captam esse dicerent, &c. Portas per quas introductus fuerat equus durcus, Homerus Iliados σ. σκαιὰς, hoc est sinistras, appellat, quòd læua mente Troiani equum illum induxerint in ciuitatem. Idem pro Murena dicit equum Troianum intus esse, quum sentit Reipublicæ periculum esse à ciuili discordia. Intus, inquit, intus inquam est equus Troianus, à quo nunquam me consule [illegible] opprimemini. Idem pro M. Cælio, An [illegible]us Troianus fuerit, qui tot inuictos viros muliebre bellum gerentes tulerit ac texerit?

Quum adsit via, semitam quæris. 2

De tergiuersatore.

Ὁδὸν παρόντα τὴν ἀμαξιτὸν ζητεῖν. id est,
Quum præsto sit via, tu requiris semitam.

Citatur ab Eustathio in Odyssex ν. Est autem ἀμαξιτὸς semita quæ diuersa sit à via plaustrorum, quam regiam vocant. Conuenit adagium in tergiuersatores, qui quo præsens negotium suffugiant, diuerticula captant.

E culmo spicam conijcere. 3

Eustathius Odyssex ξ. enarrans hunc versum, quem nos alio citauimus loco,

Ἀλλ' ἔμπης καλάμου γέ σ' ὀΐομαι εἰσορόωντα
Γηγενέων.

ostendit Vlyssem ad prouerbium alludisse, quod plene sic efferatur, ὁκ καλάμου δοκῶ δεῖν ὁ τὸν θερισμὸν σκοπῶν. id est, Ex culmo perspicitur spica demessa. Etiam in tenue apparet cuiusmodi fuerit iuuenis. Meminit huius loci Aristoteles libro Rhetoricorum 3. indicans per metaphoram senectutem dictam culmum.

Βυσσοδομεύειν. 4

Βυσσοδομεύειν frequenter est apud Homerum, non citra prouerbij speciem, pro eo quod est alto pectore moliri quippiam, & clanculum in animo struere insidias. Translatum à fundamentis ædificiorum quæ profunde iaciuntur. Odyssex ρ,

Alto pectore moliri.

Εὖ δ' ἀγορεύοντες, κακὰ δ' φρεσὶ βυσσοδομεύων. id est,
Dicebant bene, sed mente alta prauaque struebat.

Idem alibi,

—δόλον φρεσὶ βυσσοδομεύων. id est,
—fraudem alta mente volutans.

Accersitum malum. 5

Ἐπιτετραμμένον κακὸν, id est, Accersitum malum, dicitur cuius ipse tibi causam præbueris. Homerus Odyssex ρ,

Ἦ πάρα τοι σεῖο κακὸν ἐπιτετραμμένον ἔσται. id est,
Nam mox perditus tuus habebit quod sibi quærit
Vltro malum.

Eurymnus. 6

Εὐρύμνος, id est, Eurymnus, dictus est olim prouerbio qui per calumniam conaretur fidos amicos inter se committere. Nam hic quum moliretur serere dissidium inter Castorem & Pollucem, alterum apud alterum insimulans, post deprehensus, vtrique grauissimas pœnas dedit. Hoc autem fere solet accidere iis qui malis artibus student dirimere eos quos insolubili vinculo natura copulauit, vt vxorem & maritum, parentem, & filium, ac fratres. Fit enim vt hi redeant in gratiam, & præteritæ simultatis pœnas vtrique repetant ab authore. Id euenit Athenis Hyperbolo, qui Niciam ac Alcibiadem conatus est committere.

† Calumniabio tertio.

A furiis oriundus. 7

Ἐριννύων ὀπηρώξ, id est, A furiis profectus. Olim dicebatur tetra fœdáque specie, quique μανικὸν βλέπειν, quemadmodum ait Aristophanes. Item quod noxium & exitiale sit, id à furiis ortum aiunt: quemadmodum Ajax in tragœdia,

Tetra facie.

Ἀρ' ἀκεστὸς ἦσθ' ἐχάλκευσέν ποτ' ἐχθρὸς ξίφος; id est,
Annon macronem hunc furia cudit tartarij

Similes videntur captiuis ex Pylo. 8

—οἰκτρὰ
Τοῖς ἐκ Πύλου ἁλοῦσιν ἐοικότα. id est,
—captiuis mihi
Similes videntur è Pylo Laconicis.

Est apud Aristophanem ὠχρὰ λαμπὴ. Dici solitum de iis qui vultu sunt miserando, nempe pallidi, squalidi, macilenti. Pylus ciuitas quæpiam Laconicæ, quam obsessam Cleon expugnauit. Qui verò superfuerant à cæde, secum abduxit Athenas extenuatos, confectos, palli-

Pallidi & macilenti.

tate, post multum denique temporis, idque etiam vix domum incolumis reuersus. Vulgò iactatur & in Zenonem, teste Laertio, quod in canis postico de Republica conscripsisset. vel quòd nimis anxie, vel quòd ineptè. Verùm de hoc prouerbio meminimus alibi.

E cantu dignoscitur auis. 21

Refertur & hoc à quibusdam, etiamsi mihi nondum apud idoneos authores repertum. E cantu dignoscitur auis: alioqui non indignum quod in prouerbiorum ordinem allegatur. Sensus congruit cum illo, Qualis vir, talis oratio. Iactatur vulgò simillimum huic, E plumis autem dignosci, è cultu spectari vitam & ingenium hominis.

Canis sauiens in lapidem. 22

Κύων εἰς τὸν λίθον ὀργιζόμενος, id est, Canis indignans in lapidem. Competit in eos qui malis suis causam imputant non ipsi authori, sed alteri cuipiam. Veluti si quis iracundiæ vitium inuentæ, non stultitiæ adscriberet, vnde proficiscitur. Plato libro de Repub. 5. damnás eos qui cæsorum cadauera dispoliant, aut hos perinde facere vt solent canes, sæuientes in lapidem, eo qui iecit omisso. Pacuuius apud Nonium, in Armorum iudicio, Nam canis quum est percussus lapide, non tam petit illum qui se icit, quàm eum ipsum lapidem quo ictus est petit.

Profundum sulcum. 23

Profunda cogitatio.

Βαθεῖαν αὔλακα, id est, Profundum sulcum. Refertur & hoc in adagionum collectaneis. addunt dictum de iis qui cogitationibus profundis ac penitioribus rem expenderent. Sumptum est autem ex Æschyli tragœdia cui titulus ἐστὶ δὲ Θησεύς. in qua versus hi dicuntur de Amphiarao,

Βαθεῖαν αὔλακ' ἡδὺ φρενῶν καρπούμενος,
Ἐξ ἧς τὸ κλεινὸν βλαστάνει βουλεύμασι. id est,
Sulco è profundo pectoris fructum metens,
Recta vnde cogitationes germinant.

Citatur aliquot locis in Moralibus à Plutarcho, & à Platone secundo de Republica libro. Allusit ad hoc prouerbium aliquot locis Marcus Tullius, vt in epistola ad Atticum libro quarto, Ne βαθύνοια mea, quæ in agendo apparuit, in scribendo sit occultior. Rursus libro quinto, Admirabere meam βαθύνοιαν quum salui redierimus. tanta mihi ἀγχίνοια huius virtutis datur. Rursum libro sexto, epistola prima, Nam nulla re tum delectatus magis quàm meam βαθύνοιαν in Appio tibi, liberalitatem in Bruto probari vehementer gaudeo. Mihi videtur rectè quadraturum & in eos qui se moriuntur non ex aliorum opinione, sed ex recte secúue factorum conscientia.

Herniosus ad gulam. 24

Φυλὴ μέχρι τῆ μυρίνης, i. Herniosus vsque ad gulam, quadrat in vehementer herniosum. Carmen est apud Aristophanem in Equitibus,

Φυλὴν χρὴ εἶναι δεῖ τὸν μέχρι τῆ μυρίνης. id est,
Sic herniosum oportet ipsum vsque ad guttam.

Aristophanis interpres ostendit fuisse & apud Diphilum.

Benignior pellace vulpe. 25

Εὐκολώτερον ἀλωπέκος αἰμύλης. id est,
Pellace quanto est bi.nignior vulpecula.

Simulator benuolentiæ.

De eo qui commodi sui causa simulat beneuolentiam. Archilochi vulpeculam commemorat Plato lib. de Repub. 2. ὡσὰν ἰνυδὴ τὸ δικαῖον, οἷς δοκεῖ μοι οἱ σοφοὶ, καὶ τὸν αἰλουρίσκον βάπτειν καὶ κίνεον ἀδικεῖν, ὅτι ἐστὶν ἀδικεῖν τρόπος ὅλως· περὶ ἀρετῆς δὲ καὶ δικαιοσύνης ἀφ' ὅσον ἀληθὲς ἐστὶν, ἐν ὀλίγῳ καὶ μεγάλῳ οὐδὲν διαφέρειν ἡγοῦνται, ἢ ὡς ὁ πανοῦργος Ἀρχίλοχος ἐφώνησε ἔφασκεν εἶναι, id est. Itaq. postea quàm opinio (quemadmodũ declarant homines sapientia præditi) etiam ipsam veritatem cogit, quod felicitatis est proprium, ad hanc sanè prorsus incumbendum est: hac sibi quisque ceu vestibulum ac virtutis vmbram circumponere debet, sed ita vt sapientissimi Archilochi vulpem à tergo trahat. Hæc tibi Glauco, laudans iniustitiam, quo Socratem ad iniustitiæ prædicationem excitet. Archilochi vulpeculam commemorat & diuus Basilius, cùm aliàs, tum in libello ad nepotes suos, & Philostratus in imaginibus. Multi sunt apologi de vulpis astutia: ex his quis sit Archilochi, non satis liquet.

Archilochi vulpes.

Non vt prior ladam, sed vt iniuriam retaliem. 26

Senarium hunc quidam ex Olynthia Menandri citant quidam ex Thersita Chæremonis,

Οὐκ ἵν' ὑπάρξω, ἀλλὰ τιμωρήσωμαι. id est,
Vt qui prior malo lacessere,
Sed tam datum malo retaliem malum.

Conueniet cum illo Terentiano, Sic existimet, responsum, non dictum esse.

Non nauigamus ad Hippolaitas. 27

Οὐχ ἱππολαΐτας ἀγαθοὺς πλοῦμεν. Equidem ad hunc modum reperio scriptum in vulgatis exemplaribus, verùm ex his verbis non video quæ sententia possit exscalpi. Dicam igitur quid mihi vero proximum videatur, non quòd alios velim protinus sequi meam diuinationem, sed vt eruditus coniectandi vsi qualemcunque suppeditem occasionem. Quid si legas, Οὐχ ἱππολαΐτας ἀθλίους πλοῦμεν, id est, Non nauigamus ad eximios Hippolaitas: vt sit admonentis, parcius vtendum esse rebus præsentibus: neque enim nauigari ad eum locum vnde rerum eiusmodi copia exuberat, vt quod temere profregeris, facilè possis sarcire. Nam in Græcorum commentariis hoc tantùm adscriptum inuenio, ὅτι οἱ ἐπὶ βραχέα πεπαμένοι, id est, De iis qui pauca possident. Hippola vero vetustissima ciuitas fuit Laconicæ, non procul à mari, quam olim consentaneum est ob portus commoditatem, mercimoniis floruisse. Meminit huius Pausanias in Laconicis, his quidem verbis, ἔστι δὲ καὶ Ἱππολάου τοῦ ἀφ' ἑστίας. ἔστι δὲ ἄλμα ὑπὲρ λίθου ἑστῶτος τοῦ λευκοῦ τετραγώνου σταδίους, ἀφ' οὗ ἄκρα παράπλου, ἔστιν ἱππολαΐς ἔδρα· ἐν ᾗ αὐτοῖς ἐλάχιστα ἱππολαΐτιδες. id est, Et ad mare templum est Veneris & statua recta lapidea. Hinc recedenti stadia triginta, ostia summa Tænari & ciuitatis Hippolæ ruinæ sunt: & in his Minervæ phanum Hippolaitidis. Meminit huius vrbis & Stephanus. Neque prætermittam coniecturam, & illud excute lector, num pro Hippolaitas legendum sit Hippobotas: is est populus Chalcidensis, cuius meminit Plutarchus in vita Periclis, olim opibus, gloriáque cum primis clarus. Nam ipsum nomen, ab agitorum fertilitate inditum est. quasi dicas equorum altricem. quorum regionem pulsis indigenis, & deducta colonia occuparunt Athenienses. Huius rei mentionem facit & Herodotus in Terpsichore.

Epiphyllides. 28

Refertur & hic senarius Aristophanicus è comœdia quæ inscribitur Rana, in prouerbia,

Epiphyllides.

Ἐπιφυλλίδες ταῦτ' ἐστὶ καὶ κομψόμυθα. id est,
Epiphyllides sunt hæc & ampullæ meræ.

Eum aiunt conuenire in blandiloquos, & phaleris verborum instructos magis, quàm egregios factis. Epiphyllides enim Græcis dicuntur minutiores botri maiorious adhærentes. Callistratus omnes minutulos racemulos Epiphylladas appellari scribit, quòd sub pampinis lateant. Nam hinc nomen quòd foliis adhæreant. Est autem id luxuriantis arboris argumentum. Theocritus in Aita meminit de pultibus malo innatis, quæ mendacem arguunt. Id suo loco dicetur.

Ἀπ' ἀκρεφνῶν. 29

Ἀπ' ἀκρεφνῶν, prouerbialiter dicebant pro eo quod est recens ab officina profectum, perinde quasi modo productum à fabri bus ærariaque fornace. Nam ab his sumpta metaphora. Aristophanes,

Ῥήματά τε κομψὰ καὶ παίγνια ὀνηλάτοισιν
Πασσάλου ἀπ' ἀκρεφνῶν καὶ λίαν κιναβδεύματα. id est,
Dictáque splendida, & lusus attentare, omnia à follibus & arbetypo.

Porrò κιναβδεύματα vocatur exemplar & simulachrum. ad cuius imitationem pictores ac statuarij signum effingunt ac repræsentant. Vnde quod nuper natum est, id λίαν ἀπὸ κιναβδεύματος venire dicitur.

Super te hæc omnia leparge. 30

Ἐπὶ σοὶ ταῦτα πάντα λάπαρχε. id est,
Super hæc te cuncta leparge.

Hemistichium heroicum, dici solitum in eum cui ne post laborem quidem exhaustum datur respirare. Trãsumptum à bubus, quibus perfunctis iam agricolandi labore, labor is etiam reliquus est, vt aratrum, reliquáque instrumenta domum referant. Ea solent imponi qui sit è duobus robustior. Taurum autem λάπαρχον appellat, ob candorem pili. Videri possunt verba asini sub onere collabentis ad bouem, qui rogatus vt sarcinæ partem reciperet, recusauit, móxque deficiente asino, coactus est totam sarcinam vnà cum asini pelle gestare.

Quæ dantur. 43

M. Tullius libro epistolarum ad Atticum sexto, Ἀπροσδόκητος ἀγαθὸς οὐδεὶς, ἀπιστῶν, λαγχάνει τις δωρεάν τι μέγεθος. Mque obiurgant veteri prouerbio, τὰ μὴ δίδοσθαι. Vtitur eodem & alio quodam loco. Non admodum liquet quid sibi velit, nisi quod coniicere licet, τὰ δι-δόμενα, versum esse poetæ cuiuspiam. est enim hemistichium iambicum, quod admonet, quod à fortuna datur, id boni consulendum esse, & ferendum æquo animo quod mutari non queat. Plato in Gorgia videtur indicare prouerbium: νῦν δ' ἐμοὶ δοκεῖν, ἢ οὐκ ἔστιν, ἀλλ' ἐστὶ μοι κἀγὼ τὸν μῦθον λέγω, ὃν πρὸ δὲ πολλῶν, ἢ τῶν δικαίων τὸν δίδοσθαι ἔφην εἶναι, id est, Nunc autem mendacio delusus tum, atque, vt videtur, necesse est mihi, iuxta vetus prouerbium, quod adest boni consulere, idque quod abs te datur accipere. δῶρον δ' ὅ, τι δῶρ' τις, ἀναίνου, alibi dictum est. Eodem pertinet, Vt possumus, quando vt volumus non licet.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. tur eodem & alio quodam loco. Non admodum liquet quid sibi velit) Videtur mihi satis liquere ex alio eius loco, in quo eodem modo vsurpat. Quod dat accipimus. Sed ne alibi à me dicta cogar repetere, ad meum castigationum in Ciceronem libellum te remitto.

Sydera addere cælo. 44

Addere cœlo sydera, pro eo quod est, adiungere quibus ipsis summa est copia, prouerbiali schemate dictum vel illud sit signi fuerit, quod Ouidius secundo Elegiarum amatoriarum libro, duobus prouerbiis intertexuit,

Quid foliis arboribus pleno quid sydera cælo,
In freta collectas alta quid addis aquas?

Pamphili furtum. 45

De peculatoribus.

Παμφίλου κλοπαμός, id est, Pamphili sublatio. Pamphilus hic, veteris comœdiæ conuiciis notatus est, quòd ærarium expilasset. Conuenit in peculatores qui è publico suffurantur.

Pegaso velocior. 46

Πηγάσου ἀκύτερος, id est, Pegaso velocior. Hyperbole prouerbialis de præuelocibus. Nota fabula de equo alato. Ita Pindarus Olymp. hymno 9. ἢ αἰχμάεσσ' ἵππου θοᾶς ἢ νεὸς ὑποπτέρου, id est, Velocius & generoso equo & alata naue.

Crepitu probabis. 47

Πλαταγῇ δοκιμάσεις, id est, Plataga probabis. De iis qui ridicule explorant alterius in se animum. Sumptum à vulgari loco puellarum, quæ impositio pollici medióque digito papaueris folio palmam illidunt: quòd si crepuerit, amoris argumentum est. Sin minus, non amantis indicium. Id Suidas indicat fieri tolere folio papaueris aut anemonæ, quod πλαταγίστιον dicitur, à πλατάσσειν, id est à strependo. Alludit ad prouerbium Ammianus lib. 14. Quod quum verè & ex animo dicitur, solet amor ex leui crepitu monstrari. Vnde locus erit prouerbio, vbi ex dicto simplici deprehenditur animus nominis. Apud alios πλαταγίδα reperio pro instrumento quo mouemus strepitum, & πλαταγεῖν pro crepitum mouere.

Multa docet fames. 48

πολλῶν ὁ λιμὸς γίγνεται διδάσκαλος. id est,

Fames magistra est artium complurium.

Ouidius,

Ingenium mala sæpe mouent.

Persius, prologo Satyr. *ingeniique largitor*
Venter, negatas artifex sequi voces.

Multorum festorum Iouis glandes comedit. 49

Πολλῶν πανηγύρεων Διὸς βαλάνους ἐφαγεν, id est, Multorum festorum Iouis glandes comedit. De sene longóque plurimarum rerum vsu docto: perinde valet quasi dicas, multas vixit olympiadas. Quercus autem Ioui sacra vnde nuces Iuglandes. Simili ioco & hodie dicunt nostrates, Comedit multa ova paschalia: senem indicantes.

Prodico doctior. 50

Πρόδικον σοφώτερος, id est, Prodico doctior. Aiunt hunc Prodicum in diiudicandis litibus & arbitriis inter dissentientes amicos acerrimi fuisse iudicij. Aristophanes in Centauro, citante Suida,

Εἰ γὰρ, ὅτις ἀδικεῖ, δίκαια δικάζω
Δῶρα οὐ δίδοντι. id est,

Ego namque, si quis præter æquum fecerit,
Prodicum volo negotium exhibere.

Subest autem allusio ad vocabulum hominis. Prodicus enim veluti præiudicatorem sonat, qui antè de lite pronunciet, quàm ad iudices delata sit. Fuit huius nominis & sophista quidam, cuius meminit Plato locis aliquot. *Prodicus, quod nomen.*

Mendico ne parentes quidem amici sunt. 51

Πτωχῷ φίλοι οὐδ' οἱ γεννήτορες, id est, Mendico ne parentes quidem amici sunt. Diuitiæ conciliant amicos: paupertas nec illos habet amicos quos natura coniunxit. Tantum valet in hominum vita, cuius momentum oportuit esse leuissimum, si res non ex nostris cupiditatibus, sed ex vsu metiremur.

Malus ianitor. 52

πυλωρὸς κακὸς, id est, Ianitor malus: id est, indiligens præfectus, aut custos. Natum à dicto Thericyonis cuiusdam, qui quum videret Philippi copias Illyricas angustias occupasse, sic ait, κακὸς πυλωρεῖ ὑμᾶς ὁ πορίνθιος ὁ πελοποννήσιος ἔχει, id est, Malos ianitores vos ò Corinthij Peloponnesus habet. Si quidem ai guttias locorum, Græci pylas (id est portas) appellant. Refertur à Plutarcho in Apophtegmatis.

Audi chelidonem. 53

† *Tempestiuè curanda negotia.*

πάλιν χελιδόνα, id est, Audi chelidonem. Id est, in tempore curato tua negotia. Quidam à theologo quodam ortum autumant, cui nomen Chelidoni. nam aiunt huic tulisse morem, ob seruatis prodigiis colligere rerum exitus. Atque huius opinionis author citatur Moaleas Patrensis παρ' ὃν πρ. Nonnulli malunt ad auê hirundinem referri, quòd ii studia ita auis ac iugubris, siue quòd veris præcursores existant.

Ominabitur aliquis te conspecto. 54

In deformem.

Σὲ δ' οἰωνιεῖται ἐσθλόν τις ἰδών, id est, Qui te conspexerit, augurium poterit capere. Dici consueuit in deformes, fœdóque aspectu. Veteres ex primo hominis occursu sumebant omen. Occurrere formoso, fœlix omen habebatur occurrere deformi nigroque contra. Romanus quidam imperator (Hadriani s opinor) vt erat omnium superstitionum obseruantissimus, ex Mauri cuiusdam scurræ occursu mortem ominatus est. Ille iussus abire, dictum addidit ominosius, Totum vicisti, totum feci: nunc deus esto. Nam imperatores defuncti, solennibus quibusdam ceremoniis referebantur in numerum deorum. Iuuenalis,

Et cui per medium nolis occurrere nemo.

Non admodum misces. 55

Miscere omnia.

Οὐ μάλα κυκᾷς, id est, Non ad modum misces. Id est, non multum potes neque prodesse, neque nocere. Pericles dictus est totam inuersisse Græciam eloquentia sua, quòd arbitratu suo verteret omnia. Et apud M. Tullium omnia miscere dicuntur qui immodica potentia perturbant rempublicam.

Asini cauda, &c. 56

Οὐ κόσκινον πλέον οὐ πόκοι, id est, Asini cauda non facit cribrum, vbi quis ad hoc aut illud dicitur inutilis. Cribrum è pilis equinis fieri consueuit, non è villis asinæ caudæ. Suspicor hoc ex huius ætatis face sumptum ab Apostolio.

Ipso cratere. 57

Crater malorum.

Αὐτῷ κρατῆρι γένοιτο κακῷ, id est, Ipso cratere contingant mala. Dicitur tam locutum de iis in quos rec dit quod per insidias in alios moliebantur. Craterem enim quasi malorum fontem vocat, vnde κρατὴρ κακῶν, id est, crater malorum, de quo dictum est, alias.

Gutta vini, &c. 58

Σταλαγμὸς οἴνου μοῖραν χολῆς ὑδατὸς ἀγνοῦ, id est, Gutta vini nõ mulcetur aqua læpias intuta. Quum paululo boni nimia mali vis admiscetur. Diluitur enim & euanescit, si pauxillum vini plurima corrumpas aqua.

Bos porrecto vltra Taygetum capite. 59

Ταῦρος κεκυφὼς τὸν ζυγὸν κἀπὸ τῆ ἄρκτου ἔπιεν, id est, Taurus porrecto vltra Taygetum capite bibit ex Eurota. De re vehementer absurda. Simillimum illi, Quid si cælum ruat? Natum ex apophtegmate Geradæ Lacedæmonij: is ab hospite quopiam interrogatus quæ pœna foret adulteris apud Lacedæmonios: negauit vllos esse adulteros apud Lacedæmonios. At in

stans ille, Quid si quis existeret, inquit, quam pœnam daret? Is, inquit, cerebrum maximum dependeret, qui producto vltra Taygetum montem capite, biberet ex Eurota. Quàmque holpes arridens. Et vnde taurus tam ingens? Lacedæmonius vicissim, At vnde apud Lacedæmonios adulter? Refertur à Plutarcho in vita Lycurgi.

Ad cribrum dicta. 60

Τὰ πρὸς κόσκινον, id est, Ad cribrum dicta. Quæ vera compertáque videri vellent, ad hunc appellabant modum. Finitimum illi, τὸ ἐκ τρίποδος. Sumptum à diuinationis genere, quod suspenso circumactóque cribro peragebatur, quemadmodum alias indicauimus ex Aristotele & Luciano.

Iouis tergus. 61

Διὸς πώδιον, id est, Iouis tergus. De re sordida quidem, sed tamen in vsum aliquem seruata. Nam olim victimæ pellem seruabant in pompis Eleusinis circumferendam, vel subiiciendam pedibus eorum qui piaculo quopiam tenebantur, ad expiationem.

Mala vitro adsunt. 62

Fertur & huiusmodi sententia in prouerbiorum collectaneis, διζημένοις τοῖς ἀγαθὰ μόλις παραγίνεται, τὰ δὲ κακὰ καὶ μὴ διζημένοις. id est, Bona vix accidunt his qui quærunt: mala vel non quærentibus obtingunt. Idem & vulgo dicunt idiotæ, neque tamen non verè, Mala vitro adesse, vel inuocata. Et tamen passim vitiis nostris accersimus bellum, lites, morbos, quasi sua sponte parum adsit malorum.

A vicinis exemplum habent. 63

Ἐκ τῶν γειτόνων ἔχουσι τὰ παραδείγματα, id est, A vicinis sumunt exemplum. Qui dicunt quippiam alterum in exemplo prouocati. Vicinus enim vicino morbum hunc affricat, & malorum commercio reddimur deteriores. Huc nimirum allusit Terentius in Andria,

Quid isthuc tam mirum est, de te, exemplum capit?

My sortitus es. 64

† De stulto. Ἔλαχε μῦ, id est, Mi litera tibi sorte obtigit. Ænigma in stultos. nam Græce μωρὸς hanc initialem habent. Quum aliquando Dionysio ea sortibus obuenisset, quidam per iocum ait, μωρολογεῖ Διονύσιος, Stulta loqueris, Dionysi. At ille detorquens ait, μοναρχίαν μὲ εἶπε, inquit, singulari proinde certamine depugnabo. Ad hunc quidem modum refertur in collectaneis Græcorum, sed mendosè: quod liquet ex Plutarcho, qui narrat Dionysium respondisse μοναρχήσω μὲν οὖν, quod inter pietes venerunt, Monarchiæ eruditi. id cepit scripturæ vitio. Legendum enim μοναρχοῦσα μόνον, vt μόνον sit vnica dictio, quæ non inferat tantum, sed adueretur potius. Corrigit enim alterius diuinationem, & subiicit, imò potius ero monarcha. quis enim sic loquitur? Eruditus monarchiæ. Ad hæc μοναρχησάμην non tonat Eruditus monarchiæ, sed Simus monarchiæ. Postremo si legas εἶπεν, vt sit inferentis, non corrigentis, quid aliud dicit Dionysius, quàm ideo se fore monarcham quod stultus esset?

In Pythij templo cacare. 65

Ἐν τοῦ Πυθίου χέσαι, id est, In Pythij templo cacare dicebatur, qui rem nefariam & periculosam faceret. quòd Pisistratus tyrannus extructo templo inscripserat, ne quis imbi ventrem exoneraret. & aduenam quendam deprehensum è medio sustulit.

In terra pauperem, &c. 66

Ἐν γῇ πένεσθαι μᾶλλον ἢ πλουτεῖν πόνῳ. id est,

Egere præstat in solo, quàm diuitem
Sulcare fluctus.

Satius est paululum habere tuto, quàm multum cum periculo. Nec placebant cuidam opes de funibus pendentes, multo minus quas eripere ventis in manu est. Prouerbium admonet, certam fortunam, licet modicam, incertis, quamlibet amplioribus, anteponendam.

Inter pueros senex. 67

Ἐν παισὶ μὲ γέρων, ἐν πᾶσι δ' γέρων παῖς, id est, Inter teneros puer, idem at in pueris senex. Conuenit in hominem grandiusculum, maiorem quam vt puer videri possit, minorem quàm vt vir. Dictum est autem ab æmulis in Hermogenem rhetorem. Accommodare licebit in hominem sic eruditum vt inter idiotas videri possit doctulus, inter eruditos indoctus.

ANIM. HENR. STEPH.

V. nes) *conueniet in hominem grandiusculum, maiorem, &c.* Nihil minus quàm hoc significare volebat Antiochus sophista, quum istud scommatis in Hermogenem iaceret. cuius verus sensus ex his quæ de ipso narrat Philostratus, facile ab Erasmo colligi potuisse videtur. Refert enim, Hermogenem quindecim dun taxat annos natum rem exiisse inter sophistas nominis, adeo vt & Marcomanni decreuerint sui audiendi accendere. sed quum virilem ætatem attingeret, quem habebat dicendi vsum amisisse. vnde & æmulis suis occasionem risus præbuisse. Dicebant enim verba verè, iuxta Homerum, esse pennata: vtpote quæ Hermogenes, tanquam pennas, amisisset. His subiungit, ἦν δὲ Ἀντιόχου τοῦ σοφιστοῦ τὰ λοιδορήματα τοιάδε τις αὐτῷ, ὅτι φησὶν Ἑρμογένης, ὁ τὰ παιδὸς μὲ γέροντα, τὰ δὲ γέροντος παῖς. Quibus lectis, cuncti, vt opinor, mihi assentientur, hunc dicterij sensum hunc esse affirmanti, Qui in puericia, mente & iudicio præditus fuit senili, vel digno quouis sene, in senectute planè puerilem mentem habet. Addit autem Philostratus illum ad summam senectutem peruenisse. *Ingeniū præcox Hermogenis.*

In sola Sparta expedit senescere. 68

Ἐν σπάρτῃ μόνῃ λυσιτελεῖ γηράσκειν, id est, Vna in Sparta expedit senescere. Dictum est, quòd apud Spartanos summus honos senibus habebatur olim. Torqueri poterat ad quoslibet, perires quos virtus in pretio fit. Refert Plutarchus in Laconicis, sed incerto authore. Dictum est autem à quodam hospite, quum videret apud Lacedæmonios iuuenes tantum honoris habere senioribus. M. Tullius in Catone maiore, similem sententiam scripsit de Lysandro: Lysandrum, inquit, Lacedæmonium dicere solitum, Lacedæmone esse honestissimum domicilium senectutis: nusquam enim tantum tribuitur ætati, nusquam est senectus honoratior. Notum est historia de sene, cui quum ingressio theatrum nullus Athenienſium daret locum, soli Lacedæmoniorum legati, canitiem suis reuerenti, & assurgendi officio venerati sunt, & inter ipsos honoratissimum locum cesserunt. Cui facto quum applauderet Athenienſium populus, quasi non Lacedæmonius dixit, scire quidem populum Athenienſem quid deceat, sed negligere. Narratur a multis, nominatim à Valerio Maximo, lib. 4. cap. 5. *Penes quos in precio virtus.*

Ne maior thylaco accessio. 69

Lucianus in Encomio Demosthenis, οἱ δ' ἴσως ἀλλ' ἐβούλετο τὸν μεγίστου σκώμματος ὅπως τὴν ἀπομαντείαν ἐπιγράψω, μήτε μείζων προσκείσθω σύμβολος τῷ θυλάκῳ, id est, At fortè ille vereri sibi ne te torqueatur illud prouerbiale dicterium de male respondente proportione, nempe, ne tibi thylaco maior fit accessoria sarcinula. Thylachus enim culeus est, siue mantica parata gestandis oneribus. Neque me clam est in vulgatis exemplaribus esse πονήρευμα, non πονηρότερον. verum ni fefellerunt mutatis nonnihil sententia potest elici. Est autem σύμβολος ὀνείου, velut oneris adfectura. Translatum est autem à mulionibus, qui præter legitimum onus, vt fama quæ tam supersticiosa ponunt. Ergo quum digressio longior est quàm ipsa res, vti licebit hoc prouerbio. Banus idem alias verbis expressit libro de Spiritu sancto, ἵνα μὴ τὸ ἐπεισόδιον πολλαπλάσιον ᾖ τῆς ὑποθέσεως. id est, Ne illum aliquot modum accessorium multo maius esset ipso principali. *Thylacus.*

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. tione, *ne tibi thylaco maior fit accessoria sarcinula.*) Ita interpretans hunc locum, à vulgatis exemplaribus discedit in duobus vocabulis: quum tamen vnius duntaxat mentionem hic faciat. Ibi enim se πονήρευμα in πονηρότερον mutasse ait de θυλάκῳ, pro quo in sua interpretatione legit σωλάκιον, nihil dicit. & quidem hic locum citat cum πονήρευμα, non cum πονηρότερον, at θυλάκῳ cum σωλακίῳ. quæ tamen μεῖζον θυλάκῳ pro maius thylaco, nemo sit qui ferendum esse dicere audeat. Ego πονήρευμα, sicut τοῦ θυλάκου retinêdo, & datiuum τῷ σωλακίῳ vtique reddo, sic verti posse existimo. Ne facculo in cuspide accedat iusto maior. Fortasse enim mos fuit facculos chartulis, inscriptione eorum quæ in illis reposita essent habentes, affigere: vt & hodie cauponum nostri facculis instrumenta lotis continentibus affigunt. Finguntur ergo tale aliquid: tū ita possit accommodari hæc prouerbialis cōparatio. Veteris ne, & lau-

si laudaturum se Demosthenem professus tot argumenta diuersa congereres, plura essent illa quàm pro materiæ quam suscepisses tractandam, mensura. hoc modo Ἀκάρνες respondebit materiæ quæ tractatur: eorum autem quæ tractantur argumenta, inscriptioni sacculo affixæ. Quanquam, vt ingenuè fatear, hoc meum commentum mihi parum placet: sed qualecunque est, lectionem quam habemus seruat integram. At Erasmus suum cum mutatione vocis vnius (vt alia taceam) induxit: quod tamen, vt ostendi, nisi & altera mutetur, stare non potest.

Acarnici equi. 70

Ἀκαρνικοὶ ἵπποι, id est, Acarnici equi, dicebantur, equi maximi. Finitimum illi cuius meminit etiam Aristoteles, ἵππος Θετταλική, id est, Equa Thessalica. Vergilius item in Georgicis lib. 1. tribuit primam laudem equis Epiroticis.

Equa Thessalica.

-Fixadum primas Epirus equarum.

Acarnanes enim sunt iuxta Epirum, quemadmodum & Thessali. Conueniet vt de re quapiam eximia, aut insigni præmio.

Contribulis factus ferus ordinem. 71

Τριττὺς γεγονὼς τὴν τοῦ τύχῃ, id est, Tribulis factus ferus ordinem. Id est, postea quam alterius es in ordinem aliquem, fungere tuo officio, quemadmodum & cæteri faciunt. Natum à tribubus Atheniensium. Populus Atheniensis distributus erat in trib. duodecim, ad mensium numerum: rursum vnaquæque trib. in triginta genera, quemadmodum vocant, ad dierum numerum. vnde γένη vocabantur, non coniuncti sanguinis propinquitate, sed in eandem tribus partem alcti.

Glaucus alter. 72

Γλαῦκος ἄλλος ἱππόβορος, id est, Glaucus alter ab equis deuoratus. Quadrabit in hominem alendis equis exhaurientem facultates suas. A fabula natum, qualis fertur & de Actæone.

Gorgonem Perseus aggreditur. 73

Deus qui aggreditur ad facinus egregium.

Γοργόνα Περσεὺς ἐπῆλθε, id est, Gorgonem Perseus adortus est. Vbi quis egregium facinus inceptat. Notissima fabula est. Ne hoc quidem prouerbium adscripturus eram, ni mihi repertum esset in Græcorum collectaneis.

Vincula Tyrrhena. 74

† Negotia odiosa.

Δεσμὰ τυρρηνικά, id est, Vincula Tyrrhena, dicebantur odiosa negocia quibus distringebatur aliquis. Traductum à vinculis quibus Tyrrheni captiuos vinciebant, grauibus & molestis.

Diu delibera. 75

Δηρὸν βουλεύου, id est, Diu delibera. Non statim aggrediundum negotium. Carmen integrum fertur huiusmodi,

Δηρὸν βουλεύου, τὸ δ' ἔχε ἐν φρεσὶ σῇσιν ἄριστον. id est,

Consultato diu, multo vt præstare possis.

Lente consultandum: at vbi statueris, mature quod opus facto, faciundum est. Qui secus faciunt, iis non raro solet euenire Platonicum illud, vt festinantes in principio, serius perficiant ad finem.

Epimenidem cornum. 76

Res asseruata.

Ἐπιμενίδειον κέρας, id est, Epimenidia pellis. De re reposita miraculique loco seruata. In nonnullis codicibus scriptum offendi Epimelidium, sed deprauatè, ni fallor. adscriptū erat huius pellem adseruari abditā, ceu rem sacram, apud Lacedæmonios. Indicat autem Eudemus tractum ab Epimenide Cretensi, qui legitur perpetuo somno dormisse quadraginta septē, aut, si Laertio credimus, quinquaginta septem annos, neque paucos postea superuixisse. Vnde consentaneum est huius reliquias, vt miraculi monimentum, seruatas fuisse.

Volaticum iusiurandum. 77

Euanidum iusurandum.

Τοχυβέμενος ὅρκος. Ad eum modum appellabant iusiurandum irritum, quod euaneſceret auolaretque, si mulárque pronuntiatum esset, cuiusmodi sunt amantium. Hæc sententia magis arridet Suidæ. Quanquam Aristarchus apud Eudemū τὸν ἀστέροπα accipit, quasi tardum oporteat esse iusurandum, neq. temere proferendum. neque enim statim euaneſcere si quid iuraris.

Superatus es à gallo quopiam. 78

Ἥττησαι τοῦ ἀλεκτρυόνος, id est, Superatus es à gallo quopiam. locus prouerbialis in seruos qui dominos à tergo sequuntur, supplices videlicet & abiecti: cuiusmodi solent esse galli superati in pugna. Nam hæc auis victa fieri solet, canere si vicisset, vt author est Cicero in Diuinationibus. Addūt gallum in pugna superatum vltro sequi victorem. Sumptum est ex Aristophane, nisi me fallit memoria. Refertur ab Eudemo.

Balantiæ. 79

Βαλαντίαι, De pinguibus dictum & impotentibus. Eudemus meminit, addens esse legendum ἢ τοιαῦτα. Quibus verbis quid sibi velit, nondum satis liquet, nisi fortè exprobratam ingenij tarditatem. Etenim quæ viuido sunt ingenio, caput erigunt: capite esse dejecto, hebetioris ac segnioris animi signum esse solet. nam Græca vox hinc dicta est. βαύζειν enim, vt indicat Hesychius, apud Tarentinos pronum significat: & βάραι hebetes caput. Vnde βαυβῶναι Thracibus dicuntur Bacchæ, Bacchi numine afflatæ quæ & Bassarides dicuntur, vt indicat Etymologicus. Hinc vox deducta ad meretricem quæ se prosternit quibuslibet. Apud Athenæum lib. 4. καρηβαρῶντες dicuntur qui crapula grauatum habent caput. Conueniet in temulentum ac somnolentum. Quemadmodum vsurpauit diuus Basilius in epistola quadam.

Signum cuiusvis hebetis ingenij.

Ex æquo partire. 80

Ἐξίσου δίδου πᾶσιν, id est, Ex æquo da omnibus. Translatum ab iis qui coniuncti aut hæreditatem partiuntur. Quadrabit in iudicem, aut principem, quem oportet æquabile ius reddere.

Ἐπύλια δῶρα. 81

Ἐπύλια δῶρα dicebantur magnifica munera. Sic enim appellabantur apud Græcos quæ postero post nuptias die sponsæ pater adducebat sponso ac sponsæ, pompæ cuiusdam specie. Præcedebat enim puer, candida toga, facem gestans ardentem: post hunc canistrifer, post hunc longa series adportantium aurum, pelues, smegmata, lectticas, pectines, lectos, alabastros, sandalia, sertula, vnguentaria: interdum & doté ipsam. Addunt, & ipsum diem à nuptiis secundum, ἐπαύλιον, quod sponsa tum inducatur in cubile. Adagium accommodari potest & in eos qui iactant suam beneficentiam. Opinor autem hæc esse quæ inconsulti vocant παράφορα. *Paraphora.*

In pedes retrocedit. 82

Ἐπὶ πόδα ἀναχωρεῖ, id est, In pedem retrocedit. de eo qui metu dat locum potētiori, & reuocat se in tutum. Ab athletis aut gladiatoribus sumptum videtur. Hoc est quod Latini dicunt Referre pedem. Quadrabit & in eos qui mutant institutum.

In armis accissat. 83

Ἐπὶ τοῖς ὅπλοις ἀκκίζεται, id est, In armis accissat. In eum qui sibi placet, se sequè quasi contemplatur in armis suis. Conueniet in quemuis sibi stulte placentem. Refertur præter alios etymologico. De Accone muliere quæ ad speculum inepte sibi blandiebatur, dictum est alibi in prouerbio accissare.

In Lipsydrio pugnas. 84

Ἐπὶ λυψυδρίῳ μάχῃ, id est, In Lipsydrio pugnas. Lipsydrium locus erat haud procul à Parnethe, quem mœnibus cinxerant tyranni qui profugerant ex vrbe, prius condiderant. Alcmæon dux. sed in hos obsessos victósque à Pisistrati copiis obliqua cantio cani cœpta est huiusmodi, αἰ μὴ λυψύδριον ἐφθείρατο κοὐδ' ἀπόλοντο, μάχηθ' ἑκάστοτε χ' οἱ ἀμείνονες ἦσαν τῶνδε κακίονων ἀνδρῶν, id est, Heu heu Lipydrion sociorum proditor, quales viros perdidit, ad pugnandum idoneos & claros, quum ostenderent è qualib. essent ortimaribus. Prouerbium dictum in strenuos & bellicosos viros. Locus nomen habet ab aquarum inopia.

Desertum obtueri. 85

† *Attonitis oculis intuentes.*

Ἔρημον ἐμβλέπειν, id est, Desertum intueri dicebatur qui fixis & attonitis intueretur oculis. Metaphoram mutuati sunt ab iis qui pelagus immensum aut solitudinem taciti intuentur. Multis adest hoc oculorum vitium, vt paulo longius semota non exactè videant. Iis si quando dicendum est in hominum frequentia, quoniam in neminem certò figunt oculos, desertum intuēri videntur. Citatur Aristophanes ex Polydo.

Es lopromus. 86

Εὖ σοι ξυμβαίη, πόλλα δ' οἱ βίῳ πάρα. id est,

Cui vel immerenti felicitas.

Sit condus, in reliquum cæna apta, si libet.

Aiunt dictum in eum cui felicitas immerenti contigisset, pecuharitter in eunuchos. Studias indicat Athenæus.

fuisse magistratum decemuiris commissum, qui pecunias in arce Palladis ponitas seruarent, quas sacras & publicas appellabant, vna cum ipso Palladis simulacro, ac reliquis templi ornamentis. Erant & tamiæ triremium, qui præfectos triremibus solent comitari, veluti custodes. Is magistratus interdum foracibus committebatur, quum oportuerit incorruptos atque integræ fidei viros ad id asciscere. quasi nihil referret qualis suscipias prouinciam, modo commissa sit. Per ironiam dici potest ea qui dignitatem inuadit, nihil laborans quam eruditionem, quoiue mores postulet ea dignitas. quasi dicas, Esto dignitate episcopus, moribus vel canis, si libet. Solent autem reges gazas suas & vxores eunuchis committere.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. *sed peculiariter in eunuchos.*) Hallucinatur hic, dum vult prouerbium efferri quidem vt dicitur pro nobili: enim interpretatur ἔμμιας) at verò peculiariter in eunuchos dici. Neq. hoc dicturus erat, si errorem qui est in voce ἔμμιας, animaduertisset. est enim non ἔμμιας legendum, sed ἔμμιας. qua voce eunuchus significatur. Hoc autem erratum non ex vllius codicis authoritate emendo (quia vnde petitum sit hoc adagium, nescio) sed ille ipse, quicunque est, ex quo Erasmus rescripsit peculiariter in eunuchos id dici solitum: hoc mendum mihi velut digito monstrat Quinetiam ipsa carminis mensura, (quæ postulat vt μι longum sit, quū in ἔμμιας sit breue) hanc lectionem primo fronte suspectam animi reddidit. Nec verò dubito quin hoc prouerbium ex eo natum sit, quòd quum olim reges magnam diligentiam & cautionem in deligendis eunuchis adhiberent (vt pote quibus, quum ita res ferret, & gazas & vxores suas crederent) cessisset (postea tanta diligentia in eorum delectu adhiberi paulatim desiit: tandem etiam sine vllo delectu id officij mandari cœptum sit quibuslibet, qui modo spadones essent. Facetiæ ergo hinc ἔμμιας & in eius locum subsitituitur ὑμμας. sed vna cum voce ἔμμιας facetiæ quæ de ea ex Suida petita sunt, tanquam videlicet adagij rationem reddentia. Quanquam hoc de suo Erasmus addit, eum magistratum interdum foracibus committi solitum. Mitor verò qui pro magistratu accipiens ἔμμιας verteret promum: tem cui eo interpretaretur Sisenna forte eum lingua Latina deceptus, in qua Esto pro Sis dicitur. Quinetiam πᾶλλα rectius vertisset Cætera, eo modo quo dixit Virgilius, cætera Grajus. Sed libet de accommodatione huius prouerbij pauca dicere. In eum qui, quòd sit nobili familia natus, aut diues, ad honores ad mittatur, quum sit alioqui improbus: recte torquebitur hoc proverbium, mutata voce πμιος in ἄξιος, aut πανοῦργος. Sic qui à vulgo non ob virtutem virtutem, sed dumtaxat quod nobilis sit, tanquam belli dux aut consul honoratur, recte quis dicat, Esto dux aut consul: cætera esto canis. R. Æ. item. quadrabit in omne genus hominum, vbi quis sine vllo suo merito, cùm alioqui sit planè ineptus, ad munus in republica obeundum fuerit admissus.

Vnde natum proverbium.

Ephemeris vita. 87

Ἐφημέρου ζωὴ, id est, Ephemeri vita. De iis qui statim emoriuntur: aut pereunt: ab animantibus quæ ita appellantur quòd vltra diem non viuant. Antiocheus libro de natura animalium 5. prodit ad hunc modum de ephemeris Hypanis, inquit, fluuius apud Cimmerium Bosphorum sub solstitio ferè veluti fontes acutis maiores, quibus quad. ui edes volucres [illegible], quod genus animalis in posterum diem non superstes vluit & volat, mox declinante sole marcescit & languet, mox occidente exoritur, vita non vltra vnum diem peracta. vnde ἐφήμερος appellatum. Refert Plinius lib. 11. cap. 36. nihil quòd ait animal [illegible]. Aristotelem citat M. Tullius Tusculanarum quæst. lib. 5. addens, Hypanim ab Europæ parte profluentem.

Hemerobia.

Canis mendico auxiliaris. 88

Κύων πτωχοῦ βοηθός, id est, Canis mendico auxilians. Vbi quis nobis aduersetur, & diuersis studiis patrocinetur is cuius auxilio nitebamur. Nam canes infecti sunt mendicis, velut ἀντίτεχνος, nihil quando frusto panis corrumpuntur.

Iupiter aquilam delegit. 89

Διὸς αἰετὸν ἔλαχε id est, Iupiter aquilam delegit. Vbi quis alterius tibi præclaros, suis que rebus accommodos. Poetæ fingunt aquilâ Ioui sumpsisse, quòd hæc auis omnium altissimè subuolet, nec ictu fulminis læditur. Eiusdem vsus est opera in rapiendo catamito puero.

Aut minus animi, aut plus potentiæ. 90

Ἢ φρενῶν ἧσσον ἢ δυνατὰ δύνασθαι, id est, Oportet aut minus animosum esse, aut plus posse. Conuenit in feroces, quorum arrogantiæ non suppetant vires: aut qui non timent irritare quem vincere non possint. Φρενῶν accipi potest pro sapere. qui sunt humili fortuna, iis multa dissimulanda sunt: quandoquidem quod vident perperam fieri, non queunt vetare. & quod sentiunt fieri oportere, non possunt efficere. Plutarchus in Laconicis tribuit Archidamo Zeuxidami filio, quum filium videret præcipitantius & inconsideratius pugnantem cū Atheniensib. ἢ τῇ δυνάμει σχῆσε, ἢ τῷ φρονήματι ὑφεῖτο. Aut adde virtibus, aut detrahe animo.

Felicitas à Deo. 91

Θεοῦ δ' ἔστιν ἔνι δ' εὐτυχὴν ἔμεναι. id est,

Felicitas datur deum omnium munere.

Vires nostræ bene cedant, id in nobis situm non est, sed à superum arbitrio pendet. Hominum est conatus, Dei est euentus.

Conatus humanum, eventus est.

Hystricis seta. 92

Ὑστρίχος σκέτη, id est, Pilus hystricis, dici potest: de re quam attrectat in quempiam torsum. Ab animante sumptum, cuius setæ irritato, pinnas aculeatas, quibus illi tegumenta horrent, tentantibus osculari, etiam proculdubio licet intenta cute. Has igitur ora canū vigentium rigent. Est autem hystrix de genere ericiorum, nisi quòd hunc longiores aculei. India & Africa potissimū nutrices generat, vt autor est Plinius lib. 8. cap. 35.

Alter Ianus. 93.

Ἰανὸς ἄλλος, id est, Ianus alter. Quadrabit vel in prouidum ac circunspectum, vel in anceps & perfidum. Persius, 1 Sat.

O Iane, à tergo quem nulla cicoma pinsit.

Sumptum à Iano bifronte, cuius notior est fabula quam vt hic loco percensenda.

In circumspectum.

Veste circunfers ignem. 94

Ἱματίῳ τὸ πῦρ φερεπίλλεις, id est, Veste circunferis ignem, vbi quid ridiculi sit. Aut vb. quis suum ipsius malum fouet, veluti scortum, aut adulatorem, aut fictum amicum.

†*Ridiculè fictum.*

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. Ἱματίῳ.) Hoc proverbium vt male interpretatus est, ita nunc male exponit. neque enim φερεπίλλω circumfero (quod est φέρω) significat, sed inter alia, Coopertio, Tego, Occulto. Ita porrò, Tego, Occulto, Dissimulo, Glacio, compositum Latinis compositis reddatur, Circumtego, Circumfodio, Obtego, Obuelo, Obduco. Ergò τὸ πῦρ ἱματίῳ φερεπίλλεις non sonat, Veste circunfers ignem, sed Veste ignem circumtegis, vel occultas. sæpe enim hanc significationem habet. vnde & φερεπίλλιμον aduerbium pro Occultè, & nomen φερεπίλλη pro Occultatio. Sed quid verbis opus est? ipse nos Socrates quomodo & interpretari & explicare hoc adagium debeamus, docebit hoc suo epiphthegmate, οὐτι τὸν ἱματίῳ φερεπίλλειν δυνατὸν, οὐτι αἰσχρὸν ἁμάρτημα χρόνῳ. Id est, Neque ignem velle, neque turpe delictum tempore occultare possibile est. Simile ergo fuerit hoc illi, Elephantum sub ala occultas. Huc pertinent illi Ouidiani versus, in quibus ignis amoris accommodatur quod de altero igni proverbio iactari solet,

Sed male celatur flamma: quis enim celauerit ignem,
Lumine qui semper proditur ipse suo.

Erinnys ex tragœdia. 95

Ἐρινὺς ἐκ τραγῳδίας, id est, Erinnys ex tragœdia. De fœdis & horridis. Sumptum ex Aristophanis Pluto, quo loco dictum est de genio.

Ἐρινὺς βλοσυρὸν ἐκ τραγῳδίας. id est,

Horridus est Erinnys ex tragœdia.

De fœdis & horridis.

Strabo Geographiæ libr. 4 tradit insulas esse 10. in oceano Gaditano, nomine Cassiterides, quarum vna prorsus inculta sit, in reliquis habitare homines colore fusco, tunicis vtentes ad talos vsque demissis, pectoribus thoracis obuinctis, baculos manu gestare: in summa, persimiles Furiis tragicis. Quibus ex verbis appareret hoc habitu Furias in tragœdias induci solere.

Cassiterides insulæ.

Æqualitas haud parit bellum. 96

Ἴσος πόλεμον οὐ τίκτει, id est, Æqualitas bellū haud parit. Æqualitate continetur concordia; inæqualitas discordiarum

diarum est mater. Est Solonis apophthegma, quemadmodum scribit Plutarchus in huius vita, admonens dictum hoc fuisse vulgò celebre. τὸν ἶσον πλακοῦντα ἐσθίειν.

Piscas primùm à capite fœtet. 97

† *In malos principes.*

Ἰχθὺς ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ὄζειν ἄρχεται, id est, Piscis à capite primum incipit putere. Dictum in malos principes, quorum contagione reliquum vulgus inficitur. Apparet ab idiotarum vulgo sumptum.

Etiam batylum devorares. 98

De voracissimo.

Καὶ βάτυλον ἂν κατέπιες, id est, Etiam batylum deglutires. In voracem & omnia concoquentem. Nam batylus dicitur saxum illud fasciis obunctum quod pro Ioue devorauit Saturnus, vt testatur & Hesychius.

Malum vas non frangitur. 99

Κακὸν ἄγγος οὐ κλᾶται, id est, Malum vas non frangitur. Qui deterior, & nonnunquam viuacior, & in periculis tutior. Simili metaphora dicunt & hodie vulgò, malam herbam non perire.

Etiam quercus bacchatur. 100

Καὶ δρῦς, μαινάς ἐστιν, id est, Etiam quercus, mænas facta est. De iis qui vix deminuntur. Ab Orphei fabula, quercus sua cithara demulcente. Mænades enim sunt mulieres afflatæ Baccho.

CHILIADIS QVARTAE CENTVRIA TERTIA.

Vita molita. 1

Triscorum victus.

Ἀλεσμένος βίος, id est, Vita molita, siue Victus, vitæ loquamur, formatus Suidas indicat adagium variè accipi: Quosdam vsurpasse de vita priscorum qui glandibus victitabant (fortassis ob id quòd his seculis ignotus adhuc esset carnium & piscium esus, solaque glandium farina victitarent mortales) Alios de his quibus citra laborem vita lauta contingeret: propterea quòd aliquandiu post frumenta reperta, farinæ faciendæ ratio nesciretur. est autem farina paratior, si cui libeat vesci, alioqui proscindendum arui, serendum triticum, metendum, excutiendum, molendum, pinsendum. Nonnullos de iis qui in magna rerum, quas desiderarent affluentia, vitam agerent. vt affine sit illi quod alio positum est loco, οὐ τῷ ἄκανθαν, id est, Non enim spinæ. Cæsar Commentariorum libro 1 Trium mensium molita cibaria sibi quemque domo efferre iubent. Huc alludere videtur Aristophanes in Equitibus, quum Cleon populo blandiens ita loquitur,

Ἀλλ' ἤδη σοι ποιῶ σεσιασμένα. id est,
At ego paratus tibi farinas iam dabo.

Cui respondet altera persona,

Εἶτ' ἦ μαζίσκας γ' ἡδυσμασμένας,
Καὶ πῶμα σεσιὰν μὴ ἄλλ' εἰ μὴ ἔσθι. id est,
Bene macerata ego dabo tibi massulas,
Piscémque coctum nil aliud quàm vesce e

Victus maceratus.

Hoc posteriùs pertinet ad prouerbium quod antè retulimus, Victus maceratus. Rursus in eadem fabula, quum Cleon offerret μαζίσκας μεμαγμένας, alter respondet,

Εἶτ' ἦ μυσίνας μεμαγμένας,

Panem intelligens iam iure maceratum ac madefactum, & ob id paratum esui. Ac mox offert vinum iam temperatum. vt statim possit bibi,

Ἔχω γ' ἥδιον κεκραμένον σεσία γ' ὕδωρ. id est,
Dilutum habe, quod cibabis, tria ac duo.

Nam olim vinum non bibebatur nisi aqua dilutum: quod apud Germanos insuetum est. Optimam autem temperaturam existimabant, si duob. vini cyathis duo aquæ adderentur. Porrò quæ parata sunt, ea gratiora esse paulo post declarat populus, quum enim alter iactaret se suo periculo rapuisse quod dabat, alter coxisse, respondet,

Ἀπόλοιο, ἀλλὰ τῷ θεῷ δίκης ἡ χάρις.

significans illi debere gratiam qui cibum paratum apposuerit.

Malum est bonum, &c. 2

Κακὸν τὸ καλὸν, ὧδέ τι καὶ ἐκείνου τυχόν. id est,
Bonum malum sit, tempore haud datum suo.

Nihil gratum quod intempestiuum. Pharmacũ in tempore datum saluti est: secus datum, mortem adfert. Citatur apud Athenæum lib. 7. huc versiculus ex Timone,

Καιρὸς δοῦναι, καιρὸς ἔχειν, καιρὸς ἀπολέσθαι. id est,
Tempus amandi, tempus habendæ commune est quod
Rebus ab his tandem monet desinere tempus.

Caricum sepulchrum. 3

Res sumptuosa.

Καρικὸν τάφος, id est, Caricum monumentum, De re magnifica sumptuosáque. Sumptum à Mausoli sepulchro quod est apud Caras. Plinius lib. 36. cap. 5. ostendit opus hoc inter septem orbis miracula commemorari, idque potissimum ob artificum famam. Patebat ab austro & septentrione sexagenos ternos pedes: breuius à frontibus, toto circuitu pedes quadringentos vndecim. Attollebatur in altitudinem viginti quinque cubitis. Cingebatur columnis quadraginta sex. Ab oriente cælauerat Scopas, à septentrione Bryaxis, à meridie Timotheus, ab occasu Leochares. Opere nondum absoluto periit Artemisia. Latini huiusmodi monumenta † *Mausolea.* vocant mausolea. Martialis libro 1.

Aere nec vacuo pendentia mausolea.

Item Propertius libro 3.

Non mausolei dives fortuna sepulchri.

Malum munus. 4

Κακὸν γε δῶρον ἴσον τῷ ζημίᾳ. id est,
Munus malum, æ pernicie vix dispendium.

Nocet, non iuuat, qui largitur noxia veluti si quis adolescenti subministret pecuniam, aut stulto committat imperium, aut indocto sacerdotium.

Inani spe flagrat. 5

Spes fallax.

Κενεαῖσιν ἐπὶ ἐλπίσι θερμαίνεται, id est, Inanibus spebus incenditur. In eũ qui frustra sibi magna pollicetur. Spes enim stultis addit animos, etiamsi procul absint. Sapiens etiamsi speret, dissi mulat. Decerptum apparet ex Sophocle, apud quem Aiax ita loquitur,

Οὐκ ἂν φρενώλης ἀνδρὸς κέρδη ἔροιτ',
Ὅστις κενῇσιν ἐλπίσιν θερμαίνεται. id est,
Haud emero virum mente nulla præditum,
Quemcunque inanes spes mouent & urentes.

Æschines contra Timarchum, ἐνέπλησεν αὐτὸν ἐλπίδων, id est, Postea quam illum implesset inanibus spebus.

Volutur dolium. 6

Alterò exemplo commouetur.

Κυλίεται ὁ πίθος, id est, Reuolutum est dolium. In eum qui commouetur alterius exemplo siue instinctu ad stultè quid faciendum. Nam dolium facili impulsu quo velis volutatur: at lapidis tetragoni similis, semper fixus & immotus. Apparet esse natum ab historia de Diogene in publico ciuitatis tumultu voluente dolium, quã refert Lucianus libro de cõscribenda historia.

ANTMAD. HENR. STEPH.

V. *eum qui commouetur alterius exemplo siue instinctu ad stultè quid faciendum*) Volucre etiam is dicitur a Luciano (ad id videlicet respiciente quod de Diogene narratur) qui occupatos alios cernens, ocium & ipse abrumpit, inter negotiosos & ipse aliquid negotij sibi impo nit. qui denique quoduis quamuis libet inutile agit, ne inter occupatos solus otiosus sit. Sed Luciani locum satius fuerit afferre, vnde etiam quæ addit Erasmus de sapiente tetragono in eo, plane ἀνεπιδεκτον esse apparebit. Quum, inquit, Philippum aduentare cum exercitu fama esset, ideóque omnes Corinthij in variis operibus essent occupati ad belli apparatum pertinentibus, tunc & Diogenes dolium suum sursum ac deorsum per Craneum prouoluere cœpit, Roganti quid ageret, respondit, Ego quoque dolium volutando solus otiosus esse inter tot negotiosos videar. Ego itidem, ô Philo, ne solus in tam clamoso tempore tacerem, rectè facturum me existimauri si pro inca virili dolium voluta rem: nimirum historiam non scribens, sed aliis eam scribentibus pauca quædam præcepta suggerens. Libellum autem circa cuius principium hæc dicit, (is inscribitur πῶς δεῖ ἱστορίαν συγγράφειν) his claudit verbis, οὗτός σοι κανὼν ἔστω τῆς ἱστορίας δημόσιος. ἢ εἰ μὲ καταμόνας τινὰ αὐτὴ, δῶ σὺ ἔχει, ἢ εἰς δύο ἢ τρία γράφειν. εἰ δὲ μὴ, κινήσεται ὁ πίθος ὁ πρώτος. Quanquam in Aldina editione & alijs pro πίθος

legitur λίθος, quum in loco quem modò interpretatus sum, habeant κυλίω τὸν πίθον, non λίθον.

Ceram auribus obdit. 7

Κηρὸν τοῖς ὠσὶν ἐπιπλάττειν, id est, Ceram auribus oblinis. In eos qui recusant audire æqua vel iniqua. Natum ab Vlyssis cera, qua suas aci sociorum aures obturat apud Homerum, aduersus Sirenarum cantilenas.

Corui luscinius honoratiores. 8

† Deteriores prælati melioribus. Κόρακες ἀηδόνων τιμιώτεροι, id est, Corui luscinius honoratiores. Cum indocti doctis præferuntur improbi probis, blateriones eloquentibus, rapaces ac furaces cordatis & integris viris. Aut cum plus tribuitur improbitati & audaciæ, quam eruditioni ac sapientiæ.

Communem naufragium. 9

Κοινὸν ναυάγιον τὸν πλοῦν, τὸν γάμον, id est, Commune naufragium est nauis, &c. Natum. Multo facilius fertur malum quod nobis est cum omnibus aut cum multis commune. Quin & hodie iactatur inter scholasticos, Miserum est habere calamitatis socium.

Cypariſſi fructus. 10

† Dicta magnifica, sed inutilia. Κυπαρίττου καρπός, id est, Cypariſſi fructus, De vergbis dictu magnificis, cæterùm inutilibus. Prouerbium fluxit à natura arboris, quam Plinius libro 16. scribit, natu morosam esse, tum tum aspectu eximiam, baccis torua, foliis amaram, odore violentam, ac ne vmbra quidem gratiosa. Hactenus Plinius. Atque huiusmodi quum sit, tamen proceritate (vnde & conifera vocatur à poetis) ac perpetuo virore, neque non nascendi difficultate, nouum aliquem fructum polliceri videtur. Theophrastus autem lib. De causis plantarum 1. scribit semen cupressi adeo esse minutum, vt vix oculis percipi possit. Neque enim huius esse fructum totum id quod pilæ speciem gerit, sed quod cono innascitur, perquam tenue & exile, laricis semini proximum, quod pilula sua dehiscente dilabitur, nec legi nisi ab experto potest.

Ματτυάζειν. 11

† Insuauiter viuentes. Athenæus Dipnolophistarum libro 14. refert cibi genus primùm à Thessalis repertum, sed quod Athenis quoque fuerit in deliciis, quum subessent imperio Macedonum, quorum lingua dicebatur ματτύα, a Græca voce μάττω quod est pinso, siue macero: vnde dicta sit & μάζα, quę & ipsa prouerbio locum fecit. Vt τὸν ἁβροματτάζειν dicerentur qui lautius viuerent. pòst quicquid esset opiparum & elegans in cibis, ματτύα dicebant, etiam in ouibus, piscibus, oleribus ac tartis. & ματτυάζειν, qui suauiter viuerent. Citantur in testimonium vetus ex Alexide,

Σκεῦ' ἆζετ', ἀλλὰ, φησὶ, πῶς πίνει, λέγε,
Λίπαρῶς, ματτυάζει. id est,
Facite apparatus, & cœnis incumbite,
Lepamus, aquę mat vaget.

Λίπαρῶς. Ματτυάζειν. Cæterùm Atticis ἐπιτείνειν dicuntur qui intemperanter indulgent venęri, hucusque tollor allusum, quod λιπάζω sonet deglubo, quæ vox & Latinis vsurpatione facta est obscœna. λίπος enim Græcis pellem significat. De mattyis qui plura volet cognoscere, legat finem decimiquarti libri quem modo citaui, & mattyis explebitur affatim: tot authoribus Athenæus docet quid sit mattya. Idem lib. 4. tradit apud Lacedæmonios ματτύλια dicta bellaria quæ post ἄκρατον (id erat conuiuij genus) apud illos dabantur, quæ quidem & ἐπίκλητα vocabantur. Meminit huius cibi & Matrisis lib. 9. Mattya sola iuuant.

Matiolæchus. 12

† In minimis exquisitus. Ματτιολοιχὸς vulgato conuicio dicebatur ligurito, & in minimis etiam rebus exquisitus. Quin & Hesychius indicat quod pusillum sit, id Græcis dici ματτίον. Aiunt autem esse cibi genus. Equidem in commentariis Græcorũ inuenio ματτίον vocari quod est minimũ, aut genus mensuræ. Proinde quadrat in eos qui per fraudẽ minimis e rebus lectãtur compendium, ἀπὸ τοῦ ματτίου καὶ λειχῶσαι. nisi magis a λιχνεία. Vsurpatur ab Aristophane in Nebulis, inter multa epithera quibus virum improbum notat. Interpres tam varie exponit, vt satis fatetur se nescire, scribens dici de eo qui malignam dat mensuram, de parco ac sordido, de eo qui cognat inania, siue nanciscitur friuola.

Post Marathonem pugna. 13

Μετὰ τὴν μαραθῶνα μάχη, id est, Post Marathonem prælium. Vbi quis post calamitatem in aliam nouam rursus incidit. Marathon locus est Atticæ, crebris cladibus insignis, vbi acerrima pugna fuit cum Persis. refert Herodotus lib. 6. Simile huic μετὰ πόλεμον ὕβρεις, Post bellum tumultus.

Ne vitiet muſicam. 14

Μὴ παιδεύσῃς τὴν μουσικὴν, id est, Ne vitiet muſicam: Id est, ne loquaris dilucrepantia, ne noua moliaris. Plutarchus in Apophthegmatis refert ita loquutum Emerepen in Phrynidis cantoris organo duas ex nouem incidentem fides, quòd septem satis esse duceret.

Aſſutior coccyce. 15

Μηχανικώτερος κόκκυγος, id est, Coccyce astutior, dicebatur qui astu sibi consuleret. Sumptum ab auis ingenio, quæ subiicientis in nidos alienos, maximè palumbium: de qua abundè Plinius & Aristoteles.

Heſperidum mala. 16

† De rebus splendidis. Μῆλα τὰ ἑσπερίδων δωρήσω, id est, Mala Hesperidum largiri, qui magna splendidaque largirentur. Nota est fabula de malis aureis. Huc alludisse videtur Maro noster in Bucol. carmine,

Aurea mala decem misi, cras alera mittam.

Solæ Lacænæ viros parunt. 17

† De fœmerè educatis. Μόναι Λάκαιναι ἄνδρας τίκτουσι, id est, Solæ Lacænæ viros parunt. Apud Lacedæmones fortissimi viri nascebantur, & apud eosdem matres leuere natos educabant. Natum est prouerbium ex Apophthegmate Gorgûs Lacænæ Leonidæ vxoris, cui quum peregrina quæpiam dixisset, μόναι γὰρ ἀνδρῶν ἄρχετε ὦ λάκαιναι, id est, Solæ viris imperatis Lacedæmoniæ respondit, μόναι γὰρ τίκτομεν ἄνδρας id est, Solæ enim parimus viros. Refert Plutarchus in vita Lycurgi.

Myrteam coronam ambis. 18

Μύρτινον, id est Myrteam cupere, dicebatur qui tyrannidem aut magistratum ambiret. Nam olim principes myrteis corollis coronabantur, si quidem Suidæ credimus.

Præuertit ancoræ iactum Deus. 19

Ἀντὶ ἀγκύρας τὸν θεὸν ἔπεμψε Ζεύς. id est,

Sed antecessit ancoræ iactum Deus.

† Res præter spem. Quum res præter spem euenit. Traductum à nautis, quibus accidit sæpenumero vt quum parant sese vt ancoram iaciant, in portum appulsuri, repellantur à ventis, & in mediam tempestatem reuocentur.

Pro Delo Calauriam. 20

† Officium officio pensatũ. Ἀντὶ Δήλου τὴν Καλαυρίαν, id est, Pro Delo Calauriam. Est in tabulis Neptunus cum Latona permutationem fecisse, vt illa Calauriam insulam Neptuno concederet, posſideret Delum, próque dato Tænaro reciperet Pythonem. Est autem Calauria exigua insula, haud procul à Creta. Pausanias in Corinthiacis tradit Calauriam olim fuisse sacram Apollini, Delphos Neptuno: hos inter se commutasse loca. Meminit eius rei Strabo quoque libro 8. Tæzen, inquit, sacra Posidonis (id est Neptuno) est. vnde & Posidonia dicta quondam. Eminet autem e mari ad quindecim stadia: ne ipsa quidem obscura ciuitas. Huius portus dicto Pogon imminet Calauria, exigua insula, circuitu stadiorum triginta. Hic erat olim asylum Neptuno sacrum. & fama est hunc deum commutatione facta cum Latona, data Delo recepisse Calauriam. Ego verò, pro Pytho recepisse Tænarum. Ephorus autem ipsum refert oraculũ.

Ἐστι νῆσον τὴ καλαυρίαν τὴ πέμασσαν,
Ῥηϊτὸν ἠμαθόεσσαν, ἐὺ ναιόμενον λιμέσσιν. id est,
Est, refert, eius faciem calauria cuita,
Pythoſve excellens arenosa Tænarus auris.

Eatenus in prouerbium abiit, quoties manus manum lauat, & officium officio pensatur.

Antiquior Codro. 21

Πρεσβύτερος Κόδρου, de priscis, & ob antiquitatem admirandis Codrus antiquissimus Atticæ rex, cuius alibi nobis facta mentio. Ad hunc genus suum referebant qui generosi videri volebant.

Hirundo totos ſchœnos antebit. 22

Πρόσω τὸν χελιδὼν ὅλους σχοίνους περᾷ, id est, Hirundo quæpiã totos schœnos præterbit. Vbi quis immẽso vincit interuallo. nam σχοῖνος Græcis mensuræ genus, quæ (sicut existimat Herodotus libro secundo) sexaginta complectitur stadia: quemadmodum & docet Hermogenes in libello cui titul' ἐστὶ μεθόδου δεινότης, olten-

ostendens esse verbum Ægyptium, quemadmodum parasanges Persicum. Etiamsi Plinius libro 12.cap.14. quadraginta stadia tribuit schœno, quæ efficiãt passuũ quinque millia. Rursus idem lib.5.cap.10.scribit schœnium patere stadia triginta: vnde varietas videtur accidisse scribarum vitio. Quanquam suspicor hoc loco Chelidonem pro viro accipiendum, cuius alibi facta est mentio, qui haud scio an cursu celeritateque præcelluerit.

Nihili cocio est. 23

Qui pollicitatores. Plautus in Asinaria, Vetus est, nihili cocio est. Dictum videtur in eos qui pollicentur in futurum, nec exhibent rem præsentem. Laberius apud Gellium cocionem peruulgato verbo dixit quem veteres ariolatorem dixerunt. Dicuntur autem hæc apud Comicum à lena, quæ prædicabat sibi oculatas esse manus, atque id demum credere, quod videret. Quod autem alij legunt coactionem, id neque carminis ratio patitur, nisi vocalem elidas. Ex Festo Pompeio propemodum licet conijcere coctionem esse legendum. Ait enim coctiones appellatos à cunctatione, quòd in emendis vendendisque mercibus tardè perueniãt ad iusti pretij finem, proinde apud antiquos primam syllabam per u literam non per o scribi solitam. Arbitror huic adstipulari quod scribit Annæus Seneca libro epistolarum 11. disserens non esse cessandum à benemerendo, quod aliquando incidemus in hominem ingratum. Et post malam, inquit, segetem serendum est. sæpe quicquid perierat assidua infœlicis solt sterilitate, vnius anni restituit vbertas. Est tanti, vt gratum inuenias, experiri & ingratos. Nemo tam certam habet manum, vt non sæpe fallatur. aberrent, vt aliquando hæreant. Post naufragia, maria tentantur. Fœneratorem non fugat à foro coactor. Otiò inerti otio vita torpebit, si relinquẽdum est quicquid offendit. Hactenus Seneca. Quo loco num coactor legendum sit, nẽne, studiosis expendendum relinquo. Iuxta etymologiam cuntio sit a cũcto, aut mutata littera contio dicẽdum esset. nisi quod Festus Pompeius ostendit eundem esse coctionem & cocionem. Is in dictione arulator, consentit cum Gellio, confirmans eundem esse cocionem cum arulatore. arulatorem autem dici à voce Græca αἶρε, id est, tolle: quòd merces eas sequatur, ex quibus si quid ceciderit lucri, possit tollere.

Cuntio, seu cuntio.

Non nauigas noctu. 24

In eum, qui nihil certi habet. Οὐ νυκτὶ πλοῖς, id est, Non noctu nauigas. De eo qui nihil est certi quod sequatur, propterea quòd nocturnis temporibus certius nauigant nautæ propter stellarum notas, de quibus alias dictum est. Chrysippus, vt citant, negationem detraxit, οὐκ ἄρα νυκτὶ πλοῖς manente, sicut ego quidem arbitror, eadem sententia. Nam quid alioqui foerat memorandum si Chrysippus citra negationem extulisset? quasi verò non idem iuris sit in quauis oratione. Quanquam autem nautæ noctu stellarum indicia sequuntur, longè tamen certior est interdiu nauigatio.

Mores hominum regioni respondent. 25

Καὶ ἡ φυτῶν τὰ σπέρματα καὶ τὰ ἀνθρώπων τὰ βίοις ταῖς χώραις συνεξομοιοῦται, id est, Et plantarum semina, & hominum mores ad regionis habitum respondent. Refertur & hoc in Græcorum prouerbiorum collectaneis: alioqui non eram adscripturus. Equidem arbitror natum ab apophthegmate, cuius meminit Plutarchus. Vt triticum in nonnullis agris degenerat in alium genus, soli vitio: ita pro qualitate regionis variantur hominum ingenia. Montani, asperi ferè sunt & inhumani: littorales, fermè prædones & immites: campestres, molles & humani. Herodotus in calce libri vltimi, satis declarat primum è Cyri responso natum esse. Etenim quum Persæ rerum potiti, postularent vt ex aspera regione, quam tum incolebant, transferrentur in commodiorem ac feraciorem, annuit quidem, sed admonitis vt posthac sese pararent ad terminandum, non ad imperandum, Φιλέουσι γὰρ αἱ μαλακαὶ χῶραι μαλακοὺς γίνεσθαι· οὐ γὰρ ἂν αὐτοὶ γε φέροιεν καρπὸν διχόμοιρον φύειν, οὐδὲ ἄνδρας ἀγαθοὺς τὰ σώματα, id est, Ex mollibus enim regionibus molles homines nasci solere, neque enim eiusdem esse terræ fructum egregium producere, & viros in re bellica præstantes.

Cum cane simul & lorum. 26

Nihil reliqui. Σὺν τῷ κυνὶ καὶ τὸν ἱμάντα, id est, Vna cum cane lorum quoque. Clausula est heroici carminis. Eudemus indicat dici quoties simul omnia pereunt, vt nihil omnino sit reliqui, ne spes quidem recuperãdi quod periit.

Te ipsum inspice. 27

Μὴ τὰμὰ, ἀλλὰ σὸν καὶ σῶν σκόπει. id est, *Age, non meum, verum & tuum inspecto genus.*

Teucer in tragœdia quapiam in Agamemnonem sibi generis vitium probro vertentem, quòd nothus esset, regerit huiusmodi conuicium, quòd & ipse genus duxisset à Clisthene effœminato. Stultum est in alterum dicere quod in te possit retorqueri. Adagium refertur à Plutarcho.

Ne mihi vacuam abstergas. 28

Theocritus in Syracusiis,

Μή τις ἀμὰ Φερσεφόνα, ὃς ἐμεῦ καρτερὸς ἔσσι,
Πλὴν ἐνὸς ἐξαίρετος, ἅ μοι ἔπραξε δόμαισιν. id est,
Ne quisquam cuiusi, Proserpina, quem dominum, vno
Excepto, agnoscamus, ego id non curo, sancte
abstergas ne mi vacuam.

Subesse prouerbium videtur in eo quod ait, μή μοι κενεὰν ἀπομάξῃς. Subaudiendum autem γάστρα, χώρα, aut simile quiddam. Apparet esse communitantis aut timentis alapam aut colaphum, nam locus nondum satis liquet. Eruditis itaque relinquimus excutiendum diligentius. ἀπομάττειν dicuntur & plastæ qui argillam oblinunt, dum fingunt imaginem. Solent quidam simulare officium, quasi velint aliquid fordium à mala abstergere, & interim imprudenti illinunt aliquid fordium. quemadmodum inducunt Bacchum facie gypso & vuarum succo oblita. Interpres tamen, homo nec admodum doctus, nec diligens, mauult subaudiri mensuram. fortasse χοίνικα. Quod in mensura redundat, abstergetur tersto baculo. Fallit igitur qui nondum plena absterget, ita simulans aliquid redundare. Sentit se non esse illi ancillam, vt ab eo debeat obiurgari. Heri offensi defraudant seruos suo dimenso. hoc est, ni fallor, quod ait, Non sum sollicita ne mihi mensuram vacuam abstergas.

Quum sis nanus, cede. 29

Ναῦς οὐ, νᾶνος, id est, Nanus quum sis, cede. De *In pusillum, pusillis dictum.* Nani enim homunciones appellantur & *& ineptum.* infra modum humani corporis, & prodigiosæ breuitatis. Iuuenalis,

nanum Atlanta vocamus.

ναῦς enim Græcè dicitur quasi μὴ αὖον, quòd non exsiccat in altum. Citatur Theophrastus, qui senserit nanos dici quibus pudendum membrum sit iusto maius, quod in hoc hominum genere inueniri probabile est. Quadrabit in tenues & humilis fortunæ homunculos, ac, quemadmodum ait Horatius, moduli bipedalis, qui potentes sumptu conantur æquare.

Noctu lucidus, interdiu inutilis. 30

Ἐν νυκτὶ λαμπρὸς, ἐν φαεσὶν δ' ἀφανής. id est,
In nocte lucens, luce vero inutilis.

De præposteris, qui sapiunt vbi nihil est opus: quum opus est, ibi dormiunt. Caterum ipse magis arbitror competere in eum qui inter indoctos videatur aliquid esse in literis, inter eruditos nihil sapiat. Aut inuertendum est prouerbium.

Ἐν φαεσὶ λαμπρὸς, ἐν νυκτὶ δ' ἀφανής.

Sumptum à gemma quadam, cuius alibi fecimus mentionem.

E Tantali horto fructus colligis. 31

Ταντάλου κῆπον τρυγᾷς, id est, Ex Tantali horto fructus colligis. Id est, ea conlectaris quæ nulquam sunt, aut quibus frui non licet. Quod quidem apposite dicetur in mundanis addictos voluptatibus. nam ij dum his veluti temulenti fruuntur, egregiè fœlices sibi videntur: verum simul atque resipuerunt, iam velut experrecti, intelligunt, omnia illa nihil fuisse nisi mentis non admodum sanæ somnium. *In eum, qui statuat quæ cuiusquã sint.*

Telenico pauperior. 32

Τελενίκου πενέστερος, id est, Telenico pauperior. Nam is vsque adeo notæ paupertatis fuit, vt Scriphij verbum inde finxerint, dicantque τελενίκους pro euanuare. *Pauperta-tem.*

Telenicia echo. 33

Τελενίκου ἠχώ, id est, Telenicia echo, rectè dicetur oratio fatui. sic enim vocant crepitum vasculorum inanium sumpto epitheto ab eodem, de quo modò diximus. Telenico. Quanquam Plutarchus inter argutè dicta, Epaminondæ, meminit Tellenis cuiusdam pessimi tibicinis, cui dissimillimus fuerit Antigenidas. Ex- *Fatui sermo.*

pendat igitur lector, an ab hoc malit deductum prouerbium. etenim de Tellenis cantilenis alias nobis dictum est.

Terebintho fultior. 34

Qui sibi nimiū placeat.

Τερεβίνθου κίνητος, id est, Terebintho dementior. in stupidum ubique placentem, quòd arbor ea latè porrigat ramos: quod est insolenter ostentantium sese: ad hæc nigrore insignis, foliis crassis, succo item pingui & resinoso, tum alias alia specie. Parit quidem cum vite, sed dissimilem fœtum.

Mœnia Semiramidis. 35

† *De inexpugnabilibus.*

Τεῖχε Σεμιραμίδος, id est, Muri Semiramidis, de muris inexpugnabilibus dicebatur, egregiæque munitis. Ouid. lib. Metamorphoseon quarto,

-vbi dicitur altam
Coctilibus muris cinxisse Semiramis vrbem.

Manum admouere. 36

Τὴν χεῖρα ἐπιβάλλειν, id est, Manum apponere, dicebantur qui fele minuarent in rei cuiuspiam egregiæ communionem. Translatum à sacris, in quibus nonnunquam fieri solet vt alius rem diuinam facientibus, alius aliquis aduenies, admota victimæ manu, fiat & ipse particeps sacrificij.

Patris est filius. 37

Τοῦ πατρὸς ὁ υἱὸς πατρίζει, id est, Patris est filius. Ita loquuntur vbi quos imitatur patrios. Etenim genere, eius filium vocamus quemlibet quem moribus expresserit: quod liberi ferè parentes referre soleant. Hunc titulum Varro vni ex Menippeis indidit, citante Nonio Marcello. Varronis autem tituli ferè prouerbiales sunt. Huiusmodi tamen in Atticide commemorat sophistam hoc prouerbio notasse Alexandrum, quod patris ambitionem imitaretur.

Paruo emptas carnes, &c. 37

Τὰ βόσκει κρέα αἰνότατα ἔσθειν, id est, Paruo emptas carnes canes edunt. Quidam putria emunt obsonia, ne plusculum insumant numorum: ea quum nullus attingit, canibus aliquoties edenda seruantur. Sapit & hoc vulgus horum temporum.

Qui domi compluitur, &c. 38

Τὸν οἴκοθεν βρεχόμενον ἀδὲ θεὸς οἰκτείρει, id est, Qui domi compluitur, huius ne deum quidem miseret. Vulgò Græcis iactatum. Sensus est, eum modis omnibus suo malo videri dignum qui sit vsque adeo ignauus vt nec domi suæ possit à pluuia tutus esse. Eiusmodi sanè sententiæ tum superiore prouerbiorum more prorsus fallit nasus.

Tragicus Theocrines. 39

Scelerosus & simulator.

Τραγικὸς Θεοκρίνης, Tragicus Theocrines. Vsurpauit hoc adagium Demosthenes aduersus Æschinē. Theocrines primum tragœdiarum actor fuit, deinde calumniator & sycophanta. Vnde Demosthenes in oratione pro Ctesiphonte, Æschinem, tragicum Theocrinem vocat. Extat ciuidem aduersus hunc Theocrinem oratio, quanquam nonnulli Dinarcho tribuant. Vtus est hoc prouerbio diuus Hieronymus, ni fallor, in epistola ad Furiam, de viduitate: Vbicunque viderent Christianum fratrem illud de trivio, τραγικὸς Θεοκρίνης. Hoc conuicij iaciebant in Christianum, quasi sanctimoniæ simulator, magnificis verbis aliorum vitam criminaretur.

Tragicum malum. 40

Τραγικὸν πῆμα, id est, Tragicum malum, dicetur ingens cuiusmodi fingunturin tragœdiis. nam ab iis abstinet comœdia. Quintilianus duo facit effectuum genera: quosdam enim atriociores esse, hos amat tragœdia: quosdam mitiores, his vtitur comœdia, ac tragicos quidem, πάθη vocant, comicos ἤθη. tragœdia seu perhabet tristem exitum, comœdia lætum. Vnde Plautus citante Festo Pompeio, comœdicè dixit pro suauiter, Fuge, heus astutisti & dulcè & comœdicè.

Cæcus auribus ac mente. 41

† *Stupidus planè.*

Τυφλὸς τοῖς ὠσὶ, τὸν νοῦν, τοῖς ὄμμασιν ἦν. id est, *Tu surdus & aure & mente & oculis cæcus es.*
Quadrat in hominem planè stupidum.

Cæcum insomnium. 42

† *In frivola.*

Τυφλὸν ὄνειρον, id est, Cæcum insomnium, de re friuola vanáque. Quædam enim insomnia portendunt aliquid, quædam mania sunt, quemadmodum sunt & bruta fulmina.

Asines non curo. 43

Τῶν δ' ὄνων ἥκιστα μέλει, id est, Cæterùm asinos nil moror. Congruit in eum qui domesticis contentus opibus, non quærit aliena. Nam cui plaustrum est domi, huic non est opus asinis conductitiis. Carmen integrum alibi citauimus.

Plurium calculus vincit. 44

† *Suis contentus.*

Τὸν πολλῶν ψῆφος νικᾷ, id est, Plurium calculus vincit. Quoties in consilio ceditur multitudini. Hinius in Epistolis queritur numerari sententias, non expendi. Et Liuius, Pars, inquit, maior meliorem vincit.

Τυφλοσυρίαν. 45

Τυφλοσυρίαν dicitur tam propinqua partui, sumpta metaphora a fœtis post immissos plenas maturescentibus. Hoc quid sit, explicauimus in prouerbio ἀληθινὸς εἶ. Deflecti potest ad ingenium ad hoc aut illud vehementer propensum.

Subdititius es. 46

Τυποκλιμαξ ἐσσί, id est, Supposititius es Subditicij siue submissitij vocantur partus adfimulati: inde transfertur in hominem fictum, & per dolum ab alio quopiam allegatum subornatumque. Finitimum illi, κόλακός εἰμι καὶ ὑπηρέτης.

Subiugus homo. 47

† *Alieno iussu facens quid.*

Ὑπεζυγιασμένος ἄνθρωπος, id est, Subiugus homo, Qui non arbitratu suo, seu alieno iussu facit quippiam. Traductum à iuuentis iugalibus. Huc pertinent illæ metaphoræ prouerbiales, Mittere sub iugum. Horatius, Carm. lib. 1. Od. 33.

Sic visum est Veneri, cui placet imperes
Formas atque animos sub iuga aënea
Saeuo mittere cum ioco.

Mittere sub iugum.

Item Deiicere iugum, quod scripsit M. Tullius in prima Philippicarum.

† *Deiecere iugum.*

Subdere collum iugo. Ouidius,
Et tua seruato subtrahe colla iugo.
Excutere iugum.

Pistillo nudior. 48

† *Vehementer tenuis.*

Τοῦ ψιμυθίου, id est, Pistillo nudior. De vehementer tenui. Cognatum illi πιτύλου γυμνότερος, id est, Paxillo nudior. His enim cortex detrahitur.

Pistillo caluior. 49

Τοῦ φαλακροτέρου, id est, Pistillo caluior. Prouerbialis item hyperbole, de magnopere glabris: nam ima pistilli pars calori cranium referre videtur. Transferri potest ad ingeniter egenos ac simplices, ac dissimulandi ignaros.

Aurum subæratum. 50

† *Homo insyncerus.*

Τὸ χαλκοῦν χρυσίον, id est, Subæratum aurum, dicetur homo ne quaquam syncerus, sed aliud præ se ferens, aliud intus occultans. Sumptum à nomismatis adulteratis.

Nihil de vitello. 51

In rem, quæ deterrora intra fibi seruantes.

Οὐδὲν ἐμοὶ περὶ ὠοῦ, id est, Nihil mihi de vitello dedisti. Quadrat in eos qui imperitiant deteriora, meliora sibi seruantes. M. Tullius in lib. De diuinatione narrat huiusmodi fabulam, vnde consentaneum est hoc mutuatum esse prouerbium: Quidam somniarat se videre ouum ex lecti cubicularis fascia pendens, illigatum. id somnium quum ad coniectorem retulisset, responsum est, thesaurum indicari: proinde foderet eo loco quo se somniarat ouum videre. Vbi fodisset, reperit aurum argento circunfectum. misitque paululum ex argento coniectori, dissimulans inuentum aurum. Coniector accipiens, Nihilne, inquit de vitello?

Querulus in amicitia. 52

Cōmittere opus est, ad amicorum vitia.

Οἱ φιλομεμφεῖς, εἰς φιλίαν ἀδύνατοι, id est, Qui querulí sunt in amicos, non sunt ad amicitiam idonei. Cōmuere ad amicorum vitia, hæc res & iungit, iunctos & seruat amicos. Sententia videtur desumpta ex Herodoto. Constabit tamen si legas, οἱ φιλομεμφεῖς, εἰς φιλίαν ἀδύνατοι. nec tamen video quid sit φιλομεμεμφεῖς. Si legimus φιλομεμφεῖς, addenda est coniunctio, οἱ δὲ φιλομεμφεῖς. ita constabit versus,

Qui querulus est, amicitiæ haud accommodus.

Cleomenes superat cubile. 53

Ὁ Κλεομένης τῆς κοίτης ὑπερέχει, id est, Cleomenes cubile superat. De eo qui magis abundaret rebus supervacaneis

uacaneis quàm necessariis. Ductum apparet à quopiam, corpore quam pro lectuli modo maiore. Sicut & Iuuenalis,

Lectus erat Codro Procula minor.

Dines promissis. 54

Magnificus praestator.

Ὁ μὲν λόγῳ θαυμαστὸς, ὁ δὲ λόγου ἄπτεται, id est, Magnifica quidem oratio, cæterum non habetur fides loquenti. Quoties aliquis ingentia pollicetur, quæ non videatur præstiturus. Plutarchus in apophthegmatis regum & imperatorum, attribuit Eudæmonidæ, qui quum audisset Stoicum, opinor, quempiam ex ijs quod solus sapiens, esset bonus imperator, ὁ μὲν λόγῳ θαυμαστὸς, ὁ δὲ λόγου ἄπτεται. id est, Admiranda quidè oratio, cæterùm qui dicit, nunquam cinctus fuit tubarum flexibus. Refert idem in Laconicis institutis, ὁ μὲν λόγῳ θαυμαστὸς, ὁ δὲ λόγου ἄπτεται. Ideo non conuenit in theologos cælestia quædam docentes, quum ora tori vitæ non respondeat.

ANIMAD. HERM. STEPH.

V *dines promissis)* Falsò ponuntur in capite hæc verba tanquam prouerbialia, quum nec in eo dicto quod Erasmus citat, habeantur, nec ad eius sensum pertineant, vt sequente annotatione docebitur. Quanquam ne si pertinerent quidem, prouerbij locum obtinere deberent.

V. Ὁ μὲν) Quum vellet Erasmus Plutarchi locum proferre, non debuit ex illo postrema hæc verba resecare, ὁ δὲ θεασόμεθα quæ in ijs tota lita sit dicti elegantia. nam illa, ὁ μὲν λόγῳ θαυμαστὸς, ὁ δὲ λόγου ἄπτεται, nihil nisi vulgarem & generalem sententiam habent. Quinetiam hæc verba ἄπτεται ὑφ', potuerunt omitti, vt a Plutarcho vsos in loco omittuntur, breuitatis gratia. Cæterùm Erasmus, dicens hoc Eudæmonidæ dictum conuenire in theologos cælestia quædam docentes, quum orationi vita non respondeat: malè id accommodat & de eius non assequendum esse sensum ostendit, neque enim quum hoc diceret phrygio opho Eudæmonidas, vitam eius ac mores orationi non respondere innuebat: sed contrarium hoc significabat, Egregia quidem est hæc oratio vel, egregium quidem est hoc dictum: sed qui loquitur, non loquitur sapienter: quum nunquam circumsonantem tubam audierit. Ideoque ille fide dignus non est. Sic enim potius vertì debet, ὁ δὲ λόγου ἄπτεται, Sed qui loquitur, fide non est dignus, vel, fide non meretur: quam cum Erasmo, Cæterum non habetur fides loquenti. Potest enim aliquis esse fide malignus, cui tamen fides habeatur: at Eudæmonidas significare vult illum fidem non meteri, & fide dignum non esse, quippe qui nesciat quid ad arts imperatoria, quum tubarum clangore nunquam eius aures personuerint. Latissimè autem patet vsus huius prouerbij. Potent igitur qui ad suum propositum id accommodare volet, θεασόμεθα retinere (quo modo nonnunquam verbum in prouerbio de re vna dictum per catechesin elegantem ad alias multas transfertur) poterit & in eius locum aliud ferè de qua loquitur sumptum substituere, & quemadmodum dixit Theocritus de quodam, quem ingeniosè volebat athleticæ artis prorsus ignarum, Καὶ ποτε τῷδ' ἔφαν ἀ ἰφθιμότατον εἶπεν, id est, Quando obuerto illi oleum comprexerit? ita imperatoris alicuius ferè nomen de philosophia & de arte oratoria (quarum neutrum ne à limine quidem salutarit) his verbis excipere potemus, ὁ μὲν Ἐπαμινώνδας ὁ δὲ λόγου ἄπτεται. ita γὰρ ἐκεῖνος ἀ φρονήσεως ἐπιδεὴς ἐκρίνετο.

V. *logos.*) Male ad hunc vsum accommodari prouerbium, proxima docui annotatione. Potest quidem conuenire in theologos: sed hoc modo, Si quis theologus, qui nunquam paupertate conflictatus sit, quempiam exhortetur ad onus paupertatis patienter ferendum, meritò audiet, ὁ μὲν λόγῳ θαυμαστὸς, ὁ δὲ λόγου ἄπτεται. At in theologos cælestia quædam docentes, quum orationis vita non respondeat, non hoc iactari possit, sed illud, Τρέφει μὲν ὁ πίθος τὸ λιμόν, οὐ λόγος.

Vterque ambo. &c. 55

Ὁ μὲν ἀμφότερος ἀμφότερος, ὁδὲ ἀμφότερος οὐδέτερος, id est, Vterque ambo, ambo neuter. Initio ænigmatis est, cuius meminit Plutarchus in moral. & extat in Græcis Epigrammatis, de duobus fratribus, quorum alteri nomen erat Ἐπάμερος, alteri Ἀμφότερος, ille bonæ frugis erat, hic nequam. Hos quum Philippus vidisset, hoc in eos iocatus esse fertur. Quadrabit in duos aliquos, quorum alterius nequitiam, alterius probitas compensat.

Os inest orationi. 56

Ὅτι τοῦ λόγου τὸ στόμα, id est, Sermoni inest os ac vigor. *De oratione sententiosa.*

De oratione non inani, sed solidas habente sententias. Dictum hoc Themistocli tribuitur. videtur è poeta quopiam desumptum. est enim iambicus dimeter. Quintilianus item rerum inuentionem appellat orationis ossa, sumpta similitudine ab animantium corporibus, quæ ossibus sustinerentur, colligantur neruis, vestiuntur carnibus & pelle, cohærent anima, mouentur actu.

Fluctus non semper ferit secures. 57

Οὐκ ἀεὶ πολλοῖς ἀξίνας φέρει, id est, Non semper secures fert fluctus. hoc est, non protinus tibi speres idem quod alijs fœlicitet cælum. Natum ab apologo Æsopico: Cuidam cædenti syluam, securis è manibus excidit. Mercurius inuocatus reddidit argenteam. Neganti suam esse reddidit auream. Hanc quoque quum esse neganti, ferream tandem restituit, & illis insuper donauit. Alius quidam eundem euentum sperans, data opera passus est elabi securim. Et quum peteret, nec Mercurius imploratus adfuisset, expostulanti, prior ille respondit ad hunc modum, οὐκ ἀεὶ πολλοῖς ἀξίνας φέρει. Quanquam hic apologus varie narratur in aliis commentarijs: nempe adfuisse Mercurium, & prolata aurea securi, rogasse num ea esset quæ perisset: atque eo protinus affirmante suam esse, Mercurium offensum hominis impudentia, nec ferream restituisse.

Non est dithyrambus, si bibas aquam. 58

Οὐκ ἔστι διθύραμβος, ἂν ὕδωρ πίνῃς. id est,

Haud dithyrambus est, aquam si potitet. *Poeta ingenium vino incalescat.*

Non adest hilaritas quum deest vinum: languet poetarum ingenium ni vino concalescat. Vnde, teste Flacco, 1. Epist. 19.

Laudibus arguitur vini vinosus Homerus.
Ennius ipse pater nunquam nisi potus ad arma
Prosiluit dicenda. Et,
Nulla placere diu nec vincere carmina possunt,
Quæ scribuntur aquæ potoribus.

Quin, vt refert in Sympotiacis Plutarchus, Æschylus tragœdias suas potando scripsit. Excitat enim vini calor inuentiendi vim, quæ torpet nonnunquam in ieiunis, mouet phantasias, addit impetus, subministrat ducem. Addit Gorgias, non rectè suam tragœdiam Martì tribuisse, quum Baccho magis sit adscribenda, Dithyrambi cum celebrantur in honorem Bacchi, qui & ipse διθύραμβος dictus est, quòd bis natus, velut è duabus ianuis prodierit.

Post acerba prudentior. 59

Παρὰ τὰ δεινὰ φρονιμώτερος, id est, Post mala prudentior. Initium sumit ab illo,

—μηχὴν δ' ἐπένοησε δόλου

Plato in Sympos. ἀλλ' ἐμὲ μὲν καὶ ὃς ἐκεῖνος ὁ Ἀγάθων, μὰ Δία μὴ ἐξαπατήσῃς, ἔφη ποτε, ἀλλ' ἐπὶ τὰ ἐμαυτοῦ παραδείγματα τρέψῃ, Σωκράτη, ἐμοὶ καὶ σοὶ ἐκεῖνο ἐπιτήδειον ἔσται γενέσθαι, id est, Quæ sane & tibi dico Agathon, ne ab hoc te patiaris: sed meis doctus malis cautus, neque (quemadmodum in hoc prouerbio dicitur more, malo accepto sanus. Congruet in eum qui suo malo redditus est cautior.

ANIM. HERM. STEPH.

V. Παρὰ τὰ δεινὰ) Falsò existimat ἐπὶ significare *Arguitur expostulatio parœmia*

Post, quæ ab pro μετὰ accipiatur, cuius significationis exemplum nullum inueniri apud grammaticos. At verò ἐπὶ τὰ δεινὰ pro ἐπὶ τοῖς δεινοῖς dicitur, ἐπὶ τὰ δεινὰ pro ἐπὶ τὰ δεινά, ex illis obscurissimum est. Interpretabimur itaque, in malis prudentior. nec conuenire dicemus cum filio Homerico, —μηχὴν δ' ἐπένοησε δόλου (quod congruit cum prouerbio Nestoris, ἐκ κακοῦ κρέσσων) sed cum hac Ouidiana sententia, —miserisque venit solertia rebus. Hinc non absimilem videri posse illud Plutarchi in Themistocle, ἐπὶ τοῖς ἐκείνου κακοῖς δόξαν ἔσχε. vbi etiam animadvertit ἐπὶ τοῖς κακοῖς pro ἐπὶ τοῖς κακοῖς dictum. Alio tamen loco, nisi me fallit memoria, Erasmus verba hæc vt prouerbialia citat, μετὰ τὰ δεινὰ φρονιμώτερος.

Pausone mendicior. 60

Παύσωνος πτωχότερος, id est, Pausone mendicior. Pauson pictor quispiam fuit insigni tenuitate, quemadmo-

dum apud Iuuenalem Codrus. Hunc notat Aristophanes in Pluto. apud quē quum Penia exclamasset, ὦ πόλις ἄρχοντες κακὸν ἔλαχε, id est, O vrbs Argos, quod ait audit: respondet Chremylus, Παῦσαι καὶ σὺ τὸν ξένον, id est, Paulonem adhibe tibi conuiuam.

Vltra Hyperbolum. 61

De ſtium appetentiſſimo.

Τοῦ τὸν Τπέρβολον, id est, Vincit Hyperbolum, Hyperbolus, quispiam erat mirum in modum appetens litium. Vnde conuenit in eos qui simili laborant morbo. Plutarchus in vita Alcibiadis, Thucydides Peloponnesiaci belli lib. 8. & Aristophanes in Equit. ostendit Hyperbolum fuisse hominem modis omnibus improbissimum, nec vlla re clarum aut potentem, nisi vitio linguæ. Præterea M. Tul. lib. De claris oratoribus, ita scribit de Saturnino, Homo itu illimus Atheniensis Hyperboli, cuius improbitatem veteres Atticorum comœdiæ notauerunt. Aristophanes præter alia scribit & hoc de Hyperbolo,

Ἄνδρα μοχθηρὸν, πολίτην ὀξίνλω Τπέρβολον. id est, *Improbum virum, atque ciuem vappæ acidámque Hyperbolum.*

Sus in volutabro cœni. 62

Τὸ λουσαμένη εἰς κύλισμα βορβόρου, id est, Sus lota rediit ad volutabrum. luti. Quum quis iterat iam expiata flagitia, ficut indicauimus alibi. Extat in Epistolis diui Petri. Huic affine est quod habent Prouerbia Sirach, Qui lauatur à mortuo, & iterum tangit mortuum, quid prodest lotio illius?

Ob textoris erratum, &c. 63

Alius peccat, alius plectitur

Τοῦτο τὸ ὑπέρπυρον ὑφάνθη, id est, Ob textoris erratum hypetes vapulauit: quum quod hic peccauit, alius dependit. Quid sit hypetes, nondum apud authores reperi.

Mendax atraphaxis. 63

† De tumido, ventoſo & Atriplex.

Φλύαρος πλέα ἀτραφαξίς, id est, Referta mendaciis atraphaxis, De tumidis ac ventosis. Atraphaxis oleris genus, quod celeriter in altum surgit. Latinis atriplex dicitur: affinis, ni fallor, betarum generi, quæ & ipsæ subitò grandescunt, alioqui fatuæ. Id quod indicat & Theophrastus in historia plantarum, lib. 1. ca. 5. Eadem herba ab eodem, lib. 7 cap. 1. recensetur inter eas quæ celeriter prouenium, nempe die à satu octauo. Est caule grandiore, sed molli carnoseque. Suidas admonet dictum in Cleonem, qui falsò calumniaretur equites in concilio: cui quum fides haberi videretur, dictū est, Φλυάρων ἀτραφαξίδων πλέα τὸ τῶν βουλῆ, id est, Concilium plenum esse mendaci atraphaxi: quo dicto simul notata est & Cleonis in calumniando vanitas, & populi facilitas in credendo. Est enim illud proprium calumniæ, è leuissimo malo subitò maximam excitare tragœdiam. In hunc fere sententiam Suidas. Adagium sumptum est ex Equitib. Aristophanis.

Instige plagam ab aratro. 65

Πάττε πλὴν ἀπ' ἀρότρου, id est, Instige plagam aratri: sine impinge vomerem. quum iubebimus strenuè pugnare, licet sine arte. Natum aiunt ab huiusmodi fabula, quam narrat Pausanias lib. Eliac. 1. Glaucus quidam Carystius, quum terram aratro proscindenti forte fortuna vomis excidisset ab aratro, sublatum aptauit manu, vice malleo. Quod vbi conspexisset pater Demylus, iuuenem produxit in Olympia, ad pugilum certamen: verùm vbi rem artis imperitus, plagis afflictus pene deficeret, pater acclamauit, πάττε πλὴν ἀρότρου, admonens vt sic peteret hostem, quemadmodum vomere solet vulnerare terram. Hac voce redit animus iuueni, victúque. Idem postea bis vicit Pythia, octies Nemea, item octies Isthmia. Author Pausanias.

Summis ingredi pedibus. 66

Summis labris deguſtare.

Qui clanculum aut cautim, ac pedetentim, quod aiunt, conantur aliquid, summis pedibus ingredi dicuntur. Græci iucundius efferunt aduerbio composito ἐπεξοδεύειν. Idem valent illa, Suspenso gradu, & Suspensis pedibus. Traductum à gestu eorum qui sic ingrediuntur, vt strepitum pedum nemo sentiat: aut qui vix diffidū, cautim & leuiter figunt vestigia. Aliquanto diuersius est quod est apud Platonem in Lachete, μὴ ὑπὲρ ἄκρου τοῦ ποδὸς ἐπιβαίνοντες, id est, Ne summo quidem pede ingredientes. quod pertinet ad illam formam, Summis labris deguſtare, Summis digitis attingere.

Cœlum digito attingere. 67

† Excellentes dicuntur proximi.

Prouerbiali nimirum hyperbole, digito cœlum attingere dicuntur qui longè suprà mortalium conditionem, ac diis proximi esse videntur. M. Tullius ad Atticum libro 2. Nostri autem principes digito se cœlum putant attingere, si muli barbati in piscinis sint qui ad manum accedant. Cognatum illi quod alias ex eodem retulimus, In cœlo esse. Ad consimilem modum Horatius, Carm. lib. 1. Od. 1.

Quòd si me lyricis vatibus inseris,
Sublimi feriam sidera vertice. Ouidius,
Hæc tu quum placeas, & vertice sidera tangas.

Et apud Theocritum in Hodœporis,

—ὄφελε πάντ' ἄνδρ'
Ἀντιόχειαν τὸν ἀμοιβὸν, ὅτε ἱμερὸν ὕμνον ἀείδω. id est,
Agnum quando tuli vobis in sidera ubibo.

Lysimachus quum ad Thraciam peruenisset, velut occupatis extremis regni finibus, Nunc, inquit, Byzantij ad me veniunt, postea quam cœlum attingo lancea. Eam vocem insolentissimam ita castigauit Pallades Byzantius, qui tum fortè aderat, vt diceret, Abeamus, ne lancea mucro cœlum pertundat.

Corinthiari. 68

Meretrices Corinthia.

Κορινθιάζειν veteres vulgato ioco dicebant eos qui scortationibus ac lustris indulgerent, quive lenocinium exercerent, qui quæstus hodie nusquam vberior quàm apud Venetos. Sumptum est à meretricibus Corinthiensibus, de quibus suo loco dictum est. Tantus enim illic honos habebatur meretricibus, vt, quemadmodum ex authoribus docet Athenæus, illic in templo Veneris prostarent, atque in solemnibus precibus illud addi soleat, vt diis augerent meretricum numerum. Quin & illud refert, meretrices facto sacro Veneri, ciuitatem extremo periculo laborantem seruasse placata Venere. Prouerbij meminit huius Stephanus de vrbibus, Aristophanis allegans Cocalum.

Si tanti vitrum, quanti margaritum? 69 † Inæqualitas rerum.

Diuus Hieronymus in epistola quadam ad Demetriadem virginem, Solent miseri parentes, & non plenæ fidei Christiani, deformes & aliquo membro debiles filias, quia dignos generos non inueniunt, virginitati tradere: si tanti, vt dicitur, vitrum, quanti margaritum? Verum eadem compluscula alibi locis. Vsurpatur & à Tertulliano in libello ad martyras. Hoc dicto summa rerum inæqualitas significabatur. Inter gemmas prima laus olim fuit vnionibus: vitrum vilissimum, & tamen gemmas nonnihil imitatur. Si tanto studio curas vt viuat corpus, quàm est danda opera quo viuat animus? Si nihil non facis quo placeas homini principi, quanto magis contendum vt placeas principi Deo? Si tantis laboribus parantur opes, perituræ vel cum, vel furto, cur non magis incumbimus vt cælestes opes accumulemus? In his & huiusmodi locus erit prouerbio.

Hæret in vado. 70

Diuus Ambrosius in commentariis quos edidit in Euangelium Lucæ, non inelegans vsurpauit adagium: significans, Christi genealogiam, quæ diuersè feratur ab Euangelistis, explicari non posse. In abruptum (inquit) disputationis venimus: hæremus in vado. Metaphora nimirū à nauigio ducta quod vado illisū, frustrà circumagitur: neque cursum institutum tenere potest. id quod euenit his qui incidunt in syrtes, aut in salebras. Ad hunc etiam modum effert prouerbium M. Tullius lib. De finib. bonorum 5. Venit ad extremum, hæret in salebra. Rursum alias eodem in opere, Hic si definire, si diuidere potuisset, si loquendi vim, si denique consuetudinem teneret: nunquam in tantas salebras incidisset. Sunt autem salebræ, fluminum aut viarum obstacula, à saltu dictæ. Non dissimili figura dixit idem Cicero, Aqua hæret. Sic enim scribit Q. fratri. Hic aqua mihi hæret significans nihil esse profectum in causa. Suspicor dici solitum de causa prorogata. Etenim vt non infunderitur aqua mihi dicturo, nec fas est loqui post exhaustas clepsydras, ita quū seruatur quod reliquum est aquæ, interrumpitur dicentis oratio. Plautus in Pseudolo, Periit nunc homo in medio luto est: nomen nescit: hæret hæc res.

Salebræ, quid

In culmo arare. 71

† Labro nunquam intermiſſo,

Ἐπὶ καλάμης ἀρῶν, id est, In stipula arare, dicuntur qui labore nunquam intermisso vim mentis exhauriunt: aut qui nunquam desinunt ab amicis petere quod dent. Sumpta metaphora à nimium auidis agricolis, qui segetem non patiuntur vnquam interquiescere. sed assidua cultura succum omnem solo exhauriunt,

ziunt, statim à messe nouam ingerentes sementem. Suidas citat ex Lysia.

Taciturnior Pythagoreis. 72

† de valde taciturno. Σιωπηλότερος εἶναι τῶν ἀπὸ Πυθαγόρα τελούντων, id est, Taciturnior ero quam hi qui Pythagoræ sunt initiati. De vehementer taciturnis vsurpari solet. Sumptum à Pythagoræ schola, in qua quinquenne silentium indicebatur auditoribus, quam ἐχεμυθίαν vocant, à cohibendo sermone. Suidas prouerbij titulo refert, & Zenodotus in collectaneis.

Attagena nouilunium. 73

Ἀτταγῆ νεμηνία. id est, Attagenæ nouilunium. Refertur à Suida, nec explicatur: nisi quòd è diuersis locis haud difficulter colligi potest, dictum fuisse in turbam abiectorum & seruilium hominum. Siquidem attagen auis est palustris, versicoloribus plumarum maculis distincta: vnde seruum hominem, stigmaticum, & cui tergum ob plagarum vibices, variis punctis esset picturatum, attagenam vocabant. Porrò ad nouam lunam (sic enim Græci vocant initium mensis, quum Calendas non habeant) & serui distrahebantur apud Athenienses, & militum delectus agebatur.

† collusor abiectorum hominum.

Nouæ lunæ.

Ingens interuallum. 74

M. Tullius in Epistolarum ad Atticum libro sexto senarios hos ceu prouerbiales vsurpat,

—πολλὰ δ' ἐν μεταιχμίῳ
Νότος κυλινδεῖ κῦμα, κἀρίθμει κλέος. id est,
Multas at undas volvit in medio Notus
Vasti maris.

significans illum procul abesse. Licet huc quoque torquere, vt significes rem adhuc procul abesse a periculo.

Viuus videnſque. 75

Quod in Eunucho dixit Terentius, Viuus vidénsque pereo, id M. Tullius indicat prouerbiali figura dictum esse. sic enim scribit in oratione pro P. Sextio ille Cyprius, miser, qui semper socius, semper amicus fuit, de quo nulla vnquam tempestas durior ad senatum aut imperatores nostros allata est, viuus vt aiunt, & videns est cum victu suo ac vestitu publicatus. Vsurpat aliquot locis & D. Hieronymus. Quin & illud quoque Cum victu suo ac vestitu, prouerbium sapit.

Cum victu suo ac vestitu.

Præſtat habere acerbos, &c. 76

M. Tullius in dialogo De amicitia, Scitum est enim illud prouerbium Catonis, Multò melius de quibusdam acerbos inimicos meriri, quàm eos amicos qui dulces videantur. Equidem vt præclarum esse sententiam fateor, ita prouerbium esse negauerim. Primùm quòd nullam omnino prouerbij speciem præ se ferat: deinde quòd prouerbia, vulgi sunt, non horum aut illorum. Vnde legendum arbitror, Scitum est enim illud Catonis aut illud verbum Catonis. tamen adiiciendum putauimus nequis indiligentia præterm. illum exultimaret.

Columnas rumperg. 77

Ælianus prodidit in Samo quondam fuisse animalia vasta magnitudine (neades vocantur) quorum voce terra rumperetur. Vnde prouerbium natum in clamosos & improbè loquaces, vt postes & columnas dicantur rumpere. Vsus est eo Vergilius in Philitum tabulam & obtrectatorem. Item Iuuenalis,

In clamosos.

Frontonis platani conuulsaq; marmora clamant.

Leporis vita. 78

† de trepido & timiculoso. Λαγῶ βίον ζῆν, id est, Leporis vitam viuere, dicuntur qui semper anxij trepidique viuunt. quòd id animal omnium prædæ expositum, ne somnum quidem capit nisi oculis apertis. Demosthenes in Æschinem, Λαγῶ βίον ἔζης, δειλὸς ἂν πρίμον, ἢ καὶ πανικὰς φοβούμενος. id est. Leporis vitam viuebas, timens ac tremens, ac semper expectans vt vapulares. Vsus est & Plutarchus in libello περὶ φιλαυτίας, quem pridem Latinum reddidimus. Λαγῶος δειλότητος scripsit Athanasius in apologia prima: & apud Strabonem, Phrygiis leporibus timidior, de quo dictum est aliàs per occasionem.

Victinon audens hiscere. 79

Νικήφορος ἄδηλος τῇ ἀχυρᾷ λέσχῃ. id est, Qui vinciatur, silentio vincti sunt. Plutarchus in libello cui titulus, Quo pacto quis vtilitatem capere possit ex inimicis, citat ex Pindaro. Conuenit cum illo quod alibi retulimus, Quid nisi dolor victis? Est autem verbum perquàm elegans ἀχυρᾶ, vbi quis non audet hiscere: à verbo χάζεσθαι de quo non semel dictum est.

Victi silentio.

Therſitæ facies. 80

Θερσίτειον βλῆμα, id est, Therſitica facies. De prodigiosè deformi dici solitum, quod Homerus scripsit hunc omnium qui ad Troiam venissent fœdissimum fuisse. Ac totum hominem à capite, quod aiunt, vsque ad pedes ita graphicè depingit, & corporis vitia & animi morbos, vt dicas pessimum ingenium in domicilio se digno habitasse. Locus apud Homerum est Iliad. libro 2. notior quam vt hic referat adducere. Venustius erit si ad animum transferatur: veluti si de formoso sed moribus improbo dicas. Si corpus aspicias, Nireus est: si animum, pluſquam Θερσίτειον βλῆμα reperies. Adagij mentionem fecit Suidas.

† de prodigiosa facie.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. Θερσίτειον βλῆμα) Sed βλῆμα, pro facie positum vbi tandem reperitur? quid verò necesse est nouam aut raram illi significationem hìc dare, quum vsitata optimè conueniat. Si enim Θερσίτειον βλῆμα, Therſiteum aspectum, siue iuuitum, aut contuitum interpreteris, de depravato & distorto, qualis est strabotum: tuam hanc interpretationem ex eodem Homero confirmare poteris. Si quidem is inter cætera quibus deformitatem eius depingit, hoc ponit, & quidem primum omnium, φολκὸς ἦεν.

Picifer. 81

Κατηφόρος, id est, Picifer, vulgare conuicium videtur in hominem infimum & despicatissimæ sortis. Si quidem Demosthenes in oratione pro Ctesiphonte dicit, Æschinem hoc nomine ab aniculis compellatum, quemadmodum & λικηφόρον, quòd picas & vannos capite baularet. Nã his in mysteriis Bacchanalibus vtebantur, quòd ea auis sacra sit Baccho, & vannus in omnibus mysteriis adhibebatur. vnde Maro, libro 1. Georg.

† infimus & despicatissimus.

Vannus.

—& mystica vannus Iacchi.

In numerato. 82

In numerato habere, tuad animi rem transferatur, prouerbij rationem habuerit: velut Octauius Augustus, vt refert Seneca, pronuntiauit de Vinitio oratore, quòd ingenium in numerato haberet: propterea quòd in causis agendis ingenio esset præsentissimo, & quicquid aliis præstaret diuina cogitatio, id illi prima statim animi intentio daret. Sumptum est ab his qui res suas ad certissimum calculum redegerunt. hoc est, ad pecuniam numeratam. Quintilianus in sexto, De actore, inquit, facilè dicente ex tempore dictum est olim, ingenium eum in numerato habere. Vide prouerbium, Numero dixisti.

Ingenium in numerato.

Numero dixisti.

Quantum habet. 83

Quantum habet quisque, tanti fit. Quod scripsit Horatius in satyra prima, Serm. 1.

Nil satis est inquit, quia tanti, quantum habeas, sis.

Item Iuuenalis satyra tertia,

Quantum quisque sua nummorum seruat in arca,
Tantum habet & fidei.

Non recensuissem inter prouerbia (nequis clamitaret me sententias collegisse, non adagia) nisi D. Augustinus in libro De disciplina Christiana, nominatim prouerbij titulo citasset. Vnde & illud prouerbium, inquit, Quantum habebis, tantus eris. Quanquam & Horatius satis indicat vulgò iactatam fuisse sententiam eo quòd præcessit,

At bona pars hominum decepta cupidine falso.

Vsurpat & Apuleius in Apologia, Tanti re vera estis, quantum habetis. Videtur ex Euripide venisse in vulgi sermonem, cuius & hunc versum inter cæteros refert Seneca,

Vbiq; tanti quisque, quantum habuit, fuit.

Imis ceris eradere. 84

Imis ceris eradere pro eo quod est, delere penitus, sic vt nullum omnino memoriæ priſtinæ vestigium extet. Sumptum ab his qui in cæratis scripturant tabulis: his mos est ita nonnunquam versum stylum per summum æquor ceræ ducere, vt quamcunque tamen priorem scripturæ remaneant vestigia, aliquoties funditus delet. D. Hieronymus ad Chryſogonum, Ita nostræ es necessitudinis penitus oblitus, vt illam epistolã quam in corde Christianorum scriptam Apostolus refert, non parua litura, sed imis, vt aiunt, ceris eraseris. Conueniet in profundam oblitionem vel amicq-

Penitus delere.

rum, vel priſtinæ fortunæ, vel ſi quid eſt ſimile.

Macilentam manu pinguem pedem. 85

Heſiodus in opere quod inſcripſit, Opera & dies, velut ænigmate quodam explicuit paupertatem,

–λεπτὴ δ' παχὺν πόδα χερὶ πιέζων. id eſt,

Gracilis autem manu pinguem pedem premens.

Manus enim gracilescunt fame, pedes intumeſcunt frigore. Carmen ſic habet,

Μή σ' ψυχοῦ χρὼς ἁμαχὰν ἐν κηλεμόνῃσι
Σὺν παίδεσσι λεπτὴ δ' παχὺν πόδα χερὶ πιέζων. id eſt,

Ne te deprendant inopem mala tempora brumæ,
Atque pedem premere incipiat manus arida pinguem.

Venuſtius erit ſi longius transferatur ad viaticum parandum ſenectuti, aut ſimilia.

Non ſemper erit æſtas. 86

Ad eundem fermè ſenſum pertinet & illud ex eodem libro,

Οὐκ αἰεὶ διὸς ἔσται, τοῦτόν τοι κελεύω. id eſt,

Æſtas non ſemper fuerit, componite modos.

Non ſemper virebit ætas, para quò te recipiat ſenectus. Aut, Non ſemper erit proſpera fortuna, munias animum philoſophiæ decretis, quo fortunam aduerſam poſſit contemnere. Admonet & Cato agricolas, cogitent quàm longa ſit hyems. Notus eſt apologus de formicis exprobrantibus cicadæ quòd totam ætatem nihil aliud quàm cecinuſſet otioſa, eoque mendicaret in hyeme. Hoc dictum oportuit adoleſcentum pileis inſcribi, neque enim tantùm admonet parandam eſſe rem in ſenectam, verumetiam eruditionem, virtutem, honeſtam famam, quæ præſidia ſunt optima ſenectutis.

Quum exoſſis ſuum rodat pedem. 87

De egeſtate. Conſimili figura ſignificauit egeſtatem in eodem opere,

–ὅτ' αὐτὸς ὀν πόδα τύδῃ. id eſt,

Quando pedes edit ipſe ſuos is qui caret eſca.

Exoſſem vocat polypum, quòd oſſibus careat. Is creditus eſt nonnullis ſua brachia rodere, quum deeſt cibus. eſt enim edaciſſimus. Quanquam Plinius exiſtimat id illi accidere à conchis: verùm præciſa renaſci credit, quemadmodum caudas lacertus. Alcæus apud Athenæum libro ſeptimo,

Ἐδὼν δ' ἑαυτὸν ὡς πολύπους. id eſt,

Comedo meipſum more Polypi.

Vnde & αὐτοφάγος dictus. Verùm hanc opinionem & Athenæus reiecit.

Centum plauſtri trabes. 88

Tam ſimile eſt prouerbio quàm eſt ouum ouo, quod ſcripſit Heſiodus in eodem opere, cui titulus ἔργα καὶ ἡμέραι,

–ἑκατὸν δέ τε δοιοὶ ἁμάξαι. id eſt,

Centum autem ſimul plauſtrum compingitur unum.

De re quæ magni conſtat. Eo tempeſtiuiter vtemur quum ſignificabimus id quod à nobis petitur, magno conſtare. Facile enim alienis vtimur, non expendentes quanti conſtiterint ei qui præbet. Carmen Heſiodi ſic habet,

Πάϊδες γὰρ ἔτ' εἰσὶν, ἐμοὶ δὲ δὸς ἦμαρ ἅπαντι·
Παῖδες δ' ἀπολείπουσι πατρὸς ἔργα θοῶς.
Ὅστις δ' αὖτε φρεσὶν ἀφρονέων πλεῖστα κάμῃσι
Νήπιος· οὐδὲ τί μιν δηρὸν ἑκατὸν δέ τε δοιοὶ ἁμάξαι.

id eſt,

Nam dictu eſt proclive, dato plauſtrumque boneſque:
At proclive negare: ſed en tamen labor inſtat.
Cogitat eſt animo dives compingere plauſtrum.
Stultus & haud nouit centum id compactile lignis.

Itaque quoties ad id quod molitur aliquis, pluribus adminiculis opus eſt, velut ad gerendum magiſtratum ad ſcribendum librum, ad munus concionandi, ad inſtituendam familiam, ad longinquam peregrinationem, non ineptè vſurpabimus Heſiodi verbum, ἑκατὸν δέ τε δοιοὶ ἁμάξαι.

Aranearum texere. 89

De inopia, & inanitate. Habet illud quoque prouerbij ſpeciem quod eſt apud eundem in eodem opere,

Ἐκ δ' ἀγλίων ἔριθος ἀράχνια. id eſt,

Vaſis textus quasi nullis aranea telas.

Sic enim ſignificant inanitatem & inopiam etiam hodie. Ad eundem modum Catullus,

–nam tui Catulli
Plenus ſacculus eſt aranearum.

Quo dicto nunc nihil eſt vulgò vulgatius. Lucianus in Pſeudologiſta, ἀράχνιον ἐν ἀμαχίᾳ ὑφαίνει. id eſt, Caries & araneis differta.

Muris circumcurrentibus. 90

Τῶν πέριξ ἀλφιτοκόπων, id eſt, Parietibus circumcurrentibus. Plutarchus in Sympoſiacis decade ſeptima, problemate quinto, indicat muliebre fuiſſe prouerbium, quo ſecretum ſignificabant, muris videlicet teſtes & arbitros arcentibus. At bonorum virorum huiuſmodi voluptates etiam ac luſus ait, oportet eſſe, vt nihil egeant vallo parietum. Licebit vti quum ſignificabimus aliquid ali monſtri, & ob id captari ſecretum. † *de captato ſecreto.*

Κεραβόλαι. 91

De intractabili, & aſperis moribus homine. In eodem opere, problemate ſecundo, docet homines præfractos, & aſperos moribus & intractabiles, κεραβόλους vocari ſolitos. quam vocem haud ſatis commodè verteris Latinè. Sumptam autem metaphoram ab agricolis, apud quos ſemina quæ priuſquam in terram decidant, incidant in cornu boum, κεραβόλα dicãtur, ἅτε τῶν βολῶν ἁβάλλοντος. Hæc aiunt prouenire cæteris multo duriora, vnde & ἀτραμῆνα vocantur. Qui ſcripſit ethymologicon, indicat hanc vocem ſemel aũtaxat vſurpatam à Platone, ſumptamque à leguminibus quæ nec igni nec aqua mollescant: cuiuſmodi quædam videmus admixta leguminibus minuta nigraque. Locus eſt apud Platonem libro De legibus 9. quo quidem loco videtur interpres ignoraſſe quæ ſint κεραβόλα. vertit enim legumina ſulphuris tactu prædura: quaſi dictum eſſe κεραυνόβολα. Porrò cur id accidat vt ſemina quæ in cornua boum impegerint, aut non prouenĩat, aut prouenĩat ſicciora durioraque, Plutarchus hanc adfert cauſam: quòd ea quæ a manu calida ſtatim excepta terra fouentur, magis adiuuantur calore, qui ſeminibus eſt amicus. At quæ in cornua incidant, proiecta magis videntur quàm ſeminata, & mora frigus, colligunt. Theophraſtus dubitat num friuolum ſit quod de cerasbolis iactant agricolæ.

Reſpublica virum docet. 92

Πόλις ἀνδρα διδάσκει, id eſt, Reſpublica virum docet. Significat neminem ad rem gerendam idoneum eſſe poſſe, niſi qui ſit vſu exercitatus. Plutarchus citat ex Simonide, tametſi hemiſtichium carminis heroici. Quãtumlibet diu verſatus in agro, non fies idoneus adminiſtrandæ reipublicæ niſi verſeris in foro, in curia, in frequenti populo. Alluit huc Socrates Platonicus, quum inuitatus ad loca amœna in agris, reſpondit ſe cupidum eſſe diſcendi, arbores autem nihil docere.

Faber quum ſis, &c. 93

Plutarchus in præceptis ciuilibus ſenarium hunc haud dubiè prouerbialem ex Euripide citat, *Allatum ab arte.*

Τέκτων γὰρ ὢν, οὐκ ἐπιτήδειος ξυλουργεῖν. id eſt,

Quum ſis faber, opera haud facis fabrilia.

Congruet in eum qui temere ad quæ non eſt idoneus, vel ob imperitiam, vel ob naturam alienam. velut ſi quis inſanus & ad perſuadendum ineptus, ſuſcipiat legationem: aut indiligens diſpenſet rem domeſticam: aut ſenex, ſiue inualidus militiam capeſſat: ſi venetur ſacerdos, rhetoricetur Scotiſta, Iam dudum & illud Horatianum ceſſit in prouerbium: quod hinc imitatum videtur, 2. Epiſt. 1.

–tractant fabrilia fabri.

Aquam igni miſcere. 94

Inter prouerbia quibus ἀδυνάτων ſignificamus, referendum & illud, τὸν ὕδωρ μίγνυται, id eſt, Ignem aquæ miſcere. Plutarchus in libello cui titulum fecit περὶ ἀσχήμονος ψυχῆς, adducit huius prouerbij teſtimonium, ſtudens probare aquæ proprium eſſe frigiditatem, potius quàm ætheris. Pugnat autem vtraque qualitate ignis cum aqua: quippe calidus & ſiccus cum humida & frigida. Narrat eodem in loco morem fuiſſe apud Perſas, vt ſupplex in fluuium deſcenderet, ignem geſtans, minitans, ni conſequeretur quæ petebat, ſe ignem miſturum in aquam. Atque ad eum modum impetrabat quidem quæ rogabat, ſed mulctabatur, quòd minatus eſſet ſe facturum id quod eſſet contra rerum naturam. Nam aqua hoſtis eſt ignis, eumque ſemper extinguit. Id ſupplicandi genus apud barbaros maximum habebatur, & in quo non eſſet fas recuſare quod petebatur. M. Tullius Philippica 13. Prius vnda cum flamma redibit in gratiam. Rurſus, Prius vndam flammamque, vt ait poeta ineptio quis, prius denique omnia, quàm aut cum † *de ſumma contrarietate.* *Mos Perſarũ.*

eum Antonijs Respub. aut Antonij cum Repub. redeant in gratiam.

Velut è specula. 95

Ὡς ἀπὸ σκοπῆς, id est, Velut è specula. Similitudo prouerbialis, quum quis rem velut oculis subiectam, totam vndique contemplatur. Si quidem ex alto commodissimè spectantur omnia, propterea quòd nihil obstet quod impediat prospectum. Vtitur Plutarchus in libello cui titulus, De Romanorum fortuna.

Velut in cratere. 96

†*Inimici reconciliati.*

Ὥσπερ ἐν κρατῆρι φιλοτησίῳ, id est, Velut in cratere philotesio. Prouerbialis & hæc collatio, qua significabimus, res antea turbulentas componi sedarique, & prius inter se inimicos in gratiam redigi. Dicitur autem crater philotesius, quem in conuiuijs porrigunt alijs alij, ceu amicitiæ symbolum ac pignus. Veluti qui filiam alicui desponderet, futuro genero prælibans, φιλοτήσιον κρατῆρα, porrigebat. Scythæ quoque amicitias, quarum sunt pertinacissimi, cratere conciliabant, vt testatur in Toxaride Lucianus.

Sero venisti. 97

†*In tardiorē.*

Ὀψὲ ἦλθες, id est, Sero venisti. Competit in eos qui post tempus rem aliquam aggrediuntur: veluti si iam ætatis vitio frigidus, vxorem paret ducere, aut grædior literas addiscere. Natum ex oraculo quod Pythia vates edidit cuidam, consulenti num deberet ad Rempublicam tractandam accedere ὀψὲ ἦλθες· καλῶ δ' ἀμαχητὶ δίζυκα καὶ τρίζυγα κἀτρεκῆ κύρτον ὑφαίνειν, id est, Serò venisti me de principatu & Reipublicæ administratione consulens, & ad eo tempore militiæ pulsas iamdudum. Meminit Plutarchus in commentario cui titulus ὁ πρεσβυτικὸς πολιτικός.

Prius antidotum quàm venenum. 98

Diuus Hieronymus aduersus Ruffinum respondens, Quomodo eorum præfationes librorum quos nescias, accuses? quæ quodam vaticinio futuræ calumniæ responderunt, implentes prouerbium, Prius antidotum quam venenum, subaudi adhibes. Conuenit vti quoties aliquis se purgat antequam acceletur. Antidotus enim aduersus venena datur hâc nemo sumit nisi gustato veneno. Quanquam sunt qui se præmunient antidotis, ne noceat si fors contingat sumere toxicum; quemadmodum fecisse legimus Mithridatem.

Statua taciturnior. 99

His etiam temporibus in prouerbio est, Statua taciturnior, in hominem vehementer infantem, ac taciturn. Vsus est hac hyperbole Horatius in epistola ad Iulium Florum. *De tacito & imperito.*

-statua taciturnior exit
Plerunque, & certis in populum quæstib.

Itidem Iuuenalis diuitem quempiam, sed infantem & indoctum, Mercurij statuæ similem facit.

-truncoque simillimus Hermæ.

Consimili forma diuus Chrysostomus libro ὑπὲρ ἀφωνησίας 6. de tardo & stupido, τὸν δὲ τὴν ἀμάθειαν, πρὸς λίθων εἶδος διοίσει. id est, Tum illud quod Græci dicere solemus, à saxeis nihil differet. quod & alibi retulimus. Xenophon in Symposio, ὅπερον γὰρ μὲ αὐτὸν φωνὴ ἀνάγκης ἢ πρὸς λίθων. id est, Illorum igitur vocem minus audias quàm laxearum statuarum. Statuæ frequenter habent speciem sapientium & eloquentium virorum, ipsæ tamen nihil loquuntur.

Hoc noueram priusquam, &c. 100

Plutarchus in libello cui titulus, Philosophum maximè debere disputare cum principibus, irrideas eos qui duplicem facerent philosophiæ rationem: alteram in affectibus sitam, quæ à Mercurio hegemone, id est ductore, proficisceretur alteram in efferendo positam, quam ductorus Mercurius, id est nuntius, largiretur: ἔοικεν ὅδε, inquit, ἐκ παροιμιῶν τὸν πεπαλαιωμένον καὶ σαπρὸν ἀνθρωπάριον ἐπαναλαμβάνειν. id est, Friuolum & obsoletum est, coniugatur cum illo, Hoc noueram antequam Theognis natus est. Vsurpat idem in eandem sententiam in libello cui titulus περὶ τοῦ μὴ χαίρειν ἁμαρτάνοντι τοῖς πολλοῖς, citatus è comico quopiam. A. Gell. lib. 2. Noctium Atticarum, c. 3. citat ex Lucilio. Contra patrem, inquit Cicero, arma pro amico sumenda non sunt. Hoc profectò nemo ignorauit, & prius quam Theognis, vt Lucilius ait, nasceretur. Non est dubitandum quin hic senarius sit prouerbialis, quo rem frigidam & ineptam significabant. Apparet sumptum à Theognide tragœdiarum scriptore, quem frigidissimum fuisse testatur Suidas, & ni fallor memoria, Plato. Nam fuit huius nominis alter quoque cuius extant sententiæ.

CHILIADIS QVARTAE CENTVRIA QVARTA.

Phocensium desperatio. 1

De stulto & infausto consilio.

Φωκέων ἀπόνοια, siue φωκικὴ ἀπόνοια, id est, Phocensium siue Phocica desperatio. De stultis & infaustis consilijs dici solitũ admonet Stephanus. Verùm ex Plutarcho Chæronensi coniicere licet dici solitum vbi desperatis rebus ad extrema consilia veniretur. Natum est autem ex euentu huiusmodi. Atrox odium & irreconciliabilis simultas, atque (vt Plutarchi dicam verbis) ἀπαράδεκτος πλοῦτος erat inter Thessalos & Phocenses: quòd hi primores illorum in suis vrbibus ad vnum omnes eodẽ die trucidassent: illi vicissim illorum obsides ducentos quinquaginta in crucem sustulissent. Deinde Thessali contractis omnibus copijs, per Locrenses irruperunt, edicto promulgato ne cuiquam prouectioris ætatis parceretur pueri cum mulieribus in seruitutem abducerentur. Daiphantus itaque, qui fuit vnus è tribus quibus Phocensium res erat commissa, suasit vt viri quidem Thessalis obuiã irent, cum illis conflicturi: exterùm mulieres vnà cum liberis ex vniuersa Phocide congregatos in vno quopiam loco se ponerent, congesta ingenti lignorum materia: & adhibitis custodibus mandarent, vt simulac intellexissent sese victos in prælio, continuò pueros & vxores iniecto igni exurerent. Ad reliquis comprobantibus, exurgens quidam negauit æquũ fieri, ni consiliũ hoc, vxorum quoque suffragijs comprobatum fuisset: quod si non placeret, non esse cogendas. Itaque mulieres, vbi rem cognouissent, ipsæ inter se habito consilio. Daiphantum collaudarunt qui rectissimè consuluisset Phocensium rebus. eadem autem videri & vxoribus & liberis eorum. His ita peractis, congressi cum Thessalis, Phocenses, superiores extiterunt. Ac decretum quidem illud Græci Phocensium desperationem appellarunt, quòd etiamsi fœliciter cessisset, tamen temerarium parumque cordatum videretur. Huiusmodi fermè Plutarchus. Similia ferè narrat Pausanias in Phocicis. Meminit & Prouerbij, quod ait ex hoc euentu dici solitum ὅτι πάντων βουλημάτων ἀνάλγητον, hoc est, de omnibus consilijs quæ carent dolore. Meminit & Stephanus indicans dici solitum ἐπὶ τῶν ἀπονήπτων βουλευμάτων.

Suspensa manu. 2

Plinius in Epist. lib. 6. Suspensa manu dixit pro eo quod est leuiter parumque accurate: Tu verò, inquit, non debes suspensa manu commendare mihi quòs tuendos putas. Fit enim remissius si à corpore ad animum transferas. Quintilianus declamatione duodecima in eundem sensum vsurpat Leui manu, tanquam prouerbium. Cicero, Leui brachio, de quo dictum est alibi. Itidem dicimus suspenso pede, pro sensim ac tacitè. Ammianus lib. 14. Sese que suspensis passibus iniecerunt in scaphas. *Parum accuratè.* *Leui manu.*

Extremum occupet scabies. 3

Olim pueri cursu certantes, clamare solebant, Occupet extremum scabies, adhortantes hac voce singulos ad cursum, ac male precantes ei qui fuerit omnium postremus. Id deductum est in adagium, quo vtebantur qui significarent sese quocunque modo velle vincere, neque commissuros vt inter postremos sint. Ita qui per fas nefasque rem augent, ne non sint inter optimates, qui malis artibus emergunt ad magistratus, qui rationibus quibuslibet ampla vendunt sacerdotia, possunt alibi vocanti respondere. Extremum occupet scabies. Quanquam nihil vetat quominus in bonam partem detorqueamus: vt si quis summis viribus adnititur ne ab æqualibus eruditione, aut

rectè factis, aut officiis ab amico superetur, dicat, Occupet extremum scabies. Hoc igitur prouerbium puerile acceptum ferimus, quemadmodum & illud τὸν ξηρὸν σπόνδει ῥᾳ. Et Euangelicum hoc Matth. 11. Cecinimus vobis, & non saltastis. Vsus est Horatius in Arte poetica,

Occupet extremum scabies: mihi turpe relinqui est.

Originem Acron indicat.

Ἡμερόκοιτος. 4

Vulgati ioco fures dicti videntur ἡμερόκοιτοι, quòd interdiu dormiant, noctu vigilent. Sic enim Hesiodus in Operibus ac diebus,

De fure.

Μήποτε σ' ἡμερόκοιτος ἀὴρ κεφαλὴν χρήσειε ῥέζοντ'. id est,

Ne fortè dormire die tua tollere possit.

Aptè torquebitur in tollionem & furacem. Est & piscis eiusdem nominis, vt indicat Suidas: phoca, opinor.

In omnia potentes. 5

In eos qui plurimum possunt vel nocere vel prodesse, quadrabit illud Hesiodi,

Ἐν τοῖς γὰρ τὸ θεὸν ἔστ' ἀμφὶς ἀμεῖψαί τι καὶ τι. id est,

Est enim in his pariter sua summa bonique malique.

Quod quidem à poeta de diis dictũ, accommodare licebit vel in hominem cuius summa sit authoritas, vel in rem quę plurimum habeat momenti. Velut in principem, aut vehementer gratiosum: siue in pecuniam, per iocum: vel in literas ac virtutes, seriò.

Ne vnianani facultates. 6

Vniuersa non simul periclitanda.

Quin illud etiam ad prouerbiorum classem si longius deflectatur, referendum videtur, quod est in eodem opere,

Μηδ' ὅτι νηὸν ἅπασι βίον καλὸν τίθεσθαι. id est,

Ne bona tu pandu ratibus semel omnia mandes

Nequid aggrediaris in quo sint vniuersa periclitanda Non omnis statim alea tacienda est. Periculosa est nautica negociatio: naufragium enim tollit omnia. tutius est cum terra commercium. Alibi retulimus dictum Laconis, qui negabat sibi placere diuitias quæ pendesent à funibus.

Vrit absque torre. 7

Versum hunc ceu prouerbialem subinde Plutarchus vsurpat,

De improba muliere.

Ἔνει ἄτερ δαλοῦ, καὶ ἀκμὴν γήραϊ δάκνει. id est,

Exurit sine torre grauique dat illa senectæ.

Nempe vxor improba, quæ moribus suis senium viro præmaturum conciliat. Idem lepidè transferetur ad auaritiam, ad ambitionem, ad inuidiam, amorem obscœnum, similiaque animi vitia, quibus obnoxij torquentur & contabescunt.

Adhuc calum voluitur. 8

Spem superesse.

Quoties significabimus adhuc superesse spem, & nondum omne tempus, quod melioris fortunæ solet occasionem adducere, exactum esse: conueniet illud Theocriticum ex Charitibus,

Οὔπω μυρίαι ἄγγαι ἀπὸ ἱμάντος ἴδον ἀπιοῦσαι. id est,

Nondum delessus prouoluere cessat arator

Menses atque annos.

Quod enim vnus annus negat, alter vltro defert.

Multa rota volumentur. 9

Prouerbialiter extulit, & ad eandem pertinet sententiam quod proxime consequitur,

Πολλὰ κυλίσσεται ἔτι τροχὸς ἁρμασιήρης. id est,

Et multa volutur adhuc rota mota rotabit.

Id est, Multum adhuc temporis restat, multæque rerũ incident mutationes. Quod quidem adagium & hodie nostrati vulgò in ore est. Frigidius enim est quod quidam interpretantur de certaminibus Olympiacis, de quibus hic non agit poeta in carmine bucolico.

Ne nomen quidem. 10

Prouerbiali figura dictũ est & illud in eadẽ Ecloga.

—βοῦς δ' ἔτι καὶ ὄνομ' οὐκί. id est,

Vitulus nec nomen erit bellis atque tumultu.

Cervus canes trahit. 11

Res præposteras.

Inter adagia quibus ἀδύνατον seu præposterum quippiam significamus, adnumerandum & illud quod est apud Theocritum in Thyrside,

—κύνας ἕλκει ὁ ἔλαφος ἴσον. id est,

Canes cervus trahit.

Præposterum enim est vt cervus venetur canes. Carmen Theocriti sic habet,

Διὰ φυτὰ καὶ σκάνθον, ἁ τὸν κύνας ὁ ἔλαφος. id est,

Postquam per dumos eat, cervus vt canes agat.

Ad consimilem formam Vergilius in Pharmaceutria, Eccl. 8.

Nunc & oves ultro fugiat lupus.

Bubo canit luscinia. 12

Item illud quod proxime consequitur,

Καὶ ξύριον τὸ σκῶπτ' ἀνδρὶ τερετιστύν. id est,

Buboque montanus philomelæ accinat ipsi. † Sus Minervam.

Quum infans suadere conatur eloquenti, aut inerditus docere doctissimum.

Ne vidit quidem oleum. 13

Ecloga cui titulus πυγμὴ scatet prouerbialib. sententiis ac figuris: quarum de numero primum est illud, *De imperito.*

Καὶ πόκα τιὸς θεὸς ἐν ὀφθαλμοῖσιν ὀπώπει; id est,

Et quando ille oculis oleum conspexerat vnquam?

Conuenient in eos qui sunt artis alicuius prorsus rudes & imperiti. Velut si quis profiteatur rem medicam qui nunquam didicerit quicquam illius artis, venustè notabitur hoc versu,

Καὶ πόκα τιὸς θεὸς ἐν ὀφθαλμοῖσιν ὀπώπει;

Vngebantur enim athletæ, quo membris euaderent durioribus: vnde per oleum significatur certamen. Quanquam scholia declarant quosdam hoc ad arborem referre, quòd in Olympiacis oleastro siue olea coronari solebant.

Et me mater, &c. 14

Item illud quod in eadem sequitur,

Κἠμὲ ἔφατ' ἀ μάτηρ πολυδεύκεϊ θ' ἁμὲ ἑταίρῳ. id est,

Me quoque Pollucem mea mater vincere dixit.

Quum quis anteponitur aut æquatur iis cum quibus nullo modo conferendus est. Matres enim amore, cæcutiunt in filios, & formosissimos putant qui sunt deformes, fortissimos qui sunt ignauissimi. Porrò Pollux pugil optimus fuisse creditur, teste Flacco,

Castor gaudet equis, ouo prognatus eodem

Pugnis.

Suade lupis vt insaniant. 15

Rursum in eadem,

Πείσω τι Μίλων ἢ τοὺς λύκους αἰτίκα λυσσῆν, id est,

Hoc quoque Milo lupis mox persuadeto, rabire.

Vbi quis animum inducit ad rem stultissimam, quam non aggrederetur nisi insanus. nam lupi insaniunt vel sua sponte. Velut si quis tyrannum inflliget ad crudelitatem, quum plus satis sæuiat suopte ingenio. Rabies propriè canum est: vnde scholiastes Theocriti putat hoc velut absurdum proponi. Sed canes aliquando rabiunt, lupi nunquam non rabiunt.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. *Hoc quoque*) πείσω credidit imperatiui esse modi, secundæ personam, media in voce: ideo vertit Persuadeto, Suade. Atqui (vt omittam, πείσω legi, non πείσῳ & imperatiuum πῖσσω pro πῖσον non temerè inueniri, vt nec infinitiuum πίσσεν pro πῖσαι) pastor Battus, qui hunc profert versum apud Theocritum, non alloquitur Milonem: sed de eo absente hoc dicit Corydoni. Interpretare igitur, Persuadeat: vel Persuaserit, id est Persuadere possit. Quam certè interpretationem attulisset, simul & aliam huius prouerbij explicationem quam attulerit: si attentius totum hunc locum considerasset. Battus enim mirans potuisse Milonem Ægoni pastori, qui ne oleum quidem athleticum vnquam viderat, persuadere vt Olympiam proficisceretur: dicit Corydoni, Vel lupis persuadere queat Milo vt statim more canum agantur in rabiem. Ac si Erasmicam expositionem sequentes, dicamus, Persuadere etiam velit Milo lupis vt insaniant, quum plus satis sua sponte id faciant: quis non videt minimè constare sibi Battũ, & prioribus eius verbis posteriora non esse consentanea? Sed enim illam alteram expositionem tenendo, cogemur dicere rabiem proprie canum esse. quod Erasmus ex scholiaste proferens, & refellens, ait canes aliquando rabire, lupos nunquam non rabire. At ego eadem ratione dici rabire vel potius rabidos esse lupos, quã canes, planè nego: & λυσσῆν, id est, rabiem, proprie appellari quendam morbum canum, quo correpti insaniant (vide & lupos, rabidos, tigres quoque, aliasque feras rabidas appellari: quanquam eodẽ quo canes morbo non laborent) probaturum me confido. De canibus enim sic Plinius, Est vermiculus in lingua canum, qui vocatur à Græcis lytta, quo exempto infantibus catulis, nec rabidi fiunt, nec fastidium sentiunt. Vnde iam liquet peculiarem esse canibus hunc vermiculũ, de cuius nomine appellatus sit morbus à Græcis, quem

Non eadem ratione dici canes rabidos, & lupos rabidos.

Lyssa, vermis canum. quem ipse illis adserat: pro quo Latini rabiem dixerunt. At feras si putaremus morbo laborare quum rabidæ sunt, perpetuum morbū illis tribueremus, quum omni tempore dicantur esse rabidæ. Præterea si inter rabidum canem & rabidum lupum, aut rabidam trigin, aliámve feram nihil interest, cur non, quemadmodum distinguitur morsus canis rabidi à morsu canis non rabidi: ita etiam lupi rabidi morsus à lupi non rabidi morsu distinguitur? Cur denique qui lupum aliquem rabidum appellat, intelligitur vni epithetum dare quod omnibus eiusdem generis belluis, secundùm naturam se habentibus (vt philosophicam phrasin vsurpemus) conueniat: at qui canem aliquem rabidum vocat, intelligitur vni cani appellationem dare quæ illi communis sit, non cum aliis omnibus canibus, sed cum iis duntaxat qui præter naturam se habent? Ex his satis superque manifestum esse puto, non eodem intellectu lupos rabidos appellari quo canes. Non debuit ergo scholiastæ explicationem improbare Erasmus, præsertim quum Theocritus vtatur verbo, λυσσᾷν vnde & nomen λυσσώδης quæ Græci à canis morbo ad furibundum ferarum impetum non eo modo transferunt, quo Latini nomen rabidus transferre solent.

Rore pascitur. 16

De homine corpore præteuui. In hominem prætenui corpore quadrabit illud ex eodem Idyllio, quod dictum est in vitulam macram,

—μὴ πρωΐας ὀτιζέτω ὥσπερ ὁ τέττιξ.
—rorem vini more cicadæ

Dorcs enim rorem appellant πρωΐαν; quòd πρωΐ, id est mane, cadat. Porrò cicadas rore ali testis est Plinius libro 11. ca. 36. Ore carent, sed habent in pectore fistuloso quiddam aculeatum, linguis simile: eo rorem lambunt. Quum excitatæ subuolant, reddunt humorem. quod solum argumentum est illas rore pasci. neque enim ad excrementa corporis vllum foramen est. Vnde Maro,

Dumq; thymo pascentur apes, dum rore cicadæ.

Venustius erit si transferatur ad ingenium siue stylum ieiunum & aridum: aut per ironiam, in hominem vehementer obeso corpore.

Tuam ipsius terram calca. 17

Quum iubebimus cuipiam vt in suo loco se contineat, neque se recipiat in nostra, quadrabit illud ex eiusdem Hodœporis,

Τὰν σαυτᾶ πατέων, ὄχα τὰς ἀρούρας. id est,
Quin propriam calcas terram, quercetà tenuto.

Conueniet vbi parum fidemus alicui, nec volemus in domesticam recipere consuetudinem.

Nihil simile, &c. 18

Ad iniquam comparationem significandam valebit illud ex eodem,

Ἀλλ' ἐ σὺ Οὔτ' ἂρ κυνόσβατῳ ἰσ' ἀνεμώνη
Πρόσφατος. id est,
Imò res est fulta cynosbato aut anemonam
Composasse rosis.

Cynosbatos. Cynosbatos Græcis sonat canis rubum. est fruticis genus, sed rosam producit contemptam, minimeque grati odoris. Anemonam Dioscorides papaueris speciem facere videtur.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. Ἀλλ' ἐ) Hoc dictum prouerbij speciem duntaxat non habet, vt quidam in versibus antè citatis, sed verè prouerbiale est: ac proprius eius locus erat eum illis ad idem prouerbium pertinentibus, ῥοδέων ἀνεμώνη συμφέρεται, id est, Rosam cum anemona confers.

Ne fascines. 19

Ἰνανὶ βασκαίνῃς μοι, id est, Ne me fascines. Dici solitum vbi quis rem suauem nactus, præsentibus impartit aliquid, ne solus fruens, alios contristet. Indicat hoc Aristoteles sectionis vigesimæ problemate 24. Vbi de mensa communi aliquis sibi priuatim sumeret aliquid, intuenti communicans, dicebat, Ne me fascines. Itaque sumpturi cibum, prius edebant rutam, ceu remedium aduersus fascinum. Tum enim metuebant noxam fascini, quoties vel auidius vescerentur, vel alicuius incommodi suspicione tenerentur, aut cibum haberent suspectum quem capiebāt. Ita fiebat vt semper cum perturbatione vel biberent vel ederent, flatu simul hausto: qui si expellitur, simul exit cibus: si retinetur, mouet tormina. Itaque ruta prius comesa & stomachum & reliquum corpus calfacit, vt spiritus ille inclusus discuti atque abigi possit. Vnde & illud prouerbiale quiddam habet, Ruta opus est: vbi significabimus periculum cuiuspiam incommodi. quemadmodum de baccare & apio diximus alibi. *Ruta opus?*

Non omnis fert omnia tellus. 20

Vt Vergilianum illud, Non omnis fert omnia tellus, prouerbium erit, si traducatur ad diuersas ingenij dotes, aut non quiduis à quouis esse petendum: ita prouerbij rationem habebit illud Theocriticum ex Cyclope,

Ἀλλὰ τὰ μὲν θέρεος, τὰ δ' ἔαρος τελέουσι χαλῶσαι. id est,
Illa quidem producit hyems, illa educat æstas.

Quum significabimus aliud agendum inueni, aliud seni: aliis atque aliis temporibus diuersis moribus vtendum. Quid autem quæque ferat tellus, eleganter describit Vergilius in Georgicis, & Hermippus apud Athenæum libro primo.

Dum virent genua. 21

De inuenta rubere. Nec illud caret prouerbij specie quod est apud eundem in Thyonicho,

—ὡς τι δεῖ εἰς γόνυ χλωρόν. id est,
Quando virent genua, tum aliquid faciamus oportet.

Studendum bonis literis, dum adhuc viget ingenium. Ducenda est vxor, sed iuueni. Consimilem ad modum Horatius, Epod. lib. Od. 13.

-dumque virent genua,
Et decet, obducta soluatur fronte senectus.

Quanquam hæc ipsa figura, Genu viret prouerbialis est, quoties iuuentutem significamus.

Neque pessimus neque primus. 22

Mediocritatem hoc pacto significare licebit,

—ἔστι κάκιστος Οὐτε πρῶτος. id est,
-neque pessimus, at nec Primus.

Lepidius fiet si ad ingenij laudem transferatur. Nam apud Theocritum in Thyonicho de milite dictum est, qui seipsum modestè iactat.

Sed quomodo Iupiter duxerit Iunonem. 23

De curiosis. In curiosos, & quid quisque domi faciat peruestigantes, conueniet illud ex Syracusanis,

Πάντα γυναῖκας ἴσαμι, κ) ὡς ζεὺς ἠγάγετ' Ἥραν. id est,
Nouit fœmineum genus omnia, nouit & illud,
Iunonem quo pacto duxit Iuppiter olim.

Scholiastes Theocriti putat significari furtiuas Iouis & Iunonis nuptias, quales describit Homerus,

Εἰς ἄντλῳ φωτῶντι φίλας ἐλάθοντο πάλας. id est,
Coniuge subiere thorum clam vtroque parente.

Adiungit fabulam, quam retulerit Aristoteles nescio quis in libro quem scripsit De templo Hermiones. Iuppiter insidians sororis pudicitiæ, quum fortè vidisset illam semotam ab reliquis diis (nam ne diis quidem virginibus tutum est obambulare solas) ipsum vertit in cuculum, consedítque in monte qui prius dictus erat Thronax, nunc Coccyx dicitur. Eo verò die Iuppiter excitauit ingentem tempestatem. Iuno itaque sola peruenit in montem, consedítque eo loci vbi nunc est Iunonis Teliæ, hoc est perfectæ, templum. Cuculus autem ob tempestatem horridus ac tremens deuolauit, consedítque in Iunonis genibus. Eum Iuno mitrata texit veste sua. Hìc rex deorum repente è cuculo factus Iuppiter, Iunonem complexus est. Quumque illa metu matris recusaret coitum, Iuppiter promisit se ducturum illam in vxorem. Hinc natum existimant prouerbium. Addit, huius Iunonis simulacrum in templo fuisse collocatum, hac imagine vt in throno sedēt sceptrum dextra teneret, in cuius fastigio sederet cuculus. Equidem vix credo hanc fabulam apud veteres inueniri, sed suspicor ab otioso quopiam grammatico fuisse confictam, adeo sapit anile quiddam. Huic simillimum est quod scribit Plautus in Trinummo. Sciunt quid in aurem rex reginæ dixerit, sciunt quid Iuno fabulata cum Ioue: quæ neque futura neque facta, tamen illi sciunt. *Coccyx mons.*

Vbi paueris impera. 24

In eadem Ecloga,

Παιπάλᾳ ἐπίταθι. id est,
Præcipito pro quam satis ueris tibi.

Ad eum modum respondent mulieres cuipiam obiurganti quòd loquaciores essent, & silentium imperanti. Conueniet vbi quis imperiosior est in eos de quibus nihil est meritus.

ANIM. HENR. STEPH.

V. *Vbi paueris*) Imo sonant verba Theocriti, Vbi cōparueris, impera. Vel, Impera vbi possessor fuetis,

Sic prouerbiale dictum est, planè cum illo Plautino conueniens, Emere melius est cui imperes. Quod aliis versibus sic effert idem, Emere oportet quem tibi obedire velis. Sed nimirum non cogitauit Erasmus quum ita interpretaretur, πασάμενος non significare duntaxat γευσάμενος ἢ φαγών, sed etiam κορεσθείς. sicut πασὼν idem poeta vsurpat pro κτησάμενος in hoc versu, qui habetur Idyll. 10. Αἶσα μοι ἔσσι ἔσα Κρήτων πίειρα φυτεύει πασών. hinc & πολυπάμων, Multa possidens, Diues. Quanquam nec alteram significationem accipiendo, carebit errore illa interpretatio, Vbi pueris, impera. vel, Vbi esca satiaueris. Quum enim πασὼν significet gustare, edere, non autem pascere, seu alere: verterendum fuisset, eam sequendo, Vbi pastus fueris, vel, Vbi esca satiatus fueris.

Gallus in suo sterquilinio plurimum potest. 25

Quod scriptum est in ludicro Senecæ, prouerbij speciem habet. Intellexit, inquit, neminem parem sibi Romæ fuisse, illicque non haberet se idem gratiæ gallum in suo sterquilinio plurimũ posse: Alluit ad Claudium imperatorem Lugduni natum. Hodieque de cane vulgò dicunt, eum in suo sterquilinio plurimum audere. In alieno timidiores sumus omnes, in suo quisque regno ferocior est & animosior.

Isthmum perfodere. 26

De magno sed irrito conatu.

Isthmum perfodere dicebantur, qui magno quidè conatu sed irrito molirentur aliquid. Ductum ab Isthmo Corinthiaco, qui efficiebat vt naues longo & ancipiti ambitu iuxta peninsulam circumagerentur. Vnde complures illum aduersi sunt, quà erat angustissimus, perfodere, nempe Demetrius rex Dictator Cæsar, C. princeps, Domitius Nero, Insaullo, vt omnium patuit exitu, incepto. Author Plin. lib. 4. cap. 4. Tranquillus ostendit, idem tentatum à Caligula. Philostratus in vita Apollonij negat Neronem desiisse victum operis difficultate, sed quod timeret ne admissum mare perituram Ægiptiam portenderet, aut res nouas in imperio Romano coorturas: nam id præmonstrarant Ægyptij vates. Quinetiam vetustissimus scriptor Herodotus lib. historiæ suæ primo, prodidit Cnidios Isthmum, quà angustissimo spatio, nempe quinque stadiorum, spectabat continentem, perfodere adortos, quò insulam facerent: cæterum ictos scopulos in fodientium oculos resiluisse, deinde Delphicum Apollinem ab eis consultum trimetris respondisse,

Ἰσθμὸν δ' μὴ πείρυτε, μηδ' ὀρύσσετε.
Ζεὺς γὰρ κ' ἤθελε νῆσον ἔμεν κ' οὐκ ἤπειρον. id est,
Neque cingite Isthmum muris, neque fodite,
Nam si Iouis id vigam, locasset in salo.

Denique Nicanor Scotæus aggressus est Isthmum qui dirimit Euxinum & Caspium mare, nec perfecit, à Ptolemæo Ceraunio interfectus.

Lingere salem. 27

Vilius tenuiũ hominũ olim.

Olim tenuis fortunæ hominibus sal pulmentarij vice fuit, vti nunc quibusdam est acetum. Quæres & in prouerbium abiisse tenuitatis notandæ hoc ne olim quidem id fuerit. Sed præstiterit ipsius Plinij verba super hac re subscribere ex libro 18 geniti primi cap. 7. Varro, inquit, veteres etiam pulmenta sale vsos, author est. Efflasse enim salem cum pane & caseo, vt prouerbio apparet. Persius in satyra quinta,

-iuua. Sed Iupiter audiet. Heu lecta
Vare, regullatum digito terebrare salinum,
Contentus perages si vinere cum Ioue uendi

Hoc est, vitam ages pauperrimam.

Sellisare. 28

De iactabundis, & fastuosis.

Σελλίζειν prouerbiali ioco dicebantur gloriosi, fastuque præturgidi. Suidas admonet sumptum à moribus Selli cuiusdam, qui quum re esset perquam tenui, tamen affectabat haberi diues. Torquet poetas & in eos qui se doctrinæ iactitant ac venditant opinione, quum alteris sint alieni. Hesychius indicat Græcis idem significare σελλίζειν & καλλιζειν. Quæ vocis temel atque iterum vsus est Plato in Gorgia: & φαλὸς dicitur qui figma crassius profert, qui de re nominat attigimus in prouerbio Κ' ψαλὸν κ' πτερόν. Addit Hesychius nonnunquam σελλίζειν idem esse quod ἀλαζονεύεσθαι, videlicet adstipulans Suidæ.

Cecidas & Buphoniorum. 29

Res vetusta & obsoleta.

Τὰ Κηκίδα ἢ βουφόνια, id est, Cecidis & Buphoniorum, de re magnopere prisca, & ob vetustatem iam pridem obsoleta deluetaque. Aristophanes in Nebulis,

Ἀρχαῖα ὄντ' ἀπολωλότα, κἀπίτηδες ἀπαρτᾶ,
Καὶ Κηκίδα ἢ βουφόνια. id est,
Prisca hæc sunt atque obsita cana, necnon oppleta cicadis,
Ac Cecide cum Buphoniis.

Siquidem Cecides peruetustus quispiam Dithyramborum poeta fuit, cuius scripta iam situm olebant, vnde in iocum vulgarem abierunt. Quemadmodum iure ridentur hodie qui immodica & intempestiua affectatione vetustatis, è duodecim tabulis, ex Ennio, Lucilioque petunt sermonem, perinde quasi cum Euandri matre loquantur: nec vllum verbum elegans putant, nisi quod sit ab vsu vulgi, & nostro seculo procul remotum. Item Buphonia festum quoddam erat apud Athenienses ob vetustatem neglectum iam ac desitum, sic appellatum à cæde boum. Huiusmodi ludos adhuc durare videmus apud Italos, præcipuè Romanos, priscæ videlicet etiamnum infantiæ vestigia, quos illi Taureos vocant. Adagio licebit per iocum vti, quũ significabimus aliquid ceu nimis priscum negligi.

Serenitatis nubem inducit. 30

Ludum mordacitati admiscere.

Non tam ouum ouo simile, quàm illud prouerbij facies præ se ferat quod refertur a Plutarcho in commentario de dignoscendo adulatore ab amico, ἐπὶ τῶν ἐπιφερόντων τὴν ἀκαθαρσίαν ἐπὶ τοῖς ἡδέσι. id est, Serenitati nubem inducit. De eo qui inter pocula deque vinulentum aliquid admiscet, quod offuscata hilaritate frontem corruget, supercilia que contrahat. Ad eundem modum Horatius lib. 3. Ode 15. de anu deformi, quæ se puellarum choris admiscebat.

Et picto nebulam spargere candido.

Μονόγραμμοι. 31

Pratenues, macilenti, decolores.

Olim homines macie prætenues, vesculi, ac decolores, prouerbiali ioco μονόγραμμοι vocabantur. Lucilius Vix vnus homini ac monogrammo. Rursum idem alibi, Quę pictas monogrammi. Nonius Marcellus ductum autumat à pictura, quæ prius quàm coloribus corporatur, vmbra fingitur. Non perperam quidem Marcellus: verumtamen erit adagium si ad veterum picturam respiciamus: quæ primitus omnium consentanea ab vmbra hominis lineis circunducta cepit initium, quod vocant delineare. Deinde singulis coloribus pingi cœptum est, easque picturas μονογραμμάτους appellabant. Mox ars distinxit lesse, & inuenit lumen atque vmbras, vt quædam eminere, quædam abdi premique viderentur, differentia colorum. Deinde adiectus est splendor, quem alium à lumine volunt esse, medium tamen inter lumen & vmbram: proinde eundem tonon vocant. Nam commissuram actransitum colorum, ἁρμογὴν appellabat. Huiusmodi fermè Plinius lib 35 cap. 5. Conuenient igitur in hominem deformem, nullo aut eodem vultus colore, cuiusmodi priscorum erant imagines. M. Tullius lib. De natura Deorum 2. Non enim venis & neruis & ossibus continentur: nec cibis, nec potionibus vescuntur, vt aut nimis acies, aut nimis concretos humores colligant. Nec his corporibus sunt, vt aut cæsi, aut ictus extimescant, aut morbos metuant ex defatigatione membrorum. Quæ verens Epicurus monogrammos deos, & nihil agentes commentus est. Hi autem pulcherrima forma præditi, puriſſimaque in regione cæli collocati, ita feruntur, moderantúrque cursus, vt ad omnia conseruanda & tuenda contentisse videantur. Monogrammos appellat Cicero informes, nulláque specie.

Aliorum medicus. 32

Qui sapiunt non sibi, sed aliis.

Manet hoc dictum his quoque seculis celebratissimum quod refertur à Plutarcho in commentario de dignoscendo assentatore ab amico, è poeta quopiam,

Ἄλλον ἰᾶσθαι, αὐτὸν ἕλκεσι βρύοντα. id est,
Alios medetur, ipsus hucceribus scatens.

Vtitur eo & in commentario quem scripsit aduersum Coloten. Conueniet in hos qui aliis sapiunt, non sibi: alios oculati sunt & cauti, non sibi: alios consolari norunt, ipsi sua mala non ferunt æquo animo. In eundem sensum vsus est Christus apud Lucam. Iudæis enim admirantibus eius dicta factáque, ac dicentibus, Οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ τοῦ Ἰωσὴφ, id est, An non hic est filius Iosephi? respondit ad hunc modum, Πάντως ἐρεῖτέ μοι τὴν παραβολὴν ταύτην, ἰατρὲ θεράπευσον σεαυτόν. ὅσα ἠκούσαμεν γενόμενα εἰς τὴν καπερναούμ, ποίησον καὶ ὧδε ἐν τῇ πατρίδι σου. id est, Omnino dicetis mihi parabolam hanc,

hanc, Medice cura teipsum. Quæcunque audiuimus facta in Capernaum, facito & hic in patria tua.

Lapsana viuere. 33

Lapsana. Lapsana viuere lepidè dixeris eos qui perparcè ac minimúque tenuiter viuunt. Consentaneum est enim iocum illum militarem in popularem fabulam abusse, quo Cæsariani milites alternis versibus exprobrabant, quòd apud Dyrrachium lapsana vixissent. Est autem lapsana olus syluestre ac vulgare, passimque prouueniens, trium foliorum, ex brassicarum, ni fallor, genere. Verùm si quis forte requirat, Plinij verba sunt hæc lib. 19. cap. 8. Necnon olus quoque syluestre est trium foliorum, diui Tullij carminibus, præcipuè locis militaribus celebratum. Alternis quippe versibus exprobrauere lapsana se vixisse apud Dyrrachium, prætiorum parsimoniam cauillantes. Est autem id cyma syluestris. Hactenus Plinius. Idem libro 20. cymam inutilem esse dicit, & concoctu difficilem. Cymam autem interpretatur in caulibus dici delicatiorem, tenerioremque cauliculum, qui & in lapis & asparagis gratiam habet. Dioscorides aut Lapsanam Romanis & napium dici, cuius folia simul & caules elixi comeduntur: putat hanc stomacho magis amicam quàm lapathum, cuius meminit Horatius de cœna frugali loquens, li. Epod. Od. 2.

Aut herba lapathi prata amantis, & grauis
Malua salubres corpori.

Haud contra ostium. 34

Οὐκ ἐξ ἀντίας, id est, Haud contra ianuam, pro eo quod est non propriè ad rem, & aptè ad id de quo agitur, prouerbiali certè figura dictum est ab Aristotele, libro Physicorum quarto, Οὐκ ἐξ ἀντίας θύρας πρὸς τὸ παράδειγμα εἰσιόντων. id est, Isti quidem igitur haud contra ostium occurrunt quæstioni. Argyropylus ἐξ ἀντίας θύρας vertit non rectè, neque non recte tamen id quidem. Perinde valet quasi dicas, ad scopum. Illud expende lector, num hoc adagium illi sit affine. Τίς ἂν θύρας ἁμάρτοι; id est, Quis aberrauerit à ianua?

Quis aberrauerit ianua.

Climacides. 35

†*adulatoris & insectantes.* Κλιμακίδες, id est, Scalulæ, per iocum vocari potuerunt qui se diuitibus ad quiduis obsequij submittunt, etiamsi sordidissimum sit. Sic autem vulgato conuitio sunt appellatæ mulierculæ quædam Cypriæ, adulatrices apud Syros, quòd regum vxoribus submitterent sese, vt per eas ceu per scalas currum conscenderent. Meminit Plutarchus in libello De discernendo adulatore ab amico. Et Athenæus lib. Dipsonophistarum 6. Et Valerius Maximus Rerum memorabilium lib. 19. c. 1.

Valeat amicus cum inimico. 36

Εἰρήτω φίλῳ καὶ ἐχθρῷ, id est, Valeat amicus cum inimico. Quadrat in eos qui toti ad se spectant, nec amici magis quam inimici rationem habent: cuiusmodi fertur Timon ille Misanthropos. Plutarchus in commentario quem modò citauimus, Εἰ μηδαμῶς ἀνεκτὸν ἐπιτρέψαι τὸ, ῥηθήτω φίλῳ καὶ ἐχθρῷ, id est, Si nequaquam placet illud, Valeat amicus cum inimico. Est autem Græcis hemistichium carminis trochaici.

Manica. 37

†*Ingentia facta.* Μανικὰ Phrygio prouerbio dicebantur ingentia egregiáque facta, ducta voce à Mane quodam prisco apud ipsos rege, quem ferunt virum fuisse præpotentem & admirabili virtute præditum. Author Plutarchus in libello de Osiride. Quin & Latini insanum vocant quod est præter vulgarem modum. Insanire libet, Et, Iniano iuuat indulgere labori.

Ruta cæsa. 38

Ne in rutis quidem & cæsis, haud dubiè prouerbiali specie dictum est à Cicerone lib. de Orat. 1. pro eo quod est, nulla in parte, Sed dicet te, quum ædes venderes, ne in rutis quidem & cæsis, solitum tibi paternum recepisse. Quo quidem loco illud obiter admonendum, in vulgatis Tullij codicibus perperàm pro recepisse legi reliquisse: id quod satis liquere potest ex Nonio Marcello, qui in dictione receptitius hunc ipsum Ciceronis adducit locum. Est enim hoc loco recipere, idem quod excipere. Porrò quid sibi velint ruta cæsa (nam verba sunt peculiaria iureconsultis) abundè patet ex Pandect. lib. 19. Lege 11. Si ruta, inquit Vlpianus, cæsa excipiantur in venditione, ea placuit esse sata, quæ erua sunt, vt arena, & similia: cæsa ea esse, vt arbores cæsas & carbones, & his similia: Gallus autem Aquilius, cuius Mela refert opinionem, rectè ait frustrà in lege venditionis de rutis & cæsis contineri, quia si non specialiter venierint, ad exhibendum de his agi potest. Neque magis de materia cæsa, aut de cæmentis, aut de arena cauendum est venditori quàm de cæteris quæ sunt pretiosiora. Meminit & in Topicis de rutis & cæsis. M. Cicero, Nam ne prætermittam aliquid quod ad argumentum in omni ratione reperiendum pertineret, plura fortasse quàm abs te desiderata erãt, sum complexus: fecique quod sæpe liberales venditores solent, vt quum ædes fundúmve vendiderint, rutis cæsis receptis, concedant tamen aliquid emptori, quod ornandi causa aptè & suo loco positum esse videatur. Meminit & in Partitionibus. Et quum significabimus inclementius tolli omnia, neque quicquam fieri reliqui; venustè dicemus, Ne rutis quidem ac cæsis receptis, vt iureconsultorum more loquar.

Ætna, Athon. 39

†*Molestiæ, tædium.* Ætnam & Athonem montes in molestiæ tædiúque prouerbium abisse, testatur Lucilius apud Aulum Gellium lib. 16. ca. 9. etiam si locus is depravatus habetur. Lucilij versus, quos adducit sunt hi,

Verùm hic ludus ibi, ibíque omnia déque fuere,
Séque & déque fuere inquam omnia, ludus vocísque.

Illud opus durum, vt Setinum accessimus finem ἐπὶ τὸ λειπὸν, vt aiunt, montes Ætnæ omnes atque asperi Athones. De Ætna Siciliæ monte dictum est, quòd gigantem sua mole premat, iuxta poetarum fabulas. Inde quòd crebris incendiis grauis ac pernicioſus olim esset accola. Vnde & M. Tullius in Catone maiore, dixit onus Ætna grauius. De Atho verò, quòd ob ingentem celsitudinem, vmbra sit molestus, quam in Lemnum vsque trecentis dissita stadiis mittit, alibi diximus. Pomponius Mela tradidit huius cacumen altius quàm vnde cadant imbres: eius rei coniectura ex eo colligi, quòd de aris, quas in vertice sustinet, non abluitur cinis, sed quo relinquitur aggere manet. Obstat & nauigantibus, quòd toto longè dorso procedat in pelagus, quà continenti adhæret. Vnde & à Xerxe perfossus. Athenæus libro 10. commemorat Eylichthonem quendam inexpletæ voracitatis, vulgò dictum fuisse βορὰς ἄθως, id est, voracitatis Athonem.

Onus Ætnæ grauius.

Immunem venire. 40

Immunem Latini vocant quem ἀσύμβολον Græci, Ἀσύμβολος nempe eum qui nihil confert ad conuiuium. Horatius in Odis, lib. 4. Od. 12.

Nardi parvus onyx eliciet cadum. *Non ego te meis*
Immunem meditor tingere poculis,
Plena dives vt in domo.

Sed plusculum habebit gratiæ si transferatur ad res animi, puta doctrinam, versus, aut simile quippiam. Aulus Gellius lib. 6. c. 13. indicat vocem hanc in prouerbium abisse: Ne omnino, vt dicitur, immunes & asymboli veniremus, conuectabamus à cœnitantibus non cupedias ciborum, sed argutias quæstionum. Terentius in Phormione, Tène asymbolum venire vnctum atque lauxum è balneis? Apud Athenæum Ephippus eleganter dixit immunem manu.

Ἀλλ' ἔστιν οἷον ἡμῖν ἐλθεῖν ἄσυμβολον.
Ἀσύμβολόν τι χεῖρα παγκάλως βαρύ. id est,
Ingressus alterum edere dixit obsonium,
Edulio porrigere immunem manum.

Soterichi lecti. 41

†*Res tritas, priscas, rudes & inusitatas.* Apparet Soterichi lectos in vulgarem iocum abisse de re vili priscáque & minimè ambitiosa, & rudis artificij. Sic enim Seneca Ennianos de Cethego versus irridens, Qui huiusmodi versus amant, inquit, licet sibi & eosdè admirari & Soterichi lectos. Aulus Gellius (nam ab hoc ista referuntur li. 20. c. 2.) Dignus sanè Seneca videatur lectione ac studio adolescentium, qui honorem & colorem veteris orationis Soterichi lectis comparauit, quasi minimæ scilicet gratiæ, & reiectis iam contemptúsque. Conijcere licet Soterichum fabrum fuisse quempiam, cuius opera priscam illam & rudem simplicitatem præ se tulerint. Nam Romæ postea argentea triclinia diuitibus in vsu fuisse, testatur Plinius lib. 33. cap. 11. Huiusmodi inter pictores fuisse Fulvium, Rutubam, & Placidianum, in sermonibus indicat Horat. li. 2. Sat. 7.

Soterichus.

Vel quum Pausiaca torpes insane tabella,
Qui peccas minus atque ego? quum Fulvi Rutubæque,
Aut Placidiani contracta populite murra
Pocula rubricatis crudis aut carbone.

Peribo, si non fecerit. 42

Vbi quis in eum reductus est locum vt nec aggredi rem possit citra magnum incommodum, neque tutò omittere, conueniet illud ex oraculo profectum, deinde populari, vt solet, sermone iactatum, Peribo, si non fecero: si faxo, vapulabo. Refertur ab Aulo Gellio libro Noctium 3. cap. 3. è Plautina comœdia cui nomen Fretum. Versus Plautini sunt hi,

Nunc illud est quod dicitur, regi ensum magna ludi,
Peribo, si non fecero: si faxo, vapulabo.

Porrò quænam sit historia redditi oraculi Gellius ipse testatur sibi non liquere, & in hoc hos Plauti versiculos enotasse vt historiam quæreret: Sunt autem versus iambici tetrametri catalectici. Vnde dictum verbum, adiectum opinor ab interpretante, subaudimus. nam in vulgatis codicibus scriptum est, Magnis ludis dicitur.

Ex se fingit, velut araneus. 43

Comminiscentis ex se mendacia.

Prouerbialis videtur & illa collatio, aranei ex sese texentis telas, & hominis ex seipso comminiscentis mendacia. Sic enim Plutarchus in libello cui titulus De Osiride, Οἷα ποιοῦσι τὴν λογοποιΐαν, καθάπερ οἱ ῥήτορες καὶ ποιηταὶ τὰς ἀρχὰς ἐξ αὑτῶν ἁπλάττουσι καὶ ὑφαίνουσι καὶ ἐκτρέφουσιν. id est, Quales poetæ & oratores, velut aranei, gignentes ex ipsis a nullis suggesta exordia texunt producuntque. Plinius tradit maiores araneas in terra cauernarum exigua vestibula præpandere, minimas non texere. tertium genus erudita operatione esse conspicuum. Oritur, inquit, telas, texitque operis materiæ vterus eius sufficit. hoc ita corrupta a primæua natura statu tempore, vt Democrito placet: siue est intus quædam lanigera fertilitas tam moderate vt qui, tam tereti filo & tam æquali educit stamina, ipse ponderet vius. Texere a medio incipit, circumagit orbe subtegmina adnectens: maculasque paribus semper intervallis, sed subinde crescentibus, ex angusto dilatas indissolubili nodo implicat. Nec abhorrent ab his quæ Aristoteles refert libro de natura animalium nono, addens, araneos, mox vt editi sunt, filia mittere. non ex interioribus, velut excrementa (quemadmodum sentit Democritus, sed de summa corporis parte, veluti corticem, aut in morem hystricis de cute spinas iaculantis. Non texunt autem, neque venantur, mas fœmina. Mas fruendi comes est, non laborandi.

Aranea telas.

Boue venari leporem, & similia. 44

De re absurda

Τῷ βοΐ τὸν λαγὼ κυνηγετῶν, id est, Boue leporem venari, dicuntur qui rem absurdam, ineptam ac præposteram aggrediuntur. Veluti si quis citra aulicorum fauorem aliquid beneficij aut dignitatis à principe nitatur obtinere. Plutarchus in commentario de animi tranquillitate, Οὐδὲν γὰρ πέφυκεν τὸ ἀρότρῳ βοηλατοῦντι καὶ τῷ βοῒ τὸν λαγὼ κυνηγετεῖν, ἀσύμφορος γάρ. νοῦν γὰρ χρῆσιν καὶ βαλλόμενος ἥξεις μὲν λαμβάνοντι μηδὲν ἧττον ἑαυτοῦ μαλθακὸς, ἀλλὰ ἀλυσπάτως ἢ μαχίμως πῶς ἀδυνάτως ὑπομενεῖν. id est, Neque enim qui aratro velit iaculari, ac boue venari leporem, infortunatus est: neque ei qui laqueis aut retibus cernos nō ceperit, vllus malus aduersatur genius: ad stultitia & peruertitas aggrediuntur quæ fieri non possunt. Non quidvis est accommodum ad omnia: veluti si quis homini studiis & otio nato, bellum aut rempublicam administrandā mandet τῷ βοῒ τὸν λαγὼ κυνηγετεῖν. aut si quis stupido & insulso iudicia committat. Citat in eodem libello versus, ni fallor, Pindari, Ἐν ἅρμασιν ἵππον, ἐν δ' ἀρότρῳ βοῦν, ἐν ταῖς δ' ἴνυσι πάρα δελφὶς, καθαρῷ δ' ὑποστορεῖ φόνῳ κύνα δεῖ τινα θυμὸν ἀδρύνειν. id est, In curribus equus, in aratro verò bos: nauem autem præuertitur quam ocyssimè delphinus. et apro parauit mortem canis est fortis inueniendus. Nam hæc quoque prouerbij specie habet.

Ab vno diagrammate. 45

Plutarchus in libello de discrimine inter adulatorem & amicum, Ὁ δὲ κόλαξ ἀφ' ἑνὸς διαγράμματος πάντ' ἐοικὼς καὶ πρὸς χάριν ὁμιλῶν ὑποκρίνεται, κἂν ἅμαρτάνῃ τι τῶν ἀτόπων, οὐ ῥᾴδιον ἐπιτιμᾶν, ἀλλὰ μᾶλλον παρέπεται βουλόμενος. ὅπου δὲ καὶ συμφέρῃ. id est, Adulator autem ab vno diagrammate semper id quod iucundum est, quodque blandiatur solitus facetiare, neque facto resistere nouit neque verbo contrariare, sed tantùm obsecundat volenti, semper illi concinens & consonans.

Diagramma quid.

Palàm est prouerbij specie dictum esse ἀφ' ἑνὸς διαγράμματος. Est autem diagramma pictura delineatio quæ philosophorum, qua rem exponit vt oculis, vt perinde valeat quasi dicas, de eadem formula.

Non filius Achillis. 46

Inter carmina nobilium poetarum, quæ à doctis vice prouerbiorum vsurpantur, hæc quoque referri posse videntur.

Οὐ παῖς Ἀχιλέως, ἀλλ' Ἀχιλεὺς αὐτὸς εἶ. id est,
Haud satus Achille, verum Achilles ipse es.

E tragœdia quapiam aut comœdia sumptum videtur. est enim versus trimeter iambicus. Vsurpatur à Plutarcho in eodem commentario quem inscripsit, Qua ratione sit adulator ab amico dignoscendus. Ait enim adulatorem modis omnibus sic amicum imitari, vt illud in eum dici possit, Οὐ παῖς Ἀχιλέως, &c. Itidem Terentianus Parmeno in Gnathonem Thraconis orationi subseruientem,

Hem alterum hunc ex hoc natum dicas.

Vlysses pannos exuit. 47

Tenuis vitæ commutatum genus.

In eodem quem modo dixi commentario Plutarchus hunc Homericum versum vsurpat non sine specie prouerbiali ex Odyssea χ.

Αὐτὰρ ὁ γυμνώθη ῥακέων φωλητῆτα Ὀδυσσεύς. id est,
Vestibus at pannis mox ait exutus Vlysses.

Accommodare licebit iis, qui genere vitæ subitò commutato è pauperibus diuites, è squallidis nitidi, è tristibus hilares existunt. nam Vlysses, simulatque pannos, in quibus mendicum apud procos egerat, exutus, magnificis vestibus ornatus esset, repente visus est alius. Plutarchus torquet in adulatorem, qui polypi more, omnium studiis sese accommodat, adeò vt qui paulo antè apud amicum philosophiæ deditum, prolixam barbam ac pallium gestarit, assiduè versans in libris, nihilque crepans nisi numeros, rectangulos & triangulos Platonis: si fortè fortuna in amicum inciderit voluptatibus addictum, continuò mutata figura, velut à Circe transformatus, Sardanapalus fiat.

Subito alius. 48

Repentè mutatus.

Simili modo torquet & illud Homericum ex Odyss. ξ. in hominem repente mutatum, quique subitò alius factus esse videatur,

Ἀλλοῖός μοι ξεῖνε φάνης ἰδέειν τε δέμας τε. id est,
Hospes nunc alius mihi quam dudum esse videris.

Congruit huic illud Theocriti.

Ἀρτίως ἄλλα μὲν ἔμπας ἐγὼ βροτὸν ἄλλον ἐτεύξω; id est,
Nam quo alius subito factus sum numine diuum?

In durum & implacabilem. 49

In hominem impendiò rigidum & implacabilem rectè torqueb tur illud Homericum, ex Odyssea κ,

Σοὶ δέ τις ἐν στήθεσσι νόος ἀκάματος τέτατ[ai]. id est,
At tibi non vnquam placanda in pectore mens est.

Plutarchus in commentario de dignoscendo ab amico adulatore, ait hunc versum obuiè solitum Antonio ab assentatoribus, quòd Cleopatræ effictim amanti non respondere in amore.

Asinus balneatoris. 50

Nihil fructus à labore capiat.

Ὄνος βαλανείου. id est, Vt asinus balneatoris. Dictum est in eos qui ex suis laboribus ipsi nihil fructus caperent. Plutarchus in libello περὶ τῆς φιλοπονίας. Οὐδὲν δ' ἧττον, ὥσπερ ὄνος βαλανείου, ξύλα καὶ φρύγανα καθάπερ ἐμοὶ ζωστὸν καὶ τοῦτον ἀπὸ τῆς ἀγορᾶς ἀπομισθωσάμενος, λυπρὸς ἦν μισθίχειν μηδὲν ἄλλο ἀπολαύων, μηδὲ καθαιρόμενος. id est, Nihil inde capiens commodi, velut asinus balneatoris, qui ligna & sarmenta defert, semper fumo ac fauillis oppletus, nunquam autem particeps balnei, neque teporis, neque mundiciei. Loquitur de diuite parco ac sordido, qui quum sit onustus diuitus, non fruitur tamen.

Lychnobij. 51

Apparet λυχνοβίους prouerbiali ioco dictos qui lucernariam vitam ducerent: vt torqueri possit vel in nocturnum potorem, vel hominem supra modum studiosum, qui (quemadmodum dictum de Demosthene) plus absumat olei quàm vini: vel in sordidum & parcum, quasi de lucernario oleo victitantem. Seneca lib. epist. epistola 122. dictum ostendit in lucifugam quendam, cuius tota vita erat præposttera, adeo vt quicquid hominum vulgus interdiu solet facere, id ille faceret noctu. Sub noctem expergiscebatur: diluculo ibat cubitum. In quem ita locatus Varus lepidissimus fabulator, vt eum diceret admodum frugaliter viuere, quippe qui nihil intumeret nisi noctem. Sic quibuidam illum sordi-

sordidum & auarum dicentibus, Vos, inquit, illum & lychnobium dicetis. Est autem in loco vox ambigua, vt intelligas eum vsque adeo sordidum, vt lucernas etiam absumeret: vel adeò parcum, vt lucernis victitaret. Cæterùm alibi item est ad vitam hominis præpositeram, cuiusmodi describit in eadem epistola, & Butam quendam Atilium.

Quasi Sutrium eant. 52

Sutrium per ætatem Hetruriæ oppidum, id olim defecerat à Romanis cum quibus inierant societatem. Camillus ad id delectus à senatu, vt eos cogeret ad fidem. Is ne in apparando commeatu multum temporis tereretur, vsque Sutrini ipsa celeritate opprimerentur, edixit vt singuli milites trium dierum commeatum secum exportarent. Id deinde versum est in prouerbium, quod vsurpari consueuit quoties aliquis suo sumptu nauat operam alijs. Sic enim interpretatur Festus Pompeius in fragmentis quibusdam quæ Romæ inueniuntur. Arbitror eandem esse historiam quam aliquanto aliter narrat Titus Liuius libro ab vrbe condita sexto. Plautus in Casina. Tum quoque facito, vt veniant, quasi eant Sutrium: Iubet Alcesimus vt suos ad sese mittat, sed suopte cibo instructos. Notum est carmen Catulli quo Fabullum ad cœnam vocat, sed ita vt ipse secum adferat quicquid ad lautam cœnam pertinet.

Sua Sumptu, nauare alijs operam.

Αὐτολήκυθοι. 53

Αὐτολήκυθοι vulgato verbo dicebantur, qui non ex animo, sed ventris causa colerent amicos: unde conficta voce quòd sponte ad lecythum commearent, & inuocati præsto essent in conuiuio. Eosdem πρακτίους quoque vocatos fuisse testatur, & ab Eupolide, πρὸς οὓς πάλιν ἐγὼ ἀφῆκον φίλους, id est, Circumsartaginem & post prandium amicos, dictos fuisse. Plutarchus in libello cui titulus, Quo pacto quis dignoscere possit adulatorem ab amico, Ἀλλὰ μὴν, καθάπερ οἱ πολλοὶ, αὐτολήκυθοι πίνουσι λεγόμενοι καὶ πρακτίους, καὶ μετὰ τὸ λοῦσθαι χλιαρᾶς ὕδωρ ἀκεραίους, ὡς τὸν οἶνον, πολλάκις τρωζοῦσιν, id est, Sed ne, quemadmodum vulgus hominum facit, autolecythos istos, qui vocantur, ac mensales, quique tum demum audiunt, posteaquam aqua manibus infunditur, sicuti dixit quidam: existimemus adulatores. Vsus est eo verbo Demosthenes in oratione aduersus Cononem. Interpretes variè exponunt: vel de his qui ad quiduis perpetiendum parati sunt: vel de pauperibus, qui præter lenticulam nihil possident: vel de iis, qui faciles sunt ad depromendam pecuniam, quòd quidam soleant in lenticulis pecuniam recondere: atque aliis item modis, quorum nihil conuenit cum sententia Plutarchi. Apud Athenæum libro quarto vocantur ἀμπελοφάγοι, quibus dulce est aliena viuere quadra. Refert ibidem quiddam non illepidum: orta disceptatione quænam aquarum esset optima, quum alij præferrent Lernæam, alij Pirenæam, alij aliam, Carneus iuxta Philoxeni sententiã dixit, τὸ κρῆνον ὕδωρ, ἥδιστον, suauissimam aquam quæ manibus infunditur. quòd ea declararet cœnam esse paratam, quum conuiuator iubet conuiuas lauare. Congruit cum eo quod alibi dictum est, Feruet olla, viuit amicitia.

Ἀμπελοφάγοι.

Feruet olla, viuit amicitia.

Melitæus catellus. 54

Μελίταιον κυνίδιον, id est, Melitæus catellus dicebatur is cuius opera nulli rei conducebat, sed duntaxat animi causa alebatur. cuiusmodi non mediocris est multitudo in diuitum familijs. Aliorum canum varius est vsus. Sunt quibus ædium custodia delegata est, vt noctibus aduersus fures excubias agant: hi vocantur οἰκουροί. Sunt quorum opera in venatibus vtimur: qui ἀγρευτικοί dicuntur. Sunt quorum nullus est vsus, nisi vt cum otiosis ac delicatis matronis lusitent. qui nostris quoque temporibus mirum quàm sint in deliciis. Atque ij μελιταῖοι vocantur, nimirum ab insula Melita inter Corcyram nigram & Illyricum sita. Author Plinius libro 3. capite vltimo: itidem Strabo & Stephanus. Horum meminit Aristoteles sectionis decimæ problemate 14. indicans illos omnibus membris pusillos gracilésque fuisse: & hac dote commendantur. quemadmodum sunt qui sine nanis & pumilionibus non possunt viuere. Apud Lucianum in Lapithis γλαυκωνικὸς Alcidamantem Cynicum μελιταῖον κυνίδιον vocat Athenæus libro 12. scribit Sybaritis vehementer in deliciis fuisse canes Melitæos, Qui quidem hoc esse videntur in genere canum, quod nani & pumiliones inter homines. At Massinissa meritò laudatur quòd pro similibus & catulis maluit pueros alere vsque ad annum tertium, deinde remittebat eos suis parentibus. Sed intolerabilius est quod apud Britannos complures alunt greges vrsorum ad saltationem, animal vorax & malecicum. Cuiusmodi sunt & simiæ, licèt minus voraces. Nec pudet has Christianorum esse delicias, tot egenis esurientibus. Verùm quid ista deploramus, quum obsbulent qui exemplo ab Italis orto, puellam aut puerum circunferunt gesticulationes ineptas edoctum, & vnius puellæ calamitas alit otium quatuor aut quinque robustorum nebulonum. Et huiusmodi ludos æquus oculis spectant homines Christiani.

Canum vsus varius.

Ilico hyems erit. 55

Aristoteles in problematis sectione tertiadecima, refert hunc versum, nullo citato authore, sed veluti vulgò iactatum,

Εἰ δ' ἦνον βορέας σκοπελίσσεται, αὐτίκα χειμών. id est,
Ilico hyems fit vbi Boream aspexerit Auster.

Causam hanc adfert, quòd Notus suapte natura nubem & imbrem affatim colligat. Proinde si hoc tempore Boreas accesserit, congelascunt omnia huius rigore, atque ita protinus hyems. Adnicit in eodem problemate carmen alterum consimili ferè sententia,

Εἰ βορέας πολὺν καθελίψεται αὐτίκα χειμών. id est,
Molle lutum Boreas si prenderit, ilico hyems fit.

Id tametsi vulgò simpliciter dictum apparet, tamen nos eò deflectere potemmus, vt dicamus ingens periculum imminere si malum malo succedat. Veluti si qui immodicè discruciat sese studijs laboribus, amare etiam incipiat: aut si qui prius principi parum gratus fuit, in plebis etiam odium veniat: aut si regi vehementer leni, placidóque succedat admodum rigidus, aut contrà. Nam huiusmodi subitæ mutationes, maximos rerum motus solent excitare.

Periculũ ingens immanere.

Eundem calcem omni pedi induere. 56

Galenus Therapeutices lib. 9. Ἔνιοι μὲν ὅτι ζητοῦσιν ἔτι ἴσασιν οὐδὲν οὐδ' ἴσασι τὸν παράπαν, ἀτὰρ καλόποδι πᾶσιν ὑποδήσασθαι, id est, Illi quidem igitur neque inquirunt, neque sciunt. Quo magis iuxta prouerbium, eodem calciamento calceant omnes. Loquitur de quibusdam medicis imperitis, qui non habita ratione morborum, eadem remedia admouent omnibus, cùm diuersa mala diuersam curationem desiderent. Non dissimile illi quod alio dictum est loco, Scis simulare cupressum. Ad hanc formam pertinet quod adducit Hieronymus in prima præfatione commentariorum quos edidit in epistolam ad Ephesios, Nec admittat imperiti medici vno collyrio omnium oculos velle curare.

Cochleæ vita. 57

Κοχλίου βίος, id est, Cochleæ vita. De iis qui parcè † Parcè viparuoque viuunt, aut contracti à negotijs, lucéque fori remoti. Notum est animal vnde sumpta est metaphora. Plutarchus in libello περὶ τῆς φιλοπλουτίας, Σὺ δὲ πολλὰ σφάλματα σωμάτων, καὶ ἁρπαγὰς καὶ σφαγὰς ναυτῶν, κοχλίου βίον ζῶν ἀβασανίστου μισθολογίας, id est, Tu verò tantum molestiarum sustines turbas ac torquens teipsum, quum ob parsimoniam cochleæ vitam viuas. De cochleis quæ, quum caletur, succo victitant suo, alibi retulimus ex Plautina Captiui duo.

† Parcè viuentes.

Bello parta. 58

Ἐκ πολεμίας, id est, Ex hostium regione. Vbi quis immodicè intumeret. Solemus enim celeriùs ac temerè profundere si quid hostibus sit ereptum. Quod quidem adagium & hodie passim audiuimus vulgò dictitari in luriones & helluones. Plutarchus in libello cui titulum fecit ὑγιαινόντων παρέκτασις, Ἐμπίπλανται παρὰ τῶν πλουσίων, καὶ τοῦτο ἐκ πολεμίας, ἀφειδῶς ἐσθιομένου, id est, Implentur apud altos cibis sumptuosis, fruique velut ex hostili regione raptis, ampliter sese cibo onerantes. Vsurpat idem Symposiacæ decadis septimæ, problemate sexto. Satyrus apud Athenæum libro 4. id genus homines depingit his verbis, Καθαρπάζοντες τὸν ἀγρὸν, διαρπάζοντες τὴν οἰκίαν, λαφυραγωγοῦντες τὰ ὑπάρχοντα, id est, Proculcantes agrum, diripientes domum, pro spoliis vendentes facultates. Nã λαφυραγωγοῦν, est prædas hostibus detractas sub hasta vendere. Atque ea solent minoris æstimari, veluti aliena. Hinc Græcis λαφύκται dicuntur, qui luxu prodigunt rem familiarem, vt indicat Athenæus lib. 12 & eiusmodi profusio, λαφυσσὼ dicitur, & λαφύσσειν prædari, aut

† Ἐκ πολεμίας prodigos & helluones.

Λαφυραγωγοῦν.

Λαφύκται.

intemperanter profundere seu deuorare, vt indicat Suidas. Nam λάφυρα spolia dicuntur viuis hostibus detracta, quemadmodum σκῦλα mortuis. Λάφυρα.

Panis lapidosus. 59

† Beneficium ab homine duro datum.

Illud si quis prouerbium esse negabit, cum hoc quidem non admodum digladiabor: certè dignum est vt assidua vsurpatione in adagiorum contubernium coopteturquod refertur à Seneca lib. De beneficiis 2. Panis lapidosus. Sic enim Fabius Verrucosus appellabat beneficium ab homine duro alioquin datum, quem eluenti necessarium sit accipere, durum & acerbum esse. Ita quidam contatione, torsitate vultus, asperitate orationis, ostentatione molesta, corrumpunt beneficium, vt nemo sit accepturus, qui possit eo carere.

E Patroclis domo venit. 60

De sordido.

Ἐκ Πατροκλείου, id est, E Patroclis domo. In sordidos sumptum à moribus Patroclis cuiusdam Atheniensis, prædiuitis quidem, verùm impendio parci sordidique, quem vetus comœdia talem ferme depingit qualem Plautus Euclionem, teste Aristophane interprete, cuius verba Suidas quoque refert, qui & prouerbium esse vult. Est autem in Aristophanis Pluto. Is quum esset squalidus, incultus & sordibus obsitus, rogatus vnde veniisset,

Πόθεν ἥκεις, φράσον, αὐχμηρὸς βαδίζων id est,
Vnde igitur aueo jam squalens veniss, dicito.

Atque ille respondet,

—ἐκ Πατροκλείου δῆτα,
Ὅς ἐν ἡμέραις ἕξ ὅπου οὐκ ἐλούσατο. id est,
E Patroclis domo,
Qui haud iam vnquam postquam natus est.

Tam in proclivi quàm imber. 61

Non absque prouerbij specie dictum est illud à Plauto in fabula cui titulus est Captiui duo,

Tam hoc tibi in proclivi quàm imber est quando pluit.

† Proclive

Nam proclive propriè dicitur quod ex alto deorsum propendet. Arduum est autem onera submoliri in altum, deorsum verò vel sponte sponte deuoluuntur.

Et post malam segetem serendum est. 62

Equidem non pugno esse prouerbium, etiamsi prouerbij simillimum est, illud epiphonema Senecæ, libro epistolarum vndecimo, Et post malam segetem serendum est. Quo licebit vti quoties res parum ex animi sententia cecidit, & significabimus non esse desistendum à conatu. Quanquam Seneca loquitur de iis qui refugiunt in vllum hominem beneficium collocare, quòd semel inciderint in ingratum. Eiusdem generis est quod eodem subnectitur loco, Post naufragium maria tentantur.

Spes seruat afflictos. 63

Plutarchus in libello de ratione victus, indicat vulgatum fuisse prouerbium de spe, nec tamen explicat quodnam id fuerit, Τοὺς πλείστους δὲ μᾶλλον καὶ ἀκρατῶς συνηρεφεῖς ἔχοντας παρέχειν ὑπὸ ἀσωτίαν καὶ πενίαν βαδίζειν ἀναγκαῖα ἔοικεν ὅθεν καὶ τὸν συνιέναι, id est, Plerosque verò ipse intemperantiæ monitisque patrocinante prouerbio adducit hue, vt relictis stratis, ad consuetam redeant vitam. Quod autem sit illud prouerbium quod intemperantiæ suæ prætexunt homines, declarat in his quæ sequuntur, Ἐκ οἴνου δὲ τὸν οἶνον, καθάπερ ἧλον ἥλῳ ἐκβάλλειν καὶ ἀποσείεσθαι. Tanquam vinũ vino, & crapulã crapula excutere ac discutere sint. Ex his apparet Plutarchum allusisse ad prouerbium, Clauum clauo pellere. Quod quidem & hodie manet quòd celebratum inter compotores. Addunt iocum de pilo canis rabidi, & experiuntur facetiam multis exitialem. Quanquam & obiter allusum est ad hoc quod extat in sententiis è comœdiis, vt apparet, collectis,

Ἀνὴρ ἀτυχῶν, συζεται ταῖς ἐλπίσι. id est,
Spes seruat hominem rebus in duris bona.

Notum est illud Nasonis,

Spes bona dat vires, animum quoque spes bona firmat.
Vnica spe vidi qui moriturus erat.

Deinde Pindaricum illud apud eruditos penè cessit in prouerbium, ἐλπὶς γηροβόσκα. id est, Spes alitrix senectæ. Sic enim Plutarchus in libello de tranquillitate animi, Καὶ τὴν μνείαν ἡδεῖαν καὶ βεβαιοτάτην τῆς Πινδαρικῆς γηροβόσκα ἐλπίδος, id est, Et memoriam iucundiorem, ac firmiorem, Pindarica spe, senectæ altrice. Refert autem hunc Pindari locum Plato libro de Republica 1. Ὅτι ὁ μὲν δικαίως καὶ ὁσίως τὸν βίον διαγαγὼν, ἐλπὶς ἡδεῖα ἂν παρείη, ἥ καρδίαν ἀγάλλουσα ἀνατρόφῳ γηροβόσκῳ συναμφοῖν ἔφη, ἃ μάλιστα ποικίλος πολύτροπον χειμαίνει, id est, propterea quòd qui iuste pieque vitam peregerit, huic quietis cor exhilarans, senectutis altrix, familiaris est spes, quæ maximè versatilem mortalium mentem gubernat.

Tria saluberrima. 64

In eodem opere, quandoquidem nullo authore refert, videtur & hoc prouerbio fuisse iactatum. Sed præstat ipsius verba transcribere. Ὅθεν ἄριστα λέλεκται, Θοῆς ἀκρίτου, καὶ πόνου κοινοῦ, καὶ σπέρματος εὐκάρπου συνέρανον, ὑπομένειν δεῖ, id est, Vnde optimè dictum est, velici citra iacturam, non refugere laborem, naturæ semen colligere, esse saluberrima.

Admoto capite. 65

Plutarchus in libello cui titulus, πῶς ἂν τις διαφέροι τὸν πλησίον ἢ φίλου, verum hunc, qui apud Homerum frequenter obuius est, seu prouerbialem, vbi pat,

Ἀλλ' χρὴ πρόφρων' ἐπιμὲν πυθέσθαι οἵ τις. id est,
Admoto capite, reliqui ac animo vnicuique.

Admonet eo loco, si quis obiurgandus est amicus, vt id fiat primùm in tempore: deinde comiter & amicè magis quàm aspèrè, postremò clanculum, remotis arbitris, ὅθεν ἄριστα μὲν ἴσχει, τὸ ἀλλ' χρὴ πρόφρων, id est, Vnde optimum est illud, Admoto propius capite. Pro eo Liuius lib. ab vrbe condita. dixit Conferre capita, Conuenes velut deliberabundi capita conferunt. Conferre capita.

Cur cessatum est. 66

Eodem in commentario vsurpat & hunc Homeri versum ex Iliados λ.

Τυδείδη, τί νύ σε τὸ πάλαι μάλα περ θοὸν ἔκπαγλον; id est,
Dic quidnam accidit nobis, vt Martia virtus
Tydidæ exciderit animus?

Licebit vti quoties communem culpam apud amicum agnoscemus, & in re quapiam malè cessatum esse significabimus.

Abiiciendum procul. 67

Quum vitium alioqui noxiam admonebimus procul abiiciendam esse, conueniet versus ille, vt fatior, Homericus, Res abiiciendæ noxiæ.

Εἰς ὄγε, τὸν τις κυμα τινάξας ἐκβάλοι πόντου. id est,
In mon.em tumidaque frementis in æquora vndæ.

Sic & Horatius in odis, libro tertio, ode 14.

Vel nos in Capitolium,
Quò clamor vocat, & turba fauentium.
Vel nos in mare proximum
Gemmas & lapides, aurum & inutile,
Summi materiam mali,
Mittamus, scelerum si bene pœnitet.

Contra Theognis non opes, sed ipsam paupertatem iubet εἰς μεγάλους πόντους ῥίπτειν, id est, in immensum mare proiicere. Item hominem vehementer pestilentem in extremas insulas deportandum dicimus.

Testudinem equus insequitur. 68

Plutarchus in libello quem scripsit aduersus Stoicos, Πολλῷ γὰρ σχετλιάζειν ἔοικε καὶ μᾶλλον ἀπορεῖσθαι τὸν ἐπιεικῆ, καὶ μηδὲν ὑπὸ μηδενὸς ὠφελούμενον· μηδ' εἰ χρυσοῦν, τὸν λόγον φασὶ, μανίκιον διώκει Λάμπις ἔχων ἵππον, id est, Multo verò illud indignus, & à cogitationibus seiunctius, nihil à quoquam comprehendi: nec si testudinem, id quod prouerbio dicitur, à tergo insequatur Adrasti celer equus. Conueniet vti, quum rem præpostere & absurde gerì significamus. Finitimum est illi quod aliàs à nobis dictum est, Testudinem Pegaso comparas, & Citius testudo leporem præuerterit. Res gestæ præpostere.

ANIMAD. HERM. STEPH.

V. sciunctius,) Τὸ τῷ λόγῳ φασὶ, vertit, Id quod prouerbio dicitur: quasi τῷ τῷ λόγῳ φασὶ non plus significaret quàm τῷ τῷ λόγῳ, aut φασὶ seorsum. Imo φασὶ ij contra quos Plutarchus disputat. adeò vt ita interpretari oporteat Ne si quidem, (inquiunt) testudinem, vt est in prouerbio, insequatur, &c. Hoc etiam obiter adnotabo, quod non videtur deprehendisse (solet enim diligenter hac de re admonere) ex poeta quopiam sumpta esse postrema huius loci verba. nam μανίκιον διώκει finis est vnius versus hexametri, & Ἄδρηστος ἵππος ἦεν principium alterius.

Stultior Melitide. 69

Μωρότερος Μελιτίδου, id est, Stultitior Melitide. Melitides vnus est e fœtissimis illis fatuis, quos Homerus fatuo cui- De insigniter

suo carmine nobilitauit. Hic iam euersa Troia, veniſſe legitur auxilium laturus Priamo, vt meminit Euſtathius decimum Odyſſeæ librum enarrans. Lucianus in Amoribus, Μελιτίδην ἢ Κόρυβον οἴει με μανῆναι θεῶν; id eſt, Melitidem aut Corœbum me putas, per deos? Prouerbium refertur à Zenodoto, docens hunc comicorum conuiciis fuiſſe traductum ob ſtultitiam, nec potuiſſe numerare ſupra quinque: & ducta vxore, nouam nuptam non attigiſſe, veritum ne ſe illa accuſaret apud matrem. Commemorat eodem in loco & alium quendam inſigniter ſtultum, qui dubitauit ex vtro parente fuiſſet natus. De Melitide ſi dabi Corœbo meminimus alibi. Pauſanias admonuit, Corœbum vnà cum Butalione ac Melitide ab Ariſtophane inter fatuos numerari. Eadem Suidas, adferens hoc carmen ex Ariſtophane,

Τίνος δ' ἀβδηρίτατον ἀχλυότης Μαμάκυθος, Μελιτίδου ἢ καὶ Σκύρου; id eſt,

Haſtenus abderitiſſimi inhiantes Mamacutha, Melitida depauit.

Non pluit, &c. 70

Plutarchus in cauſis naturalibus, refert hunc verſiculum prouerbio tractatum apud priſcos,

Μιᾷ τι νυκτὸς ὗει ἢ οὐκ ὗει τέκε ἀλεκτρύων σός. id eſt,

Iam non nocte pluit qua ſus fatum edit agreſtis.

Quæſit autem cur domeſticæ lues ſæpius, idque incerto tempore, pariant: contrà feræ ſemel duntaxat atque iiſdem ferme diebus. Hi ſunt initio ætatis, quæ pars anni minimum eſt obnoxia pluuiæ, præſertim apud Græcos. Non alium equidem video prouerbij vſum, niſi ſi quis ſignificare velit, exacto vere aut autumno ſerenitatem fore. Quod ſi libebit longius etiam detorquere, per iocum licebit vti, quum ſignificabimus, vbi hoc aut illud euenerit, quod breui ſit euenturum: finem malorum nobis fore.

Electro lucidior. 71

Res dilucida nitidaque.

Ἠλέκτρου διαφανέστερος, id eſt, Electro pellucentior. De re magnopere dilucida, aut de forma ſupra modum nitida, quòd electrum miro quodam more pelluceat. Vnde Virgilius, liquidum appellat, Æneid. 8.

-liquidóque exterrita electro.

Lucianus in Amoribus Ἠλέκτρου, φασίν, ἢ τῆς σιδονίας ὑέλου διαφανέστερος, id eſt, Electro, vt aiunt, aut Sidonio vitro pellucentior. Sidonium autem vitrum vocat, quòd ea ciuitas artificio vitri fuerit olim nobilis.

Tam perit quam extrema faba. 72

Res iniuriis omnibus expoſita.

Feſtus Pompeius oſtendit prouerbio dici ſolere, Tam peritquam extrema faba, propterea quòd extremę ſiliquæ plerunq; aut proterantur aut decerpatur à prætereuntibus. Quadrabit igitur in hominem, ſeu rem omnibus omnium iniuriis expoſitam. Veluti ſi quis dicat theologiam tam perire quam extremam fabam, quòd paſſim a profanis & hæreticis tractando corrumpatur.

Tyria maria. 73

† *Res tumultuoſa, & periculis.*

Tyria maria prouerbio dicebatur, de re magnopere tumultuoſa periculique plena. Feſtus Pompeius inde natum adagium indicat, quòd Pœni Tyro oriundi adeò potentes maris fuerunt, vt per hos omnibus mortalibus nauigatio eſſet periculoſa. Citatque Afranium, qui ſcripſerit de quopiam quòd Tyria maria concitet. hoc eſt, ingentes turbas excitaret.

Altera manu fert aquam, &c. 74

De bilingui.

Τῇ μὲν ὕδωρ φορεῖ, τῇ δ' ἕτερῃ πῦρ, id eſt, Altera manu fert aquam, altera ignem. In eum torqueas licebit, qui quum coràm ſit blandus, occultè noceat. Aut in bilinguem, & nunc laudantem, nunc vituperantem: aut in diuerſa ſentientem. Finitimum illi Plautino,

Altera manu fert lapidem, panem oſtentat altera.

Refertur adagium à Plutarcho, in commentario de primo frigore. τῇ μὲν ὕδωρ ἐφόρει δολερῇ μετὰ χειρί, τῇ δὲ ἕτερῃ πῦρ. id eſt, Altera quidem aquam geſtabat dolosa manu, altera verò ignem. Loquitur autem de muliere diuerſis & contrarijs inſtructa. Manet eſt autem idem dictum hodie totidem verbis in ore eſſe vulgo.

Vapula Papyria. 75

Vapula Papyria, Siſinius Capito ſcribit prouerbio dici ſolitum, ſi quando verberare ſignificare ſe negligere minas aliquorum: Hoc tantum reperimus in fragmentis Feſti Pompeij. Suſpicor eſſe natum à Papyrio prætextato, à quo mater comminando plagas, truſtrà ſonata eſt excalpere quid actum eſſet in ſenatu. Proinde Papyri legendum, non Papyriani niſi mauis ſubaudire lege, vt ſit comminantis pœnam legis Papyriæ. Aut ni magis placeat vt intelligas de Papyria, vxore Pauli Aemilij, quæ repudiata eſt à marito, quum repudij cauſam nemo ferre potuerit. Quid enim facias? diuinandum eſt vbi non ſuccurrunt authores.

Quaſi millus canis. 76

† *Firmum præſidium.*

Sapit & hoc prouerbium, quod apud eundem ad populum dixit Scipio Aemilianus, Nobis inquit, reique publicæ præſidio eritis quaſi millus canis. Nam millus eſt collare canum venaticorum corijaceum, confixum clauis ferreis eminentibus aduerſus impetum luporum. Ad hunc igitur modum, certum firmúmque præſidium ſignificabimus.

Non liberat podagra calceus. 77

Externa, nihil proſunt animo exuuiæ.

Plutarchus in commentario περὶ τῆς Ἀσυρίας, refert huiuſmodi ſententiam ceu vulgò iactatam, alioqui ipſa quoque figura prouerbium præ ſe ferentem, Οὔτε ποδάγραν ἀπαλλάττει τὸ καλτίον, οὔτε διαπαύει πολυτελὴς περιωχίας, οὔτε διάδημα κεφαλαίας. id eſt, Nec podagra liberat calceolus, nec pretioſus amictus vaginum vitio, quam περιωχίαν vocant, Latini reduuiam, nec diadema capitis dolore. Plutarchus vtitur ad hunc modum, Si diuitiæ reliquáque fortunæ munera non tollunt morbos corporis, quanto minus mederi poſſunt animi malis?

Vno digitulo. 78

Negotij facilitas ſumma.

Vno digitulo ſummam negotij facilitatem ſignificabant. Terentius in Eunucho, Qui mihi nunc vno digitulo fores aperis fortunatus, Næ tu altas ſexto calcibus ſæpe inuitabis fruſtra. Hieronymus in dialogo Luciferiani & Orthodoxi, Hanc igitur haſtam quam totis viribus militi, de qua nobis minitaris, vno, vt aiunt, digitulo repellam. Huc pertinet & illud quod alibi dictum eſt, Minimo prouocare, quum ſignificamus nos vel nullo negocio poſſe vincere.

Muli Mariani. 79

Qui faciſſe parent imperio.

Muli Mariani caſtrenſi prouerbio dicti ſunt varicoſi milites, qui ex C. Marij ducis inſtituto, in furca, tabellà interpoſita, ſua onera portare conſueuerunt, vt teſtatur & Feſtus Pompeius. At Plutarchus in vita C. Marij, originem adagij biſariam refert: quum Marius imperator milites curſu varioque ac longis itineribus, geſtandique oneribus exerceret, atq; illi iam aſſueti, non gratum tacitiq. ea ferrent, caſtrenſi ioco ὑ μύους ἐκάλουν, id eſt, muli Mariani, dicti ſunt. Hinc tranſlatum eſt in quoſuis qui facile parerent imperanti. Meminit adagij & Iulius Frontinus lib. Stratagematón quarto, hiſce verbis, Caius Marius, recidendorum impedimentorum gratia, (quibus maxin è exercitus agmen onerator) vaſa & cibaria militum in faſciculos aptata furcis impoſuit, ſub quibus & habile onus & facilis requies eſſet. vnde & in prouerbium tractum eſt, Muli Mariani, nimirum ob laborum tolerantiam, quòd Homerus ὑ μούνους ἐλαφηβόλους idem fortaſſis appellat. Sunt qui diuerſam adagij originem referant. Quum enim Scipio Numantiam obſidens, ſtatuiſſet inſpicere non arma modò militum, verumetiam equos, mulos, & curſus, quo pacto hæc quiſque ſibi haberet exercitata atque apparata, Marium produxiſſe equum pulcherrime ab ipſo nutritum, præterea mulum habilitate corporis, manſuetudine ac robore longè cæteris antecellentem. Itaque quum imperator Marij iumentis delectaretur, aſſiduè de horum faceret mentionem, tandem factum eſt vt iocoſa laude qui in officio ſe præſtaret aſſiduum, patientem ac indefeſſum, mulus Marianus diceretur. Et hanc alteram prouerbij originem refert Plutarchus in vita Marij, quam modò citaui. Seneca in ludicro libello quem ſcripſit in Claudium Cæſarem, mulos perpetuarios nominat. Feſtinus erit ſi detorqueatur in hominem immenſo ſtudio aut perpetuis negotijs vehementer diſtinctum.

De immenſo ſtudio.

Oſculana pugna. 80

† *Victi vincunt.*

Feſtus Pompeius indicat Oſculanam pugnam prouerbio dici ſolitam, quoties victi vincerent. Idque inde natum, quòd Valerius Leuinus imperator prius a Pyrrho victus, paulo poſt eundem regem deuicerit. Citat Ticinium, qui huius adagij fecerit mentionem. Quanquam hic quoque locus mutilus ac truncus eſt apud Feſtum.

Oſce loqui. 81

Turpiter loqui.

Oſce loqui veteſto prouerbio dicebantur qui tur-

Mercurius superuenit. 91

Ὁ Ἑρμῆς ἐπιπλέων, id est Mercurius superuenit. Ita loqui consueuerunt in quando silentium oriretur in conciliabulo multorum, significantes non esse fas loqui Mercurio præsente, qui sermonis sit author. Ominosum & hodie putatur si quando in cœtu aut conuiuio subitum omnium silentium fuerit obortum. Refertur adagium à Plutarcho in commentario περὶ τῆς εὐδαιμονίας. Affine est illi quod alibi dictum est, Lupus in fabula.

Dulce pomum quum abest custos. 92

Γλυκὺ μῆλον φύλακος ἀπόντος. id est,

Custos vbi desit, dulce pomum est scilicet.

Impunitas maxima ad peccandum illecebra.

Senarius est prouerbialis, quo licebit vti quum significabimus impunitate malos ad peccandum prouocari. Sumpta metaphora à pueris & adolescentibus qui sibi non temperant quo minus furentur poma, si senserint abesse custodem. Vtitur Plutarchus in libello quem inscripsit Ἐρωτικὸν, in philosophos, qui, sub prætextu philosophiæ, libidini suæ seruiunt: σκόμματα δὲ φιλίας ἐρωτικὰς ἔστιν ὅταν ἐν ἡσυχίᾳ καὶ ἐν ἀφανεῖ λάβωσιν ἐν ταῖς ὁμιλίαις αἱρῶσιν, ἐν φιλοσοφίᾳ φασὶ, συμφέρειν δεῖν ἐξ ἀνάγκης τὸν νόμον ἢ δίκην τοῖς ἐν τοιαύτῃ ἐπιχειρίαις,

Γλυκὺ μῆλον φύλακος ἀπόντος. id est,

Igitur occasio amicitiæ ac virtus est, sordidatur autem puluere, frigidáque lauat, attollit supercilia ac philosophari se prædicat: & fores fobrius est, ob legem: deinde noctu clanculum.

Pomum suaue est, tunc, vbi custos abest.

Extat in prouerbiis Hebræorum, Aquæ furtiuæ dulciores sunt. Et Pindarus in Isthmus, hymno sexto, τὸ δ' ἐπὶ δικαίοισιν πικρότατα μάτην τυθέντ', id est, Id quod præter honestum dulce est, manet finis amarissimus.

Sanior est pisce. 93

Prouerbialiter haud dubiè dixit Iuuenalis, Sanior es pisce. Nam ad eum modum hodiéque vulgò loquuntur. Tam sanus es quàm piscis. Id inde sumptum est, quòd creditum est pisces non sentire morbos. Quanquam huic sententiæ refragatur Aristoteles libro de natura animalium 8. atque hunc sequutus Plinius libro 9. Si quidem ægrotare pisces hoc argumento colligunt piscatores, quòd aliquoties inter eiusdem generis prælingues ac vegetos, aliquot capiunt extenuatos, ac languentibus similes, coloréque immutato. Quanquam vniuerso piscium generi non incidit pestis, quemadmodum frequenter accidit hominibus, ac cæteris animantibus, non cicuribus modò verumetiam feris.

Pisces, morborum expertes.

E Creta raptus. 94

De amore furtiuo.

Plutarchus in commentario De puerorum educatione, ἐν οἷς μὲ Θήβῃσιν ἐν οἷς Ἠλείοις φιλητέον ἔρωτας, ἢ τὸν ἐκ Κρήτης καλούμενον ἁρπασμόν· οἷς δ' Ἀθηναῖοι καὶ Λακεδαιμόνιοι ζηλωτέον, id est, Et Thebanorum quidem ac Eleiorum amores oportet fugere, eúmque qui vocatur è Creta raptum: Atheniensium verò & Lacedæmoniorum imitari. Apparet furtiuum amorem his verbis olim significatum fuisse, quòd aliquoties illinc virgines à negotiatoribus adueherentur.

Euparyphus ex comœdia. 95

Vir magnificis vestibus magnáq. caterua stipatus.

Admodum prouerbiali figura dixit Plutarchus in Symposiacis, ὥσπερ Εὐπάρυφόν τινα κωμῳδίας, hominem significans magnificè vestitum, ac magnam seruorum turbam post se trahentem. Nam huiusmodi finguntur in comœdiis milites glorioſi, quorum insigne est chlamys purpurea, quemadmodum indicat Donatus. Ita Lucianus de milite, τὸν Εὐπάρυφον λέγω, τὸν ἐν χλαμύδι. id est, Euparyphum illum dico, illum chlamydatum. Vnde, diuites omnes splendidè cultos, εὐπάρυφος appellant Græci quod ipsum prouerbiale quiddam nabet. Nam paryphis vestimenti genus est, cuius meminit Iulius Pollux libro septimo. Id vtrinque purpuram habebat assutam: quod virgæ purpureæ intertextæ vesti, Ionum lingua paryphi vocantur. Idem admonet, εὐπάρυφον nouæ comœdiæ verbum esse. Contrà tenues & humiles, nullo cultu insignes, tunicati dicuntur. Cornelius Tacitus in dialogo de oratoribus, Quos sæpius vulgus imperitum & tunicatus hic populus transeuntes nomine vocat, & digito demonstrat. Similiter Horatius, Epist. lib. 1. ep. 7.

Tunicatus.

Vitia vendentem tunicato scruta popello.

Nam prætexta nobilium erat, & toga ciuium erat insigne, M Tullius contra Rullum, Iam verò qui metus erat tunicatorum illorum. Item pro M. Celio, Nobis quidem olim annus erat vetus ad cohibendum brachium toga constitutus, & ve exercitatione ludóque campestri tunicati veteremur.

Tranquillo quilibet gubernator est. 96

Seneca in epistola quadam ad Lucilium, Alioqui gubernatoris artem adeò non impedit tempestas, vt ostendat. Tranquillo enim (vt aiunt) quilibet gubernator est. Ait autem illic fortunam aduersam, ac rerum difficultatem, non solùm non obesse sapienti, verumetiam virtutem in his maximè proferre sese, quæ rebus secundis ac pacatis latebat. Non magnum est administrare rempublicam quum omnia pace constant.

Rebus aduersis virtus ostenditur.

Neque Lydorum caryca. 97

Μήτε λυδῶν καρύκας, μήτε μαστίγων ψόφος, id est, Neque Lydorum condimenta, neque flagrorum crepitus. Constabit trochaicus tetrameter catalecticus, si addas articulum, Μήτε τὰς λυδῶν. Et καρύκαις per geminum cappa legimus apud Hesychium & Athenæum. Hesychius indicat καρύκιον dici offam è sanguine variísque condimentis confectam. Athenæus hunc versiculum adducit,

Εἰρῆσθαι οἷς ἔοικεν καρυκεύειν μέλι
Σκιλλαῖον, εἰς ταὐτὸν γὰρ συνάγεται. id est,
Miscere in vnum consueuit, mel, ad hoc
Similaginem, ona. cuncta enim contrarij.

Vnde καρυκεύειν, pro miscere varias rerũ species, & καρυκεύματα pro cibis variè conditis, & καρυκεία conditura exquisitior. Sed quibus rebus quibúsque modis genus hoc edulij conficiatur, seriò declarat libro duodecimo, dicens, hoc inuentum esse Candauli, qui hinc sibi nomen celebre peperit. Suidas refert adagium, nec exponit. Coniicere licet dici solitum quoties mediocrem vitæ rationem, aut conditionem significarent, quæ pariter & à summis deliciis & ab extremis malis abesset. Legimus enim Lydos luxu deliciisque fuisse corruptissimos, adeò vt ludis nomen dederint: tum barbaros, haud scio an Lydos (de Tyrrhenis certum est) ad tibiæ modos solere seruos cædere, summam mollitiem cum summa sæuitia coniungentes. Venustius erit si ad animi res transferatur, velut ad orationem, nec omnino rusticam, nec operosius expolitam. Vnde καρυκεύειν dicuntur non solùm qui variis condimentis inficiunt cibos, verumetiam: qui sermonem multiplici verborum & figurarum lenocinio cõdiunt: aut qui concionem è diuersis malè cohærentibus contexunt, qui mos est quibusdam ostentatoribus. Quanquam huius adagionis & alibi nobis, ni fallor facta mentio.

καρυκεύω.

ANIMAD. HENR. STEPH.

Vbi duodecimo) Suidas refert adagium, nec exponit. Coniicere licet, &c. Sed quorum hæc duo inter se opponuntur, Lydorum caryceæ & flagrorum crepitus: cur non potius caryccis, cibis delicatissimis, aliquod vilissimum edulij genus oppositum fuit? Hoc certè nisi intelligamus, prouerbij vim elegantiamque minime perspectam habere possimus. Quod tamen quum à nullo scriptore, peruolutatis quamplurimis, discere adhuc potuerim, de eo coniecturam meam multis authorum testimoniis nitentem, & rationi maximè consentaneam, eò libentius proferam, quòd multos non paruo quærendi labore leuaturum me iperem. Adeò asperam austerámque Lacedæmoniorum disciplinam fuisse legimus, vt Spartana disciplina (prouerbio, vt opinor) omnium seueriſſima & à deliciis remotissima vocaretur. Sed nihil durius illam habuisse credibile est quàm ea quæ inungebat flagrorum verbera. de quibus quæ apud authores Græcos reperi, hìc adscribam. Eorum mentionem aliquot locis Max. Tyrius facit: vt pag. 194. meæ editionis, μάστιγας αὐτοῦ καὶ πυγὰς λακωνικὰς, καὶ δάκρυα, καὶ δρόμους, καὶ δίψας λέγει, καὶ σιδηρᾶς πληγάς. Item pagina 206. ἔδει γὰρ ἐκεῖνον ὑπὸ τοῦτον ἡδύσθαι, ὅτι καὶ ὑπὸ ἐφήβων καὶ ἐν ἀγῶσι μάστιγας αὐτοῦ καὶ πυγὰς λακωνικὰς, καὶ ὑπὸ τοῦ καιροῦ τοῖς ἀριστεῖοις αἱματούμενα. Quin & pag. 8. τὸν Ἀγησίλαον τὸν μάστιγας καρτερῆσαι dicit. Sed quid sibi volebant hæ μάστιγες? Erant ἐφεδρικαὶ, inquit Eustathius. Cui ἐφεδρικὰ adhibebantur? Id verò docet Synesius in epistola aduersus Andronicum, scribens, Qui Tauroscythæ, qui Lacedæmonij tanto inter verbera effuso sanguine suam Dianam coluerunt? Ex his quis non meam coniectu-

ram approbet, vt flagellorum sonitus de hoc Lacedæmoniorum ritu intelligatur, eorumque supra modum rigida vitæ institutio, Lydorum caryceis opponatur? Periphrastice autem dictum erit μαστίων ψοφος, pro μαστιγια vel μαστίων ψοφις, pro μαστίωσις, vt ipse actus exprimatur: quia dum quis cæditur, sonitum edit flagellum. Sic & Lucianus dixit μαστίων ψοφος in Necyomantia, μαστίων τις γυμνὸν ἰδὼν ἐκεῖνον, καὶ μεγάλην ἐπὶ τοῖς ὤμοις ἐπιφαίνων. Sed siue hoc siue illo modo exponas μαστίων ψοφος perinde est. nam etiam μαστιγος pro μαστίωσις accipiendum fuerit. Quod autem ad nomen καρύκινον attinet, idem Max. Tyrius iam opponit τῇ μάζῃ. vt vili cibo delicatissimum hunc Smindyridæ, illum Diogeni philosopho tribuens: ait enim ἡδὺν τῇ μάζῃ Διογένης εἶς ὁ Σμινδυρίδης τὸ καρύκινον. Vbi etiam obserua vnico κ scribi, quod in hoc nomine geminantes, itidem in verbo καρυκεύειν alibique geminare debemus.

Tanquam de narthecio. 98

Ex parato, ad manum.

Prouerbij similimum est & illud Ciceronis in secundo De finibus bonorum libro, tanquam de narthecio, pro eo quod est, ex parato, & ad manum. Nam narthecium, opinor, vocat pyxidem vnde pharmacopolæ depromunt medicamenta. Verba Ciceronis sic habent. Iam doloris medicamenta illa Epicurea, tanquam de narthecio promanent. Si grauis, breuis: si longus, leuis.

Narthecium quid.

Quod non opus est, asse carum est. 99

Cato multa velut oracula videntur apud veteres in prouerbium abiisse, non secus atque illa Apollinis. Nosce teipsum, & Ne quid nimis. Quorum de numero commodissime dictum est quod in epistola quadam ad Lucilium refert Seneca, Quod non opus est, asse carum est. Vult autem Cato diligentem patremfamilias vendacem esse, non emacem: & emere, non quod opus est, sed quod necesse est. Nam quod non opus est, inquit, asse carum est: hoc est, quantumuis paruo emptum, tamen carum est, si nec opus sit eo. Vocat necesse, quo carere non possis, velut arator aratrum opus, quod vsui futurum si quis habeat; sed eiusmodi tamen vt carere possis. Porrò quod opus non est, id est, prorsus supervacaneum & inutile. Potest ad complures accommodari sententias: vt si quis dicat artem quampiam minimo negotio posse discI, quæ tamen nihil ei frugis allatura: respondeat posset, Quod opus non est, asse carum est.

Nunc tuum ferrum in igni est. 100

De negotio quod primum aggrediendo.

Eius ferrum in igni esse dicebant cuius negotium iam ageretur. Præmollitur enim ferrum igni ad cudendum. Ita Seneca in ludicro libello, quem scripsit de morte Claudij imperatoris, Hercules enim qui videret ferrum suum in igni esse, modò huc, modò illuc cursabat, & aiebat, Noli mihi mordere, mea res agitur: deinde si quid volueris inuicem facam, manus manum lauat. A fuit cù quòd Hercules quoque ex homine factus esset deus, id quod ambiebat Claudius. Alexander Magnus interrogatus quomodo potitus esset Græcia, respondit, ἀπὸ συνεδρίου. id est, Nihil secretissimus. Refert Homeri scholiastes, Iliados β.

CHILIADIS QVARTAE CENTVRIA QVINTA.

Ne bos quidem pereat. 1

Boni vicini commoditas quanta.

IAm antè prouerbiis aliquot nobis declaratum est quantum vtilitatis adferat bonus vicinus, quantum incommodi malus. Sed quæ conducunt ad vitæ felicitatem, iterum atque iterum expedit inculcare, quo penitus infigantur animis. Neque enim ea res tantum habet locum in parandis ædibus aut fundo, sed in omni pene vita: vt quod Portius Cato prodidit de commodo vicino habendo, non solùm, ad agricolas pertineat, verumetiam ad vnumquenque nostrum. Etenim si quis iam prouectior ætate, vitæ totius cursum relegat, comperiet maximam bonorum malorumque partem à bonis malisque vicinis fuisse profectam. Hesiodi carmen Columella tanquam prouerbiale refert,

Μηδ' ἀγαθὸς κήδοιτ' εἰμὴ γείτων κακὸς εἴη. id est,
Nec bos intereat, vicinus si improbus absit.

At leuis est bonis iactura, si cum his malis conferatur quæ capiuntur ex improbis consectoribus, ex fucatis amicis, ex vxoribus & famulis parum fidelibus. At Catonis quidem sententiam nonnulli reiiciendam esse duxerunt, quòd in nobis situm non est qualem habeamus vicinum, quem nonnunquam mors, aliæque diuersæ causæ nobiscum mutant. Id tametsi negari non potest, sapienter tamen à Catone præceptum est vt agricola, quantum in ipso est, curet habere bonum vicinum; nec bonum tantùm, sed & commodum. Bonus enim esse potest, qui tibi commodus non sit. Id vt contingat, duæ res potissimum adiuuabunt: diligentia in parando agro, & commodi mores erga vicinum. Frequenter enim habemus malum vicinum, quòd ipsi nos præbeamus malos vicinos. Quemadmodum igitur (vt eleganter scribit Columella) sapientis est fortuitos casus magno animo sustinere, ita dementis est ipsum sibi malam facere fortunam. Quod facit qui nequam vicinum suis nummis parat, quum à primis cunabulis, si modò liberis parentibus est oriundus, audisse potuerit,

Οὐδ' αἰ βοῦς κήδοιτ' εἰμὴ γείτων κακὸς εἴη.

Quòd non solùm de bouc dicitur, sed de omnibus partibus rei nostræ familiaris; adeò quidem vt multi præstiterint carere penatibus, & propter iniuriam vicinorum, sedibus suis profugerint. Nisi aliter existimamus diuersum orbem vniuersas gentes petisse, relicto patrio solo (Athæos dico & Iberas, Albanos quoque, nec minus Siculos, & vt primordia nostra contingam, Pelasgos, Aborigines, Arcadas) quàm quia malos vicinos ferre non potuerint. Ac ne tantùm de publicis calamitatibus loquar, priuatos quoque memoria tradidit & in regionibus Græciæ, & in hac ipsa Hesperia detestabiles fuisse vicinos. Nili Autolycus ille potuit cuiquam tolerabilis esse conterminus, Aut Auentini montis incola, Palatinus vllum gaudium finitimis suis Cacus attulit. Malo enim præteritorum quam præsentium meminisse. Scio vicinum meum nominem, qui nec arborem prolixiorem stare nostræ regionis, nec inuiolatum seminarium, nec pedamentum annexum vineæ, nec etiam pecudes negligentius pasci sinit. Iure igitur quantum mea fert opinio M. Portius talem pestem vitare censuit, & in primis futurum agricolam præmonuit, ne sua sponte ad eam perueniret. Hactenus quidem Columella declamatoria quadam eloquentia, simul & Catoni patrocinatus est, & nos docuit, quanta pestis sit malus vicinus. Tametsi Cato non solùm de vicini moribus sentit, verumetiam quàm lauta sit re. Vicini, inquit, quo pacto niteant id animaduertito. In bona regione bene nitere oportebat. interdum enim *Vicini indu-* vicinus arguit agri bonitatem, in solo verò parum fertili *stria, & fu-* declarat industriam agricolæ. Porrò quemadmodum *dium.* diligens vicinus exstimulat ad studium bene colendi, ita vicinorum luxus & ignauia corrumpit vicini familiam. Itidem & potens vicinus opprimit propinquum pauperem, & supra modum tenues vicini semper aliquid abradunt, siue precibus, siue fusto. Iam cum morosis & improbis vicinis nunquam rixa non est, nunc de finibus, nunc de damno dato, nunc de stillicidio, nunc de semita actúve, nunc de prospectu aut de lumine. Quòd si fortuna nobis dederit talem vicinum, nec licebit mutare, reliquum est vt nostra commoditate reddamus illum ex malo bonum, certè caueamus ne lacessitus fiat incommodior. Turpissimum enim fuerit si nostris moribus ex commodo vicino faciamus incommodum. Videlicet hoc est quod præcipit Cato, Vicinis bonus esto. Et ne satis esse putares, si ipse temperes ab iniuria vicini, adiungit, Familiam ne siueris peccare. Mox indicat quid vtilitatis capiatur ex bonis vicinis: Si te, inquit, libenter vicinus videbit, facilius tua vendes, operas facilius locabis, operarios facilius conduces. Si æditicabis, operis, iumentis, materia iuuabunt. Si quid bona salute vius venerit, benignè

getendent

defendent. Olim igitur qui fundum proscribebant venalem, præconem edocebant quibus dotibus esset ager commendabilis, quàm salubri cœlo, quàm commodo situ, quàm fertili solo, quàm bene ædificatis villis, sed vir acerrimi ingenij Themistocles, quum fundum venderet, iussit huiusmodi dotibus & illud adiici, quòd haberet bonum vicinum. Id factum, primùm ipsi postea multitudinis acceptum est, mox intellectum est hanc agri commendationem esse præcipuam. Plurimum itaque refert ad totius vitæ commoditatem, qualem quisque vicinum sibi deligat, tum quo pacto, qui contigit vtatur. Princeps qui ditionem ambit, quam sine maximo negotio summoque ditionis suæ dispendio tueri non possit, malam vicinam sibi adiungit. Rursum qui cordatos ac fidos consiliarios, qui magistratus integros & reipublicæ amantes asciscit, bonos vicinos adiungit. Neque nimium interest quas nationes in affinitatem adglutinet. Qui dotis aut honoris gratia sponsam asciscit incommodis moribus, aut cui sint cognati procaces, malos vicinos sibi adiungit. Qui cum improbis init amicitiæ fœdus, malam vicinam accersit. Qui ductus amore centuum coniecit sese in collegium aut monasterium impiorum, aut etiam superstitiosorum, malam vicinam sibi parat. Prima igitur cautio sit in deligendo, proxima in corrigendo, postrema in fugiendo quod corrigi non potest. Quanquam ne fuga quidem debet carere cautione. Alioqui in vitium ducit culpæ fuga, si caret arte: neque raro fit, vt odio mali præcipitemus nos in aliud grauius malum. Raro pœnituit amicitiæ, qui iudicio delegit amicum. Et sæpe noxa culpa fit vt rescindatur amicitia, quòd amicis bonis vtamur non bene, tum quòd parum commodos amicos nec ferre nouimus nec emendare. Neque vero leuius peccant, qui quum inciderint in amicos pestilentes, nesciunt sese subducere, sed aut hærent his quos oderunt clanculum, aut non dissuunt amicitiam, sed abrumpunt. Idem accidit mei similibus in deligendis ac retinendis studiorum nostrorum patronis & altoribus. Negligimus oblatos, aut amplectimur nobis parum aptos, aut si quis obtigit accommodus, non studemus illius erga nos beneuolentiam mutuis officiis alere. In prima certe parte grauissimè peccaui adolescens. Etenim si tum respondissem fauoribus magnatum qui me cœperant amplecti, futurus eram aliquid in literis: sed immodicus libertatis amor effecit, vt diu cum perfidis amicis & peruicaci paupertate colluctarer. Nec erat finis futurus, nisi Guilhelmus ille Vuaramus Archiepiscopus Cantuariensis, vir non tam ob tituli munerisque dignitatem, quàm ob egregias summóque præsule dignas virtutes reuerendus, me veluti fugientem in amicitiæ suæ nassam pellexisset. Gustata dumtaxat illius humanitate contuli me in Italiam. Ibi cessantem, neque quicquam minus quàm de repetenda Britannia cogitantem, vitro reuocat delato sacerdotio. Hoc quoque neglectum est. Cæterùm vbi me ventus alius retulisset in Angliam, sic astrinxit non tam benignitate (quanquam ea quoque fuit & est in illo singularis) quàm morum amabili quadam iucunditate, miraque in amando constantia (id quod in viris primatibus sanè rarissimum est) vt nolens illi præberem manus. Hæc erat esca qua me pertraxit in suum ius. Ita meo bono captus sum, hoc vno nomine fœlix quòd hic Mecœnas obtigit, sed longè fœlicissimus futurus si maturius contigisset. An illum huius alumni pœniteat nescio, certe mutuis in illum officiis meo animo nondum ipse satisfeci, nec videor vnquam satisfacturus. Proinde mihi rogandi sunt omnes, qui bonarum literarum, qui religionis amore ducuntur, vt si quid fructus non pœnitend. ceperunt ex meis lucubrationibus, huic sanctissimo præsuli pro me gratias agant, atque adeo si possint referant. referent autem si non patientur illius memoriam apud posteros interiori, cuius benignitati debent quicquid ex libris meis hauserunt, si quid omnino frugiferum hauserunt. Obstrepunt vndique querimoniæ, deplorantium sibi ad studiorum cultum deesse Mecœnates. Atqui Mecœnas non statim amplexus est Virgilium aut Horatium, nec Maro Bauiove fuit Mecœnas. Illud primum agat adolescens, vt egregium aliquod specimen ceu pignus de se præbeat, non perituram quod in ipsum conferatur. Nec satis esse putet, quibuscunque rationibus abstulisse munus, vel præclara vertus. Non est improbitate petendi ambienda benignitas, sed literis ac moribus semper in melius proficientibus. Sic ingratat fundus agricolam ad vberiorem sementem si quod creditum erat bona fide multóque cum fœnore reddat. Nec est fabulæ mutandus patronus, vt relicto quum defatigasti, quæras integrum, & vna quercu excussa, fabulæ colegas. Sic vinum aut duobus annis seruandum est, quam ut sis perpetuo in eadem vi. Nunc quàm multos videmus qui suis moribus & literas odio, & patronos pudore mutuo æque onerant. Et quidem no mulla gratitudinis pars literis dicitur celebrare nomen patroni, sed magni refert quo quem modo laudes. Vana laudatio hanc abrogat etiam vera prædicantibus. Itaque fit, non vt lector melius sentiat de laudato, sed peius de laudante. Immodicæ laudes conciliant inuidiam potius quam gloriam. Iam qui laudibus vehunt ea quæ bonorum ac sapientum iudicio damnantur, laudando vituperant. Primùm quòd adfers ad encomium, sit verum: deinde quod verum est sic tractetur vt hat etiam verisimile. Absint autem poetarum quorundam hyperbolæ, quibus ex homine quum libet, Deum faciunt: hæ virtutes potissimum depingantur, quæ fauorem ac beneuolentiam conciliant, quod genus sunt pietas, integritas, pudicitia, modestia, benignitas, morum candor ac facilitas. Nihil est humano ingenio inuidentius, nihil hominum iudicijs morosius. Proinde si quid attingendum erit earum rerum quas vulgus sic miratur vt inuideat potentibus, id arte tractandum est, ne fastidium sit metuenda laudato. Nullus inuidet opulento, qui quod vel ex benignitate fortunæ, vel sine fraude partum possidet, hoc habet, vt dispensator sit potius quàm dominus. Neque quisquam inuidet potenti qui potens est reipublicæ commodis: qui quantum eminet dignitate, tantum se submittit modestia, comitate vincens etiam humiles. Nullus inuidet formoso, qui naturæ dono pudorem ac pudicitiam adiunxit. Nullus inuidet valenti aut longæuo, qui magno plurimorum bono valet ac viuit. Quòd si cui deest ingenium aut ars ad hæc pro dignitate tractanda, abstineat potius quàm veluti malus pictor bonam formam imperitia sua reddat deteriorem. Alexander ille fortasse moronus, qui nullius manu pingi sustinebat nisi Apellis. Nemo tamè egregio corpore, à Fuluo Rutubáque pingi cupiat. Quod emittis in lucem publicam, tale sit vt posteritatis memoriam polliceatur. Denique sic temperanda laudatio, vt hoc officium non appareat esse tributum eius animo quem laudas. nulli enim minus expetunt aut sustineat etiam laudari quàm qui maxime promerentur: sed ipsi potius virtuti, quam nolentem etiam sequitur sua gloria, sed alijs ad similia studia prouocandis. Sic & vtiliter laudabitur qui promeritus est, & citra periculum inuidiæ, aut assentationis suspicionem. In defunctorum autem laudes vberius effundenda est vis eloquentiæ, quum iam mitior est inuidia, & minor adulandi suspicio. Hactenus ostendi quomodo studiosi suis patronis commendari queant. Nunc paucis attingam quibus rationibus & studijs ipsis fauorem omnium valeant conciliare. Multis enim in locis iam linguæ, bonæque quas vocant literæ, magna flagrant inuidia. quod quidam ut partim culpa maiorum qui putant authoritati suæ detrahi si quid nouæ eruditionis accedat iuuentuti: contentique his quæ pueri didicerunt, alia nec docere patiuntur, nec sustinent discere, vel quia piget vel quia pudet: partim etiam eorum vitio, qui hæc vetera noua inuehunt. Sunt enim in hoc ordine quidam intolerabili intolentia, qui simul æque tenuerint duodecim verba Latina & quinque Græca, Demosthenes ac Ciceronis sibi videntur, effutiunt inceptos libellos, nonnunquam & virulentos, liberales disciplinas omnes miro fastu aspernantur, & in harum professores scurriliter debacchantur. Nec desunt qui bonis literis ad res pessimas abutuntur, ad seditionem maledicentiam, ad concertandum, luxandam & labefactandam concordiam tranquillitatemque reipublicæ Christianæ. At qui olim his literis erant instructi, principum tumultus tum sua facundia componebant, cum hæresiarchis belligerabantur, celebrabant diuorum memoriam, carmine prosaque decantabant Christi laudes, exhortabantur ad contemptum huius mundi, ad amorem rerum cælestium. Talis erat Basilius, talis Nazianzenus, talis Ambrosius, talis Prudentius, talis Lactantius, in quibus linguarum ac politioris literaturæ cognitio ideo caret inuidia, quia seruiunt pietati. Solent autem & hominum mores studijs imputari: quemadmodum hodie non pauci sunt qui detestantur literas, ob hos intolerabilem tantum quorundam literarum nomine se vendentium. Quod si quemadmodum Paulus ca-

qualibet negligentia vicinitatis.

Laudandi modus.

Fuga mali tuta.

Quibus non inuidetur.

Vberius laudandi defuncti.

Pingues quidam doctores.

Hominū mores studijs imputantur

uens ab omni specie mali, gloriheat Euangelium suum, omnibus omnia factus vt omnes lucrifaciat: ita literarum huiusmodi professores integritate morum, comitate temperata, magnæ commendationi suæ professionis cumulum adijcient, si maiores ciuiliter & æquis animis recipient, non nouas aduenas, sed veteres hospites postliminio sese recipientes, fruentur sibi non mediocrem lucem neque vulgarem vtilitatem ex harum accessione accrescere. Nunc cum veteribus amicis perinde atque cum hostibus irreconciliabile bellum gerunt. Noua vocant quæ sunt vetustissima, vetera nouitates quæ sunt noua. In priscis Ecclesiæ doctoribus sacrorum voluminum cognitio, cum linguarum & humanioris literaturæ peritia, fuit coniuncta. Idem videmus in priscis philosophis, medicis, iureconsultis. Vbi solœcissat Aristoteles aut Hippocrates, nonne facundi sunt Plato & Galenus? In veteribus autem iurisperitis quæ fuerit vtriusque linguæ peritia quæ Romani sermonis tum puritas, tam maiestas, declarant hæc ipsa fragmenta quæ gloriosus Iustinianus nobis pro solidis voluminibus obtrunt: quanquam hæc ipsa testatur vndique mendis prodigiosis. Nouum est pueris ad grammaticam instituendis inculcare modos significandi, prælegere delira glossemata, quæ nihil aliud doceant quàm impure loqui. Nouum est adolescentem ad Philosophiæ, iuris, medicinæ, Theologiæ studium recipi, qui ob inscitiam sermonis nihil intelligat in vetustis authoribus. Nouum est à Theologiæ adytis excludi, nisi qui diu sudarit in Auerroe & Aristotele. Nouum est adolescentibus philosophiæ candidatis inculcari nugas sophisticas, & commenticias quasdam difficultates, meras ingeniorum cruces. Sed quis tandem erit fructus, si studiorum professionibus inuicem sese lacerantibus colubrantur omnes honestæ disciplinæ, quod iam magna ex parte factum videmus locis aliquot? At sine his vita hominum, non est hominum, sed ferarum. Quid agitur superest, nisi vt linguæ bonæque literæ postliminio redeuntes, ac velut à radice repullulantes, ciuiliter & comiter sese insinuent in sodalitatem earum disciplinarum quæ totiam seculis regnant in Academiis? neq. cuiusquam studium incessant, sed omnium studia potius adiuuent. Deterant nonnihil authoritati professionis, defecant aliquid inolitæ & velut in naturam versæ consuetudini, deterant aliquid & ætati multorum non facile ad diuersa flexili. Quos viderint intractabiles tuo relinquant ingenio, nec maiores excitent tragœdias. Qui tractabiliores erunt hos mitescent tempestiuis ac blandis admonitionibus. Sic admoneant, sic adsint, sic corrigant, vt officiosa pedisequa monet, adest, corrigit heram suam. Merito regina disciplinarum omnium est Theologia, verùm hæc erit & honestior & instructior, si tam vtiles pedisequas qua decet comitate receperit in suum famulitium. Præclara res est philosophia, sed huic plurimum accedet dignitatis, si veteres amicas agnouerit. Honesta hera est iurisprudentia, verum huic ornamenti non parum adferent tam elegantes famulæ. Egregia res medicina, sed absque linguarum & veterum literarum cognitione pene cæca est. Ad hunc modum si sua bona vicissim inter sese communicent, vtræque fient & locupletiores & splendidiores. Monarchas autem illud admonitos velim, ne susurronibus huiusmodi præbeant aures: cogitent potius quantum fructus ac dignitatis ex hoc studiorum genere rebus ipsorum sit accessurum, & olim accesserit. Postremo res omnium & publicè & priuatim erunt fœliciores, si suo quisque vicino bonum vicinum præstiterit. Vt ad proverbium redeam, congruit illi quod alibi commemoratum est, Aliquid mali propter vicinum malum, quod vsurpauit Demosthenes in oratione contra Callicteam, *οὐκ ἐν τῷδε κεῖται τὸ Ἀθηναίοις κακὸν γεγενῆσθαι πονηρὸν γείτονα τοιοῦτον*. id est, Non erat quicquam ô Athenienses perniciosius quàm improbum vicinum, nec suis contentum esse nactum.

Caput artis, decere quod facias.

Decorum imprimis obseruandum.

Quintilianus lib. Institutionum oratoriarum 11. videtur velut vulgo celebratum adducere: Caput est artis decere quod facias. Ipsius verba subscribam. Vnum etiam his adiiciendum est, quum præcipue in actione spectetur decorum: sæpe aliud alios decere. Est enim latens quædam in hoc ratio & mensura: & vt verè dictum est, caput esse artis, decere quod facias, ita hoc fine arte esse, nec totum arte tradi potest. Hactenus Fab. Id viuipare licebit non solùm vbi quid hoc parum decore, veluti si cantillet aut lusciet senex, si præcat & obiurget iuuenis: verumetiam quum negabimus, quibuslibet quidvis esse decorum. Quod sæpenumero videamus euenire, vt quod ab hoc dictum aut factum placet vniuersis, si idem tentet alius, etiamsi doctior peritiorque, nemo tamen ferat. Id quum quotidie videamus accidere, tamen cur accidat, ratio reddi non potest.

Domus recta. 3

Cui desit decimosexto.

Annæus Seneca libro epistolarum familiarium decimosexto: Videbimus quod parum recusum sit, quod parum structum, quod non huius recentis polituræ. Quum circumspexeris omnia, nullas videbis angustias inanes. Desit sanè varietas marmorum, & concisura aquarum à cuniculis interfluentium, & pauperis cella, & quicquid aliud luxuria non contenta decore simplici miscet, quod dici solet, domus recta est. Hactenus Seneca. Quòd si locus non vacat mendo, significat vulgò domum rectam vocari, non quidem opulentam & ambitiosam, sed cui nihil desit iustæ suppellectilis. Ad eundem modum M. Tullius Græcorum linguam ambitiosæ meretrici confert, quæ multo luxu superfluat: Latinorum, honestæ ac pudicæ matronæ, cui nihil deest quod ad honestam pertineat munditiem.

Non est beatus, esse qui se nescit. 4

Sua nesse, parum est.

Idem in eodem opere versiculum hunc è poeta quopiam allegat Comico: Non est beatus, esse qui se nescit: haud dubiè quin populari sermone iactatum, quem authoris nomen non adierispsent. Sensus est, haud esse satis vt adsit fœlicitas, ne fœlicitatem tuam intellexeris. Huc alludens Vergilius 2. Georg.

O fortunatos nimium, bona si sua norint
Agricolas.

Eodem pertinet quòd Martialis inter fœlicitatis calculos hunc quoque commemorat,

Quod sis, esse velis.

Quid enim fœlicius libertate? Atqui videas non paucos qui sortem deplorent suam, quòd in principum aulis locum non inueniant. Miseros se putat, quòd seruire non liceat. Verùm vt beatus non est qui se non putat beatum: ita bis miser est qui quum animi malis sit infœlix, tamen sibi videtur fœlix. Etenim vt qui sanus est, & sibi videtur ægrotus, non fruitur suo bono: ita qui morbo tenetur, non intelligens suum malum, longissimè abest à sanitate: quippe qui vsque adeò sanus non sit vt sit etiam insanabilis.

Amicus certus in re incerta cernitur. 5

M. Tullius in Lælio, senarium hunc ex Ennio citat proverbij specie,

Amicus certus, in re incerta cernitur.

Fides, rebus aduersis explorari.

Quo significatum est, amicitiam in rebus aduersis exploratam. Nam quod cum periculo coniunctum sit, id dubium appellant. pro quo Ennius posuit incertum, *ploratur.* affectans *ἀοριστικὸν* & *μετωνυμικὸν*. quibus schematis impendio delectatus est, atque adeò non ipse solùm, sed & omnis illa ætas vsque ad M. Tullium. Plautus item, eum amicum pronuntiat qui in re dubia iuuat. Habent eandem sententiam Hebræorum proverbia, Omni tempore diligit qui amicus est, & frater in angustiis comprobatur.

Auarus, nisi quum moritur, nil rectè facit. 6

Omneis ferme Publianas sententias video proverbiorum vice fuisse celebratas: nec iniuria tanè. nihil enim illis fingi potest nec argutius, nec iucundius. Cuius mimos ipse nuper emendatos non grauati sumus breuissimis scholiis explicare. Quamobrem non est animus eos omnes in hunc ordinem accersere, præter vnum aut alterum, qui mihi præter cæteros arridenti quorum hic vnus est,

Auarus, nisi quum moritur, nil rectè facit.

Etenim qui sese pecuniæ studio addixit, nulli commodus est dum viuit: sola mors voluptatem & emolumentum adfert hæredi.

Bona nemini hora est. 7

Arrisit & hic,

Bona nemini hora est quin alicui sit mala.

Ita fortuna temperauit res mortalium, vt quod huic lucrum est, alij pariat dolorem: quod alij lucro est, alij damnum adferat. Nemo diuescit, nisi malo alterius. Nemo vincit in bello, nisi exitio alterius. Nisi mauis pro aliqui legere alicubi.

Spontanea molestia. 8

Celebratur inter Græcos cum primis bellus & elegans trimeter,

Αὐθαίρετος λύπη ἐστὶν ὁ πολλοῖς τοκεύς. id est,
Ultroneus dolor est parens liberos.

Dici non potest quantum & quàm molestum negotiũ sit educare filios: præsertim quum adeò pauci sint qui parentum officio respondeant. Verùm hanc molestiam non est cui possint imputare, quum liceat cælibem vivere. Longius trahi potest, ad eos qui sibi ipsorte periculum ac molestiam accersunt. Atqui eadem fere similis proverbio modum conditio est tollendorum liberorum & scribendarum librorũ. Tuendum, emendandum quod scripseris. & tamen non est quem incusemus, quum nobis libentes & sponte.

Sapiens sua bona secum fert. 9

De eruditione, deque sapientia.

Ὁ σοφὸς ὁ πάντ' ἔχων ἐν τῷ ἐαυτοῦ κόλπῳ, id est, Sapiens omnes opes sibi secum habet semper suas. A Biantis, ni fallor, apophthegmate natum: qui rogatus cur nihil exportaret rerum suarum ex incendio patriæ, Ego verò, inquit, omnia mea bona mecum porto: significans, ea quæ verè nostra sunt, intra nos esse, velut eruditionem, ac virtutem. Vt rursum quæ vere mala sunt nostra, non licet effugere, quantumlibet commutetur locus.

Cuius Telegora donarum. 10

Telegoras apud Naxios prædives quispiam ac prepotens erat, cui quod quotidie multa munerarentur, vulgato sermone receptum est vt venditores parvo licitantibus dicerent, μᾶλλον θέλουσι τὴν Τηλεγόραν δοῦναι. id est, Malim Telegoræ dare. Refertur apud Athenæum li. Dipnosophistarum 8. ex Aristotele. Rem lõgius prosequutus sum in proverbio, Nemo malus magnus piscis. Nec video quis vsus adagiorum esse possit, nisi ii dicamus officium rectius gratuito collocari penes probos ac magnos, quàm mercede penes improbos ac viles.

Hecatæ cœna. 11

Veteres cœnam perparcam & impendio frugalem Hecatæ cœnam appellabant, quòd apud inferos tenuissimo victu minimóque cibo eóque vilissimo vtantur, iuxta poetarum theologiam. Siquidem vmbræ plebeiæ malua porroque victitant, Hecate mænides ac trigl̃das, pisces apud nos contemptissimos, habet in deliciis, vt sibi sacros. Vnde & Athenis locum esse dictum Triglam, atque inibi simulachrum Hecates Triglantinæ. Alij triglam, illi sacrum putant ob nominis rationem à ternione dicti, quum triformis sit & Hecate. Extat apud Athenæum libro septimo: meminit & octauo. meminit & Lucianus alicubi. Verùm illud expendat eruditus lector, an prouerbium accipi possit de cœna illa quam singulis mensibus in triuiis Hecatæ collocabant diuites, diripiebant pauperes. Cuius rei meminit etiam Aristophanes in Pluto:

† Triglæ sacræ Hecatæ.

Cœna veterũ in triuiis Hecatæ.

—ἀφ' οὗ τὰ παρὰ τῆς Ἑκάτης ἔσθ' ἁπλᾶ πάνυ,
Εἴτ' ὁ πλοῦτος, εἴτ' ὁ πλοῦτος βέλτιστ'. φασὶ γὰρ αὖτ'
Τοὺς μὲν ἄχρους, ἢν πλουτήσωσ' ὀλίγον ὀψοφαγεῖν
Τοὺς δ' ἀπόρους ἥδ' αἰσχρουργεῖν κἀπιορκεῖν πάλιν.
id est,
Hoc ex Hecata si vos didicisse licebit,
Vtrùm potius, ditem esse, an egenum. quidquidem inbet illa,
Hos quibus ea res, quoque benignam mense vno ponere cœnam,
Cæterum egenos hanc prædari, prius ac deponere possint:

Quo quidem loco in hanc sententiam scribit interpres, Olim in triuiis venerabantur Hecaten, quòd eadem tribus nominibus appelletur, Luna, Artemis, & Hecate. Cæterum sub nouilunium diuites mittebant cœnam vespere, veluti cœnam Hecatæ, in triuiis. Pauperes autem esurientes, diripiebant ac deuorabant quæ erant apposita, dicentes quòd Hecate comedisset. Itaque congruet vbi res per tumultum diripitur.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. *cœnam.*) Non puto ad hoc respicere prouerbium, sed ad Hecates sacrificium, quod è pisce vilissimo & contemptissimo erat, mænide videlicet.

Mens videt, mens audit. 12

De eo, quod attentione summa curandum.

Νοῦς ὁρᾷ καὶ νοῦς ἀκούει, id est, Mens videt, mens audit. Hemistichium prius videtur carminis trochaici, tetrametri, catalectici. Refertur ab Aristotele quasi vulgò iactatum sectionis vndecimæ problemate 33. vbi proposita quæstione cur noctu acrius audiamus quàm interdiu, inter alias causas & hanc reddit, quòd interdum animus variis negotiis distrahitur: qui nisi sit præsens nec corporis sensus officio suo fungantur: adeò vt mente alienata, nec corporis dolorem interdum sentiamus. Recipe sum expertus in cruciatu dentium, aut calculi, multo leuiorem reddi doloris sensum, si possis animum in aliquam cogitationem alienam intendere. ἄκουε, inquit, ὁρᾷ γὰρ ἐν ἡμέρᾳ τὸ ὄμμα. Noctu verò, quoniam oculorum sensus quietus est, & animi cogitatio tranquillior est, tum tamen acutior non minus patent nocte quàm interdiu, nec minus capaces sunt sonorum, sed eos facilius etiam reminiscimur animo: quòd tum nullis actionibus distrahatur, nec oculorum sensu auocetur, quemadmodum in die: fit vt acutior sit auditus sensus. Locus erit adagio, vbi iubemus quempiam attentum esse. quemadmodum dicimus, Hic esto, & Ictum. De mente peregrinante nobis dictum est alias.

Thymbra victitans. 13

Θυμβροφάγοι, id est, thymbra victitantes, adagio dicebantur, vel qui tutus ac liberius vitam ageret, vel qui moribus efficit patum blandis, vel qui magister ciraque solicitissimum parvo contenti viuerent: quòd thymbra (quam eandem coniam dicunt) herba genus sit, quam Plinius non distinguit a satureia. Columella distinguere videtur,

Thymbra.

Et satureia, maiores, thymbraque superet.

Est autem saporis subamari. in cibis poculis prouenit. & pratensis ad remedia præstantior: est hortensis (vt author est Dioscorides) locis gaudens petrosis. Nostrensis cibis aptior. Prouerbium recensuit Suidas, & Hesychius. Fertur Epaminondas mire frugalem vitam egisse, atque de prandio parco cenuique dixisse, τοιοῦτον ἄριστον ὁ χρὴ παρεσκευάσθαι. id est, Tale prandium non recipit proditionem. Sensus autem dicti geminus esse vel quia nemo moritur inlidias rebus modicis, vel quia qui modicis contenti sunt non facilè corrumpuntur vt prodant rempublicam. Amphis apud Athenæum libro decimo,

Βίοτος γὰρ ἄπονος ἐν μικραῖς μερίσιν. id est,
Vbi cœna frugi est, nulla adest curatio.

Græcus trimeter videtur corruptus inuersione duarum dictionum: restituetur si legas, ἄπονος γὰ δεῖπνός. Et subdit ex Alexide, Ex prohibis conuiuiis primùm nasci scommata, è quibus ferè plus est doloris quàm voluptatis. Hinc maledictum: id regeritur: ac reciprocatur in dicentem: mox à verbis ad verbera. Non ita qui thymbra victitant.

Doryphorematis vsus. 14

Græci δορυφόρημα vocant satellitium illud ex barbarorum fæce conductum, quod olim tyranni ad custodiam corporis adhibebant: nunc à regibus magis fastus quàm tutelæ gratia aluntur: in tragœdias igitur hic addebatur regum personis δορυφόρημα, vt assistent modò, nihil etiam loquerentur. Vnde qui taciti assident, δορυφορήματος τρόπον adesse dicuntur. Sic Athenæus li. 5. παρεβάλομέν τινα λόγον Πισιστράτου. χρὴ γὰρ ἡμᾶς μὴ παρόντας δορυφορήματος τρόπον. id est, Quum inceret sermonem quendam Pisistratus: neque enim oportet hũc adesse more doryphorematis. Hoc est, tacitum & nihil adferentem in medium. Vsurpatur à Luciano in libello De conscribenda historia, his quidem verbis, ἀκούε, ὦ φίλτατε, καὶ μὴ μόνος ἀφωνότερος εἶναι ὑπολείπου τῶν παρόντων δορυφορήματος τρόπον. id est, Igitur amice, ne solus essem mutus in tempore tam vocali, neque veluti comicum doryphorema, hians cum silentio obambularem.

Qui taciti adsunt.

Musicam docet amor. 15

Plutarchus adducit & hoc adagium trochaico versu expressum,

Μουσικὰν δὲ διδάσκει καὶ τὸν ἄμουσον ἐν ὀλίγῳ. id est,
Musicen docet amor, etsi fuerit indocilis prius.

Sensus est, amorem ad industriam excitare animum, artémque & omnis elegantiæ magistrum optimum esse Socrates in Conuiuio Platonis, putat animam immersam corpori, velut expergisci amoris stimulis, & hinc primos ad honesta impetus capere, tanquam excusso veterno. Vnde deum hunc idè Plato ἀγρυπνίαν appellat, quòd nihil nõ experiatur. Siquidem è taciturno reddit loquaculum, è verecundo stupidóque comem ac blandum, è negligente diligentem. Extat

Amor, excitat animos ad industriã.

in hanc sententiam non illepida fabella Boccatij, ni fallor, de Cimone, qui tectus amore puellæ, de posset vt rusticus euadere, omni literarum ac morum genere semet expoliuit. Nam nusquam hic sentit literas, quas antiquitus omnem Musis dicabat. Attulit ad prouerbium Boeotios, qui quum multis versibus docuisset Musas non posse esse cum inopis amoris, subiecit,

Μαστὸς ἐμὸν τοῦτο μῦθον ἀπ' ἐνθάδε πάντα φορεῖσθω. id est,

Mastus ego dictum hoc ferat vsque ad longa quemquam.

Potest & ad verecundiorem vitam accipi prouerbium, si dicas non mediocrem esse gradum ad discendum, amare præceptorem. Potest & ad pium: si dicas charitatem esse virtutum omnium magistram, quæ nisi sunt, non recte fecerit.

[illegible] Erasmi.

Vtilius. Non piscet hæc interpretatio, Etsi fuerit indoctus prius. Videntur enim superuacanea esse illa verba, quis quum dicitur, Mulcatam docet amor, tatis non intelligitur docere eum qui non doctus fuerit prius. Potius igitur verendum ne minuerit. Etiamsi alienos sit à musica, vel, etiamsi alieno à musica præditus sit ingenio. Aut, certo à literis, quamlibet, cum Erasmo, pro literis accipias, quam significationem hic nequaquam habere puto. Vide Plutarchum.

Sicyon arrodens vxor lacernam texe. 16

Athenæus libro Dipnosophist. 3. heroicum hunc vt prouerbialem adducit,

Τὸν σικυὸν τρώγοντα γύναι τρίβωνα κόμιζε. id est,

Sicyon arrodens vxor lacernam texe.

Apparet esse verba mariti, iubentis vt vxor tenui contenta victu, pergeret opus inuum. Nam sicyon ficyos bulbi genus esse aut certe peponis: nonnulli putant cucumeris. Vox ea propemodum quadrat in huius temporis principes, qui ferme profundunt quod populus colonus, summis laboribus parauerit. Idque quominus esse putabit, vt ceu fuci quidam, alienis fruantur laboribus. **Hermolaus Barbarus Corollariis in** Dioscoridem, ca. 365. videtur aliud diuinare, scribens ex Aristotelis tententia, pleraque textrices esse impudicas: An sicyos venerem temperet nescio.

Tetigit lapidem a cane morsum. 17

De rixoso, & contumelioso.

Plinius libro 26 cap. 5. de veneno rabidi canis agens. Tanta, inquit, vis mali est, vt vrina quoque calcata rabiosi canis noceat, maximè nudeus habentibus. Remedium est timum caballinum aperitum aceto, & calefactum in vino apponitum. Minus hoc metuet qui cogitet lapidem a cane mortum, vique in prouerbium discordiæ venisse. Hactenus Plinius. Cuius e verbis coniicere licet, vulgo creditum fuisse, si quis lapidem à cane mortuum contigisset aut calcasset, eum iracundiorem euadere, & ad litigia propensum. Forsitan ita dictitabant in hominem contumeliosum ac rixosum, Hic lapidem calcauit a cane mortuum.

Esculi. 18

Athenæus in Dipnosophistarum libro 5. Καὶ τὸ θαυμαστὸν, ὅτι τοὺς μὲν ἐπὶ τῶν ἀκροάσεων ἐγκαθεύδοντας ὑπὸ τῶν μαγείρων, ὅταν τὰ ὀψάρια ἐπιφέρωσι, πάντες ἐκ τοῦ ὕπνου ἐγείρουσι, ὀρθοὶ δὲ ἀκροῶνται, καὶ ἀκούουσιν. Id est, Et quod dictu mirum, quum deprehendimus, & capite grauato temulentia, quoties spectantemus aliquid eorum quæ inferebantur, omnes expergiscebantur, recti, quod dici solet, surgentes. Accommodum erat vbi significabimus aliquem toto pectore attentum ad rem quampiam. Erigunt enim se totos, & tum aures nonnunquam admittunt pedibus qui auscultant aut spectant auditus.

Et tibano boues. 19

Prouerbium natum quod scripsit Aristophanes ἐν ἀχαρνεῦσιν.

Καὶ ἐξέπιεν, παρέθηκε δ' ἡμῖν ὅλους

Ἐκ τευτάρου βοῦς. id est,

Accepit nos, & apposuit totos boues
E tibano cibus.

Visus erat quibus efferendus splendorem conuiuij, aut magnificentiam conuiuantium. Communi figura vocabant hecatombem: quod deinceps sequitur apud eundem poetam, πολύποδα τρώγοντας, id est, Et polypodum hec[illegible]dem.

Sequitur perca sepiam. 20

Sus Minervam.

Athenæus libro 7. nullo autore refert huiusmodi prouerbium: ἕπεται περκὶς σηπίᾳ, id est, Comitem tibi ducit sepia percam. libro 10. ex Aristophane adducit, nec tamen in quem ioculum soleat vsurpari: nisi quod conuiuio dictum de improborum societate. Apud eundem paulò infernus adducentus hic versus Nauenij, qui de pueribus prodidit.

Κοινὰς μηρίων τῶν ἐμῶν καὶ ἐσθίων ἑταίρους
Σκορπίον, ἃ πᾶσι καὶ δηγμοὺς μηχανᾶται.

Feri puer. 21

Athenæus lib. Dipnosophist. 15. demonstrat olim prouerbio fortium acclamari ἐς πότον, quo significabant quempiam suo muneri defunctum. Eadem forme quèadmodum nos absolutæ virtuti gratulantes, dicere solemus, Macte animo, macte virtute. Narrat enim, quum Quispiam conuiuio dilectissent probe potus, ac magnopere somnolentus, cæteros in eum acclamasse ἐς πότον. Iuvat adagium hoc meminisse, quod apud Græcos in prouerbiis, quod eo notiori modo natum euentu tradit: Quum Latona Apollinem ac Dianam ex Cnalcide Delphos deportaret, iamque ad Pythonis specum venisset, & draco concitus in eos prouolaret, Latona puellam vinis baiulans, Apollinis præsidiu imploras, clamabat, ἔπαιε, quum is torte fortuna arcum teneret, ac perinde valere ἔπαιε, quasi dicas, ἄφες πάταξον, id est, mitte, ac percute, hîc Nonnullos deflexis nonnihil vocibus efferre, ἰὸ παιών, idque prouerbio dici solere, quoties in rebus athletis opem imploramus. Rursum alij putant acclamari hoc pacto fœlicester suo perfunctis munere, & eo quod expetebant potius. Cæterum ob assuetudinem non videri prouerbium, quod his vocibus solenniter vterentur in sacris Apollinis,

Ἰὸ παιὼν ἰὸ παιών.

Mastè animo, & mastè virtute.

Io Pæan.

Vide & ἰὸ παιὼν τὸ μαστὸν ortum existimant, quod & ipsum impetum ac celeritatem habet. Etenim si producas priorem in ι, carmen erit hexametrum heroicum: si corripias, iambicum. Porrò quod apud Athenæum ἰὸ in ἰὸ nunc aspiratur nunc tenuis est, nescioan librariorum incuria factum sit. Quomus in Arte amandi videtur vsurpasse pro acclamatione qua gratulantur victori vtique compoti:

Dicite io Pæan, & io bis dicite Pæan,
Decidit in casses præda petita meos.

Pulchrè fallit vulpem. 22

Καλῶς καλῶν τὴν ἀλώπεκα, id est, Decipit pulchrè vulpem. Suidas recenset duntaxat, nec explicat. Apparet dictum in eum qui dolis capteret astutum, cuique frustra tenduntur insidiæ. Nam καλεῖν est arte illectare vnde & columbæ exoculatæ, quas aucupes in retia ponunt, quo subsultantes reliquas deceptas alliciunt, καλεῖναι dicuntur & qui feris tendunt casses, καλεῖται vocantur. At vulpem dolo circumuenire difficile est.

καλεῖν columbæ.

Aut piscem olet, aut florem. 23

In eum qui bene olet.

Aut piscem olet, aut rimallum. **Ambrosius Hexameron** libro 5. cap. 2. testatur dictum in eum qui bene oleret: quòd timallus piscis sit odore gratissimus, & æque fragrans eiusdem nominis flos. Sed præstiterit Ambrosij verba subijcere: Neque te inhonoratum nostra prosequutione timalle dimittam, cui à flore nomen inoleuit, seu Ticini vnda te fluminis, seu amœni Arctis vnda nutrierit, flos es. Denique sermo testatior quòd de eo qui gratam redolet suauitatem dictum sit, Aut piscem olet, aut florem. Ita idem pronunciatus est, piscis odor esse, qui floris. Quid specie tua gratius? quid suauitate iucundius? quid odore fragrantius? Quod mella fragrant, hoc tu corpore tuo spiras. Verum haud scio an pro timallo apud Ambrosium legi debeat tithymallus, cuius varia genera recensent Plinius lib. 26. cap. 8. cuiusque subinde meminit Dioscorides locis diuersis.

Equi dentes inspicere donati. 24

Æqui consulendum quemcunque donum.

Sunt quædam & hodie vulgò iactata nõ indigna quæ veteribus adagijs annumerentur: quod genus est illud. Non oportere equi dentes inspicere donati: quũ significamus æqui boni consulendũ quicquid est quod nõ emimus, sed gratis donatur. Si quidem equũ emptus dentes inspicit, in quibus ætatis indicia certissima sunt, necessarium ducatur, ac inciuile sit idem facere in equo donatitio. Visus est tamen hoc prouerbio D. Hieronymus in præfatione commentariorum quos scripsit in epistolam Pauli ad Ephesios. Parum, inquit, eloquẽs sum. Quid ad rei dilucidationem lege. Non dignè Græca in Latinum transtuleris aut Græcos lege, si eius linguæ habes scientiam: aut si tantùm Latinus es, noli de gratuito munere iudicare, & vt vulgare prouerbium est, equi dentes inspicere donati. Hactenus Hieronymus.

Gratis

Grata breuitas. 25

Χάρις βραχέων ἐπῶν, id est, Admodum grata est paruis grata rebus breuitas. Hemistichium est carminis heroici, quod est in nitum prouerbiale. nam idem hodieque sic vulgatum est, vt nihil tritius, Quædam mole placent ac magnitudine. Sunt quæ ob ipsum grata sunt, quod non ita, velut gemmæ quædam ac sculpturæ. Idem vsu venit in epistolis ac libris qui non ideò ipsa breuitate reddantur commendatiores, præsertim apud fastidiosos & occupatos. Sunt in deliciis & pumiliones, non ob aliud quam insignem corporis paruitatem.

Amicitias immortales esse oportet. 26

Liuij locus. T. Liuius libro decimo De bello Macedonico & Asiatico, cuius fragmentum debemus autori Mogontiæ, scribit in hunc modum: Vulgatum illud, quia verum erat, in prouerbium venit, Amicitias immortales, inimicitias mortales esse debere. Sic enim legendum esse, vel ipse sermonis tenor admonet. Recte quidem admonet prouerbium, verùm eò rediere mores mortalium vt simultates sint immortales, amicitiæ plusquam vitreæ, plusque possit vna Ate quàm centum Litæ, atq. omnium tardissimè teneat ira, beneuolentia ad quamuis leuem occasionem intereat: quæ si sarciatur, ne quicquam coit & rescinditur. Arbitror in causa esse quod ab istis philosophis didicimus, cómodo publico neglecto, suis quisque priuatis commodis seruire. In hanc tententiam citat carmen Aristoteles Rhetoricorum lib. 2. quod alibi (ni fallor) retulimus:

Οὐδεὶς φαῦλός ἐστιν ὃς οὐ φιλεῖ, id est,
Non est amicus quisquis amare desinit.

Citat ibidem & alterum carmen:

Δεῖ γὰρ ἐχθρὸν μὲν φυλάττειν ὡς ἂν φίλον. id est,
Ne maneat immortalis ira tete penes,
Mortalis ipse quum fies.

Ad bonam frugem. 27

De resipiscentibus. Qui commutatis ad meliora studia moribus resipiscunt, prouerbio dicebantur ad meliorem frugem sese recipere. Vsurpat M. Tullius in actione pro M. Cælio. Et se ad bonam frugem, vt dicitur, recepisse grauissque homines atque illustreis fuisse. Item Plautus in Trinummo, Certum est ad frugem applicare animum. Lampridius in Heliogabalo, Mites se futuros dixerunt, si ad bonam frugem rediret. Vnde frugi & bonæ frugi dicuntur qui suo fungûtur officio, præsertim serui quos ad operam præstandam alimus. Vlpianus ad legem Aquiliam, Cap. Inde Neratius. Sed si bonæ frugi seruus intra annum mutatis moribus occisus sit. Idem Titul. de quibus rebus ad eundem iudicem eatur. Cap. Si quis seruum. Interesse fructuarij videtur. bonæ frugi seruum esse. Rursum in digestis libro 11. Titulo De Seruis corruptis, Paragrapho. Quod aut prætor, Sed verum ita demum tenetur, si bonæ frugi seruum perpulit ad delinquendum. Plautus in Cistina, Credo pol esse, si tu frugi bonæ es. Rursus in Pseudolo, Cupis me esse nequam, tamen ero frugi bonæ. Nequam opponit frugi. Nequam enim nulli est vsui. Et ita frugi hominem dicimus, quemadmodum nequam, vtraque voce indeclinabili. Columella de re rust. lib. 1. Eiusdē agilitatis homo frugi melius quàm nequam faciet. Et in Declamationibus frugi filius opponitur luxurioso. Hinc & frugalis dictum. Sumptum videtur ab agris qui cultu reddantur frugiferi.

Per manus tradere. 28

De iis, quæ successione ad alios trasciit. Quod successione quadam ab aliis ad alios deuenit, per manus tradi dicitur: quod translatum videtur ab his qui nauim aut plaustrum exonerant. Idem frequenter fit in militia, velut in commentario belli Ciuilis primo: Saxa, inquit, prærupta multis locis iter impediebant, vt arma per manus necessariò traderentur, militésque inermes subleuati alij ab aliis magnam partem itineris conficerent. Rursus, belli Gallici libro 7. Quidam ante portam oppidi Gallus per manus sibi ac pedibus traditus, hostium more è regione turris prosiliebat. Eodem Nonnulle de muris per manus demissi. Item libro Tertio, Cum ex fuga recepti, imperatis falcibus vbi constiterant, per manus ab extremis maniculis arripiebantur, quos vbi ad terram deiecerant, ipsi se traditos, ante aciem collocauerunt: Verùm hic nullus est tropus, qui quoties occidit, transit in speciem prouerbialem, quemadmodum frequenter eorum est apud auctores, velut apud Fabium lib. 12. Non ea modò quæ concepta sunt animis aut sermonibus vel ut per manus tradita, quæque quotidie audimus nosse, verùm ne eorquidem quæ a poetis ficta sunt negligere. Item Liuius libro ab vrbe condita 5. Etiam nobis cum vrbe simul posita, tragicæ propè manus religiones natæ essent. Item libro 7. Hæc disciplina militaris diu apud auctores vsu tradita per manus, nostris perpetuis præceptis ordinata est. Quidam veteres M. Tullius in oratore de prouinciis consularibus. Quos Nouus Cæcilius ostentabus a senatu eximis de rebus erratis, per manus hanc primùm tradet errori nostro veniam. Quin & successionibus per manus tradi dicitur quod de manu in manum datur. Veluti Papinianus libro Pandectarum 29. Titulo de iure codicillorum, Quod per manus traditum est, codicillis hæreditatem dari non posse, rationem illam habet, & cætera. Plautus in Trinummo: E manibus dedit se ipse mihi in manus, de epistola loquitur. Fit autem iucundius quoties ad res animi prouerbium accommodatur: quemadmodum quum dicimus institutum, aut opinionem, aut consuetudinem, aut disciplinam aliquam per manus traditam ad nos venisse.

De manu in manum. 29

Vt non arbitror idem esse cum superiori, ita non vsquequaque dissimile est quod scribit Cicero lib. Epist. famil. 7. Totum denique hominem tibi trado de manu, vt aiunt, in manum tuam istam & victoria & fide præstantem. Traduntur enim & qui commendantur. Terentius, Hanc in manum dat. Item Horatius, Epist. lib. 1. ep. 9. *Dare in manum*

-vt tibi se laudare ac tradere coner.

Item, Serm. lib. 1. Sat. 9.

Hunc hominem velles si tradere.

Mira de lente. 30

Rodolphus Agricola vir immortalitate dignus, lib. Dialectices 3. testatur apud Græcos prouerbio dici solere, Egregia de lente, quoties res humilis & pusilla magnificis laudib. attolleretur, perinde quasi tenuem minutum ac vile legumen ipse Didis encomiis efferas. Opinor Græcis esse huc in modum ἐπὶ παντὸς φαύλου.

Non vna manu capere. 31

Οὐ πατάξαι λαστόν, Non vna tantùm manu capiendū. *Res captu difficilis.*
De re lubrica variaque captúq. difficili. nam huiusmodi solemus vtraq. admouere manū. Vsus est Plato in sophista: ὁρᾷς ὡς ἀεὶ δυσλαβὲς λέγεται τὸ πανοῦργον τῷ ὄντι, ἐν πολλοῖς μορίοις, οὐ πάνυ λαστόν. id est, Vides igitur vere dici bestiam hanc esse variam, neque (quod dici solet) vnica manu capiendam. Sumptum est à venatu, in quo feræ quædā mitis artib. ex ipsis vestantiū manibus frequenter elabuntur, quibus adsimilē putat hominem sophistam, ad elabendum omnibus dolis instructum. Accommodari potest & ad optimum sacerdotium, quod nemo facilè assequitur nisi summa vi adnitatur.

Omnes laqueos effugere. 32

In eodem dialogo non dissimilem huic allegoriam adducit, veluti prouerbio iactatam, Difficile omnes laqueos effugere. Quod ipsum à venatu translatum est, in quo sic vndique sepiuntur exitus vt necesse sit feram in aliquas insidias incidere. ὀρθῶς γὰρ μάντευμα, τὸ πάσας μὴ ῥᾴδιον τὰς ἁμαρτίας διαφυγεῖν. id est, Si quidem rectè habet prouerbium quo dicitur, haud facile esse omnes laqueos effugere.

Hostis domesticus. 33

Rursum in eodem domestico hostem prouerbio solitum dici testatur, vbi malum non alunde proficiscitur, sed ex nobismetipsis nascitur: velut quū quis ipse se prodit, aut redarguit, ipse sua bili aut liuore sese conficit, ὡς δεῖται δίκης οὐδὲ ἐλέγχου, ἀλλὰ τὸ λεγόμενον, αὐτὸς τὸν πόλεμον ἐν ἑαυτῷ παρέχων ἔοικεν, id est, Non opus habent illis qui redarguant, sed iuxta prouerbium, quum domi hostem habeant, quique sit aduersaturus, &c. Aget, opinor, de sophista, qui quum sit loquax, ipse ex sese præbere solet quo reuincatur.

Capere ciuitatem. 34

Plato in eodem dialogo significat prouerbio dici solere, Capere hoc expugnare ciuitatem, qui rem difficilem esse aliquibus. Neque enim ciuitas primo statim impetu capitur. Hoc stimulo animat Theætetū, vt quod instituit, perlequatur, ei quid qui ad leuiores difficultates aut hæret aut refugit, quam aliquid perficies in eo quod est disputationis caput. Verba Platonis sic habent, Θεόδωρε, ὦ Θεαίτητος, χρὴ νῦν ἡμᾶς σπουδάσαι διαμάχεσθαι εἰς τὸ παρὸν ὡς δυνατὸν ἄριστα. τί γὰρ ἄλλο; ἀλλὰ τῷ πάντως, *Rem dissicilē sequutus.*

φρονεῖν αἰ δὲ δέονται μηδὲν ἐοικότα αὐτοῖς, τί μᾶλλον ἐς τοιαῦτα ἀποβλέψει; χαλκοῦν, τὸ κρᾶτι πᾶσι μεσημβρίαν λεγόμενον, οὐκ οἶδεν ἄνεσιν ἔχειν πλέον. id est, Confidere oportet, Thextete, fore vt qui vel paululum aliquid potuerit, semper vltra progrediatur. Quid enim factutus sit in alijs qui in his animum desponderit? aut nihil in illis efficiens, aut retrocedere etiam compulsus? haud vnquam ille talis, vrbem, quod dici solet, ceperit. In bello facile est in excursionibus aut pagorum incendijs aliquid designare: at munitas vrbes expugnare perdifficile est. Simile est ille, Timidi nunquam statuerunt trophæum.

Diuinum excipio sermonem. 35

Plato, libro De republ. sexto, demonstrat prouerbij vice in ore fuisse vulgò, Θεῖον ἐκέφω λόγον, id est, Diuinum excipio sermonem. Quoties, opinor, gloriosius aliquid dictum esset, ominis gratia, deos excipiebant, qui nihil non possunt, & quibus nemo præscribit. Platonis verba subijcibam, Οὔτε γὰρ γίγνεται, οὔτε μὴν ἐγένετο, οὐδ' ἂν μὴ γένηται δόξειαν ἄμεινον ἐπὶ πολὺ τοῖς πολλοῖς παιδείας τοιαῦτα μαθήματα αὐτοῖς ἔσεσθαι, ὧν ἐγὼ ἐκέφω. Θεῖον μέντοι, καὶ πάνυ μεσημβρινόν, ἐκέφω λόγον. id est, Neque enim sunt, neque fuerunt, neque futuri sunt mores aliter ad virtutem instituti, quàm ad horum institutionem. De humanis loquor amicè, ac diuinum (iuxta prouerbium) excipio sermonem. Apparet esse fragmentum carminis iambici,

–Θεῖον ἐκέφω λόγον. Fortassis ex Homero natum:
–Θεοὶ δ' τὰ πάντα δύνανται. id est,
–dij tamen omnia possunt.

Accommodari potest ad summos principes.

ANIM. HENR. STEPH.

V. *Diuinum excipio sermonem.* (Vna litera loco alterius posita v videlicet pro υ, tenebras Erasmo offudit. nam si legisset λόγον, vidisset non dicere Platonem, Diuinum sermonem excipio, sed, Deum excipio & secerno ab hoc sermone, vel ab hac oratione, Deum ex oratione hac eximo. Sic alibi dixit idem Plato, Σωκράτης δ' ἐκέφω τῶν λόγων. Sic & Synesius in fine cuiusdam epistolæ, ἐκφεύγων τὸν λόγον τοῦτον τὸν ἐμὸν Ἀνδρόνικον.

Vna pertica. 36

Vna pertica, pro eo quod est eadem opera. Plinius Secundus lib. 8. epist. 3. Nam regione, inquit tota, & nouitas remissionis, & forma laudatur: ipsis etiam, quos non vna, vt dicitur, pertica, sed distinctè gradatimque tractaui. Quanto quis melior & probior, tanto mihi obligatior abit: expertus non esse apud me, ὁ δ' ἐπὶ τιμῇ τὸν ἀγαθὸν νόμον κεκτημένος. id est, Vir malus ac fortis pretio ducuntur eodem. Sumptum videtur ab his qui metiuntur agros. Perticam potuit pro decempeda. nam Seruius Sulpitius, vt indicat Festus Pompeius, dixit perticam esse lineam qua diuiduntur agri, & versus est Homericus lib. Iliad. 9. quem alibi recensuimus atque expolauimus.

Sarta tecta. 37

Res probè curatæ & in quib. nihil omissum est.

Sarta tecta, pro consummatis probèque curatis, & in quibus nihil sit omissum, ex solennibus verbis iureconsultorum abiit in prouerbium. Plautus in Trinummo, Ne tibi ægritudinem pater paterem. parsi sedulò. Sarta recta tua præcepta vsque habui mea modestia. M. Tull. lib. Epistol. famil. 13. Hoc mihi da atque largire, vt Marcum Curium sartum & tectum (vt aiunt) ab omni incommodo, detrimento, molestia, syncerum integrúmque conserues. Idem in Verrem actione tertia, In sartis tectis verò quemadmodùm se gesserit, quid ego dicam? Idem in concione ad populum priusquam iret in exilium, Si igitur aliquo tempore his hominibus consuluistis, quorum animus est religionis pietate defunctus, debetis mihi quoque prospicere, qui numini deorum consecratum, sartum tectum ab omni periculo conseruaui. Idem in Verrem actione eadem, Quapropter ita me de præturæ criminibus audixote, vt ex vtroque genere, & iuris dicendi, & sartorum tectorũ exigendorum ea postuletis, quæ maximè digna sunt eo reo. In eadem, Quæsiuit quis ædem Catuli sartam tectam deberet tradere. Alibique locis complurib⁹, velut in eundem Verrem actione 5. Vlpianus lib. Pandect. 1. titulo de officio proconsulis & legati, capite, Si in aliquam, Ædes sacras & opera publica circumire, inspiciendi gratia, an sarta tectáque sint, vel an aliqua refectione indigeant. Item Celsus Pandect. lib. 7. tit. de vsufructu. cap. Hactenus loquens de reficiendis ædificijs, Hactenus tamen, inquit, vt sarta tecta habeat: si qua tamen vetustate corruissent, neutrum cogi reficere. Ac mox. Vnde Celsus de modo sarta tecta habendi quæsit, &c. Rursus lib. 48. tit. ad legem de repetundis, cap. lex Iulia. Libri quoque cauendum ne in acceptum feratur opus publicum faciendum, frumentúmve publicè dãdum, præbendum, apprehendendum sarta tecta tuenda, antequam probata, perfecta, præsilita legerint. Festus Pomponius dicet veteres sartè dixisse pro integrè: quamobrem & opera publica quæ locantur vt integra tecta præstentur, sarta tecta locantur. Nam tarcue est integrum facere. Sed Festus legisse videtur, sarte tecta, pro integrè tectis. Nisi fortè legendum est in prioribus, sarta & integra.

Pulmo priùs venisset. 38

De lento & cessatore.

Pulmo priùs venisset, dictum est olim in lentos ac cessatores. Opinor quòd pulmo quum perpetuò moueat, nunquam tamen loco se promouet. Plautus in Epidico, Dij immortales, soccos iussi adimere pedibus. Pulmo enim, quod perhibent, priùs venisset quàm tu aduenisti mihi.

Pedem conferre. 39

Pedem conferre, a militia sumptum. Vsurpatur vbi propius accedit ad rem. Cicero in actione pro Plancio, Non potium magis conferre pedem, vt aiunt, aut propius accedere. Huius obitus & alibi meminimus ex Quintiliano. Sumptum videtur ex Homero, apud quem illud frequens est, πόδα πόδα, id est, prope venientes, hoc est, cominus congressi. Idem non minus iucunda figura extulit Vegetius de re militari lib. 3. cap. 14. Prima autem & secunda acies, quum ad spathas & pila, vt dicitur, ventum fuerit totum sustinet bellum. Spathas autem vocabãt gladios longiores: quemadmodum pr achattas breuiores, tunitum quinque tenuis pedumique: deinde spicula sunt dicta. Author Modestus. Huiusmodi pugnæ genus describit Q. Curtius lib. 9. Ego cominus coacti confligere, gladios impigrè stringunt. tum verò multum sanguinis fusum est: duæ quippe acies ita cohærebant, vt armis arma pulsarent, mucrones in ora dirigerent. non timido, nõ ignauo cessare tum licuit. collato pede quasi singuli inter se dimicarent, in eodem vestigio stabant, donec vincendi locum sibi facerent. & Maro Æneid. 10.

–hæret pede pes densus, mixtoque virum vir.

Qui multum obfuit. 40

Sicut eiusdem artificis est egregiè mentiri, & vera dicere, ita eiusdem est prodesse plurimum ac lædere. Id olim prouerbio iactatum fuisse testatur Thucydides lib. 6. in oratione Alcibiadis, τῶν δ' ἐμοὶ πάντων ἀφελιμώτατον λόγον, εἰπεῖν μὲν χαλεπὸν ὦν, σαφὲς δὲ βέλτιστον, καὶ ὃν ἐγὼ ἐπίσταμαι ἀφελοῦντα. id est, Dictum videlicet illud quod ab omnibus vsurpatur, quòd si hostis quum essem, vehementer nocui, etiam, si sim amicus, magnopere quamuis prodesse.

Non vulgari ancora nititur. 41

Minimè vltrò amicis nititur præsidijs.

Demosthenes in oratione pro Ctesiphonte. Οὐκ ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἔρμιδος ἐμοὶ τοῖς πολλοῖς, id est, Non eadem ancora nititur qua vulgus significans illum nouis minimèque vulgaribus præsidijs nititur: Suidas admonet esse prouerbium, & subaudiendum ancoram.

Non pluris quàm simias. 42

Simia ridiculum animal & vulgò contemptum, non vni prouerbio locum fecit. Dion Prusensis in libro De Troia non capta, Quos ego, inquit, non pluris facio quàm, vt dici solet, simias.

Aspis à vipera. 43

Tertullianus libro aduersus Marcionem tertio, prouerbij titulo refert, Aspis à vipera, quum pessimus à pessimo sumit mali quippiam. Desinat inquit, nunc hæreticus à Iudæo, aspis, (quod aiunt) à vipera mutuari venenum. Refertur autem inter Diogenis apophthegmata, qui conspicatus duas fœminas inter se conferentes clàm sermonem, protulit versiculum è comœdia quapiam, opinor, sumptum,

Λαὶς παρ' ἑταίρης φάρμακον δεδεγμένη. id est,
Sumit venenum à vipera aspis mutuò.

Vipera, & aspidis morsus cruciatibus sui quales voluptas desit.

Vtriusque serpentis venenum immedicabile, paritérq. noxium: nisi quòd viperæ morsus magnis enecat cruciatibus, aspidis adeò nullum adfert dolorẽ, vt nec voluptas desit, si Plinio credimus. Est autẽ aspidis genus quod absque morsu conspuens hominem veneno perimit:

perimit: vnde Græcis dicta κλωές. Vsus erit quoties qui per se malus est, contagio mali fit deterior.

Neque iusu, neque forte. 44

Irenæus lib. 1. cap. 9. refert hoc prouerbium, dicens hoc quadrare in mulierculas quasdam, quæ quum intelligerent se fuisse delusas à discipulis Valentini, non tamen se committebant Ecclesiæ, vt remedio pœnitentiæ reciperentur in consortium vnde discesserant, sed inter vtrũque degentes, nec Valentinianis adhærebant, nec Ecclesiæ sese reconciliabant. Simili figurâ dicunt hodie, neque caro est, neque piscis, de homine qui sibi viuit, nec vllarum est partium.

† Hoc summis hodie nostro male magno experti.

Diuersum à toga genus.

De toga ad pallium. 45

Certè speciem habet prouerbij quod refert Tertullianus in libello De pallio, Hæc nimirum indignitas erit à toga ad pallium, cuius duplex erit vsus; vel quũ ad diuersum vitæ genus sese contulerit aliquis: vel quum à fortuna honestiore ad humiliorem, velut si quis ex aulico fiat mercator, aut è præfecto prædagogus, è consule rhetor. Toga, Romanorum erat: pallium, Græcorum. Post pallium cœpit esse gestamen philosophorum. Confine illi, Ab equis ad asinos.

Postremũ rei cuiusque.

Extrema linea. 46

Quoniam olim initium vnde cursus incipiebatur, ducta linea notabatur, rursus extremum linea signabatur: idcirco à linea incipere, siue ad lineam redire dicebantur qui rem ab initio repetebant. Et quod in quaque re postremum est, extremam lineam appellabant. Ita Terentianus Phædria, Postremò extrema linea amare nonnihil est. Et Tertullianus libro quem aduersus Hermogenem scripsit, vocat eum ignorantium extremam lineam, quòd vltimus esset hæreticorum. Si quidem adhuc erat in viuis quum ea scriberet Tertullianus.

Cæcus & claudus non intrabunt templum. 47

Recensetur libri Reg. 2. cap. 5. Quum Dauid omnium tribuum consensu suscepisset regnum totius gentis Israeliticæ, iamque constituisset regiam suam statuere in monte Sion, quæ tum erat arx Hierosolymæ quàm id temporis obtinebant Iebusæi, denuntiatum est illi à Iebusæis, non futurum vt ingrederetur vrbem, ni prius amouisset cæcos & claudos. Id vbi factum esset, abiit in prouerbium, Cæcus & claudus non intrabunt in templum. Nec satis conuenit inter interpretes, quid hoc loco sibi velit cæcus & claudus. Quidam existimant per contemptum. Huc non ingredieris, nisi sustuleris propugnatores mœnium quibus tuendis sufficiunt cæci claudique nostri. Hebræi solent affingere fabulas per quas explicent nodum quæstionis. Aiunt in mœnibus vrbis positas fuisse duas imagines Isaac & Iacob: quorum ille legitur cæcutisse senio, hic claudicasse ex luctu cum Angelo. Has ideo collocatas, vt essent monumentum fœderis, quod olim pepigerant cum Abraham, qua de re meminit liber Geneseos caput 32. His igitur sublatis capta est arx, & natum prouerbium, cuius sensum non satis perspicio. Nam quòd in Leuitico cæcus & claudus arcentur à sacris ministeriis templi, non video quid faciat ad hanc historiam. Si diuinare licet, fortassis in summis tectis ædium erant imagunculę, quales solent imponi fastigiis ædificiorum. Eas vulgò cæcos & claudos appellabant, quòd nec ambularent affixæ, nec cernerent. Non patebat igitur ingressus in aream, nisi transcensis ædium fastigiis. Proinde Dauid præmij loco promisit militiæ principem futurum quisquis primus contigisset dormatum fistulas. Fortassis adagio locus erit quoties excluditur aliquis ab honore velut indignus. Meritò enim excluduntur, qui videbantur excludere. Et huiusmodi imagines in templorum tectis affiguntur foris, quum ipsum templum nunquam ingrediantur.

Homini diligenti, &c. 48

Homini diligenti semper aliquid supereſt. Chrysostomus homilia in Ioannem 19. refert hoc dictum, vt tritum vulgi sermone prouerbium, Qui verè diligens est in negotio, nunquam sibi satisfacit, semperque videt aliquid quod operi cœpto adiiciat, quum ignauis quicquid egerint nimium videatur.

Fuit & Mandroni ficulna nauis. 49

Ἦν ἰδίῳ ἡ Μανδρωνι συκίνη ναῦς, id est, Fuit & Mandroni ficulna nauis. In eos dici solitum qui præter meritum ad fœlicitatem atque opes euecti, pristinæ conditionis non meminerunt, sed præsenti rerum successu insolentius abuuntur: ita vt ferè mos est *nũs Parthenius*, id est iis qui ad nouas diuitias ex infima fortunæ conditione prouehuntur. A Mandrone quodam, qui indignus & immerens, ex nauiculario factus est Imperator. Nauim autem ficulnam in genere vocant Græci, quicquid imbecille, aut contemnendum significare volunt.

Lupus in fabula. 50

Hoc prouerbium quum in prima editione quæ Lutetiæ prodita est, non indiligenter esset à nobis explicatum: tamen nescio quo casu videtur omissum in cæteris editionibus. Solitum est autem dici, quoties is de quo cõfabulatio est, de improuiso interuenit. Quod inde sumptum putat Donatus, interpres Terentij, quòd lupus ei quem prior viderit, vocem adimere dicitur, vt cum cogitatione in qua prius fuerat, simul & vocem amittat & verba. Nec desunt qui huius seu rei, seu opinionis caussam philosophicam reddere conentur, videlicet quòd lupus natura sit hostis homini, & ideo spiritus quoidam ac vim actiuam ab illius oculis proficiscentem in eum quem conspexit inopinatò, vires illius obstupefacere, atque hinc esse subitum silentium. Donatus huc pertinere putat quod alibi citatum est à nobis Theocriteũ illud λύκον τὸν ἐδὼν. Rursum illud Maronis, Lupi Mœrim videre priores: quum vocem per ætatem ademptam pastor quereretur. Sunt qui ex nutricum fabulis natum existimant, quæ narrant ludificato puero terrore lupi, verum lupum à cauea paulatim venisse ad limen cubiculi. Nam est & in apologis, matrem, vt puerum vagientem compesceret, lupum frequenter inclamasse, vt nisi desineret plorare deuorandum auferret. Tandem lupum ipe prædæ venisse, sed frustrà hiantem abiisse, hac tantum sententia doctiorem, non esse fidem habendam fœminæ pollicenti. Nam hoc (opinor) sciebat Donatus. Locus enim in libris euulgatis non videtur carere mendo. Tertiam opinionem reuicit Donatus, quæ putat hinc natum: quum in Neuiana fabula repræsentaretur quomodo Romulus & Remus aliti sint à lupa, repentè verum lupum actioni interuenisse: quo factum vt subitũ esset totius fabulæ silentium, quòd talis spectator inexpectatus interuenisset. Sic vsus est Terentianus Syrus in Adelphis, silentium innuens Ctesiphoni, quòd Demea pater adolescentis, quum rure esse credebat, præter expectationem adesset. Festiuus etiam vsus est Plautus in Sticho. Atque eccum, inquit, tibi lupus, in sermone præsens esuriens adest. Loquitur enim de parasito Gelasino, qui fratribus de ipso confabulantibus derepente interuenit. Addit enim prouerbio gratiam allusio ad hominis edacitatem: quemadmodum apud Theocritum, ad nomen adolescentis, de quo dicitur, λύκον τὸν ἐδὼν. Vtitur & M. Tullius epist. ad Atticum, lib 13. De Varrone loquebamur, lupus in fabula. Venit enim ad me. Ferè fit autem vt quoties interueniat de quo loquimur, obmutescamus: propterea quòd siue laudabatur, pudet in os dicere quod rectè, narratur de absente siue vituperabatur, timemus offendere.

Nouis ficulna.

Prolixius Iliade. 51

Μακρότερα τῆς Ἰλιάδος ἢ λελῶν, id est, Prolixiora Iliade loquens. Refert Iulius Pollux, lib De rerum vocabulis 6. cap. 26. adiungens ei quod alibi docuimus, competere in homines vehementer garrulos πρὸς δαιμόνιον χαλεπῶν, & ἀρᾳδῶς αὐλός. sic enim ibi refertur. Hunc in sensum vius est & Æschynes in Demosthenẽ, qui locus nobis alibi citatus est. Non dissimile est huic, *Ilias malorum*. Sed quoniam hoc congruit immensis malis, quod nunc referimus immodicæ loquacitati, separare visum est, ob vsum diuersum. Est autem Ilias nobile opus Homeri quo Troiæ captæ historiam libris viginti quatuor explicat, quum Vergilius duodecim libris complexus sit quod ex vtroque opere visum est decerpere.

De vehementer garrulis.

Apud nouercam queri. 52

Qui deplorant infœlicitatem suam apud eos qui nihil auxilij sint laturi, vel gaudsuri magis conquerentium malis, apud nouercam queri dicuntur, quòd nouercæ ferè malè velint priuignis. Ballio leno in Pseudolo Plauti,

Nam illhuc quod nunc lamentare, non esse argentum tibi,
Apud Nouercam querere.

Leno pro se suppoluit nouercam. Quod dictum Pseudolus simulans se non intelligere,

Eho, inquit, *ut vnguis huius nupſiſti patri*

Animus habitat in auribus. 53

Veteres animo ſedem in oculis dedere, plerique in corde. At Herodotus in Polymnia, ſi vera vulgi fermonem, vt videtur, docet animum habitare in auribus: quòd qui bene audiunt, voluptate affici ntur: qui ſecus, exacerbentur. Herodoti verba ut erbam, Καὶ νῦν πυνθανόμενος ἐγὼ ὁ πᾶσι λόγος ἐστὶ Μ. ἀξιόχρεων οἰκίην ὁ θεὸς, ἢν χρηστὰ μιν ἀκούσῃ, πάρεσ- ἵστησι τὸ σῶμα, ὑπαυτίκα ἢ πυνθάνεται, studiū. id eſt, Et nunc illud ſ. nè dicito, quòd in auribus hominum habitet animus: qui quum bona audierit, voluptate corpus mi ceat: quum has diuerſi, moleſtia afficit. Opinor hunc eſſe ſenſum adagij, quod ex his quæ audiuntur maximè placentur aut irritentur animus. Nam hæc proſectò ita ſe habere ſolent ad animum hominis. Comites ac blandè dictum ſæpe atroces iras vertit in beneuolentiam, & aſperior ſermo prouocat capitales inimicitias. Quin & conuitio quidam iugulantur, non aliter quam ferro aut veneno. Proinde peſtilentiſſimum homicidarum genus eſt quod hoc ſeculo potiſſimum regnat, qui venenum aſpidum portant in lingua, & qui idem peragunt lingua quod ſicarij ferro.

Vera animi habitat in auribus.

Inſcitia confidentiam parit. 54

Ἀμαθὴς μὲ θρασ- λογισμὸς ἐς ἔτλην φέρει, id eſt, Inſcitia quidem confidentiam, prudentia verò conſultationem parit. Extat apud Thucydidem libro Peloponneſiaci belli ſecundo. Diuus Hieronymus in epiſtola ad Euagrium ita refert, Imperitia confidentiam, eruditio timorē creat. Refert & Plinius Epiſtolarum lib. 4. Sicut ἀμαθὴς μὲ θράσος, ὁ λογισμὸς δ' ἔτλην φέρει, ita rectè ingenia demittat verecundia, peruerſa confirmat audacia. Vtitur eodem & Lucianus in Nigrino: vt dubium non ſit quin hæc ſententia fuerit olim vulgi ſermone pro trita. Cognitio rerum reddit hominem contentiorem ad aggrediendum negotium. hinc nimirum eſt quod iuuentus audacior eſt quàm ſenectus: &, vt docet Quintilianus, fortius dicunt qui minus habent artis: quum interim cordatus orator ac periculum intelligens, initio trepidet. Et qui minus ſapiunt, minus habent pudoris & qui nondum didicere quid ſit ſcire, nullius rei ſibi non arrogant ſcientiam. Denique maximè bellum affectant qui quid ſit bellare, nunquam experti ſunt. Quemadmodum hodie ſub adoleſcentibus principibus miſerè tumultuatur orbis.

Cur iuuentus audacior, quàm ſenectus.

Non ſtatim finis apparet. 55

Herodotus in Polymnia, ſignificat hoc olim prouerbio dici ſolitum, Non ſtatim cum principio apparere rei exitum. ἐγὼ δὲ καὶ τάδε ἤκουσα, τὸ μὴ ἅμα ἀρχὴ τῷ τέλεϊ φαίνεσθαι, id eſt, Et vetus adagium, quo rectè dictum eſt, Non ſtatim cum initio apparere finem. Conueniet in quorundam præproperas ſpes, qui negotio vix cœpto, ſtatim arbitrantur ſe rem factam habere quum ſæpe exitus non reſpondeat initiis. Vulgi rotus eſt in Batauum quendam, qui iuſſus ſumere cataporia, rogauit medicum quid eſſent effectur.. Quum medicus reſpondiſſet fore vt moueretur alvus, deuorauit, moxque nondum egreſſo medico, clamauit ſe cacaturire nimirū ſuſpicans ſtatim apparere finem vna cum principio. Alter quidam eruditem ſapientiæ, quum à parentibus miſſus eſſet in Galliam vtique hinc diceret, quum illic egiſſet quatriduum, quærebatur apud ſuos quòd nondum loqueretur Gallicè: putans hunc vim habere ſolū ipſum, vt quiſquis adiiſſet Gallias, illicò Gallicè loqueretur. Sunt & huiuſmodi quidam, qui ſimulatque filius triduo verſatus eſt in ludo literario, mirentur eum nondum ſcire literas, quærantque experimentum & impenſam permiſſe. Poterit ad ſcientiam ſequi. Rebus honeſtis ſtrenuè vacandum, vt olim dixerat egregium laborum optimam meſſem metet. Semper in hoc vita rectè faciendum, olim ne de fructu, etiamſi non contingant in hoc mundo.

In eos, qui plus nimio negotium accerſiuant.

Philippide tenuius. 56

Athenæus libro Dipnoſophiſtarum 11. oſtendit. Philippidem comœdiarum ſcriptorem nec tenui fuiſſe corpore, vt etiam μικροτέρου dixerint pro macrum ſſe. Refert autem prouerbium ex Ariſtophane: τὸν ἀμείνω ἐαυτὸν τε καὶ τῶν ἀγαθῶν πάντων ἀπολωλεκέναι Φιλιππίδου. id eſt, Intra triduum gracilorem illum reddam Philippide, Rurſus ex Menandro,

Ὁ λιμὸς ἀπῆλθ' ὃν καλὸν ἦν ἰδεῖν,

Tenuis, & macra.

φιλοπότιδος ἢ λεπτότερον ἀπολέσας σκέλος. id eſt,

Letum vorſamet ormolium hunc momordent,
Reddet cadaver macrum Philippide.

Rurſus ex Alexide citat hoc dictum: ἐκπεπίδιον φιλιππίδου λεπτότερον. id eſt, Poculum Philippide gracilius. Accommodabitur non inuenuſtè ad orationem ieiunam, aut diſputationem otio & ſubtilitatis.

Quæ ſemel ancilla, nunquam hera. 57

Vt vulgò iactatum, refertur in Græcis Epigrammatis, libro primo, titulo Palladæ,

Μηδοτι δοῦλ' ἁπαξ γυνὴ, δέσποινα γίνεται,
Ἐὰν τυραννήσῃ. id eſt,
Si qua ancilla ſemel fuit, haud vnquam dominatur,
Vt prouerbium habet.

Videtur ideo dictum, quòd qui ex humili fortuna ſubuehuntur ad res amplas, ſoleant eſſe cæteris inſolentiores, minúſque tolerabiles quàm qui fœlices naſcuntur.

Exurere mare. 58

Admonuimus ἀδύνατα ferè pertinere ad cognationem prouerbiorum, quod genus eſt illud quod refert Virgilius Æneid. lib. 9. *Re eo quod fieri non poteſt.*

-maria ante exurere Turno,
Quàm ſacras dabitur prima,

Nec diſſimile eſt quod habet Propertius,

Tu prius & flactus poteris ſiccare marinos,
Aſtaque mortali detrahere igne manu.

Obedientia fœlicitatis mater. 59

Æſchylus in ἐπτὰ ἐπὶ Θήβαις,

Εὐθηνοῦχος τοι θεὸς τῶν ἐν πόλει·
Μήτηρ γὰρ εὐπειθὴς, οὐδ' ἔχει λόγον. id eſt,
Fœlicitatis mater obedientia,
Continúque, vt aiunt, ſoſpitatoris Ioue.

Pingit poeta Iouem ſoſpitatorem cuius beneficio contingat ſalus: huic eſſe vxorem cui nomen εὐπειθία. εὐπειθία. id ſonat obedientiam, ſed propriè qua pareimus magiſtratibus ac principibus. ex horum coniugio natam eſſe filiam cui nomen εὐπραξία, id eſt fœlicitas. Principis eſt conſulere ſaluti ciuium. Id conatur bonis & æquis legibus, populi eſt his obtemperare, ſi velit eſſe fœlix. Sed vtinam non eſſent Iones ὀλιγόπαιδες, quibus vxor eſſet δύσπραξ, & filia δύσνυχια.

Ver ex anno tollere. 60

Ἐκ τῦ αὐτοῦ τὸ ἦρ ἐκφέρειν, id eſt, Ver ex anno tollere, dicebatur qui id quod in negocio quopiam erat præcipuum tolleret. Meminit Herodotus in Polyhymnia. Lacedæmonij & Athenienſes miſſis in Siciliam legatis, petebant à Gelone Syracuſano & ſocietatem & ſuppetias, aduerſus Xerxem bellum inferentem Græciæ. Nec recuſauit Gelo, modò ſe imperatorem vel maritimarum rerum vel terreſtrium copiarum conſtituerent. quam conditionem quum repudiarent legati, iuſſit eos illico diſcedere ac renuntiare Græcis, ὅτι ἐκ τῦ αὐτοῦ τὸ ἦρ αὐτοῖς ἐκφέρει, id eſt, Ver ipſis ex anno ſublatum eſſe: videlicet illud ſubindicans, ſuum exercitum præcipuum eſſe Græciæ florem ac robur: qui ſi deeſſet, defuturum illi quod eſſet præcipuum. Ver enim anni præcipua pars eſt. Meminit Ariſtoteles libro Rhetoricorum 3. inter metaphoram genera. Rurſus Rhetoricorum lib. 1. oſtendit hoc dictum eſſe Periclis in epitaphio, qui dixerit, νέα γὰρ ἡλικία ἐκ τῆς πόλεως ἄπορ τὸ ἦρ ἐκφέρει. id eſt. Iuuentutem è repub. ſublatam eſſe perinde acſi Ver ex anno tolleretur. Poteſt deflecti longius, vt dicantur ver eximere anno, qui linguarum ac bonarum literarum peritiam ſuſtollant è ſcholis. *Tollere quid in negocio præcipuum.* *In eos, qui corrumpunt.*

Etiamſi Cato dicat. 61

Plutarchus in vita Catonis Vticenſis, narrat tantam Catonis apud populum fuiſſe fidem & authoritatem vt de rebus incredibilibus proverbio diceretur, οὐκ ἂν μᾶλλον Κάτων εἴποι ταῦτα ἢ ἐκεῖνος. id eſt. Illhuc incredibile eſt, etiam ſi dicat Cato. Et orator quidam quum hyperbolicos diceret vrbis tellis non eſſe credendum, adiecit, ne Catoni quidem. M. Tullius epiſt. ad Atticum lib. 2. Quid Cato iſte nolter, qui mihi vnus eſt pro centum milibus? Similis erat authoritas Ariſtidis apud Athenienſes ac Xenocratis, cui vni populus remiſit iuſiurandum, quum alioqui nullus illic teſtis admitteretur abſque iureiurando. Huic affinis eſt, Nec iurato iſtuc creduturus ſim. *Nec iurato iſtuc credam.*

Deri-

Diuus Ioan. Campanus.

Adagia Decipiendi semel. 62

Suspicor esse vulgò dictatum apud Italos quod refert Ioannes Campanus vir suo seculo magnus, & admirabilis ingenij, libro De fugienda ingratitudine secundo, Decipienti me semel dij male faxint, faxintque bene, si bis idem decepero. Quòd semel tali, perhibere decipientis partem imputari: verùm qui semel expertus, rursum fidem habuerit eidem, dignus videatur qui fallatur. Confine est illi quod alibi recensuimus, Improbe Neptunum accusat qui iterum naufragium facit. Quoniam Campanus erat varia secondiæque lectionis, fieri potest vt hoc dictum alicubi citatum legerit. Nam videntur esse duo senarij, paucis immutatis,

Decipienti semel me, dij faxint malè.
Fauntque bene, si bis idem acceperit.

Nam ipse Campanus adducit titulo veteris prouerbij: quanquam vetus dici potest quod nostra quoque memoria factum est.

Qualis hera, tales pedisequæ. 63

Apud Ciceronem est perueteris adagium, lib. Epist. ad Atticum 5. epistola vndecima, Si verum est, inquit, illud ὁποία ἡ δέσποινα, τοιαὶ καὶ αἱ θεράπαιναι, id est, Qualis hera, tales & ancillæ. Quanquam nec hoc multum abest à senario.

Ὁποία ἡ δέσποινα, τοιαὶ καὶ αἱ θεράπαιναι.

Plato lib. De repub. 4. εἰ ἄρα τῷ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον ἐγγίγνεται. id est, Aut non semper quod est simile, simile accersit.

Bibere mandragoram. 64

Inest vis somnifica mandragoræ, adeò vt enecet etiam largiore potu, si Plinio credimus, histor. mundi lib. 25. cap. 11. Dioscorides indicat radicem vino decoqui ad tertiam partem, ex eo cotato sumi cyathum adiectis infomsum, datur & lecanide, aqueus intolerabilem cruciatum. Quin & fedi immissa herba glandis vice, somnum facit. Hanc Pythagoras ἀνθρωπόμορφον, id est, hominis formam appellauit, quòd radix imitetur hominis formam. Vnde Columella, in carmine semihominem dicit,

Quamuis semihominem vetusto gramine fata
Mandragoræ parias flores.

Dicta mandragora.

Eandem Circeam appellant, quòd radix illius amatorijs venefecijs creditur vtilis. Vnde qui cessant in officio, dormitantque, multam mandragoram bibisse dicuntur. Sic vtus est Iulianus in epistola quadam ad Callixenem, Οὐ φαύλην τινὰ μανδραγόραν ἐπιπεπωκώς, id est, Annon videtur multam hausisse mandragoram? Vlpian & Demosthenes in Philippica 4. δεῖ μὲ μανδραγόραν τινὰ πεπωκέναι νῦν φήσουσιν ὑμῶν ἐνιοι μᾶλλον ἀκούοντες. id est, Similes videmur his qui mandragoram biberunt, aut aliud simile pharmacum. Itidem qui dormitant in negotio, sub mandragora dormire dicuntur. Lucianus in Timone, ὥσπερ καθεύδων ὑπὸ μανδραγόρᾳ τινὶ δοθείς. id est, Quandoquidem veluti sub mandragora dormis. Hoc non dissimile est illi quod alibi retulimus, Bibe elleborum.

Ne pictum quidem vidit. 65

Deest, quod vehementer ignotum.

Quemadmodum de vehementer ignoto dicimus, Ne natum quidem noui: sic dicimus, Ne pictum quidem vidit. Multas enim vrbes & res, atque etiam homines nunquam nobis conspectas, ex pictura vtcunque nouimus. M. Tullius libro De finibus bonorum vltimo, Dicis eadem omnia & bona & mala, quæ quidem dicunt qui nunquam philosophum pictum, vt dicitur, viderunt. Plautus in Asinaria, Nam neque vnquam fictum; aut pictum neque scriptum in poematis, vbi lena bene agat. Venustius etiam fiet si longius transferatur: Rhetoricam ne pictam quidem vidit. Virtutem ne pictam quidem. Nam pinguntur hæc quoque.

Scrupulum iniicere. 66

Scrupi, quid.

Scrupi sunt minuti lapilli, qui inter ambulandum insiliunt in calceos hominis, ac pedem torquent. Inde iniicere scrupulum dicitur, qui solicitudinem iniicit animo cuiuspiam. Et scrupulum eximit qui solicitudinem eximit. Terentius in Adelphis Timeri, iniecit scrupulum homini. M. Tull. 4 De finib. in hac disputatione, Scrupulum inquam abeunti. Sed videbimus. Hoc non dissimile est illi quod alias retulimus, Infixo iaculo fugere. Rursum Terentius in Andria, At mihi vnus etiam scrupulus restat, qui me habet malè.

In angulo. 67

Quod occulte fit.

Ἐν γωνίᾳ, id est, In angulo, fieri dicitur quod fit in occulto. Quod vsurpatum in Euangelijs a Christo, reperitur esse apud Platonem in Gorgia. Τὸν γὰρ νῦν ἐγὼ ἐνταῦθα μὲ τὸ παρόντα ἐν ταῖς γωνίαις τοῖς ὀλίγοις ἀποδείξω. id est, Reliquum vitæ degere cum adolescentulis aut quatuor in angulo latitantem. Item Lucianus in concione deorum μάστιγι τοιαύτῃ, ὦ θεοί, καθάπερ οἱ ἐν γωνίαις συστρεφόμενοι, πρὸς τὸ δημόσιον κατακομιδῆς. id est, Ne posthac latitantes miscete odij, nec ad angulos cõuersi, alijs alij ad autem conspirate. M. Tull. lib. De oratore 1. Quibus ego de his rebus omnibus in angulis, contumendi odij causa, vt dilerant, &c. Sic & illud in Euangelicis literis prouerbialiter est dictum, Super tectum prædicate, pro eo quod est, palàm. & in publico prædicate. Nunquam enim legimus Apostolos de tecto clamasse.

Calidum mendacium. 68

Caudum mendacium pro audaci dici, monuimus alias. Simili figura dici solere calidum mendacium pro audaci & impudenti, docet Plautus in Mostellaria,

Caudum hercle audire esse optimum mendacium

Aut non est mentiendum, aut est fortiter mentiẽdum: alioqui mox deprehenditur qui verecunde mentitur. Quemadmodum est illius sententiæ, Non ita, quod iciam.

Muti citius loquentur. 69

Ad ἀδύνατα genus pertinet & hoc quod habet Plautus in Persa,

Muti prius loquentur quàm ego.
Nè hoc, inquit, cuiquam hominum dicerem, cautum sit mihi
Magnoperæ, nec cuiquam hominum crederem
Omnes muti vt prius loquerentur hoc quam ego.

In transennam inducere. 70

In transennam inducit, qui dolo fallit, Plautus in Persa,

Hunc ego hodie hominem in transennam doctè ducam dolis. Dolo fallere.
Itaque huic insidiæ paratæ sunt, propè aggredior verum.

Ab aucupibus sumptum est, qui intra cancellos escam spargunt, insidiantes auiculis. Vnde & hodie qui dolo captus est, intra transennam esse dicitur. Huic simillimum, In foueam & in laqueum inducere, quorum alibi meminimus.

Ab transenna cibum petere. 71

Ab transenna cibum petere dicitur qui periculo proximus est. Plautus in Bacchidibus,

Nunc ab transenna hic turdus lumbum petit.

In senem dicitur, legentem epistolam per quam erat fallendus. Ab eadem metaphora sumptum, cuius modò meminimus.

Omnes adhibere machinas. 72

M. Tull. lib. Epist. ad Brutum, Ad reliquos hic quoque labor mihi accessit, vt omnes machinas adhibeam ad tenendum adolescentem. Item Plato De legibus libro 7. Οὐκοῦν φαμὲν ἅπασαν μηχανὴν μηχανᾶσθαι. id est, Itaque dicimus omnem admouendam machinam. Rursum in eodem, πᾶσαν μηχανὴν μεταχειρίζειν. id est Omnem machinam admouens. Sumptum est ab his qui summa vi oppugnant arcem aut oppidum, nullum machinæ genus non admouentes, nihilque relinquunt intentatum.

Leo chordula vinctus. 73

In aulicum.

Lucianus in libello De mercede seruientibus, Νῦν δὲ τὸν λόγον, λέων χορδῇ δεδεμένος ἀεί τε κατὰ θεραπείαν. id est, Nunc autem, quod dici solet, leo filo vinctus, sursum ac deorsum circumferor. Quum quis exiguo commodo captus, apud aulicos ostentatur passim, quòd princeps tantum alat virum. Hoc enim principes gloriosum sibi ducunt, si episcopos aut doctos viros cogant sua relinquere negotia, & aulicæ seruire pompæ.

Sinapi victitare. 74

De tetricis.

Tristes ac supra modum tetrici, sinapi victitare dicuntur, quòd hodieque vulgò tritum est. Plautus in Truculento,

Si scaltor hic homo sinapi [illegible]
Non ceuseam tam tristem.

Aristophanes in Equitibus figura dixit, Tuesi sinapi.

Καζήσω γάρ, ἢ τὸ μόστυν' ἐστὶν ἄκρατον, id est,

Torvum tacet, vt qui simpi vellitant,
Ironicè ieiunam contrahebat.

Interpres Aristophanis admonet, napy semen esse vnde fiat sinapi. Huius vis est cieresachrymas, eoque Lunius apud Macrobium triste vocat.

Nec triste quæritat sinapi, ne fat rarum cepe.

De cepis aliàs nobis est dictum.

Pueri senesque. 75

In principio Chiliadum admonuimus omnes fermè huiusmodi figuras esse prouerbiales, quæ constant ex contrariis, Maximi minimique, Iuuenalisque senesque, Diis atque hominibus, Sacra profanis, Fas nefas, Fanda infanda. Horatius. Parui properemus & ampli, quum omnibus sentiat hoc esse contendendum. Plato lib. De legibus 7. Ἀλλὰ τὸ λεγόμενον, παντὶ εἶδος ἡ παιδὶ, καὶ τῷ δυσκόλῳ. &c. id est, Imò, quod dici solet, omnem puerum ac senem pro viribus, &c.

Omni voce. 76

Modis omnibus persuadere.

Quod summa contentione asseritur, omni seu tota voce dicitur prædicari. Vehemens enim affectus animi solet vocem intendere. Plato libro De legib. 10. Πᾶσαν δὴ, τὸ λεγόμενον, φωνὴν ἀφεὶς. id est, Omni emissa voce. Clarè loquimur quum asseueramus, & quanto possumus clamore sonamus si quid magnopere nos commouet. Potest & in hunc vsum accommodari, vt omnem vocem promere dicatur qui modis omnibus conatur persuadere, nunc blandiens, nunc obiurgans: nunc pollicitans, nunc minitans.

Arcus tensus rumpitur. 77

Plutarchus in libello cui titulum fecit, An seni administranda respublica, Τέξις μὲν, inquit, ὡς φασὶ, διὰ τοῦτο μᾶλλον ῥηγνυμένη τοῦ τόξου, ἀνίησιν. id est, Arcus, quemadmodum aiunt, quum intenditur, rumpi solet: contrà animus quum remittitur. Refertur autem in epitaphio Theophrasti, qui tantisper viguit dum esset in labore: simulatque remisit studium, interiit.

Οὐκ ἄρα τὸν μάταιον ἐν ἔργοις βίον ἔζη.
Ῥηγνὺς ὡφελίης τόξον ἀπεπλάσθη.
Ἀλλ' ὁ μὲν ἐν πόνοις, ἐὼν ἐπὶ γήραϊ, ἄνεσις
Ἧς δίκαιος ἐτύγχανε, κατῆλθε πρὸς ἥβας. id est,
Frangi, vt studij tensum laxatum arcum.
Veridici famè verba fuere viri.
Nunquam opere assiduo valuit Theophrastus, & idem
Laxato studio, membra solutus obit.

Ne Apollo quidem intelligat. 78

De re admodum obscura.

Quod vehementer esset obscurum & intellectu perdifficile, id negabant vel ab Apolline posse intelligi Athenæus libro Dipnosophistarum 3. Τῇ δ' ὑπολαβὼν ἄλλος, οὐκοῦν οἶδ' ὅτι καὶ τὸν Ἀπόλλω φήσουσιν. id est, Quid autem sibi velit epistola, arbitror equidem nec ipsum Apollinem intelligere. Adducit mihi senarium ex Antiphane,

Ταῦτ' οὐδ' ὁ Φοῖβος οἶδ' ἀναγνοὺς μάτην. id est,
Nec Apollo quid sibi hæc velint intelligat.

Destituunt venti remos adhibe. 79

Quum res non succedit vt volumus, ad alia præsidia confugiendum est: aut quum fortuna est aduersa, tum magis ad laborandum. Refert adagium Hermolaus in epistola quadam Græca quæ Politianicis admista est. ἢ δὲ πνεύματα ἀμείνονα, φασὶν, ἐπὶ τοὺς κώπους χώρει. id est, Et destituunt ventis, ad remos, quod aiunt, te confer.

In pace leones. 80

Aristophanes in Pluto,

Ὅταν οἴκοι μὲν λέοντες, ἐν μάχῃ δ' ἐλάφοι. id est,
Quum leones sint domi, eadem in Marte sint vulpeculæ.

Aristophanis interpres ostendit prouerbium iactatum in Lacones, qui in Asia infœlicitèr rem gessissent.

Οἶκοι λέοντες, ἐν Ἐφέσῳ δ' ἀλώπεκες. id est,
Domi leones, in Ephesо vulpeculæ.

Ad hoc nimirum alludit Comicus. Plutarchus in comparatione Sullæ & Lysandri refert hanc sententiam, tanquam vulgò iactatam in principes, sic enim de Lysandri frugalitate prædicat,

Ἀλλ' ὥσπερ τὸν Διονυσόδωρον τοῦτ' ἐν Ἀβύδῳ,
Οἶκοι λέοντα, ἐν ὑποδήμασι δ' ἀλώπεκα. id est,
Imò quum alium affixerat illud quod vulgò circumfertur.
Domi leonem, foris vulpeculam.

Olim fortasse sic emergebant potentes: pòst & domi & foris leones esse cœperunt, aut si quod animal leone violentius. Conuenit in eos qui præpostere se gerunt: ibi feroces vbi nihil erat opus: ibi fugaces vbi res *Ferocit.* vbi poscebat virtutem: aut qui in suos sæui, non item audent *Audaces, in q.* aduersus inimicos, quod Ciceronem obiecit Sulpitius, videlicet quòd contumelioſus in amicos, supplex inimicis. Aut in illos qui simulata mansuetudine perueniunt *Subdoli, captiosi.*

Certissima paupertas. 81

Sententiam prouerbialem refert Iunius Columella libro De re rustica 12. cap. 1. Præparatis igitur præceptis, oportebit suo quicque loco generatim, atque etiam speciatim nonnulla disponere quo facilius, quū quid postulabit vsus, recipere possit. Nam vetus prouerbium est, *Vetus proverb. paupertatem* certissimam esse, quum alterius indigeas, vt eo non possis quo ignoretur vbi *qui res non habet.* proiectum iacear quod desideratur. Hactenus Columellæ verba retulimus. Sentit autem, ni fallit, is qui habeat domi quod, quum vendendum est, inueniri non potest, eum magis egere eo quod habet quam si non haberet. Etenim qui non habet, emat alicunde commodato: qui habet, vbi ventum est ad articulum quo sit vendendum, nec suum habet, quod vbi sit nescit, nec alienum habet quo possit vti.

ΑΠΙΣΤΟΣ ΜΕΝΕΠΤΟΛΕΜΟΣ.

V. *proiectum iacet.*) Imo non Columellæ iunt, sed Ciceronis, vt opinor. Hoc constat, vtrumcunque sint, esse hoc prouerbium Latinè de his Xenophontis verbis expressum, Στρατὸς ἄνευ ἀνδρὸς ἄρχοντος, ὥσπερ ἀσπὶς ἄνευ ἐγχειριδίου. Vide mei Ciceroniani lexici Græcolatini paginam 109.

Mercator naviga & expone. 82

Strabo lib. Geographiæ suæ 14 refert huiusmodi prouerbium ἔμπορε πλεῦσον καὶ ἔκβαλε. ἔλεγε πρὸς τοὺς ἀποδυομένους. id est, Mercator nauiga, expone omnia diuersantes Athenis. Cæteros enim piraticam exercentibus, quorum præcipuus quæstus erat ex mancipiis, quæ propter opportunitatem loci facilè capiebantur, & celerrimè distrahebantur: quòd Delus, quæ non procul aberat emporium præstaret & amplum & pecuniosum: vt illic eodem die, præsente pecunia, multa mancipiorum millia distrahi possent & auehi. In causa erat illud quoque, quòd Romani ex Carthagine Corinthoque subuersis vehementer locupletati fuerant, eoque pluribus mancipiis vti cœperunt. Siquid habet prouerbium præter rei gestæ memoriam, potemus vti quoties significabimus rei cuiuspiam esse tantam auiditatem, vt nulla copia sufficiat: præsertim si quid mali sit quod expetitur: quemadmodum nihil auidius emitur quam nugaces quidam & sedulosi libelli, fastidiis bonis authoribus.

Nisi crura fracta, &c. 83

M. Tullius in Philippica 13 docet prouerbio fuisse iactatum in Cn. Plancum, eum perire non posse nisi crura ei fracta fuissent. Is incenderat curiam, ob quod facinus quum esset eiectus in exilium, tamen pòst armatus ausus est redire in vrbem. Adagium autem dictum est ab his qui ob scelera subiguntur in crucem: tantaque est malitiæ viuacitas vt nec illic mori possint nisi fractis cruribus mors acceleretur. Iocatur autem Cicero Planco fuisse fracta crura, quum legibus esset adempta potestas redeundi in ciuitatem. Et tamen vixit ac rediit. Ascribam M. Tullij verba, Sequuntur alij tribunitij, C. Plancus in primis, qui si senatum dilexisset, nunquam curiam incendisset. quo scelere damnatus, in eam vrbem rediit armis, à qua excesserat legibus. sed hoc ei commune cum plurimis dissimillimis. Illud tamen verum quod in hoc Planco prouerbio loco dici solet, perire eum non posse, nisi crura ei fracta essent. fracta sunt, & vixit. Hoc tamen, vt alia multa, aquilæ fertur acceptum. Hactenus Tullij verba recentuimus in quorum postremis locus est in aquilam, quo significatur armata manus. nam vexilla Romanorum præcipua habebant aquilam. Meminit & in oratione pro Rosc. io Amerino, Sin autem sic agetis vt arguatis aliquem patrem occidisse, neque dicere possitis aut quare, aut quomodo, ac tantummodo sine suspicione latrabitis: crura quidem vobis nemo affringet: sed si ego hos bene noui, literam illam cui vos vique eo inimici estis, vt etiam eas omnes oderitis, ita vehementer ad caput affigent, vt postea alium neminem nisi fortunas vestras acculare possitis. Quidam putant hic significari θ, de quo dictum est in prouerbio θ prefigere. M. hi magis videtur sentire de τ, quod crucis habet imaginem. & in crucem iustus solent frangi

crura

crura. Et hac quidem litera rei absoluebantur: sed interim actor referebat notam calumniæ & impudentiæ, qui crimen actor obiecerit, quod nullis argumentis probare valebat.

Cuculus. 84

In adulteros, vel deprehensos, &c.

Olim qui forent in re quapiam parum honesta deprehensi, vulgari probro cuculi dicebantur. Id ortum a viatoribus qui serius cœpissent putare vineam, nec hoc munus abiolussent priusquam audirentur ea auis, velut cessationem exprobrans agricolis. Huius vocem imitantes viatores deridebant vinitores. Ita Plinius libro 18. cap. 26. In hoc temporis interuallo quindecim diebus primis agricolæ rapienda sunt ea, quibus peragendis ante æquinoctium non sufficerit: dum sciat inde natam exprobrationem fœdam putantium vites per imitationem cantus altis temporarij, quem cuculum vocant. Dedecus enim habetur opprobriumque meritum, falcem ab illa volucre in vite deprehendi, vt ob id petulantiæ sales etiam cum primo vere ludátur. Auspicio tamen detestabiles videntur. adeo minima quæque in agro naturalibus trahuntur argumentis. Porrò quos Plinius petulantiæ sales appellat, apud quasdam nationes & hodie licet agnoscere. Vernis enim mensibus, quum auditur coccyx (si tamen hic est cuculus, id quod sentit Gaza) coniugati mutuis salibus inter sese ludunt, dicentes, Tibi canit hæc auis: significantes vxorem parum vigilanter custoditam. Quin & Plautus in Asinaria, sic facit vxorem conuiciantem

Cubat cuculus.

marito in amica deprehenso, At etiam cubat cuculus: surge amator, i domum. Ac mox, Cano capite te cuculum vxor ex lustris rapit. Horat. sermonum libro 1. satyra 7.

Tum Præcilium salso multumque lacessit
Expressa arbusto regeris conuicia, durum
Vindemiator & inurbanum cecinit viator
Cessisses, magna compellans voce cucullum.

Hæc nimirum congruunt cum his quæ scribit Plinius, probro solere obiici vindemiatoribus, si cuculus eos deprehendisset putantes vineam. Eum Horatij locum sic explicat Porphyrio. Nam solent leuia rustici circa viam arbusta vindemiantes, à viatoribus cuculi appellari: quum illi prouocati tantam verborum amaritudinem in eos effundant, vt viatores illis cedant, contenti eos cuculos iterum atque iterum appellare. Acron hæc adfert, Hoc autem ipsa re nouimus, quòd viatores sæpe vindemiatores conuiciis agant quum transierint: & illi respondent ita vt cuculum eum appellent, quasi pigrum: & recitant hoc custodibus, eo quòd semper assideant. In his Porphyrionis & Acronis verbis video mendas aliquot subesse. Cum his cõueniet illud Plautinum, Etiam cubat cuculus, quòd grauatim surgeret assessor puellæ. Quin arbitror in conuicio cuculi, alludi ad vocem cubandi. Vnde pro leuia in verbis Porphyrionis fortasse legendum lenti. Iam quod quidam ex cuculo faciunt cucullum, ex animi vestem, nihil est necesse, quum hæc vox penultimam habeat productam apud Plautum in carmine trochaico,

At etiam cubat cuculus: surge amator, i domum.
Ac mox,
Cano capite te cuculum vxor ex lustris trahit.

Trochaicus est. In Pseudolo pro generali conuicio videtur vsurpasse, Quid fles cucule? vives. Nisi fortè lachrymantem ac singultientem amatorem cuculum appellat, quasi κακῶς ζῶντα. Similiter in Mercatore, Ithæc filio non credam qui obsequitur patri: huic non, vt mero cuculo. Itidem in Persa, Tua quidem cucule causa, non hercle, si os præciderim tibi, metuam morticine.

Arator nisi incuruus prauaricatur. 85

Prouerbij speciem habet quod refert Plinius lib. 18. cap. 19. Arator, nisi incuruus, prauaricatur. Præcipit vt arator aruum primum rectis sulcis proscindat, mox & obliquis subigat. id fieri vix potest nisi toto corpore incumbat labori, vnde & Vergilio dictus est curuus arator. Cæterum prauaricari est à recto sulco diuertere. Vnde & in causis prauaricari dicuntur qui causam diuersam adiuuant. Videlicet, hoc est quod ait Plinius, Inde translatum hoc crimen in forum. Ibi itaque caueatur vbi inuentum est. Transferri potest ad quemuis, vt Leno, nisi periurus est, prauaricatur. Miles, nisi impius est, prauaricatur. Conueniet in negotium quod absque magnis sudoribus peragi non potest.

Prauaricari, quid.

Metiri digitis. 86

Qui rem accuratius expendit quàm oportet, digitis metiri dicitur, veluti siquis cum amico rationem ineat, vter in alterum plus contulisset officiorum. M. Tullius in Paradoxo tertio, Poetam non audio in negotiis vitæ societate audita ciuem digitis peccata dimetientem suos. Si sunt visa breuiora, leuiora qui possunt videri? quum quicquid peccetur, perturbatione peccetur rationis atque ordinis? Alludit huc Cicero, quòd poetæ carminis pedes digitis metiri solent. Vnde & Horatius, de arte poet.

Legitimumq́; sonum digitis callemus & aure.

Non optimus autem poeta videtur qui non statim aurium iudicio deprehendit carminis vitium.

Salem & caseum edere. 87

Plinius lib. 21 c. 7. indicat prouerbium, quod tamen non refert. Siquidem inter laudes salis & hoc refert, Varro etiam pulmentarij vice vsos veteres author est: edisse enim salem cum pane & caseo, vt prouerbio apparet. Coniicere licet tale fuisse dictum, Nihil conuiuio deerat: habuimus salem, panem & caseum. Aut, Ne sis solicitus quo me apparatu accipias. præter salem, panem & caseum nihil requiram. De Xenocrates caseo dictum alibi.

In agro furculario caprat. 88

Varro De re rust. lib. 1. cap. 2. dictum hoc, veluti legem agricolarum, adfert, Colonus in agro furculario ne capras compascat. Deflecti potest ad eos qui noxiarum rerum aut hominum admixtu, corrumpunt teneram ætatem. veluti siquis sacris virginibus adiungat iuuenes lasciuos, aut adolescentibus addat lasciuas puellas: aut siquis studijs admisceat voluptates studijs inimicas. Nam capra plantis omnibus non vulnere tantùm, sed & veneno dentium pestifera est, præsertim oleæ & viti. vnde & Baccho immolatur vindictæ gratia: Mineruæ nihil caprini generis, quòd ille vitis repertor dicitur, huic sacra est olea.

Noxius rebus corrupti animi.

Oportet agrum imbecilliorem esse. 89

Columella lib. 1. cap. 3. testatur apud Afros agricolas huiusmodi prouerbium fuisse celebre, Oportet agrum imbecilliorem esse quàm agricolam. Hoc ænigma sic explicant Vergilius specie non minus prouerbiali, Georg. li. 2.

-laudato ingentia rura,
Exiguum colito.

Sed præstat ipsa Columellæ verba adscribere, Adhibendum modum mensuramque rebus, idque vt non solum aliud acturis, sed & agrum paraturis dictum intelligatur: ne maiorem quàm calculorum ratio patitur, emere velit. Nam huc pertinet nostri poetæ sententia,

-laudato ingentia rura. Exiguum colito.

Quod vir eruditissimus (vt mea fert opinio) traditum vetus præceptum numeris signauit. Quippe acutissimam gentem Pœnos dixisse conuenit. Imbecilliorem agrum quàm agricolam esse debere. quoniam quum sit colluctandum cum eo, si fundus præualeat, allidi dominum. Nec dubium quin minus reddat laxus ager non rectè cultus, quàm angustus eximiè. Conueniet in eos qui studeant imperio proferendo, quum hoc ipsum quod habent non possint administrari: aut qui suscipiunt munus, cui gerendo sunt impares. Congruet cum eo quod alibi retulimus, Spartam nactus es, hanc orna.

Spartam nactus es, hanc orna.

Ab ipsa messe. 90

Non est animus conuertere in hoc opus quicquid aliquam prouerbij speciem habet. Pauca quæ sese casu obtulerunt visum est non prætereire, præsertim si commodius & argutius dicta videbantur. Quod genus est illud apud Senecam epistolarum lib. 3. epistola 22. Ab ipsa messe discedam? Agit enim de his qui vel commodis vel spe commodorum detinentur quo minus semet explicent à negotijs, quasi deserturi agrum, quum initat messis. Quam multi sunt in principum aulis, quos tædet eius vitæ, dilcruciantúrque libertatis desiderio: verum illis ad libertatem aspirantibus reclamat cupiditas, Tam magnas ipes relinquam? Ab ipsa messe discedam?

Cum farcinis enatare. 91

Nec minus commodè dictum est in eadem epistola, Nemo cum farcinis enatat. Id est, nemo fele recipit in libertatem, nisi contemptis præmijs seruitutis. Non enim potest euadere occupationes qui curarum authoramentum non potest negligere. Congruit cum

Nemo liber, nisi contempto seruitutis præmio.

eo quod alibi retulimus ex Martiale, Totas pilea sarcinis sedemi: rursum cum apologo quem adducit Horatius de vulpe pulta in camera frumentaria.

Dosones. 92

Plutarchus in vita Pauli Æmylij tradit Antigonum Regem Demetrij nepotem, eo quod benignè promitteret omnibus, nec præstaret promissa, populari loco dictum fuisse Dosonem, quasi Latinè dicas Dabonem: quòd ille quiduis petentibus respondere soleat Δώσω, id est, Dabo. Tales sunt χρυσοπέρας, de quibus alibi nobis dictum est. Ouidius,

Promittis facto. quid enim promittere ledit?
Sollicitis dites quilibet esse potest.

Huiusmodi Dosonibus scatent aulæ principum: Cras, mox redi.

Humeris sustinere. 93

Quorum authoritas diligentiaque plurimum valet in conseruanda salute cuiuspiam, ij dicuntur humeris sustinere. M. Tullius pro L. Flacco, De summa reipub. taceo, quâ vos vniuersam hoc iudicio, vestris inquam humeris, iudices sustinetis. Ammianus Marcellinus libro 16. Vbi bellorum mundanorum molem humeris suis, quod dicitur, vehens, scindebatur in multiplices curas. Huic affine est Humeris referre. Cicero pro domo sua, Dicebas te tuis humeris me custodem vrbis in vrbem relaturum. Ab hac metaphora dicuntur Atlantes reipub. qui eam suis humeris sustinent, alioqui collapturam.

Humeris referre Atlantes reipub.

Arcem ex cloaca facere. 94

† *Lauis plena.*

Qui rem hominémve nihili laudibus magnificis attollunt, dicuntur arcem ex cloaca facere. M. Tullius pro Cn. Plancio, Nunc venio ad illud extremum quod dixisti, dum Plancij in me meritum verbis extollerem, me arcem ex cloaca facere, lapidem è sepulchro venerari pro Deo. neque enim insidiarum periculum vllum neque mortis fuisse. Hactenus Cicero. In cuius verbis & illud prouerbij figuram habet, Lapis è sepulchro, de homine nullius potentiæ.

Lapis è sepulchro.

Archimedes non posset melius describere. 95

Archimedes Syracusanus geometra fuit celeberrimus, nusquam non intentus figuris geometricis, adeo vt pingens sit interfectus. Ex quo prouerbij specie dictum est illud quod est apud M. Tull. in oratione pro A. Cluentio, Si, vt tu dicis, gratiæ conciliandæ causa, quadraginta istorum accessio millium quid valet? si, vt nos dicimus, vt quadraginta millia numûm sedecim iudicibus darentur, non Archimedes potuit melius describere. Solent enim geometræ mathematicas figuras in puluere depingere.

Porta itineri longissima est. 96

M. Varro lib. de re rust. 1. cap. 2. subindicat vulgò dici solere, Portam itineri esse longissimam. cuius arbitror eundem esse sensum qui est illius, *Dimidium facti qui bene cepit habet.* Quin & hodie dicûr bonam itineris partem confectam ei qui portam egressus sit. semper enim est quod iter apparantem remoretur: &, si nihil sit negotij, remorantur amicorum affectus. Apud nostrates autem non creditur profectio futura fœlix, nisi dies aliquot dati fuerint conuiuiis & compotationibus amicorum. Varronis verba subscribam, Vultis igitur interea vetus prouerbium, quod est, Romanus sedendo vincit, vsurpemus dum iste venit? Et simul cogitans portam itineri dici longissimam esse, ad subsellia, sequentibus nobis, præcedit.

Deorum concio. 97

Θεῶν ἀγορά, id est, Deorum concio, siue curia. Hesychius indicat dici solitum in eos qui liberè ingenioseque cum authoritate loquuntur, perinde quasi dij loquantur hominibus. Addit, Athenis esse locum huius cognominis. Conueniet in diuites aut præpotentes, qui nonnunquam quum stultissimè loquantur, tamen freti opibus ac potentia, pro oraculo volunt haberi quicquid dixerint. Cognatum est illi quod alibi retulimus, Argenti fontes loquuntur.

† *Fictum ipsum.*

Camarinè loqui. 98

Huic non dissimile est quod extat apud eundem, Καμαρινᾶς λέγειν, id est Camarinè loqui, pro eo quod est audacter, præcisè & seueriter loqui. Vnde natum sit non satis liquet, nisi quòd Iuuenalis Camarinos inter vetustæ nobilitatis familias recenset,

† *Audacter, seuerè loqui.*

-me tu, inquit, sis Creticus aut Camarinus.

Hesychius indicat militum zonas dici καμάρας. Itaque fieri potest vt ab horum ferocia prouerbium duxerit originem. Idem docet, columnas quasdam, in quibus erat depictus Asiæ circuitus, dictas καμάρους. Fortassis ab hac ostentatione dicti sunt καμαρῶν loqui qui sese iactarent barbarico more. Rursum ne ostendat καμαρίαν dici cubile in quo sunt plures cameræ. In suo quisque cubiculo quæ vult loquitur. Possem adferre plures diuinationes, nisi vereret has ipsas esse plus satis lectori.

Glossogastores. 99

Qui linguam habent venalem, ea loquentes quæ ventri conducunt, Comicorum salibus taxati sunt, dictique Γλωσσογάστορες, voce ridiculè ex lingua & ventre compositâ. Quadrabit in malos aduocatos: in concionatores quorum oratio quæstum sapit: in assentatores. Author est Iulius Pollux lib. De rerum vocabulis 2. Athenæus lib. 3. docet eiusmodi homines à poetis aliquot, dictos κνισσολιχᾶς & κνισσολείχας, quòd ob culinæ nidorem adulentur, & nidorem liguriant: morbum dictum κνισσολιχίαν. Ita Iuuenalis,

Te putat ille suæ captum nidore culinæ.

Pereant amici, &c. 100

M. Tullius in oratione pro Deiotaro rege refert hunc versiculum vt prouerbio iactatum,

Pereant amici, dum vnà inimici intereant.

Dicit eandem sententiam Græco quoque versiculo celebrari, quem nondum comperi, nisi fortè is est cuius fragmentum antè retulimus, ἐρρέτω φίλος σὺν ἐχθρῷ, id est, Valeat amicus cum inimico. Ciceronis verba subscribam, Itaque quum esset ei nuntiatum, Domitium naufragio periisse, etiam te in castello circumsederi, de Domitio dixit versum Græcum eadem sententia qua etiam nos habemus Latinum. Pereant amici dum vnà inimici intereant. Quod ille, si esset tibi inimicissimus, nunquam tamen dixisset. ipse enim mansuetus est, versus immanis. Congruet in illos qui nec inimicis parcunt nec amicis, modò quod impensè cupiunt assequantur. Versus autem non solùm immanis est, verumetiam immanis: quum humanitatis sit & inimicos inultos finere, ne lædas amicos. Neque dubitem contendere, à Cicerone immanis scriptum, quod scriba deprauarit in inanis: quum mansuetus non respondeat inani, sed immani: nec in hoc versu quicquam sit inane, hoc est, gloriosum aut friuolum, sed seritas homine indigna. Quanquam carmen apud Ciceronem non satis constat suis numeris: constabit si legas,

Ciceronis locus.

Pereant amici, inimici dum intereant simul.

Talis est & ille quem alibi retulimus,

Me mortuo, terra misceatur incendio.

CHILIADIS QVARTAE CENTVRIA SEXTA.

Plenis velis. 1

† *Conatu frustratus.*

Plenis velis pleniſque velis agere dicûtur qui toto impetu summoque conatu molîtur aliquid. Ita M. Tullius pro domo sua ad Pontifices, Quid tandem si tu in illis reipub. tenebris cæcisque nubibus & procellis fenatum à gubernaculis deiecisses, populum è manu extorsisses, ipse archipirata cum grege prædonum impurissimo plenis velis naulgasses, si quæ tum promulgasti, constituisti, promisisti, vendidisti, perferre potuisses: qui locus terratum vacuus extraordinarius fascibus atque imperio Clodiano fuisset? Hactenus Cicero. Philostratus in Polemone, ἐπεὶ δὲ ἤκουσεν Εὐφράτου τοῦ Τυρίου, πλήσας ἱστίους τῇ ἀκρᾳ φιλοσοφίᾳ ἐφέρετο. id est, Postquam audiuit Euphratem Tyrium, plenis velis ad illius philosophiam se contulit. De similibus figuris alias nobis non semel dictum est.

Pecunia absque peculio. 2

Apparet olim fuisse prouerbium inter agricolas iactatum, Pecuniam sine peculio fragilem esse. Refertur Paræ-

tur Pandectarum Lib. 32. Tit. De legat. & fid. com. Capite, Si chorus. His verbis, Quę mobilia mea erunt, do, lego, nummos ibi repositos vt mutui darentur, non esse legatos Proculus ait. At eos quos præsidij causa reposítos habet, vt quibusdam bellis ciuilibus facilitassent eos legato contineri. & sæpe audisse rusticos senes ita dicentes, pecuniam sine peculio fragilem esse. pecuniam appellantes, quod præsidij causa reponeretur. Retulimus alibi prouerbium quod amonet ne totam substantiam vni credamus nauí, ne nihil superstet vnde damnum sarciatur, si nauis interierit. Ita solent senes summam aliquam seponere, ne nihil superesset si res incendio, bello aut furto periret. Similibit adagium alió deflectere, poterit accommodari ad eum qui non omnia consilia sua communicat amicis, aut qui fœlicitatis summam non ponit in rebus extrarijs, sed in animi bonis: vt illis casu perditis, habeat quò confugiat nec despondeat animum. Quod enim propriè nostrum est, peculium dicitur: ea verò demum propriè nostra sunt, quæ fortuna non potest eripere.

Rana cum locusta. 3

Impar certamen expressit hac figura Theocritus in Thalysiis,

-βατραχος ὡς τοτ' ἀκρίδας ἄς τις ἐρίσδοι. id est,
Sic certo velut si certet rana locustæ.

Addit scholiastes Græcis ranam dici *βάτραχον* quasi *βοάτραχον*, ob vocis asperitatem.

Musarum aues. 4

Μουσῶν ὄρνιθες in eadem ecloga dicti sunt poetæ, † Poetæ. quòd assiduè modulentur sua carmina,

Καὶ μουσῶν ὄρνιθες, ὅσοι σοφοὶ ἐγχέα κινεῖν
Δοῦπα τε καπνίζοντα, τίνια μαχόμενοι. Id est,
Quotquot estis musarum volucres certare poetæ
Chio, coccyssando, opera conamini inani.

Ad pedes, ad caput. 5

Non sine prouerbij specie dictũ videtur illud Theocriti in Pastoribus, de rebus copiosis & affluentibus,

Ἐς μὲ καὶ ἐς κεφαλὰν ἐκ παῤ ποδὸς κοῖλα κέχυται. id est,
Ad caput adque pedes, quarum me vellera cingunt.

Sermo est pastoris iactantis opes suas, quibus vndique affluebat,

Psydracia. 6

Theocritus in Aita,

Ψεύδεα μητὸς ἐμὶν τὰν ἐν ἀμμάτεσσι τὰ φυσώνια. id est,
Non mihi nascentur nares mendacia supra.

Scholiastes addit, apud Siculos, qui supra nares haberẽt pustulas albas (quos illi vocant *ψυδράκια*, siue *ἰσχάδας* aut *ὄνους*) pro mendacibus haberi solitos vulgò. Quin & hodie vulgò dicũt, Nasus tuus arguit mihi te mẽtiri. Idem iocus est vulgi de miraculis vngium. Quin & ipsas nárium pustulas Græci *ψύδακα* vocant: vt indicat idem Scholiastes. Amans hoc ænigmate significat se nihil mentiturum de amico. Ionas *ψύδρακας* appellant varias pustulas. Hinc diminutiuum *ψυδράκια, ἐξανθήματα*, quod in summa cute efflorescant. Res ipsa planè superstitiosa est, & casum esse puto quòd nouí quẽdam cui non nasus tantùm, sed tota penè facies plydracus erat operta: nec vllum vnquam animal vidi vanius aut impudentius mendax.

Cum sacco adire. 7

Prouerbiali schemate dictum est quod adfertur ex Paulo li. Pandect. 46. Titulo de solu. & liber. Ca. Quod dicimus. Quod dicimus, inquit, in eo hærede, qui hdeiussori testatoris id quod ante aditam hæreditatem ab eo solutum est, debere statim soluere. cum aliquo scilicet temperamento temporis intelligendum est, nec enim cum sacco adire debet. Hæc ibi. Non dubium est quin hic sermo fuerit vulgò iactatus de quouis qui postulat vt statim exhibeatur quod petit. Alioqui non ad omnia recipienda sacco opus est, velut ad oleum aut vinum. Græcis *ψολακίζειν* dicitur, qui cum pera sequens postulat aliquid, qui mos est mendicorum: vnde prouerbium, Mendicorum peras semper esse inanes. *Ψόλαξ* autem vas est farinarium. Hesychius indicat eam vocem fuisse peculiarem Tarentinis. † ψολακίζειν.

Officere luminibus. 8

Officere luminibus dicit is qui gloriam alterius obscurat. Hic sermonis color sumptus est ex libris Iureconsultorum, in quibus cauetur ex seruitutibus prædiorum, ne vicinus altius sublato ædificio officiat luminibus vicini. Ita Paulus Pandect. lib. 8 Tit. De seruitutibus vrban. præd. cap. 3. Luminum, inquit, seruitute constituta, id acquisitum videtur, vt vicinus lumina nostra excipiat. Quod autem seruitus imponitur, nè luminibus officiatur, hoc maximè adepti videmur, ne ius sit vicino inuitis nobis altius ædificare; atque ita minuere lumina nostrorum ædificiorum. Id elegantèr alio detorsit M. Tullius in Bruto, Nàvt Philisci & Thucydidis concisis sententijs, interdum etiã non satis apertis officit Theopompus elatione atque altitudinè orationis suæ (quod idem Lysiæ Demosthenes) sic Catonis luminibus obstruxit hæc posteriorum quasi exaggerata altius oratio. Idem pro C. Rabirio Postumo, de C. Cæsare loquens, Nec amicum pudentem corruere patitur, nec illius animi acrem pertinacem splendore sui nominis: nec mentis quasi luminibus officit altitudo fortunæ & gloriæ.

Manu longa, & manu breui tradere. 9

Libro Pandectarum 46. Tit. De solut. scribitur hunc in modum, Pecuniam mihi debes, aut aliam rem: si in conspectu meo ponere te iubeam, efficitur vt & tu statim liberetis: & mea esse incipiat. Nam tunc quod à nullo corporaliter eius rei possessio detinetur, acquisita mihi & quodammodo manu longa tradita existimanda est. Simili figura dictum est breui manu dare, lib. Pandect. 23. Tit. de iure dotium, Cap. Licet soleat. Quoties autem extraneus accepto fert debitori dotis constituendæ causa, si quidem nuptiæ insequutæ non fuerint, liberatio non sequetur: nisi fortè sic accepto tulit, vt velit mulieri in totum donatum. Tunc enim credendum est breui manu acceptum à muliere, & marito datum. Quæ si deflectas, plus habebunt veneris: Veluti qui promissis agit, ac spem tantùm ostendit, longa manu dat, quod animo contueri possis, non statim etiam tollere: contrà, qui præsens ac statim exhibet quod promittit, breui manu dat. Pueri assem ostendunt elephanto, nec audent porrigere. De longis regum manibus alibi dictum est.

Iynge trahor. 10

Qui vehementi & impotenti desiderio trahuntur ad aliquid, iynge tragi dicuntur. Ita Pindarus in Nemeis hymno 4. *ἰυγὶ ἕλκομαι νῦν.* id est, Iynge trahor animo. Interpres addit huiusmodi fabulam. Iyngem aiunt fuisse filiam Echûs, alij Pithûs, quæ quum amatoriis venenis incitasset Iouem in amorem Ius, à Iunone irata versa est in auem, qua mulieres vti consueuerunt in amatorijs veneficijs, quemadmodum indicat Theocritus in Pharmaceutria,

Ἰυγξ ἕλκει τὸν ἐμὸν ἐπὶ σφίσι δῶμα τὸν ἄνδρα. id est,
Per te iynx meum illa domum vir quasi trahatur.

Quidam iyngen vertunt motacillam, quod caudam assiduè moueat.

Dij omnia possunt. 11

Hemistichium Homericum.

-θεοὶ δέ τε πάντα δύνανται. id est,
-at cœlestes omnia possiunt.

Quadrabit in monarchas, quibus promptum est facere quicquid animo collibitum fuerit, siue iure, siue iniuria. Pindarus in Pythiis hymno 3. *θεὸς ἄνω τὸν ὑπερθύμου τιμῶν ἐθέλει.* id est, Deus autem pro sua libidine omnem exitum perficit.

Timidi mater non flet. 12

Probus Æmylius in vita Thrasybuli, testatus hoc, velut ænigma, vulgo iactatum, timidi matrem non flere: quod in bello qui contemnunt hostes, nihilque metuendum dueunt, quoniam sibi parum cauent, ferè pereunt, & matribus luctum adferunt cum orbitate. Contrà qui nihil non metuit, neque quicquam omnino contemnit, is cautioribus vtens consilijs, rarò venit in periculum. Thrasybulus enim, quum indixisset bellum triginta tyrannis, qui Athenas oppressérant, & castellum Atticæ Phylen occupasset, non plures secum habuit quàm triginta commilitones. Hoc, inquit, initium fuit salutis Atticorum, hoc robur libertatis clarissimæ ciuitatis. Neque vero hic non contemptus est primo à tyrannis, neque eius solicitudo: quæ quidem res & illis contemnentibus, perniciei, & huic despecto, saluti fuit. Hoc enim illos ad persequendum segnes, hos autem tempore ad comparandum dato fecit robustiores. Quo magis præceptum illud omnium in animis esse debet, nihil in bello oportere contemni, nec sine causa dici, timidi matrem flere non solere. Quanquam satis constat hunc locum deprauate legi: vnde coniectio fic scriptũ fuisse. Neque vero hic modo

contemptus est primò a tyrannis, sed eius etiam solitudo. Itaque modò depranatum est in mor, & solitudo in solicitudinem: & depranatio deinde transit depravationem, vt antea dictum. Sentit enim Perdiccas ipsum Tiranybulum, vt nimirum in educentur nobilem ac diuitem deiecerit tyrannis. Deinde hoc magis fuisse contemptui, quòd tam paucos haberet suæ factionis homines. Hactenus dicta de sortitudine quæ erumpit in ignauiam.

Teuthidum more. 13

Themistocles (vt inquit Plutarchus) Eretrieo cuidam exprobrans ignauiam, dixit, Ἀλλ' ἔφη, ἡμῖν οὐδὲ φωνὴν πώποτε ἔλεξας, ἀλλὰ δοκεῖς οἱ πολλοὶ μέγαρον οὐκ ἔχειν, καρδίαν δ' ἔχειν. id est, Sanè, inquis, & vobis aliquid de homine dicendum est, qui teuthidum in morem, gradium quidem habetis, cor autem non habetis. Quidam teuthidas putant esse quas nos vocamus sepias. Sepia autem de genere mollium est, & arbitror huic generi cor non inesse.

Samy literati. 14

Plutarchus in vita Periclis citat hunc versiculum ex Aristophane comico,

† *In cicatricosos & stigmaticos.*

Σαμίων ὁ δῆμος ἐστὶν πολυγράμματος. id est,
Populus Samiorum valde literatus est.

Arbitror hoc inde dictum quòd quum Samij captiuis Athenienses inusissent noctuam, Athenienses vicissim Samiorum captiuis inurebant Samænam, quam in Collectaneis opinor dictam σάμαιναν. Id erat nauis genus lato ventre, à prora velut fusili rostri speciem præferens: inde & hoc versus iactatus est.

Ναῦς δ' ἦν σαμαινὰ Σαμία, οὐκ ἐνδίδου ἔχουσα. id est,
Nauis erat velox Samia species, sine rostro.

Dicta est Samæna quòd a Samiis reperta sit. Conuenit igitur in cicatricosos & stigmatum plenos. Hesychius & Suidas addunt apud poetam dictum in Babylonios è pistrino prodeuntes, stigmatibus notatos. Verùm Aristoteles aliam huius dicti monstrat originem. Quum Samiorum gens esset afflicta à tyrannis ob inopiã administrantium rempublicam, coacti sunt aliquot è seruis admittere in consortium administrandi magistratus. Sic Aristoteles. Seruile est autem ac noxiorum, stigmatis notari. Apud Plautum in Casina, Si hic literatus me sinat. Literatum appellans notis inustis insignem. Plinius lib. 18. cap. 3. inscriptos appellat. At nunc eadem illa, vincti pedes, damnatæ manus, inscripti vultus, exercent. De attagena diximus alias. Nec desunt qui caulam diuersam adferant, quòd apud Samios inuentæ sint viginti quatuor literæ à Callistrato. Sic Andron in Tripode. Idem Ionum literas tradidit Atheniensibus. Probabile est igitur à repertis traditisque literis locum fuisse dictum ad stigmata. Nam Samij simul & accipiebant & tradebant infames notas. Nicanor Alexandrinus grammaticus populari loco dictus est stigmaticus, quòd de scripturæ distinctiúculis, quas Græci στιγμὰς appellãt, curiosè scripserit.

Inscriptus.

Samij mores. 15

Σαμιακὰ ἤθη. id est, Samij mores. Quidam referunt ad calumniandi vitium, quòd, vt dictum est, Samij notas & inurerent alijs, & paterentur ab alijs. Alij malunt referre ad notam nauigij speciei, quam apud illos reperit Polycrates tyrannus. Itaque quadrabit in eos qui sub quosdam habent mores à cæterorum moribus dissentientes.

Ἀκκιτάνιος. 16

† *Qui ex malis artibus diti euasere.*

Acitanus barbarus quidpiam clàm indicauit magnam [illegible] quendam coniectam. Is & occidit [illegible] deiecerat, & rerum sustulit. Vbi res innotuit, in contrarium locum versa est, vt qui malis artibus subitò diuites euasissent, ἀκκιτάνιοι dicerentur. Refert Plutarchus in vita Aristidis. Attigit & Hesychius.

Abydenus. 17

Alij ignorantiæ mores in prouerbium abierunt. Nam Abydeni dicti sunt sycophantæ, seu molles & effœminati. Meminit adagij Pausanias & Suidas: quorum hic ostendit etiam rem nihili negotique meras. Abydum dici (quemadmodum de ficis & apiciis alibi retulimus) opinor quòd id tempestas ferret Abydus ob vetustatem. Vnde Sinopem meretricem Abydum vulgo dictam indicat Athenæus lib. 13. quòd tam anus à nemine adiretur. Hesychius indicat, quempiam apud poetam quendam ἀβυδονίκαν dictum, quòd de sycophantia sese venditabat. Suidas, ni fallor, alicubi citat ex Aristophane. Zenodotus sic efferet prouerbium ἄβυδος πάντα, id est, Abydus omnia. Stephanus indicat prouerbium dictum in Abydenos Milesios: nam nunc profecta est Abydus Hellespontica. Verùm hæc propius attinent ad prouerbium quod antè retulimus, Ne temere Abydum.

† *Molles, effœminati.*

Ἄθριξον. 18

Græcis ἄθριξον quod reiicitur ac nihili fit. Translatum à summis horridi spicis, quæ ceu cuspides habent quæ nulli sunt vsui, sed inter metendum pereũt. Eas Græci vocant atheras. Sic ex Galeno annotauit vir illic diuinus Hermolaus Barbarus. Sunt qui putent spicas inutiles ac reiiculas dici arthenicas, quòd à messoribus ac triturantibus negligantur.

De eo, quod fit nihili.

Manuari. 19

Sicut fures multis artibus instructi sunt, ita studium illorum variis nominibus appellabatur: velut Inuolare & Manticulari. pro eodem Labertius (citante Nonio Marcello) dixit Manuari. nec dubium quin ea vox ioco populari fuerit iactata. quemadmodum & hodie, quoniam furandi verbum nimis odiosum est, mitiore verbo dicunt, Dignauit: si quid furto sublatum volunt intelligi, simul vt effugiant actionem iniuriarum. Quid ais? Appellas me furem? Nequaquam, sed manuatorem. Huiusmodi voces obsoletæ non carent gratia, si in loco adhibeantur, nec fiat κακοζηλία, Vt prisci loquebantur, aut, vt Vetere verbo vtar.

Ad coronidem vsque. 20

Μέχρι τῆς κορωνίδος. id est, Vsque ad coronidem, quum extremũ hinc rei cuiuspiam significamus. A nauibus translatum putant literatores, quibus aliquid rostri speciem gerens solet addi. Nam κορώνη Græcis cornicem sonat, κορωνὶς corniculam. Apud Homerum vsurpatur κορώνη pro anulo, cui quid aliud apponitur ostio. Idem velut ornamenti gratia perfectis omnibus additur. Vnde Eustathius indicat lætum rerum finem χρυσῆ κορώνη prouerbio dici solere Plutarchus in li. de fortuna Alexandri, refert Philoxenum à Dionysio coniectum in latomias (id erat nomen tetterrimo carceri) quòd tragœdiã quam illi cantigandam tradiderit, ἀπὸ τῆς ἀρχῆς μέχρι τῆς κορωνίδος ἐποίησεν, videlicet circunducta linea significans totam esse dispungendam. Idem aduersus Stoicos. Ἐκ παιδὸς ἐς ἀρχὴν ἄχει κορωνίδος, id est, ab ingressu & initio vsque ad coronidem. Iucundius erit quoties transfertur ad animum: veluti si quis studiorum coronidem dicat, aut moneat vt egregius cœptis aureum addat coronidem: aut vitam laudabiliter actã iubeat aureum imponi coronidem, hoc est, mortem piam. Quanquam coronis dicitur interdum, quod accedit absoluto operi: vt Maro ait: *-multáque coronide longus.* qualia sunt in conuiuiis quæ Græci vocant ὑπερεπιπόματα siue μεταξύσματα, quòd cœnis addantur. Latini, ni fallor, bellaria vocant. Cuius vocis eadem fuerit gratia si ad res animi transferatur, velut ad accessionem quæstioni propositæ additam, aut aliud simile. Postremò grammatici, quoties persona actoris eodem metri genere finit quo cœperat, coronidem vocant, eamque notant veluti rostri figuram exprimentibus lineis. Attigeramus hoc prouerbium in eo quod est, A capite vsque ad calcem, sed tribus duntaxat verbis.

Rei finis, & exitus.

Sine vt incolumis redeat. 21

Habet prouerbij speciem quod est apud Theocritum in Hodœporis,

Εἰπὲ καὶ εἴ τι λέγεις, ἢ μὴ ξένον εἰς πόλιν ἄμμιν
Ζῶντ' ἄφις. id est,
Dic age, si quid dicis, & hospes, vt vnde profectus,
Viuus eo redeat, permittito.

Sic & hodie dicimus iis qui verbis minacibus & conuiciis ferociunt. Ita, sine hominem viuere. Verba sunt Laconis ad Comatam, qui de se arroganter, in alterum contumeliosè fuerat loquutus. Tametsi locum variè interpretatur Ichobates.

E vestigio. 22

Non ignotum est Latinis è vestigio fieri quod citra moram ac protinus fit, quod prisci dicebãt ex tempio. Eadem figura reperitur & apud Græcos ἐκ ποδὸς, prout eo, venit in Theocriti verso interiore.

-ὃς ἐκ ποδὸς αὖον ἀρύσσας. i. *Qui tum protinus extraxit fontem.*

De ἐκ ποδὸς, quod significat ab imis, velut à pedibus vsque ad caput, dictum est alibi,

Quis.

Quisquis tardè venit ad cœnam. 23

Theocritum scholiastes indicat hos senarios prouerbio fuisse iactatos.

Ὅστις δὴ δεῦρο εἶσι νοσῶν ἐπὶ δεῖπνα, ἢ χωλὸς ἔσω, ἢ ἀδύνατος σαφέως. id est,

Quisquis vocatus tardius ad cœnam venit, Aut ægrè valens est, aut non dat ille symbolas.

Theocritus sic habet,

ἢ μετὰ δαῖτα Κλυτὸς ἐπεύξαιτο id est,

An quisquam ad cœnam properas conuiua vocatus?

Et addit, eos qui vocati sunt celerius ire: qui non vocati, tardius. Etenim qui vocatus se venturum promisit, inciuile putat si conuiuatori sit in mora: qui non vocatus venit, vel pudore tardior est, vel quòd exclusus spe alterius conuiuij. Ita qui symbolum dedit, properat ne mulctetur damno si post tempus venerit: qui non dedit, huius rei securus, vt lubet, ambulat.

Gargara bonorum. 24

Rerum vis innumerabilis.

Innumerabilem hominum rerúmve vim prisci gargara dicebant: ficta (ni fallor) voce à strepitu quem facit hominum congregatorum multitudo, aut rerum effusarum copia. Aristomenes *ὁ βωλῆς* apud Suidam & Aristophanis interpretem,

Ἔσω γὰρ ἡμῖν πόρναι. id est,

Nobis enim intus gargara.

Citatur & tragicus quispiam, Sophron opinor, qui scripserit, *χρημάτων τε πόρναι*. id est, Pecuniarum gargara. Vnde & *πορχαίρω* verbum, quod significat perstrepo præ multitudine. Vt Cratinus,

Ἀνδρῶν πρίσιν πᾶσι γαργαίρει πόλις. id est,

Virbi vniuersa hæc optima strepit viris.

Rursus ex fabula cui titulus *Λίμναι*, citatur hic versiculus.

Ἀνδρῶν ἅπαντῶν πᾶσα πορχαίρει τρίβος. id est,

Virum ad vnum tota perstrepit domus.

Cæterùm quod est apud Homerum, *κέκληγε δ' ὑπὸ ποσσὶν*, id est, Pedibus quoque terra strepebat: mutata literula *κέκληγε* dictum pro *πόρναι*. Denique cancros existimant dictos *καρκίνους* ob pedum multitudinem.

Gargara mōs. Macrobius lib. Saturnalium 5. docet Gargara montem esse, & eiusdem nominis oppidum monti subiectum in Mysia, vt apparet, quæ frugum est feracissima: vt hinc factum sit vt qui immensam rerum copiam significare vellet, gargara nominaret. Exempla citat ex Alexo. Aristomenes, quæ scribarum inscitia desiderantur. Aristophanes *ὁ ἀχέρδων*, risus causa duas voces coniunxit immensam multitudinem significantes, *ἀ δ' ἀδύνατος ψαμμοκονιορτόπορνα*. Siquidem *ψαμμοκονιορτόπορνα* dicunt Græci quæ vel æquant arenarum numerum, ad eam formam qua dicunt *τεττακόσια* & *ἑξακόσια*. Alexis apud Athenæum lib. 6.

—Ἑξακισχιλίων τιν' οἰκέτην
Ἔχοντα, τὸν μόνον, ἐπιμανῆ, ὃν χρώμεθα
Ψαμμακονίστορι. id est,

Famulum intendabat coactis
Vnum atque solum, cæterùm vocabulis
Vtens ad id innumeris.

Loquitur de paupere ostentatore diuitiarum, qui quum non haberet nisi vnum famulum, tamen pro foribus euocabat eundem variis nominibus, vt hospites crederent plurimos esse domi. Et huius compositæ vocis meminit Macrobius loco quem modò indicauimus.

Onobatis. 25

Mulier prostituta infamia.

Apud Cumanos mulier in adulterio deprehensa ducebatur in forum, vt illic lapidi insistens omnibus esset conspicua. Deinde impositam asino, atque ita per totam ciuitatem circunductam reducebant ad lapidem, vt ibi rursus esset omnibus spectaculo. His actis habebatur infamis per omnem vitam, & ignominiæ gratia *ὀνοβάτις* dicebatur, quòd asinum equitasset. Lapis autem, nefastus ac detestabilis habebatur, in quo steterat mulier. Quadrabit in quamuis prostitutæ famæ. Asinus apud Cumanos erat locus prouerbialis, qua de re nobis dictum est alias. Illud hic annotandum est quo modo decreuerit legum lenitas. Apud Hebræos adultera lapidabatur, apud Romanos aliquando minitabatur lex Iulia: apud Cumanos summa ignominia supplicij loco erat: Nunc apud Christianos ludus est adulterium, apud quos verè matrimonium est sacramentum. Quid superest nisi vt præmia decernantur iis qui multorum vxores constuprarint? Verùm quod ad prouerbium attinet, refertur à Plutarcho in Problematis.

Monophagi. 26

Qui neminem ad conuiuium inuitant.

Μονοφάγοι dici poterunt sordidi & inhospitales, qui neminem inuitant ad conuiuium. Æginensium qui ad bellum Troianum profecti fuerant, multi perierant in pugna: plures tempestas absorpserat. Paucos quos qui domum incolumes redierunt, quum receperunt cognati, videntes reliquos ciues ob desiderium suorum in luctu ac mœrore versari, non arbitrati sunt conuenire vt vel palam lætitiam suam declararent, vel dius ob illorum salutem rem diuinam facerent: sed suos quisque quos incolumes receperant, domi clam conuiuiis & gratulationibus excipiebant, ipsi ministrantes patribus, cognatis, fratribus, at necessariis, neminem alienum admittentes. Hoc imitantes Æginetæ, quum Neptuno sacrificat, dies tredecim gestantes thiasos quos vocant clam apud sese cœnam celebrant, neque seruorum quisquam adesse iubetur. Mox Veneri sacrificantes, festum soluunt. Itaque qui hic sacrificabant, *μονοφάγοι* dicebantur.

Famus Athenas. 27

Patria desiderium.

Ἰωφὴν εἰς Ἀθήνας, Famus Athenas. Plutarchus in vita Thesei refert, Athenienses Minois violentis simulque rerum inopia afflictos, iniisse fœdus cum illo, his quidem conditionibus, vt quotannis in Cretam mitterét septem pueros, ac totidem puellas (quos quidam existimant à Minotauro solitos interimi: Aristoteles dissentit) sed quum vetusti cuiusdam voti religione tenerentur Cretenses, illas hominum primitias mittebant in Delphos, quibus eò profecturis, adiurarunt sese multi Cretensium filij. Cæterùm quum illic ob terræ sterilitatem ægrè sibi pararent victum, venerunt in eam Italiæ partem quæ quòndam Iapygia dicta est. Hinc in Thraciam profecti, Bottiæi dicti sunt. Vnde virgines Bottiæorum, sacrificio quodam absoluto, canere solent, Eamus Athenas: his verbis testificantes desiderium patriæ quondam relictæ. Huius sententiæ citat authorem Aristotelem in Republ. Bottiæorum. Licebit vti siquando nos melioris fortunæ relictæ pœnitebit.

Abderitica mens. 28

De stupidis.

Abderitæ in stuporis insaniæque fabulam abiere, quod perspicuum est ex epigrammate Martialis libr. 10. de eo qui damnatus in theatro, repræsentauit Mutium Scævolam, ac manum impoluit igni, sed iussus, sed actionibus paratis supplicijs, ni faceret:

Si patiens fortisque tibi dextræque videtur,
Abderitana pectora plebis habes.

De Bœotis & Batauis alias nobis dictum est. Abderitanis autem naturæ peculiarem fuisse mentis stuporem indicat M. Tullius in libris De natura deorum. Et Plinius lib. 25. cap. 8. docet huic vitio vicina esse pascua, in quibus equi passi insaniunt rabie, quemadmodũ apud Potniam alimi. Est autem in Thracia, condita dictáque ab Abdera sorore Diomedis, patria Democriti physici, iuxta Pomponium Melam. Stephanus ciuitatem dictam autumat ab Abderito filio Eremi, Hercule adamato, quem Diomedis equi dilacerarant.

Maritimi mores. 29

De inconstantibus.

Non abest à prouerbij specie quod Plautus in Cistellaria dixit, Maritimos mores, pro variis & inconstantibus, quales fere sunt amantium, qui quum ferantur impotentibus cupiditatibus, tamen sibi non constant. Quæritur autem apud Comicum adolescens de amore mentem in varios affectus rapiente. Ita, inquit, mihi omnia ingenia sunt; quod lubet, non lubet iam id continuo. Ita me amor lapsum animi ludificat, fugat, agit, appetit, raptat, retinet, auctat, largitur, quod dat non dat, deludit. Modo quod iuuit, dissuadet: quod dissuasit, id ostentat. Maritimis moribus mecum experitur. Quemadmodum autem mare nunquam conquiescit, & tot modis mutat faciem, ita ferunt homines maritimos nonnihil ex maris ingenio referre. De Euripo dictum est nobis alias.

Pecuniæ pedibus compensantur. 30

Inter Catonis dicta quæ prouerbiorum vice celebrantur, refertur & illud, Pecuniam pedibus compensari. quod tamen in libris eius vsquam nondum reperi: sed fieri potest vt non M. Tullius loco dixerit. Nec dissimile veri est multas Catonis sententias fuisse celebres quas ille dixerit tantum non scripsit. Ciceronis ex oratione pro L. Flacco verba subscribam, Si te, Crassi ægri delectabat, hic alicubi Crustumino, aut in Capenati parauisses. Verum cito, Catonis est dictum, pedibus cõpensari pecuniã, longe omnino à Tiberi ad Caicum,

&c. Sententiam autem hanc esse arbitror, si longius abfit fundus, plus impendiorum esse domino, & minus ad eum redire lucri. Id damni sarcitur pedibus domini, si non grauetur subinde fundum inuisere.

Ne incalceatus immonites. 31.

Theocritus ὁ ῥαμνῶν,

Εἰς ὄρος ἐκχ' ὑπόδητος μὴ ἀνάλατος ἔρχεο βάτῳ.
Εἰ γὰρ ὄρη ῥάμνοιστιν ἐμπλήθοντι κέλευθοι. id est,
Rattle, cane pedibus nudis perrepere montem,
Quippe rubi tribulique vias mons undique denso,

Qui suscipit vitæ genus, armet sese aduersus occursura incommoda, ne pœniteat suscepti.

De eo, qui nō versatur in re periculosa.

Non incedis per ignem. 32.

Ὁ οὐχὶ διὰ πυρὸς βαίνεις, id est, Non incedis per ignem, Theocritus in Hodœporis,

Μὴ σπεύδ', ὦ ῥῆμι πυρὶ θάλπεαι. id est,
Ne properato: neque enim igne calefcis.

Scholiastes indicat subesse prouerbium quo significabant aliquem plus satis festinare. Nam pastor, vt erat, protinus volebat canendi certamen inire. Alter non probans tantam celeritatem, prouocat ad locum commodiorem. Properant enim qui per ignem incedunt, & celeritas reddit elementum innoxium: quemadmodum non læditur qui manum per mediam flammam mittit, aut prunam ardentem subitò manu correptam abiicit. Qui versatur in re periculosa, dicitur & ipse per ignem incedere. De quo prius nobis dictum est.

Calamoboas. 33

De eo, qui calamo spicula vibrat cū lingua nō possit.

Antipater quum nec vellet, nec posset congredi cominus cum Carneade qui magna vehementia inuehebatur in Stoicos, semet ad scribendum vertit, multosque libros edidit maledicos & ineptos, in quibus passim contradicebat Carneadi. Hinc vulgo cognomē adeptus est καλαμοβόᾳ, quòd non lingua, sed calamo vociferaretur. Meminit Plutarchus in libello περὶ τῆς ἀδολεσχίας.

Non soli Atridæ amant vxores. 34

Quoties significabimus suam cuique dolere iniuriam, contumeliam, aut damnum: nec oportere quenquam impune lædi: conueniet Homericus ille versus ex Iliados 1.

Ἡμῖν φίλοι' ἀλόχοις μαίνεται ἀδρήκτοιν
Ἀτρεΐδαι. id est,
Nam soli hominum Atridæ affectus amorq;
Vxorum est?

Eum Sextus Cœlius, citante Vlpiano, ceu vulgo iactatum adfert lib. Pandect. 48. Titulo Ad legem Iuliam de adulteris, Lege Si vxor. Vergilius imitatus est libro Æneidos 9.

—nec solos tangit Atridas
Iste dolor.

Auris Batauæ. 35

In crassū pōbrosq; ingenio homines.

Quemadmodum Græci dicunt, βοιώτειος ἦς, id est, Bœoticam autem propinqui crassáque. itidem Martialis Epigrammatōn libro sexto, Batauam aurem dixit agrestem, inelegantem, tetricamque:

Tune es, tune, aut ille Martialis,
Cuius nequitias iocósque nouit,
Aurem qui modo non habet Batauam?

† *Batauorum genus unde.*

Sic enim legit Domitius Calderinus: quanquam nonnulli mutarunt, pro Batauam, seueram. Erant Batui Germaniæ populi Cathorum pars, qui domestica seditione pulsi, extrema Galliæ ora vacua cultoribus, simulque insulam inter vada sitam occupauêre, quam mare Oceanum à fronte, Rhenus amnis tergum ac latera circumluit. Gens tum bello valida, vt quæ Germanicis bellis esset exercitatissima: tum opibus pollens, quòd Romana militia non exhauriretur, quandoquidem erat his cum imperio societas, vt viros tantum armaque ministrarent: quemadmodum copiosius prodidit Cornelius Tacitus lib. 10. Conuenit inter plerosque doctos (nec id refragantibus coniecturis) eam insulam, cuius meminit Tacitus, esse quam nunc Hollandiam vocant, tetram mihi semper & celebrandam & venerandam, vt cui vitæ huius initium debeam. Atque vtinam illi nos tam possimus honestamento vicissim esse, quàm illa nobis non est pœnitenda. Nam quòd Martial s eam gerem rusticitatis insimulat, quòd eandem Lucanus truculentam vocat: aut nihil ad nos pertinet, aut etiam laudi vertendum arbitror vtrunque. Siquidem quæ gens non aliquando fuit rudior? Aut quando Romana gens laudatior quàm quum præter

Erasmus Hollandus. † Hic inquinat pro patria.

agriculturam, & militiam, nihil artium nosset? Quòd si quæ quondam in Batauos dicta sunt, conrendet aliquis ad huius temporis rationem pertinere, quæ maior laus Hollandiæ meæ poterit tribui quàm si dicatur à Martialis iocis abhorrere, quos etiam ipse nequitias facetias appellat? Vtinamque Christianis vel omnibus aures essent Batauæ, quo pestilentes eius poetæ facetias aut non admitterent, aut certè his non caperentur. Quod siquis id rusticitatem vocare velit, nos conuicium haud illibenter agnoscimus, videlicet cum integris Lacedæmoniis, cum priscis illis Sabinis, cum laudatissimis Catonibus commune. Lucanus autem, opinor, ita truces appellat Batauos, vt Vergilius acrem Romanum. Alioqui si mores domesticos spectes, non alia gens est ad humanitatem, ac benignitatem propensior, cuique minus adsit vel feritatis, vel eruditionis. Ingenio simplex, & ab insidiis omnique fuco alienum, nullis grauibus obnoxium vitiis, tantum ad voluptatem præcipuè conuiuiorum aliquanto delitius. Cuius rei causam esse puto, miram rerum omnium exuberantiam, quibus voluptatis studium irritari solet: idque partim ob commoditatem importationum, quòd non solùm occupat duo nobilissimorum fluminum ostia, Mosæ, Rhenique: verumetiam quod aliquanta sui parte Oceano alluitur, partim ob natiuam regionis vbertatem, vt quæ passim nauigabilibus ac piscosis interluatur fluuiis, pascuis vberrimis abundet. Ad hæc animum infinitam copiam, paludes saltusque suppeditant. Proinde negant aliam inueniri regionem, quæ simili spatio, tantum oppidorum contineat, mediocri quidem magnitudine, sed incredibili politia. In domesticæ supellectilis autore palmam vni concedunt Hollandiæ negotiatores, quibus pleraque pars orbis est peragrata. Mediocriter eruditorum nusquam gentium frequentior numerus. Ad exquisitam eruditionem, præsertim antiquam, quòd non perinde multi perueniant, aut vitæ luxus in causa est, aut quòd apud illos plus honoris habetur egregiæ morum integritati, quàm egregiæ doctrinæ. Nam ingenium non esse negatum illis plurimis constat argumentis: quanquam mihi sanè quam mediocre contigit, ne dicam exiguum, vt cetera pleraque.

Cur epulonus Hollandi.

Χειροχυτρολίθους. 36

De stulti nō χυτρολίθῳ.

Hominem stultè nugacem Græci vocabant χειροχυτρολίθῳ, voce ridiculè composita à χειρὸς, quæ gaud. propriè dicitur aqua impetu scatens: & χύτρα, ollo: & λαρῶ, quod est nugari. Ollas autem stupidos appellamus. Refertur à Suida. Erat apud Aristophanem in Equitibus. quo dicto notasse videtur homines immodicè nugaces. Nam & λάκκοι quidam fontes dici putant, ἀφ' ὧν ὕδωρ οὐδὲν ἔρχεται. Indicat hoc Vlpianus enarrans tertiam Demosthenis Olinthiacam. Alibi retulimus prouerbium, Luscinix nugis insidentes, κύκνων λάκκοις ἐγκαθήμενοι: sed pòst: comperi λάκκος Græcis dici nonnunquam sedilia quædam publica, in quibus Athenienses otiosi complures pariter sedebant quibuslibet de rebus inter se nugantes, qualia sunt hemicyclia. In testimonium proferunt hoc carmen ex Homero,

Οὐκ ἐθέλεις ἕδρην χαλκείην εἰς ἀγορὴν ἡμῖν,
Ἦπου ἐν λάκκῳ.

Hæc sedilia fuisse Apollini consecrata scripsit Cleanthes. Quidam eum deum appellant λάκκιον ὄντα.

Fabarum arrosor. 37

Κυαμολόχος, id est, Fabarum arrosor dicebatur, qui in creandis magistratibus vendebat sua suffragia, eoque quæstus gratia sedulo versabatur in comitiis. Quod vtinam hodie non fieret in creandis summis Ecclesiæ proceribus & orbis monarcha. Tunc à populo conuitio notati sunt qui magistratulum ambienti fauebant accepta pecunia: nunc palàm donantur ingentia præmia. Quin & ipsi principes quidam simpliciter vendunt magistratus. & miramur collabi ciuitatum disciplinam? Priusquam repertus est vsus calculorum quos Græci ψήφους appellant, suffragia nigris & albis fabis ferebantur. Vnde fabis victitare dicebantur quibus hinc erat quæstus. Suidas citat senarium, sed (vt ferè solet) tacito authoris nomine.

† *Suffragij venditor.*

Κυαμοβόρος οὐ πωλήσεις ἀπλῶς. id est,
Hoc emetabis non faba ejor Atticus.

Prouerbij meminit & Hesychius, indicans hunc morē fuisse apud Æolos, vt cui alba faba obtigisset, is magistratum susciperet. Vnde ferre suffragia siue sortiri,

κυαμεύειν

appellabant, & iudicem. nam & in iudicio quibusdam non vocem sed calculis sententiæ. Manet in hodiernum vsque diem. Vt in Epiphanius rex consultus iuba deligitur. Extat ducem & apud Aristophanem in Equitibus:

—τὸν τῶν ἱππέων

Ἀρχοντ' ἐγχέλυν, πανοπτοποῖον. id est,
Nobis agrestem dominum ita qui tabat Anguillam.

De terni & pertinaci.

Dici poterit & in tenacem parcumque. Nam hæc sumpta est metaphora, a magistratus affectatores, aut ex suffragiis suis venantes quæstum.

Manet pœna. 38

Narrat locum fuisse vicinum Hymetto, cui nomen fuerit κακὴ πύρα, id est, claudi mantica, in eo tu sse têplum, simulque fontem, vnde fœminæ steriles bibebant & fiebant fœcundæ. Suidas indicat & compositè dici κακοπύρα, admonens esse prouerbium in eos qui artificio vim admouent naturæ. Hesychius ostendit Aristophanem in Centauro, lupanar appellasse κακὴν πύραν, quòd huius nominis lucus declivis sit ac præceps. Conueniet in illos qui bulbis aliuve medicamentis irritant libidinem. Quidam elleboro succurrunt ingenio, & quidam medicaminibus, memoriæ.

Vndarum in vinis. 39

Summis in difficultatibus versantes.

Suidas refert hunc senarium ex Aristophane,

Καὶ ταῦτ' ἔχοντες κυμάτων ἐν ἁλμυροῖς. id est,
Atque id quidem, quum essent in vinis fluctuum.

In vinis vndarum essodicebantur, qui in summis rerum difficultatibus versabantur. Neque enim suauiter iactant maris vndæ quos amplexæ fuerint. Alludit est ad nutrices quæ pueros in vinis circunferunt & agitatione mouent, vt fiant vegetiores: quod ipsum infantibus natura gratum est, somnosque conciliat. Verùm alia est fluctuum iactatio.

Fluctus mutus. 40

Κῦμα κωφὸν, id est, Fluctum mutum, appellabant qui nondum edebat fragorem, sed iam incipiebat intumescere. Primùm enim tacitis vndis insurgit mare, mox exasperata tempestate procul fremit ac resonat. Dici potest de bili hominis quæ nondum erupit in conuicium, sed tacitè inardescit, veluti si dicas, Cede κωφὸν πάθος, desine cõtendere, ne disputatio exeat in rixam. Aut Obsiste κίνησιν κωφὴν, reprime iram effervescentem.

Caricum vinum. 41

Καρικὸς οἶνος. Suidas indicat fuisse prouerbium de vino, vt opinor, tenui, quod non adferret hilaritatem: qualis erat Carica musa, de qua dictum est alias. Quicquid enim vile, lugubre, molestum, aut querulum, Caricum dicebatur. Sed haud scio an apud Suidam pro οἶνος scriptum sit οἶκος, nisi quòd Hesychius nescio quid attingit de Carica vite, velut inculta & incomposita. Na genus hoc militare negligit agricolationẽ.

Olivus. 42

Herodotus in Melpomene, hoc est libro 4. refert quum Theres quidam adornaret longinquam nauigationem, ac filius ipsius adolescens negaret se futurum eius nauigationis comitem, πυθόμενον ἕτερα αἰνὰ κελεύειν αὐτὸν ἐς λύκους. id est, Itaque rem quam eum, inquit, olim inter lupos. Ex eo dicto nomen inditum est adolescentulo οἰόλυκος, voce composita ex oue & lupo.

Homo destitutus ope.

Dici poterit in hominem desertum ac destitutum auxilio. Quòd si quis negabit hoc esse prouerbium, patiatur appendicem esse eius quod alibi retulimus. Quem Iupo commisisti. Nam probabile est ab hac historia natum prouerbium.

Nauiscarpion. 43

Nauiscarpion dicebantur qui studio quippiam eleuarent. Alij putant ναυσκαρπὸν dici solitum ei qui quum videretur contrectari, non contrectabatur, perplexis verbis occultans mendacium: quod fere solent hæretici in discrimen adducti. Vox composita videtur à ναὶ, quod est affirmantis, & σκάπτω, & σκῶ quod est fluo quòd inuoluta ibique latentia quod affirmare videntur, rursus assumit et quod negat. Mentitur Hesychius.

Cui nullum negotium erat. Harmenem

—muro cinxit. 44

Strabo lib. geographiæ 12. refert huiusmodi prouerbium,

Οὐκ ἔστιν ἴδιον τεῖχος αἰμύλῳ ἑπτάρνῃ. id est,
Quo negotij nihil habebat, Harmenæ murum addit.

Est enim trochaicus tetrameter. Tradit autem, Harmenem ignem esse. Sino; enim portum habentem. Cerius meminit & Stephanus, situm iudicatis in Paphlagonia, & a nonnullis dictum ἁρμένη, quod hic laté campus ratio non patitur. Neuter ut licet originem aut sensum adagij. Coniectare licet vicum fuisse frigidum, quem aliquis cinxerit muro, vt fieret oppidulum aque frigidum. Non enim dixit ἔκτισεν, (quod interpres videtur tomuisse, qui vertit construxit) sed ἐτείχισεν, hoc est, muro cinxit.

Nec animans, nec inanime. 45

Nihil omnino excipitur.

Prouerbiali figura dictum est apud Plat. li. De leg. 8. μήτε τῶν ἐμψύχων μήτε τῶν ἀψύχων. id est, Omnium & animantium & inanimorum; quum nihil omninò significamus excipendum. Simili figura dicimus, Iuuenum quemlibet, & lupidum ac quadrupedum neminem. Item, Nec dijs nec hominibus placet, Nec vllus parcit nec mortuis. Locum Platonis citauimus integrum in prouerbio ἐπιμαχεῖν.

In idem conspirare. 46

Εἰς ταὐτὸν ξυμφῦναι, id est, in vnum coalescere. Plato de Legib. 4. ἢ ἓν ἐκ πολλῶν ἐθῶν, ἢ μᾶλλον ἐπιτήδευμα ἓν ἐκ πολλῶν ἐθῶν καὶ ἐπιτηδευμάτων, τὸ λεγόμενον, ξυμφύεται χρηστὸν καλῶς, καὶ πρὸς ἅπαντα. id est. Caterum vnum fiat, ac velut equitum iugum, singulos in idem, vt dicitur, coalescere, multo eget tempore, atque perdifficile. Interpres ξυμφῦναι vertit, vnum & idem esse. equum magis videatur dictum à φύω, nascor. Itaque mihi magis arrisit coalescendi verbum, quanquam huius rei iudicium doctis defero. Strung. duos equos inter se ignotos, non ferunt iuge. tandem assuetudine diutina, postea quam vterque alterius habitum sibi iunxerit, concordes sunt. Itaque pariter anhelasse sub eodem iugo gignit concordiam. Et Vergilius ait, Georg. 2.

Assuetudinis vis.

—vtque docent iuncti ferre iuga.

ANIM. RAMN. STEPH.

Vt ξυμφῦναι.) Intelligit ξυμφῦναι ἀπὸ τοῦ φύω, ductum videri à φύω, id est nascor. quàm à ξυμφυῶ, id est simul fio, vel effio. Atqui non ab illo magis quam ab hoc, sed ab illo solo deduci potest, quomodo enim ξυμφῦναι, à ξυμφυῶ esse possit? Nimirum vt à ξυμφύω ξυμφῦναι, sic à ξυμφυῶ ξυμφυῆναι formatur. Quem infinitiuum legisse non dubium est interpretem, quippe qui vertat, Vnum & idem esse. Eusebius quidem certè hanc lectionem habet. idem etiam ἴσασιν, non ἐπίστανται legit. in quo itidem sequendum illum existimo: vt equos potius quàm equites iugo nectentes faciamus.

Hic telam texuit, ille deduxit. 47

Apud Iulium Pollucem li. 7. c. 10. refertur senarius, suppresso authoris nomine (ni forsitan Nicophanes est in Pandora.)

Ὁ δ' ἐξύφανεν' ἵστὸς, ὁ δὲ διέζετο.

Quanquam legendum alibi ita, ὁ μὲν ἐξύφαινε' ἱστὸς, ὁ δὲ διέζετο, siue, quod probabilius est, διέζετο. nam vocem ἱστὸς etiam metri ratio respuit. Iam si nobis textor quispiam Græcus exponeret quid sit διέζεσθαι (quod, vt indicat Pollux, Attici dicebant περιτρέχειν) non esset difficile prouerbij tenuem enarrare. Nam Suidas tantùm habet διέζομαι πὶ σήμερα. Hesychius paulò iam addiderat, dicens: διέζετο, διεχέετο: si διέζετο venitet à themate διέζομαι. Quod si διέζεσθαι est flammis quod superest addere, sensus erit Alter orsus est, alter perfecit.

Σκιαμαχεῖν. 48

†Inaniter laborare.

Olim qui inaniter laborabant, σκιαμαχεῖν dicebantur, hoc est, cum vmbra pugnare. Plato lib. de Legib. 8. ἐγὼ δὲ πάντων τῶν πεπραγμένων καὶ τῶν ἀδίκων λεγομένων ἐστὶ. ξυμβαίνει συγχωρεῖν, ἆρα γε καὶ ἐπιτιμᾶσθαι αἰσχρὸν ἐστὶν ἢ μὴ αὖ σκιαμαχεῖν ὄντων. id est, Ad hæc ego quando ab omnibus & animantis & inanimis destruerer, nullum haberemus concertatorem, num sustinebimus ipsi contra nos ipsos veré vmbraticam exercere pugnam? Idem in Apologia Socratis, Ἀλλ' ἀνάγκη ἀπορεῖν ὅστις σκιαμαχεῖν ἀπολογούμενός τι, καὶ ἐξ ἐλέγχου μηδενὸς ἀποκρινόμενος τινί. id est, Sed necesse est omnino vt cum vmbra pugnem, simul & defendens & actusans, quum nemo respondeat. Idem de Rep. lib. 7. Ἀλλ' ἴσως ἆρ', ὡς νῦν οἱ πολλοὶ ὑπὸ σκιαμαχοῦσί τε πρὸς ἀλλήλους καὶ στασιάζουσι περὶ τοῦ ἄρχειν, εἰκὸς τυγχάνει, id est, Non per somnium, vt nunc complures ciuitates, ab iis qui cum vmbra pugnant, ac de principatu seditiones excitant;

habitantur. Huc fortasse pertinet quod scribit Florus epitome in librum Titi Liuij 40. Quum enim Scipio rem in Africa fortiter ac fœliciter gereret, Cato in senatu reliquos qui militarent in Africa, umbris militare dicebat, Scipionem vigore. Iulius Pollux libro sexto indicat, eos qui molliter ac deliciosè viuerent, σκιαδεφόρους appellari solitos velut educatos in vmbra, & ob hoc impatientes pulueris atque solis: & σκιαδεφοῦντας, qui voluptatibus effœminantur. Nam luxus & libido lucifugę sunt amant tenebras & sotrectum. Porrò ludus vmbraticæ pugnæ durat etiam hodie non illepidus. hunc qui exercet, pro vtroque respondet, & pro se, & pro vmbra. Hoc admonere visum, quo magis liqueat quod ex apologia citauimus. Meminit & Lucianus in Sectis. Vide prouerbium, Cum Iarus luctari.

Cum Iarus luctari.

Per fluuium traducere. 49

Διαβιβάζειν τὸν ποταμὸν, id est, Transmittere per flumen dicebātur qui difficultatem explicabant rei quam inerudītiores aut inualidiores explicare non poterant. Translatum à torrentibus aut fluuiis profundioribus quàm vt cuiuis tutum sit traiicere. Itaque qui sunt robustiores atque exercitatiores, pueros, mulieres, aut alioqui imbecilles susceptos in humeros transmittunt. Plato lib. De leg. 10. ὑμᾶς οὖν ὥσπερ ὑπὸ δὴ κλιμάκων ἐξαιρῶν τὸν ποταμὸν, id est, Ego vos, quemadmodum modo feci, susceptos, vltra fluuium transferam. Verba sunt hospitis Athenienſis, qui disputationem tradit Clinię & Megillo, pollicēs se adfuturū siquid hęserint.

Gangamon. 50

Iulius Pollux lib. 10. cap. 40 docet genus esse retis innodatis flexibus sinuosum ac perplexum, quod à Græcis dicātur γαγγάμων à γάω, quod est capio, vt indicet Etymologicus, putans & γαγγάμια appellari: vnde & γαγγαμευτικὸς dici qui piscantur hoc retis genere, & γαγγαμεύειν. Aut idem est cum sagena, aut simillimum. Pollux citat Æschylum, qui negotium inuolutum & explicatu difficile, γαγγάμευμα dixerit, quemadmodum dicimus nassam. Vnde ventris locum circa vmbilicum γαγγάμευμα dictum, quòd illic appareat circunuolutio quædam neruorum. Fortassis & interior aluus sic appellatur, quòd intestina in sese complicentur, ne mox effluant stercora.

Sacer manipulus. 51

Ἱερὸς λόχος, id est, Sacer manipulus, olim dicebatur quemadmodum dicimus sacram ancoram iaciendam, aut rem ad triarios redisse. Athenæus libro 13. declarat, apud Thebanos exercitus partem fuisse quam illi ἱερὸν λόχον nominabāt: eam constitisse ex amantibus & amatis, & ob id præcipuum belli robur in his fuisse situm, quod amor reddat fortissimos, ad mortis etiam contemptum animans.

ANIMAD. BASIL. STEPH.

V. quemadmodum dicimus sacram ancoram iaciendam, aut rem ad triarios redisse.) Nequaquam profectò sacer eo sensu vocatus fuit. nec talem huius appellationis rationem Erasmus imaginatus esset, si quomodo se res habeat quod ad hanc sacram cohortem attinet, intellexisset. neque enim mos erat apud Thebanos exercitus partem habere ex amantibus & amatis collectā, quam ad extrema pericula (vt nauis sacram ancoram) reseruarent: sed ab Epaminonda hæc ratio amantes vnà cum amatis ad prælium conuocandi excogitata fuit: non quos ad extremum aliquod discrimen, sed interim prœliantibus, reseruaret: sed quos in aciem primo quoque tempore educeret. sperabat enim fore vt ἐρώμενοι conspectu τῶν ἐραστῶν ad strenuissimè pugnandum incitarentur. Nec eum spes hęc fefellit. nam Thebas, acerrimè dimicando, à Lacedæmoniis asseruerūt. Sed vnde tandem istud huic manipulo inditum fuit nomen? Nimirum quòd quum ex amatoribus & amasiis constaret, Amori sacer esset. Qui mihi fidem adhibere non vult, at Maximo Tyrio eam adhibeat: cuius hæc sunt verba, mea editionis pag. 47. ὅτου δὲ ἕνεκα ἐκ τῶν ἐραστῶν καὶ τῶν ἐρωμένων, ξυνέταξε λόχον ἱερὸν τῶν Θηβαίων. σφῶν καὶ ἄμαχον, καὶ συναπολλύοντα ἀλλήλοις, καὶ ἀφίκτωρα.

Postico discedere. 52

Galenus περὶ τῆς φακικῆς δυνάμεως lib. 2. εἰδὲ ἐκ πολλῶν συγκειται, τῇ πανσέληνῳ, καὶ τῇ τοιαύτῃ περιόδῳ, ὥσπερ Ἀσκληπιάδου ἀπῆλθον ἅπαντες, id est, Si ex pluribus constat, postico, quod dici solet, ad Æsculapiadem recessimus, sine defecimus. Postico autem recedere dicitur qui furtim abit, alijs intus ipse subducens. Sic Horatius, Postico falle clientem. Quod & hodie non rarò faciunt magnates. Idem alia forma dixit, in Artis poetę furtim præcepta relabor. Thomas Linacer, vir incomparabili doctrina, κῆπον vertit per hortū posticum. Ædes quibus est adiunctus hortus, duas habent ianuas, aduticam & posticam. Antica spectat ad publicam viam, postica ducit ad hortum per hanc elabebantur qui clanculum abire cupiebant. Quosdam pudet παλινῳδῆσαι, sed dissimulanter transeunt in alienam sententiam: alij per occasionem subducunt se negocijs. In hos congruet prouerbium.

Vtres, thyiaci. 53

Ἀσκὸν καὶ θύλακον, id est, Vter & thylacus, dicebatur qui cibo potuique indulgebat. ἀσκὸς enim vter est vinarius, θύλακος vas farinarium. Athenæus lib. 12. refert hos versus ex Alexidis Hesione, qui dicuntur sub persona Herculis,

Ηὐτὸν κύλικα, καὶ λαβὼν ἔπιν πυκνὰ
Βλαπτ', ἀσκὸν ὄντ', ἀεὶ τὰ τοιαῦτ' ἐσθίοντα,
Αὐτὸν δὲ μ' ἀσκὸν, ἀλλὰ θύλακον
Λέγουσιν. id est,
Calicem popescit, ac datum, crebro bibens,
Trabitq; & hausit. & vt habet prouerbium,
Semper bene vter, thylacum semper bene est
Homo. Itidem Horatius, Ep. 1. lib. 1. ep. 15.
Si ventri bene, si lateri pedibusque tuis, quid
Diuina poterunt regales addere mensæ?

De lurconibus ac vētribus dictum est alias non semel.

Ignarium dare. 54

Seneca lib. De beneficijs quarto refert, vt vulgò iactatum, vt dolent, inquit, tibi: vt postea consideratius loquaris, quod dicere solemus, ignarium dabo. De lapide pyrete sentit, ni fallor: quem alij viuum, nonnulli ignarium vocant: quòd plurimum habeat ignis, vt attritu digitos adurat, & alioqui ponderosissimus. Itaque dicebatur ignarium dare qui suggereret quod dolore quodam reuocaret hominem à peccando: quemadmodum lapis digito additus, vel pondere vel attritu non finit hominem obliuisci cuius gratia sumpserat eum. M. Tullius haud adsimili forma dixit in Antonium, Philippica secunda, Num expectas dum te stimulis fodiam? Hæc te, si vllam habes partem sensus, lacerat, hæc cruentat oratio. Terentius, Noli fodere latus. Persius. Sat. 4.

Atque aliquis cubito stantem prope tangens.

His enim gestibus admonemus, quemadmodum & velliendo aurem, de quo nobis prius dictum est.

In morbo consumat. 55

Seneca lib. De beneficijs 2. Quingenti, inquit, denarij sunt, illud, quod dici solet, in morbo consumat. Zeno cuidam promiserat quingentos denarios mutuò: admonitus ab amicis hominem esse malæ fidei, tamen credidit, vel ob hoc quia promiserat, & summa erat exilis. Solent igitur creditores, quum sentiunt non redditurō creditam pecuniam, nec existimant operępretium ob tantillum legibus agere, dicere, Habeat, consumat in morbo. Qui sermo dubium habet sensum. Potest enim ab amico dici qui nolit deesse amico quod impendat si morbus inciderit: potest & ab inimico, qui malo viro morbum optet.

Vel Megaram vsque. 56

Manet is sermonis color & hodie: vbi quid significamus magni precij nobisque vehementer expetitum, dicimus, Huius rei gratia vel in Indiam vsque profiscerer, Aut, Digna res est cuius gratia vel in Hyberniam vsque nauigetur. Socrates apud Plat. in Phædro, τὸ δὲ ἀσπούδους καὶ δημοφιλεῖς εἶναι οἱ λόγοι. ἐγὼ μὲν ὅτου δέονται ἀκούσαι, οὐκ ἂν βαδίζων φαίην τὸν Ὀλύμπιον μοχλεύειν. καὶ τῷ Ἡρῴδου. σχολαίτερον πάνυ, πολὺ κάλλιον, οὐ μὲν οὐδὲ ἀφθόνως, id est, Nam profecto festiui & in publicis concionibus fuerint sermones. Mihi sanè tanta cupiditas est audiendi, vt si pedibus vel Megaram vsque ambules, ac mox iuxta morem Herodici, vbi ad mœnia accesseris, denuò abscedas, nō te sim relicturus. Ambiguè dictum est τῷ Ἡρῴδου. Incertū enim vtrum Herodibus quispiam hoc dixerit, an Herodicus aliquis in populi ritum abierit: qui quum tantum itineris confecisset, vel oblitus aliquid, vel mutatā sententia, à mœnibus Megarensibus redierit Athenas: quo modo Phędria Terētianus a diuerticulo redit in vrbē. Vnde hoc

ipsum

ipsum, iuxta Herodicum, prouerbij speciem habet, in hominem incerti consilij, aut qui ferò mutat sententiam: quum deliberandum sit antequam incipias. Simile illi, Dignum propter quod vadimonium deseratur.

Omnem vocem mittere. 57

Πᾶσαν φωνὴν ἀφιέναι, id est, Omnem vocem mittere, dicebantur qui nihil omittebant quo persuaderent. Etenim qui totus est in hoc vt persuadeat, nunc argumentatur, nunc obiurgat, nunc blanditur, nunc pollicetur, nunc minitatur, ἄλλοτε ἄλλως τε καὶ τρόπως, vt flectat audientem. Plato de legibus decimo. μαλακῶν οὖν ἕνεκα δεῖ ὕστερον τυχεῖν καὶ ἔστι τι ἐμποδὼν πείθοντι τὸν πολίτην, δεῖ μαλακῶν χρῆσθαι τῶν καὶ ἀξίων καὶ μακρῶν νουθετήσεων, ἀλλὰ πάσας, τὰ λεχθέντα, φαύλως ἴσως, τῷ παντὶ νόμῳ ὑπάρχειν χάριν, λέγω δὲ τοῖν θεοῖν. id est, Nequaquam, ô hospes. sed si fortè fuerit vel exiguâ persuadendi ratio circa huiusmodi, haudquaquam oportet defatigari, præsertim legum authorem, si modo vllius sit pretij: quin potius, emissa, quod dici solet, omni voce veteri legi supplicias ferre debet; docentí rationibus esse deos. Idem in Phædro, πάσαν τε ἕνεκα χρὴ πάντας τοὺς λόγους αὖθις ἰέναι μαιευτρίφωνα ὑπάρχοντα. id est, Huius itaque gratia oportet, omnibus rationibus iursum deorsum versatis, dispicere, & cætera. Sumptum videtur ab incantamentis, in quibus si parum mouent preces, adhibent efficaciores. Id alicubi indicat Plato, tametsi locus in præsentia non succurrit: indicabitur quum occurrerit. Vide num omnem vocem dicat omnem contentionem. Solent enim patroni causarum, quum magno studio causam agunt, vocem intendere. Paulus apostolus ad Galatas cap. 4. quum ait, ἤθελον δὲ παρεῖναι πρὸς ὑμᾶς ἄρτι, καὶ ἀλλάξαι τὴν φωνήν μου, tale quiddam sensisse videtur. Nam qui nunc obiurgat, nunc blanditur: nunc se prædicat, nunc semet demittit: nunc territat, nunc consolatur (vtcunque postulat eorum vtilitas quos perire non vult) veluti doctus incantator, mutat vocem suam, vt aliquo pacto persuadeat.

Magadari. 58

In bilingues. Μαγαδίζειν siue μαγαδίσειν dicebantur olim qui bilingues essent, eodem ore laudantes ac vituperantes, blandientes & obiurgantes, pudicè & obscenè loquentes. De magadide multa disserit Athenæus lib. 14. dubitans citharæne genus sit an fistulæ. Quidam eandem putant cum sambuca, nonnulli & cum pectide. Verum hoc nihil ad prouerbium, quòd constat organum esse ὀξύφωνον, quod simul emittit geminam vocem, grauem & acutam, harmonia quæ dicitur διὰ πασῶν. Citatur ex Alexandride hic senarius,

Μαγαδὶν λαλοῦσα μικρὸν ἄμα νῦν μέγαν. id est,
Magnum ac paruum proloquar magadin simul.

Ait vetustum esse genus repertum à Lydis. Nomen inditum est à Thracè quodam cui nomen erat Magdus. Alij putant inuentum esse Sapphûs. Pindarus magadin appellat ψαλμὸν αἰτιφθέγγου; qualis est cantio quum simul concinunt viri & pueri impuberes. Hac de re nonnihil attigimus in prouerbio, Ex eodem ore calidum & frigidum efflare.

Chalcenterus. 59

Origenes dictus Adamantius. Χαλκέντερος olim dicebatur insigniter patiens laborum atque indefatigabilis, velut habens ærea intestina: qualem fabulæ narrant fuisse Talo custodem insulæ Cretæ. Hoc cognomen inditum est Didymo grammatico, ob incredibilem numerum librorum quos scripsisse dicitur. Eadem de causa Origenes dictus est Adamantius.

Organum tueri. 60

Ὄργανον θλίπτειν, dicebantur qui robur & masculum animum præferebant. Suidas refert hoc carmen ex Aristophane, vti conuicio, licet metro deprauato,

Παρέχω σαυτὸν αὐθρῶπον τὸ λῆμα, καὶ θλίπτουσα τ' ὄργανον.
id est,
Præbebo meipsum animo virilem ac tuentem organum.

Sumptum ab acrimonia herbæ, vt respondeat illis alibi dictis Tueri sinapi aut nasturtium. Quidam cunilam vocant eius generis quod Dioscorides appellat heracleoticum. Nam est aliud genus dictum ὄνιτις: est tertium quod panaces Heracleum vocant. ita Dioskorides lib. 3. Plinius lib. 20. cap. 14. tradit organum non dissimile pulegio sylvestri.

Thurium lemma. 61

† Animus intrepidus. Θούριον λῆμα dicebant animum intrepidum & ad bellum paratum. Nam λῆμα genere neutro Græcis sonat voluntatem, animum huc propositum, aut dignitatem & authoritatem. vox dicta est à λάω quod est volo. Nam λῆμα quod scribitur per geminum μμ, venit a λαίω siue λαφύσσω, est argumentum quod sumitur ad probationem. Thurion autem dicitur quicquid est vehemens ac bellicum. vnde Homerus θούριδος ἀνδρὸς, id est, thurium robur, appellat. Quin & ipse Mars dictus est θοῦρος, ἀπὸ τοῦ θρώσκω, quod est insilire. Suidas citat ex Aristophane. Inuenitur & θούριος λόγος pro sermone diuinitus allato ac vehementi, quum quis intrepide cum authoritate loquitur.

Λῆμα. Λῆμμα. Thurion.

ANIMAD. MEND. STEPH.

V. *phase, Inuenitur*) Sic & antea θούριος λόγος Herodoti quoddam dictum à Iuliano appellari dum ob impetum diuinum, vel quia is scriptor apud Thurios vixit & mortuus est. Vbi ex Plutarchi loco, appellationis huius non illam esse rationem, sed hanc ostendi.

Nec elephantus ebiberet. 62

Οὐδ' ἂν ἐλέφας ἐκπίοι, id est, Nec elephantus quidem ebiberet. De poculo prægrandi: quum elephantus prodigiosè immensam aquarum vim quum libet hauriat. Athenæus libro vndecimo citat ex Epimco,

† De poculo prægrandi.

–ἐγὼ γὰρ ἐλέφαντα θέλω τινὰ πίνειν,
χοᾶς δύο χωροῦντα, τοιοῦτος οἷος εἶναι. id est,
Dicas chœa capientem, vt hunc ne elephas quidem haurire possit.

Rhytus autem poculi genus est specie cornu, quod videtur eburneum fuisse, impositum magni elephanti. Subdit autem, οὐδὲ ἐλεφαντίνῳ γε ῥυτῷ ἐκπιεῖν, id est, Nam ne tu quidem quicquam diffisus es elephanto: vt esset quadruplex elephanti mentio. Prouerbium hoc posterius ante retulimus hoc loco non citato. Patrò choa mensuræ genus est. Dicetur in librum insulsum ac loquacem quem ne patientissimus quidem perlegere sustineat. Rhytus.

Κυαθίζειν. 63

Qui poculis indulgebant, κυαθίζειν dicebantur, quasi dicas cyathissare: quemadmodum cothonizein, de quo nobis prius dictum est. Indicauit & hoc Athenæus. Mihi videtur potius in eos conuenire qui parce bibunt, nec ieiunios hauriunt, sed cyathis subinde repetitis tamen inebriantur. Solent enim quidam ita proponere, Quisque bibet heminam non amplius: & sæpenumero fit vt paulatim incalescente libidine plus bibant.

Sacer piscis. 64

Ἱερὸς ἰχθύς, id est, Sacer piscis, dicebatur cui nemo nocebat sed sui iuris erat. Suidas indicat esse apud Homerum. Quicquid enim ingens ac præclarum haberi volebant veteres, ἱερὸν appellabant, velut apud Homerum ἱερὸν μένος Ἀλκινόοιο, id est sacra vis Alcinoi. Per iocum dici poterit in hominem prægrandem & in precio habitum, quum sit stupidus & insans. Meminit & Athenæus. Cui nemo nocet. ἱερὸν.

Φαυλίνης. 65

φαυλίνης leuis dicitur, quasi dicas suberinus. nam φαυλὸς cortex est arboris semper fluitans, qui Latinus dicitur suber. Vnde & φαυλὸς dicitur locus asper ac petricosus, aptior ad pascendas capras quàm ferendas fruges, quòd terra veluti supernatet saxis. Vnde & φαυλίζειν dicitur quod fluitat, nec habet radices. Quin & hodie lingua Britannica commodum hominem minimèque difficilem φαυλία vocat. Hanc morum leuitatem Græci vocant Εὐδίαν quæ vox in vitium sonat. Plato lib. de repub. 3. ἀλογία ἄρα καὶ ἀδημοσύνη καὶ ἀκοσμία καὶ ἀπρέπεια ἀναλγησία. οὐκ οἶδ' ὅπως ἔστιν ὑπομειδῶντα καλῶμεν οὐδὲ εὐδίαν, ἀλλὰ πάνυ οὐδὲ δίκαιον, ὅστις ἂν καλὸς τὸν νοῦν ἀπαιδαγώγητος ᾖ φανῇ, id est, Ergo sermonis probitas, morum compositio, decus & concinnitas sequitur εὐδίαν, non hanc inquam, quam vitio blandientes vocamus eo nomine, quasi sit morum bonitas, quum sit amentia: sed mentem verè moribus bonis pulchrîque instructam. De his nonnihil attigimus in prouerbio, Subere leuior. De profundo furoque animi, dictum est aliàs. φαυλίνης. Εὐδίαν.

ANIM. MEND. STEPH.

V. *dicitur suber.*) Quam Suidas dicit, φαυλὸς appellari πόνος εἴ τις εἰσὶ πετρώδεις καὶ κρημνώδεις, ὅπου ἁλίσκεται φαυλίζων

ἄχυρον γλύ, his verbis, Χυρὸν ἐπὶ ὕδατος ἐφέλκει, non significat hoc quod ait Erasmus, terram vehi. Supernatare tamen sic, sed in superficie paulum terræ subhærere. At planè dure mihi videtur dici aqua supernatare lixis, vt iuber aquæ. vnde aliam huius appellationis rationem quærendam esse puto. Videamus ergo an ex Græcis lexicographis aliam elicere possimus. Nam quod ad φυλλίας attinet, dicit Hesychius, ἐπίκοινον ἐστὶ τὸ ἐπιφέρεσθαι ὑπὸ τῆς φυλλῆς, id est, à subere. sed φυλλὶς non tantum pro subere accipitur, sed & nomen est aspери cuiusdã Atticæ loci, vt Suidas testatur. à quo & φυλλῆσι aut dici τὰς καταφορὰς λίθων, pro quo apud scholiastem Aristophanis legitur φυλλάσι. Hesychius autem dicit, (si modò caret mendo hic locus) φυλλάσιος λίθος σκληρὸς, καὶ τραχύς. Quemadmodum igitur φυλλάσι siue φυλλήσι λίθοι dicuntur non à nomine φυλλὶς subere significantes, sed à loco petricoso Atticæ, qui nomen φυλλὶς habet nec φυλλὶς siue φυλλὴς dici puto locum petricosum, translatione sumpta à φυλλὶς quòd est suber (quòd vt illud aquæ supernatat, ita etiam in inuisimodi loco terra veluti supernatet lixis) sed ex nomine proprio nomen appellativum factum esse puto, vt in aliis videmus accidisse. Id est, à certo quodam loco petricoso vocato φυλλὶς, locos omnes petricosos φυλλὶς seu φυλλῆς fuisse appellatos.

Meschysocottabi. 66

Vulgari conuitio μεθυσοκοτταβίζειν dicebantur bene poti, quasi cottabo temulenti. Cottabus enim poculi genus est. Athenæus lib. 15. refert ex nescio quo authore, ex Aristophane, ni fallor.

Πέρσαι δ' Σίφνιοι ἦσαν μεγάλοι
Νικίας κλαύσεται μεθυσοκοτταβοι. id est,
Scortum Simæthan, Megaram abegit ac tulit
Forte iucundus Cottabis probe vnctus.

Ἴσον ἴσῳ. 67

Quid ex æquo moderatum.

Ἴσον ἴσῳ, id est, Par pari dicebant, vbi quid ex æquo moderatum significabant. Sermo ductus a potoribus qui frequenter de æqualitate disputant, interdum pugnis & cyathis. Sed olim æqualitas erat vt tantundem adderetur aquæ quantum esset vini. Athenæus libro vndecimo ex Aristophanis fabula, cui titulus Philonides, citat,

Γοργασίων τοίνυν ἡμῖν ὁ διάκονος
Δι' ὑπνον ἡμῶν ἡμερησίαν ἐκάθευδεν ἀπίδα,
Ἐπιτηρῶν, ὅταν πρῶτος ἴσον ἴσῳ κεκραμένον
Πίοιμι δέλτα. id est,
Prouincè tam nuper mihi
Ex Græcia ministri virtutis ergò præsitus,
Sinum herus pueri e rotundum, ac teres dono dedit,
Spumæ inanem ac vacuum, temperatum par pari.

Ex Stratone comico citat hoc carmen,

Ἐμοὶ δὲ γάνος ἐστὶν οἰνοχοεῖν.
Ὅτ' ἂν κρατῆρα ἴσον ἴσῳ κεκραμένον. id est,
Sors quam trahunt aliquidam à prochidio,
Mihi ex cadillo temperato par pari.

Primus trochæus est imperfectus, & hic legendum arbitror prochoidion: vtrumque vas est vinarium: ἴσον autem pro sorte ponitur quæ prima ducitur, vt alias docuimus. Idem eodem lib. refert ex Hermippo,

ἐκπιὼν δὲ κἀπὸ δεξιᾶς
Ἴσον ἴσῳ κεκραμένον. id est,
Idem sportulæ vno ebibens scyphum,
Suauiore, contemperatum par pari.

Alibi retulimus Par pari: verùm non est idem prouerbium. Illud de pœnitione dictum: hoc de mixtura æquali. Velut. vtinam natura vitam hominum miscuisset ἴσον ἴσῳ, nunc nimio plus est mali quàm boni. Hæc autem verba ἴσον ἴσῳ ponuntur velut absolutè præter rationem constructionis, quemadmodum dicimus ὀλίγου δεῖν.

Recto pectore. 68

Quæ fides & cuius momenti sit.

Ammianus Marcellinus li. 17. His literis diu liberatis, recto pectore, quod dicitur, consideratèque reponentibus. Recto pectore dictum est pro eo quod erat ingenuum, citraque dissimulationem, vt veritatis simplex est oratio. Qui probant quod probandum est, damnant quod damnandum est, recto pectore loquuntur. Qui verò non probant, aut nihil non damnant, non agunt recto pectore.

Cothonizare. 69

Κοθωνίζειν siue κοθωνίζεσθαι dicebantur qui largius bibérent & potationem largiorem κοθωνίζειν appellabant. Eum. Macleodius medicus apud Atticos nuper fuit, qui conduxerit valetudinis corporum. Plato corrigendis moribus. Seneca ingenio. Excludunt tamen ebrietatem, nec id nisi raro fieri sinunt. Ἀκρατοπότας, siue (vt scripsit quispiam collegit etymologicon) ἀκρατισμοπότας, dicti qui merocius bibérent: quos Hesychius putat dictos ἀκρατοφόρους. Accipit enim μισόκρατον. Verum ex Plutarcho in Symposiacis, & Aristotele in Problematis, apparet ἀκρατοπότας dici qui nondum prorsus ebrij sunt toto corpore rigato, sed pectore summo duntaxat. Indicat & Iulius Pollux lib. 6. ex authore Hyperide. & Athenæus citans eundem in oratione contra Demosthenem. ὑπερμεθύσκεσθαι pro intemperantius bibere refert Pollux ex authore Critia. Cothon autem poculi genus est, de quo nonnihil alibi attigimus.

† Large potare.

† Parci ac sordidi.

Τριψίδιοι. 70

Homines sordidos ac parcos olim popularis locus τριψίδιους appellabat, quasi face vtentes. Qui splendidiores sunt, vbi ventum est ad fœcem, aperiunt aliud vas. At ego noui diuites qui fœcem nouem annorum apponerent in mensa liberis & amicis non vulgaribus. Quidam adeo natura miseri sunt, vt non patiantur bibi vinum nisi posteaquam vel acuit vel euapuit. Adagium indicauit Pollux libro sexto, capite quarto. Eustathius ostendit parcos τριψίδιους dici, quòd anxij cùmque gemitu viuant. Ridetur apud Aulum Gellium libro vndecimo capite septimo, qui de Minuncio frugali quodam dixerit, Hic eques Romanus apludam édit & fœces bibit. Prisci rústici frumenti furfurem appellabant apludam: fœcem vini fœcem è vinaceis expressam, quemadmodum fraces ex oleis.

Loquax talpa. 71

† Minutum verbosus.

Homo nullius iudicij sed tamen impendio verbosus loquax talpa dictus est populari conuicio. Quod primùm dictum est in Tullianum Capellam, postea quam venerat in publicum odium. nam talpæ nostri, vt cæci sunt, ita sunt æquè muti. Idem dictus est μῦς ὑπερφυὴς, id est simia purpurata, cuius alibi meminimus. Refert Ammianus libro 17.

Simia purpurata.

Non contis aut ramulis. 72

Idem libro eodem de Antonio quodam ad honorem mensæ regalis apud Persas euecto, & ad ius ferendæ sententiæ admisso, Non contis, inquit, aut ramulis, vt aiunt, id est, non flexiloquis ambagibus vel obiectis, sed velificatione plena in rempublicam ferebatur, eóque incitatus regem. Quanquam pro ramulo, legendum arbitror remulo. nam contis & remis impellunt nauim qui ventos habent aduersos. Pars est magis adagij, quod alibi recensuimus, Velis remísque quam nouum adagium.

Extra calcem. 73

Idem libr. 11. Ne igitur extra calcem, quod dicitur, sermo decurrens lecturo fastidium ferat, ad explicanda prospecta reuertamur. Quanquam arbitror scripturam vitiatam. legendum autem esse extra callem, pro extra viam. quod alibi nobis dictum est: vbi quis digreditur à re proposita.

Extra callem.

Ex perpendiculo. 74

Idem libro eodem, ex perpendiculo dixit, pro eo quod erat, exacto iudicio. Palatinas inquit, dignitates velut ex quodam tribuens perpendiculo: & sub eo nemo celsum aliquid acturus, in regiam repentinus adhibitus est vel incognitus. Ad hanc formam & illa pertinent, quæ cum alibi frequenter, tum apud Gellium sunt libro secundo, capite primo, Ad amussim exigere, & Libráli perpendere, & Ad æquilibrium æstimare. Et apud Plinium lib 36. cap. 22. ad regulam ac libellam exigere. Præterea Digitis metiri, Trutina pensare, Ad vnguem facere, aliáque, quorum nonnulla suis locis indicauimus: quæ omnia plus habent veneris si ad res animi transferantur. Sumpta metaphora à perpendiculo fabrorum, quo explorant vel æqualitatem soli, vel parietis rectitudinem. Amussis est pentilis, in imo plumbum habens affixum, additque in medio regulæ quæ constat duobus gnomonibus: hac explorant æqualitatem soli. M. Tullius in Verrem actione tertia, Tu Verres hic quod moliare nihil habes, nisi fortè vis ad perpendiculum columnas exigere. Dicunt ei fere nullam esse columnam quæ ad perpendiculum esse possit.

Amussis.

Nam

Nam hercle, inquit, sic agamus, columnæ ad perpendiculum exigantur, &c.

Acolo non fico, &c. 75

ἀκόλου. Ἀκόλῳ τὴ χείλη σύκα βάπτε. id est, Acolo non ficus immergere labra. Suidas indicat dictum vbi promitteretur prospera valetudo: aut significaretur rebus fortiter vtendum. Nam ἄκολοι Græci vocant minutas offulas: interdum & fragmenta panis, ἀφ' ὧν μὴ μαλακᾶς, id est, quòd non cohæreant. Hesychius indicat ἀκόλους vescentes reddere bilis expertes ac placidos, quum ficus incendat sanguinem. Videmus Italos, si quando bilem vellent eximere, dies aliquot nihil sumere præter offulas paucas ex aqua cum paululo butyri recentis decocta. Quidam addunt herbarum ac radicum paucillum. Prouerbium hortatur ad victum tenuem.

Παττάλου. 76

παττάλου quid sit. Athenæus li. 11. cómemorat poculi genus quod olim παττάλου dicebatur, quod in publicis ludis adhibebatur. Ephebi quidam cursu contendebant Athenas currebant autem gestantes vitem ramum onustum fructu, qui dicebatur ἔγχος. Initium cursus erat à templo Bacchi vsque ad templum Palladis cui cognomen πυρρᾶς. Victor in eo certamine capiebat calicem dictũ παττάλου, atque ita tripudiabat in chorea. Nomen inditum calici, quòd in eo quinque rerum species essent commixtæ, vinum, mel, caseus, farina & paululum olei. Accommodari poterit ad orationem ex variis argumentis consarcinatam. Simile quoddam vas erat fictile, quod Græci χύτρον appellant, Baccho sacrum. in eo plures erant rerum species, sed distinctæ cyathulis inter se connexis. Athenæus nominatim recenset circiter sedecim. Vt igitur farraginem dicimus rem variam atque ex diuersis generibus constatam, ita poterimus vel παττάλου vel χύτρον dicere. De copiæ Cornu dictum est alias. Nec his dissimile est quòd satyram dixere prisci, quo de suo dicetur loco.

χύτρος quid.

More Carico. 77

sordidè, & incompositè. Σχήματι καρικῷ, id est, figura siue modo Carico, fieri dicebatur quod sordidæ incompositéque fiebat, præsertim in rebus obscœnis. quod tamen ad alia transferri potest, velut ad mores indecoros atque inciuiles, ad orationem inconditam. Legimus & πλοῖον καρικόν, id est, naue Carica.

Μυκτηρίσαι. 78

Duriè & sicè simulet. Μυκτηρίσαι dicebantur agere qui durè ac siccè viuerent. Vox ficta videtur à mure & palea, quòd mus in re pusilla vehementer laboret. nisi malumus dictum à μύκητι quod est sicco, & μύκης præfocatio, quasi si quis festuca præfocetur. Nam Hesychius indicat sic hanc vocem pronuntiandam, vt dicitur ἀπυστί: vsurpatam autem à Cratino in fabula cui titulus Horæ. Alij virum quempiam μυκτηρίσαι, dictum existimant, qui ex se quidem nihil venustiorum dicteriorum adferre poterat, sed tamen libenter alibrum dictis arridebat. & huius nominis mentionem factam apud Apollophanem Comicum. Torquebitur igitur in hominem parcum ac sordidum, aut infrigidè iocosum.

Μύττης. 79

De libidinosis, vel mulier viroſa. Impendio tacitus aut in Venerem solutior dicebatur μύττης, quasi dicas mutitor: à μὺ mutorum syllaba de quo nobis aliàs dictũ est. Bit huius nominis piscis fœmina, quæ sine mare non pascitur. hinc & in libidinosos aut supra modum vxorios: rectius autem in viroſas fœminas. Author Hesychius.

Qui inspuerit in cauernam formicarum, &c. 80

Idem indicat vulgari sermone fuisse iactatum, ὡς ὁ πτύσας εἰς μυρμηκιὰν, οἱ δὲ τὰ χείλη. id est, Quòd qui inspuerit in agmen formicarum, huic intumescant labra. Hoc seu vere sit, vt ex halitus repercussu virus aliquod afficiat conspuentis os. seu temere creditum. torqueri poterit in eos qui multitudinem imbecillium quidem, sed tamen numerosam & concordem prouocant. Hesychius authorem erat Dinolochum, is fuit Comœdiarum scriptor Epicharmi filius.

Nemo sibi nascitur. 81

Hæc sententia Platonis tàm est ab eruditis omnibus celebrata, vt optimo iure possit inter prouerbia recenseri. eam primus Plato prodidit in epistola quam scripsit ad Archytam, Ἀλλὰ χαίρειν δεῖ τὸν ἀνθρωπίσκον, ὅτι ἐκεῖνος οὐκ ἑαυτῷ μόνον γέγονε, ἀλλὰ τῇ πατρίδι μέρος, τὸ δέ τι καὶ τοῖς γονεῦσιν, τὸ δέ τι καὶ τοῖς ἄλλοις φίλοις. πολλὰ δὲ καὶ τῆς τύχης δίδοντος αὐτῷ τὸν βίον ἐκείνῃ καταλαμβάνειν, id est, Quin & illud tibi considerandum est, quòd quisque nostrum non sibi tantùm natus est, sed ortus nostri partem sibi vendicat patria, partem parentes, partem amici cæteri. Multa verò dantur & occasionibus quæ incidunt in vitam nostram. Adducit hunc locum M. Tullius libro de Officiis primo: Sed quoniam, inquit, vt præclare scriptum est à Platone, non nobis solum nati sumus: ortúsque nostri partem patria vendicat, partem parentes, partem amici. Quam sententiam quum dilucidè, commodè & eleganter verterit Cicero, miror quare Seneca dicere maluit, Nemo sibi contigit. Nam videtur exprimere voluisse illud ἐκεῖνος. sic enim scribit ad Lucilium libro 5. epistola 32. Vis scire quid sit quod faciat homines auidos futuri? Nemo sibi contigit. Videtur enim hoc impucare parentibus, quòd non statim expetimus optima. Subiicit enim, Optauerunt itaque tibi alia parentes turifed ego contra, omnium tibi eorum contemptum opto quorum illi copiam, Vota illorum multos compilant, vt te locupletent. Idem studij fuisse videtur Quintiliano, vt omnia secus diceret quàm dixerat Cicero: quare fit vt non raro dicat inelegantius atque etiam obscurius.

Non solum nobis nati sumus.

Piræus non fert vasa inania. 82

Iulius Pollux lib. 6. cap. 6. refert hoc ex Aristotele τὸν πειραιᾶ μὴ φέρειν χύτρον. id est, Piræum non vehere vasa inania. Piræus portus erat Atticæ: huc appellebant vasa mercib. onusta. Eodem conueniebant adolescentes connubium acturi. Indicat hoc Antipho in Eunucho Terentiana, Aliquos adolescentuli coimus in Piræo in hunc diem, vt de symbolis essemus. Fuit eiusdem nominis portus Corinthiacus, vbi consentaneum est maiorem fuisse luxum. Hinc ductum scomma in eos qui gaudent semper cibo potúque distendi. Expendendum apud Pollucem legendum πειραϊκὰ, vt ad hominem referatur. quando Stephanus indicat, locum, & hominem qui prius Piræus dicebatur, postea dictum πειραϊκὰ.

cibo potúque distentis.

Cradophagum. 83

Rusticum & sordidum veteres κραδοφάγον per iocum appellabant, quasi κραδιοφάγον. nam κράδιον vocant arboris fici folia. Iidem dicebantur βαλανοφάγοι, quasi prisco more glandibus viuentes.

Κραδοφάγον. Βαλανοφάγοι.

Sapiens diuinat. 84

Donatus in Hecyram indicat prouerbium esse, diuinare sapientem: quod ex coniecturis prudenter collatis colligit verum, non solùm de præteritis, verumetiam de futuris. quanquam in fabula quidem Laches diuinans tota errat via. Cuius tamen coniecturam approbans Phidippus ait, Planè hic diuinat. nam id est. Reliqua pete ex prouerbio, Qui bene coniiciet.

Ἰαμβίζειν. 85

Ἰαμβίζειν prisci dixerunt pro conuitiari ac maledicere, voce ducta ab Iambe fœmina infignitè maledica. Probabilius est ab iambo pede ductum, qui conuitiis repertus est impetum ferentis atque impetentis exprimens. In quo congruit & illud, quòd à breui orsus definit in longam, quemadmodum iniuria ex leuioribus initijs exit in grauem tragœdiam. quod indicauit & Homerus, Ἠπ' ὀλίγῃ πὺ νεμεσσᾷ. id est, Quæ primùm exigua est. Vnde & hominem ad conuiciandum propensum ἰαμβολον appellant. Huiusmodi ferme Suidas & Hesychius.

conuiciari.

ἰαμβολόχος.

Testaceum flagellum. 86

Κεραμικὴ μάστιξ, id est, Testaceum flagellum, dicebatur ostracismus. de quo nobis abunde dictum est in prouerbio Ostraci conuersio. Flagellum autem vocabant, quòd hoc exigerentur in exilium: testaceum, quòd testulis soleant ea ferri suffragia.

Arietis ministerium. 87

Κριοῦ ὑπηρεσία, Arietis ministerium, Suidas & Zenodotus hic referunt, quasi dici solitum de officio in ingratos collocato, Si quidem aries cornibus ferit pascẽtem. Hesychius ita refert, quasi congruat in eos qui spe cumulus præmioli inseruiunt indignis. Quam pueros inuitamus ad ministerium, polliceamur aliquid, puta tales aut nuces. Itidem in apologo quopiam opinor di-

vit Aristophanes, de lotis talis. Addita Pollula in editione Aldina indicat τὰ παιδία esse verbum tubulatum opinor legendum τὰ παιδικὰ ad rem ipsa. Erasmus ob rei mentionem incertus in proverbio, Aries nutricationis præmium. Et alibi in ingratos proverbium quod superius vidimus relatum est,

Aut ἄλλο γοῦν τι πρόσπτυσον ἢ δίνει λύχνοι. id est,
Vel vendacula.

Reperi etiam ea in scholiis Graecis nuncupari potuisse, quæ varia dicebantur & regis, complures fuisse Mercurii statuas, partim à plebeis, partim à principibus positas: vna erat ex his, quæ carmen hoc insculptum habebat antiquis literis. Illinc venit in proverbium. Hoc quicquid est, suo loco erat addendum: sed tum ea charta exierat manus meas.

Plures Mercurij statuæ.

In tuum ipsius caput. 88

Quoties in authorem malè malum retorquetur aut recidit, Græci dicunt εἰς τὴν αὐτοῦ κεφαλὴν. Demosthenes in oratione περὶ παραπρεσβείας. Οἵους ἐμοὶ ταύτην ἐποίησε τὴν πατρίδα τὴν αὑτοῦ; ἃ νῦν εἰς κεφαλὴν ὑμῖν αὐτοῖς ἀπὸ τῆς ψήφου id est, Hæc igitur optabat iste patriæque imprecabatur, quæ nunc vos oportet in ipsius caput vertere. Ita Crespippus in Euthydemo Platonis, Εἰ μὴ ἀγροικότερον ὦ Σώκρατες, εἶπον ἂν σοι κεφαλήν id est, Nisi dictu rusticius esset, dicerem tibi in caput. Nam sophista collegerat eos procurare intentum adolescentis, qui vellent eum doctum eudere, quum nondum esset doctus. nam perit quod desinit esse quod erat, & incipit esse quod non erat. Ita Maro, Æneid. 2.

-quod dę primus omen in ipsum Convertant.

Apud Aristophanem in Pluto Penia ratiocinatur, si omnes homines diteſcerent, fore vt Chremilus ipse cogeretur arare, fodere, reliquóque labores exhaurire: vt iam afflictior viueret dives quàm antehac vixerat pauper. Chremylus autem, memor laborum quos in paupertate pertulerat, abominatur hoc verbum, & in Penix caput reprecatur, dicens, εἰς κεφαλήν σου, id est, in caput tibi: vt subaudias, recidat. Cælius ad M. Ciceronem lib. octauo, At Domitius, quum manus ad os opposuit, te adix. Cal. Iun. subrostr-(quod illorum capiti lit) diffiparant pemisse.

Ingenium irritabile.

Iracundior Adria. 89

Qui moribus parum est commodis, & irritabili ingenio, Adriæ comparatur proverbio. Ita Flaccus amica, qui cum fecerat diuortium, 3. Carm. 9.

Tu lentus cortice, & improbo
Iracundior Adria.

Ipse fatetur se tubiracundo fuisse ingenio, 1. Epist. 20.

Irasci cœperam, at sic vt placabilis essem.

Demosthenis ingenium.

Item in satyra cuius initium, Iamdudum ausculto. Æschines in Demosthenem, dicit eum moribus fuisse adeò asperis & inconstantibus, vt cum Adria facilius sit habere commercium quàm cum illo: non quòd illud mare sit cæteris fœuius (imò vix aliud mitius, sed ita visum est Italis, qui si nauigassent mare Britannicum aut Danicum, faterentur Adriam indignum esse maris vocabulo.

Bos marinus. 90

† *De magnis & inutilibus.*

Βοῦς ἁλίφορος, id est, Bos maritimus, de magnis, insulsis & ad nihil vtilibus: quales sunt phocæ, tantum pascentes, nec operi, nec ciui vtiles, contra quam boues terrentes. Refertur à Suida. Suspicor autem legendum βοῦς ἀφορος, vt sit idem quod mox sequitur βοῦς ἐν αὐλίῳ καθεύδων id est, bos in stabulo sedens. Sic enim refertur in collectaneis Tarrhæi ac Didymi. Estque hemistichium iambici trimetri.

Bos in stabulo. 91

Vitam quæ otiosam.

Βοῦς ἐν αὐλίῳ, id est, Bos in stabulo, dicebatur inutilis & in otio vitam agens. Hesychius indicat à Cratino dictum in fabula cui titulus Deliades. quanquam huius alibi meminimus.

Canis ad cibum. 92

Κύων ἐπὶ σῖτον id est, Canis ad cibum. De his qui in suum properant exitium. Qui canem volunt occidere, cibo ostento alliciunt. Hesychius indicat hoc esse simile illis βοῦς ὀπὶ σφαγὴν, καὶ ὗς ἐπὶ δεσμά, id est, Bos ad mactationem, & Sus in vincula,

Bos in quadra argentea. 93

Βοῦς ἐπὶ τετράγωνον ἀργυροῦν, id est, Bos in quadra argentea. In eos qui personam sustinent officium aliquod egregium policentem, nec vlli tamen sunt vsui, nisi ad voluptatem aut fastum. Similimum est illi quod alibi retulimus, Bos septimus. Olim apponebantur bellaria, sic effigiata vt nouæ lunæ cornua præ se ferrent: quòd luna nascens ac decimens cornuta videatur. Quin & lunæ dicebantur ut huiusmodi bellaria. Quæ de re Suidas erat epigramma non melegans,

Πῶς ἔτι ὑπάρχων ἄβρυκας γῆς ἄτιμητος;
Ἀλλ' οὐ πάρεργον ἀχρεῖος ἀνωφελής;
Πῶς οὐχὶ ἐν αὐτῷ νηὸς ἀνατρίχεις,
Ἀλλ' ἀργυροῦν εἶδωλον ἐς μέσας πραγ.
Ἔστιν τίνων οὐκ ἔξεστιν ἀρχίαν. id est,
Qui nam sis vt bos quum sies, ornum haud aras,
Sed cibry in mortem recumbis rusticæ
Quin hircæ tu quoque curris hac in pascua,
Sed potius hic imago stas argentea
Hic pro tuam redarguens inertiam.

Rex chartaceus.

Meminit huius bouis Iulius Pollux l.b. 6. cap. 11. demonstrans hoc cibi genus inferri solere Apollini Dianæ, Hecatæ, & Lunæ. Finguntur & hodie variæ animantium species in bellariis. Huic non dissimile est quod Galli vocant regem chartarum, qui titulo verius quàm opibus rex est.

Accepta candela. 94

Diphilus apud Athenæum lib. 15. in fabula cui titulus Ἄψαντες λύχνου λυχνεῖον ἐζητοῦμεν, id est, Arrepta candela candelabrum quærebamus. Quum res improuide geritur, oportuit enim candelabrum esse paratum antequam candelam attingeres.

ANIM. HENR. STEPH.

V. *Accepta candela*) Atqui ἅπτω non significat accipio, sed accendo. adeò vt hic verti debuerit Accensa candela, seu potius lucerna. Fortasse decepit illum υ pro ν positum. (vt contra ν pro υ positum erroris occasionem illi dedisse, dictum est in prouerbio, Diuinum excipio sermonem.) Legendum enim λύχνον non λύχνου, vt apud Aristophanem initio Nubium ἅπτε πρῶ λύχνον. Quanquam etiamsi legeretur λύχνου, cogitandum erat ἅπτω, non poni pro ἅπτωμαι. quod planè videtur persuasum habuisse: quum itidem in prouerbio, Etiam corchorus inter olera, κἂν ὑφάψῃ τις λάχανον, interpretetur, Deinde corchorum attigimus, putans ὑφάψῃ esse ab ἅπτω, & idem valere quod ἀφάψῃ: quum sit ab ἕψω, quod coquo significat.

Vacuam inhabitare domum. 95

In ostentatores.

Κενὴν οἰκεῖν οἰκίαν, id est, Vacuam habitare domum dicuntur qui speciem rei magnificam ostentant, quum ipso bono vacui sint. Plato trimetrum citat, haud dubium quin vulgò iactatum, quandoquidem authoris nomen tacet. Καὶ ἄκουε· ἐπὶ δυ δεῖξαι φρονεῖν, δεῖξαι τε καὶ λαβεῖν ἀφεὶς· ὥστε λαμβάνειν χρὴ φαίνειν ἔτι. εἶτα φυσιᾷς. Ἐξ ὧν ἀνάγκη σε καταγνῶναι δήμους ζηλοῦν τὴν ἡσυχοῦσαν οἰκίαν καὶ μακρὰ χαίρειν, ἀλλ' εἰς ὅτι ἂν βλέπῃς, ἂν δόξα, ἂν δίκη πολλὰ ἀγαθά· id est, Eáque exerce vndecunque videberis sapere omissis illis ad ostentationem facientibus: siue deliramenta ea vocari decet, siue nugas:

Ex quibus maxes incolet tandem domos:

neque magnifacias viros qui hæc minuta redarguunt, sed illos potius quibus adest res familiaris, & honesta fama, aliaque multa bona. De vacuo gratiarum seruitio diximus alias.

Σκιωθοῦν. 96

Σκιωθοῦν, est alterum asperis conuitiis incessere. Athenis erat festum quoddam, in quo ius erat dicteriis & conuitiis in alios ludere. Vnde σκιωθοῦν dici cœperunt qui liberius in quempiam debacchabantur. Festo nomen erat σκίρα. σκιώθειν enim proprie dicitur quod asperum asperúsque molestum est. Ita Hesychius & Etymologus. Simile illi, De plaustro loqui.

De plaustro loqui.

A sexaginta viris venio. 97

Athenienses mire delectabantur iis qui risum dictis aut factis mouere norunt, adeò vt ad hoc in Diomeo aut Heracleo sexaginta conuenirent, qui in ciuitate nominabantur sexaginta viri (quemadmodum nos dicimus duumuiros, triumuiros & decemuiros, magistratum significantes) vt si quid ridiculè dictum esset, vulgò ita loquerentur, οἱ ἑξήκοντα τῶν εἶπεν, id est, Sexasexaginta viri hoc dixerunt aut, ἥκω παρὰ τῶν ἑξήκοντα, id est, à sexaginta viris venio. Refert Athenæus lib. 14. Erat Athenis tribus quæ dicebatur Διομεῖς, à Diomo quodam

quodam Colyti filio vnde *Διομεῖον*, vt ex Hesychio licet coniicere. Poterit per ironiam dici in dictum insipidum & agreste, Dictum sexaginta vnius dignum: Aut in stultè dicacem, Hic nobis venit à sexaginta vnius.

Capite gestare. 98

Quos tenerè amamus, capite gestare dicimur. Plato libro de rep. 10. Καὶ ὅτι ἐμοὶ τῆσοφίας οὕτω σφόδρα φιλοῦσιν, ὅστις ποτ' ἐστὶν ὑπ' ἐκείνων κεφαλῆς ἀεὶ φέρουσιν αὐτὴν ἐκείνην. id est, Et huius sapientiæ gratia tam vehementer amantur, vt amici tantum non eos in capitibus circumferant. Translatum apparet à matribus ac nutricibus, quæ infantulos cunis impositos, capite portant. Simili figura Cicero dixit, Oculis ferre, pro vehementer amare: & in sinu ferimus, quos singulari affectu prosequimur.

Demisses auriculis. 99

De animo deiecto. Qui deiecto sunt animo auriculas super humeros habere dicuntur. Ita Plato lib. de rep. 10. τὰ ὦτα ὑπὲρ τῶν ὤμων ἔχοντες, id est Auriculas super humeros habentes; hoc est, animis deiectis & ægris. Sumptum est à iumentis, quæ sic aurium motu testantur affectum animi, quemadmodum homines fronte & oculis. Nam vni homini (vt ait Plinius lib. 11.) natura tantum vultus dedit immobiles. In iumentis autem & quadrupedibus ferè omnibus auscultantibus sunt erectæ, fellis marcidæ, nutantes pauidis, lubrectæ furentibus, resolutæ ægris. Inde est illud Flacci,

Demitto auriculas, vt iniqua mentis asellus,
Quum grauius dorso subierit onus.

Quin & hodie vulgò qui ipse sua frustrantur, dicuntur auriculas demittere, & auriculas habere pendulas. *Spe frustrati.*

Ἀγαθοδαιμονίζειν. 100

Agathodæmonistæ dicebantur olim qui parcè biberent. Tantùm Hesychius, author ex te nomen habens: nisi fortè hoc operis quod habemus, epitome est eius quod ille scripsit. Proditum est Socratem nunquam de primo cratere bibere solitum, sed secundo seruare sitim. Tertium autem craterem, ἀγαθοῦ δαίμονος, appellabant, quemadmodum alibi declaratum. Itaque qui sitim seruabant tertio crateri, ἀγαθοδαιμονίζειν dicebantur. Itali raro bibunt in conuiuio, nec nisi laburnato, vt Plautino verbo vtar, stomacho. Nos potu auspicamur conuiuium, & potu claudimus, frustra reclamantibus medicis.

CHILIADIS QVARTAE CENTVRIA SEPTIMA.

In frigidum furnum panes immittere. 1

De inchoatis operis. ΕΙΣ ψυχρὸν ἐπὶ κρέας βάλλειν. id est, in frigidum furnum immittere panes, dicuntur & hodie, qui docent indocilem, qui monent auersum, aut qui alioqui sumunt inanem operam. Refertur apud Herodotum lib. 5. qui titulus Terpsichore: Consultis manibus Melissa apparens, negauit se indicaturam vbi reconditum esset depositum, quum ipsa algeret nuda. Nihil enim sibi profuisse vestes quibuscum fuerat sepulta, quòd non essent exustæ. Astruxit fidem suis dictis hoc indicio, ὅτι οἱ ψυχρὸν τὸν ἄρτον ἐσβαλόντα κρέα πλήθειν, id est, quòd in furnum, quum frigeret, Periander ingessisset panes. Hoc ænigma solus Periander renuncium intellexit: sibi conscius, quòd cum exanimi coierat. Hoc ad prouerbij sensum opinor esse satis, quo nobis licet castius ac verecundius vti.

Mercurio dextro. 2

De iis, qui tentant aliquid. Hesychius indicat veteres in iactu quodam solere ominis gratia præfari Mercurium, quemadmodum in conuiuiis, ἀγαθῷ δαίμονι, ἢ Διὸς σωτῆρος. de quibus suo dictum est loco. Idem indicat, in sortibus ducendis primam sortem dici solere Mercurium. Per iocum vsurpare licebit, vbi quid aggredimur noui. Qui de summa periclitantur, dicuntur omnem iacere aleam: qui primùm tentant aliquid, dici possunt Mercurium ducere. Iulius Pollux libr. 6. cap. 9. indicat in κρεωτομίᾳ, id est, carnium partitione, primam carnium portionem, Ἑρμοῦ λαχεῖν, id est, Mercurij sortem, appellari solere.

Ne Mercurio quidem credere. 3

Strabo lib. 1. de narratione parum probabili, τῶν ἴσων τῷ Ἑρμῇ πιστεύειν τὸν λέγοντα: id est, quam ne Mercurio quidem credat aliquis narranti. Tametsi locus mendosus est, vt sunt pleraque in hac prima æditione, οὐδὲ sine controuersia legendum est. Propriè conueniet in eos qui longinquis peregrinationibus circumacti narrare solent prodigiosa. At viatorum deus habebatur Mercurius.

Mercuriale. 4

Hermæum. Ἑρμεῖον Græci vocabant lucrum præter expectationem obtatum, à primitiis quas olim in viis ponebant Mercurio: vt viatores veneraretur. Alij malunt dictum ab acernis lapidum, quos in itineribus ambiguis Mercurio sacros ponebant. quorum meminerunt & Hebræorum proceres: Sicut qui mittit lapidem in aceruum Mercurij, ita qui tribuit insipienti honorem. quanquam hic varie tractatus est Græcis. Quidam ita sunt interpretati, ὃς λίθον βάλλει εἰς σφενδόνην, ὁμοίως ὃς τῷ διδόντι ἄφρονι δόξαν. id est, Qui religat lapidem in funda, similis est ei qui tribuit stulto gloriam. Alij pro hermæo verterunt πολυάνδριον, qui locus est multorum sepulturæ destinatus & lapidem accipiunt non quoduis saxum, sed genimam. Nec multum inter se discrepant qui verterunt polyandrium, & qui hermæum. Nam & sepulchra plebeiorum habebant congeriem lapidum. Vnde illud Maronis,

Monte sub hoc lapidum tegitur Bellista sepultus.

In locum sordidum ac funestum stulte mittas gemmam. non enim ornat locum, sed sordidatur à loco. In hermæum verò si mittas quemuis lapidem, nihil est gratiæ (nec enim extat in turba lapidum, singulorum officium) si gemmam, multo stultior es. Sed illorum est argutissima sententia qui verterunt fundam. Non enim tantum perit officium tuum, sed in tuum malum reflit. Veluti si stulto lapidem iniectas fundæ, dedisti quo te feriat. Verum hæc non sunt propriè huius instituti. Suidas citat hæc absque nomenclatura, Οὐχ ὡς τυχὸν ἀγοράσας τὸ Ἑρμαῖον οὐδὲ οἰκείοις ἀφειμένοις ἀδείαν ἐπὶ τοῖς παρ' ἐκείνου ἐπιτηδεύμασιν. id est, Non iuxtà cæterorum morem, captus amore lucri, nec arbitratus se nihil peccare si volens à volente quiduis mercatus esset. Idem refert hanc sententiam tacito item authoris nomine, Ἑρμαῖον δὲ τὸ κερδαίνειν ἅπας ὁπωσοῦν, id est, Lucrum est improborum, quisquis est humanus ac modestus. Bonorum enim lenitas, inuitat malorum audaciam. Refert & illud ex Damasceno, vt apparet, Καὶ ὁ δόκιμος Ἑρμαΐσκος τυχὸν ὁ μοι ἐφεστηκώς. id est. Videbatur sibi in hermæum incidisse quisquis in me inciderat, Recreat enim viatorem; vbi dubius de via reperit aceruum Mercurij. Idem aceruus dicitur λίθος Ἑρμῆς id est, tumulus siue collis Mercurialis. Philostratus in sophistis Hermæum appellat thesaurum in ædificio repertum, & aliàs pro insigni lucro fortè obiecto vsurpat.

ANIMD. HENR. STEPH.

Ἑρμαῖον Græci vocabant lucrum.) Vt Ἑρμᾶς prouerbialiter non dicitur, sed κατὰ Ἑρμᾶς: ita nomen solum Ἑρμαῖον (vel potius Ἑρμαῖον. Jan prouerbiale sit dubito: ac potius adagij formam ei subesse existimo, quum additur κατὰ, & dicitur κατὰ τὸ Ἑρμαῖον. quo genere loquendi vtitur Lucianus eodē plane modo quo illo κατὰ τὸν Ἑρμᾶν. Sic & Synesius dixit κατὰ τὸ Ἑρμαῖον in epistola quadam ad Pylæmenem, καὶ μὴ ἀστόχως αὐθις ἐπιστῆσαι ἡμᾶς φιλοσοφίᾳ ἐμῇ κατὰ τὸ Ἑρμαῖον κατορύξαι. Quare qui, cum Erasmo, volent huic voci nudæ Ἑρμαῖον subesse prouerbialē figuram, videant etiam atq. etiā quem ille sequutus sit & quē cum eo sequatur auctorem. In istis quidem Lexicis Græcolatinis scribitur, Ἑρμαῖον significare commune inuentum: non minus falsò quàm illa duo quæ adduntur, vsurpari & pro Mercurij fano: Ἑρμαῖος, & Ἑρμαῖος idem valere quod tumulus. perinde quasi non idem sit Ἑρμαῖον posset idem quod Ἑρμῆν significare, & quod non quod Ἑρμαῖον κατὰ: item Ἑρμαῖος idem quod λίθος. De quibus plura in nostro linguæ Græcæ Thesauro.

V. *nem o litum*) Duas hasce illius vocabuli declinationes apud Suidam inueni, fateor, sed longè petitas esse, ac fortasse etiam ex errore ortas dico. Eustathius quidem certe neutrum harum ponit, sed aliam ex proximo petitam, & solum vt opinor, veram. quæ hic prætermitti non debuit. esse videlicet appellatum Σμαῖον bonum quod nobis forte fortuna offeritur, indè quòd veteres omnia emolumenta Mercurio accepta ferrent. Et, vel tacente Eustathio, nemo est qui ignorare possit, non lucrorum duntaxat, sed & furtorum exitum fuisse præsidem. Quemetiam vt κατὰ ἐμπορίαν, ita etiam κατὰ τὸ Σμαῖον, dicitur. si ergo illius generis loquendi rationem hanc reddimus, non illas duas quæ sunt apud Suidam: equidem huius quoque eandem reddere par erit. Sed quid verbis opus est? en ipse Libanius dubitationem omnem tollit, Σμᾶ δῶρον pro Σμαῖον proferens. Ita enim epist. 149. Scribit ad Belçum, εἶδε ἡ Σμᾶ δῶρον τὸν ἀδελφιδοῦν ἡμῶν. Cæterum quam re quam latè pateat vius vocabuli Σμαῖον, non docuerit Erasmus (quanquam id postulabat hic locus) sed ea tantum quæ apud Suidam de eo inuenit, proculerit: operæpretium me facturum arbitror, si quæ ab eo non videntur debuisse omitti, addidero. Σμαῖον igitur non significat duntaxat lucrum præter expectationem oblatum, lucrum inopinatum & aduentitium: sed Σμαῖον vocatur interdum res omnis commoda & vtilis, etiam quæ præter expectationem & forte fortuna nobis non obueniat. Plato lib. De leg. 11. πῶς μὴ ἀγαθὸς Σμαῖον ἐκ θεῶν γένοιτο. ζώττειμηχεὶ Ἡφαίστου τῶ βίω, ἢ ἀνεμώτις τις, σπέρμα ἐκ Διὸς πῦρ καιῶ δὲ μᾶλλα θρέψειεν. Ac planè tam latè patet interdum quàm ἀπόκτημα: quod vocabulum etiam adiungitur nonnunquam illi. vt apud eundem in Sympolio, ἐγκωμιάζω ἡ αὐτὸν ἐπιδεικνύναι ὅτι τῶ ἐμοὶ ὄντι, Σμαῖον κτῆμα εἶναι καὶ ἀπόκτημα Σωμμαχεῖν οὐκ ἔστιν, &c. Et pro quo hic Σμαῖον καὶ ἀπόκτημα Σωμμαχεῖν, alibi Σωμμάχον κύριον vsurpat. vt in Apologia Socratis, quum hic dicit, ἢ εἴτε δὴ μανθάνειν ἀδύνατος ἐστιν, ἢ μὴ οἴεται ὀνίνασθαι, πειθόμενός τις κατανοήσει καὶ ἀφεμένου ἐμοῦ, Σωμμάχου κύριος ἀδὴν ἡ διάνοια quæ postrema verba Cicero interpretatur Tusc. 1. Dij boni quid lueri est emori? Quanquam semper ad primam significationem alludi fateor, quam Σμαῖον pro lucro quolibet ponitur. Interdum etiam pro occasione vsurpatur, quæ nobis velut quoddam lucrum, præter expectationem offertur. Athenæus δειπνοσοφ. lib. 13. ἢ Οὐλπιανὸς, ὥσπερ Σμαίου τινὸς, ἔτι λαλοῦντος τῆς Μυρτάλης, ἔφη. vbi & subaudiendum verbum aliquod. Cicero quadam ad Atticum epistola, Itaque vt legistis de Varrone, tanquam Σμαῖον arripui. Aptius esse nihil potuit ad id philosophiæ genus quo ille maximè mihi delectari videtur. Id est, occasionem scribendi de Academicis valde optabilem arripui. vel, Occasionem illam auidè tanquam aliquod lucrum insperanti obiectum, arripui. Dixerat enim principio alius epistolæ, Commotus tuis literis, quòd ad me de Varrone scripseras, totam Academiam ab hominibus nobilissimis, abstuli, transtulique ad nostrum sodalem, & ex duobus libris contuli in quatuor. In quo Ciceronis loco quædam editiones habent Σμαῖον: sicut & hic in principio annotationis Erasmicæ legitur. sed vtrobique male. Σμαῖον enim templum Mercurij significat, ea forma qua dicitur ἡμῖον & ἀνωμοτῖον. Sed nec Σμαῖον rectè cum circumflexo in penultima scribitur hic, nec in lex eis. reclamant enim grammatici, qui Σμαῖον aiunt in ea significatione qua hic sumitur, debere περισπᾶσθαι.

Σμᾶ δῶρον.

Σμαῖον quid.

Filum neuisti, & acu opus est. 5

Proverbij faciem habet versiculus, vt apparet ex præfatione: quem Iulius Pollux libro decimo refert ex Hermippi fabulis,

Ῥάμμα νέησαι, κερκὶς δὲ καὶ ῥαφίδες. id est,

Filum deuinxisti, opus est & acu.

Quum significari videretur non satis esse cœpisse, nisi pari industria perficias. Did cisti autem, superest exercitatio. Didicisti grammaticam, restat dialectica. Didicisti sacras literas, restat bona vita.

Calum cum sis, &c. 6

Gregorius theologus in epistola quam ad Eustachium sophistam, quem lacessierat, Καὶ ἐδὲ ὑπὸ τῶν παιδίων τῶν ἰδιωτικῶν ἐπαιδεύθην φόβητρόν σε καὶ κακὸν μέγιστον ἀπειλούμενος ἐφ' ἡμῖν ἡ τῶν ἐμῶν καὶ ἐμαυτῶν, ἐδ' ὑπὸ τῶν πολλῶν λόγων ἐπιστρέφομαι, id est, Ac non saltem à proverbio plebeio didicerim, quum tibi calvus ne obueris. Ante obnuere arieti, neque vesperum videre me prouocare, nimirum linguam ad maledicendum quam ad benedicendum promptiorem. De non irritandis crabronibus dictum est alias.

Argenteus puteus. 7

Φιάλη ἀργυρᾶ, id est, Argenteus puteus. Athenæus libro vndecimo, indicat olim ingens poculum dici solitum puteum argenteum: nam cyathi pusilli erant. Sunt & hodie qui delectantur è profundis poculis haurire, atque, vt inquit ille, proluere labra, habentes in ore prouerbium, Multa aqua ori admota probe macerari barbam. locus est à tonsoribus, qui rasuri, prius calida macerant barbam.

Malo asino vehitur. 8

Quibus res sunt parum secundæ, mala asella vehi dicuntur, ἐπ' ὄνου πονηροῦ ἐχομένου. Suidas ceu prouerbium refert in dictione πονηρὸς. Fœlices enim eximus equis insidere gaudent quo celeriùs perueniant eò quò volunt. Nec inscitè iacitur in hominem parum fœliciter coniugatum.

Parùm feliciter coniugatus.

Allium in retibus. 9

Σκόροδον ἐν δικτύοις, id est, Allium in retibus, de sordido commeatu dicebatur. hinc natum, quòd Attici, quoties nauigationem aut expeditionem adornabant, conseruabantur, allio, eáque retibus imposita secum ferebant. Item in obsidionibus vbium, in precio erat allium, vnde illud citra nomenclaturam apud Suidam, ἀπόλλυμαι τὸ σκόροδον πολιορκῶν, id est, Perdo allia in obsidione. Thraces præcipue delectantur allijs, vt pote calidis, quum regionem inhabitent frigidam. Quin & hodie nautarum deliciæ sunt allium, non ingratus & rusticorum cibus, vtcunque execratus Horatio. Locus erit adagio, si quem admoneas, vt philosophiæ studium aggressurus, paret sese ad frugalem victum, ad vigilias ac labores. Sine quibus non paratur eruditio, πραγμάτων ἐν δικτύοις.

Sordidus commeatus.

Sybaritici sermones. 10

Συβαριτικοὶ λόγοι, Hesychius narrat Ἀκροᾶσθαι quempiam, Sybaritam opinor apud Græcos summo studio incubuisse vt orationis quoque genus haberet lautum & opiparũ vnde locum prouerbialẽ ortũ, vt oratio nitidior & accuratior, Sybaritica diceretur. Ea solet, carere fide, nã veritatis simplex ac breuis est oratio: talis enim solet hominis oratio esse qualis vita. In exemplo sunt Mæcenas & Apuleius, ille deliciis effœminatus, hic Afer & magus. De Sybaritarum apparatu dictum est in prouerbio Sybaritica mensa.

Oratio nitidior.

ANIM. HENR. STEPH.

V. *baritam*) De errore qui est in hac verborum Hesychij interpretatione admonuimus antea.

Maturior moro. 11

Πρωϊμώτερος μόρου. De Hectore Æschylus in Phrygibus ita loquitur apud Athenæum lib. 2.

Ἀνὴρ δ' ἐκεῖνος ὧν πρωϊμώτερος μόρου. id est,

Verùm vir ille erat moro maturior.

Dici potest vel in hominem miti ingenio præditum, vel in mollem, vel in vehementer propensum ad aliquid, velut in virginem nupturientem. Addit ex Nicandro, huius arboris fructum primum omnium apparere. Additur & huic arbori vellicatio, ad maturitatem. Opinor sici genus esse, quum scribitur per ο μικρὸν, μόρον.

Flos cinis. 12

Diuus Augustinus libro aduersus Petiliani literas 2. cap. 8. irridens quòd aduersarius iactaret, quod suorum animabus impletum esset cælum, corporum memoria terræ floruisset, respondit, Sanè de corporibus eorum multorum terrarum flores videmus, sed sicut solet dici, flos cinis. Donatistæ suos, qui sibi manus attulissent, quive prouocassent alios vt ab eis occiderentur, ni mallent occidi, in numerum martyrum referebant, eorum monumenta frequentantes. vnde flores illos cinerem vocat. Dici solitum videtur in fugacitatem humanæ vitæ. Hodie floret iuuentus, cras erit in sepulchro. Et iuxta Prophetam, Omnis caro fœnum.

Vita fugax.

Homo semper contradicens. 13

Galenus libro quo refellit Iulianum nescio quem calumniantem aphorismos Hippocratis, refert hanc sententiam vt vulgò celebratam, ἀνὴρ ἀεὶ ἀντιλογικὸς

οὐδενὸς ἀφυέστερος, i. nihil est pertinacius ad contradicendum quàm homo. ἀφασιλογία est vitium quo quis garriendi finem nescit facere. Conueniet in eos qui nunquam fatentur se victos. Hoc vitio maximè laborant stupidi & imperiti.

Insanire cum insanientibus. 14

Τοῖς μαινομένοις συμμαίνεσθαι, id est, Cum insanientibus insanire, dicebatur qui se moribus quorumlibet attemperabat. Vsurpauit Galenus lib. τῶν φυσικῶν δυνάμεων 1. Ἐπεὶ δ' ἴσασιν οἱ ἰατροὶ τὸν τοιοῦτον, οὐχ ὑγιᾶ, ἀλλ', ὡς ἐν παροιμίᾳ φασί, μαινομένοις ἀλλήλοισιν συμμαίνοντα· πάλιν δὲ τὸν ὑγιᾶ τῶν ὑγιῶν εἶναι δεήσεσθαι, id est, Postea quam autem satis nugati sumus haud sponte, sed iuxta prouerbium, coacti cum insanientibus insanire: rursus ad vrinarum discretionem reuertamur.

Callipygos. 15

Eleganti formæ puellæ.

Καλλίπυγοι dicebantur eleganti forma præditæ. Athenæus libr. 12. ad huiusmodi fabulam refert originem prouerbij. Duæ sorores, rustici cuiusdam filiæ, de formæ præstantia inter se decertabant in via publica. Accessit adolescens, qui formas admiratus, patri seni ostendit. Is maiorem præferens, eius amore captus est. Profectus in vrbem, lecto corpit decumbere. Morbi causam expositit fratri natu minori. Is rus profectus, conspectis puellis, minoris amore correptus est. Pater virginum collocat eas huius filio, quas ciues ob insignem formam appellarunt καλλιπύγους. Harum opibus extructum est Veneris templum, quam & ipsam à puellis dixere καλλίπυγον.

De quibus Cercidæ iazontem citat,

Ἦν καλλιπύγων ζῶσα τὸ Συρακούσιον — id est,
Per callipygon quondam erat Syracusis.

Eosdem appellant πυπρόγους, vt alibi diximus, in prouerbio λευκόπυγοι.

Quod volumus sanctum est. 16

Diuus Augustinus libro contra Cresconium grammaticum quarto, Non iam vt vetus prouerbium fertur, Quod volumus sanctum est, sed etiam Quando volumus, & quandiu volumus. Alibi, ni fallor, citat ex Ticonio Donatiano. Est hemistichium carminis hęc voici. Genus hoc hominum hodie regnat in mundo, qui pietatem non exigunt ad Christi regulam, sed ad suos affectus: & quicquid vehementer amant, hoc videri volunt etiam sanctum, in rebus natura sceleratissimis sibi mire blandientes.

Qui sua effrenatius mentiuntur omnia.



Ne crepitu quidem digiti dignum. 17

Athenæus lib. 12. de Sardanapali epitaphio loquens, Καὶ τυμβότευκτος, δείκνυσι τὸ σῶμα τύπῳ τοῦ δακτύλου, οὐκ ἀξιῶν ὅλως τῶν ἐπὶ τοῖς σώμασι σημάτων, οὐδ' ἄξια ὅλως ἡγούμενος δακτύλου, id est, Et mortuus declarat in monumenti statua digitis, quàm deridiculæ sint res hominum, ne digitorum quidem crepitu dignæ. Mox Aristobulus apud eundem indicat Sardanapali sepulchro impositam fuisse statuam, dextræ manus digitis ea specie compositis qua solemus edere crepitum. Et gestus is, & prouerbium in hodiernum vsque diem manet, apud nostrates, quum aiũt, Ne huius quidem facio.

Coriaceum auxilium. 18

Σκυτίνη βοήθεια, id est, Coriaceum siue Pelliceum auxilium apud Atticos infirmum & imbecille dicebatur. Refertur apud Hesychium. Athenæus lib. 12 indicat dictum in quendam Samnyrionem macilentum, quòd præter pellem nihil haberet. Apud eundem lib. 13. Antiphanes philosophos macilentos notans, Μετὰ σοφιστῶν τῶν ἀβλαυτῶν, ἀσίτων, σκυτίνων, id est, Cum sophistis per louem macilentis, impastis, pelliceis. Tales erant olim philosophi.

ANIM. MANN. STEPH.

V. Σκυτίνη (Pro σκυτίνη scribe hic σκύτινον, & siculnum pro Coriaceum seu pelliceum. est enim error in exemplari Hesychij. Sic & apud Aristophanem legitur σκύτινα βοήθεια, & σκύτινος σκυτίνῳ apud eundem Hesychium σκύτινα μαχαίρα. Ita dicitur & σκύτινα ταῖς, item σκύτινα βακτηρία, apud Alciphr.

Tanagræum cetum. 19

Obesum ac prægrandi corporis mole Τανάγρειος κῆτος

appellabant, à Tanagra Bœotiæ ciuitate, quã Homerus Ἡιόνας vocat, Lycophron Pœmandriam appellat, maritimam: ad quam delatus cetus immani magnitudine prouerbio locum dedit. Refertur ab Athenæo lib. 12.

Legatus non cæditur neque violatur. 20

Legati sacri, & inuiolabiles.

Scholiastes in Iliados quartum refert hoc prouerbiũ, Πρέσβις ἀ τύπτεται, οὐδ' ὁρίζεται, id est, Orator nec percutitur, nec violatur. Quod præconum genus olim habitum fuerit sactum. Id iure gentium receptum est, vt legati publica fide veniant & redeant inuiolati, etiamsi perferant atrocia. quales erant olim fetiales ac patres patrati. Nunc in mediis etiam bellis caduceatoribus parcitur. Deflecti poterit ad bene monentem, siue recta consulentem, siue concionantem liberè. Legatus est, refert mandata sui principis, aut agit negotium publicum: non est fas illi vim admouere.

Herculani lecti. 21

De mollibus & delicatis.

Ἡρακλειανὰ στρώματα, id est, Herculani lecti, dicebantur molles ac delicati. Testis est Athenæus lib. 12. quod dictu mirum est, quum Cynici sibi vindicent Herculem. Sed is qui hæc loquitur apud Athenæum, hoc agit vt persuadeat Herculem mollem ac voluptariam egisse vitam: cæterùm quæ de illius laboribus feruntur apud poetas, meras esse figmenta. Sic homines blandiuntur suis vitiis.

Ἀκκεῖσθαι. 22

Athenæus lib. 12. narrat quod Scythæ, quum multis calamitatibus premerentur, per luxum ac delicias omnibus populis quibus imperabant detondebant comam. vnde cæteri rasuram ignominię ludibriique causa factam, appellabant ἀκκεῖσθαι. Simile quiddam legimus 2. Reg. libro cap. 10. Annon rasit dimidium barbæ seruis Dauid, præciditque vestes vsque ad nates? mirum ignominiæ causa. Quæ res atrocis belli causa fuit. Conueniet in quosdam asperis moribus, quibuscum vix quisquam habet commercium, nisi discedat cum ignominia.

Macilentior Leotrephide. 23

Ἀσιτώτερος Λεωτρεφίδου καὶ Θαυμαστίδου, i. Gracilius Leotrephide ac Thaumastide. Leotrephides insigni macilentia corporis, comicorum talibus locum dedit, in quẽ Hermippi versus referuntur apud Athenæũ, lib. 12.

—δύνασαι νῦν βοῆσαι

Λεωτρεφίδου λεπτότερα καὶ Θαυμαστίδου. id est,
Immittas nunc buccinas
Exiliores Leotrephide ac Thaumastide.

Notatus est à multis & Cinesias poeta, procero, sed tam gracili corpore, vt corticib. arborum circũcinxerit ne inflecteretur, ob id ab Aristophane dictus φλοιοτορος. Nobilitatus est & Phileta poeta, qui globos plumbeos pedib. addebat, ne ventis abriperetur, tanta erat corpusculi tenuitas. Congruet in homines exiles ac prætenues. Iucundius erit si transferatur ad inopiam ingenij, aut dictionem aridam, ieiunam & exanguem.

Cinesias.

Cape nihil, & serua bene. 24

Λάβε μηδέν, ἴσχε καλῶς, id est, Cape nihil, & serua bene. Videtur in eos dictum, qui quum doceant frugalia, tamen iubent auditores meminisse. Galenus de Platonis & Hippocratis placitis lib. 3. Οὗτος γὰρ μόνῳ, οἶμαι, τοιαῦτα τὰ ἐξ ἀρχῆς τοῦ παιδὸς ἐπιμελείᾳ λεχθέντα ὑπάρχει αὐτῷ, τὸ λάβε μηδέν, ἴσχε καλῶς, id est, Si quidem hoc vno modo persuadebitur quòd adsit illi illud prouerbij, Cape nihil, & serua bene. Congruet in doctrinam inutilem ac falsam.

Μυιοσόβας. 25

Et hodie vulgò dicuntur μυιοσόβαι, id est, musarum abactores, qui frivolis officiis cuipiam obseruiunt, quòd à Persarum deliciis natum indicat Athenæus lib. 12. qui in conuiuiis μυιοσόβας adhibebant. quod nunc apud Italos plebeium est. Et μυιοσοβεῖν est abigere muscas, quod quadrabit etiam in illos qui tenere amant quempiam, vt minimo etiam illius incommodo offendantur. vt conueniat cum illo quod alibi retulimus ex Homero,

—ὡς ὅτε μύιαι

Πανδρὸν ἄλγεα μῆλα ἔπι νήδυμα λέξεται ὥρῃ. id est,
—*non secus atque genetrix*
Muscam arcet puero somno mulcente quietum.

Miserior monomachis. 26

Nõ caret prouerbij specie quod ex Posidippo Comico refert Athenæus lib. 4. Τῶν μονομαχούντων ἀθλιώτερος, id est, miserior his qui monomachiam exercent. Nam

hi durissima lege committuntur, vt aut alter aut vterque intereat. Carmen sic habet,

Ὦ μὴ πατάξαι ἄθλιον δύστηνον κακῶς.
Τὸν μητρὸς ἔχοντα γαστέρα τὸν ἀτυχῆ τέκνου. id est,
O tibi malum nauganti quod erudis,
Qui matrem habentem gestat infelicem sibi.

Hos Latini vocabant gladiatores, quo spectaculo quũ nihil possit immanius esse, tamen olim Romanis erat in deliciis. Lepidius fiet si transferatur ad contentionem cum homine improbissimo suscepta. quam pugnam dicas gladiatoriam.

Zenonium est & lentem coquere. 27

Timon Phliasius apud Athenæum lib. 4. Καὶ Ζηνωνεῖόν γε φακῆν ἑψεῖν. id est, Zenonis est & lentem coquere. Zenon Stoicorum princeps fuit, qui docet sapientem omnia recte facere: nec referre quid agat, sed in minimis pariter ac maximis sapientem esse sui similem. Ex quo consequitur, ad lenticulam rectè coquendam opus esse sapientia Zenonis. Natum ex apophthegmate quod refert Diogenes Laertius. Quum enim Zenon diffiteretur sapientem omnia rectè facere, quidam irridens obiecit, Igitur & lenticulam rectè coquet. Zenon annuit, & confectionem approbauit. Sed licebit vti, quum dicemus esse virum bonum etiam in rebus minutissimis sui similem esse: aut egregium artificem, in quacunque materia declarare qualis sit artifex.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. *Ζηνός γε φακῆν*.) Non iubaudiendum est verbum ἔδει, vt putauit Erasmus, nec ζηνωνεῖον ita debet accipi: sed pro adiectiuo quod iungatur cum substantiuo φακῆν, pendet enim inuentiuus ἕψειν a verbo μεμαθηκεν, quod sequitur apud Athenæum statim post. vbi legitur, διὸ καὶ Τίμων ὁ φλιάσιος ἔφη, τὸν Ζηνώνειον γε φακῆν ἑψεῖν ὃς μὴ φεστίωνος μεμαθηκεν. id est, Et qui Zenonium lentem coquere sapienter non didicit. Sed Erasmum decepisse verisimile est πλάνη σύστασις, quæ potest ἕψειν habere: ac putasse illic verba Timonis finiri, quum potius hæc ὃς μὴ φεστίωνος μεμαθηκεν, hexametrum ipsius absoluant verum.

Oleam ne comedas. 28

Chrysip apud Athenæum lib. 10. in opere περὶ τοῦ καλοῦ tradit huiusmodi sententiã μήποτε φαγεῖν ἐδὼν, ἀκαλήφην ἔχων, χειμῶνος ὥρᾳ. id est, Ne quando comederis oleam, quum habeas vrticam, hyberno tempore. Opinor illum lentire de herba, non de pisce. Nec vsum adagij video, nisi fortasse significabimus extremam victus parsimoniam, vt ne vitricæ quicquam adhibeatur condimenti. Mox iubet βουβοφακῆν velut deicias, cibi genus (vt Græca vox indicat) ex bulbis & lenticula confectum: βουβοφακῆν, βαδαί, βαδαί. Vrtica calida est, sed minoris constat quàm oleum. Subindicat autem, artius membris nec oleo nec vrtica opus esse.

Extrema victus parsimonia.

Βουβοφακῆν.

Olla lenticulam attigit. 29

Epicharmus apud Athenæum eo quem modo citauimus loco, ἅπτει ὁ φακῆς ἄλλον, Sed olla lenticulam attigit. Conuenit in eos qui vehementer propensi sunt ad aliquid: velut huc nati, vt vitro nulla data occasione, se conferant ad id quod appetunt. Olla fictilis videtur ardere lentem, ac veluti vltro venire ad lentem. Similiter dicimus, quod alibi retulimus, Ipsa olera olla legit, & Equum in pruniciem.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. *ἄλλον*.) Vertendum fuit, Olla lenticulæ coquebatur. nam ἄλλον non deducitur ab ἅπτομαι, quod est attingo: sed ab ἅλλομαι, quod est coquor. Idem planè erratum, admisit antea, hæc Aristophanis verba, κἄθ' ἥψατο τῶν ὀρχήστων, interpretans, Deinde corchorum attigimus. nam ἥψατο nõ significat attigimus, (nec est ab ἅπτω, quod pro ἅπτομαι id est, attingo, putauit vulgari) sed coximus, bisimus. Est autem locus hic in prouerbio, Etiam corchorus inter olera.

Qui non zelat. 30

Non amat, qui zelotypiat.

Diuus Augustinus aduertit Adimantum cap. 13. dicere vulgo iactatum, Qui non zelat, non amat. Quod sanè & hodie fertur, quum negant illic esse amorem vbi non est zelotypia. Verum est ex amoris vehementia nasci zelotypiam, sed eadem interdum nascitur ex inopia mentis. Deus in arcanis literis Zelotes dictus est, quòd solus amari velit, nec patiatur quicquam amari præter ipsum, nisi ametur propter ipsum.

Lens Deum. 31

Apud Athenæum libro 4. refertur hic trimeter, vt apparet, prouerbialis,

Φακῆς σε δαίμων ἐξ ἑφθῆς τύχοι λαβεῖν. id est,
Te cruda lens corripiat & infortunium,

φακῆς dicitur lens cruda, ἑφθὴ cocta, vt indicat Etymologus. Conuenit quoties eadè ad fastidium iteratur. δαίμων autem Græcis fortunam sonat, vnde κακοδαίμονες δαίμονες dicuntur infœlices, & idem sonat τύχη. nec interest, nisi quòd dæmon est nomen τοῦ γένους.

Trabs in omnibus. 32

Δοκὸς δ' ὅλη πᾶσι πέπηκται, id est, Trabes in omnibus facta est. Videtur hemistichium ex poeta quopiam, quo significatum est, nihil esse tam certũ quin obtineat scrupulus, cogens nos ad exactiorem rei cõsiderationem. De trabe in oculis meminit Euangelium. Porrò Græca vox δοκὸς anceps est ad trabẽ, quam δοκὸν malunt sonare & ad considerationem, quam δόκιμον. Notum est illud Socratis φρόντισον, id est, solicite considera. Diuersium refert Galenus De differentijs pulsuum libro 3. Translatum apparet ab asseratione, quam difficilem reddit trabs subinde occurrens in arduo proscindendo.

ANIM. HENR. STEPH.

V. Δοκὸς δ' ὅλη πᾶσι πέπηκται. id est Trabes in omnibus facta est.) Fractura nititur ex his Græcis verbibus ita interpretatis sensum aliquem elicere, translationem abarratione putans esse. Nec verò hic vox primum omnium ad trabem & ad considerationem anceps est: sed omnino δόκιμος legere & interpretari opinatio necesse est. vt sit sensus, Sed opinatio est in omnibus. Illud quidem certè non male suspicatus est Erasmus, hemistichium videlicet hæc verba esse. nam reuera claudunt versum cuius principij est, κωφὸν ἐμοὶ τὸ νόημα. id est autem Xenophanis, vt docet Sextus phisicophilus. ex quo quæ remittere ad eum non possum, quum nondum editus sit) & præcedentes hunc versus proferam. Is cum loquens de eiis qui κενεόφρονα fustulerunt, ait ex eorum numero esse Xenophanem, qui nihil posse comprehendi dixerit his verbibus,

Καὶ τὰ μὲν οὖν σαφὲς οὔτις ἴδεν, οὐδέ τις ἔσται
Εἰδὼς οὔτε θεοὺς τε καὶ ἄστρα λέγων ἅπερ εἰμί.
Εἰ γὰρ καὶ τὰ μάλιστα τύχοι τετελεσμένον εἰπών,
Αὐτὸς ὅμως οὐκ οἶδεν· δόκος δ' ἐπὶ πᾶσι πέπηκται.

opinatio.

Ex libro gubernatores. 33

Galenus [illegible] contempsit de suis libris, Ἀλλ' ὥσπερ μαθηταῖς ἐν διδασκάλου [illegible] μεμφομένοις, ταῦτ' ἐκεῖνος ἂν εἰκότως ἔλεγεν [illegible]. id est, Cæterum qui non didicerunt sub præceptore, sed iuxta prouerbium similes sunt gubernatoribus e libro, illiusmodi quærunt. Idem I. libro De compositione pharmacorum tertio. Ἐπειδὴ τοὺς κατὰ τὴν παροιμίαν λεγομένους ἐκ βιβλίου κυβερνήτας, &c. Admonuimus quæ prouerbio dicuntur gubernatores ex libro. De multis magistris alibi dictum est.

Fractis auribus. 34

Galenus contra Tralybium, περὶ ὀλίγου σώματος ἐπιχειρήσαντα, ἐν ὅσῳ δεῖ τοῦ μὴ καταγέλαστον ἀποφήνασθαι, id est, Quorum satis admirandi illi libri, qui exeunt e manibus eorum qui fractas gerunt aures. De pugilibus, ni fallor, sentit, qui postea quàm meruerint auribus, horas: aut potius de libris imperitorum medicorum, qui legantur à pugilibus, qui solent habere laceras aures, more suum, oculos fugilatos, totam faciem tuberibus notatam, ex arte quam exercent. Galenus etiam crebro deitomachatur in athletarum genus. Visus est hoc adagio Plato in Gorgia, nec satis liquet quo sensu. Etenim quum Socrates dixisset audire quòd Pericles reddidisset Athenienses deteriores, nimirum ignauos ac timidos, loquaces & auaros, vt primus mercenaria stipendia instituisset: Callicles respondet, ἀλλὰ τοῦτο καὶ παῖδες ἀκούουσιν ὑπὸ σοῦ, καὶ σκυτοτόμοι, id est, Ab his quæ aures habẽt fractas aiunt a te Socrates. Sentit, opinor, de athletis & barbaris, quibus ignaui videntur à militari feroci natura. Hæc coniecturam meam tantisper valere volo, dum aliquis melior retexat explorator. De perforatis auribus dictum est alias. Conuenit in hominem pugnacem, & vt notantem multos, ita notatum à multis.

Corvus albus. 35

De rarissimo inuentu dixit Iuuenalis.

Deo, quod rarum mutatio

Corno quoque rarior albo.

Ammianus in epigrammate,

Θᾶττον ἴλλυις κέρκας πλωτάς τι χελώνας
Ἐρίφιν. id est,

Aut albus coruus prius, aut testudo volucris inuenietur.

Galenus libro περὶ φυσικῶν δυνάμεων primo, taxans Lycum quendam, qui nec Erasistratum sequeretur, nec ipse verum adferret, ait, Ὥσπερ ὁ Λύκος ὅτ' ἀνὴρ λέγων φαίνεται, ὅτι Ἐρασιστράτειος ἀλλ' οὐ πάνυ, οὔτ' ἄκρατος, οὔτ' ἐκ τοῦ παρείκοντος, ἀλλ' ὅπως κέρκαι, μᾶλλον αὐτοῖς τοῖς κορακίοις ἀποκρίνεσθαι δόξῃ τὸν χρόαν, μήτε ἴλλυις ὄφεις ὄφις ἢ μαλάκης, id est, Itaque Lycus dum palam est eum neque vera loqui, neque eadem cum Erasistrato, similis videtur albo cornuo, qui nec ipsis coruis admisceri possit ob colorem, nec columbis ob magnitudinem. Conuenit in hominem sui ingenij, & alienum à sensu communi. Sunt enim quos pudet viquam cum quoquam consentire: quasi nihil verum sit, nisi diuersum sit.

Ingenium alienum à sensu communi.

Asino fabulam. 36

Galenus περὶ φυσικῶν δυνάμεων libro tertio, Τοῖς δ' ἄλλοις ὑπὸ γήρατος ἡ κάμμα ἀφεστηκὸς, οὐκ ἐν ᾧ μᾶλλον ὄνος τῇ λύρᾳ, id est, Reliquis verò tam inutile fuerit scriptum, quàm si quis asino narret fabulam. Extat in Græcorum collectaneis, ὅταν τις ᾖσμα μέλῃ, ὁ δὲ τὰ ὦτα ὀκνῇ, id est, Asino quispiã narrabat fabulam, at ille mouebat aures. Ad hoc alludit Galenus libro De differentia pulsuum secundo, ὅθ' ὁ πάνυ γέρων ὄνος ὑπὸ τοῦ ὠτα ἔκνει τὰ ὦτα, id est, Ad hæc senex quidem ille, velut asinus quatiebat auriculas. Opinor, quod non assentiretur. Exilimo nobis de his aliàs dictum nonnihil.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. *quatiebat auriculas.*) Exilimo potius velut assensus signum hoc dici: subiungit enim Galenus, ἢ πῶς μέλλει ὁ πᾶς παρεῖναι δόκησιν τελεῖν (sed qui fit absque vllo iudicio, vtpote re de qua agitur, non intellecta. Sic & Lucianus videtur accepisse quum indoctum, multos libros ementem irridens, ait, Tu quoque ergo librum quidem in manu habes, & semper legis at eorum quæ à te leguntur, nihil percipis, sed asinus lyram audis, aures mouens.

Sub aliena arbore fructum. 37

Ex aliena arbore fructum legere dicuntur qui fruuntur aliorum laboribus. Ita Fabius apud Liuium libr. ab vrbe condita decimo, Fabius, inquit, quam arborem conseruisset, sub ea legere alium fructum, indignum ducere. Finitimum est illi, Alienam messem metis.

Alienam messem metis.

Milium terebrare. 38

Κέγχρον τρυπᾶν, id est, Milium perforare, dicuntur qui in re difficili, sed prorsus inutili, laborant. Galenus libro De Præcientia, taxans sophistas, qui putant philosophiæ studium vehementer inutile, sic loquitur, Ἀλλ' ἁπάντων μαθημάτων ἀχρηστοτάτων τῶν γεωμέτρων, οὐ μόνον τοῦ κέγχρον τρυπᾶν, id est, Quin potius omnium disciplinarum hoc existimant inutilissimum perinde vt milium perterebrare. Sic enim arbitrantur legendum, quum in editis libris habeatur τὸ κέγχρον, id est minutum leguminis genus, quod haud facilè perterebres, gemmarũ more, quum perterebrati nullus sit vsus. Simile studium fuit illius qui grana milij è longinquo mittebat per foramen acus.

Lanam in officinam fullonis. 39

Qui præposterè rem gerit lanam in officinam fullonis ferre dicitur. Fullonum enim ars non rudem lanam, sed iam contextum pannum tractat. Galenus De differentia pulsuum lib. 2. Ὅστις ὁ ἀκριβῶς τοῦτο οὐκ ἐπίσταται, γυμνασθῆναι χρὴ πρὸ τῆς κατηγορίας. τὸ γὰρ τῶν Ἀρκεσιλάου, καλὸν, οὐκ αὐτὸν τοῦτο εἰς γραφεῖον φέρειν τὸν ὅπου ἔριον ἔστιν, ὅταν ἡ μαθημάτων διδασκαλίας, id est, quod liquis hæc exactè velit allequi, prius exercitatum esse oportuit circa prædicamenta. Nam scitum est quod dixit Arcesilaus, nemo defert lanam in officinam fullonis. Quemadmodum enim est ordo in operandis lanis, ita est & in disciplinis. Refert hunc inter Academicos Laertius, qui solitus sit non ferre eos qui liberalis disciplinas non suo tempore attingerent. vt si quis velit discere poeticen aut rhetoricen, ignarus grammatices.

De fumo ad flammam. 40

Ammianus Marcellinus lib 14. Vtque solet, manum iniectantibus fatis, hebetari sensus hominum & obtundi, his illecebris ad meliorem expectationem erectus, egressúsque Antiochiam, Meleuo dictante, prorsus ire tendebat de fumo, (vt prouerbium loquitur vetus) ad flammam. De eo dictum qui se à rebus dubiis in præsens exitium conijcit. Alibi reperiemus ex Plauto, Flamma fumo esse proximam.

Flamma fumo proxima.

Calicum remiges. 41

Κώλικων ῥῆτας, id est, Calicum remiges, dicti sunt qui assidue perpotarent, vinum pro remo ducentes. Ita Dionysius cognomento Æreus, apud Athenæum lib. 10. in Elegiis,

Καὶ τινες οἷον ἄγοντες ἐπ' ἰχθυόεντα Διονύσου,
Σύμποσίου ναῦται, καὶ κώλικων ῥῆτας. id est,

Si qui vina trahunt in remigio tibi, Bacche,
Potandi nautæ, remigium calicum.

Ingens poculum quasi tinus est. in hoc trahunt, non remis, sed lingua. neque raro faciunt naufragium, iactura cùm pecuniæ, tum mentis.

Ab vnguibus incipere. 42

Ἐξ ὀνύχων ἀρχεῖν, dicuntur qui à leuissimis minimèque ad rem pertinentibus ordiuntur. Ita Basilius in epistola quadam, Καταγέλαστον ἐστὶν ἐκ τῶν ὀνύχων ἀρχόμενον, ἐμοὶ αὐτοῖς αὐτοῦ καταγελᾶν ἔδοξε, id est, Ridiculum est ex vnguibus inuitum lumese, ac non potius cum ipsis illorum capitib. colloqui. Caput rei dicitur, quod est illius præcipuum. Vtus erit quoties admonebitur vt omissis parergis, ac frustulis, agatur de causa. Aut si quis velit emendare reip. statum, ordiatur a principib. potius quàm ab humilibus, qui non multum adferunt momenti vel ad perniciem ciuitatis, vel ad salutem.

Caput rei.

Musca. 43

Μῦες olim dicebantur qui delectabantur aliena mensa, quos Plautus moribus comparat, semper alienum edentibus cibum. Apud Athenæum libro sexto parasitus quispiam se muscæ confert,

Δεσπότην ἄλλον ἐμοῦ. id est,

Quod inuocatus cœnare amo, musca fum.

Aduolat enim hoc infectum ad cibum alienum, & ægrè potest abigi. Apud eundem Hegesander narrat, quum Alexander dixisset se morderi à muscis (sic vocabat parasitos) iámque conaretur illas abigere, Cinesias, vnus eius ordinis qui fortè aderat, Profectò aliæ muscæ liticulosæ magis vrgebunt te, semel gustato tuo sanguine. Extat apologus de cinacio qui volut vulpi μυοσοβὸν esse. Plautus in Mercatore deflexit ad hominem cursosum & ad omnia aduolantem. Musca est meus pater. Nil potest illum clam haberi. Nec sacrum nec tam profanum quicquam est, quin adsit illico.

Alienam messem assectantes.

Bæon malum piscis. 44

Athenæus lib. 7. testatur apud Atticos fuisse prouerbium, μοι μὴ βαίων, κακὸς ἰχθύς, id est, Ne mihi bæon, piscis nequam. Nec indicat vsum prouerbij tantùm ostendit apud Epicharmum βαίνα dictum piscem quendã. Nomen inditũ videtur à breuitate. Laudantur enim magni pisces. Dicetur in hospitẽ ingratum ac molestũ.

De sportula cœnare. 45

Athenæus lib. 8. Græci τὸν ἀπὸ σπυρίδος δεῖπνον, id est, cœnam è sportula, propriè vocabant, quoties aliquis sibi parasset cœnam, eáque in sportulam composita, iret apud alium cœnaturus. Quod genus & hodie durat inter homines frugi, qui nec grauari volunt sumptu, nec alios grauare. Lepidus erit, si transferatur ad eum, qui sic adit discendi gratia, vt ipse vicissim adferat quod doceat, vt fiat eruditionis permutatio.

Tibicen vapulat. 46

Eubulus apud Athenæum lib. 9. ait fuisse morem, siquid peccasset coquus, tibicinen solere vapulare. Philyllius apud eundem,

-ὅ τι δ' αὖ τύχῃ
Μάγειρος ἁμάρτοι, τὸν αὐλητὴν λαβὼν
Πλήσει. id est,

-quicquid coquus
Peccauerit, tibicen accipere solet
Plagas.

Proinde coquus quispiam apud eundem ait, se non rem priscam sed ab ipso inuentam narrare, ἵνα μὴ, inquit, ὁ αὐλητὴς πληγὰς λάβῃ, id est, ne tibicen vapulet. Ob id opinor, quòd coquos lædere tutum non sit, iuxta sententiam aliquanto post apud eundem citatam,

Coquos lædere tutum non est.

Οὐδεὶς μάγειρον ἀδικοῦσ', αὐτὸς δ' ὀφύσσει. id est

Nullus homo laso indemnis euasit coquo.

Quanquam Græcus versiculus non vacat mendo.

Execrationes serere. 47

Ἀρὰς ὀπτανίρειν. id est, Execrationes serere dicebantur qui diris deuouerent aliquem. Inde natum quòd apud Cyprios esset solenne, quoties sererent hordeum, addito tale, deuouere quibus male vellent. Tantum Helychius. Docet Plinius quædam non fœliciter seri, nisi cum conuitiis. Esse etiam genus, quod terræ infoditur, ac pedè compressa terra additur execratio, Ne vnquam exeas. De Lindiorum sacro diximus aliàs.

Cyprierum mos.

Aqua & terra reddamini. 48

Ὕδωρ καὶ γῆν ἡμῖν. id est,

In terram vertamini aquámque.

Pro eo quod est, redigamini in nihilum ac pereatis. Hemistichium hoc sic refertur ab Hesychio quasi prouerbio iactatum. Sumptum est autem ex Iliados μ. nam his verbis Menelaus increpat Græcorum ignauiam, quòd nullus auderet cum Hectore prouocante monomachiam suscipere,

Ἀλλ' ὑμεῖς μὲν πάντες ὕδωρ καὶ γαῖα ἥμεσθε.

Interpretatur Plutarchus in vita Homeri, & Alexander Aphrodiseus libr. 1. problemate 77. Reddit causam physicam cur ita loquutus sit Homerus: Ex terra & aqua gignuntur omnia, & in hęc resoluuntur omnia. Ab hac forma non abhorret quod ex Epicharmo citat Plutarchus in Consolatione ad Apollonium, συνκρίσις καὶ διακρίσις, καὶ ἀπόλυσις ἐκ τῶν ἐξ ὧν τὸ πᾶν. γαμεῖ δὲ γῆ γῆν, πνεῦμα δὲ ὑγρὸν τὸ ὑγρόν, καὶ ἀὴρ ἀέρα, καὶ πῦρ πῦρ. id est, Concreta sunt & discreta sunt, & abierunt rursum vnde venerant, terra quidem in terram, spiritus verò sursum. In his quid acerbum? Nihil. Loquitur de morte, quæ est dissolutio corporis & animę. M. Tullius libro Tusculanarum quæstionum tertio citat ex Euripide,

Reddenda est terra terra, tum vita omnibus
Metenda vi frugesque iubet necessitas.

Hanc sententiam Antiochus scribit placuisse Chrysippo: sed dissentiente Carneade. Eandem sententiam αἰνιγματικῶς protulit Ecclesiastes Hebræus. Denique Aristoteles Rhetoricorum libr. 2. subindicat, qui olim seruitutem profitebãtur, eos terram & aquam domino tradere solutos, velut omnium rerum ius abdicãtes & in herum transferentes, ἐγγύτι, inquit, δὲ δίνας γλιχὼ ἐγὼ ὕδωρ, δουλῶσαι ἔθελε. Et quod date terram & aquã, iurare est.

Omnium rerum ius, aqua, terræq. contentum.

Mars communis. 49

Incertum ac varium belli euentum notabant hoc dicto, Ἄρης κοινός, id est, Mars communis. Sumptum est ex Homericæ Iliados σ,

Ξυνὸς ἀνὴρ ὅτε τις κτείνῃσιν ἕτερόν περ. id est,

Communis Mars, quoque vicem perimit perimentem.

Quod dictum Aristoteles libro Rhetoricorum secundo inter prouerbiales sententias commemorat. Rursus eodem libro,

—νίκη δ' ἐπαμείβεται ἄνδρας. id est,

Nunc hunc nunc illum contingit vincere.

Titus Liuius belli Punici lib. 10. Cum tuas vires, tũ vim fortunæ, Martemque belli communem propone animo: vtrinque ferrum: corpora humana erunt. nusquam minus quàm in bello euentus respondent. Rursus ab vrbe cond. lib. 8. Quid illum facturum fuisse, si (quod belli casus fuerunt Marsque communis) aduersa pugna euenisset? Iterum eodem lib. Nostra certamina, Romani, non verba legatorum, nec hominum quisquam disceptator, sed campus Campanus, in quo concurrendum est, & arma, & communis Mars belli decernet. Et in eodem aliàs, ibi in concilio Numitius imperator eorum affirmando communem vere Martem belli, vtranque aciem pari cæde prostrauisse: &c. Rursum lib. ab vrbe cond. 7. Samnitium, inquit, bellum ancipiti Marte gestum. Apud eundem frequens est, Æquo Marte discessum est, quoties neutri parti cessit victoria. M. Tullius Philippica vndecima, Sed vt concedam incertos exitus esse belli, Martem communem, tamen pro libertate vitæ periculo decertendum. De Marte communi nonnihil attigimus in prouerbio, Omnium rerum vicissitudo. Porrò ἀνάλιος Homero Mars dicitur ab ἀνὴρ quam belli fortunam esse putant.

Æquo Marte.

Ἀνάλιος Mars ab ἀνὴρ dictus.

Ξυνὸς, dictus.

Lex in manibus. 50

Ἐν χερῶν νόμῳ, id est, Lege manuum. dicitur, quum res vi geritur, non ex præscripto legum. Æschines contra Timarchum φυλακτέον ὑμῖν μὴ ἐκπέσωμεν ἐκ τῶν τοῦ ἀδίκου πολίτου πολιτευομένου, καὶ ἐν χερῶν νόμῳ τοὺς φαύλους καθιστάντος. i. His vero qui sequuntur oligarchiã, & apud quos inæqualis est respub. admouendus, cauendi sunt qui lege, quæ est in manibus sita ciuitatis statum labefactant. Manuum legem appellat violẽtam siue ius belli. Vsus est in hunc ferè modum Polybius historiæ lib. 1. Φιλῖ δ' πολεμίων οὐκ ἔστι προπέτεια, καὶ μὰ ἐν χερῶν νόμῳ δύ', δῦρε, καὶ ζωγρείᾳ ἔσθ' ὅτε αὐτὸν ἐσπαρμένον ἐπὶ βάγας καὶ ῥοπάλια. id est, Ex hostibus quoscunque deuicisset aliquando, alios violenta manu perimebat: eos vero qui vinci capti ad eum adducebantur, bestiis obiiciebat. Rursus libro secundo, Ἐν δ' τούτῳ τῷ καιρῷ συνέβη Γάϊον μὲν ὑπατον, ἀνδρεῖόν τε ἀγωνιζόμενον, ἐν χερῶν νόμῳ τελευτῆσαι τὸν βίον. id est, Per idem hoc tempus accidit vt Caius consul, dum audacius pugnat, manuum lege vitã finierit. De αὐτοχειρία dictum est aliàs. Apud Plautum seruus quispiam minitatur se manu litem æstumũ.

ANIM. HENR. STRPH.

V. Ἐν χερῶν νόμῳ id est, *Lege manuum dicitur quum res vi geritur, non ex præscripto legum.*) At Budæus ait, χερῶν νόμος est conserti manibus pugnare, manu prælium inire: citátque tres Polybij locos, ex quibus est is qui habetur etiam hic, ὡς δ' τούτου, &c. In quo certè (vt & in altero quem hic, & aliis duobus quos illic habemus) Polybius his verbis ἐν χερῶν νόμῳ non significat contra præscriptum legum (quid enim bello præscribunt leges?) sed inter præliandum, inter conserendum manus, in ipso conflictu. dicit enim ἀγωνιζόμενον, ἐν χερῶν νόμῳ τελευτῆσαι τὸν βίον. item διαγωνιζομένους, μαχαίραις τὸν βίον ἐν χερῶν νόμῳ. Sed erat satis dixisse ἀγωνιζόμενον, & διαγωνιζομένους, obiiciet aliquis. Respondeo, ἐν χερῶν νόμῳ non iungi cum ἀγωνιζόμενον, nec cum διαγωνιζομένους, sed cum τελευτῆσαι τὸν βίον & μαχαίραις τὸν βίον. & additum illud significare interisse illos in ipso articulo temporis quo manus conserebantur, vel quo calebat pugna. quod non expressisset dicendo simpliciter ἀγωνιζόμενον τελευτῆσαι. Illorum ergo trium verborum vim ne is quidem reddet, qui, cum Erasmo, Violenta manu, interpretabitur. Quinetiam merito superuacaneæ diceremus illa esse, quum sciamus in bello non aliter homines quàm violenta manu perimi. Iam verò, quod ad Æschinis locum attinet, in eo quoq. non puto ἐν χερῶν νόμῳ significare, Non ex præscripto legum, aut per vim, simpliciter: sed eos dici ἐν χερῶν νόμῳ τοὺς τοῦ λοιποῦ καθιστάντας, qui prælio cum oligarchicis inito, simulátque superiores euaserunt, sine mora eorum respublicas euertunt, quasi calente adhuc pugna. Porrò an prouerbialia sint hæc verba ἐν χερῶν νόμῳ dubito.

Nihil inanius quàm multa scire. 51

Apud Athenæum lib. 13. Hippon, qui dictus est ἄθεος, citatur author huius versiculi,

Πολυμαθείη πᾶσι οὐ νοεῖν παρέχει. id est,

Non aliud magis inane puta quàm plurima scire.

Citatur idem ex Timone,

Πολυμαθείη πᾶσι οὐ νοεῖν παρέχει.

Conueniet in eos qui malunt multa discere quàm vtilia. Hebræus Ecclesiastes non abhorret ab hac sententia, Qui apponit scientiam, apponit & dolorem, & in multa scientia multa indignatio. Contrà laudata est Hippiæ πολυμαθία.

Qui multa discere malunt, quàm vtilia.

Κύκλῳ ἀπέλθειν. 52

Qui arte circumagit quempiam, vt quum se putet aliquid egisse, nihil egerit, aut in idem recidat vnde volebat extricari, κύκλῳ ἀπελθεῖν dicitur. Ita Plato in Char. εἰ μικρὰ ἴσθι εἰδώς, πάλαι μὲ ἀπελθεῖν κύκλῳ ἐποίησεν ὁ κριτής. i. O scelerate inquam, iamdudum me in orbem circumagis non sentientem. Fit enim hoc arte sophistica, vt qui cõtra disputat, post assenserit, ambagibus circumactus, quod prius negabat: aut contrà. Metaphora ducta ab equis, qui circumacti, eò reducũtur, vnde prius resilibant pauidi. Similis ludus exercetur in labyrinthis. Contine tu, In easdem ansas incidisti.

Iouis lac. 53

Quod insigniter esset lautum in cibis, Iouis lac veteres appellabant. Eurip. apud Ath. lib. 14.

Καὶ τυρὸς οὗτος ἔστι γ' Διὸς γάλα. id est,

Est iucundus is, inque, & lac Iouis.

Apud eum frequenter inter ciborum delicias commemoratur Διὸς ἐγκέφαλος, de quo aliàs diximus. Persæ, siquid esset exquisitè lautum, appellabant Διὸς καὶ βασιλέως ἐγκέφαλον. id est, Iouis & regis cerebrum: propterea quòd Persarum solet dare præmium honoratissimo cuique nouum aliquod edulij genus reperisset. Cæterùm apud eundem lib. 12. quanquam eadẽ, multis aliis

aliis verbis commemorat. Videntur antiqui quicquid eximium videri volebant, Ioui tribuisse. Inde illud à Seneca,

O Ioue auribus ista seruis.

Masonica dicteria. 54

Dicteria petulantius iacta priscis Masonica vocabant, à Masone quodam histrione comico Megarensi, cuius inuentum est persona, quàm à repertore Graeci μάσωνα vocabant: reperit enim personam fumosi & ebriosi. Quin & veteres Graeci coquum vibanum μαγειρικὸν vocabant, exterum τέτταγα. In comœdiis autem semper inducuntur coqui dicaces, præsertim apud Plautum. Id testatur Phulemon alicubi,

Conuicia petulantia.

Σφὶξ· ἄρτι, μάγειρε, εἰς τὴν οἰκίαν
Εἰσῆλθες ἀκόλαστος· ἀλλὰ μὰ τὸν Διόνυσον
Οὐκ ἂν λάβοις σαυτόν. id est,
Recepisti ædes non coquum, sed masculam
Sphingem. Nihil enim per deos intelligo
Simplicitate, ex his quæ loquitur.

Conuenit cum Hipponacteo præconio.

Necessitas magistra. 55

Suidas ex Carchedonio citat hoc prouerbium,

χρεία διδάσκει καὶ ἄμουσον ὄντα σοφόν. id est,
Catum à rudi reddit magistra necessitas.

Tempus, rerum vius, ipsaque necessitas excitat ingenium ad dicendas artes. Idem indicat Græcorum sententia, σοφία πολλὰς ἔχει τέχνας. & apud Aristophanem Penia iactat se artium inuentricem. A Persio vetter dicitur magister artis, ingeniique largitor. Et, vt ait Qu. Curtius, Necessitas ingeniosam acuit.

Victus spinosus. 56

Vita insuauis.

Βίος ἀκανθώδης, id est, Vita spinosa, aspera, dura ac prisca, qualem agebant illi quibus glandes erant loco placentarum. Suidas coniungit hoc Atticis prouerbiis, quibus mollem ac delicatam vitam declaramus, veluti contrarium. Idem indicat eodem sensu dici βίον ἀβίωτον, id est vitam non vitalem, hoc est, tristem & inuisam. Nam Latinis interdum viuere dicuntur, non qui spirant tantùm, sed qui genialiter viuunt. contrà Græcis ἀβιοτεῖν ἔχειν dicuntur quibus desunt vitæ prætidia. Æschines aduersus Timarchum, ἀνεψιὰ πανοῦργον γυναῖκα, ἣν οὐ βιοτὸν ἀβίωτον αὐτῷ ποιήσειεν. id est, Ignominia notans eiusmodi mulierem, & vitam non vitalem reddens. Turpiter enim viuere, non est viuere. Potest intelligi & de accessis facultatibus. Idem in oratione πρὸς τὸν ἀπὸ τραπέζης, Ἀβίωτον εἶναί μοι τὸν λοιπὸν βίον νομίζω. id est, Reliquam vitam mihi non viuendam existimo, hoc est, infœlicem & calamitosam.

Bestia bestiam nouit. 57

Aristoteles libro Rhetoricôn 1. inter similitudines & affinitatis prouerbia refert & hoc:

Ἔγνω κύων λύκον. id est,
Nouit profecto fera feram.

Videtur fragmentum iambici trimetri, vtcunque deprauatum est apud Aristotelem. Θὴρ Græcis bestia dicitur, sed propriè fera aut noxia: quod genus sunt apri, lupi, & viperæ. Vnde hominem moribus efferatis, ingeniosque agrestibus θηρίον vocare Congruet vbi conueniunt inter duos pariter improbos. Similes nihil, furéque fur cognouit, & lupum lupus.

Cæci præscriptio. 58

Absurda iussio.

Τυφλοῦ πρόσταγμα. id est, Cæci iussio siue exhortatio, dicitur ab vrda, quoties ipse qui præcipit, non intelligit quid dicat. Socrates apud Platonem in Theæteto, redarguens absurdam Theæteti præceptionem, iubentis vt qui rectam haberent opinionem, recèque opinioni assentirentur, confert illius orationem loro aut pithllo circumiacibili: sed rectius putat discendum, Cæci iussionem. τυφλοῦ γὰρ πρόσταγμα ἂν εἴη τοῦτον διακόπτειν τὸν λόγον· ὥσπερ γὰρ εἰ τὸν περὶ ἀβίων τις ἀνθρώπων ἀξιοῖ μάθειν μὴ ἀξιοῦν ἔχειν ἱκανὸν ἔλεγχον. id est, Sed rectius Cæci præceptio dicitur. iniquum enim hoc vt ea quæ habemus accepimus, vt dicamus, ea quæ opinamur, ipsa à nobis confici hominum ignaris. Alias refertur in Horatij, Cæcus vt monstret iter. Item Cæci præceptio.

Ibyci equus. 59

Ἵππος Ἴβυκος. id est, Ibyci equus, in iocum prouerbium abiisse videtur, de his qui nolentes præter ætatem ac vires ad periculosum negotium adigerentur. Dicti originem refert Plato in Parmenide. Ibycus poeta equus erat iam annosus athleta, multis certaminibus detritus. is quum ad certamen curru longeretur, extimuit, videlicet expertus eiusmodi ludorum aleam. Ridente populo, Ibycus fergens, Equus, inquit, domini similis est: nam & ipse iam senex ad amandum compellor. equo suo se comparans, quòd ipse non minus impotens esset ad amores, quam vetulus equus ad certamen. Nam admonet hoc quoque Suidas, Ibycum vulgò fama audisse ob adolescentulorum amorem. Hac imagine Parmenides queritur se leuem adigi ad rerum diuinarum explicationem. Huc alluisse videtur Horatius in Epistolis, 1. Epist. 1.

Non eadem est ætas, non mens. &
Solue senescentem mature sanus equum, ne
Peccet ad extremum ridendus, & ilia ducat.

Fortasse dum in hoc adagium postremo versor, videbor alicui non multum dissimilis equo Ibyci. De Ibyci grubus dictum est alias.

In crastinum feria. 60

Εἰς αὔριον τὰ σάββατα. id est, In crastinum feria. Plutarchus in vita Pelopidæ narrat hâc voce apud Græcos abuisse in prouerbium. Origenes dedit Archias, vir opulentus ac potens sed parum sobrius. Hunc inter conuiuium aliata est epistola, qui perlecta, admonuit vt statim legeret: de seriis enim rebus scriptam esse. tum ille vino madidus ait, σαββατα, quæ, εἰς αὔριον τὰ σάββατα. id est, in crastinum ignaui feria. Itaque accepta epistola pulullo supposuit cui insidebat, ac sermonem cum Pindaro cœptum pergeret. Quin & hodie inciuile est in conuiuiis tractare seria. Apud Hollandos adolescens audiui fabulam non alienam ab hoc adagio. Quidam in conuiuio accumbebat igni vicinior, ita vt ima vestis adureretur. Id animaduertens è conuiuis quidam, Habeo, inquit, quod tibi nuntiem. Tum alter. Siquid, inquit, tristius est, nolo audire in conuiuio: vbi conuenit festiua lætaque cuncta. Nō est, inquit, admodum lætum. Mox alter, Post conuiuium, inquit, feria. Vbi cœnatum esset hilariter, Nunc, inquit, dicito quicquid voles. Ostendit illi vestem à tergo enormiter adustam. Ibi stomachari cœpit quòd non admonuisset in tempore. Vocebam, inquit, at tu vetabas. μετὰ δεῖπνον τὰ σάββατα.

In conuiuiis tractare seria inciuile.

Cuniculis oppugnare. 61

Τειχίοις πολεμίζειν id est, Cuniculis bellare, dicitur qui non aperta vi sed dissimulanter ac dolis negotium gerit. Contrà qui palàm agit quod agit, machinis agere dicitur. Cæsi Cæsaris potentia iam ad tyrannidem inclinata tyrannidem spectante, Catulus Lutatius vir iustus ac apud Romanos dignitatis, surgens in senatu ait, οὐκέτι τείχεσι μοι δοκεῖ πολεμεῖν ἀλλ' ἤδη μηχαναῖς αὐτὸν τὸν οὐρανὸν. id est, Cæsar non iam cuniculis, sed machinis tollit Remp. Suffodiones eiam hûc machinæ, hoc est arietes, onagri, ballistæ) palàm admouentur. Dictum Plutarchus refert in vita Caij Cæsaris. Pius venustatis habebit, si ad res animi transferatur. veluti: siquis dicat malos genios interdum oppugnare nos machinis, quum palam terrent aut illectant interdum cuniculis, quoties falsa specie pietatis imponunt obrepúntque incautis.

Machinis agere.

Exitij nulla ratio. 62

Οὐδεμία ἔξοδος λόγου, id est, Exitij nulla ratio. Refert Plutarchus in vita Eumenis. Is quum fatigans rerum suarum, superiorem se adisset Phrygiam, intra Celænas hybernauit: vbi quoniam reperit Alcetam, Polemonē & Docimum de imperio contra ipsum decertantes, οὐκ ἐῶν, ἔφη, τὸν χειμῶνα, οὐδὲν ὁ λόγος λόγον. id est, Exitij nulla ratio. Sentiens opinor quum imminet hominis fatale exitium, deum admittere consilium ac rationem. Apparet esse hemistichium carminis iambici ἔστι δ' οὐδὲν λόγος. Huc autem est quod habet Quintilianus libro decimo capite primo, Pacuuius inquit cui potissimum ille locus, ita nouato ut aggeritur. Quo & ipse dixerit Cæcilius. Quæ pro eodem locus etiam nulla ratione ductus est impetu raptus sit & absque iudicio. Nam vulgo dicitur, scelera non habere consilium.

Stulta consilia non habent.

Qui senerna cœnt, infundunt oleum. 63

Plutarchus in vita Pericles refert Anaxagoram Periclis in administranda Republica magno adiumento fuisse, verùm vbi iam grauior senectus, & a Pericle publicis intento negotiis negligeretur, decreuerat inedia finire vitam. Id vbi resciuit Pericles, accurrit eo adeo

philosophi, precil usque & lachrymis conatus est illum ab insania revocare, neque tus totus cadaveris magis quam Anaxagoræ. At hic tum agens animum dixit, ὦ Πρίαμε, ἢ εἰ τῷ λύχνῳ χρῆσαι ἔχοντι, ἢ μὴν ὀδυνήσει, id est, O Priame, & quibus lucerna est opus infundunt oleum, experientia nimirum edocti, unde non vulgarem capiunt voluptatem quum qui regent lucernam ob vitium qualecunque, cum non abstergentes atque infundentes oleum. Et quibus opus est fructu, illecturam ingrum.

In ventrem insilire. 64

In ventri addictos.

Ἐς τὴν γαστέρα ἐνάλλεσθαι id est, In ventrem irrumpere dicitur, qui curam omnem ad cibum ac potum confert. Ita Plutarchus de Lucullo in ipsius vita, Ἀτὰρ ἐπὶ μὲν στρατηγικὰς μηδὲ ὑποψίαις ἀνελλόμενον, ἀφ' ὧν, ὥσπερ τὸ λεγόμενον, ἐς τὴν γαστέρα ἐνδησόμενος, ἢ ὅπως ἀφαιρήσει τὸν ἔφιππον, ἀπήλασε στράτευμα, id est, Utpote quum Lucullus jam non palam neque ad ostentationem bellaret, sed quemadmodum dicitur in ventrem impetum faceret, nihil non moliens ut hosti commeatum subtraheret. Non hic repetam, quomodo locum hunc verterit Leonardus Aretinus. Sunt quos non ita ratione meliore vinci quam in ventre ut aiunt. Nam parati nullo pene negotio capi potest, ut quam ventre.

ANIM. HENR. STAPH.

V. *dicitur, qui curam omnem ad cibum adjicit.*) Imò nihil ad cibum potúve pertinet hoc genus loquendi, si quis propriam eius vim inspexerit, quæ autem pro Plutarcho tocosse illud detorserit. Nam ἐς τὴν γαστέρα ἐνάλλεσθαι, id est, In ventrem insilire, est eorum qui primo impetu aliquem volunt opprimere. Et veliplum verbum pro re lubrica & violentum irruentis impetum denotat: ut quum dicitur λαῖφος ἐνδήσασθαι, & λαῖφος ἰσχὺν ἐνδήσασθαι, sic ex τὴν αἰχμὴν ἐνδῆσαι, aut εἰσάλλεσθαι apud Sophoclem, τὴν Ἥρακλέους ἀκαμπῆ μοῖραν εἰς τὴν αἰχμὴν ἐσβαίνειν. At Plutarchus ludens ait illum in ventrem irruere qui adversarium opprimere conatur, non imperum faciens in eius ventrem, calces puta aut pugnos in eum ingerendo: sed ad famem extremam adigendo. Si quem enim diutius cogimus, cum eius ventre quasi bellum gerere videmur. quo etiam modo dixit Horatius ventri bellum indicere, I. Serm. Satyra 3.

Opprimere primo impetu.

Hic ergo propter aquam, quod erat deterrima, ventri
Indico bellum, cunctos ludi animo æquo
Expectans comites.

Ita igitur a Plutarcho vsurpatur hoc proverbium, sed, ut dixi, detortum: ita, inquam, vsurpatur, de eo miserum qui fame adversarium mittit opprimere, cibum eripiens: non de eo qui curam omnem ad cibum confert. ad quem locum communicandum mitto quid Erasmus implerit. Hoc certe quum dicit, non solùm vulgarem & proprium adagio locum non exponit, sed ne illum quidem ad quem Plutarchus ipsum accommodat explicare mihi videtur. Dicit enim Plutarchus (vt & ipse Erasmus interpretatus est) Lucullum impetum in ventrem fecisse, nihil non molientem vt hosti commeatum subtraheret.

V. τὴν ὄψιν, Miror cur nouo modo, & eo quidem plane ab totius loci sententia alieno aduersum Stephanum interpretetur passim. quali verò synonyma non sint Στρατηγικὰς & Ὁδοιπορικὰς addat etiã παρηγορικὰς apud eundem Plutarchum. De quibus plura in nostro Græcæ linguæ Thesauro.

O domus antiqua quam dispari domino dominaris. 65

Videtur & illud Ennij carmen proverbiis adscribendum esse, quod refert M. Tullius officiorum primo,

O domus antiqua quam dispari domino dominaris.

In eos qui degenerant.

Id commentus in disciplinam commutatam in peius eorum vitio qui successerunt. Velut in domum, in vrbem, in Academiam, in monasterium aut collegium aliquod pristina degenerans. Quanquam subinde carmen Ennianum in codicibus esse vitiatum: legendum autem,

O domus Antiqua quam dispari domino dominaris.

Ennij locus.

Ve notarit Antiquæ successorem. Iam quoniam in dispari prima syllaba natura longa est, ubi abest i, quod Ennius inde facile, an forte pro Antiquus Anci, aut Antiqui, quem Lucilius toties affatur breuis. Itaque constat metrum: cetera prorsum eruditus putavi. Antiquam vitiosam esse dictionem, mutauit antiqua. Annus noctis omittere quod erat in plerisque codicibus, autem quam. Reponit nunc M. Tullius Plinij epistolam. O tecta ipsa misera quam dispari domino! quanquam quorundam nunc domibus sed tamen quam a dispari tenentur.

Sortem & usuram persolvere. 66

Καὶ τὸν τόκον καὶ τὸ κεφάλαιον ἀποτίνειν dicuntur qui serius quidem, sed gravius puniuntur: aut qui differunt vindictam vt per occasionem ludant genium. Nam prorogatione crescit vitia. Dion Hocho ἀφ' ὧν ἀπολαύσεις, ἔστιν ὅτε καὶ μείζονα ἐπιτιμίοις ὑπομένουσι ἐγκλήματα, τοῦ μὲν τὸν τόκον καὶ τὸ κεφάλαιον ἀποτίνειν, τοῦ δὲ αὐτὸν ἀποδιδόναι ὀφειλόμενον χρόνου τινὸς ἐπιλαβόντος, ἐπειδὴ συμβάσεως ἔφασαν, καὶ πολλοὶ, φασὶ, καὶ τῶν κεφάλαιον τὸ τοσοῦτον ἀπέτισαν, quem admodum nos quotidie negotiis oppressi numero quietè agunt, hinc qui dormiunt, hinc qui cibo expleta sunt quanquam naturam interim suam non exuerunt. Similiter & illi ad tempus aliquod non laterunt: at vbi sese dederit occasio, & vsuram vt aiunt, & sortem malitiæ pernoluunt.

Ad incitas. 67

Quos vrgeret extrema necessitas, his res dicebatur ad incitas redisse. Plautus in Primulo, Hem nunc hic cuius est, (libenter agit, vt ad incitas redactus, id est, ad extremam inopiam. Idem in Pœnulo, Tuo modo: profecto ad incitas lenonem rediget, si eas abduxerit: quin potius dispendat extra quam vsum exerceat. Sed haud scio an hic legendum sit vbique calculi exercuit. Nonius Marcellus id annotat incitam dici celeritatem & vetum dici, sed non absque tropo. Nam in his duobus locis quæ retulit e Plauto, extremam quidem inopiam significant. at non ita sum vehementque ponuntur incitæ, significatur egestas. Lucilius incita dixisse videtur in neutro genere. Ired ad incita quum redait atque intellecto eum. Item, Comm anducatus corrupt, ad incita adegit. At Iudeus nobis vsurpant genere masculino, Calculi, inquiens, partim ordine mouentur, partim vagi. qui verò mouent omnino possunt, recti dicuntur. Cic. inuoco etiam recti quasi immobiles, quos Græci dicerent ἀκίνητους. Satis liquet proverbium ductum a lusu calculorum, in quo erant certæ lineæ, ad quas reductus calculus moueri iam non posset. Quadrabit & in eos qui contumaci manifestis arguntur, non habent quod respondeant. quod malè cæci vocant metam tricity.

Incitas quid.

Incitus pro immobili.

Centro & spatio circumscripta. 68

Plutarchus in præceptis coniugibus, αἱ δὲ τῶν ἐσθλῶν μοῖραι καὶ τῷ τόπῳ καὶ διαστήματι περιγραφόμεναι τρόπῳ τινὶ χρῆναι, id est, Quod si facultates mediocres fuerint, & centro & spatio circumscriptæ ad vsum. Sentit fortunas tam regias, vt, nisi certa dimensione dispensentur, non possint cæteros vsus sufficere. Veluti qui supponunt sibi quotidie hauriant annui census. subducunt quotannis quoque mense, quaque hebdomade, quoque die pollicitationes pendere: Quod si hospitis adventus, aut nimius cultus fecerit sumptus paulo largiores id quemadmodum dictum parsimonia farcitur, ne non conficiat ratio. Idem de futili loquacitate, docet respondendum esse κέντρῳ καὶ διαστήματι circumscribendum nequid respondeatur vita quam requirit percontatio. Quidam enim de vno interrogati, respondent de pluribus. Metaphora translata est a circulo qui fit, circino circunducto: in medio centrum est immobile: hinc patium vt vbique æquale ad lineam obeuntem. Vnde & circumscripta dicuntur quæ certis finibus continentur.

Roscius. 69

Roscius histrio tam erat felix in agendis fabulis, vt quisquis in arte quapiam insignis esset, Roscius vocaretur. id indicat M. Tullius lib. de orat. 1. primo, ita quæ hoc est tamdiu contentus, vt in quo quis quæque arte nemo excelleret, is in eo genere Roscius diceretur. Idem in secundo de oratore, Socco ipse notari eorum impudentiam, qui aguntur in scenam gestum spectante Roscio. Quis enim se commouere putaret, cuius ille vitia non videret? Rursus in Bruto, Etenim Roscio esse hoc tribuebat Hic est hic Roscius Ciceronis concertator, cuius ornandi hoc elogio vt diceret virum fuisse tam bonum, vt vnus indignus esset qui in scenam prodiret. & eundem tam pulchrarum artificem, vt solus dignus esset qui in ea versaretur. Esto igitur tropo quo vehementer in cognitis cavillandum, Dædalũ vocaverim latebr. pati-

De eo, qui sit in sua arte insignis.

patientem, Herculem in disputando mutum, Achillem: in iudicando, Aristarchum: patronum in causis agendis egregiè dextrum, Roscium licebit appellare.

Mos amicitiæ conciliandæ.

Philotesius crater. 70

Κρατὴρ φιλοτήσιος dicitur quo in conuiuiis conciliantur amicitiæ, qui mos etiamnum durat apud Germanos, quibus turpissimum est, post acceptum philotesium poculum, veterum offensarum quamuis capitalium meminisse, ne iudices quidem admitterent actionem iniuriarum. Plutarchus in commentario de fortuna Alexandri, qui barbaros armis, Græcos ciuilibus institutis conabatur ad humaniorem ac sanctiorem vitæ rationem adducere, ὥσπερ, inquit, ἐν κρατῆρι φιλοτησίῳ μίξας πολὺ ἦθος, καὶ τὸ ἥμερον, καὶ τὸ ἡδύπνουν, id est, Velut in philotesio poculo miscens vitas, mores, coniugia ac viuendi rationes. Apud Plautum in Pseudolo, seruus ebrius dus proximum putat manu candida cantharum dulciferum propinare mitissimam amicitiam. Hesychius indicat hanc φιλοτησίαν solere adhiberi post cœnam, quum in signum amicitiæ ex eodem poculo de eodem vino bibunt omnes. Qui mos apud nos nondum exoleuit, sed rarior est ob metum nouæ lepræ, qua plerique laborant. Asconius Pedianus, in actionem aduersus Verrem tertiam, putat hoc esse quod M. Tullius criminatur Verrem cum suis ponisse more Græco. Nam vulgus existimat nos Græco more bibere, qui largius ac cyathis grandioribus bibunt. At ipse magis probat, vt intelligamus eos Græco more bibere, qui merùm bibunt. Id autem solent facere Græci, vt quum in conuiuio libant, primum salutent deos paululum è cyatho profundentes, dein amicos suos, totiesque bibunt merum, quoties deos aut charos suos nominatim vocant. Ita fermè Pedianus. Quidam putant hunc craterem etiam ἀγαθοῦ δαίμονος appellari.

Cithara incitat ad bellum. 71

Plutarchus libro De fortuna Alexandri secundo, declarat hunc versiculum apud Lacedæmonios solere decantari.

Ἔρπει δ' ἀδὺ πρὸ πολέμου τὸ καλὸν κιθαρίσδειν. id est,
Vergit ad lætabile bellum, lepide cithara canere.

Quo significabant certis citharæ modis sedari motus animorum, alios addi vigorem ad prælium. Quum Alexander audisset Antigenidem tibia modos incinentem, qui vocantur Harmatij, adeo inflammatus est, vt simul cum armis exurgens, manus iniecerit in proximè assidentes.

Bathycles poculum. 72

Βαθυκλέους κύλιξ, id est, Bathyclis calix, dictum videtur in eos qui diuitis suis soli fruuntur, nemini quicquam impartientes. Apud Plutarchum in conuiuio septem sapientum Ardalus quidam sic alloquitur Æsopum, Tu nunquam huc transmittes poculum ad nos, quum videas istos tanquam Bathyclis calicem inter se transmittere, cæterùm alij nemini impartientes. Cui respondet Æsopus, At ne hoc quidem poculum est publicum: siquidem vni Solonis tantùm datum fuit. Bathycles Græcis sonat profundæ gloriæ, quo nomine videtur fuisse quispiam diues sibi viuens ubique bibens.

Inepti cenſores.

Lunæ radiis non matureſcit botrus. 73

Plutarchus hunc locum ex Ienarium ceu prouerbialem adfert differens, quòd luna quoniam radios habet imbecilliores quàm sol, excitare possit humores, concoquere non possit.

Μήτε γὰρ αὐταῖς ὁ πυραύστης βότρυς. id est,
Neque enim his niger maturus efficitur botrus.

Conuenit in eos qui conantur quod ob defectum virium non queunt perficere. Refert idem in cõmentario de facie apparente in orbe lunæ. Accedit plus veneris, si volentes significare disciplinas humanas non præstare fœlicitatem, dicamus, ἀλλ' οὐδὲ αὐταῖς ὁ πυραύστης βότρυς. In αὐταῖς subaudiendum est κύκλοις, id est radijs.

Callix deſiuunt pennæ. 74

Callix apud Græcos quispiam fuit qui per luxum ac libidinem patrimonium absumpserat. Ex eum vulgatus iocus extitit. Κάλλικος πτερορρυοῦσι, id est, Callix deſiuunt pennæ. Solet enim hoc iurandum cuibus accidere vel morbo, vel certis anni temporibus: quemadmodum & quadrupedibus quibusdam mutantur pili

Depilmati qui dicuntur.

aut villi. Vnde & deplumati dicuntur ac detonsi qui facultatibus exuti sunt. Hoc verbum πτερορρυεῖν frequentatiuè per iocum vsurpatur apud Aristophanem in Acharnensibus.

Ἐν πάτῃ. 75

Ἐν πάτῃ dictum, accipiẽdum interpretantur Græci quòm paululum vltra præscriptum significant esse concedendum, præsertim in his quæ sunt humanitatis. Veluti siquis pollicitus solutionem ad diem Augusti decimum, reddat postridie. Iulianus Pandectarum lib. 46. Tit. de solut. & lib. cap. Ratum autem dominus habere debet, mox quum primum certior factus est, sed hoc ἐν πάτῃ, & cum quodam spatio temporis accipi debet. Et hunc Iuliani locum citat Vlpianus in eodem lib. Tit. rem ratam haberi. Ca. Quo enim. Rursus lib. 13 Tit. De eo dictione tritiaria, Ca. Ita hæc act one. Verius est, inquit, quod Seruius ait, condemnationis tempus spectandum: si verò desierit esse in rebus humanis, mortis tempus. Sed etiam ἐν πάτῃ secundum Celsum erit spectandum. Non enim debet breuissimum vitæ tempus æstimari. Iterum lib. 22. Tit. De probationibus, Cap. penultimo, Nec hoc quæritur, num aliquis meminerit quo die aut quo consule factum sit, sed num hoc aliquo pacto probari possit, quando id opus factum sit: & hoc Græci ἐν πάτῃ dicere solent, & cætera. Hactenus Pandectæ. Verum illud ἐν πάτῃ non norunt Caletij, qui ad horam vndecimam iussi claudere portas ciuitatis, statim ad primum nolæ ictum occludunt, repulsis & qui foris stant. & qui egredi cupiunt, vtrisque portæ proximis. Quum denuntiatur anathema qui ad diem præscriptum non soluerint, liberantur a fulmine, si ab eo die intra decimum quartum liberarint fidem suam. Hæc ad iuris æquitatem pertinent.

Per ſatyram. 76

Variarum rerum mixturam sparsim nullóque ordine congestarum veteres Satyram appellabant. Appariet vocem primùm deductam à lancinia Satyrorum, temerè nunc huc nunc illuc salientium. Hinc defexa est ad cibi genus quod ex diuersis herbarum formis conflatum est: præterea ad lancem variis rerum generibus onustam, quæ sic diis offerebatur, non dissimilis illi poculo quod Græci κρατῆρα, à quintuplici rerum differentia, siue κράσει à mixtura vocabant, de quo nobis supra dictum est. Festus ait Saturam siue Satyram dici cibum variis rerum generibus conditum: aut legem variis multis confertam legibus. itaque in fine actione legum ascribi solere, nèue per Satyram derogato aut abrogato, quum significant totam legem esse seruandam. Citat Antium Lupercum ex oratione quam habuit aduersus Tyberium Gracchum: Imperium quod plebs per Satyram dederat, id abrogatum est. Citat & C. Lælium ex ea quã pro se dixit. Postero die quasi per Satyram legem sententiis exquisitis, in deditionem accipitur. Legem Satyram interpretantur, quæ eadem multas res complectitur: quemad modum Iugurtha acceptus est in deditionem, sed multis præscriptis conditionibus, vt triginta daret elephantos, pecus atque equos multos, cum magno argenti pondere. Vius est hoc adagio Iustinianus in præfatione Pandectarum, Et primo quidem, inquit, anno hoc opus gradebatur legentibus, non secundum edicti perpetui ordinationem, sed passim & quasi per Satyram collectum, & vtile cum inutilibus permixtum, maxima autem parte inutilibus deputata. Itidem Salustius in bello Iugurthino, Quasi per Satyram sententiis exquisitis in deditionem accipitur. Hæc Salustius dicit de Iugurtha, nec sunt in cuiusquam oratione, nec ibi quisquam aderat Lælius: vnde necesse est locum apud Festum esse mutilum. Verba Lælij sunt omissa, simul cum nomenclatura Salustij.

Satyra quid sit.

Ne præceps ſueris ad iurandum. 77

Nonnullis haud vulgariter eruditis videtur & hoc adagium annumerandum quod refert Vlpianus lib. Pãdect. 12. cap. 3. Tit. De iureiurando, circa finem. Siquis, inquit iurauerit in re pecuniaria per genium principis dare se non oportere, vel intra certum tempus, & peierauerit: vel sibi dare oportere: vel intra certum tempus iurauerit se soluturum, nec soluerit, Imperator noster cum patre rescripsit, fustibus cæsi agatum dimittere, & ita ei superindici, θέσπιν μὴ ὄμνυε. id est, ne fueris ad iurandum præceps. Habebit prouerbij speciem, siquis hominem post acceptum malum ad-

moneat, θερμὸν μὴ ἴδμεν.

Ex syngrapha agere. 78

Sunt & illæ formæ à iureconsultis ductæ versæ in prouerbium, Ex syngrapha agere, Obsignatis tabulis agere, pro eo quod est, rapide parum quicquam ciuiliter. sed velut ex obligatione. Cicero pro Murena: postquam vos tanquam ex syngrapha agere cum populo Syngrapha Latinus sonat citeriorem notionem, quòd vtrinque manu conscripta vtrinque partibus tradi soleat & in hoc syngraphæ differunt à tabulis, quòd tabulæ ab vna parte tantùm seruari consueuerint. A chirographo, tabulis codicillis differt Syngrapha: quòd in illis non scribantur nisi acta, in hac etiam contra fidem actionis pactio venit, & non numerata pecunia, aut non integrè numerata pro temporaria voluntate hominum fieri tibi solet. Ita propemodum Alcimus Pedianus in Verrinazum tertium.

Obsignatis tabulis agere.

Syngrapha.

Tabulæ.

Iniuria soluit amorem. 79

In Græcorum epigrammatibus prouerbij titulo citatur Ἔστ' ἔρωτος ἕμμα, id est, Iniuria siue contumelia soluit amores quod contemptus amor plerunque vertitur in iram, ira in odium. Sic in comœdia Phædria, Excluſit reuocat rursus? Non, si me obsecret. Item Horatius,

Contemptus, vnde causa.

Nam si quid in Flacco vitii est,
Non feret assiduas potiori te dare noctes,
Et quæret iratus parem.
Nec semel offensæ cedet constantia formæ,
Si certus intrauit dolor.

In epigrammate quæritur amans hoc dictum falsò iactari vulgò, quòd ipse ab amica exclusus non sine conuitio (quum iurasset se toto anno non rediturum ad illam) postridie diluculo supplex ad eam rediisset. Carmen sic habet,

Ἔστ' ἔρωτος ἕμμα· τοῦτο μάτην ἐδόκουν ἐγώ,
Ἔστ' ἐμοὶ δ' ἔρωτος ἕμμα· νῦν μανθάνω. id est,

Falsum est quod iactant, iniuria solui amores,
Morbum quippe meum prouocat illa magis.

In genere tamen verum est officius mutuis ali benevolentiam, iniurijs extingui.

Disserte saltare. 80

Cornelius Tacitus in dialogo de oratoribus, significat hoc conuicium fuisse vulgò iactatum in oratores suorum temporum, qui lasciua verborum & leuitate sententiarum licentiaque compositionis histrionales modos exprimebant, atque adeo laudis & gloriæ ingeniique loco iactabant, saltari cantarique commentarios suos, oratores tenere dicere, histriones disertè saltare. Argutia dicti in hoc sita est. Oratores histrionicè dicebant, quod illis erat indecorum: histriones ad oratorum actionem sese accommodabant: ita factum est vt illi potius dicerent, hi saltarent melius. Histrionum est saltare, oratorum dicere. quod qui peritè faciunt, diserti vocantur. locus autem duo diuersa coniunxit.

Oratores' histrionici.

Quod pulchrum, idem amicum. 81

Τὸ καλὸν, φίλον, id est, Quod pulchrum, amicum. Inter prouerbia conciliantium amicitiam refertur & hoc apud Platonem in Lyside. ἐκ τούτου, ἦν δ' ἐγώ, ἀρχῆς μεμιμένοι, τὸ καλὸν, φίλον ἦ. id est, Ac propemodum apparet, iuxta vetus prouerbium, quod pulchrum est, amicum esse. Qui commodi gratia amat, non amat verè, sed quod pulchrum est, per se amatur. Vnde Aristoteles percontanti qui fieret vt libentius colloqueremur cum formosis quam cum deformibus, respondit, eam percontationem esse cæcorum. Nihil autem virtute pulchrius, eoque nec amabilius quicquam.

Mortuo leoni & lepores insultant. 82

Extat epigramma Græcum cuius argumentum sumptum est ex Homericæ Iliad. χ, vbi Hectorem ab Achille cæsum interfectum circunsistunt. Græci mortuo insultant, sicut quidam erat qui extincto non audebat quod vultu minitabatur. Sic enim habet Homerus,

Ea in his qui mortuis obiacentur.

—ἀμφὶ δὲ σφέας ἔστιχον ἄλλοι,
Οἵ ῥ' ἔτυπον μετόπισθε βοὸς ἀγροτῆρος
Ἕκτορα δὴ ἔπειτα οἱ ἐπ' ἀσπιστῆσι γεγῶτες. id est,

Circumsteterunt eum, qui quamquam cædebant
Hectorem, exanimem spectem tamen audebant intuentes:
Nec tamen quisquam examini prope vultum quisquam.

Ac paulo pòst,

Οὐ σφέας τὸν ἔτυπτον, ἐπεὶ ἴσχανον ὄβριμον Ἕκτορα. id est,

Dixerat hoc aliquis insultans & vulnus dedit alius.

Epigramma habet.

Βάλλετε τὸν μετὰ πάντων ὑβριστὴν, ὅτι ῥ' αὐτῷ
Νικᾷ τὰχα λέοντος ἐφεζόμενος νεκροῦ. id est,

Nunc telo petite meum post fata cadauer,
Audet vt ille ipsa viuus insultare leoni.

Dictum est altius de his qui mordent mortuos, cum luctantibus, & cum vmbris depugnant.

Lingua non redarguta. 83

Plato in Theæteto, Ἀτὰρ, ὦ ἑταῖρε, ἐοικέναι ὅτι ἔστιν, Εὐριπίδου τι ξυλλαμβανομένῳ εἰπεῖν ἡμῖν ἀνεξέλεγκτος μὲν ἡ γλῶττα αὐτῷ ἐγένετο, ὁ δὲ νοῦς ἀνεξέλεγκτος οὔ. id est, vt videtur si posse respondere, Euripideum quiddam nobis accidet, lingua quidem nobis erat irredarguta, mens autem non erit irredarguta. Ineos quadrat qui rationibus conuicti, non cedunt tamen, sed tergiuersantur, reclamantes aduersus suam ipsorum conscientiam.

Pugno tenere. 84

Ἀπὸ ξύλου χεῖρ' ἀνελέσθαι, id est Pugno stringere, dicitur quod ipso contactu tenuissimi. Sic Plato in Theæteto, ἐοικὸς γὰρ ἀνδρὶ ὀνείρατα ἐν τῇ νυκτὶ ἀπὸ ξύλου εἰληφότι καὶ κεκτημένῳ ἀπορεῖν ὅτι χρὴ ποιεῖν. id est, Quæ nihil esse putant quicquid nō possint illectum manibus apprehendere. Loquitur de his qui non existimant quicquam esse in rerum natura præter res corporeas, & sensibus expositas. actiones, generationes & huius generis alia, quæ intellectu non sensibus percipiuntur, existimant esse inania vocabula. Talis vanus est Platoni Diogenes, qui dicebat se cyathos & mensas videre, cyatheitates ac mensitates, quas Plato commemorabat, non videre. Sed vicissim audiuit, Nimirum oculos quibus cyathi & mensæ videntur, habes: mentem quæ cyatheitates ac mensitates cernuntur, non habes. Tam crassum ingeniorum genus Plato veluti profanum à philosophiæ mysteriis iubet arceri. Verius enim sunt quæ non videntur, quàm quæ videntur & certius ea scimus quę ratione colligimus quam quæ manibus contrectamus. sensuum enim iudicium fallax est.

Quod ipso tactu sentiamus.

ANIMD. NBNR. ETAPH.

Vtur quod ipso] Atqui, quum ipso contactu sentiamus non ea solùm quæ strictim manibus apprehendimus, sed ea etiam quæ vel primoribus digitis leuiter attingimus dum taxatur ita loquutus esset Plato? cur dixisset, ἀπὸ ξύλου ἔχειν, quasi ἅπτεσθαι non sufficeret? Equidem non sum tam leue genere loquendi vitium cum arbitror: & dicentem, Quicquid non possint manibus apprehendere, non significare simpliciter voluisse, Quicquid non possint ipso contactu sentire: sed ἐφελκυστικῶς loquutum esse, perinde ac si dixisset, Quicquid non possint manibus apprehendere, & quidem strictim ac pressis manibus, vt elabi nullo modo possit. Cæterùm an prouerbialis sit hæc loquendi formula, dubito. &, prouerbialiter si vsurpetur, tum potius ita eam vsurpari crediderim quum metaphoricè ponitur, eodem videlicet modo quo Mordicus apud Latinos.

Haud solide. 85

Οὐ πάνυ, id est, Haud firmiter, Plato in Theæteto, miror quamobrem prouerbij loco retulerit: nisi forte ob metaphoram duriusculam πάνυ, addidit ὡς φασι. Agit enim illic Socrates de his quæ suapte natura firma non sunt, sed alius ad alia accentia, reciprocis motibus variantur, vt sint aut non sint, velut album & nigrum, agens & patiens. locus sic habet ἐκ πάντα τὰ αὐτὰ ἅμα ἔστιν ὑπολαμβάνειν, αὐτὸ μὲν καθ' αὑτὸ μηδὲν ἦ. ἐκ δὲ τούτου δὴ πάντα μοι γίγνεσθαι ἐκ κινήσεως καὶ τοῦ κινεῖσθαι καὶ κεράννυσθαι. τὸ μὲν γὰρ ποιοῦν οὐδέπω ἐστὶν, ἀλλὰ γίγνεται μετὰ τοῦ ἀπτομένου· τὸ δὲ πάσχον αὖ οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ γίγνεται μετὰ τοῦ ποιοῦντος. οὕτω δὴ πάντα ἐστὶν ἐκ τοῦ πρὸς ἄλλο πως εἶναι τε καὶ γίγνεσθαι, ὅπερ ἄρτι ἐφάμεν, οὐδὲν ἑαυτῷ οὐδενὸς οὐδαμῶς, ἀλλ' ἀεὶ πάντα. id est, Atque ad eundem modum de reliquis sentiendum est, vnumquodque per se nihil esse (quod sanè ego & tu dicebamus) sed in mutuo inter se congressu omnia fieri, & omnium, videlicet a motu. Quandoquidem & agens esse aliquid, & patiens, vnumquodque per se intelligere, sicut aiunt, solidè non possumus. Aristoteles [illegible] tores a sit ferens hæresim experientiæ fere penitus [illegible] bitare, neque quicquam affirmare, sed omnibus dictis addere ἴσως ἢ πάνυ, id est, fortè & forsitan: πάνυ ἢ οὐδὲν, id est, nimis fixè. πάνυ Græcis dicitur quod compactum est. à πήγνυμι quod est figo siue compingo. inde πάγιον pro solido & certo. Accidentia quidem [illegible] Πάγιον & πάγιος. suum: substantia solida est. & eorum quæ dicuntur ad

alio-

aliquid, ratio pendet aliunde: patris enim ratio perit patri si moriatur filius, quum nihilo secius subsistat patris substantia. Quin & Latinis ea soli dicuntur bona immobilia: & à solo solidum dicitur quod integrum est & compactum. Id Oseri solum vocant pro toto. Iuuenalis, Nobilitas sola est atque vnica virtus. Sic hanc vocem frequenter vsurpat diuus Hieronymus. Hinc Sextus Pompeius Festus dicta putat solisterrea tela, quæ tota ferrea sunt: & hominem solertem, quòd omneis artes calleat: & solemne, quod omnibus annis fit. Indidem & terram solum diximus, quòd fixa sit & cõpacta, non profluens aeris & aquarum more. Huic cõtrarium est quod habet M. Tullius libro de finibus 2. Quæ dici eadem de cæteris virtutibus possent, quarum omnium fundamenta vos in vna voluptate, tanquam in aqua, ponitis. Vox à Græcis deducta videtur ὅλον. & aspiratione versa in s, solum.

Res solidæ solidum.

Aut abi, aut exuere. 86

Plato in Thæteteto significat apud Lacedæmonios hunc fuisse morem, vt in publicis certaminibus neminem cogerent ad congressum, sed legem edicebant, ἢ ἀπιέναι, ἢ ἐκδύεσθαι. Aut abire, aut exui. Græcis autem ἐκδύεσθαι dicuntur qui se parant certamini, quòd campestriati luctarentur olim, cætera nudi. vnde hæc ipsa vox ἐκδύεσθαι quoties transfertur ad rem animi, velut ad disputandum, aut repugnandum carni, prouerbij vim habet. Ita frequenter vsurpat D. Chrysostomus, ac diuus Basilius. Simile est id quod alibi dicitur, Aut bibat, aut abeat.

ἐκδύεσθαι.

Crisonem Himeræum præcurrere. 87

Prodigiosa celeritas Crisonis videtur locum dedisse prouerbio. Sic enim Socrates apud Platonem in Protagora, rogatus vt institutum cum Protagora disputationem perageret, βούλομαί σοι χαρίζεσθαι ὅτι, εἴ μου δυνατὰ δέοιτο. τῶν γὰρ ὄντων αὖ δέοι μοι Κρίσωνι τῷ Ἱμεραίῳ δρομεῖ ἁμιλλᾶσθαι ἴσως, ἢ τῷ δολιχοδρόμῳ τῷ ἢ τῷ ἡμεροδρόμῳ ἐθέλειν τὸ ἐμὲ ἐλθεῖν. id est, Optatum quidem tibi morem gerere, si quod petis, meæ facultatis esset: Nunc perinde est ac si me roges vt Crisonem Himeræum insignem cursorem sequar, aut dolichodromon quempiam, aut hemerodromon perpetuo æquem cursu sequarque. Himera Siciliæ ciuitas est, quanquam eiusdem nominis est altera in Africa. vnde Crison dictus est Himeræus, celeritate currendi celebris. qualem refert libro septimo Plinius fuisse Philippidem & Caristium Lacedæmonium, cumque his Philonidem, Alexandri magni cursorem. δολιχοδρόμοι dicebantur qui perpetuo impetu duodecim stadia decurrebant: ἡμεροδρόμοι, qui totum diem à mane vsque ad vesperam citra respirationem currebãt. Plinius scribit puerum nouem natum annos à meridie vsque ad vesperam continuasse cursum. Vnde Græci poetæ solem appellant ἡμεροδρόμον, quòd singulis diebus cursum suum peragat: quasi verò noctu requiescat in diuersorio Thetidis.

Δολιχοδρόμος. Ἡμεροδρόμος. Sol ἡμεροδρόμος.

Charadrion imitans. 88

Χαραδριὸν μιμούμενος, id est, Charadrion imitans, dicì solitum de dissimulante, ac rem vtilem occultante. Suidas refert hunc senarium scazontem ex Hipponacte.

Καὶ μὴν καλεῖτέ μ' ἔτι χαραδριὸν φαῦλον; id est,
Et nam charadrion quæso vendunt salax?

Item Aristophanes in Auibus,

Ἀλλ' ἀφ' ὑψηλοῦ σὺ κἀγὼ κἀκεῖνος ἐκ τοῦ λόφου
Ἰμβὰς ἐπῴζ', χαραδριὸν μιμούμενος. id est,
Alioqui vnpa vt videtur saltum ingressa, abdidit sese, charadrion imitans. Quo loco interpres ferè cum Suida consentiens, narrat huic aui vim inesse medicam, vt illius aspectu facilè sanentur qui laborant ictero siue regio morbo: eamque ob causam qui vendunt, occultant eã, ne licitator remedium sentiat priusquam emerit. Addit, eam auem mutare colorem ad similitudinem eorum quibus admouetur: non deesse tamen qui sentiãt, non aspectum sed eium auis, habere remedium. Vocem autem distingui accentu. nam si pronunties vltima acuta χαραδριὸς, declarari auem: si penultima acuta χαραδρίου, diminutiuum à χάραδρα, significari voraginem siue terræ hiatum, quòd in hunc delabens aqua melodiam quandam reddere videtur. Tantum ex his quæ indiligenter à Suida sunt congesta tradere licuit. Meminit huius auis & aliàs Comicus in eadem fabula. ὕδωρ ἐφέρετο κατωθὲν εἰς τὸ ἄδυτον τὸ χαραδριοῦ. id est, Aquam ex imo portabat in eius hiatum charadrij. Interpres addit, auimomen inditum, quòd in voraginibus gaudeat versari. Socrates apud Platonem in Gorgia, quum Calliclem eò pellexisset vt fateretur beatam vitam non esse sitam in copia rerum, sed in perpetuo influxu: (nam qui satur est, aut non sitit, quoniam nec molestiam sentit nec voluptatem, lapidis more viuit potius quàm hominis. hîc subnectit χαραδριοῦ τινα αὖ σὺ βίον λέγεις ἀλλ' ἢ τοιοῦτόν τινος. id est, Rursus tu charadrij quandam narras vitam, non mortui lapidisve. Marsilius vertit auem, quum Socrates videatur sentire de voragine, inquam quum perpetuò decurrat aqua, nunquam tamen expletur. Nisi fortè charadrius auis est de numero voracium, quemadmodum & larus, vt hinc nomen inuenerit à charadra ductum.

Obcharadrij medicinam vis.

Quantum pedibus potest. 89

Socrates in Gorgia Platonis ita loquitur, Σωφροσύνῃ μὲ διωκτέον ἐν ἅπασιν, ἀνδρείᾳ δ' ἀφεκτέον, εἰς ὅσον ἐν ποσὶν ἔχεσθαι ἑκάστῳ. id est, Temperantiam quidẽ sectari atque exercere oportet contrà, intemperantiam fugere quantum quisque nostrum pedibus valet. Id quo longius transfertur à rebus corporeis, hoc magis accedit ad prouerbium celeritatis. Quòd in corpore sunt pedes; hoc in animo sunt affectus, quibus expetimus aliquid aut refugimus.

Vasis instar. 90

Ἀγγείου δίκην, id est, Vasis instar, loqui dicitur, qui quum ob imperitiam ex se nihil possit adferre, ab aliis audita profert. Fons ex se liquorem habet: vas, ni aliũde infuderis, siccũ est. Homines autem qui vacant eruditione, per aures implentur. Socrates in Phædro Platonis, ὅτι μὲν οὖν αὐτὸς οὐκ αὐτὸν ἐνενόησα, εὖ οἶδα. σοφωτέρου ἐμοῦ ἐμέμνητο· λείπομαι δέ, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, οὐδὲν ἐμαυτοῦ εἰδὼς πάμπαν. δεῖ γὰρ ἀνάγκη παρ' ἄλλου μαθόντα, ἀκούειν ἐμοῦ. id est, Nihil horum ex meipso excogitaui, fateor, imperitiæ mihi conscius superest igitur, opinor, vt alicunde ex alienis fluentis per aures fuerim impletus instar vasis.

ANIM. HENR. STEPH.

V. Ἀγγείου] Dura est profectò hæc sermonis formula, Vasis instar loqui. & quidem durior, vt opinor, quàm vt eam prolaturus vnquam fuerit Plato. tantum abest vt ex isto eius loco elici eam posse concedam. neque enim video quo pacto hæc qua vtitur, Ex alienis fontibus pèr auditum impletus sim instar vasis, illi sit εἰώθοτος, Vasis instar loqui. nec cur is qui sermonibus, veluti vas liquoribus, impletus fuerit: idem & veluti vas loqui debeat dici. Fuisse autem in vsu comparationem hanc, πιθανῶς vel πιθανῶς λέγειν ἀγγεῖα, satis ostendit hoc loquendi genus ἄχρι χύλου, à vasis labro (nam id quoque χύλος appellatur) translatum. ostendunt & indidem deducta nomina, metaphoricè & ipsa vsurpata, ἰσχναγγεῖς, ἰσχνόχυλοι, δύσχυλοι. quorum postremum exponit Pollux nomine ab hoc ipso verbo πάσχειν facto, vicelicet ἀπέπτων.

πιθανῶς, vel πιθανῶς ἄχρι χύλου ἀγεῖν.

Vt lupus ouem amat. 91

Ὡς λύκος ἄρνα φιλεῖ, id est, Vt lupus ouem amat, qui sui commodi gratia simulat amorem. nam is vulgò dicitur amor, quum reuera sit odium. Iuuenis enim, quum puellam venatur, vt illi pudicitiam, thesaurum incomparabilem, eripiat, vt pro honesta fama turpi rumore traducat, vt parentibus, amicis ac bonis omnibus inuisam reddat: denique, vt quod est omnium charissimum bonam mentem eripiat: quæso quid deterius hostis faciat hosti? Socrates citat carmen in Phædro veluti populari vsu iactatum.

Ὡς λύκος ἄρνα φιλεῖ, ὡς παῖδα φιλοῦν ἐρασταί. id est,
Vt lupi oues, ita amat puerum vesanus amator. Maro,
Torua leæna lupum sequitur, lupus ipse capellam
Florentem cytisum sequitur lasciua capella.
Et Horatius,
-non ego te, tigris vt aspera,
Getulusue leo frangere persequor.

In nauibus educatus. 92

Ἐν ναυσὶ πεπαιδευμένος, id est, In nauibus educatus, dicebatur qui rudis esset & alienus à moribus liberalibus, sensuque communi. Solet enim ferè nauticum genus suo elemento respondere, quòd à ciuilium hominum commercio submotum viuat. Ita Plato in Phædro, πῶς ἂν οὖν ἐκεῖνον ἐγκώμιον αὐτοῦ τὸν ναυσὶ τε πεπαι-

Nautarum ingenium.

μέναντ id est, Annon putas illum existimaturum, sese audire homines in nauibus alicubi educatos? Plautus in Cistellaria, mores agrestes appellat maritimos, imò potius incomitantes, quòd mari vicinis accedat recedatque. Plauti verba sic habent, ita me amor lapsũ animi lubet, ita agit, appetit, captat, cupit, rapit, largitur, quod datur, quod datu sit: modò quod suasit dissuadet, quod dissuasit, id ostentat: maritimis moribus mecum experitur: ita meum frangit amantem animum.

Quod vtile, honestum. 93

Τὸ μὲ ωφέλιμον καλὸν, τὸ δ βλαβερὸν αἰσχρὸν, id est, Quod vtile est, honestum est: quod autem noxium, turpe. Hoc Plato De Republica quinto refert quasi vulgò iactatum. κάλλιστα γὰρ δὴ πᾶσι καὶ λέγεται καὶ ἄδεται, ὅτι τὸ μὲ ωφέλιμον καλὸν, τὸ δ βλαβερὸν αἰσχρόν. id est, Nam pulcherrimè profectò hoc dicitur & dicetur, quod vtile est, id esse honestum, quod noxium, id esse (alius nolens omittere quod erat in plerisque coductibus) adiecit turpe. Agit enim illic de fœminis ad omnia masculorum munia pariter vocandis, si modo reperiantur quæ vtiles reip. Vult igitur illarum corpora nudari ciuitatis custodibus, &, si videantur habiles, vnà cum masculis publicitus exerceri. Vehementer autem contemnit illos qui rideant nudata fœminarum corpora, modò ob reipub. commodum. Dubitat & M. Tullius an turpe sit viro bono nudum saltare in foro, si liceat eiusmodi saltatione seruare rempubl. Sed hominum vulgus inuertit sententiam, honestum esse quicquid est vtile, quum philosophis nihil sit vtile, nisi quod honestum est.

Nudari corpora mulierum.

Magis quàm sol Heracliti. 94

Qui sine spe reparationis deficiunt, eos Socrates apud Platonem De Rep. lib. 6. μᾶλλον ἢ Ἡρακλείτου τὸν λίθον σβέσουσι, hoc est, Magis ipso Heracliti sole extinguunt, dixit. Agit illic de senibus qui ad perdiscendas philosophiæ difficultates idonei non sunt, in adolescentia defatigati. Heraclitus enim existimauit solem scaphæ speciem habere, eiusque lumen deficere quoties cauum ad supernota vertitur: sed rursus fieri lucidum postquam inuertitur. Non dissimile somnium de sole prodidit Xenophanes, qui putauit eum in occasu perire, sed exortu nouum fieri solem. At senes nunquam renouantur ad vigorem iuuenilem. Huc allusisse videtur Horatius in odis,

Somnium de sole.

Damna tamen celeres reparant cœlestia lunæ,
Nos vbi decidimus, &c.

Cœnum barbaricum. 95

Βορβόρου βαρβαρικὸν, id est, Cœnum barbaricum, proverbium est tempore cuiusdam apud Platonem lib. De rep. 8. ponitur. Laudat enim illic dialecticam quæ sola mentem ignorantiæ immersam erigit, attollitque à vanis opinionibus ad solidam veri cognitionem. ἡ γὰρ ὄντως, inquit, ὡς βορβόρου βαρβαρικοῦ τινος τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα κεκαλυμμένον ἀρέμα ἕλκει καὶ ἀνακαλεῖται, id est, Ac re vera barbarico quodam cœno demersum animi oculum paulatim trahit subuehitque sursum barbarus à borboro per contemptum dictum videtur.

Dialectica vis.

Non è quercu, aut saxo. 96

Οὐκ ἐκ δρυὸς ἢ ἐκ πέτρας, id est, Non è quercu saxóve, quum significamus non constare materia externa, sed ex animi virtutibus. Veluti vulgus ciuitatem appellat muros ac domos è lapidibus ligniſque constructas, Ecclesiam appellat structuram simili materia congestam, quum re vera ciuium constet hominum moribus, & Ecclesia sit animorum in vera religione consensus. Plato libro De repub. octauo, ἢ οἴει σὺ δρυὸς ἢ πέτρας πόλεις πρώτους γίγνεσθαι, ἀλλ' οὐκ ἐκ τῶν ἐν ταῖς πόλεσι ἠθῶν; id est, An existimas è quercu qualibet aut è saxo respublicas fieri, ac non potius ex moribus eorum qui in ciuitatibus versantur?

Psallium iniicere. 97

Ψάλιον ἐμβαλεῖν, id est, Psallium iniicere dicuntur qui ferocientem animum moderamine quopiam premunt: metaphora sumpta ab equis animosioribus. Plato libro De legib. 3. ὁ δὲ τρίτος ὑμῖν ὅτι σπάνιος σωτὴρ ἐν θυμοειδεῖ ἀρχῇ ὁρᾶν, οἷον ψάλλιον αὐτῷ ἐμβαλὼν τὴν τῶν φόρων διοικήσει. id est, At tertius vobis seruator, luxuriantem etiamnum frementemque conspiciens principatum, veluti psallium illi iniecit, Ephororum potentiam. De Lacedæmoniorum republica loquitur, in qua quinque Ephori sunt instituti, ad temperandam regiam potentiam. Pfallium autem est circulus qui freno additur, vnde & pro fræno ponitur interdum. Nisi fortè allusit ad bubalos, qui circulo ferreo naribus iniecto circumaguntur. vnde prouerbium, Naribus trahere, quod alio dictum est loco.

† *Psallium quid.*

Principium, medium, finis. 98

Plato libro De legibus quarto, refert hoc quasi vulgo decantatum, Deum vniuersitatem rerum omnium complecti. Hoc est principium, medium & finem. Ab illo enim omnium quæ sunt initium, incrementum & summa, Ἀρχὴν μὲν καὶ τελευτὴν καὶ μέσα τῶν ὄντων, ὥσπερ ὁ παλαιὸς λόγος, ἔχει τε καὶ περαίνει κατὰ φύσιν εὐθείαν πορευόμενον. id est, Sic igitur illis loquamur, Deus quidem, ô viri (quemadmodum & veteri prouerbio dicitur) omnium quæ sunt, principium, finem ac medium continens, rectum peragit cursum, secundum naturam circumiens.

Deus.

Orphica vita. 99

Ὀρφικὸν βίον, id est, Orphicam vitam. Plato lib. De leg. textu dixit vitam innoxiam, & à luxu sanguinolentisque dapibus puram. Huiusmodi siquidem vitæ rationem Orpheus instituisse videtur, vt non solùm sanguine pecudum non inquinarent aras deorum, verùm ne vesci quidem vllius animantis carnibus sustinerent, sed libis ac frugibus melle compersis sacra facerent, nec alijs ipsi vescerentur. Platonis verba sunt hæc ἀλλ' Ὀρφικαί τινες λεγόμεναι βίοι ἐφάνησαν ὑμῖν πω τινὰ id est, Sed Orphica quædam, vt dicitur, vita tum erat vestris, illo seculo. Videtur Orpheus hoc conatus apud Thraces, quod Pythagoras tentauit apud Ionios, Numa apud Romanos.

Orphei institutum.

Candidus sermo. 100

Λευκὸς λόγος Græcis dicitur oratio dilucida perspicuáque à colore qui inter cæteros plurimum habet lucis. Vnde λευκότερον dicuntur qui clarius efferunt quod sentiunt hoc est, ἐναργέστερον. Et λευκὴ φωνὴ dicitur quæ facile penetrat aures auditorum. Huiusmodi metaphoræ sunt quæ sumuntur è propinquo: vt quum sentire dicuntur aut videre qui rem intelligunt, tenere qui meminerunt, ὀδορari qui suspicantur, cæcutire qui errant. E proximo ducuntur, quum quod oculorum est, transfertur ad aures, velut hoc.

λευκότερον.

CHILIADIS QVARTAE CENTVRIA OCTAVA.

Ambrones. 1

Malis artib. victitantes.

Ambrones olim vulgò dicebantur qui rapto malisque artibus viuerent. Originem indicat Festus Pompeius, admonens eam fuisse Galliarũ gentem, quam quum mare inundans finibus suis depulisset, per aliena oberrantes, rapinis ac prædationibus se suoque alere cœperunt. Manus erat formidabilis non numero tantùm (dicuntur enim fuisse triginta millia) verumetiam tum animorum ferocia, tum ratione pugnandi. Siquidem confertis, rhythmis & concentu quodam in hostem ferebantur subinde intonantes, Ambrones. Ambrones: siue vt hac voce suos in vnum conuocarent: siue vt hostibus terrorem incuterent. Ab his victi fuerant Romani duces Manlius & Cepio: sed primùm à Liguribus fracti sunt, mox à C. Mario profligati, tandem ad aquas Sextias vnà cum Cimbris ac Teutonibus deleti sunt. Ita fermè Iulius Florus in Epitome libri 68. & Plutarchus in vita C. Marij. Simili modo Cilicis vocabulum abiit in conuicium rapacitatis ac prædationis.

Vinaria angina. 2

De

De ἀγχόνῃ, id est, angina argentaria, quæ multis, præter Demosthenem, vocem intercepit, iam antea diximus. At Festus Pompeius indicat loco citato tum in eos qui vino præfocantur, laborare vinaria angina, quã ἀπάγχλην possis dicere. Ipse apud Romæ quendam haud vulgariter eruditum, qui hac angina fecũ perit: Hermicus appellabatur, natione Lusitanus. Correptus erat febricula, vir corpore supra modum obeso, & ob id spirituosus. Decumbentem inuisit Christophorus Fecherus, patria Anglus. Vin' tu, inquit, Hermisce auscultare medicis meras nugas præscribentibus? Bono vino rectius proluetur hoc malum: simulque iussit adferri vinum Corsicum quadrimum. Propinauit ægroto, iubens bono esse animo. Ille perfidus hausit cæcatum, ac mox intercluso spiritu cœpit animam agere. Quosdam ebrietas è taciturnis reddit loquacissimos, quosdam contrà tam mutos quàm vilus est piscis citra valetudinis periculum. Vtinam hæc ἀπάγχη minus frequens esset apud Germanos.

In viro præfocatos.

Titiuillitium. 3

Titiuillitium vox erat olim nullam quidem rem certam declarans, sed velut interiectio contemptum extremum indicabat, qualis est apud Græcos οὐτιδανόν. Plautus citante Festo Pompeio. Non ego istuc verbum emptitem titiuillitio. Locus autem est in Catilina. Similis vox est apud eũdem Festum Burrubata, qua tamen vsus sit Naevius pro nugatorio, sensu iisdem rebus. Nonnus autem putat Pipolo, conuicij fuisse vocem. Plaut. in Aul. Ita me bene amet Lauerna, iam nisi vala reddi iubes pipolo hic differam ante ædes.

Nihil potest nec addi nec adimi. 4

De perfectis operibus ita vulgo dicitolitum indicat Aristoteles libro Moralium Nicomachiorum secundo, ὅτι ἐπὶ τῶν ἔργων τῶν εὖ ἐχόντων ἔστιν, ὥστε μήτε προσθεῖναι μήτε ἀφελεῖν, ἢ τὸ μὲν ὑπερβολὴν εἶναι, τὸ δὲ ἔλλειψιν. id est, Vnde de operibus quę bene habent, ita solent prædicare, Nec adimere possis, nec addere. Nam vt bene sit aliquid præstat mediocritas, tollit excessus, aut defectus excessum inducit, qui addit: defectum, qui adimit. De Lucilio scripsit Horatius, 1. Serm.

De ἔργοις perfectis sunt.

Quum flueret lutulentus, erat quod tollere velles.

De Demosthene ac Cicerone dictum est: Illi nihil posse demi, huic nihil posse addi.

Virtus simplex. 5

Dubitari possit vtrum versus sit vulgo iactatus, quẽ vt omnibus notissimum citra nomenclaturam retulerit Ethicorum secundo Aristoteles: an imprudenti excident versus pentameter. Differens enim e sententia Pythagoræ errorem esse infinitum, virtutem finitam, quę nisi nodum in nemore mille modis aberratur à secta via, quum ea sit vnica eaque vitium esse in prochui, vt rursum in arduo, quemadmodum facile est à scopo aberrare, sed scopum attingere difficile est: subinsigit.

Ἐστὶ γὰρ ἁπλῆ ἀνδρὸς ἀγαθοῦ ἡ ἀρετή. id est,

Est simplex virtus omnigenum vitium.

Extra fumum & vndam. 6

Aristoteles eodem libro refert versum Homericum vt vulgo decantatum,

Secunda me doctrina.

Ἐκ τοῦ καπνὸν ἰδεῖν καὶ κῦμα θοὸν ἀναβῆναι
Νῆα. id est,

A fumo nauim simulatq; à fluctibus arcet.

Aristoteles indicat esse verba Callypsus adhortantis Vlyssem vt neque nimium litori vicinus nauiget fumum sequutus, neque se profundo credat pelago, sed in medio fecet viam, quòd ibi periculum sit à saxis & vadis, hic ab vndis. Argyropylus autem interpres ea verba tribuit Circe, quid sequutus nescio.

Communis tanquam Sisapo. 7

Proverbiali schemate hoc controuersia dictum est. M. Tull. Philip: Domum dico? Quid erat? terris vbi in tuo pedem poneres? præter vnum Metellum, quod cum sociis, tanquam Sisiponem, tenebas. Sensit Antonius Metellum non habitare vt verum possessionem, sed vt venam reden ptam ad quæstum. Plinius lib 33. cap. 7. docet minium (quod Græci μίλτον appellant, nõnulli cinnabarin) apud priscos non fuisse tum summo in pretio sed etiam in magna reprobatione fuisse. Nam festis diebus simulachra deorũ minio oblinebantur, quemadmodum & triumphantes: quod tamen Gallia ex se fieri passus non est, vt refert Cornelius Tacitus. Sisapo autem Bęticæ oppidum est, olim Romanis vetigale, venas habens minarias. Neque enim temere Romam aliunde minium aduehebatur. Negat autem Plinius vllus rei Romanis fuisse diligentiores custodiam. neque enim ibi fas erat perhibet minium exco quisque vbi nascebatur: vena signata ad dena milia fere pondo annua, Romæ lauabatur. In vendenda lex præscribebat pretij modum ne ij immensum excederet. Sed multis modis adulterabatur: vnde inquit, prædo societati. Et mox de minio adulterino, Hoc ergo adulteratur in officinis sociorum. Ex his liquet eam regionem in multos socios fuisse diuisam, quemadmodum & hodie metalla argentaria auraríaue iuxta certos tractus à redemptoribus occupantur.

Minium.

Quant' vix cælo capi possit. 8

Hac hyperbola M. Tullius Philippica secunda famæ celebritatem expressit, de his loquens qui C. Iulium tyrannidem affectantem occiderunt. Præsertim quum illi eam gloriam consequuti sint quæ vix cælo capi posse videatur, Vergilius,

Imperium terris, sed famam terminat astris.

At Maro Daphnidem: Et nostra sidera notum.

Et Horatius, 1. Carm. 1.

Sublimi feriam vertice sidera.

Apud M. Tullium frequenter obuium est, In cælum laudibus ferre.

Modò palliatus, modò togatus. 9

In hominem inconstantem ac lubrica fide diuersarumque partium elegantes torquentur. velut si quis subinde mutato vitæ genere nunc eidem gestet theologicam, nunc cum paludamento militari incedat. M. Tullius Philippica quinta: Accipitene accusationem is qui quæstioni præsit Græci iudicis, modò palliati, modò togati? Pallium Græcorum est, vt toga Romanorum: vtraque tamen vestis, pacis est, quemadmodum saga belli.

Ad saga. 10

Sagum tunicula erat militaris. M. Tullius non sine specie prouerbij aliquoties dicit Ad saga ire, pro cogitare quod est apparari bellum, & ad arma procurrere. Ita Philippica sexta, Properent, quod video facturos: vos saga parate. Est enim ita decretum vt si ille authoritati senatus non paruisset, ad saga iretur. Rursum in eadem, Iustitium edici, saga sumi dici placere. Et superius in quinta, Iustitium indici, saga sumi dico oportere. Ipsi in septima, Mimo, saga, bellum flagitauerunt. Rursus 8. Delectus tota Italia decreti, sublatis vocationibus, saga cras sumentur. Iterum in eadem, Equidem P. C. quanquam hoc honore vti togati esse solent, quum est in armis ciuitas: statui tamen à vobis cæteris ciuibus in tanta atrocitate temporis tantaque perturbatione populum Romanum non differre vestitu. Rutilius Philippica 13. Te non intelligis, de cætu tota Italia habito, consultores missos, Cæsare ornato, lagis denique sumptis, hostem iudicatum? Ac 14. Frequenter ad saga issemus, Cras sagati prodeamus, Ad saga sumenda discedere, Ad saga iussi. Reduisse ad togas. Agione in Verrem tertia, Coniungit similia, Quin coegeris homines miseros & calamitosos, quasi desperatis nostris legibus & iudicijs, ad vim, ad manus, ad arma confugere.

Sagum, militare vestimentum.

Igni ferróque minari. 11

Qui extremam denuntiant inimicitiam, igni ferroque minari dicuntur. quod verbum & hodie vulgo tritissimum est. Qui ciuilibus bellum gerunt, tantum abigunt prædas, cædem incendioque abstinent M. Tullius Philippica 13. Sanctiore erunt, credo, iure legati, quam duo consules, Tonera quos arma ferunt quàm Mutina quam obsidet: quàm patria cui igni ferroque minitatur. Rursum Philippica 8. Huic vbi ferro ignique minitantur. Venustius erit quoties ad animi res transferuntur, veluti siquis dicat philosophos cuipiam igni ferróque minitari, quòd in eum parent atrociter scribere. Sic quibuscum nolumus nobis quicquam esse commercij, iis aqua & igni interdicimus.

Extrema deque minari dicuntur.

Neque terræ motus timet, neque fluctus. 12

Aristoteles libro Moralium Nicomachiorum 3. docet, eos qui non habitu vitiosi sed humanitate quadam naturæ, nihil omnino formidant, nequaquam appellandos esse fortes, sed μαινομένους ἢ ἀναισθήτους, hoc est, insanos & stupidos, sentu que expertes. Ait, inquit, τοὺς μανέντας & τοὺς ἀναισθήτους, ἐὰν ἄρα φοβεῖται μηδὲν ἐπιόντων, μηδὲ τοὺς σεισμοὺς, καθάπερ φασὶ τοὺς Κελτούς. id est, Fuerit autem quispiam insanus ac doloris sensu vacans, si nihil

mettat, neque terræ cōcussiones, neque fluctus, quemadmodum de Celtis prædicant. Nihil enim horribilius mari commoto, terræ verò cōcussio videtur inferorum ad superorum sedem ereptionem minitari. Tāta autem erat quarundam Galliæ Germaniæque gentium immanitas, vt nec his terrerentur quæ maximè sunt natura horrenda. Quod autem Aristoteles μανότερον & ἀνάλγητον pro eodem vsurpat, arbitror huc respexisse Diogenem, qui rogatus quis ipsi videretur Socrates, μανότερον, inquit: videlicet eo quòd aduersus omnem corporis molestiam obduruerat, quum alioqui esset omnium iniuriarum tolerantissimus. Nisi fortè Diogenes hoc quoque stupori tribuebat, non virtuti: quòd ne colaphis quidem prouocari posset vt vel tantillum excandesceret.

Veterū Galloru, & Germanorum immanitas.

Calceos mutare. 13

Non sine specie prouerbij Ciceroni dictus est mutasse calceos qui nullo suo merito senatorium dignitatem vsurpauit, cuius insigne erat nigro calceo addita lunula circa talum. M. Tullij verba sic habent, Est etiam Asinius quidam senator voluntarius, lectus ipse à se. Apertam vidit curiam post Cæsaris mortem, mutauit calceos, pater cōscriptus repentè factus est. Quemadmodum clauus aureus in toga signum erat senatoriæ dignitatis, ita nigra aluta circa talos addita declarabat eandem dignitatem.

Campana superbia. 14

Fœlicitatis comes esse solet ferocia. Campaniam autem Italiæ quandam fuisse regionem lorge beatissimam testantur tum alij complures, tum Plinius lib. 3. cap. 5. Hinc, inquit, fœnix illa Campania est: ab hoc sinu incipiunt vitiferi, colles, & temulentia nobilis, succo per omnes terras inclyto, atque vt veteres dixere, summum Liberi patris cum Cerere certamen. & cætera quæ sequuntur, de fertilitate simul & amœnitate Campaniæ. Constat autem Capuam olim cum Roma de principatu concertasse. hinc Campana superbia, & Campana arrogantia in prouerbium venit. M. Tullius in oratione pro Rullo, itaque illam Campanam arrogantiam, atque intolerandam ferociam ratione & consilio maiores nostri ad mitissimum ac desidiosissimum ocium perduxerunt. Sic & crudelitatis infamiam effugerunt, quòd vrbem ex Italia pulcherrimam non sustulerunt, & multum in posterum prouiderunt, quòd neruis vrbis omnibus exectis, vrbem ipsam solutam ac debilitatam reliquerunt. In eadem aliquanto post Capuam domicilium superbiæ sedemque luxuriæ vocat. Itaque electi coloni Capuæ, in domicilio superbiæ atque in sedibus luxuriæ collocati. Quen, admodum in oratione habita in senatu post reditum suum, Capuæ ne, inquit, te putabas, in qua vrbe domicilium quondam superbiæ fuit, consulem esse, sicut eras eo tempore? Rursus in fragmento orationis contra eundem, Qui locus, propter vbertatem agrorum, abundantiamque rerum omnium, superbiam & crudelitatem genuisse dicitur. Ac mox, Si luxuries Annibalem ipsum Capuæ corrupit, si superbia nata mihi esse ex Campanorum fastidio dicitur. Titus item Liuius libro primæ Decad. 9. scribit Campanis ingenitam esse superbiam. Ad hæc Aulus Gellius lib. 11. cap. 14. Næuianum epitaphium, quod in seipsum tumidius prædicat, ait esse plenum Campanæ superbiæ. Opinor autem Næuium fuisse Campanum. Ita quemadmodum olim omnem insignem perfidiam populus Punicam appellabat: sic cuiuslibet ferociam Campanam appellabat. Ac nunc de moribus gentis nihil dicam. Cæterum quum ipse per Campaniam iter facerem, nusquā reperi luccum illum per omnes terras inclytum. nusquam guttam vini Falerni, Caleni, Massici, Setini, Cecubi, Suarentini. Nō minimum abfuit quin in ipsa quę nunc monstratur Capua, vinaria angina faucrimus præfocati. Impleuimus totam phialam laccato contuso: vicit vinum quouis acceto acerbius. Fereè defruta vtūtur, quòd alioqui non durent vique ad proximam vindemiam. Et vbi sunt illa laudata vina, quorum nomen patriamque vetustas deleuit? Polueris affatim hausimus. Adeò natura nihil in rebus humanis patitur esse perpetuum.

Helix Campana.

Capua, domicilium superbiæ.

Αὐτοῦ. 15

Antè retulimus prouerbium αὐτὸς εἰλὼν αὐλεῖ, id est, Ipse sui tibicen est. Huic simillimum est quod vnico verbo Græci dicunt αὐτόσων, siquis sua voce seipsum prædicat, hoc est, ipse sui panegyricum agit. Solent enim

Homo, sui præco.

præcones hominum venalium artes ac dotes euulgare, quo magis emptorem irritarent. Ridiculum autem habetur, hominem sui præconem esse. Congruit cum eo quod alibi diximus εἷς αὐτὸς ὁ μάντις. Prouerbium refertur apud Suidam. Simili figura dicunt Attici, αὐτοῖς ἐρίφοις κλάειν, id est, Vnà cum ipsis dictis porcas. & Aristophanes in Equitibus, τὴν παφλαγόνα αὐτὴν αὐτοῖς βοηδρόμοις κλάσεσθαι δεῖ, id est, Paphlagonem ipsis cum conuiuis perdant dij. Et Mox, αὐτὸν ἀμφοτεραῖς, id est, vna cum ipsis calumnijs.

Sterilem fundum ne colas. 16

Στεῖρον ἀγρὸν μὴ σπείρειν, id est, Agrum sterilem ne colas. refertur inter leges Platonicas. Hoc ænigmate lex apud Platonem verecundè deterret à venere masculā, si satis commemini. In octauo De legibus, aut illos facere sementem in petras. Potest tamen ad alios vsus accommodari, Ne doceas indocilem, Ne fœlicitatem quæsas in diuitijs: non enim pariunt homini beatitudinem. Plautus in Amphitryone, Nam vxorem vsurariam perinde est præberier, ac si agrum sterilem sarriendum colloces.

Scarabeus citius faciet mel. 17

Ad Ἀδύνατον classem pertinent quæ referuntur in epigrammate Palladæ, Citius mel faciet scarabeus, aut lac culex.

Θᾶσσον ποιήσει μὴν κάνθαρος, ἢ γάλα κώνωψ; id est, *Mel citius faciet scarabeus, & aut cuicx lac.*

Terram video. 18

Qui molesti prolixique laboris finem adesse significabat, dicere solet γῆν ὁρῶ, id est, Terram video. Sumptum à naufragantibus. Quintus Curtius lib. 4. Haud secus quam profundum æquor ingressi terram oculis sequuntur. Plautus in Mercatore, Equidem iam me censebam esse in terra. M. Tullius in oratione pro L. Murena, Quòd si portu solventibus ij qui iam in portum ex alto inuehuntur, præcipere summo studio solent & tempestatum rationem, & prædonum, & locorum quòd natura affert vt eis faueamus, qui eadem pericula quibus nos perfuncti sumus ingrediantur: quo tandem animo me esse oportet, propè iam ex magna iactatione terram videntem, in hunc, cui video, maximas reip. tempestates esse subeundas? Idem in Catone seniore, Quasi terram videam, sentiens iactare vitæ finē. Diogenes, quum prolixum volumen recitans tandem eò peruenisset vt ibri finem videret, Bene habet, inquit, amici γῆν ὁρῶ, id est, terram video.

Laboris finis.

Incantatione quauis efficacius. 19

Πάσης ἐπῳδῆς ἐπιτηδειότερον, id est, Quauis incantatione efficacius. Pitheis persuasum erat prodigiolam inesse vim vocibus incantatorum, adeò vt mysticus quoque psalmus mentionem faciat venefici incantantis sapienter, & populum numinis iussis nequaquam obtemperantem comparet aspidi surdæ. Plato in epistola ad Hermiam, Erastum, & Corticum. Οἶμαι γὰρ ἡμᾶς ἐγὼ καὶ σὲ παρ' ἡμῶν ὑπὸ θεοῦ τινος λόγους, οἵτινες ἰσχυρότεροι μᾶλλον ἢ ἐπῳδαὶ καὶ πειθοῖ τινι ἀναγκάσουσι φίλους ποιῆσαι καὶ κατιέναι, id est, Arbitror enim sermones hinc à nobis profectos iustitia ac pudore vos quauis incantatione magis conciliaturos ac reducturos in pristinam concordiam.

Incantatorum vox quanta.

Inuidus vicini oculus. 20

Halycitus Eucymoni, Δυσμενὴς γὰρ ἐγγείτων ὁ σὸς γείτων ὀφθαλμός, φησὶν ὁ παροιμιαστής, id est, Maleuolus & inuidus vicinorum oculus, inquit prouerbium. Respexit, ni fallor, ad Hesiodium dictum de figulo, cantore & vicino, quod alibi retulimus. Sic Ouidius,

Fertilior seges est alieno semper in agro,
Vberiusque pecus graudius vber habet.

Eodem collyrio mederi omnibus. 21

Leges, admonitiones & obiurgationes non oportet omnibus eadem admouere, sed pro gentium, temporum & ingeniorum varietate sermonem attemperare. Hanc dexteritatem in beatus Hieronymus, enarrans epistolam ad Ephesios, laudat in Apostolo Paulo, qui factus est omnia omnibus, vt omnes lucrifaceret. Verba Hieronymi citantur dist. 25. Nec ad inssar, inquit, imperiti medici vno collyrio omniam oculos vult curare. Alterum retulimus ex Galeno, Eundem calceum omni pedi inducere.

Eundem calceum omni pedi inducere.

Funditus, Radicitus, &c. 22

Quod

Quod prorsus ac citra spem instaurationis perditur, funditus ac radicitus tolli dicitur. quorum alterum fundi est ab ædificio, quum æquatur solo. Alterum ab arboribus quum non solum amputantur ramis, verumetiam ipsa stirps incidatur, aut vna cum radicibus tollitur. Acanetus Phœbianæ exprobrans amicæ, quod ab ea rebus omnibus exutus iam tattio retur, inquit, ὀὐ σὺ μὲ αὐτὴν καὶ τὰ πράγματα ἀπηγξάτο ἐκ ῥιζῶν, id est, Nec vbi me, iuxta prouerbium, totum subuertisti, intuper & in seruitutem redegisti. Plautus in Trinummo. Qui illius sapientiam & ingentem fidelitatem, & celatæ omnia penè ille ignauus funditus perfundedit. Idem in Mostellaria pro eodem dixit, cum funda crento. Non videor mihi tacere posse ędes meas quin totæ perpetuo ruant, quin cum funda uēto perierint, nec quisquam esse auxilio queat. Quod nos dicimus radicitus siue a stirpe, Græci dicunt ἐκπεριζήτειν, quasi dicas extirpare. Quo verbo vsus est Cicero libello de fato, Extirpari autem & funditus tolli, vt is ipse, &c. Idem pro Sexto Roscio Amerino, Et ex eo Titus Roscius non paululum nescio quid in rem suam conuertit, sed hunc funditus euertit. Idem in Verrem lib. 4. Nam me dies, vox, latera, deficient, si hoc nunc vociferari velim, quàm miserum indignumque sit istius nomine, apud eos diem festum esse, quorum e istius opera funditus extinctos esse arbitretur. Rursus in eundem lib. 5. Labefactarat enim vehementer aratores tum superior annus, proximus verò funditus euerterat. Idem Pro domo sua ad pontifices, Et funditus euerteres ciuitatem. In eadem, Vt eius qui pernicioia Reipub consilia cœpisset, omnis memoria funditus ex oculis hominum ac mentibus tolleretur. Item in epistola ad Q. fratrem primâ, Sin autem omnibus in rebus obsequemur, funditus eos perire patiemur. Rursus ad eundem, Remp. funditus amisimus. Item in eadem. Videne me non radicitus euellere omnes affectiones tuas? Multum accedet gratiæ, si ad animum adhibebitur. velut si quis dicat, ambitionem, auaritiam ac libidinem funditus ac radicitus ex animo reuellendam.

Cum fundamento.

Ex cupressi ζειν.

In ore atque oculis. 23

Quæ propalam fiunt, in ore atque oculis omnium fieri dicuntur. M. Tullius in Verrem lib. 5. Quum hæc confessus es quæ in foro palam Syracusis in ore atque oculis prouinciæ gesta sunt. Rursus in Diuinatione, In mentem tibi non venit quid negotij sit causam publicam sustinere, vitam alterius totam explicare, fatque eam non modò in animis iudicum, sed etiam in oculis conspectuque omnium exponere, &c. Os fortassis hic dixit pro aspectu. Alioqui in ore omnium dicuntur esse de quibus rumor est publicus. Et in oculis ferri dicimur quos obseruamus curæque habemus.

De eo, quod rumore publico effertur.

Myconiorum more. 24

Μυκονίων δίκαν id est, Myconiorum more, dicebantur ad conuiuium accedere qui vltro venirent non vocati. Myconus vna Cycladum est insula gens ob rerum inopiam cogebatur sese conuiuiis ingerere: vnde iocus prouerbialis. Apud Athenæum Archilochus lacerat Periclem, quòd inuocatus irruerit in conuiuia, μυκονίων δίκαν quem locũ & alibi retulimus. Myconiorum vestigia videas & hodie in quibusdam Hybernis, qua de re clarissimus vir Guilhelmus Montius olim fabulam mihi non illepidam recitauit: imò non fabulam, sed rem ipso teste gestam. Hybernus quidam ignotus, ingressus aulam principis tempore prandij, non inuitatus accubuit mensæ regiorum satellitum, qui videntes hunc peregrinum, rogarunt cuias esset. Professus est patriam. Rogarunt num quod officium haberet in aula. Nullum, inquit, sed habere cupio. Illi demirantes hominis impudentiam, iusserunt surgere atque abire. Hoc, inquit, faciam prandeo. quid multa? Vicit improbitate, nec locum in aula deseruit Hybernus. Tandem ira versa in risum, rogarunt hominem qua tandem fronte alius esset ignotus & alienus sese in regiam familiam ingerere. Quo ille, inquit, scio nam regem satis esse diuitem ad dandum mihi prandium.

Solem adiuuare lucernis. 25

Alibi retulimus τὸν φαῦλον ἥλιον λαμπάδι. Huic simillimum est quod refert Gratianus ex Anacleto Papa, Causa 6. Quæstione prima, in eos qui hic vsurpant tibi diuinum iudicium, quod nullus hominum potest effugere. Nam incerta sunt hominum iudicia, neque secus sese habent ad iudicia Dei quàm fax ad solem. Si omnia vinquit; in hoc seculo vindicata essent, locum diuina iudicia non haberent. Superuacuis laborat impendiis qui tolerat certas tabulas deum in, &c. Quanquam in libris vulgatis librarij pro tabulis deprauarant tabernis.

Censoria virgula. 26

Tritissimum est apud eruditos, Censoriam virgam iudicium et appellare iudicandi authoritatem, præsertim cum sumperculio. pereliq; à magistratu Romano sumptum. Cuius formæ est quod ait beatus Hieronymus in dialogo aduersus Lucifer ianos, Nemo potest Christi palmam sibi assumere, nemo ante diem iudicij de hominibus iudicare. Videtur autem Hieronymus allusisse ad caput Deuteronomij 25. vb: iustitiæ palma dicitur quæ à iudicibus tradebatur ei qui probasset suam innocentiam, causamque vicisset. Hanc palmam vere Christus habet, nec eam tradit indigno: quoniam solus iudicio non fallitur, quum in humanis iudicijs plurimum sit & erroris & caliginis.

Trochi in morem. 27

Βίκος τρόχου, id est, Trochi in morem, de versatilibus & inconstantibus dicitur. Est enim bombix trochus quem pueri flagello circumagunt. Suidas citat ex Aristophane, βίκος ὥστε δεῖ σε ἕλκειν δίκην, id est, te oportet quicquam à trocho differre. Locus is est in Auibus. Hesychius dicunt potest in eum qui in fuga non tenuerit rectam viam, sed in orbem tuerit circuactus. Quod mihi quondam vsu venit à Stesichorio petenti Bubicam. Fortè incidimus in quendam equitem, quo duce quum in nemore diutius obequitarem, rogabam an certò nosset viam. At ille: Quum non esset finis, Oportet, inquam, nos errare nam tres iam horas versamur in nemore, quod intra horam solemus emetiri. Quid mulcis? Compertum est minimum abfuisse quin eò reditemus vnde veneramus. Bombix autem magno impetu mouetur, sed in orbem, vt fugiens non effugiat. Simili tropo stultorum inconstantiam notat Siracides ille sapiens Hebræus, capite trigesimotertio. Præcordia fatui quasi rota curri, & quasi axis versatilis cogitatus illius. Apud Plautum interdũ dicitur aliquis trocho aut rota figuli versatilior.

† De inconstantibus.

ANIMAD. HERM. STEPH.

Vilibus & inconstantibus.) Quum Suidas hæc Aristophanis verba, βίκος ὥστε δεῖ σε ἕλκειν δίκην, exponit ἀλλάττειν καὶ στρέφειν τὴν γνώμην, (quæ expositio totidem verbis apud ipsum Photium habetur) non accipit ἀλλάττειν aut στρέφειν pro inconstanti, sed pro volubili & versatili: vt dicat comicus, Oportet te versatilem & volubilem esse, non autem, Te inconstantem esse oportet. Constat enim ἀλλάττειν esse qui facilè mouetur στρέφειν qui facile volutur seu versatur. & neutri Græcorum vocum significationem inconstantis tribuunt lexicographi, atque vt tribuerent, loco Aristophanis non conuenirent: vel itaque animaduertet qui illum adierit. Nihilo magis conuenit, inquam, hæc significatio ab Aristophanis loco quàm huic Plautino, P. Scitne in tenebris versari? CH. Turbo non æque est scitus. Vbi malè Valla enarrator ait ambiguum esse per turbinem ventúmne an trochum intelligat. Virgilius autem dixit 4 Æneid.

Prouerbium nativo redditum sensui.

Tum vero excita furiis, ingentibus excita monstris,
Immensam infelix vacuis erratur in vrbem.
Sic quondam torto volitans sub verbere turbo,
Quem pueri, &c.

Denique, vt ait idem poeta, si quis

—magno curarum fluctuat æstu,
Atque animum nunc huc celerem, nunc dividit illuc,
In partesque rapit varias, perque omnia versat:

is recte cum Tibullo dicturus videtur,

Namque ego vt per plana citus sola verbera turbo,
Quem puer, ad iussus verberat ab aure puer.

Hoc autem in causa esse ait poeta cur in eodem proposito manere non queat, sed mutare sententiam cogatur, quòd sit inconstantis ætatis. Quin igitur de eo quoque qui idemidem sententiam mutando, inconstantiam suam prodat, hoc adagium vsurpari possit, non nego: sed id loco alio Aristophanis, Te nihil à trocho differre oportet, significare, Oportet inconstantem te esse. hoc verò pernego.

Præstat canem irritare quàm animum. 28

Refertur ex Menandro,

Κρεῖττόν ἐστι θηρίον, γυναῖ, λαβεῖν ἢ γνώμην. id est,

Pauci ei perculi animi ibi esse quàm tamen.

In mulebrin Hel ræonum quidam negant vllam iam atrociorem esse in mulieribus. Irritabile enim ac vindex monstrorum genus, partim ob rationis inopiam, partim ob animi humilitatem. Nam veræ magnanimitatis est quasdam iniurias negligere, neque quosuis homines dignari ira sua. Est autem formidabile animal mulier quum ad sexus vitium accedit tenectus. Canis irritatus tantùm oblatrat, interdum & mordet: at aniculæ præter linguæ venenum, interdum instructæ sunt malis artibus, venenis & incantamentis. Itaque nonnulli ingenti suo malo experti sunt esse verissimum quod dixit Menander.

Pecuniosum damnari non potest. 29

M. Tullius in Verrem actione secunda, ait hoc omnium sermone percrebuisse, non apud Romanos tantùm, verumetiam apud exteras nationes in iudiciis illorum temporum, pecuniosum, quamuis sit nocens, neminem posse damnari. Et in eundem oratione tertia, Reus enim, inquit, nocentissimus: qui si condemnatur, desinent homines dicere, his iudiciis pecuniam plurimum posse: Sin absoluitur, desinemus nos de iudiciis transferendis recusare. Huic affine quod aliquoties reperitur apud Salustium in bello Iugurthino,

Omnia Romæ cum pretio. Iuuenal. Romæ esse venalia omnia. Nunc amisit Roma impetum, vtinam & dictum non hæreret.

Inter manum & mentum. 30

Festus Pompeius indicat esse prouerbium apud Latinos, sed ex illo Græco ductum, πολλὰ μεταξὺ πυέλου χείλους καὶ χυλοῦ ἅπτειν. Cuius originem ita refert: Quum Chalcas vitem fereret quidam augur vicinus præteriens, dixit illum errare, non enim ei fas esse nouum vinum degustare. Tantum colligere licuit è fragmentis quæ nobis quorundam stoliditas superesse voluit ex authore vndiquaque doctissimo. Prouerbiũ admonet, in hominum vita nihil esse certi. Nam sæpenumero fit, vt quod nos maximè tenere credimus, casus aliquis inopinatus interueniat. Veluti quum quis manu tenet poculum, nihilque spacij sit inter manum & mentum: tamen interdum fit vt is moriatur antequam bibat. Hoc prouerbium variis modis effertur, eiusque originem alij aliter prodiderunt, de quibus satis opinor, dictum est in prouerbio, Multa cadunt inter calicem supremaque labra. Hic ideo retulimus quòd aliis verbis commemoretur à Festo, in quibus nonnihil est gratiæ ex prosonomasia, Manum & mentum.

Colophonium calciamentum. 31

Κολοφώνιον ὑπόδημα, id est, Colophonium calciamentum, dicebatur cauum. Nam antiqui ferè soleis vtebantur, quæ intimam pedum partem tantùm munirent. Vidi apud nostrates calciamenti genus ex ligno cauato confectum, quod vulgata lingua cauum truncum appellat. Vnde quadrabit in hominem stolidum, & incompositum, & rusticanum. Per lutum itaque conuenit tale calciamentum. Venultè itaque dixeris, in sordidis authoribus versaturo opus esse calceis Colophoniis. Huic contrarium videtur Calciamentum Sicyonium, cui cognomen inditum à Sicyone ciuitate Peloponneli, vt ait dicat Stephanus, atque etiam Sextus Pompeius Festus: ceuter tamen indicat vsum adagij. M. Tullius indicat Sicyonios calceos fuisse perbellos, sed aptiores fœminis & effœminatis quàm viris. M. Tullij verba subiciebam, Quinetiam quum & scriptam orationem dicerus orator Lysias attulisset ad Socratem, quam si videretur ediscere, ac pro se in iudicio vteretur, non inuitus legit, & commode scriptam esse dixit, Sed inquit, vt si mihi calceos Sicyonios attulisses non vterer, quamuis essent habiles & apti ad pedes, quia non essent virilis: sic illam orationem disertam sibi & oratoriam videri, fortem & virilem non videri.

Manduces. 32

Manduces dicebantur vehementer famelici, aut qui minis manibus terrorem incuterent. Festus Pompeius tradit in pompis olim inter cæteras ridiculas ac formidolosas imagines ire solere effigiem, magnis malis, latè dehiscente rictu, & ingentem dentibus sonitum facientem. Eam manducum appellabant. Apud Plautum in Rudentibus ita loquitur Charmides parasitus, Quid si ad quò ad ludos pro manduce me locem? Quapropter? Quia pol clarè crepito dentibus. Enatarat parasitus è naufragio, totusque horrebat præ frigore: vnde paulo pòst dicit se omnia eorum loqui. Aut de hac aut de simili effigie scribere videtur Martialis, quum ait,

Sum bgulis infans, vultu persona Batavi,
Quæ tu mirare, hæc mendicus habet.

Hoc genus imaginum Græci vocant μορμολύκεια, quòd *μορμολύκεια.* lupina specie terrerent pueros, vt à lachrymando desinerent.

Vbi tu Caius, ibi ego Caia. 33

Plutarchus in Problematibus Romanis, quærit vnde mos ille natus sit, vt qui sponsam ad sponsum deducerent, iuberent illam hæc verba profari, ὅπου σὺ Γάϊος κἀγὼ Γαΐα, id est, Vbi tu Caius, ego Caia. Dubitatque an primi voluerint sponsam his verbis depactis cum sponso, vt inter ipsos omnia essent communia, posteaque imperarent in familia, quasi diceret, Vt ut dominus domus & author, ita ego domina domus atque hera. Forma sermonis sumpta videtur à iurisconsultis, qui pro quibusuis nominibus ponunt C. Seium *C. Seius & L. Titius a. pud iurisconsultos. Dion duorum ius significatur.* & L. Titium, quemadmodum philosophi Dionem ac Theonem. Vnde & illud prouerbium, quod alibi citauimus ex Varrone, Idem Actij, quod Titij: quum par sortis. An potius ominis causa Caia & Thyrsus dicitur nominetur, quod fuerit quædam Caia Cecilia, mulier *& Thyrsus a. pud physicum eleganti forma, tum probatissimis moribus, antea phos.* dicta Tanaquil: quæ nupsit vni è nobilibus Tarquinij, videlicet Tarquinio Prisco. Huic Caiæ Romani posuerunt *Semisancum Deum.* statuam æream in templo Sancti. Sic enim scribit Plutarchus ἐν τῷ σηκῷ τοῦ Σεμωνίου. Is erat Deus olim hoc nomine cultus apud Romanos, vnus è numero duodecim selectorum. Ibidem antiquitus erant repositæ illius sandalia & colus: quorum illa, tellabantur eam domi manentem, familiæ curam habuisse: hæc, industriam significabat; quòd muliebres operas diligenter obierit, lanificij studiosa. Huius itaque nominis mentio sponsam admonebat vt talis esset suo marito, qualis Caia Cecilia fuerat suo. Inter priscas nuptiarum cerimonias seruabatur & illud quod inauspicatum habebatur, vel sponsum vel sponsam propriis appellare nominibus. Quin & in hodiernum vsque diẽ obseruatur, vt sponsa, relicto cognomento gentilitio, transeat ad cognomen viri, vt Hectoris Andromache: proverbium è contagio natum inter coniuges manet. Nisi quod potest & ad sororem fratremque accómodari.

Rumor publicus non omnino frustra est. 34

Carmen Hesiodi celebratissimum citat Aristoteles lib. Moralium Nicomach. 7.

Φήμη δ' ἔστι πάμπαν ἀτέλλουσ', λαὸς δέ τε καὶ *Φήμη δ' ἔστι πάμπαν ἀτέλλουσ', λαὸς δέ τε καὶ* id est,
Haudquaquam in totum rumor perit ille per ora
Quas volitat populis compluribus.

Philosophus hunc versiculum adducit velut argumẽtum probabile voluptatem esse summum bonũ, quòd eam & homines expetant & bruta animantia.

Quadratus homo. 35

Aristoteles Moralium Nicomachiorum 1. disputans aduersus eos qui fœlicitatem hominis bonis externis definiunt, quæ fortunæ arbitrio dantur simul & eripiuntur, dicit ad hanc rationem fœlicem, chamæleontem quempiam induci, vt qui subinde mutatis rebus nunc fœlix sit, nunc infœlix: quemadmodum chamæleon ad speciem rerum quibus admouetur, mutet colorem: quum vera fœlicitas præcipuè sita sit in bonis animi. Vnde colligit, qui verè beatus sit, nihil obstare quo minus per omnem vitam sit beatus. ac subiicit, Ἀεὶ γὰρ ἢ μάλιστα πάντως πράξει ἢ θεωρήσει τὰ κατ' ἀρετὴν, ἢ πῶς τύχας οἴσει κάλλιστα ἢ πάντη πάντως ἐμμελῶς οἷός τε ἀληθὴς ἀνὴρ ἔσται ἢ πανάγωνος, οἷόν φαμεν, id est, Semper enim aut quam maximè omnino faciet & contemplabitur quæ sunt virtutis: ac fortunæ casus optimè feret, ac prorsus omni ex parte modulatè, is sanè qui verè bonus est & quadrangulus, carens omni vitio. Libro Rhetoricorũ 3. meminit huius dicti inter genera metaphorarum. Hæc autem figura, in quancũque partem voluatur, sui similis est. ita sapiens quæcunque inciderit fortuna, non mutat animum. Venustius erit si vir fortis animum nec vllis fortunæ casibus labefactabilem dicamus πανάγωνον. *In quibus sita felicitas.*

Merces constituatur. 36

Plutarchus in vita Thesei tradit fuisse quendam Pittheum auum Thesei maternum, à quo Hippolytus ille pudicus fuerit institutus. Is gnomologus, quæ tum

tum temporis præcipua habebatur sapientia, clarus erat. Ex eius sententiis hanc vnam fuisse ferunt,

Μισθὸν δ' ἀνδρὶ φίλῳ τρισσοῦ ἀμείνω ἔστω. id est,
Ad quas viro mercès tàm præstantibus amico.

Aristoteles nono Moralium Nicomachiorum, narrat Protagoram cum nescio quibus discipulorum solere pacisci, verum vbi iam didicissent quæ volebant iussit ipsos dispicere quanti æstimarêt ea quæ didicerant: & quicquid ab illis dabatur accipiebat. Hoc animo qui sunt, ais in hoc genere commerciorum putat esse satis Pitthei præceptum, qui iubet amico viro statui mercedê iustam & æquam. Bene haberet si medici quoque nihil paciscerentur, sed ægro leuato acciperêt quod daretur. Nam quod Aristoteles mihi refert de quibusdam sophistis, qui neminem recipiebant in disciplinam, nisi numerata mercede, mox acceptis nummis non præstabant quod erant polliciti: videmus interdum heri à chirurgis ac medicis malæ fidei. ac ferè comperiuntur esse impostores, qui stipulantur ingens præmium, nec admouent manum nisi aut tota summa, aut maxima pars statim numeretur.

A bonis bona discè. 37

Aristoteles Moralium Nicomachiorum 9. ostendens virtutem optimè disci conuictu bonorum, quòd amici se mutuo corrigant siquid erratum est, & sese vicissim ad honestas exercant actiones: citat carmen veluti notum, ἐσθλὰ μὲν γὰρ ἄν ἐδαὴ. Versus autem est Theognidis, cuius meminit Xenophon in commentario de dictis ac factis Socratis. Asebat enim inter vnguenta nullum oleum melius olere, quàm quo vngebantur athletæ: smaracinum & folatum fœminis esse relinquenda. Rogatus quid deceret olere senes, respondit, probitatem. Deinde rogatus vbi hoc vnguentum venderetur, Theognidis hemistichio respondit,

Bonorum consuetudo.

Ἐσθλὸν μὲν γὰρ ἄν ἐδαὴ διδάξειας. id est,
Qui bonus ei, ab eo bona discito.

Itidem & noster γραμματοφόρος, Cato,
Disce, sed à doctis.

ANIM. HENR. STEPH.

V. *A bonis bona discè*] Item paulo pòst διδάξειας vertit discito, quum tamen non imperatiui sit modi διδάξειας, sed indicatiui, futuri temporis: & imperatiuus sententiæ ipsius loci non conueniat, nec enim præcipit Theognis Cyrno vt à bonis bona discat (nam superuacaneum foret hoc præceptum) sed illi præcipiens vt cum bonis assiduè versetur, & ab eorum latere nunquam discedat, malos contrà fugiat: addit, Nam à bonis bona disces. sin consuetudinem habeas cum improbis, amittes eam etiam qua præditus eras mentem. Integrum distichum est hoc,

Ἐσθλὸν μὲν γὰρ ἄν ἐσθλὰ διδάξειας. ἢν δὲ κακοῖσι
Συμμιγέῃς, ἀπολεῖς καὶ τὸν ἐόντα νόον.

Quod si vertendum esset in priore versu, A bonis bona dice, non disces. itidem & in posteriore, Amitte mentem, non autem, amittes.

Asinus stramenta mauult quàm aurum. 38

Absurdum iudicium.

Aristoteles libro Moralium Nicomachiorum 10. disputans non eandem omnibus esse voluptatem, quû aliis rebus delectetur canis, huis equus, alius homo, citat Heraclitum, qui dixerit ὄνοι σύρμασι μᾶλλον ἂν ἥδοιντο ἢ χρυσῷ. ὄνῳ γὰρ τροφὴ ἥδιον, id est, Asinos stramenta malle quàm aurum, quòd asinis pabulum auro sit iucundius. Atque hac quidem in parte asini plus sapiunt quàm homines. Illi rem æstimant vsu, nos inutilibus atque etiam noxiis rebus ex animi persuasione ingentia statuimus pretia. Notus est apologus de gallo qui gemmam in sterquilinio repertam contempsit. Gallus enim mauult putre granum quàm margaritum aut adamantem. Ita qui ventris sunt mancipia, compotationem temulentam omnibus disciplinis liberalibus anteponunt.

Iocandum vt seria agas. 39

Eodem libro refert sententiam Anacharsidis, qui taxarit eos qui seria agunt vt iocentur: quum locus in hoc interdum admittendus sit, vt seriis rebus vacare liceat. Velut qui per omnem vitam magis laboribus hoc agunt vt fiant boni saltatores, aut egregij tibicines. Aristotelis verba sunt hæc, Σπουδάζειν δὴ μὴ παιδιᾶς χάριν, ὑπόληπτον φαίνεται εἶναι καὶ παιδιὰν παίζειν ἢ ἵνα σπουδάζωμεν, κατὰ Ἀναχάρσιν. ὀρθῶς γὰρ δοκεῖ, id est, Studere verò ac laborare ludendi gratia, stolidum videtur atque admodum puerile: at ludere vt magis seria, iuxta Anacharsidis sententiam, rectè videtur habere.

Cyclopum more. 40

Suo arbitrio, & nullo metu legum viuere.

In eodem rursus libro Cyclopicam vitam appellat, vbi nullis publicis legibus viuitur, sed quisque suo arbitratu res gerit. Ἐν δὲ τοῖς Κύκλωψι τὸν πάντων ἀπόντων ἀλλήλων νόμον, καὶ ζῇ ἕκαστος ὡς βούλεται, κυκλωπικῶς δυναστεύων παίδων πέρι καὶ γυναικῶν, id est, In cæteris autem ciuitatibus super his, hoc est educatione liberorum, nulla est habita cura: sed quisque viuit vt vult, Cyclopum ritu de liberis & vxore fas nefasque statuens. Cyclopes enim sparsim habitare feruntur in montibus, nulla specie vitæ ciuilis, sed in suo quisque antro facit quod lubet: ne religio quidem apud illos vlla. κύκλωψ δὲ ἀλλαχοῦ ἡμῖν εἴρηται alibi nobis dictus est.

In leporinis. 41

De vita delicata.

Ἐν λαγίνοις, id est, In leporinis carnibus, viuere dicebantur qui lautè atque in delicias vitam agebant. Nam leporinam olim in deliciis habitam declarat Martialis, lib. 13.

Inter aues turdus, si quis me iudice certet,
Inter quadrupedes gloria prima lepus.

Attestatur & prouerbium, Tute lepus es, & pulpamêtum quæris. Aristophanes in Vespis, Sunt, inquit, mille ciuitates quæ nunc nobis tributum soluunt: harum vnicuique si quis imperet vt viginti alat viros,

Δισμυριάδες δὴ δισχιλιῶν ἔζων ἂν πάνυ λαγίνως,
Καὶ στεφάνους πανδοκεύειν, καὶ πάνυ καὶ παχέως. id est,
Viginti millia prorsum viuerent in omnibus leporinis, omnes [illegible] autem Græci [illegible] carnes [illegible] πάνυ. hinc factam decoctionem. Interpres [illegible] ex Homero, ni fallor,

Πάνυ δαινύμενοι, κ' ὑμῖν [illegible] id est,
Epulantes pro, & explentes sese pyrenis.

Rursus Aristophanes in Equitibus, quum Cleon & aduersarius certatim promittunt lautissimas epulas populo: multis deliciarũ generib. nominatis, promittuntur & leporinæ carnes, quasi summæ exquisitæq. deliciæ.

Matrem sequimini porci. 42

Ἐπὸ μητρὶ χοῖροι, id est, Post matrem adeste porci. Id subinde repetitur apud Aristophanem in Pluto. Interpres admonet locum esse prouerbialem in stupidos & indoctos: sus enim Mineruæ opponitur iuxta prouerbium. Veluti si quis diceret indocti præceptoris indoctis discipulis, ἐπὸ μητρὶ χοῖροι. Quadrabit & in gulæ ventrique deditos.

Aristylli more. 43

Aristylli os biscum.

Idem eodem in loco, σὺ δ' Ἀριστύλλου σαγήνειον ἐρεῖς, Tu verò Aristyllus subhians dices. Interpres admonet, Aristyllum fuisse poetam deformem ore semper hiante. Quem obiter taxat Aristophanes, cuius & meminit ἀριστυλλίζουσι. Tragicum autem est & histrionicum, ore satium diducto loqui. At mihi videtur magis taxatus Aristyllus quòd ore paululum diducto loqueretur, vt vox magna ex parte prodiret per nares tinnula, qualis est porcorum: quod vitium in quorundam pronunciatione cantúque videmus.

Citeria. 44

De loquacitate.

Citeriæ conuitium in hominem impendio loquaces olim iactatum est. Cato in M. Cælium, Quid ego dicerem amplius? quem denique credo in pompam vectitatum iri indis pro citeria, atque spectatoribus sermocinaturum. Festus Pompeius admonet, citeriam dictam fuisse quandam effigiem argutam ac loquacẽ, quæ ridiculi gratia in pompis vehi soleat crepitum & strepitum assiduè edens. Nunc in pompis non circumfertur citeria, sed multi citerias habent domi factitias illis multo magis obstreperas.

Ostrea in morem hæret. 45

Ἧπαρ λίπας ὀστρεῖον, id est, Ostrei siue conchylij in morem adnexet. Aristophanes dixit in anum quæ ægrè à iuuene diuellebatur,

Ὦ Διόνυσε, σὺ Ζεῦ βασιλεῦ, τὼ χαίδιον
Ἧπαρ λιπαρὲ τῷ στεφανίῳ ὀστρεῖον. id est,
O Iupiter, quàm fortiter, concha modo,
Isthac annula adnare. adeò pertenuis.

Est concharũ genus quod capillamentis quibusdã inter se conijciat, quo rutilus sit aduersus vndarum motus.

Hodie nihil succedit. 46

Plautinus Amphitryo in sui nominis fabula citat

adagij titulo. Nihil est, vt dici solet, quod hodie bene succedat mihi. Aduersus autem ad vulgi superstitionem, cui quidam dies credebantur rebus gerendis auspicati, quidam infelices. Quòd si vnum atque alterum parum successit ex sententia, hinc augurantes totum diem, dicunt, hodie nihil succedet & ab omnibus negotijs abstinent.

Nec currimus, nec remigamus. 47

Aristophanes ὁ ὀκνηραζόμενος facit mulieres hoc molientes vt occupent Rempub. quòd hactenus ab omni functione submotæ nihil egerint,

Νῦν μὲν οὔτε πλέομεν, οὔτε βαίνομεν. id est,
Neque currimus nunc, nec tamen remigamus.

Metaphora sumpta est à nautis ad Reip. gubernationem. Nautæ currere dicuntur quum venti sunt secùdi: βαίνειν, quum destituti ventis, remigio nauim impellunt. qui cursus dicitur secundarius, ὁ διὰ τῆς πλοῦς. Sentiunt se nec pace, nec bello ad vlla vocari munia. Aptè torquebitur & in illos qui frustra conantes, nihil proficiunt, videlicet aduersante fortuna.

Vt lusi baiuli. 48

Ὡσπερ παιδαριῶντες, id est, Vt lusum baiulantes. Apud Aristophanem in Concionatricibus queruntur fœminæ populum Atheniensem non conuenire ad concionem, nisi dato singulis obolo: quum antè suo victu consultarent de Repub. πλοφορίαν autem posuit pro omnium quæstuariarum artium sordidissima. Aptè torquebitur in eos qui functionibus honestis ad abiectum quæstum abutuntur:

πλοφορία.



Iam multa quam sapiens. 49

Aristoteles lib. Rhet. 3. admonens ne orator nimium crebris enthymematibus vtatur, sed tantum intermisceat, subiicit hoc carmen Homeri, ni fallor, ceu vulgò iactatum,

Ὦ φίλ' ἐπεὶ δὴ πολλὰ σὺ οἶδας ἐπιπρέπει δ' ἀνδρί. id est,
Quandoquidem nobis tam multa loquutus amicè es,
Quam multa prudens vir diceret atque peritus.

Conuenit in hominem multa ioquentem potius quam opportuna. πολλὰ inquit Aristoteles, ἀλλ' ἐπιτήδεια, id est, tam multa, at non talia. Neque enim perinde refert quàm multa loquamur, sed quàm ad rem facientia. Quemadmodum philosophus quidam dixit, non eos pro doctis habendos qui multa didicissent, sed qui vtilia.

Hoc iam & vates sciunt. 50

De re tandem comperta quæ diu fefellerat.

Idem aliquantò pòst differens quòd in consultationibus apud populum dicere, multo sit difficilius quàm in iudicijs causas agere (eo quòd qui suadet, de futuris loquitur: qui accusat aut defendit, de præteritis. & ad hæc, legem habet pro fundamento quo habito facile est reperire demonstrationem) subiungit Epimenidis Cretensis sententiam ὁ ὄνειαρ ἄδη ἐγ παίτοι, id est, quod videlicet factum, fieri iam potest à diuinis. Addit Epimenidem solere non de futuris (quæ sciri non possunt) sed de præteritis vaticinari, verùm occultis. Nam est hoc quoddam diuinandi genus. Beatus Paulus Epimenidem prophetam appellat. Aptè torquebitur in rem tandem compertam quæ diu fefellerat.

Noui nummi. 51

Ex Plauto apparet non esse nouum publicam monetam in singulos annos cudi deteriorem. Sic enim præfatur in Casinam,

Qui vtuntur vino vetere sapientes puto,
Et qui libenter veteres spectant fabulas.
Antiqua enim opera & verba quum vobis placent,
Æquum placere est ante veteres fabulas.
Nam nunc noua quæ prodeunt comœdia,
Multo sunt nequiores quàm nummi noui.

Θρᾴττειν. 52

Dictum est à nobis superioribus χριτίζειν abiisse in prouerbium fraudulenter x. Idem obiectius indicatur per θρᾴττειν quæ vox Græcis significat turbare aut molestum esse. Quòd si respicias ad θρᾷτας, quæ sunt ancillæ Thraciæ, significat decipere, & Thracis dolis tractare. Theodorus de Nicone citharœdo dixit, θρᾴττει ὁ Νίκων. Nicon autem erat Thrax. Hoc si nescias, dictum amittit gratiam. Refert Aristoteles lib. Rhetor. 3. Arbitro: huc alludisse Aristophanem in Equitibus, vbi Nicias non suus audacter eloqui quod haberet, respondet, ἀλλὰ θάρρει νυν Θρᾷττε. Interpres admonet θρᾷττε barbaricum esse vocem, quæ fiduciam significet, & ad audendum animet: quasi quis dicat, sume Thracum audaciam.

Neque dicta, neque facta. 53

Μήτε λεχθέντα, μήτε πραχθέντα. Non dubium quin prouerbialis schemate vehementer, falsa, dicamus neque dicta neque facta. Quod genus illud, Neque scriptum neque pictum. Nam de veris mendacio mixtis dicimus, facta atque infecta. Aristophanes in Concionatricibus, ἀλλὰ φέρε μόνον μήτε λεχθέντα μήτε πραχθέντα πώποτε, Age perora tantùm neque facta neque dicta vnquam prius. Comicus ioco monet vt omnia noua dicat, quòd vetera cum fastidio audiantur. Egregiè verò nouum sit oportet quòd neque dictum est antea, neque factum, quum, iuxta sapientis Hebræi dictum, nihil sit nouum sub sole. M Tullius in orationibus frequenter nouo more factum ait cuius nullum vnquam exstitit exemplum.

Facta neque infecta.

Nouo more factum.

Saluete equorum filia. 54

Apparet ioco vulgari fuisse iactatum in eos qui emolumenti gratia blandiuntur. Refert Aristoteles lib. Rhet. 3 In certamine mulorum quũ is qui vicerat dixisset exile precium pro carmine, Simonides recusauit, indignans mulos celebrari suo poemate: verum vbi victor dedisset tatis magnum præmium, carmen tale fecit,

χαῖρετ' ἀελλοπόδων θυγατρίδες ἱππότου. id est,
Saluete volucripedum soboles equorum.

Siluit enim quod essent ex asinis quoque nati, & quod honestius erat expressit, equorum filias appellãs.

Mithragyrtes, non daduchus. 55

Is qui in functione quapiam sordidas contemptasque partes agit, mithragyrtes dicetur, daduchus esse negabitur. Eoque Iphicrates Callian μιθραγύρτην οὐ δαδοῦχον appellabat, significans illum non fuisse initiatum sacris, sed tamen velle videri, Mithras apud Persas sol dicitur, quem illi deorum summum iudicant. Vade mithragyrtę dici videntur, qui obambulant cum simulatis mysteriis, ac rudibus imponunt. Nam hoc genus hominum & olim fuisse declarat Apuleianus asinus non dissimiles iis qui hodie diui Antonij, Cornelij, aut Ioannis Baptistæ reliquias ad quæstum circumferunt potius quàm ad pietatem.

ANIMAD. ROBERT. STEPH.

V. *Mithragyrtes, non daduchus.*] Falsa est hæc scriptura, sed falsæ etymologię, quã paulo pòst affert, conuenies. Vera scriptura est metragyrtes. μητραγύρτης, veræ etymologiæ consona, à μήτηρ & ἀγύρτης. Appellabantur enim hoc nomine qui matri deorum stipem colligebant. Cic. De leg. lib. 2. hæc ex duodecim tabulis affert verba, Præter Ideæ matris famulos, eosque nostris diebus, ne quis stipem cogito. Vile autem habitum fuisse & abiectum hoc eorum ministerium, credibile est, vtpote exiguam stipem emendicantium. solitos enim vel exigua contentos esse, dicimus ex Ouidio, qui 2. De Ponto, elegia 1 scribit.

Ante deûm matrem cornu tibicen adunco
Quum canit, exiguę quis stipis ara negat?

Quanquam in editis superiori tempore exemplaribus Aristotelis legitur μητραγύρτης cum ι, non η, in prima syllaba. & hanc lectionem scholiastes agnoscit, scribẽs, οἱ μὲν λέγουσι μητραγύρτην τὸν τὰς ζωὰς συναγύροντα· οἱ δὲ ἀπράγμονας τινὰς καὶ λίχνους ἔχοντας τὰ ἑαυτῶν ὑφαλοῦντα καὶ μητρῷους, εἰς ὑφαλοῦμαι γὰρ δηλόνοτι καὶ ἀλῶ καὶ πάντων τῶν τοιούτων ἐξηκριβωμένων. Quæ verba ideo cito, quòd curiosis aliquid noui afferant, in quo examinando tempus, si libuerit, consumere possint. Ego (quod pace illius dictum velim) hanc vocabuli illius explicationem pro mero somnio habeo. & vt alicubi posse id reperiri ijs hac significatione fatearer, nihilo secius μητραγύρτης non μητραγύρτης hîc legendum esse contenderem. Dicitur autem & μητὸς ἀγύρτης separatim, vnde & ipsa cõpositio apertissime indicatur. Quo magis miror virũ quendã non parui inter huius temporis scriptores nominis, scriptum reliquisse μητραγύρτην magnam matrem à Græcis vocatam. Sic tribus modis à tribus diuersis circa hanc vocem erratum est: ab Erasmo hîc, scribente μιθραγύρτης cum ι & θ, & à μίθρας, dedu-

Metragyrtes, non mithragyrtes.

deducente: à scholiaste Aristotelis, qui μητραλόιτης cum ι & ει scribit, à μάτηρ derivans, ab illo cuius modo memini, rectè quidem μητραγύρτης scribente, sed hanc appellationem Idææ matri cum eius sacerdote communem esse non rectè dicenti. Nos ergo in versandis veterum scriptorum monumentis reddant aliena pericula cautos.

V. *δαδοῦχον appellabat, significans illum*) Imo non Iphicrates Callix, sed Iphicrati Callias hoc dicit. At tu, inquiens, ô Iphicrates, ne sacris quidem initiatus es, alioqui enim non μητραγυρτίαν sed δαδοῦχον me appellauisses. Aristotelis verba sunt hæc, ὡς ἡ Ιφικράτης Καλλίαν μητραγύρτην, ἀλλ' ὁ δαδοῦχον. ὁ δ' ὅτι ἀμύητον αὐτὸν φῇ. κἂν εἰ μητραγύρτην αὐτὸν καλεῖν, ἀλλὰ δαδοῦχον. Videtur autem hoc dicere Callias voluisse, Tu me dicis esse metragyrten, non daduchum: at ego te nec me tragyrten, nec daduchum esse dico, sed ne initiatum quidem sacris, alioqui enim, &c.

Sibi parat malum, qui alteri parat. 56

Versiculum hunc Aristot. Rhet. 3. citat titulo Democriti Chij,

Οἷτ' αὐτὸ κακὸ τεύχει αἰὲν ἄλλῳ κακὰ τεύχων. id est,
Ipse sibi mala cudit quisque alij mala cudens.

Nemo potest alterum iniuria afficere, nisi prius lædat seipsum, Qui alium fraudat pecunia, seipsum spoliat bona mente, grauius seipsum lædit quam alterum. Verissimè itaque dictum est,

Ipsum se ladit, alium qui ladere quærit.

Trabem baculans. 57

Aristoteles libro Rhetoricorum 3. disputans de quibusdam verbis quæ non habent gratiam, nisi pronuntiatione gestuque adiuuentur: aliquid, inquit, γάσπυ ὁ τὸν δοῦν φέρων id est, fit ille trabem gestans. Id accidit in dictionibus, præsertim in nominibus propriis ac pronominibus, & vocibus crebro repetitis, quæ tectam habent emphasin: vt, Thersites contemnit Achillem, & Tù me asinum vocas? Similiter & in asyndetis, vt Veni, vidi, vici. Et siqua sunt similia, quæ sine commendatione actionis non habent eandem gratiam. Quod genus Terentianum illud, Excusit. reuocat. redeam? Et mox, Egóne illam? quæ illum? quæ me, quæ non. Sine modo. Rursus illud in Adelphis, Storax, non rediit hac nocte Æschinus à cœna? Storax enim vocantis vox est, & ob id clarius pronuntianda: reliqua secum loquitur. Nihil addubito quin assumptum sit ex fabula quapiam. nam ὁ τὸν δοῦν φέρων finis est iambici trimetri. Qui trabe onustus est, non est idoneus ad gesticulationem, sed oneri sese accommodet oportet. Talis, opinor, persona risus gratia alicubi producta fuerat in comœdia. Interdum inducuntur σκηνοφόροι gestantes farcinas. Cuiusmodi sunt quibus dicitur in Andria, Vos isthæc intro auferte, & in Hecyra, Sofia. Tales aut nihil dicunt, aut gestu non respondent pronuntiationi. Vide num Aristoteles sentiat de Atlantibus, qui trabibus ædificium sustinentibus supponi solent. Videntur enim laborare, quum nihil agant. Actio autem quasi vita est orationis. Vitæ iudicium est motus. Tale quiddam in tragœdiis erat ὑπερφόρημα tãtum adstabat, nihil agens. Et fortassis pro ὁ δοῦν φέρων scriptum erat, ὁ ὑπερφόρων. sed nihil pronuncio, excutiant eruditi.

Qua quis ipse facit. 58

Aristoteles Rhetoricorum lib. 2. disputans de affectibus, refert hoc dictum vt vulgò iactatum: ἃ γὰρ ἂν αὐτὸς ποιῇ, ταῦτα λέγειν τοῖς πέλας μὴ πρέπειν, id est, Nam quæ quis ipse facit, hæc dicitur vicinis non vertere vitio. Conuenit cum illo Terentiano, Homine imperito nil quicquam est iniustius, qui nihil nisi quod ipse facit, rectum putat. Sunt enim qui damnant quicquid ipsi non possunt assequi.

Cognatio mouet inuidiam. 59

Inuidia ex vicinis.

Aristoteles eodem lib. docens inuidiam oriri ergà vicina & cognata (nullus enim inuidet olim defunctis, aut diuersi generis, aut immenso interuallo superioribus interioribusve) adducit huius versiculi testimonium,

Τὸ συγγενὲς γε γὰρ φθονεῖν δέδοκται. id est,
Etenim inuidere nouit ipsa affinitas.

Extra omnem aleam esse

Vnde qui eò altitudinis processerunt, vt inuidiam gloria superarint, extra omnem aleam, etsi quæ inuidiæ tela esse dicuntur.

Sapiens non egeat. 60

Idem inter sententias refert hoc carmen,

χρὴ δ' οὐδὲ ὅστις αὐτίφρων πέφυκ' ἀνήρ. id est,
Haud vnquam eget qui mente sana est præditus.

Siue quòd magnæ sint opes habere bonam mentem: siue quòd sapienti facilè est diuescere, si velit. velut Aristippus ejectus naufragio reperit à quibus humaniter exciperetur. Idem quum Dionysius talentum petenti diceret, Nónne docebas sapientem non egere? Da inquit, & respondebo. Dedit rex, ac mox exegit responsum. Tum Aristippus, Nónne verum dixi, sapientem non egere?

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. *Sapiens non eget*) Mutilauit locum poetæ ab Aristotele citatum, vel potius partem eius dimidiam abscidit. nam quum duobus versibus constet, & ita quidem vt imperfecta relinquatur sententia in priore: ipse prorsus aliam, & quidem planè alienam à mente authoris commentus est sententiam, quam priore claudit, posteriorem omittens. Sed eos coniungam, vt apud Aristotelem atque adeo apud Euripidem cuius sunt, coniuncti habentur.

Χρὴ δ' οὐδὲ ὅστις αὐτίφρων πέφυκ' ἀνήρ,
Παῖδας πεφυκὼς ὀρθὸν ἐκδιδακτέος σοφούς. id est,

Haud vnquam oportet eum qui mente sana sit præditus, liberos suos docendo eximiè sapientes reddere, vel ad exactam quandam erudire sapientiam. At cum Erasmo priorem versum interpretando sic, Haud vnquam eget qui mente sana est præditus: præterquam quod posterior illi cohærere nullo modo poteris: etiam verbo χρὴ omnino nouam & inauditam significationem dare oportebit.

Multa incredibilia. 61

Idem in eodem opere citat hunc senarium, ceu prouerbialem.

Ἀπιστ' ἀληθῆ πολλὰ συμβαίνει βροτοῖς.

Hac sententia putat vtendum ei qui gaudet mentiri, & quod fingit, vult haberi pro vero. Et aliquanto pòst eandem sententiam refert ex Agathone,

Τάχ' ἄττις εἶπε μῦθ' ὑπ' ἀνθρώπων λάβοι,
Βροτοῖσι πολλὰ συμβαίνειν εἰκότα. id est,
Probabile hoc fortassis aliquis dixerit,
Permulta hominibus inopinata obuenire.

Lecythum habet in malis. 62

In fucatæ anus.

Ἔχει λήκυθον πρὸς ταῖς μήλοις, id est, Lecythum habere ad malas, tectum & stigmaticum conuicium est in anus quæ rugas illitis pigmentis dissimulant. Qualis erat Phryne meretrix, nam vetula, nec tamen à quæstu recedens. Aristophanes in Concionatricibus.

Φρύνην ἔχουσα λήκυθον πρὸς ταῖς γένυσι. id est,
Phrynem gerentem lecythum iuxta genas,

Lecythum appellat vasculum vnguentarium vnde fucatur facies. Eadem solita est dicere, multos bibere fæcem ob vini nobilitatem: quòd ad illam Ἔκφορον propter scorti celebre nomen commearent amantes, quo gloriari possent sibi cum Phryne fuisse rem.

ANIM. HENR. STEPH.

V. *in anus, quæ rugas illitis*) At lecythum habere ad malas, siue in malis, non est simpliciter illita malis pigmenta habere: sed tantam pigmentorum copiam quantam lecythus ipsa capere possit. vt videlicet dixit Cicero ad Att. lib. 2. epist. 1. Meus autem liber totum Isocratis μυροθήκιον, atque omnes eius discipulorum arculas. ac nonnihil etiam Aristotelica pigmenta consumpsit.

Piscis eget sale. 63

De eo quod incredibile.

Ἰχθὺς δέπεται ἁλός, id est, Piscis eget sale. De re absurda & incredibili. nec enim verisimile est, pisces in mari agentes opus habere sale. Hoc videtur à populo reclamatum Androcli Pittheni, quum legem quandam reprehendens dixisset, δόκει οἱ νόμοι τόμου δεῖσθαι, i. Egent leges lege correctrice. ἡ γὰρ ἰχθὺς ἁλός, nam & pisces sale. Leges enim in hoc datæ sunt vt ad harum regulam corrigantur hominum actiones: quòd si ipsæ leges indigent correctione, leges non sunt. Idque non minus absurdum sit quàm si pisces marini dicantur egere sale. Refert Aristoteles in Rhetoricis.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. *Ἰχθὺς*] Atqui hoc dictum, Piscis eget sale, de pisce, quandiu in mari agit, intelligendum non est: ideoque absurdum existimari non debet, vt paulò pòst ostendemus; simul vsum huius prouerbij (siquidem

prouerbialia ſunt hæc verba)declarantes.

V. *ri agentes opus.*] Si attentè conſideraſſet Eraſmus quid Ariſtoteles dicat,animaduertiſſet hæc verba non eſſe populi reclamantis orationi Androclis, ſed ab ipſo Androcle fuiſſe pronuntiata: quibus reſpondebat populo reclamanti iſti oratio. i eius.Egent leges lege quæ corrigat. Sic enim Ariſtoteles, οἷον Ἀνδροκλῆς ὁ Πιτθεὺς, καταγορῶν τῶν νόμων, ὅτι ἐθορύβουν αὐτῷ οἱ πολῖται, λέγοντι οἱ νόμοι νόμων δεόμενοι· ἢ γὰρ οἱ ἰχθύες ἁλός. καὶ ἀκοῦσαι, &c. id eſt, Quale Androclis Pitthenſis eſt dictum,accuſantis legem,quum obſtrepuiſſent ipſi dicenti leges opus habere lege qua corrigerétur:Atqui & piſces ſale,ſub.opus habét.Perinde ac ſi loquutus ita fuiſſet, Cur hanc meam orationem ſic excipitis? cur huic meæ orationi, Leges lege qua corrigantur, indigent,ita obſtrepitis? vel,ita obſtrependo reclamatis? An abſurda loqui vobis videor, quum legibus (quæ ſunt correctrices & ad corrigendum latæ) opus eſſe dico lege qua corrigantur? Atqui & piſces,licet in ſalſo mari nutriti fuerint,ſale indigere noſtis.Hæc igitur verba ἢ γὰρ οἱ ἰχθύες ἁλός,Androclis eſſe,& ipſe orationis Ariſtotelicæ contextus oſtendit,& rationi conſentaneum eſt:vt contra planè alienum à ratione foret,ea populo adſcribere. quia iis dictum illud cui reclamauerat, apertè confirmaret. At vir quidam doctiſſimus hunc Ariſtotelis locum ita exponit,vt iſta verba, ἢ γὰρ οἱ ἰχθύες ἁλός ſint quidem Androclis, obſtrepenti populo reſpondentis: ſed ita vt pro reſponſione prolatis illis verbis, Leges egent lege correctrice: ſtatim ſubiunxerit, Nam & piſces ſale. At vel ego fallor,vel ex Ariſtotelis contextu manifeſtum eſt,hæc verba,Leges egent lege correctrice,eſſe ea ipſa propter quæ populus obſtreperet: (tantum abeſt vt ad compeſcendum ſtrepitum ea pronuntiata credendum ſit) & ad quorum confirmationem, quum populus ita loquentem interpellaſſet,ſubiunxerit,Nam & piſces ſale. Quum enim dicit Ariſtoteles, ἐθορύβουν αὐτῷ λέγοντι, λέγοντες, &c. dubitatio nulla relinqui videtur quin intelligendum ſit λέγοντι quod ſequitur. τί λέγοντι αὐτῷ ἐθορύβουν; obſtrepuiſſent ipſi poſtquam dixiſſet, Quidnam? Leges,&c. Sed hoc facilius intelligetur quum verba quæ velut per parentheſin illic poſita ſunt,eius nota ſignata fuerint,hoc modo,οἷον Ἀνδροκλῆς ὁ Πιτθεὺς, καταγορῶν τῶν νόμων (ὅτι ἐθορύβουν αὐτῷ λέγοντι, λέγοντες οἱ νόμοι νόμων δεόμενοι) ἢ γὰρ οἱ ἰχθύες λέγοντες ἁλός. addo autem poſt ἰχθύες vocabulum λέγοντες, quod καὶ τῶ κατὰ apud Ariſtotelem reperitur: vt ſiquis velit ea quæ parentheſeos notis includúntur, omittere,perfectam orationem in cæteris verbis inueniat,ita,οἷον Ἀνδροκλῆς ὁ Πιτθεὺς καταγορῶν τῶν νόμων, ἢ γὰρ οἱ ἰχθύες λέγοντες ἁλός. Illæ autem particulæ quum ita vſurpantur, veluti ellyptica eſt oratio. perinde eſt enim ac ſi Androcles continuans ſuum ſermonem populi tumultu interruptum, diceret, τί γὰρ ἰχθὺσὶ ἢ οἱ, &c. Quidni verò quum & piſces ſale opus habeant?

V. *abſurdum ſit quàm ſi piſces marini dicantur egere ſale*) Imò non abſurdè hoc dicitur, & ipſa experientia verum eſſe comperitur.non enim intelligendum,piſces, quum in mari agunt, egere ſale: ſed quum ad eſum noſtrum condiuntur (præcipuum enim eorum condimentum eſt ſal) aut quum ἐξαχθέντες, ſeruari non poſſent, ſed putreſcerent ſtatim,niſi ſalirentur. Non igitur vtendum fuerit hoc prouerbio (ſi tamen prouerbialia ſunt hæc verba) quum rem aliquam abſurdè dici volemus ſignificare: ſed quum aliquem ea re indigere oſtendemus, in cuius abundantia verſari ſolitus ſit. Veluti ſiquis dicat inter literas & literatos educatum hominem lutetis & literatis opus habere.

Baccæ egent oleo. 64

Ibidem mox ſubiicit aliud eiuſdem formæ, τὰ σύμφυλα δεῖται ἔλαίου. id eſt,Baccæ egent oleo.Neque enim credibile eſt illi opus eſſe oleo, vnde naſcitur oleum. E baccis autem olearum exprimitur oleum. Cognatum illi quod antè retulimus.Ipſi fontes ſitiunt.

Ipſi fontes ſitiunt.

ANIMAD. HENR. STEPH.

σύμφυλα

V. φυλα δεῖται ἔλαίου.id eſt, Baccæ egent oleo,) σύμφυλα non ſignificat baccas, ſed quod ex oleis expreſſis ſupereſt. τὸ λοιπὸν ὑγρὸν τῆς ἐλαίας, inquit Ariſtophanis enarrator. Athenæus lib. 2. ἐλαιῶνες δὲ καὶ τὰς τοιαύτας ἐλαίας σύμφυλα ὀνόμαζον. Id igitur in oliua σύμφυλον dicitur à Græcis, quod in vua vinaceum appellatur à Latinis. Eadem autem quæ de præcedenti prouerbio dixi, huic quoque conueniunt. Nec enim abſurdum eſt dicere ſtemphylia indigere oleo,vt ſeruentur. imò legimus iis vſos ſolitos veteres,oleo permiſtis. Cæterum hæc quoque verba, ἢ τὰ σύμφυλα ἔλαιον, Androclis eſſe exiſtimo, quæ ſubiunxerit illis, ἢ γὰρ οἱ ἰχθύες ἁλός. ſed Ariſtoteles inter hæc & illa interiecta ſua verba, καθὼς ἂν εἰκὸς ἐξ ὑπάρχοντος ἐπάγειν προτρεπόμενος δεῖσθαι ἁλός.

Auis ex auibus. 65

Ὄρνις ὀκ ὀρνίων, id eſt, Auis ex auibus, prouerbij *De viro nobiliforma* dictus eſt Ariſtophani per ironiam vir nobilis, *li.* quaſi bonus ex bonis prognatus.

Τὸν ἔνορφ' ὃς ὄρνις ἐκγέγονε ὀκ ὀρνίων. id eſt,

Vtpote hanccè qua prognata ab auibus eſt auis.

Qui de nobilitate gloriantur,repetunt ab auis & atauis gentis ſtemmata. Nam empta nobilitas, aut nuper parta non perinde magni fit.

Da lapidi volam. 66

Interpres Ariſtophanis indicat,pueros,ſiquando viderint aues, dicere ſolere, Da lapidi volam, & cadent omnes. Conuenit vbi quis ſectatur quæ non poſſit aſſequi,aut minatur iis quibus non poteſt nocere.In comœdia quiſpiam ait ſe velle ſtrepitu excitare aues:alter iocans reſpondet, πρὸς τῆν θεὸν τὸν κίρκον, id eſt, Tibia lapidem feri. Atque interim aues nihil habent incommodi,ſed manus aut pes percutiens ſaxum: eoque iubet alter vt ipſe capite percutiat lapidem, quo ſtrepitus fiat duplex.

Ne quæras Deus eſſe. 67

Μὴ ζήτει θεὸς γενέσθαι, id eſt,Ne quære fieri deus. In hominem vndequaque beatum in hac vita. Pindarus in Olympiacis hymno quinto,

Τὸν δ' εὖτις ὄλβος
Ἁβρὰ μετ' ἀρετᾶν πτερύσσων, ἁ
Εὐλογίαν φέρει θνατοῖς, μὴ μαίεσθαι θεὸς ἔμμεν.

Siquis autem opes cum ſanitate coniunctas auget, ac ſuis poſſeſſionibus contentus eſt, atque his adiunxit honeſtam famam ne petat à diis vt fiat deus. Itidem apud noſtrates vulgo dicitur. Sat fortunatus es, quid tibi vis:num poſtulas eſſe deus?

ANIM. HENR. STEPH.

V. Μὴ ζήτει θεὸς γενέσθαι.) Pindarus ait hominem cui ſua ſorte ſit contentum eſſe. contingunt illæ fœlicitates quas deſcribit, non debere rationem qua deus euadat quærere. perinde ac ſi diceret, debere illum ſua ſorte contentum eſſe,nec ea potiorem aliam quærere: quum nulla ſit,ne ipſa quidem ſors deorum: vel, quum ea ſors ne cum deorum quidem ſorte ſit commutanda. In hanc ſententiam videtur ille hæc verba κακοζηλίας vſurpaſſe.At proprius eorum vſus eſt quum volumus quempiam admonere ne ſe nimis inſolenter efferat, ne maiora cogitet vel affectet quàm pro humana conditione. Denique vt meminerit quod dixit quidam poeta, Θνατὰ χρὴ τὰ θνατὸν, ἐπεὶ ἀθάνατα τὸν θνατὸν φρονεῖν. Sic vtitur Palladas, quoddam epigramma ſic inchoans

Πλοῦτος ζητεῖ μηδέποτε σωὶ ἐν θεοῖς εἶναι,
Μηδ' ἀρχὰς μεγάλας κάμετον ὑποφαίνων.

Γίνεσθε αὐτὸς ἐλεήμονες ἐλεᾶτε ὑμᾶς ὑπερθεν, Θνητοὶ, &c. Sed in vulgatis editionibus pro ζητεῖν malè ζητεῖ poſitum eſt.

Operi incipienti fauendum. 68

Celebratiſſimum eſt,Honos alit artes,& Virtus laudata creſcit. Pindarus (Olympiacôn in hym.6. ἀρχομένῳ δ' ἔργῳ σπουδαίῳ χρὴ δυθμὸν πλαταγεῖν. i. In initio facinoris, oportet faciem illuſtrem addere. hoc eſt, fauendum aliquid egregij facinoris aggredientibus, ſimul vt ipſis addatur animus, & alij ad æmulationem prouocentur. At nunc plerique moleſtè obſtrepunt ſiquis quid tentet eximium. Poteſt & hic ſenſus accipi. Qui famam affectat hunc oportet ab egregio quopiam facinore auſpicari. Permagni liquidem refert vnde nominis ſumas exordia. *Honos alit artes.*

Nec apud homines, nec in mari. 69

Ibidem & illud prouerbiali ſchemate dictum eſt, ἀνδράσιν δ' ἀρεταὶ, ὅτε παρ' ἀνδράσιν, οὔτ' ἐν ναυσὶ πίλασι τιμαί, id eſt, Virtutes autem periculi expertes, neque apud homines, neque in cauis nauibus habentur in pretio.Ito eo quod erat, nuſquam.quam dictas, neque

terra,

terra, neque mari. Ipsa autem sententia conuenit cum illo Hesiodo de cantatissimo,

Vir fortis paupertatem de sudore paratam.

Nec in terra nec in mari. Nemo magnam laudem parauit absque periculo, eóque Pindarus bellum appellat πολύπονον, quod viris pariat illustre nomen. Tropus prouerbialis est in his verbis, Nec in terra nec in mari, &, Pugnatur terra marique.

In calciamento pedem habet. 70

Dictum ibidem & illud adagij formam, ἴσω δὲ ἐν πόντῳ πόδα δυμόριον πάτ' ἴχνος, id est, Nouit enim se in hoc calciamento fortunatum habere pedem. pro eo quod est, nouit has laudes in ipsum competere. Olim magnę deliciæ erant in soleis & calceis. Nam πέδιλον Græcis est calciamenti genus varium ac picturatum, dictum ἀπὸ τοῦ πρὸς τὴν πέδιλον ἁρμόζειν, eo quòd pedi applicetur. Vt autem non omnis calceus conuenit cuilibet pedi, ita nec quæuis laus in quemuis congruit.

Virtus gloriam parit. 71

In eodem encomio, πάντες δ' ἀρεταὶ εἰς φανερὰν ὁδὸν ἔχοντι. τιμαῖσι δ' ἐν μὲ ἔπεσσιν, id est, Quibus virtutes in pretio sunt, ij perueniunt ad illustrem viam. nobilitat autem suum quenque opus. Sentit benefactis potius quàm opibus parari veram gloriam, nec vno modo contingere honestam famam, sed sua quemque virtute fieri clarum. Homerum illustrauit poetice. Demosthenem eloquentia, Aristidem integritas, Themistoclem res præclarè gestæ, Atidem & alij alijs modis inclaruerunt.

Bonum est duabus niti anchoris. 72

Rursus in eodem,

—κἀγαθαὶ δ' ἐπὶ πλόον—τ' ἐν χειμερίᾳ νυκτὶ θοὰς
ἐκ πολέμοιο—συμφορὰν δύ' ἄγκυραι. id est,

Bene sāi in hyberna nocte duę anchorę ad laxādā à celeri nau.

Id est, bonum est duplici præsidio niti: vt si alterum destituat altero iuuemur: quemadmodum is victor quem laudat, geminam habebat patriam, vt si quid accidisset alteri, ad alteram se reciperet. De hoc dictum est nobis aliàs ὀλὴ δυοῖν ἁρμαῖν.

E domo in domum. 73

Hanc sermonis formam aliquoties habemus obuiam apud Pindarum & Aristophanem οἴκοθεν οἴκαδε, quum significant aliquem propriis virtutibus quippiam egregiæ laudis peperisse suæ domui patriæque. Velut in eodem encomio, οἴκοθεν εἶσα δ' ἐκ Στυμφαλίων τυχεῖν, id est, à domo à Stymphali mœnibus. Gratiosior minúsque inuidiæ obnoxia virtus est quæ ab auis atauísque demanauit ad posteros.

Quæ virtus minus inuidiosa.

Quod dici solet. 74

Plautus in eadem fabula rem dictu obscœnam tropo subindicat, iurat illic quidam per omnes deos, cuidam nihil esse rei cum puella: vt ille cum illa neque cubat, neque ambulat, neque osculatur, neque illud quod dici solet.

Domi pugnanius more galli. 75

Ἐνδομάχας ἄτ' ἀλέκτωρ, id est, Domi pugnax more gallus. In eum qui semper domi desidens non audet vel in bellum, vel in certamina proficisci foras. Nam hoc animal pugnacissimum quidem est, sed domi. Nihil autem confert Reipub nec ea certamina celebrantur. Ita quidem interpretes: Sed addubito tamen an scriptū sit ἐνδομάχας, id est, domi abditus, ἐνδυομάχας dictio nouè composita ab ἐνδὺς & μάχομαι. Hærebit in istos qui domi perpetuo rixantur, quum foris sint placidissimis moribus. Conuenit cum eo quod alibi diximus, Domi leones.

Domi rixantes, & domi Leones.

ANIMD. HENR. STEPH.

V. Ἐνδομάχας ἄτ' ἀλέκτωρ id est, Domi pugnax more galli.) Melius opinor, veritetur, More galli domi pugnacis (vel potius pugnantis) vt ἀδεμάχας sit ipsius galli epithetum. de quo quamobrem dubitare debuerit Erasmus, & in ἐνδυομάχας mutandum suspicari, non video. pulchrè enim conuenit cum prouerbio, Gallus in suo sterquilinio plurimum potest. Quin & ab ea quæ præduus est audacia dum in suo sterquilinio versatur, translatum est illud nostrate dictum, Tu es audax in tuo sterquilinio. quum aliquis domi suæ, &(vt Cicero loquitur) in suo regno audaciam præ se fert, extra illud timidus futurus. Czterùm ἄτε per anastrophen positum erit: vt etiam ὡς aliquando ponitur: veluti apud Theocritum,

—βάτραχοι δὲ τοτ' ἀκρίδες ὥστε ϝίδυῖαι. item,
—ὁδοιπόροι ἔδρεμον ὥστε.

Nec Deus, nec homo. 76

Hoc schema prouerbiale frequenter obuium est apud poetas, Dus hominibúsque inuitis, Proh deûm atque hominum fidem. Ibi de diuinis atque humanis ceritur. Horatius, in Arte,

Non dij non homines non concessere columnæ.

Pindarus in Pythiis hym. 3. πάντων τὸ μὲ ἐ θεὸς ἐ βροτὸς, ϝίδως ἄτε βουλαῖς, id est, Nec deus illum fallit, nec homo, nec factis, nec consilijs. Laudat Apollinem, qui quum omnia sciat, nihil tamen mentiatur.

Apud matrem manere. 77

De ignauis, & desidibus.

Παρὰ μητρὶ μένειν dicebantur qui per ignauiam semper domi manentes, nihil audent præclari facinoris. Pindarus Pythiorum Oda 4. μή τινα λοιπὸν ἐν ἀπραξίαις ἔνδοι μητρὶ μένειν id est, nequis imunnis a periculo, relictus apud matrem maneret. Loquitur, ni fallor, de argonautis qui audaci peregrinatione quærebant gloriam, Iunonis auspicijs. Mollies & effœminati temporibus Augustini μαμμόθρεπτοι dicebantur: siue quod ab auis essent educati quæ nepotulos suos tenerius amant quàm ipsæ matres, siue quòd Græci μάμμαλον diminutiuè dicunt materculam. Quin & hodie vulgus matris filium appellabat adolescentem delicatius educatum. Tales dicebantur Matrissare.

Matrissare.

Sine canibus & retibus. 78

Ἀνὺ κυνῶν τε καὶ δικτύων, id est, Absque canibus & retibus. Hoc quidem schemate Pindarus Nemeorum Oda 3. significauit summam celeritatem. Quis enim pedibus assequatur ceruos, nisi aut à canibus remorentur, aut implicentur retibus? Conueniet tamen in eos qui clancularijs artibus capiunt prædam. Pindari verba sic habent, κτείνοντ' ἰχνεύοντες ἄνευ κυνῶν, δόλιον θ' ὑφαίνων: id est, ceruos occidentem sine canibus ac dolois retibus. Dicetur & in eos qui non alienis præsidijs, sed proprio marte rem gerunt.

Et Scelly filium abominor. 79

De re abominanda.

Hic est affectus humanus, vt si quis vel hominem vel quamcunque rem vehementer oderit, non solùm à commemoratione, verumetiam à cognatis vocibus abhorreat. Id eleganter expressit Aristophanes in Auibus, ibi persona quædam sic loquitur,

Ἀεὶς ἐκρατεῖτ' ἄλλ' ἐ ζητῶ. id est,
Aristocratiam palam est te quærere.

Altera respondet,

Ἠμυσα, κοὐ τὸν Σκελλίου βδελύττομαι. id est,
Mimme, sed ipsum Scelly natum quoque Abominor.

Scellij filius dictus est Aristocrates. Hoc nomen iure inusum est detestanti aristocratiam, quòd ea vox abominandæ rei memoriam renouet.

Larinum verbum. 80

Λαρινὸν ῥῆμα, id est, Larinum verbum, appellabant ingens atque egregium: hinc orto prouerbio quòd in Larissa boues sint prægrandes, ac præpingues. Alij putant Larinos dictos obesos ac prægrandes, à Larino quodam pastore supra modum magno corpore. Boues autem prægrandes pasci in Epiro, posteritatem boûm Geryonis. Aristophanes in Auibus,

Ἀλλὰ λίαν ζητῶ τι πάλαι.
Μῶν κοὐ λαρινὸν ῥῆμα τι. id est,
—sed ubi
Iam quæro dudum grande verbum dicere,
Atque Larinum.

Huc pertinet quod Græci rebus ingentibus bouem addunt, vt βυσσόγυε, edax. Simili modo Latini veteres Lucam dicebant pro grandi.

Herniosi in campum. 81

Κόκκυ, φασὶ πεδίονδ', id est, Coccy, herniosi in campum. Aristophanes in Auibus refert prouerbij loco, Τοῦτ' ἐφ' ἑκάστῳ τῶν πόνων ῥηθήσεται, ἰάμβου, φασὶ πεδίονδε. Quorum verborum hic sensus est, Hoc est verè quod prouerbio dicitur, *coccu*, herniosi in campum, subaudi venite. quòd hæc auis canit paulo ante messem, velut agricolas prouocans ad laborem metendi. vnde Hesiodus ὅτε κικκὺξ κεκλήγει. Quod autem φασὶ dixit pro agricolis, obiecit taxauit Ægyptios, apud quos plerique sunt exacti qui omnes ad vocem cuculi cogantur esse in agris. Fingit enim olim apud Ægyptios regnasse cuculum priusquam fieret auis. Quin hodie pa-

Parus viri. rum viri, & ob hoc vxores cum aliis habentes communes, vulgò cuculi vocantur. Alibi annotauimus ex Horatio, cuculos à viatoribus appellari solere, qui tum demum venissent ad colendam vineam, quum auditus esset cuculus, canit autem iam adulto vere, quia serò proripit è nido, quem sibi parat sub hyemem in cauis arboribus æxuens se plumis, atque his sese inuoluens, congestis in commeatum malis ac pyris. Interpres Aristophanis admonet esse prouerbium κάκκυ, ψιλοὶ πάντες, quum segnes ipsum tempus prouocat ad industriam.

Μελλοντιᾶν. 81

De cunctatore. Nicias traducebatur quòd cunctator esset in re militari, qualis apud Romanos fuisse narratur Fabius: eóque iocularem vocem finxit vetus comœdia μελλοντιᾶν, ex μέλλειν quod est cunctari, & νικίας qui fuit dux Athenienſibus. Aristophanes in Auibus,

—οὐχὶ νυστάζειν ὥτε
Ὥρα 'στὶν ἡμῖν, ἀλλ' ἀλλοντιᾶν,
Ἀλλ' ὡς τάχιστα δεῖπνα δρᾶν. id est,
Porrò ostitandi tempus haud est amplius,
Nec more Nicia decet cunctari iam,
Sed oportet aliquid agere quàm celerrimè.

Fumos. 83

Fumos vendere. Καπνὸς dicuntur promissa magnifica quidem, sed inania: vnde Fumos vendere, & Fumos offundere. Hoc nomen inditum fuit Theagenidi cuidam, qui cum pauper esset, affectauit tamen habere prædiues ac magnificus negotiator: vnde vulgò dictus est καπνίας. Aristophanis interpres autorem citat Eupolim Comicum in fabula cui titulus ἄστρα.

Pariter remum ducere. 84

Qui simul remigant, certis numeris impellunt remos vt inter se conferantur, aliquoti nihil actum. Hinc Aristophanes in Auibus dixit ὁμορροθῶ, pro assentior, & eodem enitor quòd tu. Vox composita est ab ὁμοῦ simul, & ῥοθέω impetu feror. ὁμορροθῶ, συνθλίβω, συμπαραπίπτω ἐγώ, id est, eodem nitor, consentio, collaudo. Interpres admonet, hoc verbum esse sumptum è fabula Sophoclis cui titulus πολύξ.

Ipsis & Chiis. 85

Αὐτῆς ἐγχίου. Non obscurum est has voces ex solenni more vulgo iactatas, quoties aliquis sibi bona precabatur & amicis. Sic enim precatur apud Aristophanem auis,

Δίδοιεν ὑγιᾶ καὶ κατὰ κληδόνα
Τἀμοὶ τε καὶ τοῖς παισίν,
Αὐτῇ τε καὶ Χίοις. id est,

Vt detur Neptuno cœgienſibus bonam valetudinem & incolumitatem, ipſis & Chiis. Interpres ostendit hunc sermonis colorem ductum ex publica Athenienſium consuetudine, qui in solennibus comprecationibus ac sacrificiis bona à diis precantes Reip. addebant ἐγχίοις. Atque huius historiæ testem citat Theopompum in 12. lib. rerum Philipic. opinor quòd è Chio nonnullam haberent Athenienſes commoditatem. Qui sibi vni bene precatur, nulla facta mentione amicorum aut bene meritorum, facetè succinetur, ἐγχίοις.

Alus addere. 86

Verbis addere animum. Ἀναστρῶσ vulgo dicebantur qui verbis alicui addebant animum, atque bonam spem erigerent. Aristophanes in Auibus,

—ὡς ἀκούεις
Ὅταν λέγωσιν οἱ πατέρες ὑμῖν τοῖς νέοις
Τοὺς μαραθῶνι' ὡς νῦν ἦσαν ἄνδρες ἁβροί,
Δεινοὺς τε μοῦσαν μαίεσθαι ἱππικὴν θ' ἅμα
Ἀεὶ φρονοῦντας ὅτι ἱππολαΐδαι. id est,
—*num tibi auditum illud est*
Quod assiduis vndique in sermonibus
Cùm patres loquuntur adolescentibus?
Afire Diotrephes & puto adolescentulo
Alas loquendo affixit, vt tam gestiat *Equitare.*

Narrant Diotrephen fuisse quempiam praxiarchum, qui maiorem in modum delectatus est alendis equis: vnde & postea hipparchus factus est. huius hortatu exemplóque, multi iuuenes accendebantur ad curas equestres: patres autem oderunt hoc studij genus in filiis, quòd immodicis constet impendiis.

Χαιρεφῶντος. 87

Theagenes, quòd esset garrulus ac stupidus more anserum, & versipellis more vulpium, vulgari ioco dictus est χηναλώπηξ, voce composita ex anſere & vulpe. Quanquam Didymo magis probatur anseris nomen additum quod auritio ac præsertim anterinis supra modum delectaretur, videlicet vulpium more. Anseris iecur olim in summis erat deliciis. Huius adagij meminit Aristophanes in Auibus.

Concinere. 88

Τὰ ξυναυλίου κλαίειν, Est iisdem de rebus similiter quen. Aristophanes in Equitibus, *Similiter quer.*

ξυναυλίαν κλαύσεσθ' Ὀλύμπου νόμον. id est,
Modos vti lugubrimos tibia Olympici.

ξυναυλίαν appellant siue quum plures tibiis eádem canunt cantionem, siue quum citharæ tibiæ accinitur. Olympus autem fuit Marsyæ discipulus, qui scripsit de modis lugubribus. Quin & hoc ipsum, Olympi modos, de querulis, habet prouerbij speciem, quemadmodum ἰαμβίζειν & Carica musa. *Olympi modi.*

Respublica nihil ad musicum. 89

Hæc persuasio quemadmodum olim multorum animos occupauit: ita nunc quoq. multis inhæret, vt credant doctos ac probos viros non esse accommodos ad gubernandum Rèmp. Plato abstinuit. Socrates frustrà tentauit. Demosthenis ac Ciceroni parum fœlicitèr cessit. Denique mater Neronis deterruit filium à studio philosophiæ, quòd existimaretur inutile gesturo principatum. Ad hæc D. Augustinus redarguit in epistola quosdam qui iactabant, Euangelicam philosophiam officere Remp. administranti. Id vehuntur expressit Aristophanes in Equitibus. nam illic principatum recusanti, quòd mulices esset imperitus, ita respondetur,

Ἡ δημαγωγία δ' οὐ μουσικὴ μακρά
Ἐστ' ἀλλ' ἀπορρὰ, κἀν χρεὼν πίῃ τύφω. id est,
At gerere nunc Rempublicam non est viri
Qui musicus sit, ac probatis moribus.

Mulices nomine omnem liberalem eruditionem designabant veteres.

Verbis coquinariis. 90

Ῥήματα μαγειρικὰ, id est, Verba coquorum, venustè dixit in eadem fabula pro verbis mollibus, blandis ac dulcibus. Coquorum enim est condimentis edulcare cibum per se insuauiterum. Monetur illic quispiam vt populum Athenienſem blandiloquentia demulceat. Carmen sic habet, *De verbis mollibus, ac blandis.*

Τέρψεις ἀνήρ γ' ἡμᾶς μαγειρικοῖς. id est,
Delinies nos coquorum verbulis.

Μαγειρικοῖς dixit pro μειλιχίοις, hoc est placidis ac dulcibus. Habebit gratiam is quis dicat Epicuri philosophiam demulcere vulgarium animos ῥήμασι μαγειρικοῖς, quòd voluptatem asserat esse summum bonum.

Liba Coalemo. 91

Σπόνδ' π' Κοχλίμῳ, id est, Liba Coalemo. Comperit in eum curtus improbitas fuit bono. Fingit enim Comicus dæmonis nomen, improbitatem inuens. Perinde quasi quis dicat, Sacrificio quis mortuum agens, cuectus sit ad opes ac dignitatem. Nam Græcis κόχλιμος fatuum ac stultum significat à κωφὸς pro τυφλός. Nam Callimachus pro ὀνίνημι dixit κώνημι. Hinc κωφὸς ὗς κωφὸν pro τυφλὸς, ἀτὸν, quòd mente erret. Simili figura gratis litasse dicuntur qui fortunati sunt in amicitiis conciliandis. Habent & temulenti Comũ deum, & fures deam Lauernam. Itaque furtus dicato facetè diceretur, Liba Lauernæ. *Gratiis litasse.*

Spiras Cacias. 92

De Cæcia vento nubes ad se pertrahente satis dictum est nobis in superioribus. Ad venti naturam alludens Aristophanes in Equitibus dixit, *In delatorē.*

Ὡς ἐστὶν ἤδη καμὸς ἡ συκοφαντία πνεῖ. id est,
Vt iste spirat Cacias & Sycophantias iam.

Interpres admonet prouerbij: quanquam in Aldina editione pro καμὸς deprauatè legitur καμὸς, quum hanc vocem metri ratio non admittat. Cæcias autem poeta potuit pro turbis ac ventis. Notatur enim ibi Cleon vt delator ac criminator.

Latum & angustum. 93

Nemini obscurum arbitror prouerbiali schemate dictum esse apud Aristophanem in Equitibus sub persona Cleonis cui quum esset obiectum, quòd nutricum more malè pauisset populum, qui paululum præmansi misereret in os, maximam partem ipse deglutiret: respondet,

Καὶ τὸ δι' ὑπόζυγα δίζησθαι τῶν ἰμῶν
Δύναμαι πωλεῖν τὴν δεξιὰν ἀμοῦ ἔχοντ' ἐγώ. id est,
Ita per lenem. nam dexteritate ego mea
Eadem & amplum valeo populum reddere.

Mactescunt enim pueri nimiè pasti: rursus bene pasti, fiunt obesi. Appositè torquebitur in eos qui adulescentes rectè docent aut secus, quive populo dextrè concionantur aut secus. Siquidem hæc res plurimum habent momenti ad mores populi vel ad honesta formandos, vel ad vitia depraua ndos.

Scarabeo citius persuaseris. 94

Malis assuetis.

Θᾶσσόν κε καίθοντα κάπτοιμι, id est, Citius scarabeum in diuersam sententiam pertraxeris. De iis qui malis assueuerunt, à quibus tamen reuocari non possunt: eo quòd assuetis videantur optima. Lucianus in Pseudologista, οὕτω γὰρ οὐκ ἂν ποτε βέλτιον ἔθρεψα σοὶ τὸν ὄνον τοῦτον, ἢ μᾶλλον ἢ καίθοντα μᾶλλον ἂν οὐκ ἂν ποτε ἀπὸ τῆς κοπρίας ἀπάξαιμι, ἀπὸ οὗπερ ἀεὶ ἐσθίει. id est, Neque enim ipse vnquam fieres melior increpatione mea, nihilo magis quàm scarabeo persuaderi posset ne amplius talia voluat, posteaquam semel illis assueuit. Scarabeus fœtus suos educat in stercore, præcipuè caprino, & indidem pascit, atque ibidem habitat. Excrementa verò fingunt in sphærulas, easque in nidum deuoluunt, capite in terram demisso, posterioribus pedibus in altum erectis. Nemo facilè abducitur à vitiis in quibus natus & educatus est: & quæ per se sunt fœdissima, videntur & pulchra & dulcia diutinæ consuetudinis commendatione.

Alienis soleis uti. 95

Qui ad suum commodum moribus aliorum abutuntur.

Ἀλλοτρίαις χρῆσθαι ὑποδήμασι, id est, Alienis soleis vti, dicuntur qui moribus aliorum ad suum abutuntur emolumentum. Aristophanes in Equitibus,

Οὐκ ἀλλ' ὅστις τῶνδ' ἀεὶ τοὺς δῆμον ὅπως χαρεῖ,
Τοῖσι θοίνοις τοῖς σοῖσιν, ὥσπερ βλαστὸν ἐμπατῶν, χρῶμαι.

Quibus verbis negat se circumuenire populum Atheniensem, sed facere quod solent qui dehinc in compotationibus, & vrgente aluo surgunt, arreptis alienis soleis, siue quòd festinant, siue quòd ebrij sunt. Ita ille abutebatur moribus populi Atheniensis, qui cibo corrumpi volebat, & blanda libentius audiebat quàm salutaria. Apparet olim Græcos absque soleis solere accumbere. Exituri domum, poscebant soleas. Hinc quæstus lopodytis. Quidam etiam nudi accumbebant.

Longum proœmium audiendi cupido. 96

Prouerbij speciem habet quòd est apud Platonem libro De Republ. 4. μακρὸν τὸ προοίμιον τῇ ἐπιθυμούσῃ ἀκούειν, id est, Longum proœmium audiendi cupido. Quæ rem ipsam cupit cognoscere, huic longum est omne proœmium. Vnde illud Terentianum, Vah, etiam proœmium mihi occeptat. Et Athenis præco, qui dicendi potestatem faciebat rhetoribus, præfabatur, εἴθ' ὑποίμιον ἢ παθῶν, id est, sine proœmijs & affectibus, quòd hæc extra causam sint.

Omnia præclara dicis. 97

Socrates apud Platonem in Euthydemo, ἐμοὶ δοκεῖν suo more, quòd aduersarius absurda quædam collegisset, videlicet Socratem scire quod nesciebat, & rursum nescire quod sciebat, ἐᾶν, inquit, ὦ Εὐθύδημε· τὸ γὰρ λεγόμενον, καλὰ δὶ πάντα λέγεις. id est, Esto ò Euthydeme. nam vt dici solet, omnia tale præclara dicis. Marsilius pro esto vertit ea, eóque legisse videtur non ἐᾶν, sed ἐὰν aut εἰ, quod Græcis fonat ea, vt sit admirantis ἐφώνησε. Putóque hanc fuisse germanam Platonis scripturam. nam esto nihil facit ad præsentem sententiam. nihil enim concedit, sed vt rem inauditam admiratur per irrisionem. Vt omittam interim, quod ἐᾶν magis est optantis quàm concedentis. Plato alius aliquot locis adagij titulo citat, Pulchrè dicis: quod arbitror è poeta quopiam desumptum. Nam apud Theocritum Praxinoe loquitur, καὶ, καλὰ νύμφα, id est, Sic est, dixisti pulchrè.

ANIM. MEMM. STEPH.

Valde ambi ini, quod Græcæ fanè ea. Imò εἰ & ἰνὶ poeticæ sunt vocis pro ἐν, id est in. ac pro Ea eas accipi ad est, pro ἐάν, à nullo grammatico, aut lexicographo adnotatum reperio. Ac nisi poneret etiam ἰνὶ, putarem illum ἐᾶν voluisse dicere, quanquam & ab εἶν longè remotum est, & in solutam orationem aut nunquam aut perquam rarò admittitur.

Quod rectè datum est. 98

Eripi non licet quæ rectè data.

Plato in Philebo ostendit prouerbium à pueris vsurpatum, Non oportere repoſci quod semel datū est, ἡμεῖς δὲ λέγομεν, καὶ διὰ παντὸς οἱ παῖδες, ὅτι τὰ ὀρθῶς δοθέντα ἀφαίρετα οὐκ ἔστι. id est, Nos autem dicimus id quod solent pueri, quæ rectè data sunt, non licere rursus eripi. Hoc eò dicebat, quòd Socrates solet ab integro repetita disputatione, quæ prius concessa fuerant, rursus in dubium vocare. Simile quiddam & hodie iactatur inter pueros, vbi quis quod dedit reposcit. Adeo dicta huiusmodi, per tot secula pérque tot nationes ad nos vsque demanarunt.

Funiculum ad lapidem. 99

Τὴν σπάρτην πρὸς τὸν λίθον ἄγειν, id est, Funiculum lapidi admouere dicuntur qui curam omnem adhibent ne quid geratur in Repub. secus quam oportet. Beatus Chrysostomus Homilia in priorem ad Corinthios epistolam 35. σκόπει πῶς πάλιν ἐπὶ ἐκείνου πρὸς τὸν σπάρτην τὸν λίθον ἄγει, τὸν ἀκριβοῦντα πανταχοῦ ζητῶν τὴν ἀκρίβειαν, id est, Considera vt hic rursus funiculum admouet ad lapidem, vbique quærens exactionem ecclesiæ. Translatum est ab architectis, qui non credunt oculis suis, sed ad perpendiculum explorant lapidum æqualitatem. quod est exactæ diligentiæ.

Hoc tu mihi dices. 100

Apud Platonem libro de Republica nono, Socrati interroganti quo pacto viueret vir tyrannicus, respondet Adimantus, τί δὲ παίζοντα πῶς σὺ λέγεις τοῦτο; id est, Illud, tu mihi, quod ioco dici solet, dices Vsus erit quum responsio inuidiosa rescitur in percontatorem: aut quum is qui percontatur, talis est vt oporteat ipsum rectius scire quod ab alio cupit discere.

CHILIADIS QVARTAE CENTVRIA NONA.

Nemo addicere. 1

Minimo vendere.

PVTO iureconsultos prouerbiale est numino addicere, pro eo quod est, minimo vēdere. Est autem fucus quo legib. imponitur prohibentibus donationes. Vlpian. lib. Pand. 19. Tit. Locati, Si quis conduxerit nummo vno, conductio nulla est. quia & hoc donationis instar inducit. Idem libro 1. Tit. De re iudicata, Siquis & conduxit, & rogauit precariò vti possideret, siquidem nummo vno conduxit, nulla dubitatio est quin & precarium solum teneat. Verum addubito num in his exemplis pro conduxit & conductio, legendum sit condixit & condictio. Suetonius in Iulio Cæsare, Bello ciuili super alias donationes amplissima prædia nummo addixit. Valerius Max. libro 2. capite De gratuditate, Pollinctoribus exequiarum apparatus festertio nummo ipsis præbentibus est addictus. Itidem Plaut. in Pseudolo, Nusquam hoc ero nummo diuitior. Nummum dixit pro vilissimo precio.

Locus ex Prædiis.

Vero verius. 2

Quum nihil possit esse vero verius, quod prorsus indubitatum haberi volumus. Martialis in Gallicum quendam, cui ex more sæpe repetebatur illud,

Dic verum mihi Marce, dic amabo:
Vero verius (inquit) ergo quod sit, audi,
Verum Gallicè non libenter audis.

Non dissimili forma dicimus Certo certius: quanquam nihil prohibet aliud alio certius esse. Vlpian. lib. Pandect. 23. Tit. De testament. tutel. Testamento dato sponsores non esse cogendos satisdare rem saluam fore, certo certius est.

Vento viuere. 3

Siluri vita quæ.

Hodiéque vulgò trissimum est vt eos dicant vento viuere qui nullo viuunt impendio: & addunt more siluri, quòd plerique creditum est eum piscem aura sa-

ginari,quod idem creditum est de chamæleonte. Alexander imperator lib. Codicis 5. Tit. De Aliment. pupil. præst. Nec ferendus inquit,est iuuenis: qui quum præsens esset, studiosque eruditus atque alitus esset, si caperet alium se consecutum non probet, sumptus recusset,quasi vento vixerit, aut nullo liberi hominis studio imbui meruerit.

Tuas res tibi habeto. 4

Caius iurisconsultus Pandect. l.br.44.Tit. de diuortiis, ostendit fuisse receptum vt diuortium his verbis perageretur, Tuas res tibi habeto:suas res tibi agito. Quorum altero reddit dotem, altero abdicat ab se tutoris munus in rebus vxoris. Hæc autem forma verborum perscripta est,ne vel non ratum esset diuortium si nullis solennibus verbis perageretur: vel inauspicatum & odiosum, si verbis inciuilibus perageretur. Itidem in discutiendis sponsalibus vsum est vt his verbis,Condition tua non vtar. Hæc prouerbij gratiam habebunt, sicut ciuiliter renunciabimus amicitiam. Sed festiuius erit si ad res animi transferantur: veluti si quis dicat, Monarchi vitam professus est,mundum iussis tuis tibi habere, suas tibi res agere. Item si quis ambiat consortium nostrum, quem iudicamus nobis inutilem,huic apte dicetur, Tua condition non vtar: pro eo quod erat,non vtar tua familiaritate.Eleganter vsus est Plautus in Trin. vbi Lysiteles adolescens multa queritur de miseriis amantium, ac meditatur amorem euicere ex animo. Apagefis amor, tuas res tibi habe: amor mihi amicus ne tuas vnquam. Sine tropo vsus est in Amphitryone,Valeas:tibi habeas res tuas:reddas meas.

Renunciantis amicitiam.

Gamma Betam persequitur. 5

Procopius lib.3.De bello Vandalico refert Carthagine antiquũ prouerbium à pueris iactari solere.Quod Gimma quandoque Betam, & rursus Beta Gammam persequitur. Subscor puerorum lusum hoc spectasse, quòd inter vicinos frequenter oriatur dissidium. Verùm hic puerile dictum detortum ad rerum euentum, quòd Gazericus Bonifacium expulisset,postea Gilimerem Belisarius. Prouerbium non est natum ex euentu, sed puerorum Carthaginensium ænigma fuit, velut oraculum eius quod accidit postea.

Pulchrum sepulchri elogium. 6

Non videbatur in prouerbiorum classem referendum, nisi nominatim prouerbij titulo referretur apud Procopium libro De bello Persico primo, sub persona Augustæ Iustiniani maritum sic alloquentis. Igitur optime imperator, volenti nunc viuere proculdubio nullo negotio licet.Pecunię nobis magna vis,mare opportunum,nauigia multa. Considera tamen ne seruato tibi contingat vitæ iucunditatem cum mortis ad extremum acerbitate commutare.Mihi autem antiquum sane placet prouerbium, Quam pulchrum est in sepulchri elogio imperatorem alcibi. Quosdam nouo qui in extremo vitæ magnis [illegible] galerum cardinalitium, vt in sepulchro titulus adscriberetur.

Primùm apes abigenda. 7

Agathius De bello Gothico libro tertio,Placebant hæc dicta Vilago Herulorum præfecto. vnde id vsurpatum prouerbium & barbarum & parui momenti, vtile tamen & alicuius energiæ. Identidem prædicabat,primùm abigendas apes,deinde & mel subtrahendum Sensit Buzes primùm hostium copias aduentantes esse submouendas, quo possint Asia potiri. Sumptum à curatoribus apum, qui quo mel eripiant ex alueariibus,apes fumo,aut alio quouis modo abigunt.

Porrigere manus. 8

Porrigere manus, pro auxilio esse vulgatissimum est,sed elegans. Vlpianus Pandectarum libro 42.Titulo De re iudicata,Sed si emptor cui pignora sunt addicta exequente iudice pretium non soluit, verum aduersus emptorem porrigere manus debeat eidem iudices qui sententiam exequuntur,videndum est.M. Tullius in oratione Post reditum, Qui mihi primum afflicto & necanti,consularem fidem dextramque porrexit.Festiuius erit de rebus animi:veluti si dicas,Animo deiecto manum porrigit philosophia:aut, In theologiæ difficultatibus attuanti sæpe manum porrigit dialectica, aut imgnarum peritia.

Auxilio esse.

Optima quidem aqua. 9

Ἄριστον μὲν ὕδωρ, id est, Optima quidem aqua,videtur in prouerbium abiisse quoties rei vehementer laudatæ præfertur aliquid melius:quemadmodum Pindarus auspicans hymnos Olympiacos, aquam quidem fatetur esse optimam, sed aurum præferit, quod ignis in morem noctu luceat. Sunt enim hæc duo præcipua elementa, aqua & ignis.vnde aqua & igni interdicitur, quos vita indignos iudicamus,Aristoteles lib Rhe.3.vt vulgò iactatum citat,ὕδωρ, inquit, λέγεται, ἄριστον μὲν ὕδωρ. Quædam enim ob id præferuntur quòd sint rariora.alioqui aqua est magis necessaria quàm aurum.Meminit adagij Plutarchus in Commentario, in quo quærit vtrum aqua an ignis sit vtilior. Supra modum efferenti philosophiam is qui fateatur quidem philosophiam esse rem præclaram,sed qua potior sit theologia, facetè succinet illud Pindarici carminis fragmentum, ἄριστον μὲν ὕδωρ.

ANIMAD. HERMOLAI BARB.

V.*in prouerbium abiisse*.) Ex verbo λέγεται duntaxat prouerbialia esse hæc verba argumentatur: vt autem vidimus non alunde quàm ex participio λεγόμενον coniecisse prouerbialiter vocem ἄριστος vsurpari. quasi verò λέγειν per se significet prouerbialiter dici, & λεγόμενον, quod prouerbialiter dicitur. Certè nihilo magis adagium his Pindari verbis quàm illis Plutarchi subest. Nec inter adagia, credo, relaturus erat ea,si quorsum ab Aristotele citentur,perpendisset.(est autem hic locus lib. 1. non tertio)quum enim dixisset philosophus, ἡ τῶν ἀναγκαίων τῆ ἀφθόνῳ ὑπεροχῆ, οἷον χρυσὸς πάσης ἀχρειότητος ὤν. μᾶλλον δὲ ἡ κτῆσις, ἀφ' ἧς τὰ χαλεπώτατα ἴσχει. subiicit, διόπερ ἔφη Πίνδαρος τὸ ἄφθονον τῶν ἀναγκαίων ὑπεροχὴν εἶναι. ἢ τὸ πολλάκις τῶν ὀλιγάκις ὑπεροχή. εἶθ' λέγεται, ἄριστον μὲν ὕδωρ. Citat & Plato in Euthydemo hæc Pindari verba:dicens,Nam quod rarum est,ò Euthydeme,pretiosum:at verò aqua vilissima, quum optima sit, vt ait Pindarus.Sic autem & Horatius vilissimam appellauit aquam, 1. Serm. sat.5. venit vilissima rerum hic aqua. Propertius autem vilem dixit. Eôdem videlicet quo Plato & hic & ille respicientes, epitheton hoc ei dederunt:nimirum ad eius abundantiam.Nam quum Plato dicit,Nam quod rarum est,pretiosum: at verò aqua vilissima, intelligere debemus à contrario ob abundantiam vilissima.addit autem, quum optima sit,vt ait Pindarus:siue præstantissima. Considera lector vt ne vmbra quidem prouerbij hîc appareat, nec apud Aristotelem,nec apud Platonem.

Non oportet hospitem semper hospitem esse. 10

Aristoteles libro Rhetoricorum tertio,nullo authore citat ceu vulgò iactatum, οὐ δεῖ τὸν ξένον, ξένον εἶναι, id est, Non oportet hospitem semper hospitem esse. Hospites dicuntur ignari eius loci in quo viuunt. Sed turpe est diu in eadem ciuitate viuere, & semper esse peregrinum. Videtur iambicus trimeter corruptus. Turpe est in eadem disciplina diu versatum esse, & nihil scire.

Turpe diu dicisse, nihil autem scisse.

Moriendum priusquam,&c. 11

Ibidem commemorat Alexandridæ dictum vt vulgò celebre ac laudatum, κρεῖττόν ἐστι θνήσκειν πρὶν γεγένησθαι ἄξιον, id est, Honestum est mori priusquam aliquid morte dignum cõmiseris.Sentus est, vt ipse exponit Aristoteles,Decet mori morte indigna:siue honestum est mori,quum nihil morte dignum admiseris.

Sustollere manus. 12

Qui vehementer gaudent, quasi res diuinitus geratur ex animi sententia, Sustollere manus dicuntur. M. Tullius Epistolarum lib. 7. Sustulimus manus ego & Balbus. Tanta fuit opportunitas, vt illud nescio quid non fortuitum, sed diuinum videretur. Idem in Academicis, Hortensius autem vehementer admirans, quod quidem perpetuò Lucilio loquente fecerat, vt etiam manus sæpe tolleret. Horatius Satyra quinta, Serm.1.

Importunus, amat laudari donec obtuderit
Ad cælum manibus sublatis dixerit, vrge.

More Romano. 13

In eadem epistola M. Tullius non sine prouerbij specie dixit more Romano, pro eo quod est,simpliciter & absque fuco potius quàm erudite. Tales enim fuerunt illi Romani priscæ, Græcorum dissimiles. De quo,inquit,homine tibi spondeo, non illo vetere verbo meo, quod quum ad te de Milone scripsissem, iure

Absque fuco, simpliciterq.

lusisti, sed more Romano quum homines non inepti loquuntur, probiorem hominem meliorem virum, prudentiorem esse nemmem. Penes Romanos erat rusticana veritas. Tullius reduxit libro De finibus secundo, Quod nostri quidem optimè disputant, nihil opus esse cum qui philosophus futurus sit, scire literas. Itaque vt maiores nostri ab oratore adduxerunt Cincinnatum illum, vt Dictator esset, sic vos de Pelasgis omnibus colligite, bonos quidem viros, sed certè non semper eruditos. Idem ad Trebatium li. 7. Balbus mihi confirmauit te diuitem futurum: id verum Romano more loquutus sit, bene nummatum te futurum, an quo modo Stoici dicunt, omnes esse diuites qui cælo & terra frui possunt, postea videro. Romano more dixit, pro indocto & simplici. Nam Stoici subtiliter definunt diuitem ac pauperem. Ac mox ad eundem, Ego te Balbo, quam ad nos proficiscetur, more Romano commendabo.

Lachryma nihil citius arescit. 14

M. Tullius libro de inuentione priore, præcipiens ne orator posteaquam judicis animum commouit ad misericordiam, diutius commoretur in quæstione adducit Apollonij dictum, οὐδὲν δάκρυον ἀρχαιότερον. id est, Lachryma nihil citius arescere, quod vehemens affectus facilè vertitur in tædium.

Ex potestate exisse. 15

Exisse è potestate dicebantur qui à mente excidissent, & qui ipsa ratione, cupiditatum arbitrio præcipites ferebantur M. Tullius lib. Tusculanarum quæstionum tertio, Eos, inquit, sanos intelligi necesse est. Itaque nihil melius quàm quod est in consuetudine sermonis Latini, quum exisse è potestate dicimus eos qui effrænati feruntur, aut libidine aut iracundia. Ac mox, Qui igitur exisse è potestate dicuntur, ideò dicuntur, quia non sunt in potestate mentis, cui regnum totius animi à natura tributum est: Hæc M. Tullius. Vnde cõpotes æque impotes mentis dicimus: & impotenter commoti dicuntur, qui animum non habent in sua potestate, sed feruntur affectuum arbitrio. Formula sermonis detorta videtur à iureconsultis, apud quos filij ex iustis nuptiis procreati dicuntur esse in potestate parentum, nisi emancipentur, aut nisi pater moriatur. Rursus emancipati dicuntur exisse de potestate parentum.

Cupiditatibus mancipi.

Gallonius. 16

De gulosis, eorumque ac-cio.

Etiam ipsa luxuries multos nobilitauit, vt Æsopum & Apitium. M. Tullius celebrauit Gallonium à Lucilio traditum, idque locis complurib⁹. In oratione pro Cæcinna: Quid ergo est? Non vique eò tamen vt in cõpita fortunasque honestissimorum virorum dominentur hi qui relicta bonorum virorum disciplina, & quæstum & sumptum Gallonij sequi maluerunt. Item pro P. Quintio meminit Gallonij. Rursus lib. De finibus 2. refert è Lucilio, O Publi, ô gurges, Galloni es homo miser, inquit, cœnasti in vita nunquam bene, quum omnia in illo contumis squilla, aci pensere cum decumano. Hæc Lucilius facit loquentem Lælium lapatho cœnare solitum, Gallonio luxoni, & omnia gulæ ventrisque delectatione metienti. Gallonij meminit M. Tullius libro De finibus 2. Sed qui ad voluptatem omnia referens viuit vt Gallonius, loquitur vt frugi ille Piso, non audio.

Vultu sæpe læditur pietas. 17

M. Tullius in oratione Pro Roscio, obiter citat sententiam à sapientibus iactatam. Etenim, inquit, si id quod præclarè à sapientibus dicitur, vultu sæpe læditur pietas, quod supplicium satis acre reperietur in eum qui mortem obtulerit parenti, pro quo mori ipsum si res postularit, iura diuina atque humana cogebant? Prouerbium admonet pietatem erga parentes adeò religiosè colendam, vt non solum non offendamus eos verbis aut factis impijs, sed ne vultu quidem atrociore aut contumaciore. Habent enim oculi, frons, & ipse vultus suum sermonem Euangelium altius repetit, ac mirum ab ipso fonte cordis in quo concipitur ita. Ea erumpit in vocem indignationis, sed inceptam proximus gradus est manifestum conuicium, tertius homicidium.

Vultus maximus lenocinij.

Culeo dignus, aut non vno culeo dignus. 18

Quum hominem enormiter sceleratum significare volumus, cum culeo dignum dicimus. Hoc supplicium erat parricidis, id est, qui parentem occidissent. Quanquam apud priscos parricidium dicebatur quoties homo hominem occidisset, hoc est par pari, vt dicet eo sæculo quo crudelitas erat occidisse bouem, autem, aut gallum gallinaceum. Dein quum cœpisset esse vulgare, vt homo occideret hominem, parricidij vox ad suam impietatis significationem detorta est. Culeus autem erat saccus coriaceus, cui insuebatur parricida, simul immissa vipera, simia, & gallo gallinaceo, atque ita pronunciebatur in profluentem. M. Tullius pro Roscio Amerino, Quanto maiores nostri sapientius, qui quum intelligerent nihil esse tam sanctum quod non aliquando violaret audacia, supplicium in parricidis excogitauerunt: vt quos natura retinere in officio non potuisset, magnitudine pœnæ à maleficio summo arcerentur, intus voluerunt in culeum viuos, atque ita in flumen deiici. O singularem sapientiam iudicum! nónne videntur hunc hominem ex rerum natura sustulisse & ereptuisse, cui repente cælum, solum, aquam, terrámque ademerunt: vt qui eum necasset, vnde ipse natus esset, careret his rebus omnibus ex quibus omnia nata esse dicuntur, &c. Proin Iuuenalis impietatem cuiusdam exaggerans, negat illi satis esse serpentem vnum, aut culeum vnum. Narrat Suetonius quoidam statuæ Neronis appositisse culeum cũ elogio, Meueras, sed ego quid possum?

Culeus.

Ratio quidem apparet, &c. 19

Plautus in Trinummo, Nequaquam. Argenti ratiõ comparet tamen. Cui Stasimus, Ratio quidem hercle apparet, argentum οὐχί. nam hæc est germana eius loci lectio, quam alij varie mendosam comminiscuntur. Vius est M. Tullius in Pisonem, Quas rationes si cognoris, intelliges, pemini plusquam mihi literas profuisse. Ita enim sunt perscriptæ scitè, & literatè, vt scriba ad ærarium qui eas retulit, perscriptis rationibus secum ipse caput inuitra mano perfricans, commurmuratus sit, Ratio quidem hercle apparet, argentũ οὐχί. Ridem Geta Terentianus in Phormione, Non ratio nobis, sed argentum deerat. M. Tullius ad Qu. Fratrem libri secundi, epistola vltima. Quanquam sunt facta verba difficiliora. Eodem pertinet illud, Pulchrè dixti.

Pulchrè dixti.

Omnia præter animam. 20

Quum nihil non datum significamus præter vitam, dicimus omnia tradita præter animam. M. Tullius pro Roscio Amerino, Quòd si tibi causa nulla est cur hunc miserum tanta calamitate affici velis. Si tibi omnia sua præter animam tradidit, nec sibi quicquam paternum ne monumenti quidem causa reseruauit, &c. Simili figura Animam debere dicuntur qui pluquam omnia debent Terentius, Quid si animam debet? Rursus Omnia debet præter animam.

Animã debet.

De reduuia queritur. 21

Ἀφ' ὧν παροινοῦσι μᾶλλον ἢ μεθύουσιν ἔτεροι κακῶς. id est, De reduuia queritur malorum obnoxius malo. Vbi quis prauo pudore leuissimis malis quærit remedium, dissimulans maiora. Hoc affectu sunt complures, vt etiam apud medicum dissimulent morbum, præcipuè podagrici. Narrat Plutarchus quendam consuluisse medicum de vitio vnguium, quum color argueret illum esse vitiato hepate. At medicus intelligens ineptum hominis pudorem, Nihil, inquit, tibi periculi est à reduuia, sed grauius malum vrget te. Hùc alluxit M. Tullius in oratione pro Roscio Amerino, Intelligo mè ante tempus hæc persequutum, & propemodum errasse, qui quum capiti Sexti Roscij mederi debeam, reduuiam curem.

Ad libellam debere. 22

Qui pecuniam prætentem ac iusti ponderis debet, ad libellam debere dicitur. nam olim ad libram dabatur pecunia, non ad numerum. Inde illa vulgata, expendere, expensum ferre, dependere, rependere, impendere: pro sumptum facere, sumptuum rationem reddere, soluere, resoluere, & inhumere. M. Tullius pro Roscio Amerino, Nihil planum facit nisi 2222. ad libellam tibi deberi, perdit litem.

Hoc municeps aut vicinus nunciauit. 23

Marcus Tullius in eadem oratione, Soletis quum ex liquid huiusce modi audiis, Iudices, continuò dicere, Necesse est aliquem municipem aut vicinum dixisse. Solent enim à vicinis ac municipibus vicinorum ac municipum scelera potissimum prodi. Quod & hodie vulgò dicunt, dedecus homini à conterraneis aut ciuibus orti. nam siquod fortunæ incommodum, siqua vitæ labes, ab illis, quoniam sciunt, prodita.

A vicinis, vicinorum scelera.

Deæ excogitauit. 24

Aristophanes in Equitibus,

Τὸ μὲν νόημα τῆς θεᾶς, ἡ πλημμέλεια ἐμοῦ. id est,

Excogitauit dea, meam sed culpam est.

Non hinc profecto ille dictum est in rhetores qui apud populum iactabant, Mineruam ipsis quod suadeat non habere in mente, & tamen rerum magnarum gloriam illis vendicabant. Colaphus sumptus est ex Homero, vbi quod est ex ratione reddi non potest, Pallas dicitur suggessisse. Pallas Athenienbum erat protectrix. Comicus autem loci gratia pro φρόνημα posuit κλοπήμα, notans Cleonis rapacitatem.

Vsus, est altera natura. 25

Nihil hoc dicto celebratius ἔθος, ἀφύσει φύσις, id est, vsus, altera natura. Natura nihil efficacius potentiúsve. vnde Satyricus,

Custode & rerum natura potentior omni.

Maxima vis assuetudinis. Huic parem aut certè proximam vim habet assuetudo. Aristoteles lib. Rhet. 1. disputans de iucundis, docet iucunda esse quæ vel secundum naturam sunt, vel, quod huic proximum est, contuета. Nihil enim putat interesse inter naturam & vsum, nisi quod interest inter se per & plerunque. Perpetuum enim est quod indidit natura. frequens, quod vsus affixit. Proinde iam certi nunc cursum dedit qui iussit vt a teneris statim annis optima cupiamus, quæ post vitæ futura sint etiam iucunda.

Necessitas molesta. 26

Mox eodem in loco citat sententiam ceu vulgò iactatam omne vetus esse molestum quæ secundum naturam non sint. Vis autem pugnat cum natura, eoque molesta omnibus necessitas, ἃ γὰρ βίᾳ πράττομεν, ταῦτ' ἐστὶ λυπηρὸν πρᾶγμα ἅπαν, quod est, Et recte dictum est, Quicquid enim est necessarium, natura molestum est. Verum optimis non assuescimus, nisi initio adhibeatur aliqua vis: sed quod prius erat violentum, ac proinde molestum, assuetudine primùm fit leue, pòstea etiam iucundum.

Iucunda præteritorum memoria. 27

Inibi refert & hanc sententiam prouerbialem ex poeta quopiam,

Ἀλλ' ἡδὺ τὰ πονηθέντα μεμνῆσθαι πάλιν. id est,

Meminisse laborum iuuat qui seruatus est.

Item illud,

Ἐστιν γὰρ ἥδιστον τὰ δύσκολα πάντα λαβεῖν.

Μνημοσύνη, ἐστὶ πολλὰ παθοῦσι γλυκύ. id est,

Magnopere est iucunda viro memoria dolorum
Meminisse pericula iuuat, permultaque passo.

Huius & alibi meminimus.

Suffragium optimum. 28

Aristoteles Rhetoricorum libro primo videtur hoc attingere tanquam in foro iactatum, γνώμην ἄριστον, id est, Suffragio optimo. Quum enim inuita sint probationum genera quæ extra causam petuntur, à Græcis dicuntur ἄτεχνοι, veluti leges, testes, pacta, tormenta, iusiurandum: optima probatio est ex coniecturis, quæ illi ἔντεχνοι vocant. μάρτυρας μὲν γὰρ ἐχέτω, ὅτι ἂν αὐτῷ συνοίσῃ δικάσειν, ἃ τῶν δικαίων ἐστὶ γνώμην ἄριστον, id est, Es veto qui testes non habet, hic erit locus, ex probabilibus signis esse iudicandum: & hoc est quod dicitur, Suffragio optimo.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. *Suffragium optimum.*) Aliis præter ea locis eiusdem operis vsurpat Aristoteles hoc loquendi genus γνώμην ἄριστον. ex quorum inter se collatione γνώμην hic non satis commodè vertas suffragium colligo, nec ἄριστον, optimum. nam suffragium ferre potest aliquis ἀξιόπιστος κατὰ γνώμην, id est, contra mentem tuam, & id quod in animo tuo sentit, ac tacite tecum iudicat: & nihil obstat quo minus suffragium ad eius appelletur optimum, in quo tertio non ἀπιστίας rationem habuerit, id est, æqui & boni: sed ius summum spectauerit. at verò Aristoteles paulo ante citatis quem habemus hic locum, dixerat, Manifestum est enim, si lex scripta reclamet, communiter vtendum esse, ἃ τῶν δικαίων ἐστὶ τὸ γράμματος κρατεῖν, & hoc est, merito optima, non omnino vetustissima. at ipsum quidem δίκαιον semper manere, & nunquam mutari, hominesque leges communem (secundum naturam est enim) ac semper mutationem ferre contungere. Quorum verborum si recordatus fuisset Erasmus, γνώμην ἄριστον, id est æquum & bonum, retinere intellexisset, docente id ipso Aristotele: & eam quidem δίκαιον late patere, nec in vna ea re consistere, vt nomen necessarius soloecismus, vesumetiam ex verisimilibus iudicetur. Tum verò illa verba, ἃ τῶν δικαίων ὡς ἄριστον κρατεῖν, non tantùm ad intelligendum quid sit τὸ γράμμα τὸ ἄριστον, sed etiam ad corrigendum Iulij Pollucis locum nobis plurimum profuit, in quo scribitur, ὁ δ' ὅρκος ἐστὶν ἐπὶ τοῖς δικασταῖς, ἐὰν μὲν τὸν νόμον ᾖ, κατὰ τοῦ νόμου ὀμνύειν. ἐὰν δ' ὦν μὴ ᾖ, συγγνώμην τοῖς δικασταῖς. lege dum enim esse σὺν γνώμῃ τοῖς δικασταῖς perspicuũ hinc esse puto. quanquam illa vocula σὺν suspecta esse possit alicui, quum etiam absque vlla præpositione Demosthenes dicat, γνώμῃ τῇ δικαιοτάτῃ δικάσαι ὀμόσαντα. Hanc autem γνώμην δικαιοτάτην esse eã quã Arist. appellat ἄριστον, ostendit locus eiusdem, qui paucis interiectis sequitur cum quẽ modò protulerat enim, Sin lex scripta pro re nostra faciat, tũc dicendum est γνώμῃ τῇ ἀρίστῃ, non esse adiudicandum contra legem, sed vt, si ignouerit quid lex dicat, non peieret. Quum enim hìc dicit Aristoteles, de iudice, ne peieret, quòd id dicat ob idem iusiurandum quod hìc in Pollucis & in Demosthenis loco legimus, ecquis dubitaturus est? Animaduertendum præterea in loco Aristotelis qui hic citatur ab Erasmo, itidem γνώμη τῇ ἀρίστῃ de iudicibus dictum: nempe ἀρίστῃ subaudiendum est verbum κρίνει. quod etiam ibi scriptum in quibusdam exemplaribus reperitur. & libro secundo legitur eodem modo, τῶν τὸν ὄντα τῇ γνώμῃ τῇ ἀρίστῃ κρίνειν. In loco autem proximè citato pro κρίνειν ponit διαζῆν, quo & Demosthenes vtitur. Quare, vt omittam, γνώμῃ ἀρίστῃ præcedere ipsam sententiæ pronunciationem, & concedam posse confundi: at quomodo iudici suffragium tribui queat, dicere do illum optimo suffragio iudicare, viderint qui hanc interpretationem sequi volent.

γνώμην quid hic.

Ἀπίστως.

V. *Vt nolo vocant.*) Non hoc dicit Aristoteles, omnium ἀτέχνων probationum optimam esse quæ οὐκ ἀπίστως petitur. sed quid dicendo, is qui argumentis nitì potest, non testibus, authoritatem his dempturus sit, illis autem adiecturus, declarat: vt statim pòst, eum cui testes aderunt, argumenta autem deerunt, vicissim rationibus instruit ad eleuandam his fidem, illis augendam appositis.

Tanquam ad aram. 29

De sacra anchora dictum est alias. Illi similimum est, Ad aram, quum extremum refugium intelligi volumus. De sumptum. quòd olim qui extrema necessitate vrgebantur, ad aras deorum soleren confugere, vnde nefas erat quenquam detrahere. Marcus Tullius in oratione prõ Roscio Comœdo, Quod rem nuper in Erote Comœdo vsu venit, qui postea quàm è scena non modò sibilis sed etiam conuicio explodebatur, sicut ad aram confugit in huius domum, disciplinam, patrocinium, nomen. Idem libro 3 De natura deorum, Quod vos, inquit, quum facere non potestis, tanquam ad aram confugitis ad deum. Idem actione in Verrem quarta, Magistratuum autem nostrorũ maiorias ita multorum tulerunt, vt nunquam ante hoc tempus ad aram legum, præsidiúmque vestrum publico consilio confugerent. Ouidius Epistolarum libro quarto,

Extremum perfugium.

Vnica fortunæ ara reperta meæ.

Plautus in Mostellaria, Ad aram confugisti.

Ad asylum confugere. 30

Huic cognatum est Ad asylum confugere. M. Tullius actione in Verrem 3. Se quæstorem prohibitum esse dicebat, quo minus è phano Dianæ seruum suum qui in illud asylum confugisset, abduceret. Hæc fient venustiora & παρῳδικώτερα, si ad animi res transferantur.

Arx. 31

Non abhorret ab hac forma, arcis metaphora, quum tutissimum ac validissimum præsidium significamus. Marc. Tullius in Verrem actione 6. Idem ad vos priuatim iudices confugit. vtitur hac lege qua iudicium est, communi arce sociorum. Rursus in eadem, Hic locus est igitur vnus quò perfugiant, hic portus, hæc ara, hæc arx sociorum. Item pro Roscio Comœdo. Hæc lex socialis est, hoc ius nationum exterarum est, hanc habent arcem minus aliquanto munitam quidem quàm antea, veruntamen, &c. Item pro Sylla. Ego vitam omnium,

Tutissimum præsidium.

flatum

ſtatum orbis terræ, vrbem hanc denique ſedem omnium noſtrùm, arcem regum ac nationum exterarum, lumen gentium, domicilium imperij, quinque hominum à mentium ac perditorum prima receptu. Idem in Epiſtola familiarium ſcribens P. Lentulo, quod erat in cauſa præcipuum, arcem cauſæ vocat. Non potuit, inquit, magis in arcem cauſæ illius inuadere. Ariſtoteles præfatus in rhetorica ad Alexandrum, ὡδέποτε καλῶς ἂν ἀκροάσαιτο τις πολιτικῆς, ἐὰν μὴ τὸ συμφέρον τοῦτο λάβῃ τέλος, id eſt, Quum quiſpiam non ſcit, arcem eſſe ſalutis, vtilitatis conſiderationem quæ ſit oratione.

De re penitus extincta.

Ne veſtigium quidem. 32

Quoties hominem aut rem penitus abolitam ſignificamus, ne veſtigium quidem ſupereſſe dicimus, M. Tullius actione in Verrem tertia, Nam ſi alienam vicem pro noſtra iniuria doleremus, veſtigium iſtius in foro non eſſet relictum. Rurſus quinta, Prouidendum diligenter, ne quod in vita veſtigium libidinis appareat. Item in oratione contra Rullum, Corinthi veſtigium vix relictum erat. In eadem, Vt ipſe locus eorum qui cum hac vrbe de imperio certarunt, veſtigia calamitatis oſtenderet. Item pro Cluentio, Quum interea Cluentianæ pecuniæ veſtigium nullum inuenitis. Item pro lege Manilia, Cuius legiones ſic in Aſiam venerunt, vt non modò manus tanti exercitus, ſed ne veſtigium quidem cuiquam pacato nocuiſſe videatur. Item pro L. Flacco, Legatos in vincula coniectos, nominis prope Romani memoriam cum veſtigio imperij, non modò ex ædibus Græcorum, verumetiam ex literis eſſe deletam. Idem pro Sylla, Vt qui paulò ante conſul deſignatus fuiſſet, repentè nuda pristinæ dignitatis veſtigia retineret. Idem ad Cn. Plancum lib. 5. Ne veſtigium quidem vllum eſt reliquum nobis dignitatis. Rurſus ad Paetum Paetum lib. 9. Ego autem, exiſtimes licet quod lubet, miriſicè captus facetijs, maximè noſtratibus, præſertim quum eas videam primùm oblitas Latio, tum quum in vrbem noſtram eſt infuſa peregrinitas, nunc etiam Braccatis & Tranſalpinis nationibus, vt nullum veteris lepòris veſtigium appareat. Pro veſtigio dixit imaginem Philippica 5. Quæ niſi authoritate ſenatus reſcindatur, quoniam ingreſſi in ſpem Reip. recuperandæ ſumus, imago nulla liberæ ciuitatis reſtinguetur. Idem in epiſtola ad Quintum fratrem, Non enim videbiles fratrem tuum, non eum quem noras, non eum quem flens flentem, proſequentem proficiſcens dimiſeras, ne veſtigium quidem eius nec ſimulachrum, ſed quandam effigiem ſpirantis mortui. Idem aliis verbis expreſſit ad Atti. lib. 4. epiſtol. Occupationum mearum, Amiſimus mi Pomponi, omnem non modò ſuccum ac ſanguinem, ſed etiam colorem & ſpeciem pristinæ ciuitatis. Rurſus Epiſtola prima libri decimi ſamiliarium, Nec omnino ſimulachrum aliquod aut veſtigium ciuitatis.

Homines nullius pretij.

Diobolare. 33

Quem minimi pretij volumus intelligi, diobolarem olim vocabant. Obolus enim nummus erat æreus. Id primum dictum eſtin meretrices plebeias, minimóque venales: pòſt deflexum eſt ad quemuis hominem aut rem egregiè vilem & contemnendam. Meminit Feſtus Pompeius Plautus vile ſcortum, diobolarium appellat.

Equitandi peritus ne cantet. 34

Ἱππικοῦ ἀνδρὸς μὴ ᾄδειν, id eſt, Equitandi peritus ne cantet. Sumptum à poeta quopiam, in eum qui profeſſus res ſeruas, verſatur in nugis. Equitatio, militaris eſt, & ad bellum pertinet. Muſici ſunt imbelles ac voluptatum ſectatores. Gregorius theologus in epiſtola ad Eudoxium rhetorem, ἱππικοῦ ἀνδρὸς μὴ ᾄδειν ἐθέλειν ἢ ποιητὴν μετὰ ῥᾳθυμίας μὴ κιθαρῳδεῖν ἢ τὸν ἱππικοῦ ἔργου μὴ ἐπίστασθαι, id eſt, Eum qui didicit artem equitandi, non vult canere poetis, nequa eueniat vt ſimul & in equitando aberres & in canendo. Nondum liquet è quo poeta ſumptum ſit, ſed dictum videtur in Thebanos qui duas artes præcipuè diſcebant, equitandi & canendi tibijs: quum altera parum alteri congruat.

Sparta ſerui, maximè ſerui. 35

Plutarchus in vita Lycurgi refert eos vulgò iactatũ, ὡς λακεδαίμονι μὲν ὁ πλούσιος μάλιστα πλουτεῖ τῶν, καὶ μὲν δοῦλον μάλιστα δοῦλον, id eſt. Apud Lacedæmonios qui liber eſt, eum maximè liberum eſſe. contrà qui ſeruus eſt, maximè ſeruum eſſe. Apud Lacedæmonios ingenuis non erat lis diſcere, aut exercere vllum opificium, aut negotiationem, aut agriculturam, ſed hæc omnia per Helotas, id erat ſeruorum genus, quibus neſas erat vllam artem liberalem vel diſcere vel exercere, agebant quos ipſos dui ſſime tractabant. Cogebantur adeſſe conuiuijs, & illic inebriari, cantiones ridiculas canere, & ſaltationes indecoras agere, vt horum exemplo ingenui diſcerent quàm indecora fœdáque res ſit temulentia. Quin & Ephori quum inirent magiſtratum, ſolent Helotibus bellum indicere, quo fas eſſet illos occidere. His rationibus ad tantam ſeruitutem adigebantur, vt nihil auderent inuiſſu dominorum: adeo vt quum Thebani, qui eruptione facta in Laconicam quoſdam ex Helotibus ceperant, iuberent illos canere cantiones Terpandri, Alcmanis, & Spondontis Laconici, reſpondérint id herules filias nolle. Generoſior Spartano, alias nobis dictum. *Heloτæ, ſerui Lacedæmoniorum.*

Veſpertilio. 36

Veſpertiliones videntur appellari qui grauati ære alieno, luce domi ſe continent, ne à creditoribus appellentur, noctu prodeant. Vlpianus lib. Pandect. 21. Tit. De euictionibus: Si quis ita ſtipulanti ſpondeat, Ianum eſſe, furem non eſſe, veſpertilionem non eſſe, &c. inutilis ſtipulatio quibuſdam videtur: quia ſi quis eſt in hac cauſa, impoſſibile eſt quod promittitur: ſi nõ eſt, fruſtra eſt. Sed ego puto verius hanc ſtipulationem furem non eſſe, Ianum eſſe, veſpertilionem non eſſe, vtilem eſſe: hoc enim continere, quod intereſt horum quid eſſe, vel horum, quid non eſſe. Hactenus Vlpianus. Quanquam hoc loco quidam pro veſpertilione legunt veſpilionem aut veſpillem. Alciatus inter iureconſultos vndequaque doctiſſimus in commentarijs ſuis de Rerum ſignificationibus, putat veſpertilionem dictum quemadmodum modo diximus qui metu creditorum interdiu latitat, noctu prodit. Nam animal hinc dictum quod veſperi volet, indicat Nonius Marcellus. Adagium eſſe ſumptum videtur ex apologo quopiam, hinc Æſopi, hinc alterius illum imitati (nam Æſopo videtur indignus) qui narrat veſpertilionem, mergum & rubum, iniſſe ſocietatem, vt conflatis ſortibus pariter negotiarétur: veſpertilionem contuliſſe pecuniam à fœneratorib. mutuo ſumptam, mergum aliud quippiam, rubum veſtem. Quum omnes è naufragio nudi enataſſent, veſpertilionem metu creditorum interdiu latitare, noctu volare tantum: mergum obſidere littora, ac ſubinde collum demittere in fundum, ſicubi reperiat merces ſuas, vel iectas in littus, vel in fundo hærentes: rubum prætereuntium adhærere veſtibus, ſiquam forte ſuam reperiat. Poterat videri parum quadrare, ſeruum ære alieno grauatum eſſe, quis enim credat ſeruo niſi legere nouis? apud Terentium, Dauum. Getæ quod debebat reddidiſſe. Mihi tamen videtur veſpertilionis nomen & in fugitiuum ſeruum competere, qui noctu ab hero ſolitus in ſubducere ſeſe, latitatque vbi periculum eſt ne agnoſcatur. Nam inibi mox proximo capite, pro veſpertilione ponit erronem ac fugitiuum. Quum quis, inquit, ſtipulatur furem non eſſe, fugitiuum non eſſe, erronem non eſſe. Priſci tamen ea voce ſecus vſi ſunt, videlicet pro homine ancipitis fidei, qui nec huius ordinis ſit, nec illius, cum vtroque tamen colludat: eo quod veſpertilio ſic eſt vtrumque, vt nec inter volucres, nec inter mures habeat locum. Alas habet, ſed pennas nõ habet: volitat, ſed ſub veſperam. Dentes habet, quòd autem nulla. Varro in Agathone, citante Nonio, Quid multa? factus ſum veſpertilio, neque in moribus planè, neque in voluceribus ſum. Veſpertilionis conuicium torqueri poterit & in amantes qui noctu volitant, quos Plautus in Trinummo vocat tenebricolas. Elegans, inquit, deſpoliator, latebricolarum hominum corruptor. *Grauati ære alieno.* *De ſeruis fugitiuis.* *Dubiæ fidei homo.*

In ſolle offerre. 37

Calliſtratus lib. Pandect. 39. tit. De condic. & demonſtr. capite Quum ſeruus. Nos, inquit, neque conditionem meram putamus eſſe quæ in datione exiſtit, neque meram conditionem quæ in facto conſiſtit: ſed eam conditionem quæ ex quadam mixtura conſiſtit. Nam non vtique ſi ille in ſolle reliqua obtulit, liber erit. non enim teſtatori hoc ſenſit, ſed illud, vt rationes redderet quomodo ſeruus reddere ſolet: id eſt, legendas offerre rationes priùs, deinde computandas: vt explorari poſſit computationes probæ an improbæ referantur, acceptæ, relatæ recte an non rectè. Apparet in ſolle dictum pro eo quod erat, inexplicatè, ſi explicatè & confusè: ſicut qui ſyngraphas & pecuniam nouo vinculo inclusas offert.

Malus choraules, bonus ſymphoniacus. 38

Diuus Auguſtinus in epiſtola ad Aurelianum. Et refertur in Decretis Cauſa 15. Quæſt. prima, cap. Legite epiſtolam: commemorat vulgò illud iactatum, Malus choraules, bonus ſymphoniacus: vbi quis in ſuo genere contemptus, in præſtantiore habetur in pretio: veluti ſiquis poeta ineptus profiteatur medicinam, & inter præclaros medicos habeatur. Auguſtini verba ſunt hæc, Ordini clericorum fit indigniſſimè iniuria, ſi deſertores monaſteriorum ad militiam clericorum eligantur, quum ex his qui in monaſterio permanent, non tamen niſi probatiores ac meliores in clerum aſſumere ſoleamus. Niſi fortè ſicut vulgares dicunt, Malus choraulus, bonus ſymphoniacus eſt: ita ipſi vulgares de nobis iocabuntur, dicentes: Malus monachus, bonus clericus eſt. Sumptum apparet ex M. Tullio, qui in oratione pro Murena ita loquitur, Itaque mihi videntur inuito multo hoc maluiſſe: poſteaquam id aſſequi non potuiſſent, illuc potiſſimum ſunt delapſi. Vt autem in Græcis artificibus eos audæ dos eſſe qui citharœdi fieri non potuerint: ſic nonnullos videmus qui oratores euadere non potuerunt, eos ad iuris ſtudium deuenire.

Nutu atque renutu. 39

Cui ſummam potentiam adſcribimus, eius nutu ac renutu cuncta geri dicimus. Multum eſt verbo efficere quod velis at plus eſt idem efficere nutu ac renutu. M. Tullius actione in Verrem tertia. Niſi ad nutum tuum præſto fuerit, niſi libidini tuæ cupiditatique paruerit. Idem pro Cæcinna. An certius quicquam obiici poteſt, quam quod is cui obiicitur ne nutu quidem infirmare conetur? Ite in contra Rullum, Tamen omnes vobis pecunias ad nutum veſtrum pendebant. Item Epiſtolarum familiarium lib. 11. Interfecto enim rege, regios omneis nutus tuemur. Rurſus lib. 13. epiſtola prima, Nec dubitat quin ego à te nutu hoc conſequi poſſim. In eodem ad Silium proprætorem, Vt libentiſſimis Græcis nutu quod velis conſequare. Plinius lib. epiſtolarum 1. ad Octauium Rufum, indicat eſſe ſumptum ex Homero, qui fingit Iouem ſolo nutu probare aut reuocare hominum vota. Verba Plinij adſcribam, Vide in quo me faſtigio collocaris, quum mihi idem poteſtatis idemque regni dederis, quod Homerus Ioui optimo maximo,

Τῷ δ' ἐπινεῦσ' ὀφρύσι κυανέῃσιν.

Nam ego quoque ſimili nutu ac renutu reſpondere voto tuo poſſum.

Ne beſtiæ quidem ferre poſſent. 40

Prouerbialis hyperbole eſt apud M. Tullium actione in Verrem 5. Poſtremò vt odor Apronij teterrimus oris & corporis, quem, vt aiunt, ne beſtiæ quidem ferre poſſent, vim ſuauis & iucundus videretur. Confine eſt illi quod alibi retulimus, Balbinum polypus Agnæ delectat. Idem in Catil. inuectiua 5. Tantus enim illorum temporum dolor inuſus eſt, vt iam illa non modò homines, ſed ne pecudes quidem mihi paſſuræ eſſe videantur. Paulò diuerſius dixit in epiſt. ad Atticum, cuius inſtitum, Quæris ex me, lib. 1. Et quod omnes non modò homines, verumetiam pecudes factum eſſe ſciebant.

Odor Apronij.

Coſſi. 41

Olim vulgari conuicio coſſi dicebantur homines natura rugoſi, à multitudine vermium qui ligulis innaſcuntur. Ij natura rugas habent, vt ſe contrahant ac porrigant. Horum Plinius meminit compluribus locis: vt lib. 11. cap. 33. rurſus li. 30. cap. 13. Libri verò 17. cap. 24. indicat humis generis grandiores in cibis atque etiam in luxu fuiſſe antiquitus. Meminit & Hieronymus aduerſus Iouinianum lib. Græci σκωληκοβρῶτας vocant, qui quum ſint ruinæ res, tamen vultu lenium præ ſe ferunt. Author Feſtus Pompeius.

Mentæ columna. 42

Homo vehementer contemptus.

Quemadmodum dicimus De trunio aut de lapide, hoc eſt, homine vehementer contemptum ac ſtupidum, ita M. Tullius in Verrem actione 1. A columna Mœnia dixit: Tantane tibi quæſtui, vobis inopiæ eſſe videor amicorum, vt mihi non ex his bonis meis aliquid eximerem, ſed de populo ſubſcriptor adiungar: vobis autem tanta inopia reorum, vt me hanc ſubſcriptionem cogeremini, potius quàm aliquos à columna Mœnia veſtri ordinis reos reperiatis? Acconius Mediolanus in Verrem apud columnam Mœnia ſtultorum eos, Verutibares, aut ſeruos nequa, apud triumuiros capitales tolere iudicari. Cognomen autem indidit à Mœnio, qui quum domum ſuam venderet Catoni & Flacco cenſoribus, vt ibi baſilica ædificaretur, exceperat ius ſibi vnius columnæ, ſuper quam tectum proiceret, & prouolantibus tabulatis, inde ipſe & poſteri eius ſpectare munus gladiatorium poſſent, quod etiam tum in foro dabatur. hinc Mœniæ cognomen. Ad tales autem cauſas quæ illic agebantur, adhibebantur ſordidi cauſidici.

Circeo poculo. 43

Homo, ſubitò in alium mutatus.

De circes virga nobis antè dictum eſt. Adſimili forma M. Tullius vſus eſt Circeo poculo, de homine ſubitò in alium mutato, Actione in Verrem prima, Sed repente è veſtigio ex homine, tanquam aliquo Circeo poculo, factus eſt Verres, redit ad ſe, atque ad mores ſuos. In verbis Ciceronis tacita alluſio eſt ex ambiguo vocis. Nam verris porcus eſt maialis, nondum caſtratus.

Ex ſinu illius. 44

Intimæ neceſſitudinis homo.

Quos ex intima familiaritate volumus intelligi, hos è ſinu illius aut illius eſſe dicimus. M. Tullius actione in Verrem tertia, Verres ſimul ac tetigit prouinciam, ſtatim Meſſanam literas dedit, Dionem euocauit, calumniatores ex ſinu ſuo appoſuit, qui illam hæreditatem Veneri Erycinæ commiſſam eſſe dicerent. Idem Actione quarta, Satiſne vobis magnam pecuniam Venerius homo, qui è Chelidonis ſinu in prouinciam profectus eſſet, Veneris nomine quæſiſſe videtur? Idem in Catilinam inuectiua 2. Poſtremum autem genus eſt non ſolùm numero, verum etiam genere ipſo atque vita (quod proprium eſt Catilinæ) de eius delectu, imò verò de complexu eius ac ſinu. Plutarchus in vita Catonis Vticenſis ſimili forma dixit Γαβίνιον Παῦλον ἐκ τῆς Πομπηίου κόλπου ἄνδρα, id eſt, Gabinium Paulum ex Pompeij ſinu hominem. Qui locus nobis antea citatus eſt in prouerbio, In ſinu gaudere: ſed ſenſu non nihil diuerſo. De grege illo nobis antè dictum eſt. M. Tullius aliquoties gregales appellat, eoſdem ſodalitij congeſtores. *Gregales.*

Circumpedes. 45

Qui proximè adſunt cingúntque quempiam ad obſequium parati, circumpedes eſſe dicuntur. M. Tullius actione in Verrem tertia, Circumpedes autem homines formoſos & literatos ſuos eſſe dicebat, ſe emiſſe. Ita perpetua familiaritate iunctos dixit circumpedes, quemadmodum à manibus, à pedibus appellamus qui nobis domeſtice inſeruiunt.

Ne tempeſtas quidem nocere poſſit. 46

Inopes, & egentes admodum.

In homines inſigniter nudos & inopes non ſine prouerbij ſpecie dixit M. Tullius actione in Verrem 5. Cæteros Leontinos quibus non modò Apronius in agris, ſed ne tempeſtas quidem vlla nocere potuit, expectare nolite. Etenim non modò incommodi nihil ceperunt, ſed etiam in Apronianis illis rapinis, in quæſtu ſunt compendióque verſati, &c. Aliud eſt autem in Apronij vocabulo ad aprum Calydonium. Et qui poſſident aliquid rerum, aut habent in agris, aut in mari: his tempeſtas nocere poteſt, cui verò nulla tempeſtas nocere poteſt, is nec in agris poſſidet quicquam, vt agricolæ: nec in nauibus, vt negotiatores.

Ballio. 47

Inſigniter improbus.

Nomina quædam ob inſignem improbitatem abierunt in prouerbium, quod interdum à veris, interdum à fictis in comœdia perſonis ſumitur. Nã Marcus Tullius in actionib. uis ſubinde C. Fannium Chæreã quendam Ballionem appellat. veluti pro Roſcio comœdo, Qui idcirco capite & ſupercilliis, inquit, ſemper eſt raſis, ne vllũ pilum boni viri habere dicatur. Cuius perſonã præclare Roſcius in ſcena tractare conſueuit, neq. tamen pro beneficio ei par gratia refertur. nã Ballionẽ illum improbiſſimum & periuriſſimum lenonem quũ agit, agit Chæreã perſona illa lutulẽta, impura, inuita, in huius morib. natura vitáq; eſt expreſſa. Rurſus in eadẽ, Vix modus huius te Fanni à Ballione aut aliquo eius ſimili poſtulare auderes & impetrare poſſes. Ballionẽ indicit Plautus in Pſeudolo, leonem impuriſſimũ, rapacidi num, improbiſſimũ nomẽ conſectum eſt à βάλλειν, quòd ſemper aliquid prædæ vertatur ter o. vel à βάλλειν, quod laci uiarum ac ſaltationum ſit architectus.

Oſtiatim. 48

Elegan ter nec ſine prouerbij ſpecie M. Tullius dixit, Oſtiatim pro ſingulatim ſiue per oſtia mariũ, in Verrem actione ſexta. Dici obſte exſpectare dũ ego hoc crimen

agam ostiatim: ab Aeschylo Tindaritano, pateram abstulisse, abs Thrasone item Tindaritano patellam, &c. Iucundius erit si transferatur ad res animi: vt liquis e singulis libris aut capitulis authorum petat testimonia aut probationes, dicetur ostiatim petere. Eodem ferme sensu ad Atticum lib. 2. epistola, Accepi aliquot, dixit, κατ' ἄνθρωπον. Ac ne forte quæras κατ' ἄνθρωπον de singulis rebus, vnuersa res eo est deducta, ipse vt nunc sit.

Domi nobilis. 49

Suis virtutibus clarus.

Qui non opibus tantum aut potentia clarus est, sed ex nobilibus nobilis prognatus est, hunc Cicero subinde domi nobilem vocat. Actione in Verrem tertia, Ignem ex lignis viridibus atque humidis in loco angusto fieri iussit: ibi hominem ingenuum, domi nobilem, populi Romani socium atque amicum, fumo excruciatum, semiuiuum reliquit. Idem actione quarta, Sopater quidam fuit Halicien sis, homo domi suæ cum primis locuples atque honestus. Rursus actione quinta, Itaque quum Pillenus Herbitensis, homo diserte & prudens, & domi nobilis. Item pro Cluentio, Quas literas A. Aurius vir fortis & experiens, & domi nobilis. Rursus ad Quintum fratrem epistola, libro secundo, M. Orsium equitem Romanum commendat, hominem domi splendidum, gratiosum etiam extra domum. Conueniet in eum qui suis virtutibus magnus & clarus est.

Obtorto collo. 50

Qui vi compellitur, obtorto collo trahi dicitur. Mar. Tullius actione ii. Verrem sexta, Hinc illa Verrea nata sunt, quod id consilium Sextum Cominium protrahi iussit, qui quemcunque homo de manu iacere conatus est, quem obtorta gula de conuiuio in vincula atque in tenebras abripi iussit. Idem pro Cluentio, Nec quicquam prius est factum, quàm vt illum perse queretur, & collo obtorto ad subsellia reduceret, vt reliqua posset perorare. Plautus in Amphitryone dixit, Obtricto collo. Ob illud indignum dictum obtricto collo hæc te dispiam. Item in eadem fabula, Quin ego hinc Amphitryonem collo obtricto traham. Idem in Pœnulo, Dubito fugere hinc in malam crucem, priusquam obtorto collo ad prætorem trahor. Rursus in Rudentibus Opta ocyus, rapite obtorto collo manus, an trahi? Atque ibi paulo post, Subueni mi Charmides: rapior obtorto collo.

Obtricto collo.

Canes venatici. 51

De canibus seu exploratis usus.

Qui venandi studio tenentur, habent canes emissarios qui vestigiorum odore feras exploratas, & repertas latratu produnt. De Coryceis alibi diximus. M. Tullius actione in Verrem sexta, Apponit de suis canibus quendam qui diceret se Diodorum Melitensem rei capitalis reum velle facere. Ibidem aliquanto post, Qui simul atque in oppidum quopiam venerat, ita mittebantur ut continuo Cybiratici canes, qui inuestigabant ac perferutabantur omnia. Duos tractos Cybiratas appellat canes, quòd ad furandum Verres illorum ocuris, sed suis manibus vteretur. Solet autem canibus à regione cognomen indi, vt Melitæis. Ac lupenus in eadem, Qui posteaquam venerunt, mirandum in modum canes venaticos diceres, ita odorabantur omnia, & vestigabant, &c.

Mercenarium præconium. 52

Tum non vere laudi dat, sed adulationi profectæ huius.

Laudes non ex animo tributas, sed commodi gratia per adulationem oblatas M. Tullius actione in Verrem tertia, Mercenarium præconium appellat. Itaque quum à te caput illud tam multis verbis mercenario præconio esset ornatum, ecquis inuentus est postea prætor qui illud idem ediceret? Quanquam in vulgatis codicibus me non fugit, pro præconio haberi proœmium: sed tè, docti viderint.

Manus pretium. 53

M. Tullius actione in Verrem tertia. Lapis aliquis cædendus & apparandus fuit, machina tua. Nam illo non saxum, non materia aduecta est: tantum operis & in ista locatione fuit, quantum pauca operæ fabrorum mercedis tulerunt, & manus pretium, machinæ. Manus pretium appellare videtur mercedem non quæ datur dicta legant, pro materia, sed quæ artis nomine debetur architecto. Idem in Pisonem, Quùm verò non modo non postulante atque cogente, sed multis atque oppetito senatu, non modo nullo populi Romani studio, sed nullo ferente suffragium libero, prouincia ista tibi manus pretium fuerit, non euertæ per te, sed perditæ ciuitatis, &c. Ita Cæsius in libro De verborum significationibus, Capitularios, Quoniam in manus precio plus est quam

Manus pretium, seu vt dicta legant, mercis pretium quid.

in re. Et paulo ante præcedit, Res abesse videntur, vt Sabinus ait & Pedius probat, etiam ex quarum corpus manet, forma mutatur: & ideo si corruptæ sunt vel transfiguratæ, videri abesse, quoniam, &c. Detorqueri poterit in eos qui institutione formant ad virtutem, aut corrumpunt discipulos.

Decumanum. 54

Olim decumanum ouum dicebant, & fluctum decumanum pro magno: quòd à rusticis ac nautis obseruatum sit, decimum quodque ouum maius cæteris natum, & decimum quenque fluctum cæteris esse vehementiorem. Vnde Ouidius,

-decima ruit impetus vnda.
Hinc quicquid ingens esset, decumanum vocari cœptum.
Vt Lucilius, accipenser cum decumano.

Palmarium facinus. 55

Palmarium facinus, pro insigni ac triumpho digno, dixit Terentius in Eunucho, Tum hoc alterum: id verò est quod mihi puto palmarium. Pro eodem M. Tullius dixit Palmarium: vt pro Sexto Roscio Amerino, Si, quemadmodum paratum esse audio, testis prodierit, tum alias quoque suas palmas cognoscet. Rursus Philippica ii. Sexta palma vrbana etiam in gladiatore, difficilis. Sed hæc iudicum culpa non mea est. Plautus in Mustellaria palma item vtitur in malam partem, loquens de adolescente qui ex moribus continentissimis degenerarat ad mores corruptissimos, Is nunc in aliam partem palmam possidet.

Insigne, ac memorabile factum.

Commouere sacra. 56

Extrema præsidia experiri.

Plaut. in Pseudolo Commouere sacra dixit, pro eo quod erat extrema experiri præsidia. Hinc dictum apparet, quòd rebus desperatis, soleant homines ad deorum præsidia confugere. Velut hodie Lutetiæ, quum supra modum inundat Sequana, corpus diuæ Genouefæ à montis acuti templo defertur ad ædem Virginis matris sacram. Sed vide num pro sacra legendum sit sagaria: vt intelligas arma. de quo iam diximus. Sequitur enim protinus, quo pacto & quantas soleant turbelas dare. Deinde verba sunt quasi bellum denunciantis: Nunc nequis dictum sibi neget, dico omni pube præsente in concione omni populo, omnibus auritis notisque edico meis: In hunc diem à me vt caueant, ne credat mihi. Idem seruus & demceps bellica loquitur.

Quasi dies dicta sit. 57

Olim rei solebant esse mœsti squalidique ac lugentibus similes, quo iudices ad misericordiam inflecterent. Hinc illud Plautinum in Asinaria,

Quem videram æque mœstum esse vt quasi dies dicta fuisset.

Βησσαίζειν. 58

Nihil sani loquebantur.

Stephanus scribit Βῆσσα esse ciuitatem Thraciæ, sicut Strabo refert) vicum. Eius gentis improbi mores in prouerbium abierunt, vt dicerentur βησσαίζειν qui nihil sani loquerentur. Tota enim natio Thracum multis nominibus male audiebat, sed præcipuè ob morum truculentiam ac perfidiam. Thrax erat Polymnestor, qui victricia arma sequutus, Polydorum obtruncauit, & auro vi potitus est.

Summo pede. 59

Ἀκρῳ ποδὶ id est, Summo pede, eadem figura dictum est qua Summo digito. Negatur summo pede attigisse disciplinam, qui nunquam ingressus est, nec attigit limen. Illius Extat apud Platonem in Lachete, cuius loci alibi (ni fallor,) fecimus mentionem.

Vsura nautica. 60

Apud Iurisconsultos vsuræ nauticæ dicuntur centesimæ magnæque. Negotiaturi sortem interdum accipiunt mutuo, quoniam autem qui nauticam exercent negotiationem, se suaque ventis & vndis committunt, fœneratores maiorem vsuram exigebant. Interdum accipiebant mutuum in vna ciuitate quod in alia redderent: velut si negotiator Venetiæ pecuniam acciperet reddendam Brugis. Hoc genus negotiationis quod vtriusque periculo sit, à Græcis dicitur ἀμφοτεροπόρος. Id re mutuum vocabatur *fœnus nauticum*. Vsus est Demosthenes in Oratione aduersus Dionysiodorum. Dicebatur & ἔνδοσις, quo verbo vsus est Demosthenes contra Aphobum, quòd fœnus daretur. Porrò de fœnore nautico titulus est in Pandectis lxxii. Ea pecunia Modestinus vocat traiectitiam, sed non solus Paulus appellat vsuras maritimas. Hæc titulus est in Codice lv.

Ἀμφοτεροπόρος.

Ἔνδοσις.

4. Hoc indicare satis est paroemiographo. Qui quæris exactiora, inde petat.

Philosophari. 61

De serio, grauique studio. Qui sententias serias dicit, Græcis dicûtur φιλοσοφεῖν. quod aliquoties est apud Plautum. Hinc translatum est ad cuiuscunque rei vehemens ac serium studium. Sic vsus est Hortensius in Oratione de pace. Et Menander in Thrasyleonte, φιλοσοφεῖ δὴ νῦν ἐπὶ γάμοις, id est, hoc studet vt conficiat nuptias. Philosophari pro temperare affectibus, & aduersus res acerbas infracto esse animo, frequenter vsurpat Chrysostomus. eámque animi moderationem appellat philosophiam: quibus vocibus apparet fuisse delectatos, & diuum Basilium & Gregorium Nazianzenum. M. Tullius libro ad Atticum secundo, Sed quid ego hæc quæ cupio deponere & toto animo atque omni cura φιλοσοφῶ? Et alibi in iisdem, sed φιλοσοφοῦντι: sentiens omnia æquo animo ferenda. Sic & Flaccus, Atque mea me virtute inuolup. aliisque compluribus locis vtitur in hunc modum ea voce, veluti lib. 4. Vobis ἐμφιλοσοφῆσαι possunt, hoc est, in amicitia vestra sic acquiescere, vt reliqua negligam forti animo. Occurrit aliquoties & apud Plautum, liquid dicitur grauius ac sententiosius. In Captiuis, Salua res est: philosophatur quoquetiam non mendax modò est.

Doribus Dorice loqui. 62

Prouerbij faciem habet quod Gorgo in Syracusiis apud Theocritum respondet hospiti, admonenti vt desinant turturum more garrire,

Λωρίδι δ' ὄξει, ξένε, πὰς δωρίσδεν id est,
Lo ligare tamen fas Doribus arbitror esse.

Oratio moribus conuenient. Conuenient in homines natura loquaces, aut quum oratio respondet moribus & ingenio, velut quum Pœnus fraudulenter loquitur, aut leno leuone digna.

Somnium hybernum. 63

χειμερινὸν ὄνειρον, id est, Hybernum somnium dicitur prolixa narratio, sed inepta, quòd hyeme noctes sint longiores, & proinde longiora somnia. Lucianus in Somnio μακρὸν ὁ λόγος ἦν Ἡρακλεῖς, ἔφη τις, ὡς μακρὰν τὴν ἀρίστου καὶ δικαιοτάτου ἀνδρὸς ἔπαινον, χειμερινὸς ὄνειρος, id est, Sed interim dum nazè loquor Papæ (dixerit aliquis) vt longam inlomnia narratione esse. mox alius subsecerit, Hybernum somnium. D. Canicum dixit, vel quòd duæ personæ inter se decertent, vel quòd furentes cautæ multis cleptydris perorentur.

Alios tragœdos prouocat. 64

Τοὺς ἄλλους τραγῳδοὺς εἰς ἀγῶνα καλεῖ, id est, Aduersus reliquos tragœdos se parat. Refertur ex Lycurgi sophistæ oratione aduersus Demadem. Didymus ostendit dici solitum in eos qui se componunt instruúntque aduersus partem aduersam. Translatum videtur a certaminibus Bacchicis, in quibus tragœdorum fiebat concertatio.

Deserere vadimonium. 65

Olim & turpe erat & damnosum vadimonium deserere, nec excusabatur vadimonij promissor, nisi ob causas egregie graues. M. Tullius inuectiua in Catilinam secunda, Itaque ego illum exercitum ex Gallicanis legionibus, & cum hoc delectu quem in agro Piceno & Gallico Q. Metellus habuit, ex his copiis quæ à nobis quotidie comparantur, magnopere contemno, collectum ex fenibus desperatis, agrestibus luxuria, ex rusticis mendicitas, ex decoctoribus, ex his qui vadimonia deserere quàm illum exercitum maluerunt. Et Horatianus ille garrulus qui vadato respondere debebat, dubitat vtrum malit Horatium deserere an vadimonium. Alibi commemoratum est nobis, Dignum ob quod vadimonium deseratur: de re maximi momenti.

κωμῳδεῖν. 66

Conuiciari. Veteres κωμῳδεῖν dicebant conuiciari, & κωμῳδίας conuicia, hinc natum quod in pompis Bacchanalibus quidam è curribus conuicia iactabant in alios, & vicissim ab illis impetebantur. Citantur hi versus è Menandri Periinthia,

Ἐν τῇ διώξει δὴ κωμῳδίας τινὰς
Σφόδρα λοιδοροῦσι. id est,
In curribus nonnulla sunt dicteria
Acerba vasde.

De plaustro loqui, dictum est aliàs.

Securim iniicere. 67

Securim iniicere dicuntur, qui vehementer lædunt ac vulnerant. M. Tullius pro L. Murena, Sed tamen Seruij, quam te securim putas iniecisse petitioni tuæ, quum tu populum Romanum in eum metum adduxisti? Atque mihi paulo superius, quod hic securim dixit, velut exponens, appellat plagam, Atque ex omnibus illa plaga est iniecta petitioni tuæ, non tacente me maxima Item pro Plancio, Quam grauiorem potuerunt Resp. infligere securim, &c. Idem in epistola ad Q. Fratrem libr. 2. Tenebrionum igitur libertas, securi Tenedia præcisa est. Et Demosthenes Phocionem appellare solet suorum argumentorum securim. Frequentia sunt apud Plautum, Inicere tragulam, Inucere pilum, Inicere telum. Omnia tela in patriam intenta, dixit Cicero de prouinciis consularibus. *Plagam iniicere.* *Argumentorum securis.*

Sale nihil vtilius. 68

Comperio & hoc à doctis prouerbij titulo commemoratum humano corpori nihil esse vtilius sale & sole. Salem etiam hodie omnibus cibis admiscemus: olim apricatio vehementer laudabatur à medicis. Apud Hebræos nefas erat villam immolare victimam absque sale.

Apud equum & virginem. 69

† *Immodica seueritas.* Æschines aduersus Timarchum refert Athenis fuisse quendam tantæ seueritatis, vt filiam quòd impudicè se gesserit, nec integritatem suam seruarit vique ad matrimonium, deportarit in locum desertum, atque ibi vnà cum equo incluserit haud dubiè fame perituram. Enisque domicilij solum sua etiam ætate superfuisse tradit, quod ex re dicebatur παρ' ἵππον καὶ κόρην, id est, apud equum & virginem. Dici potest in exemplum immodicæ seueritatis.

Ad vinum diserti. 70

Inter pocula diserti. Cicero in Oratione pro M. Cælio, ad vinum disertos appellat qui ad ferias causas agendas inepti, inter pocula multa garriunt, vbi nihil opus. Qui se nunquam profecto satis in locum processerint, explicabunt, quàm volent in conuiuiis faceti, dicaces, nonnunquam etiam ad vinum diserti sint. Alia fori vis est, alia triclinij. Notum est illud Flacci, lib. 1. epist. 5.

Fœcundi calices quem non fecere disertum?

Causæ ad quam modum agi debeant. M. Tullius alludit ad morem priscum, quo causæ ad quæ nodum agebantur. Ea diuidebatur in tres partes, vna infundebatur actori, altera reo, tertia iudici. At qui ad vinum diserti sunt ad æquam ferè muti sunt.

Sicco iunco. 71

Prouerbij speciem habet quod est apud Æschinem ἐπὶ τῆς ἀβροχαρπείας, ὁλοχειρὶ, ἀβρόχῳ. i. iunco siue iuncu nec. πρὸς ὃ δὲ λέγει ἀφῶσιν ἴχνη ἐπιβαλλεῖν, ἐπὶ τῆς δικαίων τὰ τῶν ἀμφιπλεκῶν καὶ τῆς ἀρχῆς τὸ σοφισμα παίζει μὲν ἴσως, ὅτι ἀποφαίνει τὸ φιλόνεικον σῖμα ὁλοχειρὶ ἀβρόχῳ. id est, Iam vero & rationum copiosos fontes habere se iactabat, atq. de iure Amphipolis, deq. belli origine talia dicturum, vt Philippi os nec funi obuinctatus esset ἀβρόχως dici potest vel siccum, quodque non rigatur: vel quod laqueum non habeat. Nam iunci gaudent humido, & ex his interdum texuntur funes. Hesychius indicat ὁλόχειρον idem esse quod ἀβρόχειρον, id est, iuncum marinum, ad hæc ὁλοχειρὶ, id est verbatim. Denique & ἀφεψητὸν λίθον, id est rotundum ac volubile taxum. Itaque perpendat eruditus lector, an ὁλοχειρὶ ἀβρόχῳ, intelligat orationem fatuam, non aquæ marina, sed acribus ac pungentibus rationibus. Quin & in illis verbis, πρὸς ὃ λέγει, iubebit prouerbium: quum ingentem copiam lignumcabant. Frequens est apud Chrysostomum. *ἀβρόχως.* *Πρὸς ὃ λέγει.*

Supercilium salit. 72

Quoties bona quædam spes titillat animum nostrum, dicere licebit nobis salire supercilium. Ita Pseudolus apud Plautum in sui nominis fabula amanti de argento querenti, At id futurum vnde esse spondet, Vnde dicam, nescio, nisi quia futurum est, ita supercilium salit. Sumptum a vulgi superstitione, qui futurorum auguria captat ex corporis affectibus, vt si quod membrum prurit præter cuidentem cautam, si dexter oculus salit, si auris dextra tinnit. Nõ me fallit aliter legi apud Plautum: verùm & ipsa sententia & metri ratio docet esse legendũ vt à me positum est. Sic enim legendi sunt senarij sabici, *Veterum superstitiosa observatio.*

Verum ego te amantem, me pane, non deseram:
Spero aliunde hodie me bona opera, aut hac mea
Tibi inuenturum ego auxilium argentarium.
At id futurum vnde esse dicat dicam nescio,
Nisi quia futurum ejus ita supercilium salit.

Duobus

Duobus digitis primoribus. 73

Quod auidè arripimus, tota manu sumimus: atque vt habet prouerbium, ambabus: Contrà qui parce sumit, duobus digitis accipiunt. Plautus in Bacchidibus, Quid igitur fluxe? quoniam occasio ad eam rem fuit Virtute mea parta, vt quantum vellet, tantum sumeres: Sic hoc tu digitulis duobus sumebas primoribus. Sentit opinor de pollice & indice. Rursus in Pœnulo, Teneris rem: vix quidem hercle, ita pauxilla est digitis primoribus. Ad res animi translatum, pluriculum habebit veneris, vt, Tanta occasio nunc erat tibi duobus digitis primoribus accipienda, sed toto corpore arripienda.

Madusa. 74

† De temulento. In Pseudolo Plautina seruus ebrius ita loquitur. Ego nunc probè habeo madusam. Festus Pompeius indicat apud priscos madusam dici solere temulentum: dubitatque verum à Græcis deductum sit, quibus ebrius est μεθύων: an à Latino verbo madere, quòd probè potus, vino madidus dicantur. Quod si madula ionat ebrium, non ebrietatem, absurdus sermo est, habeo madusam. vnde sic arbitror legendum,

Ego nunc probe habeo madusa, ita victu, curato.

Seruus in ebrietate videtur sibi fœlix, vt solutus omni metu curisve, & omnium trium oblitus. Dixerit aliquis, quid hæc ad prouerbia? Imò quemadmodum peregrina vocabula nouitatis commendatione in prouerbium abierunt, ita & obsoleta quædam.

Talum reponere. 75

Corrigere quod non bene factum. Τὸν πεσὸν ἀναθεῖναι, id est, Rursus talum ponere dicebantur, qui quod parum ex sententia euenerat, cura, vt aiunt, posterioribus corrigebant. Antiphon in oratione De concordia, ἀλλὰ δὴ ὅ, ἅπαξ πεσὼν, οὐ ἔστιν ἀναθεῖναι, id est, Vitam perinde atque talum denuo ponere non licet. Vitam semel actam rursus iterare non est datum. Licet tamen iuxta Mitionis Terentiani dictum, prioris vitæ lapsus melioribus factis corrigere: amissa vita non est quod corrigas.

Dorice concinere. 76

† Oratio facta dissentiens. Qui dissentiunt, dicuntur non concinere harmonia Dorica. Id prouerbio iactatum videtur in eos quorum oratio dissentiret à factis. Plato in Lachete, Οὐκ ἄρα σὺ καὶ τὸν σὸν λόγον ἁρμόσαιο εἰς τὸ ἐγκώμιον ἐμοὶ καὶ Λαχήτι· τὸ γὰρ δώριον ἡμῖν τοῦτο οὐ συμφωνεῖ ἡμῖν τοῖς λόγοις, id est nequaquam igitur iuxta sermonem tuum Doricam concinimus harmonia ego ac tu Laches. Nam factis nobis haud consonant verbis. Inter musices genera Doricum maximè probatum est, vt mediè temperatum inter Lydium & Phrygium.

Præsentibus rebus consulendum. 77

Procopius belli Gothici lib. 2. Vetus nimirum me subit dictum, quod vtique præsentibus rebus vt consulatur iniungit: Arbitror esse idem quod alias ex Platone retulimus, Δεῖ τὰ παρὰ δὲ τὸν τόπον. quod præterijt, in integrum reuocari non potest: consultationem de futuris varijs interrumpunt occasiones: quòd vrget, in primis curandum est.

Mutare vestem. 78

Mutare vestem, præter vsum vulgarem, frequenter vsurpatur à M. Tullio, vt mutare vestem dicantur qui lugerent mortuum, aut essent rei. Nam rei quoque, pullati aut squalidi quondam incedebant, illustrissimo more. Cur enim lugeant nondum damnati, & (vt sæpe fit) innocentes? Quanquam & senatus mutata veste dolorem suum aliquando testatus est. M. Tullius pro Sextio, Lex erat lata, vastato ac relicto foro, & sicarijs seruisque traditis: & ea lex, quę ne ferretur, senatus fuerat veste mutata. In eadem, Erat igitur in luctu senatus, squalebat ciuitas publico consilio mutata veste. Ac mox, Quum subito ediderunt duo consules vt ad suum vestitum Senatores redirent. Item mox, Nève hunc suum dolorem veste mutata significarent, siue illa vestis mutatio ad luctum ipsorum, siue ad deprecandum valebat. Idem epistola ad Quintum fratrem libro secundo, Caio legem tulit de imperio Lentuli abrogando. Vestem filius mutauit. Rursus in eadem, Qui ne vestitum quidem defendissent, &c. Vestitum appellat, qui vestem non mutarat. Prouerbialis est in dicas, hic cælos mortuus est ob quem quis vestem mutet, hoc est indignus est qui luctu.

Vestem mutant senatus exulante M. Tullio.

Fumosæ imagines. 79

In tales ex nobili. Καπνώδεις εἰκόνες, id est, fumosæ imagines, in eos dicebatur qui à factis maiorum degenerassent. Ridet Martialis hominum, commendatione fumosarum imaginum, quarum nihil simile habes præter colorem. Iuuenalis veteres ceras appellat. Sat. 8.

Tota licet veteres exornent vndique ceras
Atria, nobilitas sola est atque vnica virtus.

Ibidem facetissimè deridet Curios tam dimidios, nasumque minorem Corulæ.

Sal & mensa. 80

Ius hospitalitatis. Apud priscos hospitij ius fuisse sanctissimum alias nobis est dictum. Id continebatur tali & mentæ consortio. Quemadmodum apud Germanos acceptus à propinante cyathus, admittit omne ius agendi fiduciarum. Aeschines de perperam obita legatione, καὶ γὰρ τὸν μόνον ἅλας καὶ τὴν ἑστίαν παραζεῦξαι σοὶ πάντα δι' ὧν ἐμὲ ἠδίκεις, id est, Etenim ciuitatis idem, publicanique mensam ait se plurimi fecisse. Non expedit hæc proverbium antea commemoratum, verum hoc exemplum hospitij publici religionem nobis commendatum eóque commemorandum putaui. Manent huius hospitalitatis publicæ vestigia in hunc vsque diem apud Germanos.

Saliares dapes. 81

De opiparo convivio. Vetustissimum sacerdotum genus fuit apud Romanos Salij, dicti quòd ancylia, quæ credebantur cœlo delapsa, saltantes ferrent. Hinc opiparum conuiuium ac magnificum, Saliare dicitur. Horatius in Odis, lib. 1. od. 37.

Nunc est bibendum, nunc pede libero
Pulsanda tellus: nunc Saliaribus
Ornare puluinar deorum
Tempus erat dapibus, sodales.

Reor autem Horatium Saliares pro pontificales dixisse, hoc est speciem pro genere. Nam in omnibus sacris adhibebatur apparatus splendidus ac magnificus, quæ cura delegata erat septem viris epulonibus. Antiphanes reprehendit quòd homo phulophius tam ptuple viueret. Si, inquit, hoc esset crimen, dij non parcerent in suis sacris. De pontificali cœna nobis alibi dictum est.

Falsum probrum. 82

Sententia prouerbialis est apud Aeschinem in oratione Contra Ctesiphontem, τὸ δὲ ψεῦδος ἔτεκεν ὁ σφετέρου τοῦ ἀνδρὸς ἀφανισμόν: quid est, Falsum probrum non perpetuum in vitæ autes. Qui audit conuicium cuius sibi conscius est, grauiter animo vulneratur: qui falso probro appetitur, non proinde commouetur. Non enim deiectus altius in animum hominis rectæ conscientiæ.

Conscia fama mendacia arcet. Ridi, fama mendacia arcet.

Ne insciens quidem verum dicit. 83

† Insigniter vanus. Aliquanto post addit hyperbolem prouerbialem, ἐμοὶ δὲ ἐπὶ τοῦτον ἐλήλυθε καὶ τὸν ἄλλον ἀπάντων χαλεπώτατον καὶ πονηρότατον ἀνθρώπων, ὃς οὐδ' ἂν εἰδὼς ἀληθὲς εἴποι οὐδέν. id est, In me verò inuolutus sum cum homine supra modum impostore & improbo, qui ne insciens quidem quicquam veri possit dicere. Hoc tropo notat hominem insigniter vanum. Alioqui soleant etiam natura mendaces, interdum lapsu linguæ ac per incogitantiam aliquid veri dicere. Festi & hodie vulgo apud nostrates de vano, Fortunatus est ad dicendum verum: quasi nunquam loquatur verum, nisi imprudens. Quod enim accidit præter animi destinationem, fortunæ tribuitur.

Capillus trahere. 84

† Vi perpelli iure. Τὸν τοῖχον ἕλκειν, id est, capillis trahere dicuntur qui vi perpelluntur. quod & hodie dicitur Auribus trahere. Aeschines in oratione quam modo citaui, Οὐ κατεχείμαζον τὴν ὑβριν, ἵνα δὴ ἔχοιμι λοιδορεῖσθαι, ὅτι ἐμὲ ἐκέλευσε Φίλιππος ξενίζειν τοὺς παρ' αὐτοῦ πρέσβεις, οὐδὲ τοὺς παρὰ τοῦ βασιλέως γραμματοφόρους ἐκέλευσε τοῖχον ἕλκειν, id est, Non perpessus fuissem contumeliam, sed incanduissem quum nos excepturos iussisset Philippus amicis excipiendis hospitibus præfectus, & capillis traxisset, & arrepto loro flagellassem captiuam mulierem. Plautus in Menæchmis, sed quis hic est qui me capillo hinc de curru deripit? Otiosè alludit ad Pelidem Homericam quæ Achillem capillis reuocauit à pugna. Idem in Mercatore, Me illam capillo pertractaturum in viam, nisi mihi abducit: De naribus trahi, Obtorto collo, Obtorta gula, alibi dictum est. Quo longius à rebus corporeis recedet metaphora, hoc erit venustior: vt si quis dicat, dentium capillis trahendam, & rerum I. bumbisque colligandarum.

Scytha malus. 85

Tanta erat barbaries immanitasque Scythicæ gentis vt ipsa etiam appellatio cesserit in prouerbium: quemadmodum hodie crudelem hominem appellamus Turcam, & immanem facinus, Turcicum. Aeschines in oratione ὦ Ζεῦ καὶ θεοί, καὶ δαίμονες, μὴ, μὰ τὸν ἀπὸ γραφῆς πάλαι κακῶς ἀπολούμενον Σκύθην. id est, Obiecto vt seruetis me, néve logographo, malóque Scythæ me tradatis.

Mali principij malus finis. 86

Ἀρχῆς κακῆς τὸ τέλος κακόν, id est, Ortus mali finis malus: Iambicus dimeter ex Aeolo poeta refertur. Quæ rectis consiliis instituuntur, etiam si qua incidat difficultas, tamen sortiuntur aliquando lætum exitum: contra, quæ prauis rationibus inceptantur, quamuis initio succedant, tamen habent infœlicem exitum.

Laureolam in mustaceis quærere. 87

Ex vebis frivolis captare famam.

M. Tullius in Epistolis ad Atticum, Bibulus cœpit laureolam in mustaceo quærere, hoc est, ex frivolis negotiis captare famam haud prædiram, neque magnificam. Est autem mustaceum ſipe mustaceus libi genus, cui aliquid additur de virga lauri deradum, ac decoquitur suppositis lauri foliis, vt indicat Cato lib. De agricultura. Vnde Plinius lib. 15. cap. 30. Mustaceum dictum putat tertium lauri genus, quod ad eum vsum adhibebatur. Alioqui laurus erat triumphalis, ornamentum maximum principalium ac pontificatum. Hanc qui non poterant assequi laurum, in mustaceo quærebant laureolam. M. Tullius Epistolarum ad Atticum lib. 5 Epistola cœpit initium, Saturnalibus mane. Bibulus, inquit, credo voluit hac appellatione inani nobis esse par. In eodem Amano cœpit laureolam in mustaceo quærere. Cicero in prouincia res præclaras gesserat, Bibulus fingebat. Idem ad M. Cælium Rufum lib. 2. qualemcunque triumphum laureolam appellat. Velles enim (mirabar) tantum modo vt haberem negotij quod esset ad laureolam satis.

Si tu proreta, &c. 88

Non tam ficus sicut sim illis est, quàm est simile prouerbio quod est apud Plautum in Rudentibus,

Si tu proreta ipse navi es, ego gubernator ero.

Quo licebit vti quoties neuter alteri in negotio quopiam vult cedere. Nam prora, cui pars nauis est quæ in appellendo percutit litus: puppis est posterior in qua sedet qui clauum regit. Habent enim nautæ singulis distributa munia, quorum præcipua sunt proretæ & gubernatores. Vnde prouerbium Prora & puppis. Prora græca vox est, cui parti qui præsidet πρῳρεύς & πρῳρατὴς illis appellatur: vnde πρῳρατεύειν, proram regere. Suspicor autem Plautum & alteram vocem Græcè posuisse, vt priori Græcæ responderet κυβερνήτης. Nam si gubernator legas, versus trochaicus antepenultimo loco habebit breuem syllabam, gubernator ero: quod carminis ratio nullo pacto recipit. Si tu proreta ipse navi es, ego κυβερνήτης ero. Verùm hoc quicquid est eruditorum iudicio relinquo. Honestior autem nauis pars est puppis. Vnde Vergilianus Aeneas, Stat cælsa in puppi. Et M. T. Cornificius, libro duodecimo. Quamobrem, mi Quinte, conscende nobiscum, & quidè ad puppim.

Prora. Puppis.

Hederæ lasciuior. 89

Amicitiæ vinculum arctissimum.

Non sine prouerbij specie dictum est, quòd hederæ natura sit omnia complexu suo vincire. Vnde Flaccus arctissimum amicæ complexum significare volens, ait in Odis,

Arctius atque hedera procera astringitur ilex,
Lenta adhærens brachiis.

Rursus alibi, Lasciuis hederis ambitiosius. Sed complexu suo enecat arbores, quod idem amantibus faciunt lasciuæ puellæ. Vnde Romæ Flamini diali nefas erat tangere hederam, atque adeo ne nominare quidem fas erat. Hoc ænigmate declarauit antiquitas, quanta puritas, quantaque castitas deceat sacerdotem, atque adeo quanta libertas. nam amare, mera seruitus est. Nec annulum solidum gestare concessum erat, aut vllum omninò corpore nodum habere, vt testatur Festus Pompeius. Denique quid oporteat sacerdotem ab omni angore liberum esse, hoc vnus mali tibi conficium.

Nugæ theatri. 90

Plautus in comœdia Pseudolo, nugas theatri appellat quotidianâ conuicia quæ in meretrices, lenones & parasitos iactabantur à comœdiarum actoribus. Sic ibi Ballio leno rogatus quid ipse dixisset quispiam, Nugas, inquit, theatri, verba quæ in comœdiis solent lenoni dici, quæ punctilium. Malum & scelestolum & pernitium dicebat esse me. sic leno. His autem conuiciis non oportebat quenquam offendi, vt aiebat Socrates, nihilo hercle magis quam in magno conuiuio, liberius dictis. Quinetiam totum hoc quod in comœdiis agitur, nugæ theatri dici poterunt. velut iuuenes amare, senes obiurgare, seruos heris imponere, senes ludere, &c. Aliquanto iocus dictum est M. Tullio, qui theatri vocem traxit ad significationem ostentationis. velut in oratione pro Rabirio, Multas equidem C. Cæsaris virtutes, magnas incredibilésque cognoui, sed sunt exteræ maioribus quàm theatris proponi & pene popularis: castris locum capere, &c. Vnde & theatrica dicuntur quæ multitudinis fauorem captant. *Theatrica.*

Ἐν ὀπτασίᾳ. 91

Summatim, cursim.

M Tullius Epistolarum ad Atticum lib. 5. epistola cuius initium, Saturnalibus mane. Hoc tam hic habeto, nec hoc exercitu, hîc tanta negotia geri potuisse. quæ cognosces ἐν ὀπτασίᾳ. hic enim concessis mihi proximis literis. ἐν ὀπτασίᾳ dixit, pro eo quod erat ἐν ἐπιτροπῇ, summatim & compendio, rectius ita quæ minus ad rem pertinent. Hinc enim Græca vox dicitur ὀπτασία, id est accidere. Cui contrarium videtur quod alibi dictum est, ἐν πάσῃ.

Iuxtà cum ignarissimis. 92

Non sine prouerbij specie Stimo senex apud Plautum in Pseudolo rogatus à Ballione, Iámne scis quæ sit hæc res? respondet. Iuxtà cum ignarissimis. Sentiens se nihil omnino scire, nihilóque plus quam hi qui maximè sunt ignari. Consimilis forma sermonis frequens est apud veteres. Ad personam, vt tâ mihi charus es, quàm qui charissimus. Ad tempus, vt, Pamphilus amabat, vt quàm maximè. Ad rem, Istud officium tam mihi fuit gratum, quam quod est gratissimum. Tam odi tenuilentam, quam quæ maximè.

Pleno modio. 93

Ante dictum est à nobis Plena manu fieri, quod largiter minimeque maligne dicitur. M. Tullius ad Attic. lib. 6. epistola prima, similima figura dixit, pleno modio, Si illa iam habent pleno modo, verborum honorem, inuitationem crebram, &c. Nam antea dixerat, se Publicanorum vsuras affatim laudasse.

Agninus lactibus alligare canem. 94

Ballio in Pseudolo Plautina, Quia pol qua opera credis tibi, vna opera alligo fugitiuum canè agninis lactibus. Qui canem alligat intestinis agninis, is non modò canem amittit, verùm & prædam vltro dederit fugitiuo. Sic qui credit homini malæ fidei, & rem perdit, & frustra obligatum habet eum qui non est soluendo. Lactes enim dicuntur intestina molliora. *Lactes.*

Superauit dolum Troianum. 95

Apud Plautum in Pseudolo, senex laudans seruum suum quòd arte noua, structis insidiis per subornatum quendam imposuerit Ballioni lenoni, ita loquitur:

Superauit dolum Troianum, atque incit Pseudolus.

Sentit autem de equo Troiano è trabibus contexto, de quo iam sæpius diximus. Quemadmodum autem Graeci per subornatum Sinonem imposuere Troianis, ita Pseudolus per Harpagem imposuit lenoni.

Ἀμυζίζειν. 96

De iis, qui vocem immodicè effundunt.

Ἀμυζίζειν Græcis dicuntur qui non loquuntur naturali modo, sed dilatato gutture effundunt immanem vocem, quemadmodum & canunt nonnulli. Hoc vitium Demosthenes obiecit Æschini, quòd non ex animo loquens, vocem præter naturam intenderet. Neque enim oratoris est, affectus clamore, mouere, sed argumentis & rem velut oculis subiiciendo.

Oculis ac manibus. 97

Omnib. exactè modis.

Quod omnibus modis compertum est, oculis & manibus deprehensum dicitur. M. Tul. pro Cluentio, Quum manifestè venenum deprehendisset quod vir matris Oppianicus ei parauisset, & res non cohæreret, sed oculis ac manibus teneretur, neque in causa vlla dubitatio posset esse, accusauit. Oculis magis creditur quam auribus. Quidam porrò adeò sunt *ἀπιστοι*, vt nisi manibus contrectent, non credant, quemadmodum de Thoma Didymo narrat Euangelica historia.

Vt herba solstitialis. 98

Apud

De spe subitò decisis.

Apud Plautum in Pseudolo amans de spe subitò dejectus, ita loquitur, Quasi solstitialis herba paulisper fui, repentè exortus sum, repentinò occidi. De ephemero animalculo nobis alias dictum est. Sunt qui hoc loco solstitialem herbam intelligi velint heliotropiũ. Atqui tametsi heliotropium circumagitur ad solem spectans, nusquam tamen legimus eam eodem die nasci ac mori. Verò propius est Plautum sentire de herba ephemero, cuius aliquot locis meminit Dioscorides: veluti lib. 4. c. 698. Item alius nonnullis. Rursum lib. 3. cap. 121. duo facit genera, alterum Colchicum, quòd illic affatim proueniat, à quibus bulbus erraticus siue agrestis dicitur, quod sub exitum autumni florem effundit subcandidum, non dissimilem crocco. Alterum quod uim sylvestrem appellant. folia huic, sed tenuioribus, caule pari, dorem habet cæruleum amarum, cuius descriptionem habet Plinius lib. 25. cap 13. Colchicum bulbi similitudine allicit ignarós, & iugulat, quem admodum & fungi: sed præsens remedium est lac bubulum. De hac herba non dubium est quin Plautus senserit. nam Dioscorides ait prouenire sub exitum autumni: hoc est, ni fallor, circa solstitium brumale. Nam autumnus Romanis & Græcis serior est quàm nobis. Et Theophrastus ephemeron appellatam putat quòd vltra diem non viuat, idem prædicans de herba quod Aristoteles de animante eiusdem nominis.

In herbis. 99

Nondum matura.

In herbis esse dicuntur quæ nondum maturuerunt, sed spem modò bonam de se præbent, dixit M. Tullius in oratione pro M. Cælio, Sed ego non loquor de sapientia quæ non cadit in hanc ætatem: de impetu animi loquor, de cupiditate vincendi, de ardore mentis ad gloriam: quæ studia iam in nostris ætatibus pueris cõtractiora esse debeant: in adolescentia verò tanquam in herbis, significant quæ virtutis maturitas, & quantæ fruges induitiæ sint futuræ. Hoc prouerbium alibi nobis dictum meminimus, sed hunc locum adducere visum est: ex quo siquid damni capit lector, est quod querantur: siquis cauilletur me captare numerum, sibebit, si perpenderit innumera prouerbia cæteris admixta, non referri in Chiliadum numerum.

Nullius coloris. 100

Modis omnibus ignotus.

Alibi commemorauimus de modis omnibus ignoto solere dici, Albus an ater sit nescio. Huic simillimũ est quòd ait Harpax apud Plautum, Quem Pseudolum, quas tu prædicas fallacias mihi? Quem ego hominem nullius cõloris noui. Vehementius est quàm si dixisset, Albus an ater. Et paulo pòst, pro eo quod dici solet. Non noui hominem, Neque istum, inquit, Pseudolum mortalis qui fiet, nouí neque scio. Rursus in eadem, Qui suum repetunt, alienum reddunt nato nemini. Idem in Rudentibus. Domus nunc ne frustra sis, nisi ego nemo natus est. Rursus in Mostellaria, Curabitur, tanquam si ibitus nemo in ædibus habitet. Iterum in eadem, Natus nemo in ædibus fuit.

CHILIADIS. QVARTAE CENTVRIA DECIMA.

Et prædam & præmium. 1

Siue iure, siue iniuria auferendum.

Voties significamus omnino quippiam auferendum siue iure, siue iniuria, dicemus & præmium & prædam auferendum. Præmium datur pro meritis, præda per vim aut arte abducitur. Ballio in eadem fabula: Auferetur id præmium à me quod promisi per iocum. Cui respondet lenex, De improbis viris auferri præmium & prædam decet. Sectandos malos quouis modo spoliandos, eò quòd siquid malè sit malis, beneficium est: sicuti bene dictum est quod dignis malè dicitur.

Ex natali emortualem faceret. 2

In eadem fabula Ballio leno coactus reddere argentum, dicit, Certum est mihi hunc emortualem facere ex natali die, emortualem dixit pro tristi ac funesto, natalem pro læto ac fœlici.

Catone hoc contenti sumus. 3

Præsens rerũ status bonis consulendum.

Inter ea quæ Cæsar Augustus quotidiano sermone solet vsurpare, Suetonius & illud commemorat, quòd quoties significabat præsentem rerum statum esse bonis consulendum, dicebat, Contenti sumus hoc Catone. Cato Vticensis conatus est tueri præsentem Reipublicæ statum exclusa tyrannide: at non successit, vicit ea pars quę tyrannidem videbatur affectare. Augustus autem in hoc cum Catone sentiebat, quod præsentem Reipublicæ statum nollet immutari. Itaque ipse quodammodo sui temporis Cato fuit. Retulimus ex Macrobio inter apophthegmata, Cæsarem Augustum aliquando venisse in ædes in quibus habitauerat Cato. Hic quum Scrabo in gratiam Augusti incusaret Catonis pernicaciam, quòd sibi necem consciscere, quàm Iulio victori se submittere maluisset: Augustus respondit. Quisquis præsentem ciuitatis statum mutari non vult, is & ciuis & vir bonus est. Eodem dicto & Catonis memoriam tutatus est: & sibi consuluit, ne quis in posterum affectaret res nouas.

Edax triremis. 4

Quod magnis constat impendijs.

Ἀδηφάγοι τριήρεις, id est, Edaces triremes, dicuntur quòd magnis constent impendijs. Translatum videtur ab egregijs equis & ad certamina aliis quos oportet esse voraces. Extat apud Lysiam oratorem, Alcæus autem in comœdo tragœdia, luculentus bibulas ἀδηφάγους dixit, quòd multum absumant olei. Prouerbij speciem hæc habebunt si ad hominem prodigum immodicque impendij transferantur, quemadmodum Edax currus, de quo nobis est dictum prius.

Obolo dignus. 5

Ἀξιόβολος, id est, dignus obolo per iocum dicebatur qui in aliquo numero vellet haberi. Translatum à consuetudine Reip. Atheniensium, qua qui per senatum adscribebantur in numerum virorum, & ob id ἀνδρικοὶ vocabantur, iis in singulos dies dabatur obolus ex ærario publico, quemadmodum tradit Aristoteles in Politic. 5. Alij malunt duos dari solitos. Et fieri potest vt pòst duplicata sit mercedula. Huius rei meminit Lysias in oratione ὑπὲρ τῆ ἀδυνάτε. Et haud scio an huc alluserit, Aristophanes in Equitibus, ἀλλ' ἀξιόβολον αὐτὸν τοῖσιν ἀνδράσιν ποιεῖν ἀδύνατον dicebantur, qui trium mensium spacio corpore claudicarent. Quemadmodum ἀνάνδρους dicebantur, qui nondum erant in virorum numerum ascripti, necdum obolo digni iudicati.

Areopagita taciturnior. 6

Qui arcanum optimè continet.

Ἀρεοπαγίτης σιγαλώτερος, id est, Areopagita taciturnior dicebatur, qui commissum arcanum optime contineret. Alciphron in epistola quadam σιγᾷ μοι τὸν ἀνδρα ἀρεοπαγίτης σιγαλώτερος, id est. Esto mihi nũc Areopagita taciturnior. σιγαλὸς enim dicitur, non qui tacet ipse, sed qui continet arcanum, nec effutit vsquam. Translatum est à vasis solidis, nec vlla ex parte perstillantibus. Athenis in Areopago causæ capitales iudicabantur, idque noctu, magna attentione. Et fortassis nefas erat illis, quæ ibi fuissent acta, apud vulgus effutire. Extant & hodie apud Delphalòs reliquiæ generis iudicum. Certi vulgo dicuntur. Qui in hunc ordinem admittuntur, magna religione adiguntur ad silentium. Est enim ratio quædam deprehendendi crimina, quam nullus intelligit præter illos iuratos.

Ἀδελφίζειν. 7

Ἀδελφίζειν dicuntur qui vocabulis adoptiuis alicui blandiuntur. quod hodieque apud Italos est vulgatissimum, vt quibus blandiuntur, fraterculos appellent. Dictum est autem ἀδελφίζειν appellare fratrem, quemadmodum dicimus ἀδελφιζειν ἐς μακαρίζειν. Horat. in Satyris, Epist. lib. 1. Sat. 6.

-frater pater, adde.
Vtque est natu, ita quemque facetus adopta.

Rursus alibi,

Pater audisti coram, nec verbo parcius absens.

Huius exemplum est apud Aristophanem in Equitibus. Item apud Plautum cum alias, tum in Pseudolo, sic amans herus blanditur seruo suo,

Dic vtrum patrem an matrem te resalutem Pseudole.

Veterè vaticinari. 8

Nihil noui ieiunat.

Alibi retulimus ἀρχὴν κλαυθμῶν. Frivola loqui. Ballio in Pseudolo Plautina ad atrocia conuicia, quibus à duobus impetitur, respondet, Vetera vaticinamini. Conueniet in eos qui nihil adferunt noui, sed iam olim vulgo iactatum. Nam vatum est aut aliquid noui dicere quod nondum accidit, aut aliquid proferre quod nulli cognitum est. Solent enim prognostica quidam vota quædam diuinare de præteritis annis. Lenoni nihil est non audire, scelestus periurus, sacrilegus.

Eadem queri. 9

Ξυναυλίαν κλαίειν, dicuntur qui simul iisdem de malis querunturi. Inde sumptum quòd apud veteres interdum duo tibicines eandem cantionem sonabant. Aristophanes In Equitibus,

Ξυναυλίαν κλαίουσιν, ὀλίγου τέμνω. id est,

Modis Olympi concinamus tristia.

Olympus quidam fuit Marsyæ discipulus. Is conscripsit de lugubribus modis tibra canendis. At Marsyæ malè cessit sua musica. Discipulus igitur magistro accinit lugubria.

Schœnicolæ. 10

Festus Pompeius indicat olim schœnicolas appellata scorta plebeia ac vilia, ab vnguento vilissimo quo oblinuntur. Plaut. in Pœnulo, Miseras, scœno delibutas, schœnicolas sordidas.

Luto lutulentior. 11

Quæstus auidiores, nimis que sordidi.

Auaros, quæstuosque supra modum auidos, impuros ac sordidos dicimus. Plautus ὑπερβολικῶς exaggerat in Pœnulo, Sed lenone isthoc Lyco illius domi non lutium est lutolentius. Nonnunquam declarat hominem scelerosum & contaminatum potius quàm sordidum, vt Cicero in oratione pro domo sua ad Pontifices, O cœnum, ô portentum, ô scelus. Et Pisonem (ni fallor) alicubi lutum appellat. Sic enim appellat lutum, quem admodum subinde vocat scelerosum, labem ac maculam. Idem subinde facem, procellam ac tempestatem, tumultus authorem.

Διαγρηγορίζειν. 12

†Explorare, examinare.

Διαγρηγορίζειν. Demosthenes dixit pro explorare atque examinare: Sumptum putant ab iis qui noctu cum tintinnabulo circumeunt excubias, ne quis dormiat, aut vt hoc signo declarent se vigilare: Siue ab iis qui coturnices tintinnabulo experiuntur num sint ad pugnam idoneæ, vt visum est Aristarcho. Nec desunt qui malint inde ductum, quòd ad eundem modum explorari soleant equi an tubarum & armorum strepitum laturi sint. Simili modo conuiciis olim explorabantur initiandi mysteriis, cuius consuetudinis vestigium adhuc seruant Theologorum scholæ.

Ferrum & flamma. 13

†Bellum exitiale.

Quum exitiabile bellum significamus, ferro flammaque rem geri dicimus, siue ferro igneque. M. Tullius in oratione pro L. Flacco, O dij immortales quid hoc miserius, nos qui P. Lentulo ferrum & flammam de manibus extorsimus, imperitæ multitudinis iudicio confidimus. Mox in eadem, O nox illa quæ pene æternas huic vrbi tenebras attulisti, quum Galli ad bellum, Catilina ad vrbem, conjurati ad ferrum & flammam vocabantur. Rursum pro Sylla, Cuius super ferrum recuderim, flammamque retinxerim. In oratione pro domo sua, addit saxa, Deinde quum ille saxis & ignibus & ferro vastitatem meis ædibus intulisset. Item pro Planco, Quorum vidisti toto illo anno ferrum in foro, flammam in ædibus, vim in tota vrbe versari.

Montes frumenti. 14

De montibus auri nobis alibi dictum est. Sed quemadmodum musca ad quasuis res transfertur, quum negamus quicquam tale esse, Nulla mihi musca in ædibus, ita montes ad quarumlibet rerum affluentem copiam transferuntur. Plautus in Pseudolo, Quibus cunctis montes maxime acerui frumenti sunt domi. Vox hæc montes, superest sermoni: nisi quòd ex vsu vulgari addita augeat copiæ significationem. Itaque in vrbem venit oppido pro valde, quum tanta rerum copiam intelligerent agricolæ, quanta satis esset vel oppido.

Montis erroris.

Plautus in Mostellaria, Montem erroris dixit pro grauissimo. Nec falsus nobis fandi fari esse, si cupiat, potest, Ita ibam erroris montem maximum ad portum modò conspicatus tum: herus aduenit peregre, perit Tranio. Sic ego, ita mox alium, confluunt vertus vocabulo. In Milite dixit montes argenti, Tam montes argenti non massas habet.

Post homines natos. 15

Quoties vniuersos homines intelligi volumus, Post homines natos dicimus. M. Tull. in oratione pro domo sua ad Pontifices, Quid homini post homines natos turpissimo, sceleratissimo, contaminatissimo, quis illam opimam fertilemque Syriam, quis bellum pacatissimis gentibus, quis pecuniam ad emendorandos ærarios constitutam, ereptam vi ex Cæsaris rebus actis, qui is imperium infinitum dedit? Rursus in eadem, At id quod crimini dabatur, non modò peccatum non erat, sed erat res post homines natos pulcherrima. Item pro Cornelio Balbo, Etenim quum pro sua patrui panci post genus hominum natum reperti sint qui nullis præmiis propositis, vitam suam hostium telis obiecerint, &c. Idem pro Milone, Vnus post homines natos fortissimi viri. Item in Antonium, Duo teterrima & spurcissima capita post homines natos, Dolabella & Antonius. Idem de optimo genere oratorum, Optimus longè post homines natos. Idem in Bruto, Longè autem post natos homines improbissimus Caius Seruilius Glaucia.

Post hominum memoriam. 16

Huic simillimum est, Post hominum memoriam. M. Tullius in oratione ad Pontifices, pro domo sua, Graue crimen est hoc & vehemens, & post hominum memoriam, iudiciaque de pecuniis repetundis constituta grauissimum. Item in oratione De aruspicum responsis, Vobis verò referentibus post hominum memoriam fortissimi atque optimi ciues. Idem pro Planco, Aderat mecum senatus, & quidem veste mutata, quod pro vno post hominum memoriam publico cõsilio susceptum est. Ibidem, Nihil post hominum memoriam gloriosius. Idem pro eodem, Consules post hominum memoriam terterrimi atque turpissimi. Idem ad Plancum Epist. fam. lib. 10. Nihil post hominum memoriam gloriosius, nihil gratius, ne tempore quidem ipso opportunius accidere vidi, quàm tuas Plancæ literas. Rursus ad Brutum lib. 11. Quare hortatore eo quidem non eges si ne in illa quidem re quæ à te gesta post hominum memoriã maxima, hortatorem desideraris. Rursum pro Sestio, Quid enim quisquam potest ex omni memoria sumere illustrius, quàm pro me vno ciue, & bonos omnes priuato consensu, & vniuersum senatum publico consilio mutasse vestem? Idem in Catilinam, In hoc autem vno post homi um memoriã maximo crudelissimoque bello. Ibidem, Bellũ intestinum ac domesticum post hominũ memoriam crudelissimum & maximum. Idem pro Rabirio perduellione, Post hominum memoriam rem nullam maiorem. Idem pro lege Manilia, Quæ in omnibus hominibus noua post hominum memoriam constituta sunt. Rursus in Vatinium testem, In omni memoria inauditum.

Ex omni memoria.

Ἐξηχεῖσθαι. 17

Qui fugiunt, & ab eo quod agitur alio se vertunt, Græcis ἐξηχεῖσθαι dicuntur: sumpta metaphora à saltationibus præsertim sacris, vnde subtrahere sese inauspicatum erat, quemadmodum indicatum est in prouerbio, Omnia secunda, saltat senex. Notum est quod refert Herodotus de Hippoclide qui indecora saltatione exercdit à spe nuptiarum, & auduit, ἀπηχέεται γε μὲν οὐ γάμοι.

Peristromata Campanica. 18

Origenes opus quoddam varias tractans materias, περιστρωματεῖς inscripsit: sumpta metaphora ab aulæis & stragulis picturatis, quibus olim diuites impensè delectabantur. Quod ad hominem versipellem transferri potest: siquidem aulea explicata aut complicata, & rursus aliter atque aliter complicata varias rerum formas præbent. Leno in Pseudolo Plautina minitatur suis famulis hoc modo, Ita ego vestra latera loris faciam vt validè varia sint, vt ne peristromata quidem æque picta sint Campanica. Campania quum floreret opibus, præter modum luxui ac deliciis indulgebat. Campanicis peristromatibus Plautus adiungit Alexandrina tapetia. De Attagena dictum est alias. *Versipellis.*

Fors domina campi. 19

In creandis magistratibus non semper vincebat qui potior esset, sed cui fortuna faueret. Nam à populi suffragiis res omnis pendebat. M. Tullius in Pisonem, Sed omitto vt sit factus vterque nostrum, sit sanè Fors domina campi, magnificentius est dicere quemadmodum

modum gesserimus consulatum.

Fulmentum lectum. 20

Nonius Marcellus indicat prouerbium quoddam esse frequens apud Varronem Fulmentum lectu ferendum. Nec exponit quid sit fulmentum, neque quis sit prouerbij sensus: tantùm indicat fulmentum dici neutro genere, & fulmentas fœminino.

Parthi quo plus biberint. 21

De Parthis vetere proverbio dictum est, quo plus biberint, eo plus sitire. Habet hoc temulentia, vt posteaquam obsurduit palatum, magis ac magis cupiant haurire. Apte dicetur in auaros aut studiosos: crescit enim dicendi cupido cum eruditione.

Scraptæ. 22

Mulieres nugaces.

Scraptæ populari conuicio dicebantur mulieres nugaces, nulliusque rei. A screo quod est oris purulentiam eiicio cum sonitu. Vnde screa pro rebus vilissimis accipiebant. Fortasse quadrabit in anus, subinde screantes ac tussientes. Ita Festus. Nonius autem putat esse conuicium in deformes meretrices, citatus hunc Plauti versum ex Vidularia.

Scraptæ scrupedæ, strittiuelæ, sordidæ.

Ex Phelleo. 23

Ἐκ φελλέως ἐλθεῖν, id est, Ex Phelleo venire dicebantur qui ex humili fortuna asperaque vita, ad dignitatem emersissent. Nam Græcis φελλὸς dicitur locus aptus pascendis capris, asper, pumicosus, ac sterilis. nam huiusmodi pascuis capræ delectantur. Aristophanes in Nebulis,

Οὐκμὲ ὃν πὰς ἄγας ὁὐ τῶ φελλέως,
Ὥστερ ὁ πατὴρ σου διὰ φθόνον ἀπημάτου.

Est huius nominis locus Atticæ, montanus ac petricosus, cuius meminit & Stephanus: nisi quòd montem φελλὸν vocat, fortassis scriptura mendosa. De his non-

Subere leuior.

nihil attigimus in prouerbiis, Subere leuior, & Phellinas.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. *bantur qui ex humili fortuna asperaq; vita ad dignitatē*) Loco Aristophanis nulla huiusmodi subesse potest allegoria. sed verba simpliciter vt sonant accipienda sunt.

In foro veritas. 24

Ἐν ἀγορᾷ ἀψευδεῖν, id est, In foro abstinendum à mendacio. Lex erat apud Athenienses, vt in foro rerum venalium vanitas omnis abesset. Theophrastus in libris De legibus ostendit Agoranomis duo præcipuè curanda, vt omnia in foro compositè, citraque tumultum agantur: deinde vt abstineant à mendaciis non vendentes modo verumetiam ementes. Hinc est quod apud Laertium Anacharsis ait se mirari, Quòd Athenienses lege prohiberent in foro mendacium, quum nusquam frequentius aut impudentius mentiremur.

Oculum excludere. 25

Hac figura vulgus adimit omnem spem petenti, vt dicat, Si hoc impetraris, oculum mihi excludito, aut dentem extundito. Senex in Pseudolo Plautina, Excludite Herculè oculum si dedero. Sensit quidvis potius futurum, quàm vt seruo daret argentum pro amica filij, Itidem Phormio Terentianus, Vel oculum excludito, est vbi vlciscar locus.

Aut terra aut mari. 26

Plautus in Pseudolo, Aut terra aut mari, dixit pro

Quacunque ratio.

quacunque ratione. Sumptum est ab historicis qui referunt res terra marique gestas, & gentes terra marique expugnatas. Cicero pro Cluentio. Cuius tantæ res gestæ terra marique extiterunt. Item pro lege Manilia, Quantas illic res domi militiæque, terra marique quanta fœliciter gesserit. Rursus in eadem, Vt aliquando verè videremur omnibus gentibus ac nationibus terra marique imperare. Item in Verrem lib. 2. Quàm multæ mihi à Verre insidiæ, terra marique factæ sint. Ad Atticum libro 7. Quò aut terra aut mari persequar eum, qui vbi sit nescio. Demosthenes in cuiusdam orationis pro Ctesiphonte, εἰ δ' ἀφ' ἑκάστου τῶν ἀδικημάτων, ὅσους ἂν αὐτοῦ καθ' ἑκάστου ἕλωνται ἢ φεύγωσιν ἢ ἔν τε θαλάττῃ πεποιήκασιν. id est, Quòd si vnquam adeo sunt immanes, illos quidem per se solos exitio perniciéque dignos terra marique reddite. Plauti verba sunt hæc: Ego in hoc triduo aut terra aut mari alicunde exoriam id argentum tibi. M. Tul. lib. De finib. 5. addit ter-

tium. Vna pars est differendi, altera viuendi, tertia naturæ scire. ab his inuestigata est, vt nobis pars cæli, maris, terræ (vt poeticè loquar) præterfluxa sit. Addit poëticè, quod poetæ tria tantum elementa referant. vt Ouidius,

Ante mare & terras, & quod tegit omnia cælum.

Terentius. O cælum, o terra, o maria Neptuni Plautus in Amphitryone. Ita mihi videntur omnia, mare, terra, cælum contegi.

Ἐκφυλλοφορῆσαι. 27

Quibus ius ferendi suffragij adimebatur, & ex al- *Calculis olim ferebantur suffragia.*

bo iudicum submouebantur, olim dicebantur ἐκφυλλοφορῆσαι, quemadmodum exauctorari dicebantur milites quibus ius pugnandi adimebatur. Olim non calculis, sed foliis ferebantur suffragia, quasi dicas a foliis ferendis excludi.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. *lites quibus ius*) Nequaquam hoc dicit ita generaliter Suidas: sed eos qui exauctorabant, in ferendis de huiusmodi exauctoratione suffragiis, solitos loco calculorum vti solitos, vt ostraco in ferendis de ostracismo suffragiis.

Lacunam explere. 28

Lacunam explere pro sarcire damnum, non sine prouerbij specie dixit Cicero actione in Verrē quarta: Censores fecerunt idem quod in nostra Repub. solent ij qui per largitionem, magistratus adepti sunt: dederunt operam vt ita paterentur vt illam lacunam rei familiaris explerent. Detrimentum fa- *Lacuna in auro.*

cultatum appellat lacunam. Idem in epistolis ad Atticum. Vide nequa lacuna sit in auro, hoc est nequid de- *Lacuna famæ.*

sit. A. Gellius Noct. Atticarum lib. 2. cap. 3. famæ lacunam dixit pro macula, Minimáque illa labes, & quasi lacuna famæ imminentis, partarum amico vultatum ratione soluitur. Quin & in libris, mendū dicitur quod deprauatum est: lacuna, vbi deest aliquid: illud eluitur, hæc expletur.

Nullam corporis partem. 29

Æschynes De perperam obita legatione, ὁ δ' οὐδὲν ἀπεκρίνατο ἔχων μέρος τῶν σωμάτων, ἀλλ' ὃν τινὰ φωνὴν ἀφωνότερον ἢ ὃν Ἀριστείδης πὰς φορεῖ παρὰ πᾶσι τοῖς ἄλλοις, ὁ δίκην ἐπιτιμήσας, δωροδοκήσει ἢ καθ' ἕτερον δωροδοκίας. id est, At is qui nullam corporis partem habet otiosam, ne eam quidem qua vocem promit, perinde ac si esset Aristides qui vectigalia præscripsit Græcis, & iuste cognomē meruit, indignatur ac detulit munerum acceptionem. Dispiciat prudens lector, an pro ἄφωνος legendum sit ἄφατος, id est ἄφρικτος, vt intelligas illi omnia membra fuisse venalia, etiam os & vocem. Tametsi dici potest ἀπεκτος, qui nihil exigit. vt intelligas non manibus tantum, sed toto corpore rapacem.

ANIM. HENR. STEPH.

V. *is qui nullam*) Noluit hoc significare Æschynes, sed potius Demosthenem nullam corporis partem (legendum enim ἄφατον) habere non venalem, de quo sensu Erasmus nihil præter suspicionem affert. sed multi sunt apud vtrunque oratorem loci ex quibus affirmare id audacter quis possit.

Purus putus. 30

Plautus in Pseudolo purum putum dixit pro prorsus ac verè: Purus putus est ipsus, nouiherus Polymachæroplacides, quasi dicas, ipsissimus est. Color sermonis resedit ex antiquitate: putum enim illi dicebant, purgatum: vnde & vites putare dicunt: & reiectamenta nucum aut similium rerum dicuntur putamina. Prouerbium ortum videtur ex auificum officinis, qui ea forma dicebant Purum putum, quemadmodum qua iureconsulti dicunt, Sarta tecta.

Meis auspiciis. 31

Meis auspiciis pro meo arbitrio, meisque præfidiis dixit Maro Æneidos 4.

Quòd si fata meis paterentur ducere vitam
Auspiciis, & sponte mea componere curas.

Tralatum ab imperatoribus Romanis, quibus mos erat non committere prælium nisi consultis auspicijs. Eius autem auspicij res geri dicebatur penes quem summa rei gerendæ potestas erat. Huic simillimum est quod alibi retulimus, Meo Marte. Tullius in Verrem lib. 5. Præsertim quum vos vestro Marte his rebus omnibus abundetis. Nostro Marte fit, quod sit nullis auxilijs abunde auctis. *Nostro Marte.*

Vestigiis inhærere. 32

† *Imitari.* Qui imitatur exempla progenitorum, maiorum vestigiis inhærere dicitur. M. Tullius pro P. Sestio, Quem in maiorum suorum vestigiis stare oportebat. Translatum à viatoribus qui obsequuntur vestigia præcedentium, nequid aberret. Similiter qui degenerant à progenitorum aut præceptorum exemplis, ab illorum vestigiis dicuntur recedere. Et alienis vestigiis ingredi, qui nihil ex se gignunt noui, sed aliorum inuentis inhærent.

Alienis vestigiis ingredi.

Dulce & amarum. 33

Amara mea. Plautus in Pseudolo non sine prouerbij specie dixit dulce & amarum, pro lætis ac tristibus. Amans adolescens de epistola amicæ: Dulce amarumque vnà, nunc misces mihi. Idem in eadem fabula, Dulcia atque amara apud te sum eloquutus omnia. Scis amorem, scis laborem, scis egestatem meam. Idem in Truculento: Nunc postquam scio dulce atque amarum quid sit de pecunia.

Hyberno puluere, verno luto. 34

Festus Pompeius ex antiquo carmine citat, nec ascribit authoris nomen vnde intelligitur vulgò decantari solitum. In eo inducitur pater de agricultura præcipiens filio, his verbis, Hyberno puluere, verno luto grandia farra Camille metas. Quibus verbis arbitror significatum, far, si seminetur serena hyeme, & succedat vel humidum, copiosius prouenire.

Αἰξωνίδαι. 35

Αἰξωνίδαι morbo obnóxij. Quemadmodum multa prouerbia retulimus è gentium moribus desumpta, ita αἰξωνίδαι olim dicebantur calumniandi morbo obnóxij, quòd is populus hoc nomine traxatus sit veterum comœdiarum salibus, quemad modum indicat Stephanus, docens Æxoniam esse Magnesiæ ciuitatem. Est autem & αἰξωνὴ vltima acuta, populus tribus Cecropidis. ab vtraque voce deducitur αἰξωνίδαι. Citant testem Menandrum ἐν κακοφύρῳ. Plato in dialogo De fortitudine, ἀλλ' ἐρῶ σοι ὦ Σώκρατες, ἔφην ἐγὼ, παρρησιαζόμενος ὡς χρὴ ἀληθῆ αἰξωνίδην. id est, Nihil ad ista respondeo, quum quod dicam habeam: ne me merito dicas Æxonensem esse. Marsilius vertit maledicum & calumniatorem.

Gallam bibere oportet. 36

† *In nimium addictos ventri & gulæ.* Qui plus satis indulgent ventri gulæque, prouerbiali loco iubebantur gallam bibere. Is est fructus sub autumnum adnascens arboribus præcipuè robori, specie rotundæ nucis. De cuius natura multa prodiderunt Plinius, Dioscorides, Galenus ac Theophrastus. Vim habet astringendi exsiccandique, ob id vtilis ad multa. Inde illud Lucilius, quum nepotes ac lurcones iubet gallam bibere & rugas inducere ventri, sentiens coarctandos esse ventres. Refert Sextus Pompeius Festus. Simile est Horatianum illud, quum scribit ventres nepotum inurendos candenti lamina. Epist. lib. 1. Satir.

Sontica causa. 37

† *Causa grauis admodum.* Næuius poeta, citante Festo, Sonticam causam appellat admodum grauem, in hoc trochaico catalectico,

Sonticam esse causam oportet quamobrem perdas mulierem.

Translatum à duodecim tabulis, quæ sonticum morbum appellant non vulgarem, sed tam molestum vt reus non cogatur apud iudices comparere.

Macula, Labes. 38

† *Scelerosus.* Frequens est apud M. Tullium, vt hominem infamem ac scelerosum, maculam, labem, sordes, lutum appellet. pro eo Plautus, citante Festo, suasum dixit:

Quia tibi suasi insecuit propudiosa pallulam.

Suasum Festus putat esse maculam quæ fit in veste alba è stillicidio fumoso. Plautinus trochaicus quadrabit in eos qui famam honestam vel à maioribus traditam, vel benefactis partam, aliquo scelere contaminant.

Capere crines. 39

† *Arripienda oblata occasio.* Plautus in Mustellaria Capere crines dixit, pro arripere occasionem oblatam, & arreptam retinere. Sumptum vel ex illo deo quem Græci vocant καιρὸν (nam eum fingunt fronte capillata, occipitio caluo) vel ex hominum consuetudine, qui crinibus remorantur quem nolint abire. Si tibi acceptum est fore tibi vnicum, sempiternum, atque illum amatorem tibi proprium futurum in vita. soli gerendum censeo morem, & capiendos crines, vt fama est: hominis, exin sole pecuniam inuenire.

Nihil est miserius quàm animus conscius. 40

Sæpe etiam est olitor valde opportuna loquutus, vt habet prouerbium. Apud Plautum in Mustellaria, Tranio seruus nequissimus sententiam pretexit quouis dignam theologo, Nihil est miserius quàm animus hominis conscius. Conuenit cum Hebræorum dicto, Secura mens quasi iuge conuiuium. Item cum illo, Conscientia, mille testes. Et Horatius fœlix esse iubet dicat, *Conscientia, mille testes.*

Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa.

Celei supellex. 41

Vilem & rusticanam supellectilem, Celei fuisse dictam indicat Maro Georg. lib. 1.

Virgea præterea Celei vilisq; supellex.

Item Ouidius libro Fastorum 4.

Sors sua cuique loco est. qui nunc Cerealis Eleusis
Dicitur, hic Celeis rura parere fenu.
Ille domum glandes excelsaq; mora rubetis
Portat, & arfurus aridaligna focis.
Filia parua duas reddebat monte capellas,
Et tenet in tunis pinus aged erat.

Celeus rex erat Eleusine pater Triptolemi, cui Ceres, quòd esset ab illo excepta hospitio, commonstrauit omnem agriculturæ rationem. Verba Plauti sunt hæc, Quasi supellex Celionis, palus palo proximus est. Mirum est autem à Plauto primam syllabam in Celione produci, quum ab aliis corripiatur. Nam Celionem pro Celio dictum, nihil est noui, sic & scorpium dicimus & scorpionem.

Ampullaceæ. 42

Plautus in Menæchmis videtur ampullaceam vocare mulierem magnificè cultam. Carmen sic fertur, Quando te auratam & vestitam bene habet, ampula spem: Rectè perhibent, melius sanam est mulier mentem sumere. Ampula spem, cestum est deprauatas esse vôces. Quidam reponunt ampullosam: verùm hanc dictionem trochaici carminis ratio non patitur: Ampullaceam & metro congruit & sensui. Plinius libro 15. inter genera pyrorum commemorat ampullacea. qui tamen locus haud scio an mendo vacet. verba Plinij sic habent, Ab odore myrrhepia, laurea, nardina à tempore, hordearia, à collo ampullacea, & Coriolana. *Magnificè culta mulier.*

Cyatho non emam. 43

Non absque specie prouerbij miles apud Plautum in Pœnulo dixit, Proh nebulæ, cuius ego cyatho ceptè noctes non emam. Loquitur de muliere fastidita, sed non perinde formosa. & cyathum dixit pro minimo pretio miles cui res erat cum cyathis. Cyathus minimum erat poculum, crater amplius.

Rex sum. 44

Quemadmodum olim insignem fœlicitatem significantes dicebant, Deus sum, aut, In cælo fumita. Plautus in Pœnulo dicit, Rex sum, si ego illum hodie ad me hominem allexero. Verba sunt Lyci lenonis speruntis se diuitem fore si quendam bene nummatum ad se pertraxisset.

Cribro crebrius. 45

Scite dictum est Plauto, ne fine prouerbij schemate, Cribro crebrius, pro eo quod erat plurimis locis, ac passim. Villam iucundam intelligo totam mihi: nam nunc pellucet ea quàm cribrum crebrius. Vulgus de futili ac loquaci dicit, Tam solidus est quàm cribrum. † *Plurimis locis, passim.*

Et operam & retiam perdere. 46

Plautus in Rudentibus, Iam nunc & operam ludos facit & retiam. Id quidem citra tropum dictum est à sene qui Grippum seruum pricatum miserat, quum esset noctu orta tempestas grauissima. Venustius crimi tropo adhibito dicatur in captatorem cui non successit aucupium, Porrò retiam Plautus antiquè dixit pro rete. Affine est illi quod alibi retulimus, Oleum & operam perdidi; &, Opera & impensa periit. *In captatorem, cui ludatur opera.*

Virtute duce, comite fortuna. 47

M. Tull. Epist. fam. lib. 10. ad Plancum, Omnia summa consequutus es, virtute duce, comite fortuna. Hoc adeo grauiter commodeque dictum est, vt à quibusdam publicitus symboli vice sit vsurpatum. Virtus eligit quod est optimum: quod si non succedit, tamen in rebus præclaris, vt in magnis, etiam voluisse pulchrum est: sin succedit, prima laus debetur virtuti, tanquam egregij facinoris duci, proxima fortunæ, quæ

quæ virtuti subseruierit.

Cræsi pecunia teruncium addere. 48

M.Tull. lib. De finib.4. Itaque in quibus propter eatum exiguitatem obseruatio consequitur, sæpe accidit vt nihil interesse nostra faceamus sint illa nécne sint, vt in sole, quod à te dicebatur, lucernam adhibere, nihil interest, aut teruncium addere Cræsi pecuniæ. Teruncij nummi, à tribus vnciis dicti, vilitas prouerbio locum fecit, Cræsus Lydorum rex inter prodigiosè diuites celebratur.

Barbati. 49

Priscis, ac simplicibus moribus.

Apparet apud Romanos prouerbiali ioco barbatos dici consuesse, homines priscis ac simplicibus moribus, rusticanæque veritatis: quòd illic sero receptum sit barbam radere aut tondere. Siquidem, autore Plinio, P.Ticinius Mena primus è Sicilia tonsorem induxit, anno ab vrbe condita quadringentesimo quinquagesimo quarto: quum hactenus fuissent intonsi. M.Tullius li. De finib.4. Hoc verò te ferre non potuisse, quod antiqui illi, quasi barbari, vt nos de nostris solemus dicere, crediderunt: eius qui honestè viueret, si idem & bene valeret & bene audiret, copiosusque esset, optabiliorem fore vitam, melioremque & magis expetendam, quàm illius qui æquè vir bonus, multis modis esset, vt Ennij Alcmæon,

Circumuentus, morbo, exilio atque inopia.

Illi igitur antiqui non tam acutè optabiliorem illam vitam putant præstantiorem, beatiorem. Stoici autem, &c. Eò spectat illud Iuuenalis,

-facile est barbato imponere regi.

Vestigium ponere. 50

Vestigium ponere, pro attingere dixit M.Tull. lib. De finib.5. Quanquam id quidem infinitum est in hac vrbe: quacunque enim ingredimur, in aliquam historiam vestigium ponimus. Refertur quiddam perquam facetum cuiusdam Stratonici (ni fallor) qui in oppido quodam summis pedibus ingrediebatur, circunspectans interim. Rogantibus quid ageret, Respondit se timere ne quem calcaret præconem. innuens illic esse præconum immodicam, turbam. M.Tullius eiusdem

Pedem vbi ponat, non habeat.

operis lib.4. Quid enim? Sapientia pedem vbi poneret non habeat, sublatis officiis omnibus. Scio mihi alibi factam mentionem prouerbij, Pedem vbi ponat non habet. Verùm hic locus tum non occurrebat, indignus qui prætermitteretur, eo quòd ostendit elegantem vsum huius metaphoræ in rebus animi. Sentit enim nullum esse locum sapientiæ, si tollatur officiorum delectus.

Priscis credendum. 51

M.Tullius in libello De vniuersitate, Credendum, inquit, nimirum est veteribus, & priscis (vt aiunt) viris, qui se progeniem deorum esse dicebant. Incertum vtrum Cicero sentiat eam sententiam fuisse vulgò decantatam, an notet vocem prisci, qua declaramus homines extremæ antiquitatis, quorum origo quoniam posteris erat incognita, referebatur ad deos.

Omnes intus. 52

Theocritus in Syracusanis,

Κῆροι, ἐνδοῖ πάντες· ἐπὶ θύρᾳ ἔστ' ἀποκλαῖσαι. id est,

Optime habet, omnes sunt intus: fertur vt olim
Inclusa sponsa, sponsus dixisse.

Scholiastes admonet esse prouerbium, è tali casu natum, vt coniicio. Sponsus quidam pertæsus sponsam exclusit ædibus. quumque illa pulsaret fores, cupiens recipi, sponsus respondit, ἐνδοῖ πάντες, id est, omnes sunt intus. Fortè quum sponsa ex more duceretur ad ædes sponsi, ille occlusis foribus ita loquutus est. Accommodari potest ad vsum magis serium: veluti si ambienti in amicorum numerum recipi qui sit indignus aqui-

Omnia in tuto esse.

citia, respondeatur, πάντες ἐνδοῖ. Aut, quod verò propius est, quum significabimus omnia esse in tuto. Siquidem ἀποκλείω non solùm sonat excludo, verumetiam includo quod semotum in tuto esse volumus, vnde ἀποκλισμα pro custodia. Itaque fieri potest vt sponsus sponsa in thalamum recluſa, cæteras submouerit, dicens: Omnes intus: sponso vna sufficit, cæteras vt superuacaneas excluſit. ἀποκλῆς. Siculis dicuntur clauis, inde ἀποκλάζω pro ἀποκλείω.

Esurientis ne occurras. 53

In eodem idyllio prouerb. facies habet & illud in fine Gorgo hortans ad redeundum, quòd maritus esset iracundus, admonit,

-πινάρτι γὰρ ἀνδρὶ κοὐκ ἔστιν, id est,

-absit vt vnquam occurras esurienti.

Fames enim exasperat iracundiam. vnde apud Plautum aliquis iracundius loquentem rogat quàm pridem edisset. Apud eundem est,

Fames & mora ollam in nare conciunt.

Opus ad opus. 54

Addam & illud ex eodem ἔργον ἐπ' ἔργῳ, quo nullus operæ finem significamus. Verba sunt mulieris de marito conquerentis, quòd emisset lanam sordidam ad rudem, in qua plurimum esset operis sibi. Ita Maro de vite colenda,

†*Labori addere labori.*

Cui nunquam exhausti satis est.

Tredecim cubitorum. 55

† *De procero enormiter.*

Homines insigniter procero corpore & hisce temporibus populari ioco taxantur, vt ignaui & inutiles, quòd vt alia pleraque manasse videtur ab antiquitate. Sic enim in eodem carmine Praxinoa de marito loquitur, αἰνὶ τριεκαιδεκάπηχυς, id est, vir tredecim cubitorum, hyperbolicòs significans enormiter procerum: quum esset tam insulsus, vt è mercatu pro nitro salem attulerit. De caliga Maximini nobis alias dictum est. Prisci prælongos homines ridiculi gratia longuriones appellabant. Varro in Tripalo apud Nonium, Ego nihil narro: adeò hæc ita curat qui ante me est: nescio qui longurio.

Longurio.

Volam pedis ostendere. 56

Τὸ πέλλαν τὸ ποδὸς δεῖξαι, id est, Cauum pedis volam ostendere, dicuntur qui in bello fugiunt, quod apud historicos frequentissimè dicitur, vertere terga. Proverbium refertur ab Hesychio. Dicitur & hodie vulgò in fugaces, calcaneum ostendere.

Vertere terga.

Factum transactum. 57

† *Nihil prætermissum.*

Apud iurisprudentes solennia sunt hæc, Factum transactum: quibus sentiunt nihil prætermissum quod ad negotij tractationem pertinet. M.Tullius in Catilinam inuectiua tertia. Atque illud quod faciendum primum fuit, factum atque transactum est. Est alicubi & apud Terentium, aliosque complures melioris notæ scriptores.

Mæandri. 58

† *Obliqua consilia.*

Quum res agitur non simpliciter, sed vafris & obliquis consiliis: Mæandros dicimus. Metaphora sumpta à fluuio Mæandro, qui sinuosus ac flexuosus labitur. vnde & nomen habere videtur, quasi obstet quæ rebus hominum cõsortia. M.Tul. in Pisonem. Quos tu Mæandros dum omnes solitudines perlequeris, quæ diuerticula flexionesque quæsisti? Vtitur & Prudentius in hymno quod alibi nobis citatum est in prouerbio Labyrintho. Fluuius est Lydiam flexuosis recursibus perfundens. De quo Plinius lib.5. cap.29 Mæander ortus è lacu in monte Aulocrene, plurimisque affusus oppidis, & repletus fluminibus crebris, ita sinuosus flexibus vt sæpè credatur reuerti: Apumeam primùm peruagatur regionem, mox Eumeneticam, ac deinde Barbyliticos campos: postremò Carian placidus, omneisque eos agros fertilissimo rigans limo, ad decimum à Mileto stadium lenis illabitur mari. Est & pictura

Mæander, pigenus genus.

Mæander, pigenus Mæander, in morem labyrinthorum flexuosis ambagibus implexum, quod oris chlamydum addi solet. Vnde Maro Æneid. lib.5.

Vellent chlamydem auratam quam plurima circum
Purpura Mæandro duplici Meliboea cucurrit.

Masculum. 59

Masculus apud veteres non semper significat sexum, sed interdum quicquid vegetum, solidum ac robustum est, masculum dicitur. Exemplum Nonius Marcellus citat ex Varronis fabula cui titulus ὄνος λυρικός. Vincor non esse masculum ad rem. Grammatici putant ab Horatio matrem vitellum dictum solidum ac firmum. de ouis oblongis ita loquitur in Sermonibus,

-nunquæ marem cohibent calloſa vitellum. Vergilius quoque masculæ thura dicit alba & meliora. Lepidius eriſi ad incorporea transferatur: veluti quum excelſum fortemque animum masculum appellamus.

Intra labia risit. 60

De risu Sardonio nobis alias dictum est. Similem describit Theocritus in Thalysia,

-καμ' ἀπρίμαισιν ὀδοῖς

Ὀμματι μειδιόωντι γελᾷς δ' οἱ ἔνδοθι χεῖλος. id est,

Et me est ausa tuis ridere ocellis ore
Arridenti oculo, risus vero labium intra Hesiod.

Risus Sardonius. Homerus risum Sardonium dixit amarulentum. Hic describit ritum modestum & amicum: qui si erumpat, cachinnus fit indecorus.

Pingui mensura. 61

Πίονι μέτρῳ, id est, Pingui mensura, dixit in eodem carmine, pro eo quod erat affatim & largiter,

-μάλα γὰρ σφιν πίων μαίετο
Ἀλφηστὴς δύκεσσιν ἀπηνύτοιο βοείας. id est,
Illis fortunante deo bona copia frugum
Arearum campos mensura implerat optima.

Plena manu. Simillimum est illi quod ante diximus, Plena manu, & Ambabus manibus.

Fato Metelli. 62

Asconius Pedianus in oratione pro Milone, refert Nævij poetæ Senarium iactatum in familiam Metellorum quòd Consules designarentur arbitrio fortunæ (quæ campi domina dicitur) verius quàm suis meritis.

Fato Metelli Romæ fiunt Consules.

Ad id tum Metellus Consul iratus respondit, Senario hypercatalectico, quem ait & Saturnium appellari,

Dabunt malum Metelli Nævio poetæ.

Ad id rectè alluſit M. Tullius, quum ait, Te non fato, vt cæteros ex nostra familia. Dictum facete & contumeliosè in Metellos, torqueri poterit in eos qui præter meritum suum ad opes ac dignitates proeuehuntur.

Non habet cui indormiat. 63

Theocritus in Hodœporis,

Οὐδὲ τὸ βώμαρον ἔστρωτο ἐς τὸ κοιμᾶσθαι. id est,
Stramenta siquidem dormitio nec vellus erat cui
Indormiret.

De pauperrimo.

Hoc colore Lacon pastor designat extremam capram, cuiusdam inopiam, cui nec pellis esset hircina in qua somnum caperet. Solent enim veteres in animantium tergoribus & discumbere & dormire. Apud Homerum proci in bubulis tergoribus agitant conuiuia. Et hodie dicimus, non habet lectum, aut non habet stramenta quibus indormiat.

Asinus asino, & sus sui pulcher. 64

Ὄνῳ ὄνος κάλλιστος, id est, Asinus asino pulcherrimus, simile simili placet. Alcimus apud Diogenem Laertium inter multa quæ collegit ex Platonis philosophi & Epicharmi Comici scriptis, quibus persuadere conatur philosophum à comicis multa fuisse furatum, & hos refert senarios,

Θαυμαστὸν οὐδὲν εἰ κακὸς κακῷ πέλας,
Καὶ δειλὸν ἀνὴρ δειλὸς ἀνὴρ ἡγήσεται
Κλέπτης τε κλέπτῃ συμφορεῖται καὶ λύκοις λύκος
Κόλαξ τε κόλακι φαίνεται, καὶ σοὶ σοφὸς
Ὄνῳ τ' ὄνος κάλλιστος. εἰ δ' ἐγὼ τάδε. id est,
Res mira non est, ista si ego proloquor,
Ipse nobis si placemus rusticis,
Pulchréque nati si videamur nam & cani
Pulcherrimus canis videtur, bos bovi:
Asinus asello pulcher est & sus sui.

Conuenit vbi inter honestos similitudo morum & instituti conciliat beneuolentiam: veluti quum miles placet militi, aleator aleatori, potator potatori, sophista sophistæ. Mirum est ab Epicharmo præteritam simiam, quum nullum animal sibi placeat impensius.

Pediculi Platonis. 65

Οἱ Πλάτωνος φθεῖρες, id est, Platonis pediculi, in prouerbium abierunt, vt (referente Laertio in vita huius philosophi) testatur Myronianus in opere cui titulum fecit De similibus. hinc coniectans hoc morbo periisse Platonem, quòd vulgo pediculi Platonis appellarentur. Græci φθειρίασιν appellant. Morbus est fœdus & cruciabilis, quo periit & L. Sylla: tametsi de genere mortis variæ sunt scriptorum opiniones Myronianus nullum indicat vlum prouerbij: suspicari tamen licet, dictum in sordidos, quòd philosophi minimum indulgeant nitoribus externis, dum circa mentis cultum toti sunt occupati.

De sordido vultu.

Vates secum auferat omen. 66

In eos qui nobis dira minantur, aut acerba prænuntiant, conuenit illud Theocriticum in Bucoliastis,

Αὐτὰρ ὁ μαίτας ὁ Τίτυρος ἐχθρὰ ἀοιδία
Ἔχθρα φέροιτο ἐς ὄρεα ἐπὶ Τιτυρὸν φέρ' ἄξη. id est,
Tityrus at vates, mihi qui canit omina dira,
Dira domum referat, quo natis ille referre.

luiarat Cyclops per vnicum oculum suum qui videret omnia, semperque visurus esset. At Telemus vates illi prædixerat fore vt ab Vlysse exocularetur. hoc omen Cyclops retulit in vatem & illius liberos. Ita Virgilius, Æneid. lib. 3.

-quod dij prius omen in ipsum
Conuertant.

Et rursus, lib. 8.

Dij capiti ipsius generi quæ referunt.

Item Homerus Iliad. ϛ.

Σὺν ἑῷ υἱέϊ δῶκε, γαμεῖ δέ τε μοῦνον ἐόντα.

Simile illi Platonico, In tuum ipsius caput.

In vltimas terras. 67

Εἰς ἔσχατα γᾶς, id est, Ad extremæ terræ quum locum vehementer remotum intelligi volumus. Theocritus in Syracusiis,

De loco multum remoto.

Ταῦτ' ὀ παρὼν εἶπε πρὸς ἔσχατα γᾶς ὁ λαὸς ὁ Σύρος,
Ἰὼν, ἐς οἶκον. id est,
Hæc veneta meus ille insulsus ad vltima terra
Antrum non ædes posuit.

Vxor inculat marium quòd in loco nimium semoto domicilium sibi pararit, & cauum verius quam domicilium. Est frequens apud Ciceronem in vltimas terras, velut actione in Verrem 6. Quemadmodum accepturas hoc nationes cæteras, quemadmodũ huius tui facti famam in regna aliorum atque in vltimas terras peruenturam putasti? Idem pro P. Sylla, Iam verò illud quam incredibile, quàm absurdum, qui Romæ eadem facere, qui hanc vrbem inflammare vellet; eum familiarissimum suum demittere ab se, emandare in vltimas terras? Item Philippica 13. Saxam verò Decidium præterire qui possum, hominem deductum ex vltimis gentibus? Rursus ad P. Lentulum, Epist. fam. lib. 1. Recordare enim quibus ex vltimis terris miseris, nec hoc pertimueris. Idem lib. 15. ad M. Marcellum, Nos quidem longinqui, & à te ipso missi in vltimas gentes. Apud D. Hieronymum frequens est, monstrum in vltimas terras deportandum. Plautus in Mostellaria sed etiam in terras solas, oraſque vltimas sum circumuectus.

Talia gignit bellum. 68

Senatum hunc M. Tull. epist. ad Qu. fratrem lib. 2. ceu vulgo iactatum adducit.

Τοιαῦτ' ὀ πάμπαν πολὺς ἐξηράζετο. id est,
Similia bellum calamitosum perfert.

sentiens è dissidiis eorum qui Rempub. administrant, multa gigni absurda. Verba Ciceronis sic habent, Summum otium forense, sed senescentis magis ciuitatis, quàm acquiescentis. Sententia autem mea in senatu eiusmodi, magis vt alij nobis assentiantur quàm nosmetipsi. τοιαῦτ' ὀ πάμπαν πολὺς ἐξηράζετο. Id translatum ad priuatam dicendi pulculum habebit gratiæ.

Vera fronte. 69

Ex animo, citra fucum.

Quæ ex animo citraque fucum dicuntur, geruntur, vera fronte fieri dicuntur. M. Tullius pro C. Rabirio, At si verum tum cælatissima fronte dixerunt, nunc mentiuntur: si tunc mentiti sunt, docent nos verum. Contra, dicemus mendaci fronte fieri quod geritur per simulationem. Quemadmodum M. Tullius ad Quintum fratrem, si non fallit titulus, ait, Frons, oculi, vultus persæpe mentiuntur, oratio verò sæpissime. Frons & oculi maximè declarant animi affectum: nam verba fingere non est difficile, sed vt ait Ouidius, perdifficile est crimen non prodere vultu. Et apud Maronem Dido, Æneid. lib 4.

Spem vultu simulat premit altum corde dolorem.

Terentius in sene seipsum excruciante, Vah, etiam vultus fingit carnifex. Et in Phormione Geta componit vultum Antiphonis in congressum patris, quem tamen retinere non potuit.

Porcus Troianus. 70

Galli veteres architecti & hoc commenti sunt, vt *De opiparis & delicatis animantium generibus.* bos aut camelus totus apponeretur, differtus intus auibus & animantium generibus. Hinc & porcus Troianus *omne genus* venit in populi fabulam, cui hoc nomen inditum est, *carnis mixtum.* quòd ita varias animantium species veluti tegeret, quemadmodum Darius equus texit armatos viros. Macrobius lib. Saturnal. 3. refert Cæcinam in oratione qua suasit legem Fanniam de moderandis sumptibus, obiecisse tuo seculo, quòd porcum Troianum mensis inferret.

inferrent. Mihi si detur optio, malim porcum Troianum quàm equum. Conuenient in optata conuiuia, aut in nuptiarum varias delicias expletum.

Pilus in medio. 71

† De minimo discrimine.

Minimum discriminis significantes, dicimus pilum interesse: id, vehementius est, quàm si dicas culmum latum. Theocritus in Thyonicho,

Ἀσσον ἢ μανίης τύχα, Σηΐς ἀτὰ μέλαν. id est,
At me temperantem capiet vesana tandem.
Vix pilus in medio est.

Verba sunt amantis ac metuentis ne tandem amor exeat in insaniam, à qua tam parum abest, vt vix pilus sit in medio. Consimili tropo Plautus dixit in Mostellaria, Pluma haud interest patronus an cliens probior siet, Homini cui nulla in pectore est audacia. Non interest pluma dixit, pro nihil omnino refert. Annius Pollio M. Ciceroni, Nullum enim vestigium abs te discessurus sum.

Non interest pluma.

Musopatagos. 72

Μουσοπάταγος dicitur qui peritus est & attonitus furore Musarum. Ita Maro, in Georgicis, lib. 2.

-quarum percussus amore Sacra fero.

Transfertur ad eos qui sua poemata sic amant quemadmodum parentes liberos. M. Tullius ad Qu. fratrem lib. 2. Non me Hercle quisquam μουσοπάταγος libentius sua recentia poemata legit, quàm ego te audio. Horatius, Epist. lib. 2. ep. 1.

Versum amat, hoc studium vnum.

ANIM. MANR. STEPH.

V. *quarum percussus amore Sacra fero*) Mihi non ita videtur accipi μουσοπάταγος sed in malam partem. id autem ex Homeri versu conijcio, in quo participio οἰστρησάμενος aperte in malam partem vtitur: Ὀδυσεὺς ἐξέτι παλαι, συνεχὲς φρένας οἰστρησάμενος θ. 300.

V. *Transfertur ad eos qui sua poemata sic amant quemadmodum parentes liberos*) Istam translationem non agnoscit à Cicerone in propria significatione vsurpari eximius, in illo epist. ad Qu. fratrem loco. Nam si dicit Cicero μουσοπάταγος libentissimè sua recentia poemata legere, an propterea hoc nomen ad eos transferetur qui sua poemata non aliter amant quàm parentes liberos? Hoc si cõcedimus, illud cõcedamus oportet (quod est absurdum) quosuis poetas μουσοπάταγος posse dici. quotus quisque enim reperietur qui non ita erga suum poema sit affectus? Cæterùm quin μουσοπάταγος à πατάσσω dici debeat, potius quam μουσοπάταγος à πάσσω nemini dubium esse debet.

μουσοπάταγος.

Vt Phrygius amauit Pieriam. 73

Plutarchus in lib. περὶ γυναικῶν ἀρετῶν ostendit ad suam vsque ætatem duasse consuetudinem vt vxores optarent sic amari à viris ὡσ φρύγιος ἠράσθη Πιερίας, id est, quemadmodum Phrygius amauit Pieriam. Id ortum est ab huiusmodi historia: Ionum qui in Miletum commigrarant, nonnulli seditione mota aduersus Nelei filios, cesserunt Myuntem, atque ibi sedem cõstituerunt, multis iniuriis affecti à Milesiis qui cum illis bellum agitabãt ob defectionem, verum nec atrociter, nec exclusa omni commercio, sed nonnullis diebus festis mulieres è Myunte Miletum itabant. Erat autem ex his qui secesserant vir quidam nomine Pythes, cuius vxor dicta est Hippygia, filia Pieria. quum autem Mileti die festo sacrificaretur Dianæ, quam illi Neleidam cognominant, misit eò vxorem & filiam id precatas, vt sibi festo liceret interesse. Ex Nelei verò filiis longè potentissimus erat Phrygius. is captus amore Pieriæ, cogitabat qua re posset puellæ quàm maximè gratũ facere. Cumque illa dixisset nihil accidere posse gratius, quàm si efficeret sibi liberum frequenter Miletum commeare multis virginibus comitatam: ex his verbis Phrygius intelligens ab illa quæri pacem & amicitiam ciuibus suis, bellum compoluit. Hinc Pieriæ nomen & apud Milesios & apud Myuntios mire gratiosum esse cœpit, adeo vt puellæ quæ viris nuberent, omnis causa precari soleant, Vtinam sic ames à viro, vt Pieriam amauit Phrygius.

Vita hominis peregrinatio. 74

Περιδημία τίς ἐστιν ὁ βίος, id est, Peregrinatio quædam est vita. Socrates in Axiocho Platonis adfert hãc sententiam vt vulgo apud omnes decantatam. Quanquam is dialogus habetur inter nothos, videtur esse potius hominis Christiani qui Platonem voluerit imitari. Hæc enim sententia frequenter occurrit in lacris voluminibus, Vtam hanc esse exilium, esse incolatum & peregrinationem: quanquam & Socrates Platonicus narrat animas hominum è cœlo tanquam delapsas, quò sibi per philosophiæ studium parant reditum.

Tota hulcus est. 75

In eodem dialogo, ad laudatam agriculturam, ita respondet Socrates. Ἀλλ' οὐχ ὅλη φησὶ, φίλε, εἶναι λύπη ἡ γεωργία δυσκάρδιον, id est, Verum an non tota (quod aiunt) nulcus est, semper molestiarum occasionem ex se gignens: Id quidem esse verum declarauit Vulteius Horatianus. Cæterum quicquid nobis vehementer molestum est, hulcus, vomicam & carcinoma solemus appellare. Quemadmodum de Cæsare Augusto literis proditum est, quod Iulias, filiam & neptem, & Agrippam prius adoptatum, posthea abdicatum, non aliter appellare soliet quàm tres vomicas suas ac tria carcinomata? adeoque detestabatur mores illorum minus è frugales, vt ad omnem illorum mentionem soleat exclamare versu Homerico,

Hulcus, vomica, carcinoma.

Ἀφ' ὄφελον ἄγαμός τε μένειν, ἀγόνῳ τ' ὀαρίζειν. id est,
O vtinam cœlebs mansissem, orbúsque perissem.

Atque hic quoque versus inter proverbiales merito referendus est, vsurpandus ab his qui infœliciter duxerunt vxores, aut liberos pœnitẽdos susceperunt. Conuenient & in hominem molestis moribus. Theocritus in epitaphio Adonidis, acerbum dolorem δυσκάρδιον ἄχος appellat.

Ἄχεϊ ἄχεϊ θύνει τις ἐγὼ κἠμᾶρτε Κυθήρη,
Μυζομένᾳ Κυθέρᾳ φίλος ἐστὶν ἀδωνίς ἔτι. id est,
Dirum dirum vulnus habet cruce Cytherea,
Sed maius Cytherea gerit sub pectore vulnus.

Ex cohorte prætoris. 76

Qui ad omnem nutum prætoris sunt, & cum authoritate delegantur ad hoc, aut ad illud ex quendam, ex cohorte prætoris appellari dicuntur. M. Tullius ad Q. fratrem epistol. 1. Quos verò aut ex domesticis consultoribus, aut ex necessariis apparitoribus tecum esse voluisti, qui quasi ex cohorte prætoris appellari solent, horum non modo facta, sed etiam dicta nobis prætanda sunt, &c. Ministri prætorum non egent alia excusatione, quàm vt dicant se quod fecerunt, illorum iussu fecisse vt iam in prætorem sit actio, non in ministros. Simile imperium in quosdam cibo officiisque sic deuinctos, vt nihil ausint recusare.

De iis, qui vocãtur ex cohorte prætoris audent.

Lucernam accendere possis. 77

Vehementem iram hac hyperbole exaggerauit Theocritus in Tyonicho,

† Irã ardens.

Κἤφερ' ἔτ' ἀθανίοις τιν δὲν ἀνὴρ ὀλίγον, ἄλφε. i.
Incalescitque ira, facile accendisse lucernam
Ex ipsa vel possis.

Verba sunt amantis ac de proteruis puellæ conquerentis quę quum in conuiuio lusisset, quidam illi dixit, Non loqueris, lupum vidisti. Illa ad nomen lupi vehementer incanduit: aderat enim adolescens nomine Lupus quem adamabat. Irati dicuntur ardere. Similis hyperbole, licet sordidior, & hodie fertur apud nostrates ita loquentes, Adeo exarsit ira, vt ouum ad illius frontem possis decoquere.

Semper aliquem virum magnum. 78

Ἀλλ' αἰὲν τινα φῶτα μέγαν. Hoc hemistichium M. Tullius vt vulgo iactatum adduxit in epistola ad Q. Fratrem, cuius initium, Statius ad me venit. Quòd autem expectationem tui concursumque eum qui erat futurus si vna tecum decederet, neque antea vllus esset sustulit, id mihi non incommode visum est accidisse. Exhaustus est enim sermo hominum & multæ emissæ iam eiusmodi voces, ἀλλ' αἰὲν τινα φῶτα μέγαν, quæ te absente cõfecta esse laesor. Vnde sumptum sit hemistichium nondum liquet, nisi quòd fortasse pro αἰὲν legẽdum est αἴτει, id est postula, aut αἰτῶ, id est Postulat & requirit.

ANIM. MANR. STEPH.

V. *chium nondum liquet. nisi quòd fortasse pro αἰὲν legendum est αἴτει. id est, postulat aut αἰτῶ, id est, postulat aut requirit*) Et vide tu prius sit hemistichium, & in eo rectè αἰὲν legi nec vllo modo mutari debere in αἴτει aut αἰτῶ, iis liquet qui verborum Polyphemi apud Homerũ in Odysseæ 10. meminerunt. ibi enim cyclops ille ait, sibi quidem prædictum fuisse à Telemo vate, fore vt ab Vlysse orbaretur oculo: sed se expectasse semper aduentum cuiusdam Vlyssis qui procerate corporis

& specie oris spectabilis vir esset: quum tamen malum hoc illi a viro contra paruo ac imbecillo allatum sit. Verba eius sunt,

Ἀλλ' αἰεί τοι φῶτα μέγαν ἐν κηλὸν ἐδήλευ
Ἐσθλὸν ἐόντ' ἐπιεικέα μαχλοσύνῃσιν ὀπηδόν
Νῦν δ' ἐμὲ τὸν ὀλίγον τε καὶ ἀτίμητον καὶ ἄκοιτιν
Οὐ φροντίζεις ἀλλὰ σεο, σπερ ἐὸν μέγα πῆμα.

Iã ergo videamus quomodo vtatur hoc hemistichio M.C. Multi Stathium extrea qua valebat apud Q. Ciceronem authoritate æstimabant: ideo tantum posse apud illum credentes quòd is in eo nihil humile nec abiectum, nihil vulgare in eius ingenio perspiceret. Et hoc quidem iudicabant antequam ipsum Stathium vidissent, neque adeo cognouissent. Qui visus & cognitus quum eorum non respondaret expectationi, multorum huiusmodi sermonum materiam dabat, qualis erat ille Polyphemi de Vlysse, Ἀλλ' αἰεί τοι φῶτα μέγαν ἐν κηλὸν ἐδήλευ.

Nesi ad Iouis quidem aulam. 79

Qui metuunt malum, ad asylum, ad aram, ad arcem, ad statuas principis, ad diuorum phana confugiunt: verùm à morte nullum est effugium. Id ita Sophocles expressit versibus,

A morte nullum effugium.

Οὐκ ἔστι κἀμοὶ τῶν θανεῖν ξυνὸν τύχα,
Οὐδ' αἰ σὺ μᾶλλον αὐτὸν ζώειν ἐν φάει μολεῖν. id est,
Mihi mortis vrget tempus ad Iouis atria,
Si fugeris effugere non possis tamen.

Prouerbij species est in illis verbis, Ne ad Iouis quidem atrium: quod pro tutissimo potuit refugio. Huc confugerat aquila insectante scarabeo.

Oracula loqui. 80

Χρησμὸν λέγειν, id est, Oracula loqui, dicuntur qui certa & inuabitata loquuntur. Theocritus in Syracusiis,

Χρησμοὶ ἃ θρασέως τις ἀπ' ὄχθᾳ σκαιὸς ἔειπεν. id est,
Haec anus ab scopulo, diuorum oracla loquuta.

Τὰ δὲ Σιβύλλεια alibi dictum est, & Sibyllæ folium. M. Tullius ad Atticum epistola cuius initium, Scripta & obsignata iam, Hæc ex oraculo Apollinis Pythij edita tibi puta. Idem de finibus quinto: Quia quum à Zenone inquam hoc magnificè tanquam ex oraculo editur, virtus ad beate viuendum ipsa contenta est.

Non ab Hymetto. 81

Crassam philosophiam ac rusticanam, quam discimus ex congressu plebeiorum, non ex commentariis Zenonis aut Platonis, M. Tullius ad Q. fratrem lib. 2. appellat philosophiã ab area Syra. Nos enim, inquit, ita philologi sumus, vt vel cum tribus habitare possimus: habemus hanc philosophiam non ab Hymetto, sed ab area Syra. Hymettus Atticæ mons est, vnde Hymettia mella. Cui opponit aream Syram, subindicans rusticanam simplicitatem. Nam paulo antè nonnihil attigerat de dioteris arguus. Apparet id temporis M. Tullium in prædio quodam ædificasse. Quanquam haud scio an hic locus, quoniam varius habetur in exemplaribus, mendo vacet. Dispiciat eruditus lector, an pro area Syra legendum sit, ex hara Syra. sic enim loquitur in Pisonem, lix hara productæ, non schola. Syri barbariè nobiles erant id temporis, quemadmodum Attici lepore dictorum.

Area Syra.

Syri, barbari.

Cymbalum mundi. 82

Plinius maior in præfatione ad Imperatorem Vespasianum refert, Apionem grammaticum à Tyberio Cæsare Cymbalum mundi cognouisse vocari ob nominis (vt opinor) celebritatem, Quum publicæ, inquit, famæ tympanum potius videri posset. Is Apion alebat eos ab se donari in mortalitate ad quos aliqua cõponebat. Huc Tyberius alludens appellabat illum cymbalum mundi: quòd hominem honesta fama donaret, quæ per vniuersum mundum amabiliter resonaret. Plinius autem ob arrogantiam mauult illum appellari tympanum publicæ famæ, quòd famam daret potius quàm honestam famam. Nam resonat & tympanum, sed in amœno strepitu. Alluisse videtur huc, quòd tympana fiunt è pelle asinina.

Tympanum famæ publicæ.

In beato omnia beata. 83

A diuitibus omnia magnificè fiunt, à tenuibus frugaliter. Praxinoe in Charitibus Theocriti, laudans Ptolemæum quod Adonidis festum magnificis sumptibus apparasset non sine prouerbij specie dixit,

—ὡς ὁ Πτολεμαῖος πλοῦτος, id est,
—in diuite domo omnia.

Vsus erit si dicas ab homine docto omnia doctè fieri, à pio piè, à rege regaliter.

Digitum qua proferat. 84

Schemate prouerbiali M. Tullius dixit pro A. Cæcinna, Digitum qua proferat non habet, hyperbolicos indicans illi nihil prorsus esse quod dicat agatve. Locus sic habet, Denique illa nimia quæ dominatur in ciuitate potentia, in hoc solo genere quiescit, quid agat, quo modo aggrediatur iudicem, quà denique digitum proferat non habet. Sumptum est à gestu rhetorum qui varius traditur à Quintiliano. Simplicissimus est proferre digitum, quod plebeiorum est & rusticorum.

Tristi litera. 85

M. Tullius pro Milone, Quod nisi vidisset posse absolui eum qui fateretur, quum videret nos fateri, neque quæri vnquam iussisset, nec vos hanc tam salutarem in iudicando literam, quàm illam tristem dedissetis. Tristem literam appellat θ, salutarem τ, quòd hac absolueretur reus, illa damnaretur. de quo nonnihil attigimus in prouerbio, Theta præfigere. Asconius Pedianus, si modò codices mendo vacant, indicat θ, fuisse notam damnationis, τ, absolutionis, N.L. amplationis, hoc est, non loquere. T. Liuius dixit tristiorem notam.

Iouis germen. 86

Ἐκ Διὸς ἔρνος, id est, Ex Ioue germen dicebatur insigni virtute præditus. Verba sunt pastoris ad pastorem musicès pulchrè peritum, cui honoris gratia clauam dono dedit. Claua autem gestamen est Herculis ex Ioue prognati. Obseruatum est à poetis, à poetis Iouis filios semper induci ciuiles & humanos, contrà Neptunis truces & asperos. Musica autem ciuilitatis magistra est. Carmen sic habet,

Iouis filij qui les inducti.

—αἴνεον ἐσθλὸν
Ἔκ Διὸς ἀρχόμενον· μετὰ δὲ Διὸς ἔρνος ἀείδειν. id est,
—*ex Ioue quidem ille,*
Ranera, fatidum ac prognatum ipso ex Ioue germen.

Interpres tamen nimium eò referre, quòd qui vera loquuntur, ex Ioue prognati dicuntur, adducens carmen Homericum,

—οἱ γὰρ ἐμοὶ μαντήσεσθαι ἐπ' ἀτρεκέως,
ὅτι νῦν σοφὸς ἔμπεδον ἐστίν. id est,
Haud etenim falsa erit aut reuocabilis quicquam
Quod capite annuero.

Pastor ob id laudatur quòd ingenuè profiteatur se non conferendum cum insignibus musicis, qualis inducitur & à Marone,

—*Me quoque dicunt*
Vatem pastores. sed non ego credulus illis.

Musarum aues. 87

Μουσῶν ὄρνιθες, id est, Musarum aues, non absque prouerbij specie Theocritus in Thalysia appellat poetas, quòd luscinarum in morem assidue canant sua poemata. Scholiastes admonet omnes aues canoras, Musarum aues appellari. Sentit autem sibi displicere poetas qui cuculorum more audet Homero occinere.

De poetis.

Nullus dies omnino malus. 88

Astrologi designant quosdam dies fortunatos aut infœlices, sed his aut his rebus: nullo tamen die indulgendum est otio quòd nullus sit adeò inauspicatus quin alicui negotio sit fœlix, si quis rectè vtatur concesso tempore. Dies infaustus gerendo bello, aut nauigationi, fœlix est administrandæ rei familiari. Nullus autem dies non prosper parandæ bonæ mentis. Fatetur hoc Hesiodus οὐδὲ ἔργον ἐν ἡμέρῃ, id est,

—ἐν ὅτου μέρεσιν ἡμαρ. id est,
Omnis ex parte dies malus haud euenerit vnquam.

Guttam aspergere. 89

Quum ex magno lucro paululum quiddam alicui deciditur, guttam aspergi dicimus. M. Tullius in oratione pro A. Cluentio, Atque etiam ipse conditor totius negotij, Guttam aspergit huic Bulbo. Itaque minimè amarus is visus est, qui aliquid ex eius sermone speculæ degustarat. Eodem schemate dicimus micam auri, pro minima portiuncula. Sed in verbis M. Tullij præter tropum prouerbialem subest facetissima allusio in propriis nominibus. Stelenus promiserat magnam pecuniæ vim iudici Bulbo (nam id erat iudici nomen.) Stelenus autem is qui totum hoc negotium condiebat (hinc enim dictus est conditor media producta, non à cõdẽdo cõditor prima acuta) adiungit Bulbo alterum

iudicem

iudicem cui nomen Guttatea res bulbum reddidit lactiorem. Solent autem coqui bulbis (dicit, ex parvum genus) addere condimenta quo hant dulcedines. Addidit alludens Cicero, Itaque, inquit, minime amarus videtur esse. Hinc & guttatim fieri dicitur quod sit paulatim. Plautus in Mercatore, Cor guttatim contabescit, quasi in aquam indideris salem. Et guttatim donat, qui sæpe, sed minuta largitur.

Guttatim fieri quidpiam.

Rectam instas viam. 90

Rem acu tetigisti, huic similimum est quod habet Plautus in Asinaria, Est ne hoc vt dico Libane? Lib. Rectam instas viam, ea res est. Vt qui falluntur, dicuntur rectam inuitere viam: quod schema mire tritum est & hodie vulgo illiterato. Simili schemate dictum est in Casina, Nunc pol ego demum in rectam redij semitam. pro eo quod erat, rem ipsam deprehendi.

Æacidina minæ. 91

In eadem ita loquitur mercator, Siquidem hercle Æacidinis minis animisque expletus incedit. Iratus si me tetigerit, iratus vapulabit. Non sine prouerbij specie dictum est, pro atrocibus ac superbissimis minis. Versus patitur vt pro Aeacidinis legatur Aeacinis, nã id nonnulli diuinant. Sed probabilius est poetam sentire de Achille Aeaci nepote quem Homerus vbique facit stomachabundum ac minabundum: velut in primo statim Iliades libro, vbi sic incandescit in Agamemnonem vt manum admoueat capulo, à comitiis ad pugnas venturus, nisi Pallas eum capillis reuocasset. Quin & ipsum opus ab Achillis ira habet exordium. μῆνιν ἄειδε θεὰ. Quod quidam adferunt de Aeaco manium iudice, non video quid ad hunc faciat locum. Quicquid etiam inuictum & insuperabile volumus intelligi, Achilleum dicimus.

Æacidinæ minæ.

Oleo nitidius. 92

Olei nitor adeò venerat in prouerbium. vt Mysticæ quoque literæ iubeant facie oleo vncta dissimulare tristitiam ieiunij. Plautus in Truculento de amica pulchrè compta, Feruide vt rota floret, vt oleum nitidè nitet. Oleum nitorem ac lucem addit rebus omnibus.

Nitor ex Oleo perfuso.

Herculis quæstus. 93

Herculis quæstum pro magnis impendiis dixit Plautus in Mostellaria, Dapsiles sumptus facit, perdidit patrem, vnus istic seruus acerrimus Tranio. Is vel Herculis conterere quæstum potis est. Aliàs dictum est, olim plerosque decimam lucri partem Herculi vouere solitos. Huius fauore persuaserunt sibi rem fore auctiorem. Ex tam multis autem decimis oportuit immensam pecuniarum vim contlari. Quæstum appellat facete, quasi Hercules suum fauorem vendiderit.

† *De magnis impendijs.*

Posterius dictum. 94

Doctum doces Memorem mones, Scienti loqueris, aliaque eius formæ, antea retuli nus. Eundem lepidissimè extulit Plautus in Asinaria: quum enim Demænetus queritans de moribus vxoris dixisset, Fateor eam esse importunam atque incommodam: respondit Libanus seruus, Posterius istuc dixti quàm credo tibi. hoc est, sciebam priusquam diceres. Nec video quamobrem Nonius hic posterius interpretetur minus. Nec id quidem caret prouerbiali schemate quod mox sequitur, Tu primus sentis, nos tamen præsentimus. Dedecus ille domus sciet vltimus, ait Satyricus. & Terentius, Is solus nescit omnia. sed aliena mala licet priores intelligamus, non dolent nobis. sensus igitur mali primum ad illos peruenit ad quos res attinet, notitia ad alios.

Tanquam de specula. 95

Qui futura longè prospiciunt priusquam eueniant, tanquam de specula præuidisse dicuntur. M. Tullius ad Ser. Sulpitium libro quarto, Multa enim antè quàm ex aliquo specula prospexi tempestatem futuram, &c. Habet tenendum non pictam tantum & arcem, sed & naues speculas suas, vnde pernicies nauclerio prospiciunt imminere ventos aut tempestates.

Verbum conceptum, peierare. 96

Olim iuraturo solennibus verbis præibatur, quo iusiurandum esset firmius. Plautus in Asinaria, Vbi conceptis verbis sciens libenter peieraueris. Idem in Bacchidibus, Ego iusiurandum verbis concepi hodie, daturum me hodie mulieri. Interdum irrans religionem, dabat aram, quo maior esset iusiurandi religio. Itaque iurisconsulti firmum iusiurandum significantes, dicebant, Nec si aram tenens iuraueris, credam tibi. M. Tullius in oratione pro L. Flacco, Ergo is qui sic tam religiosus iuraret, nemo crederet, per epistolam quod vellet iniuratus probabit?

Agones. 97

Admonuimus Antigonum regem Demetrij nepotem, militem loco dictum Dolonem, quòd omnibus polliceretur, dicens *dabo*, nec præstaret pollicita. Ita qui apud Romanos percutiebant victimem, Agones dicti sunt, quòd ex more, priusquam ferirent, precabantur. Agonã id est, agónei. Ouidius Fastis, lib. 1.

Antigonus, dolon dictus.

Semper agonie rogat, nec rite iussus agit.

Agonium meminit Lactantius Statij enarrator. Quadrabit in contatores, qui semper deliberant, neque quicquam aggrediuntur.

Fungus putidus. 98

Senem iam decrepitum & inutilem Plautus in Bacchidibus fungum putidum appellat. Fungi licet natura insipidi, olim in deliciis erant & adhuc sunt apud Italos, sed teneri ac recentes: vetulis nihil insipidius. Verba Plauti sic habent, Terræ odium ambulat. Iam nimis sapit, nihil sentit, tanti est quanti fungus putidus. Quin & hoc ipsum, terræ odium, prouerbij figuram habet, velut illud, Telluris inutile pondus. Idem in Bacchidibus, inter stolidi tatis conuitia ponit & fungos. Sculti, stolidi, fatui, fungi, bardi, bicorni, buccones. In Mostellaria pro stolido fruticem appellat, Nec verisimile loquere, nec verum, frutex. In cæteris arboribus est nonnulla imago dignitatis ac prudentiæ frutex temerè nascitur, expers cultus: & aut nullum habet fructum, aut syluestrem & inutilem.

De sene delirante, & inutili.

Viuum noueris. 99

Antea retulimus, Viuorum meminisse oportet. Id meretricula in Truculento Plautina detorquet in alium sensum, amatorem pro mortuo ducens qui desierat esse dãdo. Dum viuit inquit, hominem noueris: vbi mortuus est, quiescas: Te dum viuebas noueram. Pecunia, iuxta Hesiodum, anima est mortalibus: eà amissa, exanimis est homo.

Pecunia pro anima.

Lippo oculo similis. 100

Video quoidam his moribus, vt eos æquo animo ferre non queas: ritus ita induxit eos & ad obsequium expositos, vt quoties iele offert occasio, non possis cauere quin aliquid illis committas. Lippus oculus manuum contactu lædituf, & tamen naturale est nobis illic habere manum vbi dolet. Plautus in Persa, Ego nec libenter seruio, neque satis sum hero ex sententia. Sed quasi lippo oculo, me herus meus manum Abstinere haud quit tamen, quin mihi imperet, & quin me suis Negotiis præfulciat. Item in Bacchidibus, Lippi illic oculi seruus est simillimus. Si non est, nolis esse, neque desideres: Si est, abstinere, quin attingas, non queas.

CHILIADIS QVINTAE CENTVRIA PRIMA.

Tu in legione, ego in culina. 1

IN Truculento Plautina militi obtrectanti coquus respondet, Sis tu in legione bellator fortis, at ego in culina Mauors. Auxit coquus bellatoris verbum. Mars enim deus belli est. Quod autem dixit Mauors pro Mauors, non est Plauto nouum Græcas voces admiscere Latinis. Quanquam in nonnullis exemplaribus habebatur anes, in nonnullis aries: sed mendose.

Citius, quam formica papauer. 2

Non caret adagij specie quod est apud Plautum in Trinummo, Cedo citius quàm si tu obiicias formicis papauerem. Verba sunt Stasimi serui narrantis quadraginta minas intra quindecim dies fuisse consumptas, vtpote in comessationes, cõpotationes, balneas, in piscatores, pistores, lanios, coquos, olitores, myropolas, & aucupes dissipatas, non aliter quàm si papauer obiicias agmini formicarum. mox enim vltrà hitur aceruus, dum vnaquæque suum abripit granulum.

De re, quod statim distrahitur.

Isidem vt Acheronti. 3

Apud eundem in eadem fabula amasio exposcenti quæ dederat, respondet scortum, Nam isidem vt Acheronti hic ratio accepti scribitur. Istrò receptum, quando acceptum est, non potest terrestres sentire nihilo magis ad amantem redire quod in meretricis domum est datum, quàm redeunt ab inferis mortui, vnde, iuxta Catullum, nō queant redire quenquam.

Ad Ilion vnis fidit aueto. 4

Nihil hoc est decantatius apud vulgus, quàm eum miserrimè esse miserum cui non est nisi vnus cauus. Idem Plautus expressit in Truculento,

Sed tamen cogitato mus pusillus quàm sit sapiens bestia,
Ætatem qui vni cubili nunquam committit suam.
Quia si obsideatur vnum, aliunde præsidium gerit.

Plures amici habendi. Locus est adagio similis quem admonebimus vt sibi plures amicos paret, aut vnà cum opibus studeat philosophiæ: vt si fortuna quod suum est eripiat, in literis sit præsidium.

Post rem deuoratam ratio. 5

Quemadmodum de sera ope dicitur, Post bellum auxilia, ita de sera parsimonia dicitur, Post ablumptam rem supputatio. Stasimus in Trinummo Plautina, Sed ò atque ituitè prius quod cautum oportuit postquam comedit rem, pòst rationem putat. Loquitur seruus herili filio supputanti rationem accepti, quum tota summa iam esset nequiter ablumpta. Nimirum hoc est numerare præteritas vndas, quum venientes oporteat censere.

Cœna popularis. 6

Quemadmodum Phormio Terentianus cœnam dubiam appellat, variis epulis instructam, vbi tu dubites quid sumas potissimum: ita Philto Plautinus cœnam popularem appellat magnificam, egregiéque lautam, atque adeò gratuitam quoque, quales iplèt exhiberi populo. Verba Plautina sic habent, Quid tunc si in ædem Ad cœnam veneris, atque ibi opulentus tibi par forte vt venerit, Apposita sit cœna, popularé quam vocant: si illi congestæ sint epulæ à clientibus, &c.

Cœna egregiè lauta.

Apud mensam verecundari neminē decet. 7

Sequitur ibidem aliud prouerbium, quod ex tanta antiquitate per manus traditum, hodieque versatur in ore omnium. *Verecundari neminem apud mensam decet:*
Nam ibi de diuinis atque humanis cernitur.
Nisi quod vulgus addit, nec in lecto. Sententia est non philosophi, sed Stasimi serui comici: quum nusquam magis habenda sit verecundiæ ratiò, quàm in lecto & in conuiuio. Sunt tamen qui rustico pudore molesti sint conuiuæ, semper expectantes vt ipsis præministretur, & quod datum est reponentes. Iam hoc ipsū, De diuinis atque humanis cernitur: prouerbiale est, quo tropo significabant de summa rerum agi. dictum seruo dignum qui fœlicitatis puppim ac proram in ventris expletione collocaret.

De diuinis atque humanis cernitur.

Salillum animæ. 8

In eadem scena Philto hominem vocat salillum animæ, sentiens hominis breuissimam esse vitam, videlicet quantulum salis cuique in conuiuio adponitur. Locus Plautinus sic habet, Dei diuites sunt, deos decet opulentia, Et factiones: nos homunculi sumus Salillum animæ quam quum ex templo amisimus, æquè mendicus. Atque ille opulentissimus censetur, ad Acherontem mortuus. Quanquam extremo senario desunt duæ syllabæ, Pelops centetur, aut censetur Crœsus, aut aliquid simile.

†*Vita hominis breuissima.*

Nummus plumbeus. 9

Quemadmodum assis, obolus ac teruncius: ita & nummus plumbeus abiit olim in vilitatis proberbiū. Plautus in Trinummo, Cui si capitis res siet, nummum nunquam credam plumbeum. Idem in Casina, Cui homini hodie peculi nummus non est plumbeus. Æreos numnos & hodie nouit Flandria, plumbeos Anglia. At M. Tull. lib. ad Atticum 5. Vatinium semissem hominem vocat vilissimum & contemptissimum, Simul verò semissis homo contra me arma tulit. Et tressis agaso pro contemptissimo dictus est alibi. Plautus in Mostellaria, Tace sis faber qui cudere soles plumbeos nummos.

De re vil.

Semissis homo.

Tressis agaso.

Basilica facinora. 10

Antè admonuimus, quicquid magnificum esset, appellari solere βασιλικὸν vt valere βασιλικῶς: & magnificas ædes, basilicas appellabant. Plautus in Trinummo de seruo nullius rei, sed philosophica quædam loquente, Dij, inquit, immortales, basilica hic quidem facinora incepta loqui. Notum est illud Porri responsum, qui rogatus Alexandro à quo fuerat bello superatus, Quomodo te tractet βασιλικῶς, inquit. Rogatus, nunquid aliud, respondit, τὸ βασιλικὸν omnia comprehēdi. Nihil enim humile decet reges. Dursuscidum est quod Plautus dixit in Epidico, Dij immortales, vt ego perij basilicè.

βασιλικῶς.

ANNOTATIONES STEPH.

V. *bil enim humile decet*) Illud quidem verum est, nihil humile sed potius magnifica omnia decere reges: eò tamen non respiciebat Porus, nec quum Alexandro diceret, Gere te regiè erga me, intelligebat, Regali magnificentia vtere erga me: sed perinde erat ac si dixisset, βασιλικῶς, ἀλλὰ μὴ τυραννικῶς. Scimus enim magnificentiam tyrannis cum regibus esse communem, at clementiam nequaquam: quam Alexandro adesse, Poro in eius potestatem reducto, optabile erat. Plutarchus certè quodam loco, postquam dixit Alexandrum erga Callistenem & Clitum sæuiorem, quàm pro more suo fuisse, subiungit hoc quod Porus Alexandro dedit responsum, cui continuo post addit, ἀλλ' ὁ μὲν Πῶρος τοῦτ' ἐβασιλικώτερον, ἀλλ' οὐκ ἐμεγαλόψυχον, ἀλλὰ μᾶλλον τοῦ μεγαλοψύχου, ἐπιεικέστερον ἢ δικαιότερον, ἐπεσπάσατο δὲ τὸν Ἀλέξανδρον, οὐδὲν ἧττον.

Nec caput nec pedes. 11

Negotium ita perturbatum vt nescias quo pacto vel expedias vel amittas, veteres dicebant nec caput nec pedes habere. Sic enim M. Tullius rogatus respondens suo Curioni, Sulpitij tibi operam intelligo ex tuis literis non multum opus fuisse, propter res tuas ita contractas, vt quemadmodum scribis, nec caput, nec pedes. Equidem vellem pedes haberent, vt aliquando rideres. Antea nobis dictum est ex Platone ἀκέφαλον μῦθον, Sine capite fabula.

De negocio perturbato.

Somnum non vidit. 12

Quum somnus non videatur, sed ille potius occludat oculos, dubium non est quin prouerbiali schemate dictum sit, Somnum oculis non vidit. Nam iis verbis significant summam vigilantiam. M. Tullius Curio libro 8 epistola, Caninio consule scito neminem prandisse, Nihil tamen eo consule mali factum est. fuit enim mirifica vigilantia, qui toto suo cōsulatu somnum non vidisset. Dicti argutia in hoc est, quòd is vnū modò diem consul fuit. Prouerbij ratio est in tropo.

Summa vigilantia.

Manum ad os apponere. 13

Hoc gestu significamus nos scire quippiam quod tamen nolimus effari. Cælius Ciceroni lib 8. At Domitius quum manus ad os apposuit, te ad ix. Calend. Iulij. subrostrarij (quod illorum capiti fit) dissiparant periisse.

Cùm quid nō sit intelligēdi

Emendus cui imperes. 14

Cuique in seruos suos imperiosum esse licet, in alienos aut in liberos non item. Ita Plautinus Stasimus in Trinummo, hero imperiosius reuocanti quem herum esse nesciebat, aut scire dissimulabat, Emere, inquit, melius est cui imperes. Item in Persa Emere oportet quem tibi obedire velis. Huc pertinet illud Theocriteum quod alibi recensuimus, Non sum solicita ne mihi vacuam abstergeas. Mulier indignè ferre obiurgari ab illo cui non erat ancilla nec vxor. Addit & illud Συρακοσίαις δεσπόσυνος, id est, Syracusanis mulieribus imperas, hoc est, non tuis, sed liberis.

Omnium quos sol videt. 15

Sunt & illæ figuræ prouerbiales, Omnium quos terra sustinet, aut quos sol vidit, pessimus optimúsve. Plautus in Sticho, Facile inuenies & peiorem & peius moratam patrem quàm illa fuit: meliorem neque tu reperies, neque videt sol. Idem in Bacchidibus,

Qua adepol certò scio,
Vulcanus, luna, sol, dies, dū quatuor,
Scelestiorem nullum illuxere alterum. Vergilius,
Sol, qui terrarum flammis opera omnia lustras.

Vnde & oculus mundi dictus est. Simile est illud, Quodcúque in solum venit. M. Tullius epistolarum libro 9. epistola vltima, Conuuio delector: ibi loquor, quicquid in solum, vt dicitur, & gestum & risus. Sæpe se in cōuiuio de quibuslibet rebus loqui, seu iocis seu tristibus. Citatum est nobis hoc adagium in superioribus, ex libro primo De natura deorum. sed hic locus tum non occurrebat, qui tamen ad proximum

Quicquid in solum venit.

idem

fidem pertinere visus est. Plautus in Pœnulo,

Quantum hominum terra sustinet sacerrimo.

Sale & aceto. 16

Parcum tenuemque prandium significans Grippus piscatorum Rudentibus, ait, Sed hic rex cum aceto prásurus est, sine bono pulmento. Miseris obsoniorum loco sal est cum aceto. M. Tullius ad Papirium Pætum *Tyrotarichi.* lib. 9. Tyrotarichi meminit seu plebeij condimenti. Id erat ius è caseo confectum, quod & hodie Itali vocant menestram. Meminit & pompili piscis vilissimi, *Pompilus.* qualis erat & gobio. Quem, inquit, tu mihi pompilũ, quem denarium narras, quam tyrotarichi partem? De pompilo pisce crebra est apud Plinium mentio. Denarium sapicor esse vocem deprauatam. certè mihi nondum liquet quid sibi velit. Acetum tamen nonnunquam vsurpatur in significationem acuminis. vt Plautus, Acetum habet in pectore. & Persius, Mordaci lotus aceto. Varro in Sesquiulyxe, citante Nonio, Alteram viam deformatse Carneadem virtutis, è cupis acris aceti. hoc est, magna subtilitate.

Cassa glande. 17

Inter vilitatis adagia retulimus & illud, Cassa nuce non emam. Simillimo tropo Plautus in Rudentibus dixit cassam glandem. Promittens iudicium, quæ-rit precium alter licitatur nummos trecentos. Grippus respondet, TRICAS. ET AB. Quadringentos. AB. Tremas putidas. AB. Quingentos. GR. Cassam glandem. LAB. Sexcentos. GR. Curculiunculos minutos fabulare. Cassam glandem dimitte: ea vitiosa glande, & inani putamine.

Verueca statua. 18

Stupidus stirps. Plautinus Egio in Captiui duo, seruum stupidum appellat statuam veruccam, quasi dicas brutum ac mutum hominem. Vos, inquit, ite intrò: interim ego ex hac statua verueca volo erogitare, meo minore quid sit factum filio. Quidam pro Verueca legunt verberea: quasi verberonem plagis aliuetum pro statua marmorea dixerit verbeream. Certè dictionem Verueccam non patitur carminis trochaici ratio, superesset enim vna syllaba: nisi in ea facias synæresim.

Hoc age. 19

Quum aliquem iubemus esse attentum, dicimus, Hic esto, aut, Hoc age. Audierat Caligula imperator ab iis qui venerant illum interfecturi, hoc age. Et Plautus in eadem fabula, Hoc agamus.

Quam in tragœdia comici. 20

Vbi quis in aliena versatur arena, inducti dicentur in tragœdiam Comici. Diuersi generis sunt tragœdia & comœdia: nec fas est tragicas personas in comœdiam inducere, nec contrà. Plautus in Pœnulo, Quin ædepol indoctior sum quàm in tragœdia comici. Ego legendum arbitror, inductior sum. Aluit enim Colabiscus ad id quod dixerat Milphio, Fac modò vt conducta tibi sint dicta ad hanc fallaciam. Respondit io-*Inductior pro instructior.* cans, Inductior sum, id est, instructior sum.

Non magis quàm canem. 21

Odium & contemptum vulgò declarant canis vocabulo. Horatius, Odit canem perfus. Et Plautus in Amphitryone, Valuistin' vtique? Expectatus aduenio? SOS. Haud vidi magis. Expectatum cum salutat haud quisquam magis quàm canè. Sic enim legendum opinor, vt esset ratio carminis trochaici, tetrametri, catalectici.

Grallatorius aut testudineus gradus. 21

Plautus in Amphitryone, DEB. Non potuimus nostros grandius grandire gradus. AMPH. Siue grallatorius, siue testudineus fuerit, certum est mihi hunc scelestum perdere. Item in Pœnulo, Vinceretis cursu, grallatorem gradu. Grallæ dicuntur fustes quibus innixi quidam ingrediuntur, quos grallatores appellauit antiquitas. Græcis καλοβάται dicuntur: quemadmodum χορδοβάται vocantur funambuli. Ij fustes quo sunt longiores à gradu cui pes innititur, hoc gradus sunt maiores. Tantum elicere licuit, è corruptissimo loco apud Nonium, præsertim in editione Aldina. Idem Plautus in Menæchmis, Atque ecce tum incedit. mouet formicinum gradum. Formicæ videntur currere quum minimum promoueant. Rursus in Pœnulo, Vicitis cochleam tarditudine. In eadem tardos appellat spithigradimos. & tardiores quàm sint colubræ in tranquillo mari. Rursus talium gradum dicit esse succretum cribro pelmario, quòd similia per angusta foramina paulatim defluat.

Dædaleum remigium. 23

Ad celeritatem significandam Plautus in Amphitryone dixit, Remigijs Dædaleis, pro volatu. Non ocyus quisquam ita Dædaleis me tulisset remigijs.

Argentum accepi, imperium vendidi. 24

Nihil hac sententia decantatius, Qui accipit beneficium, perdit libertatem. Demænetus eleganter expressit in Alinaria,

Argentum accepi dote imperium vendidi.

Nam pauper vxorem duxerat pulchrè dotatam, sed in quam nihil haberet imperij. Talis inducitur & Nausistrata in Phormione Terentiana.

Despuere malum. 25

Manet & hodie in vulgi moribus, vt siquid audiant exècrandum quod sibi nolint euenire, despuant velut abominantes. Id autem hæsit ex veterum superstitione qui sibi persuaserant despuitionem esse remedium aduersus imminentia mala, præcipuè aduersus morbum comitialem: cui non hinc tantum est nomen inditum quòd in hominum frequentia sæpius obrigatur, verumetiam quòd prohibeat comitia fieri. & in admouendis remedijs, ter expuere habebatur salutare: veluti etiam aduersus incantationes, vt refert Plinius. Simili superstitione contra improbæ spei fascinum, terna finum expuebant. Plautus, Eo illic isti qui sputatur morbus venit. Cui respondetur, Aïn' verbero mihi eum morbum esse qui me opus sit insputarier? Hic rursus alter, Ne verere, multos illic morbus homines macerat, quibus insputari saluti fuit, atque illis profuit. idem in Amphitryone. Teque obsecro hercle vt. quæ loquutus despuas.

Superstitiosarum despuitio.

Χρῆσθαι τῷ κτᾶσθαι. 26

Qui se totum alicuius haberi volebat, dicebat, χρῆσθαι τῷ κτᾶσθαι tuus sum. hoc est, & vsufructu & proprietate. Siquidem in possessionibus sæpenumero fit vt penes alium sit dominium, penes alium vsufructus. M. Tullio Curius libr. octauo, Si vales, bene est. sum enim χρῆσθαι τῷ κτᾶσθαι tuus. κτᾶσθαι Attici nostri. Ergo fructus est tuus, mancipium illius. Sentit Curius se sic esse addictum Attico, vt tamen bene velit Ciceroni. Id M. Tullius, velut exponens, ita respondet, Et nisi haberem studiorum meorum socium Atticum nostrum, cuius quando te proprium esse scribis mancipio & nexu, meum autem vsu & fructu contentus illo sum. id enim cuiusque est proprium quo quisque fruitur atque vtitur. M. Tullius ludens cum iureconsulto, ostendit proprietatem bifariam constare, mancipio & nexu. Nec hoc ius desiderant, modo liceat vti frui. propterea quòd quandiu manet ius vtendi fruendi, perinde est ac si res sit propria.

Mancipium, & nexus.

Ferire frontem. 27

Qui supra modum & impotenter indignantur, frontem ferire dicuntur. M. Tullius ad Atticum epist. 1. Puto te in hoc aut risisse, aut ingemuisse vt frontem ferias: sunt qui etiam Cæsonium putent, &c. Quæ prius dixerat, iudicabat esse digna vel risu vel gemitu. Ceterum de Cæsonio tam esse indignum, vt Atticus frontem ferire debeat. Qui hoc negat esse prouerbium, eadem opera negent esse prouerbium Perfricare frontem, & Premere pollicem, & alia complura quæ à gestu corporum ducta sunt.

Impotenter indignantes.

Virtutem omnem explica. 28

Eodem libro vsurpat Homericum carmen vt vulgò celebre. πᾶσιν ἀρτὶς μιμνέσκετο: curáque & effice vt ab omnibus & laudemur & amemur. Carmen ita reddi potest,

Omnibus tibi virtutis fuscurrit imago.

id est, In hoc negotio expedi omnes vires, omnesque ingenij neruos.

Clemens lanista. 29

Antea commemorauimus Græcum prouerbium, Βενεδώλου ἔνερ σφάγνυς. id est, Benedolus mactator. Huic simillimum quod habet M. Tullius Epist. ad Atticum libro primo, (epistola initium est, Quæris ex me) lanista clemens: Nam vt reiectio facta est clamoribus maximis, quum accusator, tanquam tenor bonus, homines nequissimos reuocaret in vsus, tanquam clemens lanista, frugalissimum quenque iecerit. vt primùm iudices consederunt, valde dissidere boni cœperunt.

Benedolus mactator.

Præposterè. 30

Quum sentiemus rem præposterè geri, velut si quis populus imperet principibus, aut discipulus docet

præceptorem, conueniet illud M. Tullij ex eadem epistola, Ego, inquit, respondebo tibi ὑπερ ἐρεῖ περὶ Ομηρικῶν. Est autem figura grammaticorum quam illi & τροπὴν, siue ἐπιμονὴν appellãt, quum quod prius est natura, posterius retertur. veluti inquis dicat, Cornelia Gracchos educauit ac genuit. In Homero talis tropus frequenter est obuius. ὑπερ ἐρεῖ περὶ Ομηρικῶν. τροπὴν, figura Rhetorum.

Consessus in talario ludo. 31

Nec prouerbij specie caret quod habetur in eadem epistola, Consessus talarius, pro egenorum hominum parum honoratorum. Nam consessus, Græcè συνέδριον, propriè dicitur Senatus, aut iudicum, qui solent ex honestissimis deligi: in consessu talario qui nequissimus est, primas tenet. verba Ciceronis sunt hæc, Non enim vnquam turpior in ludo talario consessus fuit: aruculosi Senatores, nudi Equites, Tribuni non tam ærarij quàm vt appellantur æratis: pauci tamen boni inerant, &c. Quanquam & is locus est prouerbialis, quòd sit illos vulgò appellari solere, pro tribunis æratis, tribunos æratos. hoc est, obæratos, quæ certè bene nummatos peculatu.

Contrahere vela. 32

In eadem epistola dixit Contrahere vela, pro eo quod est reprimere sese, & cautius agere. Contraxi, inquit, vela, perspiciens inopiam iudicum: neque dixi quicquam pro testimonio, nisi quod erat ita notum atque testatum vt non possem præterire. Itidem Horatius 2. Carm. 10.

Idem, Contrahet vento nimium secundo
Turgida vela.

Sumptum est à nautis qui vehementius spirante vento vela contrahunt, quo tutiùs nauigent: vento languidiore pandunt, captantes auram.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. *quod vti reprimere sese,*] Multi possunt cautius agere, & cautiores esse in hoc vel illo negotio, qui tamen vela contrahere non dicantur. Est enim Vela contrahere, remissionem vel moderationem adhibere. quam non protinus adhibet quisquis cautius agit. Verbi gratia. Siquis reiecta periculosa conficiendi alicuius negotij via & ratione, sequatur aliam quæ tuta sit, cautius agere dicetur, vel prudentius, non se restringere, & moderatius agere. Vela autem contrahere, moderationem adhibere, ex Horatio, & ex hoc Ouidij loco expono,

Ah nimium est quod amice petis: moderatius opta,
Et tecum, quæso, contrahe vela tui.

Id est, Votum tuum restringe. Sic & in Ciceronis loco, Contraxi vela, non significat cautius egi (neque enim dicit Cicero se non satis cautè antea egisse) sed, remissionem adhibui, de contentione & vehementia priorum actionum aliquid remisi. aut potius, verbis ipsius Ciceronis hanc metaphoram explicando, Contraxi vela, id est, minus quàm solebam præliatus sum. Dixerat enim Cicero initio epistolæ, Vis scire quo modo ego minus quàm soleam, præliatus sim? Incipiens deinde huius rei causam exponere, Ego enim, quandiu Senatus authoritas mihi defendenda fuit, sic ferociter & vehementer præliatus sum vt clamor, &c. Aliquanto post, Postea verò quàm Hortensius excogitauit vt legem de religione ferret, contraxi vela, perspiciens inopiam iudicum.

Εαστε νῦν μοι. 33

In eadem carmen Homericum festiuissimè vsurpat ad continuationem narrationis,

Εαστε νῦν μοι μῶσαι, ὅτινες δὴ πρῶτοι ἔσαν. id est,
Dicite nunc musæ, dominis quippe priora.

In commemoratione rerum ridicularum habebit gratiam. In Aldina editione hemistichium modò refertur, Εαστε νῦν μοι μῶσαι. Neque enim semel habetur apud Homerum, licet finis non sit idem: velut illud. Εαστε νῦν μοι μῶσαι Ὀλύμπια δώματ' ἔχουσαι, Iliados 2.

ANIM. HENR. STEPH.

V. Εαστε νῦν μοι μῶσαι ὅτινες δὴ πρῶτοι ἦσαν) Non dubium est quin veteres sequenda sint exemplaria, in quibus legitur ὅτινες δὴ πρῶτον τὸν ἦμεν. Sunt autem prima hæc duorum Homeri versuum verba: qui ita leguntur Iliad. α,

Εαστε νῦν μοι μῶσαι Ὀλύμπια δώματ' ἔχουσαι,
Ὅττινες δὴ πρῶτον τὸν ἦμεν τοσσοι ἐκηβολοι.

Nos autem apposite hæc narrationi inseruit Cicero, tanquam hic & ipse nodum vindice non indignum habens. At ὅτινες δὴ πρῶτοι ἦσαν vnde sit & quid sit alij viderint. nam ἦσαν pro duxitis (vt Erasmus interpretatur) nescio an recipiendum sit.

In dierectum. 34

Quibus precamur exitium, eos iubemus ire in malam crucem, ad cornua, ad cynosarges. Pro eodem prisci dixerunt in dierectum, quod illi dierectos appellarent in crucem tollendos. Nonius citat ex Varrone, Apage in dierectum a domo nostra istam inanitatem. Dierectos dici putes quasi in diem erectos. Fortasse scriptum erat in diuum erectos, quod qui cruciguntur, sub dium exponuntur, præsertim quum addat A domo nostra, Sub dium rapiuntur, quæ domo efferuntur. Inanitatem autem pro insania dixit & M. Tullius, ne quis mendum suspicetur. Dierectos. Inanitatem.

Mittere sanguinem. 35

Olim militibus, siquid grauius deliquissent, ignominiæ causa incidebatur vena, id appellabant Sanguinem mittere. M. Tullius in eadem epistola, Missus est sanguis inuidiæ sine dolore. Sentit se liberatum aliqua parte inuidiæ, quod in eo iudicio non valuisset ipsius testimonium: idque citra dolorem suum. quod omnes scirent iudices fuisse corruptos. Idem lib. 6. epist. 1. Sic Appius quum ex ἀφαιρέσεως prouincia curasset, sanguinem miserit, quicquid potuit detraxerit, mihi tradiderit ejectam, &c. Quin hoc ipsum ex ἀφαιρέσεως curare, μεγαμῶδες est in hominem furacem ac rapacem. Metaphora sumpta est à medicis qui incertis morbis corpus inanitant, inedia, aut venarum incisione superfluum detrahentes.

Faba nummus. 36

Dictum est, alias olim fabis ferri solita suffragia, quod innuisse Pythagoram existimant, quum vetaret edere fabas. Corrupta itaque suffragia lepidissimo tropo significauit M. Tullius in eadem epistola, Sed heus tu, vidistine consulatum illum nostrum, quem Curio ante ἀνθύπατον vocabat. si hic factus erit, fabam nummum futurum? Hæc ille. Vbi faba nummus est, ibi redemptum est suffragium. Corrupta fides fragia.

Nihili est, aut nihil curæ est. 37

Idem in eodem libro, epistola cuius initium, Quum è Pompeiano versiculum Rhinthonis, vt vulgo iactatum refert, Illud tamen, inquit, velim existimes, me hanc viam optimatum posse Catuli morte tutam, nec præsidio vllo, nec comitatu tenere. Nam vt Rhinthon, vt opinor,

Οἷς μὴ νοῦς ἔνεστιν, οἵδ' ἔασι μῆλα. id est,
Nihili quidem hi sunt, ceteris cura est nihil.

Sentit se non vti præsidiis magnatum, quòd partim nihil possint, partim negligant res.

E terra spectare naufragium. 38

Alias nobis dictum est, De moris iudicare Achiuos, pro eo quod est in tuto spectare aliorum pericula. Idem alia metaphora festiuius extulit M. Tullius lib. ad Atticum 2. epistola De geographia, Nunc verò quũ cogar exire de naui, non abiectis sed ereptis gubernaculis, cupio istorum naufragia ex terra intueri, cùpio. vt ait tuus amicus Sophocles, Pericula spectare in tuto.

Καὶ νιν ἐκ γῆς αἰώνιον βύκλῳ βίβλον φορεῖ.

Quanquam hic versiculus in aliis codicibus habebatur varius, sed æquè deprauatus: in aliis erat omissus. Videtur esse versus trochaicus catalecticus, Καὶ νιν ἐκ γῆς αἰώνιον βύκλῳ βίβλον φορεῖ. Pro βύκλῳ quidam codices habebant ϛαχαλῳ, quod quid sit non intelligo. βύκλῳ non patitur carminis ratio. Sensus autem hic videtur esse, Optat de tecto audire tumultus aliorum, ipse vacuus & quietus animo.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. *Videtur esse versus*) Quum putaret hæc omnia verba vnius esse versus, non mirum si hoc dixerit. at ex Stobæo, qui integrum citat hunc Sophoclis poetæ locum, ex duobus illa esse cognoscimus. ita enim apud eum legitur,

Τί πόντου χάσμα μεῖζον ἐν βροτοῖς ἔστι,
Τῆς ὑπερφαινούσης, ἢ ὑπὸ σῖγα,
Πυνθὴς αἰώνιον, φηγὰς βύβλον φορεῖ

Sed prior à posteriore dissentit editio huius authoris. nisi habet prior, at rectius posterior νιν: vicissim prior ἢ ὑπὸ, rectius quàm posterior ὑπὸ non præcedente καὶ. item πυνθὴς in priori legitur melius quàm in posteriore πυνθῦ. vtrobique verò erratum est in eo quod hoc πυνθῦ siue πυνθὲ in fine secundi versus ponitur: quum tertij debeat esse principium, qui imperfectus alioqui manet:

net: vt contra Secundus, addendo μονὴν (aut μονᾶς, vt in Ciceronis libris) post ἡμῖν τέλος, iongior est quam decet. Cui malo mederi videntur voluisse qui in posteriore editione ἡμῖν illud sustulerunt, nullum interim certo remedium adhibentes, quo iuibo est breuior, incipiendo ab ἀπόνως, & in φρονεῖ finiendo. Iam verò quod ad ἡμιθνητικὸν attinet (Erasmus habuit ἡμιθνῆ, quod fortè non posset) miror cur quidam in veteribus libris à se inuentum repudiauerint, vt mendosum, ac in ἡμιθνῆ mutare necesse putauerint: quum ἡμιθνὴς nihilo minus dicatur quàm ἡμιθνής. Sed & illud τὸν τέλος mutare in τὸν τέλον non video quid illos coegerit. cur enim vt spectare è terra, ita & audire è terra audire è tecto seu domo nō dicatur? Porro quidnis posterior dūtaxat pars huius loci Sophoclis a Cicerone ponatur, quin ad totū respiciat, (non simpliciter exprimere volens magnam animi securitatem ac tranquillitatē, sed securitatem post tectum periculosum locum, vnáq. ablatū periculi metum) minimè dubium est. nam & Sophocles γῆς ἅπτεσθαι dicit eum qui terram contigit, quī è naui exiuit: hinc dixit Cicero, Quum cogas exire de naui. Et vt liberè sententiam meam de hoc Sophoclis loco proferam, iis non assentior qui mentionem imbris facere illum putant, suaue tatem duntaxat experimentem quam pluuia sequuo adesse solet, vbicunque quis cubet: sed γὰρ ὑπερφανοῦσθαι πνεῦμα ἀνέμων ψυχρὸν de eo dicere puto, qui postquam è naui exiit, terram que contigit, e loco vbi cubat mari vicino imbrem densum secutē audit, tempestatem cum eo exortam in mari, aut, ne exoriatur vna tempestas (vt apud Virgilium imber noctem hyememque ferat, eoque exorto, continuò venti voluunt mare) nonnam vt antea timet, vtpote in tuto collocatus. Sic M. Tullius, licet posteriora duntaxat huius loci verba cuans, ad priora tamen simul respexisse comperietur. Mentio autem dixerit Sophocles (si hunc sequamur sensum) nullam rem maius afferre posse gaudium. Nam si per se dulce est Neptunum è terra procul aspectare furentem: si per se dulce est è terra naufragium intueri (quod & testatur Lucretius,

Dulce, mari è magno turbantibus aequora ventis,
E terra magnum alterius spectare laborem)

quanto dulcius est è terra spectare illius quis naufragium è qua exieris, & è qua quòd exieris, reliquum vitæ in lucro deputare debeas?

Qui prior læsit. 39

In eodem libro, epistola, Subito quum mihi dixisset, &c. vsurpat versum Homericum, minitans vindictam ei qui prior lacesseret, Nam nos quidem, inquit, si per illum tuum sodalem Publium licebit, σιγᾶν cogitamus. Si ille cogitāt tantum duntaxat nos offendere, & quod proprium est artis huius, —ἐπιλήσμονας. Ἀνὴρ ἀπομάσσεται ὅστις ἐμοὶ χαλεπαίνει. id est, *deamabo. Viturum, ne hominem quisquis prior irritauit:*

Quod dabitur. 40

Nonius Marcellus citat hunc versiculum è Cecilij Plotio, Petiere quod dant, quando optata non danunt. *Dannt.* Danunt antiquè dictum est pro dant. Conuenit cum eo quod alibi retulimus ex Cicerone, τὰ μὲ δίδοῦσθαι, & huic similibus.

Chimæra. 41

Inconstans ac versatilis. Hominem inconstantem ac variis moribus, aut opus sibi non cohærens, M. Tullius designat festiuiter illo versu Homerico, Quod de Quinquit, fratris epistola scribis, ad me quoque fuit,

Πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέση δὲ χίμαιρα.

Quid dicam nescio: nam ita deplorat primis verbibus mansionem suam, vt quemuis mouere possit: ita rursus remittit, vt me roget vt annales suos emendem atque edam. Epistolam sibi inæqualem, appellat Chimæram.

Nihil dulcius, quàm omnia scire. 42

†*Animus discendo alitur.* M. Tullius ad Atticum, lib. 4. epist. Delectarunt me, refert hunc senarium ceu vulgo celebrem,

Οὐδὲν γλυκύτερον ἢ πάντ' εἰδέναι. id est,
Nil dulcius quàm scire prorsus omnia.

Versus corruptus constabit, si addas ἐστὶ, sic,

Οὐδὲν γλυκύτερόν ἐστιν ἢ πάντ' εἰδέναι.

aut ἢ τῷ εἰδέναι. Ac mox subiicit, Quare vt homini curioso, ita perscribas ad me quid primus dies, quid secundus, quid Censores, quid Appius, quid illa populi Apulcia. Est & illud aliquoties obuium in epistolis M. Tullij, παρὰ τὸν πάντα.

De statu demigrare. 43

Quemadmodum de gradu deiici dicuntur qui depelluntur a proposito quod nobis antea dictum est, ita M. Tullius ad Atticum lib. 4. epist. Occupationum meārum, dixit de statu demigro, propterea quod erat recedo a vitæ instituto. Dirumpantur, inquit, ij qui me posse aliquid doluerunt: multa mihi dabit solatia, nec tamen ego de meo statu demigro quoque vita maximè est ad naturam, ad eam me refero. Tranquillum videtur vel ab athletis, vel à pugilibus vbi laudi erat non cessisse luctæ. *De gradu deiici.*

Strumam dibapho tegere. 44

Infamiam, dignitate aliqua obliterare. Strumam dibapho tegere, dixit M. Tullius ad Atticum, pro eo quod est infamiam aliqua dignitate obliterare. Vatinij, inquit, strumam sacerdotij dibapho tegere. Dibaphon appellat purpuram bis tinctam. Struma est tumor corporis, veluti gibbus. Ea deformitas interdum purpura dissimulatur. Idem ad M. Cælium lib. 2. Nam Curtius noster dibaphon cogitat, sed eum infector moratur. Dibaphi nomine designat magistratum cui fas erat dibapho vti, sed locatur, illi rei parum ex sententia cedere, quòd tinctor esset in mora. Est autem hæc vna ratio obliterandæ infamiæ, splendore dignitatis hominum calumnias detexere. mediocris enim fortuna patet inuidiæ. Nec desunt fortasse qui hoc consilio contendant ad mitras & ad galeros Cardinalitios.

Multum medio. 45

Antea commemorauimus, Multa cadunt inter calicem supremáque labra. Idem alia metaphora extulit M. Tullius, ad Atticum lib. 6. epistola, Etsi nihil sani: Non quo me aliquid iuuare posses, quippe res in manibus, tu autem abes longè gentium.

—πολλὰ δ' ἐν μεταχρόῳ
Νόημα μεταξὺ καὶ τέλους ἐμπίπτει βροτοῖς.

Ita Cicero sentit multas rerum mutationes exoriturus, antequam Atticus qui procul aberat, possit opitulari. Senarij sunt, quos ita vertas licet, *Multæ oriri mutationes.*

Sed interim in medio notis
Multas patentis volunt vadas aquoris.

Preces armatæ. 46

Idem libr. 9. epistola cuius initium, Tuas xi. cal. πανυχίδιον appellat suationem cum necessitate vigue coniuncta: quales sunt principum preces. id quod eleganter Ouidius expressit in Ioue, Precibusque minas regalter addit. Ciceronis verba subscribam, Ego autem non tam γοητείαν huius timeo, quàm πανυχίδιον. ἐν γὰρ τῇ τυραννίδι δέονται, inquit Plato, οἱ ὅτου μεμψιμοιρίᾳ ἀναγκάζει εἶναι, id est, Non tam fucos huius timeo quàm petendi necessitatem. nam tyrannorum preces, vt ait Plato, scis necessitati admixtas esse. Extat & ille mimus celebris,

Cogit rogando qui rogat potentior.

ANIM. HENR. STEPH.

V. *Idem lib.*) Verbum πανυχίδιον prouerbium censeri, vtopinor, non debet: nihilo magis quàm πανὸς ἀναγκαίη apud Dionem Prusæum. ex quibus duob. vocabulis illud compositū est. at quum dicitur δεσποτικὸν πανυχίδιον, tum verò ad regium agnoico. nam apud Iulianum his vtēs, prouerbialium indices præfigit voces, ὡς λεγόμενον. in oratione ad senatum populumque Athenicnsem, dicens, ἢ ὡς λεγόμενον ἡ δεσποτικὴ ἀνεπιδήμητος πανυχίδιον. Apud eundem autem reperio in Constantij encomio solum adiectiuum δεσποτικὴ omisso (non consulto, vt opinor, sed incuria librarij) substantiuo πανυχίδιον. ita enim illic legitur, ὁ δὲ ἀνίων μὲν ἢ μόνη, σὺ δὲ ἔξω δ' ὁμοῦ ὑφίστη φασὶ τῇ δεσποτικῇ, ὡς —εἰ γάρ τις ἀναγκαίῳ πανυχίδιον ἀμφιγνοεῖ.

Libero lecto nihil iucundius. 47

M. Tullius ad Atticum lib. 14. epistola cuius initium, O mi Attice: de Quinto loquens, A ducenda autem vxore sic abhorrens, vt libero lectulo neget quicquam esse iucundius, &c. Expertus fuerat Quintus vxorem: ea mortua torquebatur etiam magna cura de debitione dotis. Cœlibem itaque vitam iudicabat esse suauissimam: eam appellat lectulum liberum. Siquidem, vt ait Iuuenalis, minimum dormitur in ille lecto in quo nupta iacet.

Beneficijs pensare delecta. 48

Eodem libro, epistola cuius initium, Certior à Pylia factus, citat hunc senarium citra nomenclaturam, vt vulgo celebrem,

Ἄλλοι μὲν θάλλοῦσι θεοὶ αἰπὺν ἠδὲ μάχην. id est,
Alios bene actis hostes depellunt proceres.

Loquitur, ni fallor, de Bruto & Cassio qui occiderant Cæsarem. Locus sic habet, itaque idus Martiæ me non tam consolantur quam antea angunt. enim mendum continent. etsi illi iuuenes ἀγαθοὶ μὲν ἔασιν, &c. Conuenit cum illo, οὐ κακὸν, θάρσει, λαγώς.

Tempestas rerum. 49

Magna rerū confusio.

Quum significabimus magnam rerum confusionem, vti licebit illis versibus Homericis quos vsurpat M. Tullius lib. Epist. ad Q. fratrem tertio,

Ἠμὲν ὑπαὶ νεφέων, ὅτε λαίλαπι χεῖμα θύῃ
Ἠδ' ὅτε δὴ ἀνέμοισι τετιμένα θῆκε κελεύθους. id est,
Mensibus autumnis vehementem Iuppiter imbrem
Effundit, quam succensus mortalibus instat.

Subiicit ibidem protinus alios duos versus, quibus significat ob iniustitiam hominum à superis immitti mala,

Ἢ δίκας ἐν ἀγορῇ σκολιὰς κρίνωσι θέμιστας,
Οἵ τ' ἐξ οὐδὲν θεὸν τίσιν ἐν ἀνθρώποισι. id est,
Iurve foro prauis ferunt suffragia prauis, at
Vindictam accersunt spernentes iussa deorum.

ANIMAD. REMED. EVRIPH.

V. *Quum significabimus magnam rerum confusionem, vti licebit.*) At non ita vtitur Cicero in loco qui hic citatur: sed absque vlla allegoria, id quod sonant verba, intelligit. ita enim scribit, Romæ & maxime Appia ad Martis mitia proluuies. Crattipedis ambulatio ablata, horti, tabernæ plurimæ: magna vis aquæ vsque ad piscinam publicam. Viget illud Homeri, ἐπεὶ ἐπὶ ἐμοὶ ἔπεσε. enim in absolutionem Gabinii, &c. Hîc perspicuum est, meo quidem iudicio, ob proluuiem quæ accidisset eo tempore quo absoluebatur Gabinius, omnium sermone celebrari & omnibus esse in ore Homeri versus, quibus sit proluuies à Ioue missi, quum iniquis iudicibus est infensus. Nam iniquo iudicio Gabinius absolutus existimabatur in cuius absolutionis tempus cadere dicit hanc proluuiem.

Alsius Oromedontes. 50

Theocritus in Thalysia.

Ὡς μοι ἁ Τίτυρε μᾶλ' ἀνὴρ ἔβα, ὅστις ἄριστος
Ἐστὶ βόας νέμεσθαι τὰν Αἰολίδα Ποσειδάωνος. id est,
Sic mihi magnopere faber est transiit in altum
Qui sirmi, admissis superare vagum Oromedontis.

Allegoria prouerbialis est deterrens ab insolentia, nequis se præponat iis quibuscum nullo pacto est conferendus. Scholiastes indicat Oromedontem esse montem in insula Co. Suspicor alludi ad poëtam Coum. nam paulo post, Homerum appellat poëtam Chium.

Primas tenere. 51

M. Tullius ad Q. frat. Epist. li. 3. carmen adfert veluti παροιμιῶδες, Illud verò, inquit, quod à puero adamaram,

Αἰὲν ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων δῆμον,

eorum occidisse. Queritur enim illic oppressa Repub. nullum esse locum vel exercendæ virtuti, vel suendæ dignitati. Carmen suspicor esse Homeri quod ita verti potest,

Primas vsque tenere, aliósque excellere laude

Idem vsurpat lib. 13. ad Cæsarem.

Auriculam mordicus, &c. 52

Et hodie vulgus illiteratum quum impotentem inimicitiam significant, impatientémque vindictæ cupiditatem, aiunt, Vel auriculam illi lubens mordicus ampuetsem. M. Tullius ad Q. fratrem, Epist. lib. 3. Ad inimicitias res veniisset, si cum Esernino Samnite Pacidianus comparatus videretur: auriculâ fortasse mordicus abtulisset: cum Clodio quidem certè reduisset in gratiam. Hæc M. Tullius. Aptius dicetur in hominem qui quantumuis indignetur magis cupiat quàm possit lædere. Mulierum enim ac puerorum est auriculam mordicus attingere. De Esernio siue Esernino & Pacidiano nobis alibi dictum est ex autoritate Flacci.

Φαγεδαινῶντι. 53

Vultu, præferre hilaritatem.

Hac voce M. Tullius videtur delectatus, ita subinde vsurpat in epistolis. Est autem vultu frontéque præferre hilaritatem ac benevolentiam, quum aliud geras in animo. Vnde illud Maronis,

Spem vultu simulat, premit altum corde dolorem.

ANIM. HAMB. STEPH.

V. *de vsurpat in epistola.*) Nihil potius quam ἐπανόρθωσις apud illum significat quod ait doctissimus Budæus, in publicum prodire, nec se domi aut in secessu continere. Quum enim dicit Cicero, Nonus viquam delectus, neque conquisitores φαγεδαινῶντι audent: quomodo conuenit vt intelligamus conquisitores non audere vultu frontéque præferre hilaritatem ac benevolentiam.

Facies parum. 54

Theocritus in Encomio Ptolemæi.

Παῖδας δ' ἀγλαΐσκουσι δ' ἴσαν ἐπὶ μητέρι μορφαί. id est,
Sunt facies parum, sed proles mira parentem
Ore refert vnaquæque.

Pater. Pater est iuxta iureconsultos quem nuptiæ designant, sed proles non semper facie maritum parientis exprimit, eóque iuxta Flaccum, Laudatur simili prole puerpera. Quanquam & hic natura ludit varietate, quemadmodum ferme in omnibus. Proles non semper refert, matrem aut patrem, sed interdum auum paternum aut maternum, interdum auiam, interdum patruum aut propatruum.

Præficarum more. 55

Præficæ dicebantur mulieres in hoc conductæ, vt in funere lamentarentur, ac defuncti laudes prædicarent, alius plorandi modum præirent. vnde & præficæ dictæ sunt, quasi præfectæ. Ab his tractus simitus in eos qui simulant amorem aut dolorem, quum lucri causa faciant quicquid faciunt. Lucilius citante Nonio,

Mercede quæ conducta ficut alienis in funere præficæ,
Multo & capillos scindunt & clamant magis.

Id imitatus est Horatius, in arte.

Vt quæ conducta plorant in funere, ditant
Quæque vagus similes meret comoedus agentes.

Plautus apud Nonium in Friuolaria.

Superuenere omnes ingurgitando præficas.

Conuenit & in illos qui præ inuidia non sustinent laudare nisi vita defunctos. Naevius apud Festum, Hæc quidem me hercle opinor præfica est quæ sic mortuũ collaudat. Id similare est vxoribus, vt maritum defunctum in alterius inuidiam esse sine prædicent. Quadrabit & in illos qui quum ipsi nihil habeant quod laudem promereantur, laudandis aliis affectant videri aliquid. Plautus in Truculento, Sine virtute ingenium ciuem mihi habeam pro præfica, alios quæ collaudat, capiat sese verò non potest.

Socratis gallus, aut callus. 56

De callo. Nonius Marcellus è Varrone citat Socratis gallum in significationem calicis deuenisse, quum dormire cœpisset tam glaber quàm Socratis gallus, esse factum ericium cum pilis & proboscide. Sentit quisquis illic loquitur, se quò iret cubitum tristitiæ lætitiæ corpore, nec visos habuisse pilos toto corpore. In somno transformatum in ericium qui totus hirsutus est, & suum in ore proboscidem habet. Scio locum esse mendosum, nec me fugit quid habeat Aldina editio; quæ pro gallo legit callum. Lectio tolerabilis esset, si pro callum legamus callum, hoc pacto: inuenisse se quum dormire cœpisset tam glaber quam Socratis callus sine callum, esse factum ericium, &c. Socrates corporis erat patientissimi quod ad omnem laborem occalluerat, ambulabat nudis pedibus, dormiebat humi. Hinc locus in Socratis calluo. Non ignoro quid narrent de gallo deplumato quem Diogenes, ni fallor, immiserat in scholam Platonis: sed magis placet vt legamus callum: facilis enim transitus est à c in g cognatam literam. In corporis partibus quæ callum habent, non proueniunt pili, velut in pedum cauo, & vola manuum. Vulgus illiteratum significans nihil esse quod det, ostentâ vola manus dicere solet, Hinc mihi pilum euelle. Adagium conueniet in nudos & inopes.

Vt ex bulga matris. 57

De nuditate, & inopia. Nonius Marcellus refert hunc trochaicum tetrametrum catalecticum è Lucilio,

Ita vt quisque nostrum è bulga est matris in lucem editus.

Id ad nuditatem inopiamque referri potest. Potest & ad æquam omnibus vitæ conditionem: natiuitas enim non distinguit Crœsum ab Iro, non regem à plebeio. Eadem sunt voces reginæ parturientis & mendicæ. Idem vagitus Cæsaris emergentis & tenuissimi cuiuslibet. Neque mundius est cauum vnde se profert monarchæ filius, quam vnde prodit ancillæ proles. Festus indicat

indicat vocem esse Gallorum qui folliculos, aut crumenas, aut sacculos coriaceos, hoc est è pellibus factos, tum appellabant bulgas. Lucilius Satyric. libertate nattiorem siue vulsam, bulgæ nomine designauit. Quod Græci dicunt, Nudus tanquam ex matre, alibi nobis commemoratum est.

Ejurientis ieiunii prædam exculpere. 58

Nonius Marcellus ex Lucilio citat hunc versum,

Vt ejurientis ieiunii ex ore exculpere prædam.

Versus constat, si amoueas vt: aut, quod vero propius est, pro vt, legas, vi: & tum ejurienti corripietur i, aut si legas ejurientis. Metrum durius est, quòd nullam habeat cæsuram, sed non abhorrens à compositione Lucilij. Adagium simillimum est illi quod alias retulimus, Clauam extorquere de manu Herculis, & Lupo agnam eripere.

Halopanta. 59

Qui mentitur omnia.

Halopantam veteres appellabant omnia mentientem. Plautus in Curculione, Ædepol nugatorem lepidè nactus est hunc Phædromus. Halopantam, an sycophantam magis hunc dicam, nescio. Verba sunt militis conquerentis de Curculione qui anulo militis impoſuerat tenoni. Nonius Marcellus citans hunc Plauti locum, hæc refert, Halopantam aut sycophantam, hominum genus nequam, quod ob lucunda mendacia miserrima mercede conducitur. Festus hunc in modum, Halopanta significat omnia mentientem: ἁλαζὼν enim Græci omnia ἀληθῆ fallentem appellant. Quantum autem tribuendum sit, eiusmodi fragmentis non minus deprauatis quàm decurtatis, nescio. Aldina editio habet aliam ἐτυμολογίαν, sed magis etiam mendosam nam, si halopanta venit ab ἅλως siue ἁλετρεμμὸς, neutra dictio habet primam aspiratam: & vtraque corripit primam, quum apud Plautum sit producta, vt exigit trochaici carminis ratio. Rursus si venit ab ἁλὸς, conuenit quidem aspiratio, sed hæc quòque vox habet primam breuem. Adde quòd est noua compositionis forma à nomine, non à verbo. mollius erat παντελαίτης. Quoniam autem est in his vocibus duabus ichema ἀντιμετάθεσις, propius alludit ad sycophantam, halophanta quam halopanta. ἁλοφάντης autem dici videtur, qui defert eos qui telonas conantur fraudare vectigalibus. quemadmodum sycophantæ dicti sunt qui deferebant exportâtes ficos Athenis. Si legamus ἁλοφαντίαν, quasi anena loquentem, variéque mentientem, conuenit quidem metri ratio, sed abiicienda est aspiratio primæ vocalis. Metrum tamen constabit, si Græcè pronuntries halophantem, aut sycophantem: tum enim in primo loco erit anapæstus pro spondeo, Plautus autem non rarò græcissat in comœdia. Verùm hoc doctis relinquo discutiendum.

Quadra propria. 60

Ligurire.

Et hodie vulgò dicitur, Nihil æquè sapere vt cibum proprium domi sumptum. Nonius citat hoc hemistichium ex Priapeis Catulli, De meo ligurire libido est. Ligurire dixit, pro gustare cum voluptate. At dij Homerici malunt inuitati ad nidores hostiarum quàm viuere ἀίοντες. Citat & ex Plauti Persa, Tuburcinari de suo siquid domi est.

Mansum ex ore dare. 61

Quos tenerè amamus, his mansum ex ore dare dicimus, quod à matribus ac nutricibus mutuò sumptum est. Lucilius citante Nonio,

Speraus si ætatem eandem proferre potesset,
Mansum ex ore daturum.

Quanquam M. Tullius & Aulus Gellius paulo diuersius vsurparunt præmandere, quemadmodum antea monuimus.

Medullitus, Oculitus. 62

Intimus affectus.

Intimum affectum veteres variis modis exprimebant, Ex corde, Ex animo, Toto pectore, de quo diximus, Penitus, Ex intimis præcordiis, Medullitus, Animitus, Oculitus. Plaut. apud Nonium in Cornicibus, Qui ancillam meam sedulum oculitus. Amantum enim est oculum appellare quod vnicè charum est. In Mostellaria, Euge oculus meus. Rursus. Volo placere meo Philolachetj, meo oculo, meo patrono.

Sapientia gubernator nauis. 63

Nouum commentum.

Dictum est à sapientibus viris, etiam in bellis plus habere momenti consilia, quàm vires. Idem elegantèr expressit Ennius, citante Nonio,

Sed in sapientia gubernator nauim torquet, non valentia.

Nouum crispum nouo paxillo. 64

Nequaquam obscurum est prouerbio fuisse iactatum quod Nonius citat ex Varronis Lumenidibus, vbi dicitur primus Zeno nouam hæresim nouo paxillo suspendisse, Zenonem notat, qui primus Athenis inuexit sectam Stoicorum, adeò nouis rationibus ac paradoxis. Idem in Limargo, Nouum vt cribrum nouo paxillo pendeat. Sic enim habet Aldina editio. Quadrabit in eos qui noui quippiam comminiscuntur.

Sarcinator summum centonem. 65

Sarcinator.

Apud eundem citatur hic versus ex Lucilio, Sarcinatoris esse summum fuere centonem optimè. Videtur esse versus trochaicus, tetrameter, catalecticus: & constat elisa i in sarcinatoris. Sarcinator à sarcina dicitur, non à sarciendo. Conuenit cum illo quod alibi retulimus, Boni poetæ est in extremo actu esse optimum. Lucilianum tamen dictum germaniorem ac venustiorem habet adagij speciem.

Prælio victus, non bello. 66

Non statim victor est qui in vno alteróve negotij actu discessit superior, sed qui totam causam euicit. Prælium enim est conflictus bellicus: bellum, totum hoc tempus dicitur, etiamsi cessetur à prælijs, aut si intercedant induciæ. Sola pax finit bellum, induciæ diuidunt congressus, Nonius hos trochaicos citat ex Lucilio. Vt Romanus populus victus vi, & superatus prælijs sæpe multis, bello verò nunquam in quo sunt omnia. Congruit illi, Vir fugiens & denuo pugnabit.

Vir fugiens denuo pugnabit.

Curre denuo. 67

Τρίχ' ἄῦθι, id est, Curre denuo. Hoc ita refertur à Luciano in tragœdia cui titulus Ἰκάριος, quasi sit in tonitrina natum. Quanquam totum hoc poëmation mendis scatet, nec vllam habet micam salis Lucianici. Inducitur illic podagrolus iuuenis qui tamen affectabat videri ὠκύπους. Is rogatus a sene vnde accidisset pedis dolor, respondit, se quum magna celeritate curreret, distorsisse talum, atque hinc esse cruciatum. Huic respondet senex,

Τρίχ' ἄῦθι· ὦνητὸν ἦν σ' ἰᾶσθαι τῷ δρόμῳ·
Πολλὰ τἄλλα κωφὸν ὄν' ἰᾶται.

Si legas, τρὶς ἄῦθι, tentus erit, Curre denuo, sicuti dixit quidam qui sedens vellit barbam sub cubitis tonsorum, hoc est qui curatur a tonsore. Podagræ remedium petunt à tonsoribus, & tamen nolunt videri podagram, sed pedem alioqui læsum, vt ex immodico cursu. Interim aliquis eorum qui tondentur sentiens fictam esse causam, respondet τρὶς ἄῦθι. Nam id iubet esse remedium in humili malo. Postea quam enim neruus incaluit violento motu, cessat dolor. Quod quotidie videre est in equis qui post cursum aut non claudicant, aut leuius claudicant, Probabilius tamen est pro κώφιον legendum κουρεῖον participium à verbo, κουρεύω, quod est hirsutum esse & tonsoris egere, quemadmodum aliquis dixit, qui sedens in tonitrina vellit barbam quam habet hirsutam sub alis. illic enim desident otiosi & garruli. Horatius.

Culicello proprios purgantem leniter vngues.

Hæc mea diuinatio si cui non placet, sequatur quod magis arridet, res non est magni momenti.

Nutricis pallium. 68

Nutrices quoniam tractant infantes, sæpe vestes habent bua, saliua, mictu, foriáque contaminatas. Vnde Plautus in Bacchidibus, Si vnam peccauisses syllabam, fieret eorum tam maculosum quam est nutricis pallium. In Arcanis literis crebra mentio panni menstruatæ.

Cum ramento. 69

Tropo prouerbiali cum ramento reddidisse dicitur, qui totum reddidit nulla ex parte decurtatum. Sumptum apparet a tabris æratis qui sibi seruant quod limatum deraserint. Plaut. in Bacchidibus, Quia patri omne cum ramento reddidi. cum ramẽto, additum ἐπιτατικῶς gratia. idem velut interpretatur, subiiciens, Omne oppidò, hoc est omne prorsus. Cum puluisculo, & Cum æruginc, aliàs nobis dicta sunt. Plautus in Rudentibus, Conuertet iam hic me totum cum puluisculo.

Totum nullâ parte decurtatum.

Mortuo vilior. 70

Nihil abiectius cadauere. Plautus in eadem fabula, Ea bonum habet animum. Vnde habeam? mortuus pluris pretij est quam ego sum. Et in Persa, quidam alte-

nam per contemptum appellat morticinum. Non hercle hos præciderem tibi, nisi quam morticinæ.

Quam Clinia ex Demetrio. 71

Plautus in eadem fabula, Plura ex me audies hodie mala quam audiit vaquã Clinia ex Demetrio. Quidã eruditi hoc loco pro Clinia legunt Lamia. Et verum est Lamiam fuisse lupra modum admirata à Demetrio rege Macedonum, quo nomine ipse quidem malè audiebat vulgo, sed eum à regis fuisse conuictus affectã, nusquam legimus præterea vocem Lamiam carminis ratio non admittit. Vero propius est sumptum è comœdia Turpilij, cui titulus Demetrius, vel alia quapiã vbi pater prolixiùs & acerbiùs obiurgat filium. Talis enim inducitur Clinia in hoc ipsum excruciante, qui à patre nimiùm sæpe nimiúmque acerbe obiurgatus, tandem profugit in militiam. Et haud scio an ad hanc fabulam alludat Plautus. Nam fieri potest vt Terentius pro Demetrio lenem appellarit Menedemũ. Nec obstat quòd Terentius Plauto fuit posterior, cùm Græcus author fabulæ fuerit vtroque prior.

Pleno gradu. 72

Qui leuiter rem quampiam attigerunt, summo pede dicuntur ingressi: contra qui magno studio instituerũt aliquid, pleno gradu dicuntur ingressi. Trebonius Cic. lib. 12. Nam illum paratũ vt video & ingressum pleno gradu, cohortari non intermittemus, quo in dies longius discendo exercendoque se procedat.

Magno studio quid instituerit.

Ad pila vbi ventum. 73

M. Tullius in libello De re militari, Si tamen non fallit titulus Primã autẽ, inquit, & secunda acies, quum ad pila, vt dicitur, vẽtum fuerit, totum sustinet bellum. Pilum autem est genus hastæ Romanæ breuius. Itaque quum de propinquo res geritur, ad pila ventum dicitur. Videor mihi alicubi hoc adagium setuliſſe, sed in præsentia locus non occurrit.

Velatis manibus orare. 74

Qui suppliciter orant, velatis manibus orare dicuntur. Sumptum ab antiquo more oratorum, quo qui pacem petituri venirent, tamum oliuæ prætendebant. Velatas autẽ dictum arbitror pro vittatis. Plautus in Amphitryone, Postridie in castra ex vrbe ad nos veniunt flentes principes, velatis manibus orant ignoscamus peccatum suum.

Cicadæ sibi canent. 75

Οἱ τέττιγες ἑαυτοῖς χαμόθεν ἄσονται, id est, Cicadæ sibi ipsis ex humo canent. Hoc exemplum Aristoteles libro 3. adducit ex Stesichoro, sphematis quo quis dicit quod non dicit. Nec aliud addit vnde possis dicti sensum deprehendere: nisi quòd suspicor poetam his verbis commentum iis à quibus erat læsus, quos si vlcisci alioqui non posset, certe carminibus suis esset illos infamiæ traditurus. Adducit idem eiusdem operis libro. inter sententias obscure dictas, ἀπὸ Στησιχόρειος ἐν λοκρικοῖς εἶπεν, ἵππους δὲ θέσθαι τοὺς μὴ τοὺς τέττιγας χαμόθεν φθέγγεσθαι, id est, Quod quidem Stesichorus apud Locrenses dixit, Non oportere cuiquam iniuriam facere ne cicadæ ex humo canant. Cicadæ poetarum habent symbolum. χαμόθεν dixit ob inopiam & conditionis humilitatem. Vnumquodque animal munitur his armis quibus à natura instructum est. Poetæ præter versus nihil habent, quibus tamen hominem vel album vel nigrum ad posteros transmittunt. Vnde & Plato dicitur amicos admonere solitus, ne quem hominem poeticum sibi reddarent inimicum. Est enim, vt ait Flaccus, genus irritabile vatum, & an his sunt qui fœnum habeant in cornu. Doctis tamen nonnullis placet, alio spectare Stesichori dictum. Quoniam cicadæ lætent, Marone attestante, in arboribus canere, apparet Stesichorum ciuitates hoc ænigmate Locrenses admonere, ne per petulantiam à finitimorum iniuriis parum temperantes, tandem armis illorum in se concitent, qui cum exercitu fines illorum ingressi, quicquid arbustorum sit in agris, hostiliter excidant: itaque fiat vt cicadæ illis iam humida ere inopiam patiantur, sublatis arboribus quibus insideant. Fortasse tale quiddam refert Gregorius Nazianzenus, cuius in hoc opus commentarios vidimus Venetiæ.

Cicadæ, poetarum symbolum.

Poetæ iram non irritandam.

ANIMAD. HENR. STEPH.

V. Οἱ τέττιγες ἑαυτοῖς χαμόθεν ἄσονται, id est, Cicadæ sibi ipsis, ex humo canent. Decepti sunt errore exemplaris, in quo ἑαυτοῖς male posuerat pro αὐτοῖς, quod & apud ipsum Aristotelis scholiastem habetur: & hic repo-

nendum. Sunt in interpretatione ipsis pro sibi vel sibi ipsis. Quis autẽ hic huius apophthegmatis sensus (nam hoc dictum Aristoteles apophthegma vocat, non prouerbium) sequens oratio te docebit.

V. ἀλλ' οὐ δὴ μὰ Δία ἐρεῖ τοιαῦτα (Sed non dicet certe carminibus tam &c.) Basis est hæc explicatio quam affert Erasmus: at vera est illa altera quam ex doctis nonnullis, vt ipse testatur, paulo post affert: & ne cui de ea dubitatio vlla relinquatur, eam trium veterum scriptorum ἀξιοπίστων testimonio confirmabo. Arrigitur Demetrius Phalereus (ἐν τῷ περὶ ἑρμηνείας si tamen eius est is libellus) incipiens de allegoria loqui. Est etiam magnificum quiddam allegoria, & maximè in minitando, vt Dionysius, Cicadæ ipsis ab humo canent. Quòd si ita hic plectet dixisset, vastaturum se Locrenſium regionem, & iracundior visus fuisset & contemptior. Item alibi, Quare lynceis etiam habent vehementiam: quis breuibus dictis sunt finitima. nam ex eo quod cum breuitate sit enuntiatum, plurima concipere in mente oportet, quemadmodum ex lynceis. Sic &, Ab humo cicadæ vobis canent, maiorem vehementiam habet allegoricè enuntiatum, quam si simpliciter dictum fuisset, Vestræ arbores excindentur. Eustathius autem in 3. Iliad. exponens illa Homeri verba, ἀμφὶ δὲ τέττιγες λιγυρὸν πνείουσιν ἀοιδήν, cùm alia, tum hæc dicit, Vt plurimum enim super ramos, non autem à terra cantus suos exercent cicadæ. Vbi etiam meminisse conuenit Symbolici dicti, quo quidam minatus est se facturum hostibus cicadas ab humo canere. pro eo quod est, arbores regionis eorum se excisurum, adeò vt cicadis ab humo canere necesse futurum esset. Iam verò ipse Aristotelis scholiastes, enarrans illum quem Erasmus ex secundo libro Rhetoricorum protulit locum, ait, Laconica apophthegmata vocat breuia: vt illud, Non oportet iniustos esse, ne ab hostibus ita euertamur, vt ne arbor quidem aut lignum in regione nostra remaneat, vbi vel cicadæ sedentes canant. Verùm obiter hoc obiicias, Demetrium Phalereum (aut quicunque est illius libelli author) in eo ab Aristotele dissentire, quòd Dionysio dictum illud adscribat, quod illum Stesichoro adscribere videmus. Sed fieri potest vt Stesichori dictum vsurpauerit Dionysius. Cæterùm animaduertendum est elegantiam maiorem huius dicti esse in Græco sermone quã in Latino: ἀνθρωπεύειν sonet quidem arbores excidere, verbum è verbo: sed tamen generalem vastationem denotet, adeo vt ἀνθρωπεύειν χώραν (quod & ἀνθρωπεῖν dicitur) vastare seu populari Latinè interpretari possimus.

Fama prodit omnia. 76

Æschines in oratione contra Timarchum refert sententiam Euripidis:

Φήμη τὸν ἐσλὸν κἀν μαχῇ δείσαντ' ἄνδρα — id est,
Virum bonum fama aperit etiam in certamine timidum.

Interpretatur autem hoc sensisse poetam, non viuentium tantùm virtutem illustrari fama, verùm etiam sepultorum. Terra corpus tegit, sed fama nõ sinit occultari quod quis bene gesserit in vita. Eodẽ loco citat Hesiodi versum quem antea commemorauimus,

φήμη δ' ἥτις πάμπαν ἀπόλλυται, ἣν τινα λαοὶ
Πολλοὶ φημίζωσι· θεὰ τέτυκται καὶ αὐτή.

Quem locum citat & in oratione κατὰ τῆς Φιλοκράτους. *Fama viuet.*

Bœotissare. 77

Inter conuicia quibus Æschines lapidat Demosthenem, etiam illud obiecit, quòd Bœotorum more vociferaretur immodicè & indecorè, ταῦτα δ' ἐμοῦ μᾶλλον λέγοντος ἀκούσαι πάντας ἀνάγκη Δημοσθένη, ὡς ἴσασι πάντες οἱ συμπρεσβεύσαντες αὐτῷ. ἐγὼ γὰρ οἶδα τοὺς ἄλλους κραυγὴν βοιωτιάζοντα, id est, Hæc me loquente vehementer exclamat Demosthenes, quemadmodum sciunt omnes qui nobis in ea legatione fuere collegæ. Nam præter alia multa, etiam Bœotissat. In clamore fit alluſio ad boum mugitum. Quanquam βοιωτιάζειν accipi potest pro fauere Bœotorum partibus.

Sus culum furculum ferens. 78

Qui singuli sunt infirmi, tamen concordia iuncti multum habent roboris. Ita Ennius apud Festum, Vous furus furum ferret, tamen defendere possent. Veteres enim, vt Festus admonet furum dicebant. Vnde nos dicimus furculum diminutiuè. Non me fugit carmen esse vitiatum et iam in Aldina editione, forte sic legendum, Si vnus furum furus ferret, cum aut se defendere pollet

Sunt.

possit aut possent. Stirps habet robur, surculi nihil habent vsum nisi iuncti.

Salacones. 79

Quemadmodum Irus & Codrus ob inopiam in vulgi fabulam abierunt, ita & Salacon quidam extrema paupertatis homo effecit vt omnes fortuna tenui, Salacones dicerentur & ipsa paupertas, Salaconia. Meminit Hesychius: sed idem indicat eodem nomine fuisse notatos fastuosos & arrogantes: vnde deductum sit verbum σαλακωνίζειν & σαλακωνεύειν, pro eo quod est, fracto, delicatoque gradu incedere. Addit testem Theophrastum qui σαλάκωνα dixerit eum qui sua profundit temerè. Ex his colligere licet adagij conuicium non hæsisse in quosuis pauperes, sed in eos duntaxat qui fastu luxúque redacti sunt ad inopiam. Vox autem dicta videtur à verbo σαλάσσειν, quod est labefactari & ad ruinam tendere.

ANON. HENR. STEPH.

V. *paupertatis homo effecit vt omnes fortuna tenui, &c.*) Nō animaduertit quid Hesychius diceret. nō enim hoc ait, Σαλάκωνα appellari quemuis fortuna tenui hominem, nem quemuis fastuosum & arrogantem: id est, quemlibet πλουτοῦντα vel πολυτελῆ, sed quemlibet πλουτοῦντα φαυλότερα, id est, simul & fortuna tenui (sic vertit Erasmus πλουτοῦντα) & arrogantem. Nec Σαλακωνίαν simpliciter esse dicit paupertatem aut arrogantiam: sed in paupertate arrogantiam. eius enim verba sunt hæc, Σαλάκων, ὁ πλουτοῦντος πολυτελῶς. σαλακωνία, ἡ ἐν πενίᾳ πολυτέλεια. Et Suidas, σαλάκων, ὁ ἐπιπολαίως καὶ πλουσίως ἢ πενιχρῶς ὤν. Quod autem addit Erasmus, Vnde ductum sit verbum σαλακωνίζειν & σαλακωνεύειν, pro eo quod est fracto delicatoque gradu incedere, non video quomodo ex eodem Hesychio collegerit: vtpote qui dicat, Σίκιννι τὰς διεστραμμένους σαλάκωνας, ἀπὸ τῆς ἀδῆς ἢ κατὰ διάφωνα βαδίζειν. exponens σαλάκωνας, voce διεστραμμένους, quæ ad mollem & delicatum incessum duntaxat non pertinet, sed generaliter ad quoduis mollitiei genus refertur. Nisi fortè hos infinitiuos Σαλακωνίσαι, σαλακωνεῦσαι, sequentibus verbis adnectendos, ac pro ἀπὸ τῆς, legendum τὰ, & quæ interposita sunt, omittenda existimauit. qua in re assentiri illi nullo modo possum. Cæterùm cum hæc expositione Hesychij, vt Σαλάκωνες sint οἱ διεστραμμένοι, conuenit quod Aristoteles τρυφερὸν & σαλάκωνα coniungit, Alciphron autem τρυφὰς & σαλακωνίας. Quanquā non eodē vterq. modo, ni fallor. nā ille ppe modum vt synonyma videtur copulare τρυφὰς & σαλακωνίας, ille autem eosdē quidē dicit & τρυφερὰς esse & σαλάκωνας, sed nō eād. m vtriusque appellationis rationem reddens. Verùm eorum verba proferre satius fuerit. Apud Alciphronem igitur Menander Glycerę inter cætera scribit, Ἀλλ' ἴσθι γοῦν μὲ ὡς πεφυκὼς μαλακιζόμενον (εἶδον γάρ με ποτὲ σοφίσμασι κακίστοις, ὡς οἱ μὲν φιλοῦντές με, τρυφὰς καὶ σαλακωνίας καλεῖν εἰώθασιν) ὅπως ἔλαθ' ὑπ' ἐμοῦ μόνου διὰ τὴν ἀδὴν τῆς δεῦρο, ἧττον ἔστιν. Hic certè nō video quid aliud τρυφὰς & σαλακωνίας appellet quàm ea quę molliter & effœminatè fiunt siue nimias quasdam delicias. At verò Aristot. lib. 2 Rhet. diuitum mores describens postquam dixit illos esse ὑβριστὰς καὶ ἀλαζόνας, paucis interiectis addit καὶ τρυφεροὺς καὶ σαλάκωνας. τρυφερὸν μὲν διὰ τὴν τρυφὴν, καὶ τὴν ὑπόθεσιν τῆς ἐπιθυμίας· Σαλάκωνες δὲ καὶ σαλάκωνα, διὰ τὸ πάντας οἰομένους δεῖσθαι τοῦ ἱματισμοῦ καὶ τῆς θεραπείας οὕτω τὸ τρίβωνα καὶ τὸ διαμαζόμενον ὑπὸ κόπην, καὶ τὸ οὕτως ζῆλον ποιεῖ ἀλλήλους ἀ καὶ αὐτοί. Quo in loco ita vsurpatur nomen σαλάκωνες, vt nulla earum significationum quas afferunt Suidas & Hesychius, illi cōuenire posse videatur. Nisi fortè eam quam ex Theophrasto hic profert, illi accommodandam existimemus. vt videlicet σαλάκωνας appellet Aristoteles qui sumptus vbi non oportet faciūt. quę expositio nō lōgè discedit, vt opinor, ab ea quam ipse Aristotelis scholiastes hoc loco affert, dicens, σαλακωνίαν esse ὑπερβολὴν μεγαλοφροσύνης. vt magnificētiæ excessus sit quum volumus circa ea quoque sumptum esse, quæ sumptu & magnificentia digna non sunt. Atque hæc magnificentia verè ineptorum est hominum, & vt Aristoteles appellat, σαλάκων.

De re prisca Pudique.

Archilochi melos. 82

Ἀρχιλόχου μέλος, id est, Archilochi cantio, dicebatur hymnus qui ad multos poterat accommodari, qualem fertur Archilocho fuisse repertum qui fuerit ante Pindarum & alios hoc genus lyricos, qui singulos propriis laudibus exornabant. Archilochi carmen erat in omnes quod cithara canebatur. Citharœdus tantùm ad singula cantionis interualla victorum nomina vocis sua repetebat: veluti si Herculē laudabat, ait nebat, Tenelia Callinice. χαῖρ' ὦναξ Ἡράκλεες. Aut aliud, si quem alium canebat. Huic non dissimile est quod refert Horatius de pictore qui depicta cupresso nauta rogabat ecquid vellet addi. Quadrabit in rem pricam ac rudem. Meminit Aristophanis & Pindari interpres. Sumptum est è Pindari Olympiorum Encomio nono, τὰ μὲν Ἀρχιλόχου μελισσῶν φωνᾶν ὀλυμπία κελαδήσασα. Quo quidem loco varia commenta refert enarrator, quę repetere, non videtur ad hoc quod agimus necessarium.

Ὀλισθηρόν. 81

Antea retulimus ex oratione Æschinis, περὶ ὀλοφύρσεως ἐξόχως, cùm lexicographi pro ὀλοφύρσεως habeāt ὀλισθήσεως. Qui adiecit scholia in Demosthenem, citat orationem Æschinis aduersus Demosthenem, περὶ παραπρεσβείας, & Theophrastum in quarto libro. Apud Æschinem reperi ὀλοφύρσεως. Similiter Theophrastus libro de plantis quarto, inter ea quæ prouenium in aquis, facit (quod admonet Scholiastes) tria χοίνα, hoc est, sparti siue iunci genera: quorum vnum sit acutum, quod appellant masculum, id est infrugiferū: alterum frugiferū, quod à nigro fructu vocāt μελανόκαρπον: tertium quod dicitur ὀλόχοινον, pinguitudine, magnitudine & callositate cæteris præstans. Hoc vltimum putat accommodatius ad plectendos funes, quòd mollius sit & carnosius. Dioscorides libro 4. paulo secus distinguit genera, sed admonet tertium quod ὀλόχοινον dicitur, esse cæteris & asperius & callosius. Vt autem quidam pro χοίνῳ scriberēt ὀχίνῳ, suspicor in causa fuisse, quòd Theophrastus meminit carnositatis: quasi nouum sit audire carnem mali aut cerasi. Echinus tamē terrestris, quem appellant ericium, in hoc conuenit cum holoēo hœno, quod habet asperitatem: vnde & cutis detracta cum spinis vtilis est ad defricanda vasa. Proinde dictum videtur dè duro & procaci fermone quo velut os alicui percellimus. Hoc quicquid est appēdicis, lectorem celare nolui.

De ficta narratione.

Apologus Alcinoi. 83

Ἀπόλογος Ἀλκινόου, commemoratur in Græcorum collectaneis, vt à nobis antea commemoratum est. Originem autem tum diuinauimus ex Homeri Odyssea, apud quem in conuiuio multa de sē mentitur Vlysses: nec absurdum esset commentum, si Alcinoi apologus dici posset ficta narratio apud Alcinoum habita. Aristoteles tamen Rhetor. 3. quum obiter meminit huius apologi, sic loquitur, vt videri possit notasse scriptorē aliquem qui finxerit orationem ad Penelopen, contexens omnia quæ multis annis geri potuerint, ficta narrans pro veris. Fortassis scriptor cui nomen Alcinous, induxit personam Vlyssis apud Penelopen plurima commemorantem, quasi vel in bello, vel in itinere verè passus esset ea. Locus apud Aristotelem sic habet, ὅτι παραπλήσια λέγουσιν ὅσα μὲν πραττόμενα ὑπ' οἴκτου τινὰ φέρει. παράδειγμα ὁ Ἀλκινόου λόγος, ὅτι περὶ τοῦ Πολυφήμου ἐν Ἐνυαλίᾳ ἔτυχεν ἀπολογήσας. Trapezuntius interpres legisse videtur, ὅτι μὲν παραπλήσια λέγουσιν ὅσα πραττόμενα, &c. At ne sic quidem locus videtur vacare mendis. Quare suspendemus hîc sententiam, donec vel è Gregorij Nazanzeni commentariis in hos libros vel alibunde compertius aliquid fuerimus nacti.

Virtus æterna. 83

Pindarus in Olympiis Encomio 2, refert huiusmodi sententiam, ἐλθὼν καὶ ὑπὸ κεύθεσιν ἀμπλάκησι πράξας τινά, id est, Orci obliuiscitur vir qui se digna gestis. Vita breuis est, sed immortalis est benefactorum memoria: eóque qui res præclaras & æterna memoria dignas gesserunt, æquiore animo decedunt è vita, nec perinde mortem horrent, quòd intelligant se gloria nominis semper apud posteritatem victuros.

Disce, sed à doctis.

Docetur qui didicit. 84

Idem in eodem Encomio, τὸ δ' ἐκδιδάσκειν δὲ τὸν εἰδότα ῥᾴτερον, id est, Docere porrò facilius est qui didicit, iuxta illud, Dike, sed à doctis. Nemo facilius artem tradit alteri, quam qui eam exactè callet: nouit enim multa in compendium contrahere, nouit obscuris dare lucem. Proinde quòd quidam tot ambagibus circumagunt ac detinent adolescentes in disciplinis, in causa est aut inscitia, aut timor, aut imperitia.

Malum quàm breuissimum, optimum.

Celeritas in malis optima. 85

Sophocles in Antigona,

Βραχεῖα γ' ἡ κράτιστα πημονὴ τροφή. id est,

Vrgentibus mala celeritas optima est.

verba sunt chori ad Creontem in variloquio domus cupientem è medio tolli. Nam cito perire quem vitæ tædet, nonnihil est lucri. Nihil molestius quam diu animo discruciari. Siquid mali imminet quod vitari non queat: optimum est dare operam vt fiat quàm brevissimum.

Nullus sum. 86

In eadem fabula,

Ἀγετέ μ' ἐκποδών

Τὸν οὐδὲν ὄντα μᾶλλον ἢ ψυχρὸν νέκυν. id est,

E medio me abducite,

Qui non magis sum quàm vita qui tam nullus est.

Hac figura significabant exitium sine spe recuperandæ salutis. Scio me prius commemorasse, Huimus Troes, & Nullus sum, sed ob nouatam sermonis formam hoc adducere libuit.

Prima felicitatis pars, sapere. 87

In eiusdem fabulæ clausula,

Πολλῷ τὸ φρονεῖν εὐδαιμονίας

Πρῶτον ὑπάρχει. id est,

Vt sis felix longè primum

Sapere est.

De Creonte dictum est, qui dum mauult animo suo quàm rectis consiliis obtemperare, & suos & se funditus perdidit. Magna fortuna facile vertitur in magnam calamitatem, si absit sapientia. Idem paulò ante contrarius expressit verbis de Hæmone loquēs qui sibi mortem conscisceret,

Δείξας ὁ παῖς τοῦτο τὸ πρᾶγμα τοῖς ἄλλοις

Ὅσῳ μεγίστῳ πάντα συμπίπτει κακῷ. id est,

Monstrans quod inconsulta temeritas viro

Admissa, sit longè malorum maximum.

Sero vidit iustitiam. 88

Rursus in eadem,

Οἴμοι τέκνον, ὡς ὄψιμα τἀμὰ βλέπεις ἰδών. id est,

Proh vt videre tarda sero cernere.

De Creonte dictum est, qui prius nec Tiresiæ, nec cuiquam suorum obtemperat, magnis doctus cladibus incusat suam stultitiam. Eadē sententia repetitur in clausula tragœdiæ, sed diuerso schemate,

Μεγάλας γ' ἔτεισε τὰς ἀφροσύνας ἄρα

Τύραννος ὢν φρονεῖν ἐδιδάχθη. id est,

Dirus pœnas postquam atroces

De verbis sumpsere superbis,

Ætate docent sapere extrema.

Conuenit cum illo, Sero sapiunt Phryges.

Vindicta velox. 89

De sera vindicta numinum aliquot prouerbiis testatum est quæ suprà retulimus. Sed quod ait Sophocles expeditam deorum vindictam, magis hic conducit, vt in aliquod prolapsi malum, maturè resipiscamus. Verba sunt chori ad Creontem,

Οὐκ ἐστ' ἄλκαρ πόνων σοι τῶνδε

Θεῶν ἐν δίκαις ταχυφόρητος ἀλάστωρ. id est,

Rex ista facito quàm potes celerimè.

Noxa impedes numinum, improbos viros

Subitò occupant tuncta simul compendio.

Id euenit Creōti, cui vindicta penè prius adfuit quàm absolueretur Tiresiæ vaticinium.

Fato non repugnandum. 90

In eadem Creon ita loquitur,

—ἀνάγκη δ' οὐχὶ δυσμαχητέον. id est,

Sed fata contra (quando id est perquam arduum)

Non est reluctandum.

Eandem sententiam aliàs ex variis citauimus authoribus. Nemo potest vitare quod Deus nobis immittit: quod autem vitari non potest, ferendum est, non culpandum. ducunt enim volentem fata, nolentem trahunt, vt ait Tragicus.

Vates non conuiciandum. 91

In eadem fabula Creon Tiresiæ, more vatum incandescenti, ac liberiùs dictis impetenti regem, ita loquitur,

Οὐ βούλομαι τὸν μάντιν αἰτιατὸν κακῶν. id est,

Vatis nollem vlla prolata mala.

Quod Horatius ait, *genus irritabile vatum*: non tantùm ad poetas, sed multo magis ad diuinos pertinet. Iolandiendum est siquid ab eis velis exculpere: quos si prouoces, diuinant omnia mala. Conueniet vti vbi quis nos impetierit impotenti conuicio, velut afflatus furore quodam, cui honoris gratia nolimus vicissim maledicere, quum non desit quod retorqueatur: aut quam libertatem eam tribuimus itā veluti furori cuidā. Cum irato enim nihilo satius decertes conuiciis quam cum furioso. Finitimum est illi quod ante retulimus, Omitte vatem: præterea illi, Ni pater esses: quod est in hac eadem fabula sub persona Hæmonis.

Vatum genus auarum. 92

In eadem scena Creon ita loquitur Tiresiæ,

Τὸ μαντικὸν γὰρ πᾶν φιλαργυρεῖ γένος. id est,

Genus omne vatum est appetens pecuniæ.

Hoc nomine olim malè audiebant diuini, augures & haruspices. Nunc vtinam præter meritum idem audiant qui diuina tractant. Vera non potest semper loqui qui corruptus muneribus ad hominum gratiam loquitur.

Non monenda loqui. 93

Eodem in loco ἰαμβικῶς imitatior Tiresia sic minatur Creonti,

Ὄρσω μὲν τὸν κάτω δὴ φρενῶν φραμήν. id est,

Tu me excitas vt quæ latent in pectore

Immota, cogar proloqui.

Vsus erit quoties aduersariorum improbitas eò nos compellit, vt quæ decreueramus silentio tegere, efferamus. Creon enim illum conuicio tentigerat, dicens,

Σοφὸς σὺ μάντις, ἀδίκοις πίστιν φιλῶν. id est,

Tu doctus augur, at iniquus iudex.

Quod ipsum conuenit in hominem prudentem aut eruditum, sed improbum. Confine est illi, Non mouenda moues.

Mortuos rursus occidere. 94

Ibidem verba Tiresiæ sunt ad Creontem, suadentis vt Polynicis corpus sinat condi sepulchro,

Ἀλλ' εἶκε τῷ θανόντι, μηδ' ὀλωλότα

Κέντει· τίς ἀνδρὸς τοῦτο θνήσκοντος κτανεῖν; id est,

Age mortuo concede, nec qui exanimis est,

Stimulate: quænam est fortitudo, mortuum

Necare rursum?

Confine est illi quod alibi retulimus, Iugulare mortuos. *Iugulare mortuos.*

Deo nemo potest nocere. 95

Sententia pia est, sed à Creonte impio animo dicta.

Θεοὺς μιαίνειν οὔτις εὐσεβὴς βροτῶν. id est,

Violare (hue polluere) *deos nemo qui mortalium.*

Veterib. persuasum erat, offendi diuos inferorum, si mortuo negaretur sepultura: offendi Iouem supplicium, si quis supplicem reiceret. At Creon putabat nihil husumodi rerū curæ esse diis, quòd illi non queāt à quoquam lædi. Hoc carmē occini potest iis qui indignum Deo putant in matrice Virginis latitasse, & alia subiecit humanæ naturæ conuenientia, qualia ex Porphyrio aduo Augustino obiecit Volusianus, quibus pie, acutè & eleganter respōdet egregius doctor epistola 2. aut qui putant corpus Domini pollui, quòd in stomachum hominis immundum descendat, *Veterum opinio.*

Θεοὺς μιαίνειν οὔτις εὐσεβὴς βροτῶν.

Neque sol polluitur, tot cloacas ac paludes lustrans.

Auscultandum bene loquenti. 96

Tiresia in eodem sermone,

Ἐμοὶ φρονοῦσι, δῦ λέγω, τὰ μαντεύματα

Δ' ἥδιστα δῦ λέγοντος εἰ κέρδος λέγῃ. id est,

Tibi benevolus, bene loquor. suauissimum est

A bene loquente, lucra si ferat, discere.

Eandem sententiam antea dixerat Hæmon,

Καὶ τῷδ' ἀνδρὶ χρῆναι δῦ καλὸν τ' μαντεύεσθαι. id est,

Rectè loquentem audire par est ac decet.

Conueniet cum illo, Audi quæ ex animo dicuntur. Item cum Hesiodio, quo probatur & is qui paret recta monenti.

Fortunæ nouacula. 97

Eiusdem Tiresiæ verba sunt ad Creontem admonētis vt in summo discrimine positus sapiat.

φρόνει δικαίως αὖθις ὡς ἐφεστὼς τύχης. id est,

Sapi, stenuo nunc positus in nouacula

Fortunæ.

Calamitati quam excitarat Eteoclis & Polynicis contētio, successit hæc quam offensis diis excitauit Creōn. Quanquam hic versus obiter nobis alibi citatus est in prouerbio, In acie nouacula. *In acie nouacula.*

Exem-

Exemplum vtile. 98

Creon Hæmoni filio liberius agenti minitans malum, ita loquitur,

Κλαίων φρενώσεις, ὧν φρενῶν αἰτὸς κυρεῖ. id est,
Plorando faciet mentem vt habeant cæteri,
Mente ipse vacuus.

Qui improbi iuuat stultitiæ suæ pœnas, quàquam ipsi nihilo fiunt meliores, tamen aliis exemplo sunt, ne per incogitantiam in similes incurrant calamitates.

Pertinacia stultitiæ dat pœnas. 99

In eadē tragœdia, Tiresia Creontem admonens ne præfractus ac rigidus persistat in sententia, ita loquitur,

Ἀνδρὸς δὲ σωφρονοῦντος οὐκ ἔστιν κακόν. id est,
Viri sani mens, amentiæ pœnas luit.

Pertinacia, præludium calamitatis.

Intractabilis illa ferocia ferè solet magnæ cuiusdam calamitatis esse præludium, quemadmodum indicant & Hebræorum prouerbia, Contritionem præcedit superbia, & ante ruinam exaltatur spiritus. Hoc Tiresiæ dictum eleganter expressit Hæmon in eadem fabula duplici metaphora, arborum & nautarum. Carmen sic habet,

Ὁρᾷς σὺ πρὸς ῥεύμασι χειμάρρου ὕδη
Δένδρων ὑπείκοντ', αἱ μὲν ὡς ἂν ὀκνῶσι τοῦ
Τοῦ μὴ κατῆραι ῥίζαν, ἐκσῴζουσι πᾶν
Τὸ φύλλον· αἱ δ' ἴσχυν ἐκπρεπῆ, πάλαι
Τείνασι πνεύμασ', ἐκβολαῖς κακοῖς τυχοῦν
Τρόπῳ τῷ παντὸς πάμπαν ἐκπίπτουσι. id est,
Videt vt in torrentium decursibus,
Quæ cedit arbor, surculos seruat suos
At quæ repugnat stirpe cum ipsa deperit.
Nauclerus item qui tenens clauum, nihil
Concedit auræ & fluctibus, deuoluitur,
Ac tam supinus naufragat quàm fortis.

Nauigationis socius. 100

Antè retulimus, In eadem esse nauí, qui communi tenentur periculo. Ad hoc alluſit Ismene in eadem fabula, dicens: se non recusare quo minus subiret idem periculum quod subiret Antigone sorori.

De communi periculo.

Ἀλλ' οὐ σὲ κωλύσω γε σοῖσιν ἐγχύμενα
ξύνεστιν ἡμῖν τοῦτο· τῷ γὰρ οὐκ θανεῖν. id est,
Sed te tuis non erit ausa me malis
Rate vetita eadem, calamitati adiungere.

CHILIADIS QVINTAE CENTVRIA SECVNDA.

Nuntio nihil imputandum. 1

Sibi succensendum non admonenti.

Hic ferè est hominū affectus, vt tristia nuntiari perinde indignentur quasi fecerint quod factum nuntiat. Creonti itaq. succēsenti nuntio, quòd parū læta adferret, ita respondet,

Ὁ δρῶν αἰεὶ τἄ φρένας, τὰ δ' οὐκ ἴσα. id est,
Qui facit, animum discruciat, aures ego.

Eiusdem nuntij versus est,

Στύγει γὰρ ἥδ' ἅπαντα κοὐδὲν ἡσθάνη κακῶν id est,
Nemo hunc amat qui verba nuntiat mala.

Accommodari poterit ad eum qui lapsum admonet, vt magis sibi ipsi succenseat qui crimen admisit, quàm ei qui necessariam admouet correptionem. Nam correptio ad tempus molesta est auribus, sed sceleris conscientia perpetuò mentem fodicat.

Quod fieri non potest, nec incipiendum quidem est. 2

Prius retulimus, ἀδύνατα ῥηθῆναι, id est, Impossibilia venaris: quod aliis verbis expressit Sophocles in Antigone,

Ἀρχὴν δὲ μηχανᾶν σε χρῆναι τοῦ μαχανᾶ. id est,
Quæ effici nequeas nec vel ordiri decet.

Verba sunt Ismenes deterrentis Antigonem, ne Polynicen sepeliat aduersum regium edictum.

Cor calidum in re frigida. 3

Eadem Ismene dehortans Antigonem ab audaci facinore, ait,

Θερμὴν ἔφ' ἱππάζεσθαι καρδίαν ἔχεις. id est,
Profectò tu cor calidum habes in frigidis.

Alibi diximus calidū facinus audax & præceps appellari. Frigida hic appellat quorum fœliciter perficiendorum exigua spes erat.

Frustra niti, dementia est. 4

Rursus in eadem ita loquitur: —τὸ δὲ
Πρᾶσσειν περαίνειν τ' ἔχειν τοῦτ' οὐκέτι. id est,
Frustranea agere insigne est amentiæ.

Non solùm amentiæ est iniusta agere, verumetiam superuacanea. Ex iniustis interdum aliquod est lucrum: ex superuacaneis nullum.

Principi obtemperandum in omnibus. 5

Sic volo, sic iubeo. Tyrannica vox.

Non sine prouerbiali schemate dictum est in eadem tragœdia quod ait Creon,

Ἀλλ' ὃν πόλις στήσῃ, τάδε χρὴ κλύειν
Καὶ σμικρὰ, καὶ δίκαια καὶ τἀναντία. id est,
Sed principi cum ciuitas cui tradidit,
Hic audiendus, siue leuia præcipit,
Siue æqua mandat, siue & his contraria.

Vox autem tyranni est, nō principis. neque enim princeps est qui præscribit iniusta.

Ciuitas non ciuitas. 6

Hæmon Creontem tendentem ad tyrannidem, ita tangit,

Πόλις γὰρ οὐκ ἔστ' ἥτις ἀνδρὸς ἔσθ' ἑνός. id est,
Quæ vnius hominis, illa non est ciuitas.

Dixerat Creon ipsius esse, nō alterius, imperare regionī. Hæmon negat eam esse ciuitatem vbi summa rerum penes vnum hominem est. πόλις enim Græcis vel à versando, vel à multitudine dicta videtur: Latini Rempublicam appellant. At Respub. non est, vbi vnius arbitratu aguntur feruntúrque omnia. Itaque quum Creon respondisset, ciuitatem censeri illius qui illi imperat, subiicit Hæmon,

πόλις vnde dicta.

Κἄρχοις γ' ἐρήμας γ' ἂν σὺ γῆς μόνος φρονῶν. id est,
Recte, vnus vt deserto in agro regem agas.

Regium est imperare liberis, neque quicquam absque ciuium consensu tentare.

Mens, cæli, terræque regina. 7

Socrates apud Platonem in Philebo, Πάντες γὰρ συμφωνοῦσιν οἱ σοφοὶ, σεαυτὸν ὅτῳ σημανοῦντες, ὡς νοῦς ἡμᾶς Ζηνὸς ἁπάσης ἁμοῦ γῆς. id est, Omnes enim sapientes consentiunt hoc pacto seipsos honestantes, quòd mens nobis regina cæli & terræ. Sentit, sapientia gubernari omnia potius quàm voluptate. Quum enim Philebus probasset fœlicitatem ex sapientia & voluptate mixtam, quæri cœptum est vtra duarū plus haberet momenti ad beatitudinem. Quoniam autem Plato dicit in hoc omnes consentire, subindicat fuisse vulgo iactatum. Conuenit huic quod habet Hæmon Sophocleus,

Πάτερ, σοὶ φύσιν αἰθρήσασιν φρένας,
Πάτερ, ὃν ὀχθεῖν κτήματ' οὐκ ἐπίσταται. id est,
Pater, dei mentem inserunt mortalibus,
Quæ res opes exuperat omnes maximè.

Primas iactare hastas. 8

Velitari.

Marcus Tullius libro de Oratore secundo, primas iactare hastas dixit pro velitari: quod ad oratorē transfert, cuius dictio initio debet esse lenis ac sedata, vt paulatim incandescat oratio. Notat ibi Philippum oratorem qui solitus sit ita ad dicendum surgere, vt nesciret primum verbum quod esset dicturus: sed aiebat, se postea quam concalefecisset brachium, tum pugnare. Atqui non attendit, inquit, eos ipsos vnde similitudinem ducit, illas primas hastas ita tractare leniter, vt & venustati vel maximè seruiant, & reliquis viribus suis consulant. μεμφοῦ erit, si ad disputationis aut contentionis exordium transferatur. Idem vnico verbo dicitur Velitari.

Omissis fontibus consectari riuulos. 9

In eodem libro non sine prouerbij specie dixit riuulos consectari, pro eo quod est, minus ad rem pertinentia dicere, omisso eo quod est negocij caput. Hac metaphora videtur admodum delectatus Hieronymus. Marci Tullij verba sic habent, Tamen tardi ingenij est riuulos consectari, fontes rerum non videre. Etiamsi ætatis est vtúsque nostræ, à capite quod velimus arcessere, & vnde omnia manant videre.

Respalæstra & olei. 19

Quæ non ad seriũ negotium, sed ad lusum & ostẽtationem adhibentur, palæstræ & olei dicuntur, quum ioco prælio oratoribus opus sit viribus. In palæstra non armati, sed vncti concertabant: tum quo difficilior esset apprehensio, & elapsus facilior, tum quo corpus esset nitidius: certabant enim rudi. M. Tullius lib. De oratore 1. Nitidum quiddam genus est verborum & lætum, sed palæstræ magis & olei, quàm huius ciuilis turbæ ac fori. Huiusmodi fermè est ea scholis quibusdam trita sophistica quæ ad ostentationem ac ludicram concertationem reddit hominem inuictum, ad seriãs tractationes inutilem: itaque rectè in eodem libro monet quidã vt dictionem ex domestica exercitatione & umbratili, medium in agmen, in puluerem, in clamorem, in castra atque in aciem forensem educamus. Consimiliter lib. 2. de Isocratis discipulis agens, Sed eorum, inquit, partim in pompa, partim in acie illustres esse voluerunt. Eodem spectat quod ait lib. De legibus 1. Fanni autẽ ætate coniunctus Antipater, paulo inflauit vehementius, habuitque vires agrestes nec quidem atque horridas, sine nitore ac palæstra, sed tamen admonere reliquos potuit, vt accuratius scriberẽt. Hæc ibi. Quod prius dixerat oleum, hic vocat nitorem. Et in libro De claris oratoribus, vnctius vocat quod est nitidius. Iam, inquit, erat vnctior quædam splendidiorque consuetudo loquendi. Rursus in Oratore ad Brutum, Numerus autem nõdum depromebatur, neque habebat aliquam necessitudinem aut cognationem cum oratore: itaque serius aliquantò notatus & cognitus, quasi quandam palæstram & extrema lineamenta orationi attulit. Palæstram appellat venustatem ad ostentationem adhibitam. In his porrò verbis nec illud absque prouerbij specie dictum est, Extrema lineamenta, pro extrema manu: metaphora ducta à pictoribus.

Oleum pro nitore.
Nitidum pro nitido.
Palæstra pro venustate.
Extrema lineamenta.

Operarij. 11

Ibidẽ non absq; prouerbij specie operarios appellat qui citra philosophiæ cognitionem causas agunt. Architectus ex arte rationem operis præscribit. operarij verò non iudicio suum, sed tantùm operam adhibent iuxta præscriptum. At qui philosophiã callet, ex se paratus est de quauis re recte dicere. M. Tullius de Mnesarcho loquens, Hos quos nos oratores vocamus, nihil esse dicebat nisi quosdam operarios, lingua celeri & exercitata: oratorẽ autem nisi qui sapiens esset, esse neminem. Rursus in Bruto, Nam illud minus curo, quod concessisti operarios omneis, vt mihi videantur mori voluisse nonnulli, vt à te in oratorum numerum referentur. Huius generis oratores libro De claris oratoribus appellat vocales, Addamus, inquit, huc etiam, ne quem vocalem præterisse videamur, C. Cæsonium Calidianũ. Transferri potest ad concionatores, qui quòd parum exercitati sunt in Sacris literis, è collectaneis edicũt quod apud populum multo clamore, multaque corporis iactatione deterent.

Vocales oratores.

E schola cantilena. 12

Plautus, vt antè admonui, theatri nugas appellat quæ solent in comœdiis recitari. M. Tullius è scholis cantilenam appellat, orationem declamatoriam ac iuuenilem, plus habentem ostentationis quam sapientiæ. Locus hic habet eodem libro, Gerendus est tibi mos adolescentulus Græce, qui non Græci alicuius quotidianã loquacitatem, neque ex scholis cantilenam requirunt, sed ex homine omnium sapientissimo atque eloquentissimo, atque ex eo qui nõ in libellis, sed in maximis causis & in hoc domestico imperij & gloriæ, sit consilio linguaque princeps. Cõueniet in illos qui nunquam versati sunt in bonis authoribus, nec ex ipsis fontibus hauserunt eruditionem solidam, sed tantùm in scholis decantata tenent.

Ipsus adagy.

A Deo ficti. 13

Qui vehementer ad aliquid natura compositi sunt, hos prouerbiali sermone ad hoc natos, factos, sculptósque dicimus. Insigniem autem naturæ dexteritatem M. Tullius elegãter expressit eodem libro, Sunt autẽ, inquit, quidam ita naturæ muneribus in iisdem rebus habiles, ita ornati, vt non nati, sed ab aliquo deo facti videantur. Allusit autem ad Pandoram quam finxit Vulcanus, cæteris item diis sua munera in vnam conferentibus.

E circulo. 14

Hominem è triuio, plebeium & cõtemptum appellamus. M. Tullius prò eo dixit è circulo. Circulum autem vocat conuenticulum hominũ in foro aut in plateis confabulantium. Ita Crassus eodem quem modò citaui libro, Effudi vobis omnia quæ sentiebã, quæ fortasse si quemcũque patremfamilias arripuissetis ex aliquo circulo, eadem vobis percontantibus respondisset.

Homo è trimo.

Causa cadere, Formula cadere, Ex iure manu conserta. 15

Quemadmodum prisci iureconsulti dicebant aliquẽ ex iure manu conserto vocari cum his intẽdebatur, ita causa cadere dicebatur, qui malè agendo ius agendi perdidisset. verumque fiet *μεταφορὰ*, si accedat translatio: veluti si quis dicat, Theologi Laurẽtium Vallam, ex iure manu cõserto vocare non desinunt, quòd homo grammaticus materias theologicas occupauerit. vtrumque est apud M. Tullium eodem libro sub persona Scæuolæ, Quod verò in extrema oratione quasi tuo iure sumpsisti, oratorem in omnis sermonis disputatione copiosissimè posse versari, id, nisi in tuo regno essemus, non tulissem, multisque præcessem qui aut interdicto tecum contenderent, aut te ex iure manu conserto vocarent. Et aliquanto pòst, Quũ Hypteus maxima voce plurimis verbis à M. Crasso prætore contenderet, vt ei quem defendebat, causa cadere liceret. Cn. autem. Octauius homo consularis, non minus longa oratione recusaret, ne aduersarius causa caderet. Idem prò L. Muræna, Et si turpe existimas te aduocato illum ipsum quem contra veneris, causa cadere. Meminit & Quintilianus lib 7. cap 4. Apud priscos superstitiosè seruabatur, vt qui in actione instituenda vel verbo lapsus esset, causa caderet. cuius superstitionis vestigia nõ exigua adhuc resident apud Anglos, interdum totum instrumentum reiicientes, si cognomen aliquod vna litera secus fuerit scriptum. Iustinianus Institutionum iuris lib. 4. Tit. De actionibus, Paragrapho, Siquis, Siquis, inquit, agens in intentione sua plus complexus fuerit quam ad eum pertineat, causa cadebat. id est, rem amittebat, nec facile in integrum restituebatur, nisi minor erat viginti quinque annis, &c. Proximo autem Paragrapho, vocem hanc plus, ostendit quadrifariam intelligi, re, tempore, loco & causa. Re, siquis prò decẽ aureis petat viginti. Tempore, siquis ante diem vel ante conditionem petat. Loco, siquis Romæ petat quod Ephesi promissum est: Causa, siquis stipulatus Stichum aut viginti aureos, petat Stichum pura actione, cùm electio sit promissoris. Prò eodem dici videtur rẽ amittere, litem perdere, & formula cadere. Iustinianus lib. 4. Titul. De exceptionibus, Paragrapho, Appellantur, Quum temerè, inquit, rem in iudicium deducebant, & contumebant, qua ratione rem amittebant. Horatius Serm. lib. 1. Sat. 9

Priscorum superstitiosa obseruatio in litte instituenda.

-& causam respondere cadere.
Debebat quod non fecerat perdere litem.

Quintilianus lib. 3 cap 6 Neque ignoro multa transferri in omnibus fere causis, in quibus cecidisse quis formula dicitur: hæ sunt quæstiones, An huic, an cum hoc, an hac lege, an apud hunc, an hoc tempore liceat. Seneca libro Epistolarum 6 epist. 49. de philosophis ages qui vocum argutiis ostentabant eruditionem. Quid enim, inquit, aliud agitis, quum cum quem interrogatis, scientes in fraudem inducitis, quàm vt formula excidisse videatur? Sed quemadmodum illum prætor, sic hos philosophia in integrum restituit. Ita Seneca. Quin hoc ipsum, In integrum restituere, si à foro trãsferatur ad alia, *μεταφορὰ* est. Poterit ita deflecti, vt dicatur causa cecidisse qui ius obiurgandi filium amisit, quòd eum suo exemplo aut largitione ad nequitiam prouocarit. Illa porrò sermonis formula, Ex iure manu consertum, ab ipsis xii tabulis sumpta videtur, quemadmodum indicat A. Gellius libr. Noctium Atticarũ 20 cap. 9. Antiquitus inter quos erat de agro aut simili de re controuersia, in rem præsentem veniebant, & apud prætorem vindiciarum causa manus conferebant: hoc est, alter alterius manum corripiebat. Sed quum propagatis legitimis grauarentur prætores vindiciarum causa longius proficisci, institutum est vt litigantes non ex iure apud prætorem manum conferrent, sed ex iure manu consertum vocarent, hoc est, alter alterum ex iure ad conserendum manum in rem de qua ageretur vocaret: simúlq. profecti in agrũ de quo litigabatur, terræ aliquid ex eo, aut vnã glebam in ius in vrbem ad prætorem deferrẽt, & in ea gleba tanquã in toto agro vindicarent. M. Tullius libro Epistolarum

In integrum restituere.

septimo

septimo scribens Trebatio iureconsulto. Tantum metuo ne artificium tuum tibi parum profit. Nam vt audio, ilthic

Non ex iure manu consertum sed magè ferro
Rem repetunt, quinque petunt, vadunt solidi vi.

Huiusmodi vindiciarum formulam Marcus Tullius facetissimè expressit in oratione pro L. Murœna, Itaque irati nihil, quòd iuris verba ne dictum ratione peruulgata & cognita, sine sua opera lege posset agi, notas quasdam composuerunt, vt omnibus in rebus ipsi interessent, quum hoc fieri beatissimè posset. Fundus Sabinus meus est, imò meus: deinde iudicium noluerunt. Fundus, inquit, qui est in agro qui Sabinus vocatur, satis verbosè. Cedò quid postea? Eum ego ex iure meum esse aio. Quid tum? Inde ibi ego te ex iure manu consertum voco. Quid hunc tam loquaciter litigioso respondere ille vnde petebatur, non habebat. Transit iureconsultus, tibicinis Latini modo: Vnde tu me, inquit, ex iure manu consertum vocasti, inde ibi te reuoco. Hactenus M. Tullius. Metaphora sumpta est à bellis, in quibus manus conserere dicuntur qui cominus confligunt, quemadmodum indicat M. Varro libro De lingua Latina secundo.

Hereisceere. 16

Hereditatem diuidere.

Quædam voces ob hoc ipsum habèt prouerbij gratiam, quòd sint vel obsoletæ, vel alicui professioni peculiares, veluti prisci iureconsulti, hereisceere dicebant hæreditatem diuidere. Inde apud iureconsultos actio hereiscundæ familiæ. Porrò familiæ vox omnem hæreditatem ac res hæreditarias cõprehendit. Hæc actio nata est è duodecim tabulis, quarum hæc verba recitantur in Codice, Coheredes à communione discedere volentes agunto. Id si transferatur ad alterius rei diuisionem, erit prouerbiale, veluti siquis dicat, Inter Guilelmum Budæum, & Leonardum Portium de assis inuentione concertantes, Ianum Lascarem datum hereiscundæ gloriæ arbitrum. [redacted]

Lapides flere. 17

De re quæ vehementer animum commouet.

De re vehementer miseranda prouerbiali hyperbola dici solet, eam esse tam lamentabilem, vt vel lapides cogantur ad fletum. M. Tullius in eodem libro, Tu verò vel si testamentum defenderes, sic ageres, vt omne omnium testamentorum ius in eo iudicio positum videretur: vel si causam ageres militis, partem eius, vt soles, dicèdo à mortuis excitasses, statuisses ante oculos, complexus esses filium, flentique eum cètumuiris commendasses, lapides mehercle omnes fleres ac lamentari coegisses, vt totum illud vetus Iunga nuncupassis, non in duodecim tabulis, quas tu omnibus bibliothecis anteponis, sed in magico carmine scriptũ videretur. Hæc ille. In verbis autem Ciceronis, ad prouerbium alludit magici carminis mentio: quod enim vehemèter commouet animum, quamis incantatione efficacius dicitur, sicut alibi retulimus.

Amentatæ hastæ. 18

Amentum quid.

Arma parata ad pugnam M. Tullius appellat hastas amentatas. Amentum enim lorum est hastæ affixum, cui manum inserit hastam missilem torturus. Transferri potest ad dictum, aut orationem ab alio suppeditatam. Locus eo quem hactenus citaui libro, sic habet: In eo autè iure quod ambigitur inter peritissimos, nõ esse difficile oratori eius partis, quamcunque defendet, authorem aliquem inuenire, à quo quam amèntatas hastas acceperit, ipse eas oratoris lacertis vimbúque torquebit. Idem in Bruto de T. Actio Pisaurensi loquens, respondit pro Au. Cluentio qui accurate dicebat, & satis copiosè, eratque præterea doctus Hermagoræ præceptis, quibus etsi ornamenta non satis opima, dicendi tamen vt hastæ veritos amentatæ, hic apta quædam & parata singulis causarum generibus argumenta traduntur. Rursus in Topicis, de iureconsultis agens, Nam & adsunt multum, & adhibentur in consilio, & patronis diligentibus ad eorum prudentiam cõfugientibus hastas commodant. Item Quintilianus lib. 12 cap. 3. Neq; ego nostri moris ignarus, obiicias ve eorum qui vitæ ad arculas ledunt, & rem agentibus similem litem, neq; eandem Græcos quoque nescire facetiasse, vnde nomen his pragmaticorum datum. Telum igitur paratum ad torquẽdum, vt inuentio sic alterius, dicito tantum tua, rectè hastam amentatam dixeris. Non dissimile est illi quod antè retulimus de calciamento, quod ab alio consutum alius induerat. Tale telum talisque calceus erat oratio Lysiæ, quam Socrates probabat quidem vt perelegantem, sed negabat sibi conuenire.

Discum quam Philosophum audire malunt. 19

Inepiis voluptatibus adpressit, dicit, magis quàm rebus virilibus.

Vulgus hominum propensius est ad quamuis inepras voluptates, quàm ad frugifera. Quod elegãter expressit M. Tullius libro de Oratore secundo, Discum, inquit, audire malunt quàm philosophum. Erat autem publici exercitamenti genus, quo discus æneus arte simul & viribus ita ab humo torquebatur in altum, vt intra certum spatium decideret. In iisdem autem locis in quibus huius ludus peragebantur (gymnasia vocãt) differebant & philosophi: sed crepitu ad discum vocante, philosophum subitò deserebant omnes. verba Crassi apud Ciceronem sunt hæc, Nam & seculis multis antè gymnasia inuenta sunt, quàm in his philosophi garrire cœperunt: & hoc ipso tempore quum omnia gymnasia philosophi teneant, tamen eorum auditores discum audire quàm philosophum malunt: qui simul vt increpuit, in media oratione de maximis rebus & grauissimis disputantem philosophum omnes vectionis causa relinquunt: ita leuissimam delectationem grauissimæ, vt ipsi ferunt, vtilitati anteponunt. Per iocum transferri potest ad discum escarium, cuius crepitum multi libentius audiunt, quàm vocem philosophi.

Conchas legere. 20

De ocios & iguanis.

Summi ocij est cõchas & vmbilicos legere in littoribus, qui lusus esse solet puerorum. Quanquam transferri potest ad eos qui aliud agentes, obiter etiam leuiora quædam animi gratia admiscent. Crassus orator apud Ciceronem lib. De oratore 2. de Lælio & Scipione loquens, Non audeo, inquit, dicere de tabulis viris, sed tamen ita solet narrare Scævola, conchas eos & vmbilicos ad Caietam & ad Lucrinum legere consuesse, & ad omnem animi remissionem ludúmque descendere. Vmbilicos, opinor, appellat vel conchas vel calculos vmbilici formam imitantes, vel herbam quæ veneris vmbilicus dicitur, authore Dioscoride. In conchis enim incredibili varietate lusit natura, quemadmodum refert Plinius lib. 9. cap. 35. Tot, inquit, colorum differentiæ, tot figuræ: planis & concauis, longis & lunatis, in orbem circumactis, dimidio orbe cæsis, in dorsum elatis, lęuibus rugatis, denticulatis, striatis, vertice muricatim intorto, margine in mucronem emisso, foris effuso, intus replicato. Iam distinctione virgulata, crinita, crispa, cuniculatim, pectinatim, imbricatim vndata, cancellatim reticulata, in obliquum, in rectum expanta, prædentata, porrecta, inusta, breui nodo ligatis, toto latere connexis, ad plausum apertis, ad buccinam recurvis, &c. In subterraneo domicilio quod ostenditur iuxta Cumas Iranæ, quod vulgus fingit fuisse antrũ Sibyllæ, cũ verisimile sit fuisse speluncam prædonum ac piratarum, vitiuntur parietes vario concharum contextu mulcatum opus imitantes. Valerius Maximus libro octauo, capite vltimo de Scipione & Lælio refert idem quod narrat Cicero.

Conchæarum descriptio.

Liber non est qui non aliquando nihil agit. 21

Cessare qui dicantur.

Qui in summo otio versabantur ab omnibus feriati negotijs, ij nihil agere dicebantur. M. Tullius eodem libro, sub persona Crassi ad Scævolam, Quid igitur, inquam, quando ages negotium publicum, quando amicorum, quando cuiusquando denique nihil agues? Tum illud addidit, Mihi enim liber esse non videtur qui non aliquando nihil agit. Hæc ille. Mox interpretatur quid declaret, nihil agere. In qua, inquit, permaneo Catule sententia, nèque quum huc veni, hoc ipsum nihil agere, & planè cessare delectat. Nam cessare dicuntur non tantùm ij qui desistunt à negotio, sed qui sunt in otio. Expedit autem interdum nihil agere, vt cætera rectè agamus. Alàs reddendus eos nihil agere dici, qui inanem sumunt operam.

In herba luxuries. 22

Rustici semina copiosius quàm expedit herbescentia, dicunt luxuriare: eam properam lętitiam appellant luxuriem, quam immissis in agrum iumentis aut pecudibus corrigunt, quod illi vocant depascere. Mato Georg. 1.

Luxuriem segetum tenera depascit in herba.

Marcus Tullius eodem libro, quem modò citaui, Quod si hic noster Sulpitius faceres, multo eius oratio esset

preſſior, in qua nunc interdum, vt in herbis ruſtici dicere ſolent, in ſumma vbertate inest luxuries quædam quæ ſtylo depaſcenda eſt.

Lacinia tenere. 23

Qui leuiter rem tenent, lacinia tenere dicuntur, hoc eſt, extrema veſtis ora. cui contrarium eſt illud, Medius teneris. M. Tullius lib. de Orat. 3. Nam illud alterum genus quod eſt temporibus, locis, rebus definitum, obtinent, atque id ipſum lacinia. Non dubium eſt quin Cicero metaphoram duxerit à populari ſermone: nam idem dictum & hodie durat apud noſtrates, ſiquem inuitant non ex animo. Inde illud, Scindere penulam. Et apud Terentium Mytis Getam reſupinat poſtio. Cicero videtur alluſiſſe ad illud Plauti in Aſinaria, Lacrymantem lacinia tenet lachrymans.

Scindere penulam.

Surculum defringere. 24

Simili forma dixit eodem in loco, Surculum defringere, pro eo quod eſt, non callere totam diſciplinam, ſed ex ea paululum quod ad rem præſentem faciat, decerpere: quemadmodum iureconſulti nonnunquam aliquam ſententiam aut fragmentum adducunt è Theologorum diſciplina. Locus apud Ciceronem hunc in modum habet, Atque hactenus loquuntur, etiam hac inſtituendi diuiſione vtuntur, ſed ita, non vt iure aut iudicio, vt denique recuperare amiſſam poſſeſſionem, ſed vt ex iure ciuili iureculum detruncando vſurpare videantur.

Paucula decerpere.

Mendacium vile. 25

Dines ille apud ſatyricum Iuuenalem dicit, Quid enim ſaluis infamia nummis? Et Dorotheum Theſtianum non pudet vanitatis, dum ob rem. Sed honeſto propius eſt quod ait Oreſtes in Electra Sophoclis,

Δοκῶ μὲν οὐδὲν ῥῆμα σὺν κέρδει κακόν. id eſt,
Nullum reor verbum, quod eſt lucro, malum.

Fama mortis viuo nihil nocitura.

Conuenerat enim vt ſingerent ipſum eſſe mortuum. Sentit igitur famam mortis viuo nihil nocituram, ſed ad id quod conſtituerant fore accommodatam: venerant enim vlturi Agamemnonis mortem, idque perfecerunt.

Equi generoſi ſenectus. 26

Ἵππου γῆρας, hâc dictum eſt, de his qui poſt res præclarè geſtas, ob ignauiam ſeuocantur. Sed Sophocles in eadem fabula declarat generoſi equi ſenectutem, his verſibus,

Καπὸ γὰρ ἵππος ἐν δρόμῳ, καὶ τ' ἄγων,
Ἐν τῷν ἀρίστων ἔμολε τὸν δόκιμον,
Ἀλλ' ἐξόδου σὺ ἵππον ἀποστόμου δ' ἐὼ
Ἡμᾶς τ' ἐφῆκεν, κἀπέσεισ' ὀφρύων ἄγαν. id eſt,
Generoſus vt equus, conſenuerit tam licet,
Animum tamen nunquam in periclis abiecit,
Sed auribus rectis ſtat: ſtudium tu quoque
Et incitas me & ipſe cum primis ades.

Verba ſunt Oreſtis ad pædagogum ſenem, cuius conſilio & auxilio occidit Clytemneſtram & Ægiſthum.

Cunctatio noxia. 27

In eadem fabula Electra de Oreſte qui reditū proferebat, ita loquitur,

Μέλλων γὰρ αἰεὶ δρᾶν τι, καὶ μέλλων τέμνει,
Κἀκ τοῦ μέλλοντος ἐλπίδας διαφθείρει. id eſt,
Dum facere ſemper prorogat quæ adſunt ſimul,
Simul & futuras perdidit mihi ſpes meas.

Prouerbij ratio eſt in tropo, quo præſentes & abſentes dixit pro omnes.

In arduis contanter agendum. 28

Ibidem Electra querenti de fratre,

φεῦ γε, φέρεσθαι δ' οὐκ ἐᾷ τὸν λόγῳ πατήρ. id eſt,
Dici quidem, ſed è dictis facta nihil.

Ita reſpondet Chorus,

φιλεῖ γὰρ ἐκπλεῖν πρᾶγμ' ἀνὴρ πρέσσων μέγα. id eſt,
Qui facinus ingens tentat, olle lentus eſt.

Conſilium non præcipitandū in arduis.

Sentiens in arduis ac periculoſis negotiis non eſſe præcipitandum conſilium. Huic rurſus ita reſpondet Electra,

Καὶ μᾶλλ' ἔγωγ' ἔστηκ' ἀκίνητον τόδε. id eſt,
At ego quidem ſui conſtanter me ſeruatum eſt.

Sentiens pernicioſam eſſe contationem, quum vrget præſens periculum.

E paucis verbis ingens bonum aut malum. 29

Ibidem Electra ſic loquitur ſorori Chryſothemidi.

—πολλὰ τοι σμικροῖς λόγοις
Κύρσαντα ἤδη καὶ παρηγάσθη βεβᾶσιν. id eſt,
Sermo profecto rebus in complurimis
Decuit homines, ſimul & erexit, breuis.

Sentit, interdū ex paucis verbis perpenſis intellectis, magnos naſci errores, atque etiam errore correctionem ex paucis recte intellectis. De leuiſſimæ rei grauiſſimis pœnis dictum eſt alias.

Vxor cum duobus non eſt pugnandum. 30

In eadē Chryſothemis, Electræ ſororī & choro concorditer hortantibus, ita reſpondet,

Δρᾶσαι γὰρ ἄρσεν' ἐκ γυναικὸς οὐκ ἐμοὶ λόγος
Δυοῖν ἰσχύειν. id eſt,
Facturæ fortiter æquum cum eſt, reſiſtere
Vnam duobus.

Affine eſt illi, Ne Hercules quidem aduerſus duos. Hue alluſit & Catullus in Epithalamio,

—nolo pugnare duobus.

Mala malis eueniunt. 31

Clytemneſtra obiurgans Electram filiam, quòd per eam traduceretur vt vitricida, vicissim audit,

Αἰσχροῖς γὰρ αἰσχρὰ πρόσφορ' οὐδὲν ἄλλοτε. id eſt,
Et turpibus enim facta turpia aſſimant.

Significans quòd illa de matre parum honeſtè loqueretur, ei imputandum quæ necando marito, & filij necem moliendo docuiſſet liberos odiſſe matrem: id paulo pòſt dicit explanatius.

—τὰ δ' ἔργα τοῖς λόγοις ὑφίστατον. id eſt,
Porro ipſa facta verba reperiunt ſua.

Famā à factis, vt à fonte naſcitur.

Scitum eſt illud Socratis, vt ſe quiſque talem præſtaret, qualis haberi cuperet. Fama enim è factis velut è fonte naſcitur, è bonis bona, è malis mala. Proinde qui factis ignominioſis ſibi peperit ignominioſam famam, ne ſuccenſeat malè loquentibus, ſed ſibi qui ora aperuerunt populo. nec moliatur vindictam in maledicos, ſed benefactis rumorem fœdum aboleare ſtudeat.

Numinis ira ineuitabilis. 32

Apud Homerū Iupiter vxori minanti, appellat manus ſuas, ἀμάχητε, quòd ſedare quoſcunque velit, quum à nemine vincium ſedi queant. Simile eſt quod in eadē fabula dicit Oreſtis pædagogus,

—ὅταν δέ τις θεῶν
Βλάπτῃ, δύναιτ' ἂν οὐδ' ἂν ἰσχύων φυγεῖν. id eſt,
At vbi vero nocet deorum quispiam,
Vitare poſſit nemo quamuis potens.

Solent homines calamitates ſuas in hâc aut illam cauſſam rencere, cùm pleraque mala ſic præter omnem expectationem accidant, vt appareat à ſuperis immitti. Aduerſus nemonis decretum nihil valet humana prouidentia.

Quò terrarum raperis? 33

In eum, qui à ſcopo aberrat.

Qui non ſunt attenti ad rem propoſitam, negantur eſſe domi, qui longius aberrant à vero, in alia regione eſſe dicuntur. Electra ſororī nunciantī Oreſtem viuere, qui dictus erat mortuus, ita reſpondet,

Οὐκ εἶδ' ὅτι γῆς, οὐδ' ὅτι γαίας φέρῃ. id eſt,
In quod ſolum rapiare non intelligis,
Nec quò ferat meat.

Prouerbium eſt in tropo. Sic in eum qui aberrat à re propoſita aptè dicetur illud, Quò nunc ſe proripit ille? Aut, In quam regionem abripitur? Tranſlatum videtur à nauis.

Benenatis turpe eſt malè viuere. 34

Quidā arbitrantur ob hoc ipſum ſibi licere turpiter viuere, quòd honeſtis maioribus orti ſunt: cùm contrà generis claritas quaſi fax adhibita faciat vt nobilium errata plus habeant dedecoris, quam obſcuro genere natorum. Hoc in eadem fabula ſic expreſſit Electra,

Ζῶ δυσγενὴς εἰσχῶς τῶν ἀγαθῶν πατρῶν. id eſt,
Natus bonoſis turpe viuere turpiter.

Quanquam Electra putat eos turpiter viuere, non qui ſunt improbis moribus, ſed qui vitā ſuā in ſeruitute, cum ſint ingenui nati, vt cum illo conueniat, Vbi non ſis qui fueris, non eſt cur velis viuere.

Mortui non dolent. 35

Eadem in eadē fabula, ſignificans ſe ſponte mortē quæſituram malorum finem, ait,

Τοὺς γὰρ θανόντας οὐκ ὁρῶ λυπουμένους. id eſt,
Nam mortuum dolere video neminem.

Eoque Plinius exiſtimat nullum beneficium à dijs datum homini maius, quàm quod cuique in manu eſt, quum velit è vita excedere. Melius Socrates qui docet

eſſe

esse nefas animam iniussu imperatoris Dei è corporis præsidio decedere.

Omnibus modis nocens. 36

Ibidem Orcitti percontanti quibus modis esset occisa Clytemnestra, manibus an veneno, respondet Electra,

Καὶ χερσὶ καὶ φάρμακον τοῦτ' ἔκτανε. id est,
Manu & venena & manibus demum omnibus.

Quadrare hominem mortis omnibus perniciosum, fucis, vi, verbis, factis.

A capite arcessere, A fonte ducere. 37

Ab eo, quod primum est auspicari.

Quum res ab eo repetitur quod est in negotio præcipuum, à capite arcessi dicitur. Marcus Tullius lib. de Oratore. Etiam ætatis est vtique nostri, à capite quod velimus arcessere. & vide omnia manant vt fere. Item libro De legibus 1. A te verò & vtrumque [illegible] fratres repetis quæ [illegible] Hinc ergo plus tribuis naturæ repetas? Quod autè dixit A capite, hic dicit A fonte. Rursus in Topicis, Quum autem à genere ducetur argumentatio, non erit necesse id vsque à capite arcessere. In Partitionibus quæstionib. alicubi dicit, A capite ducere, pro eo quod erat ab exordio repetere.

Latini tibicinis more. 38

In M Tulli verbis quæ paulo antè retulimus ex oratione pro L. Murænа, prouerbium inerat, quum aut iureconsultum instructo petitore, Latini tibicinis more tranire ad eum à quo petitur, & illam solennibus verbis instructarum. Vnde nata fit similitudo non admodum liquet, nisi quòd probabilis coniectura videtur, ductum à priscis illis Latinis qui in pagis aut oppidis vnico tantùm tibicine fabulas agitabant, ad cuius modu actum, vocem ac gestum accommodat ât histriones, alioqui ob imperitiam non seruaturi carminis rationem. Is igitur tibicen postcaquam vni actori præcinuerat, cogebatur ad alterum huic respondsurum tranire, eique vicissim incêtu tibiæ metri modulos præire, atque hinc rursus ad alium, quòd rusticani homines absque præeunte tibicine non possent aptè saltare versus aut numeros. Hanc coniecturam adiuuat locus qui est apud M. Tullium in Oratore ad Brutum, vbi agit de verbis ita compositis vt posset oratio libera solutaque videri. Quorũ, inquit, similia sunt quędã etiã apud nostros, velut illa in Thyeste, Quemnam te esse dicã, qui tarda in senectute: & quæ sequuntur: quæ nisi quum tibicen accessit, orationi sunt solutæ similima. Prior locus ex oratione refertur in prouerbio, Caula cadere.

In quadrum redigere. 39

Vir constans, tetragonus.

Superius ex Aristotele docuimus, virum constantis animi appellari tetragonum, quòd ea figura ex omni parte sui similis est. Vnde quicquid congruit & aptum est, quadrare dicitur. Id M. Tullius in Oratore deflexit ad orationem concinnam, & apus numeris compositam: itaque postquam est nata hæc circumscriptio, vel comprehensio, vel continuatio, vel habitus, sic ita licet dicere, nemo qui aliquo esset in numero, scripsit orationem generis eius quod esset ad delectationem comparatum, remotúmque à iudiciis forensique certamine, quin redigeret omnes ferè in quadrum numerúmque sententias. Metaphora ducta est a marmoratis. Non sum immemor hoc à nobis alibi positum. sed locum euidentiùs ostendere volui: hinc enim tantùm indicaram.

Quadrare.

Ἀπάλαιστοι. 40

Inconditi neque artisque carentes.

Motus, & homines inconditos & arte carentes M. Tullius in eodem opere testatur à Græcis appellari ἀπάλαιστους, quasi dicas à palæstra alienos: quòd in palæstra exercitati, etiam in cæteris actionibus venustatem quandam habent, quemadmodum indicat in Oratore ad Brutum, Non, inquit, vt in ea tantùm omnia fiunt, sed vt hinc adhibeant vt palæstra histrionem. Talis est saltatio Cyclopica & Sileni. Verba Ciceronis adiciebam, Itaque quanis eorum motus quos ἀπαλάστους Græci vocãt, tamen notum mihi videtur oratio qui non clausum numerosè tendit. In libro De optimo genere oratorum, dixit, Palæstricè ipsi patriis, pro decoro numeroque gestu incedere. Hæc, inquit, vitauerunt fere omnes qui aut Attici nominantur, aut dicunt Attice: sed quæ tesius voluerunt, tam & sacri duntaxat habeantur: sed ita palæstricè in rythmo ipsarum vt liceat, nó vt ad Olympias coronam petant. Quin hoc ipsum, Ad Olympias coronam petere, prouerbij speciem habet, pro eo quod est, è rebus arduis magnam ac solidam affectare laudem, hoc est, in causis seriis & grauibus vincere. Qui priuatim in periculosis ad vulgarem disceptationem differũt, in xysto ipsi tantùm: qui in foro causas graues agunt, in solem & pulueren prodeunt, magnum periculum magnæ laudis ipse suscipientes.

Incedere palæstricè.

Cadere in cursu. 41

Laude petitâ frustrari.

Cadere in cursu M. Tul. dixit pro eo quod est expectata laude frustrari. quemadmodũ siquis ad lauteã theologiam contendens, emoriatur priusquam ad summum eruditionis fastigium peruenerit. M. Tullius libro De claris oratoribus de Galba loquens. Laudabant hunc patres eius, fauebant etiam propter patris memoriã: sed cecidit è curru. Nam rogatione Manilia Iugurthinæ [illegible] nisi modia, quem pro se ipse dixisset, oppressus est. Simili tropo dicimus eos è cursu reuocare, qui [illegible] instituto ad aliud quippiam reuocamus. Et in eos esse dicuntur qui in agro laudo contendunt aliquin. Metaphora sumpta à publicis certaminibus, pedibus aut equis currentium.

Tatium. 42

De saltatione indecora.

Tatium saltare dicebantur, qui incompositè ac soluta gesticulatione [illegible] quod à Tatio quodam histrione nomen inuenit. M. Tullius eo quod mimo et tauris operæ, Quos Sextus Titus comes [illegible] saltatio loquax laxa & latus acutus, sed tam soluta & mollis in gestu, vt saltatio quædam nascretur, cui [illegible] Titus nomen esset. Ita cauendum ne quid agendo dicendóve fiat eius, cuius imitatio fugienda est. Cæterùm Ciceronis locum Quintilianus lib. 11. cap. De pronuntiatione. Similia nos iuuat, Saltare Cyclopem. Horat. Serm. lib. 1 Sat. 5.

Saltare Cyclopem, vel cordacem.

Saltaret ni Cyclops.

Et Saltare cordacem, more Sileni.

Vt Phidiæ signum. 43

Quæ primo statim aspectu probantur omnium suffragiis, vt Phidiæ signum placere dicuntur. Nam quædam signa non statim arridēt, sed frequentes & propius inspecta, paulatim incipiunt placere. M. Tullius eodem libro, Nam Q. Hortensij admodum adolescentis ingenium, vt Phidiæ signum simul aspectum & probatum est. Is L. Crasso, Q. Scævola consulibus, primum in foro dixit, & apud hos quide consules, & cùm eorum qui adfuerunt, tum ipsorum consulum, qui omnes intelligentia anteibant, iudicio discessit probatus, vnde viginti annos natus erat eo tempore. Hæc ille. Arbitror autem Ciceronem tenuisse de Ioue Olympio, quem finxit insignis statuarius Athenienſis Phidias quemadmodum refert Plinius lib. 34. cap. 8. & lib. 36. cap. 5.

In numerum peruenire. 44

Aliquo in pretio esse.

Qui in aliquo pretio haberi nec piunt. In numerum aliquem peruenire dicũtur: quemadmodum, In aliquo numero esse dicuntur qui sunt alicuius existimationis: &, In nullo numero esse, qui plane contemptui sunt. M. Tullius in eodem libro, His enim rebus intimo loco natus, & honores, & gratiam, & pecuniam consequutus, etiam patronorum, nec doctrina, nec ingenio, aliquem in numerum peruenerat. Et alio quinto pòst, de C. Sicinio loquens. Has ille tenens, & paratus ad causas veniens, verborum non egens, ipsa illa comparatione disciplinaque dicendi iam in patronorum numerum peruenerat.

E neuo cognoscere. 45

Ex re minima totum hominis ingenium æstimare.

E neuo cognoscere, est ex re quapiam minima totũ hominis ingenium æstimare, quemadmodum dicimus Ioannem ex vnguibus agnoscere, & Protogenes ex lineamento agnouit Apellem. M. Tullius in libro de claris oratoribus, Nunc quoniam totum me non è neuo aliquo aut ex pũdis, ex corpore omni videris velle agnoscere, cõplectar nonnulla etiam quæ fortasse videãtur minus necessaria. Metaphora sumpta est ab his qui ex insignibus quos allegant expendunt ve, addunt crepundia per quæ agnoscantur, si forte inciderit occasio. Aut neuum aliquem in corpore notant parentes. Talis signum interdum y graphis suis addunt trapezitæ.

Ne pudeat artem, &c. 46

Versus erat olim populari sermone iactatus, Ne pudeat artem proloqui quam facilites. Multos non pudet turpi quæstu viuere, cùm pudeat nomen eius quæstus prehendere. Quemadmodum si quis vinum exercens vocari manu negotiator. Verum erat Marcus Tullius

eodem libro, Me autem siue peruulgatissimus ille versus, qui vetat

Artem pudere proloqui quam facilitas,

dissimulare non iniuria quum delectet: siue tuum studium hoc à me volumen expressit.

Δωριάζειν. 47

De indecora nuditate.

Δωριάζειν olim dicebantur qui corpore parum decorè nudato incedebant. ductum à virginibus quæ in Peloponeso discinctæ, & absque tunicis esse consueuerunt, tantùm pallio tectæ vtrinque feneſtrato, per quod patebant nuda corporis. Apud Lacedæmonios autem, virgines certis diebus totæ nudæ incedebant. De Romanorum multitudine pellucentibus multa queritur Iuuenalis.

Aetoli. 48

Petaces.

Αἰτωλοὶ dicti sunt olim ioco prouerbiali qui iuxta mores Ætolorum petaces essent & improbi. Allusum est enim ad vocem: quemadmodum auidi munerum, Doricè loqui dicebantur: sic αἰτωλοὶ dicti videntur quòd omnia petant, αἴρειν τὰ ὅλα αἰτοῦντα. Meminit Stephanus.

Χαρωνῖται. 49

Qui testamentis abutuntur.

Olim Charonitarum cognomen apud Romanos populari ioco tributum est iis qui ex defuncti commentariis tribuebantur quod perperam agebant. Hinc ortum: Quum Marcus Antonius oratione funebri, prolatáque C. Cæsaris veste, populum in eius interfectores concitasset, arripuit Cæsaris commentarios in quibus acta illius continebantur, illique adscripsit quæ libuit: atque horum autoritate se facere simulabat quicquid agebat, alios tribuens magistratus, alios ab exilio reuocans, alios è vinculis liberans. Hi omnes quoniam se defuncti commentariis excusabant, vulgari ioco dicti sunt Χαρωνῖται, vt refert Plutarchus in vita M. Antonij. Simili artificio quidam abutuntur testamentis, in quos competet itidem cognomen.

Oculus ferre, & similia. 50

Prouerbialia sunt & illa, Oculis ferre, In sinu ferre, si quis quem insigniter amat fouétque. Translatum à matribus tenere liberos suos amantibus, à quibus non dimouent oculos, solicitæ ne quid illis accidat incommodi, gestántque in sinu atque in complexu. Exempla vtriusque sunt apud M. Tullium crebra. Non dissimile est quod est apud Platonem libro De Republica decimo, ὀπὶ ταῖς κεφαλαῖς φέρειν, id est, Super capita ferre. ἢ ὅτι ἕνεκα τῆ σοφίας ἐπὶ πολὺ φιλοῦνται, ὥστε μηκέτι ὀπὶ ταῖς κεφαλαῖς φέρειν αὐτοὺς οἱ ἑταῖροι, id est, Et ob hanc sapientiam in tantum amantur, vt sectatores eos tantùm non in capitibus circumferant.

Iapeto antiquior. 51

Ἰαπέτου πρεσβύτερος, id est, Iapeto antiquior. Iupiter apud Lucianum sic alloquitur Cupidinem puerilitatem excusantem, σὺ παιδίον εἶναι, ὃς πρεσβύτερος πολλῷ τοῦ Ἰαπέτου;

ADAGIORVM APPENDIX, EX ~~ERASMI~~ CHILIADIBVS AD STVDIOSORVM COMMODITATEM EXCERPTA.

Saliua prima. 1

RANILATIONES proverbiales, quæ à corporis sensibus ducuntur, multæ sunt, quas habes supra Chiliad. 1. Cent. 6. prouerb. 81. Erasm. etsi in indice quæsitæ se minus offerant. Illud hic addēdum, saliuam primam dici gustum illum, quem pueri tanquam à nutricibus imbibimus: vt sunt rationes, & adiuncta quædam auspiciorum in quauis arte & disciplina.

Ante pilos. 2

Et rerum prudentia velox Ante pilos venit. Pers. De sapientia præcoci, præsertim boni ominis, siue ea naturæ debeatur, siue causæ alij extraneæ. Ea qui valent naturâ, ἀβρόπυγδοι, seu pueros viriles vocat Sophocles. A liunde verò, si non sapientiam, certè canos accedere, testatur illud Theocr. οἱ δ' ἀπὸ τοῦ στόματος γηράσκουσι.

Χαιρεπολακωνίζειν. 3

De iis, qui ad gratiam loquuntur, & iucunda potius quàm vera, quod æquè eleganter dicunt, ἡδυλογεῖν, αἰκαλλεῖν, & θωπεύειν. Athen Æschyl.

Herculanæ scabies. 4

Potest dici etiam in eos, qui blandis adulationibus deliniti, veluti iucunda quadam scabie pruriunt. Herculi laboribus fatigato, narrantur Nymphæ vna cum Pallade crebrò calida balnea suppeditasse: quæ balnea, dum corpus subeunt, & lassitudinem auferunt, titillationem quandam ac veluti pruritum coniunctum habere notum est. Lege sup. Chil. 2. Cent. 4. Prou. 26.

Gallonius. 5

De lurcone, omnia gulæ ventrisque delectatione metiente. Cic. multis locis. Ait Lucill. Gallonem nunquam bene cœnasse, quòd nunquam esuriens cœnaret, adeò luxu fuit perditus.

Velle suum cuique est. 6

Quoties significabimus alius alia curæ esse, aliosque aliis studijs duci, Persij illud vtur. pabimus:

Velle suum cuique est, nec voto vivitur vno.

Item illud, suus rex reginæ placet. Item, sibi pulcher. Item, te tua, me mea delectent. & Vergil. illud, Trahit sua quemque voluptas. Suo quisque studio gaudet.

Senum consilia, iuuenum lancea. 7

Καὶ μαλιστα συζητει πολις ἔνθα βιαλαι χρῆσται, ἢ νέων αἴσιον ἀεσθλίων αἰχμαί. Æschinis consilium fuit, vbique iuuenum robur coniungendum esse cum senum prudentia. Plutarchus, in comment. an seni gerenda sit Respub.

Coctum ab alio edere. 8

Ἕψητος ἑτέρου τὴν χέρσαι ὑφηλόμην, alio coquente ollam paratam ab Ilu. 1. Hom. Arist. De adipiscente parta alieno labore.

Nauigare cum felicibus. 9

Καὶ σὺ κλιθῶν μὲ ἔστιν ἀπλοίαν θέλειν
Σωθῆναι· ἢ πᾶς φίλεται, δυσχοῦσιν ἔ. id est,
Cui res secunda, huic nauigare quilibet
comes et tie quarti pion item infelicium.

Eurip. Idem est cum eo quod habet Iustin. lib. 5. Quòd se fortuna, eòdem fauor hominum inclinat. Et certè pauperi neminem amicum esse tradit idem Eurip. in Medea. πένητα, φεύγα πᾶς τις ἐκτρέπει φίλων.

Bona mala. 10

De rebus vilibus, & abiectis, multum tamen vtilib. ac propè necessarijs. Plin. quonam modo vtilissimè coluntur agri ex oraculo Ieliceti, malis bonis. Hoc velut ænigmate significatum est, agros quam minimis impendiis, & quam maximo labore colendos esse.

Censor bonus. Clemens lanista. 11

Ironiæ prouerbiales in eos, qui audaciter & arroganter de quibuluis rebus sentiendi, iudicandi, eosque inter se comparandi auctoritatem sibi sumunt. Cic. Nam, vt reiectio facta est clamoribus maximis, cùm accusator, tanquam censor bonus, homines nequissimos reiceret. reus tanquam clemens lanista. frugalissimum quemque secernit. loquitur de Clodio accusato. Vt autem Censorum est, homines nequam & improbos è Senatu eiicere: ita lanistarum, id est, eorum qui gladiatoribus domini sunt, & magistri, gladiatorum familias in ludo exercere & locare.

Vtrunque. 12

Ἀμφότερον, κἀσθλὸν τὸ βοῶν ἠδ' ἀμύμονα ἔργα.
Vtrumque est, laudisque boum meritique agrorum.

De re ad diuersum accommodabili. Callim. Ioquens de viriga decempeda (ἄκαινα est Græcis) pastoribus vice pedis vsitat issima. Vide num huc referre commodò queas adagium, Gladius delphicus. & illud Virgil. 2. Æneid. ad vtrunque paratus. de Sinone loquens.

Qui nocere potest. & idem prodesse. 13

In hominem & bonis & malis artibus instructum, qui & iuuare potest, si velit, & lædere, quadrabit illud Hom. vsurpatum à Luciano.

φάρμακα πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δ' λυγρά.
Pharmaca multa, salubria multa & noxia.

Thucyd. εἰ πολέμιός γε ὢν, οἵᾳδε ἐβουλόμην, ἂν αὖ φίλος ὢν μάλιστ' ἀφελοίμην, quòd si cum hostis essem, vehementer nocui, etiam, si sim amicus, magnopere queam prodesse.

Tenuiter. 14

De rebus nihili, minutisque anxiè nimis disputantes, dicemus λεπτολογεῖν, λεπτομερῶς λέγειν, tenuiter dicere & loqui, σμιλίζειν, de meris nugis anxios torqueri ipsam actionem appellabimus μικρολογίαν, & λεπτότητας λόγων. Aristoph. Aristot. Contrarium est, παχυμερῶς, παχέως, καὶ τούτῳ λέγειν, differere crassè, & vt ita dicam, exemplariter, pro, non accuratè & exactè, sed quali quali ratione, modò ea facilis sit & commoda.

Vnione signare. 15

Pro, inter felicia & prospera numerare. Pers. Olim Scythæ vnumquemque anni diem, missis totidem in phareetram calculis, signabant quem arbitrabantur prosperum abiisse, candido calculo: quem egregiè felicem, vnione: contrà quem inauspicatum, nigro lapillo notabant. Hinc etiam quæ præcipua sunt, ea meliores notæ, seu de meliore nota esse dicimus. Cic. Horat. Neque illud prætercundum, quod supra Chiliad. 1. Cent. 5. Prou. 13. explicatur, calculum addere, ab Aristide dici, ὀπτηφίζειν.

Rectam instare viam. 16

Pro, rem ipsam deprehendere. Plaut. Rectam viam instas, ea res est. Idem, nunc ego poi demum in rectam redij semitam.

Φωχαλέζειν. 17

Pauper diuitiarum ostentator, ab ἀλαζονεύεσθαι, gloriari. Athen. Quid si hoc intelligatur de paupere insolescente, qui bi rerum meliorem successum nactus, vt huc referamus Iuuenalis illud: Alperius nihil est humili cum surgit in altum?

Altius Oromedonte. 17

Ὡς μοι ἢ τύχοιμι μεγ' ἀνίσχοντος, ὅς τις ἐρυτὸ
Ἴσον ὀρθὸς καρφὶ πύργοις δόμεν Ὠρομεδοντος.
Sic mihi magnopere fauet fortuna, vt alium
Qui struit adnitens superare iugum Oromedontis.

De insolentibus, quique se præponunt iis, quibuscum ne comparandi quidem sunt. Oromedon mons altissimus in Cornutia. Theoc.

Πομπεύειν. 18

Pro, conuiciari. Vnde πομπεῖαι conuicia. Quòd in pompis Bacchanalibus qui diem è curribus conuicia in alios iacerent, & vicissim ab aliis impeterentur. Menander.

Ὀλόχειρ. 19

Mariscus est, tunci genus tertium, pinguitudine, magnitudine, & asperitate, & callositate cæteris præstãs. Vnde dicitur proueribialiter de duro & procaci sermone, quo velut os alicui percellimus Archyn.

Artemon periphoretus. 20

Ἀρτέμων περιφορητός, In mollem, vel meticulosum. Periphoretus enim appellatus fuit Artemon, quòd ob mollitiem lectica semper circumferretur. Plutarch. Anacr. Arist.

Noctes æquare diem. 21

De studij assiduitate. Liu. Alij in castris, siue stationibus, per somnum vinumque, diem noctibus æquabant. Huic simile illud, Noctesque, diesque. sup. Chil. 1. Cent. 4. Prou. 24.

Voti compos. 22

Vbi quis assecutus est, quod affectabãt, & captabat, quadrabit illud Hom.

Καὶ βάλεν, ἐξ ἄφαμα ἄλτο λύσσης ἵκετο χειρός.
Attigit, exque ea tam nentrista manu agilis est.

Simile Ouidianum hoc,

Decidit in cassos præda petita meos.

Mortalis Deus. 23

Hominem omnibus numeris consummatum mortalem Deum vocatum fuisse, & Græcè θεὸν ἄνδρα, θεοῦ ἴσιον, θεοειδέα ἐσθλὸν, ἠ ζάλεον, diuinum virum, Deo similem, diuina specie, Deo parem, & secundum diuinum scribunt, Quint. Aristot. Hom. Contrà, infelicem vocat Cic. ex altris lapsum.

Rex sum. 24

Insignem felicitatem ominabatur sibi Leno apud Plaut. de homine bene nummato, Rex sum, si illum hodie ad me illexero. Eodem spectant illa εἶσιν τῶν καλῶν πάντες ἰχνεῖς, bonorum Ilias. Eustath. ἀγαθῶν ἁμαξιά, plaustra bonorum. Athen. τὸ τῶν ἡδέων σωμάτων voluptatum examen, Plutarch. Cumulus meritorum Cic. pro turba, numeroque immenso.

Locupletum reditus. 25

In locupletes, quibus alius ex alio succedit reditus, illud Homer. conueniet,

Οἵδε δ' ἔασι θάμινα· ἀλλὰ μάλ' αἰεὶ
Ζεφύριος τίνασα πάμφυλα, ἄλλα δ' ὀπάσσει.
Ὀχνῶν δ' ὕλη γηράσκει, μάλιον δ' ὅτε μυλεῖ.
Λυτὰ δὲ τὰ σαφυλὰ σαφυλοῖ, σῖτος δ' ὅτε σίκυα.
– nec singulos effus renouatur in annos,
Sed lætus perpetuo Zephyrus spiramine fœtus
Hos producit, & hos denutrit ab arbore matet,
Et pyra adulta pyris succedunt, malaque malis.
A fico ficus, atque uua senescit ab uua.

Faustus exitus. 26

Θαῤῥεῖ μοι ἐπὶ τῷδε τόδ' ἔσται· σὺ δὲ μὴ μέλε.
Fide, hoc consilium non cui sine mumere, nutrix

Quoties de rei, quàm instituimus, exitu bene speramus. Homerus.

Vni cùm duobus non est pugnandum. 27

Δικαίως γὰρ δίκαιον οὐκ ἔστιν δυοῖν ἐρίζειν.
Fas iura sum, non æquum enim est repidere vnam duobus.

Sophocl. Noli pugnare duobus. Catull. Habes suprà, Ne Hercules quidem contra duos.

Sine sanguine. 28

Facilem voti expletionẽ significant & illa, ἀνδρωτὶ, citra sudorem, ἀιμάτι, absque cruore. Dormienti Dij confecerunt. Terent. Duci nihil agenti de cælo in sinum deuolauit victoria. Ouid. ὦ πόλις, ὡς ἂν τυχὸν εἰ μᾶλλον ἢ πολλῶν φρονοῦσ' O ciuitas, vt tu quidem es felix magis, quàm prouida! Athen.

Omni voce. 29

Πάσῃ φωνῇ ἰσχύι. Quod summa contentione asseritur, dicitur omni seu tota voce prædicari. Alij vocem intendunt: & interdum mutant preces in minas, blanditias in iurgia. Plato. Significant extremum conatum & illa, Cominus & eminus niti.

Καί πω ὑπὲρ ὑμῶν μᾶλλον καρτερὸς ἔπλετο.
Deus vobis cura fuit o viresq; vigorque. Hom.

Τὸν δὲ πλείστου ἄξιον στέφανον, χαίρειν πάντα ἡγεμὼν ἀξιοῖ. *Quis tandem, desiderabilem coronam æstimatus est manibus, pedibúsque & curribus?* Pindarus.

Concinere. 30

Τὸ ξυναυλίαν, κλαίειν est iisdem de rebus similiter queri. Ξυναυλία enim est cùm plures tibiis eandem cãtionem canunt: aut cùm citharœdo accinunt: Aristoph. sic δωριστὶ ᾄδειν, dorica harmonia canere, est moribus ab oratione non dissentire, aut alioqui concorditer agere. Plato Dorica musica inter Phrygiam & Lydiam temperata erat.

Opus est zephyri, & hirundine multa. 31

Δεῖ δ' ἔστιν ἡ χελιδὼν πολλῆς χειμῶνος. Multa videtur opus habere hirundine. Quæ videmur, bimus aliquem à præpropera festinatione, aut negabimus vnico die eruditionem, artem, virtutem & gloriam comparari posse. Horat Ansio. Sumptum ab hirundine natura, quæ veris nuncia est, hyeme auolat. Simile illud Sophoclis,

Ῥᾴδιος γὰρ ἐν τάδ' ἔστιν αὐδήσειν ἔτος.
Nàmque vnus, qua sit veri haud ell ciuitas.

Vanæ coniecturæ. 32

Ὀρνίθων δ' ἡ πολυπότνια αἰσαὶ νυν ἰόντα
Φαίνεσ', ἅδε τι πάντες ἀείσομεν.
At permulta enim versatus in aere turba,
Quarum non quanas portendere idonea fatum. Hom.

In eos, qui de euentu negotij solent augurari, & sic de exitu pronunciant ac si perfectam haberent futuri cognitionem, qui fit vt lapissime mendaces deprehendantur. Τὸ γὰρ μάλιστα προγνῶναι οὐκ ἀκριβείας φωνὴν ἔχει, ait Isocr. & Pind. Olymp. 12. τὸ μαλίστα γὰρ τοῦ πάντα φράσαι.

Animo conscio nihil miserius. 33

Nihil miserius, quàm animus hominis conscius. Plaut. Secura mens iuge conuiuium. Sap. Fel. 1.

Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa. Horat.
Vide sup. *Conscientia mille tenet.*

Ἐκφυλλοφορῆσαι. 34

Quibus ius ferendi suffragia adimebatur & ex albo iudicum submouebantur ἐκφυλλοφορεῖν dicebantur, vt milites exauctorati, quibus ius pugnandi adimebatur. Olim non calculis, sed foliis ferebantur suffragia de exauctoratione, quasi dicas à foliis ferendis excludi. Suid.

Circumpedes. 35

Qui proximè adiunt, cingunteque aliquem ad obsequia parata, vt sunt familiaritate perpetua nobis iuncti. Sic à manibus, à pedibus vocamus eos, qui nobis domestici inseruiunt. Cicero.

Fungus putidus. 36

De inutili & delitio. Plautus. Terræ odium ambulat. iam nihil est mihi tam tetrum, quam est fungus putidus. Vbi terræ odium dicit, vt Horat. tellutis inutile pondus.

Nummus plumbeus. 37

Vilitatem & contemptum designabat olim. Plaut. Cui si capitis res fiet, nummum nunquam credam plumbeum. Sic Cic. Varinium contemptim semissem hominem vocat. Et tressis seu triobolaris agaso, abiectus quidam alibi audit. Quin & Iustin. extremam studiosorum classem dupondios agnominat.

Nihil est, aut nihil curæ est. 38

Οἱ μὲν πολλοί εἰσιν, οἷς ὁ νοῦς μέλει. Alij quidem prope nihil sunt, alius autem nihil curæ est. Cic. è Comico Rhintone. Qui me inquit, recta sentientem adiuuare, & in optimatum via pergentem, forsitan sequi vellent, infirmi ab auctoritate non possunt: qui possent negligunt. Idem conueniet hodie multis studia, aut rem omnem promouere conantibus, inter quos permulti quidem parum aut nihil quid præstare, nolunt tamen: alij volunt sed non possunt: iis quidem voluntas, illis facultas deest, & validissimum rerum gerendarum telum, authoritas.

Qui per se sufficit. 39

Εἰσί μοι ὀφθαλμοί τε χἠ κεφαλή, χἠ πόδε ἄνω,
Καὶ νόος ὡς ἐνέπει πεπνυμένος· ἦδε ἀκοῦσαι.
Sunt oculi mihi, sunt aures, cerebrúmq; pedes sunt,
Insita pectoribus mens est, nec fluxa nec exors,

Quoties negabimus nos aliena opera egere, sed satis idoneos esse ad rem, quam volumus, peragendam.

In absurdè locutum. 40

Πρὸς τοὺς τῶν φράσεως ἐλέγχους, Dentis claustra tui quæ vox elapsa reliquit. In eum, cui aliquid imprudenter, aut absurdè excidit. Hom. Gellius.

Ὀβελίζειν. 41

Aristarchus Homeri opus in libros digerens, subditicios versus ὀβελίσκοις minutis verub. prænotatis damnabat, insignes & genuinos ἀστερίσκοις illustrabat. Hinc Aristarchus, pro censore, & emendatore etiam vsurpatur. Cic. ad Atticum, cuius cerulas miniatulas (ita ille notabat, quæ in scriptis Tullij approbabat minus) ait ibidem se extimescere, id est, censuram, & iudicium. hinc etiam ὀβελίζειν damnare est. De spongia dicemus infrà. Lima addebatur, cùm detrahebantur & expoliebantur inculta, vnde climare. Cælo etiam deformabatur ac fingebatur quod rudius erat.

Niger. 42

Vt alba pro felicibus, ita atra & nigra pro malis & infamibus ponebant. Cic. Nec minus niger, nec minus confidens, quàm ille Terentianus Phormio. Item Horat. Sermon. 1.

-commissa tacere
Qui nequit hic niger est, hunc in Romane, cauenta.

Vide sup. Albus, an ater sit.

Abiiciendum procul. 43

Εἰς μεγάλα πέλαγα ῥίπτειν, in immensum mare proijcere. Theog. De re noxia, quam fugere oportet, & procul reijcere. Sic Hom.

Εἰς ὄρεα, ἢ εἰς κῦμα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης.
In montes, aut in fluctuosi in æquoris vndas.

Resciscentis culpam. 44

Ἀλλά μοι αἶσαν ὀπάσσατο καὶ μόρον αἰνὸν Νήπεντες θεοί.
Mi mala fata Deum nocuerunt, vtique Lyæi.

Homerus lege sup. Chil. 3. Cent. 10. prou 15 quò pertinet apologus de gibboso quodam, qui cùm stans ipsius vmbram in sole conspicaretur, gibbum suum in solem reiecit.

Μυκτηρίζειν. 45

Plinius docet à suæ ætatis hominibus nasum subdolæ irrisioni fuisse dicatum. Vnde dicti irrisores, nasuti ipsa ara, nasus, & nasus Rhinocerotis vocabatur: & irridere, naribus vncis indulgere, μυκτηρίζειν, & ἀπομυκτηρίζειν. Pers. Mart. Cic. Habes prouerb. sup. Nato suspendere.

Speras hinc aliquam auram afflare. 46

Pro, ostendit spem. Nautæ cùm hærent, mari nimiũ mitescente, è nubecula aut mari procul crispante diuinant fore ventum. Cicero.

Non sus quinis hoc sciet. 47

Οὐ πάντα εἰ τὸν ἔσπερ. De re scitu digna. Plat. Natum à mysterijs Deorum, quæ non nisi ab iniatis, & puris cognosci fas erat. Suem pro impuro, indocto & stupido vsurpari notum est.

Nauiges in Massiliam. 48

Πλεῖσται εἰς μαλακίαν. In molles & moribus vsuque parum virili. Vbi hæc Massilia fuerit, delicijs effœminata, non addit Suidas. Nam Gallica adeo disciplinæ seueritate extulit, vt Plaut. mores Massilienses duxerit, pro rigidis & seueris.

Mali viri inutilia munera. 49

Κακοῦ δὲ ἀνδρὸς δῶρ' ὄνησιν οὐκ ἔχει. Eurip. Generalius est illo superiori ἐχθρῶν δῶρα ἄδωρα. cuius fontem referunt quidam ad Herculis & Aiacis commutationem, de qua Epigr. quoddam.

Ἔκτορ αἰνότατε ξιφέων ὄνειαρ, ἔχθιστε δ' ἄμμε
Ζηνὶ, καὶ φρεσὶν ἐχέφρονι καὶ θεοῖς ὁμοίῃ.
Aiaci datus ensis ab Hectore, barbara Aiace
Hectori vtrique fuum donum erat ex ilio. Erasmus.
Καῦσε γὰρ Αἰακέα σὺν Ἕκτορα, κοῦφα.
Traxere Aemonis singula nexa rotis. Alciatus in Emblematis.

Elegantes erunt hæ deflectiones. τελείων δῶρα ἄδωρα. πάντων δῶρα ἄδωρα. & denique πάντων δωρα ἄδωρα. Nam & parasiti, & pauperes, & denique posteà cùm donant, petunt.

Laudares faciem liuor quoque. 50

Prouerbialis hyperbole apud Ouid. ad cuius formam liceret & alias fingere. De deplorata simulia, ipsa, si cupiat Salus, seruare hanc domum nequeat. De loco munito, Ne Mars quidem expugnarit. De pertinaci, Huius animum ne Vertumnus quidem verterit. De libidinosa, Hanc ne Priapus ipse sarsarit. De re neutiquam probabili, Istud ne Pytho quidem persuaserit. De strepitu, ne Somnus quidem somnum ceperit. De suspicaci. Ite ne Fides quidem fidem habeat. De astuto. Hic vel Argum fallat. Hic est miserior, quàm vt ei inuidere possit Inuidentia.

Multorum alterum. 51

Οὗτος δὲ εἷς, ἀντὶ πολλῶν εἰσὶ θεός, Nam hic quidem pro vno, ille pro plurib. alius vltimãdus est. Hom. Plat. Translatio à iactu talorum, in quo μόνας, vnionis numerus infimus est.

Aurea barba dignus. 52

De iis, qui magnis præmijs digni sunt, dixit Pers. Præcipui sunto, sitque illis aurea barba. Quibusdam enim signis aurea barba solebat addi. lege superius prouerb. Aureus in Olympia statu. Sic hominem certa fide, qui etsi possit, nolit fallere, Græci hoc eloquio commendant: ὁ δ' ἀνὴρ ἀνώμοτος πιστὸς ἄξιος, huc vir dignus cui credas etiam iniurato.

Sapit demersos vngues. 53

De opere summa diligentia elaborato. Persius de carmine indocto, Sat. 1.

Nec plateam cadit, nec demersos sapit vngues.

Ea quæ auctorem coegere sæpius caput scabere, & vngues mordere, pluteum caedere, & deterere dum sæpius voluuntur, & iterato in manus sumuntur, solent. Ita quod accuratum est, Græci ἀνύχων vocant, & ἐξονυχίζειν, ad vnguem explorare. Athen. Plut. denique, in memoriam reuocare & subducere dicunt, ἀναπαμάζειν, ducta metaphora ab iis, qui per quinos digitos aliquid computant. Lege prouerb. Ad vnguem.

Recoquere. 54

Pro, emendare & refingere, seu reformare. tribuitur elegantissimè personis. Horat. Quinctil. Et Cicero Asiam simulata causa valetudinis adiit, vbi se, vt ipse ait, recoquendum præceptoribus dicendi dedit. Volaterr.

Pedem nunquam. 55

Cic. A Chrysippo pedem nunquam. Alibi: Mihi certissimam est, ab honestissimo digitum nunquam, subaudi discedere. Plaut. Si tu ex hoc loco digitum transuersum, aut latum vnguem excesseris. Hieron. Ne puncto quidem ab illius sententijs recedamus. Cic. Quibus concessis, digitum progredi non possunt.

Simia in pelle leonis. 56

Υπὸ τῇ λεοντῇ μαλῶν ἴσχε πίθηκον ἀεὶ βλάπτειν, sub leonis exuuio ridiculam quandam simiam tectam habere. In ardelionem merum, qui se magnis titulis aut nominibus anteà ostentauit. Lucian.

Alabastrus vnguenti putet illi. 57

In insulsos, quibus optima pro pessimis displicent. Cic. Plut. Tractum à Scarabeis, qui dicuntur vnguentum fugere, graueolentia sectari.

Diuitiæ non semper optimis. 58

Ζεὺς αἰεὶ τὰμὲν ἔδωκεν ἑκάστῳ ἀνθρώπων
Λαοῖς οἷσι φανείην, ὅτεῳ ἐθέλῃσι νοῆσαι.
Iupiter emetitur opes mortalibus ipse
Sic visum vt fuerit, cuicunque bonóue malóue.

Quoties dicemus opes non cordatis semper, sed prò fortunæ arbitrio, nunc illi, nunc isti obtingere. Hom. Idem fermè à Theognide dictum est.

Ζεὺς τὴν τε πλοῦτον διδοῖσιν ἄλλοτε ἄλλοις.
Ἀλλοτε μὲν πλουτῶν, ἄφρων δ' ἐδὲν ἴσχει.

Itemque illud:

Πολλοὶ πλοῦτον ἔχουσιν ἀλιτρον, οἱ δὲ τὰ χρηστὰ
Χρήματα χαλεπῶ τυφλίζουσι πόνῳ.

Explicatum est hoc prouerb. suprà sub finem Cent. 10. Chiliad. 3.

Φιλοφρονεῖσθαι. 59

Vultu præ se hilaritatem & beneuolentiam ferre, cùm aliud geras in pectore. Cic.

Spem vultu simulat premit alto corde dolorem. Ver. Æn. 1.

Arabum Gazæ. 60

Diuitiarum amplificationem habent & illa. Arabum Gazæ. Horat. Tantalicæ opes. πλοῦτος ταντάλειος: quòd Tantalus apud Comicos fingatur, ἀνὴρ δ' ἀγρὸν ἔσχε δεκάπλεθρον ἐπὶ ὁδῷ, Iugera dicunt duodecim fere vsque viam. Athen. Sic Persici apparatus, pro exquisitissimis.

Diuisera. 61

Μισθοὶ τῶν οἰκαρίων. Ludicra, quę pueris dantur, quod domi maneant. tralatè, pro donis exilibus, quibus tamen alios ingescemus, eorumque beneuolentiam parare nos arbitramur. Eust.

Testudo extra tegumenta. 62

Χελώνη, περιττὸν τὸ κεφαλὴν ἐκτείνειν, καὶ δυσβούλιον. Testudo, si caput longius efferat, non sine periculo est. Quoties dehortabimur aliquem ne domo abeat: aut ne se alienis immisceat. Plut. Liuius.

Rodere casses. 63

Pro, effugij occasionem quærere, etiam cùm argumentis impliciti tenemur aut alia ratione capti sumus. Repete prouerb. sup. Chil. 3. Cent. 5 quod est ordine 38 ἀκκιτίσαι.

Chorus illius maior, meus concinentior. 64

Ἐκεῖνος μὲ χορὸς μείζων, ἐμὸς δ' ὁμοφωνότερος. Ita Zenon præferens auditorium suum, auditorio Theophrasti. Vtemur, cùm dicemus nos malle existimationem parare apud doctos, bonos quàm apud multos. Vt Cic. 2. Tusc. dixit Philosophiam paucis iudicibus esse contentam.

Ius in manu. 65

Τὸ δίκαιον ἐν τῇ χειρὶ τιθέναι, ius in manu reponere, dicuntur qui æqui sunt tyrannis, ἢ τὸν μάχαιραν ἐχυτέραν ἔχειν aut qui arma legibus præferunt: aut denique qui potentioribus in iudiciis fauent, neglecto iure. Lucian. Idem dicuntur ἀδικεῖν τινα πρὸ ὁδοῦ. secuto diuidere ferro, Plutarc.

Longè victisti. 66

Σὺ δ' ἐκείνου πόρρω ἔβαλες

Οὔτις φαιδίμου ἔστ' ἀνδρὸς ἐπ' ἠπείρου τόσον.

At tu fide animo, quando hoc certamine nullus

Phæacum te non æquabit, nec superabit.

Quoties dicemus quempiam alios egregiè præcellere omni in re. Hom.

Diris agere. 67

Pro, tristia omnia imprecari, Horat. Idem πρασσειν ἀράς, vt sup. Oedipi imprecatio. eas sibi Diogenes dicebat occurrisse quod esset sine domo, sine ciuitate, patria, pauper, palans, vitam in diem agens. Laert. lege etiam sup. Deuotionis templum.

Res palæstra & oleo. 68

De rebus ad meram ostentationem, & lusum comparatis. In palæstra non erant annati, sed vncti, vnde difficiliores prehensiones. Vnde & vires horridas sine nitore & palæstra, vocat stilum inaccuratum Cic. & vnctam consuetudinem loquendi, nitidam vocat idem: itemque orationi afferre palæstram, & extrema lineamenta orationi afferre, pro, venustatem addere, quanquam in postremo sit alia metaphora, nimirum à pictoribus.

Astydamæ in morem. 69

Σαυτὸν ἐπαινεῖς ὥσπερ Ἀστυδάμας γυνή. Laudas teipsam, mulier Astydamæ in modum. fuit enim Astydamas histrio, cui statua in Theatro ponenda decreta fuerat, quòd in agendo Parthenæum tese nauiter & scitè gessisset. Titulum ergo sibi fecit inque concionem, quò ab omnibus approbaretur, attulit huiusmodi,

Εἰκὼ ἑστᾶσι τὸν ἐμὸν ἠμφιμάχου, θυμέων ἀμφ' ἱππεῦ,

Οἱ Ἕλλανες πρώτιστα σοφῆς ἐπὶ δουρὶ φέρεσθαι.

Ὡς ὁππότ' ἀλλοδαπὸς ἀνὴρ ἐδάη ἐν δαΐ φῶτα κραιπνὸν ἐόντα.

Νῦν ὁ χρόνῳ πυκινὸν κεφαλὴν ἐς φῶτ' ἐσιδόντες.

Vixissent vtinam mecum illi, aut inter ego illos,

Quos penes est lingua suauiloquentis honos:

Præmia prima equidem citra certamen haberem.

Nunc adimunt, in quos nil habet inuidia.

At verò suffragijs populi decretum, ne molestus ille titulus inscriberetur. Ea res primùm comœdijs iocis agitata, pòst in proclebium abiit. Imò & hodie, malignos esse vitiosos dicimus, qui ipse laudator sui sit sui. Suid. Zenod. Iulian.

Rursum prorsum. 70

Illi, quod est sup. in prouerbio, Sursum ac deorsum, simile est hoc Terent. rursum, prorsum cursari, i. retro ante, pro, tentare omnia, omnia commiscere, & perrimari. Annotauit Donat. & addidit illa intro foras, hac illac, ἄνω κάτω, sursum deorsum, ἔσω ἐξ ἔσω, κάτω ἐξ ἄνω, introrsum, retrorsum. Quo longius recesserint à rebus corporeis, hoc plus habebunt venustatis. Sic dixit Iulian. τὴν φύσιν ἅπασι μὲν κατὰ πρόσωπον, naturam sursum ac deorsum celebrare. Et nos dicere eleganter possimus eum, qui variis modis rem apud se expendit, ἄνω ἐξ κάτω λελογισμένον.

Rex, aut asinus. 71

Βασιλεὺς ἢ ὄνος, Rex aut asinus, id est aut victor, aut victus, sup. Chil. ad 3. Centu. 5. prou. 41. quo etiam vtemur appositè quoties suadebimus iactaleam, quæ vel summos reddat, vel infimos. Plut. Tractum à ludentibus olim pila. Nam aduersus parietem missæ sphæræ subsultus numerabantur: qui superabat, rex erat, & imperabat: victus asinus dicebatur, & quicquid imperatum erat, faciebat. Eust. Pollux.

Tractant fabrilia fabri. 72

Natura monemur, vt ea, quorum gnari sumus, quibusque assueuimus, ea faciamus. Horatius, epist. 1.

-quod medicorum est

Promittunt medici, tractant fabrilia fabri.

Idem alibi:

Quam scit quisque libens ea rursùs exercet artem.

Lege sup. prou. In dolio figularem artem discere. Chil. 1. Cent. 6. adag. 15.

Magis quàm sol Heracliti, extingui. 73

Μᾶλλον τὸ ἡράκλειτον ἥλιον ἀποσβῆναι, De his, qui deficiunt in re aliqua incipienda, hinc vita spe reparationis. Plut. Horat. Dicebat Heraclitus Solem scaphæ instar habere, eiusque lumen deficere, quoties cauum ad superiora vertitur, sed rursum fieri lucidum, quoties inuertitur.

Venum, equus potta. 74

Οἶνος καὶ χρυσοῦς πῶλος μιχθεὶς ἵππος ἀπόλωλε.

Sæpè magnum equus lepido sinus vina potta.

Athen. Ingenia, si premantur molestus, sterilescunt, & tenebricosa fiunt: sin libera sint curis, nihil non diuinius, lepidius, & admirandum magis. Adagium ad alium traduci vsum potest, vt habes sup. in Chil. 2. Cent. 6. prou. 2.

Incantatione, quam sit efficacius. 75

Πολὺ ἐπῳδῆς ἐνεργέστερον. De re admirandæ & penè prodigiosæ efficaciæ, vt de eloquentia hominis docti: pudore: vertute. Plut. Priscos tribuisse vires inexplicabiles, & naturæ cursum excedentes vocibus incantatorum, notum est.

Λύκου. 76

De summa cuiuslibet actionis celeritate, quomodo illud Latinè, cum dicto, vel dicto citius. Translatum, vel à clamore militari, qui hostem sæpe confundit, priusquam veniatur ad manus, vel ab aranibus, qui pollicentes se eodem die aliquid absoluturos dicebant λύκου, id est, priusquam disiungam boues. Thucyd.

Prior occupauit. 77

Μή τις τῶνδε ἄρωγ', ἀλλ' ἐγὼ ἐς δίστους ἔβην. Dictum de Achille, qui reliquis vetuerat Achiuis ne iaculum quis mitteret in Hectorem, quo gloriam totam sibi seruaret. Vtemur, cùm quis lucrum præripuit alteri sola celeritate. Hom.

Magnus bonusque. 78

Μή τι μέγας τε. Cùm significamus testes, iudices, aut conuictores non reiiciendos. Hom.

Τιμᾶν τὸ ἄριστον κρίνειν. 79

Mente optima iudicare. De iis propriè qui in iudicando τὸ ἐπιεικὲς, æqui & boni rationem habent, nè iuris summi. Transferri potest ad cordatos, & qui prudentiam ac humanitatem cum seueritate coniunxerunt. Aristot. Ethic. Nicomach. 5.

Semper aliquem virum magnum. 80

Quoties aliquis, vel res aliqua, aut existimationi vulgi, aut nostræ expectationi non respondet. Cic. Sumptum ab Homero, vbi Cyclops ait prædictam sibi fuisse oculi amissionem, sed expectasse quendam Vlyssem, qui procero corpore esset, & ore admodum spectabilis, cùm tamen hoc malum sibi à paruo & imbecillo allatum sit.

Ἀλλ' ἀνὴρ τις φῶς μέγας καὶ καλὸς ἐπίσκοπος

Ἐνθάδε γίνοιτ', μεγαλωστὶ ἐπιειμένος ἀλκήν.

Νῦν δέ μ' ὀλίγος τε, καὶ ἀτίμητος, καὶ ἄκικυς

Ὀφθαλμοῦ πάλαι ἐστὶν, ὅτι μ' ἑτάρμησεν οἶνος.

Ab Hymetto, ab area Syra. 81

Crassum & rusticanam, qualem à plebe discimus philosophiam, Cic appellat ab area Syra. vt per tam ex Zenone & Platone, philosophiam ab Hymetto. Syri enim barbarae nobiles erant, vt Attici (hos per montem Atticae, mediis ibidem nati bonitate clarum, accipit) lepore dictorum.

Ἢ καὶ ἀδύτοι καὶ. 82

Ita Lacæna filium armat s clypeo, eundem cohortabatur aut referendum clypeum, aut in eo moriendum. Vtemur & nos cùm aliquem ad honestum, arduum tamen negotium instigabimus, & veluti naciendam aleam esse ostendemus.

Naxia cos. 83

Νάξια πέτρας ἐν ὄμφαξ χαλκοδάμα, κάκτον, Naxia cos, maximè inter laxa omnia, ferri domitrix. De viro egregiè forti: aut indefatigato in perpetiendis studiorum laboribus: aut denique de eo quod sincerum est, & inter alia adultera & fucata facilè se prodit. Pind. Marmor è Naxo insula olim summo erat in precio.

Circulus res mortalium. 84

Κύκλος, πάντα τὰ θνητά, subaudi sunt. quòd circumagantur, & velut in orbem recurrant, vicissitudinibus certis. Pind. Sic & victoriam Homerus facit ὑπαλλάξαι, alternatim nunc his, nunc illis contingentem.

Non sine Diis. 85

Οὐ θεῶν ἄτερ, Diuinitus, Cum Deo fieri dicuntur, quæ feliciter succedunt: aut quæ præter spem vltrò obtingunt. Pind. Verg. Cic. Hor. & sic καὶ θεὸς μόνος, de carmine elegante. contrà, quod fit Musis & Apolline nullo.

In spem frustra natum. 86

Νήπιος, ἀλλ' ἄλλα μὲν ἐν φρεσὶ ἔργα ζαθέοις μάλλον ἔπρεπε.

Insipiens, nam inter hos diuersa parabat. Ignaro.

Homer. de re cuiquam secus euenienti, atque expectata. Huc refer, Multa cadunt inter calicem, &c.

Bona spes ostensa. 87

Ὡς ἄρα οἱ γ' ἐπὶ δεξιὰ τέτμετο θέσπις ὄρνις.

Sic fato felix à dextris adulat aues. Hom.

Aquilæ volatum quamplurimis prospero auspicio victoriam & fœlicitatem portendisse docent historiæ: quod vt planius habeas, consule Pierium lib. Hieroglyphicon 19.

In Deorum genibus positum. 87

Cum in manu nostra non est præstare rei exitum: sed superis, & fortunæ permittimus, vtemur illo Homer. ἐν γούνασι θεῶν ἐστὶ τάδε πάντα, in genibus sunt hæc sita Diuûm. Item illo Pind. νῦν δ' ἐμοὶ μὲν, ὦ Θεοῦ μοι τέλος, nunc spes quidem mihi, at in Deo situs exitus.

Omnia bonos viros decent. 88

Ἀστοῖς πᾶσι καλόν ἐσθλὸν εἶμεν πρέπει. Vel, quicquid vir bonus agit, decorum videtur: vel, formæ gratia commendat dicentem, canentem, & agentem denique quidquis. Vel, ab homine principe aut nobis caro egregiè quicquid proficiscitur, gratiam promeretur & laudem.

Saburratus. 89

Suffartus, & distentus cibis: vel, cui aures multiloquio alterius obtunduntur: vel qui philosophiæ præceptis instructus rerum tempestatibus non iactatur. propriè saburrantur naues, quæ arenis, aut argilla, ne iactentur fluctibus, onerantur. Plautus.

Aorta symphona. 90

Sine vino compotationes. De locis vbi otiosi desident garrientes quidquis, atque vbi loquacitate temulenti penè redduntur, vt tonstrinæ sunt, balnea, & hodie in ædibus magnatum proiecturæ vestibulorum. Plut. eadem loca ἀίσσω ab aliis appellabantur. Hesiod.

Lingua præconis. 91

Sup. Lingua seorsum hic datur, quo alludit est ad prouerbiale dictum, γλῶσσα κήρυκι. Olim in sacrificiis lingua excecta præconibus dari solebat, tanquam membrum profanum, & indignum, quod sacri fieri pars esset: præconibus, inquam, qui linguam habent venalem. Aristoph. Hom. Hinc Antipater, iniecta mentione de sene imbecillo, dixit ex immolata victima tantùm linguam, & ventrem superesse. Plut.

Obtestatio veterum meritorum. 92

Quomodo Penelope deos sacrificiorum & nidoris admonuet, ita cum amicum nos, vtentes illo Hom.

Ἢ βίου καὶ ἐμεῖο καὶ οὓς ἐμὸς ἔκτανε παῖς.

Νῦν μοι μνῆσαι.

Si aut vitæ aut meis incendit tibi pinguia membra,
Horum nunc memor esto.

Benefactorum memoria. 93

Vbi alicui boni aliquid contingit, propter veterum benefactorum memoriam, locus erit illi Homerico:

Ὡς κεκασμένον ἄμφασθαι μάλ' ἀμείνων.

Benignè facere & in officio esse multo præstat, magisque lucro est, atque secus.

Merces constituatur amico. 94

Μισθὸς δ' ἀνδρὶ φίλῳ παρὰ φίλου ἄρτυς ἔστω.

Æqua viro merces fac præstituatur amico.

Pitthæi præceptum fuit celebratissimum, quo iubebat inter amicos ex æquo & vero debere omnia agi. Plutarch.

Commune tanquam Sisapo. 95

De re multis communi, nulli certo propria. Cic Minium apud Romanos magno erat in pretio, vsu & religione eius cum multæ venæ essent Sisapone in Hispania Bætica, quæ à compluribus societate mercium, & adulterandi mimij consuetudine inter se iunctis tenebantur, prouerbio locum Sisapo dedit. Plin.

Calceos mutare. 96

Dicuntur ij, qui nullo suo merito in ordinem & locum altiorem se ingerunt. Cic. Senatoriæ dignitatis insigne erat nigro calceo addita lunula circa talum. Vide sup. Calceos mutare. Chiliad. 4. Centur. 8. prouerb. 13.

Cura hospitum habenda. 97

Αἰδεῖσθαι μὲν τ' ἔπος ἦεν ἀπειρέσιον θεοῖσιν
Ἀνδρῶν ἐς ἔστιν ἀλείτης.

Nam dius reuerendus & immortalibus ille est,
Qualunque appulerit mutis erroribus aduc. Hom.

More galli domi pugnacis. 98

Ἐνδιμαχεῖ ἄτ' ἀλέκτωρ. Cùm aliquis domi suæ & in suo regno (vt Cic. ait) audaciam præ se ferat extra illud timidus futurus. simile est ei quod est, sup. Gallus in suo sterquilinio multum potest.

Prorsus ignotus. 99

Eum, quem planè ignotum videri volumus: aut qui in disciplinam, aut artem, quam ignorat, sese ingerit, licebit torquere ironicè illum Hom.

Τίς, πόθεν εἰς ἀνδρῶν, πόθι τοι πόλις, ἠδὲ τοκῆες;

Dic, quis, & vnde venis, tibi vbi patria, atque parentes?

Nec Deus, nec homo. 100

Οὔτε θεοῖς ἀπὸ πᾶσι βροτοῖς. Diis hominibusque inuitis, pro nemine & omnibus. Pind. Horat. Vide num huc referre commodè liceat Aristotelis illud in Ethicis, vbi hominem in solitudine degentem ait esse vel deum, vel dæmona.

Vento viuere. 101

Pro, viuere nullo impendio. Tractum à Siluro pisce, qui aura, vt aiunt, saginatur, & Chamæleonte. Iustin. Idem sapit diuerbium gallicum, *viure du vent.*

Obolum reperit Parnaxes. 102

Ὀβολὸν ἄρει παρόντα. De iis, qui nouum aliquod excogitant præmium, quo illectent. Natum à Callistrato Athenienfium principe, cui cognomento Parnaxe, qui instituit, vt in iudiciis, & concionibus nummuli quidam distribuerentur. Comici id statim in prouerbium traxerunt.

Personam mauult, quàm faciem. 103

In stultum simulatorem qui mauult videri, quàm esse. Eodem referuntur superiora illa, Plutes triobolos, paucos est cernere vates: &, Multi, qui boues flimulent, pauci aratores. &, Non omnes qui habent citharam, sunt citharœdi.

Dolium Danaidum. 104

Pro opera frustrata: à Danai filiabus, quæ ob necatos maritos finguntur apud inferos situlis perstillantibus aquam haurire, & in dolium pertusum infundere. Cat. Horat. Tib. Plat. Luc. Arist. Huc alluſit Plautus. In pertusum dolium infundimus, operam ludimus. Conuertitur & hoc ad varios vsus, vt ad prodigalitatem, libidinem, loquacitatem, & alia generis eiusdem.

Ollam exornas. 105

Χύτραν κοσμεῖλες. De re absurda, qualis est vasi vsibus

culinariis destinato picturæ lenocinium adhibere, & bracteis aureis inaurare iuglandium putamina.

Ocni funem torquet. 106

Συνάγλη ἦν τις τῶν δεύτερα. Ocnus homo apud Ionas industrius, operique intentus vxorem habuit sumptuosam & prodigam, quæ absumebat quicquid ille conraderet. sup. Contorquet piger funiculum.

In orbem circumsens. 107

Ἀπειρίας ἐν κύκλῳ φέρεσθαι. pro, neminem præterire. In consultando πάντα ἐν κύκλῳ commoda atque incommoda circunspicienda, id est, nullum omnino omittendum. Lucian. Sic, ambibant, qui singulos prensabant: & obeunt prouinciam, qui in administrando nusquam non adsunt.

Malum bono pensatum. 108

Cùm natura egregium bonum egregio vitio pensat, vel cùm quis beneficium suum aliquo vitiat maleficio, quadrabunt illa Hom.

Τὸν μὲν μοῦσ' ἐφίλησε, δίδου δ' ἀγαθόν τε κακόν τε.
Ὀφθαλμῶν δ' ἄμερσε, δίδου δ' ἡδεῖαν ἀοιδήν.
Hunc alios vltra dilexit Musa, dedit q́
Atque bon, atque mali quiddam: nam lumina ademit,
At dedit emittere suam pellora cantu.

Conus artoxyæ. 109

Κῶνος ἀρτοξύου. De similibus & inter se respondentibus. Conum pistorium instrumentum, non dissimile artoxyæ, id est, panario scalpro: vel in eos, qui vili munusculo alterius operam compensant. apparet enim ex consequentibus apud Suidam, conos fuisse munuscula puerorum, ætati eorum apta, vt armillæ sunt.

Cur cessatum est. 110

Τυδείδη, τί παθὸν τι λελάσμεθα χὠμεῖς ἀμύνειν;
Dic, quid nam acciderit nobis, vt Martia virtus
Tydide exierit animis?

Hom. Quoties communem culpam apud amicum agnoscemus, aut in re quapiam cessatum esse significabimus.

Conferre capita. 111

Pro, deliberare, seu consultare de re aliqua.

Fodere. 112

Incitationem seu admonitionem potius eleganter illa significant, fodere. & fodere latus: tralatione ab animantibus, quas stimulorum punctionibus ad cursum excitamus. Terent. μάστιγι δαπανᾶν. scutica cædere. Hom. sup. Prouerb. Mod. s omnibus incitat. Cubito stantem tangere. Pers. Ignatium dare, quòd Pyretes attritu digitos adurat, & ponderosissimus sit. propriè tamen locum habet cùm suggerimus, quod dolore quodam alium à peccando reuocet. Bellicum seu classicum canere. Cic.

Cothurnus. 113

Κοθόρνῳ, citra comparationem, etiam appellarunt inconstantem. Plutar. Lucian. quòd cothurni πανταχοῦ & ἀμφοτέρωθεν quadranguli & vtrilibet pedi conuenientes sint. vnde & cognomen, hinc datum est Theramen & Nicix: Sic Martem, nunc his, nunc illis fauentem διμαστοφόλαν vocat. Hom. & Vlyssem πολύτροπον, quòd quamuis personam aptè ageret in loco: quanquam hoc in bonam partem: quò etiam non malè cothurnum torqueas.

Altera manu scabit, altera ferit. 114

Ὥσπερ ἔστιν ὅτε τὸν αὐτὸν τῇ μὲν χειρὶ κνᾶσθαι τὴν κεφαλήν, τῇ δ' ἑτέρᾳ τὴν κεφαλήν, perinde quasi quis eiusdem viri altera manu scabat caput, altera malam feriat. Nazianz. sup. Prouerb. Altera scabit, altera ferit: &, Altera manu fert aquam, altera ignem: &, Altera manu fert lapidem, altera panem ostentat.

Fons Dodonæus. Circes virga. 115

In caussidicos & oratores, qui eadem nunc tuentur & laudant, nunc impugnant & vituperant. Plut. Plin. Fons quidam in Dodona cùm sit frigidissimus faces ardentes si quis immergat, exstingui, exstinctas si quis admoueat, accendit. Sic Circe eadem virga mentem fingitur adimere & reddere: pecudes facere & homines.

Ventorum stationes. 116

Ἀνέμων τάξεις γεώσιμοι εἰσὶ χῶραι, Ventorum stationes norunt indigenæ. De rebus multo vsu obseruatis: aut cùm innuemus cuique sua omnia, vt artem, patriam, domestica, amicos, esse notissima. Suid. Sunt pleraque regionibus sui quidam venti, quorum naturam incolæ optimè & norunt & reipsa tentiunt.

Κυναλώπηξ. 117

Qui caninam impudentiam cum vulpina astutia coniungit: vel, cuius in animo canis habitat & vulpes, quomodo de Sulla dixit Carbo. Aristoph. Plut.

Χηναλώπηξ. 118

Sic dictus est Theagenes, quòd garrulus esset, & stupidus more anserum, & versipellis more luporum: vel quòd vulpium instar anseribus aliisque auibus admodum delectaretur. Aristoph. Didymus.

Diuersarum partium. 119

Τυδείδεω δ' ἐν εἰ χεῖσιν πεπίεσμαι ἀεθλοις,
Ἠὲ μετὰ τρώεσσιν ἑμαὶ φρένες ἢ μετ' ἀχαιοὺς.
Porro Tydiden maximè cognoscere possis,
Troiane sine inter versetur, an inter Achiuos. Hom.

De Metio quodam, cum vtraque parte colludente, aduocato scilicet, duce, aut alioqui amico bilingui. Sup. prouerb. Vespertilio.

Suberinus. Subere lenior. 120

Φελλίνας, φελλῷ νευρήσας. In hominem lubrica fide. Subers lignum cauernosum in aqua non fidit, imò aliis ne fidant alligatur. Horat. Strab. Hinc φελλίσαι fluitare est, & radicib us carere.

Iam dictis annumerati possunt & hæc, Vtroque pede claudicare. Duobus dominis seruire. Neque calidum esse, neque frigidum. Hebræa omnia.

Vbi deprehensum est, quod erat occultum. 121

Ἢ τίς σοι τόδ' ἔειπε Διῶν, κύδιστε ἀνάκτων.
Suos vtiis Deus hoc aliquis deprodidit index,
Sine ipsi videre. Hom.

Laciadæ. 123

Λαχιάδαι. Conuicium in mœchos, populus quispiam est iste Atticæ Laciadarum, tribus Oeneidis, apud quos ingens raphanorum copia: his vtebantur in adulteros deprehensos ludibrij causa. Sui.

Hæc Helena. 123

Αὕτη ἐστίν, ἀφ' ἧς ἐμοιχαχῶν, Hæc Helena, pro qua digladiabantur. Lucianus agens de duobus peripateticis, lucri causa turpiter apud iudices contendentibus. Menelai & Paridis singulare certamen vide Iliad. 3.

Ars portus inopiæ. 124

Λιμοῦ ἀπορίας ἐστὶν αἰθέριον τέχνη, Vnicum confugium in egestate est ars. Simile, Sua cuique ars pro viatico est sup. Artem quæuis alit terra. Sapiunt, qui liberos etiam summa in re artibus instruunt, quæ eos porrò, si ita fors ferat, alere possint.

Ingratitudo vulgi. 125

Μήτις ἔτι σοφόν, ἀγαθὸν ἢ ἠπιόφρονα εἶναι
Σκηπτοῦχον βασιλῆα, μηδ' φρένα αἰσιμα εἰδέ·
Ἀλλ' αἰεὶ χαλεπὸς τ' εἶναι, ἢ αἴσυλα ῥέζοι.
Posthac ne placidum sit quisquam, neue benignum,
Nec mitis, iustiq́ tenax rex sceptriger vnquam:
Sed semper ferus esto, & semper iniqua patrato.

Vtemur, quoties nos beneficij immemorem collati quodammodo pœnitebit.

Quantum ex Bacchanalibus. 126

Ὅσον ἀπὸ Διονύσων, De rebus vehementer expectatis, Apud Atticos numerabant annos & numerum accedentem à Dionysiis, vt ex Olympiadibus: redibant autem singulis triennijs, vnde trieterica. Virg. Suid. Lycoph.

Ἰδμαίζειν. 127

De iis, qui parum commodè, parùmquè salubriter viuunt. quòd Isthmiorum ludorum tempus morbis esset obnoxium, ob ingentem populi concursum: Vel de opera inani, vt permulta sunt in superioribus apud Eraſm.

Παλάθεια. 128

De illecebris, aut re alioqui ad fallendum comparata. Propriè columba exoculata, quam aucupes in reti ponunt, quò subsultans cæteras allicias columbas. à παλάθειν. quod seducere est, seu in laqueum illicere Aristoph. Eôdem non malè referas illud sup. columba sedens.

Omnibus malis punicis ineſt granũ putre. 129

Innuebat hoc Crates vix quenquam reperiri, qui omni vitio careret, Laertius. Ouidius item: Nil prodest quod non lædere possit idem. circunferri & illud Meuandri nomine,

Ecce

130

... impri... ant hac ... ...
... contemnerent, fuce ... ...

Latina ... vocare ... dicti sunt: & ... ... gladiatoribus victitantes. is enim erat prisco ... ... bus. Appellationes eadem conueniunt in omnes ... ... quos, qui locas, quia ignorant, deprimunt, gloriaces de nob... state su... quas nobis videntur ... ... Lucia. Aristophan.

Vnedo. 131

De re, quæ initio quidem ... ouitate arridet, verùm repetita ... ... la ut fœtidas rerum honestarum. Tradit Plin. vnedonem pomum esse.

Non semper Saturnalia. 132

Simile illi ... ... Cretes, ... thistetia. Non semper Antimte. ... seu Hor... Sen. Saturnalia seruos etiam ... ...

Vinum animi speculum. 133

... ... Fœmina ære lucet, ... pectore. Athen. ... ...

omnibus vitæ conditionem (nadmitas enim non distinguit Crœsum ab Iro, regem à plebeio) referri potest ille Lucilij versus apud Nonium:

Ita vt quisque nostrûm è bulga est matris in lucem editus.

Bulga propriè folliculus omnis: vnde & crumena, & sacculus ad brachium pendens.

Esurienti leoni pradam exsculpere. 155

Simile illi superiori. Bolus ereptus è faucibus titem illi, Agnam lupo eripere. Lucilius.

Μιαιφόνος. 156

De homine quocunque modo sceleratо, præcipuè qui per vim rapit aliena, impiúsque est & sacrilegus: vnde & ἀνοσιούργημα sacrilegium committere. Inter varias adagij origines est & hæc, Temporibus Ætolici belli tanta frumentariæ rei penuria incidit Athenienſibus, vt pauperes fame coacti captiuorum farinam diriperent: inde vox ad alia traduci cœpit. Plutarchus, Aristoph. interp.

Salacones. 157

Quemadmodum Codrus & Irus ob inopiam in vulgi fabulam abierunt, ita & Salacon quidam ob tuntmam in extrema inopia arrogãtiam: adeoque Σαλάκων vocatur πτωχὸς ἀλαζών, pauper arrogans, & σαλακωνία ἡ ἐν πενίᾳ ἀλαζονία, in paupertate arrogantia: quin & σαλακωνίζειν, ac σαλακωνᾶσθαι fractum & effœminatum esse, διαθρυπτόμενον τῷ πλούτῳ. Suid. Hesyc. Theoph. At Aristot. exponit in genere σαλακωνίαν, ὑπὲρ τὴν μεγαλοπρέπειαν, cùm volumus circa ea quoque sumptuosi esse, quæ sumptu & magnificentia digna non sunt.

Quam Clinia ex Demetrio. 158

Plaut. Plura ex me audies hodie mala, quàm audiuit vnquam Clinia ex Demetrio. Videtur sumptum è comœdia quadam Turpilij, cui titulus Demetrius, vel alia, vbi pater prolixè & acerbè obiurgat filium. Talis enim inducitur Clinia in Heaut. Terentij, qui ob duritiem patris profugit in militiam. Fortasse & Terent. & Plaut. ab eodem Græco auctore sua sumpserunt.

Citeria. Citeria loquacior. 159

De homine impendio loquace, ἀλλ' ἢ ἀγορᾷ, ἀλλ' ἀγορᾷ κιθαιστῇ. M. Cato. Citeria apud Romanos erat effigies quædam arguta & crepera, quæ ridiculi causſa in pompa vehi solita est. Fest.

Nutricis pallium. 160

Si vnam peccauisses syllabam, fieret corium tam maculosum, quàm est nutricis pallium. Plaut. Nutrices, quoniam tractant infantes, sæpe vestes habent bua, saliua, mictu, sordaque contaminatas.

Velatis manibus orare. 161

Pro. supplicitèr orare. Plaut. sumptum ab antiquo more Oratorum, quò, qui pacem petituri venirent, ramum oliuæ prætendebant. Velatas autem dictum pro vittatis.

Alteris melioribus. 162

Πάλιν ἐπ' ἀμείνονα τὰ λοιπὰ δευτέραν ἐπανακομίζομεν. rursum igitur secundis denuo meliotibus repetamus: δεύτεραι γὰρ φρενῶν εἰσὶ σκέψεις, Secundæ enim cogitationes prudentiores. vide sup. Posterioribus meliotibus &, Posteriores curæ meliores. Tractum è sacris, vbicùm in vnis hostiis secunda non apparerent, ad alteras ibatur. Plato, Arist. Euripides, Aristides, Hes. Phauorinus. Huc respicit illud Daui Terentiani: Hæc non succeſſit, alia aggrediemur via. Neque malè quis & illud huc referat quod sup. non satis rectè explicatur, Mactata veniet lenior hostia.

Aetoli. 163

Αἰτωλίαν petaces & improbi.

Χαρωνίτης. 164

Olim Charonitarum cognomen apud Romanos populari ioco tributum est iis, qui ex defuncti commentariis tuebantur, quod perperam agebant: quo artificio quidam abutuntur hodie testamentis.

HADRIANI IVNII ADAGIORVM CENTVRIA PRIMA.

Salmoneus alter. 1

In elatum supra modum.

SALMONEVS alter, Paroemiæ ſpecie vſurpatur à Symmacho, de supra modum superbo & elato. verba eius sunt ad Theodosium Imperatorẽ vbi deprecatur honorarij vehiculi vſum, iſta: Absit vt moderator vrbis liberæ atque ideo deuotę, tanquam Salmoneus alius inueha.ur. Eunapius Sardianus in Chronographia de Eutropio eunucho aduerſus quem inuectiuæ extant Claudiani poetæ. Ἀλλὰ τὸν κρατοῦντα τότε τῆς κατούσης ἄκρας καὶ κατοῤῥώσαντα, ὥστε μιμεῖσθαι Διὸς τὸν αἰθέρα, καὶ ὁ τῶν Σαλμωνέως μικροῦ χεῖμα ποιῆσαι, id est, Illius potentia adeò concussit omnia & tonitru quodam percylit, vt non modò Ruffinus esse reipſa deprehenſus fuerit, ſed fabuloſus ille Salmoneus nihil fuerit præ illo. Galenus Therapeutices primo in Theſſalum inuehens, dicit eum imitari Zoilum qui Homeri simulachrum flagellare solebat. & Salmoneũ Iouis æmulum, ſic enim, inquit, καὶ γὰρ καὶ Ζωίλος ἐνέβριμᾶτο τῷ Ὁμήρῳ μαστίζων εἰκόνα, καὶ Σαλμωνεὺς τὸν Δία μιμούμενος, id est, Hac ratione ne bilitatus est Zoilus Homeri effigiem verberando & Salmoneus Iouem imitando. & rursus. ἀλλ' ὅμως οὐ τὸν ἴσον αἶνον ἔλαβε παρὰ τῶν ὁμοίων μάστιγα Ζώϊλος, οὔτε τὸν ἀστραπαῖον Σαλμωνεὺς, καὶ τοι τῶν μὲν φιλοκάλων ἕνεκα ὁ Ζωίλος, τῶν δ' ἐπιχαίρεκακος ὁ Σαλμωνεύς. hoc est, Nemo quidem ita ſanæ mentis & inſolatus Homeri flagellatorem Zoilum, neque vectorem Salmoneum, tametſi maledicis iurris in exemplo fit Zoilus & facinoroſus Salmoneus. Homodius,

In principem vel magistratũ nimiũ sub ditis grauem.

Σαλμωνεὺς ἄκρος καὶ ὑπερφίαλος ἐπὶ κῆπον — id est, *Salmoneus plenus falſus ac nefarius æqui.*

Qui & ipſe proueribialis versus in principem ſubditis grauem & superbiæ immodicum, aut prætorem immolentem & iniquum aptè torqueri poterit. Salmoneus filius fuit Æoli Elidis regulı ex Laodice Aloei, qui currum rotas æreis canthis obmunitas super pontem æneum quem construxerat, agitaſſe, ad imitãda vera tonitrua, & immiſſis in homines facib. necì eos dediſſe legitur. vi de Virg. lib. Æneid. 6.

Vidi & crudeles dantem Salmonea pœnas,
Dum flammas Iouis & ſonitus imitatur olympi.

Et Valerius Flaccus Argonauticorum, 1.

Salmoneum nondum iuſti per ora, quum fingeret ausi,
Quatrifida trahe tela Iouis.

Salmoneum fuiſſe induſtriũ mechanicarum operarũ artificem putat Euſtathius Odyſſeæ λ. quandõ & alij quidam ἐργατῶν ad imitanda cœli tonitrua leguntur excogitaſſe, vas ingẽs mugitum illum tonitrui per calculos immiſſos exprimẽs. Prodũt & hiſtoriæ Archimedem Syracuſanum fulgurationes quaſdam igniuomas per ſpecula edidiſſe. Idẽ commemorat peritum quendam mathematicum adiumento machinæ, inimici ſui ædes non aliter quàm terræ motu vibratas concuſſiſſe, fulgurantesq. quoſdam radios in illũ diſtrinxiſſe, vt confeſſione inimici & ἐκπληξιν & τρόμον dictus fuerit Neptuni Iouiſque, illius terræ quaſſoris, huius fulguratoris, epitheris. quòd dictum de Archimeõ intelligendum eſt, quẽ ſcribit Agathius hiſtoriæ libro 5. domum Zenonis vicini ſui æmula terræ motus concuſſione perdiſpoſitos certis locis turbulos perculiſſe.

Salmoneus quis.

In pura fames immigrat. 2

Εἰς τὴν καθαρὰν λιμὸς ἐπεισέρχεται, id est, In pura immigrat inedia. Extat apud Menandrum Comicum. Scomma eſt in ciuicam vitam, quæ plerunque otioſa quum ſit, in egeſtate vel certè minore affluentia quàm ruris ſaturitas ſolet, exigitur: ruſtici autem & agricolæ laboribus aſſidui & ſqualori haud temere addicti ſudoribus, termè diſtluũt illuuie pannisq. obſiti, ac propterea ſpiritu minimè que puri ac vrbani homines qui in oppidis vitam degunt, vt cultiores habitu, ac corporis munditiam

† De his qui esuriunt ſplendido in cultu.

mundiciam magis excolunt, ita feriato otio operati, non perinde possunt abundare, præter paucos locupletibus fundis & prouentibus annuis diuites. Quadrabit non malè in aulicos qui corporis cultui tantum tribuunt, vt domi priuatæ eluriant splendidè.

Pulmonis vitam viuere. 3

De mentis impotente, eique qui ventrem curet.

Plato in Philebo. ζῆν δ' ἐν ἀλῶσιν βίον διάγοντα, id est, Non hominis, sed pulmonis cuiuspiã vitam viuere. De homine stupido & rationis mentisque parum compote. Potest appositè dici in ebriosum & abdomini ἡδυσπλάγχνῳ δεδομένον (vt Aretæus Cæsariensis loquitur) addictum, farcire corpus solum promptum, ingenij viribus nusquam vti. Est autem Pulmo marinum zoophyton, quasi plantanime dicas, mixtæ inter frutices & animantia naturæ, suapte sponte prouenies: quod inter testacea ponit Aristoteles & hoc ipso in loco Plato, quando subijcit, ὅ δ' ἐστὶν ἀκριβῶς ἐν τοῖς ὀστρέοις ἐμψυχότατον. id est, aut alterius marini generis quod inter testacea corpora animatum est. Vius eo est & Synesius Ptolemaidos Episcopus in libro de Regno, βίον ζῶντας πολυπλάγχνου. id est, Vitam degentes marini pulmonis: loquitur autem de voluptariis hominibus, qui in ganeæ libidinumque vsu summum bonum ponunt.

Thessalica buccea. 4

In edaces.

Θεσσαλικὴ ὄγκη, Thessalica buccea vel turunda, pro ingenti ponitur, Athenæo testante & Polluce libro sexto. Hermippus in μοιραις.

Ὁ Ζεὺς ἐγκόπτασθαι τὴν Θεσσαλικὴν ὄγκην. id est,
At Iupiter manum offormabat Thessalum.

Philoterus in Lampadigeris, Θεσσαλοῦ τινος κρέας χειροβαρές, ingentis carnis portionem Thessalico more lectam vocat fruſtum ingens quantum manu tolli poterat: inde nata dicti gratia, quod Thessali in prægrandia fruſta carnes partiri solebant. vnde & Crates in Lamia.

Ἐπεὶ τετάχυ Θεσσαλικὸν τετμημένα. id est,
Nam sunt tricubita, more secta Thessalo.

† *Frisonicum ferculum.*

Non absimiliter a gentis polyphagia, Frisonicum ferculum pro magno, vulgare dicterium appellat. Alioqui Thessali olim audiebant strenui gurgites & insignites edaces, vnde illud Antiphanis Comici, Θεσσαλὸν λόγος, id est, vique esurit, nunquam satur: Tu Thessalum depingis.

† *Thessali edaces.*

Thessalicus saltus. 5

Θεσσαλὸν πήδημα, id est, Thessalicum saltationem in prouerbium abiisse annotat, in Dionysium commentario Eustathius pro molli fortassis, nam & Θεσσαλικὰ ἅβρα, alæ Thessalæ in luxus argumentum apud autores nobilitantur, quod eius gentis togæ vtrinque latum speciem præferrent, extentionibus fortassis manicis, vt de ἀστὴ Θεσσαλὶς ὤμοις dixit in Maryca Eupolis apud Stephanum & Pollucem, de gestantibus diffusiores more Thessalorum chlamydas. de quo annotatum est Hesychio, Suidæ, & Erasmo. Orator quidam has Thessalicas alas, Θεσσαλικὰ πτέρα nõ πτερά, dixit, quod in certaminibus suis præmia præponerentur eiusmodi chlamydes. celebratur & Θεσσαλὶς calciamenti genus illi nationi peculiare. Memorat & Θεσσαλὸν σκέπασμα, Stephanus altrigmenti genus elegantioris ad comptum facientis, quo angulos chlamydum, quos πίτυγας, exponit Hesychius, ambulare atque constringere solebant, vt arbitror: Nec vero dissimile est, hanc lectionem ab Eustachio malè interpolatam fuisse: Quicquid sit, diuinatione quàm asseueratione magis opus est, in se non explicita, donec aliquis exoriatur qui scirpsi hunc aperiat. Fortè Θεσσαλὸν πήδημα, id est, Thessalicum saltum; pro ingenti, qualem grallatorum vocat Plautus, non ineptè expoſueris, ratione in superiore adagio reddita.

Ad Thessalas.

†*Saltus grallatorius.*

Thessalicum numisma. 6

In fraudem & fucum.

Θεσσαλὸν νόμισμα, id est, Thessalicum nomisma prouerbiale esse annotatur à Suida & Hesychio, nisi quòd apud hunc desideratur vox altera, hoc modo reprehenda, Θεσσαλὸν νόμισμα, οὐκ ἀργυροῦν δὲ, ἀλλὰ κίβδηλον· quæ lectio si vera & integra in illo seruata est. Conuenit ergò in fraudem & fucum vtroque autore. Crediderim ego Thessalicum nomisma adulterinum fuisse parumque sincerum aut probæ monetæ, atque inde ortum adagium. Venisse ad personam transferetur, si impostorem alijs fucum facientem, & improbi commatis hominem Thessalicum nomisma vocitemus. Suidas nescio quid de Thessalonicæ vrbe à filia Philippi regis cognomine appellata, hoc loco refert.

Inter viam & necem. 7

De incerto periculo.

Quintus Calaber, vel vt nonnulli malunt, Smyrnæus in duodecimo prætermissorum ab Homero, loquens de iis qui ligneum Epei equum, quem Duratæum nominant, Troianæ Palladi votiuum, conscenderant, incerto iam tum euru, dicit eos tacitè insedisse magno silentio, velut medio inter vitam mortemque spatio, perplexos, eius verba hæc sunt.

perplexique exitu.

—νὺ δ' ἅπαντα
Πάντῃ ἔσαν ἕρκεσι μιαντῆρι ὁμῶς καὶ ὀλέθρῳ. id est,
silenter Insedere omnes medij vitæ necisque.

Conueniet dici in eos qui magno in discrimine versantur, ad extrema redacti pericula, rebus in ancipiti positis. Finitimum est illi, Inter sacrum saxumque.

Splendida cœna famem non sedat. 8

Λαμπρὸν δεῖπνον πεινῶντι οὐ πείθει, id est, Splendida cœna non placatur esurics. Eruditi scriptoris & rerum varietate conditi lectio non saturat amicum, neque disertæ comitis facunda aures exatiat. Citatur ab Athenæo in primo ex Antiphane,

Οὐχὶ δ' οἷς λαμπρεῖον τὸ
Δεῖπνον τὸ πολυτελὲς. id est,
Neque enim adiciali & splendida
Cœna famem placaueris.

Varietas namque conditanea nouam semper excitat orexim: alioqui splendida etiam cœna ad pascendos oculos auteis argenteisque lancibus instructa, esurtionem haud sedat, qualis illa fuit quàm lepidè describit Martialis libro quarto epigrammate in vulgatis omisso, quod tale est,

Ad cœnam nuper Varus me sorte vocauit
Ornatus diues, parcula cœna fuit.
Auro, non dapibus onerator, mensa ministri
Apponunt oculis plurima, panca gulæ.
Tunc ego, non oculos, sed ventrem pascere veni
Aut appone dapes, Vare, vel aufer opes.

Turgida nomina. 9

Grandiloqua & cum appetentia.

φλεσμαίνοντα ὀνόματα, quasi turgida nomina, dixit Synesius prouerbialiter grandiloqua, & haud vulgaria, in epistola ad Euoptium, vbi describit vim tempestatis, & decumanorum fluctuum impetum, apparatu splendido verborum minimè triuialium, ἴδοι τὸν μὲν, inquit, ἐν φλεσμαινόντων ὀνομάτων, ἵνα μὴ τὰ μεγάλα τοῖς μικροπρεπέσιν διαπομπεύω. id est, Turgidis enim vocabulis mihi opus est, ne periculi magnitudinem indigniore quam par est oratione deteram. Idem in libello de insomnijs. καθαπερεὶ τῶν γλωσσῶν ὑλώδη τινὰ καὶ φλεσμαίνοντα ὀνόματα κεκτημένη. id est, linguæ apparatum luxuriantem & inusitatis vocabulis turgentem. Philostrat. de Apollonio Tyaneo, λέγειν ἰδίαν ἐπίστασιν ἐπὶ διθυραμώδεσι καὶ φλεσμαίνουσι ποιητικῶν ὀνομάτων. id est, dicendi genus exercuit non dithyrambicum & poeticis verbis turgidum. Simili modo Salvianus Episcopus Massiliensis, vir doctissimus, libro de prouidentia Dei, dixit, Scripta latinitate tumida, ac si dicas λόγοις φλεσμαίνουσι ῥωμαϊκῆς γλώττης. Theodoretus de paupertate loquens, φλεσμαίνειν οὐκ ἐᾷ καὶ τὸ λιτὸν ἐκεῖνο σκίρτημα. id est, Turgere non permittit, & aduersus aurigam calcem tollere. ita Philostorgius de Eusebia Constantij Imper. vxore, ὑπεφλέγμαινε θυμὸν ἐπὶ τούτοις καὶ τὸ γύναιον φλεσμαῖνον. id est, ira accensa, animoque tumens. D. Clemens ἐπιθυμίας φλεσμαινούσας vocat libidinem turgidam & exæstuantem. Synesius δεῖπνον φλεσμαῖνον saluatibus dapibus refertam mẽsam. Nazianzenus libro De recto ordine, τὰ φλεσμαίνοντα καὶ ἀνοήτου τράπεζα, id est, Turgida & insana mensa. Plutarchus Sympos. 4. ὥσπερ ἀλεξιφάρμακα πρὸς τὸν πολυτελῆ καὶ φλεγμαίνουσαν τράπεζαν ἐπιτηδεύει. id est, Veluti amuleta aduersus sumptuosas, & turgidas epulas impendentes. His opponit Ion comicus ἀφλεγμάντους τραπέζας, mensam tenuem & non adiicialem, non turgida appellans. Athenæus, ἵνα τὸ σῶμα μένοι ἀφλέγμαντον καὶ τὰ ὑγρὰ καὶ ψυχρά. id est, ita enutrires neque animo neque corpore turgescere. Huc spectat Antiphanis Comici cœna frugalis ex bulbis & fungis, τοῦτο βίος ἀνόσου καὶ φλέγμα οὐκ ἔχων, id est, Eiusmodi victus febrium vacuus est

rumore omni carens. Heliodorus etiam κῦμα φλυσμαινον, ingentes fluctus dixit lib. 5.

Delphinus in terra vires. 10

† De negotio susceptο, cui par non sis.

Δελφὶς ἐν χέρσῳ βία, id est, Vis Delphini in terra, videtur dici de eo qui vires ingenij in negotio cui par non sit, periclitatur, & iudicij lubricum ferre vult, vbi impos sit. Plutarchus in Demosthene, comparare & expenso iudicio sententiam ferre de Ciceronis & Demosthenis orationibus ac stylo, malesani hominis neque vires suas exploratas habentis esse existimat, idem namque agere illum, quod Delphinus velocissimum, agillimúmque in mari animal, sed in arida humo destitutum, sui impotens, citóque expirans, vnde Pindarus pernicitatem summam volens ostendere, dixit ἁλιαιτῶν ἀθρωισέπεσσι δελφῖνι id est, marinum delphina superat. verba eius sunt ex Ione Chio sumpta. κἀκεῖ γὰρ ὡς φησιν ὁ Ἴων δελφὶς ἐν χέρσῳ βία. id est, illic namque contingit vti Delphinis robore in tellure,

† In pauperi cum potentiore litigatem.

quod Ion dixit. Quadrabit non malè in pauperem qui litigare velit cum potentiore opibus affluente, qui litem in longum extrahere corruptelis possit, illo interim exhausto, talis namque δελφὶς ἐν χέρσῳ βία ἀγωνίζεται. Denique in quemuis supra vires tentantem aliquid, supra crepidam sutorem, supra malleum fabrum.

Physcone impurior. 11

Latus & molli cute perditus.

Tertullianus libro De pallio, Physcone impuriorem, mulliorem Sardanapalo Cæsarem designare. De homine libidinibus luxuque omni generi sordidato. Fuit autem Ptolemæus Aegypti eo nomine regum septimus, tertio cognominis, Δέσποινος dictus per antiphrasin, vt puto, quippe qui multitudinem Alexandrinam obiecerit non semel militum gladiis, Strabone teste, cognomento altero infamis φύσκων, quasi ventrosum dicas aut aqualiculum, propter abdominis studium, id enim sonat φύσκων, quæ vox deprauata est in φυσῶν apud Hesychium eiusque tranicriptorem Varinũ, quum legi debeat φύσκων, χάσκων, ἀσχύς. est enim φύσκη intestinum crassum, quare emendandus venit & Onomastici Calepino adiecti locus de Ptolemæis, vbi pro Physcon legitur Phiton. Huius Physconis meminit & Iosephus libro 12. & Valerius Maximus lib. nono 1. cap. Quin & Alcæus poeta Lyricus Pittacum Mitylenæum φύσκωνα & γάστρωνα vocauit, quod pinguem haberet aqualiculum, vt Laertius scribit.

Οὐκ ὄναρ ἀλλ' ὕπαρ: 12

Iere nullo modo fuia.

Penelopes dictum fuit apud Homerum Odysseæ vicesimo, à somnio visi nocturni fidem faciente,

Οὐκ ὄναρ ἀλλ' ὕπαρ ἔσται. id est,

Non somnium est sed res vera.

Eustathius ibi admoneat prouerbialiter efferri de re neutiquam ficta, sed manifesta. Sunt autem inter se cõtrariὄνειρος & ὕπαρ. illud ab ὀνίνημι ἀφέλω, quod rei veritatem aboleat, hoc verò ab ὑπανοίγω ἀφανῶ quod somnium deitruat, vt ὕπαρ sit somni abolitio per vigilantiam, at ὄναρ, eius quod reuera subsistit amolitio Hippocr. in lege ἢν δ' ὄνειρον ἰκνῆται ἐπιφανὲς ἢ κενὸν κεφάλαιον αἰσχρὸν αὐτίκα ἢ ὄναρ ἢ ὕπαρ, id est, Inficiis est malus thesaurus & malè repositæ opes iis qui eam habent tam vigilantibus quàm dormientibus. Qui locus ab

Lanus Cornarius.

Iano Cornario doctissimo homine, & cuius iudicium in plerisque maximi feci semper, quàm bene sit versus, ignoro, ita autem vertit, Imperitia verò malus thesaurus est & infelices opes iis qui eam repositam habent, & insomnium aut potius somnium diurnum & maximè verum: Plato libro secundo de republ. ὁ θεὸς ἁπλοῦς ἢ ἀληθὴς ἔστ' ἐπίπεδόν τι. ἢ ὕπαρ οὐδ' ὄναρ, id est, Deus simplex quiddam est & verũ, neque aliis imponit, neque vigilando, neque dormiendo. Heliodorus libro secundo εἰ δὲ ἢ ὕπαρ ἢ ἐμὶ ὄναρ, id est, Vtinam certa visio foret, haud somnium, id est, vtinam quod somniaui, ita se haberet reuera. Aristides οὐκ ὕπαρ ἢ ὄναρ σωτὴρ ἐστ' ἐμοῦ, id est, Somnium rem esse vestram, apud me perpetuus. Huic simile est illud ὕπαρ αὐτ' ἀνίκατε, res vera pro somnio. Plato lib. De regno. Διὸ πᾶσαν ἐπίνοιαν ἐπιζητεῖν αὐτὸν ἐφ' ᾗ πολὺ διαπεσεῖται πόλιν γωρίζειν, ἵνα ὕπαρ αὐτ' ὄνειρον ἢ γένηται. id est Rursus periculum faciunt vt per exemplum arte discamus reipubl. mederi, vt pro somnio vera vt ita nobis existat. Idem in tertia epistola ad Dionysium διὸ τὸ πάντα ἐπιζητεῖν τὸν ὕπαρ αὐτ' ὄνειρον ἢ γένηται. id est, Itaque quòd tunc petulante lingua in me dicitomachatus es, nunc vice somnij extitit vera quædam visio. Diuersum

† Neper ironiam quidē.

huic est ἀλλ' ὄναρ, ne per somnium quidem, quo vtitur Lysis Pythagoræus ad Hipparchum, μηδὲ κατὰ τοιοῦτον τὸ σοφίας ἀγαθὸν τοῖς μηδ' ὄναρ τοῦ λογικοῦ κεκαθαρμένοις, id est, Non esse communicanda sapientiæ bona iis qui ne per somnium quidem expurgatum habeant animum. Philon Iudæus libello. Quod boni omnes liberi sint, οὐδ' ὄναρ τῆς τέχνης ἐπιθυμοῦσιν, qui ne per somnium quidem artes attigerit. Euripides in Cercyone fabula loquens de Neptuno,

Πλούσιος ἐν δόμοις οὐδ' ὄναρ κατ' ἄφρονα,
Φίλοις ἐδώκεν αἰσίαν. hoc est,

Saburrato ventre ne per somnium quidem in malè amicis se exhibuit. Galenus libro secundo de natural. facultat. οὐδ' ἂν κατ' ὄναρ ποτὲ τῶν ἐκ τῆς ἀπειρίας σοφιστῶν. id est, Si vel per somnium cum Peripateticis aliquando fuisset versatus.

Quadrante dignum. 13

Quadrante dignum pro exiguo & vili. non absque

De eo quod exiguum & vile.

prouerbij specie dictum inuenio apud D. Hieronymũ, Rideo aduocatum qui patrono egeat, quadrante dignam eloquentiam nare iubanno. vbi dignam quadrante eloquentiam vocat quæ nullius pensi sit, & vix vnius æstimandam assis, quod Catullus dixit. Vnde quidam exponunt illud Iuuenalis, quadrante lauari, pro exigua mercede: alioqui Quadrantariam fuisse dictam meretriculam quandam vilitatis indicio annotat in Cicerone Plutarchus, quod ex aeris nummis minimum Quadrans vocaretur. Huic confine esse annotat Erasmus, Quatuor obolis æstimas, quod diuerso ab Erasmi opinione sensu exponit Suidas. τετάρων ὀβολῶν ἀξίαν, ἀντὶ τοῦ πολλοῦ τιμᾶς ἀξίων, Quatuor obolis dignũ, de rebus quantiuis pretij. quomodo accepisse videtur incertus autor cuius verba citat, πολὺ παρρησιάζῃ σὺ οὐδὲ τεττάρων ὀβολῶν ἄξιος εἶ ἐν τῇ παρρησίᾳ, ἐκ οἶδα ὅτι ἢ δημοσθένης ὁ τῶν Ἑλλήνων ἐπιφανέστατος, ἢ ὁ αἰσχίνης ὁ τῶν Ἑλλήνων ἀπορρητότατος ἦσαν ἐμοῦ μᾶλλον, ἐγὼ δὲ αἰσχύνομαι τῶν δημοσθένους ἢ αἰσχίνου

Draco Atheniensis vir bonus magnæque prudentiæ tot leges iam ad supplicia ferme capitis constituit, vt Aul. Gellius refert, qua de causa non atramento sed sanguine scriptas eius leges quasi proprie θανατικὰς dictas scribit Ælianus; quidam diuitiis memorabiles. Seueritatis igitur alicuius disciplinam & institutæ actionis, Draconis leges nos inuabimus. Huc spectat illud Aristotelis in Rhetoricis, οὐ δεδόκασι οἱ νόμοι, ἀλλὰ δρακοντικοὶ, id est Haud hominis, sed Draconis sunt leges.

Ne suadela quidem persuaserit. 17

De prætextii ingenio vir. De homine duro & quem frangas citius, quàm cœptam opinionem deponat, dicere licebit illud Comici Stratonis,

Τὸν δ' οὐδὲ σκληρὸν πεῖσαι πειθώ. id est,

Nec illi sortè suadela ipsa persuaserit.

Affine est ibi Aristophanico, quod paupertas loquitur,

Οὐδ' πείσεις, οὐδ' ἂν πείσῃς. Non suadebis, etiam si suaseris. Pertinet huc & illa Hyperbole apud Gregor. Nazianzenum in Monodia Basilio dicta, πειθοῦς ἰσχυροτέρους id est, Suadela fortiores, quum vult indicare viribus eloquentiæ tantum potuisse apud auditorum animos, vt suadendo in quemcunque partem eos ageret: Pulchro Græcis persuadendi dea est, de qua trimeter ille,

† *Suadela fortior.*

Οὐκ ἔστι πειθοῦς ἰσχὺν ὑπερβαλέσθαι. id est,

Suadæ dolorum haud aliud est quam oratio.

Sappho poetria Pathos Veneres pictam facit.

De erudito, vel poeta insigni.

Luscinia Musarum. 18

Μουσῶν μελῳδὸν. id est, Musarum luscinia, Conuenit in hominem insigniter eruditum, & præcipuè in poetam carmine felicem. Chorus apud Euripidē in Palamede.

Ἔστιν τ', ἔστιν τι πανσόφων ὑφάσματα,

Ταῖς ἐν ἀγῶσι μουσῶν ἀηδόσι ῥυτῆ. hoc est,

Palamedes.

Necessest, necessest omnifarium ὑφάσμα,

Musarum inferiam cunctis inuentam.

Sentit de Palamede Vlyssis dolo a Græcis saxis obruto: Fuit autem vir ille in philosophia excellens; & ad pangendum carmen factus, quem Iliacum bellum versibus cecinisse perhibent, sed abolitum inductumque ipsius poematis nomen ab Homero inuidiæ stimulis agitato. Citat carmen prædictum Philostratus in Heroicis. Notum est poetas μουσῶν ὄρνιθας velut Musarum aues à Theocrito vocari: & Latini pœtæ cygnos pro poetis accipiunt, vt Virgilius ibi, Cantantes sublime ferent ad sydera cygni. & Horatius Pindarum appellat Circæum cygnum. Idem non vsitata nec tenui penna se ferri per æthera gloriatur, & in album alitem mutari: fictionem ab Anacreonte mutuatus: qui ait ἀσκὸς, πίμπλη σεῦ ὅλην ὑπὲρ γῆν κύκλῳ. id est. Euolo in cœlum leuibus pennis. Et apud Aristophanem Cygnetus poeta optat fieri luscinia, sic inquiens,

Θέλω γὰρ ἤδη μέλεσιν Ἀηδόνων ἀηδών. id est,

Ecquando iam fieri volo Lusciniæ melos canora.

Dicetur ab hoc adagio est quod Phrynichus de Lampsacho quodam Mulseo aquæ potatore dixit, appellans αὐτὸν ἐκπεπωκότα velut exsiccatum cadauer Mutianum Callimachus ἐξέπωμα vsurpauit pro libris eiusdem toto passim orbe frequentibus in Epigrammate quodam in Heraclitum elegiacum scriptorem,

Καὶ τοῦ τὰς ζωὰς αἰδόου, ὅστις ὁ πάντων

Ἀνθρώπων αἰδῆ ἐν δόμῳ ἐξέπωμα βαλὼν. id est,

Luscinia vsque tuas viuent quibus inuida, natum

Omne vorans, quoquam Parca manum mouet.

Corinthia verba & Ionica. 19

Elaborata & delicata verba. Corinthia verba pro exquisitis & magnopere elaboratis & ad ostentationem nitidis, vel etiam pro delicato & molli dicendi genere, poni video. Quintilianus lib. 8. cap. 3. Sed ita demum si non appareat affectatio, in qua mirificè Virginius, Corinthiorum amator, iste verborum. Corinthia opera olim laudatissima fuerunt & primæ nobilitatis, de quibus ita Plinius lib. 34. cap. 2. Sunt ergo vasa Corinthia quæ isti elegantiores modò in esculenta transferunt, modò in lucernas, modò in trullas, nullo mundiciarum respectu. Cicero in oratione pro Sex. Roscio, Domus referta vasis Corinthiis & Deliacis. Strabo lib. 8. ἐτιμήθη ὁμοίως τοῖς χαλκώμασι τοῖς Κορινθιακοῖς, id est, æquali pretio æstimata fuerunt cum vasis Corinthiis. Addit Eustathius, Ἄξιος πολλοῦ τιμᾶσθαι pretiosorem fieri opus, cuius materia Corinthium fuerit, quia incendio peruetus plurimus æris atque simulachris, eius auri argentique vena in cōmune confluxerit. Quod si ad mollitiē mauis referri, licebit ἐκορινθίζειν verbum pro scortari, quodque Corinthia scorta totos apud veteres scriptis nobilitata sint, vt apud Aristophanem est videre. Simil. modo, ἰωνικὰ ῥήματα, id est Ionicum verbum, pro, delicato & molli dicendi genere, poni solet. Ionicum verbum.

Ionicus exulat Æschylus, vnde Athenæus lib. 13. Dipnosoph. ἐπεβάλλετο δὲ κατὰ τοῦτον ἰωνικόν τινα ῥῆσιν ὀνειδίσας αὐτὸν Αἰσχύλον, id est, Commemorabo tibi Cynulcum & proferam Ionicum dictum, vt Æschyli more loquar. Hesych. ἰωνικὸν exponit τρυφερὸν, Ionicum, delicatum, aut effœminatum fructu nque quo nonnine traducebantur Iones, ita enim emendandus est Græcus codex, διὰ τοῦτο τὸ ἀκουσθὲν οἱ ἴωνες. Vnde & Horatius illud, Motus doceri gaudet Ionicos ex Aristophanis Concionatricibus mutuatus est, vbi anus ita loquitur,

Ἦν γὰρ καὶ ἰωνιστὶ βούλῃ τἀλλότρια κινεῖν. id est,

Mi bella gnatis nunc Ionico modo.

Vtitur ita & Philostratus in Iconibus,

Ἀβρὰ καὶ τρυφερὰ ἰδεῖν καὶ μάλα ἰωνικὴ. id est,

Forma nil delicata vtdeque Ionica.

Dion. Chrysostomus, πολὺ δὲ μᾶλλον ἐμοὶ δοκεῖ ἰωνικὸν εἶναι τὸ ῥῆμα, id est, Formosus & procerus, multum Ionicæ venustatis ore præferens. Varro apud Nonium *Achillem, ionicis nutibus*, id est, Achilleus, hoc est, venustus, lasciuus, Ionicus cinædus. sic enim interpellanda sunt ex manuscripto Nonio verba quæ portentosè hoc modo leguntur, *achilleis ionicis nutibus* in dictione Cinædi.

In eandem lancem imponere. 20

Εἰς τὴν αὐτὴν τιθέναι πλάστιγγα. id est, Eidem bilanci imponere, prouerbialiter accipit Athenæus pro eodem in loco habere aut æqualiter æstimare. Sic enim ait lib. 1. Dipnoloph. εἰς τὴν αὐτὴν τιθεὶς πλάστιγγα τὴν μιαρὰν ταύτην. id est, In eandem lancem cum istiusmodi temulentiam componens. Sumptum à nummulariis aut ab institoribus æqualia lancibus iisdem ponderum momenta appendentibus. Huc finitimum est illud Simonidis, ἐν ἰσόρροπον ἔχειν οὐδὲν πλάστιγγι, id est, Amor non habet bilances æquilibrio æquales. & iterum, πάντα ἰσορρόπως πλάστιγγι τὸν θεὸν δεῖ ζυγοστατεῖν, id est, Æqualem bilancem deus tibi appendet. *Æqualiter æstimare.*

Suilla absumpta, boum non expectes. 21

Quando contationem dammosam sure & vitæ periculo præstitam indicare volumus, iuxta Lucani illud, Semper nocuit differre paratis, vsurpare licebit verisculum hunc prouerbialem,

† *Periculum præcaueri.*

Φάγοιτο δυσπόνητος ὗς κρέα, μηδὲ μόνον βοῦν. id est,

Expectare bouem expleti nolite suillæ.

Refertur ab Athenæo ex Anticlidis historiis, quod quum Erythræi insidiis adorti Chios inter cœnandum eosque interficere cogitarent, quidam re cognita Chios versu isto admonuit vt paratas ipsis insidias fuga præuenirent, priusquam in tragicum choragium exirent epulæ.

Hostibus eueniat. 22

A primis ortus nostri iugunabulis medullitus hausimus illud mali, quòd libenter hostibus nostris, si quid aduersi sit quantumuis dirum & exitiosum, imprecemur, id quod testimonia auctorum abundè docent, nondum edito verbi diuini oracolo, quod inimicos amanter habendos præcepit. Aeschylus in Prometheo.

Imprecantis in hostem.

Τοιαῦτ' ἂν ἐχθροῖς πᾶς ἐμοὶ γένοιτ' κύρει. id est,

Talis Venus contingat hostibus meis.

Loquitur de Danai filiabus quæ maritos suos primâ coniugalis congressus nocte interfecturæ essent. Ibidem paulo pòst Prometheus ad Mercurium gaudij cuiusdam cautam quærentem,

Χαιρόντας ἆδε τοὺς ἐμοὺς ἐχθροὺς ὁρᾷς

Ἐχθροῖς ἔδωμεν. id est,

Voluptantes sic hostes videam meos.

Cui consonat quod Demænetus senex apud Plautum in Asinaria loquitur, Vtinam male qui mihi volunt, sic rideant. Ita apud Terentium in Eunucho, Veinam sic sint qui mihi volunt male Nicander in Theriacis,

Ἐχθροῖς δ' ἐπίφθονα κεῖνα τερατεύσαιτο φάσματα. id est,

Hæc portenta hostes terrant augeantque sub umbras.

Talis est Aristotelis illa imprecatio apud Io. Stobæum ad fallutiolem adolescentem. Qualem te esse existimas talem ego me optarim, at cuiusmodi te vera es, τοιοῦτοι μοι οἱ ἐχθροὶ γένοιντο. id est, *tales mihi obtingant hostes.* Apud neminem vero frequentius loquendi modus iste occurrit quàm apud Ouidium,

Hostibus eueniant conuinia talia nostris. & iterum,
Hostibus euenias tam fatidi causa pudoris. Rursus,
Hostibus euenias vita seuera meis. & quarto,
Euenias nostris hostibus ille color.

Flamma persequeris quem genuerat. 23

In eum qui damno afficit quem paulo ante & opera & re adiuuerat, quadrabit appositè Senarius prouerbialis Æschyli,

Σὺ νύ μ' ἔφυσας, σύ μ' ἀπόλλυθι πυρί δαΐξας. id est,
Videris vtere igne me quem genuerat.

Verba videntur esse Melagri quem Althæa mater, imposito igni fatali titione, flammis consumpsit, vel potius Penthei, nàm hoc nomine fabulam docuit Æschilus in quem furiata Agaue mater desæuit, intentis vbibus, vt refert Oppianus & Euripides: apud quem in Bacchis consimilia loquitur Pentheus. Demetrius à victoria Poliorcetes vocitatus variis exitibus vltro citroque iactatus, ad fortunam exclamasse hoc Æschyli carmen legitur.

Σὺ νύ μ' ἔφυσας, σύ μ' ἀπόλλυθι πυρί δαΐξας. id est,
Tu me eximisti in lucem, at eadem nunc paras
Abolere flammis me nefarius paras.

Cesto pellacius. 24

Amoris illicium.

Κέστου μαλάττερον, id est, Cesto pellacius dicitur quicquid magnopere vel animum delinire potest, aut etiam amorem alicuius rei conciliare. Philodemus Epigrammatarius,

Καὶ κεστὸν φωνῆσαι μαλάττερος. id est,
Verba edens cesto magis illecebrosa.

Extat & Epigram. libro 7. tale carmen.

Χείλεα τὰ δροσόεντα καὶ ἡμερίδεσσιν ὁμοῖα
Ἐν δὲ μέλι φωνὴν, κεστὸς ἔφυ πεφίκει. id est,
Roscida labra quidem, dimma & mellea lingua
Harmonia, cestus sunt mihi Cypriace.

Cestus Veneris.

Cestus veneris baltheus fuisse fingitur conciliandæ gratiæ efficacissimus, quem pluribus describit Hom. Iliad. 15. ibi.

Ἀπὸ στήθεσφιν ἑλίσσατο κεστὸν ἱμάντα
Ποικίλον, ἔνθα δὲ οἱ θελκτήρια πάντα τέτυκτο, &c.
Ac pectore soluit
Baltheum, illecebris cunctis & amore refertum Omnigeno.

Theophylactus scholiasticus in epistolis, κεστὸς γὰρ ὁ μάλιστα τὸν ἀφροδίτης κεστὸν ἰσχυρότατος, id est, Veneris cestus varijs animi passionibus inscriptis interpunctus est. Sextus Africanus philosoph. libros viginti quatuor omnigena materia plenos κεστοὺς inscripsit, velut picturatos cesti veneres instar. Suid. & qui literarum monumentis consignarunt, Cestum illum fabulosum, fuisse hymnum ab Alexandro Paride Priami filio conscriptum in honorem Veneris.

Ipsa bile amariora. 25

† *De iis quæ acerba.*

Alexis Comicus apud Athenæum lib. 6.

Ταῦτ' ἀχάριστα πικρότερ' ὄντ' αὐτῆς τῆς χολῆς, id est,
Nonne hæc vel ipsa bile amariora sunt?

Quæ ingrata nobis sunt, & acerba, πικρότερα τῆς χολῆς αὐτῆς, ipsa bile amariora dicimus vulgato etiam prouerbio, quomodo latini fellea vocant amara, sic Plautus in Truculento,

Corda infelle sunt sita aut acerbo aceto.

Bilis enim quum inter humores amaritudine excuperet, hinc etiam pro animi amarulentia ponitur, vt & fel, quod idem est.

Cubitale. 26

De humili atque exiguo.

Πηχαῖον dicunt Græci prouerbialiter quod humile est aut exiguum quasi cubitale dicas: Mimnermus Colophonius poeta apud Stobæum,

Τοῖς γὰρ μετ' ἡβην ὀλίγος χρόνος ἐστὶν ὅσος τε
Τετράμηνος. id est,
Tempore perfruimur cubitali flore iuuentæ
Frondibus afflantes.

† *Pygmæi vnde dicti.*

Breue namque est cubiti spatium, quod πῆχυν & πυγμὴν dicunt illi, vnde & Pygmæi (in illa gentilitio nomen est. Eiusmodi est Psalmistæ dictum psal. 39. Posuisti vt palmos dies meos siue palmares dedisti, nimirum breues, ad modum palmi quatuor digitos patio complectentis. Contrà πυγμαίχην ἄνδρα procerum & magnum vocauit Callimachus apud Athenæum μόνος δ' ἐπὶ τοῦτ' ἐβάδιζεν ἀνὴρ μέγας πυγμαίχης. Medius horum incedebat arduus homo qui in cubitus. Vulgauit & Aristoph. hanc vocem pro magno, ibi, πυγμαίχης καὶ γεωμέτρης id est, quadricubitus & geometres.

Breuis vita isthmus. 27

Habet & illud breuitatis exiguæ significationem quod ex Sophoclis Syndipno citat Ioan. Stob. *Vita fugax.*

Μικρὸν ἀίχμωνα βίου βραχὺν ἰδμὼν. id est,
Breuem vitæ fallentem Ithmon inanis.

Nihil enim esse longissima vita hominis inanius & breuius, quare rectè auspicatur inde suos Aphorismos Hippocrates.

Ὁ μὲν βίος βραχὺς, ἡ δὲ τέχνη μακρή. id est,
Vita quidem breuis, ars vero longa.

Est autem Isthmos angustum terræ inter bina maria mediæ interualium.

Aeditimus Conissalus. 28

De profligato homine.

Τοῖς Ἀττικοῖς κονισσαλὸς νεωκόρος, id est, Atticis Conissalis ædituus est. Dicitur de profligatæ vitæ & impuro flagitiisque adoperto homine. Synesius in epistola ad fratrem. Ἐμοὶ μὲν γὰρ ἡ παλαίστρα τοφεῖον ἐδόκει καὶ μικρὸν ὀφέλημα, κατοπτεύοντι ἐν αὐτῇ τοὺς ὑμῶν ἀττικοὺς κονισσαλοὺς νεωκόρους, καὶ δὴ ἔστιν ὅτε καὶ τῶν ἀθηναίων ἐπιεικεστέρους. id est, Nam cum Mercurio & Hercule palestræ præsidibus ne tantillum quidem commune habet, quin imò Corytto cæterisque Atticis Conissalis ædituus est, & siqui sunt etusce commatis alij dæmones. Commemorat Plato Comicus in Phaone administros Priapideos, Conissalum, Orthannem, Dordonem, Cybdason, Pygen. Strabo addit & Tychonem, præclara nuncupata & tantæ potestatis deo digna opercula, quibus singulis quæ libamenta apponenda sint, Phaon edocet apud Athenæum libro decimo tertio, de Priapo loquens priscis ignoto deo, sed à recentiore ætate in deorum numerum cooptato, quippe, inquit, quem Hesiodus ignorauit, ἀλλ' ἔοικε τοῖς ἀττικοῖς ἐφέστιος καὶ κτησιλαὸς καὶ τυχαῖος, καὶ τοῖς πανσήνοις; Verùm Atticis Orthanne, Conissalo, Tychone, eiusque farinæ dijs perinuilis videtur. Suidas Conissalum deum facit priapeum, nomen habentem inde quod impingere se in venerem vel in puluere exercendam, ὅτι τὸ μὲν ὀνεῖν καὶ βινεῖσθαι μόνους φησὶ vt etymon eius sit τὸ ἐμβάλλειν εἰς τὴν κόνιν. De Corytto dea dicemus proximo adagio. Porrò cur dixerit Synesius nihil illi conuenire cum Mercurio & Hercule, repetendum est ex antiquitatis cognitione, quæ in gymnasiis solebat vnà dedicatos collocare Amorem cum Mercurio & Hercule, quorum ille orationis, hic roboris præses deus habebatur, quibus coniunctis amicitia concordiaque nasci solet, vt in Athenæi collectaneis libro decimo tertio perscriptum est. Orthannæ meminit & Hesychius, quanquam malè apud eum scribatur ὀρθάνης pro ὀρθάννης, dicitque vnum esse ex numinibus Priapi administris, erecto vt illum fascino.

Cotyos contubernalis. 29

Mollitiei infamis scelestus.

Κότυος ἑταῖρος. id est, Cotyos collega, aut sodalis, prouerbio dicitur effœminatus, & infami mollitie scelestus. Synesius epistola ad Ioannem, ἀλλὰ καὶ σοφώτατε τῶν δεκὰ, διαρρὴν ὑποφαίνει τὸν ἄνδρα σιμίχιον, αὐτόχρημα θεράποντα τῆς κότυος. id est, At tu hominem, tametsi integerrimus videatur, audacter prædica esse semiuirum, & reipsa Cotyos collegam. Idem in Calunij encomio, ἀλλὰ σὺ παρίχνη χαίρεμμα τῷ θαυμαστῷ τῆς κότυος, ἀλλ' εἰ μόνον ἐν τῷ φασίῳ, ἀφεὶς πλοῦτον καὶ σεμνὰς πομπὰς, ὡς ἀναλίφοντι τὰ αἰσχρὰ καὶ ἀβελτέρῳ καὶ βδελυκτῷ, ἀλλὰ σὺν ἐπιεικεῖ λόγῳ, ὅτι οὐδὲν ἔστιν τῆς χίου θεᾶς καὶ τῶν ἐδωνῶν ἱερώτερον. hoc est, Nullo opus est alio documento, vt quis Cotyos collega habeatur, quàm si maximo studio comam excolat adhibendo vnguenta & in cincinnos eam frangendo, confestim enim cuius in promptu est dicere, eiusmodi hominem operatum esse & initiatum Cotyos deæ Chiorum Priapi sacris. Suidæ testimonio constat Corinthum vrbem Veneri operatam, Cotyn deam turpitudinis & præposteræ libidinis præsidem, coluisse, quæ eadem & Corytto dicebatur, in cuius tutela obscœni Infamium amorum sectatores erant. Suidas enim ἑταίρους τῆς αἰσχρᾶς eam nominat, Eupolis Comicus odio Corinthiorum (aduersus quos Baptas fabulam docuit) φορτικὸν τινα δαίμονα πανοῦργον, grauem & scelerosum deam inducit Corytto. Illud verò obtemperandum quod quam Suidas Corinthiacam, Synesius Chiorum diuinam facit. Meminit huius & Æschylus in Edonis fabulæ his verbis, σεμνὰ κότυς ἐν τοῖς ἐδωνοῖς, Sancta dea Cotys, inter Edonos Thraces.

† *Cotyos dea.*

In Cybeles sacrario factus.

Ad superiorem classem pertinet quod idem Synesius libello de Caluitio exstulit, his verbis, περὶ ὧν ὀφείλω τῷ ἐν τοῖς κυβερνήταις εἶπεῖν πολὺ καὶ πλείονος ἐστὶ τῷ λόγῳ χαριεστέρα, id est, Multum Dioni debent (vt equidem existimo) pro oratione quam de Coma scripsit illi qui in Cybeles sacrario fracti sunt: quibus verbis non sine prouerbiali figura prolatis, molles & effœminatos designat. Cybeles furiatis sacris qui nomina dederant, excisis seminalis vitæ fontibus, virilitatem amittebant. Itaque parum virum & nimis mollem ἐν τῷ κυβελείῳ πεπληγότα, id est, in Cybeles sacrario euiratum fractúmve dicemus.

Coturnicis naturam induere. 31

De pugnaci homine.

Ὀρτυγοειδῆ φύσιν, id est, Coturnicem induere ingenium, prouerbium dicitur in pugnaces & feroci ingenio homines, quique velut se præclarè gesta crissas attollunt. Natura coturnicum ea est, quòd in ludicro certamine productæ (quod olim vsitatissimum fuisse ex Polluce & Aristophanis commentariis discimus) vel etiam inter se ipsæ concertantes depugnent collidántque se mutuis ictibus, & caput cerucémque arduam altius extent, vt in gallinaceis videre licet. Aristides sophista de quodam deprecante ne Sparta muris cingeretur, ita exstulit apud Philostratum, μὴ δῆτα ἐπὶ τοῖς ὀρτυγοειδέσι ταύτης ἀφαιρεθῆναι φύσιν, id est, ne capite illidamus inermibus, coturnicum assumpto ingenio.

Theagenis munificentia. 32

Effusa benignitas.

Θεαγένους μεγαλοφροσύνη καὶ ἀφθονία, id est, Theagenis magnanimitas & liberalitas in prouerbium versa est, de insigni & effusa benignitate. Eunapius, vt opinor, apud Suidam de Hegia amplissimæ ætatis iuuene, οὗτος γάρ τι καὶ ἡγία καὶ τῆς Θεαγένους μεγαλοφροσύνης φυσικὸν ἐν τοῖς ἔργοις ἔφαινε. hoc est, Erat in Hegia magnanimitas quædam Theagenis in munificentia potius. Fuit autem hic Theagenes, non is cuius, apud Aristophanem, pecuniæ prouerbio locum dedere ad ostentationem magnæ, at reipsa exiguæ, sed sub Imperatoribus Romanis, prætor Athenarum, excelso animo & honoris cupido, opibus præpotens, vtpote qui calamitosis nonnullorũ oppidorũ, nedũ egenis hominib. aliquot mederi potuerit, οὐ μιᾷ χερὶ ἀφθόνως, ἀλλ' ἀμφοῖν ταῖν παλάμαιν, id est, non vna manu, sed ambabus, iuxta prouerbium, elargitus: ἦν γὰρ φιλόδωρος καὶ μεγαλόδωρος ἐπιεικῶς. erat enim supra modum donandi auidus, & quidem magna: Huius pater Archiadas sublata rapto ingenti pecuniæ vi, tyrannicatus subtristem filium, iam tũ puerum, bono illum esse animo iussit, nihilque faciendam illam iacturam, quando si in Palladis ludos contumenda ea fuerat, longè maiores sumptus facturi fuerint, illud verò cum iactura certamen multo esse cum honestius tum splendidius. Ex quo apparet quarem habuerit magistrum & magnanimitatis doctorem a puero Theagenes.

Quis Eteobutades, quisve seruus. 33

Syneuus in libello De insomniis, ὅμοιον ἴσως ἐστὶ καὶ τὸ Διὸς τὸν Ἐτεοβουτάδην ἢ τὸν Ἀπολλωνίδην ἢ τὸν Μάτυος ἢ τινῶν. id est, Nõ curat Deus, quis Eteobutades, & quisve Apollonius seruus. Vius erit adagij, quo in figuris hebr. nus noster nihil referre quid cui obtingeat. Nouit & scriptura Deum διακρίνειν προσωπῶν delectũ non esse. Διακρίνεσθαι apud Athenienses familiæ illustris nomen fuit, & peraptiquę, ad Butem Pandionis vetustissimæ Athenarum regis filium, originem suam referentis, ex qua sacerdos Mineruæ arci tutelaris (πολιάδα vocant) deligi solebat: nominis etymo genuinam veramque gentis prosapiam indicante, quomodo & Ἐτεόκρητες apud Diodorum Siculum primi Cretæ indigenæ dicti fuerunt. Sunt qui Butem Neptuni filium scripserunt, vt Hesiodus: rectius Stephanus Pandionis: nam Iustus eli turpiter Gregoras Nicephorus, qui gentem deducit ab Argo, quem βοῦτην, à bubulci munere quo eo obseruato, Ἄργος ὠνομάσθη. Meminit Eteobutadarum Suidas, Hesychius, Etymologici auctor, Eustathius in primo Iliados, & Odysseæ decimo, & Stephanus in voce βουτάδαι.

Ἐτεόκρητες.

Tudiculam expoliuit. 34

Τουδιτάνην ξέσαι, id est, Tudicula m dedolauit. Citatur à Demetrio Phalereo ex Septimone Mimographo, quem totidem fermè adagiis abundare, quot versibus, ait. Videtur quadrare in hominem plus iusto curiosum vel qui operam inanem & inutilem verborum luco commendat: aut qui hominem agrestibus moribus & rusticano ingenio, ac Democari prorsus, ad elegantiores mores cultumque ciuilitatem traducere conetur, talis enim πρίνῳ ξέειν appositè dicetur. Quidam malè legerunt ὄζειν, quod est, ebullit. Est autem πρίων, coquinarium instrumentum commouendis pulmentariis oleáque vertendæ idoneum, Iudiculam Latini vocant, quam qui velit expedire elegantius, ne ille in re omnium inutilissima operam consumit.

πρίων

Iolaum implorat. 35

† De eo qui opem alienam implorat.

Qui sibi diffisus, alienam implorat opem, Ἰόλαον ἐπιβοᾶται, id est, Iolao opus habere dicitur, aut ἰόλαον ἐγκαλεῖν, Iolai opem, aduocare. Synesius ad Hypatiam, στάλαγμὸν ὑπὸ πανηγυρικῆς ἀνάγκης, τὸν πρόπαππον ὑμῶν ἀνακαλούμενον ἥρωα μηδὲ τοῦτο ἐπιστάμενος, ὅτου δεῖται δίκης ἢ πραότητος, οὐ μᾶλλον ἀνδρὸς ἢ Ἰόλεω συμμάχου τῇ ἀθέσμῳ, id est, Ablegatur ad malitiosos homines, Herculis more patriam ab illis expurgaturus, quam ad rem Deo nimirum & Hercule, imò & Iolao opitulatore ac subsidiario opus habet. Idem in Caluitij encomio Πρὶν ἢ δύο ἢ, φησὶν ὁ λόγος, ἐπὶ πρωΐαν, εἰ τοῦ Μαντινέως ἐκ λόγου ἀφικομένου τὸν Ἰόλαον ἀνὰ χεῖρα τῇ πόλει τοῦ ἄρους ἐξαναζεύξαι, χρὴ μὲ ἐν ὑπὲρ ἐμοῦ πίστιν, καὶ ὃ κεφαλῆς αὐτὴ παρέχομαι, καὶ αἰτίαν, εἰ μὴ τοῦτον Ἰόλαον συμμαχίαν αἰτησάμενον, κἀγὼ μου δεῖσθαι τοῦ παιδὸς ὑπὸ Διὸς ; ἐν ἴσχυν κἀκείνου τὸν Ἰόλαον. id est, Aduersum duos, iuxta prouerbium, ne Hercules quidem, qui Molionidas ex insidiis ipsum adortos haud sustinuit, & cum hydra pugnam ingressus, quando vnus vni aduersus stetit, æquo Marte decertauit: sed postquam hydræ cancer accessit, succubuisset ille, ni Iolai opem contrà implorasset. Similiter cum Dione res mihi succedit, patruele Iolao destituto. Apud Platonem in Phædone quum vrgenti Socrati, vt conuelleret argumentis aduersarios Phædon, deprecatus iste tenuitatem suam, respondisset duobus ne Herculem quidem sufficere, subiecit Socrates, ἀλλὰ καὶ ἐμοὶ τὸν Ἰόλαον παρακάλει, id est, Quin tu me Iolaum tibi adscisceto. Rursus in Euthydemo, ὁ δ' ἐμὸς Ἰόλαος Πατροκλῆς εἰ ἔτυχε, πολὺ ἂν ἐδόκει τοῦτον. id est, Atqui ἐμὸς meus Iolaus Patrocles accesserit, alterutram certaminis partem integer sustinuerit. Quibus ex locis, Iolaum pro auxiliario & qui operam alteri accómodat, quemadmodum & Thesei nomen, accipi clarum est. Euripides in Ione, Λαοπρεπὴς Ἰόλαος ὃς τοκεῦσι παρέμεν Θησεῖ πονεῖν, Διὸς παλαίσμασιν. id est, Armiger Iolaus qui communes subiens labores Iouis filio opitulatur. Nota est fabula vel ex superioribus Synesij verbis. nã collato pede cum Hydra depugnanti Herculi quum Cãcer mordicus calcem prehendisset, vt in Heraclea refert Panyasis, Iolaus laboranti opem tulit. Quod in fabulosis Palæphatus exponit ita, Hydram oppidum copiis oppugnante Hercule, Lernus regulus imperata facere nolens, auxiliarem militum manum, duce Carcino impigro & strenuo homine, stipendio conduxit, quo bellum propulsaret: itaque viribus inferior Hercules, Iolaum Iphicli fratris filium, cum delecta Thebanorum manu, in auxilium vocat, eóque subsidio adiutus, hostile oppidum solo æquauit, copiásque omnes deleuit.

Ἰόλαον, pro eo qui opẽ alteri fert.

Hydra.

In meridie vitæ philosophantes. 36

De iis qui ætate prouecta se studiis eruditis adjungunt.

Ἐν μεσημβρίᾳ τοῦ βίου φιλοσοφεῖν, id est, In meridie vitæ philosophari dicuntur prouerbialiter qui prouecta ætate animũ ad studia applicãt, Synesius ad philosophã. εἰώθασί τινας οἱ λογοφρίστας ὀνειδίζειν, ὅ πάσχειν ὑπὸ μέθης τοὺς συμφοράς ἀναπειθέντας ἐν μεσημβρίᾳ τοῦ βίου φιλοσοφεῖν. id est, nostri quoldam depositis ad rationalem meulam vectibus, vt accepto damno vel vnico edoctos, in meridie vitæ philosophiæ incumbere. Non absimilis hinc mutuum M. Crassi & Deiotari tetrarchæ Galatiæ commentum. Crassus videns illum extremo in senio nouam vrbem condentem, Quid, inquit, ὦ rex hora diei duodecima adhuc agere inceptas? ὡς ἔοικε δὲ ὁ βασιλεὺς ὥρας ἐπεδεήσατο λόγου. ridens ille subiecit, ἀλλ' οὐ καὶ σοὶ πρὸ ὥρας ἦν ἐπὶ Πάρθους ἰέναι. id est, atqui neque tu ipse, ô imperator, nisi multo ante modum in Parthos expeditionẽ fuisti. Vterque intempestiua molimina alijs facere obiecit. quod perscriptum est ab Appiano in Parthico.

Ignauus initio ferocit, mox fugit.

Potest intelligi & de improbis & sceleratis hominibus, qui flagitiis manifestis ubi timum ab audacia petere solent, vt inquit Cornelius Tacitus.

Iustitiæ ne murum an fraudis. 42

De suspenso consilio.

Qui ancipiti & suspenso animo fluctuat secúmque deliberat, qua sit insistendum via, aggrediendúmne sit negotium, an supersedendum: experiendum litigio, an cedendum causa: conseruanda alicuius amicitia, an rescindenda, is apposite vtetur illo Pindari πότερον δίκας τύχος ὕψιον, ἢ σκολιᾶς ἀπάτας ἀτελῆ, id est, arduúmne iustitiæ murum conscendam, an obliquæ fraudis. Scitè admodú vsus est M. Cicero lib. epistol. ad Atticum 3. decimo, his verbis, Nunc me iuua mi Attice consilio, πότερον δίκας τύχος ὕψιον, id est, vtrum apertè hominem asperné ac respuam, ἢ σκολιᾶς ἀπάτας, vt enim Pindaro, sic δίκαμοι τοὺς ἀπεχθεῖς εἶναι. omnino moribus meis illud aptius, hoc fortasse temporibus. Quibus verbis se ipse exponit, nimirum animi incertum pendere, num contemnenda sibi sit contumelia à sororis Attici filio illata & dissimulanter conquoquenda, an verò euomenda sit semel & apertè omnis in illum bilis vomica. Plinius antea vsus fuerat verbis isdem Plato libro De Republica secundo, loquens de industrijs iuuenibus qui rectè iudicare possint quod vitæ genus sit amplectendum, sic inquit, λέγει γὰρ αὖ ὁ Ἡσίοδος αὐτοὺς εἶναι τῷ Πινδάρῳ, ὡς ἔοικε, τὸ, πότερον δίκας τύχος ὕψιον, ἢ σκολιᾶς ἀπάτας ἄτειλες, ἢ ὑμεναίου ἔτυ θελγόμενος, ἄρ' οὐ; id est, Dixerit namque suo iudicio commotus illud ad se Pindaricum, Iustitiæ ne arduum murum an tortuosæ fraudis, conscendam, sicque velut macerie quadam circumseptus, vitam traducam. Finitimum est illi Homerico versiculo Iliados decimo sexto,

Δίχθα δὲ μοι κραδίη μέμονε φρεσὶν ἠμὲν ἰόντι. id est,
Contrarium ambigua hinc mihi mens instinat & illac.

Poterat Pindaricum illud vsurpasse Themistocles deliberans an Græcorum classis incendio esset corrumpenda. & Scipio apud Silium Italicum, exemplo Herculis Prodici, ambiguus, vtri se applicaret virtuti an voluptati, hinc inde vrgentibus.

Tanquam si pupillas moueas. 43

De re facta facili.

Ὥστε κόρας κινεῖν, Tanquam si pupillas nictites. Annotat Hesychius prouerbialiter dici de re facta procliui, & in qua nihil difficultatis sit, sic enim inquit, ὅταν μηδὲν χρεῖαν λέγηται: nihil autem pupilla magis lubricum, ac proinde mobilius expeditiúsve creauit natura, vt hinc vernacula lingua nostra fortasse adagium, quod intra nictum oculi aliquid perfectum iri loquimur, quod facilitatem omnetto dictoque citius absolui possit. Admonendus est tamen obiter lector mendæ, quæ in Hesychij codice inhæret, vbi perperam scriptum inueniet κῶν pro εἰλῶν.

Πυρπαλάμους. 44

De incredibili celeritate.

Πυρπαλάμους velut ignipalmeos, aut si mauis Palmigeneos compositæ vocis, sed prouerbialiter dictos inuenio & eos qui mira celeritate aliquid perficerent, & qui varijs essent moribus parum constantes, igitur, quo nihil in rerum natura est mobilius assimile. Illud annotat diserte & rectius cæteris in suo lexico Hesych. Post hùc Eustath. Iliad. 5. πυρπαλάμῳ scribit dici impotenter & τοῦ ὄρχου, atque inde creatum verbum πυρπαλιμᾶσθαι, pro, magis arrogantèr vt. & veluti per ignes supponitos citeri dololo (quod Flaccus inquit) ingredi, exponit. Licebit ergo opifices incredibili celeritate operi finem imponentes πυρπάλαμας vel πυρπάλαμους vocare, aut præstigiatores si gulari dexteritate oculis illudentes, aut etiam quomodocunque versatiles Protheos. Similiter ab ignea mobilitate Pyrrhichúm pedem cito motu recursantem, vt Terentianus Maurus ait, Græci nominárũt, quem à mobilitate etiam πυρρίχην dictum prodidit Diomedes.

Altera caduceum, hastam altera. 45

Θατέρα μὲν δόρυ, θατέρα δ' ἀφύσσειν περὶ κύλικα, id est, Altera manu hastam, altera caduceum & scyphum. Prouerbium est ad id tempus Eustathius ex Paulania, de his qui armatas preces adferunt, amicæ admonitioni minas contungentes. Ex hac historia natum quæ tam est Gephyræi ad decimas Apollini Delphico votiuas petitum ab Athenienſibus missi acceperant oraculum illud,

Ἀνδρί γε φωτὶ ἔοικε φίλ Φ, ὅστις ἄριστ Φ. id est,

Non domus est melior Gephyræo pro domo amica.

admonuit denique vt præsita boum vestigia insequuti, ibi locorum considerent, vbi defatigatos boues conspexissent: atque oppugnante Athenienses Eumolpo, ipsi ad Tanagram contenderunt, tradito in manum fœciali ductori exercitus caduceo, sub pacis legatione quæque obtentu, subsequente à tergo armata iuuentus manu. Ibidem ex alterius lexici fide annotat Eustathius eandem historiæ occasionem passo aliter, nimirum Gephyræos à Tanagræis bello infestatos, fœcialem præmisisse, armatis ponè insecutis omnibus. Polyenus lib. 4. de Rhodijs astu tali vsis loquens, προεβάλοντο μὲ Λεόδαμαν πρεσβύτατον τῶν τοῦ βυζαντίου συμπολιτῶν. ὃς ἔχων τετρήρη ἐμπεπλεγμένον, διωκόμενος ὑπὸ Δήμητρος, καὶ τὸ δόρυ καὶ τὸ κηρύκιον ἅμα πίπτων πρὸς τοὺς βυζαντίους. id est, Ad Byzantios legatum Antidicem delegerunt, simúlque cum eo Polemoclen tribus instructum triremibus emiserunt, volentes simul & hastam & caduceum, iuxta prouerbium, ad Byzantios mittere. Affine huic est & planè cognatum id quod decimo Æneidos dixit Virgilius,

Pacem rare manu, præfigere puppibus arma.

Porrò ex superiore oraculo cõstare potest ratio etiam adagij quod apud Erasmum legitur, Domus amica, domus optima. *Domus amica, domus optima.*

Opulentum spirat. 46

Qui nihil mediocre spirat, sed magnifica omnia crepat aureos tantùm non montes tempet in ore habens, ἀφυσσόμενος, id est, Opulentum spirare prouerbiali figura dicitur. Philostratus de Pelope in Iconibus,

Ὁ δ' ὑφῆρπασε ἄδην ἐξ ἀφυσσοῦ μόνου. id est,
At ille elatum quiddam & opulentum spirat.

Vbi obiter indicandus est error Græci codicis, in quo malè legitur, ἀφυσσόν. Fuit autem Pelops Tantali filius ditissimus, cuius talenta in prouerbium abiere.

Doricè incedere. 47

Doricè incedere, hoc est, δωριάζειν dicuntur quæ nudant bonam corporis partem depositis vestibus, vt Ælius Dionysius exponit. Nam in Peloponneso puellæ discinctæ & sine tunica interdiu incedebant, quod & Pausanias confirmat interpretans τὸ δωριάζειν, τὸ γυμνοῦσθαι, quòd Doricum esset artus nudos spectantium oculis exhibere, nullo cinctus vitæ. Anacreon Lyricus. Ἐκδὺς χιτῶνα δωριάζει, id est, Exuta tunicam Dorice ingreditur. Chorus apud Euripidem in Hecuba,

Ἀεχὼ δ' φίλα μετὰ νεάνιδος Φ-
Δωρίαν, ἁβρὸς ὡς πάρα. [illegible] sit,
Dulcis itaque thoras ego iumpsicam
Indutus Pallam, Dorides
Qualem solent virgunculæ.

Sic & Spartanæ puellæ incedebant olim incinctæ & ἀχίτονες, suppartum habentes vtroque in humero virginum baculis nbus adstrictum, quod inferius laxum in incessu femora nudabat, vnde Callimachus, ἦσθα τότ' ἄζωσ Φ, χἀπὸ μηροῦ Φ, id est, Erat quando incinctus & alterutro ex latere nouus adstrictus. Eodé spectat quòd Lacænas φαινομηρίδας dixit Ibicius poeta, quod in incessu femora resecta ostenderent, & Euripides ait incedere illas γυμνοῖσιν μηροῖς & πέπλοις ἀνεμένοις. id est, nudis fœminibus, & retractis pallis: quin & Sophocles διφρηλάτου μηροῦ quasi clathratum aut fenestratum femur ipsis dat. D. Clemens pædagogi lib. 2. Lacænæ virginis more ὑπὲρ γόνυ ἐσκολιῶσθαι, id est, reductis supra genu vestibus incedere, indecorum esse ait. Quadrabit hodie in leues parúmque castas.

Spartanarum virginum habitus.

Musicus apparatus. 48

De mediocri apparatu.

Μέτριον, id est, Musicum pro mediocri vsurpari plurifariam apud autores inuenio. Damascius Syrus in historia quam de philosophis scripsit, τὸν δὲ φιλοκαρπίαν μετρίαν τινὰ καὶ ἀξιόπιστον ὑπ' ἐκείνου δεῖ μετρίου ὑπὸ δεῖ πολὺν βλαστάνειν, ἀμφὶ μικὸν καὶ μουσικὸν καὶ τὸν ἄνευ τούτου τῆς τύχης ἀγαθῶν ἀμοιρεῖν, id est, Victum sortitus est moderatum & frugalem, neque ob egestatem præparcum, neque propter opes diffluentem, sed medium atque musicum, pro fortunis verè temperatum, ad instar Dorij modorum. Plutarchus in præceptis salubribus Timotheũ Athen ensiũ ducem cornasse dicit in Academia apud Platonẽ μουσικὸν καὶ λιτὸν δεῖπνον, id est, Musicam & frugalẽ cœnam: quod repetit idem in Sympos. lexto his verbis, δεῖπνον μουσικὸν καὶ ἀφελῆ;

id est, tractauit illum musicè & absque graui apparatu, nimirum mediocriter. Similiter Athenæus libro decimo ἐσταδὸς ἀφῶν καὶ μετρίων, id est, communis acceptus mediocri & multo. Euphro Comicus, ὄγκος δεῖ μικρῶν, id est, Mediocri tibi copia iuncta. Huc referri puto illud Plauti in Mostellaria, vbi ait, Musicè hercle agitis ætatem, ita vt vos decet. Vino & victu, pulcru probo, electili. quum vellet innuere mediam viuendi rationē illos sequi, neque viles & minimi pretij, neque rursus maximi dapibus victitando, sed habito delectu media eligendo. Apud priscos tria harmoniæ genera numerantur, inter quæ Lydios modulos vt luctui & funeralibus aptiores reiecit Plato, quemadmodum & Ionicos, vt solutiores & mollitie infames: Doricos laudat, ceu temperatis & modestis ingeniis congruos, quibus persimiles sunt quos Aolios nominabant. Huc spectat Pratinæ Phliasij poetæ versus ab adagij sensu haud alieni,

Harmoniæ tria genera auctorius.

Mὴ σύντονον θύειν μήτ' ἀνειμένην
Ἰασι αὐτοῦ, δίωκε τὸν μέσον νόμον
Κεραυλὸν αὐτὸς τῷ μέλει. id est,
Nec asperum modum aut remissum lenicum
Sectare, sed mediam tenens viam, melos
Modulator Æolium.

Coryphæum. 49

† *De eo qui sit aliorum princeps.*

Qui primas sibi partes aliqua in re vendicat, aut caput præcipuúve est præ cæteris excellens κορυφαῖος & voce superlativa κορυφαιότατος proueibialiter dicitur, quasi verticissimum dicas. erat autē propriè inter choreutas primus & veluti auspex, κορυφαῖος, præsultorem vocare licebit, qui in capite chorex potius præcinebat, quem reliquus cœtus accinendo sequebatur. Aristot. libro De mundo primo, καὶ ὃ τὸν ὅλον διοικοῦντα ὑπὸ τοῦ θεοῦ φερομένων κορυφαῖα περιέχοντα θεὸν τὰς κινήσεις μὲν τὰς ἄστρα. hoc est, Sidera mouentur ea lege, quam altrinsecus Deus congruatione Coryphæus, velut mundi caput, dictus, præsit. Plato in Theæteto, ἀλλ' ὦμεν δὴ ὡς ἔοικεν, ἐπεὶ σοι γε δοκεῖ, αὖθις τὴν κορυφαίαν, id est, Age verò, quoniam ita ubi visum est, de Coryphæis verba faciamus. Dionysius Areopagita ad Timotheum Ephesi antistitem de Petro Apostolorum principe loquens ita scribit, καὶ πῶς ἡ κορυφαία καὶ πρωτόθρονος τῶν θεολόγων ἀκρότης. id est, Vnáque Petrus coryphæum & antiquissimum inter Theologos fastigium. Gregorius Palama ἡμεῖς μὲν διὰ τῆς χρείας συνίομεν ὅτι ἡ κορυφαία τῶν λοιπῶν. id est, animi passiones longo vsu valuit & præ cæteris coryphæa & principatum obtinentes. Philostratus in Iconum priore libro, κορυφαῖα δὲ τῷ χορῷ ἡ ἀλώπηξ γίγνεται, χρῆται γὰρ αὐτῇ λόγου καὶ διανοίας τῶν πλείστων ὑποθέσεων, ὥσπερ ἡ κορυδὸς τῷ Δείᾳ. id est, Coryphæa autem totius chori depicta erat vulpes, ea namque vtitur Æsopus ad ministra in argumentis plurimis, velut Duo Concœdia. Dion Chrysostomus in Euboico, πυνθάνομαι γὰρ δύο τῇ πόλει κορυφαίους τῶν περὶ ἐλευθερίαν ἀνδρῶν γεγονέναι τῶν ἐν πάσῃ ἱστορίᾳ λόγου. id est, Audio namque duos esse Coryphæos, qui vniuersam propè regionem montanam occuparunt. Memnon historicus: Νύμφαι δὲ ὧν ἐτύγχανε ἡ κορυφαῖος τῶν περιοίκων, id est, Nymphis hilsonicus princeps legationis erat.

Frenum non habet linguam. 50

De garrulo præter modū.

Χαλινὸς οὐκ ἔχει τὴν γλῶτταν. Freno caret lingua, De garrulo & tacenti modum ignorante. Philostratus lib. 4. de vita Apollonij, loquens de Basso quodam Corinthio parricida, qui philosophi nomine sese venditabat, sic inquit, σοφίαν δὲ ἐπωνύμως ἐπιτηδεύων, ἡ γλῶττα οὐκ ἔχει τὸν χαλινὸν τῆς ἀκοσμίας, id est, Sapientiam falsò affectabat, nec inerat eius linguæ habena. Talem ἀπεριστόμαχον sine fine loquacem appellat Galenus lib. aduersus Iulianū: Euripides ἀπερίσκοπον, quòd nullis obicibus interiepiā habeat linguam, & eadem metaphora ἀπόλαστον. Idem & Aristophanes ἀχαλίνωτον στόμα dicere impotentis vocat. D. Clemens ἀδούλωτον γλῶτταν, linguam inhabilem, nullisque obicibus septam, libereque euagantem. Nazianzenus ad Eudoxum ἀχαλίνωτον ἀκρασίας scelestatem effrenem & insolentem dixit.

Non quacunque manu. 51

Aptè hoc refertur quum id dicat, aut non.

Non quacunque manu victima cæsa litat. In prouerbij vsum recipiendus est hic Martialis versiculus quoties delectum rerum indicare volumus, aut plurimum interesse quis quid dicat, aut non æque gratum accepturúve esse, ab hoc an ab illo donum aliquod proficiscatur. Tractum a sacrificiis in quibus sæpius rusticus mola tantùm salsa litat, quàm pretioso thure & magnificis hecatombis locupletes: quod Euripides dixit,

Θεοῖσι μικρὰ δίκτυα τῶν
Τὸν εὐθυμοῦντα ὀπάζει βίον, id est,
Parua dijs libantes fercula,
Acceptiores integros mactantibus boues.

Est autem litare propriè propitiato numine voti sui compotem fieri. Martialis distichon est in togam dono missam eiusmodi,

Vltor hæc nobis alio mittente fuisset,
Non quacunque manu victima cæsa litat.

Vsus ergo adagij erit, si dicamus munusculum ab amico missum, & quidem tali lōgè gratissimum esse: atque eò impensiùs, quòd ab illo sit profectum.

Ἐξακριβάζειν. 52

Exquirere solicitè.

Prouerbialiter dixit illud Cicero libro epistolarum ad Atticum sexto. Cætera noli ἐξακριβάζειν, pro, solicitè exquirere, & veluti periculosa quadam cura examinare. Sumptum à rhizotomis & herbarum collectoribus, qui frequēter medijs in vepretis & spinosis senticetis radices floréve satagunt euellere aut decerpere non sine vulneribus.

Fons & radix. 53

De principio res cuiusq.

Πηγὴ καὶ ῥίζα, id est, Fons & radix, pro origine & principe causa prouerbij specie ponitur. Iulianus Imperator in quem inuehitur Galenus, ὡς τὸ ἐξαλλοτριώσασθαι τῆς ἀρετῆς ἅπαν ῥίζαν τε καὶ πηγὴν ἴσχειν τινὰ, τὴν μὲν ἐχθρὸν τοσοῦτον τὸ κακόν. id est, vt reliquum aphorismi, radicem fontémque habeat illum, quod humorum copia morbos corporibus inuehat. Galenus in Therapeut. δείξω τίς ἀρχὴ καὶ ῥίζα τῆς θεραπευτικῆς ὁδοῦ μεθόδου. id est, Ostendam quod sit principium, quę radix curandi methodi. Hippocrates libro de flatibus, τὴν ἀρχὴν καὶ πηγὴν τῶν ἐν τῷ σώματι κακῶν. id est, quod fit auspicium, qui fons morborum qui corpori accidant. Proclus Constantinopolitanus Episcopus, ἐπ' αὐτὴν τὴν ἀρχὴν καὶ ῥίζαν τῆς ἀνθρωπίνης διαπλάσεως ἀναδραμών. id est, recurrens ad primordium ac radicem humanæ creationis. Constantini Imperat. dictum memoratur a Nicephoro huiusmodi, Romani imperij dignitas atque amplitudo fontem atque radicē habet, veram pietatem. Synesius lib. De prouidentia, παιδεύσεως γὰρ ἀρίστης ὧδε πηγὴ τὸ. id est, Doctrinam celebrat virtutis esse fontē. Philo Iudæus, τὸν ὀρθὸν λόγον ὡς πηγὴς ἄλλης ἀρχὴ πηγὴ νομίσας. id est, Recta ratio cæterarum legum fons est, vnde ortum habent. Empedocles Agrigentinus de rerum primordijs loquens, Τέσσαρα πάντων ῥιζώματα πρῶτον ἄκουε. id est, Principio rerum radices quatuor audi. quod ex Athamante Pythagoreo tranſtulit, cuius hæc leguntur verba, ῥιζώματα τέτταρα πάντων, ὕδωρ, ἀέρα, γῆν. id est, Quaternæ sunt seminales & radices rerum, ignis, aqua, aer, terra. Plutarchus in Romulo πηγὴν τῆς φιλίας, id est, fontem & originem benevolentiæ dixit. Zoroaster magnus, Deum animæ fontem vocat in oraculis suis. Δίζαν σὺ ψυχῆς ἔχεον. id est, Quære Deum, qui fons animæ. Simili modo Cicero in Tuscul. Caput atque fontem esse mœroris. Idem Crodium fontem gloriæ Milonis vocat: & alibi segetem ac materiam. Panegyrici Maximiano dicti autor, Quia seminarium iuuentutis & quasi fontem humani corporis semper Romanis exercitibus ministrarunt. Nazarius Panegyrista, concordiam fundamentum ac radicem otij, bonorum ciuium seminarium, quietis publicæ segetem vocat.

Elementum. 54

De initio rei.

Consimili figura & στοιχεῖον, id est, elementi appellatio pro initio & rei primordio vsurpatur. Damascius Syrus in philosophica historia, στοιχεῖα πρῶτα μικρὰ τῆς ὅλης πολυθρυλήτου ἱστορίας, δόσεως φιλοσοφικῆς, αἰσχύνης, id est, Prima elementa notissimæ multiplicis rerum cognitionis sunt vita, amor, industria, & ingenij sagacitas. Polycrates Ephesinus Episcopus ad Victorem Romanum scribens, martyres in Asia sepultos qui posti Dionis Christianæ rudimenta hominēs docuerāt, appellat μεγάλα στοιχεῖα, ingentia primordia atque elementa fidei. Isocrates orator, ἔστω δὲ στοιχεῖα, πρῶτα καὶ μικρὰ χρήσιμα πολιτείας, id est, Iura namque probe instituta reipublicæ prima & maxima sunt elementa. Synesius in Dione: τοῦ δρόμου ὅσπερ στοιχεῖα τὴν ὅλην φιλοσοφίαν διαμαζεύσας, id est,

id est, virtutes velut totius philosophiæ elemẽta suspicimus & admiramur. Timon Milanthropus, Ioanne Stobæo teste, auaritiam & ambitionem nominabat τροχιὰς τῶν κακῶν, id est, malorum elementa.

Charixena non sunt ista. 55

Apud Aristophanem in Concionatricibus anus loquitur, οὐ γὰρ τί πω χαριξένα ταῦτ' ἦν, id est, Neque enim ad Charixenam ita pertinent. Eustathius in Nauium catalogum scribens, ait esse prouerbium à Charixena poetria fidicina tractum, sed non explicat. Scholiastes Aristophanis annotat Charixenam fuisse stolidam & stultam mulierculam. videtur dici posse quum indicare volumus, alia de re quàm alter existimet, sermonem nobis esse.

Trabali clauo figere. 56

Nexu validè munire.

Trabali clauo figere prouerbialiter dixit Cicero pro validè munire, & nexu indissolubili atque adamantino, quum ait in actione in Verrem septima: Et vt hoc beneficium, quemadmodum dicitur, trabali clauo figeret. Arnobius, Lactantij Firmiani præceptor, libro aduersus gentes secundo: Metus ille vos habet, ne veluti trabalibus clauis affixi, corporibus hæreatis. Denique quicquid ingens & valido est, Trabale veteres vocant. Statius Papinius Thebaidos quarto, Dextrâque trabalem Hastam intorsit agens. Claudianus de raptu Proserpinæ. Indignatúque trabali Saxa ferit sceptro. Virgilius quoque trabale telum dixit Æneidos secundo, quod Tiberius Donatus exponit, fortè vt sint trabes: Nazarius Panegyrista, Quos cum trabalis hasta delectat multitudinis terus proterit. Ammianus libro 16. Quorũdam capita diuisa trabalibus telis. Apud Horatium odarum libro primo, Necessitas gestat clauos trabales & cuneos manu ahenea: nimirum ferreos clauos ad figendis in crucem nexis paratos, magnæ quidem molis illos & trabium instar grandes, vt & cuneos, quos Æschylus in Prometheo similiter σφῆνας nominat. Suetonius fidiculas. Congenere metaphora dixit Ioannes Chrysostomus τοῖς τῆ μέθη συνεχομένοις, hoc est, ebrietati tanquam trabali clauo adnexos. & iterum ἐμπεπηγὼς ἐπὶ συνεχομένου φρενίτιδι, id est, Curis quotidianis victus tanquam clauo atfibulati.

Mantissa obsonia vincit. 57

Vetus est adagium, Plus est mantissa, quàm obsonio, quãdo significabamus dictum aliquod obiter aspersum orationi, pluris nobis esse, quàm reliquã orationis molem, veluti si epistolæ bene prolixæ breuis aliqua pateretis adiecta sit, dicere licebit, Pluris nobis est eam mantissam quàm obsonium. Eleganti simile eo vius est Lucilius in Satyris hoc hemistichio,

Mantissa obsonia vincit.

Cælius Calcagninus in quadam epistola: Quam mihi superpõdij vice nuncupasti, vt prorsus muneri tuo vetus illud dictũ bellè conueniat, Plus est mantissa, quam obsonium. Est autem Mantissa appẽdix quædam & additamentum quod merci appenditur aut adnumeratur superpondij loco, manu adiici solet.

Mantissa.

Ampullas loqui. 58

Vti verbis tumidis.

Ampullari dixit Horatius epistola tertia libri primi, pro verbis tumidis vti, qualibus cothurnus Tragicus solet, ibi,

An Tragica desanit & ampullatur in arte.

Idem in arte poetica Ampullas vocat verba grandiloqua & turgida, quorum egeno homini ineptus vsus est, ibi,

Projecit ampullas & sesquipedalia verba.

Simili ratione φυσιοῦν efferunt Græci prouerbiali figura, sic Hyperides orator de Demea Demadę oratoris è tibicina filio, dixit, os illi magna in suggestu crepanti obstruens, οὐκ ἀποκλείων μᾶζον τῶν ἐκεῖθεν ἐχόντων τὸ φύσημα. id est, Num tacebis qui amplius matre phyisema haoes. φύσημα propriè sollem Græcis sonat à flatus argumento: ac φύσημα bullam spiritu inflatam & tumentem: vnde ad inanem tutilium hominum garrulitatem transfertur, ita quod Theodoritus poeta de Vulcano dixit, φυσητῆρα μειρήκων χαλκῆα, id est, Vernicularibus folibus vti, poterit conuenienter in blateronem, cuius plena ipsi sint mendacia tollens. Hinc non abludit oraculum de Atheniensibus editum. Μή μοι τὰ Νιόβεια αἴνησαι, μελέτω δ' ἔστω, id est, Ne mihi Cecropidas laudetis, erunt etenim veres, hoc est elati & tumidi. Est autem Ampulla lecythi aut olearij vasis genus, gracili ventre tortuosum. Porrò quod annotat Erasmus apud Plautum in Menechmis Ampullaceam dici fœminam magnificè exultantem, vitio librariorum codicum deceptus est, in quibus ita legitur: quum eius loco scribatur rectius in emendatioribus libris (quos singulari industria in lucem emisit Ioachimus Camerarius, vti refert tendis bonis literis & adiuuandis natus, præclarum Germaniæ ornamentum) ancillas, pennum, id quod & locus postulat.

Ampulla.

Mens abest in popina. 59

De eo qui epulas appetat.

Ἐν τῇ κοιλίᾳ τοῦ, id est, Animus in popina. Dicitur de eo qui præsens abest, vel qui omnia comessationibus postponit, delicias epulasque semper anhelat. Plato Comicus in Phaone,

Ὑμῖν γὰρ ἴσως, καθάπερ ἐμοί γε δοκεῖ,
Ἐν τῇ κοιλίᾳ τοῦ σώματος μοι δοκεῖ.
Vobis quidem mi mentis est, dicis vt solet
Animus mihi esse videtur in ventriculo.

Sanga cocus continuatur apud Terentium in Eunucho, Iamdudum est animus in patinis. Apud Athenæum in primo,

Ὁ νοῦς γὰρ οὗτος τῆς πραπίδος ἐκπέπτωκεν. id est,
Effugitque nostri mentis officina meæ.

Alludit huc in Pace Aristophanes,

Ὁ νοῦς γὰρ ἐμοῦ τοῦτ' ἐν ταῖς σκύτεσιν. id est,
Tunc namque nostra mens aberat in pellibus.

Non dissonat ab hoc adagio illud Eupolidis in Autolyco,

Οἱ ζῶντ' ἐπ' ὄνοις ἐξὸν ἐφιππάζεσθαι βροτοῖς. id est,
Qui deuitato vitulo, de castro secuti.

Asciam cruribus illidere. 60

Malum ipsi sibi excitans.

Asciam cruribus suis illidere prouerbiali schemate dicitur, qui sibi ipsi malum accersit dedita opera aut temeritate quapiam. Apuleius libro tertio de Asino. Meque sponte asciam cruribus meis illidere compellis. Transfictum videtur à fabula quæ memorat Lycurgum Thracem succidendis vinetis intentum crura sibi amputasse impacta securi. Conueniet in dicaces qui virulenta lingua & cõuitiis exitij autores sibi sunt, vel saltem ingentis damni, qualem constat fuisse Sotadem qui amarulento dicterio peritricto Ptolomæi incestu, regis in se iram, mox necem concitauit: similiter Theocritus Chius sophista appellitans Antigonem regem Cyclopem, funestam cruribus suis asciam illisit. Est autem ascia fabrile instrumentum, ad cædendam materiam comparatum, cuius inuentio Dædalo attribuitur à Plinio. Simili metaphora Cicero dixit in oratione pro Plancio, infligere securim pro damnum adferre.

Sotadem.

Syri aduersum Phœnices. 61

† *Fraudulentum in fraudulentum.*

Συρίζει πρὸς φοίνικας, Aduersum Phœnices Syri. Citatur adagium in Suidæ collectaneis. Dici conuenit imparitèr fraudulentos & vempelles, veraque enim natio vafritiæ infignis nomine malè audiuit olim. Potest & ad diffidentiæ significationem trahi vt inter se malè concordes & alterum alterius fidei diffidentem συρίζειν πρὸς φοίνικα, Syrum cum Phœnice commissum dicamus, eo quòd hæ gentes conterminæ propter mutuam simultatem raro amicitiam colant, aut sibi mutuò credant: Alioqui Syros & Iudæos, qui Phœniciæ attribuuntur, nationes seruituti natas, appellat Cicero in oratione De prouinciis consularibus.

Contigua solueris. 62

Et difficilem solutu.

Καθαπτὰ λύειν, id est, Contigua soluis, vel, induta soluis, vtrumque enim significat καθαπτὸν & contiguum, quod indiuiduo nexu conjuncta se in vicem contingant, & indutum ita vt viuam cutim attingat, quomodo Aristophanes dixit: τεττίγων ἀφαῖς καθαπτόν, hinnulorum tergoribus amictum: vtrumque verò difficulter exoluas & quod contiguum est & quod corpori inductum atque assutum quodammodo. Admonet Hesychius dici in eos qui rem multis modis difficilem aggrediuntur soluere, & exponit καθαπτὸν immissum ac insutum pellibus, & scuta astricta gestantem, cuius modi hominem & periculosè & magno labore exuere paraueris. Non malè fortassis κάθαμμα λύειν legas, pro Nodum dissoluere, quo vsus est in Hippolyto Euripides,

Τίνα τῶν ἀτεχνῶν ἐχερῶν ἢ λόγων παρέξομαι κάθαμμα λύσεως; id est, qua arte quáve ratione queamus errore commisso dicti nodum soluere. Cuius origo refertur ad Gordij Midæ patris vehiculum fatale, cuius iugum inexplicabili vinculo ita adstrictum erat, vt nodorum implicatorum nexus vnde inciperet, quóve se conde-

ret, nec ratione nec visu percipi posset, vt scribit de eo Quintus Curtius Rufus libro octauo. Corrigenda interim est obiter lectio apud Suidam depravata, apud quem perperam legitur καθαρμα λίνεα, quæ vox piaculum sonat.

In fronte mentem habet. 63

Simulata prudentia vel doctrina.

Ἐν τῷ μετώπῳ τὸν νοῦν ἔχει, id est, in fronte solum mentem habet: in vana & simulata prudentiam conuertit, aut certe imperitiam eruditione ita, quam fronte promittunt nonnulli, in recessu nihil habentes. Extat apud Amphim Comicum, Τῶν μετὰ τὸ μέτωπον τὸν νοῦν ἔχειν οὐδενὸς, id est, In fronte solum mentem habere qui solent. Frontis nullam esse fidem dixit Martialis, & Cicero eam ob causam arguit, prior de recte vmbram quādam eruditionis referentes, & quod ille dixit barbatenus philosophantes, ἐν τῷ μετώπῳ τὸν νοῦν ἔχειν, in fronte, non autem in animi penetralibus, mentem habere dicemus.

Multis brachiis æqualis. 64

Πολλῶν βραχιόνων ἀντάξιος, id est, Multis brachiis æqualis, de industrio homine effertur adagium, qui ingenio & solertia plus possit vnus præstare, quam multi fessa operarum manus imitati: qualis Archimedes qui mirabilia reipsa præstitit, veluti quum cunctis Syracusij nauium in mensa magnitudinis πεντήρων ab Hierone Ptolemæo regi Ægypti extructam deducere de naualibus nequirent, Archimedis industria solus Hieron eam deduxit, vt obstupefactus ille exclamaret, Posthac Archimedi de quouis re loquenti credendum esse, vt probe narrat Proclus libro quarto commentariorum in Euclidem. Extat adagij vsus apud Philostratum in Heroicis de Palamede, ἐγὼ δὲ τὸν Ἀχιλέα ξὺν ὅλοις τοῖς ὅπλοις ἐπαινῶ, πολλῶν φημι βραχιόνων ἀντάξιον εἶναι τὸν παῖδα τῆς θέτιδος, id est, Thetidem Pontone vna cum armis Achille, multorum (quod dici solet) brachiorum instar sepsum ducens. ita Xenophon dixit πολλῶν πανοπλιῶν ἴσον τὸν πλοῦτον ἔχειν, id est, illum plutum ferunt vice habeo. Nec aliena est hinc ἐκπληξις, hoc est, centimani apud Callimachum, de ingeniosio & πολυμηχανῳ quomodo prædictum Archimedem Cer tamanum dictum annotat Eustathius, quòd vno machinæ bellicæ tortu multa simul iacula in hostes dimitteret.

Archimedeum problema. 65

Proverbium difficile.

Quia in mentionem Archimedis incidimus, libet subnectere quod haud dubie prouerbij intellectu a Ciceronem dictum est libro tertiodecimo epistolarum ad Atticum, ita enim habet. Abiit illud quod tum ne timebat, quod tibi dabam ἀρχιμήδειον πρόβλημα. Archimedem in prædicta appellat quæstionem abstrusam, sortu difficilem, solertiaque indagine examinandam. Archimedis ingenia admiranda, & mihi meam solertiam prædicat Vitruvius libro nono, singulis ferme libris industriam ibidem narrat in expendendo latere aureo, quod & Rhemnius Fannius expressit versibus. Archimedem ait Syracusis ita, De solomnis, popolerille locū sibi extra telluris orbem, vbi cum vniuersa terra se velut in lance appenderet, in terra namque positum, nullas aduersus illam habere vires. Memoratur & dictum ipsius Dorica dialecto,

Πᾶ μοι γᾶς στῶ τὰν ἐμὰν τὰν γᾶν κινάσω, id est,
Vbi mihi terræ vbi iam meam terram commouebo.

Leguntur de eius industria memorabilia, lenatus Pisidæ illa sic a me reposita,

Τὰς πάνυ δαιμονίου ἀρχιμήδους εἰς μέσα
Σπαρτὰς ὀπτικὰς εἰς τὸ κύκλου μέσου
Τῶν ὑπερφυῶν ὀξυχόων τὸ φαντίον,

quorum versuum hic est sensus est, Archimedem Geometricas omnes facultates quæ tum circumquaque cententur) in vnam tractorix machinæ corpus coniunxisse, qua imminentes pondera moles horaret vellitēque. Legendum enim est ὄλκιον, non autem ὄλκιμον apud Suidam veteres istos adducentem.

Gratias Musis commiscere. 66

Operi erudito gratiā adiungere.

Extat apud Agathiam historicum libro tertio, τὰς μούσας, φασὶ, τοῖς χάρισι συγκεραννύναι, id est, Musis Gratias, quod aiunt, commiscere hoc est, operi historico & erudito, gratiæ & ingenij encomium aspergere. Euripides in Hecube furentis, τὰ πανύμνητα τῶν χαρίτων τοῖς μούσαις συγκεραμνύς, οὐδὲν ἀνύσεις, id est, Non debuam Charitas Musis commiscere, copulam iucundissimam. Vetus & Dion Chrysostomus in oratione ad Alexandrinos. Non absimile huic est quod apud Heliodorum libro quinto Æthiopicæ historiæ Cnemon dicit ad Nausiclem, καὶ μοι δοκεῖς ἡδὺ τῇ δικαιοσύνῃ μάλιστα συνάπτειν, τὸν ἐμὸν πρὸς Δημόνικον ἔλεγχον ἐξαιρῶν τοῦ πικροῦ καὶ ἀηδοῦς, id est, Videris mihi rei iustæ rationem optime colere, qui Baccho Mercurium allocras, & orationis condimentum poculis permisces. ita Plutarchus libro primo Symposiac. de philosophis qui non minus latigant literatos terminibus condite sympotij apparatum, quàm vinum affusa aquam diluere, dixit, ἐγὼ τοίνυν τοῖς μὲν Διόνυσον ἐν ταῖς τοιαύταις ὑφορῶμαι. id est, Non legitus Bacchi Mons qua Nymphis permiscentes: nam vt vino affusa aqua, pharmaco temperies robur que corporis conseruatur, ita conuiuiales eruditionis tale condita animus pascitur: propterea addit ibi Plutarchus, tēque ipse exponit, Nymphas namque placidum mitemque cum corpori conciliant, & Musæ mulcedinem reuera & benignum animis præstant: verumque alloquuntur docti & philosophi, qui pocula deluere parique studio doctis fabulis coronari laborant. Plato etiam admonet alicubi vt temulentum Bacchum sobrias deabus nymphis contemperemus. Huc spectat quòd incertum Nympharum numerum Baccho attribuerit antiquitas, quod pluisculis aliquando lymphæ mensuris ieiunanda sit vini proteruia. Attingit adagij huius gratiam Martialis libro vndecimo de Philostrato quodam loquens, qui potus per gradus præceps corruit, periclitatus ceruicem frangere, non passurus idem, si nymphārum aquis prouectæ maluisset, hæc eum inquit,

Non ejet, Nympha, tam magna pericula passus,
Si potius vestras hic vbibisset aquas.

Tota vita. 67

De rebus ad vitam necessariis.

Ὅλου βίου, Tota vita, de re iucunda & necessaria prouerbialiter dicitur, Plato libro quinto De republica, πάντων ἡδέων ἄκουσον ὅλου τοῦ βίου τὸν λόγον. id est, Tales audire rationes sapienti tota vita est. Colonat cum hoc vulgare nostratis linguæ diuerbium, quo dicimus, Totam vitam nobis esse, de re quę nobis impendio adlubeceat. Philostratus in vitis Sophistarum de Scopeliani patre loquēs qui coquum suum heredem instituerat, χαρίσασθαι γοῦν φησὶ τὸν θεσπεσιῳδὸν καὶ ὀφθαλμοῖς καὶ ψυχῇ πάσῃ. id est, Hæres scribitur, nuncupatus & fini nomine, & oculis, & vita denique tota. Huc spectat senarius iambicus quem apud Euripidem Andromache loquitur.

Ἅπαντ' ἀνθρώποις ἐστὶν ἡ ψυχὴ τέρα. id est, Mortalibus cunctis sunt vita liberi: quem generalius maluisset Apollonius de cunctis animantibus protestatus, ἐστὶ γὰρ πᾶσι ζῴοις ἡ ψυχὴ τέρα. id est, Animantibus cunctis hæc sua vita tuba.

Niobes archetypum. 68

De stupido & immobili homine.

Νιόβης ἀρχέτυπον, id est, Niobes archetypum. De homine stupido & immobili, quem Saxeum etiam dicimus, Lucillius de tartatore mihi agitatus habente,

Ὀστέινος τοῖχος ἦν καὶ ἀρχέτυπον. id est,
Ossea paries erat & archetypum Niobes.

Potest & dici de taciturno homine & attonito, vnde verbum excalpere nequeas, quomodo apud Antiphanem Comicum loquitur quispiam laxeum cuidam se dictitans, quum audito immani pretio venalium picturæ velut attonitus discesserit: equidem ait, ἐκεῖνον γὰρ ἐγὼ τὸν ἄνδρα τὸν ἐκπεπληγμένον, λίθον δ' ἔφην ὁρᾶν. id est, Quando ille mecum cetarios, conticuit cuidam laxeus. Quod alludit ad fabulam de Gorgoneo capite, cuius aspectus homines in saxa conuertebat, vnde illud Philostrati de Perseo, ἐγὼ δὲ δίδυμα τῶν γοργόνων ἔχων ὅπλα, μὴ ἀπιστήσητε εἶναι λέγοντι, λίθοι γάρ. id est, Scopulo Gorgonis terricrepantem, ne lapidescerent homines † Impræsentia opinor hominem. ipsi occurrentes. Neque abhinc de præfecti ingenij numinem quem expugnare nequeas & ab opinione concepta depellere, vinum Niobes exemplari, seu archetypum, dixeris. De Niobe in scopulum versa, multa apud poetas mentio.

Pergæa Diana. 69

De errone, & circulatore.

Ἡ περγαία ἀρτέμις, id est, Diana Pergæa, Adagium effertur teritate Suidæ, de circulatoribus, & vagis ciconibus, qui nullo in loco sistunt sedem collocare suam, ὅτι ἡ ἀγυρτικὴ καὶ πλανητική. Diana enim, quæ eadem est & Luna, inter septem planetas vagatur tanquam vetabus indulgens operam. vnde Astrologa epitheton apud Ciceronem. Quadrabit apposite in eum, qui

neos mendicos & paululo meliores illis Romanistas quosdam, qui peregrinando regiones obeunt, nunc Compostellam, nunc Romam, nunc Lauretum, incertis semper sedibus commutantes, redeunte semper in orbem labore. Pergæa autem Diana e Perga Pamphyliæ oppido nomen habet Stephano teste. Huc simile legas apud Erasmum Panagræam Dianam, non sine temeritatis nota immutata voce neque reddita etymologi ratione, vt non immerito mirentur quidam dictionem ab illo haud satis explicatam, quum nusquam apud autores eam legas. Pergæ vero Dianæ meminit etiam Cicero actione in Verrem tertia, vbi inquit ita Pergæ fanum antiquissimum & sanctissimum Dianæ fuisse: meminit & Philostratus libro primo de vita Apollonij, hymnorum qui in Dianæ Pergææ honorem canerentur.

Aere & rore pastus. 70

De victu parcissimo & frugali.

Ἐκ ἀέρος ἢ δρόσου σιτεῖσθαι, id est, Aere & rore saginatus. Prouerbij specie dicebat de eo qui frugali admodum & tenui victu vtitur. Plutarchus Symposiacon quarta decade. ἐκ ἀέρος ἢ δρόσου λέγεται καθάπερ οἱ τέττιγες σιτεῖσθαι. hoc est, Aere ac rore cicadam more enutritum aiunt. Cicadas rore viuere autor est Plinius, & Virg. eo versic. in Ecl.

Et pasta rore cicada. & eo,

Dúmque thymo pascentur apes, dum rore cicadæ.

Cuius rei argumentum est humor quem reddunt, dum excitatæ subuolant. Cui consonat Theocriti illud in Ecloga cui titulus ῥοπαῖς, id est, opiliones,

Μὴ σοφὸς ἀντὶ σίτου ὕμιν ὁ τέττιξ id est,

Aëreo ne fouet victum cum rore cicada?

Philo Iudæus de Iudæis Philosophis vitam samelicam ducentibus, ὥσθ' ὅτε ὕπαρ φασὶ τοὺς τέττιγας ἄδειν πρὸ ἡμῶν, τῶν οἰδεῖς ὕπνου εἶναι νῦν ἐνδεᾶς ἐξεμάσσοντας, id est, Assueti aere vesci, quemadmodum cicadæ solent, cantu (vt equidem existimo) esuriem mitigante. Huc respexit Nazianzenus ad Amphilochium, ἢ σιτούμενος ὑπ' ἄκρων δρόσου μόνη τεττίγων, id est, Sciemus an reuera solo rore pascantur cicadæ.

Bacchi sacerdos. 71

De ea qui fit rubea facie.

Ἱερεὺς διονύσου, id est, Bacchi sacrificus Comico sale vocatur ebriosa rubidaque facie, sic namque Eupolis priscæ Comœdiæ scriptor in fabula quam αἶγες inscripsit, Hipponicum ἱερέα διονύσου velut Bacchi sacrificulum nominat, ob rubedinem faciei. refertur ab Hesychio.

Gutta fortunæ præ dolio sapientiæ. 72

Opum cupiditas inexplebilis.

In diuitum inexplebilem auri cupiditatem conuenientissimè quadrat Græcus senarius Gregorij Nazianzeni,

Θεὸν πόρει σάγμασιν ἢ φρενῶν πίδαν. id est,

Præ dolio doctrinæ malo guttam opum.

Id mali adfert pecuniæ studium, eóque ceu veneno animum imbuit, ac veluti Circeo poculo immutat, vt præ auro nihil admirentur homines, nihil nocturna diurnáque cura in mente sapius voluant, quàm qua ratione diuescant, non sapientiæ adniciant, pecuniæ mancipia, Aloidis perfimiles qui Marti quem captiuum in vinculis habebant, nihilominus sacra offerebant: vsque adeò infinita illa & insatiabilis habendi cupiditas cultores suos & admiratores dementat, &, vt loquitur Ennius, sapientiam omnem expectorat à quibus diuersissima & ex diametro pugnãs est studiosorum voluntas, qui sapientiæ & eruditionis germanæ guttulam maximis etiam Cræsorum diuitiis anteponunt, vt rursus eiusdem autoris iambicum sibi sumere atque arrogare possint,

Πανὸς φρενῶν μεμβλὴξ ἢ Διὸς πόρος. id est,

Est gutta doctrina potior, quàm magna opes.

Cæterum libet hîc adiicere illud, tametsi ab adagio diuersum, quod Eustathius obseruauit σάγμασιν quasi guttam, conuitio vocari homuncionem pusillæ staturæ.

Archilochum calcas. 73

Ἀρχίλοχον πατεῖς, id est, Archilochũ calcas, est enim hæc vera & genuina lectio, ad cuius præscriptum conformari debet quod ex Diogeniano refert Erasmus, Ἀρχιλόχου πατεῖς, pro, Ἀρχίλοχον πατεῖς, facillimo lapsu litera, pro e tranicripta. De cuius viu ab Erasmo dissentire me non dissimulo: nam Archilochum proterere aut calcare, eo sensu accipio, quo Crabrones irritare, in maledicum conuitia facientem ei qui possit longè maiore vehementia mordere, iuxta illud, Genus irritabile vatum: qua ratione Ouidius Epigrammatarius monet hospitem, ne Hippocoontis maledicentissimi poetæ tumulum calcet.

Μὴ πρὸς ἐμὸν σῆμα τὸν τοιχὸν ἄρυε. id est,

Ne forte meam conspicuam concutias.

Conueniunt & in pauperẽ cui cum locupletem aliquo magnatum aliquo res est, qui rebus illius plurimum officere possit. Eustathius Odysseæ vndecimo idẽ esse annotat, Ἀρχίλοχον πατεῖν, id est, Archilochum calcare, ac si quis dicat, corpium calcasti, aut anguem, aut asperos tribulos. Archilochus namque Lycambidas poematibus suis virulentis atque dentatis ad laqueum compulisse legitur. Archilochum igitur calcare dicemus cum qui quomodocunque potentiorem lacessit. De eo qui potentiorem lacessit.

Inter orci cancros adhæsit. 74

Arctè irretitus. Intra Orci cancros hærere dicitur prouerbio, qui arctè irretitus tenetur, vt nullibi effugium pateat amplius. Apuleius lib. 6. de Asino aureo de Psyche loquẽs. Sed bene quod in meas portiones manus non iniecit, sed ut & inter Orci cancros tam graues, tot admonitu, tam atrocibus actutum contumaciæ tantæ pœnas. Pulchrè Orpheus in hymno κωκυτὸν αὐτὸν ὀρφνεοῦ ἔρου εἶμεν vocat Cocytum tenebricosum tenacem, quod ab illo nulla sit reditus spes, factis deterioribus auctus, & reuocare gradum superasque euadere ad auras, id de nonnullis dictum est. Orcus autem cancros, pro carcere, & quos de manutius cancellos vocatos diximus.

Nugas nugis addere. 75

De blateronibus. In blateriones & meras nugas discipulis suis tradentes artibus, quadrabit illud Hermiæ, quo apud Athenæum vtitur est Myrtilus, Ἀκούσατε ὦ ἑταῖροι ἑρμείου λόγου, λῆρον ἀκουσεσθε. Audite ambulones Stoici nugarum mercatores, verborum mimi. Tales sunt qui in dialecticæ Sirenæis scopulis, & spinosis scholasticæ Theologiæ salebris semper versantur. Diogenes Laert. refert Timonẽ Phliasium in Sillis appellare παιπαλῶντα φλύακα philosophum Antisthenem, velut ineptias nugásque omnigenas.

Phœnicium mendacium. 76

Fabulosum & insigne commentum. Prouerbij specie dicit Plato in tertio De republica sub finem μᾶλλον ἀρχὴν, ἢ λῆρόν τινα φοινικικὸν &. hoc est, Nihil inauditum, inquam ego, sed Phœnicium quippiam. Nota est fabula de Dractonis dentibus a Cadmo Phœnice satis, vnde armata virorum legio exitisse, creato inde illis nomine à satione, σπαρτοὶ enim dictos constat, quanquam Stesichorus eos dentes à Minerua humo mandatos voluit: Androgeon verò vocatos ait inde quòd secuti è Phœnicia Cadmum, sparsim habitare desiisse sedibus cœperint. Amphilochus quòd insitione quadam Thebanis ciuibus adiuncti fuerint: alij aliter, vt quisque in re fabulosa noui quippiam commiscere instituit. Dicetur igitur de fabuloso commento insignis que mendacio, & fidei portentosæ narratione illa spirare φοινικικὸν τι, id est, Phœnicios quosdam, aut φοινικικὴν ψεῦδη, hoc est, mendacia Phœnicia veriora esse, quàm sint illorum dicta. Vtus est adagio & Strabo libro tertio, τὸ δ' ἐμπορεῖον ἦν πάλαι πολλοῦ λόγου φοινικικοῦ φοιτῶντος, id est, Oppidum & frequentes eò missas legationes, existimat esse Phœnicum commentum Olympiodorus in commentario in Gorgiam Platonis. à Cadmi fabula ductum prouerbium sit. Potest etiam videri profectum adagium à Phœnicum negotiatorum consuetudine. quod genus hominum mendacis fermè transigit mercaturas, enumdas atque obsoletas merces interposito etiam iuramento, pro frugi & probis venundantes. Phœnices verò primi mercatus gratiâ alienas terras exoticalque regiones adisse legũntur, & peregrinas merces exportasse: vnde & literarum inuentio illis tribuitur, per quas inter se mutuo sensa consiliáque communicarent. hinc illud Critiæ apud Athenæum φοίνικας δ' ὄντες γράμματα λευκὰ, aut vt Eustathius citat. διφθέρας, quòd tabulæ quædam sint animorum. Porrò quòd mercaturam exercuerint, fidem facit & illud Pindari φοινίσσα ἐμπολὰ, id est, Phœnicia mercimonia & Sophoclis illud,

Φοίνισσ' ἔπου πρόσεστιν ἡδονὴ κέρδει, id est,

Assuesce mercari & venundare, vt lucris negotiator.

Phœnices primi mercatores.

Quadrantaria Clytemnestra. 77

De meretrice quæ honesta. Quadrantariam Clytemnestram, prouerbialiter quidem, sed obscurè, &, vt volunt Quintilianus, ænigma-

cultu matronam mentitur.

ticè dixit orator Cæcilius fœminam matronali habitu pudicitiam mentientem, impudicam tamen & prostitutæ libidinis: Natum dicterium à quadrantibus meretricium vili pretio. Nō abiorum hinc est, quod de Clodia Metelli vxore dixit Cicero in oratione pro M. Cælio, Nisi forte mulier potens, quadrantaria illa permutatione familiaris facta erat balneatoris. vbi tacitè meretriciam turpitudinem perstringit in potente fœmina, quæ pro quadrante balneatoris in ingressu balnei numerati soluto, quadrante à balneatore stupri gratia accepisset. facit & ad turpis pretij significationem non nihil vocis Clytemnestræ etymon, quasi quæ κλυτὸν μνῆστο id est, egregium congressus venerei arrabonem, quadrantem scilicet, accepit. De Clytemnestræ Agamemnonis vxoris meretricia lenitate, qua corpus Ægysthо adultero vulgauit, plena est omnis historia. Quadrabit itaque in matronas religionis prætextu aut nobilitatis velamento honestas, occulte prostituti corporis notas.

Angularis bombyx. 78

Doctrinæ iactatores.

Γωνιοβόμβυκες, hoc est, angulares bombyces proverbij facie dicuntur vani eruditionis ostentatores, qui in triuiis & platearum angulis cœtus hominum faciunt, vt doctrinam populo suam venditent, qui morbus indoctioribus pleruncque familiaris est. qualem describit Agathias Vrbicum Syrum, qui ante regiam porticum obambulans & in librariis officinis, magnificè crepabat, & in corona hominum altercabatur, nihil exactè sciens, & tamen plurima se scire iactitans. Ismos apud Italos inoleuit, maiore ostentationis, ne dicam altercationis, quàm doctrinæ aut profectus periculo. Herodicus Babylonius in quodam Epigrammate, grammaticorum nationem proscindit dicterij illius aspergine, φύγετ' ἀπ' ἀγχόθεν γραμματόμυιαι, id est, Fugite procul, Aristarchei angulares bombyces, aut obstreperi culices, βόμβυξ insectu genus, ab obstrepero murmure, quod βομβεῖν sonat, nomen habens, quòd & βομβύλιος.

Bombyx.

Vultum demittit tanquam Telephus. 79

De nimium pudente.

Κύπτει ὥσπερ τήλεφος, id est, Oculos humi demittit velut Telephus, De homine nimium pudente, qui tenuitatis suæ conscientia oculos non attollit, vel eo quòd obaudit & se non audisse simulàs, oculos humo affigit. Amphis Comicus in Impostore fabula, posteriore hac significatione extulit,

Κύπτων ὥσπερ τήλεφος τὸν πώγωνα. id est,
Demisit primum oculos silentio tanquam Telephus.

Telephus Mysiorum rex exul, mendicabulum factus est, itaque eo egestatis redactus non mirum, si pudore affectus fuerit. Timocles Comicus, ἐμὲ γὰρ οὐ πάνυ,

Ἡσχυντημένον αὐτὸν καθεσθαὶ τὴν τήλεφον
Ἐτεμόθην, οὐδὲ τὸν πονηρὸν φέρειν. id est,
Egestatem se misse Telephum
Vsquam egenum inopiam ferre aquum.

Tantalus stans. 80

Magnis fortunis exui.

Τανταλιστὶ στάς, quasi Tantalisti dicas, effertur non sine quouerbij specie à Sopatro Parodo, pro exturbatis magnisque opibus exutis, & quod dicitur, De gradibus deiecto.

Οἷος σοὶ ἦλθε δαίμων, ὦ πατὴρ Ἀθηνᾶ
Μέγαν τε κἀπίφθονον ὄντως ἐλαύνειν αἶσαν, hoc est,
Qualem ingressum dabat Tibi deus, qui Tantali
Fuit talentis deturbatus molliter.

Hanc enim lectionem amplectitur Eustathius in Odyssez vndecimum, & exponit ita, ἐλαύνειν ἀντὶ τοῦ ἐλαυνόμενον ἄνω καὶ κάτω ἐπὶ τοῦ Ταντάλου ἀκούεται δὲ οὗτος ἐπὶ τῶν ἐκ πολλοῦ πλουτησάντων εἶτα εἰς τὸ πένεσθαι ἐλθόντων id est, Talentis in modum Tantali exturbatus apud Sophistam: conuitium fuit facere cuidam è magnis opibus excusso & ad sanioren mentem redire coacto propter luxum: quanquam Semonj versus lex aliam lectionem postulat, vt legatur ἐλαυνόμενος, vetor extorquentis Tantali talentis. Reperitur tamen ἐλαύνεσθαι in priore quodammodo significatione apud Soph. hoc est in Antigone pro ex alto Tantali instar præcipitari, vbi de Capaneo loquitur qui multo ioue perussurum se in Thebanam vrbem admotis scalis gloriatus, de pinnis mœnium deturbatus concidit, vel secundùm alios fulmine ictus. sic autem inquit,

Ἀντίπυργα δ' ὀρθὸν χαλίνων πεδήσας, id est,
Lapsu ardua deiectus in solum ruit
Altrinsecus. seu Tantalus.

Ταντάλου στάσις ergo dicemus, eum qui per lites aut immoderatum luxum magnis fortunis excidit.

Notissima est poetarum fabulis Tantali historia quam paucis perstringit Petronius Arbiter.

Nec bibit inter aquas nec poma petentia carpit
Tantalus, infelix quem sua vota premunt.
Diuitis hæc magni fuerit sententia Lælij
Qui tenet, & iuncto conloquitur ore famem.

Cadaueris instar venustus. 81

De macilento.

Χαρίεις ὡσεὶ νεκρός. id est, Cadaueris modo venustus. Conuenit in macilentum hominem aut præ morbo luridum. Citant Aristophanis cōmentarium ex Theopompi popinonibus,

Λεωτροφίδης ὁ τετμηκὼς,
Ἔχρατ' ἂν φαίης ἠχρωκὼς ὥσπερ νεκρός.
Leotrophides ille trimeter
Colore vnudo, & venustus scilicet instar cadaueris.

Fuit autem Leotrophides poeta dithyrambographus genere Athenienſis, macilentus admodum & leuis, de quo locatus in Cercopibus fabula Hermippus apud Athenæum,

Ἀναπεπταμένοι δ' ἦσαν τοῦ βοείδους
Λεωτροφίδου λεπτότερα καὶ τερμιλώδεα. id est,
At inuehebant illis manibus nares bucconis,
Exilioresque Leotrophide & Thurio antide.

Consimili dicterio Thyrsichus Comicus Lamprum quendam σκελετὸν μουσῶν, id est, Sceleton siue exsectum Musarum cognouerat nuncupauit, hoc versu, μουσῶν σκελετὸς, ἀνδρὸς νεκροῦ δόμος ἀδύ. id est, Musarum sceletos, lucri ratum rebus, interorum hymnus. Quæ etiam in illiteratum & inepturum poetastrum quadrabunt.

Vulpis reliquiæ. 82

In fraudulentum.

Ἀλώπεκος ἀπόλειμμα, hoc est, vulpis reliquiæ. Conuenit in vertipellem & fraudulentum veteratorem, ita exponit ex Dorotheo Athenæus. extat autem apud Eupolin Comicum in fabula cui nomen Aureum genus, quanquam Etymologici autor citat ἀπόλειμμα hunc in modum. εἰ γὰρ ἐν ὀλίγῳ τὸ ἀπόλειμμα ἀλώπεκος, id est, Quid illud est, vulpis quinquiè: alludum interim videtur etiã ad pusillam mulierculæ staturam mediocri minorē & veluti dentibus præmortam, id enim sonat ἀπόλειμμα quasi mantum dices aut buccam demorsam.

Gephyræi & Gephyrianismos. 83

Mordaces.

Γεφυραῖοι & γεφυρισμὸς, & γεφυραῖος quasi Pontani, proverbiali fale dicuntur mordaces & dicaculi homines, qui dentatis moribus conuiantur. Nota origo à more Athenis recepto Eleusiniorum mysteriorum tempore, tunc enim in ponte per quem ad Cereris templum ibatur) sedēs quispiam velata facie, scommata iaciebat in præterea tes ciues, ac præsertim optimates, eos conuitiis liberis appetens, vt ex Helvchio dices. Plutarchus in Sylla, καὶ τὸν Σύλλαν γεφυραῖοι τινες ἐν τοῖς τῶν τροπαίων στεφανοῦσι σκώμμασιν, id est, Conuiatores quispiam carmine in illum lusit eos, Est Sylla conditum morum, sed postmodo. Herennius Philon in libello de diuersis dictionibus, qui Hammonij titulo pungit circumfert γεφυρισμὸν commatis genus esse tentatur ab Athenienſium moribus tractum, qui in pontibus libellos infames oratione fusa aut fricta, siue pedibus soluta, quibus famam alicuius incesserent, deferebant & publico in loco prostituere consueuerant, quem morem imitata est Romanorum immodica licentia in Pasquillo tuo. Mentior, sed obscurè, Strabo libro nono his verbis, ἐφ' οἷς καὶ γεφυρισμοὶ, καὶ οἱ γεφυρισταὶ, id est, Vbi Gephyra, & qui Gephyrismi, hoc est, maledici fales, dicuntur: vbi parum dextre Gephyraeos accolas exponit interpres conuitiis & mordacitate celebres, quæ interpretationis ratio prorsus absurda est Græcæ linguæ lucco imbutis auribus. Hinc γεφυρίζειν pro fabulinare & quasi de ponte illudere conuiaque facere. Plutarchus de Aristione tyranno loquens, ἔλεγεν οὖν ὅτι ἂν αὐτὸν τι κακὸν ποιῇ Μιθριδάτης ὁ Εὐπάτωρ ἀκούσας γεφυρίζων ἢ καθέζεται ἐν ἐκκλησίᾳ ὁ τύραννος ἀφίστων, id est, Scurrilia inter quitus Syllam eiúsque comitem Metellum de mœnibus frequenter lacessebat scommatis conuitiisque in illum debacchatus Aristion verò ait. Polybius de eodem, ὁ δὲ σύλλας παρῆν τοὺς ἀεὶ καθ' ἡμέραν μετὰ τῶν ἀφεστώτων τὸ σκῶμμα, ἃ δὲ πολλὰ κατ' αὐτοῦ γεφυρίζων ἐν

ἀπηγμένος Λεπτίνου παρ' ὀλίγον ἀπῄρεν τὴν πολιορκίαν, hoc est, At Sylla parum abfuit quin vrbe funditus deleret ita percitus propter scommata, quę varia in illum toto obsidionis tempore recerat Aristion, subsannando illum & conuitijs incessendo. Meminit Gephyræ Stephanus, oppidum Bœotiæ esse, annotans quæ alio nomine Tangra dicatur, ἀφ' ὧν, inquit, ἡ γεφυραῖα νῆσος, vbi legendum esse arbitror νῆσος, vel νῆσσα, vt dicat inde nomen habere Sales Gephyræos. Annotat Hesychius γεφυρίδα vocari etiam ficorum quod in ponte prostaret. Ab his diuersi sunt γέφυραι, id est, Gephyri, progenies illustris cuiusdam fœminæ, quæ quum vno partu nouenam sobolem peperisset, vertit ne vulgi conuitium de ficrophę fœcunditate sibi impingeretur, habito duorũ liberorum delectu, reliquos ancillis suis de ponte in profluentem demergendos proinci mandauerat: sed fortuitò patris peregrè redeuntis superuentu seruati incolumes liberi, à ponte de quo præcipitandi fuerant, cognomen fortuiti fuerunt salutarę, γέφυραι velut Pontani nuncupati. Refertur ab Eustathio Iliados decimotertio.

Gephyris, fortuna.

Manducones. 84

De impostoribus.

Τρώγλιον quasi manduconem dicas, vocari annotant veteres impostorem, & dolos conuertere doctum, τὰ ἀπατηλὰ δεδογλογκέναι apud Homerum Odyssea ξ.

Δυὶ τοι φοῖνιξ ἦλθον ἀπὸ ἀπατηλὰ εἰδὼς τρώκτης.
Tè exendique auius natus manduco recepit
Me Phœnix.

Lucripidum.

Alij edonem exponunt auarum & lucri auidum, qui, vndecunque spes nummi arriserit, velut φωνῶ, hoc est, rodere atque lucrari, Latini lucripetam vocant. Est & φάγρος piscis nomen vocucis admodum apud Aelianum.

Nox gubernatorem prudentem terret. 85

Ὦ δηναίτιστον νὺξ κυβερνήτῃ σαφές. id est,
Docto gubernatori nox metum parit.

In rebus dubijs parúmque explicitis, vir prudens cautè timideque gerere se debet. Periti quantumuis nauclerij noctis tenebras suspectas habent, quòd illæ prospectum adimant, propter iniquã littoris & latentes scopulos. ita & rerum publicarum administratores quantumuis prudentes, oborto tumultu, præpediti metu omnia etiam tuta timent: Exercitus ductores territat sæpè leuis occasio, quando hostium consilia minus liquida sunt. Vsus tunc & prouerbialis Senatij quo Danaus apud Aeschylum vtitur in fabula cui nomen Danaides hinc Supplices.

Δῆνα τίκτει νὺξ κυβερνήτῃ σαφές.
Amat nox atra nauclero sua parere metum.

Meminit & Plutarchus in libello aduersus Colotem. Idem tamen autor in Agamemnone scitè dixit μάταιον, ἐν νυκτὶ φάσμα, hoc est, nocturnum pauorem vanum esse. Alludunt ad adagium Greg. Nazianzenus ad Eudoxium rhetorem scribens, ἔρρει τὰ καλὰ χρήματα τὰ κακῶς, ἢ καλῶς ἐν τῇ νυκτὶ, πρὸς οὐδαμοῦ, id est, Bona diffluxere, mala nudè se ostendunt, nauigatio in nocte, facula nusquam. Iunxit plena esse periculorum omnia.

Vua acerba immitior. 86

In morosum.

Ὀμφακα vocant Græci vuam aut olivam immaturam, atque inde quicquid visu meptum est & acerbum ὀμφάκινον. & Lucianus paulo vicinius prouectus, pro immiti & aspero accepit. Vnde Theocrito fastidiosa & dura puella φαρτὶς ὄμφακος ὁμαδὶς, id est, Druppa vel cruda immitior vua, vocatur, ita enim de Galatea Cyclops. Quadrabit ergo in durum & rusticano moroloque ingenio hominem planèque Demeam, vt eum σκληρότερον aut φαρμακίδος ὄμφακος dicamus. Honestus Epigrammatarius vult amicam suam neque omphaca, hoc est immitem vuam, neque rursus pallam, hoc est, neque annosam neque nimiũ maturam viro, hæc enim ait,

Κόρην ὄμφακ μήτ' ἀσαφῆ

Superda videmur, quum simus misery. 87

De gloriosis & ostentatis.

Prouerbialis est sententia Varronis ex Menippo, & fabulæ nomen est, in eos qui sua, qualiscunque tandem sint, ministrice approbare, aut operibus, suis inuentis impense fauent cæco quodã sui amore ducti.

Omnes videmur nobis esse belluli
Et festiui superdi, quum simus miseri.

Ita namque corrigendus est lectio apud Nonium Marcellũ, vbi nec seruata est lex scansionis, & pro misery perperam miseri legitur, ludit enim in ambiguis & affinibus vocibus superdi & miseri, quarum illæ supertes & venusti significantur, hæc putidi & marcidi.

Cepphus. 88

Mente & ingenio leui.

Κέπφος, id est, Cepphos dicti homines instabiles ingenij & mente leues, annotat Aristophanem interpres in Pace fabula, qui ad modum cepphi auis impendro leuis factè quouis ventulo rumoris in diuersa agitur: vnde & κεπφοπάϊας dicitur qui elatus & vecordi leuitate prouectus deridendum se propinat, Hesychio teste. Cicero in 13. epistol. ad Atticum prouerbialiter κεπφὰς dixit pro futilibus & vanis, & iterũ κεπφαίους pro fluitijs & vanitate ludibrioque. Eustath. in Odyss. annotat λαφύσσους dici stolidos & Extui ingenij homines, eosdem & κεπφοὺς similiter vocari, a Ceppho leui & expedita auicula, grandi in specie corpore, vtpote plumoso, sed strigoso & planè osseo. Ex quo manifestum fit parum rite coniungi voces autum diuersarũ in adagio quodam κεπφοὶ λάφυσσοι, quod rectè à doctissimo viro Conrado Gesnero etiã animaduersum fuit. Siquidem Aristophanis scholiastes & ex eo Suidas κεπφὸν nominari bardum, stolidum & rationis expertem annotant, ab aue cepphu quę vulgo larus vocetur: vnde verisimile fit vocem λαφύσσου à stolo quopiam in contextum imperitè oculatam fuisse & contrusam: suspicioque est impeditas esse eas voces coniunctione copulatiua καί, vel disiunctiua ἤ, hoc modo κεπφοὶ καὶ λάφυσσοι aut ἢ λάφυσσοι. Aristophanes ὦ κεπφὸς, quasi dicat, ô vanissime blatero. sic enim exponũt, ὦ ἀπατηλὲ καὶ λάλε. Nos quoque vernacula lingua linguaces & loquutulejos, qui verbis futilibus ponderis non adiiciunt, Cepphos vocare solemus, imitate Græci adagij gratia in nostratis linguæ dictione. Tale quid innuere voluit Hipponax poeta mordacissimus, appellando Ciconem quempiam κεπφὸν, id est, larum (ita enim idiotismo Æniorum suis illa vocitatur (hoc versu, κίκων δ' ὁ τανδάλεως ἄμμιγξ κεπφός, id est, Cicon Pandaletius infelix larus, garrulitatem infelicem in homine notans.

Mulivitam agens. 89

Ἡμίονον βίον ζῇς, id est, Mulorum vitam agere dicuntur specie prouerbij, auari qui opibus innumeris abundantes, genio deparcunt, earum vsum ignorantes. Extat inter epigrammata incerti autoris libro secundo, titulo de pręparcis in Artemidorum quendam epigramma tale,

Πολλαὶ μυριάδες ψαφίζει δρτιμάδεσσι,
Καὶ μηδὲν δαπανᾷν, ζῶν βίον ἡμιόνου.
Πολλὰς αἰ χρυσοῦ δραχμὰς φάγοι ἄγχουσα
Πολλὸν ἐφ' ὑμῖν, χρῆν ἔδοκε μόνῳ.
Quam multa in digitos subducas millia, vmis
Mula in ear, prodigens Artemidore nihil.
Quæ tergo suum gestans non parca metallis
Ponderat, nil præter gramen edit sterile.

Quadrabit ergo in diuitem, sed tenuium opum parcum, qui de suis sudoribus ne tantillum quidem fructus capiat. Simile est illi, Balneatoris asinus.

Gauia in stagnum. 90

De auaris & tenacibus.

Ἀρίφῳ ἐν ἕλει, id est, In stagnis gauia, Suidas annotat dici ὅπου τὰ ὄχθη κατηδάφισται, de ijs locis ruinosis. accipiamus eos qui ceteris alijs profluuio cibum ingestum reddunt: vt competat adagium in voracem & inexplebilis gulæ hominem ac prodigum, quod & eruditissimo magnique iudicij viro Conrado Gesnero non improbatur. Potest & corrupta videri lectio, & quidem procliui lapsu, vt pro κατηδάφισται, scribamus ὑπηδάφισται, essetque usque adagium de ijs qui celeriter incrementum capiunt, quomodo verisimile sit gauiam aucem pilcosis in amnibus locisque vliginosis citò augescere in magna alimoniæ copia: alioqui quomodo immunificum & ad dandum procliuem quadret, id quod Erasmus voluit, non video. Siquidem in rapacium animum genere Latius cecidit lectio, neutiquam rapinæ luæ liberalis. Quod permittit illud Matronis Parodi poetæ,

Χαίρουσιν τοῦτο λαρὸν ἐρεῖν τοιοῦτοι. id est,
Gaudent hoc pro vitium quærere tales.

Quod si κατηδάφισται pro vitium quærere accipi possit, non inuitus κατηδάφισται legerem, prono similiter librariorum oscitantiæ errore, vt torqueatur in eos qui citra molestiam & facilè multoque negotio victum comparent, quemadmodum lato affatim alimonia suppetit pisculentis locis.

Hinnulo timidior. 91

Τῆς ἐμιόλου δειλότερος, Hinnulo timidior, de vehemẽter & supra modum pauido. Herodicus Babylonius apud Athenæum lib. Dipnosoph. 5.

Τῆς ξυδῆς δειλότερος ἐμιόλου. id est,

Grammatici tenero pius pauido hinnuleo.

Horatius Odarum primo, Vitas hinnuleo me similis Chloe. Est enim hinnulus formidolosum, si quod aliud, animal.

Dum vides. 92

Ὁρᾷς τὸ Δῖον, τὸ βέλος δείσθαι, id est,

Diuum vides, cuius transmissi iaculum.

Iusta vindicta.

Cuius sensus est iste, Vides ob oculos velut exemplum quoddam Dium, de le vindictam sumens. Senarius proverbialis vulgo celebratus, cuius vsus est longè elegãtissimus, ὅταν τὶς ἡμῶν τὰ φεύγοντα ἴδεν ἀμυνόμενα, quum talionem referimus, aut refricata malorum perpetratorum memoria, mentionem iustæ vindictæ ingerimus: verbi gratiâ, si iniuriam bello illatam à Gallis occupato perfidiosè oppido, hostes vicissim reponant capta aduersæ partis vrbe aut ditione. Natum ab historia quã perstringit Polybius historicus libro quinto, Ætoli nefario bello depopulati fuerant Iouis Dodonæi templum & Dium, quod est, Stephano teste, Macedoniæ oppidum Olympiaco certamine celebre: hanc illorum impietatem pari talione vlti fuerunt Macedones, Philippum regem eò instigante Arato, capta hostili terque direpta copiosissima ditissimáque & Ætolorũ nundinis ac mercatu celeberrima vrbe Thermo, inscripto oppidi muris elogio prioris iniuriæ exprobratorio.

Ὁρᾷς τὸ Δῖον, οὐ δίκῃ δείσθαι,

Dion vides, tilo volantem vindice.

Quo dicterio maleficij, imò sacrilegij memoriam partim illis re gesserunt, atque ob oculos posuerunt, partim posteritati consignarunt. Perottus interpres re non perpensa malè conuertit versiculum ita, Vides numen cuius iaculum volauerit? vitus legisse vel Διῶν, vel diuum adiectiuè pro numine accipiens, quum tamen Dij oppidi meruo præcellissent, quod ille intactũ tacito pede trantumisit.

Chilonium modus. 93

De breuiloquio.

Χειλώνιον βῆμα, id est, Chilonium modum, vel Chilonium loquendi rationem, pro Laconismo & breuiloquio, quo paucis verbis sententiæ multum complectimur, dixit Aristagoras Milesius, vt in Chilone scribit Laertius, & transcripsit istius verbis Suidas. Fuit autem Chilon Demageti filius Lacon genere, cui genti summa in loquendo breuitas tribuitur: docent autem hoc & Chilonis breues sententiæ quas Laertius enumerat.

Mercurij typus. 94

In virum insigniter eloquentem, & omnibus doctrinæ numeris absolutum quadrabit illud Synesij Cyrenæi ex epistola ad Pylæmenem, ἑρμοῦ λογίου τύπον, id est, Mercurij eloquentiæ præsidis typus siue exemplar, sic autem sonant eius verba. φύλαττε παρ' ἡμῖν τὸν πολλὰ μὲν τῶν ἀλεξανδρέων Μαρκιανὸν, εἰ δὲ τι καὶ ἄλλο ἑρμοῦ λογίου τύπον εἰς αὐτοὺς ἡμῖν ἥκοντας, μόλις ἂν ὑπολάβοι τῆς ἀξίας, ὅστις πλέον ἂν ἢ πάντα. id est, Seruabis ex me plurimis verbis eximium Marcianum, quem si ego prior Aristide, Mercurij eloquentiæ typum inter mortales venisse dicerem, non satis pro merito illum descripsissem, quoniam plus aliquanto est quàm typus. Quin & ἑρμοῦ λόγιος abique adiuncto prouerbialiter de magnæ eruditionis homine dicitur. Iulian. parabates ad Maximum philosophũ, ἡμεῖς δὲ σοι καὶ δόκιμον ἑρμοῦ λογίου παρὰ ἑαυτῶν λόγους ἐγχαράττομεν. i. Nos tibi tanquam eloquentiæ præsidi Mercurio nostra scripta in manus tradimus. Idem ad Iamblicum scribens illum nominat ἑρμοῦ λογίου μαθητὴν, εἰ δὲ βούλει ἕλκος. hoc est, Mercurij eloquentiæ præsidis discipulum, aut si mauis, alumnum. Huc respexit Nazianzenus in Stelitteutice priore in Iulianum dicta, τίς ἑρμοῦ σοι λόγιος, ὡς ἀνὴρ ἔοικεν, ὅτι δὴ τοῦ ὕψους; id est, Quis Mercurius eloquentiæ antistes, quemadmodum tu dicturus esses, istud tibi in mentem redegit? Quod propterea dicit, quod Mercurium λόγιον frequenter in scriptis suis inculcaret. est autem ita legendum in Nazianzeni codice, pro λόγος. Non abludit à typi metaphora quod Synesius τὸν πανοῦργον χαρακτῆρα nefarios homines appellat velut improbitatis & scelerum typos & characteres: & Nazianzenus episcopum sanctæ vitæ exemplar, χαρακτῆρα τῆς ἁγιωσύνης, id est, ecclesiæ typum nominat.

Archigenis indiget. 95

Archigenis indigere dicitur qui sanæ mentis compos non est. Iuuenalis satyra decimaquarta, Anticyra, nec Archigene. Idem satyra decimaquarta, Ocyus Archigenem quære atque eme quod Mithridates Composuit. Fuit Archigenes ex Apamea Syriæ magni nominis medicus Romæ sub Traiano: cuius scripta passim in testimonium vocant Galenus, Ærius, & alij. Consimili figura ἰατροῦ δεῖσθαι, id est, Æsculapio indigere dixit apud Plutarchum Callisthenes philosophus & rhetor, qui in conuiuio Alexandri Macedonis, quum ingens poculum meraco vino plenum, ordine ad ipsum venisset, recusauit ebibere, dicitans. οὐ βούλομαι πιὼν Ἀλέξανδρε ἰατροῦ δεῖσθαι, id est, Nolo Alexander bibendo Æsculapij indigere, vt in lib. De frenanda ira scribit Plutarchus, & iterũ in prima sympos. decade, vbi lepidius paulo dictum illius argutiásque repetitur. Nolle se Alexandri poculum inaniendo, Æsculapio opus habere, nam scyphus qui in orbem ibat, Alexandro cognominis dicebatur: indicare autem voluit vir prudens, se nolle in medicorum manus, cõtracta per temulentiam aduersa valetudine, ac proinde etiam in præsens periculum conicere. Æsculapius è Ioue & Coronide nympha natus, medicinæ scientiam ab Api Ægyptio inuentam excoluit diligentius & præceptis adauxit, vt testatur Clemens Alexandrinus. Æsculapio indigere visus fuit Polemon Laodiceus magni nominis orator, qui arthritici morbo grauiter vexatus, Pergami in fano Æsculapij obdormiit; cui quum noctu apparuisset Æsculapius admonens vt ne si gidæ potu vteretur, experrectus respondit, Quid tandem præceptarus eras optime, si bouem laborantem curaret, vt à Philostrato scriptum est. Hermocrates quoque Phocensis Æsculapio opus habuit, quum propositis illi à Seuero Imperatore votis, thus popositet, dictitans sibi à Pergameno Æsculapio imperatum esse, vt perdice vteretur thure suffito, vt idem refert. Porrò duas fuisse Anticyras, alteram in Phocide, alteram apud Malienses, scribit Demetrius Callatianus, vbi præstantissimum veratrum nasci fert fama. Celebratur & Anticyreus quidã nomine purgasse Herculem Helleboro poculo post insaniam, vt commemorat Stephanus. καὶ τὴν μανίαν αὐτὸν καθ' αὑτοῦ ἡ ἀντικυρεὺς διαπεῖναι hoc est, insaniẽ ipsa per se anticyra medetur, vt ait Plutarchus lib. De compescenda iracundia. Diphilus Comicus apud Clementem, Ἀλλὰ μᾶλλον ἂν ἡμῖν ἡ Νὺξ τριφύλλιον ἐξαποστείλῃ ἀντικυραν. id est, At nobis diuine aer per nubila mittas Anticyram: expiatorium videlicet pharmacum. Alioqui & ἐλλεβορᾶν, id est, elleborum, pro mera insania vsurpare videtur Nicostratus Comicus apud Athenæum, ibi, ἀν' ὡς, δακτυλίους, ἐλλεβόρους, ὄφεις, ἀσπαλιεῖς, ἐλλεβορᾷ. loco nominat torques, annulos, monilia, angues, pectinicelidas, elleborum, velut insaniæ instrumenta, & ἐλλεβορίζειν pro veratri purgatione vsurparunt veteres, inter quos Euclides Iambicus poeta ea voce vius legitur apud Aristotelem libro de Poetica, ἐν δὲ τῷ ἐφάδῳ τὸν ἑαυτοῦ ἐλλεβόρισεν, id est, haud assumptuius illius elleborum. Porrò non abludit à prouerbio Aristophanis illud in Pluto, vbi ait Carion seruus de Pluto, quòd visum receperit. Ἀσκληπιοῦ τυχὼν ἐμοῦ δὲ δεῖσθαι τυχὸν, id est, nactus Æsculapium medicum propitium.

Archigenes quis.

Æsculapio opus non habere.

Anticyræ duæ.

Nescit aranea sobolem vt erudiat. 96

Ἀγνοεῖ δ' ἀράχνη παῖδας οἷς παιδεύσεται,
Ὑφαίνουσ' ὁ πλεῖστος ἀστὸς τὴν φιλοπάτην. id est,
Aranea proles nescit vt suam educet,
Quas namque eduxit, mortis illi causa sunt.

Senarij prouerbiales in eos qui malum sibiipsi cudunt; molientes quod in suum postea vertatur incommodum aut exitium. Aranea fœtus suos in suam ipsius perniciem parit & educat. Citantur à Suida.

Qui sibi ipsi malum cudit.

Dormientis loquor. 97

Irriti & frustranei laboris significationem habet illud Oresti apud Aeschylum in Agamemnone,

Κωφοῖς αὐτὸ ἐγὼ προθυμοῦμαι μάτην
Ἀπροσδόκητα, hoc est,
Inclamo surdis, irrita sopitis loquor.

Quoties igitur incassum laboramus vel orãdo vel suadendo, vius erit adagionis.

Laborintus.

Muræna. 98

† *Homo pernicio-sus.*

Apud eundem proverbiali specie *μύραινα*, id est, Muræna dicitur homo perniciosus & exitialis calamitatis author, ita namque de Ægysthо adultero loquens ibi Orestes paternæ necis vindex,

Μύραινα δ' ἥδε ἔγκοτον τέρας, id est,
Muræna viperæque exitus.

Murænæ vt capiantur.

Habent enim murænæ dentes longiores acicularum modo acutos & vncinatos quibus infestant piscatores: quo fit cur hi noxiam illorum impressionem formidantes, forcipibus prehensis capita bacillis dedolant & delumbant insuper, ne dissiliant morsúsque venenatos infligant. Apud Euripidem Orestes matricida *δρακων* vocatur, synecdochicè vt vult scholiastes, speciem pro specie accipiendo, vt viperam innuat quæ maternum vterum in partu solet erodere. Murænam autem de improbo & scelerato efferri annotatum est ab Hesychio, vt & *ἔχιδναν*, id est, viperam. vnde & in meretricem Comico sale effertur à Comico, *ὦ πορδόνη καὶ θηλύγραπτε καὶ μύραινα σύ.* id est, Proditrix, productrix, muræna effecta.

Vltra Hyperboreos. 99

Quòd longissimè exigendum & vlterius quàm hominibus concesserit natura procurandum ostendere volumus, id Græci *ἄχρις ὑπερβορέων κομιστέον*, id est, Ad Hyperboreos vsque ablegare dicunt. Extat in Epigrammat.

Hyperborei vbi.

Νοῦσον τὴν τυραννικὴν ἀπώσασθαι δὲ βασιλῆος.
Ἐλλατέειν πρόφρων ἄχεα ἐκ χροὸς ἔρριπται. id est,
Tollere ex tua regali ab corpore morbum
Lætificum, vt supra cedat Hyperboreos.

Consimile est huic quod Nazianzenus ad Nemesium dixit, *πρὸ Γάδων ῥῖψαι γαλήνην.* id est, Vltra Gades ea abiecit, hoc est, quàm longissimè. De Hyperboreis populis qui sint & vbi terrarum positi, varia apud authores contentio est. Nouè dixit Æschylus *πολὺν ὑπερβορέων* fortunam ingentem, aut secundam, in Agamemnone,

Μεγάλην δ' τύχην τὴν ὑπερβορέων πολὺ μείζονα φωτὸς. id est,
Insignem fortunam & Hyperboreis maiorem homine.

Commentaria exponunt *τὴν ἄγαν πολλὴν*, velut insignitèr & magis quàm Boreas afflantem.

Phryx non minus quàm Spintharus. 100

In barbarum & inelegantem.

φρὺξ οὐδὲν ἧσσον ἢ Σπίνθαρος, id est, Non minus Phryx quàm Spintharus. De homine barbaro & inelegante ac seruilis conditionis. Spintharus traducitur in Comœdiis homo ineptus, Heracleotes genere, Tragœdiographus, quem propterea fortasse proscidérunt vt barbarum quòd Heraclea esset oriundus, quemadmodum Tito Liuio Patauinitas fuit obiecta. Meminit tamen eius inter testimonia Laertius Diogenes. Extat in Auibus Aristophanis.

Adagiorum Hadriani Iunij centuria secunda.

Scruta laudat scrutarius. 1

De improbo, laudato.

LIBENTI præconij & quidem indigni, notam habet prouerbiũ, quo Lucilius in Satyris vsus fuit:

Quidam? scruta quidem vt vendat scrutarius, laudat.

Non eget aliena commendatione virtus, fortunæ prorsus secura, nil opis externæ cupiens, non indiga laudis, vt cecinit Claudianus. & Plauto teste, facilè emptorem reperit mérx probata vino non vendibili, hederæ mangonium quæritur. Quãdo itaque improbum maléque seriatum hominem commendari scimus, adagij vsus eleganter quadrabit. Sunt autem scruta, viles nullíúsque pensi merces, cuiusmodi pueris venales à proxenetis emptitare solemus, de quibus Sidonius Apollinaris sensit libro septimo epistol. Nunc quędam friuola, nunc ludo apta virgineo scruta donabat. quanquam Baptista Pius ibi scrota legit, sed vocabuli inuentus rari rudis: quãquam Lucillius ipse apud Gellium libro tertio clarè satis aperiat, quænam vocet Scruta, his verbis,

Quidam? scruta quidem vt vendat scrutarius, laudat,
Præfractam strigilem, soleam improbus dimidiatam.

A quo verbo Scrutariam facere dixit Apuleius, de futilibus qui vilia paruíque momenti subripiunt, sic enim ait, Timidiculè per balneas & aniles cellulas reptantes, scrutariam facitis. Quo loco Beroaldus parum scitè scrutariam à scrutando & perquirendo deducit, de scrutis ne per somnium quidem memor. Addam & ego meam coniecturam, Scrutarium eundem esse arbitror, quem *χυτρίσιον* Aristophanis scholiastes dici annotat, qui *χύτρα* (sic *κεῖλα ἐκβὰν* interpretantur, hoc est, minutula & futilia vascula) vendat, vt grutarius fortè transcriptione in scrutarium exierit, & gruta in scruta.

Telephus è perula. 2

De tenui, ita fortè præclarum nomen.

Τήλεφος ἐκ πηρᾶς, Telephus è perula, Dicì apparet in hominem tenui fortuna, sed propter nomen astititium præclarum, magnos sibi fomentem spiritus, veluti siquis Caroli nomine sibi placeat quod illud Imperatoris maximi decantatissimum sit nomen. Aristophanes, *εἶτ' οὐκ ἐπῄνεσ' ἂν Τήλεφόν τε τὸν πάλαι ἐκ πηρᾶς.* id est, Atqui antea mendicabas Telephum te esse prædicãs è perula scilicèt. Fuit enim is Telephus mendicus stipem quæritans, manticam circumferens. Sunt qui referant hoc ad Telephum Mysiorum regem ab Achille hasta vulnerãtum, de quo etiam Horatij illud ex arte poetica exponunt quidam. Telephus & Peleus quum pauper & exul vterque. cuius in Acharnensibus meminit Aristophanes. Mysi nominatim, eiúsque *ῥαπίσματα*. hoc est, obsoletas plagulas dari alteri postulat Euripides.

Telephi citiparium. 3

Τηλέφου ὠκιμίνου, Telephi citiparium, Dicetur non inepte de libro erudito qui dignus sit legi, vel certè de libello iuuentuti ad imbibenda rudimenta valde vtili, & è quo multarum historiarum aut rerum scitu necessariarum cognitio hauriri queat, veluti siquis Grammatices institutionem doctam & succinctam *ὠκιμίνου* appellet, aut adagiorum opus eruendis authorum obscuritatibus necessarium, *τήλεφον ὠκιμίνου* denominet. Fuit autem Telephus grammaticus Pergamenus, qui inter alia quæ plurima scripsit, collectanea epitheторum vni eidémque rei seruientium decem libris absoluit opus *πάνυ ἀναγκαῖα φράσεων* vtilissimum. Potest & ad mechanicos artifices referri qui compendiosa quadam doctrina artem suam omnem tyronibus comminístrare possunt. Est autem *ὠκιμίνου* medicamẽtum propriè quod partum accelerat, vnde & Timotheo poetæ *ὠκιμίνου πλοῖα* vocatur luna, quod humecta sua natura fœtum concitet.

Cybiratici canes. 4

Ardelliones.

Ardelliones, genus hominum inquietum & omnia inuestigans, Cybiratici canes non inuenustè, neque extra prouerbij speciem vocari possunt ex Cicerone: item quadruplatores qui canum instar cuncta odorantur, intercipiunt, deferunt, vnde lucrum faciant, in qua classe sunt, imò primatum obtinent, qui adaugendo principis fisco & emungendis prouinciis nouas semper machinas excogitant. ita fermè vtitur Ammianus Marcellinus libro quinto. Vnde rumorum aucupes subitò exterrere complures bonorum, vertices ipsos ferinis morsibus appetentes, posteáque pauperes, & diuites indiscretè, non vt Cybiratæ illi Verrini, tribunalium ius legati lambentes, sed reipublicæ membra totius per incidentia vexantes. De Cybiratis locus est apud Ciceronem Verrinarum sexta. Cybiratæ sunt fratres quidam Tlepolemus & Hiero, quorum alterum fingere opinor è cera solitum esse, alterum esse pictorem, &c. Eos iam bene cognitos & reprobatos secum in Siciliam duxit Verres, in quo posteaquam venerunt, mirandum in modum (canes venaticos diceres) ita odorabantur omnia, & perscrutigabant, vt vbi quicquid esset aliqua ratione inuenirent, aliud minando, aliud pollicendo, aliud

Cybiratæ.

per liberos, per amicum aliud, aliud per inimicum inuenierunt. Rursus aliquanto pòst. Qui simul atque in oppidum quodpiam venerat, immittebantur illi continuò Cybiratici canes, qui inuestigabant & perscrutabantur omnia, si quod erat grande vas & marmoreum opus mouentum ibi auferebat: si minus eiusmodi quippiam venari potuerant, illa quidem certè pro lepusculis capiebantur patellę, pateræ, thuribula. Idem libro quinto epistolarum ad Atticum: Vnum hoc nouum de Cibyratis Pătheris, vbi festiuè id genus homines sagace naso omnia perquisitigantes pantheras appellat διὰ τὸ πάντα θηρᾶν, quòd cuncta venentur & capiant, alludens ad nomen Pantherarum animalium. Porrò Cybira, aut vt aliis magis placet, Cibyra (sic enim Strabo & Stephanus scribunt) Lycaoniæ vrbs ingens & populosa fuit, Lydorum colonia eorum qui Cabalida tenuerunt. Emendandus enim Stephani codex hoc modo, Κίβυρα πόλις Λυδῶν οἱ κιβυρεάται ἀπὸ κατοχήν τινα (non autem ἀπὸ) καβάλιδα: quæ ambitu stadia circiter centum occupauit, in immensum aucta vicis & propagatis vibis pomœriis, affluentibus eò vndecunque vicinis gentibus propter bene constitutam legibus rempublicam. videtur eadem habuisse etiam terni fudimas sculptili tornatilique opere expetiti.

Errorum odyssea. 5

Odysseam errorum scitè, & non sine Mercuriali sale protulit Budæus, florentissimum nostra ætate Gallarum decus, pro multiplicibus & magnis erroribus. Verba eius sunt libro quinto de Asse, Commenta certè sunt ista veteratoris spiritus qui primæ noxæ suasor & impulsor, in hanc errorum Odysseam genus humanum deduxit. Nemini dubium est Homeri Odysseam ab Vlysse nominatam variis & portentosis ac fidem excedentibus erroribus scatere: vnde quicquid ingens & varium est, Ὀδύσσειαν vocare licebit, vt Iliada malorum.

Fumus è ficubus. 6

Sycophantica criminatio.

Καπνὸς ἀπὸ συκῆς, id est, Fumus de ficubus, Comico iusu vocatur calumnia aut criminatio sycophantica. Quis nescit Sycophantas (quo vocabulo delatores censentur) nomen habere ab esu ficuum, quasi dicas, ficuum edones. Refertur ab Eustathio Odysseæ decimo. De nominis huius etymo, Plutarchus commentario περὶ φιλοπολυμαθείας longè aliam rationem affert, cui & videmus doctos ferè omnes subscribere: sic enim ille: τὸ συκοφαντῶ οὐκέτι ἀπὸ φιλοπολυμαθείας λέγεται. κατελιμμάνου γὰρ ἀφθονίαν τῶν σύκων, μηνύοντες καὶ φαίνοντες ἐξαίφνης ἐκάλυψαν συκοφαντεῖν. Cùm, inquit, vetitū esset ne quis ficus exportaret, qui explorabant ac deferebant eos qui exportarent, dicti sunt Sycophantæ. Idem Plutarchus fermè in Solone. lege prouer. Erasm. Chiliad. Sycophanta.

Acclamant instar Ciconum. 7

Κώμων δίκην ἀλαλάζουσιν οἱ πλησίον, id est, Inclamant se inuicem more Ciconum. Prouerbiali schemate dictum est à Synesio, de iis qui admiratione alicuius rei ducti vicinos, velut testes miraculi aduocant, quasi non satis sit solos vidisse, nisi oculata aliorum accedat loco testimonij fides: id vitij peculiare est maximè fœminis, vt si quid noui videant aut inauditum audiant, illico vicinam totam conciant, stupendæ rei testem futuram. Lepidam narrat fabulam Synesius de insulæ cuiusdam, ad quam in tempestate hospites appulerant, mulierculis instar Lamiarum insigniter mammosis, vt in humeros etiam laxos vberum sinus reniciant, quæ tamen fatali quadam persuasione cunctas in genere fœminas sui similes adhurentur, neque credant viris commercij gratia peregrinantibus, non omne fœmineum genus tale esse: Quamobrem si qua extera mulier eò appellit, nihil prius habent quàm vt blanda comitate sinus pectoris explorent, & accita vicinia incredulitati suæ medeantur, nouæ rei spectaculo lætatis oculis. itaque inquit, ἡ δὲ ἰδοῦσα, λέγε πρὸς θεῶν, ἦ τελοῦσι δημόσιαι ἀλαλάζουσιν οἱ πλησίον, εἰ δὲ συμφορᾶς ὅτι τῶν ἔτι, id est, At illa quæ rem nouam intuita est, alteri iudicii facit, mox aliæ aliis accersunt, veluti Cicones solent, illic verò ad spectaculum frequentes conueniunt. Locus autem desumptus est ex Homero Odysseæ nono,

Τίφθα δ' ἂρ' ἀγχίστοι κώμων κικλήσκον γείτονας. id est,
Tum verò conuni Cicones, Ciconasque vicinos, inclamant.

gunt autem Cicones Thraciæ populus ad Ilimarum vrbem, qui Vlyssem post diruptam Troiam ab acta præda in littore cum sociis comessantem adorti male multarunt multis interfectis, sic dicti à Cicone Apollinis & Rhodopes filio, nisi etiam à Cicone Amycli onis filio, vate parum dextro. Quadrat ergo in curiosi rerum auidos, qui insatiabiliter eo studio afficiuntur, velut tinnientibus auribus cœtus hominum faciunt, vt & accipiant & communicent noua.

E Tragico Comicum drama. 8

† *Triste in lætum, lætus in seuum.*

Δρᾶμα ἐκ τραγικοῦ κωμικόν, id est, Actus è Tragico Comicus, prouerbialiter à Synesio vocatus, quum pro tristibus initiis lætus succedit euentus, prætens exitum incolumi salute commutatus; sic enim inquit in longa illa ad Euoptium epistola, τοῦτο τὸ δρᾶμα ἐκ τραγικοῦ κωμικὸν ἔσται, τὸ δεινὸν ἤδη ἀπῆλθεν, καλῶ πίστεσιν οἱ χαλκιῆς, id est, Hanc fabulam è Tragica Comicam & fortuna nobis cœpimus, & ego meis ad te literis inseruì. Heliodorus lib. 7. εἰς κωμικὴν ἐκ τραγικῆς τὴν τέλος κατέστρεφε, id est, Exitus catastrophen habuit è Tragica Comicam. E diuersò dixit Agathias Scholasticus Epigram. libro septimo,

Καὶ τραγικῆς ἀχέων τὸ κωμικὸν ἦχον ἀμείψαι. id est
Comicum at u lusum Tragica seritate reponens.

Nemo non nouit tragœdiam in neces, sulpēdia, exilia, aliáque calamitates desinere, contra Comœdiam nuptias plerunque & optatos habere exitus. Aliquot τραγικὸν pro tristi & vitæ periculo coniuncto posuerunt, vt apud Philostratum in Aristide. τῶν δ' ἂν τις ἀσταλῶς παιδιὰν μύας τε καὶ τραγικὰς ἴσχυσε μεταχειρίσασθαι, id est, qua ratione quis secure tractare queat periculosas & Tragicas sententias. Item pro superciliosо & superbo Plutarchus in Lucullo, τὸ φρόνημα τραγικὸν καὶ ἀφόρητον. id est, fastus tragicus & intolerabilis. Nazianzenus in epistola ad Amphilochium, ἐμοὶ δὲ δοκεῖ μὴ τραγικῶς, ἀκινδύνως δὲ κωμικῶς. id est, Non licuit, arbitror, Tragicè habentem, Comicè ludere, quod ipsum vice prouerbij potest esse, quàdo aliquis grauibus molestiis implicitus excusat se, cur minus lætus sit aut iocis ludat. Cui germanus est illud Synesij lib. De prouid. ὅτου πολλάκις τραγικὴ παυχὴ τις κωμῳδίαν ἀπέβλαστεν. id est, Ita sæpenumero Tragica pernoctatio in Comœdiam desinit: quo voluit innuere pernoctes debacchationes dirum & infelicem exitum minantes, tandem in risum desinere. Ælianus μάχην τραγῳδίας ἄξια. id est, Tragœdia digna pati, dixit, pro diras calamitates incurrere. at Plutarchus Luculli vitam ἀρχαίαν κωμῳδίαν nominat, id est, antiquam Comœdiam, quòd post militares & actos in republica labores, deliciis luxuique se totum dedidisset, quemadmodum Comœdia post initia dura, in lætum finem definit, & nuptias plerumque.

Appropera, vt lætho sis vicinior. 9

Diomedis est ad Glaucum prouerbialis versus Iliados ζ.

Ἄσσον ἴθ', ὄφρα θάσσον ὀλίζηαι πρὶν ἰέναι. id est,
Appropera, vt citius lethi comitia tangas.

† *Via ad mortem compendiosa.*

Quo licebit vti per ironiam apud adolescentem cæca libidine in scortorum amorem pronum: aut temulentiæ prætenti memoriæ & literarum pesti plus æquo dedito, vel prauorum hominum commercio addictum turpiter: hæc enim vita expeditissima & compendiaria via adolescentes in præcipitium agunt. Lusisse hoc versu olim Stratonicum citharœdum facetus nobilem prodidit Strabo libro decimotertio, detorto eo in Asson vrbem Asiaticam natura & opere munitam, edito in saxo sitam, ad quem ascensus sit difficilis tenuta præcipiti & longa, quod & Eustathius Iliados sexto repetit, & Stephanus ethnicographus, nisi quod in citharœdi nomine variat, Asson scribens Lyciæ oppidum in arduo, salebroso, atque abrupto & imperuio loco positum, in quod per iocum iussit Nicostratus citharœdus, dictitans:

Ἄσσον ἴθ', ὄφρα θάσσον ὀλίζηαι πρὶν ἰέναι. id est,
Asson eas, lethi vt citius comitia tangas.

Velut innuens accelerandæ morti accommodam esse oppidi difficillima in rupe hærentis habitationem. Est autem venusta allusio in voce ἄσσον, pro oppido Asso, & ἄσσον aduerbio, pro celerius.

Foliis similes homines. 10

In prouerbiorum classem vocatur & ille versiculus, qui eodem loco legitur, à Glauco ad Diomedem prolatus,

φύλλα

Οἵη περ φύλλων γενεὴ, τοίηδε καὶ ἀνδρῶν.
Frondibus arborum sunt similes mortales.

Humana natura caduca & momentanea rectè foliis comparatur, quæ lætos arbores prouentu profundunt, eadem incussu ventorum facilè sternuntur, vnde rectè Mimnermus,

Ἡμεῖς δ' οἷά τε φύλλα φύει πολυανθέμῳ ὥρῃ
Βέρσε, ὅτ' ἐπ' αἶαν αὐξήσεται ἠελίου. id est,
Nascimur, vt veris facies nitentissima frondes
Fundit, dum solis creuerit acre iubar.

Quanquam verò Glaucus reuera sortem humanam nûc firmam, mox deciduam, foliis comparat, quæ modo in aere sublimia fluctuant pensili honore, mox humi sternuntur: quomodo Dauid rex agri floribus nostram conditionem similiter florere canit: tamen aliò detorsisse eum legitur Stratonicus citharœdus, cuius paulo antè feci mentionem. nam quum Caunios (ciuitas ea est Cariæ) animaduertisset omnes colore lurido & pallentes, aeris grauis & incommodi vitio, exclamauit hoc illud esse, quod à poeta dictum fuerit,

φύλλων φρὴν, τοίηδε καὶ ἀνδρῶν. id est,
Frondibus arborum sunt assimiles mortales.

Cumque nonnulli quererentur, immerito conuitio perstringi ab ipso ciuitatem ceu morbosam, respondit acerbiore ioco μάλιστα γὰρ ἀφίημι αὐλήσαντα νεκρὸν, ὅτου καὶ οἱ τάφοι ἀφανεῖς, id est, abhinc, vt morbosam vocitem vrbem, vbi etiam mortui inambulant. Refertur istud & à Strabone lib. 14. & à Stephano in dictione κανὼν, & ab Eustathio commentar. in Dionysium. Poterit etiam non infacetè torqueri in homines leues, & volubili ingenio, ac quouis ventulo aliam in partem mobiles, foliorum instar. trifariam igitur vti licebit, tum in vitream humanæ vitæ fragilitatem, tum in discolores & cachecticos, pallore viriditatè foliorum mentientes: tum denique in Protheos & ad quamuis aurulam instabiles.

Thymo nemo vescitur, vbi adest caro. 11

Οὐδεὶς κρέων παρόντων ἔσθιει θύμον. id est,
Carnes vbi adsunt, nemo vescitur thymo.

Prouerbialis senarius ex Antiphanis facetissimi poetæ comœdia, cui nomen est Paroemia, quòd prouerbiis scateat, Athenæo testante. Nemo libenter egestatem subit, modò liberius viuendi ratio se ostendat: optima quàm tenuia munera libentius quilibet sequitur: mensæ opiparæ famelicus assidere mauult, quàm tenue fœnum illingere.

Canina victitans, cynocephalum oppugnas. 12

Cleon apud Aristophanem in Equitibus, ad factionem inquit,

Κυνῶν βορὰν ἐσθίοντ', μαχὴ δὲ κυνοκεφάλου. id est,
Esca canina vescens, pugna prouocas caniciperem.

Prouerbiali figura dictum torqueri potest in eos qui gregales suos eiusdem factionis & instituti, scriptis impetunt, veluti si Franciscanus vitæ professione quispiam, calamum distringat in eiusdem instituti contubernalem. Contrarium huic est vulgare diuerbium, Aues concolores plerunque vnà volitant, quo innuitur consensus hominum, idem vitæ genus, eadem studia, eosdem mores sequentium. Concordat cum hoc adagio vetus dictum, cuius pane vescor, eius verba molior: æqua namque ratio est nos illi non aduersari amico, qui nos fouet, omnique ope & opera res nostras promouet, à qua præclara nos mutuo demerendi ratione qui discedunt, næ illi ferinam immanitatem æmulantur. Quisquis ergò aduersus sui ordinis hominem verbis aut scriptis insurgit, is Canina esca vescés, Cynocephalum adoritur. Sunt autem Cynocephali quasi Caniciprines dicas, genus hominum, si non potius animalium, capitibus caninis, pro voce latratum edentium, vt lib. 7. cap. 2. Plinius, & ex eo transcripsit Augustinus de ciuitate Dei, 6.

Sol Apollo, & Apollo Sol. 13

Res eadem diuersis appellatis nominib.

Heraclides Ponticus in Allegoriis Homericis prouerbium ætate Aristotelis qua & ipse vixit, vulgi sermonibus crebrò vsurpatum tale commemorat.

Ἥλιος Ἀπόλλων ἐστὶ δὲ Ἀπόλλων Ἥλιος id est,
Sol est Apollo, & ipse Apollo Sol erit.

Versus est senarius, quem prouerbialem fuisse ostendunt verba quæ adiungit. καὶ δημοτικὸς οὗτος καὶ κατὰ συναλοιφὴν, Ἥλιος, & id est, Populare illud vitio citroque decantatum, Sol est Apollo, &c. vsum non explicat: Apparet tamen dici solitum in eos qui vocibus ambiguis & obscuris rem implicant, & velut alia in re nûc Solis vocabulo, nunc Apollinis vtuntur, quum prorsus idem sint. Apollinem & Solem eundem esse pluribus ostendit Macrobius lib. Saturnaliorum 1.

Ex eodem præsepi. 14

In eadem opinione vel doctrina.

Ἐκ τῆς αὐτῆς εἰσὶ φάτνης ἐδιδάχθησαν, id est, Ex eodem quasi præsepi edisse dicuntur prouerbiali schemate, qui eandem opinionem hauserunt, eodem in ludo docti, iisdemque imbuti præceptis. Eunapius, ni fallor, apud Suidam de Epicureis loquens, Μεσσήνιοι δὲ οἱ ἐν Ἀρκαδίᾳ καὶ ἐκ τῆς αὐτῆς εἰσὶ φάτνης ἐδιδάχθησαν ἔλεγον, λυμεῶνας δὲ τῶν πέλας πάντας. id est, Messenij qui in Arcadia sunt, ciuitate pepulerunt quotquot ex eodem veluti præsepi pasti fuerant, inueteratos corruptores eos esse dictitantes. Sentit de iis qui Epicuri pestiferam sectam mordicus sequebantur. Tracta similitudo à iumentis quæ communi pabulo ex eodem præsepi pascuntur. Non absimile est illud Petronij Arbitri de eloquentiæ ratione, Sed omnia quasi eodem cibo, pasta, non potuere vsque ad senectutem canescere.

Palamedeum inuentum. 15

De inuento præclaro & ingenioso.

Παλαμήδειον εὕρημα, Palamedeum inuentum pro præclaro & ingeniosè magnaque industria excogitato, prouerbiali schemate prolatum inuenio apud Eupolidem, vbi falsè ludit in eum qui primus in conuiuia matulæ vsum inuexerit,

Παλαμήδειον γὰρ τῶν τεχνήματα ἐστὶ σοφόν. id est,
Palamedis inuentum istud est & elegans.

Palamedes quæ inuenerit.

Palamedes Nauplij ex Climene filius Argiuus, vir eximiæ industriæ, qui multa antea ignorata deprehendit, quæ varia commemorat in Heroicis Philoctetes, nam anni quatuor partes primum illum discriminasse, mensium curricula dispescuisse, anni orbem compotuisse, nomismatum, ponderum, mensurarum, numerorum rationem inuenisse, ordinem exercitus, vigilias, tesseræ signique dationem instituisse scribit, & præter superiora ludum etiam tesserarum excogitasse παίγνιόν τι σπουδαῖον ἅμα καὶ γελοῖον ἐξεῦρεν ἡμῖν ὁ ἀνὴρ οὗτος. id est, haud segnem sed ingeniosum partim & seriis ludum, aut vt Sophocles in cognomine ipsius fabula ait, πανοῦ κύβου τε πρηνοῦ κἀγκύλας ἄκος, id est, Pessos iocundum defidiæ remedium. Huc spectat & celebre παλαμήδειον ἀβάκιον abacus Palamedis, quod numeros ad calculum vocare consueuerat. Apulejus laudato industriæ testimonio illud extulit, Quis Palamedes, quis Sisyphus talem excogitasset? Æschylus introducit Palamedem de se ista loquentem,

Καὶ τακτὰ χῶρας ἐς στρατηγὰς καὶ λόχους
Ἔδειξα, σῖτον τ' ἐξάρας διώκησα.
Λεσχὰς, δίαιτα, δόρατ' ἀριθμὸν πεδεῖν. vbi gloriatur se Ductores exercitus & cum præfectis centuriones instituisse, frumentariáque tesseræ panes distribuisse, partitúmque fuisse diem in tres paliones, in ientaculum, prandium, & cœnam.

Pennas addere. 16

† ἀκαπτέρωσεν

Qui præclaram alicui spem faciunt atque animando incitant vel elatiorem etiam reddunt, eos ἀκαπτέρωσεν, hoc est, pennas addere prouerbialiter dicunt Græci, Iustinus Martyr lib. ad Thryphonem, ἀλλ' ἡ θεωρία τῶν θείων ἀκαπτέρωσε μου τὴν φρόνησιν. id est, animum mihi inflabat speculatio pressior idearum. Aristophanes τὸν σὸν λόγον πτεροῖ σε. id est, laudando te nunc animabo & spiritus addam. Damascius Syrus, ὁ δὲ τοιαῦτα ἀκαπτέρωσεν ἀλλ' ἀπειλαῖς ἐκόλαζε ἡμᾶς καὶ ἐδίδασκε ὑφειμένῳ τῷ πνεύματι ἐμοὶ ἀκροᾶσθαι. id est, at Nemesion assumptis alis ipse magna efferebatur videbatúrque sibi haud aspernandum thesaurum reperisse, quòd me nactus foret. Synesius libro de insomnis ratiocinandi vim qua Deo proximè accedimus, τὴν ψυχῆς πτέρωσιν velut animæ alatum vehiculum nominat, quomodo & Plato eam πτερὸν, id est, alam vocat, quòd ea animum à mortalibus & terrenis ad cœlestium contemplationem subuehat. Cratinus poeta ἀκαπτερώσας τὸν ψυχὴν dicit pro animo efferri & spe bona excitari. tale est & illud incerti authoris, ὑφαπτὰ αἰγανὴ πτέρωσε θεμίν, id est, cœlestis fulgur animo alas addebat, hoc est, victoriæ haud dubiæ spem faciebat. Proclus Constantinop. episcopus ἀρετὴν ὑφίστασθαι τὸν θεὸς τὴν ἕξιν ἀποτελοῦσαν καὶ τὰ θεῖα χωροῦσαν τῇ πτέρυγι τῆς ψυχῆς, id est, virtutem definierunt eam esse, quæ

† πτέρωσις

excitat & alas addit ad Deum & terreos ordine quodam velut ciuico gubernat. Nazianze. vsus Distichis sententiosis, λογοις πτερωθεις, μετ' ἀμφοτερα πτερυγι, quo admonet ne quis ita tuam gloriam efferat aut laudatus. vt conditionis tuæ sit immemor. Heliodorus lib. 2. ἐγω δε ἀπολ μαικῶς ἀν ἐπιφημαι περι τοῦ ἀνδρος, id est, Equidem ego miro eius viatoris decreto teneor velut additis pennis. Similiter à Sophocle dictum illud est. ἀσχαρὴς δ' ἀνδάνων id est, Gaudio perfusus euolabam.

Barbarus euasit inter Barbaros. 17

Id de ciuitate vel improbo.

Tyndarei dictum est apud Euripidem in Oreste fabula ad Menelaum Oresti patrocinium molientem.

Βεβαρβαρωται γερων ὢν ἐν βαρβαροις.
Es barbarus factus, moram longam inter barbaros trahens.

Ioan. Zezes in historis omnigena ὡς βεβαρβαρωται πρεσβυτης πονων ἱστορικῶν, id est, Vt factus es barbarus tanto tempore apud Troianos commoratus. Quadrabit cõgrue in eum qui puritatem latini sermonis corrupit assidua lectione & consuetudine barbarorum hominum: quod accidit iurisperitis inter Baldos, Accursios, Dinos & Castrenses assiduis, & nobis inter Forliuienses, Commentatores, & Iacobos de partibus, eiusque farinæ alios.

Tanquam fungus suffocat. 18

Μύκητος δίκην πνιγει, id est, Fungi in modum suffocat. Prouerbiali specie dicitur ad animum relatum, veluti si dicamus luxum obruere ingenia & veluti in herba enecare, ne vnquamad frugem perueniant, nimirum ἡ ἀκαιρος μαλακια μύκητος δίκην πνιγει τὸ ἀμφυτον, id est, luxus ingenij vigorem suffocat fungi instar: Ebrietatis studium obliterat atque strangulat, veluti fungus solet, industriam: & prauum sodalitium adolescentiæ spem, fungi more, suffocat, cui competent verba quæ extant apud Ephippum.

Ιν' ὡσπερ οι μύκητες πνιγωμεν τι, id est,
Vt quemadmodum fungi solent, te suffocem. & Epicharmus Comicus,

Οἰονει μύκησι δ' ἀπεσβεσται πάντες πυξίδες. id est,
Emarcuit tanquam fungis suffocabimus.

Sunt inter fungos qui latitesi dicuntur, qui gula quasi compressa suffocant, vnde πνιγοντες Nicandro dicuntur epitheto, & Claudius Imper. fungorum esu, quos boletos vocant, extinctus legitur, vnde manauit iocus Neronis apud Dionem quinquagesimo octauo historiarum libro, μύκητος δεῶν βρῶμα dicentis, hoc est, fungos deorum esse edulium, quòd fungi esu è vita excessisset sublatus.

Laconicè cœnat. 19

Frugaliter vitare.

Λακωνικὸς δειπνεῖν, id est, Laconicè epulari pro frugaliter & cibis parum exquisitis vti prouerbio dicunt Græci, Diphilus apud Athen. lib. 2.

Δειπνεῖν δ' κελεύεις, πῶς ἄνευς λακωνικῶς,
Οξος δ' ματυλῶ. id est,
Cœnat Iarem intra, quid putas? Laconicè,
beminam aceti.

Laconum in victu frugalitas à Plutarcho in vita Lycurgi celebratur, quippe apud quos exoticis mercimoniis locus non erat, laudatur & à Critia κώθων λακωνικὸς, fictile poculum Laconicum quo vtebantur.

Laconisare. 20

† *Decipere fraudulenter.*

Λακωνιζειν id est, Laconisare, non tantum significat paucis verbis sententiam circumscribere, sed & pro decipere fraudulenter mendaciisque inuoluere alios accipitur, vnde & λακωνικαι κλεῖδες. id est, Laconicæ claues, pro fallacibus ponuntur apud Aristophanem vt refert Eustathius. οἱ γὰρ ἀνδρες νῦν κρυπτὰ φορεῦσι κρυπτὰ κακουργοῦντα, λακωνικὰ ταῦτα, id est, viri nunc claues gestat occultas, fallaces, Laconicas denique. Attestatur huic Laconum ingenio Andromache Euripidis,

Σπαρτης τροπαι, δόλια βουλεύματα,
Ψευδῶν ἀοιδοι, μηχανορραφοι κακῶν. id est,
Spartæ vaciua dolo, à consiliabula,
Mendaciorum principes, & machinæ
Dolis malorum texere.

Quo loco indicandus est obiter codicum error pro βουλεύματα perperam βουβυματα legentium, quum alioqui senarius suis numeris non constet. Aristophanis interpres in Acharnensibus annotat Lacedæmonios perfidiæ notatos fuisse, sic enim inquit, ὅτι ἀπιστοι ἦσαν οἱ Λακεδαιμόνιοι, & ibidem Comicus regat illis aut aram aut fidem esse aut iuramenti religionem, οὐκ ἔστι βωμὸς οὔτε πίστις οὐδεμία μᾶλλον. Quin & λακωνίζειν turpitudinis nefariæ significationem habuisse annotat Hesychius pro παιδικοις χρῆσθαι puerorum amoribus abuti, quomodo Eupolis Comicus illud exulit, μισῶ λακωνίζειν, id est, Odi Laconismum. Vnde & Clinias propter fœdos amores κυβιστητηρ. id est, Cytolacon Aristophani vocatur. Lacombus ti mturpis lucri studium obicitur, vnde αἰσχροκερδῆς ab Euripide in Andromache dicuntur veteri turp. lucri: cui rei fidem facere volunt oracului ipsis datum,

Α φιλος ρημασια σπεῦδε, λαξε δ' ἠδίκει.
Præter auaritiam nimiam si quo sparta labascet.

Philostratus in epistolis λακωνίζειν extulit pro, hospites & exteros reiicere, & ciuitate excludere, quod illorum decretum ξενηλασια quasi peregrinorum depulsio dicebatur, Thucydidis testimonio sic autem illi ait, μισῶ λακωνίζει ὦ γυναι, μισῶ δὲ μαλλον τὸν Λυκουργον, ξενηλασιας ἐρως οὐκ ἐχει. id est, Ne Laconisa vxor, neque Lycurgum imitare, peregrinorum depulsionem Amor non quærit.

Ciuitate excludere.

Cuculus. 21

† *Homo inimo rerum imperitus, rebusque tum domi, tum foris ineptus.*

Κόκκυξ, id est, Cuculus prouerbiali sale dicitur, homo gerendis ineptus, ὁ ἄξυνετος ἢ ἀνοητότατος, vt Aristophanis interpres in Acharn. annotat, à Cuculo ave obstrepera maleque garrula. Plato Comicus in Lyco fabula, ὁ δὲ μελεαγρῳ γλαυκωνος ὢν μεγαλου ἡμιν κόκκυξ γεγένηται. id est, Meleager Glauconis filius magno genere ortus, cuculus insultus circumit. Lycophron Chalcidensis in Alexandra nominat Aiacem κόκκυγα, id est, cuculum in illo versu,

Κόκκυγα κομπάζοντα παλαίφατος σίδευς. id est,
Futilis iactantem cuculum conuitia.

Cuculum quidem eum vocat tum propter futilitatem & temerariam hominis deblaterationem, quo nomine à Sophocle & ab Homero notatur nonsemel, tum ἀξυνετον μονιμον, id est, propter solitarium minimeque sociale ingenium, id namque cuculo tribuitur quod propter innatum pauorem cum reliquis auibus commercium non habeat. Pindari scholiastes annotat in Pythiis Battum Cyrenæum regem propterea quòd blæsa lingua parum articulatè sonaret, κόκκυγα, id est, cuculum cognomento nuncupatum fuisse. Hesychius Cuculos dici scribit, si qui numero plures crederentur esse qui reipsa pauculi forent: ita vt summo iure Cuculi vocari debeant, qui inconditis clamoribus sursum deorsum omnia miscent soli, ne musca quidem præsente. Secus Erasmus in prouerbio Cuculi.

Fabilibus victitat. 22

Homo sordidus.

Κυαμια ἐσθιων. id est, Fabilibus victitare dicitur prouerbialiter homo sordidus, qui præ nimia parsimonia quosuis cibos edat, vt impensis parcat. Cratinus Comicus, citante Etymologici autore. Δεινὸν ἐγων τὸν ἀνθρωπὸν, ὅτι κυαμοτραγον. proscindit hominem agrestem & auarum, vel inde, quòd fabarum recrementis vescerentur. Sunt autem κυαμια propriè τὰ κατακαιόμενα τῶν κυάμων, id est, fabarum furfures & repurgamenta, quæ Plinius eo vocabulo fabilia vocari putauit.

Murus Semiramidis. 23

Res inuicta & inexpugnabilis.

Σεμιραμιδος τειχος, id est, Semiramidis murus prouerbialis figura effertur à Synesio in epistolis pro re inuicta & inexpugnabili, ἀμαχώτερα καὶ ἀπροσμάχητα ἐστιν ἢ τὰ τῆς Σεμιραμιδος τείχη, τὰ μεγαλα διορυχθέντα ὑπὸ Κύρου, τοῦ μεγαλου βασιλεως τῶν Περσῶν. id est, Cortinæ intergerinæ, qua viri à fœminis secluti eramus, vicem obtinebat, veli paulo antè difficili validum segmentum, temperantibus hominibus murus planè Semiramidis. Semiramis vetus regni pellex fuerat, postea Nino potentissimo Assyriorum regi amoribus illius illaqueato nuptæ sit, tantúque potuit apud maritum aller fœminæ philtrum, vt postulanti cederet vnius diei imperium, id namque poposcerat vt liceret sibi diem vnum regali in solio præsidere, diadema capite præferre, iuráque dare: annuente rege iubentéque cunctos illi esse obsequentes, primis imperiis modestè vsa, satellitum periculum fecit, quos dictis morigeros experta nihilque tergiuersantes, Ni-

num maritum comprehendi primò mandat, mox vinculis astringi, tandem etiam obtruncari: quo peracto facinore Asiæ rerum potita fuit, & Babylonem decantatissimam vrbem à Nino conditam, vel, vt Iosephus vult, instauratam, muris validissimis cinxit, quorum altitudo pedes ducenos, latitudo quinquagenos æquaret, in singulos pedes, ternis digitis mensura ampliore, quàm nostra, vt autores sunt Plinius & Strabo. Murus ergò Semiramidis pro validissimo præsidio & indubitato munimento paræmiacè accipietur hoc modo, si dicamus, Pio homini sacrarum literarum lectionem esse murum Semiramidis aduersus mundi fastum & diaboli insidias. Iurisconsulto æquitas murus est Semiramidis in causis cõtrouersis. Nullius mali sibi esse conscium muro Semiramidis tutius præsidiũ, integræ vitæ homini. Haud scio an ad istud adagiũ alluserit Hora. vbi ait: *Hic murus aheneus esto*, eo quod fabricati à Semiramide muri portas habuerint aheneas, certè vtriusque idem sensus est. Conuenit cum hoc illud Nazianzeni de Basilio dictum, *γέγονεν τοῖς μὲν τεῖχος ὀχυρὸν καὶ χαράκωμα.* id est, Fit istis murus validus & vallum quoddam. Potest huc referri & *ἀδαμαντοπάλλευκον*, quasi adamante reuinctam columnam dicas, pro firmissimo munimine, quo Pindarus vius est.

Vsus adagij.

Cilicia insolentia. 24

Χειρὸς κιλικίας. id est, Cilicia insolentia, prouerbiali tenemate dicitur ingenis nequitia & singulare flagitiũ. Plutarchus in Erotico, *τὰ ἀπὸ τῆς χρόας πρόφασιν ἐμπαθῆ καὶ χαυνότητα διδούσας καὶ κιλικίαν.* id est, Diuitiæ deliciarum autores sunt, & proteruas malignes planeque Cilicias inuehunt, natum à gentis improbitate peculiari, vnde & *κιλικίζειν* & *ἰσαυρικίζειν* à Cilicum ingenio accipi annotant, pro nequiter atque impurè se gerere, malisque artibus circumuenire. Pherecrates Comicus. *Ἀεὶ γὰρ ἡμῖν ἰσαυρικίζουσ' οἱ θεοί*, id est, Dij nobis semper imponunt more Cilicum. Quod ipsum & *ἰσαυρικίζειν* dicitur. quomodo *κιλικίσαι λόγοι* apud Hesychium pro fraudulentis fallacibúsque dictis, vt equidem existimo, sumuntur: & Theopõpus *κιλικισμὸν*, id est, Ciliciſmum dixisse annotatur à Suida pro crude per temulentiam aut proteruiam commissa, à gentis nimirum immani feritate: & *κιλίκιον πρόβατον* hirci hispidi ac feri vocantur ab eadem causa, quòd hirsuties feritatis ferè comes est: vnde operimenta hircorum villosis pilis hirsuta *κιλίκια*, id est, Cilicia vocantur, vel Procopio attestante: quo nomine mirari satis nequeo cur Erasmus præter consensum autorum adagij vice vsurpatum legat *κιλίκιον ἔρεσπρον*, pro *πρᾶγμ*, ita enim & Suidas & Hesychius legerunt, nisi quod Diogeniani codex corruptus illi imposuit. Accedunt huc & *κιλίκιοι ἄρτοι*, id est, panes Cilicij, pro artis aut his deterioribus, quales *φαῦλοι* dixit Alexis. Plato Comicus.

Nequitia insignis.

Κατ' ἄρτον ἦλθ' ἐπὶ τριάκοντ' ἀπὸ τῆς κοπρυλλου, ἀλλὰ μεγάλης κιλικίου. id est, mox aduolauit coemptis panibus, non puris illis & nitidis, sed grauibus Cilicijs, hoc est, nigris & squallidis, quorum meminit Athenæus & Eustathius in Odyss.

Prouidus homo sagax.

Crania bina gerit & innumeros oculos. 25

Versus est hexameter Cratini ab Hephæstione citatus ex Fabula cui titulus *πυτίνη*, veluti cuncta intuentes,

Κρᾶνία διπλᾶ φορεῖ, ὀφθαλμοὺς δ' ἐκατὸν ἑξήκοντα. id est,
Crania bina gerit, centoſq; gerit quinquaginta fugientes.

Qui compotus in cordatum hominem & prouidum, magno ingenio præditum & mira sagacitate futura prospicientem. Ductum opinor ab Argo, quem oculeum totum nominat in Aulularia Plautus.

Malorum omnium pedem habet. 26

Πάντων κακῶν πόδα ἔχει, id est, Malorum omnium pedem habere, non sine prouerbij specie dicitur qui infortunijs pressus & calamitatibus subiacet maximis. Citatur ab Hephæstione Alexándrino in Enchiridio versus Ionicus Alcæi poetæ non semel: ite.

Βαιὰ δηλαδή, ἐμὲ πάσῃ νηὸς πάντων πόδ' ἔχουσα, hoc est,
Me miseram, me scelerum omnium pedem habentem.

Sumpta videtur metaphora à pede fune nautico, quo veli pars inferior ad proram & puppim religatur, vt annotat Eustathius, vel à pede imo montis, sic enim radices imæ montis & funes *πόδες* græcè vocantur.

Timonia vita. 27

Τιμώνειος βίος. id est, Timonis dicta prouerbiali schemate de illius vitæ ratione solitaria, & recessus ambitiosè amans, extra nominum consortium. Mar. Antonius pugna Actiaca debellatus in extremo portu iuxta Pharum obiectis mari aggeribus maritimam sibi cœnationem ædificari curauerat, in qua vitæ reliquũ transigeret, velut in recessu quopiam ab amicis, per quos proditus fuerat, potius, exemplo Timonis dictitans, se laudare & sequi vitam Timonis æmulam, *τὸν τίμωνα ἀγαπᾶν καὶ ζηλοῦν βίον*. itaque maritimam illam cœnationem, *τιμώνειον δίαιταν* nominare identidem solebat, quemadmodum Strabo l.b. 17. & Plutarchus in Antonio referunt. Timon Athenienſis morosissimi ingenij homo fuit, à re ipsa *μισάνθρωπος* quasi osor hominum cognominatus, quippe qui commercia & congressus hominum vitaret, præter duos, Alcibi idem feroce natura iuuenem, quòd illum Athenienſibus multorum malorum autorem olim fore præuideret, & alterum Apimantum quendam iisdem planè moribus præditum. De Timone plura Lucianus in cognomine dialogo. Pausanias in Atticis, & Plutarchus loco prædicto. Euanthes scripto prodidit Timonem de pyro arbore delapsum eius perfregisse, quínque medicorum opem pertinaciter recusaret, putrefacto vlcere interisse: in quem erat Callimachi epigramma, incerto authore relatum in Anthologion:

Vita extra hominum sortium.

Τίμων μισάνθρωπος ἀνοικίω, ὁδὲ τάφελδε,
Οἰμώζειν εἴπας πολλὰ παρελθὲ μόνον. id est,
Timo hominum hic osor iacet, tu perge viator,
Et lugere iubens plurima, perge modò.

Os duodecim saltantium. 28

† *De eloquentissimo.*

Δωδεκάχορδον στόμα, quasi duodecim saltãtium os, prouerbiali figura extulit Ioannes Zezes, de homine, lacteo eloquentiæ fonte manante, quod de Tito Liuio dixit Hieronymus. sic enim ait,

Οὐδὲ δωδεκάχορδον ἔχειν στόμα, τὸν δίφωνον ἐκεῖνον κρατῆρα. id est,
Neque verò nobis est duodecim saltantium os, vt Cratinus inquit.

Vsus ita est & Philostratus de Dionysio Milesio loquens, quem nonnulli laudantes, *δωδεκάχορδον στόμα*, duodecim scatebrarum os nominabant. Versus Cratini Comici hi sunt,

Ἀνοιξ' Ἄπολλον πᾶσι τοῖς ῥήμασιν,
Καὶ χεῦον πηγὰς δωδεκάχορδον στόμα,
Ἵλισσος ὡς φαρυγξί, κἀξέτω μέλι. id est,
Aperi Apollo fontes verborum pars licet
Saltantibus bis sex os occupent.
Ilissus impleat fauces, quid eloquar?

Callirhoe fons.

Metaphora sumpta à fonte Callirhoe Athenienſi, quẽ à duodecim saltantium scatebris *δωδεκάχορδον* indito nomine vocarunt Triginta tyranni, antea à nouena scatuginẽ per nouem tubulos manante *ἐννάκρουνον* etiam dictus: vnde nouis nuptis lauandis aqua petebatur, puero gentili lauacrum gestante, quem ab officio *λουτροφόρον* vocabant, quemadmodum scribunt Iulius Pollux lib. 3. & authoritate Philostephani Harpocration: de quo fonte loqui etiam Vitruuium lib. 8. capite tertio puto, vbi sic ait, ibi (de Athenis sermo est) enim ex eiusmodi locis & fõtibus & in eos & ad portum Piræum ducti sunt saltantes, è quibus bibit nemo, sed lauationibus & reliquis rebus vtuntur. Potrò illud ipsum etiam quod sequitur, *Ἵλισσος ὡς φαρυγξί*. id est, Ilissus in faucibus, prouerbij vicem obtinet, de eo qui locuplete rerum ac verborum scatebra affluit, quandoquidem *Ἵλισσος* (sic enim potior lectio habet) id est, Ilissus Athenarum fluuius limpidus admodum celebratur, in cuius ripis Orithyam à Borea raptam fabulantur, & quem Musis, quas ab amnis nomine *ἰλισσάδας* nominant, sacrum esse scribunt Pausanias & Stephanus.

Ilissus in faucibus.

Quasi Nauplius Caphareo redieus. 29

Ὥσπερ ναύπλιος ἀπὸ τῆς καφηρείας ἥκων, id est,
Quasi Nauplius Caphareo redieus.

De homine immani & horrificam speciem præferente, sic vsurpauit Dion Chrysostomus in Euboico: *μικροῦ δ' ἔστιν, ὥσπερ οἶμαι τὸν ναύπλιον ἐφορῶν ἀπὸ τῆς καφηρείας ἥκοντα.* id est, Metu propemodum corripior, quasi, vt arbitror, Nauplium suspectans Capharco redeuntem. Loquitur de rustico vili penula & ouino vellere

Homo immanis & horridus.

Nauplius.

amicto, qui extra vrbis commercia ruri abditus in secessu desituerat. Nauplius Palamedis pater indignam filij necem grauissimè ferens, quum vltionis repulsam in castris ad Troiam tulisset, mala varia excogitauit aduersum Græcos, stupris excidiisque regnorum filij mortem vltus, classem Troia capta reducem in Caphareo alperrimo Euboiæ monte exstructa pyra, in litus scopulosum & naufragum pellexit: ex quo facto diritas hominis facilè elucet, qui tot hominum millibus innoxius autor mortis extitit. Ammianus lib. 22. Caphareus Euboicus scopulus, vbi Nauplius Palamedis classem concidit Argiuam. Citat Sophoclis versiculum Aristides,

Ποίας ναυπλίου πάγας ἐννυπίους. id est,
Quot Nauplij ignitas texticulas.

Canis nouem animas habens. 30

Ἔννεάψυχος κύων, id est, Canis nouenas animas habens, prouerbium citatur & ab Etymologici autore & ab Hesychio, sed neque vsus explicatur, neque origo detegitur. Crediderim efferri posse de milite, proiectę audaciæ & vitæ curam posthabente, qualem vulgari ioco dicimus, decem habere corpora inclusa scrinio. velut instar vestium multiplicis syntheseos repositum. Canis quidem ob allatrandi studium. Qui alium adagij vsum norit candidè vt admoneat vltro deprecor, certè fateor ingenuè, mihi non liquere. libuit tamen autores, qui nominatim illud paroemiæ nomine citant, indicare.

Vt lucorum delubra. 31

Vt rebus anxia cura obseruatis.

Ὡς τεμένων ἱερά. id est, Vt lucorum delubra. Prouerbiali figura dicitur de rebus quas anxia cura obseruamus & religiosè colimus. Aulus Gellius noctium Atticarum lib. 17. Nisi qui grammaticorum nouas institutas, vt τέμενος ἱερὰ obseruant. Quanta religione prisci lucos, quos τεμένη dixere græci) coluerint intacto inuiolatoque arborum honore, docent libri omnes, tum numinis reuerentia, tum loci opacitate horrorem animis incutiente.

Tela aranea. 32

Res friuola, parui momenti.

Ἰστὸν ἀράχνης, id est, Aranea tela, pro re friuola & partu momenti, prouerbialiter accipitur apud Theodoretum Cyri episcopum lib. de prouidentia sexto, ἵνα ὑπὲρ αὐτῶν ἀποφήνωμεν τὴν ἀλήθειαν, ἱστὸν ἀράχνης ἀποδείξωμεν. id est, Accusationem ab illis contextam, aranea telam esse ostendamus, hoc est, nihilo fortiorem quam sit cassis aranea, inualidam nimirum & inanibus argumentis consutam. Futiles ergo rationes & infirmas, ἱστοὺς ἀράχνης, id est, aranea casses vocabimus, appositè, quod eos quicquid illabitur facilè discindat. Proclus Constantinopolitanus Episcopus πλέκοντες συλλογισμοὺς ἀράχνης ἀσθενεστέρους. id est, Texentes Syllogismos aranearum telis fragiliores. & iterum, ὄντως ἐστὶν ἱστὸς ἀράχνης ὑφαίνουσι οἱ ταῦτα λέγοντες, id est, Qui ita disputant, reuera telam aranea contexunt. Nazianzenus in carminibus,

Ἰστὸν ἀράχνειόν τινα μοῦνον αἴθε ἔχειν. id est,
Vtcere arachneum stamini simile.

Apollinarius illud Psalmistæ, Colli quasti animam eius vt araneam, obscurè dictum psalmo 38. clarius ita reddidit.

Καὶ οἱ Σοφοὶ ὑπέξας αἰμάχανον ἶστον ἀράχνῃ. id est,
Eregisti huic animi robur, ceu stamen arachnes.

Thales quoque Solonis legumlatori dixisse memoratur, vanam operam ab illo insumi, ὅτι τοῖς ἀραχνίοις νόμους τινὰς γράφουσι οἱ νόμοι, &c. quoniam aranea cassibus similes essent leges, quòd à potentioribus soluantur.

Facem accendere. 33

Incrementum malo suppeditare.

Πυρὸν αἴρειν. id est, Facem accendere, prouerbiali schemate dicitur, pro eo quod est, fomitem & incrementum malo suppeditare. Theodoretus de prouidentia sexto, ὅταν δὲ ἡ δικαία χώρα τῆς τῶν πλημμελούντων φυγὴν ἐφεύρῃ, τοσοῦτον τὸν πλοῦτον ἐπιφορεῖται, μίσους πλείονος πυρὸν. id est, Opum affluentia materiæ vicem adhibet auaritiæ flammam, & nequitia diuitiis adiuta, maximè facem succendit. sic Plutarchus in Camillo dixit ἄρας πυρὸν εἰς τὴν ἑστίαν. id est, facem in altum extulisse Romam versus. Suidas ex incerto autore annotat πυρσεύειν ἐπὶ τὴν ὁδοιπορίαν, id est, face præire & ostendere viam salutis. Metaphora à bellicis face quæ apud veteres belli proœmium erat, à fœcialibus, qui igniferi dicebantur, immitti in hostiles terminos consueta, vt ex Euripide constat in Phœnissis.

Ἐπεὶ δ' ἀφῆκε πυρσὸς, σῶμα φοινικοβαφὲς. id est,
Ignifer postquam fax fuit, pugna cruenta symbolum.

vel à face quæ in spectris accens. hostilem aduentum nunciabat. Quintilianus lib. primo. Id nobis actores ad studia dicendi faces subdidisse, contenderim Seneca. Accedunt deinde carmina poetarum, quæ affectibus nostris faces subdant.

Lamiæ turres. 34

Fabulæ anilis

Lamiæ turres, pro anilibus fabulis prouerbialiter exstulit Qu. Septimus Tertullianus, & pro narratione portentosa nihilque veri habente, sic enim inquit libro aduersus Valentinianos. Iam si & in totam fabulam initietur, nónne tale aliquid dabitur te in infantia inter somni difficultates à nutricula audisse Lamiæ turres & pectines Solis? De Lamiis historiam vt pertexamus locus postulat, quod ab aliis parum diligenter dicta sit, Lamia Beli & Libyes filia, in Libyæ locis regina fuit, quæ ob liberorum suorum interitum, aliis matribus inuidens eam dulcedinem, percussiores immisit qui crudeli exemplo raptos è parentum sinu liberos trucidarent. De qua sic scribit Diodorus Siculus, historicorum veracissimus, libro vicesimo: Ad iugis inquit radices specus erat ingens, hedera & muscis obtectus, quem inuidisse fabulantur Lamiam reginam, præstanti forma insignem, quam postea Iuno bellunam finxit, propter illius ingenij feritatem. Nam quum proles eius omnes quas partu extulerat, diem obirent, casum hunc illa iniquissimo animo ferens, inuidensque aliarum fœminarum in educandis liberis felicitati, rapti ad eadem è matrum vinis proles & è vestigio interfici iussit, vnde in hanc vsque ætatem apud infantes manst istius fœminæ fama & formidolosa ipsis, nominis memoria: Eadem inebriata cunctis quibuslibet sine discrimine patrandi licentiam permittebat, ac proinde quoniam rerum sui regni non satagebat, credita fuit oculis carere: quidam etiam fabulosè commenti sunt, quod in vineum cophinum oculos exemptiles iniiceret, innuere volentes rerum incuriam temulentiæ vitio natam: obiter enim admonendus est error Græci codicis qui legit ἐκ τῆς ἀφίκτου, vbi reponendum est ἀφίκτου. Quòd autem Libyca fuerit, indicat & Euripides,

Historia de Lamiis.

Τὶς τύραννα τὰ νῦν τόδ' ἔσχεν βεστῶν
Οἶκ οἶδ' λαμία, τῶν πάλαι τις ἢ Διὸς id est,
Infame nomen atque maximum genitrix
Lamia quis ignorat, genere Libystico?

Altipulatur huic historiæ & Duris in Libycarum rerum secundo, scribens Lamiam formosam fuisse fœminam, cum qua stupri commercium quum haberet Iuppiter, Iunonem zelotypam proles eius omnes statim à partu vita orbasse, qua ex re concepto mœrore formæ illius gratiam diuertisse, aliarumque infantes raptos iugulasse. Cui consentit & Aristophanes Scholiastes in Pacem. Philostratus lib. 4. de vita Apollonij refert fœminas quasdam esse, Empusas, quas Lamias & μορμολυκίας, hoc est, Larvarum lemurumve spectra vulgus hominum existimet, venerex rei auidissimas, & carnium præsertim humanarum appetentissimas, quæ veneris appetitum immittere solent iis quos velint deglubere. Strabo fabulam esse meram putat his verbis libro primo, ἃ τῷ λαμίαν μυθεύειν καὶ γρῦπάς τινας καὶ φάλαγγας καὶ ἀμφισβαίνας, id est, Nam Lamia fabulamentum est, vt & Gorgo, & Incubus, & Larua. Stesichorus Lamiam Scyllæ matrem fuisse dicit. Lamias nonnulli cum Strigibus confundunt, & infantium vorarrices scribunt, in quorum fauentiam deiecondisse videtur & Horatius in arte Poetica, vbi sic ait,

Empusæ simulacra quæ ex Lamiæ.

Non premis Lamiæ viuum puerum extrahis alno.

Apuleius puerorum terriculamenta Lamias esse ostendit, quomodo & Lucilius in satyris scripsit illud,

Terriculas Lamias, Fauni quas somnia ponit.
Instituere Numa, tremit has bis omnia ponit.

Lamias arbitrantur esse quas vt Libycas feras describit in oratione quinta Dion Chrysostomus, tali specie, τὴν μὲν φύσιν γυναῖκα λαβεῖν γυναικὸς &c. id est, Vultus muliebris est & quidem elegantis formæ prædita fœminæ, pectus & vbera longè pulcherrima, ceruix qualis neque mortalis virginis fuerit neque adultæ nymphæ, color nitidissimus qualem nullus vel pallens vel pictor imitari queat, corpus reliquum scabrum & squarosum, pars infima in anguem desinit. Fuit & Lamiæ

Lamiæ, Libycæ, ceræ.

mia altera, Trachiniorum regina, vt annotatum est ab Etymologici authore, & Demetrij Poliorcetæ amasia, & apud Plutarchum etiam Neptuni filia quedam. Hactenus de Lamiis, nunc ad adagium redeamus. Lamiæ turres fortassis non malè vocabimus res in speciem formidabiles, quibus tamè periculi nihil insit, eo quod Lamiæ, vt diximus, ad terrendos pueros instituta nomina fuerint, vt ex Aristophanis interprete colligere licet, quomodo apud Romanos inter ridiculas res obiicere olim moris fuit Manducum, monstrificam effigiem, pando ore dehiscentem, ac dentibus infrendentem, vt eiulantes pueros eo spectro cohiberent: quemadmodum apud Turcas Ioannis Hunniadæ strenuissimi ducis nomen, Lamiæ cuiusdam instar, ad terrorem comparatum fuisse author est Æneas Syluius, vsque adeò vt infantium ploratus sisterent nutrices, illius viri aduentum pueris minitantes.

Amisit vrbem, & pugionem recepit. 35

Πόλιν ἀπολωλεκὼς, πυρίωνα εὕρηκε. id est,

Amissa vrbe recepit pugiunculum.

De magnidicis quod minimum lucri. Prouerbium est in eum qui pro suculenta quam fecit iactura, exiguum quid reportat: veluti si negociator pro mercibus opulentis ad Indos spe diuitis lucri missis, vilem tegeticulam referat. Callippus, qui occiso per insidias Dione Syracusarum tyrannidem inuasit, non multo pòst quàm imperium susceperat, ad occupandam Catanam vicinum oppidum profectus, vrbis Syracusanæ imperio excidit: quæ acceptâ calamitate, prouerbialem verficulum hunc exclamauit,

Πόλιν ἀπολωλεκὼς, πυρίωνα εὕρηκα. id est,

Pugiunculum recepi, vrbem perdidi.

Refertur à Plutarcho in vita Dionis. Est autem πυρίωνος pugiunculi siue cultelli genus scalpendis calceis comparatum, si vocis etymon spectemus ἀπὸ τοῦ πύρου τοῦ τυχόντος.

Collatium venter. 36

De prodigo & voraci. Prodigus homo & abliguriens omnia, atque voracitatis inexplebilis, Plautino dicterio Collatiuus venter nuncupatur, in quem quicquid conferas, disperit dilabiturque. Annotatur à Sex. Pompeio his verbis, Collatiuum vêtrem magnum & turgidum dixit Plautus, quia in eum omnia edulia congerantur. Locus est apud Plautum in Curculione, vbi sic Palinurus seruus de Cappadoce. Quis hic est homo, Cum collatiuo ventre atque oculis herbeis? Simili modo Αἶδος μαλερόστομος Homericè vrbano sale vocabitur φαγεῖν μεγαλοστόμῳ. id est, manduco vasto corpore, vt annotat Eustathius.

Grauius quàm sit Troiam capere. 37

De re facta minimè proclivi, sed imprimis difficili & ardua vsus est prouerbialis separij ex Eubuli Comici Amalthea,

De re ardua difficilis facta. Τοῦτ' ἐστὶν ἐκείνου μεῖζον ἢ Τροίαν λαβεῖν. id est,

Id cuique grauius, Ilion quàm vincere.

Troia opulentissima copiosissimaque Asiæ vrbe, & multarum gentium viribus subnixa, ægrè nec nisi ante post decennalem obsidionem Græci potiri potuerũt: vnde locus Fimbriæ Romani (qui rædificatam Troiam sed priori impatem, intra vndecimum diem ceperat postea) gloriantis totidem diebus à se capram Troiam, quot annis à tota Græcia domari olim nequiuerit. Elegantes ad animum transferetur, si dicamus, Animum vitijs addictum frenare operosius, quàm Troiam capere, μεῖζον ἢ τροίαν λαβεῖν. vel ita Troiam citius expugnes, quam auaritia obtectum animum.

Nauficlidis solitudo nec ver nec amicos. 38

Ναυσικλείδου ἐρημία μήτε ἔαρ μήτε φίλους ἔχει. id est, Nauficlidis solitudo neque ver, neque amicos habet. Dici prouerbiali specie autumo de homine cunctis vitæ præsidiis atque adiumentis destituto. Apparet natũ à Nausiclide quopiam qui secessisset solitarium in locum ab omni humano cultu alienum.

Labra non palatum rigat. 39

Χείλεα μὲν τ' ἔβρεξε, λάρυγγα δ' οὐκ ἐπέδευε. id est,

Labra quidem rigat, at neque humectat gulam.

De exiguo munusculo. Erat apud Homerum Iliados 22. de Andromache, cui necem mariti Hectoris lugenti, ad pellendum ex animo mœrorem poculum oblatum erat, quod dolor non passus est altius descendere. Trahi potest eleganter ad vsum prouerbialem, quod indicat ibi & Eustathius, in eũ qui exiguum munusculum largitur, quod humectandis quodammodo labris cedat aspergimis vice, nequeat tamen oris palatum imbuere, hoc est, vel animum explere, vel præsenti necessitati mederi. Competet etiam non absurdè in pollicitatorem strenuum qui verbis aureos tantùm non montes polliceatur, dies nimirum promissis, quibus cor hominis solue faciat, nihil tamen aut perparùm præstet. est autem οὐρανός, aut, vt id manuscripto Eustathio scribitur, τὸ ἄνω, oris cœlum conuexum, quod palatum vocamus.

Embarus es. 40

De callido & ingenioso. Adagium istud non inficior annotatum esse ab Erasmo, attamen diuerso planè sensu & origine expositum, neque enim de vecordi & deliro, sed è diuerso de callido atque ingenioso dici obseruatum est. Refert namque Pausanias vel ex eo Eustathius in Bœotia, Embarum quendam ingenij dexteritate vel potius felici astutia sortem oraculi hoc pacto eluisse. Athenienses vrsam, quæ in fanum Dianæ Munychiæ à Munycho Pyrræ regulo sic nuncupatæ, irruperat, occiderant (in Fauorini codice ἀναθήσαντες repone, pro ἀνατεθήκασι) animal illius numini sacrum: quod factum consecuta mox fuit pestis, quam tum demum cessaturam oracullo cecinit Apollo, si quis Dianæ filiam immolasset. Itaque Barus quidam siue Embarus, id se facturum cum Athenensibus pepigit ea conditione, vt genere suo gentilitium quodammodo & hereditarium sacerdotium deferrent, communi omnium consensu, quod & factum est: at ille vafro consilio quatam de more comptam velut victimam mactaturus, in adyto (quo præter sacerdotem accessus nulli patebat) abscondit, & capram filiæ ornamentis indutam, illius loco, immolauit. Atque inde prouerbij occasio manauit, vt cautum hominem & callido consilio alios imponentem, Embarum vocitarent. Conuenit prorsus cum adagio, Thessalicum sophisma, quod simili de causa natum est. nam Diotimo Thessalo, quem alij Aratum nominant) expeditionem suscepturo oraculum præceperat, vt cauetet necubi hostes illum anteuerterent opimioribus votis vsificiis ille superare hostes prælio festinans, Apollini καταθύειν, ceu manium præsidi vel expeditionis authori, persoluturum se vouit centumbirale sacrum, sed victoria potitus, & votiua sacra persoluturus, comperendinando ita diem de die exemit, vt in plures annos votis suis illuserit, dicitans humanas victimas Deo non conuenire, religionique omni repugnare. In hunc fermè modum scribunt Euripidis cõmentaria, in Phœnissas, in nomine solo discrepat Eustathius ex Pausania & Suida.

Ficiuorum. 41

De sordido & minimum digno. Συκοφαγίδης, quasi ficorum aut ficuum gurges à manducando morsus vocabulo, sed tamen prouerbiali, dicitur homo sordidus & extremè auarus, ob vilitatem huius fructus, præsertim in Attica scommatum parente: qualis & κραδοφάγος velut caricivorus dicitur. Vsi sunt illo Hipponax & Archilochus, vterque dentatis virulentisque verbis nobilis. Refertur apud Eustathium, Odyss. 17. Cuiusmodi hominem & δικρεμνίδιμον, id est, thymbriuorum vocant.

Fimo abiectior. 42

Contemptissimus homo. Κοπρίου ἀκαθαρτότερος, id est, Sterquilinio abiectior, prouerbialis hyperbole de contemptissimo homine & quàm cassa nux viliore. Citat Eustat. Iliad. tertio. Est autem Heracliti dictum νεκροὶ κοπρίου ἀκαθαρτότεροι, id est, mortui sterquilinio abiectiores. Strabo lib. 17. de Nabatæis loquens, ἄθεοι, inquit, κοπρίου ἀκαθαρτότεροι, καὶ ὥσπερ ἐρέπτεται φασὶ τοὺς κοπρίου ἀκαθαρτότερον. Cadauera eodem loco habẽt quo sensu, quemadmodum Heraclitus ait, mortui stercore abiectiores. Citatur & à Plutarcho sympos. quarto, cap. 4. Cognatum illi est illud Telechidis apud Athenæum ex Amphictyonibus,

Ὦ τὰ μὲν ἡμίσεα, τὰ δ' ἡμιτρίτου φαυλίου μέλλετε. id est,

O vos partim semihodi, partim maridis pœna viliores.

Etiam è viteruba nascitur. 43

Καὶ ἐξ αἰπόλου βάκτρα φύεται. id est, Etiam è viteruba nascitur. Prouerbium est quoties indicare volumus è nequam parentibus, bonæ frugis liberos, ex indocto magistro, discipulum eruditum: è stolidis, interdum cordatos nasci. Gregorius Nazianzenus ex oratione Athanasio Alexandrino dicta, φασὶ γὰρ ἐξ αἰπόλου βάκτρα γενέσθαι, ἀγροίκου δὲ μαθητὴν εἶναι σοφόν, id est, Audi-

fis verò etiam è vite rubum oriri, & inter discipulos vnus extitit proditor ille Iudas. Huic contrarium est quod de Eutherio dixit Marcellinus lib 16. qui Armenus natus gente truculenta & improba, multi consulatus plenus fuit, & quum spado esset, nihil effœminatis eunuchorum moribus consonum habuit. sic autem ait: Sed & inter vepres rosæ nascuntur, & inter feras nonnullæ mitescunt. Innuens nullam tam barbaram esse gentem & ab humanitate omni alienam, quin bonos aliquos producat. Ita Scythia Anacharsin protulit insignem Philosophum, Cappadocia improbitate morum infamis Basilium illum verè magnum, Gregorium Nazianzenum, & Aretam Cappadocem cuius in Apocalypsin extat commentarius, aliosque præclaros scriptores dedit.

Cochleis diffidentior. 44

Homo suspicax & diffidens.

Ἀπιστότερος ἢ κοχλίαι, id est, Cochleis diffidentior, de homine suspicaci, incredulo, & diffidente, proverbialis hyperbole effertur. Anaxilaus Comicus apud Athenæum lib. 2.

Ἀπιστότερος ἢ βλέπουσιν οἱ κοχλίαι,
Οἳ ἀδιαφθόρως ἐν ἀσπίσιν καὶ κύτεσι. id est,
Es diffidentior multo quàm cochlea,
Domum quæ circumfert, alienæ incredula.

Hesiodus cochleam φιλόσπιτον epitheto dixit, quomodo testudinem domiportam Pacuvius, latitat enim intrà testam cochlea velut sui diffidens, suoque lucco, si cœnum neget, pascitur, vnde Symmachus in epistolis, Aiunt cochleas dum fictiunt, neque illis de cœlo nihil illiquatur, succo proprio victitare.

Frontis ocream, tibiæ galeam applicat. 45

Vbi præposterè omnia fiunt, & quæ in postremum locum reseruari deberent, primore in parte velut acie collocantur, & è diuerso, prorsus quod dici solet ὕστερον πρότερον. vti licebit adagio illo Lucianico in libello de errore in salutatione commisso, ὥσπερ εἴ τις κνήμῃ τὸ κράνος, ἢ ἐπὶ τῷ στόματι τὰ σανδάλια ἐνδήσαιτο, id est, Non aliter quàm si quis tibiæ cassidem, aut capiti ocream adapteret. & alibi, οὐ κεφαλὴν ὑποδεῖν, οὐδὲν ἀλλοτριώτερον, ἢ ὑποδήματα τῇ κεφαλῇ περιτιθέναι, ἢ κράνος τοῖς ποσὶν ἁρμόττειν, id est, Quod primum occurrit, prius dicatur, & si vlus ita ferat, frontí ocream, tibiæ galeam applicetur. innuens vt quidque in dicendo obuium est, ita nulla habita ordinis ratione misereudum esse.

Primum cunabulum. 46

Dictum vei.

Πρῶτον σπαργάνων, id est, Primum cunabulum, proverbiali specie dixit Gregorius Nazianzenus pro initio & rei auspicatu in oratione Athanasio dicta. ἀρχὴ γὰρ σοφίας, φόβος θεοῦ· πρὸ γὰρ τοῦ μεγάλου τὸ σπαργανῶδες. id est, Sapientiæ namque initium est, & veluti primum cunabulum, Dei metus. Fortunatianus Afer cunabula, verborum dixit, a principia origine: & Virgilius Genitis cunabula, pro studio generis, neque enim placet Seruij explicatio interpretantis illud pro nutrimentis. Iurisconsultus legum cunabula, pro prima institutione & rudimento legum: Apuleius lib. 9. de asino, Prima cunabula vrbis condituræ, dixit prima auspicia & primordia. Cicero inuectiua in Salustium de eloquentia loquens: An vita alia putas esse rudimenta & incunabula virtutis, hoc est, initia. Latinus Pacatus Panegyrista. Terra Cretensis parui Iouis gloriata cunabulis, id est, ortu.

Ignem spirat. 47

De irato & maledico.

Δεινὸν πνεόντων πυρὸς μένος, id est, Ignem efflare grauem, prouerbialiter dicuntur irati homines & efferati: præterea vituperatores & maledici conuitiatores, vt annotat Iliad. 6. Eustathius ex illo Homerico de Chimæra,

Δεινὸν πνείουσα πυρὸς μένος αἰθομένοιο. id est,
Ingens ardentis profans incendia flammæ.

Quod contorsisse quidam legitur non illepidè in rhetorem epistolium dictantem ac veluti æstu intermittente ardentis febris æstuoso paroxysmo, Xenophon de rebus Græcorum lib. 7. πῦρ πνέοντας ignem efflantes, hoc est, commotos & feroces. Nazianzenus in funebri Basilij oratione τὸ μὲν πρότερον δεινὸν πνεῦμα καὶ πυρὸς μένος πνέων, id est, Quem in oratoria arte ignem spirante tantus extitit Rhetoricam loquentem fecit,

Ἴσθι νῦν πῦρ ἐγὼ καὶ ἐν ἀνθρώποις. Id est,
Meos in adsit, arbitris ignem esse ego:

Quo instructus vehementia orationis, & eloquentiæ fulmine perstringi animos aduersariorum. Huc spectare arbitror Salustij dictum de Athenodoro Stoico philosopho, ὃν περί τινος ἐπιτιμῶντα ἑαυτῷ ἐπιστολὴν πέμψαι τῷ βασιλεῖ φησιν, id est, quod vt ille igni esset assimilis vitium omnem materiam accendenti.

Musarum fauus. 48

De perdocta poeta.

Μουσῶν ἔμπλεως κηρίων, id est, Fauus Musarum propitiarum, Dicetur non inuenustè de omnibus numeris absoluto & carminis elegantia nulli secundo poeta. Dictum est poetæ cuiuspiam de Sophocle, vt refert Philostratus Iunior in Iconibus, quinquam ibi corrupta voce κηρίων legitur. Contrat autem Sophocli ob carminis suauitatem μιλτόβιος velut apem fuisse dictum, & πίφαυσκε σειήν, id est, Sirenem nouam. Fauus mellis dulcissimus est, vnde illa phrasis Dauidica, ὡς μέλι γλυκὺ τοῖς στόμασί μου τὸ λόγιον. id est, Prædicatio & sanctorum nectare dulcior. Huc trahi potest illud Aristophanis, μέλισσαι μέλιτ', ἀφίετον θύμια, id est, Apes Musarum, & Charitum deliciæ. de erudito viro.

Annum in mensem contrahit. 49

De imperioso homine.

De imperioso homine quique in republ. omnem paginam, omnesque partes sibi sumit, pro arbitrio statuens atque immutans quicquid libitum est, aptissimè effertur senarius ille Philippidæ Comici quem in Demetrio citat Plutarchus,

Ὁ τὸν ἐνιαυτὸν σπουδαῖος εἰς μῆνα ἓνα. id est,
Annum integrum qui contraxit in mensem vnum.

Natum à Stratocle Atheniensi qu. Demetrio victori adulans decreto sanxit vt Martium mensem, Nouembrem dici iuberet vt mysteria Bacchi, quæ hoc mense cum diuis nundinis celebrari solebant, Martio mense fierent iam Nouembris agnomen adepto, in gratiam Demetrij. Qui ergò ordinem consuetum in rebus pro libito commutat, scite dicetur, Annum in mensem contrahere. Videtur & non malè quadrare posse in abbreuiatorem, qui prolixè & ad fastidium *De abbreuiatore.* vsque multis libris conscripta, in compendium contrahit, quomodo operosam & prælongam Trogi Pompeij historiam in epitomen coactionemque redegit Iustinus.

Neronianas thermas refrigerat. 50

De homine insulso.

De insulso homine in quo nihil est venustatis, nihil Mercurialis salis, dicetur eleganter illud Epigrammatarij, Neronianas refrigerat thermas: extat autem lib. 5. de Sabineo oratore inepto & frigido,

Si temperari balneum capis fœnus,
Faustine, quod vix Iulianus intrarit,
Ego laudetur hic rhetor Sabinus,
Neronianas is refrigerat thermas.

Tertium versum ex vetusto manuscripto codice paulo aliter lego quàm in impressis codicibus legitur. Apparet autem thermas Neronis feruentissimas fuisse, quarum fornicum vestigia adhuc hodie visuntur Romæ prope ædem S. Eustachij, quarum mentio fit apud eundem lib. 7.

Quid thermis melius Neronianis.

Quadrabit adagium in quorundam hominum concionem ineptissimas aut scripta inuenusta, quæ vel Neronianas thermas refrigerare possent.

Est modus matulæ. 51

Scribendum in poculis moderandum.

Prouerbialis est epigraphe è Satyris Menippæis Varronis apud Nonium Marcellum, quę admonet seruandum esse in poculis modum, neque ad satietatem vsque ingurgitandum. Vitandum enim omni in re est, quicquid nimium est. Hinc facetè dictum fuit à Pretelio quodam, qui interrogatus quidnam de Bœotiis sentiret, respondit, quid aliud quàm quod idem sonarent dolia, si voce essent prædita. Inscriptio autem ita habet, Varro. Est modus matulæ, οὐκ ἄμετρος, id est, de temulentia: solet enim primo loco adagium aut diuerbium ponere, tum subiicere libri argumentum.

Geometriam exercet in superculijs. 52

Γεωμετρεῖ τοὺς ὀφρυώντας, id est, geometriam exercere in supercilijs, prouerbiali figura dicuntur, qui formam fuci adulterio concinnant, vt annotat Iulius Pollux libro quinto. cuiusmodi homines οὐ σφόδρα ἀλλὰ μετρίως φῶτας dicit, non faciem hominis sed personam seu larvam præferentes, quo etiam Nazianzenus vsus est aduersus fœminas fibris formæ lenocinium quærentes, ἀντὶ σωφροσύνης, κηρὶ σωφρονοῦσι σῶμα. Appositè verò geometriæ metaphora adumpta est, quod

quod quemadmodum ea terram metitur accuratè: ita compturæ studiosi linea stibio nigricante ducta cilia pingebant, vnde in Omphale Lydiæ regina inter cætera ascititiæ formæ instrumenta, Ion enumerat καὶ τὸν μολίβδινον εἴμιν ὀφθαλμοφόρον, id est, Nigrúmque stibium oculorum picturamentum. Est autem ὀφθαλμοειδὴς supercilium, ac velut prorectum quoddam ciliorum, cuius vocis creber est vsus apud Philostratum.

Philænidis schemata. 53

Botryos & Philænidis scripta, silentio obruenda, prouerbiali sale dicuntur impudica scripta & spurca. Timæus de Democharе consobrino Demosthenis loquens, ὑβρίζειν μὲν ἐκ τῶν βότρυος ὑπομνήματα καὶ φιλαινίδος καὶ τῶν ἄλλων ἀκαθαρσιῶν: quibus verbis indicat illum adeo flagitiosum turpique libidine contaminatum fuisse, vt in vitæ studiis, Bothryos & Philænidis commentarios aliorúmque pudenda scripitantium, longè superarit. Philænidis schemata veterea notat D. Clemens in protreptico his verbis, ἐπὶ τοὺς ὑμετέρους καὶ φιλαινίδος γράμματα οἱ τὰ ἡρακλέους ἆθλήματα, id est, Eadem in ratione habitis Philænidis schematibus, qua Herculis certamina depicta visuntur. Philænidem Leucadiam inter prostitutissimas enumerat Athenæus, talemque agnoscit & Lucianus. tametsi Æschrion Samius, Scazonte, qui lib. 3. Epigrammaton extat, illius famam asserat. Chrysippus tamen in libris de honesto & voluptate, eodem loco haben vult Archestrati opus (quod à studio abdominis γαστρισμὸν inscripsit) quo scripta Philænidis, vtcunque opus bonis moribus ineptum iudicans. Idem audiunt apud Appianum in Parthico ἀνάλεκτα βύβλια τῶν Λεπτίνου μιλησιακῶν, id est, Milesiaci Aristidis libri: & rursus μιλησιακὰ ἀκολαστήματα, Milesiacæ proteruiæ: & apud Martialem lib. 12.

Musæ patricissimi libelli,
Qui certant Sybaritici libellis.

Sybaritici libelli. 54

Vide Adagium 53. De Sybaritarum luxu Athenæus nulla in Dipnosophistis, lib. 12. & alibi. Alii item. Quêadmodum verò veteres isti nebulones, bipedum turpissimi infamem sui nominis memoriam reliquerunt tenaci profundíque silentio à nobis cum suis libellis, quos posteriora secula heu renouarunt, obruantur à nobis.

Delphinum patina non capit. 55

Οὐδὲ λεκανὶς δελφῖνα χωρεῖ, id est, Non capit Delphinum lanx escaria. Dictum fuit arrogans, Græci supercilij plenum, Amphicratis Athenienſis rhetoris, qui Seleuciam Tigranis regiam veniens profugus, rogatus ab oppidanis vt oratoriæ artis professionem illic susciperet, indignanter eos reiecit dicterio haud dubij fastus indice, οὐκ ἐδὲ λεκανὶς τὸν δελφῖνα χωρεῖ, hoc est, quod neque patina delphinum caperet, reipuens, eos velut indignos qui tanti oratoris vocem audirẽt. Delphin piscis cetaceus ac proinde magna mole corporis, vt omne Cetaceorum genus, maior est, quàm vt lance aut catino contineatur. Transferri potest ad ingenium quod tenue & exile altissimorum mysteriorũ & reconditarum disciplinarum capax non est: Ad personam, vt siquis dicat Erasmum maiorem fuisse quàm qui in patria à Musis aliena, & viri doctrinam æstimare nequeunte obsoleſceret, nimirum lanx illa Delphinum non capiebat. Extat autem dictum superius apud Plutarchum in Lucullo.

Amphicratis arrogans dictum.

Sol non inuidet vesperæ. 55

Ἥλιος ἑσπέρᾳ μὴ φθονεῖ, id est, Non inuidet sol vesperæ. Qui aliquo in artificio præ cæteris excellit, nihil derogatum suæ existimationi putat, si tenuibus aliquid ex arte sua accedat lucelli. Nihil famæ luminibus Budæi & Erasmi illius Galliæ, huius Germaniæ, singularium ornamentorum obstructum est, tot literatorum virorum copia, sed qui fulgentissimo illo tubare velut perstricta acie oculorum retunduntur. Quid decesserit Petri Victorij, vnius inter Italica ingenia clarissimi viri, nomini, si post restitutos ab ipso tot insignes autorum locos, Iunius eadem in palæstra detudarit. τίνα οὖν ἄλλον ἑσπέρᾳ φθονεῖ, ἢ μᾶλλον αὐτὸς ἑαυτὸν ὁ ἥλιος; hoc est, Deinde existimas solem vesperæ inuidere, aut illum curare si qua sit alia stella in cœlo? Verba sunt Philagri sophistæ apud Philostratum: Homerus solem exorsi dicit, at non itidem stellas.

ὑγιὴς δ' ἀφρὸν ἔτυκτε θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη. id est,
Exortum Titan vnguens maris humida stagna.

Puerorum crepundia. 57

Τὰ παίδων ἀθύρματα, id est, Puerorum scruta, aut ludicra, prouerbiali schemate dicuntur res viles nullíusque momenti. τὸ πολέμου πλὴν ὀνόματος (inquit Chrysostomus in lib. de sacerdotali dignitate) παιδὸς ἔργον ἀθύρματα τίθησι. id est, Belli descriptionem existimare non aliud esse quàm puerorum crepundia. Eunapius, vt puto, de Theodosio Imperat. ab eunuchis circumducto & ostentui habito, ἐπεκαλοῦντο, τὸν Θεοδόσιον ὥσπερ οἱ παῖδες ἀθύρματον. id est, Lactantes Theodosium, quemadmodum pueros solemus, crepundiis. Ἀθύρματα dicuntur puerilia munuscula. Latinis crepundia dicta, nam κέρμα interpretatur Eustath. Odyss. 15. ibi μερὶ ἄγοντες ἀθύρματα sunt & ludicra puerilia, vt Iliad. 15. παίδων ἀθύρματα πετάσσαι. de pueris arenæ aceruum in littore aggerentibus, mox alluuione maris delendum. & apud Iosephum, ἐν ἔτει παίδων ἀθύρματα ἀμφιλεχομένων παιδιαν. Viros non decet puerorum ludicris se immiscere.

De rebus ridiculis.

Morderi corde. 58

Vtitur frequenter Synesius prouerbiali hac locutione, τὴν καρδίαν δάκνειν, id est, Corde morderi, quêadmodum Græci scriptores fere omnes simpliciter δάκνεσθαι, id est, morderi, quando animi grauem & molestam solicitudinem & velut vulnus quoddam indicare volunt. At Aristophanes Acharnens. ἔσω δέδηγμαι τὴν ψυχὴν καρδίαν. Quàm multa sunt quæ cor meum mordent miseris. Synesius initio libri de Calumnia. μέσην αἰτίαν δέδηγμαι τὴν καρδίαν. Medio corde morsus sum, qua si dicas, cor mihi medium saucium est. & rursus in epistolis. πῶς δοκεῖς δέδηγμαί σου τὴν καρδίαν; id est, Quo pacto morderi mihi cor putatis? Nazianzenus in epistolis μὴ σφόδρα δάκνε σεαυτὸν λυπούμενος. Ne tristibus admodum mordearis conficiarisque. Procopius, Ἰδίαν αὐτῷ τὴν ψυχὴν ἐδήκνετο. ἐς ἀδύνατον ἐλθεῖν ἰσχυρίζοντο τὸν Ἀδείσιον, id est, Mordebat illius animum, quod Edessam affirmarent inexpugnabilem esse. Xenophon δάκνομαι ὑπὸ πόνου. id est, has ob res mordeor & curis angor. Euripides de Medea, μεγαλόψυχος, δυσφιλὴς πολεμία, δηχθεῖσα κραδίαν. id est, magnanima, inquieta, inimica, demorsa. Aristophanes, δάκνω τὴν καρδίαν. Cor mordeo, pro animum excrucio. Cicero lib. 13. epistol. ad Atticum, δηχθῆναι te, nollem, quòd nihil erat nubet Atticum securum esse & tranquillo animo. Huius classis sunt δακνόμενος ἄλγεσι, id est, noxa animum mordens, & δηκτὸς μῦθος apud Homerum, lemio animum saucians. Eodem pertinet illud Æschyli in Prometheo. Συνοῖδα δ' ἐμαυτῷ κἄφαρ, id est, Conscientia animum exulcerat, vel exest. Metaphora hac latinè etiam vsus est alibi Cicero, Scribis morderi te interdum, quòd non simul sis.

Animo ægrè ferri.

Mosis tabulæ. 59

Πλάκες μωσέως, id est, Mosis tabulas, prouerbiali figura dixit Gregorius Nazianzenus. in funebri oratione Athanasij, pro re inuiolabili & sacrosanctæ augustæque reuerentiæ plena, vbi ait Athanasij tantam fuisse existimationem, vt legis loco haberetur quicquid vlli visum esset, rursus execrabile quod ille reipuisset, ὅτι πάντως μωσέως αὐτοῦ τὰ ἐκείνου δόγματα, quòd ipsius decreta populis essent abaci Mosis. Quicquid ergò magna religione obseruamus, & velut imbutis tactisque quodam numinis metu animis veneramur atque suspicimus, Mosis abacos, prouerbialiter dicemus.

Res inuiolabilis.

Non verbis, at factis opus est. 60

Οὐ λόγων ἄχρα δ' ἔστιν Ἑλλάδος, ἀλλ' ἔργων. id est,
Non verbis indiget Græcia sorum, sed factis.

Citat vt prouerbiale Suidas, dicique admonet, ὅταν ἐπὶ μεγαλορήμοσι, hoc est, in Thrasonicè arrogantes & tumidis verbis cœlum ipsum territantes. Huc alludisse videtur Virgilius in Vndec. vbi Drancem lingua quàm dextra meliorem hoc dicto castigat Turnus. Sed non replenda est curia verbis. Talem insimulat Græcorum gentem T. Liuius lib. 8. lingua magis strenuam, quàm factis.

In magnifici.

Ne cicadam quidem inumbret. 61

Οὐδ' ἂν τέττιγα σκιὰ παρέχοι, id est, Ne cicadæ quidem vmbram porrigat, prouerbiali dicterio vti licebit

† In rem copiosam, malorum.

quoties alicuius opes eleuamus, fama quidē magnas, sed reipsa exiguas. Commemoratur à Xenophonte de rebus Græcorum lib 7. Antiochi Arcadis pancratiastæ res Perdicas eleuantis dictum, τῶν ὑμεναίων χρυσῶν πλατανίστον τε ἰκανὸν ἐστὶ τετμῆσθαι παρίχειν, id est, Auream regis Persarum platanum tantopere decantatam, nec ticadæ quidem vmbram porrigere posse. Innuere voluit platanum auream (monumentum Xerxis qui platanum ex auro, verè & ab ipso adamatæ æmulam, fundi iusserat, patulis ramis diffusam, ad diuitiarum ostentationem) quam tantopere fama celebrem & scripta reddiderunt, præter nudum nomen vix quidquam habere.

Semel in laqueum vulpes. 62

Απαξ ἀλώπηξ εἰς παγίδα. id est,

Vulpes semel laqueum subit.

Periculum ex perito metus Iambicus dimeter prouerbialis de astutis hominibus quos haud procliue est post primum errorem irretitos tenere: semel expertus quantum opum hauriant lites quantumque molestiarum parāt, litium laqueos declinat, & cum præcatore ictus sapit postliminio. Prudentis non est denuo eundem in lapidem pedem offendere Coniugij turbas repetentem naufragio comparat Græcum epigramma, iam secundo pelagus tentantem. Annotat Suidas etiam aliter efferri, ἀλλ' ἐκ αἰδοῦς ἀφωνῆξ. Non iterum vulpes, vt subaudiatur εἰς παγίδα, in laqueum.

Auris ferre dedit. 63

Quæ obliuione delenda volumus. Αἶρας φέρειν, id est, Ventis ferre, prouerbialiter, damus quæ irrita & oblivione obliterata volumus. Menander historicus, ὁ δὲ Χαγάνος τοῖς ἔρωσι τοῖς αὑτοῦ φέρειν ἐδίδου, αἴδεσίν τε πολλὰς πολίων φίλας αἰχμῇ & σκάπτῳ, καὶ δυνάμεσι πόρζει, id est, At Chaganus Scytharum ductor iuramentum præstitum ventis ferre dedit, copiasque adunabat correpta subitò tuba bellis amica. Horatius odarum primo,

Tradam protervis in mare Creticum
Portare ventis.

Vergil. Æneid. 9. *Sed aura*
Omnia discerpunt & nubibus irrita donant.

Vbi Seruius Honoratus ita, Quæ inutiliter iubentur, dicitur ventus diticerpere. Theocritus in Dioscuris,

Ταῦτα τοι ὠκὺς ἄελλα πολὺν ἐς ἅλα πάντα φορεῦσα. id est,

In mare verbalenes rapuerunt omnia venti.

Tale est & Ouidianum illud,

Et subeat Actios in freta ferre notos.

Gregorius Nazianz. in σωτῆρα. primo, ἐγὼ μὲν ἀλλὰ δὸς, εἶπα φέρειν, id est, Id quod si fallum est, aurā differāt.

Tanquam torrens. 64

Ὥσπερ χειμάρρους, Torrentis in morem, fieri dicitur quod confertim & affluenter fit. Demosthenes oratione de Corona, εἰ δὲ τὸν μὲν μετῆλθον ἐκ Θηβῶν φοβεῖσθαι χρὴ μηδὲ παραγενέσθαι, ὥσπερ χειμάρρους αἰφνίδιον τῶν τὸ πρᾶγμα ἐπὶ τὴν πόλιν εἰσενεγκόντων. id est, Ni repente mutato consilio nobis se comunxissent Thebani, cuncta belli moles in hanc vrbem velut torrens quispiam inuectus afferet. Homerus Iliad. 5. comparat impetum Diomedis nunc hos nunc illos assultantis torrenti hybernis aucto aquis & obuia quæque dissipanti, ita enim inquit,

Πολλῷ τάφρους ἔρχεται χειμάρρους,
Torrenti sim ius tumido qui perfluit alueo.

Herodotus χειμάρρῳ ποταμῷ ἐοικώς. id est, torrentis fluuij persimilis. Philon Iudæus de secessu à vulgo loquens, οἷς μὲν τὸ ῥεῦμα τῶν φορτικῶν καὶ ἀκράτων λόγων χειμάρρου δίκην ἐπιφέρεται. id est, Ne cursus vi tanquam torrentis impetu euertatur. Alio sensu dictum est illud a Gregorio Naz. in Athanasium, συμπαρέλαβεν ὥσπερ οἱ χειμάρροι τὸ ῥεῦμα. id est, assumens quemadmodum torrens quicquid affluit, quod dici poterit de eo qui quicquid torrens quicquid affluit, quod dici poterit de eo qui quicquid forte occurrit, ad sui defensionem trahit. Suidas de Demophilo Constantinopolitano præsule, οὗτος ἅμα πάντα, ἅμα σύμπαντα φέρων ἀκόσμως φορᾷ, καθάπερ ἔλεγε χειμάρρους, πολὺν ἐν τοῖς λόγοις τὸν σαφῆ ἄγων, id est, Potens simul omnia commiscere confuso orationis impetu, in modum vagi torrentis, multum limi in dicendo secum trahens.

Lapides loqueris. 65

De duris & molestis verbis. Lapides loqueris, prouerbiali figura dixit Plautus in Aulularia, pro duris & auditu grauibus ac molestis verbis, ita enim Megadorus senex ad sororem iubentem vt iam grauis ætate vxorem domum duceret, loquitur,

Quia mihi mistro cerebrum excutiunt
Tua dicta soror, lapides loqueris.

Indicat illius verba tam grauiter animum perculisse, vt non potuerit saxis saucium magis. Humus adagij in nostrate lingua manſit hactenus vsus.

Gaditanum. 66

Gaditanum, non citra prouerbialis salis acrimoniam *De molli & effœminato.* pro molli & effœminato proferri à Martiali video, vt libro 5. *Cantica qui Nili, qui Gaditana susurrat.*

& in Gaditanis puellis lasciuiam singularem prædicat vbi inquit,

Nec de Gadibus improbis puella,
Vibrabat sine fine prurientes,
Lascivos docili tremore lumbos.

& lib. 11. Tartessiacam manum, vocat petulantem & nequitias Gaditanas edoctam:

Et Tartessiaca concrepat ære manu.

Porrò per Nili cantica haud dubiè Canobitarum symposia perstringit impudicis cantilenis personantia, qua de re pluua in καταλογάδην diximus. Idem lib. 1. improbum Concilium Gaditano assimulat, Quod de Gadibus improbus magister. Idem lib. 6. de Telethusa lasciuissima puella,

Edere lasciuos, & Betica crusmata gestu,
Et Gaditanus ludere docta modis.

Cucumere vescens, chlamydem texito. 67

Recensetur nominatim paroemiæ nomine in Athenæi dipnosophistarum 3. versiculus talis. *Ne sui mali & obliuiscatur*

Τὸν σικυὸν πρώϊον χαίνει, πίνει χλαῖναν ὕφαντ. id est, *muneris.*

Contexas mulier, cucumis quum vescitur, lanam.

Neque tamen authoris indicium illic fit, neque sensus explicatur. putat Hermolaus Barbarus, vir sanè extra omnem controuersiam doctissimus, dictum propter textrices, quæ plerunque venereæ sint, quam vim excitare creditur cucumeris esus, vnde Demetrius Ixion σικυὸς etymon (sic cucumis vocatur) derivari voluerit ἀπὸ τοῦ σεύεσθαι ἐχ κύνα, quod veneris appetitum extimulet: cui refragatur Diphili medici authoritas cucumin ἀφροδισιακὴν φυτικὴν dicentis, hoc est, venerem cohibere: cui & Simeon Zethus subscribit, eius vsum πίνει ὅτι τὰ ἀφροδίσια κίνησιν αἱματικὴν prædicantis, id est, sensum venereæ cupiditatis obliterare. imò tota medicorum schola eandem sequitur opinionem. Itaque aliò referri paroemiæ sensum suspicio est, ac potius industriæ sedentariæ significationem præ se ferre, vt moneat fœminas officium suum (quo olim in texendo ferè distinebantur, vt toties Homerus inculcat) facere, neque deliciis à labore auocatas supersedere & σικυὸν peponem hîc dici arbitror, quem ita Theophrastus & Attici nominant, σικύαν quasi seminosum (vt Ouidiano vtar vocabulo) vocat Pollux, cuius in deliciis mirus est vsus. Estque hic clarissimus prouerbij intellectus, Ne sedentariæ operæ, hoc est, textrinæ tuique muneris ob taniere mulier, quum pepones ciborum delicatas mandis. Quid enim gratiæ habeat versiculus ille, si innuat, vt mulier videlicet texendo cucumerem manducet (ea namque sunt Barbari verba, non video, quem tamen secutus est dissimulanter Cælius. Ego doctioribus præiudicatum nolim, lententiā libenter mutaturus, vbi certiora docear.

Tritones piscinarum. 68

Cicero libro epistolarum ad Atticum secundo, Si *De gulosis.* erit nebulo iste cum iis Dynastis in gratia, non modo de Cynico consulari, sed ne de istis quidem piscinarum tritonibus poterit se iactare. Piscinarum tritones nominare videtur cupedinoros ganeones, gulæ proceres, qui piscinis impendio delectarentur. nam luxus antiquitùs præcipuè erat in piscium esu, inter quos ea ætate præstabant. Hortensius orator qui piscinam apud Baulos habebat, Philippus, & Lucullus, vt memorat Plinius libro nono. Quod studium principum ciuitatis notat eodem in libro Cicero his verbis. Nostri autem principes digito se cœlum putant attingere, si muli barbati in piscinis sint qui ad manum accedant, alij autem negligant. Nisi intelligat allegoricè per piscinas, magistratuum munia, ad quæ Tritones illi & principes prouehant palpones suos, quod ipsis collibitum sit, cuncta ad ipsorum nutum facientes, vt Piscinarum Tritones sint, qui potentia suffulti primasque partes in repub. obtinentes dignitatibus officijque ciuilibus ornent, si non potius onerent assentatores suos ipsorum dictis applaudere doctos? Fuit autem Triton fabulosus maris Deus, ex Neptuno

& Am-

& Amphitrite genitus, superna corporis parte vmbilico tenus homo, interna in bilulcam caudam desinente delphinus.

Cœni agitator. 69

Seditiosus ac turbulentus.

Βορβοροτάραξον quasi cœni agitatorem prouerbiali voce turbulentum & seditiosum hominem, quique turbis reipubl. commiscet & factionum dissidia excitat, appellat in Equitibus Aristophanes. Metaphora sumpta ab iis qui lutum & sterquilinium commouent. Sic enim loquitur de Cleone,

ὦ βορβοροτάραξ, ἐγὼ τίνα πόλιν ἄνωθεν ἐκ βυθοῦ ἀνατροπεύσας. id est,

O cœni agitator qui reip. nostræ sursum ac deorsum commouisti.

Quin & omne quod sordidũ est & impurũ βορβορῶδες, id est, lutulentum prouerbialiter vocant, Proclus Constantinopol. episcopus, φεύγομεν τοὺς βορβορώδεις (ita enim reponendum est pro βορβοδεις) τῶν αἱρετικῶν, ῥύακας, τοὺς διεφθαρμένους λόγῳ αἱρέσεως, id est, Fugimus turbidos & cœnosos imposturæ alueos, hæreses inquam Deo aduersantes. A cœno etiam illa paroemia fluxit, βαθεῖ βορβόρῳ συγκαλύφθαι, id est, Alto cœno operiri, qua vsus est Gregorius Nazianzenus in Inuectiua priore, nominatim prouerbij nomine quum ait, ἀλλὰ βαθεῖ βορβόρῳ τὸ δὴ λεγόμενον ἐγὼ ἀφιγμένῳ ζόφῳ πολλῷ ἐγκατακαλύπτομαι. id est, Sed alto cœno (quod dici solet) & tenebrosa erroris imperitiæque caligine opertus sum. Gregorius Palama Thessalonicensis, ὑφ' ᾗ τῶν ἡδονῶν ἐπιπολάζει καὶ βορβόρῳ. id est, nisi amabilem meam pulchritudinem cœno inuolueres, hoc est animæ labem induceres. Nazianzenus in Steliteut. εἰς τὸ βορβόρου κατεδεῖν καὶ τοῦ σκότους. id est, Sus iuxta paroemiam in cœna volutatus. Idem in secunda, κοπρίας βορβόρου γεμούσας, id est, cœno nequitiæ referto. Idem in funebri oratione patris, τῶν ὑπερπολλοῦ τὸν νοῦν λύσῃ καὶ ἀπολλύσῃ. id est, liber & immunis à luto mentis statum demergente. Ioan. Chrysostomus de eo qui in peccatorum sentinam recurrit, πάλιν φύρεται βορβόρῳ, id est, iterum cœno te inquinas. Nazianzenus in Athanasium πολλὴν τὴν κακῶν συμπλοκὴν, ἀφ' ἧς μὴ δυνάμενοι ῥᾳδίως ἀναδῦναι πρὸς τὸν τῆς ἀληθείας αἰγιαλὸν. id est, Vsque adeo limo immersus fuit, vt veritatis iubar obtueri nequiuerit. Cercidas Megalopolites apud Stobæum,

—ὧν τὰ νόεα
Πολλῷ σύγκειται ἐν δυσκινήτῳ πηλῷ. id est,

Quorum ita fuit a mens luto,
Et sese, quam vix eluas, immergitur.

Præ formicis exilis. 70

De tenui & gracili supra modum.

Πρὸ τοῦ μύρμηκος ἴσπιον. id est, Præ formicis exilis. Prouerbiali figura dicitur de gracili & supra modum tenui, siue ad laudem, siue ad vituperium mauis trahere. Synesius in epistolis, ἡμῖν ἦν ἐν τῇ οἰκίᾳ παῖς τις ἐκ παιδὸς συμπαιδίσκος, ὃ σωμάτιον τέχνη φύσει, πρὸ τοῦ μύρμηκας ἴσπιον ἐξεργάσατο. id est, Erat nobis ancillula Pontica, quam cura & natura in vnum coniunctæ, formicis exiliorem reddiderant. Sic Terentianus Chærea, curatura iunceas fieri virgines dixit, & vincto pectore iuberi esse, vt graciles fiant. Huc spectat formicinus gradus apud Plautum in Menæchmis, & apud Martialem epigram. tertio, Pectus cicadæ, crusculumque formicæ. Græci quoque à vesparum exilitate σφηκώδεις quasi vesperos seu vespiformes graciles nominant, & λεπτὸν à macie & exilitate quę in lumbis spectatur, hoc quidẽ λεπτὸν ἀπὸ τῆς λαπάρας à lumbis, illud λεπτὸν ἀπὸ σφηκῶν, id est, à vespis, à quarum exilitate σφήκωμα Medicis linamentum dicitur, & apud Arithmeticos σφηκοειδὴς figura solida disparibus spatiis constans, à vesparum nimirum similitudine, quarum corpusculo circa medium constricto compressoque, hanc molis figuram assimulant, vt lib. 2. docet Nicomachus Geraſinus.

Formicinus gradus.

Floccos demere. 71

De assentante & adulante.

Κερκίδας ἀφαιρεῖν, id est, Floccos demere prouerbialiter dicitur qui alicui assentatur & palpum obtrudit. & a lutatione gratia quidam factitat, vt annotatur in Eudemo Aristophanis. ὡς κολακεύει παρὼν ἐγὼ καὶ κερκίδας ἀφαιρῶν. id est, Si quis palpatur præsens & floccos auferens. Idem & κερκιδίζειν dicitur. Familiare hoc officiosi genus est adulatorib. vt pilos, floccos, & pulpiculum curiosè de vestibus colligant, quod κερκιδισμὸν nominant, Hesychius κερκολάπτειν.

Pugna consilia scindit. 72

Μάχη βουλὰς ἔρρηξε, id est, Consilia abrumpit pugna. Hemistichium prouerbiale, quo significatur non solum in prælij conflictu, vbi ad manus vtrinque ventum est, sæpenumero recte prouisa consilia turbari & inutilia reddi, verumetiam, in quauis contentione animi impetum & acrimoniam secundi atque hebescere. Acrior in disputando altercatio sæpius cõfundit ingenium, memoriam obliterat, & præcogitata argumentorum arma prorsus extorquet è manibus, industriamque expectorat. Extat apud Hesychium.

Cucurbitino capite. 73

In stupidum & vecordem.

In capitones, qui insigniter grande habent caput, aut in stupidos quòd conuitio vulgari capitones ita audiant, distringi potest illud Hermippi Comici,

τὴν κεφαλὴν ἔχει ἴσην κολοκύντῃ. id est,

Caput habet quantum cucurbita.

Cucurbita autem sessilis in amplam solet aluum intumescere, vnde Vergilius,

Et grauis in latum demissa cucurbita ventrem.

Accommodari ad vsum potest hoc modo in vecordem & insulsum, Quantum arbitratus sapientiæ inest τῇ κεφαλῇ ἴση κολοκύντῃ, id est, capiti cucurbitino. Sic laxo tumore distentas tibias habentem, cucumerinos habere pedes dixit Plato Comicus in Laio,

Σκιὰν πίπτειν ὀλυχὶν κυνηνᾶς ἔχων. id est,

Maiorã ac modo cucumeris tibias habens.

& Anaxilaus, Τὰ δ' ὄμφακ' ὧδε μᾶλλον ἢ σικύους πάνυ. id est, Digitis cedebant turgidi tali magis, Quàm maturus cucumis. Dictum est alio seniu illud Apulei in 1. de Asino, Nos cucurbitæ caput non habemus, vt prope moriamur, quo innuit prouerbiali figura, haud temerè neci obiciendos homines, instar cucurbitarum, quas vulgatus vsus viliores facit.

Megabyzi sermones. 74

Dicta insolenter.

Μεγαβύσου λόγοι, id est, Megabysia dicta, prouerbiali schemate dicuntur superba & insolentius, ac velut elato magnóque spirante animo dicta. quasi μεγαφυσικὰ: cuiusmodi Thrasonica apud Romanas aures vocitantur. A Megabyzis satrapis regis Persarum, in quo genere hominum ferocia plerunque & impotens supercilium spectatur, nata paroemia. Megabyzi meminit non semel Herodotus. Sic Megabocchum appellat Cicero Pompeium haud vano insolentiæ singularis conuitio, quòd Bocchum Africæ potentem regem fastu tyrannico imitaretur.

Quo curris potius quàm ad ephebum? 75

Vsus adagij.

Ποῖ τρέχεις, ἢ δεῦρ' ἢ ἐπὶ τὸν ἔφηβον; id est, Quò curris potius quam ad ephebum? De Apollonio Tyaneo dictũ fuisse, prouerbiúque honorem sortitum testatur Philostratus libro 1. commentar. de eius Philosophi vita, idque ex oracolari responso, quò Æsculapius per flaminem suum professus fuerat se gaudere sub Apollonij ephebi testimonio valetudinem pristinam hominibus restituere, quæ fama illico ita passim apud Cilices finitimósque populos inualuit, vt eos qui ad Æsculapium voti causa, aut valetudinis ergò proficiscerentur, percontari soliti fuerint, ποῖ τρέχεις, ἢ δεῦρ' ἢ ἐπὶ τὸν ἔφηβον; id est, Quo abis potius quam ad ephebum? volentes innuere, nil opus esse peregrinationem suscipere, quum votis abundè sufficere posset præsens Apollonius tum pubertatis annos ingressus. Trahi poterit ad vsum, quando significare volumus non opus esse, vt quis hunc aut illum senem consulat velut oraculum quodpiam, sufficere posse inuenem quempiam raræ eruditionis multinugæque lectionis: Libuit istud docere, quoniam Erasmus noster dicat parum liquere, quid sibi velit Cilicium istud adagium: eóque magis quòd existimet ab oraculo Apollinis, quo festinabatur vndique, sumptum esse. Cur autem non similiter vt ille verterim. Quo properas, num ad ephebum? ne quis temeritatis me insimulet, ratio reddenda est, quod apud Græcos eam vim habeat cõiunctio ἤ, vt vel comparatiue virtutem includat, vel subaudiri dictionem μᾶλλον postulet, quemodo & positiuo gradu idem apud illos fan iliare esse solet: id quod exemplo vno atque altero comunci possit. Homerus Iliad. primo, βουλοίμην κ' ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι ἢ ἀπολέσθαι. id est, populum esse sospitem volo potius quam extingui. Lucæ decimo octauo: κρεῖσσόν ἐστι σὲ

κεφαλὴν ἐς τὸν οἶκον αὐτοῦ ἀπῆλθεν, id est, abiit ille in suas ædes iustificatus magis quàm alter, siue, præ altero illo.

Priusquam in medulla obrigueris. 76

Initio mali occurrendum esse tempestiuè, significa-re volentes, antequam inueteraſcat malum, vti licebit prouerbiali Sophronis Mimographi dicto ex libello quem Muliebria trophæa inscripsit:

Πρὶν κἀπὶ τοῦ νόσου τὶς τὸν μυελὸν ἐνυπαλθῆναι. id est,
Prius quàm morbum in medullam obrigueris.

Iuuentutis vitiis, tenella etiamnum ætate & cerea, medendum est, Iratum semina obruenda sunt maturè, priusquam simultas animis altè insederit. Medulla metaphoricè quod intimum est dicitur, vnde Medullitus fieri dicitur quod ex animo intimo fit, Plautus in Truculento,

Ostendisse sciam mihi medullitus infidelem nunquam dum viuam, fore. Ennius satyr. 3. apud Nonium,

Enni Postea salue, qui mortalibus
Versus proptuas flammeos modo iacis:

Varro, Medullitus aquiloniam intus seruat frigidiorem. Medullæ metaphora aliter vsus est Marcellinus lib. 16. Sed eos medullis prouinciarum saginauit Constantius. Porro ἐνυπαλθῆναι duo significat & indurescere scirrhi instar, & mucere siue in mucorem abire, nam vt annotat etymologici autor, σάπος situm & squalorem difficulter elubilem signat, & Eupolis pro mucore cæci mucidi vocem hanc extulit.

Mansum malè reiicias. 77

Citat Suidas ex Aristophanis Equitibus trochaicum hunc acatalecticum & prouerbialem,

Εἰδὼς φαύλως ἐσθίοντ' ἄνδρα κἀπιλάθου τὸν ἔνδον.
Mansum reiicias male, quod repperisti non bene.

In eos quibus optimè succedit, præter animi sententiã. Ostendit idem, quadrare in eos quibus præter expectationem feliciter & ex animi sententia aliquid succedit. eius enim hæc sunt verba, ὅστις τὴν ἐκ τοῦ παραδόξου εὐδαιμονίαν ἐδυσωπήσατο. nam laboribus aliquid acquirere, studium & propensam hominis voluntatem atque industriam testatur, ac temerè inuenire fortunitũ est nec industriæ laudem meretur. Quo loco Suidæ codex mendosus est, atque ita emaculandus, ὅστις αὐτὸ τὸ διπύρτους γνώμης ἦρχεν pro ἢ τῆς τύ. Dictum est autem ab equitum cœtu in Cleonem, quiretum ad Pylum feliciter gestarum gloriam ad se trahens, in Prytaneo reipubl. impendiis vt alereꝛur, obtinuerat: Competit ergo in eum qui facinus aliquod nulla ingenij sagacitate aut prudentia peregit, sed temerè, magnamque laudis partem inde velut singularis industriæ testimonium quærit. Conuenit etiam meo iudicio non malè in indignos splendida quapiam conditione, aut opimo sacerdotio, aut honoribus, quos malis artibus inuolarint vel cæcæ dex beneficio nacti sint, in quos conuenientissimè ista imprecatio detorquebitur,

Εἰδὼς φαύλως ὥστε βῦρσ' ἀποβάλοις τὸν ἔνδον, hoc est,
Reiicere vt mansum sic possis, vt ei adeptus improbè.

Lepus leonem trahit aureo laqueo. 78

Insceptatores. *Ἕλκει λαγὼς λέοντα χρυσέοις δεσμοῖς.* id est,
Lepus leonem vestè ductat aurea.

Senarius est prouerbialis cuius in largitiones & munerum corrupteꝛas vsus est. Natum dicterium à quodam lagophthalmo (ita medici nominant eum qui palpebris hiantibus leporum more indormit (qui principem datis muneribus corruperat.

Obolum super deos cuehunt. 79

† In eos qui gloriam tribuis indigno. Gregorius Nazianzenus in priore Inuectiua in Iulianum, ἢ τὸν ὀβολὸν ἐπὶ τοῖς θεοῖς ἄγουσι μανθάνειν ἐφρύγω. id est, Et obolum cum supercilio supra deorum conditionem extollunt. Loquitur de philosophis qui magno fastu & addicto supercilio laudant vilia & vix obolo digna, eáque ad cœlum vsque laudibus vehunt. Conuenit in eos qui indigno gloriam immeritam attribuunt, ambrosiaque alendum prædicant vix mediocrem eruditionis laudem promeritum: aut qui rem contemptam & vix asse dignam, velut inæstimabilem maximi faciunt, tales enim Obolum prædus extollũt. Poterit non inconsultè & ad idololatras transferri, hoc est, auaros illos Euchites, qui aurum religiosè habẽt & diuinos tantum non honores illi deferunt in arcis custodito.

Proteruia ignominiam præcedit. 80

Προπετὴς ἀσχημοσύνη ἔπεται, id est, Proteruia ruinam præcedit: qui integer est sceleris, calumnioſum ignominiã non incurrit, neque capite aut fortunis oppugnatus, iuxta vulgare dictum, qui non peccat, nõ luit in ære, culpa enim damnola est. Meminit huius prouerbij Nazianzenus in eadem inuectiua. ἢ θεοῦ μὲ σωφρονοῦς ἡγήσῃ ἴδοις, ἂν πάσχειν κακὸν φασὶ, θεὸς ὁ ἀνὴρ ἔσεσθαι. ἵνα σκῶμμα ἐκφύγοιεν ὑπὸ, ὕβρεως μὲ ἵστανται σωφρονοῦντ' ἢ ἀδοξίαι. Præcedit ruinam proterum, vt præclarè loquitur parœmia, & gloriam humiliatio, aut vt clarius dicam, Proteruiam comitatur ruina, humiliationem gloria. Συνεσὶς capitis diminutio vocari potest iureconsultorum vocabulo, quum alicuius fortunæ & status affiguntur atteruntúrque.

Mulierum accipitres. 81

De mulieroſis. Γυναικίππαι, velut mulierum accipitres, prouerbij species mulieroſi & mœchi dicuntur insanis amoribus operati, & pudicitiæ muliebri insidiantes. Eunapius, ni fallor, de Zenonis Isaurici Imperatoris fratre Longino impurissimo homine scribens, subinfert, ἀφεῖς δὲ οἱ γυναικίππαις ἐπιτρίβειν οὐκ ἔχειν τὴν ἡλικίαν. Norunt etenim isti mulierum accipitres speciosas excogitare causas ad irretiendas fœminas. Effictum inde nomen quòd accipiter rapax animalis. Eiusmodi homines libidinosos & formarum insidiatores λυχνὸν ὄμμα καὶ αἰπόλιος παθεῖν, hoc est, ganeatum & procacem oculum pascere cum Ælliano dicemus, sic enim ille. αὐτὰρ λύχνα ὄμμα καὶ αἰπόλιος παθεῖν κακὴ ἐπιβουλή, τὰ τῆς φερεφάτης ὄργια ἐθέλων θεᾶσθαι ἀθλίως ὤν. id est, Is laginans flagitiosis epulis procacem & obscœnum oculum, Cereris orgia spectare gliscebat, haud initiatus.

Cyclopicum monstrum. 82

Immanis homo & expers humanitatis. Κυκλώπειον τέρας, id est, Portentum Cyclopicum, de immani & humanitatis omnis experte homine dicitur. Citatur à Suida inter conuitia Bacchanalibus iactari consueta. Consimili modo Arrium Hæresiarchã impostorem sceleratum, τέρας τι παντοδαπὸν, id est, Portentum Cappadocicum nominat Gregorius Nazianz. in oratione Athanasio dicta, quòd Cappadocum gens improba & flagitiosa vel adagio illo, quo inter tria cappa gens illa censetur, innotuerit. Cicero in oratione post reditum in senatum: Cum hoc homine, aut cum stipite Æthiope nihil crederes interesse, sine sensu, sine sapore, elinguem, tardum, inhumanum, neglectum, Cappadocem, modò abrepsum de grege venalium diceres.

Ventura per dioptram prospicit. 83

† De eo qui uidet imminẽs periculũ, appositè dicetur illud P. Fidæ, Ταῦτα σοὶ πολλῷ τῷ διόπτρᾳ σκοπίσατε. id est, periculum sagax præuidet.
Hæc ante malè per dioptram prospicis.

Senarius est iambicus, Translatio petita ab instrumento geometrico, quo explorant turrium & propugnaculorum altitudinem librato per foramen visu, quòd Græci à perspiciendo διοπτῆρα & διόπτραν vocant. Quisquis igitur propria industria rei euentum præsagit. Ingenij dioptra rerum exitus prospectare dicetur.

Caprarum nomina. 84

De re inutili. Αἰγῶν ὀνόματα. id est, Caprarum nomina: prouerbiũ effertur de re friuola & inutili, nam quum similes inter se capræ sint, stultè operam collocat, qui illis nomina quibus dignoscantur imponit, quippe quum ista creari soleant in differentibus specie, discriminis gratia, quod in capratum genere nullum est aut exiguum admodum. Qui ergo consimilium rerum collectionem congerit, Caprarum nomina recensere illum dictitabimus. Refertur in Suidæ collectaneis.

Nihil cunctandum. 85

Quoties detrimentosam esse cunctationem significabimus & præcidendam omnem moram, eleganter vsurpare licebit illud Bacchilidæ Lyrici poetæ, quod apud Athenæum legitur lib. 14.

Οὐχ ἑρπετὸν ἔργον, id ἀμελεῖν. id est,
Haud reptile aut tempestiuatione opus est.

Cælo tenus altum. Οὐρανομήκη. 86

De sublimi & incomparabili. Οὐρανομήκη, hoc est, Cœlo tenus altum, prouerbiali voce frequenter ab authoribus vsurpatur, pro sublimi & incomparabili. Philon libro περὶ τῶν μετὰ παιδείας γίγνεσθαι, aut vt manuscripti codicis, qui Bononiæ in bibliotheca S. Saluatoris extat, inscriptio præfert, ὅτι πᾶς ὁ ἀσκῶν γίγνεται, sic de labo-

re virtutum parente loquitur, ὡς χαλκῷ μὲν βλαστεῖν ἐμοὶ πόνους, σοφίᾳ δὲ δόξαν, ὅσαπερ ἀνδρῶν μυχθίσματα γυμνάσια, τῷ σωφρονεῖν τὸν ἔπαινον ἐκτείνουσα ἀρετή, ἀνδρὶ γε ἀθανάτου ἔρνη. hoc est, At qui otium noxium esse iudicant, & labores amant, hi agricolarum in modum qui generosos stolones plantant continua industria quadam virtutum viuradices cœlo tenus altas propagãt, perennia atque immortalia germina. Iphicrates Thebanus (vt ex Lysia commemorat Aristides) ita gloriabatur ab Aristophonte reus factus, ἐμοὶ στῆλα ἐφεστήκει ἔτι καὶ ἐν τῷ πελοποννήσῳ μαρτυρίαν τῶν ἀρετῶν, id est, Erecta mihi stat in Peloponneso columna cœlo tenus alta, virtutis meæ testimonium: quæ res à se fortiter gestas in Peloponneso, immortalem sibi famam peperisse. Athenæus commemorat lib. 1. Cleonis cuiusdam Thebani cantoris statuæ inscriptum epigramma, cuius hemistichium est, ἐς οὐρανὸν ἐφεστήκασι, id est, Cuius cœlum ferit ardua fama. quod alludere videtur ad Homericum illud, ἐς οὐρανὸν εὐρὺν ἵκει. id est, Ferlat cœlum ardua fama. Aristophanes in Nubibus.

Οὐρανομήκη ῥῆξαι κεφαλὴν φωνῇ. id est,
Cœlo tenus grandem vocali erumpite nubi.

Citat & Suidas ex Aristophanis Nebulis καὶ ἐφ' ὑψηλοῦ ἐν θεοῖσιν ἕξεις, id est, Habiturus es inter mortales ad cœlum vsque diffusam gloriam. Quod de Erasmis. Budæis, & id genus heroibus qui scriptis clari sunt, dici conuenit. Huc spectat & illud ex historico quopiam, αἱ δ' αὖ κραυγὴ ἵκανεν οὐρανόν, id est, clamorem ad cœlum vsque extulerunt, quod Virgilius dixit, Ic. clamor cœlo. Imitatus est istud Horatius Oda prima,

Clamorem ad cœlum efferre.

Sublimi feriam sidera vertice. & alibi, 1. Epist. 17.

Attigit ingenium tonus. Nec absludit hinc Synesij illud, ἅπτ' ἀρασθαι τῇ κεφαλῇ τὸν οὐρανόν. id est, Is cœlum vertice pulsat. Extenditur hæc vox etiam ad omne quod procerum & altum est, ὡς ἐλάτου ὑψηλότερα proceram & ingentem abietem dixit in Odyssea Homerus, ad instar Elatis sororis Molionidarum, quibus vastã corporis molem Fabula tribuit. Eodem pertinet & illa locutio, ὑψηλὸν αἴειρον ἔχε καθ' Ἡρακλέα. Hercules aeriam gloriam reliquit, pro magna. Huius generis hyperbolas attingit & πυργοῦν pro in altum euehere, & quasi turrificare. Ælianus, οὐκ ἄπειρος ἦν ὁμήρου ἐμπόδιος ἡ καθ' ἁλῶσαν πυργοῦν τὴν ἀγορὰν, ἃ ὧν ἐποίησεν ὁ ἀχιλλεὺς, ταῦτα ἐκεῖνος ἐποίησεν ὁ σοφὸς μακεδών. id est, Probè intelligebat Messapius poeta Ennius, quantum præstare possit Homerus in laudanda & educenda turris in morem gloria hominum atque euehenda, idque ex Encomio quod Achilli dedit. Damascius Syrus in philosophica historia, οὓς ὑπερμήκους ἐπὶ μέγα πυργοῦσιν αἱ φιλοσοφίαι, id est, His qui Philosophiam ad altissimum rerum fastigium euexerunt. Antipater Sidonius de Æschylo,

Ὁ τραγικὸν φύσημα καὶ ἁψοφόρητον ἀοιδὴν
Πυρσοῖσιν στιβαρῶν ἐπύργωσεν ἐπέων.
Qui Tragici fastum primus strepitumque cothurni,
Cen turrim elato carmine madificas.

Quò alludens Aristophanes in Ranis πυργοῦν ῥήμασι illum dixit, quod turgeret vocabulis compositis & turris ritu aggestis, quomodo metaphoricè Nazianzenus fœminas comę suggestum in altum educentes, turrificare crines loquitur, ibi Μὴ κεφαλὴν πυργοῦν τρίχας πλοκάμοις γυναῖκας, id est, Ne caput ædifica haud natiuo fœmina crine. Qua de re plura diximus in commentario de Coma. Aristophanes in Pace, πυργοῦν τρίχας, id est, Artem turrificare, pro extendere, & in amplius fastigium educere. Mimnermus poeta apud Stobæum, de medicis arrogantibus, qui magnos sibi spiritus sumunt, dixit πυργοῦσι κεφαλάς, velut turrificantes suam gloriam.

Mergorum instar. 87

Ἀλιμενῶν δίκην, id est, In modum mergorum, De inexplebili ingluuie & nunquam satiata educitate dicitur. Philon Iudæus libro de vita contemplatiua, οἱ δίκην ἀλίμενων εἰσφερόμενοι καταφαγεῖν ἕτοιμοι τὰ ἀνάπλεα ἐπιπαρακεῖν, id est, Qui expleti mergorum in morem ita penitus obtorta abligurunt, vt & ab ossibus arrodentis non abstineant. Fit autem ἀλίμενος (quam mergum cum Gesnero doctissimo, limatissimoque homine interpretor) insatiabilis auis & voracissima, vel Oppiano teste: ab ignea quadam absumendi vi nomen,

Insepleibilis ingluuies.

vt suspicor, habens; quomodo & Erysichthon inter helluonum gurgites voracissimus, cognomento ἄλιμος dictus fuit, testibus Athenæo, Lycophrone & Zeze.

Rusticanus Oenomaus. 88

Ἀγροῖκος Οἰνόμαος, id est, Ruralis Oenomaus. Prouerbio dicitur qui magnos sibi spiritus sumit, & de præclara nobilitate aut insigni eruditione se iactat, sed rusticis alioqui moribus & è plebe natus, aut prolesta doctrina imbutus. Demosthenes, oratione de Corona, vtrumque fermè in Æschine notat, quem patre seruo natum, & subitò oratorem factum incessit, quum ille pro Tromete Atrometum, velut impauidum, patentem suum præferret, & pro Empusa, à spectri cuiusdam similitudine sic dicta, matrem, Glauconeam, Nymphæ marinæ nomine vocitaret. deindè & Oenomaum Sophoclis tragœdiam malum histrionem malè egisse Æschinem insimulat. Proinde his verbis inuehitur in eum, τῶν δὲ ἐν φύσει πονηρῶν ἀνθρώπων καὶ ἀπὸ ἀρχῆς ὄντων πονηρῶν, οὐδὲν ἔνδοξον, οὐδὲ μεγαλοφρονοῦν πέφυκεν, ἀγροῖκος οἰνόμαος. id est, Hic homuncio natura est vulpecula, qui nihil vnquam tale fecit aut liberale quod fuerit, ipsissima Tragica simia, rure natus Oenomaus, quanquam Philostratus paululum immutata lectione, non ἀπεργασὶ composita dictione, sed fortassis ita, οὐδὲν ἦθος ἔχων αὐτὸς, ἀγροῖκος, &c. diuulsum legisse videtur, quum in Aristide Sophista ita meminit τοῦ ἀγροῖκου πιθήκου, ἢ τὸ ἀγροῖκον οἰνόμαον. id est, De tragica simia, & rurali Oenomao. Fuit autem Oenomaus Pisæ ditionis rex, Alxionis, Pausaniæ teste, filius, vel vt alij fabulantur, Martis ex Sterope Atlantide, aut secundùm alios ex Harpinna Asopi, pater Hippodamiæ qui insigni crudelitate filiæ procos non paucos interemit. Hesychius annotat Rusticanum Oenomaum à Demosthene dictum Æschinem, eo quòd vicatim pagos circumiret Sophoclis Oenomaum histrionico habitu actitans.

Inflatorem prouerbio dicitur qui magnos sibi spiritus sumit.

Ambitiosior Cleophonte. 89

Φιλοτιμότερος κλεοφῶντος, id est, Ambitiosior Cleophonte. Prouerbialis hyperbole, in vecordem & indoctum gloriæ plus æquo studiosum. Cleophon homo ignobilis, caseario patre natus, literarum ignarus, primas sibi in repub. partes Athenis vendicabat, in quem Plato Comicus fabulam cognominem Cleophontem dedit, cuius semel atque iterum meminit Athenæus. Extat apud Aristophanem. Dicetur itaque in scriptorem ineptum, qui tamen de principatu doctrinæ non concedat.

De vecordi & indocto gloriæ appetente.

Circa terram natat. 90

Περὶ γῆν νήχεται, id est, Propter terram natare dicuntur qui ad altiorum rerum contemplationem mentem non erigunt, sed in terrenis fluxisque rebus occupantur. Proclus episcopus Constantinopol. in epistola ad Armenios loquens de virtutum diffinitione ab Ethnicis posita ἅσπερ οἱ ἐν καλαῖς δοκοῦσι πλέειν, χθαμαλά τε ὁρᾶν καὶ περὶ γῆν νήχεται, id est, Quæ rametsi bellula videantur, humi tamen repunt, & secundum terram innatant. Potest referri ad eos qui profanis literis ita penitus sunt addicti, vt sacratum studium, velut solis theologis concreditum, abnuant. Item ad stylum depressum & jacentem, nec vsquam iis, quas passiones & affectus vocant, assurgentem, quomodo dictum est illud à Fabio libro secundo. Inde fiunt humiles statim & velut terram spectantes, qui nihil supra quotidianum sermonem attollere audeant. Videtur autem petita metaphora ab his qui natandi imperiti aut artis diffidentes pelago aut amni medio committere se non audent, sed vicinam ripam litúsve premunt. Nazianzenus oratione in Basilium dicta, οἷς ἀθρανδὲς ἦν ἐν κάτω νεύειν ὁ βίος. id est, Quorum vita seruilis est & humum spectans. Idem in epistola quadam, πρὸς πεζὴν σοφίαν ἐν κάτω μένουσα. id est, Pedestrem humique residem philosophiam amplecti. Idem ad Cæsarium fratrem, Πρὸς μικρὸν ἐν χθαμαλαῖς ἐγχειρήσεσι φρενοῦσθαι, id est, Curam nonnullam habentes pulueriorum humique ingredientium. Io. Chrysostomus, ἵνα πεζαί συνέσεις λογισμοὺς ἀναπέμψωσι, id est, vt humi reptantes cogitationes erigamus. Heliodorus Emesenus lib. 2. Æthiop. hist. de Magia loquens, ἡμῖν μὲν δημώδης ἐν ἀέρι ἔοικε χαμαὶ ἐρχομένη. id est, altera plebeia est, & vt quis dixerit, humi gradiens. Apud Theodoritum Marcus quidam

Circa terram natare dicuntur homines versari.

κεφαλὴν ἡ ὄπισθεν vocat eadecarum rerum studio addictos.

Inhibere remos. 91

A celsitio cursu desistere.

Quos Græci πρύμναν κρούειν dicunt, quasi puppim remorum nitu obuertere, id Latini inhibere remos, vtrique non sine prouerbij specie. Nazianzenus in epistola ad Eudoxium rhetorem, ὅτε τὴν ἐγκειμένην πρύμναν ἔδει ἀνακρούσασθαι, καὶ τὸ λεγόμενον, ἡ δὲ ἡμῶν αἰσθομένη σωτηρία, ὥσπερ τὴν ναυτίλων φασὶν ἰχθὺν, ἔστη χαλινῶσα τὸν δρόμον. id est, Et propter decretum est, remos (quod dicitur) inhibere, & nos contrahere quemadmodum Nautilum piscem ferunt, ingruentis tempestatis metu. Prouerbium esse facilè apparet ex eo quod addit, καὶ τὸ λεγόμενον. Significat autem se decreuisse supersedere, nec vltra pergere, à consueto cursu desistentem. namque hoc indicat & illud de Nautilo pisce adiectum, qui (vt Aristoteles, & Oppianus scribunt) summo in gurgite testa conuexa quasi velificatur, expansis brachiorum cirris, mox si metus alicunde malus prehenderit, conuersa testa mare hauriés, grauis pondere subtilis ocyssime. Idem in funebri oratione in Basilio dicta, ἐξαίφνης μεταγνοὺς πρύμναν τὴν ἐπιχειρηθεῖσαν ἔκπαλαι πλοῦν ἐκρούσατο καὶ τὴν ἐπὶ τὴν τιμὴν ἔπεισιν, id est, Mutato repentè cõsilio & remos inhibuit, hunc puppim sistens, & victoriam ad hiatum effecit. Apertiùs eadagio vsus est Nicephorus Callistus Historiæ Ecclesiasticæ lib. 2. cap. 30. pro mutare tententiam in diuersum, loquens de Meletæ incolis aliam quam prius opinionem de Paulo habentibus, ita inquiens, οἱ δὲ πρύμναν κεκινηκότες τοῦναντίον ἀγωνίαν ἔσαν. id est, At illi inhibentes remos diuersa de illo prædicabant. Quintilianus lib. duodecimi prœemio, simili figura dixit. Vnum modò in illa immensa vastitate cernere videmur Marcum Tullium, qui tamen ipse quamuis tanta atque ita instructa naue hoc mare ingressus, contrahit vela, inhibetque remos, & deprimo demum genere dicendi, quo ne vltus perfectus orator, satis habet dicere. Quid autem sit inhibere remos, explicat Cicero lib. 13. ad Atticum his verbis, Sed arbitrabar sustinere remos, quum inhibere essent remiges iussi. id non esse eius nodi dicit heri cum ad villam nostram nauis appelleretur, non enim sustinent, sed alio modo remigant, & paulo post. Inhibitio autem remigum motum habet & vehementiorem quidem remigationis nauem conuertentis ad puppim. A quo nonnihil discrepat Thucydidis scholiastes græcus, & ex eo Suidas, exponens πρύμναν κρούειν esse, quum paulatim subducimus, non autem subitò nauigium obuertimus, nam qui eo modo recedit, ad puppim remigat. Thucydides lib. 1. ἐθαύμαζον τοὺς Κορινθίους πρύμναν κρούοντας. id est, Admirabantur Corinthios cur remos inhiberent.

Non propter pedis cum lyra dissidium. 92

Refertur in Suidæ collectaneis prouerbium in eos, qui aliam ob causam puniuntur, aut mutati afficiuntur, quàm ipsi existiment, ἀλλ' οὐ δι' ἣν οἴονται τοῦ ποδὸς πρὸς τὴν λύραν ἀμφοτίαν, id est, At non propterea quod pes lyræ haud respondeat, aut si ita manus, non propter pedis à lyra dissensum. vsus est Plutarchus in lib. De inuidi verecundia, οὐχὶ διὰ τὴν τοῦ ποδὸς πρὸς τὴν λύραν ἀμετρίαν, ὡς πάντων ἔλεγε, ἀλλὰ διὰ τὴν ἐπὶ τὸ κομψὸν ἢ δεινὸν παρεκβασίαν. id est, tametsi non propter pedis à lyra discordiam, vt Plato aiebat, sed propterea quòd in legum obseruatione & æquitate peccetur. Illud verò obseruandum est discrimen esse in lectione, sed exiguum inter ἀμετρίαν errorem, & ἀμετρίαν immoderationem, quando videlicet rhythmi & modulati pulsus modum non obseruant & legem suam.

Ventis & scripturæ in aqua credere. 93

Plutarchi fides & lubrica.

Ἀνέμοις πιστεύειν ἢ γράμμασι καὶ ὕδατι, id est, Ventis credere & litteris in aqua descriptis: Prouerbij vice dicitur vbi fluxam in aliquem fidem & lubricam notamus & perfidiam perstringimus. Nazianzenus ad Sophronium præfectum ὡς οὐδὲν ἧττον πιστεύειν ἢ γράμμασιν ἢ καὶ ὕδατι, ἢ ἀνέμοις τοῖς ἀκριβῶς. id est, ve aurex potius fidem habeant & literæ aquæ inscriptis, quã mortalium rebus prosperis. Cõperat in inconstantiam & malam fidem, hoc modo, Quid fœminarum auribus cõmittitur, aurex te fidere & scripturæ in aqua cogita.

Tyrannidem exercere.

Gigantisare. 94

Γιγαντίζειν Græci prouerbialiter vsurpant pro gigantum in morem tyrannicè in alios statuere, aut pro libidine subditis imperare. Philides de Cholone Persarum rege (de quo multa Procopius & Agathias in scripta retinerunt) scribens inquit,

Γιγαντιεῖ δὴ ἐν τυραννίδι Σκύθης. hoc est,

Gigantem agit, tyrannidem quæ iusserit.

Legimus & γιγαντεῖον τέρμα, nomen giganticum, pro magno quodque multis tyrannis connexum est, cuiusmodi olim diuites audire gaudebant, pro Simon Simonidis, vt est apud Lucianum, aut cuiusmodi sunt sesquipedalia verba Aristophani frequentissima: vel certè, pro nomine latè diuulgato & celebri propter facinora ingentia, quum & in Epigrammatibus Græcis, γιγαντεῖαι χεῖρες, manus giganteæ pro validis, torosis, & ingentibus leguntur. Sibylla quoque lib. 8. oraculorum, violentiam Romæ incessens eam χερὶ γιγαντείῃ, id est, giganteis manibus vti intimulat. Sic procera corporis statura homo minimèque vulgari γιγαντώδης velut giganteus vocatur. Suidas ex incerto autore, εἶδεν τι σῶμα γιγαντῶδες ἢ ἐν τῷ θεάτρῳ ἢ ἐν ἀγορᾷ. Corpore gigantem referebat, an belluam. Dauid propheta solis magnitudinem gigantis comparat Psal. 18. cõ namque fit magnitudinem refert Nazianzenus his verbis, λάμπουσι δὲ οὐ τοιοῦτοι, λαμπάδος ὀφθαλμὸς γίγαντος. id est, fulgentis more modùm sponsi, prægrandis ad instar gigantis. Gigantes autem immani corporis mole homines, & propter robur eximium in reliquum vulgus duriores fuisse, tyrannidemque affectasse, etiam Mosis liber de mundi fabrica scriptus testatur, quos Nephilim Hebræa lingua nominat terroris argumento; quo vulgus hominum metu præpeditum humi procumbere coram illis solebat. Meminisse legisse aliquando in Diui Menæ templo, quum illud expiaretur, specum ingentem repertum fuisse, in quo permixta gigantum ossa, visendæ magnitudinis, sepulta fuerint, quæ omnia Anastasius Imperator rei miraculo obtupefactus, in palatium seponi curauerit. Solomonan prœmonis prouerbialiter dixit in cœtu Gigantum commorari, pro opprimi & malè disperire.

Echeti imperium. 95

Ἐχέτου ἀρχή, id est, Echeti imperium, rectè effertur in eum qui acerbè & inhumaniter imperium administrat, duriùsque legibus subditos exercet, æquitatis & clementiæ præparcus. Nazianzenus in priore Inuectiua Iuliani Apostatæ, crudelitatè Echeti & Phalaridis, immanitati Arethusiorum postponit his verbis, ὡς μικρᾶς τῆς τοῦ Ἐχέτου ἢ φαλαρείου ἀπανθρωπίας πρὸς τὴν ἐκείνου ὠμότητα. id est, Adeo vt Acheti & Phalaridis inclementia exigua sit præ illorum immanitate. Eunapius in Chronographia, de Festo proconsule (qui Valentis Imper. tempore, incredibilem in supplicijs crudelitatem exercuit & tyrannidem in Asia) loquens Homerico illum Echeto comparat. πέμπεται ἡμῖν ἐξ ἀνάγκης ἐπὶ τὴν τοιαύτην ἐμπαροδὸν ἔχοντι, ἣν ὁ δεῖνα τῆς δεῦρο ἀπὸ Θετταλίας ἐπαναστὰς ἐπὶ τὸν Ἐχέτου τρόπον. id est, Ablegatur in Asiam crudelitate Homerico & fabuloso Echeto persimilis, & si quis extitit alius tyrannus è Thessalia aut Sicilia oriundus. Fuit autem Echetus Auchenoris & Phlogæ filius, Epiri rex, immanis supra modum & crudelis, qui filiam Metopen (alij Amphissam nominant) ab Æchmodico quopiam vitiatam oculis orbauit, eamque compulit cribro incernere hordei grana è ferro fabricata, dictitans ludibrio, eam tum demum visum recepturam, quum illa in pollinem redacta pinsuissent. Æchmodico autem ad cœnam accito extremos artus, & cum iis pariter virilia detruncauit, denique furibundus, fusque ipsius expletus carnibus, vitam finiit. quomodo Lysander postea immani exemplo in minuta segmenta se ipse concerpit. Huius crudelitatem insignem detexit Homerus Odysseæ decimo octauo in illis versibus, vbi Antinous tromendico minatur transmissionem ad Echetum si Vlysti succumbat. *Echetus qui.*

Τύψω σ' ἐς πόντοιο βαθὺν ἠὲ πολὺ μᾶλλον,
Ἠὲ σ' ἐπὶ Ἠπείρου δώσω κακὸν ἄμμορον ἔμμεν,
Ὄφρ' ἐκ δῆμον ἅπαντα σὺ ἔλσῃς πολλὰ χαλεπτῶν,
Μέσσῃ τ' Ἐχέτου δῶν κακὸν ἄμμορον ἀνθρώποις. id est,
Aspernam in Epirum te pervehet nauis carina
Regi Echeto infesto cursus mortalibus vni,
Qui tibi detruncet ferro cum naribus aures,
Auferat & pariter cæsibus genitalia cruda.

Hesychius memorat illum & auribus, naribus, & pudendis orbare consuevisse victores prætereuntes, eiusque

eiúſque hiſtoriæ meminit & Rhodius Apollonius.

Simiolum obtuери. 96

De obtutu ſubdolo & impoſturis.

Σιμίωνα βλέπειν, id eſt, Simium quid obtueri, figura prouerbialis dicetur qui ſubdolum & impoſtorum obtutum præ ſe fert: In oculis animus habitat & relucet. Illi mentis indices ſunt & feneſtræ, & ὁ μαχῶν τὸ. Nazianzenus in funere Baſilij, Niſi quis calumnietur in leone, ὅτι μὴ πιθανὸν βλέπει, ἀλλ' ἀληθῶς καὶ βασιλικόν. id eſt, quòd Simiæ obtutum oculis non mentiatur, ſed totum intueatur & regium.

Amnis curſum cogere. 97

De re facta perquam difficili.

Βιάζεσθαι ῥεῦμα ποταμοῦ, id eſt, Amnis curſum inhibere. Prouerbium dicitur de eo qui duram & difficilem rem aggreditur & quaſi impoſſibilem: aut qui virtis inuoluntum ad viam virtutis reuocare conatur, aut qui naturam inuitam atque repugnantem aliò compellit. Nazianzenus ad Eudoxium Rhetorem, τὸ δὲ μὴ βιάζεσθαι ῥοῦν ποταμοῦ καὶ τὴν παιδικὴν παιδιὰν, καὶ ἱππικοῦ δεδιδαγμένῳ ἄφρονι ἵππον ἐλαύνειν ἐᾶσαι. id eſt, Prouerbium docet animis alueum non eſſe ſiſtendum, & poeta vult equitandi peritum, nõ canere. Quòd cuiuſque ducit ingenium, eò applicare ſe debet, malè namque coactum ingenium reſpondet. Pulchrè ſe habuit olim Athenienſium lex, qua iuuenes prius quàm pubertatis annos attingerent, ad opificij delectum ducebantur, propoſitis publicè artium omnium inſtrumentis, in eam namque artem erudiendi tradebantur, ad quam naturæ impulſu ferebantur propenſius. Laudat & Fabius certum ſtudiorum delectum facere, quod eò quo natura vocat duci ingenia conſultum ſit: neque enim feliciter ſuccedit, quicquid extortum & inuita Minerua tentatur.

Capra in morem. 98

Αἰγὸς ἔθος, id eſt, Capræ ritus. Effertur adagium de iis qui ſibi ipſis malorum fontes aperiunt, ſibi exitium accerſunt. Natum à Corinthiaca capra, quæ defoſſum dedita opera cultrum, iugulandæ victimæ paratum, ſcalpiu vngulauit: cruor, quo non ex concidit mactata. Idem eſt cum illo, αἰγὸς δίκην τὸν μάχαιραν, id eſt, Capra gladium minitratus. Citatur in Suidæ collectaneis. Vtibi cebit hoc pacto, quum quis ſuo iudicio commiſſima ſe facinus prodidit, vt dicamus eum, αἰγὸς ἔθνος κακαλέκται. Caprę in modum periiſſe, aut clarius etiam ita, αἰγὸς τὸν κορινθιακὸν τρόπον. Inſtar Corinthiacæ capræ.

Sibi arceſſentes exitium.

Threicia hirundo labiis inſtrepit. 99

De indocto & barbaro.

Χείλεσιν ὀνθρίμμασιν Θρῄκια χελιδών. id eſt,
Labris immurmurat hirundo Thracia.

De indocto & barbaro dicitur. Hirundo obſtrepera auis eſt inepto garritu auribus moleſta. Extat apud Ariſtophanem dictorium de Cleophonte,

Ἐφ' οὗ δὴ χείλεσιν ὀνθρίμμασιν Θρῄκια χελιδών. hoc eſt,
Cuius labris hirundo Thracia inſtrepit

Aliter de Pericle dictum eſt, eius labris inſidere Suadam, dicam.

Ignis in vepribus. 100

Disputator acer.

Πῦρ ἐν ἀκάνθαις, id eſt, Ignis in vepribus. De acri diſputatore vſurpauit prouerbialiter Nazianzenus, qui aduerſariorum argumenta ignis inſtar abſumit: ita enim de Baſilio Magno loquitur in Monodia, τῶν δὲ γόνατα πλέκειν τὸν πάτραν, ἢ πῦρ ἐν ἀκάνθαις, ὃ φασι, διὰ ταχέων, ῥᾴστως ἀναλίσκειν τοὺς φιλογωνοῦντας ἢ ἐλέγχειν τὸν ψεύστην. hoc eſt, Et illius lipenuus cotem diſcindens, aut ignis in ſentereto, iuxta Scripturæ ſacræ dictum, abſumens haud difficulter larmentitias quiſquilias, deitatis violatores.

ADAGIORVM HADRIANI IVNII CENTVRIA TERTIA.

Anima ſicca ſapientiſſima. 1

Sobrietatis laus.

Ξηρὴ ψυχὴ σοφωτάτη, id eſt, Anima ſicca ſapientiſſima, Adagium elegans ex obſcuris Heraclitii fontibus hauſtum; quo ſubrietatis virtus commendatur, velut ingeniorum & induſtriæ parentis. Verba eius recitat Galenus in libello, Quòd corporis temperiei reſpondeant animi mores, atque exponit obiter, Αὐχμὴ ξηρὴ ψυχὴ σοφωτάτη, id eſt, Aridus fulgor, mens ſapientiſſima, vel aliter, Anima ſicca lubar eſt ſapientiſſimum. Dictum eſt, inquit, Heraclito, quo innuere voluit ſiccitatem prudentiæ autorem eſſe, ſi quidem aſtra cùm fulgido lubare micent, pariterque ſint & arida, eximia prædita eſſe ſapientia verſimile eſt. Hæc ille. Clemens Alexandrinus Pædagogi lib. 2. loquens qua ratione cauendo temulentiam animus reddatur purus ab omni labe, atque adeo lumitis capax & perſpicax etiam, ſubiungit αὐχμὸν ψυχὴ ξηρὰ σοφωτάτη, ἣν αἰνίττεται, ὡς ἔοικεν, ὁ Ἡράκλειτος, ὁ τὸν ἀκρότατον τοῦ νοητοῦ τόπον ἐκ τοῦ αἰσθητοῦ ἀποδιορίσας, τὴν ἀκρότητα λέγων σωματικῶς. id eſt, lubar verò eſt anima ſicca ſapientiſſimum & præſtantiſſimum, idémque & perſpicax, neque madeſcit vini haſtu, in modum nebulæ craſſeſcens. Syneſius libro De inſomnis, vbi dicit calorem & ſiccitatem eſſe quaſdam animæ vehicula, addit, τὸ δὲ καὶ ξηρὰν ψυχὴ σοφὴ, καὶ ἐκεῖνο λέγω τὸ ἐρασιτέχνῃ τῶν ὑφισταμένων, ὁ πηγὴ ἡ ψυχὴ ἐξορύξασα τοῖς χαλκοῖς ἐκ τῆς γῆς ὑδάτινα ῥοᾶς φαιδρὰς, φαιδρὸν ἡ ὑδρεύσασα τὸν κατόχαρον χαλκὸν. id eſt, Illud verò, anima ſicca ſapiens, quòd Heraclito dictum eſt, non aliò tendere inuenio, quam quod anima opima & vnida ſi fiat, naturali pondere in terræ cauernas demergatur, in ſubterraneas loca detruſa. Quorum loco (veru tranſcurſu id ad nos eam) pro aquis legendum cenſeo αὐχμὸν, ſuperiorum authorum teſtimonio. Heraclitii verba annotat Stobæus capite de Temperantia, Αὐχμὸς ἐστὶν μεθυόντων ἀγαθὸν ὑπὸ παιδὸς ἀνήβου σπείρεσθαι. ἐν ἑτέροις δὲν βλάπτει, ὑγρὰν δ' ψυχὴν ἔχων, ἄφρων ἀνὴρ σπείρεται καὶ ἀφῆβος, hoc eſt, Temulentos maximè greſſi nutans ab impubere puero ducitur, ignarus quorſum eat, vuidam habẽs animum. Eſt verò ſicca anima ſapientiſſima & præſtantiſſima. Vnde aſſeri poteſt duplex lectio, αὐχμὴ ψυχὴ σοφωτάτη, id eſt, Anima ſicca ſapientiſſima, & αὐχμὸν ξηρὸν ψυχὴ σοφωτάτη. id eſt, Anima ſicca lubar ſapientiſſimum, eundem vtraque ſenſum obtinens. Mens, cuius cœleſtis eſt origo, & quam non malè diuinæ aurę particulam Flaccus nominat, multo cibo potionéque madida, altum ſapere non poteſt, neque ad cœleſtium rerum contemplationem aſſurgere valet. Androcydis oratoris dictum memorabile refertur apud Clementem Alexandrinum Strom. libro 7. vinum & carnium ſagina, robur quidem adiiciunt corporis & animum reddunt languidum. Tribuit Ioannes Philoponus Plotino diuinam, vt ipſe ait, ſententiam, qua dicit eos omnes qui ſaginando corpori indulgent, parum abeſſe quin arboreſcant, hoc eſt, ſit plantarum naturam degenerent: cuius hæc ſunt verba, ὅσοι ἰσχναὶς καὶ ταῖς ἀναγκαίαις ἀναγωγαῖς ἀκολουθοῦσιν, οὗτοι μικροῦ δεῖν ἀνθρωποειδῆ φυτὰ εἰσίν. In eandem ſententiam Euſebius apud Stobæum, Crapula corpus quidem opimum reddit, at vecordiam & ſtuporem conciliat, & rationem, quæ princeps animi pars eſt, obliterat. Nemo eſt adeò à ſenſu communi alienus, qui non libenter aſſentiatur illi diuerbio Vulgato, Pinguis venter non gignit ſenſum tenuem, aut illi lenario Nazianzeni,

Νοῦς λεπτὸς ὅταν παλάμην γαστὴρ ἔχῃ. id eſt,
Subtilis animus, molem ventris agegit.

Cibus moderatus.

Hinc eſt quod Plato in epiſtola ad Dionis familiares deteſtatus in Sicilia vitam degere, nullo modo placere ſibi poſſe ſcribens mẽſas Italicis Syracuſanis que fercula onuſtas, & receptam in mores conſuetudinem ſaburrandi bis in die corporis vnde apud Ælianum, non, inquit, hoc vero, vt in menſam pronus incumbam, brutaque pecudis in modum ſaginet. Diuerſa ſunt nutrimenti capiendi genera, aliud enim eſt corpus pascere, aliud præbere, aliud neceſſaria præbere, aliud helluonari. Habitatum autem eſt nutrimento omnino opus eſſe, ſed tamen tum æquè ſatagendum nobis eſt, quam qua ratione præſtaſſimam & diuiniſſimam noſtri partem ſaginemus, mentem nimirum, non caduca illud corpus, tenebrarum velamen, & circumgeſtatile ſepulchrum, vel Trimegiſtus illud vocat: Corpus namque vuidum & oquare paſtum eiusue animum

ficèr à beata vita, mortalitatem adaugeat; sublata atque obstructa ad immortalē vitam semita, animæque spurcas sordes affricat contagio quodam, vt in quarto de abstinendo à carnibus differit Porphyrius. Hinc Ægyptij in expiratoriis sacris non indulgebant sacerdotibus suis carnium eium aut pilcium, sed exiles quasdam voluerunt: quo symbolo innuere voluerunt, parco & leni victu contentos esse debere, qui res diuinas attrectant aut ad Deum animum erigunt, abhorrentes à crassa & opima sagina, quę & corpus vliginosum reddat & mentem obnubilet, nec in altum tendere patiatur. Idem Ægyptij, quantopere propter ventris saginam inquietur anima, mystico quodam symbolo significare voluerūt: quoties namque medicatum aliquod funus apparabant, è prima nubilitate mortuū condientes, seorsum eximebant ventriculum, cúmque in arculam reponebant, deinde quum pollinctor elato funere, cadauer ad solem obuertisset, defuncti nomine, solem cœlitésque omnes insigni elogio cōtestabatur. quod quia rarum est, non grauabor hunc è Græcis fontibus derivatum aliscribere: in hāc sententiam conceptum erat. Sol rerum domine, vosque cœlites, qui mortalibus lucis vsuram largimini, me accipite, & cœlestibus contubernalem addite. Equidem piè ac religiose numina a maioribus mihi commonstrata semper, dum vixi, excolui, genitūræ meæ authores semper honorauī: hominem occidi neminē, aut depositō fraudaui, nec aliud quidquam infandum patrauī: quod si quid à me peccatum est edendo bibendove, quod non oportuerit, id omne nō mea, sed huius causa commissum est: simúlque cum dicto arcam, in qua ventriculus iacebat conditus, digesto commouebat, mox in profluentem sublatam porriciebat, corpúsque reliquum vt purum labisque immune condiebat. Tanta cum religione excusandam esse apud Deum putarunt illi cōtractam è cibo potúque maculam animæ. Neque sine causa est quòd Atheniēses, teste Polemone, sobria siue abstemia potius sacra (νηφάλια ἱερὰ vocabant) Memoriæ, Musis, Nymphisque quæ sacrosancta illis erant numina, offerenda esse putarint, nullo vini vsu, quòd eius meraciore potu Memoriam obnubilari, ingenij aciem obtundi, virginitatis secreta tentari, demonstratione symbolica ostenderint. hinc Philo Iudæus in lib. De contemplativa vita, παράλογον εἰς τὰς ἱερουργίας ἔθος ὁ ἱερὸς λόγος ὑφηγεῖται. οἱ γὰρ μὴ ἀφειστήκασι φαρμάκου, ὃ δὴ μάλιστα τὴν διάνοιαν ἐκπλήττει καὶ παραφρονεῖν ποιεῖ, id est, Abstemia sacra sacerdotes offerre præcipit recta ratio, & in vitæ vsu obseruare, quandoquidem amentiæ pharmacum vinum est, & opipara fercula hominem in omni pecorum genere animal maximè insatiabile, ad libidinem irritant. Rectè proinde exclamat Mercurius ille Trismegistus, Quò ruitis mortales, epoto ignorationis mero? state sobrij, resupinatis in sublime cordis oculis, siquidem ignoratio Dei omnem inundauit terram, animámque corporis incluiam contagione corrupit, neque patitur eam in tranquillo salutis portu stare. Quemadmodum autem nauigium multo grauius laburæ pondus accipiens, cedit vecturæ, ac depressum subsidit, ita & anima maiore quā naturæ necessitas postulet, saginæ cibi potúsq. onere grauata, ὑπέρογκον γίνεται (vt inquit Chrysostomus) & exhauriendæ lenitiæ impar, obruitur demergitúrque. Nec aliud sibi volunt Epimenidis Cretensis commentum, quod de altissimo suo somno in plures annos extracto finxit, quàm crapulam & corporis saginæ studium (cui annis ipse aliquot addictus atque adeò immersus, viuum quodammodo sepulchrum circumtulerat) animæ Lethæam quandam cœlestium rerum obliuionem & altissimum ab aliuoribus cogitationibus soporem propinare. Propterea sapienter Pythagoras decantatā illā Metempsychosin, hoc est, animę de corpore in aliud immigrationem, intexit, qua significaretur, animum prudentis viri, à voluptatum & corporearum affectionum commercio, sanæ menti restitutum, vbi perturbationum chaos euaserit, relictis rerum similachris, veritatem attingere debere, vti Maximus Tyrius voluit. Synesius libro De prouidentia proponit bina contrariarum vitarum exempla duos fratres, in quibus ceu in speculo temperantiæ luxuriæque pugna cernatur: Osyridem enim optimæ conditionis adolescentem & temperantissimum, agilem describit, ἠλακατωμένον καὶ ἔμφρονα τὴν ψυχὴν, φρονοῦντα τὰ θεῖα καὶ ἀνθρώπινα, hoc est, excultum & animo expeditum, licet corpore ceu pondere iniquo assiduum nanens quo sit ingenium corpus, hoc grauiore mole prægrauari animum: E diuerso Typhon illius frater segnis, ventricosus, tellutis inutile pondus, describitur deditus solummodo farcire corpus, & ciborum saburram accumulare soporis commeatum: vbi lepidè ferculorum apparatum ὑφόδιον τῆς καθεύδης, id est, omni cōmeatum siue viaticum nominat, quòd gula copiosique cibi ingestio profundiorē soporem accersat. Conuitium est ingens audire, quo apud Plutarchum Diphilus crassum quempiam flagellat, παχὺν, ὀγκώδη μᾶζαν σίτου πυλικοῦ, hoc est, Obesus, adipe fartus atque adeo stercoratus siculo: sed longè magis pudendum, quod a morte Bonosus Imperator audiit, Amphoram pendere, non hominē: aut quod Bœotij, apud Athenæum, idem locuturas esse scirus vinarias, si vocē haberent, quod Bœotij, quantum videlicet quisque vini capiat. Est ergo diuinè dictū ab Heraclito, Animam siccam esse sapientissimam, quod sobrietas expeditiores reddat ad recipiendum numinis inspiratum, & aptiores ad intelligenda meditandáque omnia, quodque inuentiones feliciùs subministret, ingenij, aciem intendat. Pulchrè igitur Prudentius.

Parcus cultibus expedita corda,
Ingressum melius Deum receptant.

Quò spectat Chaldæi Zoroastræ oraculum, iubentis nos igneum animum cœlo appellere, cuius hi sunt versus,

Πρὸς τὸ φάος χρὴ πάντα τὸν ἐκ πατρὸς νόον ἐλθεῖν
Ἐκ δὲ τανυφθὲν πεφυλαγμένον ἔστω ἑταῖρον. id est,
Ad lumen patrisque tabor properare iuuenem,
Vnde animum multa exercitum mente ei adeptum.

Amaro dulce mistum. 2

Vbi eadē res & gaudij & tristitiæ causam variè nobis exhibet, adagij vius est, quo Plato in Philebo vtitur, τὸ δὴ λεγόμενον πικρὸν γλυκὺ μεμιγμένον. i. inxta id quod dici solet, amaro dulce admixtum. Hieronymus aduersus Ruffinum paulo diuersius vsurpat, de bilingui. De eodem ore & dulce proferens & amarum. ibidem, De eodem fonte dulce & amarum processerit. Plautus è Platone mutuatus videtur, quod apud illum Callidorus adolescens in Pseudolo dicit, Dulce amarúmque vnà nunc misces mihi. Huc pertinet γλυκύπικρος, quasi Dulcamarum dicas. apud Ciceronem epistolarum ad Atticum libro 5. In his γλυκύπικρος illud confirmas, moram mihi nullam fore, deinde addis, si quid secus, te ad me fortè venturum. Qua voce continetur & amoris significatio. Sappho apud Hephæstionem,

Ἔρως δ' αὖτέ μ' ὁ λυσιμελὴς δονεῖ,
Γλυκύπικρον ἀμάχανον ὄρπετον. id est,
Amor me subigit miseram impotens,
Suauamarus & inuperabilis stimulus.

Meminit & Plutarchus in Symposiacis. Plautus ad sententiam quàm ad verba magis respiciens, dixit in Gastellaria,

Amor malle & pelle est iucundissimus.

Atheniensium sacra sobria.

Epimenidis Cretensis dormitio.

Græcis fontibus derivatum.

Gaudium cum tristitia mistum.

Argi tumulus. 3

Ἄργου λόφος, id est, Argi tumulus, prouerbialiter dicitur locus periculosæ aleę plenus, aut negotium difficile capitis discrimini obnoxium. Origo sumpta ab accliui quodam colliculo, apud Argos copiosam olim & nobilem Peloponnesi ciuitatem, quem ἀγορὰν nominabāt, vbi Danaus delectis iudicibus ex Argiuorum Ægyptiorúmque primoribus, iudicio stetit, causamque dixit necis à filiabus perpetratæ in fratris filios. Proditum enim est memoriæ Ægyptum necem filiorum vlturum venisse Argos cum exercitu, & Danaum re cognita expediuisse arma Argiuóque in prælia eduxisse, sed Lynceī interuentu rem fuisse compositam, negotiúmque delectis ex vtraque gēte arbitris delegatum, constituto ei rei in edito tumulo tribunali: Hecatæus historicus negat Ægyptum Argos appulisse, iudicij tamen locum in eo colle extruisse non inficiatur. Meminit Euripides in Oreste.

Θέαινον ἄκραν,
Οὗ φασὶ σεμνὸν Δαναὸν Αἰγύπτῳ δίκας
Δοῦναι πάγους λαὸν ἐς πατρὸς φόνου. id est,
Conspicor collem editum,
Vbi perhibent primum Danaum Aegypto natis
Causam ferentem publica ad subsellia Egisse plebem.

Difficile & periculosum negotium.

Dimas historicus in rebus Argolicis meminit loci in hanc sententiam. Confestim Melacharim loci dominū & Cleometram taxis obrutos interemerunt, cuius sepulchrum communem hodie demonstratur in supremo colliculi

collieuli vertice, quem ὀφρῦν nominant, vbi Argiui solent ius dicere. Videtur meminisse eiusdem loci & Euripides in Bellerophonte fabula, his verbis,

Καὶ ξεσὸν ἐχλον Δαναΐδων ἐφαμίλλιον, id est,
Euersumque iaceum, notum sedulibus Danaidum.

Volsellis pugnant, non gladiis. 4

In molles homines.

Volsellis pugnant, non gladiis. Adagium extat apud Varronem, in libris De lingua Latina, quod distringere licet in molles homines parúmque masculo animo præditos, quasi qui malint semper esse vulsi rasique læuigato mento, quàm barba (quæ & decori & masculæ fortitudini viris tributa est) insigniti in pugnam descendere. Sunt autem Volsellæ, instrumenta comptoria, euellendis stirpitus pilorum radicibus comparata, quæ τειλαβίδες & τειλεάς Paulo Æginetæ, μαδητῆρα cæteris nominantur, illa à prehensandis pilis, hæc à deglabrandi argumento. De quibus Martialis lib. 9.

Purgentque seua cana labra Volsella.

Quo loco sæuas apto epitheto vocat Volsellas, à cruciatus magnitudine, quo afficiuntur qui se depilandos præbent.

Vespertinum amant, matutinum oderunt. 5

Adducit ex Callimacho Cyrenæo prouerbiale versiculum Zezes.

Ἑσπερινὸν φιλέουσι, ματρὸν δ' οὐ μάλα τὸν ἠῶον. id est,
Vespertinum amant, sed matutinum odêre.

Quem annotat dici, in homines labricam in amicitia fidem seruantes, vacillantésque, & ad quamuis fortunæ aurulam sese vertentes. Ego in hæredipetas conuenire puto, qui senibus & amiculis palpantur, morti, hoc est, occasui vicinis, quo sibi hæreditatis aliquid decrahant. Ab hoc dicto diuersum fuit Cneij Pompeij apophthegma dicentis, plures adorare Solem orientem, quàm occidentem, quo innuere voluit plus esse spei in iuuene, quàm in defectæ ætatis sene.

Hæredipetæ.

Byssina verba. 6

Βύσσινα ῥήματα, id est, Byssina verba specie prouerbiali dicuntur verba splendida, & cum authoritate ac maiestate quadam prolata. Plutarchus in apophtheg. παρεσκεύαζε τὸν κύρον ἡ καρχηδόνιος μήτηρ ἀκούειν τὸν βασιλέα μᾶλλον ἢ μετὰ παρρησίας ὑφ' ἑαυτῆς βυσσινοῖς χρῆσθαι ῥήμασι, id est, Parysatis Cyri & Artaxerxæ mater auhit eum qui liberè cum rege verba facturus esset, byssinis vti sermonibus: nam Christophorus Longolius homo doctissimus ex collatione veterum codicum in suo Plutarcho hanc lectionem manu sua annotauerat: alioqui sermo est de rege cum popularibus liberè transacturo, si βασιλέα legas. Extat idem apud Herodotum. Byssina vestis principatus authoritatisque primariæ ymbolum erat. Sophocles in Laocoonte fabula, loquês de Aenea patrem Anchisen succollante,

Πατρὸς ἐπ' ὠμίλῳ πατρῴ ἴχνη τιθεμένου
Νώτου καταζόνῃ βυσσίνου φάρεος. id est,
Adest, in humeris efferens dorso patrem
Sublime, purum trahentem byssinum.

Et apud Aeschylum Antigone fratri puluerem mortuo inspergit, quem byssinæ vestis sinu exceperat, Græcè est, κόλπῳ φερείνῃ βυσσίνου πετάσματος. Apud Iosephum libro sexto belli Iudaici, sacerdotes quorum magna erat authoritas, byssinis vestibus amicti fuisse leguntur. Apuleius libro vndecimo, Byssina quidem, sed floridè depicta veste conspicuus. Aretas Cæsariensis in Apocalypsin ait, Byssum esse corticê indicæ plantæ, ad linum redactum. Plinius lino byssino secundam bonitatis palmam dat mulierum maximè deliciis. Pollux byssum lini speciem indici exponit, quod è ligni fructu Ponticæ nucis assimili, in modum lanæ, carpitur.

Seruus non est qui mortem negligit. 7

Virorum propria est fortitudo.

Senarius prouerbialis est Euripidis diuersis authoribus vsitatus.

Τὶς δ' ἔσθ' ὁ δοῦλος, ὅστις θανεῖν ἀφέξεται ἄν; id est,
Haud seruus est, quicunque mortem despuit.

Viri propria maximè virtus est fortitudo, cuius duo imprimis sunt munera, mortis & doloris contemptus, vt inquit Cicero. Elegantissime Nazianzenus constantem animum incudi malleorum ictus despuenti comparat. Vtitur Cicero in nono ad Atticum, Quod ego id non vereor, quod mihi noceat, quid enim faciet, τίς δ' ἔσθ' ὁ δοῦλος, ὅστις θανεῖν ἀφέξεται ἄν. Vsus & D. Clemens Stromatum libro quarto. & Plutarchus libro De prælegendis iuuentuti poematibus, πλὴν τὸ δ' ἐστὶν οὐ λίγουσι, τὶς δ' ἔσθ' ὁ δοῦλος, ὅστις θανεῖν ἀφέξεται ἄν, ἀναισχυντίαν ἔλεγον καὶ ἀναίδειαν τὸ αὐτὸ δηλοῦν. id est, Rursum vbi dicit Euripides, Haud seruus est, quicunque mortem despuit, intelligendus est idem dixisse & de bore & morbo. Philon Iudæus in lib. Quòd vir bonus, liber sit. ἐπαινεῖται μέν τις ὑπό τινων ὁ τὸν πεπεικότα τοῦτο ποιῆσαι τὸν θάνατον, τὸν δοῦλον, ὅστις θανεῖν ἀφέξεται ἄν; οὐ μάλα σωφρόνως τοῦτο ἀποφαινόμενος, ἀναλαμβάνει γὰρ ὅτι κοῦφόν τινα δουλοῦται λογισμὸν ἐμποιῆσαι, ὡς τὸ δεῖν ἀνάγκην θεοῦ, ἵνα τις τοῦτο τὸ ζῆν ἐμμένῃ, χρὴ δὴ λογίσασθαι ὅτι οὐχ ὁ τὸν θάνατον μόνον ἀφέξεται ἀδούλωτος, ἀλλ' ὁ καὶ πόνους, καὶ αἰκίζειν καὶ ἀγχεῖν καὶ πᾶν δεῖν ἕως οὗ πολλῶν κακῶν ἐφίζωσιν. id est, Laudatur à nonnullis author illius senarij, Haud seruus est, quicunque despuit necem, tanquam qui prudenter perpexerit quid consequi soleat, existimauit enim nihil adeo seruiliter animi impetum subigere, atque interitus metum, propter innatum vitæ desiderium: Cogitandum verò nobis est, non solùm illum qui mortem contemnat liberum esse, sed & eum qui egestatem, infamia, dolorem, & id genus alia, quæ vulgus hominum in malis ducit, forti animo despiciat. Fortitudinis munus esse definit Aristoteles intrepidũ, & incócussum aduersus mortis terrores animi statum, & in contemnendis periculis constantiam. Huius præclara documenta ediderunt inter ethnicos Zenon Eleates & Anaxarchus philosophi, quorum illic quæstioni adhibitus, vt coniuratorum nomina proderet, linguam præmordam in tyranni (quem Nearchum, alij Demylum vocant) os expuit: hic in pilam ferream coniectus, quam pistilla ferreis molderetur, dicterio etiam tyranni iræ inlitauit, monens vt Anaxarchi vtrem subigeret an pollinem. Refert Philon puerum Spartanum ab Antigoni militum quopiam captum liberalia omnia ministeria iussum obiisse, seruilia renuisse, cum hoc dicto, Non seruiam: quo factum sit, vt desperata redemptionis spe, sibi ipse necem conciuerit. Narrat idem Dardanidarum fœminas, cùm nihil seruitute fœdius esse ducerent, liberos suos in amnem profundissimum demersisse, addito hoc elogio, Atqui vos non seruietis. Calanus Indus Alexandro Macedoni minitanti illum abducere, tale dedit responsum (vt Alexandrinus Clemens & Philon commemorant) Non compelles inuitum facere, quod nolim: dissimum mortalibus tormentum ignis est, at eo superiores nos sumus. Iisti exemplis dictisque abundè docuerunt, seruum non esse qui mortem nihili faciat, recteque se habere Euripideam sententiam, qua vetur, qui ad indigniora seruitia adigitur à potentiore: aut qui inuito genio dictorum palinodiam canere minis aut tormentis cogitur. Quemadmodum Philoxenus Dionysio tyranno adulari nolens, cùm iussus esset ipsius tragœdiam ad limam reuocare, conuersus ad tyranni ministros, ἀπάγετέ με, inquit, εἰς λατομίας, id est, Abducite me in Latomiam, eo nomine carcer erat horrendus Syracusis: maluit poeta in tetrissimum carcerem includi, quam seruitio indigna pati.

Dardanidæ.

Philoxenus.

Charadrij vitam viuit. 8

Χαραδρίου βίον, id est, Charadrij vita prouerbialiter dicitur de incapiebili gurgite, qui vt multum cibi potúque lagenam ingerit, ita mox eam deplere satagit, cuiusmodi hominem μισογαστροφιλέστατον nominat Hipponax, helluonem insatiabilem, qui ventrem saburra identidem atque eximanit, vt nouo onere eum inferciat. Plato in Gorgia χαραδρίου τινὸς αὐτοῦ βίον λέγεις, id est, Charadrij vitam rerum dicis. Id ait Socrates Callicli persuadês, felicem vitam in assiduo influxu esse positam. Charadrius auis, quam rupicem Gaza nominat, simul & edere & dormire putatur, sic enim annotationes Græcæ, quas vidi in Gorgiam, habent χαραδριὸς, ὄρνις τις ὃς ἅμα τῷ ἐσθίειν ὑπνοῖ. Opinioni illi suffragatur & Olympiodorus Alexandrinus in eum Platonis locũ, ὁ γὰρ μέγας ἐθέλει καὶ διὰ τοῦτο ἀκρατὴς, ἵνα αὐτοῦ τὸ μέλλον εἰς πορρὼ ἀεὶ ῥέῃ καὶ τὸ ὕδωρ καὶ ἀπόλαυσις. id est, aut de ave loquitur, quæ & vorat & cuctigio excernit alui proluuiem, aut de rupium cauernis, quæ affluentem aquarum vim recipiunt patiter & deponunt. Quòd autem illorsum tendat Platonis oratio, verba Socratis proximè præcedentia liquidò ostendunt, ἀλλ' ἐμοὶ δοκεῖ, πολὺ καὶ πάνυ, καὶ μεγάλα ἔπη τὰ πρόσθεν εἰρῆσθαι τοῦ ἀνδρὸς τούτου. hoc est, Necesse igitur est, si multum ab-

Hellua insatiabilis.

fluat, multum etiam defluere, ipsáque exitus ora patentibus quibuldam rimis dehiscere. Nihil verò commune habere illud prouerbium cũ ea Charadrij natura quã præter Aristotelem & Eustathium rerum refert Heliodorus * Trecensis Episcopus Æthiopicarum rerum libro 3. quod videlicet ab aurugino sis virus omne in se rapiat atque corrumpat fasciis cuiusdam in modum, vnde in velatis caucis abscondere eam propolæ solebant, ne emptor ante contactum sentiret remedium. Quò alludit est ab Hipponacte eo versu, qui sic emendandus venit in Suida.

* al. Trice, in Thessalia vrbis episcopus.

Καί μιν καλύπτει μὴ χαράδρου πνεύσει id est,
Illum recondit. Num Charadrium vendens?

Achilleum spirat. 9

Ἀχίλλειον πνέων, id est, Achilleum spirare dicitur, qui excelso est animo, & qui ingenuam nobilitatem toto corporis filo moribúsque præ se fert. Heliodorus Emesenus historiæ Æthiopicæ lib. 2. εἰσῆλθε ὁ νεανίσκος ἀχίλλειόν τι καὶ πάνυ πνέων. id est, Ingressus est adolescens Achilleum quid sane spirans. Idem libro quarto, εἰ δεῖ τῇ μεγάλῃ τῆς νεανίου τοιαύτης ἕνεκα μικρὰν τινὰ ἀχίλλειον ἀφεῖναι. hoc est, Si licet connecturam facere ea heroica statura præditi formæ adolescentis, Achillez nobilitatis fidem facientibus. Varro in ἕτερον λόγον Probandus ἀχίλλειος ἁπλοῦς ἰσχνὸς κἀναδρομος. vbi Achilleum & venustum, lasciuum, delicatum laudat cinædum. qui locus in Nonio corruptus est, sed ex manuscripti exemplaris side restituendus in dictione, Cinædi. Huc pertinet Achillea coma, pro ætate egregia & ipsa, cum quadam nobilitatis opinione aut fastus potius. Philostratus enim scribit Achillem habuisse cæsariem ἁβρὰν καὶ χρυσῆν ἐκ φύσεως καὶ ἀκόμωτα, hoc est, delicatam, auro nitentiorem, atque compositam. Idẽ alio loco Achilli comam tribuit ξανθὴν φύσαν, qua ferox & animi magnitudine intoleras effereba tur. Menogenes parasitus apud Martialẽ dicit se Achilleas dispoluisse comas. Achilleos pedes pro velocitate præstantes dixit idem Martialis lib. 2.

Excelsus animus.

† Achillea coma.

† Achillei pedes.

Laudas Achilleos, sed pius esse, pedes.

Achilleum hordeum.

Celebrantur & ἀχίλλειοι κριθαί, Achilleum hordeum, vt purgatius longeque præstantius. Porrò generositas animique agilitudo Achillis nota est iis qui Homeri auum tribuerunt.

Facilius quàm Oreum deuicerint Bœoti. 10

Ῥᾷον ἢ τὴν Ὠρεὸν Βοιωτοὶ εἷλον. id est, Citius quã Oreum deuicerint Bœoti. Prouerbium dicit ad monet Suidas de iis qui limites suos transcendunt. Ego arbitror efferri posse de expeditione celeriter confecta: vel etiam de re facta procul. Oreon Euboiæ vrbem constat esse in Bœotiæ confinio, quam Bœoti noctu adorti in potestatem sine magna difficultate redegerunt, de iis namque Apollodori verba interpretanda exilissimo apud Stephanum.

Cuminum serere. 11

Κύμινον σπείρει, hoc est, Cuminũ serere dicitur proverbio homo virulentæ linguæ, quique effrenatioris petulantia maledicus conuitia dira que temnat. Demetrius Phaleræus scribit Sophronem Mimographum eo vsum κύμινον ἔσπειρε, id est, Cuminum seuit. Natum à natura herbæ, quam eiusmodi esse tradunt naturalium rerum indagatores, vt lætius prouenire putetur, si maledicta adhibeantur, diræque imprecationes, dum seritur: quod nequis ceu ridiculum exibilet, apponã Theophrasti doctissimi philosophi ex octauo de Plantarum historia lib. verba, ἴδιον δέ τι καὶ τοῦτο, φασὶ γὰρ δεῖν καταράσασθαι τῇ χειρὶ βαστάσαντα σπείροντι, ἐὰν μέλλῃ καλὸν ἔσεσθαι καὶ πολύ. id est, Peculiare est quod de eo memorant, ferunt namque imprecationibus & maledictis opus esse, si qui serunt, illud copiosum pulchrumq. prouenire velint. Eadem naturæ lex est in octymo quod insanis maledicti que sereq mandatum fœcundius existimant antiquitas, non absuente & Plinio.

Homo lingua virulenta.

Amentata sententia. 12

Amentatam sententiã dixit D. Ambrosius epistolarum libro 7. pro valida & haud vulgari, firmisque argumentis roborata, sic enim ait: Rem expolui, causam probaui, intro quendã est amentata illa, non manipularis sententia. Est autem amentum lori genus, quo hasta præligata validius certúq. libratur cuibraturque, hinc amentata sententia ea est, quæ neutiquam trivialis est & pedanea, cuiusmodi manipularis vocatur velut a gregario milite profecta, sed eximia & artificio vallata. Sic visus paulò est illud Ciceronis libro De oratore primo. A quo cùm amentatas hastas acceperit, ipse eas oratoris lacertis viribúsque torquebit, hoc est, argumenta dictáque vehementia, & fortia. Tertullianus libro 4. aduersus Marcionem de numini cupiditate loquens hic ait. Qui famulatam videns Pharisæorum cupiditatem amentauit hanc sententiam. Non potestis Deo seruire & mammonæ.

De firma sententia.

Amentata hasta.

Perdicis instar. 13

Prouerbij speciem haud dubiam præfert Pherecratis Comici illud,

Ἕξουσιν ἄνδρ' ὅλως περδίκων ἴχνος.
Inuitus hic perdicis instar seret gradum.

Siue hoc ad libidinem perdicis auis salacissimæ referri debeat, quæ etiam furtim & in occulto incubás, tamen si aucupis fœminam propius ad marem accedere senserit, inuita nidum relinquit, seléque prurienti maris libidini præbet, vt ex Aristotele refert Plinius: siue ad eiusdem vafritiem, qua dum incubat vtitur, nam vt ouis pullisque suis consulat, vlo aucupe, nidum egre & inuita relinquit, & delusorem se simulans, hostem longius abducit. Competet in eum qui inuitus aduersante genio locum aut conditionem mutat.

De eo qui inuitus conditionem mutat.

Fortunatus sapiens. 14

Compendiosam admodum & prouerbiorum classi ascribendam sententiam extulit in Nemea Pindarus, qua felicitati & opulentiæ, tuminæ prudentiæ opinionem messe dicit, hic autem inquit: Ἐστὶ δ' ἐν δυσχερεῖ πανδοξίᾳ ἄκος. Eandem sententiam expressit Euripides eo tenario,

Τὸν δυσχερῆ δὲ φρενῶν τυγχάνοντ' ἔχειν. id est,
Sapere putatur forte qui vultu vacat.

Idem in Heraclidis fabula,

Ἔστιν δ' ἐν ὄλβῳ καὶ πόνῳ τις ἐμπέδῳ τέχνη,
Εὐψυχίας δύναμις, οἵαμπερ χρὴ
Τὸν δυσχερῆ πάντ' ἐπισταθμᾶν κριτήν. id est,
Hoc affluentes obtinent opes mali,
Quòd ingens venam beatam tredat,
Habere diues, omnium rerum scius.

Quos versus ex Cressis malè adducit Stobæus, legens χρὴν pro κρῆν. Huc spectat vulgi iocularis dicterium, orandum esse pro diuitum & bene natorum liberis, quod siue sapiant, siue ingenio careant, illis reipublicæ munia committenda debeantur.

Lepus nidum suum prodit. 15

Λαγὼς κατηγορεῖ τὴν αὑτοῦ φωλεάν.
Sua ipsius nidi indicium facit lepus.

Dicetur de eo qui se ipse prodit quauis ratione. Concordat cum Terentiano illo, Suo ipsius indicio periit forex. Lepus procursu, nidi sui indicium venatori facit.

Pallenicum tueri. 16

Παλληνικὸν βλέπειν, Pallenicum tueri dicebantur qui magnos spiritus præferebant & masculum animum. Varinus exponit παλληνικὸν βλέπειν, ἀντὶ τοῦ γενναῖον, generosum obtueri. Sumptum videtur à pugnis quæ occubuerunt in Pallenæis agris, Athenienses, Pisistrato ad tyrannidem aspirante, vel potius à conflictu quo Gigantes in Phlegræis campis (Pallene autem Thraciæ vbi vetus Phlegræ nomen mutauit) decertasse cum diis fabulæ prodit. Historiam ex Theagene ita memorat Stephanus, Phlegræ incolæ gigantes dicebantur, ad quos profectus Hercules, gentis proteruiam & immanitatem accusando, animos hominum efferauit in se, itaque correptis armis ad manus cum illis veniens, pro hospitali tessera bellum inferentes occidit. Contigit autem durante conflictu tonitrua & fulmina edi, inde nata fuit opinio vulgi fabulæ locũ dans, quòd dij cum gigantibus bellassent ibi locorum. Eustathius Odyss. 9. παλληνικὸν βλέπειν dici auctor est, & βάλλειν, à Pallene quæ & Ballene Thraciæ oppido, & esse enigma quod innuat inimicum etiam saxis licere ferire, χρὴν τὸν ἐχθρὸν λίθοις βάλλειν τὸν ἐχθρόν.

Gigantum pugna cum Hercule.

Cosæ consilium. 17

Τοῦ Κώου λόγου. Cosæ dicta dici inuenio, pro sano & salubri consilio. Fuit Cosus vir consultus & iustus, genere Pellenæus. est autem Atticæ oppidum Pellene, cuius oppidani bellum cum Salaminiis gerentes, cum victimas gentes in belli societatem aduocassent, inito cum illis pacto de partitione agrorum, profligatis hostibus

† De sano consilio.

stibus victores suos eluserunt, neque conventis steterunt, illo inita rite cum ipsis pacta inimicitia, imò mordicus secunda vigente: qua ex re orta paulo pòst pestis, criminis eos pœnitere cœpit; Cuiusque consilium magnificè laudarunt. Dicti conueniunt in fœdifragos aut alioqui imprudentes, qui talis conditionibus non obtemperant, tales namque τοὺς κακῶς βουλευτὰς καὶ ἀσυνέτους, Cotæ dicta nihil penitus facere aut despuere dicemus. Refertur apud Suidam.

† Infidifragus.

Iubefactus procliuia. 18

Τῶν δυσκόλων τι κελεύσας, ἢ τὸ ἀνόητον ἐπιτάξας. id est,

Præcipito factu proclive, aut esse jubentes
Centauros inter se certum est.

In imperiosum.

Verius est spondaicus, quo imperiosi hominis & duriora nobis imponentis libidinem castigabimus, sumptus ex Telecride Atheniensi, versus autem finem proverbij specie. torquere apte licebit in clamosos, qui intempestivis clamoribus pertinaciter causam obtinere volunt: ad pugnis interdum potius, quàm æquitate, εἰ μὴ τὸ ἀνόητον ἐπιτάξαιεν οἱ, neque verò inter Centauros versatus, aut res tibi est.

Extra callem. 19

Pro alieno callida vicinia.

Ἐκ τοῦ πάτου, Extra callem, Eustathius ostendit esse prœmiam Odyss. 9. pro ἐκ τοῦ πάτου, procul è pedibus, vbi denunciabimus periculi vicinitatem esse cauendam. Traslatum à fugitiuorum periculo, quos intrita pedibus semita erratues facilè herus deprehendere atque assequi possit, maiore opera & difficultate in deuia loca eos secuturus.

Inferorum triacadas. 20

† De curioso.

In hominem plus æquo curiosum & recondita perquisitantem, atque à communi hominum notitia abstruta cognoscere laborantem, illud competit, τὰς ἐν ᾅδου τριακάδας ἐξιχνεῖ, Inferorum triacadas inquirit aut scrutatur, τριακάδα vocant tricesimum cuiusque mensis diem, vocabulo à Thalete Milesio primum excogitato, si Laertio credimus, aliis ἕνην καὶ νέαν vocitantibus, quem nos pridianam Calendarum dicimus. Stultissimę autem operæ atque extremæ curiositatis est, quas Calendas, quâve triacadas habeant inferi, vano labore indagare. Commemoratur à Suida.

Simulachrum pictum. 21

Socors & nihil proficiens.

De socorde homine & nihil proficiente non inepte dixerit illud ex Aristophanis Ranis,

Τοιχαμμάτιον εἰκὼν ἑστῶσ᾽.
Pictum simulachrum velut immobilem.

quomodo veruecem statuam Plautus dixit: nec abludit hinc vernacula lingua stupidum nec quicquã promouentem hominem, digneam statuam nuncupãs. Laudat autem Aristophanes, virique cordati esse dicit, ad felicem inclinare parietem potius quàm pręcipitem simulachri in modum stare vnico indutum ischemate, Græcè ita habet, μακαριωτέρα εἶναι αὐτὴ φησὶ τὴν ἐν πραΐδιον τοῖχον μᾶλλον, ἢ τοιχαμμάτιον εἶναι ἑστὸς λαβὸν ἐν χρόᾳ. Huc pertinet illud Synesii ex libello de Dione ἀφαιρετέον αἰδήμονος ἡσυχίας, hoc est, Euadere magis mutus quàm statua.

Tantali philotesia. 22

Mos Indorũ.

Τανταλικὸν φιλοτησία, Tantali philotesia dicebatur poculũ amicitię benevolentęque auspex, sed paulo grandius, quo plerunque à cœna & sub somnum se inuitabant. Ferũt apud Indos morem fuisse vt maioribus poculis prębiberent cubitum iturì, pronis in phialas capitibus, ad conciliãdam amicitiam, eiúsque poculi initiatorem Tantalum ciebant: is namque, Philostrato teste, φιλικώτατος ἐν εὐεργέταις; incredibili inter homines benevolentia liberalitatéque prædelluisse creditur. Itaque quum amici iam cum quopiam constare, aut iniuriæ suspicionem obliterare volentes, poculo eius auspicio sanctimus, dicemus, Τανταλικὸν φιλοτησία νυνὶ δοκεῖ. Qui mos etiamnum in tota fere Germania durat, vt hospiti finita iam cœna, ingens phiala meracioris generosiorisque vini plena, apponatur. Carpit tamen D. Clemens libro secundo pædagog. istos qui ceu in dolium ingerunt ἅπαν vinum Philotesiæ nomine, ὥσπερ τινὰ ἀνεφορεῖς ἀμυήτοις ἀνθρώποις τὴν ἄκρατον φιλοτησίαν ἐπιπάττοντες.

In astragalus nobilitas. 23

† Nobilitatis insigne.

Ἐν τοῖς ἀστραγάλοις τὸ εὐφυὲς ἔχει, In astragalis nobilitatem gerit, dicetur in hominem ilemmata & famosas maiorum imagines iactantem, nulla re alia quæ virtutem aut doctrinam commendet spectabilem. Herodes Atticus sophista ad Bradeam, leuitum suum dixisse legitur apud Philostratum lib. 2 soph. ἤστατον, cùm ille magnificè creparet de generis sui antiquitate & nobilitate, σὺ τὸν δ᾽ ἐμὸν ἐν τοῖς ἀστραγάλοις ἔχεις, tua nobilitas in astragalis nata est. Solebant Romani generosiores in calceis lunulas, antiquitatis insignia, præferre, vel Plutarcho teste, Arcadum more qui se Luna priores iactitabant: & Philostratus loco iam dicto, nobilitatis illud symbolum vocat, ἐπωμίδιον ἐλεφάντινον μηνοειδὲς (male namque μυρεψικὸν illic legas) eburneum lupercalare luniforme. Vnde Iuuenalis,

Appositam nigræ lunam subtexit alutæ.

Quò spectat & Martialis locus lib. 2. parum scitè hactenus scriptus,

Non hesterna sedet lunata lingula planta.

Vbi non hesternam, vocat veterem & antiquæ nobilitatis testem, voce non temerè mutata ex manuscripto.

Perdix congregat diuitias sine iudicio. 24

De auaro diuite.

Adagium in auaros homines, quibus tanti deest quod habent, quam quod non habent, adquirit D. Ambrosius epistolarum libro septimo, in hæc verba. Vnde in proverbio est de diuite auaro, quia perdix ille congregat diuitias non cum iudicio. Causam huic originemque postea subiicit his verbis, Quidam naturæ perditus etiam illud aptandum putarunt, eo quòd aliena diripiat ova & foueat suo corpore, atque hac ita fraude alienos fludeat partus accipere. Ex quibus verbis meridiana luce clarius ex stit paræmiæ sensus. Quemadmodum enim hæc aues alienis ouis incubat tanquam propriis, sed mox adulterinam genitricem deserunt pulli prognati, & ad genuinos parentes reuertuntur (quod ab Diuo Hieronymo & ἀκριβείᾳ auctoritè in scripta relatum est) ita & auarus alienas opes malis artibus sibi aggregat, quas mox aut eximit iudiciorum æquitas, & veris dominis refundit, aut vsum earum morte priuatus amittit. Locus autem sumptus est ex propheta Hieremia capite 17. vbi sic ait, Perdix fouit quæ non peperit, fecit diuitias, & non in iudicio, in medio dierum suorum derelinquet eas. Sensus prophetæ est, Veluti perdix aliena ova congregat quæ non posuit, deserturque à suppositicia tóbole: ita qui per fas & nefas quauis ratione pecuniam corradunt, nihilo ditiores existunt, sed eam velut cuniculi tandem perdunt.

Marsyæ mors. 25

Crudele mortis genus.

De immani & supra modum crudeli necis genere, Κρουδελὲς μορτικὸν γένος, hoc est, Marsyæ mors effertur, Eunapius de Hormisda, Saporis Persarũ regis filio natu maiore, qui ex venatu ad regem regressus, cùm cõuiuarum accumbentium nullus forte, vt decuerat, aduentanti assurrexisset, ὑπόπτως τὸν Μαρσύου θάνατον εἶπεν ὑπομένειν, id est, interminatus illis fuit Marsyæ necem, qua re intellecta latrop; communi consilio post obitum patris, natu minoreũ fratrem regno præcesserunt, illo in caueam incluso ferreisque cõpedibus obstricto, qui postea ope vxoris lima præfectis vinculis ad Constantinum Magnum profugus euasit. Marsyas Hyagnidis filius, genere Phryx tibicen cum Apolline de artis præstantia contendisse dicitur, victique proteruę pœnas victori dedisse, detracto membratim corio & arbori appenso. Vnde Nonius Panopolites in Dionysiacis de tibicine hoc loquens sic canit,

Cernis, ex quo pœnas dat impiè victus,
Ludibrium ventis pellis direpta monetur.

Hoc cruciatus inhumani genere obiisse Valerianum Romanorum Imperatorem à Persis captum memorat Agathias historiæ lib. 4. addit idem Saporem necis id genus vsu miserabile primum excogitasse ex Orphei de Marsyæ supplicio historia adducta. Refert & Chosroem regem Nachoragan profugum ita exercitasse, vt à cervice ad imos vsque pedes cutis detraheretur incisa, cũ ipsis quoque genitalibus, & in veris speciem vento impirato distenta, populo affingeretur. Commemorat & Procopius rhetor belli Persici lib. 1. Basilicij eorum deductum, instar veris, pelea oppletum, ex altissima arbore fuisse suspensum. Et Ammian. Marcellinus lib. 23. scribit eos cutes vivis hominibus detrahere particulatim vel fossis.

Ne stilla quidem. 26

Ne minimum quidem.

Μηδὲ σταγὼν ἅν, Ne minutula quidem pluuiæ stilla, quidem.

Prouerbialis hyperbole, pro ne tantillum quidem. Aristophanes volens significare ne teruncium quidem in ærario esse ad alendos bellicos sumptus, inquit,

Μηδ' ἡμιχαλκὸν τῶν πάνυ πόρων.

Omnino ne minutiæ quidem, dimidia guttula erat.

Est autem ἡμιχάλκου guttula cuiusmodi est minus aut pluuiæ minutæ quam & ψακάδα vocant.

Quem Cos non nutrit, illum nec Aegyptus. 27

De infatiabili homine.

Prouerbium esse non admodum vetustum ostendit Iliados 14. Eustathius tale, ὃν οὐ Κῶος τρέφει, οὐδὲ Αἰγύπτιος. Quem Cos nutrire non queat, eundem neque Ægyptus. Conuenit in eos quibus pluſquam mediocres fortunæ fastidio sunt. Inuenias nonnullos qui in rebus etiam lautis atque peramplis stomacho sunt nauseabundo, quos viz mare bonorum saturet. Est autem Cos insula valde ferax, pecoris abundans, vnde illi & nomen est, Thracibus Con nominantibus ouem seu pecus.

Hinnulus ne cum leone partiatur. 28

Quoties cum ditiore pauper, cum potentiore infestior opibus, cum doctiore indoctus congreditur, aut rem habet, quadrabit illud Critię qui ex triginta Athenarum tyrannis vnus fuit μὴ κατανάντι λέοντι νεβρὸς ἴσον μοῖραν αἵρου κρέων, Ne cum leone hinnulus exiſtens carnium portionem sortire. Admonet principum potentiorúmque libidini cedendum esse. Referuntur eius verba a Platone in Charmide. Huic non dissimile est, μὴ πρὸς λέοντα δεινὸν ἀγωνιεμάχην. Conserere pugnam cum leone Caprea noxa.

E spinis vuas colligere. 29

Ἐξ ἀκανθῶν τρυγᾶν σταφυλὰς ἢ σῦκα ἀπὸ βάτου λέγουσι, E spinis vindemiam facere, & è rubis ficus colligere, dicitur prouerbialiter, qui ex molesto periculoſoque negotio compendium facit, aut quem dura prouincia ditem reddit. D. Clemens libro secundo pædagogi, ἡμεῖς μὲ ἐξ ἀκανθῶν τρυγῶμεν σταφυλὰς ἢ σῦκα ἀπὸ βάτου λέγοντες, id est, Ac nos quidē è spinis vuas, è lentibus ficus colligimus. Loquitur de nobis Christianis per salutiferam Christi necem à tetra hostis humani tyrannide vindicatis, & ad æternæ gloriæ hæreditatem electis.

Quid delphino & boui commune. 30

De dissimili natura.

De dissimilibus minimèque inter se consonis effertur, vt si quis imperitos & doctos consocier, τί γὰρ δελφῖνι καὶ βοὶ κοινόν, Quid enim commune habent bos & delphinus? Apparet contortum fuisse in Syllam Romanorum Imperatorem quum occupatis Athenis, philosophos audiret homo à philosophia prorsus alienus. Refertur à Suida. Concordat cum illo, Quid graculo cum fidibus.

Eodem laborat morbo. 31

In eum qui similibus vitiis sit obnoxius, conuenit illud, τὸν ὁμοῖα κάμνοντα νόσῳ, Meo laborat morbo. Citatur ab Eustathio Odyss. ξ. ducitque conuenire cum illo, ἴσον βαμβὸν ζυγόν, id est, idem trimus iugum: ita apud Cornicum ὁμοιατρίας dicitur qui seruus sit non minus, quàm alter. Videtur autem senarij versus finis esse. Huic non dissimile est illud Homeri Odyssez decimoseptimo ὁμοῖ' δ' αἰεὶ ἤμαρ ἄγει. hoc est, Habet par vulnus vterque.

Alba præcordia. 32

De insulso homine.

Λευκὰς φρένας, hoc est, Alba præcordia habere, dicitur homo stolidi ingenij & insulsus, metaphora à coloris vitio tracta, siquidem Aristoteli albus color maximè emouet oculorum sensum, vt inde emotæ mentis hominem albitem λευκαῖνον & λευκὸν ἔχειν φρένας dicant, ita Pindarus in Pythiis vsus est, πόθεν μοι τοῦτο λευκὸν ἔβαλε φρενῶν: audio etenim iniquum Peliam albis vsum præcordiis. Interpres annotat metaphoram ab aquis translatam, quæ quo minus profundæ sint, limpidiores & lucido quodam cādore pellucidę videntur, contrà profundiores nigrescunt, vt ita λευκὰς φρένας dixerit τὰς ἀβαθεστέρας, superficiaria quadam prudentia, haud profunda, præditus, Homero μελαίνας φρένας prudentiæ argumento nominante. Huc spectat quod Horatius Leuconoem vocat quandam Genethliacorum vanitati fidem adhibentem non sine stoliditatis morsu, vt in eum locum olim annotauimus.

Lucē perire liceat. 33

Optatis emori dum læti aliquid immiscetur.

Is qui malis succumbere non recusat, modò miscea-tur læti quippiam, hoc est mortem non abnuat, dum votis suis respondeat fortuna, prouerbij specie Homericum illud hemistichium vsurpabit, quo vius est Idomeneus Iliad. ρ.

Εἰ δή φάος ἠελίοιο,

Lucē perire etiam liceat.

Optat enim ab Ioue discussa caligine lucem reddi, qua concessa mortem oppetere non detrectet. Tale est notum illud in Odyss.

Ἰδοίμην τὸ φίλον τε μάλιστον ἐσιδέσθαι.

Defungar vita, dum videre grata.

Ita parantus famelico ventre moriens, optet saturo dissumpier aluo: & qui naufragio perit, ne recusasse mortem in terra occumbere.

Laxare fibulam. 34

Ansam præbere.

Laxare fibulam dixit prouerbialiter Septimius Tertullianus pro ansam ministrare aut fenestram aperire. Sic enim inquit libro de Corona militis, Vt etiam voluntarius delictis fibulam laxet. Cui oppositum extulit in libro De Monogamia, Fibulam imponere, pro coercere & reprimere. Natum à fibula cingulo qua vestis astringitur si fluxior sit, aut remittitur si fuerit astrictior. Nisi etiam ad fibulæ allegmentum referre mauis qua adolescentulorum prurientium genitalia trajiciebant tum valetudinis, tum conseruandæ vocis gratia, quod infibulare vocabāt, cuius rei mentionem facit Cor. Celsus lib. 7. de qua Martialis lib. 7.

Mentobili penem tam grandi fibula vestit. & lib. 14.

Dic mihi simpliciter Comadis & Citharidis
Fibula quid præstat? cætera vtrumque facit.

Et Iuuenalis, *Soluitur hic magno comedi fibula.*

Laxare itaque fibulam dicetur quisquis perrupta pudoris lege nullum libidini indomitæ modum ponit, & è diuerso, Fibulam imponere, qui continenter viuit.

Sub tunica & sinu. 35

Quod clā fit.

Quicquid clam & occultè fit, non propatulo, Sub tunica & sinu fieri dicitur prouerbio, quo vsus est Tertullianus libro De fuga in persecutione. Tu autem, inquit, pro eo pacisceris cum delatore vel milite, vel funiculo aliquo præfide, sub tunica & sinu quod aiunt. Eodem loquendi genere dixit Ælius Lampridius, in Commodo, Prædam omnem in sinum contulit, pro, non publico ærario addictam, in priuatum commodum retulit & rursus de sectatoribus loquens, Qui etiam condemnationes in sinum vertisse dicuntur, hoc est, ad se rapuisse. Huc spectat quod Plinius libro tricesimo sexto M. Scaurum rapinarum prouincialium sinum vocat, quod rapinis ditatus esset, per fas nefásque omnia ad se rapiendo.

Gradum figere. 36

Pertinaciter inhærere.

Vtitur frequenter hac prouerbiali specie Tertullianus, Gradum figere, pro, constitere & pertinaciter inhærere & constanter. vt libro quarto aduersus Marcionem, Et potiem hic iam gradum figere, non agnoscendum contendens opus quod non erigat frontem. Rursus lib. De fuga in persecutione. Itaque quum duces fugiūt, quis de gregario numero sustinebit ad gradum in acie figendum tuaderi? & in lib. aduersus Praxean. Hic mecum gradum fige. Et iterum. Hic ergo isti gradum volunt figere stulti, imò cæci. & in libro De velandis virginibus. Vbi enim gradum fiximus de Apostoli absoluta definitione.

Hoc age. 37

Attentionem imperantis.

Attentionem imperantis adagium est. Hoc age, quasi dicas, in hoc totus incumbe sedulo. Tertullianus libro quarto aduersus Marcionē, vt dici solet, ad quod venimus, hoc age. Natum à sacrorum voce, quam explicat in Coriolano Plutarchus, à Numa Pōpilio institutā, sic enim scribit, ὅταν γὰρ ἀρχόμενοι ἱερῶν τινων ἢ θύειν, ὁ κῆρυξ παρόντας μεγάλῃ φωνῇ βοᾷ, Οὐκᾶ, σημαίνει δὲ τοῦτο φωνῇ Ῥωμαίων, προσέχειν κελεύοντος τοῖς ἱερεῦσι καὶ μηδὲν ἔργον ἐμβάδην μελέτω, μηδὲ χεῖρα σχολάζειν. id est, Quando nanque principes aut sacrifici rei diuinæ operantur, præco accedens alta voce exclamat, hoc age, quod sonat Latinè, Hoc fac, quo dicto iubentur sacris esse intenti, nec interim operis alicuius satagere, aut negotium suscipere. Hanc vocem à sacris translatam vsurpauit in negotio ferio Cassius Cherea, quum coniuratos in necem Caligulæ exhortaturus primus eum gladio percuteret, præmissa voce, Hoc age. Huc spectat illud

illud ex Cratini ὥραις, id fabulæ nomen, ἔοικε πράττειν φαῦλον ἀνὴρ ἰδὼν τοῦτον, id est, hæc age, inquit homo nihil agens quod dici conueniet in hominem ferriatum segnique otio addictum.

Media agina ferri. 38

Media agina ferri dicitur, quod æquo momento in neutram partem vergente declinat, hic iudicem integrum animi æquilibrio in neutram partem pronum, media agina ferri diximus. Tertullianus libro aduersus Hermogenem, Qui inter bonum & malum suo arbitrio agitatus, in neutrâ tamen partem pronus & præceps, mediæ (quod aiunt) aginæ æquilibrato impetu ferebatur. Est autem Agina illud in quo trutinæ scapus insertus agitur vertiturque, teste Sex. Pompeio, vnde & Aginatorem dici annotat qui exiguo lucro quouis impellitur, variarúmque fit partium.

† Agina quid.

Igne aliud feruentius. 39

Καὶ πυρὸς ἕτερα θερμότερα, etiam igne alia feruêtiora. Extat apud Aristoph. Adagium conueniet dici quum indicabimus quempiam frustra dolis certare apud dolosum hominem, nihilque malas artes proficere apud earum callentissimum, quomodo legimus Autolycum furacissimum non potuisse fallere Sisyphum, eiusdem artis experientissimum. Vtitur Eustathius Odyssex γ. λέγει δὲ καὶ πλὼ πεσεῖσθαι ἢ πυρὸς ἕτερα θερμότερα, erat enim iuxta prouerbium etiam igni calentius aliud. Vsus eo est paulo aliter Plutarchus in Demetrio, nam cùm recensuisset Stratoclis insignis adulatoris impudens factum, volens ascribere alterius cuiuldam longe illiberalius decretum, λοιδορᾶ, inquit, ἢ πυρὸς ἕτερα θερμότερα, καὶ πὶ λειτουργίαν, id est, atqui fuerunt & alia igne feruentiora, iuxta Aristophanis dictum.

Funem contentionis ducere. 40

Altercari, certare.

Contentionis funem ducere prouerbialiter extulit Tertullianus non semel pro altercari & litigis contendere, vt lib. 4. aduersus Marcionem. De titulo quoque funis ducendus est contentionis, pari hinc inde manu fluctuante. & in lib. de Resurrectione carnis. Nolo nunc contentioso fune deducere, hac an illac hominem perditio depostulet. Rursus in initio libri aduersus Iudæos. Alternis vicibus contentioso fune vterque diem in vesperam traxerunt.

De limine offendere. 41

De limine offendere, dixit Tertullianus specie prouerbij, pro in ipso operis negotiive fuscepti primordio peccare, vt sit idem quod illud Fabij Quintiliani, in portu impingere. Vius est in libro aduersus Valentinianos, A manifesto ad occultum retorquere, de limine offendere est.

Lapitha. 42

Fastuosus homo.

Λαπίθης, Lapitha falsè vocatur prouerbio homo fastuosus, quique vulgi animos commouere præsumit, & in sui admirationē trahere, magnos sibi spiritus sumēdo, ὁ αἰσχυντίας, οἷος πολὺ τοὺς λαοὺς ἐπὶ ἑαυτὸν ἕλκειν καὶ θαυμάζεσθαι, οἷς μὴ τινας ἐξουσιολογούμενος. sonat. n. Λαπίθης vocabuli etymon spectantibus, plebis persuasorē, quod de se iactabúdus magnopere glorietur, sic enim annotatum est ab Eustathio Iliados quinto. Eo fermè sensu extulisse videtur Plutarchus in libello quo Stoicos alienioza à communi hominum existimatione inuexisse disputat, quum ait; ὁ δὲ Στωϊκὸς Λαπίθης, ὥσπερ ἐξ ἀδάμαντος τινὸς ὕλης τὸν αὐτῷ τῆς ἀπιθανότητος κεχαλκευμένον, id est, Stoicus iste Lapitha fabricatus, velut ex adamantina materia, impassibilitate quam ipsi inuexerunt. Porrò Lapithæ heroicum genus fuere in Thessalia. Centauris perduelle, à Lapitha Apollinis & Stilbes nymphæ filio ortum ducentes.

Tabellis obsignatis agere. 43

Conuincere scripti testimonio.

Tabellis obsignatis agere, tropicè dixit Cicero pro conuincere aliquem scriptorum suorum testimonio, si diuersum dicat ab iis quæ antea scripto euulgauit, aut sensit. Ductum ab iis qui quod syngrapha testati sunt, dictum factúmve negant. Cic. lib. 1. Tusculanar. Tu quidem tabellis obsignatis agis mecum & testificaris quid dixerim aliquando aut scripserim: cum aliis itio modo, qui legibus impositis disputant: nos in diem viuimus, quodcunque animos nostros probabilitate percussit, id dicimus. M. Antonius dicere solebat ideo nullam se orationem scripsisse vnquam, vt si quid sibi excidisset aliquando quod non oportuerat, posset inficiari dictū: propterea scitè respondit M. Bruto, (qui vt inuidiam Crasso pareret, binos recitatores euocarat, pugnantia è Crassi orationibus hinc inde delumpta alternis recitaturos) orationes causarum esse & temporum, non autem hominum ipsorum ac patronorum. Ita Cicero in 5. Antoniana, sicut apud hos qui in diem viuunt nihil est constituti, nihil certi: sic mihi nulla est firma pertinaxque sententia sequenti id quod pro habilitate animum commouit.

Licynij & Licynium fulmen. 44

Duriter in alios seuientes.

Λαυρίους, Licinios puerbiali specie dici annotat Eustathius Odyssex decimo octauo, eos qui duris modis delæsuunt asperúmque animaduertunt in quempiam, οἱ ἀχθεινοὶ καὶ ὀλοόφρονες, eo modo quo Iri mendici, helluones Sardanapali, Crœsi diuites dicuntur à Licinio quopiam: suspicor autem Λικυμνίους legendum, vel certè λαυρίους, quam lectionem etiam Callimachus olim approbauit, à Licymnio incendiario, qui multorum domos igne crudeliter corrupisse legitur. Quo spectat illud Aristoph. in Auibus,

Κατεμπλακὼν σου λικυμνίοις βολαῖς,
Telo Licymnio ille te corruperit.

Docuit Euripides Licymnium fabulam, vbi flumine conflagrauit.

Bubalus. 45

Indocile ingenium.

Βούβαλος, id est, Bubalum recentior Græcorum ætas stupidum & crassæ Mineruę hominem, ingenióque indocili vocauit. Ioan. Zezes.

Μὴ πεῖσον τοῖς βουβάλοις τοῖς παχυδέρμοις,
Ne fidem habeas rudibus illis & crassipellibus bubulis.

Et iterum, ὅμως βουβάλοις πείθομαι, attamen ineptis istis bubalis accedo. Locum adagio fecit animantis nebetudo & stupiditas, vernaculæ quoque linguæ nostræ non incognita.

Formicarum nidos inspirauit. 46

Malum sibi qui accersit.

Formicarum nidos inspirare, quod elegantèr vnica voce, μυρμηκιᾶν efferunt Græci, quasi Formicari dicas, prouerbio dicuntur qui malū sibi imprudenter accersunt. Natum inde quod qui mipiāt aut aperto ore loquuntur in formicarum antra seu cauernulas, his lingua vlcere incumescit atque inflatur, cuius rei causam assignant venenatum acie quo illarum antra imbuuntur è pastu serpentum: formicas namque mortuis anguibus vesci libenter, inter confessa habetur. Quod quòd Dioscorides ex eiu formicarum & cantharidum, veneno dutende atque in rabiem agi putatur, vt Iliados 22. annotat Eustathius.

Da panem & pugnum. 47

Δός μοι ἄρτον τυχὸν καὶ πάλαισον ἐμοῦ πλέον αἴνησ. id est,
Porrige, si possis panem, brute obiecta pugnos.

Prouerbium expressis verbis docet esse Eustath. Iliad. 4. quo signi ficatur pugnos plagaq. illi deberi qui modestè contentus esse nolit. Potest etiā eius esse vsus quoties expectatione bonæ fortunæ, diuersa obtingit fors.

Cyclopica vita. 48

Vita curarum expers & nullius rei indiga.

Κυκλώπειος βίος. Cyclopica vita, pro beata & nullius rei indiga vsurpatur apud authores omnes, sic enim exponit Eustathius in commentarius in Dionysium, τὸν ἀδάμαστα καὶ ἄπονον, felicem & bonis omnibus citra laborem affluentem. Talem enim Cyclopum terram fabulatur Homerus, quæ sine cultura hominum cuncta producat. De iis hic loquitur Vlysses Odyssex γ.

Οὔτε φυτεύουσι χερσὶν φυτὸν, οὔτ' ἀρόωσιν
Αὐτὰρ τοὶ ἄσπορα καὶ ἀνήροτα πάντα φύουσιν id est,
Non pangunt plantas, non frangunt vomere terram,
Omnia sert tellus non consita, fossáve aratro.

Quod repetit & Philostratus Iconum libro 2. Strabo Geographiæ 11. Alboanorum, qui Iberis proximi sunt, terram adeo vberem & fœcundam scribit, vt ne minima quidem cultura opus habeat, sed cuncta citra sementem & separata producat, quemadmodum ibi peregrinati milites narrant, eos Cyclopicam vitam viuere dicētes. Græcè sonat ita, τοὺς δὲ Ἀλβανοὺς αὐτὸ μὲν τοῦτο φασὶ, διὰ τὴν γονιμότητα ἄσπορα καὶ ἀνήροτα ἄπαντα φύειν, καὶ διὰ τοῦτο οἱ στρατεύσαντες φασὶ, κυκλώπειον ἔνια διηγεῖσθαι βίον. Memini & Dion Chrysostomus oratione De fortuna fœcunda, vbi ait, Fortunam in læua manu tenere congeriem fructuum omnis generis coacervatorum, vnde manarint fabulæ de aureo genere, de insulis beatis, & Herculis cornu, καὶ κυκλώπειον βίον, id est, & Cyclopum vita. Non inficior posse etiam ad inculcatam & efferam viuendi rationem trahi adagium; quod fe-

cit Erasmus, attamen in eo sensu non esse vsitatum authoribus video.

Cyclopicus obtutus. 49

Torui & immanis.

Κυκλώπειον βλέμμα, Cyclopicus aspectus, pro toruo & immani accipitur, Citatur à Suida. Constat autem Cyclopas efferos & pietatis omnis expertes fuisse, ex Homero, ἠδ' ἀξείνων hominum commercia non agnouisse, Strabone teste. Conuenit cum altero, Titanicus aspectus, & illo Nicandri in Alexipharmacis.

Λοξῷ θ' ὑπ' ὀφρύσι ταυρόδμα λέβητα, id est,
Taurinumque tuens obliquo lumine.

Chius Coum loqui non sinit. 50

Χῖος Κῶον οὐκ ἐᾷ λέγειν. id est,
Hic Chius astans, non sinit Coum loqui.

Senarius prouerbialis è Stratidis Comici fabulis, Comperet in fabulam verbosum, qui multiloquio os prudentioris doctioríque obstrepit, nec patitur verba pro se facere. Chiorum scurrilitas & illaudata leuitas ex authoribus notissima est: at Coos insula magni nominis & decantatissimos viros permultos protulit. Nisi mauis referre ad iactum tesserariorum vilitatem dignitatémque, in quibus χίος vnionem caniculá nve designabat, infelix iactus, at κῶος senionem, felicissimus omnium iactus.

Citius quàm gradatim. 51

Celeritas insignis.

Θᾶττον ἢ βάδην. Citius quàm gradatim, prouerbio dicunt Græci, quum insignem celeritatem & properandi studium significare volunt. Menander,

Τὸ δὲ λεγόμενον τῶν βάττον ἢ βάδην. id est,
Ocyssime id curabo, quod dici solet.

Porrò quod addit, τὸ δὲ λεγόμενον, clarissimè ostendit prouerbium fuisse, ne quis hoc temerè irrepsisse existimet. Vsus eo est & Plutarchus in Fabio Maximo, εἷς δ' οὗτος ἵππου καταπίπτοντος ἐξ ὄχους, βᾶττον ἢ βάδην πρὸς τὸν ἀφ' ἵππου ἐπιβάλλει. id est, Pater ipse ocyus descendens ab equo, concitato quàm potuit maximè gressu ad filium appropérãs, siue ad verbum si mauis, citius quam gressim. Suidas ex incerto authore, ὁ δ' Ἄδωνις ἐπὶ τοῦ τὰ πρόχειρα ὀξέως καὶ βαρβαρικῶς ἅμα καὶ ἑλληνιζόντως ἐκφέροντος ἐπὶ τῶν τὰ φωνῆεν εἰς τὸ ἑπόμενον ἐκφερόντων καὶ τὸ βαδίσματος ἐπὶ τῆς συνθέσεως εἰκαίως ἐκτεινόντων. id est, Ocyssimè ille caput quatiens, & barbara voce nonnulla locutus, quantum licuit conijcere tum ex vocis contentione, tum ex incessus insolentia, grauia minitabatur.

In asini aures canere. 52

Εἰς ὄνου ὦτα ᾄδειν. In aures asino canere, dicetur prouerbialiter qui indocto recitat poema omnibus numeris absolutum, aut orationem in qua nihil reliquum fecerit rhetorica artis: aut si quis apud crassas & Musices ignaras aures artem omnem ostentet Musicus. Meminit adagij Dion oratione trigesima secunda, cuique occasionem talem indicat, Ægyptio Musico insigni artifice astans in somnis genius prædixisse visus erat, quod in Asini aures cantaturus esset, quo neglecto somnio vt vano ac friuolo, accidit vt Syrorum rex Memphin qui venerat ipsum accerseret, quòd audisset a cunctis laudari summopere: accessit itaque & omni indulsit industria adhibita artis suæ præstantiam ostentare adnixus est, qui tacere ignominiosè iussus à rege Musices ignaro, recordatus somnij, Hoc ipsum, inquit, est in aures asini canere: quibus verbis per interpretem intellectis, rex vinctum hominem atrici verberibus iussit, vnde natum postea bellum. Græcè est, ἔστι τοῦτο, φησὶ, τὸ εἰς ὄνου ὦτα ᾄδειν.

Alaudæ in nido latet grames. 53

Spes subsidij.

Citatur à Cassiano Basso Scholastico, librorum qui de agricultura apud Græcos inscribuntur collectore, adagium hoc.

Ἐν κορυδοῦ νοσσιᾷ κεκρυμμένος ἄχορτος. id est,
Ramosum gramen nido occultatur alaudæ.

Quo licebit vel quum effugij aut subsidij spem ostentabimus, veluti si potentior quispiam nos conetur opprimere, in legum & æqui prætidio fiduciam nobis repositam aut in veteris iuris codicillis, indicare volentes, prouerbij hoc versu vtemur: vel si scriptorum authoritate multiplici ac rationibus oppugnati significemus, neque nos hac parte inermes esse, sed ad manum habere in expedito tela quibus nos defendamus: nimirum ἐν κορυδοῦ νοσσιᾷ κεκρυμμένος ἄχορτος. Solet autem alaudæ peculiari quoda amuleto nidum suum lustrare impositis gramina ramalia, quemadmodum aquila callitricho, cornix verbenaca supina, turdus myrto, lauro palumbes, vt Zoroastræ magi authoritate lib. 15. γεωπονικῶν legitur.

Alaudæ non est sine crista. 54

Nihil est sine vitij expers.

Οὐδὲ κορυδαλὶς ἄνευ λόφου, Nec alauda est absque crista. Prouerbio vtemur quoties significabimus aliquem non carere suis vitijs, aut eximiam virtutem raráque eruditionem ferè expolitas esse inuidiçita accepit Eunapius Sardianus de Oribasio medico loquens, qui ob insignem artis peritiam magna inuidia apud multos conflagrauit. eius hæc sunt verba: Οὐδὲ κορυδαλὶς ἄνευ λόφου φασὶ, οὐδὲ ἰατρὸς ἄνευ βασκανίας. id est, Neque sine crista (vt loquitur prouerbium) est alauda, neque Oribasius absque inuidia fuit.

Manu ignauus, mente præsens. 55

De homine cordato, qui consilium in numerato habet, non perinde manu strenuus, prouerbiale est illud Timocreontis Rhodij in suis epigrammatis,

Ἐξ ἐμέθεν δ' ἀσθενὴς χέρας ἔσω, πρὸς δ' ἐμὲ φρήν. id est,
Mens præsens, id abest consilium manibus.

Refertur ab Hephæstione grammatico. Prudentia & ingenij, nisi manus famulatrices sortiantur, inutiliter fatagunt: contrà robur, ingenij & moderatricis prudentiæ expers, amès fertur, omnia cõfundens. At vtraque si iungãtur & in vnum coeant, inuictũ reddunt. Eam ob causam Ægyptij in Hieroglyphicis notis Mercurij iuuenili specie leni altantem pingebant, innuere volẽtes doctum & sapientem, nisi vires adsint, quæ grauis ætatis nomine designantur, nihil agere, quasi alterum sine altero inutile sit: Eadẽ de causa Sphinx in templorum vestibulis collocata apud eos fuisse legitur, factũ symbolum combinationis coniunctique harum virtutum, quando per feræ effigiem robur, per hominis prudentiam intelligi vellent. quæ coniunctæ, muros sunt inexpugnabiles, & (quod dici solet) Semiramidis mœnia: at disiunctæ, prudentia sine viribus, & vires sine prudentia, mole sua cadunt. Præclarum est elogium Mithridatis Pontici apud Velleium Paterculum, Consilijs dux, miles manu, & Dictys Cretensis de Hectore testatur nunquam vires continuo potiores fuisse. & Pacatus Drepanius Theodosio id tribuit, quòd dux sit consilio, miles exemplo: sic de Fauno Aborigmum rege dixit Halicarnassæus lib. 1. αὐτὴρ μετὰ τοῦ φρονίμου καὶ σωματικὸς. vir prudens & impiger & cordatus.

Consilijs dux, miles manu.

Cerylus euadam. 56

Βάλοι βλαβείς, κέρυλος ὡς ἅλοι: Iacias licèt, Cerylus euadã. Dictum illud vulgo iactari solete apud Dores annotat Euphronius & transcripsit Suidas, vsum tamen adagij neuter explicat. Videtur autem latacium & libidinosorum dictum fuisse, qui nullum mortis genus deprecentur, modò in venere cupita & in mediis amplexibus animam efflare liceat, in voluptate summum bonum statuentes. nam Cerylus (ita inter Alcedines mas vocatur) in cortu internori scribitur, & senio defectus à fœmellis subuehi alis. Non absurdè ab adagio dictum Vespasiani in quendam Cerylum libertum, ἐπὰν κινδυνεύῃς κάτω ἔσω πίνων. Postquam interieris, rursum fies Cerylus.

Melanurum perca sequitur. 57

Callidus alio no sibi permitto casum.

Citatur paræmia ab Athenæo lib. 7. incerto authore, ἕπεται πέρκα μελάνουρος. Perca assequitur Melanurũ. Prouerbij viam non indicat. videtur quadrare in prudẽtes homines & callidos, qui alieno periculo suis rebus cauent: aut ex vnius patrocinio aut sententia toti pendẽt, vnum obseruant. Natum ex ingenio vtriusque piscis, Melanurus ex re nomen habens, quòd cauda illi maculosa sit, imbecillus est (Oppiano teste) piscis, sed qui natiuam debilitatem callidítate compensat, adeo vt nassas & retium sinus facilè eludat, vnde ait,

Ἔχει γὰρ μηδενὸς ἐν ἰχθύσιν ἥττ' ἀδύνατα
Ἡ δ' εὐφρόνειαν. hoc est,
Inualidas mirè, at prudenter callidus idem
Squammoser inter pisces Melanurus.

Adagio viam aperit & Numenius in halieutico opere, Percæ ductorem Melanurum vocans,

Ῥηχίαν εὐφρονίῃσι μελάνουρε.

Meminit huius piscis & Ouidius in halieutici fragmẽto, Quin laude insignis caudæ Melanurus. Itaque fallitur Erasmus noster dum Melanurũ sepium vertit, cùm hi pisces nihil habeant commune, toto genere diuersi: nec minus, quod de improborum societate dici

spondeat, quum ex Nume nij verbis liqueat Melanuri pr æsulem Pericli agminis ducem se præbere, cæ-
que vt utiliores sint, illum comitari.

Vnguento perfundi aurum haud decet. 58

De re intempestiua. Senarius prouerbialis est ex Archilocho desumptus apud Plutarchum, quo Pericles obstruxit os Elpinicæ Cimonis prætoris ducis sororis, loquacitatem importunam ridentis, quum illa inepti nomine cum fratre male audiret, tacite enim in aurem dixisse illi fertur.

Οὐκ ἐν μύροισι χρὼς ἐστὶ πλουσίου, id est,
Quum pulcra sunt, haud unguine imbui decet.

Adagij vsus erit quum intempestiuas alicuius delicias aut luxum, alieno ætatis tempore, perstringemus, velut in sene meretricios amores.

Albus dies. 59

De tranquillitate. Λευκὴ ἡμέρα, Albus dies pro felici & læto faustóque ac hilari accipitur docente illud Plutarcho in Pericle & originem eius indicante, ὅτι οἱ Σάμιοι τὴν ἡμέραν, λευκὴν ἡμέραν ἐκάλουν διὰ τὸ λευκὴ καὶ φαιδρὰ φαίνεσθαι τοῖς. Aiunt eos qui in deliciis iucundè degunt, album eum diem nominare, à felicibus albis. Eius occasio talis est, Quòd Athenienses arctissimè Samios obsedissent, daretque operam Pericles vt longa, potius mora eos frangeret, quàm ciuium sanguine victoriam cruentam pararet, ægrè tamen prælium flagitantes in officio cohibere posset, in octo partes omnem multitudinem partitus est, & sorte ducta ita statuit, vt quæ pars candidam fabam duxisset fortiùs, cæteris pugnantibus, otio cæteris usque operam impenderet. Hinc natum, vt λευκὴν ἡμέραν ἄγειν, Album diem agere dicatur, qui in tranquillo otio & delitijs vitam degunt. Ita vius est & Silius Italicus de voluptatis promptis ad Scipionem loquens,

Sic current albique dies horique serent.

Somno mollior. 60

De re quapiam insignis mollitiei, dicetur prouerbiali colore, illud ὕπνου μαλακώτερον, Somno mollius. Clemens pædagogi lib. 2. ἐκ τοῦ ὕπνου μαλακωτέρους ἀνεῖναι τοὺς ἀναγινώσκοντας, velle ait ut entes lectos ipso somno molliores. Cuias & Eustathius Iliados 10. ex innominato authore, στόρνυσι ὕπνου μαλακώτερα, tapetes somno molliores exstat autem apud Theocritum, Πληφύλλοις δὲ πόκοισι ἐπὶ μαλακώτερον ὕπνου. Huc spectat quod Hermippus ἡδυεπὴς ἡδυσύριγξ dixit cicadas, quarum dulcedo lumina vincat quantumuis suauia.

Teletis animum habet. 61

Meticulosus. In meticulosum qui animum nihil habeat, prouerbio dicitur illud ψυχὴν Τέλητος ἔχειν, Animum Teletis præsert. Citantur ex Hermippo Comico isti anapæsti,

Βασιλῆ Σατύρων τί ποτ' οὐκ ἐδίδαξε δίκην δικάζειν,
Ἀλλὰ λόγους μὲν ἔφη πολέμου δρομέα παρέχειν,
Ψυχὴν δ' οὐ πώποτε ἔφη. id est,
Rex Satyrorum quæ tibi unquam ere recusat?
Cuncta dia de bello verba quidem crepas,
Sic Teletis animum præfers.

Teles ille qui fuerit, ignorare me fateor, cuius timiditas Comico morum patuerit, meminimus tamen legisse me Teletis quandã πόλεις, & πόλεις εὐδαίμονας πόλεις καὶ πενίας, hoc est, de vita, deque comparatione opulentiæ & paupertatis, apud Stobæum in Gnomologijs post Callimachum, & alibi. Solet autem philosophos & doctos ferè comitari timiditas, vnde nota est Socratis fuga, & Archilochus ac Demosthenes abiectis clypeis indecori celebrantur.

Debili timidi.

Omnem lapidem nitidum adorantes. 62

De superstitiosis. De iis qui temerè & sine iudicio erga quosuis afficiuntur, elegans extat adagium apud D. Clementem lib. 7. stromatũ, οἱ μὲν γὰρ ὅσοι τῶν ξύλων καὶ πάσης λίθου, τὸν λεγόμενον, κηρὸν προσκυνοῦσιν. id est, illi ipsi quoduis lignum & quemlibet lapidem (quemadmodum dici solet) politum adorantes. loquitur de superstitiosis hominibus, quorum mentes pauitatis erroribus imbutas, numinis metus ita penitus perculit, vt ad quemuis vel facis vel sulphuris aspectum illico inhorrescant. Transferetur vsquequaque ad iudiciorum morositatem. Inuenias enim quotidiè ita sinistros eruditionis iudices, vt verborum & volubilem linguæ verborum aliquantum hinc inde è colloquijs Eraimi consarcinantem, non nisi admiratione quadam virum ad miraculum vsque doctum suspiciant & tantum non adorent, πάσης λίθου λιπαροῦ προσκυνοῦντες.

Sanguis & anima. 63

Αἷμα καὶ ψυχή, Sanguis & anima, prouerbij specie de re impense nobis grata & adamata effertur, translatum ab amantium thoris quibus id in ore frequens est. Antiphanes comicus. Res grata & adamata.

Τὸ ἀργύριον ἐστὶ αἷμα καὶ ψυχὴ βροτοῖς. id est,
Argentum & anima & sanguis est mortalibus.

Citatur à Stobæo. Sanguis quia vehiculum & sedes est animæ, pro vita accipitur, quia nihil potest esse nobis dulcius.

Plus oculis suis. 64

De re amata. Quod quis vnicè charum habet, id plus oculis suis amare dicitur. Catullus in luctu passeris,

Quem plus illa oculis suis amabat.

& iterum ad Calum,

Ni te plus oculis meis amarem,
Iucundissime Calue. & rursus alio loco:
Ambobus mihi quæ charior est oculis.

Æschylus in fabula cui nomen, septem ad Thebas,

Ὁμοῦ δ' ἀίσσω δῆτ' ἔχειν μᾶλλον δορὶ
Στέγην πατρῴαν, σωμάτων τ' ἐμῶν τέκνων τε. id est,
Adiurat hastam, quam Deos reuerentius
Colit ferox, & longè plus oculis suis.

Moses in cantico suo quod Deuteron. 32. extat, διεφύλαξεν αὐτὸν ὡς κόρην ὀφθαλμοῦ. id est, Custodiuit eum tanquam pupillæ oculi. Nihil autem charius nobis est ipso oculorum sensu, hinc in exprimenda amoris vi, oculorum mentio frequens apud autores. Sic oculum animum hominem dixit Plautus pro charissimo. & Oculitus amare in Cornicularia pro vnicè amare.

Qui amant ambiam meam Hedylum oculitus.

Ita enim lectio est, emendatior venit apud Nonium Marcellum. Alioqui etiam pro ornamẽto oculus accipitur. Sic Iulianus Damascẽ vibem ὀφθαλμὸν ἑώας ἁπάσης, totius orientis oculum dixit: quemadmodum Cicero in Pompeianis, Corinthum totius Græciæ lumen: & Æschylus illud de Oreste in Agamemnone tragœdia quod Chorus loquitur ita accipi debet, Totius Orientis oculus.

Τοῦθ' ἡμᾶς αἰσχύνομαι
Ὀφθαλμὸν ἧσσαν μὴ παλαίσαντα πεσεῖν. id est,
Id pariter nostrum dedecoramus,
Ne stirpitus oculus familiæ intercidat.

Idem in Persis Aspitum quendam ὀφθαλμὸν τῆς ξυμφορᾶς vocat velut oculum Xerxis. & Nazianzenus Nemesium vocat ὄμμα δίκης μοδωνίτης, velut iuris & eloquẽtiæ præcipuum ornamẽtum. & Philo libro De mundi fabricatione, à naturæ curiosis indagatoribus pupillam, oculum oculorum velut ornamentum singulare vocari scribit, ὀφθαλμὸν δὲ ὀφθαλμῶν λέγουσιν οἱ περὶ φύσεως. Annotat & Io. Zezes ὀφθαλμούς, id est, oculos regũ ab antiquis vocari viros spectabiles & ter atus principes. Pindaricus Adrastus quarẽs Amphiaraum extinctum. πῆδᾶ, inquit. τὸν ἐκλιπόντα τὸν ὀφθαλμὸν τῶν στρατιῶν. Deinde ita Orientem vatem exercitus oculum. ὀφθαλμοὶ.

Malorum abyssus. 65

Κακῶν βάθος, id est, Malorum abyssum dixit prouerbialiter de extremis calamitatibus, Gregorius Nazianzenus, ἐς κακῶν βάθος ἐμπεσόντες, ἤ ἐς λιμένα, hoc est, prompti in abyssum malorum, id quod dici solet: alioqui & ἄβυσσον σκληρῶν πλάγος lego de negotijs inexplicabilibus & quibus exire difficillimum sit. Nazianzenus in Distichis; πανταχῆ μοι πᾶς ἀνέφκτος πόντος, Ἢ χρημάτων ἄβυσσος οἱ πεπτωκότες, id est, Est ditior multò tutus inomnus, Quàm qui pecuniarum abyssum possident. Abyssum vocat. Itidem Basilius Cæsariensis in Psalmum primum elementa profunditatem Aretas Cappadox in Apocalypsin comm. annotat, quod hiatus perpetuæ voragine non occultet subiecta βάθη τῆς ἀβύσσου, vel quod immensam altitudine ostendat, ab ἀ intendendi particula. Legimus & ἄβυσσον πλάγος pro mari fundo præ altitudine carente. De extremis calamitatibus.

Postes transcendere. 66

Ὑπερβαίνειν πόδα πύλου, hoc est, Postes transcendere, vel pedem mittere transiliendum, specie prouerbij vsurpatum in eũ qui rem nimis, immodicèque sit gerere. Sudas ex autore incerto, πόδα ὑπερβαίνειν πύλου ἀντὶ τοῦ λόγου ἐκ τοῦ θεσπεσίου, ἀντὶ μέτρα ὁρίζειν ἑαυτῷ τὰς πλείους ἄξια, γνώμη καὶ καταφρονήσει τὰ δέοντα τοῦ θεοῦ. hoc est, haud mimis audere, velut transcendens po- Extra modũ se gerere.

stibus, iuxta prouerbium in religionem insultans, sed præscriptis sibi certis limitibus ętati suæ congruis, cultum diuorum pura & sincera conscientia administrans. Vsus eo fuit & Aristoteles alicubi, & Aretas Cæsariensis episcopus in Apocalypseos explanatione. Interpres vertit & gradū limenque excedere. Diuersum à superiori est βαδιεῖν ἀπὸ ἐπιβάσεως, pro ordine & quasi per gradus vlterius pergere. Athenæus, ἀπὸ τοῦ τὸ πρῶτον ἀρξάμενος περὶ τὰ ἐπιβάλλοντα τῶν βίβλων βαδιεῖν ἐπὶ πλέον. id est, Gradatim ad ea quę proxime sequuntur quodam discendi feruore transiit.

Humeros lucet perdas aquam incernendo. 67

Ἂν λούσῃς καὶ ὦμος ὕδωρ πίνουσιν, ἔμπας ὕδωρ μένει. id est, Quamuis humeros perdas aquam incernendo, aqua tamen manet. Citat adagiū Suidas in Collectaneis suis, & annotat quadrare in eos qui vanum sumunt laborem. Crediderim rectius competere in eum qui ingrato homini diligentem nauat operam, aut in præceptorem stupidi & indocilis discipuli, cui quicquid inculcatur, diffluit velut in dolium fatile congesta aqua. Quāquam verò vulgati codices habeant πίνουσιν, constanter tamen πίνουσιν legendum autumo, est enim πίνουσιν consutum hordeum pinere cribróque incernere, vnde & πινουτίων, hoc est, ptisanæ vocabulum.

Scommata Dionysiaca. 68

Διονύσια σκώμματα, id est, Dionysiaca scommata, prouerbialiter dicuntur scurrilia conuitia quibus mores hominum flagellantur & perstringuntur. Synesius in Dione Prusæo, τὸν μὲ βάσκοντι σκώπτειν καὶ Σωκράτη τῶν δὲ Διονύσου σκωμμάτων, καὶ πᾶσαν αὐτῷ ἀξιοῦντι πάσης ἡσυχίας γῆν καὶ θάλατταν, id est, Nunc incessenti Socratem & Zenonem dicteriis Dionysiacis, eorumq. sectatores terra marique proscindendos mādanti. Suidas ex incerto autore, ἐστὶ μὲ βάσκων καὶ σκώπτων τῶν ἐκ Διονύσου σκωμμάτων. id est, Interdum conuitians & Dionysiacis scommatibus debacchans. Natum à præmia licentia Bacchanalium festiarum qui flagitiis & scurrarum dicacitate perstrepebant.

Scæua. 69

Improba fame homo.

Scæuam prouerbialiter dixit Symmachus orator improbum & sinistræ famę hominem, vel stolidum atque rerum imperitum, cuiusmodi & Græci σκαιὸν nuncupant, tardo ingenio: διὸ καὶ βραδυμαθῆ καὶ μωρὸν eius hęc sunt verba. Quæ sub obtentu tuo a quibusdam scæuis designata dicuntur. Demosthenes similiter in oratione aduersus Androtionem, ἕως ἐμοῦ γε καὶ λαμπρὸς ἀναιδὴς, δεξιὸς σκαιὸς ἦν. id est, vsque adeo non modò pecunię impudenter auidus, sed & scæua & inuitre improbus est: Aristophanes in Nebulis,

Οὐκ οἶδεν ὅστις ἀνὴρ ἀγροῖκον εἰδήσει,
Οὐδ' ἄπορον, οὐδὲ σκαιόν, οὐδ' ἀπόλεστον. id est,
Vidisse nunquam memini rusticum magis
Obstinatum scæuum, inopemque consilii.

Idem alib. σκαιὸν καὶ χαῦνον, vetulum flagitiosum appellat. Aschylus,

Ἦ σκαιὸς ἦν ἢ πλημμελὴς ἄπορος ἄν. id est,
Aut læuus est, aut rerum bonarum rudis.

Galenus libro primo Therap. ἐπὶ σκαιοῦ καὶ ἀγροίκου καὶ πάνυ πόρρω πολλοῦ σκαιοῦ, id est, Parum affuetus scæuus indoctoque acerbius traducere. Philostratus, ἵν' οὖν μὴ σκαιὸν με ὑπολάβῃς. id est, ne me Scæuam suspicetur. Athenæus lib. 13. σκαιὸς ἢ ἀγροῖκος ἀγχοῦ ἐστὶν ὑπερῴου. hoc est, Es lęuus & rusticanus atque inter turpiloquos prorsus læuus. Vnde & σκαιοβατεῖν, quasi sinistrè ingredi dicas, Græcis vsurpatum, transferri potest ad flagitiosos homines, qui malis artibus & vix haud vulgata insistunt.

Bifrons Mercurius. 70

Simulatus homo.

De simulati ingenij homine dicitur, qui aliud coram in os, aliud clanculum loquitur. Nazianzenus ad Nemesium, ἀμφιπρόσωπος Ἑρμῆς δίλυφός ἐστι, πρόσω τὸ μέν, ὀπίσω δ' ἕτερον. Qualis Mercurius bifrons, aliud anteriorum, aliud posteriorum est. Hermæ lapidei ligneive cippi erant in biuiis triuiisque erigi soliti, ad indicanda viarum ferentium discrimina. Vlpianus in Demosthenicam orationem quæ est aduersus Leptinem, Hermas istos quadrangulos fuisse annotat, suprema parte Mercurij facrem præferentes, inferius inscriptiones viarum ostendētes. Thucydides scholiastes in textu scribit quadratos & cubiformes poni consueuisse, velut symbola quædam rationis & veritatis inconcussæ. Aliqui & τετράγωνα ἑρμῆς apud Etymologici autorem Triceps Mercurius, viarum index legitur.

Cum Musis certare. 71

De his qui in rem doctrinæ

Ἀμιλλᾶσθαι τοῖς μούσαις, id est, Cum Musis certamen inire, dicetur prouerbialiter qui doctrinæ quam callet indubitata certitudine, cautáque bonitate consilii, cum doctissimo quoque congredi & in disputationis palæstram descendere non dubitarit. Galenus in hac libri primi Therapeutices methodi. Ἀλλὰ καὶ τὸν παλαιὸν ἐκεῖνον ἄτεχνον, ἀμιλλώμενον ἐν ᾠδῇ τοῖς μούσαις. Equidem antiquissimum tibicinis exemplo, ὁ Hieron, etiam cum Musis concertarim. De Thamyra Thrace sentit, ni fallor, cui tamen peritiæ iuæ confidentia parum prosperè cessit, orbatus pœna victo inflicta, vnde hoc loco recte φιλόκαλον eum vt ambitiosum vocat Galenus. Non alieno hinc sensu συμψαλτήριος μούσης, dixit Philō Iudæus literatos viros, quasi qui cum Musis choros ducitarint.

Supra Simonidem memor. 72

Τυπὸν ὑπὲρ Σιμωνίδειον μνημονεύειν. id est, Præ Simonide memor. Prouerbiali hyperbole dictum est à Philostrato libro secundo De vitis Sophistarum, in Proclo Naucratite, ὃ δὴ μνημονικὸν ὑπερτατόνως ἦν χαρακτῆρα. εἰς ὑπὲρ τὸν Σιμωνίδειον τύπον. id est, Nonagenarius memoria excellit vltra Simonidem. Aristides in oratione, εἰς τὸν ἐπιτάφιον. ait Simonidem in extrema senecta iactantiuscule de sua memoria gloriantem scripsisse hoc distichon,

Μνήμῃ δ' ὑπὲρ ἅπαντα μετ' ἀνθρώποις ἐπέφρικα
Ὀγδοηκοστὸς ἐτῶν παῖδ' ἀναμετρέων. id est,
Leopreps grato certare Simonide ab annis
Decrepito, memori qui quæat ingenio.

Ars memoriæ ostensa primò à Simonide.

Artem memoriæ primus ostendisse dicitur Simonides Cæus, malè namque apud Ciceronem libro De oratore 2. Chius vocatur, cuius vulgata fabula est, quòd cum apud Scopam principem in Thessalia vitum epulo exceptus magnifico, nuncio esset exceitus, quòd duo iuuenes equis aduecti pro foribus illi præstolari dicerentur, egressus neminem reperit, sed tamen sospitatem suam illis debere se illo ipso momento comperit, siquidem illo interim spatio collapsum conclaue, ita epulantium ora obtrita penitus confuderat, vt internosci nequiuerint, verùm ille memor discumbentium ordinis, felici memoriæ suggestu & nomina omnium edidit, & propinquis ad sepulturam corpora tradidit: hac re admonitus ordinem præcipuum esse memoriæ lumen: quam rem prodidit scriptis Cicero, Quintilianus, & Martianus Felix. Ammianus Marcell. lib. 16. putat illum epotis quibusdam pharmacis vigore memoriæ conciliasse. Addit deinde quod æque prouerbiale est: Totum memoriæ dolium exhausisse: sic enim inquit de Iuliano Apostata. Credendum est hunc etiam tum adultum, totum memoriæ dolium, si vsquam reperiri potuit, exhausisse. Videtur autem allusum ad dolium Pandoræ, de quo est apud Hesiodum.

Ilio indigna verba. 73

Parum fortia verba.

Ilio indigna verba dixit Euripides non sine prouerbij specie, verba parum fortia & imbellem animum prodentia. sic enim apud illum loquitur Menelaus, suadente Helena vt vitæ suæ consuleret, habita vtriusque filius ratione.

Ἀνανδρ' ἔφ' ἅπαξ, οὐκέτ' ἐν ἄξιον. id est,
Imbelle verbum dixti, & haud dignum Ilio.

Fortia facinora in decennali potentissimæ vrbis Troianæ obsidione à Græcis edita, veterum scriptis passim celebrantur.

Ignem stipulæ admouere non tutum. 74

Prouerbij faciem habet illud Nazianzeni,

Πῦρ ἐγγὺς καλάμης, ἐν αἰσθήσει. id est,
Ignem si admoueas stipulæ, res plena periculi.

Iuuētus malè creditur libidinū magistris: tenellæ ætati non tutus est vini vsus, quòd rudis illa ętas flammis exæstuet inde ardentioribus, quàm Ætnæi crateres.

Cum mortuis conuersari. 75

Libri molesti.

Συγχωτίζειν τοῖς νεκροῖς, id est, Cum mortuis conuersari, idem est planè cum illo adagio, Cū mutis magistris loqui. Zenon Citiæo Stoico philosopho consulenti oraculum de vitæ ratione, quomodo felix euadere posset, responsum fuit, εἰ εὐχρωτίζοι τοῖς νεκροῖς. id est,

id est, si cum mortuis commercium haberet, quo significabatur veterum assidua lectio. Extat apud Diogenem Laertium, & citatur à Suida.

Sunt & aliæ vulpes. 76

Ne est in vnâ conferenda culpa.

Elegans est prouerbium Timocreontis Rhodij, quo licebit vti quoties culpam totis nobis impositã deprecamur, iniuriæ suspitionem etiam aliis communem indicantes, Οὐκ ἐγὼ μόνα κάλωνες, ἴστι τι καὶ ἄλλαι ἀλώπεκες. id est, Nõ ego sola sum vulpes, sunt & aliæ vulpes. Timocreon Medorum partibus addictus credebatur, quod crimen mox etiam in Themistoclis caput proculum fuit, accusationem sustinentis μηδίζειν, quod Persis illuderet: itaque edito scripto ita de se testatus est. Οὐκ ἄρα τιμοκρέων μὲν ὁ μήδοισιν ὕβριν τιμᾶν, ἀλλ' ἔστι τις ἄλλος ἐν πόλει, ὃς ἐγὼ μόνα κάλωνες, ἴστι καὶ ἄλλαι ἀλώπεκες. Ergo haud Timocreon solus cum Medis lædus pepigit, sunt & alij conscelerati, non sola vulpes ego sum, quin & aliæ inueniuntur. Est autem κάλωνες, vel potius meo iudicio κάλωπες vulpes, sic enim scribit & Hesychius.

Durei equi speciem præfert. 77

De variis & multiplicibus vitiis.

Δυρὸς τινὸς ἵππου εἰκόνα σώζει. Durei cuiusdam equi imaginem seruat. Dici potest de homine multifariis & diuersis inter se vitiis obnoxio. Clemẽs lib. 2. Stromatu de Basilide loquens statuente, passiones animi spiritus quoddã rationali animæ annexos τὸν ὄχλον, inquit, τῶν μόνον ἄλογα ἐπιπλάττειν, ὡς δεῦρο τινὸς ἵππου· τὸ πανταχοῦ μόνον εἶναι ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ἑκατοντάκεφαλον θηρίον, ἢ ἴσως ἀνθρώπου πάντων πάθεσιν ἀλόγοις ἐρεθιζομένου. hoc est, id solum nunc obtinendum, quod Durei equi speciẽ quandam obtinet, iuxta poetarum fabulam, Basilidæ, homo, vno in corpore tot diuersorum spirituum exercitum in aluo inclusum habens. Dureo equo ligneo ab Epeo fabricato, multos Græcorum proceres fuisse inclusos, ex historia notum est.

Agasonem vincit. 78

Νικᾷ τὸν ἀγασώνιον, id est, Agasonem vincit. Adagium ostendit esse Suidæ in refractarium hominem, qui monentis verbis obaudit, léque in præsens discrimen aut exitium conicit. Originem adagij non commonstrat: ac proinde sine teste non ausim quidquam comminisci.

Inconcussa columna. 79

De constantis propositi homine.

Ἀσφαλὴς κίων, id est, Inconcussa columna prouerbialiter effertur de re pariter & persona singularis constantiæ, quem neque præmiorum spe, neque metu periculorum à potiis vnquam de integritatis incorruptæ statu deiicere. Eunapius aut alius quispiã Chronologiæ scriptor, citante Suida, ἐν τῷ περὶ ἐπιτηδευμάτων καὶ σκοπῶν ὁδοῦ ἐν ἀσφαλὴς κίονα τῶν βασιλικῶν φησὶν τὸν ἀνδρὸν τὸν αὐτὸν ἀφεξιπλοῦν ἐν ἀμφοτέροις. Qui innatam grauitatem adiiceret, veluti rectam atque infractam quandam columnam Palatij, ne quid in aula corrumperetur aut prauè committeretur. Pindarus de Achille loquens in Olympiorum Oda secunda, ἐς ἐκεῖνον ἔσπετο θοὸς Αἰακίδαις ἀσφαλὴς κίων. Qui profligauit Hectorem Troiæ inuictum & inconcussum columen. Æschylus de Atlante,

Ἔσται κίων ἀρωγὸς ἐν χθονὶ θεῶν,
Θωμὸς δυσβάκτου ἄχθους ἐν ἀθλίοις. id est,
Columna stat telluris & cœli ardua,
Suffulciens humeris onus intractabile.

Cõsine est illi quod de Athanasio dixit Gregorius Nazianzenus, ἕως παρῆν ὁ στύλος τῆς ἐκκλησίας. id est, Tantisper dum præsens erat ecclesiæ columna. Nicephorus Callistus lib. 4. cap. 17. de Gallicis martyribus loquens, ἀδιαπτώτους ἢ στύλους ἐφαίνοις, id est, oppositi stabiles & firmas columnas: Ibidem Attalum Pergamenum martyrem appellat στύλον ἢ ἔρεισμα, hoc est, cippum seu columen & stabilimentum reliquorum. Synesius in epistola ad Orũ de Astronomia loquens, ὑπερεῖσα χεῖρας γεωμετρίᾳ καὶ ἀριθμητικῇ ἀπ' ἀσφαλοῦς τῆς ἀληθείας κανόνα τινὰ ἔπιπτον, ἐκ δὲ ἐμοῦ τὸ πρωτεῖον. id est, Administris vtitur geometria & arithmetica, quas qui inconcussam veritatis normã appellarit, à decoro non aberrauerit. quanquam hoc in loco κίονα malim legere pro κανόνα. Huc refer quod de Socrate Phauorinus dixit, ἑστὼς ἀσφαλέστερος τοῦ σκίμπους. id est, Steterat magis immotus atque inconcussus, quam truncus arboris.

Coturniculæ animus. 80

Ὀρτυγίδιος θυμὸν ἔχει, hoc est, Coturniculæ animum habere, prouerbio dicitur homo pusillanimus & formidolosus. Antiphanes Comicus in Rustico apud Athenæum,

De formidoloso.

Σὺ τί ποτ' ἂν δύναιο ὀρτυγίδι θυμὸν ἔχων; id est,
Tu quid facere valeas columicinis animo præditus?

Accessorium operis loco. 81

Multum laboris in operi leui collatum.

Παρέργου ἔργον συνάδει, id est, Accessorium in opus commutare dicimur, qui plus collocant operæ in negotio leui, quódque obiter in transcursu delibandum erat, quasi in primario præcipuoque instituto. Galenus initio libri primi de naturalibus facult. εἰ δὲ πόθος ἀκριβοῦς ἥψατό μου, μᾶλλον αὖ μοι τὸ παρέργου τοῦ ἔργου ἦν. quod Thomas Linacer commodè ita vertit, Ergo si ad hos refellendos digrediar, plus operæ in accessorio, quàm in proposito sumam. Plato in epistol. ἵνα μὴ παρέργα ὡς ἔργα μοι ξυμβαίνῃ λογίσασθαι. id est, Ne accessoria, vice operum nonnulli mihi contingat. Polybius histor. οἱ δὲ πολλοὶ τὰ μὲν ἔργα παρέλιπον ἐπιφανῆ μιμεῖσθαι, τὰ δὲ παρεργαζόμενοι ἀκριβεστέραν ἐποιοῦντο τὴν ἑαυτῶν ἄσκησιν. id est, Plerique homines facta magnatum imitari negligunt, at quæ ad res accessoria nihil ad rem facientia, dum ipsa produnt, sibi multã D. Cicero lib. 9 quinto ex Agathone Tragico, duos senarios audacit.

Ὅπως μή τι τραγῳδοποιὸς
Ἀγάθων καταψεύσῃ ἐν αὐτοῖς,
Τὰ μὲν παρέργου, ἔργον ὡς ἠνύσθαι,
Τὰ δ' ἔργον ὡς παρέργου ἀπωσάμενος. id est,
Ne impingamus & nos in illud Tragici Agathonis
Operis loco ducentes accessorium,
Inque opere fatagentes vt accessorio.

Quos vetus recitat & Athenæus lib. 5 Greg. Nazianz. elegantissimè eo vsus est in funebri oratione Basilij dicta, de Saule loquens βασιλείαν δῆθεν μᾶλλον τὸ ἔργον τὸ παρέργου ἐμπεριβαλόμενος. id est, Saul paternos asinos inuestigans, regno potitur, accessorium ipso instituto negotio maius nactus. Idem in carmine,

Ἔργον παρέργου πάμπολυ ἔργον λαχών. id est,
Extrarium negotium, quod opus vocem.

Non otiosum fuerit hoc adscribere. Pyrrhi Græci monachi dictũ, qui interrogatus cur obambulando cibum sumeret, respondit, ὡς οὐ βούλομαι τῷ βρώματι ὡς ἔργῳ χρῆσθαι, ἀλλ' ὡς παρέργῳ. id est, Quia nolo cibo vti tanquam opere, sed tanquam operis accessorio.

Aliud problema. 82

Ex re nata consilium.

Ἄλλο πρόβλημα, id est, aliud problema seu controuersia. Cicero lib. 6. ad Attic. vice adagij vsus est. Dies decessionis cũ aduenerit, ἄλλο πρόβλημα, quem præsciam. Indicat se in procinctu quum demigrandum erit per occasionem & ex re nata consilium esse capturum de præcipiendo aliquo. Vti eo licebit quando disceptationi locum esse & opinionem fortè mutaturos nos pro loci & temporis ratione ostendimus.

Στρεψίμαλλος. 83

Blateronẽ, qui male tornato otio ineptè tempus deterat, στρεψίμαλλον veteres dixerunt, quasi lanitorqueũ, velut de lana captiua mutiliter garrientem rumpta occasione scommatis à lana contortos villos habente, ac proinde intricata. Refertur ab Eustathio Odyssex nono: meminit & Hesychius.

Inconcussa persequi. 84

Tanais operam.

Apud Homer. Iliad. 17. Apollo ad Hectorem cõuersus deterret illum ab irrito conatu persequendi equos Achillis pernicissimos, hoc versu,

Ἕκτορ τῶν οὐ μέν τοι ἴσον κίχησε διώκων. id est,
Quò diuersus abis, sequeris neque tenuia cursu?

Eustathius admonet prouerbiale esse in cũ qui temerè se fatigat, inanémque operam ponit.

Ne propera, nondum ignem calcas. 85

Theocritus Syracusanus in Viatoribus,

Μὴ σπεῦδ', ἰὸ πῦρ τοι πρὶν θάλπεαι. id est,
Ne propera, nondum prunis ignem calce.

Scholiastes admonet prouerbium esse in temerè atque inconsideratius feruido quodam zelo aliquid perficere deproperantes, quos hoc dicto admonebimus, non tantopere festinandum, neque enim per ignem ipsos incedere debere, vt periculum sit ne plantæ exurantur. Est & nostrati vulgo tritissimum illud adagium, vt quando nimium festinandi studium castigare volunt, dicant: Quid properas, neque enim viuo carboni indes.

Achaicum telum. 86

Ἀχαικὸν βέλος, id est, Telum Achaicum dicitur telum habile & quod aptè collimat. Coniecturam alicuius artificiolam & pulchrè scopum attingétem, aut scomma oppositè mores cuiuspiam perstringens, licebit parœmiacè vocare βέλος ἀχαικόν. Citatur à Suida. Apparet autem fuisse telum fundentibus gentis Achaicæ peculiare, aptum cum primis in obsidione.

Thorycionem imitatur. 87

De proditore. Θωρικίωνα μιμεῖται, id est, Thorycionem imitari dicuntur proditores, & qui suas amicorúmque res & cõsilia hostibus produnt. Thorycion Ægineta fuit, ordinum militię ductor, qui linum ad vela, vtres, pelles, picémque ad perduellis dimittebat, interdum etiam pecuniam hostilibus ausibus seppecatabat & bello Peloponesiaco hostibus dolia picis plena mittebat ad corrumpendam incendio patriam. Thorycionia imitati videntur, istud prodentibus nobis, Flandri aliquot σπυρίδας seu Dardanarij, qui incredibilem frumentatiæ vim maximis impẽdijs è Batauia nostra in Gulliam ad hostes auexerunt. Nemo hercle Thorycionem propius expressit, quàm Philologus Qu. Ciceronis libertus, qui Ciceronem à quo in literis institutus fuerat, occultis itineribus per auia facilè elapsurũ centurioni hosti prodidit, dignissimus eo supplicio quod postea incurrit, Pomponia hera ipsius Quinti vxore, sceleratum hominem cogente vt suos artus membratim dessectos & assaret & assos deuoraret, vt à Plutarcho in scripta relatum est.

Herculis cornu. 88

Bonorum copia. Ἡρακλέους κέρας, id est, Herculis cornu, de affluentia bonorum omnia prouerbialiter dicitur apud Dionem Chrysostomum oratione secunda de Fortuna, ibi, τότε δὲ ἄρα καὶ χρυσῆν ἦμεν, ἢ τινὲς μακάρων νῆσοι αὐτομάτας ἔχουσι θρέπτας, ἢ κέρατος κέρας ἢ κυκλώπων βίος. id est, Istud ipsum fuit & aureum seculum, & fortunatæ dictæ insulæ, sponte sua proferentes & alimentorum genus omne, & Herculis cornu, & Cyclopum victus. Adagium merè idem cum Amaltheæ cornu, de cuius origine quia varia ab authoribus & prorsus diuersa prodi video, ab Erasmo nostro prætermissa, non instrumentum operam putaui, huius studiosorum gratiam philologia hac accessione per me adiuuaretur: vnde elucesceret ratio cur Herculis cornu dicatur. Helenius Acron & Porphyrion grammatici in illud Horatij Odarum libri.

Hunc tibi copia
Manibit ad plenum benigno
Ruris honorum opulenta cornu.

referunt adagij natalem ad cornu Fortunæ quod Acheloo detractum victor Hercules Fortunæ donasse perhibetur, de quo ita Dion Prusæus, οἱ δὲ τὸν κρατῆρα καθέντες τὸ τῆς ἀμαλθείας κέρας ἔδοσαν κέρας πλῆρες ἡμῖν τῶν ὡρῶν, ὃ δὴ μάλιστα ἡρακλῆς ἀχελῴου ἀπέρρηξε. id est, Qui veritati magis coronam pingunt, dant Fortunæ cornu Amaltheæ refertum omnigenis fructibus, quod in conflictu Acheloo detregit Hercules. Subiicit porrò, τὸ δὲ τῆς ἀμαλθείας (ita enim legi debet loco ἀμβρόσιος, quæ vox incuriam denotat) κέρας μάλιστα τοῦτο ἀγαθῶν δόσιν τε καὶ εὐδαιμονίαν, hoc est, Amaltheæ cornu indicat bonorum largitionem & felicitatem. Eustath. in commentariis Dionysij Afri paulo aliter fabulatur, Acheloum videlicet pro læuo cornu per Herculem comminuto Amaltheę cornu muneris loco illi rependisse, cuius beneficio bonorum omnium affluentia venenti suppetebat: quam fabulam ita sanant quidam dictitantes, Herculem cunctos vbiuis gentium mortales sibi beneficio deuincere volentem, quum intellexisset Acheloum fluuium errabundis flexibus magnam Ætoliæ partem lancinare, atque ita varijs fossis, aggeribus, alueorumque elicibus regioni inutilium, vim quodammodo adimbuisse, & ad modestionem reuocasse superuacuos animis cursus, eaque cultura feraciorem agrum reddidisse: qua ratione sinistrum fluuiuis cornu in compertis inutilique anfractibus inutile atque modis infructuosum, tractabile ac commodum præ-

Acheloi cornu quid. stiterit: Atque ita esse Acheloi cornua exponunt, superatam & compressam amnis iniuriam, & repositam fœcunditatem. Palephatus narrat Herculem aliquando Thespis Bœotiæ oppido commorantem fuisse, apud fœminam liberalis formæ, cui Amaltheæ nomen fuerit, postposito Iolai nepotis hospitio, quod quum ille iniquius ferret, cogitarétque peculium omne quod in cornu bubulo illa asseruabat in vsum Herculis, si quid emptitaret, furto auferre, factum est vt socij peregrinationis dicerent, Herculem habere cornu Amaltheæ vnde promeret affluenter ea omnia quæ ipsi forent vsui. Alij hanc ipsam Amaltheam aiunt fuisse mercimonijs opulentam, & quæ pleramque peculij sortem è diuendits mercibus contractam, includere in cornu ab eius nomine nuncupatum consueuerit, quod quia pecunia refertum Hercules abstulerit splendidè inde victitans, proverbialis sermo increbruit, ex Amaltheæ cornu cuncta bona Herculi suppetere. Fuerunt & qui aliam commenti sunt fabulam, fuisse in Lybia ditiunculam supra modum feracem, forma loci bubulo cornu non absimili à fœmina nomine Amaltheæ possessam, à cuius singulari fœcunditate fructuum genus omne copiosissimo prouentu affundentis, natam parœmiæ originem autumant. Callimachi scholiastes Græcus, Amaltheam capram, quæ Iouis lac præbuerit, scribit ex altero cornu ambrosiam fundere, ex altero nectar, creditam fuisse. Theon Alexandrinus in Aratæis commentariis annotat Capram istam mulierem fuisse Arcadicam, Iouis nutricem, Iouemque alumnum beneficij memorem, nutricis mortuæ pellem complicatam sibi circumposuisse, ac inter alia retulisse, eamque esse Amaltheam. Parmeniscus ait Melisseo Cretæ regi alumnum fuisse datum Iouem infantem, cuius filiæ Dodonides quum lacte caterent, alium capram geminos hœdos eximam puero adhibuisse, nomine Amaltheam, quæ eum educarit, eiúsque fœcunditatem proverbio locum dedisse. Mulçus horum enim fabulæ autorem citant Hyginus & Bullus Aratæi commentarij author creditus. Tradit Iouis nutrices Themidem & Amaltheam nymphas ab Ope matre delectas fuisse, ac postremam Amaltheam in deliciis habuisse capram incredibili lactis copia fœtentem, cuius ille vbera suxerit. Diodorus Siculus Bibliothecæ libro quarto refert Hammonem Libyæ partis regẽ virgini præstanti forma Amaltheæ dictæ iuprum obtulisse, procreata ex ea sobole, ipsámque propinquæ ortæ præfecisse, quæ quod bouis cornu speciem imitaretur, occiduum cornu nuncupata sit, & Amaltheæ cornu, quod vineis & fructiferis omnis generis arboribus abundaret, posteris eam appellationem transferentibus ad optimam & primæ feracitatis terram. Hactenus de origine. Socrates (vt Ioannes Stobæus commemorat) Amaltheæ cornu dicebat esse Symbolum industriæ & sedulitatis, illinc enim omnia manare bona illi, qui μάλιστα, hoc est, ignauus & locors non pergat esse: Cornu namque bouis, animalis laborioſissimi, operarium significare: vuas & alios fructus quibus cornu scateat, indicare affluentiam bonorum ex agricultura prouenientium: cornu autem illud à bono Genio & Fortuna bonorum largitrice, vtrinque sustineri volunt. Tiberium Comitem per iocum Amaltheæ cornu pecuniam esse aut, cuius hi legantur versiculi,

Τὸ τῆς ἀμαλθείας δοιὸν τοῦ κέρας
Οἷον χαρίσαιτο χαρίεν κέρας βοός.
Ἀργύρεον δέπας τοῦτ' ἐστὶ καὶ ἔγχος μάχης,
Πρὸς τοῦτ' ὁ βούλοιτ' ἄν τις ἡμῶν ἐκτήσατο id est,
Tunc illud esse cornu Amaltheæ putas,
Cuiusmodi pingit pictor, cornu boum
Argentea est moneta, quam qui possidet,
Hanc copiose pro votis cuncta assumit.

Phocylides agrum cornu Amaltheæ accipit, quod ad victum necessaria & sustinẽdæ vitæ alimoniam suppeditet, eo versu, Ἀχρὸν γὰρ τε λείχειον ἀμαλθείης κέρας ἔσῃ. Phocion Peripateticus librum scripsit multa varia atque historia refertum, inscripsitque κέρας ἀμαλθείας, teste Gellio. Philostratus de Dione, Δίωνα τὸν φουσαῆα, ὃν εἶδον ἐγὼ φουσαῆα, δίκαιόν τε καὶ πολλὰ ἀριστίνδην, ἀμαλθείας τὸ κέρας ἐκάλουν τὸν λόγον. id est, Dionem Prusæum hunc ego quo nomine compellabo, propter mitificam in omni genere præstantiam, erat enim iuxta prouerbium, Amaltheæ cornu.

Lemnius obtutus. 89

De aspectu truculento. Λήμνιον βλέπειν, id est, Lemnium obtueri, de truculento & quasi igneo aspectu prouerbialiter dici ostendit Eustathius Iliados primo, & exponit, ἀφόβως καὶ πυρώδες βλέπειν. Lemnij homines olim & immanes fuisse narrãtur, qui natos sibi ex Atticis fœminis liberos nefariè trucidarũt, teste Herodoto: vnde & Lemnia manus, pro longa-

sanguinaria, & Lemnium malum de insigni & ineuitabili malo natum est. Citatur ab Hesychio addita causa, quoniam in Lemno inuentus sit ignis. Quid? quod primi ferrarias officinas, fabricatis exitio mortalium & ad cædes repertis telis, instituerunt, qua de causa & Sinties à nocendi argumento nuncupati fuere.

Cum Protogene mortuo bellum gerit. 90

De iis qui in mortuos insultant.

Bellum cum protogeno mortuo gerere, prouerbiali figura dicitur qui in mortuorum scripta inuehitur, mortuorum manes conuitijs impetit, aut quomodocunque illis iniurius est. Extat apud Au. Gellium lib. 15. cap. vltimo. Demetrius Poliorcetes cognomento dictus, à solertia machinarum oppugnandis vrbibus repertarum, Rhodum obsidens, incendio statuerat abolere ædes extra vrbem, in quibus asseruabatur pulcherrimi operis imago, à Protogene illustri pictore facta, quod eam hostili vrbi inuideret. re intellecta Rhodij legatos ad eum mittunt cum his verbis, Petimus, consideres, ne turpe tibi sit, quia non potueris bello Rhodios vincere, bellum cum Protogene mortuo gessisse. Huc spectat Philostrati Lemnij dictum quo Æsanum repercussit, qui accusationem criminum retro tyranni scripserat, Laudaremus, inquit, institutum tuum, si viuum accusasses, viuentem namque tyrannum incessere, viri esse duco, at mortuo insultare cuiusuis. Græcè ita sonat, Εἰ γὰρ δὶς μὴ ζῶντα τὸν τύραννον διέβαλλον, ἀνδρὸς, τὸ δὲ τεθνεῶτα κερμανῶ, παντός. Eodem tempore Placus fregit columnas Aufidij Pothonis, qui orationes meditabatur à morte Planci edēdas, ne reipōdere posset, dictitans, Cū mortuis ōn nisi laruas luctari, quod à Plinio in præfatione Naturalis Historiæ inscripta relatum est. In hanc sententiam trahi potest illud Epigramma,

Βάσκανε τῶν μετὰ πότμον ἐμὸν δίμας, ὄφρα κ' αἰνῇ
Νικεῦ σῶμα λέοντ' ἐφράσαι ὡς λαγοὺς. id est,
Nunc postfata meum tellus contegit corpus,
Audet & exanimum lepus infestare leonem.

Mercury catena. 91

De eloquentissimo.

Ἑρμαικὴ σειρὰ, id est, Mercurij catena, adagiali specie vsurpatur ab Eunapio Sardiano de inuictæ eloquentiæ homine, qui quò velit linguæ lenocinio auditores rapere & transducere possit. Sic enim ait, ὁ δὲ πορεύεται ὥσπερ ἑρμαικὴ τις σειρὰ ἐκ θεῶν ἐπ' ἀνθρώπους ὑπὸ τοῦ κρείττονος παιδείας πεμφθεὶς ἐς τὸ βέλτιστον καὶ καθαρὸν ἐκκαλλωπίσαι. i. At Porphyrius velut Mercurialis quædam catena ad mortales deuergens, cuncta clarè puréque in lucem protulit, variæ doctrinæ beneficio. Notum est de Herculis Ogmij catena auribus hominum inserta, qua eos circumducebat, ex Luciani opusculo: Herculem verò eundem cum Mercurio existimauit religio Druidarum, & Ægyptiorum schola.

Vt egeni eruum. 92

Boni consulēda qualiacunque.

Οὐκ ἔστιν ὅτου χρήσεται, οὐδὲ ἐρεῖ, id est. Id quod in frumenti inopia, eruum videlicet vsus erit quum significare voluimus, boni consulenda esse qualiacunque sint deteriora, vbi non adsit melioriorum copia. Glandium esus mortalibus fuit gratissimus ante repertas & à Triptolemo commonstratas Cereales fruges. Solet autem usuenire famis tempore, aut vbi frumentum deest, vt legumina quæuis, viciam, lentem, eruum, aliáque χείρονα in victum commutet vulgus, ad placandam esuriei iniuriam & sustinendam vitam, vbi cætera deficiunt necessaria. Philostratus in Nicete; ἀλλ' ἄπορία ἦν ἀνδρῶν σοφιστῶν ἐκεκράτηντο τῆς τοῦ ἑαυτῶν ἥλω, ὅτι τὰ βέλτιστα τῆς οὐκ ἔστιν ὅτου χρήσεται οἱ θεσμοὶ, id est, Inopia præcellentium doctorum, in pretio fuerunt habiti à Græcis ea tempestate, quemadmodum eruum magni fit apud illos qui frumento carent.

Ne in virginis quidem esse potest. 93

De contempto homine.

De abiecto viro, qui in contemptum venit prouerbiali figura dixit Cicero lib. 2. epistol. ad Atticum. Subcontumeliosè tractatur noster Publius, qui cùm in domo Cæsaris quondam vnus vir fuerit, nunc ne in virgine quidem esse potuerit. Indicat Publium qui quidam antea potuerit apud Cæsarem, nunc de gradu decectum inania sit. & penes quem solum summa rei steterat, nunc ne inter virginis quidem primos locum habere posse.

Sub tecto imbrem exaudire. 94

Prouerbij extat in eadem epistola Sophoclis sententia ὑπὸ στέγης Πυρὸν ἀκούειν ψακάδος θέλουσαν φρενί. id est, Animo sopito audire spissum imbrem domi sub tecto. Quo versu significatur magna animi tranquillitas & à curis omnibus vacuitas. verba Ciceronis hæc sunt. Cupio istorum naufragia ex terra intueri, cupio, vt ait tuus amicus Sophocles, ἡσυχῇ στέγης Πυρὸν ἀκούειν ψακάδος θέλουσαν φρενί. Lectionem germanam loci huius primus repoluit doctissimus acerrimique iudicij vir Petrus Victorius, nisi quòd lecturam vetusti sui exemplaris quod ψακάδος habet, reiiciat, repositá molliter dictione ψακάδος, quum illam agnoscat & Hesychius & Etymologici author, ψάκης enim inquiunt stillicidium est, & ψακάζειν stillare. Versus autem ex Sophoclis Tympanistis integri suis numeris hi sunt, citati etiam à Stobæo,

De magna animi tranquillitate.

Τὶ χάρμα τύπου μεῖζον ἢ κάλως πεσεῖν
Τῷ γῆς ὑπ' ἀγκὼν ψακάδος θέλουσαν ὀρφνῇ. id est,
Quod auditus maiusque gaudium expetas
Quam siti es obtinentem & sub tecto domi
Animo sopito audire densum imbrem.

Gratiores verò solent esse imbres quum pluit, & tecta destillant. Porrò Ciceronis prior sententia deflexa videtur ex Archippo, cuius iste versus legitur ἡσυχῇ δὲ πόντος ἀστασίαστος κεῖται γὰρ ἔρᾳ, id est, Mare cernere à terra, dulce est spectaculum.

Amnis instar volvitur. 95

De re in summo versante periculo.

Ὥσπερ σιμόεις κυλίνδεται, id est, Simoentis instar volvitur. Prouerbiale est de rebus quæ in extremum præcipites feruntur, aut fortunis alicuius pessum euntibus. Citatur ex Aristophane Senarius istiusmodi in rejpub. depeculatores:

Τὸ δ' ἦτορ ὥσπερ Σιμόεις κυλίνδεται. id est,
Simoentis instar volutur respublica.

Qui versus mutilus apud Stobæum legitur, pro trisyllaba σιμόεις suppositá dissyllaba σιμός. Transferri poterit ad religionem difficillimis istis temporibus nutabundam, & in præceps labentem more fluentis aquæ, hoc modo,

Θρησκεία δ' ὥσπερ σιμόεις κυλίνδεται, id est,
More Simoentis religio præceps abit.

Est autem Simois Troianus fluuius ex Ida monte delapsus, nobilitatus Homeri & Virgilij scriptis.

Priusquam pinsueris, farinam subigis. 96

Præposterum negotium.

Πρὶν ἢ πτίσαι, τὴν ἄλφιτα, subaudi πάσεται. id est, priusquam pinsueris, farinam subigis aut macerabis. Dicitur in homines præposteros, qui peruerso ordine, quod postremo factum oportuit, primum omnium faciunt. Præposterè agit qui subigere tentat, priusquam triticum à glumis separetur & pinsatur. Eustathius in decimum nonum Odysseæ perperam legens πρὶν ἢ πῆσαι, quod sonat, Priusquam affaueris, occasionem labendi dedit lectionem eius secutis minus venustam minusque explicatam. Simile illi adducit Suidas, & ex eo proclubio Eustathius mutuatus tale Prouerbium, πρὶν ἰχθῦς ἄγειν, τὸ πῶμα κεκρᾶσθαι, id est, Ante captos pisces mare agitas, aut salem aquæ misces, Quod conuenit in præproperos homines, qui locupletes ipe præcipiunt futuram adhuc victoriam.

Nondum incurvam cerusicem Iupiter habet. 97

Extat inter Tyrtæi poemata, quæ admonitoria ad bellicam virtutem Spartanæ iuuentuti scripsit, prouerbialis versus:

Θαρσεῖτ', οὔπω ζεὺς ἀγκύλα λοξὰ ἔχει. id est,
Animo constanter habete, Iupiter haud dum etenim colla retorta gerit. Quo vti licebit apud deiectos animos & facilè consternatos, quos in rebus duris, durare se & confirmare admonebimus. Metaphora translata à supplicibus & depressa mente præditis, quos incurvicervicos Pacuuius vocat, quo spectant & versus de seruitute apud Philonem,

Οὐκοῦν δύσκολα κεφαλὴ δοῦλια πέφυκεν,
Ἀλλ' ἀεὶ σκολιὴ αἰχένα λοξὸν ἔχει. hoc est,
Haud solitum est seruile caput se attollere rectum:
Semper at obli quum colla retorta gerit.

E vipera rursum vipera nascitur. 98

Similem à similis nasci.

Ἐξ ἰχίδνης πάλιν ἔχιδνα γίγνεται. E vipera rursum nascitur vipera: Appositè, qui deterior in improbi præceptoris improbum discipulum, scelesti patris scelestum filium: Citat Ioannes Stobæus ex Eudoro, nescio quo,

Ἐκ τῦ κακοῦ ὃ φῦτος τὸ πονηρὸν
Ὡς ἐξ ἰχθύος πάλιν ἔχιδνα γίνεται. id est,
Ex improbo natura gignit improbum,
Vt vipera iterum nascitur de vipera.

Pertinet ad eiusdem illam σκίλλαν ῥίζοτομεῖν. Et scilla rosa non nascitur, siue σκίλλαν accipias herbam globosa rádice, siue lentiscum arborem, nam ex Etymologici autoris & Plutarcho in Pericle notum sit σκίλλαν etiam χῖον vocari.

Thmuitarum hircus. 99

Mulierosus homo.

Ὁ θμουίτης τράγος, Thmuitarum hircus, de mulieroso homine, in quem adhinniunt quodammodo scorta, ad vnius nutum parata. D. Clemens in Protreptico loquens de Apolline nobili infessore, qui amicas multas habuerit, inter quas commemorantur, Æthusa, Arsinoe, Zeuxippe, Prothoe, Marpissa, & Hypsipyle, ἐνενήκοντα γοῦν, inquit, γυναικῶν ἐχ ὕδατι ἢ αἵματι ὁ Θμουίτης τράγος, id est, Mulierculis ad satietatem se expleuit non paucioribus quam capris Thmuitarum hircus. Est autem Thmuis oppidum Ægypti Stephano teste. Eusebius & Nicephorus Phileæ meminerunt Thmuitarum episcopi viri sanctissimi. Nemini verò dubium est, singula Ægypti oppida peculiaria habuisse olim numina, animalia, quibus diuinos faciebant honores, Tentyritæ accipitrem, Combitæ crocodilum, lupum Lycopolitani, canem Bubastij, ouem Saitæ, capram & hircum Mendesij, hircum Thmuitæ colebant, cui vt verisimile est, capras votiuas, victimas & donaria sacra offerebant affatim: Itaque ganeonem insignem aut notæ famæ mœchum pluribus abundare fœminis dicemus, quàm olim capris Thmuitarum hircus.

Numina variis Ægyptiorum.

Ventos pascere. 100

De inani & operam.

Ἀνέμους τυμαίνειν, id est, ventos pascere, hoc est, instar ouium agere dicitur qui inanem animi operam, nihil operæpretij faciens, D. Clemens Alexandrinus, ὃς ἔξεστιν ἔδειν ἡδίστην, ὅταν τοιμαίνῃ ἀνέμους, ἢ διώκειν ὀρνέα πτερωτά, id est, Qui mendacis inuitatus, ventos pascit & volucres aues persequitur.

ADAGIORVM HADRIANI IVNII CENTVRIA QVARTA.

Tenedia tegula. 1

Τενέδιος πλίνθος, id est, Tenedium fictile, Prouerbiali schemate dicitur de re fragili, & in qua contrectanda magna opus sit religione. Dion Chrysostomus oratione 42. χρὴ δὲ οὐδὲ ἀκροᾶσθαι πάντα σαν οἱ ἐμοὶ λόγοι τὸ παράπαν τῦ πυνθάνου, ἢ χρὴ ὁπόσοι τῶν μὲ ἀκροατῶν ἐμβαίνουσι πάροδον, ὥσπερ ἐν ταῖς Τενεδίαις πλίνθοις, διὰ πολλοῦ σκοποῦντες, ὅπως μὴ σφαλεῖσαι, ὄστρακα ἔχοντες λαβεῖν αἰσχύνωνται. id est, Idem propemodum meis orationibus accidit, quod fictilibus Tenediis: illuc enim qui prætersauigant aduenæ omnes, manum fictilibus immittunt, nemo autem ferè integrum perfert, sed plerique omnes ea vel atterendo perfringũt, vel colliduntignorantes testacea sese tractare. Loquitur de suis scriptis, quæ quum omnibus in ore essent, multi liberè de industria verba immurabant, vel ne memoriæ lapsum proderent, vel etiam inuiti quibus nihil esset peculij, vnde librum compararent, atque verbatim ediscerent. Transferri potest prouerbium ad orationem aut carmen, in quibus qui immutare & liberius transponere verba conatur, is facilè impingit, vt aut orationis vim eneruet, aut sanguinem deducat, aut cursum frangat. Anxietate summa & sollicita cura hîc opus est, quod interdum vnica syllaba, imò litera momentum omne trahat. Congruè, vt existimo, de sacra scriptura dici poterit, quam cum veluti ceream flectique facilem, in vtramuis partem interpretentur hæretici, id fermè accidere videmus, vt quæ confirmandæ suæ opinioni faciunt testimonia, mutilatè hinc inde cõgerant, ratiõ locum integrum in medium proferant. Sobriis autem animis tractati vult scriptura sacra, haud perfunctoriè & ruditer: vnde fit, quod insimulat Nazianzenus vt τοῖς μὲ ἀφειδῶς ἔχουσι, τοῖς ἢ κακίας αὐθις, hoc est, istis quidem virtutis sit armamentum: illis verò nequitiæ calcar. Quod de sacra scriptura dixi, locum habet etiam in aliis scientiis. Non aliorsum Hierosolyma multi & quidem doctissimi viri se contulisse leguntur, quàm vt prototypos libros inspicerent, lectionisque fidem explorarent, vt ea ratione lubrico errorismateriam subtraherent: inter quos Originem & Melitonem Sardianum aliósque Nicephorus commemorat. Ea in parte, præter Tachygraphos & Calligraphos, quos vetustas habuit, illos qui scribendi celeritate viuam vocem fermè exæquarent, hos qui nitidè literas calamo exararent, primatum obtinent ij, quos αὐλόγραφους Strabo nominat, qui magna diligentia & religione scripta conferebant, ab archetypo ne latum quidem vnguem discedere ausi.

Tenedium fictile.

Agrestibus oleribus victitare. 2

Homo sordidus.

De homine sordido, qui suum defraudat genium, dictum est illud Pherecratis Comici, in fabula cui ἀγρίου nomen, ὃν ἔστιν ἰδεῖν ἀγροικότατον καὶ σκληρότατον ζῶντα, ὑπόταν δ' ὕδη πεπὼν σφόδρα ὠσπερεὶ πὺξ πολυπόδης νύκτωρ ἐσεπρώκῃ ὑπὸς τὰς δικτύους, id est, Agrestibus holusculis ac carduis viuere, quumque vehementer esuierit polyporum instar noctu digitos intus arrodere. Apud Athenæum malè legitur pro ὑπὸς, ὑπ' ἢ & σπόνδοις, pro σπόνδους. Sunt autem θρύσκα & θρίδακα teste Hesychio, ἄγρια λάχανα, agrestia quædã holera, σπόνδυλα verò cardui species. Potest etiam dici de homine egeno qui omnis subsidij expers ad inhumana edulia adigitur. Porrò quoniam istiusmodi holera difficulter eluuntur, hinc Cratinus Comicus δυσθρίακτον prouerbialiter dixit, quod intellectu arduum est, & ingenio ægrè consequi quis possit.

Θρύσκα & θρίδακα.

Σπόνδυλα.

Δυσθρίακτον.

Magis mutus quam perdix. 3

Impendio garrulus.

Meminit Plutarchus libello De non fœnerando, ἀφωνότερος ὀρτυγος, Perdice magis mutus, in hominem impendio loquacem, vt per antiphrasin proferatur, quippe quum loquacitatem auis non dissimulanter in Symposiacis perstringat Plutarchus: vel saltem in indoctum hominem & hæsitabundum, qui lapsante lingua, aut odiosa verborum ingeminatione aures obtundit: natiuus enim auis sonus est κατακίζειν: vt autem perdix iterato vocabulo, caca, fastidium auribus creauit & ineptus poëtaster, verborum & rerum optimarum parcus, perdice magis mutus.

Lingua quidem segnis, sed dextra viget. 4

Γλῶττα μὲ ἀργόν, χεὶρ δ' ἔχει ἐργάτην.
Ignava lingua sortis at manus viget.

Senarius est prouerbialis frequens apud Eustathium ex Philoctete Sophoclis desumptus, de iis qui dicendo parum valent, verbis inferiores, sed fortitudine aut robore præstant. sic Aiax Telamonius apud Homerum, breui oratione plerunque vtitur, dextræ tamen gloria nulli cessurus. Non absurdè quis transferat, ad hominem doctum paucorum verborum, sed calamo promptiorem: tales non paucos inuenias, qui si verbis agendum sit penè elingues videantur: sin ad stylum res peruenerit, parum muti sint.

Apud Syrenas aut Lotophagos hærere. 5

De inutili studio

Dicetur appositè de iis qui peregrè diu hæsere, velut exoticis deliciis inescati: Neque inconcinnè de iis dixeris qui inutili quopiam studio immorantur, tempus melioresque horas, imò ætatem totam in eo consumunt. Symmachus in epistolis, Vt mihi quasi apud Sirenas aut Lotophagos hæsisse videaris. Similiter vsus est illo Aul. Gellius lib. 16. Cui sanè si modum non feceris, periculum non mediocre erit, ne vt plerique alij, tu quoque in illis dialecticæ gyris atque mixandris, tanquam apud Sirenios scopulos contenebras. Sirenes Acheloi & Melpomenes filiæ fuisse produntur, vel Steropes Amythaonis filiæ quarum nomina Thelxiepea, & Aglaopheme. Lycophron tres numerat, sed bulæ

bulæ illis tribuunt pennas, quas ablatas Musæ sibi vendicarint. Plura de illis leges in Eustathij commentarijs in Odyss. μ. Huc spectat quod apud Athenæum coquus quidam loquitur. Διὸ πανταχοῦ ἀρχόμενον ἀπὸ ξύλου δεῖ τὸν ὑμνοῦντα σφόδρα ἐγρηγορέναι τῶν ὑφ' αὑτὸν πάντων. ὑπὸ γὰρ τοῦ μακροῦ χρόνου λανθάνουσιν ἀκόλουθον ἁρμόττοντες τῷ πρώτῳ τινὰ, ὁ δὲ παροὺς πᾶς, ἀλλ' ἔστιν ὅτε καὶ ἡ τύχη συνέβαλε ἐκεῖνον ἐπιτυχεῖν ἀρχῆς ἐξαπίνης μεγάλης καὶ φανερᾶς. id est, Si fartaginem semel concinnaro, videbis quod de Sirenibus legimus, denuo fieri, vt nemo angiportum hoc præterire queat propter fragrantiam, quinimò quisquis præterierit, illico hians neque mutiens stabit ante fores velut clauo affixus. Lotus verò fructus est arboris, mespilo assimilis, ex quo vt & à palmulis vinum exprimitur: alij herbam & radicem esse aiunt, qua gustata arenosæ Libyæ incolæ sitim extinguunt. Polybius oculata fide tradit Lotos arborem esse pumilam, asperam, spinosam, frondibus viridantem rhamno similibus, cuius fructus initio candidis myrtidibus non dissimilis sit, mox increscens colore phœniceo palmeóve euadat, magnitudine rotundæ oliuæ, nucleo perpusillo, è quo delicatus exprimatur latex, quo sine admixtu aquæ sit timpleuent, vitra decimum diem non durabilis. Lotus.

Προοίμιον & exordium res. 6

A fabulis, quia vitæ humanæ actiones quàm proximè repræsentant velut in speculo, multiplex adagiorum materia excreuit stolonum instar suppullulàs, ita προοίμιον & contractius φροίμιον. id est, prooemium pro initio acceptum legitur. Xenophon, Οὐκ ἐξέσται σοι ἡδονῆς προοίμιον ἐδωδῆς, id est, non imponam tibi voluptatis prooemijs, ita vocans exordiorationis ad animum illaqueationem comparata. D. Andreas Hierosolymitanus oratione in angelicam salutationem, Ἐπειδὴ ὁ ἀληθὴς φίλος χρεὼν προοίμια δίχεται, id est; Hinc natura humana lætitiæ prooemia accipit, hoc est, primordia. Proclus Constantinopol. episcopus, φασὶν οἱ παλαιοὶ, προοίμιον, φησὶ, id est, Parturitionis quæ naturæ lege fit, prooemium initiumque est, violatio. Eunapius de Maximino, ἄξια γὰρ τῆς δυναστείας αὐτῷ τὰ προοίμια, τῶν μελλόντων αὐτὸν ἀμείνονα ἐλπίζειν παρεσκεύαζε: id est, Impietatis illius parœmia tormentis subsecuturis consona. Nazianzenus ad Olympium, τὰ προοίμια τῆς σῆς ἀρχῆς ἢ τιμιώτερα τῶν ἄλλων ἐτέρων ἐδοκιμάσαμεν, id est, Prooemia tui imperij honoratiora existere, contributa aliorum gloria: Idem in monodia, τῶν ἐμῶν τῆς φιλίας προοίμιον, id est, Istud nobis fuit amicitiæ prooemium & rudimentum. Huiusmodi sonat responsum Dromeæ parasiti apud Athenæum in Dipnosoph. τὸ προοίμιον τῆς ὁ χαλκοῦς λίθων χρυσίων ἢ τῆς ὁ ἄσσος ἐξεκαθῆρε, hoc est, Prooemium cœnæ Chalcidicæ splendidius esse apparatu vibico. Similiter Flauius Philostratus de Palamede loquens, ἐκ λύκου ὁ λοιμὸς προοίμιον λοιμοῦ ἐκαίνισε, id est, Lupos prooemium pestis facit Apollo, indicans à luporum nece aulpicari pestis initium. Translatione inde ducta quòd fabulæ à prooemijs exordiantur. Tale est illud in bellica acclamatione ex tragœdia,

Κλοὺ δ' ἀμφὶ πολέμου βάκτρῳ, ἰὴ ἰὴ παιών, προοίμιον, id est,
Vociferatio, belli pila, ades, hastarum prooemium, vel vt apud Athenæum legitur, ἀρχῖον, id est, votorum prooemium, quòd à votis & numinis obtestatione belli præludia ordiantur prior lectio extat alicubi apud Eustathium. Huc spectat & Herodis Attici dictum apud Philostratum, Δοκεῖς μοι τοῖς ἐμοῖς προοιμίοις, id est, Videris mihi haud scitè prooemijs vti, innuentis eum parum diligentem in captanda auditorum beneuolentia, quæ prooemium quoddam est actionis omnis. Consimiliter Ἔξοδον ἁρμάτων, rei ex odium, pro exitu sumunt Græci, quoniam postremus fabulæ tragicæ cantus, quem egredientes concinebant, ἔξοδος dicebatur. Pollux teste, libro Onomasti quarto, quanquam Nonius Marcellus Exodium dictum putet quasi ἔξω τῆς ὁδοῦ, hoc est, extra viam. Appianus in Parthico, vel Plutarchus in Crasso (vtrobique enim eadem verba numeroso paginarum tractu leguntur, vt dubium sit mihi, vter plagij rit insimulandus) dixit ἐν τοῖς φασὶ ξοδίοις ἁρμασι τραγῳδίας ὕστερ πρόλογος πλάττων. id est, Ferunt Crassi expeditionem Parthicam in eiusmodi exodijs, instar tragœdiæ, desijsse. Varro hecatombe περὶ ἑκατὸν, Socrates cum in vinculis publicis esset, & jam bibisset κώνειον in exodio vitæ, ita enim habet genuina lectio in manuscripto Nonij exemplari. Idem. Quæ seruitutis & libertatis ab origine ad exodium adductæ. & iterum in ἐφ' ἁρμάτων. Quod cœperas modò in via narrare vt ad exodium ducas. T. Liuius lib. 7. Exodia appellari ridicula intexta versibus scribens, videtur ea cum Episodijs confudisse. Conuenit autem ferè cum Catastrophe, nisi quòd hæc lætum exitum plerunque denotet. Sic ἐπεισόδιον dicitur quicquid aduentitium est, quod in fabulis illud dicatus ciendi risus gratia adiectum, cuiusmodi apud mechanicos παρέισμα, nostris appendix dicitur: ita in Epigram. Græcis φίλος ἀπὸ ἐπεισοδίου, id est, fuci ascititius flos dicitur, minime genuinus: sic accipit Gregorius Nazianzenus ad Basilium, μὴ ἄλλως τινὸς ἐπεισοδίου φροντίσωμεν. id est, quum me alterius ferculi loco proposuissent. Plutarchus Luculli delicias annumerat & tripudia & παρεμβολὰς ἐπεισοδίων, adiecticias cantilenas aut narrationes. Heliodorus lib. 1. τὸ δὲ τῆς τραγῳδίας, ἐκ τοῦ καιροῦ γέγονε δή, ἐπεισόδιον ἦρθη. id est, Illud episodium tragicum non fuerit huius loci atque temporis. Heliodorus lib 2. ἐπεισόδιον δὲ τοῦτο οὐδὲν φασὶ πρὸς τὸν Διόνυσον ἐπεισκυκλούμενον. id est; Episodium istud, aiunt, nihil ad Bacchum, quod aiunt, importunè introduxisti. Accedit ad hanc classem & de epilogo manans prouerbium, ὁ κακὸς τὴν ἐπιλύσιν χείρω, hoc est, perperam vti epilogo, de iis qui infelicem dictis factisue suis finem imponunt. Iam verò & ipsum dramatis seu fabulæ vocabulum, miseriæ cuiusdam & calamitosæ sortis, qualis ferè in tragœdijs describitur, significationem habet. Nazianzenus ad Sophronium prætudem. Δρᾶμα γελάσαμεν, οἱ ποτὲ τερπνοῖς ἐπιτερπόμενοι. id est, Nos ipsi qui in locupletum numero habeamur, fabula facti sumus. Idem in priore inuectiua Iulianum Imperatorem appellat δρᾶμα ἀσεβείας, velut impietatis fabulam & documentum. Halicarnassæus lib. 1. δραματικῶς μᾶλλον ἢ ἀπιθάνως. id est, fabulosè absurditatis plenum.

Phidias pacem amat. 7

Φειδίας εἰρήνην φιλεῖ, id est, Phidias paci studet. Citatur à Suida nominatim prouerbij vice, sed non explicatur vsus. Arbitror eò referri quòd artes Palladias bellum studijs & industriæ inimicum fugiunt, pacem & almam quietem adamant: Potest & aliò torqueri, quod bellum videlicet inexhaustos maximósque sumptus quærit, nihil parcum, Phidiæ autem nomen ἀπὸ τῆς φειδοῦς, id est, à parcendo etymon habere videtur: Princeps qui bellum conficere feliciter cupiat, à parsimoniæ sordibus abesse quàm longissimè debet, & in militem aliósque belli vsus pecunias militiæ neruos liberaliter effundere. Constat autem in M. neruæ eburneæ à Phidia Athenienfibus fabricatæ impendium, coacta fuisse quinquaginta talenta à Pericle, & quum repetundarum arcesseretur, Alcibiadis consilio ne rationes redderet, bellum mouisse. Phidias.

Leporem frondium crepitus terret. 8

Gregorius Nazianzenus in Distichis sententiosis.

φύλλων κελαδὴς ἀφροδίσιον εἰκότως,
Λαγὼς δ' ἀκάνθης αἰσχύνει τὸν τραυλισμόν. id est.
Lepus fragore territatus frondium,
Vmbræque rerum timidulos terrent vires.

Arduus & infractus animus non commouetur rebus aduersis & reflante fortuna, neque periculi tempestas illum aut honoris aura vnquam de suo cursu vel spe vel metu depellit, quod de Q. Catulo summo in republ. viro dixit M. Cicero: vnde hausisse videtur Inuictissimus noster princeps Hispaniarum & Angliæ rex D. PHILIPPVS egregium illud symbolum quo monetam, quam in vulgus nimbi instar in Belgica inauguraui sparsit, olim insigniuerat, constantiæ indubitatæ testimonio, quæ neque periculorum magnitudine, neque præmiorum ostentatione à recti semita deduci ipsum pateretur. Nihil verius illo poetæ oraculo, Degeneres animos timor arguit: at vir fortis præsentis animi consilio vtitur, in rebus asperis non perturbatur, neque tumultuando quasi de gradu deiicitur.

Aequalia reddere capita in pugna. 9

Nazianzenus in funebri oratione Basilio Magno dicta, ἐγὼ τοῦ παρ' ἡμῶν ῥοπὴν χαρίζομαι, ἵσους ἀμφὶ τοὺς κινδύνους, τῷ λόγῳ, ποιήσας. id est, Addito à me subsidij momento, æqualia in conflictu capita, iuxta prouerbium, vt essent effecti. Quadrabit quum quis dimicantibus arbiter datus, nunc hunc, nunc illum auxi- Exodium.

laribus argumentis suppeditatis sustinet in æquilibrio quod in contentionis initium pausa accessio in tali pugna, ἐπιφέρεια νίκαν, hoc est, victoriam alterutrò declinantem tam facile potest. Locus vt iterum desumptus ex Homero Iliad. vndecimo, vbi Græci pariter & Troiani pari Martè depugnantes, neutro alternante victoria ἴσας δ' ἔχεν αἰνοπάτρης ἔχεν. hoc est, æqualia in duello capita habebant.

Tigranem salutare. 10

Vel rem agere cum fastuoso.

Tigranem salutare, specie proverbij dicitur, cui res est cum fastuoso & potentia elato homine, qui humana fortè maiorem se ducit, ita vt turpatum video à Cicerone ad Atticum lib. 2. Quid enim ad plebem transisti? vt Tigranem intrò salutarum? narrà mihi, Reges Armenij patricios salutare non solent. Dialogismus est, quo cum Publio iam plebeio facto instituerat hirgate, Pompeius quo plebeia causa astebatur, insolentior erat, vnde Sampsiceramum velut Syriæ dominum & Arsbarchen quasi Arabum regem cum nominat non semel Cicero. Porro regum Persarum & Armeniorum tantus fuit fastus vt nunquam se hominum cõspici dignarentur, vt in Panegyricis Manertini legitur: fuit autem Tigranes Armeniæ rex potentissimus qui Mithridatem Ponti regem rebus suis diffidentem confirmauit atque erexit.

Vbi nec Pelopidarum facta. 11

Qui honorum ciuilium, publicorum negotiorum aut fastus aulici fugientes, ignobilem obscuro in tuguriolo vitam carpunt vel qui vitandorum periculorum gratiam, ne capite pariter & fortunis oppugnentur, aut ingentis æris alieni nomine grauati, in peregrinas regiones se abdunt, vbi ignorentur, de his proverbialis versus dicetur, quo semel atque iterum vtitur Cicero, vt lib. ad Atticum decimoquinto: Euolare hinc idque quamprimum, vbi nec Pelopidarum facta, neque famam audiam. & lib. 14. Itaque exire aueo, vbi Nec Pelopidarum inquit, quo in loco versus finem truncatur. Videtur autem ex tragœdia quapiam senarius esse cum cauda præcedentis vel pars tetrametri, hoc modo, Vbi nec Pelopidarum facta neque famam audiam. Pelopis Tantali nati eiusque posterorum latissimum olim fuit imperium, de quo ita Tyrtæus,

Οὐδ' εἰ τανταλίδου Πέλοπος βασιλήιον ἔλθοι. id est,
Non si Tantalidæ Pelopis possedero regna.

Turturis instar male canis. 12

De tenui victum quæritante.

Πεπρὰ κὴ τρυγόνα φάλλεν, id est, Turturis ritu dira canis. Proverbium est de egenis, & qui laboriosè tenuiterque victum quærunt. Natum inde quòd turtur tanè maxime canere solet quum fames & media vrget. Neque ibi rideo, vt mihi videtur, quadrare possit in malum poetam, ineptis versibus fastidiosum, autiũ tædio naturam vrit, πεπρὰ κὴ τρυγόνα φάλλεν, Turturis in morem male cantillare. Nam turturis cantus gemitum æmulatur, vnde & auem illam gemere dixit, & quidem propriè Virgilius.

Cuius nunc calent aræ. 13

Τοῦ νῦν θερμαί εἰσιν, id est, Cui nunc calent aræ, Adagium illi finitimum, Nunc tuum ferrum in igni est. De iis qui per occasionem in pretio sunt, & pro re nata magnifiunt. Aristophanes in Lemniis citatur,

Τὸν ἀγαθὸν λῆμνον ἐν τῷ θερμῷ τίθει ὁ βουλεύ. id est,
Præ cæteris Lemnum potentem, cuius ara nunc calet.

Natum è vulgi superstitione, quod mobili ingenio, affluunt nunc huc, nunc illuc Diui numini æquius esse solet atque addictius, vt pro varia occasione religio huc vel illuc animum inflexerit. Sic ferè Lanum alloquitur Septimius Aier in Georgicis apud Terentianum Maurum,

Tibi vetus ara dicauit aborigineo sacello.

Abdominis minister. 14

De gulosis ventrique addictis.

In gulonem & comessatorem voluptatibus omnia metientem quadrat proverbialis senarius Lucip. in primi Antonio,

Τραπέζης δοῦλος καὶ γαστρὸς θεράπων. id est,
Abdominis minister & seruus gulæ.

Citatur ab Athenæo Deipnosoph. decimo, & à Galeno in Methodi primo, Menophili versus de Athleta tantùm solum veritis nato.

Οἱ πρόσθε μὲν ζῶν τὴν μακαριωτάτην δή,
Νῦν δ' ἀδύνατον, πρὶν γὰρ νέκυς ἦν σπάνιν

Γνάθου τε δοῦλος καὶ γαστρὸς θεράπων.
Knemus ait, Cor ne vim ferat ullam nunquam. id est,
In primis hi a dicere nunquam valere
Refert, nec vnquam illud quæsiuisse qui potest
Seruum, quæ buccæ & ventris abdominis
Opes parare alendo patrio solo.

Libuit locum totum adscribere vt vtriusque authoris vitiosas tu emendas lanarem, nam primus versus apud Galenum prodigiose depravatus ita legitur, οἱ πρόσθε εἶναι ἐν μαιῶν δυ. & postremus apud Athenæum similiter hoc pacto, ὡς γὰρ ἔστ' οὐ πάσης. Gregorius Nazianzenus in Athanasium, τοῦτο πρὸς πρωτεῖα δόξης δοῦλον καὶ μάζης ὄντα, πατρὸς καὶ πάσης ἐγκράτειαν ὅτι τὰ γαστρὸς μιμᾶται, id est, Alienæ quadræ seruum, mazaque venalem, ventris gratia quiduis & facere & loqui edoctum. Consimili modo auarum hominem, δοῦλον τῶν Μαρσυπιῶν βαλαντίων, id est, marsupiorum mancipium vocauit Eunapius. Pertinet huc & Diphili Comici illud, Παγκάλως, ἀντὶ δούλου μὲν σίτου ἀπολεῖ, id est. Ouesus, adepe tantus Siculo: quod ipsum proverbij specie detorsit Plutarchus in Nicia in Timæum historicum, tarditatem ingenij pinguis, & stupiditatem scriptoris notans. Marsupiorum mancipium.

Bubulcus antea nunc caprarius. 15

Βοῦς μὲν ἔφθης, νῦν δ' αἰπόλου αἶσχιον εἶ. id est,
Caprigeni gregis es ductor, primo ante bubulcus.

Theocritus Idyllio primo. De iis qui in peius degenerant, ab equis, quod dictum, ad asinos: vel qui personam sustinere nequeunt aut tueri, quam præ se ferunt, vel qui placidos mores in asperos commutant, humanos prius & mites, nunc crudeles & efferati, denique ex Mitionibus Demeæ. Natum videtur à boum & caprarum ingenio, quod processu temporis bubulci caprarique in consuetudinem rapiuntur, animantiumque istorum mores imitantur. Boues vt sunt placidi & mansueto ingenio, ita & eorum magistri: contrà caprarij salacitate & intractabili feritate capras æmulari creduntur contagione in naturam abeunte.

Æolisare. 16

Æolos frauduleti.

Αἰολίζειν, pro circumscribere & decipere, inter proverbiales voces à gentium moribus ductas, refertur, eò quod Æoles vt impostores & fraudulenti traducebantur. quanquam & à variegatione efficta dictio videri potest, id enim αἰόλον significat, & mendacia verborum fuco variari solent, quemadmodum veritatis simplex est gratia. Hierocles Alexandrinus cuius in aurea Pythagoræ carmina scriptum extat, μηδ' αἰόλιζε ταῦτα, id est, Neque in his rebus imponas aut fraudem facias. Hinc apud Theocritum Αἰολικὸν τὸ δῶμα, miraculum Æolicum legunt quidam, pro αἰόλον, ἀπλάστικὸν καὶ ποικίλον. fraudulentum & varium.

Cum Euandri matre loqui. 17

Antiquarius.

Proverbiali specie dictum est illud ab Au. Gellio noctium Atticarum lib. 2. Tu autem perinde quasi cũ Euandri matre nunc loquare, sermone, abhinc multis annis iam desito, veteris. Hominem antiquarium, qui priscæ ætatis vocabulis obsoletis vti gaudet, & Apuleianæ dictionis delicias iam desitas, in vsum reuocare frequens insistit, cum Euandri matre loqui non inepte dicemus. quo spectat Phauorini philosophi admonitio ad adolescentem priscarum vocum cupidissimum, Inauditum atque insolens verbum tanquam scopulum esse fugiendum. Euandri verò Arcadis, qui ob fortuitam fratris cædem ex tortis patria in Latium descendit, ibique sedem fixmauit, mater fuit Nicostrata proprio nomine, ab aliis Themis quoque dicta. Plutarchi testimonio, quoniam fatiloqua habebatur, vnde & à carminum oraculis Carmenta fuit appellata. Non abludit hinc illud apud eundem authorem libro decimosexto cap. 10. Egò vero dicere atque interpretari hoc deberem, si ius Faunorum & Aboriginum diceret: quasi diceret, si vocabula vetera & primis Latij incolis vsitata didicissem. Aborigines autem ab Euandro Arcade literas accepisse primum refert Cor. Tacitus Annalium lib. 11: Aborigines ante repertum papyri vsum, extitisse & scripturæ loco incisis lignorum taleolis vsos fuisse constat, vnde Symmachi illud, Mallem Aborigenum more dictionem salutis alterno ligno aut corticibus scribere. Nicostratæ siue Carmenta.

Alba linea. 18

Alba linea fieri dicitur quod simpliciter fit, & absque v...

que varietate quadam picturata. Au. Gellius lib.20.ca. vlt. Multa & varia lectitantes in quas res cunque inciderent alba(vt dicitur)linea,sine cura discriminis, solam copiam sectati conuertebant: quo loco copiam pro multitudine sola intelligo, non autem pro varia tione dictionis. Translatio à tabulis monochromatis, vbi nulla pigmentorũ varietas oculos satiare potest.

Puteus,si hauriatur,melior euadit. 19

Apparet prouerbium esse vetus quo in Epistola ad Eustarhium medicum vtitur Basilius. *εἰ γὰρ τι φρέατος φασὶν ἀποκάμνειν, βελτίω γίνεται.* Etenim puteus (quod aiunt) si hauriantur, meliores euadunt: Ferrum si exteratur nitescit:aqua pigre si moueatur,nihilo fit deterior: & ingenium adolescentis quo magis excolas exerceasque hoc fit præstantius. vsus est & D. Clemens lib.1. Strom. *τὸ φρέαρ ἀκαινόμενον, διαίσιμον ὕδωρ ἀναδίδοσι, ἢ τὸν σίδηρον ἡ χρῆσις καθαίρουσα φυλάσσει,* id est, Puteus exhaustus limpidiorem reddit aquam, & ferrum vsus purius seruat. Philon Iudæus lib. De gigantibus. *σπάνιος ἡ ἀφ' τὸ ἄμεινον ἐπίδοσις, ὥσπερ φασὶ τὰς ἀποκαινουμένας πηγὰς, ἢ χρόνιος λόγος ἴσχει πάντα μᾶλλον ἐλευθερίως,* id est, Sæpe etiam melior euadit, quemadmodum perhibent fontes, si hauriantur:hoc etenim tunc dulcescere magis vulgaris opinio est.

Λογοδιάρροια. 20

Futilem loquacitatem, merisque nugis diffluentis multiloquium, *λογοδιάρροιαν* cum Athenæo dicemus, velut quandam verborum proluuiẽ:est autẽ apud Medicos *διάρροια*,copiosũ alui profluuiũ,quale in Harpyis describit Maro, ex concoctionis impotentia solitum nasci vitium, quomodo garruli verba non concocta temerè effutiunt. Athenæus lib.4. *διὰ λογοδιάρροιας ἐκχεόμενον*,quos agitat verborum proluuies.

Futilis loquacitas.

Quanto verborum stillat auro. 21

Eloquentiæ summæ,& felicis verborum copiæ præconium habet illud Symmachi in epistolis, Ipsa verb pars materiæ digna laudari, quanto verborum stillat auro. Videtur respexisse ad illud Aristophanis in Pluto fabula,*ὦ χρυσὸν αἰγλήεντ' ἔπος*. Macte, qui verborum aurum nuncias.Nihil potius ad fabulam qua Iuppiter Rhodon aureo imbri perfudisse ab Homero,Pindaro, aliisque dicitur.

Otus & Othus. 22

Stultè gloriosus.

Ὦτες,id est,Oti dicuntur prouerbij specie vecordes homines stultéque glorioſi.*χαυνοὶ ἢ κενόδοξοι*,vt ex Ælio Dionysio annotat Eustath. ab auicula ab Oto, quã Asionem Latini nominant, quæ gesticulabunda & ad laudes suas subsultabunda,eo modo capitur.Idem Od. λῶτος vocari dicit qui facilè quauis in re circumpeniuntur,ac præcipuè qui se patiuntur dictis facilè protelari, argumentis quibuſuis improuidè assentientes, nihilque curiosius expendentes, eius hæc sunt verba, *εἰ ἀπ' μόνης ἀκοῆς ἀκριβῶς ἢ αἰδέσιμος ἀπαίτει πίστιν.* Auiculam hanc stolidam esse facilèque decipi annotat Etymolog.author,de qua ita Aristoteles,Otus noctuæ similis, circa aures alarum quandam similitudinem præfert.Verum Othus pro fastuoso homine & qui gradus (vti Plautus loquitur)grandit.prouerbialiter dici potest, aperiente huic rei viam Marcellino li. 22. vbi inquit, Grandiaque incedens tanquam Othus & Ephialtes, quorum procerit atem Homerus in immensum tollit. Fabula de Otho & Ephialte Aloei filiis ex Homeri Iliad. quinto nota abunde est,qui maiora viribus aggressi, cœlumque aggestis temerè mõtibus inuadere adorti,deiecti occubuerunt:fabulantur autem illos quolibet mense nouem digitis excreuisse, Hyginio teste.

Otus & Ephialtes.

Ἀποθυννίζειν. 23

Ἀποθυννίζειν quasi dicas Thunnisari, aut Thynni instar vilipendi, parœmiacè extulit Lucianus pro contemni & despectui haberi. Eustathius in Odyssex 10. *ἀφειδῶς* exponit, hoc est, in contemptum abire, à thynni piscis parum probati edulio. Verba Luciani ex Ioue tragœdo sunt, Si *τιμὰ οὖν ταῦτα ἡμῖν ἀποθυννίζεται*, id est, Si mea vsquedeo vobis sordent & reiecta habentur:minimè omnium placet quod tumultuatur noster exponit,quum Suidas illud interpretetur *ἀποπτύειν*, abhorrere & auersari. Quidquid *θυννάδες*,quasi Thynnicum dixerit Lucianus pro crasso & insulso proculit, *θυννάδες ἢ τερπνὴ παχεῖ*, id est, Thynnarium & oppidò crassum.

Necessitas linealis. 24

Ἀναγκαῖαι γραμμικαὶ, quasi dixeris elementariis .ut lineales potius necessitates vocat Aristoteles indubitatas certissimasque demonstrationes, quas & *ἀσφαλεῖς γραμμικὰς*,id est, lineales commonstrationes: pperi t Philoponus. Tracta metaphora à Geometris qui problematum suorum & theorematum probationes à primis punctorum & linearum fontibus arcessunt. Aphrodisæus *γραμμικὰς ἀναγκὰς* pro validissimis rationibus vsurpauit,& probationes potentissimas *γραμμικὰς ἀποδείξεις* vulgo vocari ait Quintilianus lib 1.c.p. 18. vbi perperam grammaticæ legitur pro *γραμμικαῖς*. Priscianus Lydus philosophus *ταῖς γραμμικαῖς ἐπαναλαβόντες ἀναγκαις*,id est, Geometricis insistentes necessitatibus. Vsus est & Anacreõ Lyricus voce *ἀνάγκης*, id est,necessitatis, pro validis & efficacibus argumentis,ita inquiens,

Certissimæ demonstrationes.

Τί μοι τοὺς ῥήτορας διδάσκεις, ἢ ῥητόρων ἀνάγκας; id est, Leges,quid, rhetorum aut mihi Doces necessitates? Apud Porphyrium in lib. De effatis,stomachatur Hecate se verborum efficacibus vinculis deuocatam ad respõsa adigi, *θυσιάζομαι ἐκτόπως μὴ δικαίαις ἀνάγκαις* conquerens se verborum necessitatibus nomen vincientibus euocari. Prouerbij speciem spirit & Platonis illud in epistola ad familiares Dionis, *τὰς τῶν τυράννων λύσεις ἴσμεν ὅτι μεμιγμέναι ἀνάγκαις εἰσὶν*,id est,Tyrannorum preces necessitatibus esse permistas non ignoramus. Quo spectat illud Ciceronis ad Atticum lib.9.Ego autem non tam *γοητείαν* huius timeo, quàm *πιθανάλκειαν*, *πιθανάλκειαν*. *εἰ τὸ τυράννων δίκαιον*,inquit Plato *οὐδὲν ὄφελος μεμιγμένον ἀνάγκαις εἶναι*. Vbi *πιθανάλκεια* vocat vim & obsecundandi necessitatem, aut violentam persuasionẽ. Eunapius de Longino Zenonis Imp.fratre *ὡς τὴν πρώτην γυναῖκα τοῦτον πιθανάλκειαν καταγαγεῖν*,id est, in matronarum conclaui multas suada necessitate aut stupri commercium adegit.Suidas ex incerto authore, *ὑποπτεύσαντα δή τινων πιθανάλκειαν τῶν λευκαδίων φεύγειν*, id est, ratus se hac ratione Leucadios ad eam parendi necessitatem redactum,vt imperata facerent.& iterum,*ἕως τῇ δεκάτῃ πιθανάλκειαν*,id est,cessit Thessalicæ necessitati.

Lunula. 25

Σελήνη,hoc est, lunulas dicterio prouerbio faciem referente caluos homines dici solere indicat Synesius in libello quem de Caluitij laude conscripsit. Origine dicterij inde nata(quod ipse commonstrat)quòd leuore deterſi,& specie lunæ nomen habitũque exprimãt, *σελήνας ὑμᾶς λέγουσιν ἢ γλαφυρίζουσιν*,ea sunt authoris verba. nam quum *σελήνη*,id est, luna nomen à splẽdore, quod *φέγγος* denotat,habeat, non malè calui lunis cognomines erunt, quippe qui cranio extrito & iubaris cuiusdam instar lucido vsiantur: vnde emanauit etiam populi de Socrate dicterium,per caluam eius cerebrum elucere dictitantis, quum eruditionis sapientiæque facilè elucentis fidem facere vellent.Rursus quum luna speciem variet, nunc gibberosa, nunc corniculata,nunc diuidua, demum pleno orbe integra conspiciatur, iure assimulabantur illi calui, qui variè caluitium ostendunt, nunc synciput in cornua diuidens, mox verticem circumscribens, tandem omnem in orbem caluariam depascens. Synesij verba sunt, *Ἀλλ' ἀκούσεσθε μὲν ὑποκεχλασμένον ἢ ἀδύνατον σελήνης ἐλλείπειν πρὸς φθόγγους*, id est, Audire licet quosdam diminutiua voce, sed manifesto sensu, caluos Lunulas nominantes.

De calnis hominibus.

Prætextata narratio. 26

Ἐπέρυθρον διήγημα. Euparypha siue prætextata narratio Iocè,nec sine prouerbij specie,dicitur sermo speciosus & fastu quodam verborum turgidus, aut certè splendida ac gloriosa narratio.Plutarchus libro,Quomodo citra inuidiam laudare seipse quis possit, *Ταῦτα δ' οὐ πρὸς τοὺς ἑταίρους, οἷς ταπεινότητι μᾶλλον ἢ ὑπέρῤῥοπα ἢ σεμνὰ διηγήματα πρέπειν φασὶν*,id est,Hæc dicta sunto non ad milites solum aut nouos homines nuper locupletatos, qui prætextatas & magnicrepas de se narrationes contexunt. Vestium apud Græcos vtilium duo sunt prima genera, vestis seu Toga pura,quam Plutarchus *λαμπρὰν* candidam.*πορφυρᾶν* purpuræ omnis expertem, *πλουσίαν* iustam,& *καθαρὰν* puram vocat, Pollux etiam *ὁλόλευκον*, ceu penitus candidam:& Prætextã,quæ Plu-

Splendida narratio.

tarcho πορφύρεος à purpureæ oræ ambitu: πορφύρεος ab attextu purpuræ Polluci, eademque de causa πορφυρὶς eidem, & παρυφὶς atque inuper etiam ὑπαρυφὶς nouæ Comœdiæ vocabulo appellata est: quòd à nemine annotatum est hactenus: quanquam παρυφὶς non esse oram seu limbum vesti additum putat Eustathius in Odyss. secundo, commentario, sed ornamentum quoppiam & insigne certis vestimenti locis intextum. Hinc ὑπαρυφὸς apud Plutarchum in Symposiacon primo de splendidè vestito dicitur. Cōstat autem ex eodem & aliis, honoris dignitatisque insigne fuisse Prætextam, vnde Prætextatum sermonē maximè pudicum nihilque obscœni aut spurci habētem dici annotat Sex. Pompeius, quod prætextatos nefas esset turpibus vti verbis: quanquam diuerso sensu Prætextata verba pro impuris Suetonius in Vespasiano vsurpavit. Author incertus apud Suidam, Ἐπὶ τὸ ἱμάτιον ἄξιον ἀπαντᾶν ἐπιμήνιον, περιπορφύρους ἢ κατὰ τὴν ἐπιοῦσαν ἄξιον ἐπιδιατρίβειν τινὰ ἐδόκει, hoc est, vestitu omnes prætextati volebant videri, sumptuosioribus quàm pro suo loco & dignitate indumentis amicti.

Celaturam olet. 27

Γλυφὴν ὄζει, id est, Scalprum aut cælum olere dicitur quòd recenter fabricatum est. Theocritus idyllio primo de poculo tornato decenter, Νεοτόρητος ἔτι γλυφάνοιο μενοᾶσι. Quod natum nuper redolet calamina scalpri.

Transferri poterit ad librum recens ab aliquo conscriptum & è prælo profectum: aut ad carmen nuperum quod sub incudem nondum reuocarit author. Sic inducias quæ non diu durauerant in bello nauali apud Aristophanem Acharn. πίσσαν ὄζουσι, Picem olent, propter triremium aliarúmque nauium bellicum apparatum, quæ pice illitæ nuper ad belli procinctum parata fuerant. *Picem olet.*

In pisa animum confirma. 28

Quoties animum alicui addere volumus ad disceptationem, aut eum in cōtentionis studio, quod ἐπίτασιν Græci dicunt, confirmare, ne labascat aut animo concidat, prouerbij huius vsus erit, quod apud Synesium in Caluitij encomio extat, πίσσαν ὦ πίσσαν, φασὶ, τὴν καρδίαν. id est, in Pisa animum (quod aiunt) confirma. Vbi author ille ob caluitij deformitatem offensus, seipsum durat animátque, ne ea re commoueatur. Solebant apud Pisam Elidos vrbem quolibet lustro certamina, Olympia dicta, maximo Græciæ conuentu celebrari, in quibus decertaturus ad gloriæ immortalitatem pariandam, præsentem animum ac fortem sumere debebat.

Cari capite nudius. 29

Cari scomma ad Persas legatos.

Τριταῖος τὴν κεφαλὴν, Cari capite glabrius, Synesius libro de regno, refert Carum Imper. in expeditione Persica oppressum à legatis superuenientibus, quum forte in herba stratus pulmentum è pisis & lixitum laridum esitaret, visis illis nihil fuisse commotum, nec velut aliud agentem ambages quæsiuisse, sed euocatis ad se dixisse, vt regi suo nunciarent nisi moderatius ageret, se omnes eorum syluas, & campos suo capite glabriores effecturum, simúlque depositio pileo commonstrasse caluam nihilo hirsutiorem sua galea. Græcè ista ita leguntur, οὐκ ἐμοὶ ἔστιν αὐτὸν, οὐδ' ἐμοὶ δοκεῖ τριταῖος τὴν κεφαλὴν. Opinor decepta esse Synesium in Carini nomine: quem ex Hla. Vopisco, Sex. Aurelio, & Eutropio constat iuuenili in ætate trucidatum fuisse, contaminatissimæque vitæ hominem, & iuuentutis prodigiosum corruptorem: in quem fortissimi Imperatoris dictum illud minimè caderet. Carus illius perditissimi pater, optimus senex & militaris laboris frugalitatisq. patientissimus, ex Vopisci Syracusani historia fuisse cognoscitur, ac res memorabiles aduersum Persas gessisse ex Eutropio intelligitur, certè Persarum regem eo ipso in loco scribit Synesius tiara & candye (quæ ambo fastigij regij apud Persas insignia habentur) redimitum Carum cessisse. Quadrabit igitur in Caluum maximéque depilem senem: aut in regionem arenosam & glabram nullóque herbaceo virore vestitam. Potest & in exemplum minarum cedere, cuiusmodi veterum ducum quispiam hostibus suis interminatus fuisse proditur, se videlicet effecturum vt ipsorum cicadę humi canerent: eo dicto nouens sa cuncta hostium arbusta succisurum turpitus, vt vel sic truncatis stipitibus cicadæ necessario cogerentur humi cantillare. Operæpretium est huc attexere exemplum minarum Atoæ Scythiæ regis, quem ad Byzantios potè illatam suis finibus iniuriam ita rescripsisse memorat Aristocritus, μὴ διαπάσητε θοροῦσάς ἐμὰς, ἵνα μὴ ἐμαὶ ἵπποι ὑμέτερον ὕδωρ πίωσιν. i. Prouentus meos carpere nolite, ne vestram aquam equæ meæ bibant: quo significare voluit se læsum, cum exercitu validò adfuturum omniq. latè deuastaturum. Qua ratione Nestor apud Euphorionem Colophonium poetam, indicans nondum à Græcis bello lacessitos fuisse Troianos, sic inquit,

Οἰδ' ἔτι Σιμόεντος ἀχαλκήτους ἀρότηρας ἴσασιν. id est,
Argolici nondum Simoentis bibere iugales.

Cubitus adolescere. 30

Πῆχυν αὐξάνειν, id est, Cubitis adolescere aut incrementum capere, prouerbiali tropo dicitur, qui in repente quapiam aut arte magnes & repentinos profectus facit. Eunapius Sardianus de Maximo loquens, πῆχυν ἤδη πάσῃ σοφίᾳ αὐξόμενον, id est, Per cubitos ad omnigenam eruditionem prouectus aut excrescens. Ita diuitem repentè ingentibus opibus dixerunt, πῆχυν ἐπὶ πᾶσιν ἀμήχανον αὐξάνειν, id est, per cubitos in immensas opes adultum dicemus. Natum à Gigante quopiam, quem singulis mensibus cubito increuisse fabulæ loquuntur: quin & in Antæum Libycum in sexaginta cubitorum altitudinem excreuisse, ex veterum memoria prodidit scriptis Plutarchus in Sertorio. Ad hanc adagionis formulam, efficta est etiam illa Philostrati in Iconibus, δυναστὰς ὑπὸφαίνει ἐκ πυγμαίχου καὶ μικροῦ, id est, Prævalidos efficit & ex pusillis quadricubitos: & illa Cratetis Comici in Lamia, ἐπὶ τετραπήχεις ὀπτῆσιν πυγμαίαν, id est, Tricubitalia frusta carnis Thessalico more dissecta. Prodigiosæ magnitudinis significationem habet & Philoxeni Cithedi gulosissimi votum apud Machonem Comicum, qui optauit, τενὼν ἔχειν τὸν λαιμὸν πῆχυν, id est, guttur tres longum cubitos. Aristophanes quoque proceros designans, τετραπήχεις, inquit, ἐκ ἡρώων, id est, quadricubitos & strenuos. Citatur & hoc modo adagium, καὶ πῆχυν ἐπιδιδόναι, id est, Cubiti spatio increscere. Suidas ex incerto, vt solet, authore, ὁ φιλόσοφος ἁπλῶς καὶ ἐπὶ πᾶσι δοκεῖ διατείνειν, καὶ ἐπιδιδόναι καὶ πῆχυν, ἐπὶ φάτνην, ἐπιχωρῶν ἄχει τὸ πανικὸν δυσχέραινε. id est, Philosophus liberaliter erogare pecunias non desiit, crescebátque velut per cubitos (vt ita dicam) firmum illud propositum, donec repentè in incredibilem calamitatem incidit. *De magno & repentino progressu.*

Non est cuiusuis rectè condire. 31

Οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐστὶν ὀρθῶς ταλᾶν. id est,
Condire satis est herculi non cuiuslibet.

Venustum adagium est Cratini Comici lepidissimi in Glauco fabula, de rebus non vulgaribus, sed arduis atque operosis. Huic adagio obnoxii sunt quotquot scribunt carmen. nam si eruditius fuerit paulo, & ad popularium aures minus attemperatum, ita vt vulgi captum excedat, obscuritatis nomine damnatur illico: contrà si leue sit & triuiale ac suberis instar superfluitans quodammodò, à doctioribus reiicitur, οἷς ἀκροᾶσθαι μὴ ῥᾴδιόν ἐστιν. vsquadeo Condire rectè non cuiuslibet est. *De re ardua & operosa.*

Necessariam fortunam terit. 32

Qui inuitus necessitati obsecundare cogitur, aut reluctante genio præscriptum à potentioribus exequi, is eleganter τρίβειν τὴν ἀναγκαίαν τύχην, hoc est, necessariam fortunam terere dicetur. extat apud Amphin Comicum in Ialemo:

Τὴν χεῖρα τρίβων τὴν ἀναγκαίαν τύχην. id est,
Necessitatis sortem perterens manu.

Sophocles ἀναγκαίαν τύχην pro seruili conditione accipit, quæ ad vim & necessitatem spectat ineuitabilem. Alludit huc nonnihil vernaculæ nostræ linguæ diuersium. Necessitatem in virtutem commutare.

Bellerophonte castior. 33

Extat apud Synesium in Caluitij Encomio, τὸ δὲ ἐπὶ ἀφροδίτην εἶναι δικαιολογεῖσθαι, καὶ τὴν βελλεροφόντην ἐφεστάναι ἀφροδισιάζοντι μοι. id est, Venereorum rerum purissimus vel cum Bellerophonte de castitate contenderim. Bellerophontes prius dictus proprio nomine Hipponus seu Leophontes, occiso Bellero Corinthiorum principe, Argos confugit ad Proetū, à quo de more expiatus *De insigni castimonia.*

piatus à cæde, incidit in grauissimum vitæ discrimen, nam Antæa (Euripides Sthenebœam nominat) tollicitato diu multúmque eius congressu, fastidium illud delatione vlta est, vt quem ad stuprum inflectere nequiuerat, interitu aboleret. Homerus Iliad. sexto refert quo pacto illa cum Bellerophonte πρηΰδυμα φιλότητι μιγῆναι, furtiuæ veneri indulgere optarit, qua ipse quum excidisset, maritum in alios necem accendit, fabula adamussim historiam de Ioseph exprimente. Huic contrarium est apud Martialem: Idæo reiolutior cinædo, de Ganymede intelligens. Libet hoc loco ascribere incredibilem Porphyrionis auis callitatem, quæ si totum alpexeris meretricem, emori creditur, si Aristotelis, Ælianó, Zezæque fides habenda est, vt in prouerbium mereatur trahi singularis illa auis temperantia.

Etiam mater & sorores. 34

† Promiscuè indicium.

Quando citra discrimen aut exemptionem omnes promiscuè indicare volumus, prouerbij huius vsus erit, Ἀλλὰ καὶ μήτηρ καὶ ἀδελφαί, Etiam mater & sorores. Vtitur loco modo citato Synesius ostendens nominatim adagium esse, sic enim inquit, Ἀλλὰ καὶ μήτηρ, φησὶ καὶ ἀδελφαί, φασὶ, τὸ καλλωπίζεσθαι τὴν ἀρίστην, id est, Imo etiam mater ac sorores (quod aiunt) virorum pulchritudini multum deferunt: volens innuere nullam tam sanctam, tam castam esse, quæ non formæ venustæ & egregiæ lenocinio trahatur, citra exceptionem, etiamsi mater illa sit aut germana.

Priusquam ignitus lapis enatarit. 35

De eo quod nunquam futurum est.

Πρὶν ἢ τὸν μύδρον ἄνω τλῆναι, Priusquam globus ignitus exiitat. Quando aliquid nunquam futurum significabimus, ad eiusmodi conuenient, veluti si temporternam accepti beneficij memoriam polliceremur, nunquam id usu obliuionem nobis obrepturam dicamus, πρὶν ἢ τὸν μύδρον ἀναφλῦσαι, aut iuxta Callimachum, μέχρις φοινίσσῃ ὑπὸ δίνῃσιν μύδρος. Donec Phocensium ignitus lapis in mari mansserit, beneficij perpetuo memores fore. Natum à Phocensibus qui diris execrationibus desertores suæ classis prosecuti, lapidem ignitum in altum mare proiecerunt, adhibitoque iuramento voauerunt nunquam in Phocida reuerti antequam è mari existeret ille lapis. Refertur his verbis ab Herodoto in Clio, καὶ μύδρον σιδήρεον κατέντωσαν καὶ ὀμόσαι μὴ πρὶν ἐς Φωκαίην ἥξειν, πρὶν ἢ τὸν μύδρον τοῦτον ἀναφλῦσαι. perstrinxit hoc versiculo Callimachus:

Φωκῆες μέχρις περάσῃ μάζας ὑπὸ μύδρος. id est,
Ne pereago dum fuxum ingens Vulcanus manebit.

Vsus est apposite Aristides in oratione in Romam panegyrica, vbi in fine ita precatur deos, διδόντων ἡμῖν ἀρχὴν τοιάδε καὶ πάλιν τοιάδε διάλλαξαι δ' αὐτῶν, καὶ μὰ πάντας πρὶν ἀνάφλυσαι μύδρον ὑφ' ἁλὸς πίσυνον. Dent imperium hoc & hanc vibem florere sempiternum in æuum, neque prius desinere, quam ignitus lapides in maris æquore supernatent. Sophocles interpres annotat morem fuisse vt iuraturi ignitos lapides (quos μύδρους vocant, tollerent, & fœdera tantisper durare votis cõposcerent, dum illi rursus apparerent, simúlque cum dictis solere eas in altum pelagus porricere, innuentes perpetuitatem pactorum. Huc spectauit Sophocles in Antigone,

Mos vetitum in foederibus & pactis.

Ἡμῖν δ' ἅπασιν ἐν μύδρου μέρει χρεών
Καὶ τὴν ὑπάρχειν καὶ δοκεῖν ἐρασμίαν. hoc est,
Omnibus parati sit erigatos manu,
Reptare per pyram, & amare cautus.

Hunc ritum attigit & Plutarchus in Aristide, ὀλίγῳ ἄρας ἔθος ὥρμων μὲ τοὺς Ἕλληνας ἐν ὁμόσαι νῦν τὸν Ἀριστείδου μύδρον ἐμβαλὼν ὅτι ἕως ἂν ἡμεῖς ἐσ τὴν θάλατταν. id est, Sacramento adegit Græcos in Atheniensium verba iurare, voti que nuncupatis ignitos lapides in mare porrexit. Alluisse videtur huc Macedonius in Epigrammate,

Ὅσσον τὸν δυσπαῖδα κίχλιν, τόσσα ὅμοσα πέτρας
Μὴ ποτε μιλτοχίτων ὁμήσαιμι σανίσιν. id est,
Ingens ora ferax turdi tot perfide saxo
Ne placidas nunquam vertat tibi sanguis ocellis.

Suidas in dictione λίθος, ritum iurandi ad lapidem apud Athenienses receptum, authoritate Philochori & Aristotelis, comprobat, citatque locum Demosthenis ex oratione aduersus Cononem, ἐπὶ τὸν λίθον ἄγοντες καὶ ἐξορκοῦντες, qui aliter legitur in vulgatis libris q. habent ἐπὶ τὸν βωμόν, id est, aram, quum λίθον, id est, lapidem.

Dum nondum in nerue telum. 36

De re nondũ insanabili.

Adhuc veniæ locum superesse significare volentes, aut ad extremum periculum tem insanabilem nondum peruenisse apte illud Epigrammatarij Philodemi vsurpabimus.

Φεύγομεν ἀνέρρωτες ἔτ' ἐν νεύρῳ βέλος, id est,
Dum nondum inuasit nerue telum fugimus.

Scrutarius & ῥυπαπίλας. 37

† De vili & sordido homine. † Vt Cæsar. a prom.

Postremo fortis hominem, aut vilium merchim sordidũ emturem, Luciano vocabulo Scrutarium nominabimus, qualem fracti ciceris & nucis emptorem appellat Flaccus, Græci (vt equidem arbitror) γλαγοπώλην & ῥυπαπώλην. est enim ῥύπος. Ad Dionysio tette rerum vilium minutarum varietatique accerus, λεπτῶν καὶ ἀτίμων φορτίων, nam malè in Hesychio legitur χαρτοπώλης καὶ πανιοπώλης. item contabulata colorum copiones quæ pictoribus, vigueniariis, tinctoribusque vsui esse solent. De tali mercium institore loquitur Horatius ibi, Epist. 7 lib. 1. *Vitæ vendentem tunicato scruta popello.* Ad quem versum alluait Hieronymus alicubi quum inquit,

Ab Indo audiit mitia populis scruta vendente.

Porro Hesychius etiam exponit ῥύπον, ἰδιώτην ἄξεστον, vile ac nullius frugis, vnde deductum verbũ ῥυπίζειν, quod significat varia confundere & in vnum commiscere, τὸ σύμμικτα καὶ συμπεφυρμένα ποιεῖν, qua voce ita vsus est in Omphale Ion Comicus, contra eos qui interpretantur illud perperam ἀπὸ βύσσου, pro imperitè agere, vt annotat Eustathius Iliad. 13. & De nostrienem velut futilem & nugiuendum rabulam ῥυπαπίλαν falso cauillo dixit Comicus quispiam. Meminit & Galenus ῥυπαπίλου lib. 6. De simplicium facultate, vbi de abrotono loquitur, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα τοῖς ἰατροῖς καὶ ῥυπαπίλοις, id est, idque norunt omnes tum medici tum minutarum rerum institores & tepidarij, & iterum lib. 1. Therapeut. ces, οἱ γὰρ τὰ ἰῶτα διῳκισμένοι καὶ τοὺς ἀπὸ τῶν ἀρωμάτων ἐριζοντας, id est, nam qui pictori & myrepsis mixturas suas committunt, etiam de primatu certant. Plutarchus in Lycurgo ῥυπικὰ etiam pro seruilis accipit, vbi de Lacedæmoniis minutiis loquens, ferrum in reliqua Græcia (cuius tolus vsus apud illos receptus erat) propter vilitatem vsque adeo in contemptum abiisse ait, vt in commutatione mercium nullius habitum fuerit pretij, τὸ σίδηρον, inquit, ὃν οὐχ ὁμιλοῦ καθέλκουσιν, οὐδὲ πρίασθαι ἢ πωλῆσαι καθαρὸν ἔστιν ἐν τοῖς ἐμπορίοις καὶ ῥυπικοῖς ἐργαστηρίοις. id est, ferrum despectum in vsum pretij non venibat, ita vt exoticarum vilumque rerum nihil in commercijs eo regnum potuerit quæ verba repetuntur & à Porphyrio lib. 4. de prohibitione animatorum esu: operçpretium autem fecerit lector studiosus, si locum ad pagnam integram prolixum cum Plutarchi verbis conferat: plurimus enim locis malè affectis vtrinque remedium adferet quem laboris non pigebit. Erasistratus medicus de natura loquens nusquam manca aut defectuosa, ἀλλ', inquit, ἔχουσα ῥυπικὰ, ita namque legendum est, non ῥωπικὰ, apud Plutarchum in libello De liberorum amore, πολλοῦ μὲν ἐν φύσει ἀκριβοῦς καὶ φιλοτίμου καὶ ἀδιαπτώτου καὶ ἀσφαλοῦς, ἀλλ' (ὡς ἔφασαν Ἐρασίστρατός) ἔχουσα ῥυπικὰ, id est, Natura etenim vbiq. exacta, solobris amãs, integra, nusquã concita, nihil (quod Erasistratus ait) minutũ aut virgultreũ præferes.

Idem furnus, idem dixit trochus. 38

Αὐτὸ κάμινος, αὐτὸς τροχὸς ἔπλασε. id est,
Caminus idem duxit, atque eadem rota.

De consimilibus operibus.

Senarius prouerbialis de iis qui similia efficiunt, testantib. Suida & Hesychio: quorum ille citat duplicem lectionem κατὸς ἢ ἅρμα, id est, famus aut rota, hic verò mutilatum adfert eius adagium, priorib. tantum duabus vocibus constans, subiicit clarius petitam esse translationem à figuli rota. Meo quidem iudicio & dictum fuisse & non sine gratia vsurpari posse videtur de consimilibus operibus, aut dicendi ratione conformi & congenere: vel etiam de duobus hominibus ingenio similibus aut improbitate paribus, &, quod dici solet, eodem in ludo edoctis, tales namque Αὐτὸς κάμινος, αὐτὸς τροχὸς ἔπλασε, quasi qui eodem in furno cocti sint, aut eadem rota currente efficti.

Clauis in lingua. 39

In prouerbij vsum cessit illud Æschyli,

Fida silentij pectora.

Ἀλλ' ἔστι κάμοὶ κλεὶς ὅπως σιγηθῇ φύλαξ.

Et noſtra præfert lingua cuſtodem clauem.
Quoties ſtatim ſilentij ſpem policemur.

Citatur à D. Clemente Stromatum lib. quinto. Conforme huic adagio eſt illud Sophoclis in Oedipo Coloneo, ὧν ἡ χρυσᾶ κλὴς ὀπτὴ γλώσσαν ἔχουσιν, id eſt, quorum aurea clauis linguam coercet initiatorum, quod dixit propterea quòd lingua veluti clauo obſerata ſit ne reuelet myſteria. Non abludit hinc Æſchyli illud, πρὸς ἔμπαν ὀπτὴ γλώσσαν. id eſt, Filium penu vel ærarium linguæ. Huc ſpectat Lucianicus verſiculus.

Ἀρρήτων ἐπέων γλώσσης σφρηγὶς ὀπτικὸν. id eſt,
Arcanum vt ceſſet, claudenda eſt lingua ſigillo.

Præceptum eſt Lamblici Pythagoræ, γλώσσης μὲν πρὸ πάντων κράτει, θεῶν ὑπόμνημα, id eſt, Linguam ante omnia contine, Dei exemplo. Diuerſum huic eſt illud apud Æſchylum in Perſis, οὐδ' ἔτι γλώσσαν ἔρκεσιν ἐν φυλακαῖς, id eſt, Neque amplius hominibus, lingua in cuſtodia eſt, quaſi dicat, rem illam libere ab omnibus & palam dici citra diſſimulationem.

Groſſus maturus eſui ineptus. 40

Indoctus doctos docere præſumens.

Πέπων ἑαυτὸς εἰς βρῶσιν ἄχρηστος ὢν ἄλλους χρηστὰ ζητεῖ διδάσκειν. id eſt, Maturus quum ſis groſſus eſui ineptus, alios loquela tua groſſis expolias. Extat apud Sophoclem in Helenes Nuptiis, & citatur ab Euſtathio Iliados viceſimo, vt prouerbiale in hominem indoctum & inſcitum, qui ſe doctiores erudire præſumat. verſus ſois numeris integri leguntur in tertio apud Athenæum, hoc modo, πέπων δ' ἕαυτῷ ἀχρεῖος ὢν. Βίᾳ βρωτὸν, ἄλλους διδάσκειν λίαν. id eſt, Maturꝰ groſſus eſui ineptus, aliis verbo groſſos excutis. Talem χρηστοδιδάσκαλον compoſita voce dixit in Satyris Varro, quo notatur arrogantis ingenij adoleſcens, qui ſupra ætatem pluſquã ſenes ſapere velit. quæ dictio in duas perperam diffita apud Nonium Marcellum legitur non vno in loco, Aldinis exemplaribus legentibus χρηστὸς διδασκάλων, pro vnico χρηστοδιδασκάλων. Eſt autem ἑαυτὸς agreſtis ficus arboris fructus, groſſum vocant, qui frugiferæ ficui appenſus, pediculis ex ea in groſſos emicantibus (vt annotat Suidas) efficit vt perficiantur eius fructus.

Sibi ipſe exitij author. 41

De iis qui immerentes alienum peccatum dependunt & innoxij alieno crimini inuoluuntur, aptè dicentur illi verſus Homerici,

Ἀλλ' τίνι τοῦτ' ἄνδρε ἀμύμονι μῆχος ἐφῆπται
Νηλεὲς ἠδ' ἀνόσιον ἀλλοτρίων ἀχέων. id eſt,
Quid verò hoc alienæ luis malis, culpam alienorum
Dependens inſons?

Hinc Hippocratis illud manaſſe putatur τὸν ἰητρὸν ἐν ἀλλοτρίαις συμφοραῖς ἴδιας κατανύξεις κρίνειν, id eſt, Medicum in alienis malis proprium mœrorem metere. de quo ſeorſim agemus poſtea.

Erroris ſcala. 42

Pro erroris ratio.

Prouerbiali ſchemate dictum illud eſt à Porphyrio libro ſecundo de abſtinentia ab animatis, πάθους κλιμακτήρ, Erroris ſcala pro origine & primordio erroris, vnde error natus per gradus quoldam paulatim adoleuerit & in immenſum adauctus fuerit. verba eius hæc ſunt, πολλαῖς γὰρ ἡμέραις ὕστερα παρεληφθη ἡ ἕξις, πάθους κλιμακτὴρ, id eſt, multis enim poſt ſeculis etiam hæc introducta ſunt, erroris gradus: quem locum citans Euſebius lib. 1. præparationis Euangelicæ, vt nũc Lutetiæ excuſus legitur, citat πάθους ἐρεύνης μητέρα, quaſi dicas, erroris inueſtigator quæſitor, haud dubio vitio. Hinc κλιμακηδὸν ἄνειναι de Dione dixit Syneſius, gradatim aſcendit, pro eo quod eſt, à primis initiis ordine ad altiora pergit. Ἐπιβάθρα quoque (ita nautica ſcala vocatur) pro ad tu accepit vſurpatè Plutarchus in Demetrio, vbi quum ſa. ſiſſet Antigono amicorum quiſpiam occupandas eſſe Athenas, ita enim futurum vt teneret ὁπιβάθρα τὸν Ἑλλάδος, id eſt, Scalam Græciæ, reſpondit Antigonus memorabili dicto, ὁπιβάθρα καλὴ μὲν ἀσφαλὲς δὲ οὐ πλὴν ὅσον, hoc eſt, Benevolentiam pulchram eſſe ſcalam, & ſtabilem.

Agni lana mollior. 43

In placidi ingenij hominem conueniet Theocriti illud ἁπαλώτερος ἠρίου. Agno teneriore, quod ille ad puellaris corporis mollitiem retulit, quemadmodum & illud Epigrammatarij Philodemi, ἁπαλὴ χροὶ πόκου ἠρίου, id eſt, Agni lana mollior. & illud Martialis de Erotione puella, Agna Gæſi mollior Phalantini. A quo diuerſum eſt illud Catulli,

Cinada Thalle mollior cuniculi capillo,

Vel anſeris medulla. & incerti authoris in Priapeiis,

Quidam mollior anſeris medulla.

Iſta namque hyperbole infamis & proſtitutæ turpitudinis mollities ſignificatur. Affine huic eſt, Veruece mitior. Apuleius libro 7. de Aſino aureo, Quouis Verucce mitiorem efficere. id quod ex Luciano tranſtulit, κἀγώ σοι τὸν ὄφιν ἥμερον ποιήσω τοῦ κριοῦ, id eſt, Efficiam tibi illum ouicula modeſtiorem caſtratione. Veruex aries eſt caſtratus, conſtat autem arietem ferociam omnem exuere excuſis genitalibus.

Satyrorum rex. 44

Effœminatę libidinoſus.

Βασιλεὺς Σατύρων, Satyrorum rex prouerbialiter dicetur effœminatæ laſciuiæ & ſalacitatis infinitæ homo. Nota eſt Satyrorum libido in venerem proclivis, cùm ex aliis, tum ex Philoſtrato lib. 6. Vius eſt adagio Hermippus Comicus,

Βασιλεῦ Σατύρων, τί πρὸς ἀκόλαστον δῆρα βασάζεις;
Satyrorum regulę, quid baltam ferre recuſas?

quod in Periclem iactum eſt conuicium, quùm maximas Lacedæmoniorum ſociorumque copias inclusis oppidanis, præſidiiſque in locis idoneis diſpoſitis expectare maluit, quàm exiguas ciuium vires in periculum adducere, vt in eius vita ſcribit Plutarchus. Οἱ Σάτυροι τῷ Διονύσῳ ἑπονται (inquit Areiæus Cappadox) ὄρχησιν ἔχοντα καὶ αἰδοῖα, ἐξόμοιον τῷ θείῳ φαλλῷ. id eſt, Satyri Baccho ſacri erectos habent inurones, diuinæ poteſtatis Symbolum, à Satyris σατυρικὴ ὀρχήσις, Satyrica ſaltatio, pro laſciua & ſalace Heliodoro dicitur. Nicephorus ex Philoſtorgio refert libro nono hiſtoriæ eccleſiaſticæ, Satyrum ſimiæ genus eſſe laci: rubidum, agile, & caudatum. Apud Plutarchum in Galba de libidinoſis & luxu diffluentibus dictum eſt, ἐφήμεροι καὶ σατυρικοὶ τοῦ βίου ἄνθρωποι, id eſt, Homines in diem viuentes & Satyrici. Citatur ex Mario Plotio, vetuſtiſſimo grammatico, quem aliquando in publicum dabimus, iſte verſus catalecticus, vbi de Chœrilo ſiue Delphico metro tractat,

Ἥρπαξε μὲν βασιλεὺς Χοιρίλος ἐν σατύροις. id eſt,
Obtinuit regnum quum Chœrilus in Satyris.

Satyrica ſaltatio.

Grauiora quàm ab Archidamo Athenienſes. 45

Syneſius in Caluitij Encomio, πότε δὴ χαλεπώτερα πέπονθεν ὑφ' ἑνὸς Ἀρχιδάμου τοῦ Ἀγησιλάου, ἢ τὰ δενδρομανῆ τῶν Ἀχαρνέων. id eſt, Grauiora tũc pati merebar, quàm ſub Archidamo perpeſſi fuerunt Athenienſes, ſuccisis Acharnenſium arbuſtis. Archidamus Ageſilai filius Lacedæmoniorum rex grauiſſimè attriuit Athenienſes præter reliquam vaſtitatem ſuccisis eorum vitibus, quas nobiliſſimas Acharnæ Athenienſium pagus proferunt.

Verba ſine penu & pecunia. 46

Opum oſtentatores.

In oſtentatores opum immodicos, cùm nec araneus illis in arca ſit, aut in crumena teruntium, & quorum verba res non ſequitur, iuxta vulgi dicterium, conuenit illud Plauti ex Captiuis,

Quibus ſunt verba ſine penu & pecunia.

Eſt autem elegans allusio in vocibus cognatis penus & pecunia, illud in rebus ad vſum comparatis, hoc in præſentibus opibus quæritur.

Terram ne legas nauigando. 47

Inter Pythagoræ ſymbola, dignitate adagiis ſimillima, huc aſcribendum videtur ab omnibus hactenus præteritum. Ἐπὶ γῆν μὴ πλεῖν. Nauigans terram ne radas. Quo innuere voluit veſtigalia ſimiléſque redẽpturas incertas & curarum tumultuúmque plenas, contemnere & abnuere nos debere. Sic enim exponit D. Clemens Stromatum li. 5. his verbis, ἀλλοῖ δὲ τὸν πόνον ἐν τοῖς ὀνείροις καὶ μὴ ἐπὶ τῶν ἀνειμάτων ἐφαπλοῦν καὶ ἄσκαλα ὄντα, παραπλεῖν δεῖν. Monet etiam Horatius, 2. Carm. 10. vt cauti horreamus nimium premere littus iniquum.

Boreadibus pernicior. 48

† *De ſummæ velocitate.*

Hyperbole prouerbialis ſummam velocitatem indicans, eſt illa apud Theognidem Megarenſem in iis quæ hypothecæ inſcribuntur.

Ἅρπυιάς θ' ἵππους τοὺς ἐχέτην Ἀρπυίης,
Καὶ πτηνὸν δορέην, ἢ ἄφαρ εἶσι πόδες.
Harpyias quasquam vincere ſuperare volatu

Et Boreæ natos fata tibi dederint.

Et altera Tyrtæi Lacedæmonij poetæ,

Νικῶν ὑπὲρ Σπάρτης βεβιῶν.

Præuertat cursu Thracium Borean.

Fabula memorat Zeten & Calain è Borea & Orythyia Erechthei filia prognatos capitibus, pedibusque pennatos fuisse, crinumque repando remigio vsos volasse, & Harpyias Thaumantis filias similiter pennatas pepulisse, quod refertur ab Apollonio Argonauticon 2. Virgilio Æneid. 3. & Hygino in fabulis. Vnde Themistius in 3 de anima, πτερωτοὺς εἶναι τοὺς ἀνέμους, id est, Pennatos, vt Boreadas. Huius clarissimi est & Menandri Comici illud,

Θᾶττον μὲν οὐδὲν ἢ πτερῶν χωρίζεται.

Velocius penna nihil, aut sagitta abit.

& Thyphiodori illud, ἀνάρμιον θᾶσσον ἰοῦ, id est, Accurrit citius quàm alata sagitta: & illud Callimachi de canum celeritate, θᾶσσονες αἰρέων πτερόεντα, id est, Permissiores ventis catulos, & Virgilianum illud, Et ventis & fulminis ocyor alis. Theodoretus, πλοῦτος ἀνέμων πτερύγων ἢ τῆς ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν ὄψεως, id est, Altibus omnibus, imò verò etiam ventis ipsis pernicius. Apollonius Rhodius, ζεφύρου πτερύγεσσιν ἀέλλας, id est, Zephyri poterant præuertere nimbos.

Harpyiæ.

Nihil ad medicorum arrogantiam. 49

De ostentatore & fastuoso.

In fastuosum & elato supercilio ostentatorem illud Euphronis Comici in Synephebis contorquebatur,

μέγας δ' ὁ σοφιστὴς, καὶ δοκῶν τοῖς ἰατροῖς εἰς ἀμφίλογόν τι.

Magnus sophista est, nihilq; ad medicorum supercilium.

Natum ex intolerando veterum quorundam medicorum fastu, inter quos primus recenseri meretur Menecrates Syracusanus, qui Iouis cognomen stultè vsurpabat, velut qui sua arte vitam mortalibus, exemplo Iouis, daret, quo nomine gloriabundus veluti cœtum quendam Consentium deorum tibi ascisebat eos ipsos quos comitiali morbo obnoxios sanitati restituerat, sacramento lege obstrictos iussosque famulantium more subsequi, hunc Herculis habitu illum Mercurij, chlamyde, talaribus caduceóque instructum, rursus alium Apollinis, alium Æsculapij amictu, quum interim ipse Iuppiter præ omnibus emineret purpureo paludamento aureaque corona conspicuus, manuq; e sceptrum teneus, pedibus crepidatus. Neque stetit intra hosce, fines vecordia hominis, sed in maius etiam erupit, quando ad Philippum Macedonum reges per literas in hunc modum scripsisse legatur. Menecrates Iuppiter Philippo salutem. Tu quidem Macedoniæ rex es, Ego verò Medicinæ. Tu sanos quum velis perdere potes, at ego ægros seruare in vita, & bona valetudine præditos, qui mihi obsecundauerint, ad extremam vsque senectam incolumes & integros tueri: Quapropter te Macedones armis stipant, me verò victuri, siquidem illis Iuppiter ego vitam largior. Cuius insaniæ belluæ proterujam tribus verbis castigasse contentus fuit Philippus, ita referibens: Philippus Menecrati mentis sanitatem. Eidem ad cœnam vocato cum assecla deorum suorum comitatu, medio in triclinio loco editiore mensam adornari iusserat Philippus, magnifico & sacrorum apparatu, extructa insuper media in mensa ara, in qua fructuum omnis generis primitiæ adolebantur, ita vt quum cæteris conuiuis fercula varia apponerentur, huic cum assectis suis pueri thymiamata libamináque qualia in sacris solent, adolerent: Qua ratione exceptus, quum nihil inferretur quod eiuriem placaret, risus ludibrióque omnium sanniſque tradactus, è conuiuio cum suis proripuit se, indignabundus, vti ab Hegesandro literarum monumentis consignatum fuit. Eiusdem vecordiæ æmulus fuit Themison Cyprius Antiocho regi in delicijs habitus, vt Athenæus refert. Æqualis arrogantia traducitur in Thessalo medico apud Galenum, qui nouam sectam condidisse se glorians edito ad Neronem volumine Hippocratem priscósque medicos noxia præcepta tradidisse insimulat, nihilque pro ficti prodidisse vel ad sanitatem tuendam, vel ad depellendos morbos, se verò tanto medicos omnes anteceliere, quanto reliquas artes medicina, prædicat, suisque in libris velut publicum vniuersi orbis theatrum complens, sese corona dignum indicat præ cæteris non modò medicis, verum etiam omni scriptorum Græcorum familia. Themisonis medici meminit Cælius Aurelianus, Plinius & Iuuenalis.

Niue candidior. 50

De re eximiæ candoris.

Proberbialis hyperbole Græcis vsitatissima est, χιόνος λευκότερος, niue candidius de re quauis eximiæ candoris. Archestratus in Gastronomia, Desbios panes candidissimos volens significare, λευκότερα, inquit, Σκυρίας χιόνος. vltima niue candidiores. Homerus Iliados 10. de Rheſi equis,

Λευκότερος χιόνος, θείνον δ' ἀνέμοισιν ὁμοῖος.

Præ niue candentes, similes pernicibus auris, quem versum Matron Parodus ad panes detorsit hoc modo,

Λευκότερος χιόνος ἐσθὸν δ' ἀμύλοισιν ὁμοῖος.

Præ nive candentes, similes dulcedine amylo.

Et de bulborum radicibus item,

Λευκότερος χιόνος, ἰδέην ἀμύλοισι δ' ὁμοίης.

Præ nive candentes, similes dulcedine amylo.

Incertus author apud Suidam, οὐ γὰρ λεπτότερόν τινα Σαρδιανὸν χίονα θρυλλήτου χροιᾶς ἐστὶ δασάμενος, id est, neque enim poterat donare tapetas Phrygiæ nulli comparandos. Apollinarius Laodicenus Daphnidis illud λευκότερα χιόνος λευκαίνων, præ niue dealbabo, sic expressit heroicè.

Καὶ πολὺ λευκότερον χιόνος τελέσω μελέασσα.

Neque lauans multo reddes niue candidiorem.

Philostratus de Apollinis bubus, βοῦς ἐκεῖνος χιόνος λευκάς, Boues præ niue candidas. Sophocles in Antigone, λευκῆς χιόνος πέπλους ἐχιδνάς, Candidæ niuis ala tibipatus, hoc est, candidissima ala luccinctus Vertur & Gregorius Palama, & Eliæ cap. primo legitur, ἡ αἰσθάνου αἱ ἁμαρτίαι ὑμῶν εἰς φοινικοῦν, ὡς χιόνα λευκανῶ. Etsi peccata vestra purpuræ instar subuerint, ad modum niuis dealbabo. Huic assimile est Theocriti illud λευκότερα πάντων. Coagulo candidior. Eodem pertinent illæ hyperbolæ Martialis, Tam candidior puella cygno, Argento, niue, lilio, ligustro. Sed quando volo nocte nigriorem, Formica, pice, graculo, cicada, est hyperbole illa Ouidij, Illyrica pice nigrior essem.

Asello pisci similis. 51

Homo gulosus.

Τοῦτον ἰσοῦς, Atello pisci similis dicitur, homo gulosus & ventri abdomináque deditus. Natum inde est quod Atellus piscium in genere solus cor in ventre (ὡς καλεῖ vt Athenæus ex Aristotele, ἐν τῇ γαστρὶ D. Clemens ex eodem citat) habere legitur, quamobrem εὐφραιλόγαστρος ab Epicharmo Comico propter mõstrificam & portentosam ventris naturã vocitatur, veriore dictionis filo, quàm apud Athenæum libro 7. legitur μικρολόγαστρος. D. Clemens lib. 2. pædagogi, cap. 1. τὸν ἰδιόγαστρον τὸν ἀσελλὸν, τὸν ἰχθὺν τὸν καλούμενον ἔνδον τὴν μαλακίαν ἔχοντα, id est. Qui animam in aluo defodit, piscem Atello dicto maximè similis, quem dicit Aristoteles solum inter reliqua animantia cor in ventre habere, vnde & monstrouentrem eum vocat Epicharmus Comicus. Tales sunt qui se ventri mancipant, & quorum Deus venter est. Hæc ille.

Antica exclusum postica recipere. 52

Dissimulanter assentire.

Τῇ αὐλείῳ θυρωρεῖν, τῇ δ' ἀνάπτυξιν ἐπιέναι, Per atrij seu vestibuli ostium excludere, per posticum intromittere, competit adagium vbi donum apertis verbis repudiatum, conniuenter admittimus. aut quum sententiæ aut opinioni, cui ex professo fumus refragati, dissimulanter assentimus atque subscribimus. Plutarchus sympos. ἀφ. lib. 1. cap. 2. δεῖ δὲ μὴ δοκεῖν τὴν αὐλείαν τῶν λόγων θύραν ἀνοίγειν τῇ παραδόξῳ μᾶλλον, ἢ τῇ ἀληθείᾳ, id est, Vereor ne falsum primore ostio exclusum, postico intromittere citra discrimen videamur. Similiter dixit Galenus lib. 2. De natural. facult. τὴν ἀπορίαν τῇ τῶν πραγμάτων ἀπιστίᾳ. Postico iuxta prouerbium digressi sumus. Est autem anterior ædium ianua, Græcis αὐλή, at postica quæ à via regia abscedit aut in hortũ excurrit, ἀνάπτυξις à fallendi argumento. & ἀπορία velut hostensis, denique etiam ἀπορίαν dicta, qua voce præter Ammianum & Suetonium, vsus etiam est Cicero in Verrinis, Ea quemadmodum ad illum postea per pseudothyrum reuertatur, tabulis planum facium. Posticum in ea significatione Horatio etiam notum est, ibi,

Atria seruantem postico falle clientem.

Tragici cothurni strepitus. 53

Tragici cothurni strepitus ab Ammiano Marcellino vsurpatus prouerbialiter pro ostentatione

De ostentatione.

& magnicrepa verborum iactantia: sic enim ait libro vicesimo de Lupicino armorum magistro. Bellicosum sanè & castrensis rei peritum, sed supercilia erigentem vt cornua, de Tragici, quod aiunt cothurni strepitu. Vt autem Comicorum proprius est soccus, ita Tragicorum cothurnus: ille vulgaria & plebeia tractat humili stylo: hic altisonus heroum regumque res & fortunas persequitur: vnde & pro sublimi & grandiore genere accipitur, Virgilius in Bucolico carmine,

Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno.

Propertius poeta alicubi,

Desine & Aeschyleo componere verba cothurno.

Horatius odarum secundo ad Asinium Pollionem.

Grande munus Cecropio repetes cothurno.

Simile huic adagio est illud Theodoriti de Marco Arethusio, τὸ δὲ μάρκου δρᾶμα τῆς αἰσχύλου καὶ σοφοκλέους μεγαλοφροσύνης δεῖται, ὡς ἄξιον τὸ ἐκείνου πρᾶγμα γενέσθαι, id est, Marci factum Æschyli & Sophoclis cothurno opus habet, vt dignis vestibus Tragicè describant ea quæ sit perpessus.

Venter Solarium. 54

† *In gulones.* Proverbij speciem habet quod Ammianus Marcellinus de Caspiis gentibus loquens ait, venter vnicuique velut solarium est, eóque momento quod incidetur, editur. Illud aptissimè quadrabit in gulones & abdominis seruos, qui nulla habita horæ prandendi aut cœnandi ratione quotiescunque edendi libido se ingerit, ventrem subburrant fagina tibi, nati tantum fruges, vt tibicen ait, absumere, his nimirum ventrem solarium esse appositè & cum gratia dicemus. Est autem Solarium, horologij genus quod ad solem discrimina horarum indicat, gnomone vmbram eiaculante cuius prima gloria apud Romanos Lu. Papyrio cursoria scribitur, Anaximeni Milesio apud Græcos.

Solarium.

Buccinam ne in somnis quidem. 55

De meticuloso Figura proverbialis dictum est à Phylarcho, κωλύμενος πάλπην καὶ ἐν ὕπνοις ὑπομένων ἀκοῦσαι. id est, Bellicam tubam ne in somno quidem audire sustineat. De homine imbelli & supra modum meticuloso dicetur. Conuenit cum illo, Ante tubam trepidas.

Offula contentus. 56

De eo qui exiguis contentus haud magna & opulenta ambit, sed tenuem conditionem quæ propulsandæ famis tantùm satis dicetur versiculus Homericus quo Vlyssem petitum Melantius, qui extat Odyss. 17.

Αἴτιζε μηλοβοτᾶ, ἐπὶ δόρπα, κοὐδὲ λίσσευ. id est,

Depositas micas, non cures nec lebetes.

Hunc versum per iocum detorsit in contrarium sensum Charidæa apud Heliodorum lib. 2. Æthiopicarum rerum, καὶ ἐπεὶ δοκεῖ τισὶν ὄγκος, οὐκ ἀνάγκη, ἀλλ' ἄφαρ τι καὶ λίσσεσθαι κρεῖττον, id est, Tales mihi videmini, qui non micas, sed vernas & lebetes fictis postulaturi: innuens non exilia munuscula, sed ingentia flagitaturos. Ἀψῖδες Græci vocant minuta panis segmenta quæ amplius minutiusque confringi nequeant, ἀπὸ τοῦ ψωλύειν à frangendo, vt Etymologici author & Eustathius annotant. Hesychius quasi ἀχάρις dicit, quod fedando famem (quæ iuxta proverbium bilem in malum concire solet) placare nos consueuerit & mitigare, sublata bilis occasione, ita enim Hesychij verba intelligenda sunt. Quòd autem ἄφαρ bifariam tradidi, & reles, & vernas, Eustathij authoritate fretus id feci. quòd vetusque domum magnificum & benemeritis optimatibus condignum haberetur antiquitus.

Sacrum ignem inflare illi nefas. 57

In improbū. De improbo & sceleribus operto dicitur illud, ὃν οὐ θεμιτὸν πῦρ ἱκέσιον φυσῆσαι, id est, Cui sacrum ignem inspirare nefas est. Trœzenius historicus scriptum reliquit, Demochari cuidam soli inter Athenienses non licuisse sacrum ignem (quem in æde Vestæ asservabatur) inflare, quippe superiore corporis parte flagitiosè impuro. Duris Samius scribit Pytheam illud ipsum obiecisse Demosthenæ.

Neque Phasis mala eluat. 58

Malorum multitudinem ostendere volentes, quibus obuiam iri rectaque ratione medicari non possit, appositè vsurpabimus illos Sophoclis versus ex Oedipo tyranno,

Νίψαι καθαρμὸς πιὼν ἢ πιὼν σύλλιν, ὅστις κλύσει. id est,

Nec Ister ipse (quod vovi) nec eluat
Phasis, malorum quicquid hæc celat domus.

Sunt autem nominatissimi fluuij & maximi, Ister Germaniæ & Phasis Colchidos, vterque maximarum etiam nauium capax: ille prægrandibus septem ostiis in Euxinum se exonerat, hic Asiam ab Europa discriminat, vnde κύριος τόπος. Æschylo dicitur.

Nihil hydropico siccius. 59

Dionysius Longinus in libello περὶ ὕψους adagium hoc vulgo vitatum ostendit, ἀλλ' ὃ φασὶ ξηρότερον ὑδρωπικοῦ. hoc est, Nihil (quod aiunt) hydropico siccius. Auarus quò plura habet, eò plura desiderat, tam enim illi deest quod habet, quam quod non habet, vt inquit Horat. 2. Carm. 2. *De auaro.*

Crescit indulgens sibi dirus hydrops,
Nec sitim pellit, nisi causa morbi
Fugerit venis.

Notum est de Heraclito philosopho, qui aqua incussa miserè affectus bubulo stercoramio se obleuit, addens τοιμύρμιος δεῖσθαι, se opus habere pluuio madore, aut vt Philostratus refert libro 1. de vita Apollonij δεῖσθαι τῶν ποιούντων ἐξ ὑετοῦ ἀσκῶν, indigere se eo qui pro madore squalorem induceret.

Apertis ianuis. 60

Vitrouea humanitas. Ἀνεῳγόσι θύραις apertæ ianuæ in prouerbij honorem concessere de obuia & vitrouea humanitate. Vespasianus apud Philostratum ἀνεῳγόσι θύραις παρίχετο τοῖς ἐντυγχάνουσι πάντας, patulas fores doctis præbere profitetur. Quod dictum vtinam magnates principésque viri cordi ducerent, aliquanto certè melius cum literis ageretur. Cicero valde decorum ait esse, patere domos illustrium hominum. Hospitalitatem commendat, imò requirit in episcopo D. Paulus, vt eius domus iuxta Pindarum, πάντων ξείνων ἔσσυται θύραις, reseratis ostiis ad excipiendos hospites pateat. Laudatur illud hospitalitatis munus in Cimone Atheniensi, in Cydone Corinthio, cuius domus omnibus exposita prouerbio locum dedit: & prædicat in Hecale quamuis pauperculæ & tenuis fortunæ, Callimachus his verbis,

Τῶν δὲ πάντες ὁδῖται,
Ἡμὲ φιλοξείνοιο θύρης ἐκὸς ἀκλῆῖδος.
Cuncta viatorum gens hanc venerata solebat,
Namq; larem hospitio nulli præclusit adusquam.

Huc spectat illud Eupolidis in Amicis, fabulæ id nomen est,

Νὺξ δὲ τοιαύτη δεῖ μοι ἔχειν θύρα.
Ecquis hæc nullos aperuit ianua?

quo alluserit in Acharnens. Antiloph. ibi,

Τὸν δ' ἔνδοθεν δεῖ μοι κλῆῖθρ' ἔχειν θύρας.
Nullum hospitem fecisti tibi ianua.

Dion Nicæus Vespasiani laudibus adscribit quod regiæ fores semper paterent, αἱ θύραι δὲ βασιλικῶν ἀνεῳγμέναι, quod tamen ad securitatis argumentum factum puto, absque munificentiæ conscientia.

Φυγοφόρος. 61

† *Homo ad omnia inutilis.* Φυγοφόρος, quasi ramigerus dicas, prouerbialiter dicebatur teste Eustathio in Odyss. 17. homo ad omnia inutilis, nisi qui fortè pascendo pecori in suggerendis surculis opem præstare foret idoneus. Natum à pompa Athenensium quam Panathenæa vocabant, in qua senes emeriti oleaginos termites gestabant, testibus Philochoro & Xenophonte. Meminit & Iunius in libro de senectute. ὅτι νόμος αὐτοῖς ἐπέτρεπε χλεύην τῷ ἀδυνάτῳ, εἰς ὃν ξυμφόρως ὁ φιλόσοφος, πλοφόρον. id est, Lex illos ipsos decernit Minervæ oleaginas virgulas deferre, vt testatur Xenophon. hinc est quod πλοφόρους ipsos senes nominat Aristophanes ceu ad obeunda alia munera ineptos. Licebit itaque ciuilibus negotiis parum idoneum aut alijs quibuscunque, φυγοφόρον appellare Comico sale.

Anui assimilis. 62

De garrulo vel rugoso. Γραὶ καμινῖτις, Anui exoletæ, aut foco affidenti similis, prouerbiale dictum in blateronem garrulitate anili infamem, vel in rugis deformem vetulum. Hoc scommate Vlyssem excipit Irus mendicus Odyss. 18. vbi Eustathius ex Rhetorici Lexici interpretatione multiloquum notari adscribit: secundum alios verò rugosum faciem perstringi. Aristarchus & Herodianus grammatici καμινὼ furnariam exponunt vetulam fornaci affidentem & hordeum frigentem, quo facilius pinsatur & in pollinem pila commigatum redigatur:

alij

alij ad nigroris fulcedinisque significationem dictum trahunt, quasi fuligine oppletum incessat. Comanus grammaticus epitheton vult esse exoletæ virisque defectæ anus, ὅτι τὸ καμεῖν τοὺς ἵππους ὅπου χάριν, quòd senij vitio debilitati sint nervi.

Fructibus non stadiis certare. 63

De re quidem exigua, sed vtili tamen.

Καρποῖς οὐ σταδίοις ἐρίζειν, Fructibus haud stadiis contendere, adagio dicitur, De loco exili quidem, sed frugifero, exiguis quidem spatiis circumierpto, fructuũ tamen prouentu longè lęetissimo. Antiphilus epigrammatarius de Chio insula loquens,

Καρποῖς οὐ σταδίοισιν ἐριζομένη,
Fructibus, haud stadijs certamen inimus.

Licebit non malè transferre ad librum non magna quidem mole, sed eruditionis omnifariæ plenum. Cuiusmodi iudicium de Persij satyris tribuit Martialis eo disticho,

Saepius in libro numeratur Persius vno,
Quam tenuis tota Marsus Amazonide.

In Ialemos adscribendus. 64

De inepto.

Εἰς τοὺς ἰδιώτας ἐγγραπτέος, inter Ialemos adscribendum dicimus qui inepte insulseque se gerit. Menander Comicus,

Ὅταν δ' ἱρᾶται πάλιν ἀφῇς, αἴσχιον.
Εἰς τοὺς ἰδιώτας τὸν τοιοῦτον ἐγγράφω.
Audaciam cui dempseris amens, perit,
Potesti, is inter Ialemos adscribier.

Ialemus homo inamœnus matrique Calliopæ dissimillimus fuisse perhibetur, nomen fortassis adeptus, ὅτι τὸ νῆμα ἴον ἠλάθαινε, quòd insulsus in loquendo esset, & in loquela aberraret, quasi ὁ ἐν τῷ ἰᾶσθαι ἠλάθιος, quomodo & παλάμης, ὁ ἐν τῷ παίειν ἠλάθιος stolidus fatuúsque homo dicitur. Galenus lib. De prænotione Ἰδιώτας ἰατροὺς insulsos medicos vocat. Hermogenes rhetor, παρὰ μορίᾳ τινὰ τὰ σφάλματα ζητοῦσι οἱ ἀπὸ τῶν ἰδιωτῶν τούτων. Mirum quantum negotij exhibeat Ialemis istis hac de re scisciantibus. Sunt qui Ialemum eundem esse cum Lino putant.

Censorium supercilium. 65

Eximia grauitas.

Censorium supercilium prouerbialiter dixit Lu. Seneca in declamationibus, pro eximia grauitate, & tetrica seueritate: vbi ait, Affectabat enim censorium supercilium, quum alius animo esset. quanquam in nonnullis codicibus legatur ibi, faciebat, pro affectabat, & aliàs, pro alius, sed vtrunque malè. Censores Romę erat magistratus quinquennalis, penes quos authoritas maxima erat tum múmque arbitrium animaduertendi in mores ciuium, nam & senatores loco mouere, trossulis, hoc est, equitibus equos adimere, plebejos infamia notare, illis licebat.

Siphnia arra. 66

Σίφνιος ἀρραβών, id est, Siphnius arrabo, Prouerbium extat apud Hetychium & Suidam, quo digitus infamis olim notabatur, à fœdis Siphniorum moribus, vnde natum adagium σφηνίζειν quod extat apud Erasmum nostrum, ita vt Siphniam arram ostendere, idem fermè sit quod Martiali medium & impudicum digitum ostendere. Potest ita vocari & nummus aut arra quam stupri arbiter largitur. Meminit Eustathius in commentariis in Dionysium Afrum ἀστραγάλου σφηνίου, id est, astragali Siphnij, sed quum eius nusquam fiat mentio, arbitror illum vitio codicum deceptum, loco ἀρραβῶνος legisse ἀστραγάλου. Hesychij codex emaculandus est, pro αἰδυμῶν legendo δίδυμον. Posset fortassis & pro ingenti magnóque pretij arrabone, σφηνίου ἀρραβῶνος efferri, quòd insulani isti olim opibus affluentissimi fuerint, quamdiu fato animi tenebantur decumas Delphico Apollini persoluerent, ex argenti fodinis Herodoto teste. Siphnus insula vna Cycladum fuit à Siphno Sunij filio nomen habens, vt Stephanus scribit, ludatissimis poculis celebris, vnde σίφνια ποτήρια, id est, Siphnia pocula, eodem authore dicta.

Quasi mappa missa. 67

Dare signum.

Mappam mittere, pro signum dare vsurpasse videtur Tertullianus libro aduersus Valentinianos, Quanto, inquit, meliores qui totum hoc tædium de medio emoliti, nullum nonem volverunt alium ex alio per gradus reuera Gemonios structum, sed mappa (quod aiunt) missa, semel octoiugem istam ex patre & Ennœa eius exclusam, hoc est, velut edito quopiam signo. Esse autem prouerbium, indicat adiuta clausula, Quod aiunt. Allusum ad morem Circensibus ludis receptum, quo mappa tragœdis vsitata à Prætore demittebatur, in signum aurigationis aut certaminis. Sic etiam Nero aurigationis studio impensè deditus, rudimentum artis tuæ exhibuit liberto aliquo mappam mittente, vt Suetonius commeminit. Morem mittendæ mappæ indicat Martialis lib. 12. epigramm.

Crastina prætor quum velles mittere mappam,
Prætoris mappam surripit Hermogenes.

Meminit & Iuuenalis satyra duodecima,

Interea Megalesiaca spectacula mappa.

Desultorius. 68

Inconstantis instabilisque ingenij hominem.

Inconstantis instabilisque ingenij hominem, quique vel ad leuem opinionis aurulam sententiam mutat, & à persuasione desciscit, Desultorium prouerbij figurã dicemus, & Desultoriam lenitatem, multiplicem & varium. Cicero pro L. Murena, Respõdebo igitur Posthumio primùm, qui nescio quo pacto mihi videtur Prætorius candidatus in Consulatem, quasi desultorius in quadrigarum curriculum incurrere. Martianus Mineus in libro De nuptijs Philologiæ de fortuna loquens. Leuitate pernix desultoria gestiebat. Tertullianus lib. aduersus Valentinianos, Desultricem virtutem appellat instabilem & male firmam ac moderam, Tantùm quod desultricem & defectricem illam virtutem non vult. Apuleius Madaurensis in eo libri de Asino aureo, vbi præfatur veniam exotici sermonis. Desultorix scientiæ stylum vocat, linguę Romanæ vsum, quam ex Græcia aduena didicerat, a vernacula lingua & patria, ad peregrinam deflectens. Ioannes Picus Mirandulanus, Homo, inquit, varię ac multiformis & desultoriæ naturæ animal, quibus verbis Platonis illud reddidit, ἄνθρωπος ζῶον φύσει ἀποπήδημα. Ego precationem non desultoriam verti, quod apud D. Cyrillum est, *Equi desultorij.* περιδρόμῳ ἀρτιμαθεῖ. Refert Sex. Pompeius priscos Romanos pariles equos, hoc est, duobus in prælio vsos fuisse, vt defatigato aut ludente altero in integrum transcenderent, cuiusmodi equis Numidas vios ostendit Titinius ita scribens. Quibus desultorum in modum binos trahentibus equos, in recentem equum ex fesso transsultare mos erat. Tales equos ἁμίππους vocant Græci, nam ἵππους equi pernices combinantur quorum vno vehitur desultor (de quo extat illud Homeri, ἐπὶ σφῶϊν ἄρ' ἔπειτ' ἀνὴρ) . Iterum attulit, atque ita ἄμιππον, velut iuncti vna equi dicuntur.

Mugilis vitam degere. 69

†*Miserrimus*

Κεφάλου βίον ζῆν, Mugilis vitam agere dicitur, qui non habet quod edat, hoc est, esurit & inediam patitur. Eubulus in fabula Nausicta.

Ὃς νῦν πεπράκει ἡμέραν βεβιζέναι,
Νῦν τοιοῦτος κεφάλου ζῆν βίον.

Qui nunc diem, si dijs placet, quantum lauat Ieiunus improbi vitam mugilis agens. Euphron Comicus, *μίδας ἢ κεφαλὴ ἐστί, γίγνεται ἄσιτος.* Midas mugil est, ieiunus obambulat. Amphias Comicus, *ἔπειτα οὐκ ἂν γένοιτο καὶ σοὶ κεφαλὴ ἀναλωθῆναι ἐμοί.* Paulo minus ieiunus tu mugilis in morem mihi famulabere. Alexis in Phrygę fabula. *Ἐγὼ δὲ κεφαλὴ νῦν εἶμι δ' ὀψοπώλιον*, Ego famelicus mugil accurro domum. Diphilus in Lemnio.

Φῶτα διδόντα πάντα, δ' πάντας ἐᾷ
Κεφαλὴ οὐδ' ὅλως ἔστιν ὀπτὸς ἄφαρ.
Sumpsere eorum ipsi, ast ego interim miser
Inedium ob ingentem fieri cogor mugil.

Citatur & Theopompo authoritas κεφάλου τοῦ χαροῦς, Famelicus mugilum cœtus. & apud Athenæum Hesperus cynicus exclamat, *δίκαιον κεφάλου τὸν βίον*. Esurimus mugilum instar. Mugil verò solus in genere piscium ieiunus siue famelicus audit, eo quòd nulla capiatur esca animata, non carne, non alia re quapiam vitali, vt ab Aristotele proditum est, aut piscium aliorum esca.

Briareus, alias lepus. 70

In iactat. ignauum.

Βριάρεως φαίνεται, οὐ λαγώς, Briareus apparet esse quum sit lepus. Competit in Thrasonica iactantia feroces, quid de se magnificè crepant dęque sua virtute, lepore timidiores cum res postulat viros. Posidippus Comicus in Tripudiantibus,

Ξυναγὼς οὗτος ὡς ἐμὲ μὲν ἔχει
Φοβοῦνθ' ὑπ' ἀριστέα σαυτὸν ἀφαιρεῖσθαι,
Βριάρεως βεβιωκὼς αὖ τὸ χρῆν δ' ἦν λαγώς.
Stipem mercatum ductor ipse quammox

Thorace tectus, aut draconis ferreo
Briareum videtur, si ferat res, est lepus.

Briareum centum manibus armauit fabula, Ioui auxiliarem à cæteris diis per insidias appetito: vnde ἑκατόγχειρος. Homerus, centimanum Latini, & centum geminum Virgilius vocant, nominis etymo robustum & præualidum significante, id enim est βριαρὸν, vnde & βριαρόχειρ, manu validus. Meminit eius Homerus, Οὐ βριάρεων καλέουσι θεοί, ἄνδρες δέ τε πάντες Αἰγαίωνα. Lepore verò nihil esse meticulosius fugaciúsque ostendit & hyperbolè prouerbialis, λαγὸν ἢ λαγῶ δειλότερος. Lepore timidior. Nazianzenus in funebri oratione patris, publicanos ait Briarei manus pecuniis publicis immittere, innouens vndecunque hamatis manibus diripere reip. vectigalia. sic enim ait, τοὺς βριαρεῖς χεῖρας ὑπεδήσαντας τοῖς δημοσίοις.

Lari vitam. 71

† De inepte plebili auaro, vel insigni bellione.

Λάρου βίον ζῆν, Lari vitam viuere, pro lucri gratia maria omnia obire nauigando, prouerbij specie dixit Ælianus sophista in rusticis epistolis, ὀπωμαχίζει ἡ λάρου βίον ζῆ, ἡ αἴμασι μάχεται δηφοειδέσι. In vndis fluctuat, Larique vitam degit cum venis diuersis dimicans, Dici conuenit de mercatore qui augendi peculij gratia quouis terrarum nauigat, & ad extremos etiam Indos decurrit, Larus enim vorax auis è mari victum quærit, aut lacubus, quam Gauiam Latini nũcupant. & Matron Parodus Charephontem parasitum laro assimilat famelico, ob inexplebilem voracitatem, sic enim ait, πανδεὴς λάρῳ ἴσος ἀκόρητος.

Plutus mortuus. 72

Dotalis pecunia.

Quemadmodum τυφλὸν πλοῦτον. Plutum cæcum appellant abstrusas diuitias prouerbiali figura, ita & Herodes Atticus νεκρὸν πλοῦτον. Plutum mortuũ simili tropo dixit pecunias inutiles & sordidè parcéque retentas, hoc est, ἀσύμβολον πλοῦτον, vt exponit Flauius Philostratus, voce nonnihil mendosa in vulgatis exemplaribus, ἀσυμβόλαιον pro ἀσύμβολον, legentibus, qua ratione &, διαμυστικὰ πλούτου, Pluti carcere vocauit, arcas aliáque id genus repositoria pecuniarum, quibus captiuæ veluti detinentur ab auaris, ne in vsum veniant.

Aloadæ. 73

† Sordidæ pecuniosæ.

Ἀλωάδας aut ἀλωαδίδας, vtrunque enim legitur, parœmiacè vocauit idem Herodes apud Philostratum auaros sordidéque pecuniosos homines, qui diligenti cura atque improbo studio opes conseruant, pecuniásque reconditis ac repositis veluti immolant, more Aloei filiorum, qui Martem vinctum carceri mancipauerunt, eidem tamen sacra facientes. Fuere autem hij Otus & Ephialtes genitura Neptuni, agnomine Aloeus filij, qui eos vt suos educauit, vt Hesiodus scripsit, quanquam Eratosthenes è Tellure genitos fabuletur, de quibus Homer. Iliad. 5.

Τλῆ μὲν ἄρης ἐτὸς μὲν ὀϊτυς κρατερὸς τ' ἐφιάλτης
Παῖδες ἀμυμονος δύω κρατερὴ δὲ μιν ἀμφὶς ἔδησαν. id est,
-quid non
Aloidæ. *Mars passus quando hunc Ephialtes acer & Otus*
Filij Aloei clauserunt compede saua.

Auaros igitur venustè Aloiadas dicemus, thesauris suis quibus vti frui ipsi non audent, anxiè addictos & quasi famulantes. Non dissimili tropo D. Paulus idololatras appellat auaros istos Euclliones qui pari cura venerantur, custodiunt pecunias, iísque mancipati seruiunt, fiduciamque in iis collocant, quemadmodum idololatræ simulachris suis quæ omni cultus genere prosequuntur. Quorsum enim diuitiæ, si absit vsus? hic enim eas illustrat. vnde Ptolemæo Philadelpho laudi attribuit Theocritus poeta quod domi suæ non abscónderet inutiles opes, formicarum instar quæ aurum penitus egestum in antris custodire memorantur, Pomponio Mela & Solino testibus. sic enim ait,

Οὐ μὰν αἰχρὸς γε δόμῳ ἐν πίονι χρυσὸς
Μυρμήκων ἅτε πλοῦτος ἀεὶ κατὰ γαῖα μογόντων. id est,
Haud turpis intus aurum tecto pio diuitis asylum
Congeritur, qualis formica reponit acerues.

Carpathius testem. 74

†Testis in sui perniciem.

Καρπάθιος μὲν μάρτυρα, Carpathius testem, scilicet ἐπάγεται, accersuit, aut adduxit, Dicetur quum quis testem citat in suum ipsius malum & perniciem, veluti quum authoris testimonium aut scripturæ locus quem pro se adducit quispiam, diuersum sonat atque repugnat ipsius opinioni. Vsurpauit adagium Archilochus deflexum ab altero vulgatiore, Carpathius leporem. Est autem Carpathus insula non procul à Coo, in quam importati aliunde lepores, in tantam copiam excreuere, vt non frugibus tantum, sed & vitibus eros is exitium attulerint. Carpathus.

Scaperdam trahere. 75

† De Labore difficili ac molesto.

Σκαφίδιον prouerbialiter dici annotat Eustathius Iliad. ρ. quicquid durum sit & difficile, ita enim sonant eius verba, τὸ δυσχερῶς πάνυ σκαπέρδου ἔχειν παροιμιακῶς, ἀφ' οὗ τὸ ὄνειδος τῆς ἐλευθερίας ἐγίνετο. Natum à ludicro contentionis genere, quod ita describit idem author, & Hesychius, nec non & Pollux Onomastici lib. 9. Collocatur in circo trabs humanam staturam altitudine exæquans, perforata, per foramen traiecto fune, è cuius extremitate religantur vtrinque adolescentes duo auersi, qui valido nisu adurgentes alter alterũ in sublime attrahere satagunt: quo certaminis genere victoriam reportat qui supremo impetu alterum admouerit. Itaque à laborioso molimine attractionis & aduersarij retractionis σκαπέρδα de difficili & molestiæ pleno labore effertur, vt σκάπερδον ἕλκειν, id est, Scaperdã trahere dicatur, qui durã susceperit prouinciam.

In pace leones, in prælio cerui. 76

Vsurpatur prouerbij loco à Qu. Septimio in lib. de cõrona militis: Noui (inquit) & pastores eorum in pace leones, in prælio ceruos, quibus verbis perstringit episcopos qui in persecutionis tempore, quo constantiæ fideique, documentum populo præstari debuerat, primi fugam arripiant. Allusum videtur ad Aristophanis versiculum, οἰκοῦσι μὲν λέοντες, ἐν μάχῃ δ' ἀλώπεκες, Domi leones, at vulpes in prælio. Dictum apparet in Lacedæmonios qui infeliciter in Asia depugnauerãt, vnde illud apud eũdem in fabula quæ Pax inscribitur, οἴκοι λέοντες, ἐν ἐφέσῳ δ' ἀλώπεκες, Domi leones, apud Ephesum Lacones. sic Alciphron in epistolis græcis, ἐγὼ μάλιστα οἱ μισοῦσι λακωνομάστην, ἵνα δειλῶν ἀνδρῶν τῶν ἐν ἐφέσῳ ἀφίκωμαι, id est, ac imprimis scelerati Lacedæmonij, vt viri viderentur, qui apud Ephesum vulpes fuerant. Conforme huic est illud T. Liuij, In otio tumultuosi, in bello segnes. Quadrat in eos qui pacis tempore ferociunt, militiæ meticulosi ac ficulnei, aut in locupletes qui priuatos homũculos & consilij inopes, lacessere strenuè solent, si cum potentioribus res sit, & qui animosè contrà eunt, illic manus cõtinent, ne hiscere quidem audent, qualem fermè Thersiten depingit Homerus, qui iam tum suadentẽ reditum Agamemnone & ad naues repedantibus Græcis, acrem se ostendit & fortem prælitatorem, ipse belli nusquam nobilis. Tales sunt qui Iliados vltimo ab Homero dicuntur, ἀρτῶν νὺ' ἐφέσιον ὀπάδημοι ἁρπακτῆρες, id est, populares agnorum hœdorumque (innoxiorum animalium) raptores, qui versiculus & ipse in prouerbij vsum cesserit. Eiusmodi homines aptè suis colorib. depingit Synesius in epistola ad fratrem in hæc verba. τοὺς αὐτοὺς αὐτοῖς ἐν μὲ ἐφέσιον διωκτὸν ἢ πολέμῳ δηλῆσαι δυνατοὺς ἀπολαχοῦ πανηγυρεῖ, ὥστε μοι δοκεῖ θαυμάσιον τὸν ἀνδρῶν εἶδος ἔχειν τῷ πολέμῳ, ὅτι βαίνουσι θαρρῶν τῷ σφῶν πλὴν καρδίας αἵματος αἰχεῖν. Notat Ioannem quendam ad solam de nostrum aduentu famam perterritum, ac sub causarij morbi prætextu, fugam adornantem, ita autem sonant verba Græca. Eosdem videas in pace feroces, in bello formidolosos, hoc est, vtrobique ignauos, vt iure hæc belli gratia referenda videatur, quòd sanguinis qui in corde existit, explorator ac velut Lydius quidam lapis sit. In otio tumultuosi, in bello segnes.

Per eandem lineam serram reciprocare. 77

Labor inutilis.

Apud eundem Tertullianum eodem in libro paulò post prouerbialis figura illud effertur. Et quandiu per hanc lineam serram reciprocabimus? quo videtur innuere inutilem laborem circa vnam eandémque rem, eos igitur qui in eodem argumento immodici sunt, & velut cupressum simulant, per eandem lineam serram reciprocare non inuenustè dicemus. Conuenit cũ eo, Eadem oberrare chorda, & eandem incudem diu noctuque tundere.

Polydamas primus obiicit probrum. 78

Ius qui reprehendi veretur.

Omnes reprehensionem à patrono aut viro egregiè nobis charo metuimus, aut principis viri offensam veremur, vti licebit illo Homeri, quod Iliados χ. loquitur Hector rei malè gestæ sibi conscius.

ἦμαι ἐγών, εἰ μήν με πόλις ἐῢ πύργα

Πολυδάμας μοὶ σοῦτος ἰῳχέλυν αἰσχύνει, id est,
Heu misero, quid agam? repeto μ' mœnia Troiæ,
Polydamas probri maculam mihi primus inuret.

Cicero epist. arum ad Atticum libro secundo. Quid enim nostri optimates, si qui reliqui sunt, loquentur? an me aliquo præmio de sententia esse deductum? πολυδάμας μοὶ σοῦτος ἰῳχέλυν αἰσχύνει. Cato ille noster, qui mihi vnus est pro centum millibus. Hanc & quidem genuinam lectionem ex vetustis exemplaribus restituit doctissimus Petrus Victorius, cuius viri eximium in literis iudicium maximi facio. Ibidem lib. 7. Αἰδόμενος non Pompeium modò, sed Troas, καὶ τρωὰς ἑλκεσιπέπλους μοὶ σοῦτος ἰῳχέλυν. Quis? Tu ipse scilicet laudator & factorum & scriptorum meorum. Huius versus testimonio vtitur & Aristoteles ἠθικῶν libro tertio, vbi de ciuili fortitudine agit, δοκοῦσι γὰρ οἱ πολῖται διὰ τὰ ἐπιτίμια καὶ τὰς ἀτιμίας τὰς ἐν τοῖς νόμοις ὑπάρχειν καὶ διὰ τὰς τιμὰς, καὶ διὰ τὸν ὀνείδεσι δίκην, καὶ διὰ τοῦτο τοὺς ἀκρατεῖς ἀνδρείους λέγουσι, ὅτι διὰ ἀσωμίαν, πολίτης ἢ ἄν ἔοικεν ποιεῖ, οἷον διὰ Ὁμηρικὸς, ἢ τὸν Ἕκτορα,

Πολυδάμας μοὶ σοῦτος ἰῳχέλυν αἰσχύνει.

id est, Videntur namque pericula sustinere cives propter mulctas quas lex irrogat, propter ignominiam, & honores: eáque de causa fortissimi existimantur esse, quippe qui timidos, nullo, strenuos viros, magno in honore habent. Tales canit Homerus inter alios, Diomedem & Hectorem,

Polydamas probri maculam mihi primus inuret.

Ad hunc Homericum versum alludisse Persium prima satyra existimo, vbi vereri se significat, de sibi à principe & Romano populo præferatur Labeo quispiam tragicus poeta, sic enim inquit,

Ne mihi Polydamas & Troiades Labeonem
Prætulerint.

vno enim hoc versu ad duos Homericos allusit, quibus Hectoris metus iudicium fit, qui Polydamantem monitorem imprimis metuebat, secundo loco cives suos, in eo versu,

Αἰδόμενοι τρῶες ἠδὲ τρῳάδας ἑλκεσιπέπλους. id est,
Troianos vereor & Troiadas vestibatas.

Comicus testis. 79

Cicero epist. famil. secundo libro, Mea verò officia ei non defuisse, tu es testis: quoniam κωμικὸς μάρτυς, vt opinor, occidit Phania nta enim cum Cameratio lego, nisi mauis, accedit, nam vulgatum, accidit, minimè placet. Illud quin prouerbialiter dictum sit, nemo omnium addubitat, sed in explicatione discrepant calculi. Caelius Calcagninus existimat Comicum testem, dici eum, qui se obtulerit ò accersitus neque voluntarius, sed fortuito & inexpectatus ad summouendam dubiæ rei difficultatem, propterea quòd Phania Appij libertus opportunè admodum, sed repentino obtulerit se iis rebus quæ in laudem Appij à Cicerone gerebátur. Quam quidem expositionem probare mihi non potest, quum Phania libertus non potuerit tam insperatus adhiberi testis, vt nedum in vno, sed in pluribus (quod indicant Ciceronis verba) officiis, quibus Appium demereri orator studuerat, præsens & oculatus, imò lateri quodámodo adsiduus, adesse testis debuerit, in hero fidelis operæ verum testimonium dicturus esset. Propius aliquanto ad scopum collimat Antiquarum lectionum author, qui facetum & lepidi ingenij hominem designari putat, eo quòd tales introducat ferè Comœdia. Ioachimus Camerarius summę eruditionis vir, & Germanię φῶς τὸ πατριδικὸν tribuitur accipi posse de glorioso teste, vel fucato, aut ad testificationes prompto: in quo postremo facile illi accesserim. Petrus Victorius proterui adagium annotat, de his qui mendacium ficto aliquo teste confirmare volebant: quo sensu accipi posse videtur à Polybio historico apud Suidam. ὁ δ' ἱστορικὸς φησὶ τῷ παρρησίᾳ καὶ τῇ τοῦ βίου ἀκαιρίᾳ, καὶ φορτικῷ τινὰ μάρτυρα προσπαραλαμβάνοντα. Reprehensus Calcagninus. Celius Rhodiginus.

Reprehensus Calcagninus.

Celius Rhodiginus.

Reprehensus Calcagninus.

Celius Rhodiginus.

Comicus testis. 79

Cicero epist. famil. secundo libro, Mea verò officia ei non defuisse, tu es testis: quoniam κωμικὸς μάρτυς, vt opinor, occidit Phania nta enim cum Cameratio lego, nisi mauis, accedit, nam vulgatum, accidit, minimè placet. Illud quin prouerbialiter dictum sit, nemo omnium addubitat, sed in explicatione discrepant calculi. Caelius Calcagninus existimat Comicum testem, dici eum, qui se obtulerit ò accersitus neque voluntarius, sed fortuito & inexpectatus ad summouendam dubiæ rei difficultatem, propterea quòd Phania Appij libertus opportunè admodum, sed repentino obtulerit se iis rebus quæ in laudem Appij à Cicerone gerebátur. Quam quidem expositionem probare mihi non potest, quum Phania libertus non potuerit tam insperatus adhiberi testis, vt nedum in vno, sed in pluribus (quod indicant Ciceronis verba) officiis, quibus Appium demereri orator studuerat, præsens & oculatus, imò lateri quodámodo adsiduus, adesse testis debuerit, in hero fidelis operæ verum testimonium dicturus esset. Propius aliquanto ad scopum collimat Antiquarum lectionum author, qui facetum & lepidi ingenij hominem designari putat, eo quòd tales introducat ferè Comœdia. Ioachimus Camerarius summę eruditionis vir, & Germanię φῶς τὸ πατριδικὸν tribuitur accipi posse de glorioso teste, vel fucato, aut ad testificationes prompto: in quo postremo facile illi accesserim. Petrus Victorius proterui adagium annotat, de his qui mendacium ficto aliquo teste confirmare volebant: quo sensu accipi posse videtur à Polybio historico apud Suidam. ὁ δ' ἱστορικὸς φησὶ τῷ παρρησίᾳ καὶ τῇ τοῦ βίου ἀκαιρίᾳ, καὶ φορτικῷ τινὰ μάρτυρα προσπαραλαμβάνοντα. Reprehensus Calcagninus. Celius Rhodiginus.

mesticum quasi coepulonem, qui, quòd eum mensa & conuiuiorum lautitia dignemur, causæ nostræ addictior esse, nobisque operam dare debeat, à κῶμος. qua voce comestatio & conuiuatio quædam significatur.

Vtroque velo fugere. 80

Τὰ ἀμφότερα ἱστία ἐκπετάσαι, id est, Vtrumque velum expandere, prouerbiali figura dixit in Symposiacis Plutarchus, quum contentionis summæ studium vellet significare. Ita enim habet, εἰ μὴ τὰ ἀμφότερα ἱστία ἐκπετάσαμεν τῆς ἡδονῆς φεύγοντες, id est, Ni subiato vtroque velo voluptatem fugiamus. Olim binis ferme velis in naui vtebantur, artemone & dolone. Simili loquendi modo vtus est fere Synesius in Dione, οὐ μικρὸν, ἀλλ' ὅλαις ἅπασι ἱστίοις ἀπονίψω, id est, Non pedetentim, sed velis omnibus terebatur. *Studium summę contentionis.*

Mercury virga excitare. 81

Ἑρμοῦ ῥάβδῳ κινεῖν, id est, Mercurij virgula excitare, prouerbialiter extulit Iulianus apostata in epistola ad Iamblichum, pro, vt eloquentiæ exercitia animare aliquè & sopitum excitare, vbi ait, εἰ μὴ ἄρα ἐμοὶ τὸ μέλος τὸ ἐκείνων μὴ σφόδρα καὶ οἷον ἑρμοῦ ῥάβδῳ κινεῖς καὶ διεγείρει καθίστησιν, i. Potiusquàm nobis modulatus eorum auspicium præbeat, & quasi virgula Mercurialis moues ac sopitos excitas. Idem ad eundem Πρέπει δ' ἑρμοῦ λογίου μαθητὴν, οὐ βιβλίοις ἔφαμεν ὕπνον ἐμποιεῖν ἐν τῇ καθεύδειν ποιεῖν, ἀλλ' ἐν τῇ νικᾶν ἢ διεγείρειν μᾶλλον ἢ ὕπνον μιμεῖσθαι, id est, Par est & æquum te Mercurij eloquentiæ auditis discipulum, non si mauis, alumnum, virgulam non prouocandi somni gratia tractare, sed ad mouendum excitandúmque potius, illum æmulari. De Mercurij virga ita Homerus Odyssez quinto, *Animare eloquentiæ exercitia animare.*

Βίλτο δ' ῥαβδήσων, τῷ δ' ἀνδρῶν ὄμματα θέλγει,
Ὅντινα δὴ, τοὺς δ' αὖτε καὶ ὑπνώοντας ἐγείρει.

Quos versus aliquanto iucundius expressit Virgilius Æneid. 4.

Tum virgam capit, hac animas ille euocat Orco
Pallentes, alias, ab triste Tartara mittit,
Dat somnos adimitque, & lumina morte resignat.

Insanus appensis pellibus non curatur. 82

Tatianus Assyrius in oratione aduersus Græcos, οὐδὲ ὁ μαινόμενος σατύροις ἐξαρτήμασι θεραπεύεται, Neque furiosus pellium appendicibus curatur. Quemadmodum ab insaniæ morbo non liberant coriaceorum segmentorum pendigines ista stoliditatem non auferunt doctoralia insignia: nec ingenij vanitatem, habitus sacerdotalis. Eandem planè sententiam habet cum illo Plutarchi, Calceus podagra non liberat.

Κυθρίδης. 83

Κυθρίδης prouerbiali specie, dicitur conclamatæ spei homo, qui funditus perit, quasi dicas, Cythni instar perditus, à Cythni insulæ vnius ex Cicladibus exitio, cuius incolas ferro flammáque hostiliter deuastasse Amphitryon Thebanorum princeps perhibetur, teste Hesychio. Habet autem aliquanto plus vehementiæ & energiæ singularis illa vox, quàm apud Zenobiũ κυθρίδης συμφορά. *Spei desperatæ. Cythni te bene.*

Veneris expers. 84

Ἀκήρατον, inuenustum omnisque veneris expers, & triuiale, non sine prouerbij specie dixisse videtur Eunapius Sardianus de Porphyrij coætaneis scriptoribus Origene, Amelio, & Aquilino loquens, Quorum scripta, inquit, tametsi superflua, nullo tamen in numero sunt, magna etenim inuenustas in dicendo innatat, tametsi dogmata tanta sint. Græci longè dilertius. συγγράμματα γὰρ αὐτῶν ἀθεώτατα, λόγος δ' οὐδεὶς ἐν αὐτοῖς, πολλὴ γὰρ ἡ ἀκαριότης (εἰ δὲ τὰ δόγματα ἴσχει κάλλος) ὑπερέχει τοῦ λόγου. Vox efformata videtur ἀπὸ τῆς κυθήρων, est enim eo nomine insula ita nuncupata, a qua Cytherea Venus dicta, ὅτι φοινίκων κυθῆναι, quòd illuc appulerit, vt volunt Herodotus, aliique a rosarum purpurearum præstantia etiam Porphyrytula dicta, teste Stephano. vel certè ἀπὸ τῶν κυθήρων, id est, à Venere, quomodo Anacreon ὄμμα δ' ὑγρὸν ἀπὸ κυθήρων, Oculum parum & lubricum Veneris tollar. Sic enim & ἀκαρῆ δόναι illi dicunt quod gratia careat. Latinis quoque vitata est ea loquendi formula, vt Venerem pro ornatu & venustate accipiant, ita Quintilianus Isocratem omnes dicendi veneres sectatum esse scribit, & alibi, Quod cum gratia quadam & Venere dicitur. Huc spectat quod Plutarchũ omnis *De re inuenusta Gellepida.*

scientiæ locupletissimum scriptorem, πάσης σοφίας ἀφροδίτην ἢ λύρας vocat Eunapius Sardianus, velut omnis eruditionis Venerem & lyram: & author innominatus qui argumenta aliquot Aristidæ delibauit ἀφροδίτην λόγου σοφιστικοῦ ἄγαλμα τὸ σύγγραμμα, id est, Orationis venus temperate concinnata.

Qui sole relicto venis. 85

In eum qui sedem commodam cum incommoda, aut cum pestilente loco salubrem regionem commutarit, aut Academiam literario otio destinatam, cum aula negotiorum litium & ambitionis plena, aptissimè detorquebitur Homeri illud ex Odyssea, ubi venientem ad inferos Vlyssem his verbis excipit Thebanus Tiresias.

Τίπτ' αὖτ' ὦ δύστηνε νεκρὴν φάος ὑπὸ ζόφου
Ἦλυθες, ὄφρα ἴδῃς νεκρὸν καὶ ἀτερπέα χῶρον;
Quid miser exanimes umbras inamabilemque visis
Tartara, Titanis lumen vitale relinquens?

Priamisare. 86

Πριαμίζειν prouerbiali schemate dicebatur qui sibi eradi pilos faciebat, quasi Priamum imitaretur, qui in Tragœdiis ξυρίας, hoc est, eraso nouacula capillitio ob interfectum Hectoris filij sui mœrorem introducitur. Veteres in funere aut luctu præpediti non tondere modò cæsariem, sed insuper etiam radendo abolere consueuerant. Refertur ab Eustathio Iliados vltimo, & item in Suidæ lexico, & ab Hesychio.

Graculo impersuasibilior. 87

Cui difficulter persuadetur.

De homine diffidente cui difficulter persuaderi aliquid possit, dici poterit illud Plutarchi ex libro De non fœnerando, ἀπιθανώτερος κολοιοῦ, Graculo ad persuadendum ineptior. Natum fortassis inde, quòd Graculi pertinacissimè suum genus colunt, mutuóque se diligunt, aliis auibus rarò se associantes, quanquam is sui generis amor ipsis cum primis sit exitialis.

Pica Sirenem imitans. 88

In imitator ineptus.

De inepto imitatore dictum est illud à Galeno libro secundo de pulsuum differentijs, ἀηδὼν πικὴ σειρῆνα μιμεῖται. Pica Sirenis æmula. Doricum videtur esse prouerbium, quid enim consoni habet obstrepera pica, cum arguta Sirenum fabulosarum voce?

Ἀμφαξοῦν. 89

Ἀμφαξοῦν prouerbialiter dicitur, vt annotat Iliad. ν. Eustathius, qui non recta via incedit, quod simili tropo exorbitare Latinè dicimus, nam ἄξονα etiam orbitas significant, quas ἁμαξοτροχιὰς Callimachus dixit. Sic Epicureos voluptatibus summum bonum metientes ἀμφαξοῦν dicemus, quòd Augustinus in libris de Ciuitate Dei, exorbitare ab omnere sapientiæ & legè iustitiæ. Quanquam & labare gentibus ac succidere incessu parum firmo ἀμφαξοῦν significare Hesychius & Pausanias in Rhetorico Lexico annotant, id quod accidit infirmis & mundo corpore nutantibus, aut quibus epigonatis, seu conchula genu munientis luxata est. Dicetur ego non modo de his, qui à vulgata veráque opinione recedunt, & longo vsu receptam à doctis sententiam fallidiunt, quomodo Cleantes Samius olim, & nuper Copernicus, cœlum stare, terramque tellurisque circumrotari asseuerarunt, præter astronomorum omnium consensum: verùm etiam de his qui instabili doctrina ad quemlibet argumenti crepitum vacillant, atque in alienam sententiam manus dant.

Fundo carens calix. 90

In prodigos & lingaces.

Citatur ab Eustathio Iliados λ. senarius prouerbialis,

ἀνυπόδητος οὐ πραπίζεται κύλιξ, id est,
Fundo carens mensis non infertur calix.

Non tamen exponitur eius vsus. Apparet dicterium esse in profusè liberales prodigosque, aut ingnaces blatterones qui verborum modum nescirent, quos a mensæ communione, vtaque conuictu exemendos moneat. Quadrabit & in prægrande poculum, quòd à mensa exulare possuisset homo lobrius. est autem ὑπόδεσις idem quod πυθμὴν vasis alicuius fundus, quanquam Sophocles in Iphigenia πυθμένα ξιφους pro capulo gladij exulcerit, vt ex Pausaniæ lexico Eustathius & Hesychius annotant. Porrò senarius ille versus è Sophoclis Tripatolemo delumptus videtur, corruptéque apud Etymologici authorem legitur οὐ πραπίζω κύλιξ. Citatur adagium & à Demetrio Phalereo nunc in modum, ἀνυπόδητος οὐ πραπίζεται κύλιξ, ἀντὶ τοῦ, ἀνεπιμόρφως πράττει κύλιξ οὐ τίθεται. Id est, vt verbum verbo exprimam, Fundindigus mensari non solet calix: pro eo quod est, fundo carens calix, in mensa non apponitur.

Alcinoi horti. 91

De loco amœnitate celebratur.

Ἀλκινόου κῆπος, Alcinoi Hortus, Parœmiæ specie & Alcinoi pometum, apud Septimium Tertullianum, libro de pallio, Consitum & amœnum super Alcinoi pometum & Midæ rosetum. quod alibi in lib. de corona militis ac extulit, Cetenarius quoque rosis ex horto Midæ lectis. Vt autè de loco deliciarum pleno dicitur, ita & tropicè de rastelli poterit ad librum eruditum ac variæ lectionis diuitis excultum, vt dicamus nō Alcinoi hortos cultiores esse, quam sint huius aut illius commentarij. Notum est ex Homero Alcinoi Phæacum regis affluentissimos cultúsque diligentissimæ fuisse hortos. Iuuat ire ad Libanium, κἂν ὁ τῶν μὲ Ἀλκινόου κηπουρῶν ἐξαγγείλῃ πόνος ἢ πλοῦτος. Hortū imparem quidem Alcinoi pomario, sed tamen Laertę cōsimilem. Consimilis ratione Alcinoi mensam dixit Gregorius Nazianzenus de opipara & omni luxus genere referta,

Καὶ δεῖπνον αἰγλήεντα, καὶ Ἀλκινόου πρόπολος,
Non si marmoreum dederis tectum, Alcinoique
Mensam.

Et alibi in epistola ad Basilium, ἀλλ' οὐκ Ἀλκινόου πράπιζας. sic Ciceronianam mensam dixit Tertullianus libro De anima, pro sumptuosa magnique pretij mensa. Quòd, inquit, meniis Ciceronianis infertur. nam Marcus Tullius Cicero citream mensam quingentis millibus emit, vt idem ait libro de palmo, aut vt Plinius, HS decem millibus.

Iynges. 92

Illecebræ.

Iyncis voce pro illecebris & blandimento lenocinióve quodam prouerbiantur vtuntur passim authores. Sophocles in Hippodamia loquens de præstantia formæ Pelopis.

Τοιαῦτ' ὦ ξένε ἴυγγα θηρατήριον,
Ἔρωτος ἀγρεύσασ' ἂν ὀμμάτων ἰχνη. id est,
Iynga talem magnam efficax laccum,
Amoris vt tenax labat in oculis cubans.

Quanquam apud Athenæum in decimo tertio λύγκα legitur Aschylus in Persis,

Λύγκα μοι δοκῶ τιν' ἄλλην ἢ τὴν ἐμὴν ἀκοῦσαι. id est,
Regem mihi alium bonorum lenocinantium memorari.

Heliodorus Emesenus libro quarto Æthiopicæ historiæ, ἀνδρὶ νέῳ καὶ ἐρωτικῷ γυναῖκας ἴυγγα χρυσοῦ ἢ λίθου. id est, Adulto & germaniæ vim pellacia nauè dubiam obtinent apud fœmineum genus. Synesius ad Herculianum, πολλοῦ δεήσεται νῦν τὸ καλλωπισμὸν ἐκεῖνο τῆς ὀπτασιαῖς ἰύγγων αὐτὸν ἐξωλοῦν θέλον, id est, Multo antè ipse quodam tuarum in epistolis iyngium & deliciarum diluuio effœminatus fuit. Idem ad Athanasium, ἀνάγκη ἀνάγκην τοιαύτην φανῆναι σε δῶρον ἀντὶ πολλῶν ἰύγγων ἡδυσμάτων ἀξιόχρεων. id est, Ipsam illam Galateam tibi nec illam illecebris variis conciliatam. Sui das ex incerto authore, ἡ βασιλὶς ἐχρῆτο τοῖς αὐτοῖς ἰυγξὶ καὶ τῷ ἀδικεῖν πρότερον τέτταρι. id est, Cleopatra rebatur se nidè illecebris, quibus Cæs. & Antonium, tertium quoque Augustum expugnaturam. Idem, πλὴν τὸ μὲν ὂν ἰυγξ τῆς Διογένους λαγνείας ὠκύτερος. id est, Tantum inerat illicium Diogenis Cynici verbis. Sic de Helena dictum est illud δύναται ἐφωτικωτέρας ἴυγγας ἐκ τοῦ ἴυγξας, hoc est, tam validas & illices amoris iyngas habuit, vt quum Priamus illam agnoscere esse belli causam, iussi tamen illi nequiuerit, imò filiæ nomine eam compellarit amanter. Philostratus Iunior, ὑπὸ τὴν ἴυγγα τὴν ἀπάτην, id est, Sub cesti pellacia. Lycophron etiam πορφύρεον ἴυγγα, gruinoman iyngem vocat amoris illecebras, & Zezes λαγνεῖς ἴυγγας, verborum iyngas appellat, quòd animos verba attrahant quantumuis duros & inflexiles, quodam lenocinio. Vtitur etiam Pindarus ea voce pro cupidine & desiderio, in Nemeis, ἰυγγὶ πεπαμένος πτερῷ, id est, liquescit iynge seu amore pectus. Est autem lynx auicula plumis discoloribus, collo prælongo, lingua exerta, crebro motu se circumagens, & ceruicem in orbem flectēs, vropygiúmque succussans. vnde & στρεπτὸς à nonnullis vocatur, ab aliis καμπύλος, ex eadem causa Zezi etiam σκολιὸς, Latinis moracilla: cuius vsus ad veneficia infamis fuit atque ad incantamenta, nam de trocho eam religabant veneficę & carmina

mina quædam admurmurantes circumgyrabant, aut ex tenteratam trocho adnectebant: Hanc fingit Pindarus in Pythiis à Venere primum è cœlo ad homines deportatam, & Iasoni traditam, additis veneficij documentis, quibus Medeam irretiret. Fabulæ narrant Iynge mulierculam fuisse Iunonis iussu in auem commutatam, quod pharmacis quibusdam Iouem in Ixionis amorem concitasset, vt Nicephorus pagitet & Pindari Scholiastes cum Zene annotant, nam apud Suidam pro ἀπολωλὼς legendum est ἀπορρὼς ἦν. Theocritus interpres scribit eam ad veneficij molitam fuisse, vt in sui amorem Iouem pertraheret. Callimachus Iyngem Eebus filiam facit, alij Pythus siue Suadelæ. Nonnulli Gregorius ex aliorum authoritate scribit ἴυγξα fuisse citharam mirè concinnam, κίθαριν ἐμμελεστάτην, atque inde prouerbialis figura ἴυγξα dici quidquid suaue & desiderabile, πᾶν ἡδὺ καὶ ποθεινόν. at Theocriti glossematarius annotat lyngi auiculæ vim inesse nationum amatorij philtri, ac propterea omnia ad amorem impellentia, grata, pellacia, & ad persuadendum apposita, ἴυγγες metaphoricè dici, τὰ ἐπαγωγὰ καὶ χαρίεντα. Quid, quod inuocationes & arcanæ precum vires, quas mutare nefas erat certis verborum legibus conceptas ἴυγγες dicebãtur, quò spectat illud Synesij libro de insomniis καὶ μάντεσι αἱ μαγικαὶ ἴυγγες πᾶσαι, quod Marsilius Ficinus non icio quàm rectè vertit, Cohibendarione verò dignum est, vtrum huc tendant illices vel moracillæ magorum. Illo quo diximus modo accipitur in Hecates oraculo apud Porphyrium.

Τοὺς δ' ἀπείρητας ῥιπὴν ἀλύξει ἀπ' αἰθέρος
Δαίμονας ἀπτῆνας ὅτε χθόνα δῖαν ἱκάνῃς. id est,
Dæmonas inuentos in terram ex æthere vastis
Turbinibus diuæ inuitos magno absque labore.

Xenophon etiam pro veneficio Iynga dixit ibi, ὅτι ταῦτα καὶ ἐπ' ἄλλα πολλὰ φίλτρα καὶ ἐπῳδὰς καὶ ἴυγγας. id est, quod ista non cætera philtra, incantamenta, & iyngas accidant.

Manum peteris & pedem porrigis. 93

Manum peteris & pedem porrigis. Adagio vtitur Hieronymus in Rufinum. Eo vti possumus in hominẽ auersi ingenij & præposterum, qui aliud rogatus, aliud & quidem diuersum ostentat aut respondet. Conuenit cum illo celebri ἄλλας αἰσχύνῃ, οἱ δ' ἀπρὶξ τὸ σκαφος. id est, Falcem petenti, denegabat farculum.

Ab alno spectat. 94

†Longinquè liberi.

Ἀπ' ἀγκλεῶνος θεᾶς, id est, Ab alno spectaculum. Dicitur de eo, qui cùm non possit è propinquo spectare, extrema adiumenta quærit. Erat Athenis extra theatrum in foro alnus arbor, ita tamen vt inde in theatrum pateret prospectus eminus, quo fiebat vt cui in theatro cõsessus locus non erat, in alnum ascenderet. Vti licebit, quando innuere volumus quempiam in peregrina arte & à studijs suis aliena, eius artis mysteria procul & quasi per transennam inspicere: veluti Iureconsultus extra Medicæ artis theatrũ positus, velut ab alno, iuxta prouerbium, artis secreta despectat.

Tu ipse & liberi tui. 95

Αὐτός τε καὶ τὰ παιδία, Ipse pariter cum liberis, Prouerbium esse vulgo frequens ostendit in Euthydemo Plato in calce dialogi, vbi Socrates his verbis, ἐὰν δέ φαίνηται οἷον εἶμεν αὐτὸ ἐλεγχόμενον, ἆρ' οὐκ ἀνάγκη αὐτὸν καὶ τὰ παιδία. id est, Quod si tale tibi esse probabitur, quale ego illud iudico, magno studio amplectere, tuque ipse pariter & liberi (vt in prouerbio est) in eo operam nauare. Quo vti licebit, cùm quid accuratè alicui amplectendum & dignum posteritate denunciabimus.

Cornice loquacior. 96

Κολοιότερος λαλίστερος, id est, Cornice magis garrulus. Columbam inducit Anacreon Lyricus ita loquentem,

Ἀφίησι μ' ἱμείρας Λυσίππη καὶ κολοιός. id est,
Tu me loquacem Cornice reddidisti.

Prouerbialis hyperbole in garrulos & impensius verbosos, vt & κραίζειν, id est, Corniculari. qui fictitius est cornicum sonus. Simile est illi, Turture loquacior.

Binis tonderi forficibus. 97

† De effœminatis.

Δισσαῖς μαχαίραις κείρεσθαι, id est, Gemina tonderi forfice. Prouerbiale conuitium de molliculis hominibus & effœmitatis, quique ornandæ & componendæ corporis formæ studij plusculum impendunt. Citatur absque authore à Iulio Polluce onomastici secũdo. Est autem hoc loco μάχαιρα quæ & φαλλὶς forficula tonsoria. Et duorio. Qui κουρεῖον tonsuræ genus ita dictum tondebantur, hi teste Hesychio μιᾷ μαχαίρᾳ κείρεσθαι, vna forfice tonderi dicebantur, tametsi locus ille nonnihil apud eum sit corruptus.

Agrestis apis. 98

† De improbo rudeque.

Ἀγρία μέλισσα, id est, fera aut agrestis apis, prouerbialiter dicitur de improbis præter modum & crudelibus, testante Suida, ab api quæ aculeum in vulnere relinquere solet. Fuit & Hegesias Cyrenaicus philosophus, cuius non semel meminit Cicero, cognomento ἀγρία μέλισσα dictus, eo quòd de morte differens, in magna orationis contentione multos necem sibi consciscere compulerit, attestante Valerio Maximo. E diuerso Xenophon ob ilyli suauitatem ἥμερον μέλισσαν, id est, Attica apis nũcupatus fuisse legitur. Alioqui ἄγριος pederasten circa pueriorum amores efferatum dixit Æschines in oratione aduersus Timarchum, & Menander ἄγριον κυβεύτην aleatorem aleæ insigniter deditum nominat.

In agrum seruus. 99

Εἰς ἄγρον μάτην, id est, in agrum famulus. Conueniet dici vel quid vt liter & apposite suo loco fit, nam famuli opera in agris necessaria est. Varinus ex Hesychio transcripsit. est autem μάτην seruile nomen, vnde & ad significationem laruæ æneæ transfertur, παρὰ τὸ μάτην καὶ χαλκοῦν σχῆμα, vt annotat Eustathius. Quadrabit item vbi significare volumus, suam cuique artem esse tractandam, non in aliena inuolãdum: veluti theologus ea quæ sacras literas respiciunt, medicus morborum cõrationes, fabri tractent fabrilia, sic rusticum opus verna exerceat.

Aspergere. 100

† Incessere maledictis.

Πλύνειν quasi lauare aut aspergere dicunt Græci pro maledictis conuitijsque incessere aliquem, vt Iulius Pollux ostendit, pro λοιδορεῖν accipi annotãs: apertissimè verò Artemidorus libro secundo de insomniis, vbi exponit quid portendat si quis somniet se lauare vestimenta, subiungit, πλύνειν γὰρ τοῖς ἐλεγχοις ἔλεγον οἱ παλαιοί, id est, aspergere veteres abusiuè dixerunt maledictis protelare aliquem. adducit & Menandrum,

Ἢν γὰρ κακῶς μου τὴν γυναῖχ' οὗτος λέγῃ,
Τὸν πατέρα γ' οὐ πλύνω τι σοῦ, τοῦτ' ἴσθι σύ. id est,
Si pergit vxori mea maledicere,
Lauabo ego non te meum, at patrem & tuum.

Hoc est, vicissim te redarguam, quæque domi tuæ latent vitia, in propatulum proferam. Metaphora à vestibus sumpta, quæ lotæ eximuntque deteris sordibus, produnt panni aut coloris vitium, si quod insit. Gregorius Thessalonicensis, καὶ ὕβρεσι πλύνουσι τὰ μέλη; οἱ δ' ἀμφιτιθέντες μοι; id est, conuitijque aspergens quid non in me cauillatur? Vsus est & Comicus in Pluto, Πλυτόν με ποιεῖς, id est, Elotum me reddis, hoc est, in tanta hominum corona me dicteriis aspergis & rescissenda obiicis.

ADAGIORVM HADRIANI IVNII CENTVRIA QVINTA.

Mysteria Eleusinia profanos celanda. 1

DE rebus haudquaquam triuialibus,sed arduis dicturi, inuidiam deprecari licebit illo prouerbiali Lydis Pythagorizanti dicto, βεβήλους τὰ τῶν ἡδυσμάτων Σεῶν μυστήρια οὐ δικαιον, id est, Profanis non esse narranda deorum Eleusiniarum (Cereris & Proserpinæ) mysteria. quod attigit in Protenlao Tragicus Euripides, ibi,

Οὐ γὰρ θέμις βεβήλοις ἄπλατον δόμον. id est,
Haudfas profanis limina hæc attingere.

Constans in eo fuit antiquitatis consensus,vt in vulgus publicari arcana sua mysteria noluerit,magno leuitatis nostræ opprobrio, dum cerdones & in media fullonia nati, ad explicanda altissima sacræ Scripturæ mysteria magno supercilio, sed illotis pedibus, accedunt, sortis suæ & imperitiæ immemores,deque abstrusis obscurorum locorum sententiis cernere curam exercent, tantáque sibi fiducia pronuntiant, tanquam aut ipsi ea condiderint,aut ex oraculi tripode alicunde hauserint: alioqui celanda esse vulgus mysteria Christus ipse non dubio exemplo innuit, cùm initiatos discipulos in montem secum subduxit,turbis ima in valle subsidere iussis.Idem docuit patriarcha Iacob exemplo luculento, dum virgulas partim corticibus vellitas, partim deinbratas in aquariis alueis,quò aquarum venturæ fuerant oues,ad conceptus pecu reponit,quo in loco Iacob opilio, ecclesiastè seu doctore nostro tot notationes, gregem auditorum lectorumve: aqua,Scripturæ sacræ fontes. rami uli,eiusdem documenta & sententias significant, quarum aliæ sunt decorticandæ & enucleandæ perfectioribus, aliæ vulgo minus capaci,integræ seruato cortice apponendæ.Istud est quod cùm alibi,tum in libro primo Theologiæ Nazianzenus scribit,βουλεται οὗτος πλαξὶ σαρκίναις ἐγγραφῆναι, καὶ ἑαυτὸν ἀμφοτερα δεῖν ἡμᾶς τὸ φανερώτερον τῷ νόμῳ καὶ τῷ κρυπτοτέρῳ, καὶ τοῖς πολλοῖς καὶ κατὰ μόνους, τὸ δὲ τοῖς ὀλίγοις καὶ αἰῶνα φράσαι. id est, Solidis tabellisque abacis inscribi vult lenno, & quidé vtrinque, propter & manifestum & occultum legis sensum, illum quidem vulgaribus & humi manentibus,hunc verò raris & sursum tendentibus. Hebræorum sapientes sacrorum quorundam librorum lectione iuuentuti interdicebant, vt animis tenellis nondúmque confirmatis,non inutili modò,seu & noxia, vt idem Nazianz.in lib. De recto ordine ait. Age videamus quæ fuerit hac in parte maiorum nostrorum constantia, occurrit primo loco Orpheus antiquissimus Græcorum theologus in suo ad Musæum de vero Deo rebusque diuinis opere,ita per initia canens.

φθέγξομαι εἰς ὅσσους θέμις ἐστὶν, θύρας δ' ὀπιθεν βέβηλον. *Pango,quibus fas est,foribus dijecto,prophane.*

Quem secutus Pythagoras ita suum opus orditur,

Λεύσσετε βέβηλοι, θύρας δ' ὀπιθεν βέβηλον. id est,
Dedita pango,fores claustra procul,prophani.

Hippocrates quoque Cous medicorum princeps, τὰ μὲν ἱερὰ ἱεροῖσι προσφέρειν, ἀνιέρῳ δὲ οὐδαμῶς θεμιτὸν ἦν πρὶν ἂν μυηθῇ τὰ τελεσθέντα ἐξηγήσηται. βεβήλου δὲ ἐόντος, πρὶν ἂν τελεσθῇ ἐξηγήσεται οὐδέν. id est, Res sacræ,sacris viris demonstrantur,nam profanis nefas est, priusquam scientiæ orgus initiati fuerint. Themistius philosophus, τοὺς οὖν τῶν μεμυημένων τὴν ναρθηκοφόρον βάκχην ἐπαίειν ἐᾶν οὐ δίκαιον ἡγοῦμαι τοῖς ἀμυήτοις, id est, Hand rite initiato, nõ permittendum existimo sacra feruligeri Bacchi pompam ductare. Citatur & à Theodorito in Therapeuticis Græcarum affectionum.Euripidis versus à codicis vitio ita emendandus,

Ἄρρητ' ἀβακχεύτοισιν εἰδέναι βεβᾶσι, id est,
Arcana qui sacra non sunt nefas Baccho haud sacris.

Atticides in Pericle, ἐπὶ βεβήλων ὀλίγος ὁ λόγος πάντων id est, Prophanorum exigua est omnino ratio. Olim qui specimen suorum studiorum exhibebant,more recepto iubebant exire πὰς ἀμυήτους καὶ βεβήλους, id est,non initiatos & prophanos: quod & Epiphanius sophista exorsurus hymnum quem in Bacchi honorem scripserat,fecit,vt scribit Nicephorus, subintentibus in auditorio duobus Apollinaristis, quod Christianos præculum erat aures præbere prophanis fabulis, quæ causa fuit,cur excommunicati fuerint. Philon Iudæus libro de Caino, ὅτι ἱερὰ φανεροῖς μὴ προτεθειμένους φανερῶς κακόν, πόσῳ μᾶλλον ἀφανέσιν. id est, Sacra non pandendus verborum fastui,malo insanabili, obnoxius. Iubet Plato circumspiciendum esse, ne quis profanus alicunde dicta excipiat, ἄδηλον ἀκροατὴν μὴ τις ἐξ ἀμύητον ὑποκούσῃ. Pindarus quoque in omnes efferendum esse vetus dictum negat, μὴ πρὸς ἅπαντας ἀναφέρειν ἀρχαῖον λόγον. Aulus Gellius in calce librorum. Eandem ego commentariis his legendis legem dabo, vt eam ne attingat, néve adeat professum & prophanum vulgus à ludo Musico diterrum. quò spectant Anapæsti Aristoph.eo in loco desiderati:

Εἴφημι δὴ κἀξίστασθαι τοὺς ἀμυήτους χορῶν,
Οὓς ἂν ἀκούσῃς ἢ λέγειν, ἢ γνώμας μὴ καθαρὰς,
Ἢ ἐξαίφνης ὄργια μοῦσαν μὴ ἔνοπλον ἐχόντων.
Nempe choris excedere nostris debet linguisque fauere,
Dictorum quisquis rudis aspat mens & cui cruenta fuda est,
Et dixit nunquam cecinitve Libethridos orgia Musæ.

Æschylus Tragicus quoniam in scena publicè mysteria effutierat,in Areopago capitis caulam agens,absolutus fuit eo nomine,quòd initiatus non fuisset,vti refert Alexandrinus Clemens:contra Thebanus Pentheus cũ temerè insiluisset & inspectasset Bacchi orgia,à fanaticis mulieribus dilaniatus fuisse dicitur.propterea rectè dictum est à Synesio, ἀγνοια, σεμνότητος ὀφθαλμός, hoc est, Sacrorum dignitatem tuetur,ignoratio.Porrò maximi beneficij loco habebatur olim Eleusinis sacris initiari, sic Hippocratem medicorum numen ob merita ipsius, publice contentu communi τῶν ἀθηναίων ἐβούλευσεν ἐφ' ἑστίας εἶμεναι. hoc est, secundum ab Hercule initiarunt Athenienses, vti Soranus scriptum reliquit.

Non è palæstra. 2

Quicquid parum nitidum est & excultum artis pigmentis, sed horridum potius sine nitore ac palæstra, vt Cicero loquitur, id οὐκ ἐκ παλαίστρας ἐστὶ, hoc est, non esse è palæstra prouerbialiter dicitur. Conuenit & in eum qui citra exercitationem aut ingenij cultum, naturæ beneficio facundus est,talis enim dicitur esse, at non è palæstra. Dionysius Milesius sophista, quum declamantem audisset Polemonem oratorem haud vulgarem,ἰσχνὸν, inquit, ἀθλητὴν ἔχει, ἀλλ' οὐκ ἐκ παλαίστρας, id est, Vires athleta habet,at non è palæstra: indicare volens natiuum ingenij robur, exercitatione & cultura destitutum. Cicero in oratore Ἀπαλαίστους, vt Budæus legit,aut vt alij ἀπαλαίστους,quasi palæstræ rudes, vocat arte carentes & cum dicendo non exercitatos,his verbis, Itaque qualis eorum motus, quos ἀπαλαίστους Græci vocant, talis eorum mihi videtur oratio qui non claudunt numeris sententias. Fabius libri noni quarto capite:Sicut etiam quos palæstritas esse nolumus,eos qui dicuntur ἀπαλαίστους. Nam palæstra corpus veluti formatque fingitque,vt sit habile ac venustum:vnde & palæstræ præsides deos antiqui habuerunt Mercurium & Herculem, vt ex Synesio alibi diximus, quo significarent cum ingenio robur coniungi debere. vnde Palæstricam, Mercurij artem appellat Heliodorus libro 10. ἀναδόντος ἑαυτοῦ τέχνῃ ἀκεστικοῖς, id est,in concertatoria Mercurij arte exercitatissimus. Diuerso sensu dictũ est à Pindaro,in Nemeis Oda 4. ἀπάλαιστος ἐν λόγῳ ἦσαι, Male esiam insuperabilis eloquentię virum designans,vt passiuè prolatum sit,qui in dicendi aut disceptandi palæstra deiici non possit.

Equus Sophocleus. 3

Ἵππου σοφοκλείου ἐφικνεῖται, id est,Equo Sophocleo similis. Prouerbialiter dicitur de sene ætatis quidem vitio defecto,qui tamen animo sit vegeto.Philostratus libro 2.de sophistarum vitis,de Damiano Ephesio oratore loquens ita ait, εἶδον ἄνδρα ἐφικνούμενον τῷ σοφοκλείῳ ἵππῳ. id est, vidi virum Sophocleo equo assimilem.

lem. Causam dicti adiungit. τοῦτο γὰρ ὑφ' ἡλικίας δηλοῖ, πάλιν αὖθις ἐν τοῖς παιδείοις ἀναπτόμενον, hoc est, nã quum propter ætatem tardus videretur, iuuenilem vigorem per studia recuperabat. Paroemiæ origo fluxit ex loco Sophoclis, qui est in Electra statim ab initio, vbi pædagogum nutritium suum ita compellat Orestes,

Ἔστιν γὰρ ἡμῖν ἄλκιμος, κοὐ χ ὑφεὶς χέρα,
Ἐν πᾶσι δρᾶσι δυσμενὴς τε κἀπίφθονος,
Ἀλλ' ὀρθὸν ὡς ἵππου τις ἐστηρικτὸν δόρυ
Ἥμεῖς τ' ἐφ' ἡμῖν κἀπὶ τοῖσδε δύσφορα. id est,
Generosus vt equus, sit licet senio grauis,
Animam ferocem nusquam amittit in malis,
Rectus sed aures surgit: nec tu secus
Nos incitas, ipsisque cum primis edes.

Ex quo perspici facile potest duplex error Cælij qui libro 21. Antiquarum lectionum, putat allusum esse ad tragici cothurni maiestatem, qui sit veluti equestris, ratione comicæ humilitatis. & sequenti capite arbitratur prouerbium respicere ad equum Colonum, vel potius, tumulum equestrem, in quo Sophocles habitarit. Sed toto cœlo illum aberrasse quis non videt? Nõ errabit, qui Erasmum vnicum nostræ Hollandiæ decus & ornamentum, Equo Sophocleo assimilem dixerit, qui corpusculo imbecillo, ac propter perpetuam calculi vredinem inualido, gigantem quendam se præstitit, in sacris & Musarum studiis iuuenilem vigorem recipiens. *Erasmi laus.*

Isthic vellus non carpitur. 4

† *De opera indigna viro excellenti.*

Ἐνταῦθα δοὶ νῶτος οὐ κνᾶται, id est, Ithnic vellus non carpitur aut tondetur. Conueniet adagium, vbi vir doctus sordidam prouinciam, qualis est, erudiendæ iuuentutis, detrectat: aut quando imuere volumus aliquem esse doctiorem, quam vt ab eo prima rudimenta & artis exordia petenda sint: aut quando alienam & alterius loci operam à quopiam exposcimus. Natum à Xenocrate Chalcedonio philosopho qui illiteratum hominem geometriæ & astronomiæ prorsus rudem, ipsius scholam frequentantem hoc dicto abegit, παρὰ μοὶ τοῦτο οὐ καθίσεται, id est, Apud me vellus non deglubitur. Lanificium multos habet operarum gradus, tõdetur enim primùm, mox maceratur, deinde hamatis aut dentatis instrumentis carpitur, postea in netricum & textorum officinam deditur, postremò in fullonicam ablegatur. Hactenus est & dignum quod hoc in loco recenseatur, quod de Iacobo Ceratino, viro incomparabili modestia & vtriusque literaturæ adytis eruditissimo, cuius meo (quem honoris causa nomino, quippe quo gloriétur communis illi mecum patria Belgica, maritimum Hollandiæ oppidum) olim sudisse memini, ab auito tecto, viro tumultuosissimo. Is quum duro parentis imperio immorigerus esse nollet, Traiectum (quæ ledes est Episcopalis) profectus, vt sacerdotali dignitati inaugurandus nomen daret, quum priscæ secundum ac prorsus Barbaricæ more (quem veluti per manus traditum ita mordicus obseruant) vt piaculum sit ab eo vel latum vnguem discedere) ab Officialium collegio examinandis presbyterij tyronibus deputato in quæstione haberetur, interrogatus vt grammaticalis regulæ authoritatem rectaret homo doctissimus, sputoque barbariei proculcator strenuus, ingenuè negauit scire se: ad quod responsum euestigio ex adyto illo sanctiore, vt profanus iussus est excedere, grammaticámque felicius ac diligentius euoluere. Potuerat ille cum Xenocrate dixisse, ἐμοὶ γοῦν οὐ κνᾶται, Equidem ego vellus non carpo. Sed rara me dextra ac prope vnica illum continuit, quo minus vel se excusaret, vel errorem illorum castigaret, contentus solùm viro eiusdem ordinis candidato (cuius eruditionem multis iam annis Louaniensis Academia suspicit) repulsæ suæ causam detegere, qui mox introductus in sacratius illud penetrale, errores suos illos magistros admonuit, qui insignis calumniæ maculam ipsis esset aspersurus, ni opportunè illi mederentur, nihil enim illo viro Louanium habere doctius, vel Erasmi testimonio, documentóque esse Chrysostomi libros de sacerdotali dignitate, castissimè ab eo in Latinam linguam conuersos. Ea castigatione factum est, vt agnito errore Ceratinum reuocarent, iniuriámque deprecarentur, prisci moris excusatione, non esse integrum sibi à ritualium librorum ductu & recepto more discedere. His aliisque lenociniis delibutus, sacerdotio inauguratur. Nimirum ille puritati Latinæ linguæ innutritus quodammodo, tumultu grammatices præcepta vel omnino non audierat, vel neglexerat dedidicerátque, vellus illud deglubere non doctus. *Ceratinus.*

Quid Lecythus cum Strophio. 5

Τί λήκυθος ἢ στρόφιον, Quid Lecytho cum Strophio. De rebus dissimilibus & absonis effertur. Citatur à Suida. Cui affinis est & illa paroemia, τί ἡ κυνὶ σῦριγξ ἢ ξίφος κιθαρίσει; quid speculo commercij cum gladio? Est autem Lecythus vas olearium quod Capsacem vocat D. Cyprianus. *Res dissimilo.*

Quantum aquila culicem. 6

Quando ingens discrimen significare volumus, locus erit adagio, Οσον ἀετὸς κώνωπος πτερύγισμα, id est, Quantum superat vultur culicem. Extat apud Philetem qui de Animantibus Græcè scripsit versibus,

Ὅσ' ἀετὸς πῆχυς πτερυγίσματα κώνωπος. hoc est,
Quantum aquila culicem vincat ala perpete.

Eleganter ad ingeniorum inæqualitatem transferri potest, si quando contentio incidat & iniqua comparatio dissimilium aut inæqualium. Ἀετὸς vultur est ex aquilarum genere, Hesiodi scholiastes aquilam exponit. *Ingeniorum inæqualitas.*

Βλιτομάμμων.

† *De stolido & fatuo.*

Βλιτομάμμων fatuum hominem appellat Aristophanes in Nebulis, à blito insipido olere, vnde & βλίτυρος quasi blitcos, stolidos dici annotat Hesychius. Veteres Comici sunt, ἢ οἱ περὶ τὸν βλιτομάμμωνα, id est, Téque Blitomammam nominant. Nõ dissimiliter Embalionem cum Cicerone insulsum hominem & contemptum dixeris, de quo ita ille in tertia Philip. Bambalio quidam pater homo nullo numero, nihil illo contemptius, qui præter hæsitantiam linguæ stuporémque cordis, cognomen ex contumelia traxerit.

Lacrymas sopitas excitas. 8

In cõturbatorem qui rixas & turgia seminat, qui iniuriam obliteratam renouat, aut dolorem iam à multo tempore sopitum reficat, intempestiuè competet elegans prouerbium è Callimacho citatum in Sophoclis Suidæque commentariis. *In excitatorem luctum.*

Τί δάκρυον δῆθεν ἐγείρεις; id est,
Quid lacrymas pergis reuocare sepultas?

Idem est cum illo Sophoclis in Oedipo Colonæo, Δεινὸν μὲν πάλαι καίριον ἥδε κραδία ὦ ξεῖν' ὀπυίει, id est, Malum iam olim quiescens resuscitare, ô hospes, graue est. Nihil molestius accidere potest homini ingenuo, quàm si mali hulcus olim obductum admonitione recrudescat.

Cubitis metiri, vt Nili incrementa. 9

† *Iudicium exactum.*

Πήχεσι μετρεῖν, ὥσπερ τοὺς Νείλου αὐξήσεις, id est, Cubitis metiri, veluti Nili incrementa. Prouerbialiter extulit hoc Flauius Philostratus in Dionysio Miletio, ᾧ ὅτις μὴ δακτυλίῳ χρυσῷ δεικνὺς τὸ σῶμα, οἱ δ' ἐν πήχεσι δημηγοροῦσι τοὺς ἀκούοντας, ὥσπερ τοὺς Νείλου αὐξήσεις. id est, Quibuldam eius admiratoribus duodecim-salientum os esse videtur: alij cubitis linguam eius metiuntur, qua ratione Nili incrementa solent. Quo dicto videtur indicare voluisse præcellentem viri eloquentiam, cuius magnitudinem & incremẽtum non punctis aut exilibus spatiis, sed ingentibus & cubitalibus mensuris explorare methique liceat. Huc alluſit Nicephorus Callistus in dedicatione sui operis Imperatorem alloquens, βασιλικῷ πήχει πάντας ὑπερβαίνοντας, hoc est, Imperatorio cubito omnes superatti, quasi dicat, multis parasangis alios omnes principes antecessisse. Diximus alibi quid sit, Cubitis adolescere. Potest fortè adagium non malè referri ad humani iudicij morositatem diuersimodam: variè namq. pro suo quisque captu de ingeniis ac scriptis iudicamus, vt eundem ille ambrosia alendum censeat, hic in ordinem cogat, alius moderatius de eo sentiat: ad modum Nili gurgitum qui quotannis augescentes non vnum tamen intra modum cõstituunt, nam nec infra octo, nec altius sexdecim cubitis extollitur, nimietate cultum agrorum morando, paruitate segetum minando sterilitatem, vt libro 22. refert Ammianus. Qua ratione etiam mediocritatis sensu proferri adagium poterit. Quod verò attinet ad Nili Ægyptij augmenta, intelligi ea res vtcunque potest ex Strabonis & Heliodori scriptis, quorum ille Æthiopicarum rerum nono ita perscribit, Sacerdotes in puteo Nili mẽsurationem regi commonstrant, assimilem illi quæ apud Memphin visitur, constructam è sculpto eiusdem go- *Incrementa Nili.*

neris fuxo, inscriptis per cubitalia internalla lineis, in quas incumbens fluvialis aqua occultis sub terra meatibus acta, Nili incrementa & recessus indigenis indicat, numero notarum quæ vel patent oculis vel aquis intectæ latentium quibus ratio inundationis innotescat parcionsve imbri. Strabo autem libro 17. ostendit magnam rerum omnium vbertatem in Ægypto fuisse, cùm Nilus ad decimum quartum cubitum excrevisset: periuriam verò quum octo denos cubitos implevisset. Qui verò sequitur locus vt inspectus mihi est. Socrates Scholasticus cubitum. Nili incrementa ostendentem, in Serapidis templo antiquitus alterius fuisse, scribit, quod Græca religio putaret Serapidis numine Nilum crescere vt Ægyptum irrigaret. quem Alexandriam transferri curauit Constantinus, vt gentis vanitati illuderet. cuius rei meminit & Nicephorus. Post Græcos ita Plinius libro 5 capite 9. Auctus Nili per puteos mensuræ notis deprehenduntur. Iustum incrementum est cubitorum sedecim: in duodecim cubitis famem sentit, in tredecim etiamnum eluet, quatuordecim cubita hilaritatem afferunt, quindecim securitatem, texdecim delicias.

Quantum vel Midam satiaris. 10

Vis immensa pecuniæ.

De immensa pecuniæ vi dictum est prouerbialiter ab Eunapio Sardiano, λαβὼν χρυσὸν ὁσον ἂν τὴν κατὰν συμφορὰν ὁσον ἱκανὸν ἦν ἐμπλῆσαι καὶ πλοῦτον Μίδου. id est, è publicis calamitatibus tantum auri depeculatus, quantum vel fabulosum illum Midam expleret. Midas Phryx homo otiosus & auarus Satyrum ceperat infusum in fontem mero (est enim genus hoc daemonum potus appetentissimum) vnde inebriatus laqueos illi tendos euadere non potuit, & pro redemptionis præmio, votis Midæ satisfacere coactus est, pollicitantis vt terra, segetes, arbores, floréique in aurum abirent omnia, vt fabulantur Maximus Tyrius in sermone trecesimo. Hinc Nazianz. φεῦγε τὸν φρεσὶν ἀνθρώπων πλοῦτον μιδαν. id est, quæ te plus gloriabantur, qua in auro olim Midas. Posito finis ecphrasi vtitur Heliodorus Tricensis episcopus, πολλοὶς ἤδη καὶ ἄλλοις ἡ τῶν χρημάτων ἰσχὺς ἐπιδείκνυται, id est, Tanta erat rerum omnium vis, vt vel prædonum inhabitabilitatem expugnare posset. Prædonum impotens pecuniæ & inexplebilis est animus.

Nauis scopulum deprecatur. 11

Stupidus apud stupidum.

Ναῦς ἱκετεύει πέτρας, id est, Nauis cautes supplicat. Prouerbium effertur de stupidis & insanis, vt annotat Suidas. Mihi videtur non male quadrare posse, quoties inducto sacrificio cum officiali aut decano non minus illiterato res est, nam & nauis & cautes inanimæ sunt: vel etiam quando incassum rem quis deprecatur. Cautes enim & exci sub undis scopuli non parcunt nauibus in eos illisis.

Neoclide furacior. 12

† *De furacissimo.*

Νεοκλείδου κλοπίμη ῥᾴων, id est, Neoclide furacior, in furacem insignes & strenuum latronem dicitur. Neoclides rhetor in Comœdia tradebatur furtis nobilis, quamuis oculis captus, quemadmodum cum in Aristophanes, quod dicat cum latendo longe superare videtur. Testis enim ille, κλέπτου γ' οὐδὲν ἧττον τυφλὸς ἦν. &c.

Larus fortuna superior est. 13

Ὁ λάρος τῆς τύχης κρείττων, id est, Fortunis superat Larus. Prouerbium est de inanibus qui plura petunt, quàm necessitas requirat. Citatur apud Suidam. λάρος δὲ κακῶς αὐτὸς ἐστι, quam Larum nominant Latini, imgurites vorax.

Epirotico cane vehementius. 14

Odiosè loquax.

Σκληρότερον ἢ κύων Ἠπειρώτης λαλεῖ, id est, Epirotico cane acrius. Quadrat in lycophantam & odiosè loquacem. Synesius libro De prouidentia, ἐγὼ μὲν γὰρ οὐδὲ ἀπὸ τῶν ἐμφανῶν ἢ σκληρότερον ὀλολύζει κύων Ἠπειρώτης κινεῖ φοβερώτερον πλῆθος ἀνθρώπων. id est, Ac ille vesanus insanire ultro cœpit, & latrans actius quàm canis Epiroticus calamitates afficiebat partim priuatis hominibus, partim totis. Citat loco non nominato, vt plerumque facit, authore Suidas in dictione, κύων, sed corruptum, quem hinc sanare licet Epiroticus canis corporis magnitudine, robore, & celeritatis præstantia commendatur ab Aristotele & Oppiano, qui & Molossi dicuntur a gente Epiri: alioqui & Cerberus trifaux cuique frater Orthus, Plutonis Molossorum siue Epirotarum regis canes etiam fabulis poetarum celebres fuere, latratu horrendo manes apud inferos terrentes.

Fucus. 15

Alienis vigiliis uti laboribus.

Fuci apud Latinas aures, vt κηφῆνες apud Græcos prouerbialiter dicuntur quicunque alienis insidiantur laboribus. Menander Byzantius historicus qui post Agathium scripsit, τὸν κηφῆνα τῆς ἑαυτοῦ κρίτης τὸν πόνον ἀπέκτεινε. id est, Persarum virtutis fuæ fucum interemit. Procopius lib. 2. de bello Gothorum Belisarij dictum referens σοὶ γοῦν (inquit) ὦναξ, οὐ δίκαιον εἶναι τοὺς κηφῆνας μὲ ὑφ' ἑτέρων πόνων μεγάλων ἀπολαύειν, ἄγειν δὲ τὸν μέλιττας οὐδενὸς ἀλλοτρίου ἐπαμένους. hoc est, Subridens dixit, iniquum esse, quod fuci alienis apum magnis laboribus fruantur, & mella depascant, ab aliis elaborata. Simocatus in epist. οὐδὲν κηφῆνος διαφέρουσας ἡμῶν, hoc est, Nihil à fucis discrepas. de eo qui alterius apibus ingentem noxam attulerat agris cicuta conitis. Hippocrates in præceptis medicis de ambitioso, ἐπιτηδεύσει γὰρ κηφὴν μετὰ δέκα μοναρχῶν ἐπιμελούμενος, id est, affectare namque videbitur voluntarium fuci tedulitatem cum ambitione coniunctam. Hesiodus in opere cui titulus, Opera & dies.

Κηφῆνας κατέπεφνε ἰὼν ἀφ' ἑρκεῖα μέλισσα, id est,
Ignauis fucis non dispar deinde vita.

Quo loco κατέπεφνε epitheton elegans residem notat, qui tempus obseruet quo egressis apibus clam subeat aluearia, mel depasturus. Virg. de apibus,

Ignauum fucos pecus a præsepibus arcent.

vbi Donatus, fucus genus animalis non tantùm iners & desidiosum, verùm etiam aliena bene parta consumit.

Saturnia vita. 16

† *Ne felicitate, &c.*

Κρόνιος βίος, id est, vita Saturnia prouerbiali tropo effertur pro beata & luxus exortes doliq. ignara, quales aureo seculo tribuitur, a poetis. Damascius Syrus in Philosophica historia de Sarapione Alexandrino loquens, ἦν δὲ αὐτῷ διαπεπλεγμένον ἐξαίρετον τὸν μακάριον πρότερον βίον, id est, Inuito videre ubi videbatur Saturniam vitam fabulis decantatam. & iterum, ὁ μὲν θεὸς τὸν ἐξαίρετον βουλῆς παράδειγμα τοῖς ἀνθρώποις ἐκτυπώσας τὸ κρείττον βίου, ἵνα μὴ δεκαμηδὲν ἐξῇ ὁ λοιπὸς μόχθος ὀλιγωρεῖν τῆς ἀνθρωπίνης ἐπιμελείας. id est, Nam Deus quidem voluerit gratificari hominibus, exemplar vitæ Saturniæ proponendo, ne in fabulæ ludibrium res abiret historiæ testimonio caret. & rursus vbi comparat duos inter se sophistas moribus dissimiles, Sarapionem videlicet & Pamprepium Ægyptium, ὁ μὲν δὴ, inquit, τὸν ἐκ Κρόνου βίον καὶ ἀθῷον, ὁ δὲ τυφῶνος καὶ τυφῶνα τὸν πανουργότερον ἦθος ἐμιμεῖτο καὶ μᾶλλον τὸν παρόντα. hoc est, alter vitæ innocuo Saturnius quidam erat aut Iouius, alter Typhonius, imò Typhone ipso versipellibus moribus atque elatius, magisque insolens. Saturno regnante aureum ætatem exactam fabulantur poetæ,

-quæ vindice nullo,
Sponte sua sine lege fidem rectumque colebat
Contentique suis nullo cogente crearis
Innabant.

vt canit Ouidius. Philianus sophista, σὺ γὰρ ἀπολίζῃ τῶν ἀδαμαντίνων ἀνθρώπων, οἱ ὀλίγοι κρεῖττον φασὶν ὄντες τῆς γῆς αὐτόματα ἔχειν πάντα, ἢ σφίσιν ἔστιν, id est, E beatis illis vnus esse videris, quos Saturni ætate ferunt cuncta tua sponte è terra ensa habuisse, mortémque simplicitate præcultos.

Flumina in terram commutas. 17

† *Præposterè quid facitis.*

Χεῖτε παράδρομα, τυφανῶ δὲ πᾶς λίθος. id est,
Amnes humum facit, mutat saxa in lacus.

Citatur ex Pisside. Quadrabit in præposterè omnia facientes, aut in magnicrepos qui ex cloaca arcè faciunt: Poterit & in oratorem aut insignem concionatorem competere, qui saxea corda ad pœnitentiam commutet, rursus fluxos & quouis vento mobiles animos confirmet. Illudum puto ad historiam de Xerxe, qui rerum naturæ frenum quoddam iniicere tentauit, Athon montem nauigabilem faciens, & fluuios siccis pedibus permeabiles reddens: quanquam & ad magicas vires referri posse origo videri queat, quomodo apud Petronium Arbitrum Genotea inquit de se gloriabunda,

-His ego callens
Artibus Idæos frutices in gurgite fistam,
Et rursus fluuios in summo vertice pono.

Tydeus corpore, animo Hercules. 18

† Pusillus corpore, sed infracto animo.

De staturæ quidem pusillæ homine, sed animo infracto dicitur, Menander historicus de Sapiro milne plusquam Herculeo animi robore, τὸ μὲν σῶμα ὡς ὁ παρ' ἡμῖν τοῦ δεῦ ἀποκόπτης, τὴν δὲ γνώμην καὶ πραγμάτων τόλμαν, ἡρακλῆς ἂν εἶπε τὸν ψυχῆς, καὶ ὅτι πάνυ ἐγγὺς τοῦ ἀμιμήτου, οὐ μὴν ἀπολείπει τῷ μεγέθει τὰ ἀριστεῖα τὸν ἡρακλέα ὁ δ' ἔστιν τυδεύς, id est, Corpore exiguo Tydeus, tantopere ab Homero celebratus, animi verò constantia Tydeo superior, quippe qui Hercules animo fuerit, & si quis illo unquam extitit fortior, neque enim vereor Herculem secundo loco ponere, quod ad magnitudinem constantiæ attinet. Homerus Iliad 5.

Τυδέος τοι μαρναμένοιο μέσσῳ δήμῳ μαχητῷ, hoc est,

Tydeus parens cum, at bellator fuit in medio.

Hinc Fabius Quintil. libro 3. Interim confert admirationi multum etiam infirmitas, vt quum idem Tydeus parvum, sed bellatorem dicit fuisse: & Grammatici nominis etymon deducunt à τυτθὸς, quod pusillum significat ob corporis breuitatem. Statius Papinius de Tydeo,

Maior in exiguo regnabat corpore virtus.

Fuit autem Tydeus Oenei Ætolorum regis ex Peribœa filius, qui Alcathoum & Lycopea patrueles patri suo insidiantes in agro occidit, cum patrono Melane, quem imprudenter vulnerauerat.

Tritogenes filius, non Tritogenia. 19

Παῖς μοι τριτογένης ἔσο, μὴ τριτογένεια, id est,

Sis mihi Tritogenes potius, non Tritogenia.

Adagium est deprecantis fœmineum imperium. Minerua masculæ virgo habebatur antiquitus, & virile robur hominibus addere credebatur. Decet autem fœminas magis demissas esse, vti viros imperiosos. Citatur à Suida. Potest referri etiam ad minoris impendij votum, quod optabilius sit magnis sumptibus, vxi namque, nihil luxu effœminentur, & more impensa educuntur, quàm fœminæ & puellæ, illis sæpè in cultum & mundum muliebrem plus profundentibus, quam sit census maritis: his verò delicias omnes quærentibus vt amatorem inueniant.

Rustica locusta. 20

† Diosius.

Ἀγροικικὴ μάντις, id est, Rustica vates aut locusta, prouerbialiter dicitur, Suida teste, de otioso & residę segni. Est autem μάντις locustæ genus tardum ægreque vadens, viridi corpore, è cuius incessu nonnulli, curiosa vanitate, futurorum euentus captare soliti fuerant.

Ad genua venire. 21

Ad genua venire, prouerbiali specie vsurpauit Procopius pro, pessum ire & succumbere, loquens de Armandaro Persa singularis in re bellica prudentiæ duce, libro primo bell. Persici. Nam annis quinquaginta, res Romanas ad genua venire compulit. Græce dicas posset, πρὸς γόνατα ῥωμαίων γενέσθαι τὰ πράγματα, vel ita, εἰς γόνυ καθίζειν, sic enim Herodot. vsurpauit εἰς γόνυ βάλειν pro deiicere & pessundare, in Erato his verbis, μετὰ δὲ ταῦτα ἐναυμαχίη ὑπολαβοῦσα γόνυ τῶν πόλιν ἔβαλε. id est, Post hæc inijcitum nauale prælium ciuitatem ad genua deiecit. Chorus apud Æschylum in Persis, Ἀσία δὲ χθὼν αὐτῶν δορὶ γόνυ κλιθῇ, id est, Asia grauiter ad genua depressa est.

Extibiatus senex. 22

Παρεξυλωμένος, quasi extibiatum dicas, vocatur senex inutilis rerũ administrationi, teste Eustathio Iliados penultimo, nam in codice Romę exculto perperam scribitur παρεξυλομένους, metaphora sumpta à linguis tibiarum longo vsu detritis, ac propterea ineptis ad vsum. Euphronius παρεξυλωμένην νέαν exponit ingeniũ segne & hebes, cuius vigor præ senio retusus sit & debilitatus: nam tibiarum lingulas attritas ἐξυλῶσθαι dicunt Græci, quum iam edendo sonio inaptiores redditæ fuerint. Aristophanes,

Οὐδὲν ὄντας ἀνθρώπους καὶ παρεξυλωμένους. id est,

Nihil homines, sed mutos & extibiatos

Synesius in Dione, τοὺς ἐξυλωμένους τὰ ὦτα, ἀνέχεται τῆς ἠχοῦς ἐκ παραμυθίου τῶν μέλους. id est, Quibus extibiatæ sunt aures, his obtusatus echo quædam, finito etiamnum cantu: Vbi extibiatas aures vocat multa assuetudine extritas. Hesychius ἐξυλωμένον interpretatur inutile & ineptum, à tibiis quæ diu multúmque pertritæ ἐξυλίδες vocantur, quòd edendo concentui aptæ minime sint. Idem ferè annotat Eustathius author.

Coquus male condiens. 23

Μάγειρος πονηρὸς ἀρτύων. Coquus malè condiẽs, prouerbium tropo dictum, homo eruditus, sed qui inicuè & perperà pronuntiat, breues tyllabas producens, longas extenuans, quod vitium Gallicæ nationi ita proprium est, vt vix maximo studio & Demosthenico quodam labore, eluctari ac dedicere queant: olim etiam Cappadocum genti familiare. Philostratus in Parthenio, ἐστιένοι δὲ πολλὰ ὡς καταπλαγχθέντα συναφῆ τὰ συμφωνα τῶν στοιχείων, ἀσύλλαβον δ' ἀποτελοῦντα τὰ κεκραγότα, ὅθεν καὶ παρ' αὐτοῖς οἱ κακοὶ μάγειροι κακολογεῖσθαι ὑπὸ πάντων ἀρτυτῆρες, hoc est, Cappadoces more consonantes collidens, longáque breuians, & breuia producens, qua de causa vulgo nominabatur coquus, opipara fercula imperitè condiens. Dictum est & à Sophocle prouerbialiter illud,

Ἐγὼ μαγείρου δρτύνω σοφῶς,

Ego vt coquus perite condiam.

Quo incebit vel, cùm quid rectè curaturos nos aut turbas composituros significabimus. Huc adscribendum est & illud Theopompi apud Athenæum, πολλοὶμὲ ἀρτύσουσι μάζαν, id est, Multi medimni conditur. sum. Multiformis est condiendæ dictionis ratio, multiplex & difformis stylus, magique varius quam Proteus ille Ægyptius, qui nunc in aquam diluebat, nunc ignem ingrabat, nunc in arborem assurgebat, rursus repente draco, mox leoninam feritatem induebat, iterum ex maculoso pardo, ipse ineus aper exsudescebat.

Hippocratis liberis cedit. 24

† Stolidus.

Τοῖς ἱπποκράτους υἱοῖς εἶκει, id est, Hippocratis liberis cedere prouerbialiter dicitur de stupido & nullius ingenij homine. Aristophan. Nubibus,

Τοῖς ἱπποκράτους νεανίσκοις. id est,

Hippocratis prorsus tenero cum capiti.

Traducuntur in Comœdias Hippocratis liberi vt rudes & indocti stipites, ac hebeti ingenio, quòque denique, vnde Eupolis Comicus in fabula quam Δῆμοις inscripsit,

Ἱπποκράτους γὰρ παῖδες εὐδαίμονοί ἐστε.

Βλάκες τε πλεῖστοι, κἀδάμαντος ἀνοϊκότεροι. id est,

Sunt liberi Hippocratis natura ingenio:

Tardissimi, moribus multis boni.

Meminit & Galenus in libello, quòd animi mores corporis temperamento respondeant, Ἱπποκράτης, inquit, φησὶ δεῖν μορίαν εἶναι τῶν κεφαλῶν ἐξ ἧς ἀποκρίνεσθαι τὸν ἀμαθῆ σφλεγμα, id est, Hippocratis filios stulti tiæ nomine eidem Comico ob immoderatum caloremi. Indoctum itaque & stupidum, Hippocratis liberis vecordia cedere dicemus.

Habenas inijcere. 25

Habenas iniicere & laxare, vtraque lingua prouerbiali figura efferitur, illud pro compescere ac impetum sistere, hoc pro indulgere & permittere libertatem. Euripides,

Οὐ γὰρ ἔστ' ἄνδρα τὸν σοφὸν χαλκαῖς χρὴ
Δύσαι χαλινοὺς, ἀλλ' ἀφεῖτ' εἶναι κρατεῖν. id est,

Inijcere fraenos conuenit, non virum decet

Talem nec imperium sibi laxare habenas.

Philostrat. in Polemone, ἐδόκει τι ἐμβάλλειν τῷ λόγῳ, id est, Frenum orationi iniectum esse. Idem in Anaxo. ἐμβάλλει τι ἀτίας τῷ λόγῳ, id est, ita frænum iniecit. Idem in Dione, οἷον ἵππον ὑβρει χαλινῷ κατέχοντα μᾶλλον ἢ μαστιγι, id est, Vbium ferociam non secus qua equorum, habena coercitas potius quam lectica. Gregor. presbyter, μικρὸν ὑπὸ δέους εἶναι τινα ῥυθμὸν ἀναστέλλοντα τὸν λόγον, id est, Paululum silleus reuocabo orationem quibusdam velut habenis. Plutarchus in Lycurgo de Lacedæmoniorum institutis loquens, ὀλιγαρχίαν ὁρῶντες ἐμφυομένην, οἷον χαλινὸν ἐνδόντες αὐτῇ τινα τῆς ἐφορείας δύναμιν. id est, Animaduerso in quantam insolentiam allueret oligarchia, velut habenas ei immiserunt, Censorum (quos Ephoros quasi inspectores nominant) potestate. quæ verba ex Platone De legibus tertio desumpta sunt. Simocatus, μήτε σὺ χαλινοῖ τὸ θρασύμαθες, id est, Ratum atque insolentiam mediocritate non frenas. Atque ita quidem prioris loquendi formulæ exempla sunto: posterioris hæc. Philostratus in

quoties illa intestinis principum virorum, regnum alterno sanguine mercantium, dissidijs in nihilum pene redacta, te Camillo quoq; am indiguerit, quid attinet dicere? Certè præsideras, non multis pòst annis, beneficio immortali munificentissimæ Reginæ Mariæ, sobolem tuam, auo illustrissimo in ditionem suam reposito, successurem, dignitatique pristinæ & loco restituturi: illorum plerique ante diem à iustissima vindice Nemesi consumpti.

Nubem summouere. 27

Νέφος ἄγειν, id est, Nubè tollere prouerbij specie dicitur qui rebus obscuris lucem addit & perspicuitatem. Iulianus sophista in libro quem Philonem inscripsit, ὁ σοφὸς δὲ δεῖξε καὶ ἐξεπλάνησε μὲν καὶ πολλοὺς ὑπεσχόμενος νέφος ἄξειν καὶ φῶς ἀφέσειν, id est, Earn aperto cœlo ostendi & retexi solus & primus opacam nubem dispulit atque summouit. Procius Constantinopol. episcopus de fide, τῇ οἰκείᾳ σύνεσιν καὶ ἀχλὺν τὴν αἰθέριον ἀπελαύνουσα, id est, suo iubare caliginem sensuum abigens. Olympiodorus, φιλοσοφία τὸν τῆς ἀνοίας ἀέρα καὶ ἀχλὺν ἀποσκεδάννυσι, id est, Philosophia facit id quod Homerica Pallas, nubem dispellens. Non abludit hinc illud ex Epigrammatum libro tertio,

φῶς μὲ ξυνετοῖς, ἀξυνετοῖς δ' ὄφις. id est,
Vt doctis lumen, sic rebus rudibus.

Alio sensu dixit Anaxandrides Comicus ἐξαιρεῖν τὸ νέφος τῷ μετώπῳ, id est, discutere frontis nubilum, pro, tristitiam abigere lætúmque vultum inducere, vbi ait,

Διαιρεῖτε τὸ νέφος τοῦτο τῷ μετώπῳ, id est,
Quæ frontis habentem nunc nubem pellite.

Philostratus Iunior supercilium nubilum, pro tristi dixit, Græcè ὀφρῦν ὀφρῶν. Euripides in Hippolyto de Phædra,

Στυγνὸν δ' ὀφρῦν νέφος ἄιξεται.
Tristique frontis augebit nubes.

Simili modo dictum est illud ab Horatio, Deme supercilio nubem. & illud Iuuenalis, Remota Erroris nebula. Neque alienum hinc est illud Philostrati, ὑποψίαι γάμων ἀχλὺς καὶ δεσμὰ γλώττης, id est, Suspiciones sunt ingenij nubes & linguæ vincula. & illud Aristidæ oratoris ὥσπερ νέφος ἐπισκήνιον ὀδυνηρὸν πᾶσι τοῖς περὶ παιδείαν καλοῖς, id est, ita tanquam nubes quæpiam aut atra caligo tenebras offundunt eruditionis bonis.

Vter fastus plenus. 28

De turgido & inflato homine.

In hominem fastu turgidum & superciliosum, elegans est dictendi prouerbiale Timonis Phliasij, qui philosophorum arrogantiam mordaci opere, quod à re σίλλους inscripsit, conuellit atque exagitat, Κενὸς οἰήσεως ἔμπλεον ἀσκὸς, id est, Vter, quem impleuit opinio vana. Quadrabit & in tui ingenij hominē, qui suo sensu, iuxta Paulum, abundat, nec à concepta opinione facilè resilit. Versus eius hi sunt,

Ῥοῖον ὃν τ' Ἰδέων ἠὲ λιγυπρώρων πεπαιδὼς;
Ἀρτιγόνους κρύπτει οἰήσεως ἐμπλεος ἀσκοὺς. id est,
Quæ vos sedauerit rixa, vel qui blateronem?
Ah ventosi vtres, quos implet opinio manis.

Huc pertinet illud Synesij in epistola ad Herculianum, ἡ φύσις ἐμπνεύσασα ἐμοὶ τοσαῦτα δόγματα, id est, Qui ventoso folle inflati, diuina decreta conspurcarunt. Idem in libro De prouidentia, φύσις πνεῦμα ἐμπλεον τῶν βασιλείων παρεσκεύασε, id est, Follis in modum vento plenum, imperium expectabant. Ennapius Sardianus, κατεγέλων ὁ ἡμέτερος ἐκεῖνος τῶν ἀμφ' αὐτὸν, καὶ φυσήματα ἐδόκει τοῦ ἀμπτομένου, hoc est, Feci & ego aliquoties illius periculum, qui inani flatu absque ingenio tumebat. Epicharmus Comicus, φύσις ἀνθρώπων, ἀσκοὶ πεφυσημένοι, id est, Homines natura sunt veres vento distenti.

Darij opes. 29

Immensæ diuitiæ.

Δαρείου πλοῦτος, id est, Darij opes, de immensis diuitiis prouerbialiter effertur. Synesius libro De regno, πλοῦτον ἡμῶν ὑπὲρ τὸν τοῦ πάλαι Δαρεῖον, id est, Opum cumulu maiores quam Darius ille vetus possederit. Huc spectat & illa Caretis hyperbole in epistolis, πλουτοῦντες ὑπὲρ τὰ καρχηδόνια φρονήματα, id est, Ditiores iis qui Carthaginensium rebus studeant.

Sinopissare. 30

Σινωπίσαι, Sinopissare prouerbialiter effertur de iis qui præ se ferunt quod reuera nō sunt, translū à moribus Sinopes scorti, comœdus Anaxilas & Amphidis olim nobilitati, quæ cùm anus esset, fuci & purpurissi tectorio pro formosissima sese prostituerit, vt in Rhetorico lexico annotatum est ab Harpocratione. Meminit huius & Demosthenes. Herodotus in tertio de personis Comicè traductis, refert Sinopen meretricem cognomēto dictam fuisse ἄβυλον antiphrasticè, quasi iuuenem & Beli antiqui dissimilem, quum esset vetulatis nihil malumus cum Suida ἄλυδον legere, à nota molitrici, qui Abydeni Miletum incolētes aperhibuerunt, teste Stephano. Hypocritam ergo in propatulo luctulum, domi dissolutum, sub agnina pelle lupinum animum abscondentem, σινωπίζειν dicemus, vtcunque Suidas ad petulantiæ meretriciæ significationem hoc transferat, quasi verò nō omnium in genere scortorum illud proprium sit. Simili planè ratione σησυλίαν, id est, Procemium dicimus quod foris speciosum appareat, latente intus multa fœduate, quod ipsum quoque hypocritis conuenit. quo nomine vocitata fuit Nannio meretricula, teste Antiphane, quę facie quidē venusta quū esset, formam adiuuantibus & vetustatis sumptuosisque vestibus vtebatur, nuda tamen nuē deformis visebatur: vnde & comici cuiuspiam de malo exemplo memoratur probrosè illam nominatis ῥύπου κρυμμύσεις, hoc est, brassicatas sordes.

Molones. 31

Molon, homo dicitur ingenti corpore seu prægrandi statura, vt apud Aristophanem exponit grammaticus Didymus. Μόλων, inquit, ὁ μεγαλόσωμος, nec in breui statura homuncionem comprehendit. Idem est apud Aristophanem in Ranis. μικρὸς, ἐλάττων μόλωνος, pusillus quantus Molon, quod contrario sensu positum est pro ingenti. nam quum Bacchus vehementer perculsum se dicere vellet, Hercules interrogat, quantum sit illius amoris incendium, his verbis, πόσος ποτ' ἐστὶν id est, Quantus ei amor? respondet ille per iocum μικρὸς, ὀλίγος μόλωνος, hoc est, exiguus, qualis fuerit Molon. Molones qui & Molionidæ filij Actoris, aut secundùm alios Neptuni & Molones, Eurytus & Creatus, vasta corporis mole fuisse perhibentur, quos Augiæ Elidis Regi, auxiliares, dispositis insidiis oppressit Hercules, atque occidit, Pindaro teste. Hos fabulæ monstrosa forma bicorpores fuisse fingunt, costarūm tenus coalitos, ita vt vno cinctu præcingerentur, Ibycus Melicus poeta fabulatur eos, ἀγρίους, ὑπερφυεῖς, ἐπτὰ χεῖρας ἀμφοτέρωθεν γεγῶτας ἐκ τῶν ὤμων ὁρμωμένους id est, Asperos, septem manibus vtrinque natos. Eustathius Iliad. 2. quaternos oculos totidemque manus pedesque illis attributos à veteribus annotat: nōnulli etiam prodigiosius vtrique bina corpora assignant. Nazianzenus Μολιονίδας Molionidas pro concordi fratrum iugo non sine prouerbij tacto exulat, ibi, οἱ μολιονίδαι τὸν ὑπερφυᾶ δίκωπα τῆς ἀμαξιᾶς ἐπιφορὰν ἐγκείμενοι. id est, Molionidæ ipsi, Homerici poematis miraculum, quos periculorum societas coniunxit. Ita fermè & Plutarchus in libello De fraterno amore, Συμπίζουσιν οὐδὲν ἧττον τοὺς μολονίδας ὑπόπους συμφυεῖς ταῖς σώμασι γεγονότας δοκοῦντας. id est, Mirantur non secus quàm Molionidas illos, quos coalito corpore concretos fuisse existimauit antiquitas.

Molones.

Melanthio delicatior. 32

† *Helluo.*

De helluone delicato luxuique dedito dici conuenit illud Athenæi rhetoris in Deipnosophistis, κινάδους τοῦ μέλανθίου, Melanthio magis delicatus, huc ad Melanthum inter procos Penelopes nobilem decoctorem adagij occasio referenda est, cuius Homerus in Odyssea meminit: siue ad Melanthium poetam Tragicum ἰσοφαῆ insignem, quem refert Clearchus voto exoptasse μαχαίρας ἕπτ' ἔχοντες πράκλας, hoc est, olorinū collum, quo ne longiore spatio dapum sensu perfrueretur. Callias in Vinētis fabula, Melāthij mollitiem iocosè hisversibus, notat,

Τίς ἆρα τῷ μέλανθίῳ τῷ γόητι;
Οὐ μαλακὸς ἀλλ' ἀτεχνῶς ἐστὶ κινάδος.
At qua nota Melanthius cognoueris?
Quos alioquin maximè perspexeris.

Vulpina lingua. 33

Κυνὸς γλῶσσα, id est, Vulpina lingua, pro dolosa & *Dolosa*

simulatoria, à vulpis ingenio, quæ inter alia nomina etiam κερδὼ vocatur, vt annotat Nicandri interpres. Extat apud Callimachum Κερδὼ σοὶ ἐς ἄεσιν, id est, cui vulpina lingua. Quin & à Nicandro κερδὼ ἀλώπηξ, id est, vafra & subdola vulpes, malitiosæ fraudis epitheto nominatur. Æschynes à Demosthene in oratione de Corona, κίναδος id est, vulpes audit. & Solon Atheniensi populo exprobrat, quod vulpes imitentur, & earum vestigiis insistant,

Τμεῖς δ' ὦ δῆμος ἀλώπεκος ἴχνεα βαίνει, id est,
Quilibet è vestris vulpis vestigia carpit.

Non est prætercundum hoc loco illud Pindari in Pythiis, ἐργάτις ἀπατᾶν ἀλωπέκων ἴσατος, id est, Mordicus assimiles vulpium moribus, & apud eúdem Melissus quidam κέρτα ἀλώπηξ, id est, astuta vulpes dicitur. Quid? quod fraudulentos & dolosos κιναδίους vocari annotat Hesychius à voce κίναδος, quæ vulpem significat, vnde verbum κιναδίζειν, pro vulpinari effertur. Apuleius quoque vulpinarium amasionem nuncupat amatorem subdolum & fraudulenter agentem. Idem lib. de Magia, Vulpionem vocauit veteratorẽ. Pindarus Pythiorum oda 2. ἐργάτις ἀπατᾶν ἀλωπέκων ἴσατος, id est, impensè vulpium moribus assimiles.

Multa noris quibus Deum fallas. 34

Πολλά μοι οἶδεν ἐς τὸν Διὸν ἐκπατίσασθαι, id est,
Multa scias, quibus vel ipsum summum fallas.

Versus adagialis in improbos planos & fraudulentos nebulones, qui inuenta semper noua excogitant, quibus prouincias exhauriant & expilent, nunc subsidia, nunc decumationes prouentuum, nunc impositas, nunc mutuationes, & id genus sexcentas emungendæ pecuniæ tendiculas ingeniosè commenti.

Simone rapacior. 35

Rapax & adunco homo unguibus.

Σιμωνίδου ἁρπακτικώτερος, id est, Simone furacior, Prouerbium citatur in Suidæ collectaneis, in rapacem & aduncis vnguibus hominem, aut rarius expilatorem. Aristoph.

Ὅταν ἴδωσι κἄμοιγε λίαν ἐξαίφνης ἐφίστη. id est,
Vbi Simonem viderint, mihi confestim caudunt.

Innuit tam dextrum fuisse furem Simonem, vt mali contagium vel inspectatores illius solos, nedum illos qui cum ipso commercium haberent, transiret, vt mox noua quadam metamorphosi lupinam rapacitatem in mores reciperent. Fuit iste Simon Sophista publicæ pecuniæ depeculator homo periurus, vnde alibi comicus minatur, cur si fulmen periuros ferat, non etiam Simonem illum percutiat, his verbis, ἐπεὶ βάλλει καὶ ἐπιόρκους ὁ κεραυνός, πῶς δῆτ' οὐχὶ σίμωνα κατέκανεν.

Ex eodem lare. 36

Ex eodem principio.

Ἐκ μιᾶς ἑστίας, id est, ex vno & eodem lare, prouerbiali figura dictum est à Synesio, pro, eodem ex principio. in libro De prouidentia, οὐκ ἐκ μιᾶς ἑστίας ἐστὶν ἰδεῖν τὸ τοιοῦτον ἀνομοίωμα, καὶ μιᾶς οὐ τῶν δυοῖν βλαστανούσης ῥίζης, id est, vt ex eodem lare ortum habeant res tantopere diuersæ, sitque vna duorum germinum radix. Aristides, κατὰ τὴν ἡμῶν ἑστίαν, id est, communi generis lare. hoc est, origine. Ita accipiendum est illud quod in Aratæo commentario male redditum suspicor, Sophron in Mimo, qui Nuncius inscribitur, à Vesta incipiens, omnes inuocant Iouem omnium principem: Græcè arbitror esse ἀφ' ἑστίας, quod interpres communi vertendi ratione, à Vesta vertit, quum debuisset hoc pacto, Sophron in ipso exordio à Iouis inuocatione auspicatur, eaulam namque reddit cur Aratus operis sui initium à Ioue ordiatur, neque enim Vestæ illic fit mentio, quamuis ea vox Vestã quoque Græcis significet.

Ἡσυχῇ γαλᾷ ἰφὼ 37

Prouerbiale scomma est in parum ritè pronunciantes, & quæ cęsura intercipiuntur non rectè distinguentes, quod vitium multis familiare est, & in Homero illud suggillat Eustathius. Tractũ est autem è Comico Straticle in fabula αἰσχυνομένοις, vbi sic inquit,

Ἡσὶ ποῖ, γαλᾷ ἰφὼ, ποῖ ποτὲ δαὶν, γαλᾷ γαλᾷ.
Ad verbum ita sonat,
Quo quo, felem vide, quo, per deos, felem tranquillitatem.

In Græcis vocibus affinitibus hæret omnis dicti gratia, quarum altera γαλᾷ felem aut mustelam notat, altera γαλήνη, tranquillum seu serenam tempestatem: Latinus sermo eam venerem assequi non potest. Originem verò sumpsit ab Hegelocho histrione, qui Orestem Euripidis fabulam quum ageret, versum illum Tragici,

Ἐκ πνεύματος γὰρ αὖθις αὖ γαλὴ ἵησι,
deficiente spiritu, minus articulate distinguẽs synalœphen qua vocalis a absorbetur, non γαλᾶ, sed γαλῆ visus est auditoribus enunciasse, quamobrem Comici plerique huic versui illuserunt, inter quos & Sanyrion in Danae, his verbis,

Τί αὖ ἡμῖν φῂς; εἰς ἐτὸν ἐσ' ἔσομαι;
φῂς, εἰ ἡρεμοίη γαλῆ; ἀλλ' ὁμολογῶ μὲν μικύτατα,
Ὦ πρεσβῦτ', ἀναπεφυγέναι αὖθις εἰς ἰχθῦς μοχλόν
Ἐκ πνεύματος γὰρ αὖθις αὖ γαλῆ ἵησι. id est,
Quid fallis optimè, subibo antrum tamen?
Mustela quid si parum at Tragicus illico
Me prodat hosti Hegelocho alte clamitans,
E fluctibus mustelam rursus conspicor.

Alioqui Euripidis versus mustelæ nõ meminit, sed metaphoricè loquitur de commutatione fortunæ in melius, ad modum nauclerj, qui post tempestatem, serenum cœlum prospicit.

Polypus scopulo affixus. 38

† *Affixus alicui negotio.*

Πεπηγὼς πολύπους, id est, Affixus scopulo Polypus, prouerbio dici potest qui ita affixus & deditus alicui studio aut rei adhæret, vt nullis inde machinis diuelli queat. Menander Byzantius qui Agathij historiæ fuam subtexuit, de Sapiro fortissimo milite, τῇ ἑτέρᾳ τῶν χειρῶν ὅπλῳ, οἷα πολύπους ἀφύκτοις πλοκαῖς τοῦ, id est, Propugnaculo manus iniciens, vt Polypus cirros suos inexplicabiles. Nazianzenus in Monodia Basilij: τὸ δὲ πολυπόδου πάσχομεν, ὃν τῆς θαλάσσης ἐξαιρούμενον, ὀστρείοις ταῖς πέτραις αἱ πόδες, id est, Accidit nobis id quod Polypis visu venit, quorum flagellis saxa adhærent, si nido eos auellere tentaueris. Et in libro Carminum,

Πόλυπον ἐκ θαλάσσης σὺν λιτυλῆσιν ἔχεις, id est,
Herculem polypum tenuis corpore saxis.

Transferri potest ad studiosum nę libris addictum, vt vix somni voluptas, aut cibi necessitas studium interpellare queat, quod de Ioanne Pico Mirandulano Comite memoratur, cui rarum aliquem codicẽ in bibliothecis nacto ministri cibũ & necessaria ad eum splum locum adferre cogebantur, vt ne interim dum cibum capit otia. entur oculi: potest & in amatorem quadrare amoris cassibus irretitũ, cuius animus (iuxta Plautum) adhæret affixus claue cupidinis.

Scapha lignea. 39

Ξυλοκάμπη, quasi ligneam scapham dicas, prouerbiali nomine dicitur fœmina, in qua nec renidet forma, nec corporis mensuratum filum aut proportio respondet, stupida vt lignum, inconcinna vt cymba. Annotarum à me fuit de hac voce etiam olim in Lexico per me multis dictionum chiliadibus, locupletato ex Eustathio.

Glomerare inglomerabilia. 40

Colligere quæ nexû fugiunt.

Κλώθειν τὰ ἀσύγκλωστα, id est, Conglomerare inglomerabilia. Prouerbio dicitur quando paramus coniungere quæ nexum omnem fugiunt, & quæ numeris fere omnibus à se mutuo dissona sunt. Synesius vtitur in prolixa epistola declamationis vicem implente contra Andronicum, συνάπτειν ἱερατικὴν ἱερουργίαν στρατείᾳ, id est, Politicam ad ministrationem sacerdotij muneri coniungere, idem est, quod cõglomerare quæ conglomerari nequeunt. Vult enim diuersissimas & ex diametro pugnantes administrationes, ciuilem & Sacerdotalem, quamuis priori ætas coldem habuerit & sacerdotes & populi controuersiarum arbitros, quippe quum & Ægyptij & Hebræorum natio diutissimè sub sacerdotum imperio vixerint: sed posteaquam diuinum munus humanorum affectuum libidini obnoxium esse cœpit, consultò Deus vtrumque vitæ genus dispescuit, vt alterum sacris operaretur, alterum obineret ius principatus. Nimirum sacerdotes sibi addictos voluit, at principes mundo mancipauit, vt illi precib. assiduis insisterent, hi negotiis præfecti turbas litesque cõponerent, vtrique verò æqui bonique rationem ob oculos haberẽt. Sumpta metaphora à textricibus aut filatricibus. Cyrillus Alexandrinus in epistola quadam apud Nicephorum Callistum

scribit

scribit, quum sacerdotalis functio à popolari administratione separata sit, non oportere miscere ea quæ missionem respuunt; Græcè est μὴ μιγνύειν τὰ ἀμιγῆ.

Sirenibus ad persuadendum aptior. 41

De efficaci eloquentia.

Σειρῆνος ἐπιτηδειότερος, id est, ad persuadendum quàm Sirenes magis appositus. Hyperbolè paræmiaca de efficaci eloquentia. Achilles Alexandrinus in lib. 6. de amorib. Clitophontis & Leucippes, de Calumnia loquēs, ἡ δίκελλα ξίφους, inquit, πικροτέρα, καὶ τῆς σφῦρον ἔχουσης ἀκριβεστέρα. Calumnia ense acutior, igne ardentior, & Sirenibus ad suadelam potentior. Quin & σειρὰ, id est, Siren, pro illecebra & dicendi vi, ponitur non absque prouerbij specie. Heliodorus libro primo, ὑπὸ τῆς λόγου ὥσπερ τινὸς σειρᾶνος κατακλυσθείς, id est, Verbis tanquam a Sirene quapiam delinitus. Damascius Syrus, ἅπτεσθαι αὐτῆς τοῖς ἐμοῖς ἔφην λόγοις ἅπαξαν καὶ σειρᾶνα δυσπειθείας ἐφολκωτέραν, id est, Iustitiæ illorum animis insuperabilem verborum vim & pellacissimā eloquentiæ Sirenem. Philostratus in Isocrate, ἡ δὲ σειρὰ ὑπὸ τῆς ἡδονῆς τοῦ στόματος τὸ σφοδρὸν σίδηρον, id est, Siren Isocratis linguæ inndens. Synesius, ἐμοὶ γὰρ οὐ παρὸν ἦρες τὸν ξυνόντα σειρᾶνι τῷ λόγῳ, id est, Præsens me traxeras dulci verborum Sirene. Pausanias in Atticis, Sophoclem tragicum νέαν σειρᾶνα, hoc est, nouam Sirenē nominat, eui famique adscribens addit, εἰώθασι δὲ ἐκ τῶν ἐν ποιήμασιν ἡδέων τὸ ἐπάγωγον σειρᾶνι ἐικάζειν, id est, Consueuerunt etiā nunc nostri illecebras poematum ac verborum pellacias, sirenibus assimilare. Tale est illud Heliodori lib. 5. ὥστε ἀπορεῖν ἐκ σειρᾶνος τὸ κατ' αὐτὴν, id est, vsqueadeo illecebrosa erat & fallidi omnis expers Sirenas Acheloi & Steropes Amythaonis filiæ aut Terpsichores Musę filias fabulantur fuisse: alij prognatas è sanguine manante à cornu Acheloi quod Hercules in lucta confregerat, volunt. Earum nomina Aglaophene & Thelxiepia, Lycophron tres ponit, Parthenopen, Ligean, & Leucosian. Verior historia est, Sirenas psaltrias fuisse meretricules hospitum illices, propter cantus suauitatem, quo nomine etiā captos alienabant à reditu memoria, oblivionem quandam patriæ rerumque suarum illis conciliantes: vnde & ἀνηδόνας eas nominat Pindarus, quòd illecebris quibusdam mulcerent aduenas & inescarent, præ voluptate reddentes eos immemores cibi, eáque ratione ad marcorem illos deducentes. Hinc Martialis lib. 3.

Sirenas hilarem nauigantium paucam,
Blanda quæ morte gaudiumque crudelit,
Quas vemo quondam deseruit audax.

Sunt qui non scorta eas, sed perpetuæ virginitatis cultrices fuisse dicant, qua de causa inuisæ fuerint Veneri, & huius operta in aues mutatæ. Plura de Sirenibus legas apud Eustathium Iliados duodecimo. Synesius in epistola ad Herculianum, Sirenas allegoricè voluptates exponit, ἐγὼν δὲ τὰ μὲν σοφῶν διηγημάτων οὐ μέτοχος, σφᾶς γὰ ἀνοιγε ἀκούειν τοῦ ἀληθοῦς ἐδόκουν, οὐ τοῦ αἰσχροῦ καὶ κατόγητος ἥδονῆς τὸ φθαρτικὸν τὸ μετὰ τέρψεως ἀναλύουσαν, id est, Audiui doctum virum qui fabulam allegoricè exponeret, Sirenas enim denotare voluptates quæ delinitos & suauitate ea captos, paulò pòst interimunt. Ælianus sophista, σφᾶς γὰ δοκῶ τὰς ἀχρήστους ἡδονὰς τῶν ποιητῶν ἀποκαλεῖσθαι, id est, Poetis namque Sirenes (vt equidem existimo) comminisci esse fœdas voluptates.

Atlanticum mare cotyla exorbere. 42

Res impossibili.

De re impossibili, aut etiam supra modum difficili hyperbolicè dictum est à Simocato in epistolis, λίαν ἐρῳδιὸς καὶ τὸ κατάπαν τοῦ λόγου κάματος ἐδιαπέρασεν, ὡς κατὰ τὸ ἀκατάπαυστον ἄπαν ἀποτρέπειν πλάγος, id est, Valde operosum & difficilius quam ut repurgare Augiæ sterquilinium, aut quam sit Atlanticum mare totum cotyla exorbere. Est autem cotyla mensuræ genus sex cyathos capiens, de qua Rhemnius Fannius ita,

At cotylus, quæ (si placeat) dux fit hirebit
Heminas, recipit gemmas sextarius vnus.

Iusiurandum, emplastrum debiti. 43

Venustè dictum est à mimographo Laberio, in mimo quem inscripsit Alexandriam, & dignum quod in prouerbiorū classem referatur, eóque magis, quòd Mimi paræmias affines finxerint verba vt ab A. Gellio adducta sunt lib. 16. ascribam:

Quid est iusiurandum emplastrum aris alieni.

Tametsi maiores nostri nullum artius ad astringendam fidem iusiurando vinculum esse voluerint, tamen quo malo genio in officias & tendiculas conuersum illud sit, ipsi viderint. Fucandę fidei velamentum καὶ σκέπασμα: nam vt ait is, hieri, quod creditori debebat, nexum fugimus & creditorem fastidiri libri instantem placemus, nullum aptius est remedium, quàm si religiosa iurisiurandi affirmatione policemur nos illi propediem persoluturos. vbi status aduenerit dies, iustissimos rationum implicitarum libellos proferemus, qui aliena debita loquantur, quibus vbi primum fuerit testificatum, cuellugio cum pecunia adfuturos, ne id fiat, tellus nobis vt ima debeat. Sic creditorem ludificamur, sic iurisiurandi sacramento tanquam empiastro quopiam, æstuantem irati creditoris stomachum compримimus. Cognata huic est sententia Syri ocarii in epitaphio.

Πρὸς ἀπάτην ὅρκοι σοφιστὴς ἦν ἄρα χειρός, id est,
Iusiurandum est egregium artificium dolo.

Aduerso æstu. 44

Lapsi ad egium est plane diuersum ab illo, κατὰ ῥοῦν φέρεσθαι, id est, *secundum*. Secundo vel prono æstu ferri, quod de iis dicitur, quibus prospere in vita cuncta eueniunt, a metaphora decurrentis aquæ, non frantis æqualitate superficiem. Quod verò de his dicitur qui ex amplissimis fortunis deiecti ad egestatem redigūntur. Citatur ab Eustathio. Quod ex Plauto in Aunaria, Quām magis ire in altum cupiebam, tam æstus me in portum refert. Aliter vsus est Aristides ibi, ἀλλ' ἐγὼ μὲν ἐχόμην ἅπαν κατὰ ῥοῦν ὑπὸ τοῦ λόγου φερόμενος, id est, Impetus orationis veluti prono quodam me arripuit.

Thyestea cœna. 45

Θυέστου τράπεζα καὶ δεῖπνον, id est, Thyestea mensa, aut *Cruentum cœnum*, pro immani & cruento epulo positum. Athenagoras libro De mortuorum resurrectione, καὶ τὰ πραγματικὰ δεῖπνα Θυέστου, id est, & Tragicos Thyestæ cœnas. Eulebius libro quinto eccles. hist. in epistola Christianorum Christianorū, quæ est de martyribus in Gallia necatis, καὶ ἐξέβαινεν ἡμῶν Θυέστεια δείπνα καὶ οἰδιπόδειοι μῖξεις, id est, Mentiti sunt de nobis Thyesteas cœnas, & Oedipodios incestus nobis obiicientes. Oppianus Cilix in Cynegeticon tertio, de omnigenis loquutus, telas sericatuli ab vrente conquerituri de natura, quæ non nominem tantùm in pignora sui dono exemplo armauerit, verùm etiam bestias eadem immanitate imbuerit, hæc inquiens,

Ὣς ἀπὸ δερκάλιον ἐπάλμενος παρὸς πράτιζε, hoc est,
Appositusque feris epulum ferus ore Thyestæ.

Philon in oratione de diuersarum impiorum actionibus, ἐπὶ μᾶλλον ἔφαγε τὸν Θυέστου παῖδα καὶ ἐπλήσθη τοῖς ἰδίοις αὐτοῦ σπλάγχνοις, id est, Execrandæ dapes Thyestæi liberi inter grauissimas calamitates adnumerata. Martialis libro primo,

Qui scribit prandia Iani
Tereos aut cænam crede Thyestæ tuam. & lib. 5.
Fugerit an Lachnes mensas cænamque Thyestæ
Ignoro, agimus nos Ligurine tuam.

Nota est fabula de Thyeste Pelopis filio, cui Atreus frater epulandos suos ipsius liberos apposuit, quorum nomina prodit Euripidis scholiastes esse, Aglaum, Orchomenum, & Calcum. Potent meo quidem iudicio non malè trāsferri ad crudele spectaculum, quod oculi abhorreant (quemadmodum in illo parricidio sol vultum texisse dicitur) cuiusmodi superiore triennio Asia vidit, quum superbissimus Turcarum rex Mustafa filiorum natu maximo gula, minimum omnium, sed ingenij dotibus longè maximum euocauit, vt fratri è Perside reduci gratularetur, nimirum quid aliud ille, quam ad Thyestæ im cœnam mutatus, tam mitissimam fratris germani in eum ab impio & scelesto genitore perpetratam spectauit, vindice Nemesi haud inultus, quippe cùm patrem eodem fere tempore momento duobus filiis orbatum, altero necari iussu, altero ferum in vitalia distringente, eius vltrices mente emotum reddiderint, ac pro Thyesteo spectaculo mentas ab eo pœnas exegerint, vt perpetuò Heautontimorumenon secum circumferat.

Pardalis exuuium induere. 46

Παρδαλῆς ἐνδύσασθαι, Pardi exuuio amictus, dicitur homo versipellis & ingenio varius, vafer, qui σκολιότροπος

τὸ ἦθος, reste Eustathio Ili 3. quod & breuius repetit in decimo, οἷς παρῄνεσεν ὅτι πανοῦργον αὐτοῦ τὸ ἔπεσθαι τοῖς παρδάλεσι, id est, Parœmiacè deuatris effertur maculosa pardi pellis. Est enim varijs maculis distincta pardi pellis, præcipuèque eius quam Heliodorus Camelopardalin nominat. de qua sic scribit historiæ Æthiopicæ lib.10 χρυσὴ ἡ ἐν ὑπεστρωμένῃ φολίσιν ἀνθρακίτου ἐπιστίκτου, color pellucique florentibus maculârum punctis variegata, vnde & epitheto ἀλαόπεδος, id est, maculoso tergore dicitur ab Oppiano. Astutum ergo & subdolum παρδαλῆν ἀπρεπέστερον eleganter dicemus, quomodo fraudulentum ἀγριαῖον ἀπρεπέστερον, vulpino exuuio conuestitum, & λυκίαν lupina pelle indutum hominem rapacẽ, & νεβρίδα ἀπρεπέστερον hinnulina pelle tectũ, timidum hinnuli instar, aut etiam vertipellem, quod huius animalis pellis maculosa quoque sit. Non abludit hinc quòd legimus Antenorem ingenio varium (id quod patriæ suæ non dubia proditio, quãquam hospitij nomine à Liuio excusata, facilè ostendit, non exitium modò effugisse capta iam Troia, sed res etiam suas integras seruasse, beneficio pellis pantheræ seu pardi, pro ædibus ipsius appensæ, haud ambiguo argumento varij dubiique ingenij: cuius rei idem facit Sophocles in Aiace Locro, quod videlicet pro foribus ædium ipsius pependerit,

κἀξαίνυται τυτὸς
Στολὰς λεόντων, παρδαλωφόρους δέρας. id est,
Maculosæ canæ pellis Libyssæ, pardalinum scilicet tergus.

In quo versu perperam pro λεόντων scribitur καὶ βίσσων apud Aristophanis scholiasten in Auibus.

Malum sectionis egens. 47

De malis extremis.

Annotat Eustathius in Iliados decimum prouerbialiter dici πάμπαν πάσσε, quæ sectionis egeant mala, de ingentibus & extremis, sumpta metaphora à putrido vulnere nulla arte medicabili, nisi per nouaculæ ferrique incisionem. Extat autem apud Sophoclem in Aiace flagellifero.

Οὐ σοὶ ἰατρῶν σοφῶν
Θεσμὸν ἐπῳδὰς σοῖς πανεῖν πάμπαν. id est,
Admurmurare carmina haud medici est boni,
Quando malum tam sectionem flagitat.

Non alienum est ab hoc & illud, ξυρῶ δ' ὡς χρῄζω, vina secabit cute tenus.

Vmbræ me prohibent. 48

Τῆλε με εἴργουσι ψυχαὶ εἴδωλα καμόντων. id est,
Méque abigunt vmbræ simulata specira virorum.

Verba sunt Patrocli in somnis Achillis conquerentis se excludi ab inferis propter denegatum sibi humationis officium apud Homer. Iliad. penult. Eustathius annotat quadrare vbi quis impedimentum accipit in negotio quopiam à vilibus & nullius pensi hominibus, potissimèque si macilenti fuerint illi ipsi, & squallore obliti: veluti quum docto homini negotium facessunt artifex & inepti magisterculi, ne extra scAristotelis alterúmve rati in philosophia authoris librum publicè legat. Torquebitur & in strigosos & exangues, vmbris pallore similes, cuiusmodi apud Aristophanem Samyrion tragœdus, Melitus, & Cinesias traducuntur, quos à poetis ad cœtum poetarum apud inferos degentium legatos fuisse fingit, ἀϊδοφοίτας eos nominans.

Habenas ignaras non tractet. 49

Μὴ δῆτ' ἐμὸν λάϊον, παῖδ' ἄπρηκτος ἐών, id est,
Ne frena tractet, inscius cùm sis puer.

Quadrabit quum à negotio quopiam arduo deterrebimus ei prouinciæ imparem. Extat apud Clementem pædagogi tertio μὴ δῆτ' ἐμὸν λάϊον παῖδ' ἄπρηκτος ἐών, ἐπεὶ δὲ ἀβάτοις ἐν ἁψῖσι πλάσσειν μὴ μαθών, id est, Ne tractes habenas fili regendi imperitus, nec currum conscendas aurigandi nescius. Apparet alicunde sumptum è tragœdia quapiam, vbi Phaethontem filium deprecatur pater, ne exitiale votum vrgeat, ibique perniciem accersat regendo solis equos. Vnde apud Ouidium Metamorphoseon secundo Sol filium alloquitur paternos currus deposcentem,

Magna petis Phaethon, & quæ nec viribus istis
Munera conueniunt, nec tam puerilibus annis.
Plus etiam quàm quod superis contingere fas est,
Nescius affectas.

Non omnia per bonem obtinebis. 50

Μὴ πάντα καὶ βοὸς ἔτι, id est,
Ne speres te opera bouis omnia posse tenere.

Hemistichium est prouerbiale quod admonet non sacrificiis aut litationibus, votisque pro arbitrio omnia cessura, sed laborandum nobis esse, quemadmodũ apud Salustium in Catilin. Cato ait, Non votis neque supplicijs muliebribus auxilia parãtur deorum, sed vigilando, agendo, bene consulendo, prosperè omnia cedunt, vbi socordiæ atque ignauiæ te tradideris, nequicquam deos implores. quò spectat illud Æschyli,

Τῷ δ' αὖ πονοῦντι καὶ θεὸς συλλαμβάνει. id est,
Quisquis laborat, huic manum præbet Deus. & iterum,
Τῷ πονοῦντι δ' ἐκ θεῶν ἐφιλεπτεῖτο τιθραμμένη τῷ πάνυ κυδρῷ. id est,
Laboranti, debetur diuinitus gloria laboris proles.

Torqueri solitum in reides exercitus duces, qui mactato boue propiciasse se Deum abundè putant, non posse infeliciter cadere sua cœpta arbitrantes, quum consilio & animi præsentia & fortibus factis in bello opus sit. Crediderim idem esse cum eo quod ex Diogeniano citat Erasmus, μὴ κῆ βοὸς δίχει, atque exponit, Ne contra bouem opta.

Teredo ossium, cor sollicitum. 51

Tristis & sollicitus animus.

Elegans extat prouerbium apud Nazianzenum in distichus sententiosis, ex Solomonis fontibus proculdubio derivatum,

Νοῦς ἐμπίμπλησιν, σὴς δὲ ῥιζώσιν ὀστᾶ. id est,
Mens plena curarum, teredo ossa edaces.

Ita enim Hebræus ille rex Prouerbiorum decimoseptimo, Animus hilaris floridam ætatem efficit, at mœstus spiritus exsiccat ossa. Nihil enim magis accelerat senium, quàm curarum catenata series, at vacuus curis animus & iuuentæ florem conseruat diutissimè, & viuidum ac vegetum reddit corpus. Nazianzenus in oratione funebri Basilio dicta, ἐπειδὴ σὴς ἐστὶν ἕκαστα, καρδίαν αἰσθάνεται, ὡς πελαργοὶ ἐν πηδοῖς ἀναῖ. id est, Etenim cor affectum, teredo est ossium, vti Solomoni veritatique placet. & mox, ἐν τούτῳ παρῆλθε, θρυπτόμενος λόγισμῷ. hoc est, Cor exulcerat & erodit, assidua cogitatio. Idem in Apologetico, ἔργον ἐδόκουν ἐν ὕπνοις εἶναι τὸν τῶν ἐχθρῶν, id est, Opus arduum, & reuera prudenti viro, otium teredo.

Bubali odium. 52

Inexpiabile odium.

Βουπάλου τίσις, id est, Bupalium odium de inexpiabili & acerbo odio prouerbialiter dicitur à Bupalo Chio sculptore, vel secundùm alios, pictore, qui acerrimam cum Hipponacte Ephesio clarissimo poeta simultatem exercuit, sed infelici conatu, quippe qui maledicorum versuum morsus concoquere non potis, laqueo sibi gulam fregerit. Leonides Epigrammatarius,

Ἃ ζῶντι φεύγω τὸν χαλαζοπὸν τάφον,
Τὸν φερώνυμον ἑπτάκλωστον, οὐπιχ' ἁ τύχη
Ἐκβαίνῃς βουπάλου τὸν σύριγγ'. id est,
Hospes sepulchrum grandinans diris fuge,
Horribile Hipponactis, cuius & cum
Exercet odium Bupalis iambis furis.

Pluta de hoc annotauimus in primo libro Animaduersorum vbi correximus locum illum Horatij, Aut acer hostis Bubalo.

Bupalia pugna. 53

Dentatili scipionem.

Βουπάλου μάχη, id est, Bupalium duellum, prouerbiali figura effertur à Iuliano apostata, pro virulento & dentato scripto, quo maledicentiæ & iracundiæ habenas omnes in quempiam effundimus. sic enim scribit in epistola ad Alypium Cæsarij fratrem, qua gratias illi agit de Geographica pinace elegantioribus formis ac lineamentis expressa, καὶ κεκτημένοις αὐτὸ, σοφιστὰ καὶ ἱκανοὺς οὐ μάχλου εἰδόσιν τὸν βουπάλου καὶ τὸν ἀμφίλογον τροπεῖσθαι, ἀλλ' οἵους ἡ καλὴ καὶ σοφὴ βουλεύσεται τῶν ὑμετέρων ἐμοὶ πόθεν. id est, Singularique industria illud elaborasti, adiectis & senarijs iambicis, qui non Bupalium pugnam canunt, vt Callimachi Cyrenæi poetæ verbis vtar, sed quales venusta Sappho vult in deorum hymnos concinnari.

Pergama non tristia incolis. 54

In eos qui læta sibi omnia augurantur, & ex animi sententia cuncta feliciter cedere putant, & qui tantùm non sibi videntur dij esse, quadrabit prouerbiale illud dicterium quod apud Æschylũ Tragicum poetam Prometheus rupi Caucaseæ affixus, Mercurium cum reliquo deorum vulgo, qui tunc rerum cœlestium potiti tranquillè sibi videbantur, exagitat.

Καὶ δυοῖν δὴ Νείοιν αἰνῶ δίχημα, id est,

Habitare

Habitare non triste illum vos reminiſ.

Sumpta origo à temporibus Troiæ iam tum fortunatæ, quum totius Aſiæ imperio potita, firmiſſimum & domeſticis opibus & externis viribus regnum conſtabiliſſet, nondum μακάριος vocari merita, nondum luctuoſam ſortem, in quam poſtea incidit, experta. Torqueri poteſt in principum virum, aut rempub. aliquam, cui opibus florenti, & ſocietatibus confirmatæ, videndum ſit, tantiſper dum ſecundo æſtu omnia feruntur, dum res videntur validiſſimæ, hoc eſt, *δοκοῦσι πάνυ ἀκμάζειν καὶ πίσσειν*, ne præcipitet in ruinam, nimis proteruè ſuis conſiliis vti, & viribus freta.

Matrea belluam alit. 55

In inuidioſ. In hominem inuidum liuore percitum competit, quod ex Athenæo detortum eſt apud Euſtathium Odyſſeæ primo, de Matrea quodam Alexandrino, qui ænigmate ludere ſolebat, dictitans ſe belluam alere ſeipſam comedêtem, *ἔχειν τι τρέφειν, ὅ ἐσθίει αὐτὸ ἑαυτὸ ἐσθίον*. Polypus piſcis carnem ſuam rodere dicitur, ſed ingenti cruciatu eò adactus: at inuidus alienæ felicitatis ſpectator, quamuis ipſe abundet, ſe conficit, & iuxta poetæ dictum macreſcit alterius rebus opimis, vt non mirum ſit cur liuor epitheto & quidem digniſſimo, edax à poetis dicatur.

Tempeſtas ingruit. 56

† *Occurrendum periculo.* Quando ſignificamus obuiam eundum eſſe imminenti periculo, vſus erit prouerbialis verſus,

Ἀρὰ νέρα μέλαινα πάϊδες ξυλλέγετε,
Τυφὼς γὰρ ἐκλάσειε πᾶσαν ἀκμὴν ἐλάσσων. id eſt,
Huc expedite gnati nigram ouem agite,
Nam turbidus Typho molitur exitium.

Veluti ſi dicamus iram alicuius viri principis & potentis placandam eſſe literario quopiam munuſculo, aut ſupplice libello & decente exculatione deprecandam. Eſt autem Typhon nimbus è nubibus erumpens, nautis admodum formidoloſus, quem denotat libro argonaut. 3. Valerius Flaccus, ubi,

Quantas vbi immenſo proſpexit ab æthere Typhon,
Igne ſimul venti, & rubeas, quem lapſus alibi
Crine tenet, ſtrepidant diro ſub lumine puppes.

Typhon. Æſchylus in Prometheo Telluris filium Cilicem & centucipitem Typhona nominat, ex eóque turbines & impetuoſos omnes ventos prognatos, præter Zephyrum & Boream, fingunt fabulæ. Heliodorus Tricæ epiſcopus lib. 1. *ἐγὼ δ' ὥσπερ τυφῶνι βληθεὶς αἰφνίδιος κατεπλάγην*, id eſt, At ego attonitus ſteteram, veluti Typhone ictus. Huc ſpectat illud Pherecratis Comici, quod à Suida citatur.

Οἴμοι κακοδαίμων, αἰγὶς ἔρχεται, id eſt,
Hei miſero mihi tempeſtas occupat:

Id enim exclamat apud eum quidam imminentem tempeſtatem præuidêns. Neque verò rectè dictum eſt illud, *αἰγὶς ἔρχεται*, id eſt, ægis venit, efferri de iis qui impudenter agerent, & perperam nominatur eius ſententiæ author Suidas, quum apud eum in dictione *αἰγὶς*, ante verba illa, *Ἐπὶ τῶν μανιωδῶς τι ἢ πονήρως*, inſerenda debeant, hæ voces *Αἰξ τὴν μάχαιραν*, vt integer ita cõſtet ſenſus. Capra gladium, effertur parœmia de iis qui inconſultè quid ſuo malo faciunt. Porrò cur expediri nigram ouem author verſuum velit, ex ritualium librorum curioſa ſuperſtitione manauit, quæ cenſuit tempeſtates cœlique minitas mactata atra bidente procurandas, vnde peritè dictum eſt à Virgilio Æneid. tertio,

† *Capra gladium.*

Nigram hyemi pecudem, Zephiris felicibus album.

Nam (vt Arnobius lib. 7. aduerſus gentes ſcripſit) Diis lætis ledeſque habitantibus inferas, color furuus gratior eſt, & triſtibus ſuffectus è locis: Contrà, ſuperis diis atque hominum dexteritate polleãtibus, color lætus acceptus eſt, ac fœlix hilaritate candoris. Vnde Apollo apud Porphyrium in libris de philoſophia ex oraculis capienda, ita ſtatuit,

φαιὰν μὲν ἱρατίοις, χθονίοις δ' ἐναίσιμα χρυσῷ. id eſt,
Candida cœlitibus ſuppeditat ſed furua eatenus.

Andromachen ex anguibus continuare. 57

Ornamentum varium & multiplex. Ἐξ ὄφεων τὴν ἀνδρομάχην ἐστεφανίζειν, id eſt, Anguium plexu Andromachen exornare: prouerbio dicitur qui adminicula omnia vndecunque congerit ad confirmandam ſuam cauſam & exornandas fulciendaſque rationes ſuas: vel qui operis molem multiplicis lectionis opibus & omnis generis ſcriptorum authoritatibus inſtruit atque exædificat. Nicephorus Callixtus lib. 14. Id conſilij nobis eſt, vt ex omnibus quæ ad rem faciunt colligamus, & interdum etiam ſpiris anguium implexis Andromachen adornemus. Græcè eſt, *ἀνίστη ἢ καὶ ἐξ ὄφεων τὴν ἀνδρομάχην ἐστεφανίζωμεν*. Eſt autem hoc loco ὄφις ornamentum capitis, quod crinium volutis lubrico ſpirarum implexu, in modum anguium, inerrantibus faſtigiatur, quod Statius Papinius ſuggeſtum comæ nominat, quod genus in veteribus Italiæ monumentis frequens occurrit. Reſpexit huc Iuuenalis Satyra ſexta fœminarum aſtum notans, quæ anguino illo plexu & ſtructura plocamorum, proceritatem mentiebantur, vbi ait,

Tot premit ordinibus, tot adhuc compagibus altum
Ædificat caput, Andromachen à fronte videbis,
Post, minor eſt.

Conſtat autem Andromachen Hectoris vxorem ſtatura longiſſimam fuiſſe, ex Ouidiano verſu.

Inſtar Olympicæ tubæ. 58

Philoſtratus in Polemone ſophiſta *ἀναβοᾷ τε καὶ ἐπιτείνεται τὴν φωνὴν ὅσον ἐφικτὸν ἐκείνῳ σαλπίγγι*, hoc eſt, Dictio pugnax & aures acri tinnitu vibrans in modum Olympiacæ buccinæ. Dicetur de acri & vehementi concionatore, cuius dicta non aures modo radunt, ſed intima quoque animi penetralia altius commouent. cuiuſmodi perhibetur fuiſſe Pericles Athenienſis oratio, qui ceu tonitru quodam, Græciam collidere dictus eſt ab Ariſtophane. Conſimili ratione Vlyſſes apud Sophoclem in Aiace flagelligero dicit, Mineruæ conſilia animum ſibi concutere & penetrare in morem tubæ: ſic enim ait,

De oratione pugnaci.

φοιτᾷ γὰρ ἀκοὴν ἐς ξυναρπάζουσ' ἐμοὶ
χαλκόστομος κώπαν θ' ὑπ' ἐρετμοῦ τυπεῖσ'. id eſt,
Aures ferit tua vox & animum percutit
Tyrrhenicæ in morem gregis buccinæ.

Huc pertinet illud Synefij ex libro De prouidentia, *ὧν αἱ ἀκοαὶ μύθοις ἐκπεπλήκασι τὸν ὦτα*, id eſt, quorum aures fabula tubali crepitu impleuerit. Athanaſius Alexandrinus a Greg. Nazianzeno *μεγάλη σαλπίγξ τῆς ἀληθείας* vocatur, hoc eſt, veritatis ingens buccina, quòd confeſſionem veræ ac ſynceræ doctrinæ latè diſſeminares & quaſi veluti buccina mentes impleret.

Mariandinus ſybicen. 59

Μαριανδυνὸς ὑλαγμός, id eſt, Mariandynus tibicen aut præcentor, dicitur luctuoſi carminis cãtor, qui flebiles modos intonat. Neq. abſurdè poetaſtri inamœni atque indocti carminis ſcriptorem, *μαριανδυνὸν ὑλαγμὸν* dixeris, conſimili ratione, qua ineptam orationem Caricam Muſam, & *κακὴν ἀοιδὴν*. Citatur nominatim prouerbij vice ab Euſtathio in Dionyſianis commentariis, *ἰστέον ὅτι ὑπῆρχον τοῖς μαριανδυνοῖς ὑλασταὶ αὐλητικοί, οἵτινες ἦσαν ἡ μεσημβρία δηλονότι, μαριανδυνὸν μεμφόμενοι ὑλασμόν*, id eſt, Sciendum apud Mariandynos frequentes fuiſſe tibicines lugubria concinentes, quod & prouerbio indicatur, in quo ſit mentio Mariandyni æmulatoris. Chorus apud Æſchylum in Perſis, Xerxi reduci, poſt deletas ingenti ſtrage à Græcis Perſarum copias, loco gratulatorij carminis accenturum ſe dicit lugubre Mariandyni tibicinis carmen, his verſibus,

Προσορχήσω σε τόσσ', ὑπ' ἐμοῦ φόβου θεοῦ,
Κατακλύσειεν ἰὼ μαριανδυνὸν ὑλαγμὸς Πικρὸς. id eſt,
Excipiam reditum tuum clamore lucendo, & mœſto concinens
Mariandyni tibicinis vlulatu te proſequar. Quo Æſchyli verſu vti licebit apud eum qui pro expectato lætò nuncio, aduerſa omnia & triſtia apportat. Maryandini gens eſt Pontica, Paphlagoniæ contermina, nomen habens à Mariandyno Aeolenſi, vt Stephanus indicat. Æſchyli interpres ex Calliſtrato annotat, Tytium binos habuiſſe liberos, Priolaum & Mariandynum, qui in venatu perierit, inſignem artificem lugubris concentus, qui flebiles tibiis modos adaptarit, ſuámque artem docuerit Hiagnin Martiæ tibicinis patrem (quẽ Marſiam nominat Euſtathius) & addit, eam gentem ad ſua vique tempora, in aſſiduis caloribus, flebilibus numeris authorem ſuum Maryandinum proſequi. Apollonij Rhodij ſcholiaſtes annotat. Mariandynum Phinei filium fuiſſe ex Idæa Dardani ab alijs Cimmerij creditum fuiſſe filium. Quin & Mariandynas tibias aptiſſimas eſſe luctui, idem ſcribit, & conſentit in gentis peritia Heſychius: huc referri & vulgatum illud, *Λιτὸν μαριανδυνῶν καλάμων, κρέων ἰακχὴ*, id eſt, Spirat Mariandynus calamis Ionicos modos ſonans. Poteſt autem prouerbialis iſta verſus anapæſticus torqueri.

in hominem secum discordem, velut qui inter lętas tristes tabulas commemoret, aut lugubre carmen condit. Nam vt Marsyę lyręque nęnias funebribus dicatę sunt, ita lauti modi auribus, delicijs, lasciuiętque seruiunt. Citatur in Æschyli Græcis commentarijs, quos quàm emendatissimos ex antiquissimis dedit nobis Henricus Stephanus, ὁ τὰ παροιμίας συναγαγών. Solebant autem tibię in luctu adhiberi, & testatur Statius Papinius funera præterum minorum ætatis ad tibiam efferri solere, eo versu,

Tibia cum teneros, olitum deducere manes.

Mysorum more inclama. 60

Fletu omnia permiscere.

Μύσων ὀλόλυζον, id est, Mysorum instar vociferari, prouerbiali specie dixit Æschylus in Persis, pro eiulare & fletu omnia permiscere, vbi Xerxes accepta clade miserabilem in modum lugubrem cum choro alloquitur,

Καὶ στῆσον ἄθλιον κλαγγὴν τ' ἀνάστησον μόνον. hoc est,

Consurge planctu pectus, atque Mysium inclama.

Apparet autem barbaros ob natiuum vocis asperitatem olim ad funebres pompas ad ciendum luctum expetitos fuisse, sic Phrygas & Mysios ad id muneris adhibet Eustathius, ita & Carica Musa vt inuisatus pro epicedio & funebri carmine Platoni accipitur. Æschyli interpres ita succincte tradit, ὀλόλυζον μόνον, οἱ γὰρ μύσοι ἢ οἱ φρύγες μάλιστα ἐν τοῖς θρήνοις, id est, Mysium inclama, nam Mysi Phrygęsque ciendo luctui appositissimi sunt. Simonides, Μύσιον ἰανθὲς ἆχος ἐγὼ κλάσω, id est, Mysium & flebile exclamantem ad Arganthonem amnem.

†Carica Musa.

Serpentem foues, & iste te. 61

† De eo qui educat improbum.

Ὄφιν θάλπεις, id est, Anguem foues, prouerbium de eo qui educat improbum filium & paternam substantiam dilapidaturum, aut amat in suum exitium meretricem, aut qui dogma impium, pręsentem animę perniciem, fouet atque amplexatur. Natum ex oraculi dicto Apollonij Tyanæi ad Menippum Lycium, egregia forma adolescentem, à Lamia quapiam tenellę adamatum, quo spectri molimine comperto, hominem intuitus, O formose, inquit, & à formosis expetite, ὄφις θάλπεται ἢ οἱ ὄφις, id est, anguem foues, & anguis te. mox ostendit eam quæ sponsa existimabatur, imaginem & simulachrum materiæ esse solum ex numero emptarum quæ veneris appetentissimæ, humanas carnes ardenter expetant, & venere libidinis illecebris inescent eos, quos postea sint deglubiturę, vti memorat Philostratus quarto libro de vita Apollonij. Similis propemodum est huic historiæ apologus Gabrię fabulatoris,

Menippus adamatus à Lamia.

Φίλων τις ἐν χειμῶνι τὸν ἀγρὸν ὄφιν
Νεκρὸν κρύος, ὑπὸ δ' ἔσπασεν ἥλιος ἤδη
Ἐκτήξας τὴν θαλερὰν κάκτανεν τύχης. id est,

Anguem fouebat rusticus in suo sinu,
Bruma rigentem frigore hic ignis calens
Paulùm fouentem, & sustulit ex hac nece.

Conqueritur apud Æschylum in Agamemnone fabula Clytæmnestra intentante ipsi necem Oreste filio, se talem anguem in lucem protulisse, matricidam designans, eo verso,

Οἰμοῖ τὸν ὄφιν ἔτεκον ἐγὼ δυσλάβειαν. id est,

Misera pœnas exsuscitandi anguem subii.

Ter sexiacit. 62

† Cui prospere quid succedit.

Τρὶς ἓξ βάλε, hoc est, Ter sex iecere prouerbio dicitur, cui ex animi sententia ac pro votis omnia succedunt prospere. Inde, inde nata prouerbij origine, quod antequitus in trium cubitorum iactu, sententes iecisse, fortunatissimum erat & primæ palmæ victoriam apportabat antequam patuit Kralmus ter trium iactum fe lissimum fuisse. Disertè namque testatur Suidas quod dixerit, ita annotans τρὶς ἓξ, τυχηρὸν ἐπὶ τῶν ἀγαθῶν, id est, Ter sex, victor iactus est & attestatur pro verbium quod accipiat vel pro vel supremam vel infimam sortem exponat, τρὶς ἓξ, ἢ πρὸς ἄνω, id est, Ter sex aut tres vnciones. Certissimè verò extra controuersiam hoc ponit apud Æschylum in Agamemnone nuncius in specula tentus, qui coniectatus in tenebris facem capiti Iudicis, vti conuenerat, ait, ignem illum ter sex iecisse, nimirum fausta ac lęta omnia portendere designans. versus hi sunt,

Τὰ δ' ἀγγελοῦσι τῷδε μοῖρα Πειθοῦς,
Τρὶς ἓξ βαλοῦσα τῆς δι' εὐτυχοῦς φρενὸς. id est,

Fœlicia quando iecerit ter sex mihi.

Qui versus quoniam depraua ti leguntur apud Suidam, admonendus est lector æquus vitij duplicis, nam & malè πειθὼ πειθομένη in priore scribitur & in secundo βαλοῦσα τῆς ἐμῆς. Neque vacuus erroris est codex Eustathij Romæ excusus, apud quem in Odysseæ primo pro τῆς δίκης legitur τῆς δίκης.

Lacryma Simonidis. 63

De re flebili.

Mœstius lacrymis Simonideis, prouerbiali figura dictum est ab elegantissimo Catullo, de re flebili & miseratione digna. Simonides poeta ex poetis, quos Μελοποιοὺς vocant, præcipui nominis fuit, hoc est, qui nęnias & carmina quæ cum lamentatione mortuo extremo accinebantur; sic enim Nęnias exponit Diomedes Grammaticus, scripserunt. Vnde Horatius lib. Odarum nominat Cææ nęnię munera. Sunt & qui elegiæ inuentæ gloriam illi tribuerunt, veteres autem in funere mortuorum elegis ad sepulturam vtebantur, vt Lucillius Tarrhæus ait. Callimachum pentametri huic elegiaci carminis authorem facit. Verba autem Catulli sunt, in epigrammate ad Cornificium,

Paulum quidlibet allocutionis,
Mœstius lacrymis Simonideis.

Fuisse autem Simonidem appositissimum concitandò luctui, etiam Aristides ostendit in Epicedio his verbis exclamans, οἰμωγὴ δεῖλα σημαίνοντα Σιμωνίδου; qualis Simonides hunc mœrorem dignè lugebit?

Theatrum & aperi & claudi. 64

Prouerbiale est in eum qui pollicetur dicturum se aut explicaturum aliquid opportunum & magni momenti, simúlq. aliò orationem dirigit. Herodotus lib. 3. ὥσπερ κατὰ τύχην ἐόρτης, ἅμα τῷ λόγῳ, ἐπιφερόμενός τε ἀείρεις ἐς κάλλος τὸ θέατρον, id est, Me veluti peracto iam festo aduentantem, iuxta prouerbium, præteris, & referens simul & claudens theatrum, Potest & in seditum torqueri, qui spem ostentat domi, sed mox reuocat.

In repagulis stare. 65

Ἐφ' ὕσπληγος, id est, in Carceribus seu repagulis stare, prouerbio dicitur qui in procinctu stat paratus. Iosephus οἱ δ' ἐς τὰ ὅπλα ὥσπερ ἐφ' ὕσπληγος ἔρριπτον ἑαυτούς, id est, illi se constituunt velut in repagulis, eruptionem facere parati. Suidas ex incerto authore, ὁ δὲ ἐκ τοῦ ὑσπλήγος τὸν δρόμον ἤλαυνεν. id est, At ille expeditus quasi de carceribus confestim accurrit. In stadio locus vnde currum auspicabantur, transuersano fune (vt in Aelicis scribit Pausanias) quo cursores & quadrigæ coercebantur, exclusus, Græcis ὕσπλαξ, latinè βαλβὶς, ἀφεσις & ἵππων ἄφεσις vocatur, nobis pluraliter Carceres & repagula: ibi qui stabant ad præmium cursori, non oscitabundi aut quasi aliud agentes, sed expediti ac attenti primum tubæ signum expectabant, quo accepto agilitatis specimen ostenderent.

Veluti Minervæ calculus. 66

Doctis hominibus tribuendum.

Ὥσπερ τοῦ Ἀθηναίου ψῆφος, id est. Velut quidam Minervæ calculus, Prouerbium inter dictum est à Philostrato vbi dicit Herodem Atticum, principem in oratoria virum honestasse sua præsentia Aristoclen Pergami docentem, missis eò & suis discipulis, sic enim inquit, ἐπεὶ τὸν Ἀριστοκλέα ἐν τῷ ἄστει τοῦτον ὥσπερ τοῦ Ἀθηναίου ψῆφον. id est, vidit & Aristoclem, velut quidam Minervæ calculus, nimirum ad faciendam fidem illius eruditionis dignatus eum honorifica salutatione, eóque facto velut comprobans præclaram de illo existimationem. Vti ergò prouerbio licebit, quum quis prima judicis calculo absoluitur, aut quoties docti viri iudicium accedit ad laudem alterius, testimonióque luculento huius eruditionem extollit: aut vbi bellicosus aliquis Heros strenuam ducis militisve virtutem liberali elogio exornat: vtrique enim & militiæ & doctrinę Minervam præfecit gentilitas. Exempli gratia, Egregius N. eruditi juuenis dotibus testis accedit Reginaldus Polus, velut quidam Minervę calculus: aut si ita deflectas: Petri Nannij eloquentię, multorum doctissimorum hominum, eius ludum frequentantium cœtus attestantur, ὥσπερ τοῦ Ἀθηναίου ψῆφον. Natalem prouerbij referendum puto ad iudicium Orestę, qui quum pares essent calculi & damnatorij & liberantes, Minervæ calculo alteri parti accedente absolutus à cruce fuit, quod ita refert Aristides, ἐπεὶ τὰ ψηφοφορικὰ ἴσα ἐγένετο, ἡ Ἀθηνᾶ ἀφεῖναι τὸν παῖδα ἔταξεν.

Iesuque

Ieiunium olet. 67

Animæ grauiolens.

Νήστιν ὄζει, id est, Ieiunium olere Græco proverbio dicuntur, quibus gravis est anima & putidum olens. Aristoteles Problematum sectione 13. διὰ τί τὸ στόμα μᾶλλον ἀποδυσωδεῖ, καὶ τὰ ἀποπτα τῶν ὄζει μᾶλλον (ὁ καλοῦσι τινες ὄζειν) φαίνονται ἢ ἐκεῖνα, ὅτι ἥδιον μᾶλλον, id est, Quid causæ est cur ora eorum qui nihil ederint, sed ieiuni sint, magis puteant (id quod ieiunium olere dicitur) postquam cibum sumpserint, nequaquam, quum oportuerit tunc magis obolere. Caulam assignat aeri propter requiem feruefacto, qui spiritum & excrementa pituitosajo pútredinem agat, Cæcilius Comicus,

-qua mihi
Vbi domum adueni, assedi, extemplò suauium
Dat iouma animæ.

Plautus in Mercatore,

Ieiunitatis plenus, anima fætidat,

sic enim citat Nonius Marcellus, & legit vetus codex, pro quo vulgata editio habet, Iam plenus ætatis, animáque fœtida. Huc pertinet quod in Bassam olidam quam scribit Martialis libro quarto Epigram.

Quod bis marce vetus inquinatum,
Quod semesa sabbatismorum,
Quod cœnarum quod anhelitus reorum,
Quod spurca morsus incrementa.

Quæ postrema dictio in impressis libris perperam in Lede commutata legitur.

Tricas conduplicare Tellenas. 68

De his qui in rebus occupantur.

Adagium est quo vti licet in eos, qui in rebus & ineptissimis rebus occupantur, quales sunt artistæ Petri Hispani, Tartareique tenebris addicti, nihil enim aliud illi, quàm Tellenias tricas versant noctúque diúque. Fuisse autem Tellenem versificatorem nugacissimum, & ineptum tibicinem, memorant, qui frigidis dicteriis innotuerit, à quo fluxit proverbium, Δοκεῖ τὸν Τέλλην, Cane Tellenis, subaudi παίγνια, id est, ludicra. Exstat apud Arnobium lib. quinto aduersus gentes, Iamdudum, inquit, me fateor hæsitare, circumhuncere, tergiuersari, tricas (quemadmodum dicitur) conduplicare Tellenas. quod ex Varronis γεροντοδιδασκάλῳ mutuatus est, vbi ait, Putas eos non citius tricas Tellenas, quàm id extricaturos?

Ἀπρόμυθον. 69

Dura cerebris hominis.

Ἀπρόμυθους vocant Græci proverbialiter, saxeos & duræ cerebris homines quasi ductus non tenere, & macerationi ineptos, metaphora à leguminibus sumpta, quæ ægrè coctionem admittunt, sic ἄπρομον ἀπρόμυθον, mores crudos, inhumanos, ac barbaros vocant, ἄπεπτα καὶ ἀνήμερα, vt exponit Eustath. Vlysses apud Homerum dicit deos vxori suæ dedisse κῆρ ἀπρόμυθον, hoc est, pectus durum & immobile ad credendum. Theocritus Milonem quendam rusticum hominem & bardum appellat πέτρας λάπαθον ἀπρόμυθον, id est, immitis fragmina rupis. Aristophanes in Vespis:

Μάλ' ἀπρομύθου ἄνδρὸς ἀπεμάμην τ' αἶνον, id est,
Non admodum vir durus atque inflexilis.

Theophrastus lib. De causis plantarum quarto, loquens de lupinis, τούτου δ' αἴτιον, ὅτι ἀπρόμυθον φύσει καὶ ὕδατος ἄπειρον, id est, causa eius est, quod legumen illud sit naturâ rebelli duritiæ prædituum, & quasi incoctile. Plato in libris legum, ἀπρόμυθοι λίαν φύσει χαλκέως, i. refractario & præfracto ingenio prædit. Æschylus in Prometheo, τὸν δ' ἀπρόμυθον καρδίας ἐχεῖ μόχλον, id est, incoctilem vbi stranierit iram. Ibidem Mercurius βροντῆς μίασμα ἀπρόμυθον dixit, mugitum tonitrus inexorabilem. Polybius libro quarto, ἀπιδόντας δὲ πῶς ψυχὰς ἀπρόμυθον δεῖ τοῖς τῶν νέων καταπαύειν ἐκμαγεῖσι καὶ πράοντα, id est, Auentes ingenij duritiem mollire paulatim atque mitigare consuetudine. Ælianus sophista ὁ δὲ ἀπρόμυθον ἦν ἀπεπτον δῆθεν, id est, at ille rigidus dolorum à se reppulit. Suidas ex incerto authore, ἄπρομυθος δὲ ἦν ἔστιν ἀπρόμυθον καὶ βαρβαρικὸν τὴν ψυχὴν, ὃς οὐκ ἐπιστεύετο καὶ κατεπολεμεῖτο πρὸς λόγου τοῦ ἱεροῦ στόματος ἀκίνητον μένον λόγοις, id est, Nemo hominum adeo incoctilis fuit & ingenio barbarus, qui non fidem haberet & delinniretur verbis è sancto ore fluentibus. Talis autem etiam ἄτιλλος dicitur, metaphora ab aqua desumpta, quasi qui in aquam aceratus, non facilè emolliscat. Eunapius de Theosebio, ἀφειμένως ἔκαστα πάσχει καὶ ἀπρόμυθος καὶ ἄπρομυθος, id est, Sententias quæ commouere possint & ad resipiscentiam reuocare animos non omnino squarosos & incoctiles. Ælianus. οὐκοῦν γε καὶ ἐμὲ δάκρυα ἐμβαλεῖν μόνον, ὡς ἂν πρὸς ἀτιλλοτάτους καὶ ἀπρομυθοτάτους τυχόν, id est, Miserationem & lacrymas omnibus mouere, vsque adeo vt quantumuis duri & immites molliri cœperint. Idem, διὸ δὴ ἄτιλλος ὅδε ὁ παῖς καὶ ἀμείλικτος, id est, Adolescens ille ferus erat omnino & molliri nescius. Suidas. ἔστιν ἃ πρὸς ψυχὰς ἂν μὴ πάνυ ἀτίλλους καὶ ἀπρομυθοτάτας εὐπετῶς ἐχόντων, id est, quæ facilè commouere possint illorum animos, qui non prorsus duros eos & saxeos gerant. Plutarchus in Symposiacis, Τὸν αὐθάδη καὶ σκληρὸν ἄνθρωπον καὶ μεταφορᾷ τραχήλου καὶ ἀπρόμυθα καὶ σκληρὰ νωτοκόμον, hoc est, Contumacem & præfractum hominem metaphoricè ἀπρόμυθα velut incoctilem aut non teneræ cernentem, & τραχήλου, quasi in cornu impactũ nominarunt nostri maiores. De quo postremo vocabulo, tametsi non prætermisso ab Erasmo, quia luculentissimi extant versus Gregorij Nazianzeni, non possum non eos hoc in loco adducere, qui inter virginitatis præcepta tales legũtur:

Ἦσί τις ἐν παρθένοις τραχήλου, οἷς ἐπίνευσεν,
Ὅς μὴν ἐξ ἀπίτου θεὸς ζεύξειεν ὄχημα,
Βουλαῖσι δ' ἄτιλλον ἔχων δίκας, ὅτ' αἰχμὴ
Λύσσῃ, ὅτ' ὀμβρήσωσι πάγοι, δηΐῳ πόντῳ
Λυσσῶντες πρηστῆρες ὁμαρτέωσι θύελλαι
Οὐ πάρος βιάσωνται βοὸς τράχος, ὅττ' ἀρότῆρος
Δεξιτερὴ πεφύκασιν ἰλυσὶν καρπὸν ἀρῆσαι,
Ἴσθι δ' ἐξ ἀπίτου καὶ ὄνομα καὶ φύσις ἔσται.

Eos tametsi difficile sit in latinam linguam, lege carminis seruata transfundere, pro viribus conabor dispare gratia reddere.

Est frustus, Græco sermone τραχήλου audit,
Qui cunctos inter, tollus quos educit alma,
Solus habet corpus durum atque immite, nec imbre
Tangit, nec glebas mollescit, at horret
Perpetuum exercet, cornu præditus vsque:
Cornua duritiem cornu è bouis accipit ortum,
Quum tam fœcundam terra committit aratro:
Hinc venit è cornu nomen, natura que frustus.

Saturnius oculus. 70

Infignis calamitas.

Οὐμὸς κρόνιος, id est, Saturnius oculus, proverbialis specie dixit Heliodorus de insigni calamitate, & inenarrabili exitio, ὄμμα κρόνιόν εἰς τὴν οἰκίαν ἐπέπεσε, id est, In sæmiliam meam Saturnus oculus incubuit. Sumpta occasione à Saturni sideris malefica potestate. Duos enim statuũt planetas malignos, ἀναιρετικοὺς dictos, quasi peremptorios, Saturnum & Martem, eo quòd ortum genituræ pulsantes vitam detruncent: & eorum consugium exitiale habetur, vnde Porphyrius in effatorum philosophia ex oraculo,

Κακῶν πλείων δαιμόνιος
Ψυχήλοις κρόνιος ἐκλὺ ὑπ' ἀστρονόμοις λοβοῖς. id est,
Promittit mala luridus fatum
Ardua quum scalem ingrediaris Saturne sinistrum.

Et iterum,

Ἀλλά σε μάσσων ἦμαρ ἀμειλίκτου βίοιο
Ἀλγινόεις ἐκύλισεν ὀπιπεύσαν κρόνιον ἄστρον ψαλόεν
At tibi rapium vi fatalis summa vita
Tristificus Manors tum Saturno obuius astri Mentibus
fuerat.

Tanta autem & tam nota omnibus huius astri est malignitas, vt æruminosos omneis, Saturnios vulgari dicterio nominemus.

Purior salillo. 71

Purior salillo, Comparatio proverbialis de quacunque re inculpata & integra, apud Catullum, quanquam & in re spurca.

Dere integra & incolpata.

Quòd culus tibi purior salillo est.

Summa puritas à veteribus sali attributa est, vnde puri epitheton apud poetas. Persius sat. 3.

Est tibi far modicum, purum & sine labe salinum. Ouid.
Pur erat, & puri lucida mica salis.

Finitimum est illi, Purior clauo.

Attica hostilitas. 72

Exitiale odium.

Ἀττικὴ ἔχθρα, id est, Attica hostilitas aut simultas, De exitiali odio effertur, aut crudeli facinore. Heliodorus Emesenus Æthiopicæ historiæ libro 2. vbi Thisbe rapta hero per literas suadere conatur, vt ipsam è prædonum immiti iugo asseras, βέλτιον γὰρ ἐν ἀνδράσι βαρυτέροις ζωλὺν καὶ φιλότιμον βαρβαρικὴν ἔχθραν ἀπορύπτειν τῆς Ἀττικῆς ἐπιχωρίου, id est, id namque præstantius est quàm

vitam morte grauiorem & barbaricas illecebras Attica hostilitate immaniores perpeti. Nata paroemiæ origo à sæuissimo & crudelissimi exempli facinore, quod ab Attica Progne perpetratum est: hæc enim Pandionis Athenarum regis filia Tereo Thracum regi nupta filium vnicum Itym patri epulandum apposuit, vnde erupit funestum odium, vtrique exitiale & marito & sibi ipsi. Quo spectabit Achillis Alexandrini verba, Eriphiles monile, Philomelæ mensam, Stenobœæ columniam, Æropes incestum, Prognes in iugulando filio immanitatem oblivioni tradidisse videris.

Sphingis ænigmata dissoluit. 73

De re qui obscura correctè dixerat explanat.

Epigrammaton lib. 3. Alcæi poetæ prouerbialis versus legitur,

Νῦν σκιδνὸς χίρνα οἰδιπόδα σφραγίδα, id est,
Nunc Sphingis nodos Oedipus expicuus.

Quadrabit in eum qui insigni dexteritate recondita authorum sensa & tenebrosos locos possit explanare. Alexis Comicus in Orchestride,

Δαμοίων ἀσπάζομαί σ'.
Γρῦν σφίγγα τοῦτ' ἐμοὶ δὸς αἰνίγματα λύσῃ. id est,
Complector vnde humanter
Anum Sphingem qua soluas ænigmata mihi.

Huc spectat vibanus Ciceronis iocus, ad Hortensium, quum iste diceret se Ciceronis ænigmata non intelligere, Atqui debes, inquit ille, quum Sphingem domi habeas: acceperat enim à Verre auream Sphingem Hortensius, patrocinij præmium, vti refert Quintilianus, Comicus Straton in Phœnicide:

Σφίγγ' ἄρσεν' ἐμάχεσθ' εἰς τὴν οἰκίαν
Βλέπω· ἀκούω γὰρ οὐδὲν μὰ τοὺς θεούς
Οὐ' ἀλλ' ἔνδον εἴσειμι.
Domum introduxi masculam Sphingem.
Haud cocum, Adeo nihil (testor Deos) intelligo
Quæ loquitur.

Vbi Sphingem masculam vocat cocum poeticis verbulis vrentem identidem data opera, vt ea ratione obscurior imperito heroi illuderet. Finitimum huic est Epicharmi illud, Οἰδίπους πάντ' ἦν σὺ αἰνίγματ' ἐνόεις; id est, Iam olim Oedipus quum sis, ænigmata haud capis? Sphingem fabulantur fuisse belluam canino corpore, vultu puellari, auis in modum pennatam humana voce loquentem, consueuisseque Thebanis ciuibus ænigma proponere, quod indissolutum quum multis necis causa fuisset, tandem Oedipus Corinthius dissoluit, exitialemque bestiam sustulit, quam fabulam pluribus persequitur Palæphatus: aliter eam exponit apud Nicephorum Philostorgius: Sphinx, inquit, de simiarum genere est, pectore ad collum vsque glabro, reliquo corpore hirsuto, vberâ muliebria habet, facies plusculum rotunda est & acuminata, à muliebri specie non abhorrens, vox humana, sed stridula nec articulata: bestia indomita, maligna, astuta, hanc crediderim olim Thebas allatam, & quum in cinium ad spectaculum commeantium vultus insiluisset, eósque vnguibus laniasset, Oedipum ciuium suorum iniuria offensum feram interemisse, nomenque inde illustre retulisse. Cæterum fabula Oedipo fortitudinis gloriam tribuens, alatam eam fingit eò quòd celeriter in obvios insultum faceret: eadem illi pectus muliebre, corpus leoninum addit, illud propter glabritiem & fœminæ formæ similitudinem: hoc propter ferocitatem, quódque vt plurimum quadrupes ingrediens leoninum incessum mentiatur: Sermonem quoque illi assignat, quòd vox eius humanæ sit affinis, ænigmata verò, quod obscurum quiddã neque intellectum vociferetur. Neque otiosum fuerit vt huc adscribatur quod D. Clemens commemorat Stromatum lib. quinto, apud Ægyptios pro templis stare dedicata Sphingum simulacra, quod significent obscurum minimeque explicitum, & ænigmatis cuiusdam simile, quicquid de Deo loqui aut opinari mortales instituerimus: non ignorõ tamen aliter istud symbolum à Synesio exponi in libro de Regno ad Theodosium Iunniorem, & iterum in Ægyptio.

Sphinx, quæ belluæ.

Neruos frangere. 74

Constantiam animi labefactare.

Νεῦρα κατάξαι prouerbiali specie dictum est ab Hermia Dematij patre, in libello quo gentiles proscindit, pro, animi constantiam labefactare, & sententiam quam quis firmam habuerit conuellere atque subuertere. Sic enim ait, Νεῦρα κατάξαι τὰ μὲν τῶν ψυχῶν ἀρχαιότερα καὶ τοῦτο λέγοντα, id est, Vetustiores istis senes neruos animi incidunt. Simili modo dixit Fabius lib. primo Institut. orator. Mollis illa educatio, quam indulgentiam vocamus, neruos omnes & mentis & corporis frangit. Nerui metaphoricè pro robore & viribus accipiuntur, tam apud Græcos quàm Latinos. hinc Demosthenes, νεῦρα πολέμου τὰ χρήματα dixit, quomodo Cicero vectigalia neruos reipubl. ita Georgius Pisides Iambographus:

Βλέπειν μάλιστα χρὴ τὰ νεῦρα τῆς μάχης
Τῶν πόνων ἀκρωτάτω φρεῖ τοὺς βαρβάρους. id est,
Quam cerpere potissimè pecuniæ
Belli nerues, ad barbaros dilabier.

Dion Nicenus in Vespasiano, νεῦρα τῆς ἡγεμονίας τὰ χρήματα εἰώθασιν εἶναι, id est, Pecunias nerues esse imperij semper dixerunt. Olympiodorus, νεῦρα λόγων δείξεων nerues demonstrationis pro solido robore dixit. Eiusdem generis est ἀνευρίζειν apud illos. vt Enervare apud nostros pro debilitare. Cydonius Thessalonicensis in oratione de mortis contemptu, ἅπαν ἀναλυμένους καὶ ἀνευρισμένους καὶ βιωφελοῦντας ἀπόλλυσι, id est, Tantopere dissolutos & enerues, & prorsus locordes. Apud Suidam, ἐξ οὗ τὸ ὄστρακον λέγει πλεῖν χαῦνον ἀνευρισθὲς καὶ δίκην γυναικός, id est, Epicuri libros ait Ionem animo enervatum atque effœminatum. Ciuilis è Plutarchus in Symposiacon loco, vbi dicebat vinum sit percolandum, ἡ μὲν γὰρ καθαρσις αὐτὸ τοῦτο δρᾷ καὶ ἀφίησι τὸ νεῦρα καὶ τὸν θερμὸν καταφλέγειν, hoc est, eiusmodi purgatio primum quidem nerues omnes vini excindit, atque natiuum calorem extinguit. Consimiliter dixit Petronius Arbiter, Effœtus vt corpus orationis enervaretur & caderet. Ab hoc diuersum est illud Philonis Iudæi, Νῦς ἀνδρεῖος πανοπλίᾳ, οὕτω φρόνησις νεύρωται, id est, Mens virili rebore confirmata, vsqueadeo nervis compacta est. & rursus, ἅπαντες γὰρ μεστοὶ πνεύματος ἀβλαβοῦς εἰσὶ καὶ νευρώματος, id est, Reipsa athletico spiritu plenum, totoque habitu nervis prædirum. & iterum, Ἀνέδην ἐξ αἰῶνος ψυχὴ, ἣν ἀρρὴξ λόγος δόγμασι πανίσχυσι ἐνέδρωσε, id est, Inuictus est animus & cedere nescius, quem solidis dogmatibus recta ratio roborauit & nervosum reddidit.

Cyrenæus videris. 75

De homine quauis ratione inexpleto dicitur Alexidis Comici illud è Tyndareo, id fabulæ nomen est,

Δοκεῖς μοι εἶναι Κυρηναῖος δοκεῖς. id est,
Videris esse vir Cyrenæus mihi.

Prouerbij vice vsurpauit Athenæus libri xi. initio. Δοκεῖς μοι εἶναι Κυρηναῖος δοκεῖς, καὶ τὸν Ἀλέξιδος Τυνδάρεων εἶπε Τιμοκράτης, πρίν γὰρ ἂν τις ὀκτωκαίδεκα λόγους ἐπὶ κοινῆς ἀκούσῃ, ἅμαξαι δὲκα ἥκουσι, id est, Videris esse homo Cyrenæus mihi, iuxta Alexidis Tyndareum, sodalis Timocrates, illic enim si quempiam ad cœnam voces, mox octodecim alij adsunt & currus decem. Modestè Timocratis studiosi hominis inexplebilem in legendo & ad editionem deposcendis libris auiditatem, perstringit, qui perlectis iam vndecim Dipnosophistarum commentariis, nondum latur, essflagitarat prædictis adiici librum de his quos luxu diffluentes ac deliciis addictos fuisse obseruarat. Appositè igitur quadrabit in hominem inexhaustæ lectionis, aut voluptatibus nunquam saturum.

Lateritium. 76

De vili homine, nullius frugis habendo.

Πλίνθινος, id est, lateritium prouerbiali figura dixit Ælianus sophista, pro vili & qui nullius frugis aut pẽsi habeatur, ita enim in epistola loquitur, οὐ μέλει σφῶν τὸ πλίνθινον καὶ οὐδενὸς ἄξιον ἐμὲ ὁρᾶν, id est, nõ omnino despicient me tanquam lateritium. Non alienum hinc est Augusti Cæsaris dictum apud Tranquillum, Marmoream se vrbem reliquere quam lateritiam accepisset. Cui dicto affine est quod temerarij homines loquuntur apud Isaiam cap. 9. Πλίνθοι πεπτώκασιν, ἀλλὰ λίθοις λαξεύσομεν, hoc est, pro lateribus qui corruerũt, quadrata excidemus saxa. Est autem proprie πλίνθος, quem Latini laterem nominamus, quadratum glebæ argillaceæ luteæve, quam solis ardor durauerit, & quæ facilè lutescit imbribus aut aquæ alluuione resoluta: quo spectant verba Salustij historiarum libro tertio: Par in oppido festinatio & ingens terror erat, ne ex latere noua munimenta madore infirmarentur: nam omnia oppidi stagnabant redundantibus cloacis aduerso æstu maris. Quòd si accesserit ignis coctura, iam non simpliciter later, sed πλίνθος ὀπτὴ id est,

id est, coctilis later ad discrimen dicitur. Cuiusmodi sortes dolo Temeni fabricatæ leguntur apud Pausaniam in Messeniacis, quarum alterę lateritiæ fuerunt è gleba sole arefacta, quæ in aqua in hydria contenta dilitabuerunt, vna Creiphonti deputata è gleba igne excocta superstite manente, illas ξύλας ὑπὸ πλίνθου, hanc ὀπίσω πεσεῖν vocat. Hinc est quod Sophocles πλίνθου δαμάτιον quasi fugitiuam sortem nominarit, lateritiam quæ in sortiendo defecit. Simili phrasi apud Ciceronem in sexta Verrinarum legitur, Luteum negotium, pro re nullius pretij aut momenti, nam quum ibi Praphilus quidam Cilycius quadruplatoribus pollicitus fuisset certam pecuniam pro Scyphis sigillatis, quos Verri iussus fuerit adferre, persuaserunt illi prætori suo non esse alicuius pretij scyphos, & indignos qui inter illius κειμήλια haberentur, dictitantes Luteum esse negotium. Prouerbiali schemate dixit Martialis lib. 9. illud,

Tu magnus inter Gaura gigantes facis.

Quod dici poterit de eo qui materiam arduam ineptè & humiliter tractat.

Fugitiua sors.

De sordido & auaro.

Ne corticem quidem dederit. 77

Versiculus est prouerbialis Parthenij ab Etymologici authore citatus,

Οὐδὲ πίκρης ῥίζης ἀφύλλου πτελέαθεν, id est,
Herba bitterę fragmina non dederit, vel ita,
Radicis nulli dederit fragmina amarę.

Quo licebit vti in hominem sordidum & auarum, qui nullu aliquid largiatur, vt è pumice aquam citius elicias quàm à tali numulum. est autem ἄφυλλον cortex arboris delibratus, seu ab arbore reuulsus, aut etiam quisquilię quælibet & fragmenta. ἀπὸ τοῦ ἀφύλλου quod lancinare sonat. Conuenit cum eo quod alibi citauimus, Ne filem quidem dederit.

Potes tacere. 78

Δύνασαι σιωπᾶν, Potes tacere. Dictum apparet in eos qui clanculum inter se nutritant, ne silentij fides prodatur. Hesychius prouerbium natum indicat ab Antigoni & Pyrrhi regum societate, tanto silentio tamque arcanè inita, vt ne scribis quidem eius fides credita fuerit aut communicata. Refertur dicti origo ad Phœnicidem Megarensem Comicum qui Athenis fabulas suas docens, prouerbiali dicterio lusserit in tacitum pactum inducarum inter præductos reges, dixisse enim ad tibicinas fœminas fertur his verbis, Δύνασαι σιωπᾶν, Potes tacere, vt authores pactorum id exclamasse viderentur.

In Catonium agi. 79

† Præsens periculum.

In Catonium agi, prouerbialiter dicitur qui in præsens periculum & exitio proximum conijcitur. ita vsurpasse videtur Cicero epistol. ad Atticum lib. septimo: Vereor ne in Catonium Caio nos: quæ verba mutilo sensu truncata, obscurè videntur indicare, timendum esse ne immodica dicendi libertas, qualis Catoniana, manifestam perniciem adferat. Occasio petita videtur ex Liberio Mimographo, quem in Staminariis fabula ita scripsisse refert Gell. li. 16.

Tollet bona fide vos orcus nudos in Catonium.

Vbi Catonium pro inferis dixit, voce alludente ad Græcorum κατώγαιον, videturque Catonium accipi posse pro carcere tetro, ab inferis Catonis trilli ac tetrico derivato nomine, qualis apud Procopium memoratur λάκκη, carcer teterrimus ita dictus, quod eò conijcti in obliuionem venjebant, sublata veniæ liberationisque spe omni: vnde apud Agathium manifestò erroris tenetur interpres, qui illud εἰς τὸ τῆς λήθης φρούριον vertit, in obliuionis prædium co. trudi: quum debuerit clarius reddere in hunc autumodum, in custodiam arctissimam ab obliuionis argumento nominatam. Inuenio & Charonium pro specu exitiali, & quibusdam quasi faucibus inferorum, vt apud Asterium Cappadocem cl. Ficum recentiorem scriptorem, ἐς γὰρ τὰ χαρωνίσια αἱ πόλεις ἐξυπτιάζουσι χάσκουσαι, id est, in antris Charontis subita & præceps suffocatio accidere solet.

Arenam superat. 80

De re infinita.

Arenæ nomen in infinitatis significationem paræmiæ specie, frequentissimo vsu tribuitur, ab authoribus vtraque lingua. Phœnix Colophonius scribit Ninum Assyriorum regem plura habuisse auri talenta, quàm sit Caspia arena, χρυσοῦ τάλαντα πλείονα πλήθους ψάμμου. Philippus Epigrammat.

Καὶ κεν ἀριθμήσαις ἐξαριθμήσεις κόνιν. id est,
Numerabis & Libyssę arenę pulueres: Catullus:
Quam magnus numerus Libyssę arenę.
Laserpitiferis tacet Cyrenis. Et paulò post,
Illę pulueris Erythræi, Siderumq; micantium, Subducas numerum prius.

Virgilius in Georgicis,

Quem qui scire velit, Libyci velit æquoris idem
Discere, quàm multa Zephyro turbentur arena.

Callimachus innumerabilem exercitum, στρατὸν ψαμάθου ἶσον dixit in hymno Dianæ, hoc est, arenæ pares copias, ibi,

Ἐπὶ δ' στρατὸς ἐστιχόωντο
Ἠύτε κεκμηῶτα ψαμαθηδὸν ἴσον. id est,
Immensos passu saturatos æquiparat equis
Adduxit, numerum æquantes flaueutis arenæ.

Anacreon ἀριθμητὴς quasi arenarium, extulit pro infinita copia,

Εἰ ἀριθμητὴς εἴην
Τὸ τῆς ἁλὸς ψαλάσσης. id est,
Si pulueres inuenire
Valeo maris totius.

Flaccus quoque 1. Carm. 28. numero parentem arenam dixit. Gregorius Nazianz. lib. De Theologia, loquens de Salomonis sapientia, ψάμμα πλατυτέρα χέοντος τὸν σοφίας, id est, Arena exuberantius prudentiæ diuinæ flumen. Varro in Menippæis arenam & ψαμμακοσίωνα sępenumero, pro ingenti multitudine extulisse apud Macrobium legitur. Eupolis Comicus in fabulæ cui nomen, Aureum genus,

Κἄτως ἀριθμῶν ἄμμου ψαμμακοσίων. id est,
Frustra inanes numerum arenę parium spectatorum.

Extat & oraculum, quo Dei sapientia ineffabilis comprehenditur tale,

Οἶδα δ' ἐγὼ ψάμμου τ' ἀριθμὸν καὶ μέτρα θαλάσσης. id est,
Mensura est pelagi, & numerus mihi notus arenę.

Pindarus Olympiorum Od. 2. ἐπεὶ ψαμμὸς ἀριθμὸν περιφεύγει, id est, Arenæ etenim numerum subterfugit. Idem in Pythus ὅσσα τε ψαλάσσα καὶ ποταμοῖς ψάμαθος κύματα ἐπιπρὸ τ' ἀέλιον πλαντοται, id est Quot arenæ in mari & amnibus, fluctibus & ventorum flatibus agitentur. Marcellinus libro 14. Quæ omnia si scire quisquam velit quàm varia, sint & assidua, arenarum numerum idem & montium pondera scrutari poterit. Quin & in sacris Biblijs, ista paræmiæ species ignota non est, vt Geneticos cap 41 vbi Iosephus tantam frumenti vim in horrea congessisse legitur, vt arenam maris æquaret. & Regum 2. cap. 17. ὡς ἡ ἄμμος ἡ ὄντος τῆς θαλάσσης εἰς πλῆθος, id est, multitudo hominum arenæ litoreæ par. Homer. Ili. d. 9.

Οὐδ' ἐμοὶ εἰ δέκα δοιὰ ἔσαν ψάμαθός τε κόνις τε. id est,
Non, mihi si numeret quantus est vis pulueris arenę.

Foliis similes.

Consimilis est significatio multitudinis in foliis, minutula pluuia, niue, astris, fluctibus, & capitis pilis, propter illorum spissitatem. Homerus in nauium Catalogo,

Αἰλὼ δ' φύλλοισιν ἐοικότες ἠὲ κονίῃσιν. id est,
Frondibus arboreis numero similes & arenę.

Quintus Calaber siue Smyrnæus in Paralipomenis,

Τοῖς δ' ἅμα φύλλοισιν ἐοικότες ἠὲ χαλάζῃ Πῖπτον id est,
Æquales numero salus pluuiæq; cadebant.

Huc spectat illud incerti authoris, πλείονες φύλλων πόνοι εἰσὶ συκοφαντῶν, id est, plures sunt calumniatores, quàm veniæ frondes. Callimachus,

Νηφάδιον ἐοικότες ἢ ἐπιπρὸς Τόρμον. id est,
Quam nix, aut cadit ca.o, aut quod sidera lucent.

Phrynichus Athenensis.

Σχήματα δ' ὄρχησις ποικίλα πάρεστ', ἐοικότα
Κύμασι πεπλεγμένοις χειμῶνος ὑπὸ νυκτός. id est,
Schemata tot præbent chorea, quot volutat fluctus
Intus in undisonum nox furens atra mari.

Adscribenda est huc & ea hyperbole, qua Apollinaris vtitur in metaphrasi psalmi centesimi noni:

Καί μιν πεντήκοντα κεφαλῆς ἐφύτευσε κομαίας. id est,
Ter tres illa mihi posuere quasi capillos.

Loquitur de peccatorum suorum multitudine infinita. Libet hic adiungere infinitam curiositatem aut verius inepti.m Xenocratis, qui syllabarum numerum, quem literarum inter se combinatio efficit, in capus

colligit, vt constituat summam vicies & decies millies denum millium myriadam, quod apud Plutarchum lectum est in Symposiacis.

Ne Baon piscis molestus sit. 81

Homo voluptarius & de lautas gaster.

Μή μοι βαὼν κακὸν ἰχθύν, id est, Ne Baon piscis molestus mihi noxam pariat. Oritur ab Etymologici authore, qui illud exponit de homine voluptario & delicato ganeone, qui vilia & communia edulia aspernatus, cupedias sectatur: cuiusmodi Philoxenus Cytherius fuit, qui appositum exiguum mullum percontanti similis auri admouit, vt ingeniolo commento prægrandem Dionysio tyranno in eadem mensa appositum impetraret, vti refert Athenæus. Est autem βαὼν piscis gobio persimilis, alio nomine βλέννος à muccositate, vt videtur, nomen sortitus, quanquam apud Athenæum lib. 7. βλέννος scribatur, vbi alter extat in vulgatis codicibus error talis, ὃς ἦν κατὰ τὸν ἰδίων βλεννίος, pro quo reponas ex Eustathio & Etymologici authore κακός, vt dicat βλέννος, piscem à βλέννα, id est, mucco nomen habentem, gobio esse persimilem. Vilem autem fuisse & ingrati saporis piscem, ostendit Epicharmus, μηδὲ μὰ βαὼνας βαίνας, id est, insipidos Bæonas vocitans. Lectio huius paræmiæ diuersa est apud Athenæum, sed quæ eodem sensu constare potest, μή μοι βαὼν κακὸς ἰχθύς, id est, Procul à me facesse Bæon malus piscis. Competet in hominem aspernabundum & delicati moro. que ingenij, qui communia vulgaria fastidiat.

Cum vulpe habeto commercium, dolos caue. 82

Senarius proverbialis citatur à Suida talis.

Κερδεῖ συναὶ, μὴ κερδοσύνῃ σοφίσσεο. id est,

Cum vulpe habeto commercium, dolum caue.

Cauendum à consortio improborum.

Affine est illi Paulino, Cum prauo depraueberis. A malorum consortio cauendum est, ne aut impostura exercito tibi fiat, aut ne in maiores transeat contagium, ἢ γὰρ μιμεῖσθαι αὐτοὺς δεῖ τοὺς, ἢ κακοῖς οὖσι λοιπὸν διαλλάξαντα ῥᾷον, vt inquit Pindarus, hoc est, natiuum ingenium neque dolosa vulpes, neque rugibundus leo commutare valeant, κερδοῖ autem vulpes dicitur quasi κερκὸ à cauda, quam ij illam habet, tractu, vel ab astutia qua lucrum quæritur & emolumentum, quam κέρδος etiam nominant, vnde & κερδαλέος fraudulentus homo dicitur.

Mandrabuli in morem. 83

Incertitudo temeritatis.

Ἐπὶ τὰ μανδράβυλα, Aliam ab Erasmo huius adagij occasionem innuare mihi videtur lib. de animalibus duodecimo Ælianus, nam quum apud diuersas nationes religio fuerit, certa quædam animantia occidere, quòd ea diis suis consecrauerint veluti, apud delphos lupum, quòd is Apollini sacer haberetur: apud Syros pisces, quod hi Atargatæ deuoti essent, ita apud Samios mugilem, quod ea olim in balatu sacrilegum quiddam κεκμήλια furto reperat, prodidisset: Itaque Mandrabulus quidam ex consulto Samiæ Iunoni ouem mactauit, sacrificiis nouum animal: vnde in proverbij temeritate aliquid facientes dictum videtur proverbium. Nam Eudoxus historicus aliter rem narrat, Mandrabulum quempiam reperisse in Samio agro auriflodinas primum aureum arietem Iunoni inter donaria posuisse, deinde argenteum, postea ex ære exiguum, tandem nihil dedisse.

Pro pede Xenium. 84

Τὸ ποδὶ ἀντὶ ποδὸς ξεινίον. id est,

Illud huic xenium pede pro bouis.

Vt alium pro malo repensum.

Verba sunt Philoctetæ bubulci Vlyssis apud Homerum Odyss. 21. ad Ctesippum quem lignea traiecerat, illi insultantis, vt munus illud acceptat pro bubulo pede, quem ille mendicanti Vlysti impegerat paulò antè. Admonet ibi Eustathius vsurpatum dagium à primi nominis tabellario, in eos quibus malum pro malo redditur.

Ἐκκυβεύειν. 85

Periculum facere.

Ἐκκυβεύειν, quasi dicas, aleam iacere, proverb aliter vsurpatur pro periculum facere & experiri, accipiti quodam marte, elegantius quidem, quàm cæteri qui κλαρώσασθαι κύβοις duobus verbis efferunt. Polybius libro primo, ὡς ἂν μέλλοντες ἀκυβεύειν ὑπὲρ πάντων, id est, velut aleam periclitaturi de summa rerum, & lib. 3. περὶ ἀκυβεύτου φασὶ χρῆναι, διὸ δὴ καὶ τοὺς Καρχηδονίους ἀκυβεύειν τοῖς ὅλοις, τοῦ δὲ συλλόγου τὸ προσπεσὸν τοῖς πράγμασι, id est, Quo audito Cleomenem aiunt decreuisse euestigio totis viribus belli aleam esse tentandam, priusquam miles quid accidisset, cognoscetet. Apud Suidam, ἀκυβεύειν δὲ τὸ ἀκριτόν τι ἔοικε, κύβους ἔχειν ἀκυβεύειν δὲ τὸ ἀβεβούλευτον καὶ ἀπερισκέπτως, id est, Ratus iuxta poetam, dolum latebit, iudicauit haud quaquam iaciendam esse aleam aut periclitandum omnibus commissis copiis. & iterum Polybius, ἔδοξε τοῖς Καρχηδονίοις ἀκυβεύειν καὶ διαβουλεύεσθαι, id est, Decreuerùt Carthaginenses aleam iacere & prælio congredi. Ita Ammianus lib. 24. Imperator omnes alea casus inter mutuas clades experiri festinas. Hinc spectat illud Æschyli in septem ad Thebas, Ἐγὼ δ' ὁ κύβοις αἷμα κεκτῆσθαι, id est, Mars belli incertus negotium finiet aleæ.

Senex fatiscens. 86

De eo qui vigor iuuentæ deficit.

Homericos versus, qui Iliados octauo leguntur, quibus Nestorem admonet Diomedes vt prælio excedat, suumque vehiculum conscendat, prouerbiales esse annotat ibi Eustathius,

Ἔνθ' ἦτοι μὲν ἔπειτα γέρων ἱππήλατα μαχητὴς,
Σὺν δ' ἄλλοι λίποντο, χαλεπὸν δ' ἐν χερσὶν ἐόντα,
Ἦ ἀνδρὸς δηρὸν πολεμίζειν, βριαρὸν δέ τοι ὄντα. id est,
Cessit senex iuuenum te bellica dextra lacessit,
Fractus eo (& vires consumpta abierat) senectæ:
Corripedes curru tardo, vectorque minister.

Torqueri poterunt in hominem iuuentæ flore præclarum, artificem, qui senectutis vitio defectus pariter cum iunioribus facere posthac nequeat. Quadrabit in præceptorem ætate confectum atque fatiscentem, qui discipulo victus succumbat in literario stadio: si substituas pro voce μαχητὴς, quæ bellatorem sonat, dictionem μαθητὴς, id est, discipuli, hoc modo:

Ἔνθ' ἦτοι μὲν ἔπειτα γέρων ἱππήλατα μαθητὴς. id est,
Cessit senex superat te dextera discipulorum.

Præterea in nestorem tempo grauem, cui non perinde, vt olim iuueni, fluat lacteum & vber eloquentiæ flumen, huic enim occinere illud licebit,

Ἦ ἀνδρὸς δηρὸν πολεμίζειν, βριαρὸν δέ τοι ὄντα. id est,
Corripedes tibi sunt tarda segnesque ministri.

Vt per equos tardigrados, verborum legne pondus, innuamus, quæ non amplius alata, iuxta Homericum epitheton, ferantur, sed torpidè ac subsultim quodammodo promanentia: similiter allegoricè denotet mentem ipsam, cui non amplius acumen & vigor ille igneus constat, neque sublimia appetit, sed humi prope modum repit.

Vti nutrices Lamiam. 87

† humanitas.

Quum inanes minas ad terrendum solum comparatas innuere volumus, vtemur illo Dionis Chrysostomi, ὥσπερ αἱ τίτθαι διατρέμουσι τοὺς λαμίας, id est, instar nutricum Lamiam pueris obiicientium. Eius verba hæc sunt oratione 55 μόνον ἢ διαμάζουσι τοὺς λέοντας (ita corrigendus est codex græcus, qui habet λιγυστὰς) ἢ τοὺς ἀετοὺς ἢ τοὺς σκύλλας ἢ τοὺς κύκλωπας, οἷς οὐκ ὀκνοῦσιν ἐπιβάλλειν τοὺς ἀναιδεστάτους, ὥσπερ αἱ τίτθαι τοῖς παιδίοις διατρέμουσι τοὺς λαμίας, id est, Solos minaris leones, aquilas, scyllas & cyclopes quibus ille stupidos homines demulsit, non aliter quàm solent nutrices pueros, Lamiæ aduentum narrantes. Lamiam quasi λαιμίαν à prægrandi ingluuie nomen habere vult Etymologi author. diximus de ea in adagio Lamiæ turres, antea: nunc & hoc addendum est ex Nicephoro Callisto lib. 18. cap. nono, Lamiam etiam γύλιν vocari, sic enim ait de Mauritio Imperat. Illud insuper anile parumque simile veri addens Empusam (ita enim nominant, quam γοῦν quis dixerit) sæpenumero infantem Mauritium è cubili, velut mox deuoraturam, extulisse, nullo accepto incommodo.

Lamia quid.

Empusa.

Bilem vomere. 88

Χολὴ ἐμεῖν, hoc est, Bilem vomere proverbio dicuntur, qui molestiam animo ingratam & auribus concipiunt, & fastidiunt aliquid. Adagium citatur ex Aristoxeno Musico. Plutarchus Symposiacon lib. septimo cap. octauo, οὓς φησὶν Ἀριστόξενος χολὴν ἐμεῖν ὅσοι ἀκούσωσιν ἀηδόνος, id est, Quos Aristoxenus dicit bilem vomere, quoties modulatum quippiam & concinnum audierint. A ventriculi natura ducta est origo, qui auersatus aliquid fastidióque nauseans, bilem innatantem reiicit.

E media flamma seruare. 89

Qui ingentibus periculorum vndis circumscriptum aliquem aut difficillimis litibus irretitum explicat, is è media flamma talem liberare, prouerbialiter dicitur. Aristides in Apellæ genethliaco, οὐ μόνον φασὶ παρὰ τὸν ἄνδρα σώζειν, id est, è medio, quòd aiunt, incendio virum seruare, & iterum τὸν δ' ἐκ αὐτῶν τῶν πυρὸς αἰθομένου βλωθρὸν ἀπαρχόμενον. id est, Quem non illæ ex ardente flamma conuulsus eripuerit. Notum est de Æneæ qui patrem Anchisen è medio ardentis Troiæ incendio humeris extulit, quod apud Halicarnasseum in primo ex Sophocle legas.

Immortales Gratiarum horti. 90

Significatio gratitudinis.

Ἀθάνατοι χαρίτων κῆποι, id est, Interitum nescium Gratiarum horti. Aristides, ἡμᾶς δ' ἐφάνασε χαρίτων ἀθανάτους, id est, In immortalibus Gratiarum hortis natum. Prouerbij facies ad gratitudinis significationem trahi potest, nam beneficij collati memoria immortalis esse debet, semperque in animo grato viuere, vnde & Gratiarum vni à virore perpetuo Thaliæ nomen fuit. Potest & ad personam transferri, si dicamus virum sempiterna memoria dignissimum in Charitum hortis immortalibus viuere. A quo non abludit Sapphûs poetriæ inuectiua in indoctam & à Musis Gratisque alienam fœminam, κατθανεῖσα δὲ κείσῃ, ἀδύνατος μναμοσύνα σέθεν ἔσσετ' ἐμεῦ· οὐδὲ μετοίχῃ ῥόδων τῶν ἐκ πιερίας, ἀλλ' ἀφανὴς κἀν Ἀΐδα δόμῳ φοιτήσῃς, hoc est, Mortua iacebis, nec tui vnquam à morte extabit memoria, quippe expers rosarum in Pieria nascentium, sed obscura vmbra apud inferos manes oberrabis. Quæ verba corruptè leguntur apud Plutarchum in sextio Symposiacôn in Codice Aldino, parumque integrè.

Archilochia vulpes. 91

De versipelli & astuto.

In versipellem & astutiæ plenum dicitur. Dion Chrysostomus oratione 55. ὥσπερ ὦ μακάριε καὶ τὰ Ἀρχιλόχου ἰάμβεια, τοῖς λέουσι καὶ τοῖς παρδάλεσι παραβαλοῦμεν, id est, Siquidem Archilochi vulpem leonibus & pantheris comparare instituimus. vbi emendandus est obiter Vetustus codex qui habet λέγειν pro λέειν. Basilius libro ad adolescentes, de capienda vtilitate e gentilium libris, καὶ τὰ Ἀρχιλόχου ἰάμβεια καὶ τὰ τοιαῦτα καὶ ποικίλα ζωιδάρια· id est, Astutiam & versutias Archilochiæ vulpeculæ imitabimur, quo loco perperam scriptum legitur, ἀρχιλύκου, quod olim memini Rescium hominem Græce non vulgariter doctum, sed in corrigendo plus nimio fortè auxium, interpretatum fuisse, vulpeculæ, de qua vetus est fabula. Allusum est autem à Basilio ad ipsa Archilochi verba, quæ integra hactenus conseruauit ab interitu, has odes reliquias citans Herennius Philon, author libelli De diuersis dictionum Græcarum significationibus, quem Hammonio cuidam tribuerunt hactenus typographi,

Πίθηκος ἂν ἥσσων ἀπειρεδής
Μῦθος αἰ ἐφαπτίλω,
Τοῦ δ' ἀρ' ἀλώπηξ παρδάλεϊ συμβάντος,
Πυκνὸν ἔχενε κόπρον. id est,
Forte ibat à feris relictas simius,
Auia tesqua petens,
Cui versipellis vulpes obuiam ruit
Bifidâ ora dolis.

Alioqui plurimus in vulpeculæ fabula fuisse videtur Archilochus, in carminibus aduersus Lycamben, velut vbi vulpis cum aquila societatem comminiscitur,

Ὡς δ' ἀλώπηξ κἄετος ξυνωμόσατο
Ἕνεκ', sic vt alia lectio habet, Ἕνεκα, id est,
Interpellum vulpes atque aquila simul.

Respexit huc Plato lib. De republ. 2. τὸν τῆ ἀλωπέκου ἀρχιλόχειον ἦθος ἐκπώματα, id est, Attamen satis tenuissimi Archilochi vulpes pone trahenda est. Allusit eodem Themistius oratione tertia, quæ est De vera amicitia, φύονται δὲ ἔνιοι ἀνθρώποι καὶ ἐκ αἰθρίας, μᾶλλον δὲ αἰθρίας σμικρᾶς καὶ ἐκ αὐλοθύρας, τοὺς ἀνθρώπους ἔνιοι φιλαλώπεκας, id est, Nascuntur interdum homines etiam vulpes, seu potius homunculi improbi pariter & illiberales, qui à tergo vulpeculas attrahunt.

Verueceus. 92

† *Stupidus.*

Κεστρεύς, id est, prouerbiali tropo, dixit Cecidas Mimographus poeta Megalopolitanus, stupidos & insulsi iudicij homines, veluti verueceo mucco scatentes: quales Iuuenalis nominat,

Verueceum in patria crassoque sub aere natantes.

Galenus Therapeut. lib. textu, Θαυμάζω δ' ἔγωγε τῶν ἐν τῇ Θετταλίᾳ ἰατρῶν ὁπόσοι τὸν ἀληθῆ τρόπον τῆς θεραπείας ἀγνοοῦσιν, οἷς ὁ Κεφαλὸς φησὶν ἀνδρομήκης, id est, At Thessalos vnà cum suis sophistis edito in solio residens inter verueceos viros (vt Cecidas ait) præclarè de se loquuntur. Eiusmodi tenebriones mucci plenos βλιτομύξους quoque nominari inuenio, qui facilè sibi imponi sinunt, obtusiores, quàm vt alienas technas animaduertant aut intelligant clara etiam in luce caligantes. Hesychius βλιτομύξους exponit μιξοίδη ἀνοήτους, inuculentum facilè deceptibilem. Non alienum est hinc Hermippi in Comœdia cui nomen, Palladis progenies,

βλιτομύξους.

Τιὼ μ' ἀγάλλεται καὶ τὸ φόβητρον ἐμοὶ
Βύκη δοκεῖ, τοῦ ἕνδον ἀεὶ διαφέρειν δράκοντος. id est,
Laquelam habere pectoris & faciem mihi
Pharetræ, aut vltus latet prudens draco.

Quod dici conueniet de eo qui plus habet in recessu, quam primore fronte promittat.

Phœnicis instar reuiuiscere. 93

† *E summis ærumnis facilius reuidere.*

Κατὰ φοίνικα ἀναζώσασθαι, id est, Phœnicis in morem reuiuiscere prouerbio dicetur, qui longa valetudine, assiduis curis, amore, sollicitudine, carceris tædio emaciatus, nunc viuidior factus ad se redit. Aristides refert ad statum ciuitatis, cuius ruinæ in nouam vrbis faciem restitutæ sint, reparatis etiam iis quæ obsoleta forent, ita enim loquitur de Smyrna beneficio M. Aurelij Imp. rexædificata, ἡ πόλις ἀναφυεῖσα μεγαλοφρόνως τοῦ ἀλίτου, καὶ αὐτὴ παλαιά τις καὶ νέα ἀθρόως, ὥσπερ τὸν φοίνικα ἀναζώσαντος λόγος αὐτὴν ἐξ αὐτῆς, id est, Repullulat ciuitas deposito senio, vetus eadem & noua: quomodo Phœnicem ex se reuiuiscere fama loquitur. & alibi de eadem, γέγονε δὲ παλαιότητι καὶ νεότητι ἡ αὐτὴ ἐαυτῇ ἀναπεπαμένη, καὶ ἅμα τὸν ὄρνιν φασὶν ἐφ' ἑαυτῷ, id est, Facta est eadem vrbs & ant qu ssima & nouissi na, resumpta iuuenta, quod de sacro alite dicitur. De Phœnice aue ita Ambrosius lib. de fide resurrectionis: Auis in regione Arabiæ, cui nomen est Phœnix, rediuino sæ carpis humore reparabilis, cum mortua fuerit, reuiuiscit. Eusebius Pamphili in vita Constantini, Λέγουσιν ὄρνιν φασὶ μονοχρὴ ὅλα τὴν φύσιν, διάκοσμα μὲν ἐπ' ἀριθμοῦ δὶς τοσοῦτον ἐπὶ τῷ τοῦ βίου τέλει τῶν ἐτῶν συμπληρῶσαι. ἀναζώσασθαι δ' ἐξ αὐτῆς σαρκῶν ἢ ἀναβιῶσαι πάλιν οἷόν τε καὶ θεσπίσαι τὰ φύσιν; id est, Phœnicem volucrem Ægyptiam ferunt natura vnigenam esse. & super aromatum aceruo emori, suum sibi rogum adolentem, postea de suo cinere reuiuiscere, resumptisque pennis talem existere qualis antea fuerit. Nazianzenus in Carminum lib.

Phœnicis ætatis vnascitur.

Ὃς δ' ὄρνις φοίνικα φάτις διάκοσιν τελέζει,
Ἐν πυρὶ τυπεμφορ πολλὸν ἐτῶν μετὰ κύκλα,
Ἀρθείσης νεκύος ξώτερον χρόνον αὐτοφυλλεῖ. id est,
Phœnicem prohibent posse fata resumere vires,
Nascentem exigui, & decursis pluribus annis,
De cinere arnoso faturam sponte renasci.

De hac aue ita fermè Artemidorus lib. de insomniis quarto cap. 49. Phœnix vbi fatale ingruit tempus, euolat in Ægyptum, loco vnde profectus adsit ignorato, sibique constructo è casia myrrháque rogo, immoritur: ex eo cinere post statum temporis curriculum vermis enasci putatur, qui grandescens in volucrem abit, atque iterum phœnix, moxque emigrat ex Ægypto, locúmque vnde genitor aduenerat volatu repetit. Eius verba leguntur apud Suidam in dictione φοῖνιξ, sed à librariis corrupta, nam illa ἀφίκεσθαι οὖν αὐτὸν ἐνιαυτῶν ἀριθμὸν, ex Artemidoro ita legi debent, ἀφικέσθαι οὖν αὐτὸν ἐνιαυτῶν ἀριθμὸν. Plura de hac aue qui scire desiderat, legat opusculum Lactantij, & alterum Claudiani, de Phœnice, Cornelium Tacitum annalium lib. 5. Plinium lib. 10. cap. 2. Solinum cap. 36. Ouidium in transformationum libris, denique Achillem Statium Alexandrinum in calce lib. tertij de amoribus Clitophontis & Leucippes.

Suis typus. 94

Insensatus, & stupidus.

Τὸς τύπος, id est, Suis typus, prouerbialiter dicitur, vt annotat Eustathius in Odyss. Neque tamen explicat. Equidem dici arbitror in hominem acuminato capite & illiberali forma, cui rictus suis instar prominebat: vel potius in iuuenustum & stupidum, qui primore etiam fronte facilè præ se ferat, qualis ait,

ad modum Samiorum nauigiorum, quæ præter aliarum gentium naues, capace aluo, rostróque suilli rictus simili vtebantur, vnde manauit ille verticulus,

Ναῦς ἀδίκως ἀνύουσα ταχὺν ὑὸς ἔχνεσι δρόμον. id est,
Nauigium est velox Samium specie suis alium.

Quo spectant & Samij mores pro alienis à communi hominum vsu, aut certè pro dissolutis & clumbibus.

Ἀποκορακίζειν. 95

Adagium quod ab Erasmo ἐλθὲ εἰς κόρακας, id est, ad Coruos relegare aut eiicere, annotatur, vnica voce elegantius & venustius prolatum lego apud authores Græcos. D. Clemens Alexandrinus in secundo pædagogi, vbi de odoramentorum vsu loquitur, ἐγὼ δὲ πάντα ἀποκορακίζω πλὴν χρῆσιν αὐτῶν, id est, Neque enim omnino quasi ad coruos relegandus est eorum vsus & iterum in tertio, ἀποκορακίζω δὲ ἡδονὴν καὶ τὴν ἀβελτέρου μανικῆς, id est, Insolens illa & furiosa obambulandi contentio ad coruos nobis est reuocanda. Heliodorus lib. 1 Æthiopicæ historiæ, πρώτας καὶ ἀφεστίτους καὶ πάντα γαμικὸν δικαίου ἀποκορακίζουσι, hoc est, Amoribus veneri, totique nuptialium deorum cœtui renuncians, eúmque ad coruos abire iubens. Synesius lib. de insomniis, φαντασίαν ἀποκορακίζομεν ὡς ἀπιστίαν μᾶλλον ἢ πίστιν, id est, Imaginationem vtpote sensu incertiorem ad coruos abigamus. Agnoscit prouerbium & Etymologici author, eiusque natalem ex huiusmodi fabula narrat. Quidam vrbem obsidentes oraculo responsum acceperant, vrbe non potituros se, at infecta re abituros, vbi coruos albos conspexissent: Ea res quum ad oppidanorum aures dimanasset, ingenioso commento illi coruos calce dealbatos è mœnibus dimiserunt liberos, quo orto terrore perculsi hostes re infecta domum redierunt, tum cum ignominioso dicterio, ad Coruos abire. origo adagij memoratur ab eodem paulo aliter. Bœotis oraculum cecinerat, vrbem illorum tunc perituram, quum albi corui illic visi essent, ea re compe ta iuuenes aliquot temulenti coruos gypso dealbatos dimiserunt, vrbémque prodigio, quamuis falso, grauiter commouerunt, sed illi mox deprehensi pœnas ebrietatis luerunt interdicto ipsis potu: potte. mos inualuit sceleroſos facinoris alicuius compertos eò relegare, vbi gypso dealbantes habitabant, Coruos imitantes. Aristides occasionem adagij aliam tradit, nimirum eo quod locis præruptis & asperis corui nidulentur, hinc dici, φεῦ ἐς κόρακας, Fuge ad coruos, nempe in præcipitium & prætentè perniciem. Alij referunt ad Coracesium (quasi dicas Corinaim rupem) Ciliciæ castellum sceleratis latronibus infestum, & in abrupta caute situm, de quo ita Strabo lib. 14. Πρὸ κιλίκων φρούριον κορακήσιον, ἱδρυμένον ὑπὲρ πέτρας ἀπορρῶδους. Æsopus fabulatur iugentem graculum, adiunxisse se coruorum sodalitio, velut horum æqualem, sed quum inferior & illis impar ad congeneres apes redisset, graculos degenerem volucrem auersatos, factóque indigno commotos, illum cecidisse acclamantes idemidem φεῦ ἐς κόρακας, id est, Apage ad Coruos. Paulanias scribit quod Bœotis reddito oraculo vt sedes figerent vbi candidos conspexissent coruos, illi conspecto prætervolantium coruorum agmine ad Pagasiticum sinum, quos puerili nihil tale cogitantes ludicro ostento gypsatos emiserant, locum illic condendæ vrbi ceperunt, à Coruis loci nomine accepto: Eiecti postea illis, Æoles eò suos relegabant exules, quibus occini illud solebat, Fuge ad Coruos. Idem repetit Aristotelis testimonio, quod grassante olim pestis vehementi, & animaduersa innumera coruorum multitudine, homines enixè operam impendisse capiendis illis, quos cũ certis carminibus veneficisque lustrassent deuouissent que, viuos dimisisse, pestisque accensisse repetitum: non totes dictum, φεῦ ἐς κόρακας. Hæc de adagij origine prolixius, quod ab Erasmo pleraque omissa sint aut aliter digesta. Allinit huc Nazianzenus, ὅταν ἀποκορακίσῃ τὰ ἀνθρώπινα. Etymologici autor ἀποκορακίζειν interpretatur, indignis modis repellere & omnino procul eiicere. ita scribit Esaias cap. vltimo ἀποδοῦναι τὸ ἀνταπόδομα ἀυτοῦ ἐν θυμῷ ἀνδρὸς καὶ ἀποκορακισμὸν αὐτοῦ ἐν φλογὶ πυρός, id est, Vt ultus vindictam reponat & in furore ignis, exterminium illius. Non absimile hinc ἀποκυβαίζειν, verbum apud Aristophanem prouerbialiter prolatum, pro in Libyam abire, veluti in prætentaneum exitium, vt author Etymologi annotat. eò quòd Libyæ regio deserta & imbrium indiga sit, omnisque humanæ opis expers. Aristoph. in Auibus, ἐκ ἀποκυβαίζεις οὖν ταχὺς ἀπαλλάττου; id est, Non tu hinc facessis pessime ocyus ad Libas?

Multiplex adagij fons.

† *Corui albi.*

Qualis hera talis & canis. 96

Refertur à Clemente Alexandrino lib. pædagogi tertio, οἷα γὰρ δέσποινα (φασὶν οἱ παροιμιαζόμενοι) τοιαύτη καὶ κύων, id est, Qualis namque hera, iuxta prouerbium, talis est & canis. Quadrabit in impudicæ aut ebriosæ matris, libidinosam aut temulentam filiam. Vsus eo est Gregorius Palama, in declamatione, qua corpus aduersus animum se defendit, testatúrque se mereri veniam, raptum illius affectionibus, οἷα γὰρ, φασὶν, ἡ δέσποινα, τοιαύτη καὶ κύων.

Gyaro dignum. 97

Facinus audax cum periculo coniunctum, quale ῥᾳδιούργημα Græci vocant, velut projectæ audaciæ plenum, versu à multis vsitato, Iuuenalis dixit. Gyaro dignum, ita autem habet, Aude aliquid, breuibus Gyaris & carcere dignum. in quo præter aliorum grammaticorum expositionem, breuibus, epitheton esse nolo, vt exilitas insulæ ineludi eo verbo videatur, sed commate distermino, vt tria loca periculo vitæ coniuncta illi adeundæ esse significet, qui facinus aliquod memorabile suscipere velit. Sunt enim Breuia loca maris vadosa, naufragijs infamia, quorum etiam apud Virgilium mentio est in primo Æn. ibi, In breuia & Syrtes. Polybius similiter vt Latini βραχέα nominat, vt libro 1. de pœna Syrti loquens, Ad quamin breuia incurrentes, propter locorum imperitiam, in summum adducti. factum discrimen. Gyaros verò insula est inter Cycladas, quam inimicè & sine cultu hominum cæsariatur Tyberius apud Cornelium Tacitum. *Breuia.*

Regula rectior. 98

Κανόνος εὐθύτερος, id est, Regula rectior. prouerbialis hyperbole vsurpata à Nicarcho lib. 2. epigram. græcorum, χέζων δ' εὐθύτερος κανόνος, loquitur de gibbolo quodammodo fodor, quem corrigere volens imperitus medicus circumpositis asseribus, elisa anima rectum fecerat. Idem est quod παντὸς ἀκριβέστερος, amussi exactior, ac si quis dicat, quinquit Eustathius, εὐθύτερος τῆς ἐρυθρᾶς, ἣν κανόνα ἔλεγον, id est, ipsa rectior ipse rectior aut fabrili regula directior. Theognis in iis quas hypothecas inscripsit,

Amussi exactior.

Τέρπου καθῆσθαι καὶ γελᾶν μετ' ἀνδράσι θώρηξ
Εὐθύτερος κεἰ μὴ κύρτος φυλακίσμασι.
Rectior & perpendiculo torúque, & amussi
Sis iudex, amicis qui placaturus erit. id est,

Sophocles de Pelope,

Τὸν μητρὸς ἐξελαυνόμενον, ὥσπερ τέκτων
Παρὰ στάθμην ἴσον ὀρθοστατοῦντα. id est,
Æquale metitus oculo, ceu quum faber
Dextram sequeris amussim, non manu dirigit.

Mel summis digitis delibandum. 99

Χρὴ τῷ μέσσῳ ἄκρῳ δακτύλῳ ἁψὰ μὲν κοῖλον χρὶ γλύψαι, id est, Mel summo digito, haud cauo manu delibandum est, Dionysius Milesius apud familiares suos identidem dicere solebat, Philostratus lib. 1. de Sophistarum vitis commemorat. Translationibus autem delicijs, quibus oratio ornatur, parcè vtendum est, nõ affluenter & ad fastidium vsque. Voluptatibus modicè frui pro re nata, laudatum non est, modo ne totum te iis immergas. Vti adagio conueniet, quoties moderatum rei alicuius vsum laudabimus?

Εὐδόμαν. 100

Εὐδόμαν, pro ansa & occasione præbita, quam aptè decet venustè ponitur. Heliodorus lib. quarto, τῶν ὡραίων εὐδόμων ὀντῶν, id est, opportuni temporis occasionem arripuare. Iulianus ad Iamblichum, ἐπεὶ ὁ αὐτὸς ἡμῖν τὸ μέλος εὐδόμων μοῦσαν καὶ οἷον ἡμῶν ῥᾴδιά τε καὶ διαγωγὰς καὶ ἀνάπαυλας τῶν ἀνθρωπίνων κακῶν ἐμηχανήσατο, φέρε καὶ ἡμεῖς οἱ τῆς Διονύσου τὴν δύναμιν κεκτημένοι, πρὸς τὸν χορὸν ἀφορμὴν ἀπὸ τῆς ἡδονῆς ταύτης ἀναλάβωμεν, ἵνα μὴ τοῖς ἀπὸ τῆς ἀναπαύλης τῶν ἀνθρωπίνων κακῶν ἐπιγιγνομένοις ὑπνῳ οἱ τῆς ἐγρηγορσέως πρὸς τὰ ἀναλαμβάνειν τῶν ἐθῶν ὀκνηρότεροι γένωνται, id est, Quia verò tute ipse auspicium nobis melodiæ dedisti, & sopitos non aliter ac Mercurij virgula excitasti, age ad instar bacchantium, qui Baccho rhyalum quatiente in tripudia soluuntur, nos tuo stimulo concitati, æmula, vt par est, voce succinamus, eorum more qui chorostatem post rhythmum modulantem consequuntur. Idem ad Hecebolium, *Occasio pro bita.*

ἐκεῖνα δὲ παίζομεν, ἃ ἐπ' αὐτοῖς χάρασι τοῖς ἄθλοις τοῦ ναυτικοῦ παίζοντες, id est, hæc tecum ludimus, libertatis ansam e tuis scriptis arripientes. Synesius Eutuptio, decumanorum fluctuum tempestatem describens γίνεται δὲ τὸ πάθος ὅταν μὲν τὸ λειχῆνι τὸ δυμαὶ καὶ τὸ πρὸ ἐκεῖνο τὸ σωματικὸν ἀπαν ἀνωμαλίαν ἐμφανῆ ἐχόντα τὸ φθόνημα τῆς χρόνου ὑποτίζῃ τοῦτο τὸ δυμοῦ πλῆθος, id est, Id fit quū ulente vento non etiam simul itetū ūtur fluctus, sed occasione prægressæ motus, coūfligantur cum impetuoso flatu. Aristoteles Politicorum octauo profitentur se de musica velle nonnihil in medium afferre, ἵνα ἄπαντες ἐφάπτωνται τῆς ἐκείνου φιλοσοφίας καὶ τὸν αἰῶνα, id est, vt sit illud materia & auspicium d ceptationis de ea habendæ. Idem lib. De mundo καὶ γὰρ αὖ καὶ τοὺς ἀστέρας ὑπὸ τοῦ θεοῦ κατάγεσθαι, hoc est, Mouentur sidera a Deo iuxta legem superatu, aut iis modalis quos Deus quāsi auspex prixit. Est autem propriè ἐφύμνιον, carmē nauticum quod ἐπιβάται in puppi stans remigibus præbat, quo velut firmati & incenti acclamabat ille, quod indicat clare Philostratus Iunior, τὸ ἐφυμνοῦντος ἔστιν ἄδειν, id est, Remigibus præludium canit: quidō idem docent incerti authoris verba, εἰ δὲ κελεύσει τῆς ἐρέτρας τὸ ἐφύμνιον ἐπάδειν, εἰ δὲ τῷ τῆς ἀσίδης ἄρχοιτο τὸ πρόσθεν ὑπορχήσεται, id est Celeustes remigibus præludium dictabat, illi noctu in remos incumbentes præcinentem clamore læto sequebantur. Vel ἐφύμνιον dicitur quod chorodidascalus cantui chorōve præcinit. cui ad rhythmi finem a cunctis simul respondetur: quod, ex Iuliani verbis suprā citatis abundē liquidum fit. Hesychius ἐφύμνιον exponit citharæ præludium quod ante cantilenam præludi solet, τὸ πρὸς τὴν ᾠδὴν ψάλλεσθαι. & apud Suidam legitur ψάλλειν ἐφύμνιον τῇ ᾠδῇ plectri præludium præludere quod cantum præcedit.

ADAGIORVM HADRIANI IVNII CENTVRIA SEXTA.

Polycleti norma. 1

Ὀρθὸν κανών, id est, Polycleti norma, prouerbij specie effertur de homine omnibus numeris absoluto, de opere ad vnguem facto, doque tè extra controuersiam perfecto. Natum à Polycleti statuarium norma. Ante signani commentario, quo absolutæ operis specimen artificibus præscripsit, itémque eiusdem statuam absolutissimā, quibus ambobus κανών nomen inditum fuit ab authore. Sed operæ pretium est Galeni verba quibus hanc rem persequitur apponere ex quinto libro De Hippocratis & Platonis decretis, τὰ δὲ ὑφ' ἡμῶν ἐν τῷ Πολυκλείτου κανόνι γεγραμμένα, καὶ τὰ ὑπ' αὐτοῦ δεδιδαγμένα ἐν ἑαυτοῦ συγγράμματι τοῦ καλουμένου κανόνος ὁ Πολύκλειτος ἔφησε τὸν λόγον ἔχειν ἄριστον ἅπαντα τὰ κατὰ μέρος ἐν τοῖς ἀκριβέσιν ἀριθμοῖς ἀποδιδόντα· ἐν ᾧ καὶ τὴν ἀπόφασιν ταύτην ἐν τῷ συγγράμματι, κατέστησε, id est, Quæ à me ducuntur in Polycleti regula perscriptum est. nam quum eo in commentario Polycletus nos edocuisset symmetrias corporis, scriptum denique opere confirmauit, fabricata statua iuxta libri præscripta, inditóque illi similiter, vt & commentario, Normæ peculiari nomine. Idem de corpore quadratō loquens in primo De temperamentis, quod non modò medium obtinere humiditatis siccitatisque, verumetiam optima formatione præditum vul. esse supra Polycleti normam, sic inquit, καθάπερ ἐπὶ τοῦ Πολυκλείτου κανόνα ὀνομαζόμενον, ὃν ἐκ πάντων τῶν μορίων ἀκριβῆ τὴν πρὸς ἄλληλα συμμετρίαν ἔχειν, ἐγκωμιαστὴν τυγχάνει, id est, Laudatur alicubi statua Polycleti, Norma vocitata, creato inde nomine quòd exactam adamussim omnium inter se membrorum commensurationem habeat. Transfertur appositè ad animi dotes, si hominem omni virtutum genere præditum Πολυκλείτειον κανόνα vocemus. Eo modo accipitur & per se κανὼν Græcis, vt Norma Latinis. Apud Suidam incerti authoris verba citantur ista, εἰ δὲ φυλάττοι κανὼν τὸν ὁρισθέντα χρόνον, id est, Pubertatis anni norma erant recte instituta, sanctéque vitæ. Eunapius de Marciano, ἀνὴρ ἐς ἀρετὴν ἅπασαν ἀκριβὲς τῶν καλῶν ἀπεικασμένος, id est, Vir ad omnes virtutes veluti norma quæpiam affabrè factus. Simili tropo Hieronymus ad Rufinum dixit. Norma Catonianæ severitatis. & Martialis lib 11. Regula morum. Affine etiam est illud Trebellij Pollionis, Valeriani vita censura est. Κανὼν dictus fuit & Apostolicorum dogmatum liber, quòd sic veluti regula quædam & amussis ad quam sincera Christianæ professionis doctrina expendatur: vnde de Paulo Samosateno præsule refert Eusebius, ὅτι τὸν κανόνα τῆς ἐκκλησιαστικῆς διδασκαλίας παρέτρεπεν, id est, quòd à Canone discedens, ad spurcas & adulterinas doctrinas defecerit. Ad eundem modum dicitur & γνώμων. Damascius de Isidoro philosopho Hypatiæ doctissimæ fœminæ marito, ἅτε τὸ θεῖον ἐν ἐκείνῃ, τῇ ἀνδρὶ κρίσει γνώμονι διεχρῶτο τῷ ἀπλανεῖ καὶ χείρονι λογισμῷ, id est, Vniuersum theatrum illius iudicio vtebatur ceu regulā eorum qui bene malève dicerent Thucydides de Themistocle, τὸ τε αὐτοσχέδιον ἐν ἑκάστοις βελτίστη κρίσει καὶ γνώμονι, id est, Rerum præsentium exactissima norma, adhibito vel leui consilio.

Fere ad vnguem factus.

Canon Apostolorum.

γνώμων.

Pro virgine cerua. 2

Ἀντὶ παρθένου ἔλαφος, id est, Loco virginis cerua. Prouerbio hoc vtī licebit, quum præter opinionem imperatum quid accidit, veluti si quis optima spe excidat, & pro aureis tāntūm non nonnullis exiguum quid referat aut vbi quis ex ripinis purus, reus tamen accusatus, liberatur, authore sceleris deprehenso: aut quum aliud pro alio fraudulenter substituitur. Extat apud Achillem Statium Alexandrinum lib. 6. de amorib. Clitophontis & Leucippes: Cultes, inquit, vt verisimile est, obstupuerat, inopinatæ rei nouitate commotus, iuxta parœmiam, pro virgine cerua conspecta. Nam uidetur à fabula Iphigeniæ, quæ quum in Aulide Bitorix ad aram Dianæ adducta staret, futura deæ victima, ipsa quidem repente euanuit & in Tauricam deuecta est, immolata eius loco supposita cerua. Hāc rem narrat apud Euripidem in Iphig. nuntius,

Iphigenia.

Δικτύοις ἐκάλουν οἱ Σκύθαι φάσμα τι,
Φασὶ, τὸν μὲν ἱερομνήμονες πυθοῦ,
Ἔλαφος ἣν παίσειεν Ἄρτεμις θεὰ χθονὸς
Hē ἀμφὶ βωμὸν ἐστὶν Ἀπόλλωνος Σκύθου id est,
Spelbum ritectas à deorum quopiam
Inopinum. & ægrè creditum spectantibus,
Nam cerua humi sacebat aris admota,
Aram dea cruore fœdantem imbuens.

Nam alienum hinc est quod Martialis locatur in Misitium quendam à Cybeles sacerdotibus noctu præfectis virilibus orbatum, quum illi Achillam puerum concubinum ea parte mulctasse se crederent deceptos, proinde subiicit author. Supponitam fama est quondam pro virgine ceruam.

Fulmenta lectum sternunt. 3

Citatur à Nonio prouerbium Varronis frequens, Fulmenta lectum scadunt, quanquam in impressis codicibus, vt vbique scatent portentosis mendis, singulari numero, Fulmentum vitiosè scriptum legitur, veriorem lectionem è manuscripto vetustissimo exemplari integritati primus ego restitui. Videtur autem quadrare quoties præponere aliquid sit, aut vbi hero inferiores, & præsertim patronum clientes habere præsumunt arrogantes. Nihil enim in rerum natura magis est præpositum, quam vel fulcra sustentando lecto destinata, quibus pedes lecti esse volunt. & ab eo portari quodammodo. Est autem fulmentum idem quod fulcrum aut plenior voce fulcimentum, quod vel ex Plautino exemplo in Trinummo liquere potest, vbi vulgati codices fulcimenta præferunt, quum fœminino Fulcimentas veriore lectione emendatiores libri habeat hoc modo. Iumentas iubeam iuppingi foccis.

Fulmentum.

Tantali mensa. 4

Ταντάλου τράπεζα, id est, Mensa Tantali, effertur de re qua frui non liceat. Meliteē Ephesia apud Achillem Statium libro 5. amore Clitophontis incensa, quum

veneris fructum foliciaret apud illum identidem ter-
querfintem: Nec ego, inquit totum Tantali men-
sæ non absimilem nacta sum. Præcellerunt autem
hæc verba. Tantone tempore vt propter fluuium te-
deam, neque litim explere queam? nam quum sedulo
inflaret Melite, vt litando veneri nuptias confirmaret
amans, ille amasia tua Euelpides desiderio hoc quas,
congressum connubiumque cum Melite vitabat, diem
semper eximendo. Nota est de Tantalo fabula in me-
diis vndis sitiente; & imminentibus cerasis pomis
frui non potente. Inter quam rem elegantes ideas & bre-
uiter expressit Petronius Arbiter,

Nec bibit inter aquas, nec poma patentia carpit
Tantalus: infelix quem sua vota premunt.

Voce optato. 5

De liberali voto.

Μετὰ φωνῆς εὐχῆς, id est, voce precatio. Inter Pythagorica symbola commemorantur, quæ omnia proueritatem facere præ se ferre inhibitum est: Eius vis est in liberali voto, quoties nos iniquum aliquid petendum esse admonebimus, atque ita exponit Clemens Alexandrinus lib. quarto Stromatum, Τί ποτε οἱ πυθαγορικοὶ μετὰ φωνῆς εὐχὰς ἐκέλευον ποιεῖσθαι, ἆρα δεῖσθαι ἐκώλυον ἢ ἐπὶ πᾶσιν ἁπλῶς μὴ διακελεύεσθαι τὴν ἕξιν φυλάσσοντας ὅπως μὴ ἐπὶ τοῖς ἀδικοῦσιν ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοῖς δικαίοις εὐχώμεθα, εἰ καὶ μὴ ἀδικοῖεν πολλὰ ἀναιδέστατα πολλοὶ ποιοῦσιν, id est, Quid igitur voluit Pythagoras, quod voce orandum esse iubeant, mihi quidem videtur ea de causa illud tanxisse, non quod existimarent Deum tacitè loquentes non exaudire, sed quod iusta & liberalia esse debere vota vellent, quæ nullius facere dubitaret etiam pluribus conscius. Natum ab ingenio hominum peruerso, & improbo, quæcunque apud se pudenda votoque omni maiora tacitare non desinant, quæ coram amis clara voce postulare in animum nunquam inducant. Quo spectant Ciceronis verba in Pisonem, Nemmem vnquam tam impudentem fuisse, qui à dijs immortalibus tot & tantas res tacitus auderet optare, quot & quantas dijs immortales ad Cn. Pompeium detulerunt. Respexisse autem videtur Clemens ad oraculum de Deo illud,

Καὶ κραδίῃ σιώπα, καὶ ἀδάητος ἀνήνυ. id est,
Et mente tacitus agas, & mutus vota facesses.

Ægypti sacerdotes mutum & sine mente sonum olim inter sacrorum preces effundere consuevisse legimus, alios, vt arbitror sensu, nimirum infantiam suam declarare volentes, quâ plurimum quidem se cupere, nihil tamen admodum præstare posse testarentur.

Ad fores venire. 6

Ἐπὶ θύρας ἥκειν, id est, Ad fores venire prouerbio dicitur, qui quid se vltro ingerit, verba grauia, si dicamus honores & dignitates alicui non ambienti obuenire, aut opes ex hæreditatibus non expectatas, ad manum venire, huc illa omnia ἐπὶ θύρας ἥκειν dicuntur. Potest vernire & ad earum rerum venerem transferri, hoc modo. Ille pargœno carmine ita dexterest Grudius, vt Muliercularum ad limina ventitet, ἐπὶ θύρας ἥκει, dicendæ sunt. Theophrastus de Aristotele sophista voluptates odisse atque aurum in quotidianum vsum recepisse, ἀπὸ τῶν ἐπὶ θύρας αὐτοῦ ἥκοντας, id est, tanquam ad fores ipsius venientes. Natum videtur ab amatoribus, qui mane ianuas frequentare solent atque ferias exercitare: vnde ianua quæritur apud Propertium,

Nulla recludentur nobis post tempora ianua,
Postibus assiduo sæpe terenda manu.

Vel à discipulis præceptorum fastibus adeuntibus: quomodo de Maximino Imp. dixit Philostratus, Σκληρὸς ἦν ἐπὶ θύρας ἥκουσι, id est, frequenter illum importunis & acerbis visum. Virtus Aristides in oratione aduersus eos qui eum inhabitant in pulcherrimam eloquentiam, Ἐμοὶ μὲν γὰρ οὐδὲν μέλει ἐπὶ θύρας ἥκειν τοῖς ἄλλοις φοιτῶσι, id est, Hæc ego, hæc exoticulor, horum ad limes cubiò venito. Vernacula nostra lingua hanc parœmiam imbecillus etiamnum seruat & exprimit, quum dicit, alicui ad limina venire, quod inspirato accidit & vt rogatus parum.

Vnum aluearе. 7

Ἓν κηρίον, id est, Vnum idemque aluearе. Prouerbium est de collegis sociis & coniuratis, qui eiusdem soldalitij sunt, isdem studijs addicti, aut similibus sceleribus operam dant. Citatur in Suidæ collectaneis.

Cera instar. 8

Κηρὸν ἥκειν, id est, Cera in modum, de molli dicitur aut tabescente. Eunapius de Maximino, ἐγένετο δὲ μαλακὸς κηρὸν ἥκειν, id est, caro vniuersa cera in morem commarcuit. Dauid psalmo 21. ἐγένετο ἡ καρδία μου ὡσεὶ κηρὸς τηκόμενος ἐν μέσῳ τῆς κοιλίας μου, id est, Cor meum tanquam cera mollescens in medio viscerum penetralibus ceræ instar delicuit. Chrysostomus: ὀργὴ ὁμοία τηκεδόνι, ἐκτήκει τὰς μαλακωτέρας, id est, Quasi cera mollitos. A cera molle hoc etiam ita parum differt, κηρὸς ἀκλεέστερος, Cera tractabilius aut magis aptius. qua vsus est Damascius Syrus de Alcibiade ore Alexandrino loquens, κηρὸν ἐποιοῦντο φορητὸν. τὸ γὰρ αὐτοῦ ὄργανον ὁ φθόγγος ἐκεῖνος ἦν ὁ τοῦ στόματος, κηρὸν δὲ ἐκ μητρὸς ἔλαβεν ἡ φύσις, id est, Vocem suam & quæ voce instrumenta tabescata est natura sequacior, magisque quam cera ductilia concinnauit, & in quemcunque vellet modulum exaptauit. Quo & a Laudo cera pallore manauit verbum κηροπλάθειν, quod est præ metu impallescere, circumque cudere.

Bucula. 9

Βοῦς, quasi bucula, prouerbialiter scommate dicitur à Menandro Comico homo factus & ignauus, qualem ab ingenij simplicitate βοῦν nominant Græci: cuiusmodi, & ἀμαυρὸν ab Aristophane vocatur, quasi τὸν ἀφανῆ, hoc est, agnina sapientia præditus, alioqui καὶ pecudem seu ouem à Catibus vocaueris. Cratete ait annotat Etymologicus author.

Tanquam in nocturno prælio. 10

Ὡσεὶ ἐν νυκτομαχίᾳ, id est, Tanquam in nocturno conflictu. Prouerbium est quum imprudentes & ignari obiter in aliquem inciderimus, aut quum ostendimus nos huic aut quapiam obiecture cum quopiam congredi velle & diuinum facere vt alios fallamus. sed aperto marte & in clam quoda modo luce. Synesius, ἀλλ' οὐ νυκτομαχίαν ἐθέλει ἐξ ἀμαυρᾶς αὐτοῖς, id est, Neque verò illam adoriri mens est velut in nocturna pugna. Nazianz. in apologetico, εἰ δὲ ἐν νυκτομαχίᾳ τὴν ἀλήθειαν ἀμφοῖν ἀφεῖσαν ἐφ' ἑαυτοῖς ἑκάτερος ἐποιήσατο, id est, aut si magus, non intelligentes nostrum an amicorum sint vultus, id quod viuunt in nocturno congressu & obscura luce lunæ. Nicephorus Callistus lib. 18. eloquens de episcopis intestino inter se bello confligentibus de verbo ὁμοούσιος inquit, ὡς ἐκ διὰ τῶν νυκτομαχιῶν ἥκοντες, id est, vt nihil à nocturno prælio differat eorum altercatio. Apud Homerum Vlysses & Diomedes cum Dolone & Rheso noctu ad tanas veniunt.

Abderologus. 11

Ἀβδηροδίκης, Abderologus prouerbialiter dicitur *De stultiloquo.* stultiloquus, qui ineptias meraque nugas effutit, stultitiamque & ingenij inopiam vel inuitus prodit. Tatianus Assyrius in oratione aduersus gentes, loquens de Democrito Abderitano τί γὰρ ἀλλοῖόν ἐστιν, ὦ τῆς ἀνοίας λόγε Δημόκριτε, ἢ τὸ κατὰ τὴν ἀβδηροδίκην ἀδόκητον; id est, De sympathia & antipathia Democriti quid dicemus? nisi hoc ipsum quod iuxta vulgi dictum Abderologus est homo ille Abderis natus. Arnobius lib. aduersus gentes quo to prouerbij specie dixit, O Abdera Abdera quam tua mortalibus irridenda, talis si apud te esset fabulata conflata? Abderitani namque fatui habebantur & frigidæ stoliditatis plenæ. Vide Martialis Epigrammatarij illud lib. 10.

Abderitanæ pectora plebis habes.

Quin & ἀβδηριτικὸν, id est, Abderiticum, prouerbiali sensu protulit Cicero in septimo ad Atticum, pro frigido & stolido, vbi ait. Id est, ἀβδηριτικόν. Martianus Minneus Felix lib. 2. Philologiæ Abderitam senem Democritum appellat, vbi perperam scriptum vulgo legitur, sed aduersam illam quoddam Abderitanæ senis alyma præparauit. ego lectionem ita reponendam censeo, Abderitæ senis ἔγχυμα, hoc est, pigmentum, seu virgultum. Est autem Abdera Thraciæ ciuitas nomen sortita à conditore Abderito Erimi filio, Herculis (vt fabulantur) amico, quem Diomedis equi dilaniatum comederunt, vt adagiarium author Tatianus refert. *Abdera.*

Camelus pyrrhicham didicerit. 12

Ἢ ἐὰν καμηλος πυρρίχαν ὀρχήσηται. id est,
Pyrrhicham quum camelus didicerit.

Locus erit adagio vbi quis repugnante natura & genio aggreditur quippiam, veluti si stipes quispiam literis operam dare velit, aptos tractandæ sibi, hunc eum dicetur,

Desun

Discit camelus pyrrhicham Cinesia.

Fuit Cinesius poeta prælongus, tardo immobilique corpore, quippe tilix arboris asserculis circummunito ad gressus hemitatem, ac proinde ad saltandum pyrrhicham tripudij genus velocis, inepto. Pyrricha namque Laconum inuentum ab armatis adolescentibus ebibi solebat ad comparandum velocitatis habitum: quippe qua in bellis maximè opus sit, cùm ad persequendum hostem, tum ad fuga euadendum, si contingat inferiores obtinere. Aristophanis interpretes scribunt Cinesium poetam pyrrhicham composuisse ad quam decurtus modulatus fieret, legecarminis conflatae brevibus ferme pedibus, qui vel inde, vel ab ignea mobilitate pyrrhichij dicuntur, eadem & *πυρριχαὶ*, vel ab authore, vel a mobilitate, vt a Diomede grammatico scriptum est. Ailium videtur ad versum Aristoph. in Nebulis *ἐπερήσω τὸν ἐμαθε τὴν πυρριχὴν*; id est, An Pyrrhicham Cinesiæ quis ediderit? Gratiæ multum accedet adagio, si paulium delectatur hoc modo: Camelus citius pyrrhicham Cinesiæ didicerit, quam talis caudex literas. Est enim Camelus animal saltationi ineptum, tametsi nomen ei quasi *κεκλιμένον* à femorum incurvatione esse velit Eustius apud Artemidorum. Neque absurdus eius vius erit, quando significabimus sub institutione viri literati, stupidum discipulum plurimum profecisse, sub tali enim præceptore Camelus Pyrrhicham Cinesiæ didicit.

Pyrrhicha.

Eleusina seruas quod ostendat. 13

Eleusina seruat quod ostendat resistentibus. In adagium cedere dignissimum Senecæ dictum quando significabimus non semel & vnica vice cognoscendas esse omnes eruditionis opes. Habent hoc viri, nonnulli, vt omne suum mysothecion, vniuersa pigmenta simul in vnicam epistolam aut orationem impendant, quum parciore ornatus laudabilior sit. Seneca Naturalium Quæstionum lib. septimo, Eleusina seruat quod ostendat resistentibus, Rerum natura sacra sua non simul tradit. Habent illud ciuitates quæ spectaculorum & reliquiarum ostentus gratiâ, statis annorum interualis aduentur, vt seruent in proximam panegyrim semper aliquid antea non spectatum. Eleusin siue Eleusina Atticæ locus Eleusiniæ Cereris religione tam nobilis, quo prima frumenti satio mucèta fuerit, *ἀφ' οὗ τὸ γένεσθαι*, vt Diodorus Siculus ait, vel ab Eleusino Mercurij filio nomen habens, vt Etymologici author voluit. Atticæ sacrarium eam vocat Apulcius.

Medea immanior. 14

† De insigni crudelitate.

Μηδείας ἀπηνεστέρα, id est, Medea crudelior, Prouerbialis hyperbole in execrandam immanitatem contorquenda. Simocatus in epistolis de matre, quæ abortui veneni poculo fœtum aboleuerat, *τὴν φονικὴν ταύτην Μηδείας ἀπηνεστέραν ἀπεφήνατο τοῦ φόνου*. id est, cædes immaniores perpetras, quam cruenta illa Medea & iterum alibi, *ἵνα μὴ Μηδείας μηδὲ Φαίδρας φοβερώτερα ἐργάσωμαι*, id est, Ita formidanda magis ero, quam fuerit aut Medea, aut Phædra. Medex Æetæ Colchorum regis filiæ crudelitas notissima est occiso Absyrto fratre, cuius membra dissipauit, vt eorum collectio dispersa mœrorque patrius, celeritatem persequendi retardaret vt Cicero inquit pro lege Manilia. sed notior postea facta est, iugulatis propriis liberis quos ex Iasone fustulerat, de quo vide Diodorum Siculum. Simile hyperbole dixit Tertullianus lib. aduersus Marcionem,

Scytha tetrior.

Scytha tetrior.

Taurica ara crudelior. 15

Superiori affinis est hyperbole, qua vtitur Iuuenalis satyr. 15.

Maotide semoto ara Ægyptius.

Vb. Mæotidem aram vocat Tauricæ Dianæ delubrum ad ostium Mæotidis, ad cuius aram viui homines adducti immolabantur, vnde addit poeta post superiora verba,

Quippe illa nefandi Taurica sacri
Inuentrix hominem tantum immolat.

Tauri, natio Scythica, inquit Strabo lib. 7. latrocinalis nobilis impetum facere solebant in aduenarum naues in portum appulsas, de ea ita Valerius Flaccus Argonauticon secundo,

Taurorum quæ loca delubráque sæua Dianæ
Aduexit, huc illum trifti dea præsidi ara
Iusse dato.

& Ouidius in tertio De Ponto de hac ara loquens,

Sacrificæ gentis ille fuit primus

Aduena virgineo cæsus vt ossa lacu.

Pomponius Mela libro 2. cap. 1. Tauri Iphigeniæ & Orestis aduentu maximè memorati, & immanes fuisse moribus, immanémque famam habent, solere pro victimis aduenas cædere.

Num fratri tuo bene est? 16

† Impallidos, & erubescentes, iuandos.

Num fratri tuo bene est, *μὴ τὸν ἀδελφόν σου καλῶς*? Synesius in Ægypto, siue De Prouidentia, scribit esse prouerbialem seu exclamationem monentis sale permistam in pallidos & turido colore rubescentes, sic enim ait, *οἷς ἔλεγε τὸ φάσμα παρεστὼς ἐκεῖνος μὴ τὸν ἀδελφόν σου καλῶς*, id est, vt res iam in prouerbium cesserit, & percontationem ad impallentes, tum recte se habent res fratris tui? Notum à Typhone Osiridis fratre, qui dissimillimus à germano moribus tur, illime dilectis, fratris opibus (quæ in obtinendo regno & voluntate hominum, & naturæ ordine priores erant) inuidebatur, ad interitum petitas metalque spirans, atque ita præ inuidia macrebat, quòd eo loco esset res fratris. Quadrabit igitur in horrorpetas & inuidos homines, qui alienis rebus opimis impallescunt, aut qui omnem mouent lapidem, vt alienam conditionem intercipiant.

Nemo comatus qui non præcidatur. 17.

Οὐδεὶς κομήτης ἐστὶν ὃς οὐ ξυρίζεται. id est,

Nullus comatus qui non præcisus fuerit.

In molles & pathicos.

Prouerbium esse verisimile, quod oraculare, manifestis verbis testatur Synesius: quo significetur, omnes qui impensè mollitiei cutis operam nauant, aut calamistraturæ nimium studium impendent, aut quomodocunque tandem corporis seu tum & rutorem deamãt, molles censeri, & pathicum quiddam si non corpore, animo saltem præferre, fœdéque esse. Verba eius sunt in epistola ad fratrem de Ioanne quodam impudente homine & ignauo, *ἐγὼ δὲ τὸν μὲν κομήτην σωφρονοῦντα τὸν παχύμισχον, μᾶλλον δὲ τὸν κεκομμένον. χρήσιμος γὰρ αὐτὸς πρὸς τὰ πάντα οἶμαι, τὸν δὲ κομήτην οὐδεὶς ἐστὶν ὃς οὐ ξυρίζεται*, id est, Heri apertissimè prouerbij idem comprobauit, vel oraculi potius, reuera námque oraculum est, quod tibi non ignotum est. Nullus comatus qui non præcidi tolet. Idem in libello de Coma, *Τὸ δὲ τοῦ λόγου τοῦ παροιμιώδους ἢ τί βούλεται, οὐδεὶς κομήτης ὅστις οὐχὶ ξυρᾶται, ἀσαφὲς οὐ μόνον τοῖς πολλοῖς ἀλλὰ καὶ τοῖς σοφοῖς τοῖς παλαιοῖς ἀπεφήνατο, οὐ γὰρ ἔγωγε φθέγξασθαί τινων οἶδα τὸ σύμπαν ἀκριβῶς ἢ ἑτέρων*. id est, Quod est igitur prouerbium illud & quod sibi vult, Nullus comatus qui nõ. nam postremam vocem, trimetri numerosæ legi tu ipse adaptato, neque enim proferetur à me secundum illud & re & nomine verbum. Quæ verba citantur & à Suida in dictione *κομήτης*, non nominato tamen authore. Idem alibi senarij postremum verbum immutatum citat hoc modo, *οὐδεὶς κομήτης ἐστὶν ὃς οὐ πραίνεται*. Vtrobique tamen idem est sensus.

Smyrnæi mores. 18.

Σμυρναίων ἔθη, id est, Smyrnæi mores, prouerbium videtur competere in eos qui deliciis luxuriæ indulgent, rursus quum res postulat viros, fortiter se gerunt, ita enim exponit ipse Aristides in Smyrnæencomio, tribuit námque illis *ἄξυστους ἔχειν τὰς κεφαλὰς καὶ ἁβρὰ φρονεῖν, πολεμικοὺς δ' εἶναι τοὺς τολμῶντας πρόσεστιν ἀμφοῖν*. addit deinde, *ὡς ἐν τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ τὰ τῶν ἐμφορουμένων ἔθη καὶ τὰ τῶν ἀσκητῶν ἐστὶν ἰδεῖν*, id est, Indies opiparè viuunt, sed in bello ferociores sunt, quam vt multis expediat eiusce rei periculum facere, viquecadeo vt nonnulli putent Smyrnæos mores tale argenium vocem subiicit deinde exemplum vnum de Chio qui vacuam ab oppidanis illorum vibem occupaturos se rati, viris in monte operi rustico intentis, mox quum de monte decurrentes sibi to ciues complexissent, tanta trepidatione iniecta fugerunt, vt timemes plerasque iniquitate locorum amiserint, impetum in se ciuium retuentes Dicetur ergo de genere aut homine bellicoso, pacis tempore dissoluto.

Capra cinnamomum. 19

De eo qui quæ impiè amat.

Ἡ αἴξ τὸ κιννάμωμον, id est, Capra cinnamomum videlicet sequitur, aut amat. Eustathius dici testatur in eos qui rem quampiam impensè amant, & fœtide depereunt. Cinnamomum turculus est Arabicus miræ fragrantiæ viti non dissimilis, qui naribus admotus odoris gratia, voluptatis plenu, lacrymas etiam inuitis elicit, vt ex Porphyrio annotat ille in Dionysij Afri

commentariis, adamantéque vehementer ab indigenis capris. Philostratus lib. 3. de vita Apollonij originem adagij docet, quum namque ostendat, Capram documentum præbere bonitatis cinnamomi: ita subiungit, si quis capræ porrigat cinnamomi furculum, ea catuli instar admurmurat, abeunteméque sequitur, naribus quantum potest admotis, atque adeo repulsa, non aliter, quàm si pabulum denegatum foret, quæritatur.

Vmbris macilentior. 20

Σκιῶν λεπτότερος, id est, Vmbris macilentior. Prouerbialis hyperbole in præteuntes & insigniter macros & stricosos. Archestratus poeta Syracusianus præ inopia macie confectus, σκιῶν λεπτότερος, hoc est, vmbris ipsis tenuior fuisse dictus est à quopiam: teste Eustathio: Polemó scribit eum à Ptolemæo captum & in bilancem coniectum, oboli pondus momento traxisse, ὅλον ὀβολὸν ἴσχοντα, Ælianus libro 10. refert istud ita, Archestratus vates ab hostibus captus, in bilance positus, oboli pondere appensus est, vt aiunt. Tales fuerunt Philetas poeta, & Cinesias qui tilliceis asserculis gracile corpus fulciebat, & Melitus tragicus poeta, Socratis accusator, & Samylion Comicus, quos εἰδωλόφυτα velut inferorum legatos vocasse propterea Aristophanes, dictitans illos ὑπὸ λεπτῶν ἁμάξιδος ἐχομένους, quasi macra ſpe, vehiculi loco, innectos. An verò Sisyphus, Pirithous, & Theseus ille depygis, ad inferos descendisse dicti fuerint, propter notabilem macilentiam: quæ vmbris non dissimiles essent, addubitat Eustathius.

Veteris moneta. 21

† Intercepti, sani ingenij. Παλαιᾶς νομίσματος, id est, veteris monetæ esse dicitur quisquis integrum adfert iudicium, haud corruptum, fuci corruptelæque nescius: denique quicquid probum est & rectum, veteris monetæ esse dicetur, vetera namque eo nomine bene audiunt, velut minimè adulterina & κίβδηλα. Symmachus epistol. lib. 2. Itaque vt ipse nonnunquam prædicas, spectatorum tibi veteris monetæ solus superſum: cæteros delinimenta aurium capiunt. Vsus huius prouerbij durat etiamnum in lingua nostra vernacula, incorruptum dicentibus nobis esse de veteri moneta. Ita fermè vsurpatur παλαιὸν, hoc est, vetustè apud Demosthenem in Philippicis, pro simpliciter & sine fuco dolóque, quod prisci seculi homines integri fuerint. sic enim habent eius verba, ἁπλοῦν ἦν καὶ παλαιὸν ἔθος, hoc est, (de verbo ad verbum) vsqueadeo vetustè habebant.

Olim Pelasgi, Danaida postea. 22

Πάλαι ποτὲ Πελασγοὶ, Δαναΐδες δ' ὕστερον. id est,

Olim Pelasgi, Danaida postea.

Locupletes ad egestatem redacti. Euripidis senarius in Oreste fabula, prouerbij speciem redolens, qui torqueri potest in locupletè genere ortos, iam ad egestatem redactos, aut propemodum stirpitus extinctos, Pelasgi, si Strabonì credimus, numerosa & valida olim gens fuit, quæ errabunda passim sedes posuit, leuique de causa eas mutauit, aliò atque aliò commigrans, & in infinitam adaucta multitudinem celeriter defecit: siquidem maritimam Ioniæ oram insedisse, & Chium insulam inhabitasse legunturi. Herodotus refert etiam Imbrum & Lemnum insulas Persici belli temporibus à Pelasga gente habitatas, memorat Strabo & campum Pelasgicum in Thessalia ad Lariſſam. Possederunt & Cretæ partem, vt ex Vlyssis ad Penelopen verbis apud Homerum manifestum sit. Fuerunt & Pelasgi in Achaia, quum & Æoliam in Asia incoluerunt: transierunt & in Italiam eorum coloniæ. Lesbus quoque Pelsagia antiquitus ab incolis eius nominis dicta fuit. Conueniet itaque in eos quorum opes olim firmæ & potentes fuerunt: aut præpotens familia, nunc verò ea defecerint. Potest & haberi adsimile illi vulgato de Milesiis, Fuere quondam strenui Milesij.

Ex eadem figlina. 23

Cognata similitudine. Τῆς αὐτῆς ἀγχιστείας, id est, Eiusdem figlinæ esse dicuntur, quæ affinis sunt & cognata similitudine. Gregorius Palama. Ἀδελφοὶ φασὶ καὶ ὁμόχρωμα καὶ τῆς αὐτῆς κεραμείας, id est, Germana sunt, quod aiunt, & concoloria, eiusdemque figlinæ. Huic cognatum est illud Platonis in Gorgia, ἐκ τῶν αὐτῶν γυμνασίων, id est, Ex eodem ludo, vel gymnasio.

Fracti. 24

† Molles & effœminatos. Κατεαγότες, eodem sensu, quo Fractos Latini, nominant Græci molles & effœminatos, atque elumbes. Plutarchus in vita Demosthenis de Batalo agens, Ephesio tibicine, ὃν ἦν, inquit, ὁ Βάταλος, οὐκ ἄπο φαύλων, ἀλλὰ πάνυ κατεαγότων, id est, Erat autem Batalus, vt nonnulli dicunt, tibicen vnus è mollitie fractis. Eunapius Sardianus, ὑπὸ μαλακίας τῶν σώματος κατεαγὼς καὶ λυγισμοῦ, id est, præ corporis mollitie fractus & viminis in morem delicatè inflexus. Philon Iudæus lib. De gigantibus, θηλυτέρων γὰρ φύσεων ἄνανδρα καὶ κατεαγότα καὶ μαλακίας πλήρη γονάς, id est, Fœmineam sobolem gignunt qui natura parum viri sunt, & fracti animíſque effœminati. Athenæus lib. 12. de Abydenis, ἀπολαύειν τοῦ βίου μαλακοῦ καὶ κατεαγότος, id est, Viuendi ratione soluti sunt & fracti. Musonius philosophus, οἱ μὲν κατεαγότες ὑπὸ τῆς τρυφῆς καὶ ἀνειμένοι πάντῃ, id est, Isti quidem deliciis fracti, penitúsque eneruati. Libanius sophista ad proconsulem Montium de Batalo ita scribit, ὃς πρῶτος ὑπεδήσατο γυναικείοις ὑπὸ τῶν σκελῶν ὑφάσμασι καὶ μέλεσι κατεαγόσι, id est, qui primus in scena fœmineis toccis & cantus modulis fractis vsus fuit. Damascius in Philosophica historia ἀνίων δὲ τὰ ὦτα κατεαγότων καὶ ἄκρα διαφθαρμένων τοῖς ἁβρυνομένοις ὑπὸ τῶν σκελῶν ὑφάσμασι καὶ μέλεσι πολὺ τὸ τῆς φιλοσοφίας λυπρόν, id est, Multi quibus aures sunt fractæ & prauitatis exoribus imbutæ mentes, ad Comicum lusum risúmque conuerterunt philosophiæ arcana. Auribus fractos nominat, quorum aures Alexandrinis (vt ita dicam) deliciis assuefactæ, nihil nisi molle parúmque virile admittunt. Plato in Gorgia, ἵνα τὰ ὦτα κατεαγότα ἀνῶσι τοῖς ἀπαιδεύτοις, id est, Talia muſſitantes audiea istos quibus fractæ sunt aures, hoc est, qui in otio & deliciis viuunt. loquitur de otiosis hominibus, qui in sedentaria socordia propterea eneruatos garrulos & formidolosos euasisse Athenienses disputabant, quòd Pericles exterum militem stipendiaria militia primus autorasset, corruptis inde ciuitatis moribus & in mollitiem solutis. quo loco cõtentum Olympiodori non satisfacit mihi, fractos auribus dici scribentis, ὅτι ἐν ταῖς παλαίστραις ὑπήκουον τὰ ὦτα, ἵνα τοῦ λιθάζοντος καὶ μὴ δυναμένου ὑπῆναι τὰ ὦτα ἐκείνου, πλήττωσιν, id est, siue quod in palæstra aures confricando exercerent, siue id dictum est ad eos qui subdere aures dictaque excipere nõ possent. Galenus de gloriosis quibusdã sua tempestate medicis, magnifica de optima corporis habitudine verba crepantibus loquens, sic inquit in lib. aduersus Thrasybulum, ὧν ἔδει τὰ θαύματα ἀξίως ἐπιγράμματα, τῶν ὑπὲρ πλῆθος ὦτα κατεαγότων ἀξιοφορήτα, id est, Quorũ sunt admiranda ista volumina, quæ hodie circunferũtur ab istis quorũ fractæ sunt aures. Neque verò de pugilibus aut athletis, quorum aures cestuum plagis cõminutæ sint (cuiusmodi homines σιλλάδας Græcis vocari ex Ælio Dionysio olim in Lexico nostro annotaueramus, qualem designari puto à Martiali lib. 7. ibi, At iuuenes alios fracta colit aure magister) eo in loco Galenum sentire certum est ei, qui verba ponderet penticulatiúsque dicta obseruet. Clemens lib. 2. pædagogi, mores corrumpi ait musica μελῶν κατεαγότων, id est, numerorum fractorum. Plutarchus sympoſiacõn septimo, οἱ δ' ἀνανδροι καὶ ἠσθημένοι τὸν ὦτα δι' ἀμαθίαν καὶ ἀπειρογαλίαν, id est, Effœminati auribúsque fracti propter imperitiam & honesti inscitiam. Simili modo & παλαμῶν vsurpatur à Græcis. Philon libro De gigantibus, γένος ἄνανδρον καὶ παλαμῶν ἥδιστον, id est, effœminatam fractámque voluptatem. Idem alibi, παλαμῶν καὶ θηλυφανῆ, id est, Incessu fracto præ mollitie. Demetrius Phalereus, σπάνιον δ' ἀκατεργάστου καὶ μαλακοῦ τὸ ἐπαινεῖν τοὺς παλαμῶνας, καὶ τὸ ἐπαίρειν ἐπὶ μέγα τὸν Σοτάδην, id est, Anapæstorum lex est maximè affinis fractis spurciſque versibus, cuiusmodi ferè sunt Sotadici.

Helenæ Crater. 25

Ἑλένης κρατὴρ, id est, Helenæ crater, de læto nuncio, aut re quauis animo nostro impensè grata, quæ sollicitudinem leuare possit curáſque diluere. Philostratus in Sophistis, ἡ τὸ ἄχθος ἐκ ψυχῆς τῆς γνώμης ἄνωθεν ἐρανίσασα τῷ ἥδιστα τῶν ἀγγείων φαρμάκων, id est, Leuabit tibi animi molestias non aliter quàm Helenæ poculum Ægyptiis pharmacis imbutum. Intelligit de Pharmaco Nepenthe. Locus est apud Homerum Odyſſeæ 4.

Lætum nuncium.

Αὐτὰρ ἐπὶ τοῖσιν βλῆτο φάρμακον ἔνθεν ἄνωγεν
Νηπενθὲς τ' ἄχολόν τε, κακῶν ἐπίληθον ἁπάντων, id est,
Iterum causas abolens fugásque malorum
Sensum, & tristitiæ paricus oblita, vino
Pharmacon immisit.

De quo ita Plinius lib. 25. c. 2. Nobile illud Nepenthes oblivionem tristitiæ veniamque afferens, & ab Helena vtique omnibus mortalibus propinandum.

Helepolis. 26

De illicio quo animus capitur.

Ἑλέπολις, id est, Helepolis prouerbialiter à Philone Iudæo vsurpatur pro delinimento & illicio vinculo quo capitur animus, ita enim ait in libro, Quòd vir bonus idem sit & liber, Ἔστιν γὰρ ταῦτά γε ψυχῶν αἰσθήματα ἢ ἀφροντίστου, id est, Sunt enim ista helepoles quædam animorum imbecillium nec bene secta tatione confirmatorum, loquitur de pulchritudine & dicendi gratia, quæ res ambæ pellacissimæ sunt, & illigandis capiendisque sensibus efficacissima vincula. Sunt autem Helepoles machinæ bellicæ expugnandis vrbibus (vnde illis nomen ἕλεπολις πόλεως) cõparatæ, à Demetrio Poliorcete excogitatæ, fabricatore Dioclide Abderita, cuius in ea machina singularis industria fuisse prædicatur, vt ex Moschione refert Athenæus libro quinto. Meminit earum & Heliodorus libro nono, Ἑλέπολιν ἀναστρεφόμενος. id est, Vrbem per helepoles capere tentans. Licebit ad vsum trahere hoc pacto, si dicamus, Luxum esse iuuentutis helepolin.

Spinas colligens. 27

† De morosis & difficili.

Τὰς ἀκάνθας συνάγων, id est, Spinas attrahens. Frequens est apud Athenæum de morosio homine & importunè curioso, qui in disputationibus nunc hoc nunc illud incessit, & in contouertiam trahit: talem autem vbique perstringit Vlpianus Tyrium altercando molestum, vt libro tertio Dipnosoph. Ἐπιτρίζοντα πολλὰ τὰ προσπίπτοντα τῶν συνδειπνούντων, καὶ ἀκάνθας συνάγοντα, οἷς αἰτιώτατος ἦν ἀπαντῶσιν ἅπασι καὶ ἀηδεστάτοις αἰεὶ ἐνίστασθαι τοῖς λεγομένοις συμπαίζων. id est, Ad vnguem expendit quicquid disceptantibus occurrit, spinas attrahens, quippe inter tribulos sen per, spinosissimæ & Ononin conuertans, nihil omnino amœnorum sorum colligens, quem locum respiciens Eustathius in legit libro 2. Iliad. ἐξ οὗ παροιμιακῶς ἀκάνθας συνάγων ἀντὶ ἐρίων λέγεται. id est, Vnde prouerbium illud, Spinas adducens velut tribulos aculeatos: quum allusum ibi sit ad distichon quod apud Plutarchum extat Sympos. lib. 1. cap. 4.

Ἧς αἱ ἐχινόδεσμαι ἢ αἱμὰ πρηχέας ἄνωγεν
φύσσην μαλακῶν εἴδαρ λάθειον. id est,
Cum scabros inter tribulos, & Ononin acutam
Tellure trumpunt mollia Leucoia.

Idem Athenæus libro sexto, ὃν πάνυ πολὺ ἐλλοχῶντα καὶ ἀκάνθας συνάγοντα καθημᾶς ὑπονοεῖ, id est, Hic rursum è prædictis spinas colligens Vlpianus. Rursus lib. 8. ὁ τὰς ἀκάνθας ἀγείρων εἰωθὼς, id est, Vlpianus spinas congregans. Quadrabit ergo appositè in captiosum sophistam & importunis quæstionibus molestum. Porrò superiore districho concinnè vtemur quum à seuero homine & austero lepidè dictum aliquod prodierit & iocosus lepos: aut vbi scriptum tetricum quasique aculeatum vnis atque alteris facetiis conditum temperetur.

† Sophista captiosus.

Somni plenus. 28

Secors & excitabundus.

Ὕπνου μεστὸς, id est, Somni plenus prouerbialiter effertur de socordis & stupidi ingenij homine, aut de oscitabundo parúmque attento. Aristides in oratione de inepto respõso, ὑμᾶς ὑπνώττοντας ὕπνου μεστοὺς, id est, Nisi omnino sit somni plenus.

Suilla harmonia. 29

Συὸς ἁρμονία, id est, Suilla harmonia, prouerbij specie de incondito & indocto clamore effertur alicubi ab Aristide, τὴν ὑπὸ τῶν ἀμούσων ἐμμελουμένην, id est, Harmoniam porcinam modulantes, de ineptis & obstroperis sentiens, ac molesto barbaróque sermone obgrunnientibus: cuiusmodi est odiosa Realium vel Nominalium (qui sectas inter se dissectas ante nostra tempora fecerunt in philosophia) & qui ab artibus nomen vsurpant, natio.

Monitor capras age. 30

Ἐμὲ νουθετῶν, αἰγοὺς ἄνωγεν, id est, Qui me admones, ipse capras age. Quadrabit in consultorem ineptum, qui alteri dictare consilij partem, ipse supra stuam non sapiés. Attigit illud Aristides in oratione πρὸς τὸν ἀφθόνητον, hoc est, de inepto responso, ὅπως ἂν γνοῖς σὺ τὸν τοιοῦτον ὑμῖν ὑποτιθέμενον, τῶν παροιμιῶν σοι λεγόντων ἀγνοεῖν, id est, vt intelligas cuiusmodi vir sis, qui me admones, quum prouerbium iubeat te capras pascere.

Dædali machæra. 31

Δαιδάλου μάχαιρα, id est, Dædali machæra à Pindaro Dolus ingenioseque excogitatus. Sic enim ait in Nemeis, vocatur prouerbij specie vafer dolus & industriè ingeniosus.

Τὰ δαιδάλου δὲ μαχαίρα φύτευσε δι' ἀπάτιον ἐν λόχῳ.
id est,
Dædali machæra ex insidiis necem illi struxit.

Dædalus namque profugus ad Cocali Camici regem supplex, astu insigni vsus effecit, vt regis filiæ feruentem aquam per tectum infunderent, quæ per tubulos delata, Minoem persequendi illius studio eò delatum, fetéque in balneo lauantem peruffit atque extinxit. Ab hoc Dædalo excellenti statuario quicquid elegans & venustum est, Δαιδάλεια ποίημα, id est, Dædali opus, teste Harpocratione dici cœpit, hinc Δαιδάλου τεχνήματα apud Platonem in Euthyphrone, Dædalo artificiosiora, qui argumentis auditorem quocunque velit circumducit, & δαιδαλόχειρ manu ingeniosus artifex. Huc pertinẽt δαιδάλεα χαλκὸς arca affabrè facta apud Homerum Iliad. π. & δαιδάλεον σάκος elaboratus clypeus. Hesiodus Pandoræ tribuit κεκαλυμμένον δαιδάλῳ, dædalè à rullam, & insigni opere factam. Orpheus quoque astra ob eximium nitorem ἄστρα δαιδάλεα dixit, & apud Latinos scriptores Dædala tellus, apud Lucretium Dædala rerum natura, apud Calphurnium, Dædala apis vocatur. Alexis Comicus, εἰ ἦσαν τότε αὐτῷ ἢ δαιδάλεοι πίθοι, id est, aderant fictiles lagenulæ & perelegates. Ælianus. ἐπὶ δὲ τοῖς λύχνοις τοῖς Σαμιακοῖς δαιδάλοις, id est, Lychni miro artificio elaborati. The ocritus,

Δαιδάλεόν τι γὰρ ἔστι καὶ ἀθάνατόν τι ἔοικε. id est,
Dædalea est vita, & nectar (mirabile) spirat.

Dædali statuis non metus solùm, sed & loquelæ vsus attributus olim fuit, vnde in Hippia maiore Plato, Δαιδάλου ἀγάλματα εἶναι φασὶ μὲν οἱ μυθολογοῦντες καὶ ἡμεῖς, καὶ ἐμοὶ δοκεῖ, ἐὰν δὲ δεδεμένα, ὀλιγωρεῖν, id est, Dædali statuas nisi reuincte fuerint, fugitiuorum instar discedunt, atque elabuntur, lig. ex verò loco sitiunt. Plato Comicus,

Οὔτως τὸν ἐλθόντ' ἐκποδὼν ἐμοῦ ποιῶ;
Ἕρμῆς ἵμερος Δαιδάλου, φεῦγε ἔχων,
Κύλιν' ἐμοὶ βαδίζων αἰτιμότερος ἢ Σκύθης. id est,
Heus, dic sodes, qui exit ex ædibus loquutis?
Mercurius sum Dædali vocem obtinens,
Qui ligneus licet, pedem vtro hue extuli.

Apud Cratinum Comicum in Πραττομένῃ fabula, ὑπόμνησις
Χύλινος οὑτωσὶ, δηλαδὴ χαλκοῦν οὐκ εἶπεν,
Πότερον Δαιδάλειος ὢν, ἢ τις ἔπεφνεν αὐτόν. id est,
Non ligneus sed aneus profugerat
Num Dædali fuit opus, an eum quispiam
Subduxerat furto?

Euripides in Euristhco,

Οὐκ ἔσθ' ὅ τι γέρων, μὴ δίκῃ τέκῃ,
Τὰ δαιδάλου πάντα παγκάκως δοκεῖ,
Βλέπουσι δ' ἀμφὶ καὶ σοφὸν πόλεως σοφόν. id est,
Non bene sint, senex, ne quod sis auxius,
Quæ Dædalus statuas fecit mouerier,
Videntur omnes, & tuæ lumine.
Adeo est peritus ille vir.

Fuisse enim Δαιδάλου Dædaleu matrem μητίδα, quasi consilij dicas, fabulantur veteres, Innentus ex ingeniosa cogitatione consilium nasci: ex eo verò Metide ab Ioue deuorata extitisse Mineruam nugatus Hesiodus in sua Theogonia: quod fabulamentum luculentè & allegoricè exponit apud Galenum libro tertio. De Hippocratis & Platonis decretis Chrysippus.

Ad aliud procœmium transeo. 32

Μέτειμι δὴ ἐπὶ τοῦτο τὸ προοίμιον, id est, Transeo ad aliud procœmium, Prouerbij vice vsurpatur ab Aristide. Eius vsus erit quoties aliud vegemus propositum, aut diuersam à priore sententiam amplectimur: aut si explicatu antea prolixioribus verbis rationi, secundam subtexere instituamus. Sumptũ est ex Stesichoro Lyrico poe-

τὴν ἀφροδίτην καὶ ἡμῶν μέγα τὸ ἡδὺ καὶ ἐπίχαρι ἔστιν, id est, Pauo medica auis Medorum etiam superbiam velut hæreditario iure adepta nimium ob pulchritudinem superbit. Ab hac ansc etiam aliud prouerbium deducitur propter multicolorem pennarum varietatem, vt quicquid nimiè varium sit, παωνιώτερον εἶναι, id est, Pauone magis varium dicatur. Synesius libro de imperio ad Theodosium itidem, παωνιόχρωτα καὶ ποικίλον ἅπαν εἶδος, id est, maximè varium & omnicolor, pauonum instar. Alexis Comicus in Crateua (fabulæ homen est à Crateua herbario πρὶ ζωμῶν, malè enim apud Athenæum, κρατεύα legitur) seu Pharmacopœa,

Ποικίλωτ' ἀπὸ τοῦ παωνίου ἔχει. id est,
Sartaginem habuit varium quam pauo magis.

Clitophontis apud Achillem Statium vultus Leucippes amicæ, superare videtur inimitabilem illam pauonis pulchritudinem.

Collaria cadaueris. 40

Lexis guidquid perditi.

Νεκροῦ μανιχίτης, velut cadaueris collo tenus medio, prouerbialiter dicuntur ab Aristophane, popinones perditi perpetuis comessationibus luxuque tempus terentes, qui vitam quæ delicias metuuntur, atque æstimant, quibus offerto præsagiunte cospore pigris, & iuxta pocula vino sepultis, neque pes neque manus officium facit. Talis Philoxenus ille quo gruium collum voto expetisse refert Athenæus, execrabilisque gutturis Machon Comicus. Eiusdem generis fuit M. Apicius non inuenuste ab Eunapio νεκρικὸς μάγειρος vocatus, vel ipsi helluonum magistri sint.

Versiones Bacidos dictas. 41

Ἀναθέσεις τῶν ἀδήλων ἐπῶν ἐμοὶ, Versiones Sibyllinas aut Bacidis oraculi. De libris inde dubitatis minimeque controuersis. Dion Chrysostomus, ἐν ἀρχῇ λόγου τοῦ Κίλικος ἢ Βακίδος. Nesi versiones quæ ex quibusdam Sibyllæ dictis notant Bacidis. Fuit Bacis ex iis quos χρησμῳδοὺς, velut fatidicos Græci nominant, vt in Thoage ostendit Plato. χρησμολόγον oraculorum concentorem appellat Suidas. Carmiuous lustralibus expiasse illum fanaticas Lacænas refutatum est a Theopompo in nono Philippicarum. Pausanias Phocicus commemorat Ichnabrelsse Bacidæ oracula, arreptitiumque nympharum vocat, meminit eiusdem & in Bœoticis. Philetas Ephesius tres enumerat Sibyllas, vnam Apollinis sororem, alteram Erythræam, tertiam Sardianam. Postremoque Bacides, quorum primus oriundus fuerit Eleone Bœotiæ oppido, alter Athenienſis, tertius Argiuus. Huic autem is, quem diximus Lacedæmoniorum fœminas ab insania liberasse, Apollinis ensse immissum, genere Bœotius.

Res indubitata.

Cappari victitas, qui potest Anthia. 42

Infrugales & mediocritatis contemtores.

Ὑπὸ κάππεως ζῆς, Δημάδη; ἐσθίων. id est,
Potestne vir sanus qui vivas Cappari.

Senarius prouerbialis in parcos, qui vilibus contenti frugaliter viuunt, cùm possint splendidius. Quadrabit & in eos qui tenuibus negotiis immitescere, quum arduis sufficiant: aut qui literarum otium sectantes, tenuiori conditione fruantur contenti viuere, quam in aulis principum opum spe diutius. Plutarchus Symposiacon 4. cap. 4. τὸ δὲ πίσχιδον τῶν πολιτῶν, οἷς κάππεως ζῆς, Δημάδης, ἐσθίων, τί βούεται, id est, Verecundum illius vulgati authori, Potestas vel Anthia, qui vivas Cappari, quid tandem sibi vult? In libris excusis κάππεως diminutiui forma legitur. Ego vt senarius constaret, κάππεως restituo; nisi κάππεσι per vnicum σ mauis. Est autem Anthias vox ignobilis pilcis quem & sacrū, & à Fabio nominis augurio Callionymum vocant. Affine huic est illud Aristidis, βόρεια ζῆν μήκωνα ἐδὼν, id est, Borium redolet, qui pœnitus vagueat.

Asseclas in triumphalem quendam currum. 43

Deseli ad magnas opes euecti.

Ἀνθ' ἁρματηλάτου ὄντ' εἰς ἁρματηλάτου κατελθὼν ἀφῆκεν, id est, Delapsa ad triumphalem currum restituere, extat apud Synesium in epistolis de Andronico dicto, qui primus ortus a natalibus præfectianis tandem principis adeptus fuerat. Efficit potest de quouis, qui ex humili ad magnas opes dignitatesque prouecto: quemadmodum Iulius Ligur post sedentariam operam in ducendo scalmo diu nauatam, Sixti Pontificis beneficio insignibus ecclesiasticorum honorum ornatus, tandem ad pontificatum maximum emersit, nimirum ἀπὸ ἐπιτροπικῆς εἰς ἡγεμονικὸν ἀναβὰς ἁρμάτιον. Licebit & nonnihil deflectere cum gratia, hoc modo, Agathocles Siculus è figulo rex factus, ὁ κεραμεὺς ὅτι τὸν βασιλικὸν ἀνέβη δρόμον, id est, Et figlina regium currum conscendit.

Ferreus. 44

De impudente.

Ferreum pro duro & impenetrabili, atque item pro impudente accipi doctissimè vt cætera omnia, annotauit Erasmus noster: sed etiam alium significationem hic attexendam duxi, non minus prouerbialem, quàm priorem illam. Ferreus ergo pro impudente & frontis vacuo ponitur, vt apud illos σιδηροῦς. Catullus in quendam,

Quid si non aliud, at certe ferrea cerne
Ora, quibus contra non pudet esse pudens.

Quo loco ferreum os appellat effrontem & deterso pudore cæsiam adulteratoque, id quod & addita vox, cernis, abundè declarat, vt alibi antiquissimus ad eundem, Cane impudentior, aliique Terentio & Ciceroni durum os, similiter impudentiam denotat; Buttarius Odyss. ξ. τίς σευ ἐπιφρὰς ἔπεσιν ἀναιδέσιν ἐπεσσεύσατο, καὶ σ' ἀέκοντα ἐκίνησε; ἢ ἦ σιδήρεος ἐσσὶ, καὶ ἀνδρῶν ἀνθρώπων ἐπιμίξ ἐπὶ νῆα θοὴν ἐλήλυθας, ἔνθα τε πάντες ἄριστοι ἐπὶ προτόνοισι καθίζουσιν, καὶ ἐπὶ πρύμνῃσι, id est, Pertæmia durus tu illiberalibus illud extulit, Impudens homo atque terreus, quòd autem ferrum etiam de impudentia proferatur, manifestum facit Aristoteles in sua rhetorica, scribens Stesichorum quasi, Ferream feminam esse, ostentem proprium cuiusmodi mores. Porro quod prouerbij nomine erat hic Euripidis, extat apud Aristophanem in Acharnensibus in hæc verba,

Ἀλλ' οὐ σίδηρον ὄντα μ' ἀναισχυντεῖν χρεών. id est,
Sed non ferreum me esse & ferreum decet.

At quod ex Aristotele adnotauit Angelus in Rhetorices 2. cap. 23. authoritate Sophoclis, cuius hic senarius est integer,

Σοφὸν ἀνδρὸς ἢ φρενῶν ἔσκημα. id est,
Sapientis ferreum mentis ornamentum.

Quanquam in Bacchum exemplari malè σιδηρᾶ in dandi casu semper legitur. Hoc igitur sic tuare pro posse. Ciceronis illud in epistola ad Trebatium, Ferreus ego, si te non amarem quum videat immutare impudentiæ extremæ, simulari necesse debere te, si tam amabilem, tam benevolum, virum non redamaret. Ferreus ego quoque pro incerto bilingui tum accipitur, vt apud Ciceronem in 13. ad Atticum. Ote ferreum, qui illius periculis non moueris: quæ ratione σιδηροῦν apud Æschylum Prometheus audit, vt infra 45. & in ferreum durantem rigidumque incertum pro vario animoque, vt Plutarchus in Pantelei cuiusdam versibus,

Δενδρον ὁ' ὡς ἐτύμως σιδηρεοβλαστὲς ὑπάρχει. id est,
Lapidat vt ipsa arbor ferro radicitus orta.

Geminas chordas ferit. 45

Διπλᾶς κρούειν, id est, Binas fidibus canere, dicuntur apte de prouerbii specie qui duobus dominis seruiunt, caute qui tum antepositi fouent, tum alterutri inclinantes. Aristides in oratione qua τὸν ξυμμαχικὸν inscribitur. Ἀλλ' εἶμαι ὑμῖν τοιοῦτος ἐν τοῖς λόγοις, οἷος ἐν ταῖς ἡδοναῖς, οὗτος καὶ ἐνταῦθα εἰμὶ, καὶ φοβοῦμαι τὸν ἕτερον ἀεὶ μᾶλλον, id est, At lepidi bellique hominum, vt arbitrios, sunt, binasque chordas pulsant, vbi obtineant potentes hac parte sint, in deprehendantur, retrocedere queant.

Equum Scytha. 46

Τὸν ἵππον ὁ σκύθης, id est, Scytha equum, subaudi βέλτιον ἡμῶν ἐπίσταται, melius nostro sit fallitur. Citatur à Suida prouerbium. De eo qui in propatulo rem quampiam tenet & auidi tori eiusdem appetit. Id genus hominum quos quidem natura fert, qui munerum publicorum sedulo curatores se verbis ostentant, & ceu onus quasi, vna gratis exercentur, quum re ipsa tabulam alliciant magis, amborum plenissimi. Videtur etiam dici posse de eo qui superiorem & eadem exire commodum captent, quam se hic equo & ad nutum expeditionem & ad pastum vertat, vt indicat D. Clemens in Paedagogo, nimirum cui cito equo arrideatur quo velit cuiquam & sine tædio, epoto etiam sanguine, famem vltimque placat.

Sartaginum pernicies. 47

De parasito.

Parasitorum qui ventris gratia amicitiam colunt, non nunc tantùm, sed omnibus pene seculis plena fuerunt omnia, vt mirandum non sit tot illos dicteriis prouerbialibus passim notari, quibus infamis eorum gula tra-

ducitur, quæ sub vno prouerbij obtutu, velut sub vna Mycono comprehensa dabo. Primum igitur ab Eubulo Comico, Ἀρπαδαχύλαι, seu λαπαδάχναι dicuntur illi gurgites, ceu pelues & perniciei sartaginum, cuncta abligurientes. Idem illos vocat apud Athenæum ἀνόσιος λαιμὸς ὀψοποιῶν ἅπαντων ἐξολοθρεύτας, exitiales gulas, atq; opum, nouercinatores. Iam & Ἐγγαστρίμαργος apud Suidam eiusmodi helluo parasitus vocatur, qui ad patellas venetur, & apud eundem pariter & Athenæum γαστρίδουλος, qui d ventris studio seruitutem meditatur. Suidas & idem nominat, velut buccarum aut boum ὑπομάστιον, abusiue quod turundam buccea ue denotat. Ταρβόπους quoque Eustathio teste, quod abdominis tetulat. Κνισσολιχάς, maioris vehementiæ vocabulo quàm ψαιστολιχάς, vtrunque tamen audit, hoc quòd mensas illingat, illud quòd nidorem è cibis fugientem rabido ore carpat atque illingat, quodammodo lambente lingua. Huic accedunt γάστεις velut vtero ab inexplebili aluo: ψαιστολιχὰς apud Philemonem Comicum, quod offulas adulandis carpat, quem Diphilus in Tricco, ψαιστολιχοῦντα quod offulas alligurit, alij ψαιστοκόπους appellant tanquam offularij permicie. Quin & ποτοφαγίδας seu potius ποτοφαγίδας idem nuncupatur quod inexplebilis gurges cuncta absumat, siue quod ipse exhaustum quoddam pelagus illius gula sit. Talia est μαζοκόπαρον vocatur Cereris Megalopolitani vocabulo, siue quòd lebetibus & à consequenti ferculis gaudeat, siue quòd edulitorum lebetibus excoctorum velut Charon quispiam sit inferorum portitor. Additur his & ab Eustathio ἀψιστάς, si legendum ut ἀψιστάς, quod alienis foribus indigeat, alienam quadam ambiens: videtur & nouo vocabulo καπηλεύζω apud Suidam parabitus designari, velut teredo & cosus mensarum. Neque obliterandum est Hipponactis dicterium, Μασησιδικηγόρους, quo Bupalum dolitem lacerat, tanquam qui implacabilis voracitatis studio, cruus inter cœnandum alui laburram exoneret, vt deplecto ventri nouum opus identidem adhibeat, voce composita à μασάομαι, & δικηγόρος, Quid, quod & Cretes Cynicus parasitos appellare solebat σκεπαρνοκαταπίνους, quasi dicas, ad nutum manducones, quod cooperatos alius, annuere dictus omnibus, ventris causa, necesse habeant.

Cerebrum interius inquirere. 48

Non inuenuste prouerbiali specie dictum est à Fulgentio mythologo illud: Nunc ergo huius mythicæ fabulæ interius cerebrum inquiramus: pro occultiorem sensum, latéque mysterium inuestigare. Qua ratione & Medullam exquirere dicimus relicto cortice, vtrunque ad imitationem Græcorum, qui & φοινικὸς ἐσωφλοιὸς, id est, palmæ arboris cerebrum vocant, quod interius huic est, & ἐντερόκυλλα arboris medullam intestinam. Idem libri. Quo, reiecto mendacis Græciæ fabuloso commento, quid mythicum in his lapere debeat, cerebrum agnoscamus.

† *Medullam exquirere.*

Mandibulis alienis ridere. 49

De risu non vero.

Γναθοῖς γελᾶν ἀγορείοις, id est, Mandibulis alienis ridere. Hinc pene tota Hermanni ætate etiam vsurpatam annotat in Odyss. vicesimum Eustathius, alius quidem verbis, sed tamen eodem planè sensu, nempe ξυλοῖς γελᾶν παροῦς, hoc est, Peregrinis buccis ridere, dicitur autem vitium quoad de risu non vero & animo profecto. Ens nam quæ qui præua natura crispant, aut præ cachinnis moriam, hærentes in re non ridicula risum ciere, Animos mox his ridere. Hinc qui inuiti & vi adacti cum bonis iurant, ἀγορεύειν γναθμοῖς λέγειν, id est, alienis mandibulis clitare & cerniti, tanquam quorum propriæ maxillæ torpeant officiumque suum detrectet, Homerus Odyss. ρ. de vocis loquelæ, quibus inuitarum ac prætemptarum mox pœnas caput luituris, Minerua cachinnum ei excitarit iniecerit, & mente emotos reddiderit ἐγὼ δ' ἔπειτα. id est,

Ille mihi risum mentis quietis iecerat.

Ore alieno edere.

Poterunt hinc prouerbiales in vsum trahi figuræ, vt cum qui extra appetentiam edit, ἀλλοτρίῳ στόματι ἐσθίειν, hoc est, ore alieno edere dicamus: qui inuitus manum operi admouet, ἀγορεύειν χερὶ πίνδαι, alienæ manu quid agere: qui quod nolit aspicit, ἀγορεύειν ὄμμασι δυσχερῆ, alienis oculis intueri: qui difficilius ut in præfanda autem dictis opera, ἀγορεύειν ὦσιν ἀλλοτρίοις, alienis auscultare auribus.

Labris videre. 50

Est & illud prouerbiale, χείλεσι γελᾶν, id est, Labris videre, proco quod est, non diducto ore & vultu libere exporrecto, sed ringentium in modum tenuiter, & quasi in Sardonium risum soluti, qui fieri solet cū mœstitia animi mœrore grauati. Exstat simuliter apud Homerum Iliados decimoquinto,

- - - -

caluam nihil à passiua (iuxta prouerbium) dissidentem, iterum infantis loco habeor.

Hamaxobio instabilior. 53

De homine instabili & incertis semper sedibus notas veteribus commutante, hoc est, qui fabulam vndecunque motoriam agit, dici cõuenit hyperbolen illi Septimij Tertulliani, qua in Marcionem vius est, Hamaxobio instabilior. Hamaxobij, quos Pomponius Mela Hamaxobitas appellat, inter Sarmatas annumerantur, plaustra pro sedibus habentes, vnde illis nomen Græcis ἁμαξα currum vocantibus, & βίος victum: hi semper vagi tantam sedem non agunt diutius, quam pecori pabula abundè sufficiant.

Nauem rectam semper. 54

Extat, ni fallor, apud Aristidem, prouerbialis contestatio ex tragœdia alicunde desumpta.

Σὺ δὲ ἀεὶ τοιοῦτός ἐστιν οἷος ἐμοὶ ναῦν ὀρθὴν παρέσχου. id est,

Neptune, nam te laeta rectam me semper rex sese nauem,

quam ita à poeta quopiam conuertam & vulgatam citat lib. epistolar. 12. Seneca,

Neptune nunquam hanc nauem, nisi rectam.

Apparet dici posse, quoties tectatam & spectatam nostram fidem atque integritatem volumus significare, nihil malitiose aut prauè à nobis actum esse, exempli gratia, si Ecclesiastes probatæ vitæ, integerrimè texisse se ecclesiam suam, quantum in se fuerit, deos hominesque testetur. Alluisse huc videtur Cicero in epistola ad fratrem: Cætera fuerunt in eadem epistola grauiora quàm vellem, ἐμοὶ ναῦν ὀρθὴν.

Theramenes. 55

Versipellis. Theramenes, dicitur de versipelli & in vtramque partem dextro, qui pro re nata nunc harum nunc illarum sit partium. Aristophanes in Ranis,

Τὸ μὲν τοῦτοι φύσιν ἔσχε τὸ μηδαμοῦ ἑστάναι,
Δεξιὸς ἐς ἁπάντ' ἦν καὶ φίλον ἁρμόσαι. id est,

Ad meliora declinare semper, est
Dextro viro, qui natura est Theramenes.

Theramenes Agnonis filius, Isocrates præceptor, è tribu Sterea fuit, magnæ Athenis in republica authoritatis & spectatæ dexteritatis vir, in qua administratione quam egregiè tempori inseruierit, factionibus se applicando, Cothurnus dici cœpit, ὃς τὸ μὲν μέγιστον, ὅτῳ τις ἐπιφορτίζειν δεῖ τὸ σεμνὸν ἦθος τῆς πολιτείας, vt in Nicia scribit Plutarchus, hoc est, propter incertum & nunc in hanc nunc illam reipublicæ partem alternans studium hominis: est enim cothurnus calciamenti genus vtrique pedi congruum, vnde ad Arrij dogma id transtulit metaphoricè Nazianzenus, ὁ κοινὸς καὶ ἀμφοτέρῳ τῷ ἁδρῷ ὑπηρέτης, id est, vtrique pedi communis cothurnus.

Imbrij & Lemnij. 56

Tergiuersatores. Tergiuersatores, & qui sibi conscij iudicium declinabant atque subterfugiebant, cauentes se peregrè abfuisse, prouerbialiter Ἰμβρίους, hoc est, Imbries dici solere annotat ex Ælio Dionysio Halicarnassæo Eustathius, cuius hæc verba citat, Ἴμβριοι οἱ τὰς δίκας ὑποφεύγοντες, ἐπεὶ τινες εἰς δίκην καλούμενοι, ἐσκήπτοντο ἐν ἐκδημίᾳ εἶναι, id est, Imbrij dicuntur qui iudicium subterfugiunt, eo quod aliqui in ius vocati in Imbro abfentiam prætendebant. Idem repetit & Hesychius, sed addit eoidé quoque λημνίους dici, velut absentiam in Lemno prætexentes. Est autem Imbrus Æolica insula non procul à Lemno distita, è regione Tenedi.

Patroclum sub specie. 57

In similes vsus. Πατροκλεῖον σκῆμμα, Patroclum sub obtentu aut prætextu, prouerbiũ dicitur de his qui rei cuiuspiam gratia simulant se facere aliquid, quod reuera aliorsum faciunt: quemadmodum flagrionum vulgus (quos battutos vocat Italia) specie virtutis & vmbra, vitia flagellant sua, alienæ interim pudicitiæ insidiantes strenuè: aut quoliter alium qui laudant, vt suas in eo laudes recitent, atque inculcent, ij Patroclum obtendunt. Est autem elliptica oratio vt plena fit, πρόφασιν σκῆμμα τιθέναι, aut simile quid, hoc, est: Patroclum obtentum facere aut prætexere. Plutarchus in libello Quomodo se quispiam extra inuidiam laudare possit: ὅτῳ δὲ μάλα δεῖ σκῆμμα ἑαυτῷ τοῦτο ἕτερον ἐπαίνους ὑπὲρ αὐτοῦ διὰ πολλῶν προφέρειν σκῆμμα δ' αὐτοῦ δεῖ ἐπαινεῖν ἕτερον: Quapropter diligenter attendendum est nobis circa alienas laudes, ne videamus Patroclum obtendendo, nos ipsos per alios laudare. Occasio adagij ex Homero petita est Iliados decimonono, vbi Briseida necem Patrocli lugentem, reliqua fœminarum turba sequitur, non tam Patroclum, quàm proprias ærumnas deflens, sic enim inquit,

Ὡς ἔφατο κλαίουσ', ἀτὰρ ἐν στενάχουσι γυναῖκες
Πατρόκλου μὲν φᾶσθαι, σφῶν δ' αὐτῶν κῆδε' ἑκάστη.
Sic ait illacrymans, gemitum grex insuper addit
Fœmineus, Patrocli obtenta sua funera lugens
Quæque.

Ita paulò pòst Achille lacrymante, seniorum cœtus etiam illacrymat, memor pignorum domi relictorum: quod Eustathius reddit, οἱ γέροντες κλαίουσι τοῦτον ἀφ' ἑαυτῶν εἶναι δοκοῦντες. Neque enim propter Achillem lacrymis indulgebant, sed memoria recolentes quos parentes, quantum liberorum domi reliquissent. Hinc liquet errare eum qui natum adagium putat è Patrocli cuiusdam moribus, cuius sordes in comœdia traducuntur.

Squilla rubicundior assa. 58

Rubore suffusi, castigati. De eo qui pudefit ac rubore suffunditur vel castigatus vel scommate aspersus, prouerbialis hyperbole extat apud Athenæum ex Anaxandride Comico, Σκιλλῶν καρδίας ἁπάσας, id est, Assa squilla rubicundiores: is enim inducit in Cercio fabula quendam minantem, se alteri offuturum ruborem pro re malè gesta, vt præ assata squilla rubescat, his verbis,

Ἐρυθριάσειν καρδίας ἁπάσας σ' ἐποίησα. id est,

Efficiam vt assa squilla non rubeat magis.

Ita enim ex Eustathio emendanda est Athenæi lectura, quæ male ἁπάντων habet. Atque ita fortassis accipi debet illud Eupolidis Comici in Δήμοις fabula, de facie rubida,

Ἔχων τ' ὀφθαλμὸν ὡς καρδίας μαδηστικόν. id est,

Facies habens squilla rubicunda, assa calcei-pumice, similis.

Sunt autem καρδίαι seu καρδίαι ex eo genere pisciũ quos Gambarus Latini, nos Garneros vocamus, qui elixi aut assati toti rubescunt, prius albicantes. Alia metaphora in rubore vitæ Eliæus cap. duodecimo, Hebraismo dicente vultũ flammarum, pro pudore igneo suffusio, Græcè sonat, τὸ πρόσωπον αὐτῶν εἰς φλόγα μεταβλήσεται, id est, Vultum immutabunt in modũ flammæ.

Pyrrhonia hæsitatio. 59

De ambigue homine, & quorumuis instabilitate. Πυῤῥώνειος ἀπορία, id est, Pyrrhonia dubitatio, prouerbialiter sæpenumero vsurpatur de iis qui nihil certi statuunt atque decernunt, semper ambigui: cui vitio affinis fuit paucis retro annis vir maximi nominis, qui in religionis negotio, rebus controuersis, vix vsquam stabili loco pedem firmat nutabundus, nunc huius nunc illius sententiæ esse creditus. Hinc potius quandam Theramenis dexteritatem affectans, qua feliciter atque ingeniosè sæpenumero eludit, & dum captus veneri putatur, vertio pollice lubricus exibitur. Gaza lib. 2. de temperamentis, ἆρα ταῦτ' ἐστὶ πυῤῥώνειος ἀπορία καὶ ἄπειρος ἀπόρησις, id est, Nonne hæc sunt Pyrrhonis hæsitatio & infinitæ nugæ. Idem libro secundo de naturalibus facultatibus, ἀλλ' ἀπορηματικοί τινες ἐκείνοις καὶ πυῤῥώνειοι ῥήτορες, id est, Sed hæsitatores quidam subito ac Pyrrhonij euadent. Fuit Pyrrhon Elæus philosophus, qui desperata veritatis inquisitione, temerè omnia diu multumque rimatus in singulis hæsitabat, vt idè Galenus in libello ὅτι ἀποτυπώσεις ὑπάρχουσιν scribit, nihilque reuera esse aiebat, sed lege quadam & consuetudine omnia fieri, Laertio teste. Huius sectæ assecla ab authore Pyrrhonij appellati fuerunt: iidem & ἀπορητικοί, quasi supersedentes, quòd cunctarentur ac supersederent quidquam asserere, de quib. Philostratus, πυῤῥώνιοι ἀφορητικοὶ ὄντες, &c. hoc est, aiebat Phavorinus Pyrrhoniorum de rebus diffinire supersedentium quæstiones iudicari posse: ab his ἐποχὴ nomen habuit, quam assensionis retentionem vocat Cicero in Academicis. Iidem & ἀπορητικοὶ siue ἀπορητικοί, à perpetua hæsitantia, vt Ζητητικοὶ quòd considerationibus semper vacent, nunquam inuentione perficiant. Dicti fuerunt & Ζητικοί, quòd inquirant semper veritatem. In horum familiam adoptarunt se Academici, qui nihil affirmabant, & quasi desperata certi cognitione, quodcunque verisimile videretur, sequi volebant, vt in libro de finibus bonorum & malorum inquit Cicero. Idem libro De naturadeorum primo, Prudenter dicit, Academicos in rebus incertis assensionem cohibuisse.

Caluos, aut rasos detortum è Niciæ Epigrammatarij versiculo lib. [illegible]

Τῶν κεφαλὰς ψιλοῦσι τὰς ἀνδρῶν αἱ τυχεῖς ὧραι
Καὶ δρυὸς οὐ λιπαρὰς, οὐδ' ἄνεμος χαίτην.

id est,

Auferit quidam crines, & aput immite do
Quæ nulla est opacæ arboribus erat.

Quid enim quo esse potest magis depile? Huic affine est Petronij Arbitri illud Læuior ære vel rotundo, mo-netam, vt opinor designans.

Tranquillitate caluior. 70

Φαλακρότερος ἀθίας, id est, Tranquillitate ipsa magis caluus, Superiori nó dissimilis hyperbole citatur apud Demetrium Phalerænm, & repetitura Suida, haud dubiè in caluos aut tota cute extritos mulierbiter. Natum inde, quod tempestate crispentur omnia & horreant, quod φρίσσειν illi dicunt, nos etiam in mari fluctibus aspero & ab aura commoto horrorem vocamus: contra in serenitate & ea aeris malacia quam significatius, γλαυκίαν Græci appellant, nuda & quodammodo calua iaceant omnia. Sub eandem classem vocabitur ex Martiali Concha læuior, quum ait,

Læuior es concha Gallæ Cytheriacis.

Sphettius. 71

Σφηττιῶ- prouerbiali scómate vocatur acerbis motibus & virulentè dicax, a Sphettia gentis ingenio, nam ea gens ex Acamantide tribu πικρᾶς καὶ συκοφαντικῆς audiebant, hoc est, virulentè mordaces & Sycophantæ. eo conuitio aperius fuisse legitur Chærephon quidam, vt propter ingenij amaritudinem σφηττιῶ- traduceretur. Aristophan. ὄξος σφήττιον, id est, acetum Sphettium dixit: pro acerrimo ἢ δριμυτάτῳ, vt exponit Didymus, sic enim inquit in Pluto, ὄξει δριμυτέρῳ σφηττίῳ, id est, aceto magis dius Sphettio.

Araneus abundas propter inopiam. 72

Homericus versiculus est prouerbialis Ouysseæ τ. quem Telemachus loquitur interrogans an thorus paternus etiamnum propter collecti inopiam scateat aranearum telis obtusus. sic enim ait,

Χθιζὰ ἀδμητον καὶ ἀράχνιον εἶπερ ἔχουσι. id est,

Horret Arachnæis vacuus jam vinitor ictus.

Volens significare deiectum iacere atque neglectum, nam locis incultis illabulantur aranex. Varius imper. operâ seruorum decem millium pondo aranearum quum collegisset, squallentis vrbis Romæ manifestum testimonium ad posteros tranmisit. Poeta quispiam pacem optans, voto à Deo exquirit ἀράχας νήματ' ὑφαίνειν πᾶσι βροτοῖσιν, vt aranex telas suas armis intexant. Hesiodus in præceptis rusticis ita mandat, Ἐκ δ' ἀχίτωνα ἀράχνια, admonens doctorum esse tatagendum, ne intus nidulentur aranex. Prouerbiali itaque specie dicemus, πανταράχνιος, id est, araneis abundare quicquid incultum deiectumque iacet. Transferetur appositè ad ingeniorum culturam, aut ad interpretum oscitantiam lupinam, qui difficultatibus aut nodosis locis altum agunt silentium, & squallorem quendam conciliant: & Nonius Marcellus & Varro corruptis tot locis descriptorum incuriæ passim πανταράχνια ἔχειν. Ad superiorem versum aliudsile videtur Propertius in tertio,

Putris & in vacuo texitur aranea lecto.

Manus in Aetolis habet. 73

Τὰς χεῖρας ἐν Αἰτωλοῖς, id est, Manus ambas habet in Ætolis, prouerbium est Aristophanis de impudenter petace, aut munerum corruptelæ obnoxio, nam Ætoli populi nomen habere videntur deductum ab αἰτεῖν ἄλλα, quod totum flagitent. Ita Homerus Odysseæ ξ. egenum hominem & mendicum ex Ætolia oriundum non temerè fingit, ad vocis etymon alludens quod est, αἰτεῖν, id est, postulo. Versus Aristophanis est,

Τὰς χεῖρας ἐν Αἰτωλοῖς, ὁ δ' ἐστὶ κλοπιδῶν.

Manus vti aque in Aetolis, at mens in Cropida.

Quod prouerbiale est scomma annotat Eustathius in veteratorem improbum & manuum captatorem, qui & flagitiose manibus donaria elicit, & furaci animo opes inuolet. Est autem paragrammatismus in Cropidis & Cropidis, nam Cropidæ tribus Athenarum nomen est, at Cropidæ ἀπὸ τῆς κλοπῆς, a furto nomen habere videntur. Simili figura vtuntur Itali quum innuere volunt quempiam aurium obsequio seruire. dicunt enim talem ire Placentiam, hoc est, ad gratiam & loqui & facere omnia, quòd Placentia Insubrium ciuitas à placendo dicta esse videatur.

Turtur cantat. 74

De inepto cantore extat prouerbium apud Suidam, τρυγὼν ψάλλει, id est, Turtur psallit aut canit, quamquam apud illum perperam scriptum legitur, ὅτι τὸ ὄνειαρ ἀφέρεται pro ψάλλειν. nam turturum vocis sonus asperior est, & magis naribus strideat, gemitui quam cantui propior, quod τρυγὼν Græci dicunt, vnde & ad odiosam loquacitatem translatum. Hinc Idyllio septimo Theocritus,

Ἀνδρῶν καρυόεν γ' ἀπεμόσσεται ἔτεϊ τρυγόν. id est,

Cantibus coryli & fetu turturis gaudebat.

Potest & ad ineptum inepti carminis scriptorem transferri.

A lineis excidere. 75

Prouerbialiter vsus Tertullianus A lineis excidere, pro eo quod est, ab instituto & propositio aberrare, libro. ducentus Hermogenem, Et hæc à lineis tuis extidisti, quibus circa personam Dei vius es. Translatione sumpta a geometris quæ lineis omnia persequitur, ita concionatorem à proposita materia lætus euagantem, à lineis excidisse dicemus. Sic eloquio, Lineæ multiplicare dixit lib. 4. aduersus Marcionem, propè infinito permanere, nec enim inquit: Puto me nó tam eloquentiæ adhuc huic inuitare, qua dominus neque omnino alium Deum à Christo reuelatum. Frequens item vius linearum specie prouerbij apud hunc autorem est, nam & iisdem dimicare lineis dixit, pro intra certa argumentorum sepia permanere, & in eos inquis præducere, pro certam materiæ legem præscribere & ad lineas & in gradum libro primo aduersus Marcionem, pro, ad propositum atque institutum. & lineis claudere materiam, hoc est, intra quædam argumenta præmere, intra quæ ceu cancellos quosdam coercetus liberior orationis euagatio. Ducta metaphora à certaminum lineis quantúmve lineis, quas intra decerti. & hinc manauit vrbanus locus Catij Scueri, qui aduersus eos qui in diuersa subsilia transeunt, lineam ponebat, vt est apud Fabium: velut obicem certum & præfinitum limitem, quem transgredi non liceat: ridiculum enim est quod Cyrus illud de longum. sinterpretatus. Hodeni spectat & Hieronymi illud in Luciferianum dialogo, I. gradum retro ac lineas regredere. Ab eadem metaphora fluxerunt & hæ loquelæ formulæ apud Ciceronem pro Cluentio, Quintio, Si extra hos cancellos egieri conabor, quos mihi ipse circumdedi. & in Oratore Et quam certare in artium forensibus cancellis circumdatam licentiam. Neque sucutio præterea indoctum est quod annotat Donatus in Eunuchum Terentianam. Longis lineis heri, pro eo quod est, de longinquo.

Lapis molaris. 76

De homine stupido, vecordè & cerebri expertes, ἀφρονίστατον & cerebro vacuum prouerbialiter dicetur λίθος μυλίας, id est, lapis molaris, Plato in Hippia maiore, ἢ ἐμὲ παρακρούῃ λίθος ἢ μυλίας, μᾶλλον ἢ ὅστις ἐστὶ ψυχρὸς ἔχων, id est, Nonne liber quam ille lapis ab aqua mihi, aque molaris, & auribus & cerebro carens. Apud Aristophanem quidam λαὸν, id est, lapis audit, propter vecordiam infinguem & animi stupiditatem, διὰ τὴν πώρωσιν καὶ ἀναισθησίαν, vt exponit Eustathius. Aristides ex Platone, τί δῆτα τὸν Περικλέους ἢ Ἀλκιβιάδην ἐποίησεν, id est, Quid, ni Periclis filij stupidos fuerint. Ita Terentius & Plautus in Mercatore, Egomet credidi Homini docto rem mandare, is lapidi mandauit maximo.

Decumani malorum fluctus. 77

Κακῶν κῦμα, id est, malorum decumanus fluctus. De ingentibus calamitatibus effertur. Mercurius apud Æschylum in Prometh. †Calamitates ingentes.

Ὅσα μ' ἐχεῖ γ' ἐκεῖνα κακῶν κύματα
Ἔσται ἀφύκτα. id est,

Ibi quanta tempestas & mouitabiles
Fluctus malorum decumani me tegent.

Theodoretus lib. De prouidentia 6. ὁ κῆτος σκολιὸς ἔχων ἡρπασε καὶ φερόμενος πανταχοῦ καὶ κύμασιν ὑπὸ μυρίοις ὀπίσθιος ἐστὶ φερόμενος, id est, Opes varius tumultibus & omnigenis curis referte, ac fercentis decumanorum fluctuum generibus, virtuti inhiatur. Ibid. κῦμα τῶν παθῶν, κυμαίνειν ὑπέδυσαν, id est, affectuum decumanis vndis cedere. Nazianzenus in distichis,

Κυβερνᾷ δ' ἰδίων φόβητρα κυμάτων, id est,

Doctus Gubernator decimas vndas cauet.

Plato lib. De repub. quinto, τὸν τὰ μέγιστα ἐν χαλεπότητι τῶν πέλαγος ἐπιόντα, id est, posteaquam vix euasi binas disceptationum vndas, nunc maximum difficillimúmque veluti decumani fluctus vorticem superingeris. Idem in Euthydemo, σῶσαι ἡμᾶς ἐμοῦτε καὶ τὸν μειράκιον ἐκ τοῦ κυμάτος τὸν λόγου, id est, seruatos nos velis me pariter & adolescentulum è disputationis decumano tantùm non impetu. Clemens Alexandr. in pædagogo, ἐνδύεται εἰς βυθὸν ἀκαθαρσίας ταῖς τῶν ὕδατος τοῦτο μιας ὑπεκχεομένοις, id est, Corpus immergitur in profundum turpitudinis, adobrutum quibusdam decumanis temulentiæ fluctibus. Τοσμιον tempestatem volunt esse grauem, qua tres vndarum cumuli in vnum coeunt, quam Graphicè describit in epistola ad Euoptium Synesius, Latini decumanum fluctum nominant. Lucianus in libello De mercede seruientibus, πρὸς τρικυμίας καὶ ζάλας καὶ ὀκέλους, id est, Decumanos fluctus, procellas, naufragia. Plato in Euthydemo, δείμῳ δὲ τῶν ξένων, ὅπερ διὸ πόρρω ὑπεκλιλούθουν, τοῦτο ἡμᾶς, μᾶλλον καὶ τὸ μειράκιον, ὑπὸ τῶν τρικυμίας τοῦ λόγου, id est, Obtestatus hospites veluti ἐπιβάτους Dioscuros inuocans, qui nos (me videlicet & adolescentem) è decumano sermonis fluctu seruatos velint.

Euannas ad omnem auram. 78

† *De mobili & inconstanti.*

Ἀμμωνος ἐς πᾶσα αὔρην, id est, Euannatio ad omnem auram, prouerbiali schemate vocatur à Nazianzeno leuitas & mobilis animi inconstantia, qua sententiam vnam in omnia flectimus & ad diuersa applicamus, vbi indicat Arrianus verbum illud, πρὸς ὁμοιον, id est, simile, plurifariã obtendi & in diuersa trahi. Respexit ad præceptũ Iesu Siracidæ quod cap. 5. extat in hæc verba, μὴ λέγε ἐν παντὶ λόγῳ, καὶ μὴ πορεύου ἐν πάσῃ ὁδῷ δυσὶ, id est, Ne euannes ad quemuis rectum, nec quamlibet insistas semitam. quo admonemur fugiendam esse futilem illam leuitatẽ, qua citra iudicium & rationis pondus cuiusuis rumusculo accedimus, opinioni omni fidem deferimus. Vulgatæ etiam iactatur prouerbium non multum ab hoc abludens, de leuibus, Chlamydem omni vento obuertit.

Statua viatores omnes intuens. 79

Gregor. Nazian. eodem in loco in funerali oratione Athanasij, prouerbialiter, statuam viatores omnes intuẽtem, ait pellat symbolum aut dictum aliquod diuersimodè interpretari quod possis, & quod speciosis argumentis in hanc & in illam sententiam deflecti & ad diuersa accõmodari queat. Verba eius sunt, ἀφ' ὧν πάντας ὁρῶντα τοὺς παριόντας οἶκον, id est, effigies aut simulacrum cunctos viatores aspectans.

Ἐξορχεῖσθαι. 80

† *Arcana in vulgus edere.*

Ἐξορχεῖσθαι & ἐξορχήσασθαι, quod ferè sonat extra templi vestibula choreas educere, prouerbiali tropo vsurpatur pro arcana & reticenda in vulgus edere, publicique ea iuris facere. Dionysius Areopagita initio operis de Hierarchia ecclesiastica, ἀφ' ὅρα ὅπως μὴ ἐξορχήσῃ τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, id est, caue ne sancta sanctorum eliminet, hoc est, prophanis qui mystica nolent parum tempestiuè communices. εἰ μὲν δὴ καὶ αὐτὰ ἡ ἄχραντος τῶν ἀτελεστῶν ἱερουργία, id est, conseruando ea intacta & impolluta plebeiis. Clemens Alexandrinus Stromatum lib. 1. δεῖ μέγας ὁ κίνδυνος τοῖς ἀφροντίστως τὰ ὄντως φιλοσοφίας λόγια ἐξορχεῖσθαι τοῖς ἀφανῶς πάντα ἐξ αὐτολήκυθοι ἐθέλουσι καὶ οὐ δίκαι, id est, Magnum namque periculum incumbit iis qui mera illa germanæ philosophiæ arcana effutiunt apud eos qui citra delectum temerè quidvis contradicere parati sunt. Idem in protreptico, Τί δ' ἐὰν καθελόμενος τὸ μυστήριον, ὃ ἐξορχούμαι δὲ ὑμῖν ἀλληγορίαν λέγων, ἀπογυμνώσω δὲ ὑμᾶς τῶν γοητείων τῶν ἐπικεκαλυμμένων αὐτοῖς, id est, Quid si pandam tibi mysteria, non veluti saltatione ludicra ea eliminabo, quod Alcibiadem fecisse perhibent, sed tibi denudabo præstigias omnes in illis abstrusas. Synesius lib. de prouidentia, Ἀλλ' ἀλλαχοῦ γὰρ ὕδη μόνον καὶ τὸν ἀρρήτων ἐξορχούμεθα, id est, Cauendum enim nunc est, ne quid arcani eliminemus. Idem alibi in epistolis scribit sẽ ἐξορχήσασθαι παλίγκοτα, hoc est, antehac inaudita prodidisse. Rursus in Dione, οὐ μέντοι ποθῶν ὁ Δίων ἐξορχήσασθαι τὸν ἀρχαῖον ῥητορικὸν, id est, Nec enim tantopere Dion antiquorum rhetoricam publicam fecit. Tatianus Assyrius martyr, ἵνα μὴ ἐξορχήσωμαι τὰ παρ' Ἕλλησι μυστήρια πλημμελῶς, loquitur de Diagora Melio, quẽ ob proditum in vulgus mysteriorum fidem Athenienses quouis supplicio dignum cẽsuerant, propositis occisori magnis præmiis, vt indicat Aristophanes. Aristides in Eleusinio, ὦ κακῶν ἐξορχησταὶ καὶ μυστῶν, ὦ τὸ ἄφατον φράσαντες, id est, O vos qui indignè mysteria euulgatis, ô qui infandã retegitis. Idem alibi, καί τινα ὧν ἐξορχοῦμαι δρόμος ἐμοῦτε τὸ ἱερὰ, id est, ita quodammodo extra limen choreas produco, qui haud initiato sacra reuelo. Lucianus libro De saltatione, πολλοὶ ἐξαγορεύοντες καὶ μυστηρίων ἐξορχηταὶ λίγειν οἱ πολλοὶ, id est, Mysteriorum eliminatores, vulgò ἐξορχητὰς dicimus. Parrhesiades apud eundem in pileatore, ἐάσατε δ' μεμυημένον ἰδὼν ἐξαγορεύοντα ἢ τῶν θεῶν τὰ ἀπόῤῥητα ἐξορχούμενον, id est, Si quem initiatorum conspicatus deorum arcana publicantem enuntiantémque. Demosthenes aduersus Androtionem ἐξορχήσασθαι, extulit de famoroso, qui solemni in pompa saltans in fugam se coniecit, id enim illi obiecit de ipsius patre. οὗτος ὁ πατὴρ ὁ σὸς ἄχθου αὐτὸς αὐτῷ πεδὰς ἐξορχούμενος ἀπέπεσεν τὴ πομπῇ, id est, Siquidem tuus pater hanc fugã elapsus est in Bacchanalium pompa, cum ipsis compedibus desultans. Moris enim erat solemnibus in festis captiuos solui, peractis illis iterum in carcerem contrudi, vt Vlpianus interpres annotat: Androtionis autem pater peculatus reus, vinctus licèt, effugerat. Diuersum hinc est ἐκχορεύσαι, quomodo Herodotus & ex eo Athenæus referunt Hippoclidem Atheniensem ambientem Clisthenis Sicyoniorum tyranni filiam, ἐκχορεύσαι τὸν γάμον, id est, à nuptiis excidisse indecoro tripudio: quod factum recensens Plutarchus libro de Herodoti malevolentia, sic scribit, ἀνεῖλε μοι καθάπερ ἐπὶ τῆς τραπέζης ὁ τὰς σκέλας χρησάμενος ἀντὶ τῶν χειρῶν τοῦτο πρᾶξαι, οὐκ ἂν ἐξορχούμενος τὸν γάμον, οὐ φρόντις ἐστόμαχος, id est, Viuetur mihi sicut Hippocides ille qui in mensa cruribus manuum vice micabat, sine gestu vlabatur, dicere potuisse veritatem in propatulo non efferendo. Non est curæ Hippocliden: id enim hoc loco significat ἐξορχεῖσθαι: Erasmus vertit ita, postquam à veritate desultauit.

Minis occidit. 81

† *De vana minarum.*

Τοῖς ἀπειλαῖς ἀπέκτεινον, id est, Minis occidere, prouerbialiter dixit Cretinus lepidissimus poeta, de vana interminatione, qualem ostentãt quibus mars est ventosa in lingua, vt canit Virgilius: verba eius è Bubulcio fabula hæc leguntur,

Καὶ σκιὰν τὴν σφαῖραν σκιομαχῶν,
Ἀπειλητικαῖς χερσὶ κτείνων. id est,
In vmbram pugna dimicans vmbratili,
Interficis minis.

Priorem versum expressit ita Virgilius in Æneide,

At cælum terrisque minis.

Est autem σκιομαχία vmbraticam & ludicram pugnam edere. Hermias, ἡ δ' ὑμετέρα φιλοσοφία σκιομαχεῖ μᾶλλον ἢ τὰ τῶν ὄντων ὑπόκειται ἔχει, id est, At decantata illa philosophia in vmbra dimicatur potius, quàm rerum scientiam præstare potest. Aristides, ὡς ἀληθῶς σκιομαχῶ ἀναγκάζεσθαι, id est, Reuera in vmbra pugnare me cõgunt. & alibi, σκιομαχῶ μὲ ὧν οἶδ' ὅτι δὲ, ἀκούσῃ οὐ γὰρ εἰφρανεῖ τὸ λεγόμενα οὐχ ὅσιον, id est, Scio vmbratilem pugnam mihi esse ciendam, quòd illi, ad quos tẽdet oratio non edita.

Anguilla in strigmento. 82

† *Homo lubricæ fidei.*

Ἔγχελυς ἐν ῥλαυῷ, id est, Anguilla in strigmẽto, de lubricæ fidei homine dicitur. Anguilla per se lubrica est, nec facilè manibus stringitur, multo magis si strigmẽto olei vuido, quod ῥλαὺν vocant Græci, imbuta sit. Extat apud Simonidẽ in fabis, ὥσπερ ἔγχελυς ἐν ῥλαυῷ, velut anguilla in olei strigmento. Simile illi est quod ex Aristophanis Σκηλάδιον, fabulæ nomen est, citatur ab Athenæo, λεῖος ὥσπερ ἔγχελυς, id est, Instar anguillæ lubricus.

Cyceon. 83

† *De re perplexa.*

Κυκεών, id est, Cyceon, prouerbiali figura accipitur, pro confusione rerum turbulenta, ἐκ τοῦ κυκᾶσθαι τὰ πράγματα, & pro indigesto quodam Chao. Licebit & libellum aut epistolam è variis argumentis consarcinatam, Cyceonem vocare: Quin & conturbatorem qui sursum ac deorsum omnia miscet κυκεῶνα non inconcinnè appellari posse annotat Eustathius. Synesius in epistola

epistola ad Theophilum, ἐξ ὧν τὰ ἅπαντα κυκεὼν ἐγένετο, id est, Ex quibus cuncta erant cyceon, hoc est, micellanea & confusa vox omnia coluderat. Idem ad Euoptium, ἐξ οὗ θάλασσα πᾶσα ἐγένετο, id est, mare cyceon factum erat, hoc est, turbidis fluctibus commixtum erat undique. Theodoritus libro De providentia primo, ἐπὶ ἡδοῖς τοῖς παρ' ἑαυτῶν μυθεύμασι κυκεῶνα κατασκευάσαντα, τὸν ἀνθρώπινον νοῦν τῇ ἀληθείᾳ τῶν θείων ἀποκλείσαντα, id est, Poetica phalanx mendacia iucundis fabulis permiscens & quasi cyceonem quendam concinnans, inebriauit homines errore late patente de multiformibus diis. Fuit autem Cyceon confusanea liquorū potio, cuius mistura caleum, melirecens, & farinam recipiebat; vt docet Athenæus libro vndecimo. Cinnum putatur dixisse Cicero in libro De oratore. Geza ex Aristotele confusam potionē & commixtam vocat. Arnobius Cynum reddit libro 5. aduersus gentes, nisi in scriptura hic vitium, vbi de Cerere loquens, Sitientique, inquit, ardori oggerit potionem Cynum, cyceonem quam nuncupat Græcia: quod ex Orpheo mysteriorum descriptore tráitulit, apud quem Ceres,

Δῶκεν δ' αἴολον ἄλφι ἐν ὑγροῖσιν ἐόντα.

Quem versum sic conuertit ibi Arnobius,

Inde manu poculum sumit, ritúque sequente
Perducit totum Cyceona lacta liquorem.

quò spectat & initiatorum symbolum, quod rogati in sacrorum sumptionibus respondebant κυκεὼν ἔφαγον, κύκεων ἔπιον, κίστην ἐκ νέου, id est, Arnobij verbis, Iejunus atque ebibi cyceonem, è cista sumpsi: sic enim illic legendum est, pro, extra. Meminit cycleonis Homerus apud quem Iliados vndecimo Hecamedæ cum apparat, ait enim, ὄφρα οἱ κυκεῶ, pro κυκεῶνα: & Epiphanius in compendio de fide catholica, κυκεῶνα ἀκράτῳ κεκραμένον. Cyceon poculo concinnatus. Hinc metaphoricè παίγματα κυκεῶνος dicitur qui, Dijs more, perturbat omnia. hic Aristophanes Periclem ζεύγνυσι τὴν μεσογείαν, οἰκτείρων τὴν Ἑλλάδα dixit, quod Cicero, fulgurare, tonare, permiscere Græcium. Byzantius ad Proverbij audem tantulit, quem ait imitatione Periclis fulgurare quidem & tonare in orationibus, ἔκκαιδεκαπήχεις δὲ καὶ οὐκαιῶν τὴν Ἑλλάδα, id est, non tamen commiscere & colligere Græciam.

Faber cadit cum ferias fullonem. 84

Arnobius lib. 6. aduersus gentes, tepidum vsurpat adagium, quo vti licebit quoties ingruentibus immerentem plecti aut perstringi, velut si quis per ridicula, expolita muris ædificia lateritia catechumenus imprudenter è medio tollat. eius verba sunt, Nonne illud est quoto, quod in vulgaribus proverbijs dicitur, fabrum cadere quum ferias fullonem? Elegantes ad vsum trahi poterit hoc pacto, si quis Ruellij opinionem de herba quapiam flagellare volens inciter Fuchsium etiam aut Dodonæum, Rembertum erroris conuincat: nitre enim quadrabit dictum iamugo, dum alter fullonem sentit, fabrum simul concidere. Finitimum huic est quod apud Athenæum Philyllius Comicus in fabula quæ πλοῦς inscribitur, extulit,

Ὁ, τί δ' ἐν τῇ
Μάγειρος ἀθύμως, σκυτοτόμῳ λαβὼν
Πλαγάν. id est,
Quicquid coquus
Deliquerit, cædi flagris tibicinem.

Eubulus in Leda,

Μυκησάμην δ' ἐγὼ τὸν ἐκ τοῦ
Οἶκον μὲν ἀφ' ἑαυτοῦ μαγείρους ἐκμιμήσεις,
Τοῖσδε δ' οὐκ ἐπιτρέψω. id est,
Ecastor audiui meum olim me dominum
Tibicinem cæd, quos coquus peccauerit.

Sannas. 85

† *Stolidus & fatuus.*

Sannas proverbialiter vocatur homo fatuus & ingenij stolidi, à Sanna quodam mogerone stulto & caudice. Crationis enim Comici est Ἰδεοτιδεῖς τὰτται, Theodotidem Sannam, de quo alicubi ita in modum loquitur,

Ὁ δ' ἀνὴρ ὁ Σάννας ἄρτος προσλαβὼν, ὃ δ' ἐστὶ λόγον βαλλόμενος. id est,
Ait ipse Sannas hic, more suo, se vt ego, panem lucrasse.

Aut fortè ab Asiana gente Sannis, quorum Arrianus in lustratione Ponti Euxini & Procopius meminerunt, qui corrupta voce Tzanni postea vocitati, barbari homines & propter ruditatem & inscitiam pro insipidis & bardis habiti. Refertus ab Eustathio Odyss. 5. ex Aristophane grammatico. Rhinton Tarentinus poeta σανναζων, fatuum hominem nominat. Eiusmodi Sannæ non pauci in Comœdijs traducuntur, inter quos Matitides qui vltra quinque numerare non poterat; & Petro patente edilus Prætextatus, quod & de Margite recensent Zezes, neque hyemem attingere annus fuerit, veritus ne rem matri illis prodiret: item Mammathytus, & Polyorus qui ductos dipumerabat, & alius quispiam qui hydriam vacuam capiti loco pulmarij appositam, quum durius offenderetur, paries eam impleri, quo mollius fomenti vice illi incubaret. & Athæus quidam nomine καλλικὼν per antiphrasin a mētis præsentia dictus; item Corybus Mygdon Phryx genere, qui sociorum postremus Priamo se adiunxit, qui vndecim numerum nullum, aperi tribus digitis numerans, sed recurrens iteratò ad vnum, duo, tria, vt Zezes indicat: denique & Margites opulentissimis ortus parentibus, vt author poetæ est; Homero adscripti quod ab illo Margites dicebatur, inamabilis, qui ducta vxore non prius veneri libauit, quàm illa in thalamis parentum sanctiam se ostendens, curari vultus prius posse negasset, quàm illi loco rerum ipse admouisset, non immeritò Margites a μόρος, hoc est μωρὸς dictus, vt Eustathius Odyss. 5. annotauit. Is cadè ciuile censeretur & Acco fatua fuchsina, quę clauum spongia identidem pulsabat.

Leo prius, nunc leporem agit. 86

Λεὼν πρίν ποτ' ἦσθ' ὁ πρὶν δ' ὄψιμος λαγώς. id est,
Ferox leo eram, lepores nunc ante agam.

Senarius est proverbialis in eos authoris, in hominem delicatum, qui priſtinam ferociam exuerit, id quod ijs ferè accidere videmus qui cum paupertate, magnas opes, cum mendicitate, opimum sacerdotium, commutarunt, hi namque ad lubenda arma & pugnas intrepidi prius, nunc mollitie inuaque enervati, in otio delitescunt, & bucchica arma tractare malunt potius. Huc spectat illud Galeni lib. De prænot. τὸν ὑπολειπόμενον λαγὼ βίον ζῶν ἀντὶ πρότερον λέοντος, id est, Metuentem leporis vitam viuere, semper trepidum ac pauidum quippiam spectantem. Dion in oratione de gloria, ἐγὼ δὲ τὸ μὲν λέγειν, λαγὼ βίον ζῶν, id est, Ac iuxta prouerbium, leporis vita viuens. Antiqui λεοντας, id est, leones viros strenuos appellarunt; ita Lycophron tauriformem ταυρόμορφον λέοντα, id est, truculentum leonem dixit: Qui Calaber Achillem κρατερὸν, λεοντα, id est, rigidum leonem: & Euripides Orestem ac Pyladen λέοντε δύ' ὀρείω, id est, geminos leones. Eodem referendum est Chabriæ dictum. φοβεῖται γὰρ ὁ χαρακτὴρ τοῦ λέοντος ἡγεμόνος, ὅ λάτταν ἔχω, hoc est, Formidabilis est seruorum ingenio dominus leone, quam leonum, seruo, quod Aristides refert. Euripides à Deo cuilibet animanti vitam in genere attributam esse naturalem dicit,

Τί τοῦ θεοῦ δ' ἐν λεοντὸς ἁρπαγὰς πλέον,
Καὶ τ' ἄλλα πάντα ζῶσι τῶν μὴ θηρίων
Ἐδαγχ' ἑκάστῳ τῆς φρενὸς μέρος φύσει,
Ἀνοσίας οὐ λαγχάνει ἐνὸς μόνου,
Θεοῖσι πολλὰ ἐξεύρεσ' αἱ πάντες αἱ λαγὼ. id est,
Quid, quod? remiscens tendiculis quercus seruas
Nos atque cuncta animantia, sine ocyus
In genere singulis naturam vnam dedit,
Cunctis leones prædis sunt robore,
Formidinem pœnæ omnes simul sepsisse.

Indoctus pater suum erudit. 87

Πατὴρ ἀδίδακτος παῖδα νουθετεῖ. id est,
Mentis, suum compos pater gnatum vetuit.

Senarius prouerbialis apud Cæcilium Alexandrinum in Protreptico, ἐξαίρετον δὲ τὸ παροιμιῶδες ἐκφωνῆσαι ἔφασκεν, πατὴρ ἀνοήτου παῖδα νουθετεῖ, id est, Illud commendat prouerbiale illud, Insanus pater. Quasi diceret in cuiusquam dictorem docere velit: aut vbi quempiam malo consultore vti insanientem. Illud non multum abludit illud Sophocleum,

Ἀνὴρ ἄναλκις δεσπότην παρὼν. id est,
Præsens virum imperitum corripuit.

Vbi ἄναλκις ἀνὴρ vocauit indoctum hominem, quòd eruditio genuinæ sint animi opes.

A calvo vsque ad calvum. 88

Dion Cocceius libro 58. refert Caligulam Cæsarem *Promissus &*

Sint discriminē.

spicatum semel ingentem nouorum, aliorúmque captiuorum tubam præcepisse prouerbiali dicterio, omnes a caluo ad caluum trucidari. Græcè est, Πάντα κείρειν, καὶ τὸ φαλακρῷ μᾶλλον τοῦ φαλακροῦ πάντας αἴνιττεσθαι φαλακρίας. Quem locum ita reddit Suetonius Tranquillus. Nullius inspecto elogio a caluo ad caluū duci imperauisse, hoc est, promiscue et sine delectu omnes: neque enim plane est, quod Hermolaus Barbarus ex Dione hāc in modum interpretatur, hoc est, quicúque inter duos forte calnos ex tribus ante se constitutis aderant, laniandos bestiis rapi vice pecudum mandasse, quæ carius vendebantur. Adagij vsus est quoties ſignificamus neminem excludum aut prætermittum.

Sit ars delicijs subdita.

Argiuos exarmat oraculum. 89

Citatur à Plutarcho in eo quem *Seruio* inscripsit, separatis prouerbij vice ab ipso vsurpatus,

Τὸν Ἔξαρμα τῶν Ἀργείων νόμον. id est,

Exarmat Argiuam gentem hoc oraculum.

Accommodari poterit quando significamus argumento quopiam valido, aut syllogismi ariete deiecti atque euersi quæ per se firma antea & certa videbantur. Videtur è Tragico quopiam desumptum. Exarmare propriè bestias dicimur, quando vngulis aliáve armamenta contra hostilem iniuriam à natura illis concessa demimus, ne nocere queant. sic Plinius exarmare acclamationem tropicè dixit, pro infirmare eam & conuellere.

Καπνοπραίτης. 90

Impensè parcus vel parasitus.

Καπνοπραίτης, hoc est, fumum olfacere, parœmiacè dicitur sordidus homo & impensè parcus, vt annotat Eustachius Iliados nono: aut etiam parasitus qui nidore alienæ culinæ mensæve ducitur, qualem nostra ætas Tamisium Romanum, inter gulæ proceres meritò adnumerandum tulit, qui subodoratus ingentis Vmbriæ (qui piscis maximis in deliciis habetur) caput ad Triuultios in Capitolium esse perlatum, eò conuolat simulato clientelæ officio prandiúm captaturus: quod à Triumultis dono missum Cardinali Riario, tagaci naue persecutus, illuc coniecit: hinc ad Sáleuernum Card. mox ad Chisium pecuniosissimum publicanum, ab hoc ad amicam delatum honorarium munus, indefessis pedibus, anhelo tametsi corpore propter obesitatem, superante molestias omnes gulæ ardore, vique eo auidè coniectatus fuit, vt deterso pudore omni, mensæ iconti ignoti ignotus ipse adiunxerit se, eíque tantis ludibrijs sectatæ nidore pertractus: quam historiam libuit hoc loco appositè recensere, vt & fumi culinarij vim ostenderem, & adagionis vsum exemplo non iniucundo commonstrarem.

Turbinem felix prospecta. 91

In prosperis aduersa prospiciunda.

Ἐξ εὐτυχοῦς λαίλαπα. id est, Turbinem prospecta felix existens. Citatur ex Varronis Menippeis a Nonio Marcello. Quum res sunt maximè secundæ, tum de aduersa fortuna præcipuè timendum est, quemadmodum nautæ licet prospero fereque vento oram soluant, ad manū tamen, aut saltem præparata aduersus tempestatem, si fortè ingruat, instrumenta adminicularia habere debent, ne malo cedere cogantur. Sapientis est infortunijs se ante parare, quam opprimant. Simile huic est illud Paulini, Qui stat, videat ne cadat. Nō abludit hinc Vectij Volentis responsum apud Cor. Tacitum, quum metueret à Claudio Ostiæ agente, Aspicere se tempestatem ab Ostia atrocem, quum de Messalinę adulteriis quæstionem atrem futuram innuere vellet cunctis in aurem dormientibus. Ἔξοψις autem ventus est procellosus, quam à cæs qualitatē, ἐξ ὄψεως, id est, ab impellendo. Affine est illud.

Κακὰ δὲ κακὸς ὃς πλεόνων τὰ δεῖν' ὁρᾷ. id est,

Extra malum existens, pericula prospicit.

Amaris pharmacis amaram bilis proluitur. 92

Ἰατροὶ πικραῖς πικρὸν χυμὸν φαρμάκοις χολῆς, id est,

Medici amaram amaris pharmacis bilem eluunt.

Seruatus est integer cum hoc alterius, ex Sophocle sumptus, vt indicat Plutarchus in libro de facie in lunæ orbe apparente &c. meminit & in libro De animi tranquilli ste. ὥσπερ οἱ τοὺς πικρὰ χολὴν πικρὰ χολὴν φαρμάκῳ πικρῷ, ad exemplum medicorū Sophocleorum, qui bilem amaram amaro pharmaco eluunt. Competit vbi res nobis est cu morolo & difficili homine, cuius improbitatem animi aperitate tragendam esse videamus. Inuitissimum est illi, Cum Crete Cretizadū. Allusisse huc videtur Symmachus in epistola quadam. Plerunque amara hausiu ad salutem valet, & lucet stillibus affecta refouentur. Quadrabit etiam vbi asperioribus verbis iuuenilem audaciam, aut calidum facilisque castigandum esse indicabimus.

Mulgens hircos, sanguinem ducit. 93

Παυλεῖ αἷμα χιὼν δίδυμον, τρέφει πρόβατα,

Ἀλλ' ἀνδρὶ γάλακτος, αἷμα δὲ πτηνὸς τροφή. id est,

Mulgere & hircos, si velis, passer potest.

Sed sanguinis prò lacte saluatus fuerit.

Leguntur apud Nazianzenum hi senarij prouerbiales, qui salubriter monent, non esse exugendos subditos, vt ad vitalis vique sanguinis fontes descendatur. Conuenit cum Tiberij dicto. Tondendum esse pecus, non deglubendum, quod Æmylio Recto, Ægypti prætori, grauiora cōsuetis vectigalia imperanti rescripsit, quod his verbis expressit Dion lib. 57. πρόβατα μου τὰ ὑποχείρια, δεῖ με κουρεῖσθαι βούλομαι, id est, Tonderi meas oues, non radi volo.

Canis clanculum mordens. 94

De simulatore ac fraudulento.

Κύων λαθόμορδος, id est, Canis clanculum mordens, Prouerbium de simulatoribus, qui beneuolentiam & ludium suum ore prædicant, clam insidiantur & detrahunt, & dolum blando risu prætexunt. Citatur alicubi à Suida iambicus talis,

Σαίνων δάκνουσι γὰρ κύων λαθόμορδοι. id est,

Palpando mordes, clam canis dentem imprimens.

Alluſit huc Ruttarthius Odyss. 18. obtrectatores nominans, λαθόμορδοι ἐλεγχίνους, id est, in modum clancularij canis mordentes. Laguntur apud Laertium poetæ cuiuspiam verba, hypocritæ insidias cauendas esse admonentis, πρόσεχε δὲ καὶ ἀνδρὶ ἑταίρῳ, ὅρα μὴ κρυπτὸν ἔχῃ ἐν στέρνοις κραδίην, φωνῇ μὲν τερπνὸν ἐπιστομίῳ, ἕλκοντα δὲ δόλον χαλεπὸς ὑπὸ μάγματι φρενὸς ἐχέμυθος, id est, Cautè obtestans quemlibet virum, vide ne occultum corde gerēs mucronem, nitida te fronte compellet, atque os bilingue ex atris præcordijs tonet.

Mensura aquam bibens. 95

De lurcone.

Μέτρον ὕδωρ πίοντι ἀμήτρως μᾶζαι ἔδοντι. id est,

Immodice potat & sympsum modum nescienti quæ.

Versus oracularis qui in prouerbium abiit, de lurconibus & comessatoribus, qui se cibis vinóque ingurgitāt, aquæ potum vel adeo nihil inlumentes. Natum ex oraculo Sybaritis edito, quos immoderatus luxus Crotoniatis debellatos subiecit.

Crocum in Ciliciam. 96

Εἰς κιλικίαν κρόκον, id est, In Ciliciam Crocum, prouerbiale est in eos qui cumulatè merces eò cōportant, vbi magna ēt earum affluentia, aut qui diuitibus optima munera largiuntur: Citat Suidas, ὡς ἄγγελον ἄγειν δῶρα εἰς κιλικίαν κρόκον, id est, in Aegyptum deferre fruges, in Ciliciam Crocum. Cilicia croci fœtura abundat apud Coryeum Ciliciæ vrbem & in Tmolo monte, vnde Virgilius in Batrachis,

-cilicio croceus educitur arvo.

& in Georgicis,

Nonne vides croceos vt Tmolus odores Mittit.

Respondet adagio nostrati, in Norvegiam asseres comportare, quòd ea regio admodum nemorosa lignis abundantissima sit.

Morsimi versus quis describi ipserit. 97

Ἡ μορσίμου τίς ῥῆσιν ἐκγράψει λάλου; id est,

Quis verba Morsimi velit describere?

Adagium quo vtemur quum quid putidius ineptiúsque esse indicabimus, quàm vt editi aut etiam prælo excudi mereatur. Suidas annotat dici ὅταν πρὸς ἀπόβλητον καὶ ἐξίτηλον, hoc est, de contemptis & rancidis infamibusque. Morsimus Athenensis poeta fuit Tragicus, admodum frigidus, cuius tragœdiam canere in deuotionis cuiuldam loco ponit Aristophanes, vt idem illi sit explodi, quod Morsimi versus edi cere.

Pisandri galea & supercilium. 98

In audaces.

Πισάνδρου λόφος ἢ ὀφρύς, id est, Pisandri apices galex & supercilia. Quadrat in Thrasones qui supercilijs & galea tenus formidabiles sunt, & conflictus nescio quos & duella crepāt, vt Plautinus ille Pyrgopolinices facit, quum tamen tales potiùs principia sint, Terentiani illius militis more, timidi atque imbelles. Pisandri timiditas etiam prouerbio locum dedit: is procero corpore

corpore fuisse scribitur, sed supra modum meticulosus, vnde & Asinus Cnidius cognomento fuit dictus: vtebatur autem galea tribus conis & apicibus insigni, speciosisque armis, vt vel ea parte fortitudinis nomen aucuparetur. hic Miles gloriosus apud Plautũ clypeum splendidiorem vult esse, quàm solis radij sunt, vt oculorum aciem hostibus præstringat. Extat adagium apud Aristoph.

Dicelistes. 99

Cavillatores. Δικελίστας siue Δικηλίστας, vocant Græci cavillatores & dicacitatis affectatores, qui alium quempiam in scommatibus imitantur, vt Apollonij Rhodij interpretes annotant, à Δίκελον, quod proprie sit Iouis assimilis effigies, & abusiuè quæuis similitudo. Eustathius Odyssex p. Δικηλίσκους vocari dicit frigidos quosdam vocabulorum mimos & affectatores, qui non contenti vsitatis vocibus, nouas fingunt, exempli gratia, medicos σίκτας quasi saginatores nominant, sepiam σκυθρωπίλαν velut retrotorquentem, quod atramentum in cauda latens excernat in metu: gallum ὀρθολαιχὸν velut pipionem autoræ indicem: hirundinem κιτλαδὰν quasi garritricem, quæ omnia etiam apud Athenæum legas in decimoquarto. Quin & Lacones Dicelistas Comicos & Mimos vocabant, velut imitatores personarum & effictores, quos φλυάκων Sicyonij, Thebani ἰθύφαλλους, alij αὐτοκαβδάλους & ἰξμβυρ, Itali φλεάκους vocabant, vt Iliad. 1. scribit Eustathius ex Athenæo. Ex quo coniecto lapsum fuisse Lilium Gyraldum virum certe doctum, in historia poetarum φλυακοχάφον exponens eum qui cortice scribit, malens interim immutata genuinæ lectionis fide, loco illius substituere φλυακοχάφος, quod nugarum scriptorem significat, proinde φλυακοχάφον putoesse quem etiam Mimographum dicimus.

Verborum affectatores.

Duro flagello mens docetur rectius. 100

Σκληρᾷ δὲ μάστιγι παιδαγωγεῖται κραδίη. id est,
Duro flagello animus pædagogus instruit.

Sententia monostichus proverb aliis apud Greg. Nazianzenum: solet ita vsurpari in rebus humanis, vt periculorum magnitudine cautiores plerumque reddamur. Est & vulgo nostrati nihil in ore frequentius isto adagio, Graues casus docent rectissimè.

ADAGIORVM HADRIANI IVNII CENTVRIA SEPTIMA.

Caris loco habere. 1

Cautumthis.

Ἐμοὶ δέ μοι ὡς Κᾶρες εἶσιν, id est, Mihi Caris vice habetur. Achillis sunt verba stomachabundi, quibus suum erga Agamemnonem stomachum detegit, nihili illum se facere ac vilissimi mancipij loco habere, disertè professus. Ammonius & Neoptolemus glossematij ea verba exponunt, pro, ὡς μισθοφόρῳ τάξει τιθέμενος, hoc est, mercenarij militis illum loco habeo: merè siquidem audiebant, vilitatisque nomine traducebantur Cares Bœotiæ populi, quòd primi stipem militiæ fecerint, veluti venalem auro vitam prostituentes, peculióque sese mancipantes, vel ante bellum: quomodo exponit Suidas illud, ὡς Κᾶρες ἔσιμεν τάξει, id est, Caris vicem obtinebat, hoc est, æra merebat. Appion grammaticus scribit parum rectè Cari Agamemnonem æquari, quum id potius in Achillem ad præmia pugnantem competere posset: deinde tametsi Cares æra facerent, attamen Troiani belli temporibus, vel etiam ante Homeri ætatem id non accidisse, ac proinde Caras pro stipendiarijs ab Achille agnosci non potuisse. Quid, quod non Cares, sed Arcades veriùs ea nota inusti legantur, vt apud Philostratum, quod mercenariam in bellis locarent vitam: vnde Pausanias in Messenicis scribit Lacedæmonios Græcorum primos pecunia corrupisse Arcadum regem & stipendiarium sibi fecisse. Dionysius quoque Milesius in Nęma de Chęronensi clade. τὴν δὲ ἡλίωσιν, inquit, καὶ, τὸν ἀριθμὸν τῶν φονέων. Græcorum calamitates Arcadiam alunt. & iterum, τῶν κεκτημένων ὅσοι τὴν μισθοφορίαν ἀφεῖσαν ἀρχὴν πολέμου φέρεσθαι, id est, Qui iudicant propositam esse Arcadibus belli nuncupationem ad merendum stipendium. Appion, cuius antea meminit, adducit ex ipsius nonnullorum veteriorem, vt ipse putat, qui vnica dictione ἴσκαρες scribunt, qua significatur, quasi Agamemnonem pluris nihilo fecerit, quam vile istud reptile. Quam sententiam seruari etiam autumant alij, si vel diuisis vocibus ὡς Κᾶρες legas, hoc est, φθηνός. Rursus sunt qui priorem illam compositionem ἴσκαρες retineant, & exponunt ἴσκαρ cerebrum, cuius esus apud Athenienses abominandus habebatur, ac propterea vetitus fuit, vt dicat Achilles, se haud aliter detestari regem, quàm nonnulli cerebrum. Cui sententiæ suffragari videtur & Plutarchus in Sympoſiacis dum ait, Quia prisci cerebrum intactum reliquebant, ea de causa putatur Homerus illud extulisse: Τὸν δὲ μυελὸν ἴσκαρον αὖσε, cerebrum ea voce denotans: solebant namque eum detestatione porricere atque abominari cerebrum præsertim porcinum, quod etiam gustasse pinaculum erat, ex opinione philosophorum, qui perinde de censebant, esse cerebrum & fabas arrodere, & capita non parentum modò, sed & aliarum spurcarum ac profanarum rerum. Apollodorus Atheniensis, vt cerebri detestationem exaggeret grauius, Athenæi testimonio addit ne nomine quidem tenus appellare cerebrum veteres voluisse: ac propterea Sophoclem in Trachiniis, vbi Lichan puerum Hercules in mare porricit, non cerebrum nominatim, sed λιπὴν μυελὸν, id est, candidam medullam illud dixisse, ad euitandum infaustæ vocis omen, versus eius hic est,

Veteres ne quidē cerebrū nominabant.

κρύπτει δ' λιπὴν ἐκ κόνεος μυελόν.

Euripides item de Astyanacte alibi inquit,

—ἔνθ' ἐκγελᾷ
Ὀστέων μάλιστα φόνῳ, δι' αἰχμὰ μὴ λάβῃ. id est,
Illinc renidet ossibus fractis cruor,
Ne infanda dicam.

Cæterum diligentissimi quique scriptorum, illud ὡς κᾶρες ἔσιν & legunt & interpretantur ὡς κακὸς μιᾶφ (quæ locus depravatus est in Hesychianis codicibus) hoc est, non secus quàm mortem, vt idem planè sit, Τὸν δὲ μοι ὡς κακὸς αἶσα, & quod ab eodem poeta alibi dictum,

Ἐχθρὸς ἐμοὶ κεῖνος ὁμῶς Ἀΐδαο πύλῃσι. id est,
Non secus ille mihi exosus, quàm limina ditis.

Arcades mercenary.

Vtitur proverbio Synesius ad Anastasium, ὃν οὐ πᾶς μάστιξ ἐγείρει τὸν ὄκνον, ὡς καρὸς μιᾶφ ἐπιτρέπων, id est, Apud quem vt quisque est modestissimus & placidis moribus præditus, ita Caris loco habetur & despectus. Annotatum est ab Hesychio κεκμαῖος compositæ dictione vocari contemptos vilèsque homines, aut etiam qui alios mercenariam operam præstãt, quod à Caribus istud primum in mores dimanarit.

Bibliotheca animata. 2

Homo spectatæ doctrinæ.

Proverbiali tropo dictum est illud ab Eunapio Sardiano, βιβλιοθήκη ἔμψυχος ἐν θεσπεσίων μουσῶν, id est, Animata bibliotheca & viuum Musæum. Dici consuevit de homine valde erudito, & qui velut ex professo de omnibus respondere, & inexplicabiles autorum nodos dissoluere possit, tanquam ex secretiore Musarum adyto cuncta depromens. Loquitur autem de Longino Cassio Porphyrij præceptore, Λογγῖνος ἡ βιβλιοθήκη τις ἦν ἔμψυχος καὶ περιπατοῦσα μουσεῖα, id est, Erat Longinus bibliotheca quædam spirans & viuum Musæum: Sic enim malo reddere, quàm vt Græcè sonat, obambulans Musæum. Simili loquendi genere Isidorum ἔμψυχον κίονα ἀσκητῶν dixit Nicephorus Callistus, hoc est, institutis monastici animatum columen: & Nazianzenus martyras nominat ἐμπνόους στύλας, quasi spirantes columnas propter viuidæ fidei singularem constantiam. Porrò Μουσεῖον, id est, Musæum mensa fuit Ægyptia ad quam cũctis, quos tota passim Ægypto

celebres eruditio faciebat, aditus patebat, ita enim scribit Philostratus de Milesio Dionysio loquens; quem ab Hadriano Imperatore ascriptum fuisse equitum ordinibus & iis qui in Musæo alebantur dicit, subiungit, τὸ βουνοῦν ἐκ πραίτης αἰχμῆς ἐμπεπλῆσθαι καὶ ὑπὸ τῶν τῆς φιλολογίας. Idem de Polemone scribit quod illum Hadrianus κατέλεξε τῷ τῶν μουσείων κύκλῳ εἰς τὸν ἀγῶνα τάττων, hoc est, Allegit circulo Musæi vt Ægyptiaco more illic alerentur: ex quo colligo Musæum apud Ægyptios fuisse, quod simile apud Athenienses πρυτανεῖον Prytaneum, in quo viris bonis & de repub. præclarè meritis victus quotidianus publico sumptu præbebatur, vt ex Cicer. discas, qui honos erat vel maximus: vnde Plutar. vix alio nomine Luculli magnificentiam laudat magis, quàm quod doctis viris ædes ipsius Prytanæum quoddam fuerint, sic enim inquit: ἡ γὰρ οἰκία ἦν πρυτανεῖον ἑλληνικὸν ὑπ' οἴκου τῶν αὐτοῦ πάντα φιλανθρώπων. Vtitur & Synesius in epistola ad Orũ, οἱ δὲ ἀμφὶ Θέωνα τὸν ἀνδρῶνα, ἢ ὃν μᾶλλον εἰπεῖν πρυτανεῖον, id est, Vereè philosophantibus hæc derogatur, Cænique in loco habentur. *Prytaneum.*

Gubernatori somnolento ne benefacito. 3

In Suidæ Collectaneis adagiũ istud legitur: μηδέποτε ὑπνώττοντι κυβερνήτῃ φίλον, id est, Nunquam vicium cani, aut somnolento gubernatori benefacito. Admonet prouerbium inutiliter non esse contumendum beneficium, vnde vel ad te nihil reditурum sit fructus, vel præsens detrimentum expectandum. Vicini canis bene pastus redit ad priorem dominum. Gubernator somno deditus maximo periculo & fortunas negotiatoris omnes & vitam ipsum exponit.

Cedrus cecidit. 4

Ὀλολύζετω πίτυς ὅτι πέπτωκε κέδρος. id est,
Plores pices quòd cedrus cecidit.

Adhortatio ad modestiam.

Potentiorum ruina documentum esse minoribus modestiæ: admonentur enim contrahere vela, quibus res sunt minus validæ, quando fortunis exuuntur & de statu suo deiciuntur magnates. Salomon similiter ait: Quum cadit impius, metu concutitur iustus. Cedrus arbor est longè reliquarum omnium procerissima, vnde prouerbialis illa locutio apud Nazianzenum in Stephanotis: τὸν ὑψηλὸν πεύκων ὄντα καὶ κέδρων καταβαλεῖν, id est, Fastigium lupeæ cedros & deiectionem in nihilum. Idem in Monodia Bas. ἐφῦν ὄρη καὶ κέδρων ὑψηλῶν ἐπιβῆναι, id est, Increscere supra montes & cedros. Psalmista, εἶδον ἀσεβῆ ὑψούμενον καὶ ἐπαιρόμενον ὑπὲρ τὰς κέδρους τοῦ Λιβάνου, id est, Vidi impium eructum & exaltatum, vt Cedros montis Libani. Apollinarius in metaphrasi Psal. 18

φωτὶ Σταμίνιον σπερμήνας ἔθλασε κέδρος
Ἀθανάτου κέδρου Σεπτὰ κλάδεσσι πεσούσης. id est,
Comminuit cedros diuinus semine proceras,
Illæ cedros Libani validas confregerit vnas.

Aliena in miseria cruciatum proprium metit. 5

De eo qui ex aliena dolet.

Prouerbium istud conuenit in eos qui necessariorum aut amici miseriæ spectatores, animo inde non leue voluptas concipiunt: vel qui dum alienam miseriam leuare satagunt, ipsi periculis se inuoluunt. Nazianzenus in apologetico, Ἐν ἀλλοτρίαις συμφοραῖς ἰδίας καρποῦσθαι λύπας οὐ φιλανθρώπου ψυχῆς, id est, In alienis ærumnis proprios metere angores. Eusebius lib. 10 eccles. histor. de Christo loquens, οἷα τις ἰατρῶν ἄριστος τὴν τῶν ἀνιάτων ἔνιοις συμπάσης ἀρρωστίας ἀφεὶς δρέπεται, Σκύθαν δ' αὖθις, ὡς ἀλλοτρίαν τὴν ξυμφορὰν ἰδίας καρπούμενος πάντας. id est, tanquam medicorũ princeps quispiam, quo ægris medeatur horrenda videt, ac tetra contrectat manu, & alicuius miseria, proprium cruciatum metit. Medici nàque dum curandæ aliorum valetudini operam dãt, ipsi interim non sunt immunes, quippe qui labores, molestias, periculis, ceu tributum quandam messem ex alienis malis metant, anxij de salutate ægrorum, omniáque euoluentes, vt & honori suo consulant, & circa ægros intẽtum animum nihil relinquant. Locus est apud Hippocratem in libello De flatibus: ὁ μὲν γὰρ ἰδίῃσι ἰρίοισι τὰ ἀγαθὰ ἐπιμετρέεται ἀνθρώπῳ, ἢ τὰ ἀλλοτρίων ξυμφορῶν ἰδίας καρπούμενα λύπας. Vbi quum dixisset eam nonnullas authoribus suis laboriosos esse, sed vtentibus proficuas, quòd nimirum in communi quidem prosint omnibus, ipsas exercentibus verò molestiarum affatim exhibeat, subiungit, ex eorum numero esse artem medicam, quippe (inquit) medicus & horrenda cernit, & molesta contrectat manu, malisque in alienis, proprias molestias ceu fructus percipit. Quid enim molestius esse potest, quàm gemitus & suspiria audire ægrorum, fœtores, excrementa, sordes, sæpe cum magna nausea inspicere, ne dicam olfactare? quid grauius, quàm querimonias, malo non è vestigio cedente, non ægri modo, sed & affinium cognatorúmque perpeti? quid laboriosius, quàm vltro citróque commeare, labores subire, noctes insomnes ducere, medio è somno excurbari? Sed heus, quo prouehens orationis impetu? quid non profuturam querelam in arte qua profiteris pia ac sancta effundis? Meminit & Zezes in omnigena historia, hoc modo, ἐπ' ἀλλοτρίαις ξυμφοραῖς, ἰδίας ἀρυμνὰς λύπας, id est, Alienis in ærumnis, propriarum molestiarum messem facere. *Medici dolor ex alieno dolore.*

Pra Nili cataractis. 6

Πρὸ τοῦ νειλώου καταῤῥάκτου, id est, Præ Niliacis cataractis, de vehemente eloquentia. Suidas de Chrysostomo, τὴν γλῶτταν αὐτοῦ καταῤῥεῖν ὑπὲρ τοὺς νειλώους καταῤῥάκτας, id est, Dum lingua eius vehementius præcipitat quàm Niliaci cataractæ. Ita Zezes νειλώους ῥοιζους, id est, Nilea fluenta, vocat orationem fluuiam & vberem, à natura amnis Nili agros omneis fœcundos reddentis pastinantisque. Artemides in Rhodiaco refert ad ingentem & inauditum fragorem ac strepitum: αἴτιον δ' οὔτε τοὺς ὑπὲρ Αἰγύπτου καταῤῥάκτας, οὔτε τὸν τῆς θαλάσσης ῥοῖζον, οὔτε σπινθῆρας πυρώδεις, οἷσι ὅτι μάλιστα ἔοικε πατάσσειν τὸ πεσὸν ἐκ τοῦ νέφεος ἐκπύρωμα ἢ κεραυνός, id est, arbitror neque Cataractas supra Ægyptum, neque oceani salebrosum littus, neque ignita quæ nubibus erumpunt fulmina, neque etiam quicquid maximè inter homines instrepit, huic malo & fragori comparari posse. Cataractes locus dicitur in Nilo, vti per arduas & excisas plurib. locis rupes Nilus influit & vires suas concitat, ac occurrentibus saxis fractus perque angustias eluctatus cadit cum ingenti circumsitorum regionum strepitu: vt lib 4. natural. q. scribit Seneca, eúmque loci accolæ gentes propter magnitudinem sonitus, sensu audiendi carere, vt inquit Cicero in Somnio Scipionis. De eo ita Plinius libr 5. Nouissimo catarractæ inter occurrantes scopulos non fluere immenso fragore creditur, sed fuere. Est autem catarractes limitaneus terminus Ægyptum ab Æthiopia separans, vt apud Heliodorum Æthiopum declarat Hydaspes rex. *De vehementi eloquentia.* *Cataractæ quid.*

Equus sessorem rapit. 7

Ἵππος τὸν ὀπισθάγειν, id est, Equus sessorem, subaudi ἁρπάζει, id est, abripit. Prouerbiali figura dicitur, quum orationis impetu abducimur, & in aliam diuertimus materiam. Gregorius presbyter, ἐπειδὴ ὁ λόγος συνεπαρθεὶς τὸν ἡνίοχον καὶ διὰ τῆς ἵππου τὸν ὀπισθάγειν τοῦτον εἰς πολὺ τῆς κατὰ χεῖρα βασιλείου τῆς μακαρίου, id est, Orationis cursus dicentem, veluti sessorem equus, in laudes B. Basilij abduxit. Horatius etiam oratione equo assimulat: & Græci ἵππον vocant orationem numeris additiciam, quod quasi equo inuecta sublime spiret.

Abaridis sagitta. 8

Ἀβαρίδος οἰστὸς, id est, Abaridis sagitta, de velocibus dicitur, vt & Pegasus, Nazianzenus in funebri Oratione Basilij, τὸν γὰρ ἀβαρίδος οἰστὸν τί ἂν λέγοιμι τὸν ὑπερβορείου, ἢ τὸν ἀχαιῶν πτανὸν, οἷς ὁ θοὸς ἐκεῖνος καὶ ὑπὲρ ἄρκτον φρασθεὶς, οὐκ ἤδη τὸ σεμνὸν ἐκεῖνο ἀείσεται, id est, Quid Abaridis Hyperborei iaculum recenseam, aut Argiuum Pegasum, quibus non tam studio fuit per aerem volare, quam nobis ad Deum mentes attollere. Abaris Scytha fuit Scuthæ filius, qui oracula Scythica composuit, & è Scythia in Græciam Athenas legatus venit, memoratúrque, inquit Suidas, eius fabulosum iaculum è Græcia ad Hyperboreos vsque Scythas deuolauisse. Licebit in vsum hoc modo vocari, si dicamus non Abaridis sagittam celerius deuolasse, quàm alicuius literæ ad nos commearint. Elegantissimè Nazianzenus in epistola ad Basilium: ὑπόπτερος εἶ καὶ μετάρσιος, καὶ τῷ ἀβαρίδος οἰστῷ συμφερὴς φανῇ, id est, Ariete tu & sublimipeta, & qui vna cum Abaridis iaculo per arduas raptaris: istud dici conueniet festiuiter in astrologum, aut in peregrinantem, maximè si pernicibus veredis celeritate auectus fuerit. *Abaris qui.* *De velocitate.*

Circa montis radices versari. 9

Περὶ τοῦ ὄρους πεποιῆσθαι τρίφωλα, id est, Circa montis radi- *Qui in vilibus locis hæret.*

radices hærere dicitur prouerbiali figura, qui ad præcipua artis alicuius capita & mysteria non aspirat, sed in triuialibus & vulgaribus inhæret. Nazianzenus in Monodia Basilij τὰ περὶ τοὺς σκοποὺς τῶν ὄρεων τριφόμενος, τὰς ἄκρας κατανεύοντας, ἀλλὰ τοῖς ἐγγὺς ἐφιέμενος, ἀφέντας τὸ μέχρι τῆς βαθείας πίλαγος, id est, Adhuc versatur ad montis radices, a cacumine abstinentes, adhuc fretum transmittimus, relicto profundo & ingenti pelago. Concionator qui lacte & quodam iucundioris disciplinæ pulmento tenellas mentes & rudem populum nutrit, nondum altioribus imbutum, apte dicetur, περὶ τοὺς σκοποὺς τρίφεσθαι. Idem in carminibus metaphoricè dixit, ὑπὸ σκοποῖσι γάμοιο, Sub connubij radicibus, pro, imitus. Dicuntur autem σκοποὶ montis imæ radices, vnde in acciue assurgere incipit.

Certum præsidium, seu eloquitia robur insidium.

Arma Achillea. 10

Ὅπλα ἀχίλλεια, id est, arma Achillea, prouerbialiter pro certissimo præsidio, & haud dubia ope seu potius pro inuicto eloquentiæ robore accipit Philostratus in Sophista Polemone χειροτονῆσαι μὲ πρεσβείαν ὑπὲρ τῆς Σμυρναίων, οἱ ἵνα ἔχωσιν ἀχίλλεια τὰ ὅπλα παρ' αὐτοῦ, id est, Delectus vt pro Smyrnæis legationem susciperet, vim persuadendi quæ in Scopeliano erat, quasi armaturam quandam Achillis postulauit. Eius vsus est quum alienam viri docti eloquentiam optatus, aut patrocinium principis quod ab iniuria malenolorum nos tueatur: quemadmodum Patroclus Achillis armaturam flagitat apud Homerum Iliados. π. vt Troianos falsa armorum imagine deceptos bello absterreret. Porrò sententiam superiorem aliquantulum obscuram idem Philostratus dilucidiorem reddit in Scopel ano his verbis. ἐχειροτονήθη δὲ ὁ σοφιστὴς, ὅτε πορεύεσθαι ἔσπευδεν, ἀξιώσαντος αὐτὸν τῶν ἐγκλητικῶν τινος, εἰδέναι ἔφασκε καὶ οἱ τὴν ἐπιστολὴν πέμψαι, καὶ ἀξιοῦν αὐτὸν ὅσα τῆς ἀκολασίας, ὅσα δὲ μὴ ὑμεῖς τὰ σὰ πάντα διαπράξεσθαι, αὐτὸς ὑμᾶς ἐάσειν. id est, Habito decretu decreta fuit Polemoni legatio, eius muneris tyroni, itaque ille quod bene verteret precatus, popposcit sibi adesse Scopelianum persuadendi vim, illámque in corona circumstantium hominum amplexus, hoc versu compellauit,

Indugere meis humeris aptarier arma
Nunc tua si mereor.

His enim verbis deprecatur Achillem Patroclus, vt armaturam ipsius impetraret. Eustathius eo in loco annotat illum versum vsurpari posse, quum quis consensum alicunde & adminiculum quærit tum verbis tum factis.

Excipientes oratio vel scriptio.

Vomentum in numero. 11

Vomentum in numero esse dicuntur prouerbiali specie, quotquot non modò extemporaneam dicendi leuitatem sequuntur, quæ cruda pleraque & indigesta effutit, in primoribus solum faucibus, non in pectore nata: verumetiam qui chartis illinunt, quicquid mustæus ingenij malè fermentati feruor ebullierit, quum scripta fingi oporteat vt fino more, & lima addita expoliri. Aristides Smyrnæus, quum M. Antoninus fama viri commotus ipsum multis differentem gestiret, dixisse legitur, τίμιον σοφίσματα ἡμῖν αὔριον ἀκοῦσαι, οὐ γὰρ ἐσμὲν ἐπὶ ἐμέσμασιν, ἐπὶ τοῖς ἀκροάσεσιν. id est, Hodie proponito, & cras audito, neque enim vomentum numero sumus, sed exacta cura elaborandum, quod à Philostrato in Sophistis traditum est, & à Zeze repetitur. Idem Philost. in Fauorino iudicij iacturam interponens de oratione quadam falsò illi attributa, sic inquit, ἀλλ' ἐπὶ αὐτὰ μεμακὼν φορτισμάτα μᾶλλον ἢ ἐμέσματα, id est, Quin existimamus eos esse lusus adolescentis cuiuspiam temulenti, seu potius vomentis. Ita Cicero probri loco recenset Marci Antonij orationem ab ipso scriptam de ebrietate euomuisse. Synesius in Dione, vbi ait istos qui sibi indulgent in stylo cæca & subitaneæ patere, subiicit, οὐ γὰρ ὁπόταν τὸν ὕπνον λόγον, ὅτῳ καθ' ἡμέραν ἐπιῶν ἀκάλυπτος, id est, nec enim incubando tenet intus orationem, cui quotidie vomere necessum est: sit námque enamides stylus & ἄκιτος, qui non congrua temporis mora dictionem eliminat, imò, quod in fœtum maturo solet accidere, abortit, eóque fieri assolet vt abortus eiusmodi in habitum abiens nihil partæ vitale & integrum ac diuturnum. Huc spectat Stylig oratoris dictum, οὐ βούλομαι ὑμῖν συντίλλειν ἔκτρωμα, id est, Nolo ego conscribere quæ festinatio præcipitauit.

Qui alios accusant ipsi reprehensione digni.

Fures ipsi accusant. 12

Οἱ φῶρες αὐτοκατηγοροῦσιν, id est, Fures ipsi insimulant, aut accusationem intentant. Aristides aduersus eos qui taciturnitatem ferinam in ipso criminabantur, αὐτοκατηγοροῦσιν οἱ φῶρες ἐν τοῖς ἔργοις ὅσοι τι τοιοῦτο ὑπὸ τῶν λεγόντων, οἱ αὐτοκατήγοροι τοὺς φῶρας, οὐκ ἄλλως ἐμοὶ δοκοῦσι γιγνώσκειν. ὅταν γὰρ οὐδὲν αὐτοῖς δόξωσι τῶν μελόντων ἢ τῶν ἀκροατῶν σκοπεῖν, πῶς οὐ τὰ αὐτὰ τούτοις ὑπὲρ ἑαυτῶν ὑπολαμβάνουσι, ὅσους αὖ ὁρῶσιν ἐκείνους, ὥσπερ ἐν ὕπνῳ πολὺν καθαρὸν φλέγματος μύσαντες λόγον τὸ φαινόμενον ἐκ τῆς, id est, Antehac ignorabam quid sibi vellet vulgo quod dici solet, Fures ipsos accusare: nunc verò intelligere id mihi videor, nam quum illi quos æquum foret ad studiorum exercitamenta & audiendas declamationes conuenire, ea postposita cura, causantur neminem esse qui declamet, quomodo non animaduertunt propriã vecordiam in alieno vitio? quemadmodum si quis radiante solis iubare occludat oculos, negétque lucem existere. Conuenit dici in istos qui suam ipsorum culpam, friuolo prætextu excusant, & quum ipsi iustæ reprehensioni subiaceant, in alios crimen deuoluunt: Tales sunt morosi quidam, qui clamitant non esse concionatores verbi, quum nusquam ipsi pedem domo efferant, quo sacris concionibus interfint. Potest & alitenin vium vocari hoc modo. Insimulas me neglecti officij & proteruiæ, qui tuos penates non inuiserim illic iter faciens, quum tu ipse accusandus eo nomine venias, qui prior hac parte impegeris, nimirum iuxta prouerbium, Fur ipse accusat. Non raro vsuenire solet, vt qui manifesto criminis tenetur, priores accusandi partes suscipiat, vt suspicionem offensæ eximat, integritatémque mentiatur.

Rei alicui indigni se immiscentes.

Herculis adem mulier non intrat. 13

Γυνὴ εἰς ἡρακλέους οὐ φοιτᾷ, id est, Mulier Herculis ædem non ingreditur. Quadrat prouerbium in eos qui rei alicui indignè manus miscent & attrectant, velut si profanus cerdo ad altissima sacræ philosophiæ mysteria, illota mente irrumpat: quadrabit & in indignos & administrandis reip. muneribus neutiquam aptos. Natum opinor à veterum religione, quæ fœminas Herculis indigetis fano excludebat, velut Dei illius opprobria, ob seruitium Omphale Lydorum reginæ præstitum: quemadmodum viris non dabatur accessus in Bonæ deæ templum. Citatur à Suida.

Frustra laborantes.

Rete inflas. 14

Δίκτυον φυσᾷς, id est, Rete inflas, prouerbium est in incassum laborantes, qui te nete rem impossibilem aggrediantur. Quid enim stultius, qui vanior labor, quàm rete foraminosum vento conari distendere? Extat & istud in Suidæ dictionario.

Senex loquax.

Senex, vox & umbra. 15

Menander Comicus apud Stobæum,

Τί δ' ἄλλο, φωνὴ ἢ σκιά γέρων ἀνήρ. id est,

Nil aliud est, quàm vox & umbra vir senex.

Habet hoc senectus vitij, vt natura sit loquacior, quod non dissimulat Cicero. Potest & prouerbiali dicterio distringi in senem garrulum, qui viribus effœtus sola lingua iuuenilem vigorem mentiatur. Euripides in Æolo,

Γέροντες οὐδὲν ἐσμὲν ἄλλο, πλὴν ἔχλαι,
Καὶ κῶμ', ὅταν δὲ θρόνους μεμπόμεθα. id est,

Nos quod aliud Senes quàm garrius sumus,
Spectesque sola, & somniorum respimus
Simulacra quædam.

Idem in Hercule furente ait senem aliud nihil esse, præterquam γλώσσης ψόφον, hoc est, linguæ strepitum.

De fur ali.

Hydrargyro furacior. 16

Ὑδραργύρου κλεπτότερος, id est, Hydrargyro furacior, seu argento viuo, est enim hydrargyros, quod argentum viuum nominamus, Chymistæ Mercurium, quod & ille furtorum magister, & epitheto etiam φῶρες, id est, furis apud Græcos notus fuerit: Paræmiæ origo eò refertur, quòd viuum argentum cuncta quæ fusilia sunt recipiat & in se rapiat: vel quia vt fures potissimum insidiantur auro, ita & argentum viuum cæteris ferè metallis vt ignobilioribus, ipsi innatantia, reiicit, at aurum veluti mero quodam dominio sibi vsurpat ac possidet, sordes tantum illius expuens. Adagio vsus est eleganter Io. Zezes præsulum sui temporis sordidam auaritiam notans,

Ὑδραγωγοὶ δὲ εἰσὶ κατάβροχοι τῶν κακῶν. id est,
Eurotores, siue sunt hydragyro.

Vuida vita. 17

Delicatè viuendi genus.

Τρυφὴ βίου. id est, Vuida vita Prouerbialiter apud Græcos fluxum atque delicatum viuendi genus, popinonibus vsitatum: (quanquam & ad lasciuiam extendatur à nonnullis) occasione sumpta à pinguedinis argumento, quæ in humiditate consistit maximè, quippe carnium molem humectiorem molliorémque obtinentibus obesulis. Alexis Comicus,

Πῶρας ἐπιθύμουν ἅπαξ βίου καθεῖν,
Ὅτ' πάντες οἰόμενοι ὀνομάζουσιν τρυφήν. id est,
Optabam ego gustum capere vitæ illius,
Quam vulgus vuidam omne passim nominat.

Crobylus Comicus apud Athenæum.

Ἡ τοῦ βίου τοῦ σοῦ τρυφὴ μ' ἐκφέρει,
Τὴν ἀσωτίαν γὰρ ὑγρότητα τὴν φορτικὴν λέγει.
Vita tua vuiditas nimis me perculit:

Helluationem namque vuiditatem nunc appellitant nonnulli. Philon Iudæus libr. De vita contemplatiua, ὑγρὸν γὰρ ἡγοῦνται βίον ἅπασι βλαβερὸν, id est, Vuidus & effusus victus omnibus ex æquo mortalibus est inimicus. Plutarchus in Lucullo & Cimonem parè fuisse ὑγρότητα καὶ δεξίωσιν ait, hoc est, æquale propinandi studium. ὑγρὸν καὶ τρυφερὸν alicubi in epigrammate legitur pro vuido ac delicato. Clemens in pædagogo, ποικίλην ἐσθῆτα περὶ τῷ σώματι φορεῖν τὴν ὑγρότερον, id est, eiusmodi amictus corporis ilium repræsentat delicatius. Hesychius ὑγρὸν exponit τὸν ἀκόλαστον καὶ πρὸς ἡδονάς, voluptatibus deditum.

Summis auribus insidet. 18

Perfunctoriè audientes.

Quod perfunctorie auscultamus, quódque difficulter credimus & cum auriũ fastidio, ἄκροις οὖν ἐφίζάνειν, id est, Summis auribus insidere specie prouerbiali dixit Philo Iudæus libro De vita theoretica, ἵνα τὰ ἄκροις οὖσιν ἐφιζάνειν, φησὶ δι' ἀκοῆς ὅλῃ ψυχῇ ἔρχεσθαι καὶ βαθέως ἐνηρεῖσθαι, id est, Quæ non primoribus auribus insidet, sed per aures in animum penetrat & firmiter immoratur. Consimili modo dixit Seneca, Summo animo inhærere, pro ἐπιπολαίως, & leuiter.

Ne ad Adonia quidem. 19

De contempto homine.

Quum doctrinam alicuius ita eleuamus, vt ne in trivialibus quidem & rebus communibus, talem doctorem deposcere nobis dignaturi simus, vti licebit Cratini lepidissimi poetæ versu è comœdia quæ inscribitur Bubulci,

Οὐ δ' ἀπ' ἀρχῆς εἶπε·
Καὶ δίδασκον, εἰ' ἄξιός ἐστιν ἀδώνια. id est,
Quem ne dignor quidem
Doctorem habere vel sacris Adoniis.

Adonis autem sacris, quorum meminit Macrobius & Lucianus, nihil stultius excogitari potest, quæ præter fœmineos planctus vix aliud religionis cultúsue diuini vestigium habuerunt, at lactymæ & lamenta, quibus omnia stultè permiscebant, fœmineo generi paratissimæ sunt opes. Extat apud Athenæum. De Adonidis horto dictum est abunde ab Erasmo, cuius meminit eleganter Nazianzenus formam muliebrem illi comparans.

Κῆπος Ἀδώνιδος ἦν τὸ κάλλος ὑπερβαλλόμενος. id est,
Gratia iamnunc est ipsius Adonidis hortus.

Neque defraudat neque marginem excedat. 20

Οὐ μήτε κενοῦσαν μηδὲν ὑπὸ χεῖλος βάλῃν. id est,
Vt nec defraudet, neve excedat marginem.

De moderatione & temperamento.

Senarius versus quem paræmiæ nomine adducit Hesychius, & habere moderationis temperamentique significationem annotat. Sumptum à venditoribus æquitatem & modum in mensuris obseruantibus, ita vt neque concutiant metretem vt excidat quod mensum est, neque tantum affundant quod superfluat & margines excedat. Græci vocant κεκομμαγμένον in mensura delaudare aliquem, quod improbi institores faciunt, vnde & κεκομμαγμένοι dicuntur metaphoricè vulgi impostores, apud Aristophanem. At χεῖλος proprie labrum denotat, & per translationem supremam oram æque marginem cuiuscunque rei. Hesiodus de Pandoræ dolio, ἔνδον ἔμιμνε πίθου ὑπὸ χείλεσι, id est, Continuit se intra dolij labra. & ὑπόχειλα vocant quod eo vsque plenum est vt superfluat, vt ὑπόχειλος quod infra margines non vsquequaque mensuram implet.

Hirundo ætatem loquitur. 21

Indubitatum euentus declaratio.

Ἡ χελιδὼν ἡ ὥρᾳ λαλεῖ, id est, Hirundo ætatem loquitur, Aristophanis interpres in Equites fabulam, eo loco, οὐχ ὁρᾶτ' ὀρθὴν χελιδόνα χειμῶνος, id est, Nonne videtis? noua hirundo: admonet prouerbium esse mutilum, sed integrum tale esse, Νέα χελιδὼν οὐκ ἔαρος ἀρχή, hoc est, Noua hirundo veris est initium. Erasmus noster, interpretis verba ita accipit, vt paræmiam perinde valere scripserit, quasi dicas, initium veris: hanc paræmiam imitatus est Philemon Comicus,

Ἡ μὲν χελιδὼν ἦρος ἐστὶν ἀγγελος. id est,
Ætatis hirundo est nuncia.

Quadrat prouerbium in artificiosa coniectura, quum indicio non vano indubitatum de futuris euentum æstimamur: verbi gratia, si visa fuerint in freti angustiis catascopia prædatoria quæ mari insidiari incipiant, belli futuri ea sunt præludia, nempe ἡ χελιδὼν ἡ ὥρᾳ λαλεῖ: aut si dicamus sororiantes puellæ mammas, nubilem ætatem loqui, nimirum hirundo illa veris est primordium alioqui Νέα χελιδών, id est, nouam hirundinem nõn inconcinnè puto vocari posse eum, qui noui quippiam licet vetus, opinione tamen hominum nouum, adferat: quemadmodum hodie multa noua inuenta iactitant, quæ vel planè vetera sint, vel è veteribus pendeant saltem: veluti hirundo naturæ lege aut obseruatione hominum semper ver prænunciat à primordio mundi semper nouum, cum anni nouantis initio.

Noua hirũdo

Chalanes turris. 22

Improborum consilia.

Χαλάνης πύργος, id est, Chalanes turrim prouerbiali tropo vocat Nazianzenus concilia bulum improborum hominum, diuersa in aliorum perniciem machinantium, vt in oratione funebri in Athanasium habita, loquens de Arrio qui vrbe honestissimis studiis claras, hæresi sua famosas reddidit, ὅτι τὸν χαλάνης πύργον, ὅτον τὸ κρίμα φασὶν, ὅτι τε δεῖ τοῦτον τὸν σοφιστὴν ἑκάστῳ ὀνομάζειν, id est, siue is cœtus Chalanes turris, siue Cataphæ concilium, siue aliud quippiam vocari debeat: & iterum in Monodia Basilij, τὸν χαλάνης πύργον κατὰ μὲ οἰκοδομούμενον, κατὰ δὲ λυόμενον, id est, aut Chalanes turrim malis incœptis ædificatam, malóque exemplo euersam, Chalanen regionem arbitror fuisse in qua turris Babel condita fuit, adductus Esaiæ testimonio cap. decimo, οὐ ἕλκων τὸν χεῖρα τὸν ἐπὶ τοῦτο βλαστῶν καὶ χαλάνης ὁ πύργος οἰκοδομήθη, id est, Nonne occupauit actionem supra Babylonem ac Chalanen positam, vbi ædificata fuit turris: pro quibus verbis nescio [illegible] fingere.

Quid cothurnus cum clava. 23

De rebus incongruis.

Τί κόθορνῳ καὶ ῥόπαλον ξυνάπτετον. id est,
Quid conuenimus cothurnus & clava.

Verba sunt Herculis ad Bacchum apud Aristophanem in Ranis, crocotho muliebri indumento & cothurno mollium & delicatorum gestamine indutum, quibus supernectum erat leoninum tergus cum clava. De rebus incongruis & indecoris: veluti si sacrificus militarem abollam gestet, & dissectis thorace & caligis incedat, pileóque pennis farto.

Adulter ad adulterum trahit. 24

Morum cum functorie.

Citatur in Suidæ commentariis adagium sed perfunctorie, ἕλκει μοιχὸς τὸν μοιχὸν, id est, Trahit adulter ad adulterum, Dictum arbitror in contagionem morum, nam flagitiosi alios suis flagitiis socios quærunt: vel potius in similitudinem ingeniorum, æqualis enim æqualem delectat maximè.

Ver vnicum inter anni partes. 25

De literatissimo.

De viro ad miraculũ vsq. docto, literarũ coryphæo, ἓν μὲ ἔαρ ἐν ὥραις, ἐν δὲ ἔτει ἐν αἴσιμον, id est, Ver inter anni partes vnicum, vnus inter alia tol. Videntur esse Basilij verba præclare de Nazianzeno existimantis, quę à Gregorio repetuntur velut hyperbolicè & minus verè de se dicta. Ver autem inter quatuor anni partes, quas à dissimine tempestiui ὥρας appellãt Græci, vt amœnissimum, ita & salubritatis temperamentique ratione in æquilibrio quatuor qualitatum excellentiæ Ciceronem in omnibus quæ singula in quolibet oratore laudantur, elegantia, copia, acumine, viribus, dignitate, aliisque oratoris dotibus eminentissimum, vt Fabius insinuat, ἓν ἐν ὥραις dicere licebit: & Eras-

& Erasmus in hac literatorum infinitate εἰς ἄλγος ἀγρέμα, sol vnicus inter minora sidera micat. Huc spectat illud Iuliani Ægypti lib. 3 epig.

Φθόνε χαῖτα τεξαπίλωσον ἔαρ. id est,
Hei, quo te Charitum dispersit miserè.

Violento remigio. 26

Per difficultatis quæstu. Ῥωθίῳ κώπῃ, id est, Violento remigio fieri dicitur, non sine proverbiali veneno, quicquid per molestias & rerum difficultates quæritur. Aristides, ῥώθιον κώπην τὴν ἐπὶ τοῖς ἀναγκαίοις ἕλκειν πάντας ἐπὶ τὸ κερδαίνειν, id est, violento remigio Græcos omnes quoad eius fieri potest, à tergo relinquere. Tralu potest ad eum qui nullis amicorum adminiculis, nullo relictarum opum adiumento, nullis fortunæ beneficiis, sed solis ingenij dotibus aut virtutum præsidio eluctatur, & fortunam sibi figit. alioqui verissimè dixit Satyrographus.

Paupertas summis obstat ingeniis. *Rarò adeo emergunt, quorum virtutibus obstat*
Res angusta domi. Idem ferme est cum δύπτῳ κώπῃ, hoc est, altero cursu, vel secundo, ita enim vocant Græci, quum remi opera vtimur, vento aduersante, aut tali operam non dante: ita namque Menander in Thrasyleonte fabula apud Stobæum id exponit.

Ὁ δύπτιος πλοῦς ἔστ' ἄνεμος λεγόμενος,
Ἂν κατὰ τύχην τις, ἐν ταῖς κώπαις τρέχῃ. id est,
Cursus secundus dicitur proverbio,
Si degustatus antea remis navigat.

Senis ira. 27

Ira quæ facilè sopitur. Γέροντος ὀργή, id est, senis ira dicitur de ira languida & facile quæ sopitur, quod in senecta omnes affectus remissiores sint & celeriter cadant. Sophocles in commentariis Euripideis,

Ὀργὴ γέροντος ὡς μαλθακὴ τυγχάνει
Ἐν γαῖ δυσλ, ὠκὺς πόκος δ' ἀμολύνεται. id est,
Senilis ira, mollis instar gutturis
Pubescit quidem, at acta à hebescit illico.

Nazianzenus de iene Eutebio qui olim rigidior fuerat, nunc modestior miteſceret, ὥσπερ σίδηρον, inquit, περὶ πῦρ χαῦνα μαλάττεται, id est, vt ignè ferrum, ita hic senio mollescit. Diuersum sentit Aristophanes in vespis.

Τὸ γῆρας λίθος ἐργάζεται
Τὸ θερμὸν πρόσωπον, ὃν ὁμοίως σφοδρὰ. id est,
Quia senum genus
Prorsus, vt in se crabones concitat.

Ne sol quidem sciet. 28

De tuto silentio. Quum tutam silentio fidem obstringimus, ac nemini consilium nostrum detecturos, aut factum declaraturos innuimus, proverbio locus erit. Heliodorus Emesenus lib. 7. Æthiopicæ historiæ, δηλῶν τὸν ἔνδον λόγον, ὡς οὐδ' ὁ ἥλιος τῶν ἀθύρων τῆς κόλπου, φησίν, id est, Quin de ea re animo sis securo, nam ne sol quidem, quod dicitur, sciet. Sol mundi oculus à philosophis appellatur, quod omnia lustret, vnde Homerus,

Ἠέλιος θ' ὃς πάντ' ἐφορᾷ καὶ πάντ' ἐπακούει. id est,
Sol oculus rerum cuncta audit & omnia cernit.

Vnde Plinius lib. 2. natur. histor. Omnia intuens, omnia exaudiens, vt principi literarum Homero placuisse in vno video. Huc pertinet Polemonis sophistæ dictum, qui arthriticos cruciatus non ferens, quum se vinum in sepulchro condi iussisset, ad familiares operam illi nauantes dixit, ἔπαγε, ἔπαγε, μὴ γὰρ ἴδοι με πονοῦντα ἥλιος, id est, Obtrue, obtrue, ne me tacentem sol aspiciat. Diuersus dixit Antiochus philosophus de victoria Luculli aduersus Tigranem Ἐκεῖνο παράδοξον ἥλιος ἰδεῖν ἐφοβήθη τὸν ἥλιον, id est, Dicebat solem non vidisse aliam maiorem, victoria inscriben-

Omnibus iudicibus vincit. 29

Aliqua in re principatum obtinens. Πᾶσι τοῖς κριταῖς νικᾷ, id est, Omnibus iudicibus vincit. De eo qui facilè principatum obtinet aliqua in re, cui cuncti primas partes deferunt. Aristides contra eliminatores, πάλιν εἰς τραγῳδίαν ἔνιός ἐκλεχθέντος καὶ πᾶσιν ἀπόντων τοῖς κριταῖς νικήσαντος, id est Rursus nonnulli in Tragœdia scubenda celeberrimi, & vniuersis, vt ita dicam, iudicibus victores. Idem in oratione de concordia, οἱ ἀκαρτῆ πάντων νικᾶ πᾶσι τοῖς κριταῖς, id est, Qui factioso contrarius est, omnibus iudicibus victor est.

Vna voce vincere. 30

Omnium calculis approbatus & laudatus victoriam obtinere. Superiori finitimum est & eandem vim habet, μιᾷ φωνῇ νικᾶν, id est, vna voce vincere, pro omnium calculis & suffragijs victoriam obtinere. Aristides oratione De concordia, πόθεν ἂν ἁπάντων τὴν φωνὴν μιᾶς ἀκούσαιμεν ἢ πόθεν, ἀφ' ὧν μάλιστα τῶν πολιτικῶν λαμβάνεται, πῶς ἂν ἀκριβῶς μιᾶς φωνῆς τύχοιμεν, id est, In omni repub. seditione nec vnum nimi, ellebori pernicioſius, aut quod sedatis & pacis amantibus hominibus sit hostilius, id verò quasi vna omnium voce vincit. Natum à suffragiorum ratione, in quibus qui vna totius populi voce obtigitur, dissentiente nemine, is facile primus est. Huc spectat illud Philostrati, κελεύσατε τὸν τεκμῆρα δόντα με, id est, Clementi vincentem calculum tribuo.

Qui sitiunt silentio bibunt. 31

Οἱ διψῶντες σιωπῇ πίνουσιν, id est, siticulosi silentio bibunt. Qui aspirant ad assequendos honores, nemine qui ambitus sit particeps conscio id affectant, qui amicam ambiunt re non communicata cum rivali, cum parentibus & necessarijs transigunt. Aristides eo vtitur in declamatione in puteum Asclepij. ἀλλ' οὐχὶ δεῖ τὰ δίψαντα φασὶ πίνειν σιωπῇ, ἀλλ' ἐπιφημίσαι τὸν καὶ λόγῳ τὴν σωτηρίαν τῷ σώσαντι θεόν, id est, Haud decet iuxta sitibundos quod aiunt, silentio bibere, sed exornare oratione & salutare salutis authorem Deum. Licebit diuerso sensu vsu pare, quando significabimus non esse suppressendas & obliterandas insignis viri laudes, vel simile quid, sed claris verbis in lucem id omne efferendum. Idem in epicedio Eteoneï pueri, ἀλλ' ὥσπερ οἱ διψῶντες σιωπῇ πίνουσι, οὕτω καὶ τῷ τέκει δεῖ τὰ λειπόμενα, id est, Quemadmodum silentio bibunt siticulosi, ita illi satis ejus dictata excipere.

Bubulum obtueri. 32

Defixit oculis & lustentis oculis obtendere. Synesius lib. de calumnia, ἵνα βόειον ἐνατενίσῃ αὐτῷ, id est, vt bubulo obtutu aspectet. Natum forsitan inde quod grandes oculos bos habeat; vnde βοώπις, hoc est, Bouoculæ Iunonis epitheton apud poetam: quum exiles oculi conniuere magis videantur.

Manliana. 33

Manliana à Cicerone dicti videntur scripta horrida, nulla varietate condita, vniformia, & quæ pigmenta orationis respuunt. Cic. lib. de Oratore primo. Nec est quisquam eorum qui si tam sit ediscendum sibi aliquid, non Teocrum Pacuuij malit, quàm Manliana venalium vendendorum leges edidicere. ex quo loco apparet Pacuuianam fabulam propter rerum varietatem & styli venustatem delectationis fuisse plenam: at Manliana leges veteri loquendi consuetudine inamœnas, & vniformi scribendi genere auribus ingratas molestiásque fuisse. Licebit & Accurſianas ineptas aut qualiacunque scripta styli horrore molesta, Manlianis legibus asperiora proverbio dicere, vel hoc modo, Manliana leges non perinde auribus fastidium creare, vt huius aut illius scripta. Aliqui Manliana dicitur eidem Cic. impetiosa & pervicacia quadam sancita. vt lib. 2. De finibus bonorum & malorum. Vide ne ista sint Manliana vestra, aut maiora etiam, si imperes quod facere non possim: idque à Manlij rigiditate præmimia: quem Aul. Manlium in lib. offic. nominat Cicero. an verò idem hic fuerit, an alius, quem Cicero in prima Philip. M. Manlium appellat, haud scio, vbi sic ait: Propter vnius M. Manlij scelus decreto gentis Manliæ neminem patricium M. Manlium vocari licet.

Quod Magas inter organa. 34

Καθάπερ ἐν τοῖς ὀργάνοις ὁ μάγαδις, id est, Vt inter musica instrumenta Magas. De eo qui se nouit attemperare motibus hominum, & accommodare tempori, vel qui rebus seriis grauitatem, locoris facilitatem ſmentiri nouit. Philostratus in Dione, βλέπων ἐς σὲ τὸν Δημοσθένους νοῦν καὶ λόγους, ἃ τὸν ἐκείνου μαγάδιν ἐν τοῖς ὀργάνοις ἐφύμνει ὁ Πλάτων ἐκεῖνος ἴδιον ἐν ἁρμονίᾳ, id est, respiciens ad illam Demosthenis & Platonis, quasi inter, vt loquitur inter organa musica magades, Dion concinnè conjungit quod in ipso proprium erat, cum simplicitate non affectata: innuit Dionem miscuisse aptè & temperatè Platonicam simplicitatem cum vehementia Demosthenica. Dici itaque poterit & de eo qui moderari & condire quodammodo scias quæ vtrinque immodica sunt & vitiũ

attrahunt vel excessu vel defectu. Idem in Scopeliano loquens de Smyrna Ioniæ ciuitate primaria benéque instituta, πάντως, inquit, ἀνάγκη οὕτω μοίρας ἐπικληθῆναι τὰς ἀρίστας καὶ πόλεις καὶ ἀνθρώπους, καθάπερ καὶ τὰς ὀργάνων ἁρμονίας, i. In tota Ionia, ad modum Mulxi præclarè instituta, principem locum obtinet Smyrna, vt in musicis organis Mages. Porrò id obiter admonendum est, in priore quod è Philostrato citauit, testimonio perperam scriptum esse in Florentinis codicibus, βάκχαν pro βάκτραν & ὀκταδίκαν pro ὀκτάδικον. Excidit mea quidem sententia tibi male trahere proverbij vsum ad eos, qui scientiam quam ex professo docent, literatis delictis aspergunt: Controuersia est inter authores, *Vsus adagij.* sine cithara, an tibia Magadis, quam etiam μαγάδιν vocant, nam Tryphon grammaticus annotauit tibiæ esse genus edentis grauem pariter & acutum sonum, de qua scripsit Anaxandrides Comicus in eo versu,

Μαγάδιν ἀκούσας μικρὸν ἄρμα καὶ βαρύ. id est,
Magadae audito paruum & simul grauem sonum.

Atque ita accepisse videtur Ion in Omphale Tragicus poeta,

Ἤκουσέ τε μαγάδιν αὐλῶν ἡχοῦσαν βοάν. id est,
Magadisque tibia lyras tantum præstat.

Sed potior pars in cithara concordat, certè Didymus annotat esse κιθάρας ὑπόκρουσιν, id est tibiam quæ ad citharam aptis modulis concinat. Athenæus in quinto Magadin collocat inter instrumenta quæ fidibus tenduntur, vt sunt lyra, cithara & barbiton. Anacreon quoque instrumentum esse ἑπτάτονον agnoscit, quo videlicet fidicinæ vtantur, Lydorum inuentum, & testatur eo versu,

Ψάλλω δ' ἑπτάτονον χερσὶν μαγάδιν ἔχων. id est,
Psallo vicenis paribus intenta magada.

At Telestes apud Athenæum pantachordon magada agnoscit. qui & Apollodorus eandem esse cum Psalterio volunt. Pindarus Magada, vocat ψάλτριον ἀστόμφωνον, hoc est, psalterium dissonum, quod bonos sonos ederet. Euphorion magada dicit esse instrumentum prisco sæculo vsitatum, cui posteritas Sambucæ nomen creauit. Denique Budæus instrumentum ait esse musicum quadrata constans tabula leuiter connexa intentis in ea citharæ fidibus. In tanta veterum discordia id saltem statuere licet, quod ad prouerbij rationem attinet, Magada geminum sonum representare vt & exiles modulos grauioribus & rursus grauiores acutioribus contemperet, & varietate illa grata cantus disparis aures demulceat, vt ea ratione qui seruire nolent dicerent, & vtrumque pugnam facere, prouerbium ita obtinuisse.

Nihil amplius est. 35

Οὐδὲν ὕστερον, id est, Nihil est. Proverbij vice nominatim vtitur Aristides in oratione πρὸς τοὺς ἀφροντίστους, quemadmodum de Neptuno, καὶ τὸν ἀδελφὸν ἐπιτρέψαντες ἐκείνῳ τὰ πάντα, ὡς οὐδὲν ὕστερον ἐκείνου γήρᾳ, id est, Quum ipse, bellandis certaminibus impar non sufficeret, sed iuxta id quod dici solet, nihil amplius existeret præsidio. De hoc imbecillo, olim literato.

Cicadæ humi canunt. 36

Τέττιγες χαμαὶ ᾄδουσιν, id est, Cicadæ humi canunt, Proverbio significant ingens vastitas. Aristoteles libro de hist. animal. 5. cap. 30. ostendit, ὅλως δὲ τὰ ἔντομα Στησίχορός τε Λοκρὸς ὑπέλαβε δεῖν ὑπὲρ γῆς εἶναι τὰ ἄνευ φωνῆς τέττιγας χαμαὶ ᾄδοντας, id est, vt si quis, cum dicat id quod in Locris exulat Stesichorus, non oportere ea animalia, ne cicadæ humi concinant quo minus tenui & exili sint a dicacitate linguæ, eo quod ea humi lapsa concrepent bellorum causas, vnde fit vt regiones desolentur penitus, excidioque non arborum modo sed virorum quoque Martis litetur. Memorat Eustathius Iliade 5. ἐπεὶ καὶ ἐν συμβολαίοις ἐπὶ τῶν ἀπειλούντων ἐκ τοῦ τέττιγας μὴ ἐᾶν χαμαὶ ᾄδειν ἐκκόψειν τὰ δένδρα αὐτῶν τὰ τέττιγας χαμαὶ ᾄδοντας, id est, Memini esse apta ejectionem ex symbolis dicti, quo minatus fuit quispiam hostibus se effecturum vt cicadæ humi canerent, nimirum excisurum se arbores omnes regionis vt necessariò cicadæ humi canerent. Natum inde quòd arbustis maximè gaudeant cicadæ, vnde in Bucolicis Virgilius,

Del ingenti vastitas.

Sole sub ardenti resonant arbusta cicadis.

Plinius lib. 11. dicit cicadas non nasci in raritate arborum.

E diuerticulo. 37

Ἐκ παρόδου, id est, è diuerticulo fieri dicitur prouerbialiter, vbi quid obiter & perfunctoriè quasi aliud agentes facimus. aut quoties incuriè ac negligenter aliquid instituitur. Heliodorus lib. 3. ἐκ τοῦ παρόντος καὶ παρόδου τινὸς ἐγχειρήσαντος, ἀλλ' οὐ σπουδῇ τινὶ ἐπιμελείᾳ, id est, nō veluti quispiam è diuerticulo, id quod dicitur vulgo sed etiam non raro simul libauit. Chrysostomus, ἐκ παρόδου διορθοῦσθαι, rem parum attentè perpendere. Idē ἐκ παρόδου σφετερισθῆναι dixit pro oscitanter & quasi per transiennam adorare. Cicero libro ad Atticum quinto, Regnat ἐκ παρόδου consilio & authoritate, hoc est, obiter.

Cercops. 38

Cercops, pro veteratore & vafro impostore proverbialiter effertur, à vulpis moribus, quæ κέρκωψ, id est, cauda huc illúcque mota canes venaticos eludit. Alij referunt ad Cercopas Lydios duos insignis nequitiæ fratres, quorum alteri Passalo, alteri Atmoni nomen erat inditicium, vt puto à mutuis quas tradebant operis, ita autem vocantur paxillus & incus. Æschines Sardianus Candaulum & Atlanta nuncupatos fuisse scripto prodidit. Memorandis filios Diotimus in Herculis certaminibus Olum & Eribaten nominatim recenset hisce versibus: *Impostor.*

Κέρκωπας δὲ πολλὰ κλέπτοντας ἀνοσιουργίῃσι
Βουτοῦ ὑπὸ σπέος, ἔνθα δ' ἔσαν εἰχαλκέες,
Οὓς θ' ὑβριστὰς τὸ πάρος ἐκάλεσσε βαρυδαίμονας ἄνδρας. id est,
Atrinere malis vsus Boutam adorti
In trimi genus Orcbalia Cercopes haberes,
Olusque Eribatesque viri rara improbitatis.

Alij ex Thya & Oceano prognatos fabulantur & propter tentatas insidias, quibus Iouem fraudulenter inuoluerunt, in saxa conuersos: Xenagoras verò ob improbos & versipelles mores in simias transformatos scribit, apud Varinum enim legendum est κέρκωπας, pro, ὀπισθίους. quam fabulam delibauit & in transformationum decimoquarto Ouidius, ibi,

Quippe deum genitor fraudem & periuria quondam
Cercopum exosus, gentisque admissa dolosæ
In deforme viros animum mutauit, *Cyclopes, Cercopes.*

Sunt qui annotant Cyclopas prius dictos fuisse Cercopas, atque hinc improbos & maleficos homines Cercopum nomine notatos fuisse Chrysippus κερκωπίζειν pro decipere exponit translatione sumpta ab animalibus caudæ verbere palpantibus: simili enim modo adulatores & impostores cauda verborum simplices circumueniunt & illaqueant. Vtitur voce Cercopis pro fraudulento Ammianus lib. 22. Delator, inquit Cercops, bonorum bredes humeros extentans. Synesius li. De prouidentia, arcum quandam Scythicā appellat κερκώπειον τόξον, id est, versutum cercopicam. Æschines orator de Demosthene, ὅπερ μὲν οὖν ὁ κέρκωψ ἐστὶ κακὸν κακόν, id est, quodcunque tandem ille Cercops, vel Æsopius dicendus est incommodum: notat illum obingenij prabitatem qui subdolis artibus subrepere imponat. Synesius ad Pilæmenem, ὅπως ἔστιν ἐν τοῖς κατὰ τὰς ἀνθρωπίνας ἀσφαλῶς, μὴ παντελῶς μωρὸν ἢ ὑπὸ Σκύθα ἢ ἀνοσιώτατα δίκαια, ἢ κέρκωπα εἶναι δοκοῦντα, id est, vt in rebus humanis tutò, ne prorsus stolidum aut Scythicum aut impium aut Cercopem videamur, id est, vtia ratione in foro diuersari nō licet nisi omnia & diuina & humana iura confundas & pro libero homine Cercops euadas. Philon Iudæus vbi enumerat voluptatis hominis epitheta, inter cætera, inquit, εἶτ' ἀνόητος, ἀφρονέστατος, κέρκωψ, ἄφρων, κίναιδος, id est, immoderatus, infrenis, præcipitatus, mendax, Cercops. Celebratur & ἀγορὰ κερκώπων, id est, forum Cercopum Athenis apud Hecateum porticum, vbi res furto sublatæ vendebantur: Cercopes nanque furtis & veteratoriis artibus insignes traducuntur, vt refert Eustathius Odysseæ secundo. Memoratur & Cercops quidam Pythagoreus, ad quem Suidæ testimonio, referantur carmina quædam Orpheo attributa, cuius loci occasione arbitror emaculandum esse Ciceronis codicem lib. De natura deorum primo, & loco Cerdonis, reponendum esse Cercopis, in illis verbis: Orpheum poetam docet Aristoteles nunquam fuisse, & hoc Orphicum carmen Pythagorei ferunt cuiusdam fuisse Cerdonis. Quin & Cercopem Milesium scriptorem erat alicubi Athenæus. Cercopa etiam lucripetam *Forum Cercopum.* *Cercops increpata.*

dici

dici qui vndecunque lucrari cupiat, annotat Sex. Pompeius.

Colossi fragmenta. 39

Doctiviri ingenia.

Κολοσσοῦ σπαράγματα, id est, Colossi frusta, prouerbiali specie dici possunt commentaria viri docti specimen magnæ & incredibilis eruditionis præbentia aut versus aliquot & sententiæ excerptæ singularis ingenij testimonia: aut etiam discipuli literati qui è schola insignis præceptoris velut ex equo Troiano prodierint omnes, ceu assulæ quæpiam & frustulamenta eximij cuiusdam colossi. Herodes Atticus quum audisset Hadrianum Tyrium adhuc adolescentem declamantem, honorifico testimonio dixit, κολοσσοῦ ἄρτι μεγάλα σπαράγματα ἔπη, id est, Ingentia hæc fuerint Colossi frusta: magnæ spei illum fore augurātus quod apud Philostratum legitur. Colossi moles sunt statuarum, turribus pares, vt inquit Plinius, sic dicti vel ab authore, vt Sex. Pompeius vult, vel ἀπὸ τῆ κολούειν τὸ ὕψος, quòd altitudine nimia officiant inspectantium luminibus: vel à vasta inanitate specus cuiusdam interanei, quasi κόλα ὄντα. hinc Colossica dicuntur quæ magnæ molis sunt onera. Strabo lib. 11. καθάπερ ἐν τοῖς κολοσσικοῖς ἔργοις ἐν τῷ καθ' ἕκαστον ἀκριβὲς ζητοῦμεν, διὰ δὲ τὸ μέγεθος ἐκφεύγομεν μᾶλλον· οἱ κολοσσὸι γὰρ ἐν τῷ ὅλῳ, ἔστιν οὗ τῶν μόνων δεῖ φανῆναι τοὺς πρώτους, κολοσσουργικὴ γὰρ ἡ αὐτὴ τῷ μεγάλα φράζειν πῶς ἔχει, id est, quemadmodum in Colossicis molibus singulorum partium exactam structuram non exploramus, sed vniuerso operi an recte fabricatum sit attendimus potius, & idem in istis iudicium est, siquidem & hæc Colossæa quædam fabrica est, rerum magnitudinem quomodo se habeant declarans. Ita Vitruuius lib. 10. Colossicotera comparatiue modo dixit quæ immania sunt, Sin autem, inquit, Colossicotera amplitudinibus & oneribus onera in operibus fuerint, non erit succulæ committendum. Procopius de statua grandi κολοσσῳ ἐμφερὴς, id est, Colosso assimilis. Philon Iudæus De mundi fabricatione libro οὐ γὰρ ἦν κολοσσαίων μεγάλων τὰς εἰμφάσεις ἢ ὑ βεσκικὴν τορευτὴς τυποῦσθαι δίσκους, id est, quemadmodum enim pretexiguum sigillum accipere potest expressam Colossicæ molis effigiem. Colossæam magnitudinem ad horrorem transtulit Eunapius, ὥσπερ ἡ ῥοδίων κολοσσὸς ἔξω μὲν καταπληκτικὸς οὖν ἐν τῷ ἐμφορεῖσθαι· κρίνων δὲ ἀμφοτέρων ἀνδριάντων ἀνὴρ, ἐν ὄψει κείσεται, id est, Sicut Rhodiorum Colossus propter inusitatam magnitudinem amabilis non est, sed formidinem potius & horrorem incutit, ita & ille, quamuis contemptus opum admirabilem eum fecerit, gratiosus tamen non fuit. Huic adagio affine est illud Alexandri Seleuciensis sophistæ apud Philostratum eundem. πυμαχοὶ σὺν ἐμοὶ οἱ Ὁμηρικοὶ πάντες, id est, Frustula aut particulæ tuæ sumus omnes quotquot sophistæ dicimur: quod ad Herodē Atticū dixisse fertur, quum literatorum omnium columē facileque principem illum vellet innuere: paulo diuersiore sensu Æschylus dictitare solebat, suas tragœdias esse frustula de magnis Homeri cœnis, παρ' αὐτοῦ ἁρμοσθείσας τυμάχη τῆ παρ' ἐκείνου μεγάλων ἐμάτων δίκαιον, vti refert in dipnosophistis Athenæus, quum significaret se nutriuisse ex ingentorum affluentissimo fonte Homero suas fabulas. Isocrates apud Plutarchum in vita ipsius ad Demosthenem integram pro disciplina stipem persoluere nequeuntem, εἰ τι μαχίζομαι, inquit, τῶν ἁρμοττόντων, id est, artis oratoriæ institutionem in frustula non partimur.

Colossica moles.

Atticus miles. 40

Strenuus vir.

Ἀττικὸς στρατιώτης, id est, Atticus miles, Prouerbio dicitur in fortem ac strenuum virum. Heliodorus lib. 2. Æthiop. Historiæ, τὴν γυναῖκα γυμνὴν ἐν ταύτῃ ὑποφεύγουσι ἐ ἡρωϊκῶ ἐ ἀληθὲς στρατιώτης, hoc est, Tergà dedisti mortuam fœminam fugiens, tam strenuus & Atticus miles. Potest ironicè torqueri in meticulosum & quouis sepore timidiorem, talem hominem nominando militem Atticum. Porrò in pedestri & stataria prælio laudati olim fuerunt milites quos Attica mittebat.

Homo Dei ludibrium. 41

Fortuna mutabilitas.

Θεοῦ παίγνιον ἄνθρωπος, id est, Dei lusus homo, veteribus vsitatum prouerbium, quo fortunæ iactatio significatur, quæ pilæ in modum nunc euehit in altum nunc solo allidit mortales: fors enim pro Deo habetur, quo Deus probatur incertus, vt inquit Plinius. Synesius lib. De prouidentia, καί μοι δοκεῖ παίγνιον εἶναι θεοῦ παίγνιον αὐτὸν ὄντα· ἢ, παίζοντος αὐτοῦ πρὸς ἡμᾶς ἢ πεπαίσθαι· id est, Recteque dictum mihi videtur, quod homo ludibrium sit Dei, ludentis semper in rebus mortalium, & quasi aleam iacientis. Philostratus in Scopeliano sophista, loquens de eius patre qui exheredato filio coquum hæredem scripserat, subnicit, συνίεσαν δὲ καὶ πάντες, ὅτε οἱ ἄνθρωποι μὴ θεοῦ μόνον, ἀλλ' ἢ ἀμίλλης παίγνια, id est, Vt vel ex hoc facto intelligere possimus, homines non Dei solum, sed alterum quoque alterius esse ludibria. Zenon Imperator audita suorum strage, in castellum, quod Constantinopoli cognomine erat, in edito tumulo situm, aufugerat, ingemiscénsque ob præsentium rerum calamitosum statū, θεοῦ, inquit, παίγνιον ἦρα ὁ ἄνθρωπος, ὅτῳ ἢ ἐμὲ οὕτως παίζειν φιλεῖ τὸ δαιμόνιον, id est, Nimirum Dei ludibrium est homo, quandoquidem & mihi ita illudere amat fortuna. Huc spectat Plautina sententia ex Captiuis, Enimuero dij nos quasi pilas homines habent.

Καμακίζειν. 42

Peruertere, contorquere.

Καμακίζειν νόμους, quod sonat Scalare seu scalis frangere leges, specie prouerbiali dicetur, pro peruertere leges & veluti cereas in quemuis sensum contorquere. Dinarchus orator in oratione pro Æschine, οὗτος καμακίζει τοὺς νόμους, id est, iste leges in scalas frangit. Tractum à Cumace, sic tortorias scalas nominant. & iterum, ὅταν οὖν καμακίζῃ ἢ σοφίζηται τοὺς νόμους, id est, quū igitur scalis frangat iste & detorqueat leges. Suidas addubitat an potius legendum καμάζει, hoc est, emulgeat, metaphora sumpta ab iis qui apum fauos digitis exprimunt.

Quid barbiton Crocoto loquitur. 43

Τί βαρβίτῳ κρόκωτὸ λαλεῖ, τί ἢ λύρα καμφυλίᾳ. id est, *Quid barbiton crocoto loquitur, quidve lyra calamitica.*

De re absurda nihilque consoni habente. Citatur à Suida ex Aristophane: veluti si Menardus medicas rationes cerdoni alicui aut cuiuis rustico enucleet: vel si colores rhetoricos iudi eius artis faber exponat rhetor. Est autem barbiton hoc Barbitus instrumentum Lyricum fidibus intentum plectro pulsatile, quod à grauioris fortasse soni modulis βαρύφωνον, quasi graue chordum dicas. Pollux lib. 4. nominat, quā lecti ornamentorem iudico, quàm quæ in Athenæo li. 4. βαρύφωνον legitur, & in 14. βαρύμελον. De quo Halicarnassæus lib 7. βαρβίτῳ κέχρηται, id est, barbita plectra radit ve percurrentes. Theocritus βαρβίτων ἐς πολύχορδον, barbitum multichordum.

Γοργιάζειν. 44

De affectatis verbis & tumidis.

Γοργιάζειν id est, Gorgiazanum prouerbialiter vocatur quod in speciem magnificum est, & affectatoribus verbis turgidum atque inane videtur, Asiatica dicendi mollitie luxurians. Synesius in epistola ad Pylæmenē, Τρύφωνα τὸν χρυσοῦν δῖ ὃν τι ἢ ἐν τοῖς ψυχροῖς εἶπον ἢ γοργιάζειν, τρυφῶντα δῶρα ἐξηυρόμεθα μικρὰ, id est, Delicio aureo (licebit enim hæc frigidum quiddam & Gorgianum loqui) delicioła munuscula parauimus. Thryphonem Delicium nominaui de industria, vt paronomasian aptius exprimerem, in qua Gorgianæ phrasis tumiditas sita est. Dionysius Halicarnassæus ad Cn. Pomp. rerum de duris & affectatis metaphoris loquens, μάλιστα τοῖς γοργίοις ἐγχειρεῖ ἢ μεμιμήσθαι ἐκφύσεσιν, id est, intempestiuè maximèque inuenitur Gorgianis verbis delectatur. Aristides, ὑ πάνυ πάλαι οὖ τοὺς γοργίους λόγους παρῃτούμεθα μὴ δυσχεραίνειν εἰς ἡδυφάνειαν, id est, Aut hæc Gorgianas voces si depinganus, ne ægrè ferant deprecamur. Gorgias Leontinus è Sicilia oriundus, quem sophistices patrem Philostratus appellat, primus ausus est in conuentu quæstionem poscere, id est, iubere dicere qua de quis vellet audire, idem intemperantius vsus fuit numerosa dictione, vt insinuat Cicero, ad vitium vsque.

Βυγὼ & βυβάφας. 45

Βυγὼ parœmiacè dicitur homo vasta corporis mole, qui corpus ægrè moliri queat præ nimio pondere tardum. Hector apud Homerum Iliados ο. alloquitur ita Aiacem,

Αἰαῦ ἀμηχανέων βυγὲ οἷον ἔειπες,
Quid loqueris tellaris onus, quid inutile Aiax?

Quo loco Zenodotus βυγὲ scribit, Aristarchus βυγὲ alij etiam βυγὲ, quæ vox apud Nicandrum significat hominem rusticanum. Annotāt veteres βυγὼν vocari

opinionem, caduco parieti connixos se fuisse experiuntur re ipsa, talésque nihilo plus posse quàm ipsi valeant. Videtur hausum è vulgo.

Fescennina licentia. 53

Licentia verborū effrenis.

Fescennina licentia pro immoderata verborum licentia lasciuiáque capitur. Martianus Felix Capella lib. 9. philologiæ: His hymenæo diutius velut Fescennina quadam licentia personante. Fescennium oppidum Campaniæ traditur à Seruio vbi nuptiale carmen primum iuuentum fuisse putatur, multa verborum procacitate respersum T. Liuius lib. 7. Fescennino similem versum compositum temerè ac rudem alternis iaciebant. Catullus in epithalamio,

Fescennini.

Nec diu taceat Procax
Fescennina locutio.

Meminit & Plinius lib. 15. cap. 22. Fescenninorum nuptialium comites nuces. Testatur Macrobius Augustum indulsisse se Fescenninis versibus. & T. Annianum Fescenninos scripsisse indicat Ausonius. Licebit & spurcum impudicúmque sermonem vocare Fescenninū, & mores Fescenninos, contaminatos & turpes.

In aceruum metere. 54

Ad res magnas aspirare

Πρὸς τὸν σωρὸν ἀμᾶσθαι, id est, in aceruum metere, prouerbium esse admonet Suidas in eos qui ad magna aspirant, aut res arduas suscipiunt: vel qui edicta edictis, mandata mandatis accumulant. Sumpta à messuribus metaphora.

Παραφυκτηρῶν. 55

Proditores.

Παραφυκτηρῶν, dicuntur prouerbiali voce proditores, & qui cum aliquo amicitiam simulantes hostibus consilia produnt. Natum à castrensi more, quo commilitonibus aut socijs signum gerendę rei dabatur, accensa face, quæ φυκτὴ dicitur, qua re qui abutitur, & perduellibus tali tessera quid agatur apud suos significat, is παραφυκτηρῶν & παραφυκτηρεύειν dicebatur, vt Dinarchus orator indicat. Lysias, πάντων δὲ τῶν ἀφισταμένων ἐν σικελίᾳ παραφυκτηρεύσαντα τῶν πολεμίων λαφθεὶς ὑπὸ λαμάχου, κατεπρήσθη, id est, ex his tenex vnus qui in Sicilia hostibus face præluxerat, captus à Lamacho in crucem fuit actus. Quisquis ergò hostium rebus plus studet quàm suorum commodis: vel amicorum consilia corrumpit, quo illis noceat: vel ea suadet, per quæ fortunas omneis & opes necessariorum funditus euertat.

Pardus maculas non deponit. 56

Vitia innata tollere aut dissimulare.

Πάρδαλις οὐ κατίσχυσεν τὴν αἰθιοπικὴν μέλαιναν, id est, Pardus pellis maculas non ponit, nec Æthiops fuscedinem. Extat apud Nazianzenum in Stelliteuticis, Vt panthera verticolor maculas non amittit, nec Æthiops colorem mutat, ita inolitos mores frustra conamur deponere: vitia quibus assuescimus incassum molimur.

Domesticum omne afficit. 57

Domestica quæ nos maxime angant, commoueant.

Τὸ οἰκεῖον πάθος, id est, Domesticum omne afficit. Quæ cognata & familiaria nobis sunt vitia nos maximè commouent & excusationem sui moliri cogunt. Animus noster propriis aut generis eiusdem calamitatibus imprimis exacerbatur. Nihil potest patrifamilias durius accidere, quàm quod vxoris liberorúmque turpitudinē audire cogatur. Pindarus in Nemæis, τὸ γὰρ οἰκεῖον πάθος πάντ' ἀμᾶται καρδίαν κέντρῳ δήϊον, hoc est, Domesticum malum æqualiter cunctos afficit, sed alienis in damnis animus acquiescit illico. Nazianzenus in priore stelliteutice, ὅτι καὶ τὸ οἰκεῖον πάθος πᾶν ἐξ πάντων ἐστὶ μακρὰ λύπη, id est, Quapropter si iuxta Pindarum, proprium omne molestum est, necessariò mihi hisce de rebus instituenda est oratio. Gregorius presbyter in vita Nazianzeni: τὸ γὰρ οἰκεῖον πάθος πᾶν, ἐξ πάντων, ὡς ἕκαστος ἔοικεν, πάντας δέδηκε καὶ ἐμφύλιος χαίνεται id est, Si domesticum omne afficit, quod Pindarus ait, quibus quisque gaudet, iis etiam quoties laudatur exultat & recreatur.

Sex congios capit. 58

Ἓξ χόας χωρεῖται, id est, sex congios capit, prouerbiū est in stolidos & emotæ mentis homines. Aristoph. in Nebulis, ἓξ χόας χοινίζεται, subaudi, ὁ πλήθων. id est, Senos capit congios, nempe cerebrum hominis. Metaphora ab vtre aut testa, citatur in Suidæ commentarijs.

In casses inducere. 59

Εἰς ἄγκιστρα ἐμβάλλειν, in Casses inicere, pro irretire & *Inuolutre seu* inuoluere quempiam Heliodorus lib. 8 ἄγκιστρα dicitur. ἐμβεβλημένῳ, id est, quasi in retia coniectus. Antiphanes Comicus in Citharœdo, εἰς δικτύῳ εἰς πάγκαν, ὃν ἔχω πάλαι νὴ ἀράδιον ἔξαρτι τὼ σαυτοῦ δόμω, id est, inuolutus cassibus, vnde non licuit facilè regredi eadem via. Dioxogenes apud Stobæum,

Ἅπαξ δ' ἔρωτι ἐνδεθεὶς ἄγκιστρον
Θάνοι ξυφείοις πᾶν χαρὲν πανήμερον. id est,
Nos semel amoris inuolutæ cassibus,
Citius peregrinis nostris facimus copiam.

Heliodorus lib. 2. οὗτος ἀφυκτόν τινα τῇ ἀσφαλείᾳ παγίδα ἐπιτηρήσας ἀπὸ τῆς ὀφθαλμῶν ὑποστρατηγεῖ id est, incertabilem adeo & inuictam meteti capellæ fegenam attrahebat oculis. Pition ἵνα αἰκιστὸν ὠφελείας ὑπερβὰς ὑπὸ ἀγκίστρου λαφθῇ, id est, vt emolumenti autula adductus, intra cassis capiatis.

Aquam plorat, quam lauat, fundere. 60

De nimium sordido.

Plautinum illud ex comœdia Aululariæ, Aquam hercle plorat, quum lauat, profundere. conuenit in sordidum hominem præparcum & illiberalem nimis atque sordidum, qui vsqueadeo sit non attentus ad rem modò, sed miser, vt illuuiem & sordes aquæ, qua fuerit abluta, vereatur effundere, velut vsui aliquando futuras.

Supra clepsydram dicere. 61

De garrulis.

Τὸ ὑπὲρ ὕδωρ ἀκροάσθαι λέγειν, id est, supra aquam infusam dicere. Prouerbium annotatur à Budæo, non explicatur tamen, sonat autem idem quod, supra clepsydram loqui: & quod Quintilianus dixit, Aquam perdere: videtur dictum de garrulis, qui loquētię multum habent, sapientiæ parū, quique verborum nimia tempus extrahunt. Synesius in Dione, ὕδωρ δ' ἐγὼ τοῖς ἐμοῖς ῥήμασιν οὐ μεμετρημένον οὐδὲ πρὸς κλεψύδραν ἐμοὶ δόκουν, ἀφ' οὗ μὴ ἐμέτρουν πονεῖν, ἀλλ' αὐτίκα πεπαύσεσθαι, id est, Aquæ celeritate diffluit, non dimensa aut ad clepsydram expensa: attamen ego si nondum finem facio, mox saltem desistam. Philostratus in Prodicis sophista, πρὸς τὴν κλεψύδραν μετέχειν, id est cleptydræ participes nominat qui ad cleptypram declamabant aquæ certa mensura repletam, κλεψύδραν ξυμμετρημένην vocat, talé que vulgari dicterio λιθίδιον quasi litteraliosos appellatos fuisse scribit. Solebant veteres ad aquæ stillicidium, orandi modum metiri productiore breuiore tempore circumscripturi.

Καρυκεία. 62

De iuuandis rebus.

Καρυκεία prouerbiali vencre, de quauis re opiparā & palato grata effertur: nam καρύκεια exponunt esse edulium Lydis vsitatum, exquisito apparatu & conditaneo iure in deliciis habitum: potest transferri ad ingenij fœturam, appellādo poema aut opus doctum omnigenæ lectionis opibus fartum, καρυκείαις. Gregorius presbyter in vita Nazianzeni in ipso initio, συγκαλῶ μὲν ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες, χαίρειν ὁ πάνυ ὁ τῆς θεολογίας ἐπώνυμος, εἰς τὸν πολυμαθῆ τοῦτον πανδαισίαν ἐξ λόγων, ἐν οἷς αὐτὸς ἄλλος καρυκεία, id est, Gregorius ille eximius, cui Theologia cognomen dedit, vos pariter vocat, ô ciues, ad epulum verborum spirituale, in quo ipsemet apponitur carycea non edulis. Synesius in Dione πανδαισίαν παρέθηκεν ἑαυτὸν ἐκλεκτοτάτοις ῥήμασιν ἐν καρυκείαις ποικίλαις, id est, epulum apposuit Atticorum colloquiorum & Carycea poeticē. Carycēam poeticam nominat miscellam fabularum & narrationum, quibus exornant atque condiunt scripta sua poetæ. Apud Achæum Eretriensem Satyrus conuitio mordet sacerdotes Delphos, καρυκοποιούς, id est Caryccopœos nuncupans, eo quod quotidianis epulis sacrificiisque victimariis operarentur, atque indulgerent, cuius hunc versum citat Athenæus in quarto,

Caryceam poeticam.

Καρυκοποιὸς θεοσελὴς τὸν βδελύττομαι. id est,
Caryccopœos numen abominor.

In Ægypto optaris esse potius. 63

Citatur in Suida ex incerto authore, βουλοίατο ἂν ὅσοι τὴν Αἴγυπτον οὐ μᾶλλον, ἢ κρῖναι κακῶς, id est, Optarit in Ægypto esse potius, quàm perperam iudicare. Videtur imprecationis esse genus, ad detestationem pertinēs: vel quia Ægyptus latronibus infesta fuit semper: vel quia regio illa sole torreatur, pluuiis vix vnquam humecta, quod & Pomponius Mela de ea testatur his verbis, Terra expers imbrium.

Mare amnium non indiget. 64

Interna lauabilis non indigens.

Nazianzenus in Monodia in Basilium. ὅτι ὁ ἀειδὴς ποταμὸς ἐπιῤῥεόντων ὑδάτων, id est, Non indiget more influentibus amnibus, Vtemur eo quũ ostendere volumus quempiam ita suis animi dotibus instructum & exornatum, vt per se abundè sit laudatus, nec accessione alterius præconij aut externo adiumento opus habeat. Philosophiæ doctrina imbutus, non indiget vno aut altero Isocratis aut Agapeti præcepto ad mores facientes: vir cordatus alienis non vsus habet consilijs, suis abundans: Eo modo vtitur idem in epistola quadam ad Basilium, ὅτῳ ἴδιος ἀρκεῖ ποταμὸς ἁλμυρὸν ὕδωρ οὐ προσδεήσεται, id est, Si aqua indiget mare, & tu commutatore opus habebis.

Impuro purum nefas contingere. 65

Prouerbium è Platonis ludo profectum, apud authores frequens, extat autem in Phædone μὴ καθαρῷ τὸ καθαρὸν ἅπτεσθαι μὴ ὀρθόν ἐστιν, id est, Non puro purum nefas sit contingere. Synesius in Dione, τὸ μὴ καθαρῷ καθαρὸν ἅπτεσθαι μὴ ὅσιόν ἐστι, παίσαντος αἰσθήσεως, id est, Platoni acquiescimus in eo quòd neget fas esse impuro purum attingere. Idem in epistolis ἀγαθὸν δεῖ πρόβλητον πρόβλητον τὸν ψυχὴν τὸν μέλλοντα ἔσεσθαι δεκτικὸν θεοῦ, μὴ καθαρὸν τὸν φῶς καθαρὸν φαιδρὸν μὴ ὅσιόν ἐστι, id est, Animam Dei conceptaculum futuram, vacuam oportet esse ab affectibus, impuro namque purum contrectare fas non est. Nazianzenus aduersus Eunomianos μὴ καθαρῷ γὰρ ἁπτέσθω καθαροῦ, τυχὸν οὐδὲ ὑγιὲς, ὥσπερ οὐδὲ τὸ ὑγιὲς ὑγιεινῶς ἅπτεται, id est, Impuro namque purum attingere, forte parum tutum fuerit, quemadmodum oculus debilis solares radios ægre tolerat. Clemens Alexandrinus lib. 2. pædagogi, διὰ τοῦτο γὰ τὸ ὑγιὲς μᾶλλον ἁπτέσθω, ὥσπερ οὖν ὑγιὲς, διὰ τοῦτο καθαρὸν καθαρεῖ θεμιτὸν ἁπτέσθαι, id est. Quod sanctum est cõspurcari abhorret, vt par est, at casto castum semper fas fuerit attrectare. Nazianzenus in carminum opere ad Nemesium, Καθαρὸν γὸ δίκαιον οὐκτὸν ἀκάθαρτον, id est, Quod castum est incesti detestatum abhorret. & mox,

Αὐτὸς ὑπέρτερον φῶς φαείνων, ὃς ἀκηράσῳ,
Βλεφάρῳ μόνος χαίρει τοῦτον τέρψας,
Αὐγὰς ἐσιδὼν ἥν τις μολύσματος, ἰδὲ μιαιφόνου Δίκης. id est,
Ille solus radius, qui attingit, lumine spargit:
Spirantem nares fragrans replet oculos tinguen:
Nec tamen illustres aut solem aut aspicit tinguen.

Sol namque tametsi in cœnum radijs incumbat, purus semper & impolluta permanet.

Anus rabiosa. 66

De litigiosis. Γραῦς λυσσῶσα, id est, anicula rabiosa, apud Philostratum effertur de litigiosis, & qui inter se conuitijs certant, in Scopelino Sophista, πρὸς ἀλλήλους ἐν τοῖς λόγοις καὶ θυμοῦ ὀδάξει ἠρεθισμένους σκωπτόντας, χαλεπὰ ἐκάλει μεθ' ὕβρεως καὶ πικρίας λυσσώσας, id est, Altercantes inter se & mutuo irritatum præ se ferentes, ebrias anus & rabidas nũncupabat. Manet dicterium illud etiam in nostrati lingua.

Rudens omnis disruptus est. 67

Summum discrimen, conclamata spes. Πᾶν πεῖσμα διέῤῥηκται, id est, Omnis rudens disruptus est. Prouerbium effertur de summo rerum discrimine, quum conclamatam esse spem significamus, Heliodorus lib. 7. Æthiop. historiæ, πᾶν δ' ὅπερ ἡ τῶ λόγῳ πίσμα διαῤῥαγὲν, πᾶσα ἐλπὶς ἄκυρος πανταχόθεν ἀπέκειτο, id est, Omnis quod dici solet, rudens perfractus est, omnisque spei ancora prorsus sublata est. Metaphora à naui quæ amissis funibus in mari iactatur vndarum ludibrium.

Necessitas rationum inuentrix. 68

Elegans est apud Heliodorum eodem in loco diuerbium, Εἰρετὶς ἄρα ἐστὶ λογισμῶν ἡ ἀνάγκη, id est, inuentrix nimirum est rationum necessitas. Necessitate cõpulsi incredibilia perpetrant & viribus humanis maiora, eaque excogitant quę ingenio inaccessa videbantur. Plutarchus libro de diuinatione apud Stobæum plerosque artes necessitatem adinuenisse asserit, versum quę prouerbialem sub ista,

Λιμὸς πάντ' ἐδίδαξ', τί δ' οὐχὶ κακὸν οὐκ ἐδίδαξε;
Cuncta docuit necessitas: id, quid enim illa non adinuenit?

Quem versum pr. tulisse legitur Archytas Tarentinus perlecto Eratosthenis Mercurio. Potest & ad egestatem & inopiam referri, quam non immerito Ἐφίαν ἀνιηδέαν appellat Xenophon, h. e. sapientiam nulla doctoris opera acquisitam: & Au. Persius ventrem vocat ingenij largitorem Antiphanes Comicus,

Πατὴρ δὲ τῶν ἐγὼ τὸν ἐμπορικὸν λέγω. id est,
Mores magistra docet egestas opt. ...

Vincat suus tripes. 69

Heliodorus lib. 2. νικάτω ὁ ἑαυτοῦ τρίπους, ἵνα μὴ ψευδόμαντις ἀπόφασις ᾖ, id est, Tuus tripus vincat, egóque mendax vates inueniar. Conueniet vbi alicui proterue pertinaci veritatem dicti concedimus, velut herbam illi porrigentes, victoriamque permittentes. Sumptum a tripode oraculori cui insistens vates, hausto numine ventura canebat.

Tanquam Gorgone conspecta. 70

De repentè attonito metúque perculso dicitur. Heliodorus lib. 4. ὑπὸ τῆς ἐξαπιναίου τερατείας ἐκπλαγεὶς καὶ ἀποστραφείς, ἐξέβη τῆς μάχης ἀπροσδόκητος, id est, Illa non aliter ac conspecto Gorgonis capite aut alio quopiam monstro, altum vociferata est. Gorgones Phorcynis Ponti terræque filij natæ fuerunt, vt fabulantur Hesiodus in Theogonia, Hyginus, & Bassus in Aratæo commentario, oculo vno exemptili præditæ tres, alatæ, anguibus loco crinium implexæ, aprugnis dentibus, manus habentes æneas, & alas quibus volarent, vt annotatum est à doctissimo scholiaste Æschyli, quarum nomina fuerunt, Scheno à robore, Meduſa à regni cura, Euryale ab imperio maris appellatæ: quarum meminit in Agamemnone Æschylus, Gorgones quæ

Λίδα γοργόνων δίκην
Φοινοχίτωνες καὶ πτερύγωτοι μίτραι
Ὑπαυχένιος δρασμόν. id est,
Like in star Gorgonum
Attires, & angues inuoluta crinibus.

Gorgo autem & Gorgon ad incutiendum terrorem formidabilis fuisse fingitur horribili aspectu, vnde Homerus Iliad. 11.

Τῇ δ' ἐπὶ μὲν γοργὸν βλοσυρώπιδος ἐστεφάνωτο
Δεινὸν δέμας. id est,
Torua tuens Gorgon clypei lucebat in ære.

Tam verò teter & horrendus earum obtutus fuisse perhibetur vt in saxa obriguisse homines solo aspectu crediti fuerint, quo spectat illud Homeri γοργεῖ aut vt Zenodotus maluit, γοργῷ θέμενος ἐνὶ θυμῷ ἔχων, id est, Gorgoneos torquens oculos, & Martialis lib. 9.

Auertam vultus, tanquam mihi pocula Gorgon
Porrigat, atque oculos ad que nostra petas.

Æschylus in Prometheo de Typhone loquens,

Ἐξ ὀμμάτων δ' ἀστραπὰς γοργωπὸν σέλας. id est,
Vibrabat ex oculis Medusæum iubar.

Vlysses apud Homerũ Odyss. 11. pauidum fugisse se ait,

Μή μοι γοργείη κεφαλὴ δεινοῖο πελώρου
Ἐξ ἀίδος περσέψῃ ἀγανὸν θηητορέουσα. id est,
Ne mihi Persephone coniunx Plutonia tetrum,
Gorgonei capitis monstrum submitteret Orco.

Iamblichus Gorgonem cupiditatem nominat, quæ illectos vecordibus affectionibus homines, materiæ immergit, saxeóque efficit. Alexander Myndius historicus apud Athenæum in 5. refert Gorgona animal esse Libycum non dissimile vitulo, quod diro minacium oculorum aspectu intuens enecet. De Gorgone lege Palæphatum. cupiditas, Gorgon.

Gorgonei capitis posteritas. 71

Γοργείης κεφαλῆς ἀθέσφατον, id est, Gorgonei capitis progenies. De proteruis & immitibus dicitur, vel de fastuosis hominibus qui cunctis sunt formidolosi, quasi qui fugent ab se aliorum congressum. Aristides, τοιοῦτον τῆς γοργείας κεφαλῆς ἀπόγονος τυγχάνει, id est. Censendi sunt illi progenies quædam esse Medusæi capitis. Possunt & detractores ita vocari qui serpentinis linguis alienam vitam mordicus appetunt, eo quòd angues è cruentis guttis de Medusæ capite à Perseo interfectæ manantibus, enatos fuisse fabula narrat, vt in nono Pharsaliæ canit Lucanus & in 4. Metamorph. Ouidius. immites, & sui.

Iis quæ ex triuio simile. 72

Aristides in oratione πρὸς τὸν ἐξεφοίβημαι, ἢ τῶν ἐν πανδήμοις καὶ τριόδοις ἐχόντων ἐστὶ δοκεῖ σοι ταῦτα, id est, aut tibi illa videntur omnia esse ea quæ in triuijs fiunt. De rebus obsoletis, & vulgaribus. Latini etiam triuiale ita vsurpant, pro plebeio & vili, sic triuialia verba dicuntur nihil elegantiæ habentia, & protrita. Apuleius lib. 8. De asino aureo, Vnum de triuiali popularium fæce: hoc est, de promiscua plebe hominem. Nazianzenus Res obsoletæ, viles, plebeiæ.

Nazianzenus in ſteliteutica priore, ὡς ὁ τῆ πελέκων ὑ βαρύβρων ἐ σπὶ σπαθίζετο, id eſt, Quos è triuiis & bazathris ſibi alcium.

A vipera morſum cauere. 73

In eſt qui inſultat alienæ calamitati.

De eo qui alienæ calamitati inſultat, nondum exſpectata fortunæ ſæuitiam, extulit illud Ariſtides in oratione modò citata: καὶ μοι δοκεῖς κ τῶν παροιμιῶν, τὸν ὑπὸ τῆς ἐχίδνης δηχθέντα αἰτιᾶσθαι μαθόντα ἐπὶ σπὸ δηχθῆς, id eſt, Videris mihi viperæ dentibus lauciam cauere, ipſe ſaucius antea nunquam, iuxta prouerbium. Adagij origo videtur ex Apologis ſumpta.

Philoxeni codicillus. 74

Oblatam conditionem repudiant.

Φιλοξένου γραμμάτιον, id eſt, Philoxeni codicillus, Citatur prouerbium à Suida, & exponitur de iis, qui repudiant oblatam conditionem, aut poſtulata pertinaciter reſiciunt. Natum à Philoxeno Cytherio, dithyramborum ſcriptore Dionyſij tyranni deliciis, qui cum inepta huius poemata & faſtidiret audire, & tranſuerſo calamo iugulaſſet, in Latomias (ita appellatur carcer Syracuſis ab eo ipſo tyranno factus e ſaxo in mirandam altitudinem depreſſo, & multorum operis penitus exciſo, vt teſtatur in Verrinis Cicero) miſſus fuit, vnde liberatus iuſſu tyranni, ac Tarentum elapſus, ac per literas à Dionyſio vt rediret reuocatus, reſponſo illum dignatus non fuit, ſed arrepto codicillo primum alphabeti elementum quod eſt α identidem inſcripſit, quo votum illius prorſus reſciſſa amicitiæ teſſera repudiaret: habet autem α negandi vim apud Græcos, ſi ficiatoria particula. Philoxeni ergo codicillum aut Pugillares reſcripſiſſe dicetur appoſitè, qui rogatus non obtemperat, vel oblatis nuptiis nuncium remittit, vel denique ratione quauis abnuit ac reſpuit rogationem. Venuſtius eſt quam quod ab aliis affertur, τὸ φιλοξένου ὄνος, id eſt, Philoxeni aſinus.

A negandi vim habet.

Θαλάττιον, &c.

Ætna grauius. 75

Libidinis intemperiem, & res odioſè grauis.

Ætna, prouerbiali metaphora accipitur & pro libidinis incentiuo, & pro re odioſè graui. Illo modo dixit Saluianus Maſſilienſis epiſcopus lib. De prouidentia Dei ſeptimo: Quis neſcit Africam totam obſcœnis libidinum tædis ſemper arſiſſe, non vt terram ac ſedem hominum, ſed vt Ætnam putes impudicarum fuiſſe flammarum. Quo ſpectant & D. Hieronymi verba, Non tam Ætnei ignes aut Vulcania tellus, non Veſæuus & Olympus tantis ardoribus æſtuant, vt iuuenilis medullæ vino plenæ & dapibus inflammatæ. Poſteriore modo dictum eſt ab Euripide in Hercule furente illud, εἰ τοῦτο μοὶ φίλον ἄχθος· τὸ δ' ὄντας αἰὲν βαρύτερον Αἴτνας σκοπέλων ὄντι κεῖται πάτρᾳ, id eſt, Iuuenta gratum mihi onus eſſet ſenium grauius Ætneis cautibus capiti impendet. Mnde mutuatus eſt Cicero in lib. de ſenectute illa verba: Plerique ſenibus ſenectus ſic odioſa eſt, vt onus ſe Ætna grauius dicant ſuſtinere. Huc faciunt & verba Nazianzeni,

Σικελὸν ἄχθος πελωρίων. id eſt,
Montis pondera Trinacrij.

Originem vtranque hinc inde metaphoræ indicat Virgil. Æneid. 3. ibi, Fama eſt Enceladi ſemuſtum fulmine corpus Virgeti mole hac, ingentémque inſuper Ætnam Impoſitam, ſupiis flammam expirare caminis.

Ætna.

Nam & Ætnam Siciliæ flammarum globos euomere, indubitatum eſt: & grauitatis nomen demonſtrat vel ipſa montis appellatio, tanto magis quanto immaniſſimum naturæ portentum gigas eius mole premi creditus fuerit. Non negauerim & Athon montem in prægraues ponderis ſignificationē trahi poſſe, quippe qui altiſſimus in trecēta vſque ſtadia vmbram eiacuiſſe, ſed exiſtimare Eryſichthonem inexplete vorācitatis hominem dictum inde fuiſſe ἄθων, id eſt, vorācitatis Athonem, ſomnium eſt, malè intellectis perinq. redditis Athenæi, qui illud prodidit, verbis, qui libro decimo Dipnoſoph. authoritate Hellanici ſcribit Eryſichthonem Myrmidonis filium, ob inexplebilis edacitatis ſtudium ἄθων nuncupatum fuiſſe, quaſi ſi dicas, Eſuriem ipſam, aut vehemētem famem, id enim ſignificet, Suida teſte, ἄθων, quæ vox reponenda eſt apud Aelianū lib. 1. variæ hiſtoriæ, vbi perperam κρίθων legitur ſcriptum. Atteſtantur ei oltrā ſententiæ præter Athenæum, Lycophron & Zezes: alioqui ſi de monte Atho ſermo eſſet, ἄθως ſcribendum fuerat, non ἄθων: verba Athenæi ſunt, Ἐρυσίχθονα τὸν μυρμιδόνα, ὅτι τῶν ἄλλων βορᾶς, ἄθων ἐκαλεῖτο, id eſt, Eryſichthonem Myrmidonidem, Eſurtem cognomento fuiſſe dictum, eo quod cibis exſaturari nequiret.

Athos.

Erysichthonem.

Peliam recoquere 76

Mutationem quamuis mobiliſ.

Peliam recoquere, non modò veneficæ dicuntur, quæ ſenectam in iuuentutis florem reſtituere promittunt, ſed & medici qui veneræ virtutis ſpem ſenibus policentur, qui veteribus authoribus ſine certa antiquorum codicum ope reſtituendis incumbunt, qui denique qualemcunque mutationem moliuntur, ſiue res bene cedat, ſiue ſecus. Plautus in Pſeudolo,

Item vt Medea Peliam concoxit ſenem,
Quem medicamento, & ſuis venenis dicitur
Feciſſe rurſus ex ſene adoleſcentulum.

Quo alluſiſſe videtur Cicero in libello de ſenectute, Quo quidem me profiſcentem haud ſanè quis facilè retraxerit nēve tanquam Peliam recoxerit. placet enim impenſius ea lectio quàm quæ in vulgatis codicibus extat hoc modo, tanquam pilam retorſerit. Non abludit huc dictum Martialis lib. 6. de Telethuſa agillima ſalaciſſimáque puella, Tendere quæ tremulum Peliam poſſit, hoc eſt, effœtum ſenem vegetum reddere & veluti iuuenem ad venerem armare. Pelias Neptuni ex Tyro Salmonei filia, rex fuit Iolci, cui Iuuenæ in fronte cicatricis ſtigma, ab vngula equina impreſſum, nomen dediſſe putatur (id enim eſt πελιὸν Ἰωλκὸν teſte Euſtachio (hic Medeam plurimi facientes filias ſuas eius nutui ac voluptati obſecundare iuſſit, itaque illarum obſequio abuſa Medea Peliæ corpus in æneo lebete coquendum eſſe perſuaſit, vt ſenij exuuio poſito, iuuētutem recuperaret, vtque fides verbis accederet, arietem prius in fruſta diſſectum in lebete decoxit adhibitis lectis quibuſdam venenis, eúmque in agni ſpeciem mutatum eduxit: Itaque fictæ beneuolentiæ oſtento Peliæ illudens in ænea cortina illum concoquendo necauit. Fabula legitur apud Diodorum Siculum Bibliothecæ libro quinto. Poterit in vſum trahi hoc modo ſi dicamus ſcriptis alicuius vel admonitione ſalubri alios nos eſſe factos, & Peliæ inſtar recoctos, ſi Plautinum iocum velimus ſequi, qui ſeu ſtudio ſeu memoriæ lapſu fabulam corrupiſſe videri poteſt, quippe quum Æſonem reſtitutum legamus, non Peliam. Poteſt & aliter & quidem verius in vſum recipi, hoc pacto, Monachi, qui in Meſuem commentarios ſcripſerunt, dum rem herbariam reſtituere multifariā mancam fatagunt, variis eam erroribus inuoluerunt, & quaſi Peliam recoquendo euerterunt.

† Pelias.

Vſus adagij.

Cum Æſone iuueneſcere. 77

Ἅμα τῷ Αἴσονι νεάζειν, id eſt, Cum Æſone reiuueneſcere. Prouerbium ſuperiori affine, & in quod alibi diximus Equus Sophocleus. Quadrabit in eū qui diuturna valetudine: effectus enecti ſique priſtinos vires de integro recuperarit: vel qui ſenectā inualidus, vires iuueniles lectione authorū eruditi recipere ſibi videatur, veluti ſi quis in barbaris ſcriptoribus vitam aſſiduè conterens, bonarum literarum lectione tædium illud leuet, hoc eſt cum Æſone reiuueneſcat. Syneſius Troilo, εἰ γὰρ ἡμῖν καὶ τοῦτον τύχοι ἀποδῆξαι μοῖρα μόνον ὅτι τὸν Αἴσονα τὸν Θετταλὸν λέγουσι, τὸν φασὶ τῶν παίδων δὶς ἀθλίων τὸν ἐκ πρεσβύτου γεγονέναι, id eſt, Iſta ſi nanciſci mihi contingat, oſtendam non fuiſſe fabulamentum quod de Æſone Theſſalo fertur quem repubuiſſe bis iuuenem è ſene factum perhibent. Fabulantur Æſonem Iaſonis patrem veneficis Medeæ reſtitutum fuiſſe iuuentæ, id autem Medeam feciſſe parato arte lauacro, ex herbarum quarundam ſalubrium decocto (cui à concoctionis argumento πεπάνων nomen erat) annotauit Palæphatus veruſtus ſcriptor. Finitimum huic eſt illud Euripidis ex Heraclidis,

Νέῳ μιγεῖσ' ὁ γῆρας αὖθις αὖ. , id eſt,
Ænipſi iterum ſaltus à ſene iuuenis.

Coronidem imponere. 78

Finem operis imponere.

Τὸν παρόντα δὲ ἐπιτιθέναι, id eſt, coronidem imponere, eſt abſoluto operis finem imponere. Synefius in Caluitij encomio, ὥρμησε δ' οὕτω καὶ τοῦ Διὸς, ὃν παρακαλῶ τὸν λόγον ἐπιθεῖναι, id eſt, ita & de Ioue dictum fuit quem Dion orationium Coronidem impoſuit. Nazianzenus in ſecunda oratione Cyprian. ξιφοπλοῦντα παφλάσμασιν καὶ ζέσεσι πολλοῖς ἑαυτὸν ὑπερεπῆρεν τὸν περιφρέοντα, id eſt, Enſe decoctatus, iſtam coronidem varijs tormentis imponit. Idem ab Euſebium Samoſatenum præſulem. Καὶ νῦν ἐκεῖνος τὰς ἀνδριάντας ἐπὶ τοῖς ἀγῶσι τοῖς ἑαυτοῦ ὑπερεπῆρεν, id eſt, Beator qui ſudoribus pro veritate exantlatis tam pulchram coronidem impoſueris. Idem in Monodia Baſilij Magni, καλὸν ἐπέθηκεν ὁ τοῦ ἀγῶνος τὸν περιφρέοντα, id eſt, Egre-

giam coronidem tempus illud attulit Coronidem exponit Hesychius quod in ædificiis postremo loco adiicitur aut imponitur, turbinatum videlicet fastigium, similéve quid. Hesiodorus lib. 3. τὴν κορωνίδα τῆς πόμπης καὶ φθαλμὸν ἀμφὶς τὴν οἰκείαν θυγατέρα γνωρίζοντες, id est, Pompæ coronidem atque oculum reuera tuam filiam agnoscentes & li. decimo, τὴν κορωνίδα τῆς ἀγαθῆς, id est, Bonorum coronidem. Cognatum est illud Aristidis in Atcleptadis, ἐκκαιδεκάφυλλον τῶν ἐπιθημάτων τῆς εἰς τοὺς Ἕλληνας εὐεργεσίας. id est, Illud tanquam capitellum beneficiorum erga Græcos impoluerunt. sic Nazianzenus in Athanasium, κεφαλαῖον ἐπιθεὶς, id est, Improbum capitellum imperio imponens. Huc referri potest & Hesiodicum illud,

Ἐτερὸν δὲ ἐπὶ ἑτέρῳ λόγον ἀκουφόνιον. id est,
Vsum est alio sermone imponere finem.

Proclus enim exponit τὸ ἀκουφόνιον, ἀντὶ τοῦ τὸν λόγον κεφαλαιῶσαι ἐπιθεῖναι, id est, perficiam & veluti capitellum imponam.

In Ceo quis dies. 79

Res dubia. Ἐν Κέῳ τίς ἡμέρα, id est, in Ceo qui dies. Hesych. annotat efferri prouerbium de rebus dubiis haud certò compertis, ἐπὶ τῶν ἀδήλων, quod in Ceo insula non haberent Italas ferias, sed pro arbitrio quisque suo eas celebrarent, vbi commodum esset: vnde etiam prouerbiale dictum manauit, Tibi ipse calendas edicito, de quo alibi egimus.

Asiatici mores. 80

De mollib. & luxu corruptis. Asiatici mores in prouerbium abiere, pro mollibus & inconstantibus & luxu corruptis. Ammianus Marcellinus lib. 16. Iulianum aliquoties corrigebat, Asiaticis coalitum moribus, ideóque leuem. Asia, inquit Plinius lib. 33. deuicta primum luxuriam misit in Italiam, eadem donata multo etiam grauius affixit mores. Attestatur & Liuius lib. nono quartæ Decadis, Asia, inquiens, amœnitate, copia rerum omnium, mollitia & regiis opibus ditiores quàm fortiores exercitus faciebat. Asiaticum etiam dicendi genus vocant tumidum & inane. Vnde Quintilianus lib. 12. cap. 10. Asiana genus tumidior & iactantior, vaniore etiam dicendi gloria inflata est. Ibidem ait discrimen illud fuisse inter Asianos & Atticos, quod illi inflati & inanes haberentur, hi presi & integri. Idem testatur Ciceronem ipsum vt tumidiorem & Asianum ac redundantem sui temporis homines incessisse.

Etiam saxa loquentur. 81

De vt manifesta. Καὶ λίθοι βοήσονται, id est, Etiam saxa loquentur. Refertur parœmiæ nomine apud Ioan. Zezen in omnigena historia de rebus admodum manifestis, quibus lapides aliáque inanima omnia & vocis expertia attestari queant. Elique hyperbolica loquendi formula.

Quod sal carni. 82

De eo quod rei peculiare sit & proprium. Quum significare volumus proprium aliquid esse & peculiare alicui rei, prouerbij vsus erit, veluti si dicamus, veritatem proprium esse condimentum historiæ, non aliter, quàm sal carni sit, aut poetrices delectationem: vsus est Philon Iudæus libro de mundi opificio, de piscibus loquens, quibus ad conseruationem corporis aspersa sit vitalis facultas, καθάπερ φασὶ τοῖς ἁλσὶ πρὸς τὴν χρείαν, ἃ μὴ ῥᾳδίως ἐξαφίσταται, id est, quemadmodum sal, vt dicitur, carni, ne facilè computrescat. Ita Varro libro rei rusticæ secundo, Suibus animam † *Sal fatuus.* datam pro sale ait, qui seruaret carnem. At sal fatuus, de insipido homine dicitur, quomodo Hecebolius sophista legitur se hunc ita traussse ante templi vestibulũ, exclamasseque πατέστατε μου τὸν ἅλας τὸν ἀσαπῆ, id est, proculcate me salem insensiem: quod refert Nicephorus Callistus.

Intus Hecuba, foris Helena. 83

Formosa, sed maledica. De fœmina formosa quidem, sed maledica & improbis moribus prædita dicitur prouerbio Gregorius Nazianzenus in carmine aduersus fucatas mulieres puromillio obliras,

Ἔνδοθεν μὲν Ἑκάβη, ἔκτοθι δὲ Ἑλένη. id est,
Intus ista Hecubam, pulchram Helenámque foris.

Hecub. Priami vxor præterea turpissima in canem conuersa fingitur. Plautinus Menæchmus propter maledicentiam, sic enim ait,

Non tu sceres mulier, Hecubam ob propter canem
Graij esse prædicabant? Me. Non equidem scio.
Me. Quia idem faciebat Hecuba, quod tu nunc facis.
Omnia mala ingerebat, quem quem aspexerat,
Itaque adeò iure capta appellari est canis.

Huc spectat illud Iuuenalis satyra decima. Sed torua canino Latrauit rictu, quæ post hunc (Priamum) vixerat vxor. Poterit & de fucata dici, quomodo vius est Nazianzenus, quæ larua potius & spectrum hominis videri queat, nisi stibij & purpurissi mangonium penicillo inscriptum fœditatem obliteret. Transferri etiam poterit ad librum spurcitiæ plenum, speciosum titulum præferentem, aut membranis sumptuosis magnificè exornatum.

Citius terra atherem conscendet. 84

De conatu eius rei quæ fieri nequeat. Impossibilis conatus significationem habet illud, quod apud Euripidem Hercules loquitur,

—θᾶσσον γὰρ κάτω
Γῆς εἶσιν ἄστρα, γῆ τ' ἀνὼ εἰς αἰθέρα,
Πρὶν ἐξ ἐμοῦ σοι δῶτ' ἀπιστῆσαι λόγῳ. id est,
Citius humo insigentur astra, & atherem
Terra occupabit, quàm verbum pulset tibi.

Refertur à Philone semel atque iterum. Cui affine est Zenonis dictũ, ὅτι δεῖται κοιλίᾳ βασιλικῇ πλέον πλοίματος, hoc est, Prochuius mergi posse vtrem vento distẽtum: cuius idem scriptor meminit.

Græca fides. 85

In periurio. Græca fides, pro dubia & vana accipitur, haud pro certa, quippe quæ nulla prorsus esset nisi præsente pecunia oculitus creditori satisfaciatur, quod ex Plauto in Asinaria manifestum fit, vbi ait, Cætera quæque volumus vti, Græca mercamur fide, & ostendit hoc clarissimè Polybius historiæ libro 6. his verbis, ὅσοι μὲν οὖν ἕλληνες καὶ τάλαντον μόνον παρὰ δισχιλίων ἀργυρίου ἔχοντες δίκας καὶ συναγωγὰς ποιοῦσι, καὶ μάρτυρας διαπαίοις, οὐ δυνάμενοι πρῶτον τὸν πίστον, id est, apud Græcos si cui vel vnum duntaxat talentum creditum fit adhibitis decẽ antigraphis totidẽ nque sigillis, duplóque pluribus testibus, fidem non seruant. Abiit & Græca fides in prouerbium de astu dolóque improbo. sic Silius Italicus vtitur libro 14 belli Punici, Calliditas Græia atque astus pollentior armis.

Antrum Mercurij. 86

De eo qui libris inuigilat. Ἄντρον τοῦ Ἑρμοῦ, id est, Mercurij antrum ingredi prouerbiali tropo dicũtur, qui libris inuigilant, rerúmque cognitione operam nauant. Zezes Mercurij antrum, libros vocari annotat. Locus est apud Orpheum in Lithiacis, opere de gemmis conscripto,

Ὃν δέ κε μὴ πάντων πανυμέτωπον ἦτορ ἀνὴρ
Ἐς πολυείρα τὸ ἄντρον ἐπιλλίβῃ βασιλῆος,
Τοῦ ἐγκαταπλίων ἀγαθῶν κατίμην ὄμιλον,
Ἀλλὰ κε μερμήριξεν ἑτερόφρονα πολλὰ μερίζων,
Οἷκαδ' ἀποστείχοι σοφοῦ πολίδεκτον ἰόντα. id est,
Quemcunque ille hominum prudentem mente subire
Antrum Maiugenæ secundi suasit amœnum,
Quo cumulum omnigenum inclusit seruátque bonorum,
Mox illinc vtraque manu refert domum opima
Commoda, paupertem fugiens tristesque labores.

Flamma sine Vulcano. 87

De angoribus animi. Πυρκαϊὰ ἀνήφαιστος ἢ ἄξυλον, quod sonat, Incendium absque Vulcano & lignorum expers, prouerbio dici scribit Io. Zezes in omnigena historia, animi angores & curas animum coquentes exulcerantésque, nullum autem grauius est incendium quàm affectus, qui ita animum lancinant: Sic de amoris igne dixit Virgilius doctè, Est mollis flamma medullas. & de eadem Didone iterum, Et cæco carpitur igni, secretum amoris ingẽdium quo torrebatur indicans.

Edentula maxilla. 88

Ἀμύλου γνάθου. Ἀμύλου γνάθου, id est, Lucca edentula prouerbiale dictum in eum qui lædere aut fortunis officere alterius nequeat: Licebit & γέροντος ἀμύλου γνάθου, id est, edentulas aut exarmatas senis maxillas in contemptũ senilium virium detorquere, vt si quis calamo conuitióve senem lacessens, inturiæque vicissitudinem contemnens, dicat se nihili facere impotentis hostis ὥσπερ γέροντος ἀμύλου γνάθους, veluti senis edentulas maxillas. Integrum videtur adagium legisse Gregorius Thessalonicensis hoc modo,

Γέροντος ἀμύλου γνάθοι βακτηρία. id est,
Sunt ipsa senis maxillæ edentulæ.

Verba eius hæc sunt, ἡμεῖς ἀμύλου γνάθους ἀμύλους, ὡς οἶόν τι, αἷς ἡ τῆς παιδείας ὁπὴ καὶ βακτηρίας ἀντιλαμβάνεται ἀνδρὸς γέροντος, hoc est, Attamen edentulis malis, vt potest, cibum molit, quas prouerbiũ scipionis vice senì tribuit.

Ἀμύλου γνάθου.

De eo qui lædere nequeat.

Quærat

Onerat aliquam Zamiam. 89

Onerare Zamiam, non sine prouerbij specie dixit Plautus, pro, moliri alicui detrimentum, & qua ratione alicui incómodes, machinari ita enim Euclio loquitur in Aululari de diuitũ amicitia cũ tenuioris fortunæ hominib. *Nemini credo, qui large blãdus est diues pauperi.*

Vbi maxum mycrit benigne, ibi onerat aliquam Zamiam.

Indicat autem damnolam esse egenis amicitiam diuitum. Camerarius putat esse ζημίαν, qua voce detrimẽtum & iactura significatur, quomodo Aristophanes in Pluto dixit, ἐτησίας ζημίας ὀφλεῖν, damnum interdum dabas. Plautinæ vocis gratiam exprimunt verba Alexidis Comici apud Athenæum lib. 3.

Ὃς αὐτὸς ὢν αὐτῶν τῶν τυχῶν μόνον
Σωτῆρα, τοὺς ἄλλους δ' πάντας, ζημίαν. id est,
Vt qui sit vnus omnium certarum
Artis columen, at noxa præsens, cæteri.

Tale ferè est Heliodori illud lib. sexto, ἀμὴ μὰ ζημίαν ἢ μόχθον, οὐ καὶ μὰ δόξαν μεγάλην ἢ μικρὰν ἰσπεῖσα οὐσίαν, id est, Sanctum & prægraue onus mihi est, quicquid Isiaca sacerdos non imperarit, siue magnum illud sit, siue exile. Gregor. Nazianz. ad Nectarium episcopũ, ζημίαν κρίνει, id est, inexpiabile dispendium acceptum iudicat. Nec quæ absonum fore existimat idem Camerarius, vir extra omnem iudicij aleam positus, si Zamiæ significatio huc aduocetur, quæ apud Plinium extat li. naturalis historiæ 16. capite 26. quo loco ait, nuces pinus quæ ie in ipsa arbore, præ nimia, aut præpropera potius, maturitate diuisere, Zamias vocari, & nisi detrahantur, cæteras lædere.

Mente senex. 90

Æschyli versus est prouerbialis in tragœd. cui titulus, Septem ad Thebas,

Imitatus Sophoclem.

Γέροντα τὸν φρονοῦντα, σῶμα δ' ἰσχὺν φέρει. id est,
Mentem senilem, corpus at iuuenile habet.

De eo qui ætate iuuenis, senilem grauitatem prudentiamque præ se fert. Huic affine est illud Nazianzeni in Monodia Basilij, πολλοὶ νέοι σοφοὶ καὶ σοφοὶ τῶν πολλῶν, id est, Ingenio canus etiam ante canos. Pindarus in Pythis, hymno quarto Κἠν παιδὶ γὰρ ἐν παιδὶ, ἐν δ' ἁμαλᾶς ἡσυχίᾳ. id est, Ille inter pueros iuuenis est, at in consiliis senex. Idem in Olympis oda 4. φύονται δ' καὶ νέοις ἐν ἀνδράσι πολιαὶ ἁμαὶ καὶ σοφίᾳ τ' ἀμείνονες ἐπιβάλλουσιν, id est, Frequenter erumpunt etiam in iuuenibus cani, extra iustam ætatem. Nicephorus Callistus lib. 9. de Macario Ægyptio, Adolescens admodum, inquit, sapientiæ studius antecelluit indito ea de causa cognomine, παιδογέρων, quasi dicas, pusionem senem: ob maturæ prudentiæ specimen in ætate intempestiua. Contrarium huic est quod apud Philostratum Antiochus Sophista de Hermogene Tarsensi iocatur, οὗτος, inquit, ἑρμογένης, ὁ ἐν παισὶ μὲν γέρων, ἐν δὲ γέρουσι παῖς, id est, Hic est Hermogenes, inter pueros senex, inter que senes, puer. qui morsus eò tetendit, quòd ille nulla certa de causa memoria defectus repentè infans è diserto exiuerit. Non abludit hinc Plutarchi dictum in Lucullo. χρηστέον γὰρ φησὶ τὸν ἄνδρα τῷ τρόπῳ πρὸς χρείαν, ἐπαγκαλίζεσθαι δὲ τῷ ἄμεινον, id est, Laudatius est ingenium in quo senescit malum at bonum iuuenescit.

A cauda ad os transferre. 91

Ἀπ' οὐρᾶς ἐπὶ τὸ στόμα μετάγειν, id est, A cauda ad os transferre, apud Plutarchum in nono Symposiac. prouerbij vice positum est, pro, à calce ad initium transferre, vt quod postremum locum obtinere debuerit, ad primum mutato ordine trãsponatur. sic autẽ inquit, αἱ γὰρ κελεύομεν ψυχρὰς πράσεις ἀπ' οὐρᾶς ἐπὶ στόμα μεταχωρεῖν τὸν ἀκροατὴν εἰς τὴν ἀρχὴν τάξιν ἄγειν, id est, Quas frigidas nominamus mentas, à cauda ad os translatæ, primum pro postremo ordinem obtinent.

Mutatur ordo.

Sisyphus. 92

Sisyphus prouerbialiter accipitur apud Synesium pro impostore in epistola ad fratrem, Τί ἂν πρὸς ταῦτα ὁ σύμφωνος ἐκεῖνα μειλίσσει ἀστεροκελαδῶν, id est, Quid ad hæc Sisyphus ille parum elegans? Idem alibi, οἱ δὲ κύκλωπα μὲν ὀλίγα τῶν πολλῶν, σπουδὴν δὲ πᾶσι τὴν ἐγχειρησιν, δίκην ματεύειν, id est, Et innumerò mentitas das pœnas, qui te audacia Cyclopem, dolosis conatibus Sisyphum præstitisti. Sisyphum Æoli filium Corinthi regem primum omnium dolis fallaciisque vsum fuisse Polyænus strategematum author scriptis prodidit. Sophoclæus interpres scribit Sisyphum vaferrimum fuisse furem, qui bestiarum ab se furto abactarum pedibus soleret characteris loco imprimere nomen suum μετοχαίμασιν, vnius literæ ductu exaratum. Aristophanes in Achar.

D. impostore.

Εἶτ' ἐξαπατᾷς μηχαναῖς τοῦ σισύφου,
Ὃς σκῆψιν αἰεὶ τῶν ὁδῶν ἔχων ἐτύγχανεν. id est,
Quem Sisyphi expedita eius molimina,
Eternam moram non postulat vectorium.

Xenophon rerum Græcarum lib. 3. refert Dercyllidam industrium extitisse ingenij virum ἐκ μηχανῆς, hoc est, in excogitando multa vafrum, cognominatum fuisse Sisyphum, Apulcius lib. de Magia. Quis Palamedes, quis Sisyphus, quis denique Eurybates aut Phrynondas talem excogitasset? Quo loco enumerantur quatuor memorabili vafricia clari. Theognis poeta,

Πλείονα δ' οἶδεν Σισύφου Αἰολίδεω. id est,
Non si. Plura scias, quam vel Sisyphus Æolides.

Aristides, τί γὰρ δεῖ τῆς σισύφου σοφίας μεμνῆσθαι, i. Quid opus est meminisse Sisyphi prudentiæ? De Sisypho ita fermè Eustathius Iliad. 6. Virum fuisse sapientẽ, nominis ratio loquitur, idem enim sonat quod σίσυφος diuinarum rerum gnarus, σοφὸν enim Deum nominant Peloponnesij, & σοφον, σοφον Æolico idiomate vocari constat. Videtur autem ille pacificum tenuisse imperium suisque subditis securum, vnde & mortem vinculis coercuisse legitur, nisi fortè eo spectat commentum, quòd amuleta quædam & morborum remedia inuenerit. Lycophron Mopsum vatem σισυφίαν velut Sisyphum appellat, quod in arte num erandi insignis esset. Memoratur à Zeze & Sisyphus Cous Teucri fuisse scriba, vir doctus qui ante Homerum Iliada scripserit, ætra merens in expeditione Troiana, cuius postea metaphrastes fuerit Homerus.

Sisyphus, vir sapiens.

Qualia canities loquitur. 93

Πολιὰς ὅμοια μυθολογεῖσθαι, id est, Canitiei congrua effutire, prouerbialiter dixit Nazianzenus, pro aniles fabulas & deliramenta proferre. sic enim ait ad Nemesium. Ἀληθῶς πολιὸν ὁμοῖα μυθολογεῖσθαι, i. reuerius blaterare semilia fabulamenta, canitiei assimilia. Olympiodorus in Platonis Gorgiam, causam reddẽs cur comœdiam exploserit è tua repu. Plato, σπουδὴ, inquit, γελοῖα πράγματα μιγνύειν, hoc est, quia fabulas aniles inducit. Plato in Gorgia. τάχα δ' οὖν ταῦτα μύθοις σοι δοκεῖ λήρου γραὸς ὑπὸ χεῖρα εἶναι, id est, Forte ista tibi ab anilibus fabulis haud aliena dici videntur. Polemon Laodiceus cuidam in Phauorino philosopho loquacitatem notanti, vibanè dixit, ἡ πᾶσα γραῦς λεπτὴ anus omnis garrula est, vt apud Philostratum legas. Abiit & in vulgare dicterium nostrate lingua, quòd nugas vocitamus, anilis colus euangelia, eo quòd vetulæ dum colum tractant, vanis fabulis plerumque tempus terant.

In anicolas.

Gallus bibit neque meit, Myxus non bibit, attamen meit. 94

Ἀλέκτωρ πίνει καὶ οὐρεῖ, μύξων οὐ πίνει καὶ οὐρεῖ, id est, Bibit gallus neque meit, Myxus non bibit, attamen meit. Citatur in Varini lexico, dictúmque annotatur de arrogantibus hominibus & magnos spiritus gerentibus. Græcè est, ὁδὶ μὲν περπατεῖ καὶ μεγαλαυχεῖται, Fertur autem Myxus quidam Dianæ fuisse sacerdos, homo astutus & fastuosus.

In arrogantes.

Λίμφος, Muccus. 95

Λίμφος, hoc est, Muccus prouerbiali tropo dicitur homo stupidus ac nullius ingenij ὁ μάταιος καὶ ἀνόητος, Hesychio teste. Eustathius τὸν ἀνόητον exponit, insulsum: Herennius Philon annotat λίμφον apud Atticos vocari mucculentum: vulgo autem soliditatis nomine malè audiunt, quibus nares mucco diffluunt. Menander in Supposititio fabula, γέρων ἄθλιος λίμφος, id est, Senex miselles mucosus. Est autem proprie λίμφος ἡ πτυχὴ μύξα ἐν τῇ μυκτῆρι, id est, muccus narium cõcretus. Libanius περιζέσαι καὶ λίμφου ἔμπλεων, id est, Coryza muccóque oppletus. Huc pertinet Cratini Comici iocus in obesæ nasi hominem, ὄλιζε πάλιν ῥῖνας, quo iubet illum defecare & quasi percolando nares repurgare, sic enim ὀλίζειν & διυλίζειν τὴν ῥῖνα dixit Plutarchus percolare seu detecare vinũ: quo nomine miror Joachimũ Camerariũ virũ doctissimũ in eius dicti explicatione, translationẽ deducere à frondatoribus & à putationẽ. Est & vicina huic vox λίμβος, qua scapha nauem onerariã sequens significatur, non ineleganter in prouerbialem cauillũ transumpta, dum adulatorem & parasitum eo vocabulo designãt, Athenæi testimonio,

Detstupido.

† λίμβος

velut mensarum assecla: quod cognominis adhæsit Heraclidi Calletiano, vt est apud Laertium, & citatur non vno in loco apud Athenæum, ὁ ἡρακλείδης ὁ λέμβος, Heraclides cognomento Lembus: Crediderim λέμβον etiam dici posse, quem Latini Pedarium senatorem vocant, quod alio rum dictis suffragetur alienę sententiæ seruus.

Agnum demetere. 96

Ἀμνὸν θερίζειν, id est, Agnum demetere, Prouerbiũ citat Eustathius Odysseæ nono, effertique annotat. ἐπὶ τῶν ἀβρεχύμων ἐμφερόμενον, de his qui ad pœnam conniuent, mulctamque in commodum tempus differunt: Occasione adagij petita ab agnis qui primo vere inutiles lanitio relinquuntur, asseruantúrque in ætatem ad idoneum tondendis lanarum villis tempus. Quadrabit quando silentio prætermittimus quippiam, data occasione opportuniore loco ac tempore disertius de eo prolixiúsque acturi.

Necessitatem edere. 97

Ἀναγκοφαγεῖν, id est, necessitatem edere prouerbij specie dicitur, qui necessitati vt consulat, quiduis patitur. Dionysius Longinus in libello περὶ ὕψους, hoc est, de sublimi dicẽdi genere, annotat ἀναγκοφαγεῖν τὰ πρὸ γαστρὸς dici ἐπὶ τῶν αἰσχρὰ ἢ γενναίῳ ἀνδρὶ ἀνάξια ἑκὼν καὶ μετ' ἰδιώτου ἱλαρότητος ὑπομενόντων, id est, de eo qui se indigna ac turpia, patienter lubentique animo perfert, vt rebus suis impensius satagat. illud obiter obseruandũ est in Græco codice perperam legi μυστηριῶντα, pro καρτερῶντα. Vsus eo est Theopompus historicus de Philippo Macedone loquens. Φησὶ, inquit, αὐτὸν ὁ φίλιππος ἀναγκοφαγεῖν τὰ πράγματα, id est, quum sciret Philippus rerum necessitatem deuorare. Simili fermè paroemiæ specie vtuntur nostrates, quando eum qui necessitati consulens, intoleranda fusque deque fert, Necessitatem in virtutem commutare dictitant. Origo nata ab athletis qui ad necessitatem edunt, vt firmitudinem illam quadratam corporis continuè alant, vt innuit Hesychius. Aristoteles in Politicis ἀναγκοφαγίαν appellat athletarum diætam vtendique rationem, velut necessariam ingurgitationem, quòd continuè tumoris molem corpori adiicere studeant, vti Galenus insinuat. Ad hunc modum Philostratus de Rufo Perinthio sophista loquẽs, dicit illum duraſſe corpus, perpetua sagina illud roborando: cuius verba sunt ἔχρητο δὲ ἐς γυμνασιαῖ πρατίνῃ τὸ σῶμα, ἀναγκοφαγῶν αἰεί τε ἐς ἅπερ τῶν αὐτῶν Φλαυιανὸς τοῖς ἀγωνιζομένοις, id est, Dictus fuit consuescere corpus roborare gymnastico exercitio, semper illud explendo, & non aliter, quàm solent luctatores, saginando.

Necessitatem in virtutem commutare, vulgus ait.

Cucurbita glabrior. 98

De caluo.

De caluo prouerbiale secundum est Apuleij, Cucurbita glabrior, cui simillimum est Plautinum illud, Vulso Lydio glabrior: apud eum enim hæc verba legũtur, *Tu illum gallum, si sapis, Glabriorem reddes mihi, quã* volsus Lydius. quod inde natum putant, quòd olim ludis Romanis pueri præstules glabri essent ac depiles, quos Romani Lydios appellabant, Varrone teste lib. 1. de vita populi Rom. nam vitium est in Nonianis codicibus, in quibus legitur debiles perperam, pro depiles: nisi quis putet referendum potius ad mollitiem Lydiorum notissimam.

Nil boni cogitat vir arrigens. 99

Οὐδὲν φρονεῖ ἄνδρα ὀρθὸν ἑστῶτα ἀνήρ. id est, *Nil cogitat planè bonus vir arrigens.*

Prouerbialem senarium citat Eustathius ex Ælij Dionysij rhetorico lexico, non explicat tamen, atque ita legit & Suidas ferè hunc in modum, οὐδὲν μέγα φρονεῖ ἑστῶτα ἀνήρ, id est, Nil magnum sapit vir arrigens, sed manca partúmque integra versus lege. Significat autem quòd libidinis furor prudentiam omnem expectores, honestíque rationem ex animo deleat. quòd si quis legat ἑστῶτα, indicabit, stantes, hoc est, in iram alióve animi affectus arrectos iuste iudicare non posse, siquidem legimus iudices olim sedisse, argumento sedatioris animi & ab omni motu compositi. Porrò verbum ὀρθὸν in pudendam significationem transtulit Comicus, vnde & de Diana virgine dictum est, ὀρθὴ σύριγξ μενεῖ, ἥ τις αἰδῶ πάσῃ, quod arrectionem inuisam habeat: quin & lactuca sessilis latifolia, ab Athenienſibus ὄρθιον dicebatur, quòd nimius eius vsus impotentes in venerem reddat, qua de causa & Pythagorei Ἀνόχιον eam vocarunt, quasi castrantem & eunuchum. Ennius citat alicubi, οὐδὲν φρονεῖ ὄνηρον ἀνὴρ ἑστώς. quod ita conuertit. Vrbanus æqui nil boniue cogitat sed agnoscit deprauatum versum. *De furore libidinis.*

Herculis ira. 100

Herculis iram appellat Aristophanes in vespis, generosi pectoris iram, magnóque animo dignam, quòd quemadmodum Hercules laboriosissima quæque & difficillima certamina subiit, è quibus eò plus honoris assequebatur, quò essent molestiora ita & generosus est & Herculis ira dignus, potentiores incessere, quàm plebeios homunculos, propterea inquit Comicus, *Generosi pectoris ira.*

Ἀλλ' ἡρακλείαν ὀργήν τιν' ἔχων τῶν μεγάλων ἐπιχειρῶ, id est, At Herculaneam quandam iram habens, magnates adoriri se velle dicit. Theocritus de robusto illud extulit idyllio quarto,

Φαντί νιν ἡρακλῆι βίᾳ ἢ τόξοις ἐρίσδειν. id est,
Viribus Alcidæ hunc comitem aiunt posse luctari.

Philon Iudæus, ἡρακλείαν δὲ παῤῥησίαν, id est, Herculeam confidentiam dixit prouerbialiter, ibi, τοὺς ἡρακλείαν ἀνδρείαν μιμουμένους, id est, Herculeam ferociam imitantes. Ad Aristophanicum versum respexit Aristides, de Comico ridiculo sentiens, ὅπερος δ' αὖτ' ἡρακλῆς ὀργὴν τιν' ἔχων, id est, Alius quispiam Herculis quadam ira percitus. Huic dissimile est quod Ouidius ait lib. De ponto tertio. Nobile nanique pectus, & Herculeæ simplicitatis habes.

ADAGIORVM HADRIANI IVNII CENTVRIA OCTAVA.

De eo præeunte, nullus officit obex. 1

Frequens est & parœmiæ vice vsurpatum ab Aristide, Θεοῦ ἡγεμόνος ἀρχῆς, id est, Deo præeunte aut initiũ faciente: vt in Panegyrica oratione. Ἀλλ' ὅταν ἐμφανὲς ἐνδείξῃ θεὸς ἡγεμόνος ἀρχὴν, ἐνταῦθα δὴ πᾶν πρόθυμον, id est, At vbi Deus initium ostenderit, quod ait Pindarus, nullus officit obex. Idem aduersus eius iuri obtrectatores. Θεοῦ γὰρ φασὶ Πίνδαρος ἡγεμόνος ἀρχῆς, ἐν δὲ τοῖς ἀνθρώποις ὁδὸν εὑρεῖν τὸ προκείμενον, hoc est, Monstrante Deo initium, vt Pindarus inquit, prona est semita ad inueniendum quod propositum est. Huc pertinet sententia prouerbialis, quam citat Suidas, Θεοῦ παρόντος ἅπαν ἄπορον πόρον, i. Deo præsente fit expeditum, quicquid fuerat implicitum, & illud Aristidæ ἀλλοῦ παρὼν ὁ Θεὸς ἔνδον παρέσεται, id est, Sit peruium authore Deo, quod Imperuium erat antea. Hinc Philon Iudæus lib. Quod omnis vir bonus idem sit & liber, ἀκόλουθον γὰρ ἀνδρὶ

τῷ τὸ Σοφόκλειον, οὐδὲν θεσπεσιώτερον ἀκούειν, Θεὸς ἐμοὶ κρίνει, θνητὸν δ' οὐδὲν εἶδον, id est, Excitandabit enim Sophocleum illud, oraculoribus responsis nihilo inferius, Mortalium nemo, at Deus dux est mihi. Ad hanc classem spectat & Synesij illud in epistolis Θεὸς ἐμοὶ τῶν ὅλων ἡγεμών. i. Deus cuiusuis & dicti & facti auspex esto. Certè religio omnis Deum opificem omnium agnouit semper, & ab illo captandum auspicium vnanimi conspiratione contendit, vnde Pausaniæ authoritate annotat Eustathius in cuiuslibet rei auspicatu dici solere, celeusmatis instar, Ζεὺς Ζεύς, i. Deus Deus: quod obseruasse non temerè videtur Plato in principio librorũ de Legibus, vbi quũ Athenienſis hospes dubiè dixisset videri à Deo aut ab homine, quoniam inuectas esse leges, respondet Clinias, Ζεὺς ὦ ξεῖνε Ζεύς, hoc est, Deus ô hospes Deus eiusce rei author est. Quod Platonis dictũ repetit Theon Alexandrinus in Aratæis cõmentariis, causam reddens, cur ab Ioue exordium operis sumpserit Aratus, ita canens. Ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα, quod Maro ad se recepit ibi, Ab Ioue principiũ. Nimirũm & Pindarus alicubi dixit breuiter, Διὸς ἐκ φρενῶν, hoc est, *Ab Ioue principium,*

hoc est, Ab Iouis proœmio, innuens ab Ioue, hoc est, Deo rerum principio, conatus nostri auspicium esse sumendum.

Daphnis inter pastores primus. 2

Δάφνις μεταξὺ νομέων ποιμὴν ἐγένετο, id est, Daphnis inter pastores primus exstitit. Extat apud Synesium in epistola ad fratrem, prouerbialis specie dictum, τὰν πάνυ Δάφνις μεταξὺ νομέων ποιμὴν ἐγένετο, τοῦτο τὸν Εὐθάλειον ἐπὶ μέγα τύχαι κέρδος, id est, Ex eâ occasione Daphnis inter pastores primus extitit, hoc factum Euthalium ad amplas fortunas euexit. Vtum prouerbij ipse author exponit propemodum. Quoties namque opinionem alicuius augescere, ipsúmque admirationi esse volumus innuere, atque magnæ authoritatis haberi, dicemus, Daphnis inter pastores principatum obtinet. Prouerbij origo ex Theocriti Bucolicis, vbi de victore Daphni ita canit,

Καὶ τοῦτο Δάφνις μεταξὺ ποιμένων ἔπλετο. id est,
Daphnis se ex illo primus pastoribus tulit.

Quo alludit Virgilius ibi,

-Daphnin ad astra ferimus.

Historiam de Daphnide pertexit Diodorus Siculus libro 5. Is è Mercurio & Nympha Siciliæ indigena prognatus, & ab nymphis enutritus, multa boum armenta possedit, à quorum cura βουκόλος, id est, bubulcus dici cœpit, cúmque esset ingenio acri, carmen ab authore Bucolicum dictum, primus excogitauit: dicitur autem Syracusius fuisse. De hoc paulo fusius Ælianus libro decimo omnigenæ historiæ. Daphnis, inquit, Bucolus amasius fuit Mercurij secundùm alios filius, nomen ab euentu sortitus, quòd à partu expositus fuerit in laureto, quem boues in Sicilia pascentem nympharum vna deperisse dicitur, cumque illo primum iuuentæ florem delibasse inito pacto, ne cum alia congrederetur, quòd si faceret, interposita oculorum orbitatis pœna: sed quum non multo pòst adamatus à Regis puella, per ebrietatem pactum dissoluisset, habita consuetudine cum Regis filia, captus luminibus, Bucolicum carmen, calamitatis solatium, primus cecinit.

Daphnis qui.

Eumeli equis magis consimiles. 3

Τῶν ἵππων Εὐμήλῳ μᾶλλον ὁμοίους ἐστιν, id est, Assimiliores sibi mutuò sunt, quam Eumeli equæ. Paroemiæ vice eo vtitur in eadem epistola Synesius. Effertur de rebus affinibus, aut nominibus consimilibus, cùm ingenio & moribus, tum corporis filo: cuiusmodi homines, Quo magis consimiles, loquitur vulgare prouerbium. Verba facit de Euthalio quodam impostore insigni, qui binas crumenas concinnarat, adeò sibi mutuò similes vt non possent magis: earum alteram aureis numis impleuerat, alteram æreis: ac priorem quidem, abstrusa altera, apud publicanos produxit, mox eius loco, adnumerata iam & ad bilancem appensa pecunia, alteram supposuit clanculum, acceptis interim publicis tabellis consignatis, quæ acceptum aurum testabantur. Similis impostura rudimentum experta est nostra regio, vbi pari arte fraus vsuraria facta est, pro coriaceo nuò lucro, quo pateræ argenteæ continebantur, suppositò altero, quod stannea capiebat. Authoris verba hæc sunt, Συναρίθμει τὴν βάρβαρον, ἃ τῶν ἵππων Εὐμήλου πολὺ μᾶλλον ὁμοίους ἑαυτοῖς κεκτημένους, τὴν μὲν ἀπὸ χαλκοῦ, τὴν δὲ ἀπὸ τῶν ἀργυρίου χοινίκων, id est, Massiporum par, quod fabricatus alterum alteri assimilius, quàm fuerint Eumeli equæ, huic æreos numos, illi aureos stateres insaliit. Origo prouerbij è Catalogo nauium Homeri petita, qui de equabus (quarum non minor erat fuss Troiani belli tempore, quam equorum) Eumeli Admeti filij sic scribit,

Τοὺς Εὔμηλος ἔχων ὠκείας ἵπποσε ἔδησε
Ὄτρηχας, θείους, σφοῦλα δάσασθαι ἴσους. id est,
Quos author mage pernices Eumelus agebat,
Ardua adaquantes ad amussim terga pluque
Consimiles, æquisque pares

Adagio vtemur vbi significabimus duos pari forma esse aut ingenio simili.

Euthalius impostor.

Sale conspersi. 4

Ἁλισπαρτοι. quasi dicas, Salo muriáve conspersi, Comico sale dicuntur profligatæ valetudinis homines morbosi, quos egerrimè sanitati reddere queas, οἱ δριμὺ διαφθαρέντες πάθεσιν, vt exponit Eustathius in Odyssez decimum septimum. Ducta à littore metaphora, quod quia salo alluitur, nec fructum nec sementé profert, quemadmodum homines valetudinarij manuum pedúmque munia difficulter obeunt, neque inoffensè naturales actiones edere possunt. Posset detorqueri non inuenustè ad scelerosos homines & inemendabiles, qui nequitiæ fuligine permaduerint.

Addere gangrænam. 5

Addere gangrænam vsurpat Arnobius libro quinto aduersus gentes, pro geminare malum, aut veterem culpam nouę noxę accessione grauare, verba eius sunt. In quo quum vnam contraheres posses culpam conscriptione de superis tali addidisti (vt dicitur) gangrænam, quum deorum nominibus appellationibus res turpes. Si nihil metaphora dictum est illud à Varrone lib. 3. de vita popul. Romani. Quo facilius animaduertatur per omnes articulos popum hanc mali gangrænam sanguinolentam permeasse. Ad eundem modum Lucilius in satyris,

† *Malũ malo addere.*

Serpere vti gangræna malo atque herpestica posset.

Taurus Draco. Genuit & taurum draco. 6

Prouerbialis trimeter citatur ab Arnobio libro eodem, vbi ita ait: Authorem aliquis desiderabit rei, cum illum citabimus Tarentinum notúmque senariũ, quem antiquitas canit dicens, Taurus draconem genuit & taurum draco. Idem senarius etiam apud Alexandrinum Clementem legitur in Protreptico Græcè, sed superante semel voce πατὴρ, quam si tollas, constabit lege sua versus hoc modo,

Ταῦρος δράκοντα γ' ἔτεκε ταύρου δράκων. id est,
Taurus draconem, & pater tauri est draco.

Natũ dictorium è monstrosa incesti Iouis libidine, qui assumpta specie tauri, matrem Cererem compressit, ex eáque Proserpinam siue Liberam filiam genuit, quam ipsam cùm adoleuisset, succi plenam conspicatus pater, in draconis formam prioribus artibus migrat, ipsúsque pauidam virginem inuolux, ex quo partu tauriformis proles exstitisse memoratur. Aptè is accommodabitur apponè, si ferocem aut indoctum discipulum ab eiusdem notæ aut ingenij magistro institutum prædicabimus: vel si filium genitoris moribus nidem simillimum notabimus, Mali corui malum ouum.

Hectorem imitaris, ab Ilio nunquam recedis. 7

Locus est in parasitum quę plus æquo deditum, Marulli Mimographi, quem Marci Antonini philosophi & Cæsaris temporibus vixisse testatur Iulius Capitolinus: cuius præter Ælium Spartianum meminit & Diuus Hieronymus aduersus Russinum. Tu Hectorem imitaris, ab Ilio nunquam recedis. Aliudum est autem ad Ilij, quo Troia cernitur, nomen ambiguum, cum Ilij intestino, per quod cibus receptus delabitur. Compertum strenuum gurgitem, qui nunquam belluonari desinat. Quadrabit & in ganeones inexhaustæ libidinis, quippe quum Ilium pro impubis seu interfœmineo muliebri accipi soleat, attestante Hesychio, quo sensu detortum fuit illud Homericum, ἴλιον ἦσιν, id est, Intra Ilium.

Animæ scrinium seruitus. 8

Ψυχῆς γλωττόκομον δουλεία, id est, Animæ marsupium seruitus. Refertur à Dionysio Longino prouerbiali specie dictum ex philosopho quopiam, quòd seruitus sit veluti carcer & retinaculum animi, neque patiatur nos liberè loqui, animique sensa plenis buccis deprompere. Causam enim exquirès cur sua ætate nulli ad veterum gloriam aspirare possent, subijcit simul cũ sublato popularis reipub. statu, præclarorum ingeniorum optimo alumno, extincta etiam esse libertate eloquentię nutricem, libertatem inquã, κόσμου καὶ γυμνασίου λόγων ταμίαν, hoc est, vberrimum & fœcundissimum eloquentiæ ruum. Reducta namque ad vnius libidinem reipub. cura adulationibus corruptas esse vitiatásque præclaras indoles, & adempta sermonis libertate, veluti repagulis quibusdã coercitas, ad instar Pygmæorum, qui in glottocomis scrimíve educantur, quorum depressa angustia & prohibeatur adolescendi incrementum, & meditatur libertas circumposito oris vinculo: viqueadeo vt conclusione demnat quamlibet seruitutem etiam iustissimam, animæ esse glottocomium, Græcè est, πάσης δουλείας, καὶ τῆς δικαιοτάτης, ψυχῆς τὸ γλωττόκομον. Est autem Glottocomon, tibiarum theca, & tibiæ linguliarum receptaculum, Pollucè teste, cuius meminit Apollodorus Carystius,

† *Seruitus animi carcer.*

Μέγα τὸ φορμὸν γλωττόκομον.

& Lysippus in Bacchis,

Ἀνταιον τ' ὀλίγις περιαὶ ϗ γλωττοκομοῖσιν. id est,
Simul cum tibiis modicis & gloſſocomois.

Videtur autem in hoc adagio Gloſſocomõ accipi pro ſcrinio, quaſi dicat, ſeruitute coerceri linguã ceu ſcrinio incluſam, in qua fere ſignificatione accipitur apud Ioãnem cap. 12. de Lida, ἐν τῇ ἰδίᾳ γλωττοκόμῳ ἔκλαιε, id eſt, ſuũ erat & marſupium gerebat: quod Nonnus Panopolites κιβωτὸν & θησαυρὸν χρυσὸν reddidit, hoc eſt, ſcrinium & arculam. Socrates Scholaſticus lib. 1. c. 27. γλωττοκόμον πλῆρες χρυσοῦ, id eſt, auro plenum ſcrinium. Aliquando & pro capſula ſeu feretro accipitur apud Theodoritum Cyrenẽſem lib. 3. Eccleſ. hiſt. cap. 23. vbi memorat reſponſum cuidam ad Libanium ſophiſtam percontantem quid rerum ageret fabri filius, quo conuitio Chriſtus deſignabatur: id tale fuit, γλωττόκομον ὁ σοφιστὴς τοῦ τεκτονικοῦ παιδὸς ἐργάτην δημιουργόν, id eſt, ſandapilam apparat vniuerſi fabricator: quo dicto auguratus furibile necem Iuliani apoſtatæ, qui non multo poſt ἐν γλωττοκόμῳ, hoc eſt, in pheretro iacens funere elatus fuit. Quid, quòd & medicis inſtrumentum mechanicum habetur Gloſſocomon, quo fracta oſſa appoſita comprehenduntur & vinculis adſtringuntur, ne à poſitu ſuo excidant, donec conſolidata coaluerint, cuius deſcriptionem petere licet ex Galeni de fracturis commentario ſecundo. Vbi igitur de cauſa herili, aut magnatum rebus parum tutum colloquium eſſe ſignificabimus, prouerbij vius erit, liquidem vulgato adagio monemur illius tueri patrocinium, cuius panẽ veſcimur.

In cauea non canit luſcinia. 9

Ἐν κλωβῷ οὐ κλαίουσι μὴ ᾄδει, id eſt, In cauea non canit luſcinia, prouerbio ſignificatur ingenij libertate nihil eſſe præſtantius ad res agendas, propterea quòd ſeruilis conditio animi ſinum coarctet quodammodo ac præcludat: præclarè enim dictum eſt ab Homero, Odyſſ. p.

Ἥμισυ γάρ τ' ἀρετῆς ἀποαίνυται εὐρύοπα Ζεὺς
Ἀνέρα, ὅτ' ἂμ μιν καθὰ ἕλσεν ἡμέρη ζυγόν. id eſt.
Dimidio ingeny non æquus Iupiter orbat
Seruitio quem forte premit conditio vitæ.

Rectè quoque Philõ Iudæus, δουλεία πᾶσι ἐλευθερίας ἐφεστηκὼς ἐστι, id eſt, Homini libero nihil ſeruitute intolerabilius eſt, Scopetinum ſophiſtam obſecrarãt Clazomenij, vt domi ſux profiteretur, ſperantes eius doctrina celebres fore Clazomenas: horum petitionem reiiciens ille, os obſtruxit percommodè dictitans incluſam caueę luſciniam non canere. Græca Philoſt. verba ſunt, ἐν αἰκίσεσι παρεπόντως τῷ ἀνδρὶ ἡ φύσις ἐν αἰσίοις μὴ ᾄδῃ, hoc eſt, nõ inuenuſtè deprecatus fuit, luſcinia, inquiẽs, non cantillat in cauea. Luſciniæ tale ingenium eſt, vt non niſi libero aere modulentur, capta caueæque cancellis immiſta obmutelcant quamquam in audio inuentum eſſe apud nos, qui arte quadam erudiat luſcinias vt in caueis cantent.

Ne ſa em quidem dederis. 10

Οὐδ' ἴγα δώσεις, id eſt, Nec vel ſalem dederit. Adagium eſt in hominem præparcum & ſordidum, qui neque minimum quid, ac ne ſalis quidem micam largiri luſtineat, qui no pitibus dabatur omnibus. Extat apud Homerum Odyſſeę decimo ſeptimo, vbi Vlyſſes Antinoum conuitio lacerat, velut ſordidum ſupra modum & illiberalem.

Οὐ σίτου γ' ἀπὸ σεῖο φάγοιμι οὐδ' ἅλα δῶκας. id eſt,
De patere haud dederis micam ſalis Vlyſſi.

Vbi notandum quòd Ariſtarchus ita legit, quemadmodum citauimus, at Calliſtratus οὐδέλα dictione proparoxytona ſcribit & exponit κόπρια ἀλίφατα, id eſt, ſterquilinia & ædium purgamenta, quæ ſcopis à pauimento euerruntur, ab οὖδας, quod ſit non ſolum ſine pauimentum, quod ab Euſtathio in illum locum annotatum eſt. Vſurpatur & à Dione Chryſoſtomo in oratione, quam inſcripſit Euboicum, quanquam in Græco codice vitioſè legitur, οὐδὲ δῶκας.

Nec vola, nec veſtigium. 11

Extat apud Varronem in ἐφ' ἱππου, Hæc Numa Pompilius fieri ſi viderit, ſciet ſuorum inſtitutorum nec volam nec veſtigium apparere. Et iterum in Cynicis περὶ ἀποφάσεων. Quorum in ſepulchris nec vola nec veſtigium extat. Vtrunque citatur à Nonio Marcello. Idem eſt cum illo Plautino, Nec pes nec caput ſermonis apparet. Huc pertinet illud Æſchyli in Agamemnone fabulæ

Καὶ τίν' ὑπόδικα ἢ καραδόκητα λόγου; id eſt,
Quæ ſint, aut quod naſcitur vertex capitis?

Verba ſunt Electræ ad Agamemnonem, quo vti licebit, quum indicamus incertos nos eſſe quo euadat oratio, aut vnde orta ſit.

Spongia medebitur. 12

Σπόγγῳ ἰάσεται, id eſt, Spongia medebitur. Quadrabit quoties mutaturos nos ſententiam & antiquaturos pollicebimur. Vſus ſpongiæ notiſſimus erat in extergendis mensis præcipuèque abacis, in quibus ſcribebant & inducta ſpongia poſtrigebat, quomodo Auguſtus Atacem fabulam in ſpongiam incubaſſe dicit ad exemplum Atacis, qui in ſcenam, vti refert Suetonius Tranquillus. Ariſtides in oratione quadam, εἴτι γάρ τι ἡμῖν λέγηται, οὐδὲν δεῖ τῆς σπογγιᾶς πολλάκις, ἀλλ' εὐθὺς ἐκπίπτειν, id eſt, Quòd ſi quid augeri iuuat, nihil opus fuerit Stelichori palinodia, ſi minuere abunde medebitur ſpongia. Aliunde huc auctor epigrammatis incerti lib. 6. in quo Carmenes quidam Mercurio artis ſuę inſtrumenta his verſibus dedicat,

Καὶ ξυστὸν θείην τε διηκόνησεν χαμάδις τε
Σπόγγον, ἀκαιρείῃ πλαζομένας χαρίδας. id eſt,
Vndique ſque thorum Triſtem ſpongiam, in alto
Decerptam, ærumnas quæ medicina ferat.

Clemens Alexandrinus ἀκαιροχίζειν τὴν ξηροφαγίαν dixit, madorem ventriculi nimium aridis cibis edere atque rapere, quod metaphoricè licebit transferre ad orationem, quę ſi nimis affluens ſit, exiuccanda venit, ac molli illo madore exmanuenda, Græcè non malè dixeris, τὸ ἄλογον ὑγρὸν ἀκαιροχίστως. *Spongiæ vſus.*

Sybaris. 13

Sybaridis vocabulum paſſim video vſurpari à Philoſtrato ſpecie prouerbiali pro luxu & deliciarum affluentia: a Sybaritis ventri atque abdomini dedititiſſimis, cuius rei fidem facit Athenæus. Conſtat enim Sybarim copioſiſſimam fuiſſe & opibus earúmque allectis delicijs affluentiſſimam vrbem, quæ triginta aliquando armatorum myriadas in bellum aduerſus Crotoniatas miſerit: extremi illorum luxus teſtimonium præbuerunt & equi, quos concinnis moribus inſtituiſſe dicuntur ad tympani & tibiæ pulſum docuerant, quæ res ipſis exitio fuit. Accedit eodem quòd vetuerint fabrilia opificia omnia quotquot ſtrepitum edunt, intra vrbis mœnia exerceri, quo liberius indulgerent ſomno: qua de cauſa etiã gallinaceí vrbe exulabant. Quid, quod primi matularum vſum in conuiuijs excogitarunt, ne ſæpius exurgendum foret: præterea & pelues, in quibus calda ſe abluerẽt. Denique quum cæteri homines negotiandi cauſa, aut diſcendorum morum, viſendive regiones gratia peregrinari ſolerent, illos gloriatos fuiſſe legimus, ſe in duorum fluminum Sybaridis & Crathidis pontibus conſeneſcere, captando videlicet mõlle otium. Nunc vſum oſtendamus. Philoſtratus de vita Apollonij lib. 4. μαλακόν τι τὸ χλανίδιον καὶ τὸ λύδιον καὶ τὰς ὀφρῦς συβαρίδος, εἰς ὕφος ἦλθε σχῆμά τι καὶ φόβου, id eſt, Adoleſcens mutata toga & Lydius delicijs relectis, ac reliqua Sybaride valere iuſſa ſqualloremque & penulam adamare cœpit, & iterum, διὰ σάφρονος αὐτὸν ἔχων καὶ συβαρίδος μικροῦ ἔπασι, id eſt, Delicatius illa amplexabantur, profluitque Sybaride erant referti. Rurſus libro ſexto, τί δ' ἂν οὖν ἐγὼ φιλοτιμοίμην ἐπὶ σκεύεσι συβαρικοῖς ἡγουμένων μαγείρων, id eſt, Quid ambitioſè æmulantur hominem, qui Sybaride, hoc eſt, luxu cuncta metitur. Item libro octauo, καιροὶ δὲ ἦσαν ἡμῖν τῶν σιτίων ἐς λεπτὰ καὶ ἰδίως τῶν σιτίων συβαρίδος ἐν ἀρχῇ εἶπεν, id eſt, Dictũ à me fuit initio de cibarijs meis, quòd frugalia ſint gratioſa, quæ alibi cum Sybaride. Quo in loco Sybarim appellat opiparos miſſus. Appianus in Parthico. Ἄθορυβοι, inquit, non abs re vt ſapientem ſuſpicere potuerunt Seleucienſes, quum viderent Surenam Miſthacarum ſpurcitiarum manticam anterius geſtantem, pone trahentem Parthicam Sybarim. Græcè eſt, τὴν τῶν μιλησιακῶν ἀκολασιῶν πηρὰν ἐκφορμίου πρόσθεν, ὀπίσθιν δὲ παρδικὴν σύβαριν ἐφελκόμενον. Vbi Parthicum luxum innuit. Epicharmus συβαρικὰ λόγισμα, id eſt, Sybaritica eloquia dixit pro mollibus & deliciarum plenis. Gregorius Presbyter, καὶ ὁ συβαριτικὸς ἐκεῖνος αἰχολογίας, id eſt, Sybaritica Græcorum turpiloquia. Eunapius de Zenonis Imperatoris filio, οἱ δὲ βασιλικοὶ

Luxus affluentia.

λικιῶτ ἐκείνῳ ῥᾳδίως τὰ ἄλλα τὰ δημόσια καταναλίσκοντι, συβαριτικῶν τῶν τοῦ πράγματος ἐπέργον, id est, Auctoribus publicas pecunias prodigere lusus erat, adolescentem eò impulerunt vt Sybaritarum more crepulæ assiduè operam daret.

Figura & triobolus. 14

Eustathius Iliados 13. annotat prouerbialiter dici, σχῆμα ἢ τριώβολον, id est, Figura & triobolus, cuius vsus sit in ingeniosos quidem, sed nihil inhiteris remissos, & non nisi præmiolis quibusdam expugnabiles: cui vitio dexterrimus quique obnoxius terme esse deprehenditur. Nata paroemia à Phrynicho tragico, qui tantum operæ studiique collocasse in Tragicam saltationem perhibetur, vt nouum genus saltandi (σχῆμα vocant) excogitantibus triobolum præmij vice numeraret. Refertur ab aliis origo prouerbij ad Pythagoram, quem Iamblichus philosophus scribit ingenioso dextróque discipulo, sed ad disciplinas excolendas tardiori, pro quolibet Mathematico schemate triobolum pependisse, vt præmij inuitamento supinitatem discipuli castigaret, studióque discendi (quod libera & incoercita voluntate constat) faces quasdam subderet.

Iecorarius. 15

Iecur, quasi iecorarium dicas, piscis est felle carens, vnde placidi ingenij hominem, & qui irasci non posse videri queat, ἧπαρ nominabimus, cum Eubulo Comico in Laconibus fabula: Οὐκ οἶσθ' ὡς μὰ χολὴν ἔχω, τοῦτ' ἴσθ' ὅτι μοι διαίτης, Ἐγὼ δὲ Γ' εἰμὶ θῆλυς ἀληθῶς, id est, Carere bile me rebaris, Mecúmque verba ceu cum iecorario factitabas: imò ex articulis sum ego vnus. Quo loco ἀληθῶς voce iracundus homo & qui iniuriæ talionem regerere velit, designatur.

In paguro sapientia. 16

Ἐν παγούρῳ σοφία, id est, In paguro sapientia, prouerbium est quo significatur, vt arbitror, etiam paruis rebus suam esse gratiam, & pusillæ staturæ hominibus non deesse prudentiam, vt ad eum modum dicatur, quo illud, Ineſt & formicæ sua bilis. Alioqui elegantissimè lepidissimèque Paguri sapientiam habere dicetur, qui viribus suis dissidus, cum fortiori congredi timet: vt si dicamus doctum quempiam, cui ceu sophista res sit, imbecillitatis suæ cólicum, in idoneum tempus pugnam differentem, παγουρικὴ σοφία, id est, Paguri sapientia armare se debere. Paguri cancri genus est, qui quotannis spoliatum se testa crusta & aculeis omni armatura sætis, latebris suis verno tempore tantisper se continet, dum noua eáque durior testa succreuerit, nec ante hoc tempus, imbecillarum virium conscientia, piscem vllum aggredi audet. Hinc est quòd consilij prudentiæque argumento Pagurum de collo Dianæ Ephesiæ suspendisse antiquitas putatur. Huius prudétiæ meminit multis versibus in 1. Halieuticon Ouidius poeta: & apud Epicharmum Comicum in Purpura fabula, piscator inquit, σοφίαν παγούρου μὲ θεοὶς ἐχθεῖν καὶ ἰχθύσι δῶρα πανδαπὰς τίχας, id est, In Paguris Dijs inuisis sapientiam, inque piscibus omnigenas artes deprehendi. Lycophron in Cassandra appellat Phœnicem Achillis formatorem παγουρὸν non tam propter cutis asperitatem senio contractam, quod Zenes & Eustathius annotant, quam propter innatam prudentiam, cuius ergo Peleus illum formandę Achillis filij puritiæ præfecit.

Paguri cancer.

Hecales cœna. 17

De frugali admodum tenuique apparatu effertur Hecales cœna, ab Hecale pauperecula, cuius apud Ouidium fit mentio, & cuius egenam cœnam non aspernatus fuisse Theseus legitur. Iulianus Cæsar ad Iamblichum philosophum, πάντως οὐδὲν ἐκάλει ὁ θησεὺς τῇ Ἑκάλῃ τὸν ἀπὸ σπυρίδος ἄρτον, ἀλλ' ἥδη καὶ μαγεῖρ ἐς τὴν οἰκίαν ἐμισθοῦτο, id est, Nimirum Theseus non detrectauit tenuem Hecales cœnulam, sed norat etiam paruis esse contentus, quum ita ferret necessitas. Dicitur autem Hecale aduentum Thesei iam tum iuuenili in ætate hospitio solere excipere, proque illius ad pugnam profecturi salute reditu vota diis nuncupasse: in cuius beneficij memoriam Theseus instituit postea Hecalesion festum, quo louem ab illius nomine Hecalo dicto sacrificabatur. Callimachus scribit in opere quod ab anu inscripsit Hecalen, habuisse illã φιλοξείνης τέγος ἀκάματον, id est, hospitij lares cunctis patentes.

Canopismus. 18

Κανωπισμὸς, id est, Canopismus prouerbialiter accipitur pro petulantia & immodica licentia apud Eustathium à deliciis ganeatis Canopi Ægypti oppidi, quod abundare hospitus ad omne luxus virgque dissolutæ genus appositis scribit Strabo libr. 17. tibiis tripudiisque perstrepente totos dies noctésque vrbe: quod ipsum confirmat Ammianus lib. 22. Hactenus (de Canopo loquitur) impendio locus & diuersoriis lætis extructus, auris & salutari temperamento perflatilis. Prouerbialem vsum ostendit Eustathius in Dionysium Assium commentatus. ἐμφαίνει ὁ αὐτὸς καὶ πυθέαν πως καταβὰς, ἐφ' οἷς λέγεται καθορμεῖν ἢ πρὸς ἑαυτὴν λαμπρίαν, id est, Ostendit ille & luxui indulgere Canobitas, vbi Canopismum describit, & qui illic sit deliciarum spiritus dorem. Hoc sensu accepisse videntur, qui Varronis versum citant, Nobis Saperdæ videmur, cùm simus Canopici: quem tamen versum aliter legi debere docuimus alibi. Huc spectat illud Iuuenalis,

Sed luxuria, quantum ipse notauit,
Barbara famoso non cedit ripa Canopo.

Latinus Pacatus in Panegyrico, Illos tepens Pharus & mollis Canopus emiserat.

Lasciua immodica.

Alexandrina delicia. 19

Consimili sensu Alexandrinas delicias dixit Fabius Quintilianus institutionum oratoriarum 1. lib. vbi parentum erga liberos suos indulgentiam seuere proscindens: Verba, inquit, ne Alexandrinis quidem permittenda delicijs, riu & osculo excipimus: extremam intemperantiam turpémque luxum designans. luxus autem & intemperantiæ genitrix est opulentia. Nemini verò dubium est, Alexándriam copiosissimam & opibus mercibúque omnigenis affluentissimum fuisse emporium, in hunc vsque diem.

Medica mensa. 20

Μηδικὴ τράπεζα, id est, Mensa Medica, pro exquisitè sumptuosa & regentis apparatus mensa prouerbialiter accipitur à Synesio libro De inconstantia Medorum delicijs, qui Persis contermini in eorum mores defluxere, liquidem apparatus Persicos, pro opiparis dixit Horatius, & scribit Herodotus Persas natali suo quemque die opiparam apponere cœnam, & prolixam diuersis ferculorum missibus, idque tam pauperibus quam diuitibus factitari. alioqui Persarum regi mille victimas quotidie iugulari, præter immensam volucrum vim, ex Heraclide Cumano refert Athenæus. Synesij verba sunt, Φρατάφερνες τράπεζαν, εἰ μὲ βούλεται σκιλλοῦν εἰ δ' βούλεται, μηδικὴν, id est, Mensam apponi, si velit, Scyllam, aut si malit, Medicam. Vtitur & Dion Chrysostomus in oratione tricesimatertia, ἄμα σκηπτρα καὶ ἀμφορεῖς καὶ μηδικὴ τράπεζα καὶ τὸ ἄρχειν αὐτῶν ἐξέπεσεν, id est, Defecerunt & pariter lapsa, paludamenta, tecta Medica, ipsorúmque prolapsa. Thucydides libro 1. de Pausania clarius se gerente, τράπεζαν τε μηδικὴν παρατιθέναι, id est, Mensam apponebat Medicam: quanquam Scholiastes Græcus τραπελὴν legisse videtur, sed exponit rectè τρυφηλὴν, id est, opiparã deliciisque affluétem. Diuerso plane sensu, Μηδικὴν τράπεζαν, id est, Medicam mensam extulit Athenagoras libro De mortuorum resurrectione, pro immanibus cruentisque epulis, respiciens, vt opinor, ad crudele Astyagis Medorum regis factum, qui Harpago amico conuiuorum omnium participi epulandum filium apposuisse legitur apud Iustinum Trogi Pompeij epitomiasten.

Mensa Medica.

Papulas alienas obseruans, ipse vulceribus obsitus. 21

Prouerbij speciem sapit illud Senecæ ex libro de vita beata, Papulas obseruatis alienas, obsiti plurimis vulceribus, hoc tale est, vt si quis pulcherrimorum corporum nævos aut verrucas derideat, quem vera scabies depascitur. Quadrabit in eos qui alienis in rebus oculatissimi sunt, emunctis oculis Lamiarum instar cuncta explorantes, domi suæ talpis cæciores. Concordat cum illo ex Tragœdia,

Ἄλλων ἁμαρτίαισιν ἕκαστον βρότων. id est,
Alium meretur, ipse plenus criminum.

Sunt autem papulæ, asperitates quædã cutis, quibus ea & rubet & scaber redditur, authore Corn. Celso, ex eorum genere, quos ἐξάνθεις vocant Græci & exanthemata.

Vbi Atridarum scapha. 22

Πῦ σκάφος τῶν Ἀτρειδῶν, id est, Vbi scapha Atridarũ

De re aliena non laborandum.

Adagio vtemur quum significabimus non esse curiosos nos de re à nobis peregrina, quæ nihil ad nos pertineat, de qua non admodum sit nobis laborandum: verbi gratia si dicat quis te melioribus studiis addictum non curare aut sollicitè velle indagare, quid rerum agat Pontifex, vbi struat Turca, quid apparet Cæsar, quidve moliatur Gallus: quo sensu eecinit illud in odis Horatius,

Musis amicus tristitiam & metus
Tradam proteruis in mare Creticum
Portare ventis, quis sub arcto
Rex gelidæ metuatur oræ
Quid Tyridaten terreat, unicè Securus.

Vtitur Cicero lib. ad Attic 7. Sed quoniã res eò deducta est, non quæram, vt scribis, τὶ σκαφῶ πὶ Λητοΐδῃ. Videtur alicunde è Tragœdia sumptum.

Solœcus. 23

A publico vsu discedens.

Σολοικίζειν siue Solœcissare dicitur paroemiæ vice qui à publico vsu quauis ratione discedit: quomodo σολοικίζειν τῷ ῥήματι dicitur qui dictum quoppiam authoris aliter interpretatur, quã cõmunis vsus recipiat, vt annotat Hiadis 22. Eustath. sic & σολοικίζειν τῷ ῥήματι, hoc est, nutu solœcisare quidam scommate dicitur in Epigrammatibus, vbi Lucilius Flaccum rhetorem τῇ χειρὶ σολοικίζειν dixit eo versu,

Καὶ τῇ χειρὶ τὰ λοιπὰ σολοικίζει βέλτιον.

Quod Fabius libro primo exponit in gestu solœcismũ inesse scribens, quum aliud voce, aliud nutu vel manu demonstratur: qua ratione Polemon Laodiceus inter agonothetas Olympiis ludis, qui Smyrnæ celebrabantur. præfectus, quum tragœdus indoctus ad ea verba ὦ γᾶ testum commonstraret, rursus ad illa ὦ γᾶ, id est, ô terra, manus ad cœlum extulisset, actoris nomen è præmiorum participibus erasit, dictitans, οὐκ ἐν τῇ χειρὶ ἐσολοίκησεν, id est, Hic manu solœcismum commisit. Strabo libro 14. ambigit vnde natum sit τὸ σολοικίζειν, an à Solis oppido, Soloni cognomini, an alimde. Plutarchus Sympoliac. prima decade, ἐσθῆτι τε ἀφειδεῖ καὶ ἀκολουθίᾳ παίδων ὑπερσολοικοῦσι πρεσβύτας id est, Vestitu operoso & puerorum comitatu à plebe differens, & (vt ita dicam) solœcissans nonnihil. Cicero ὑπερσολοικεῖν dixit quod indecorum sit & ab honestate ablonum, vt libro ad Atticum 2. Est enim ὑπερσολοικεῖν, qui velim vitare omnium delicatarum suspicionem, repentè ἀλαφρίσαι non solùm delicatè, sed etiam ineptè peregrinantem. Anacreon Lyricus σολοικεῖν φωνῇσιν, pro lingua barbara extulit. & Hipponax Smyrnæos barbaros vocat, ibi, καὶ τοῖσι σολοίκοισι ἐν Σόλοισι πρήσσει, hoc est, barbaros vbi lubet venum exponunt. Eubulus in Amaltheæ κρέας βοὸς ἀσόλοικον dixit, si nullum bubulæ carnis integrum nihilque habens vitij, quale dicas, non solœcum: similiter & ἀσόλοικος λόγος, id est, oratio non Solœca dicitur Laertio, ab omni vitio pura. Ridiculum est grammaticorum commentum qui Solœcismum exponunt etymo, σοὶ λέγω αἰσχρῶν, velut sani sermonis ludibrium. Plutarchus alicubi discipulum minus attentum, atque in auditorio aliud agentem, σολοικίζειν φησὶ τὴν ἀκοήν dicit, hoc est, in auscultando solœcè sane. & Lucianus σολοικισμὸν ἡδονῆς id est, voluptatum solœcismum nouo dixit, sed tamen prouerbij specie, pro earum abusu.

Isthmum sinapi bibit. 24

Prouerbij speciem redolet, quod apud Artemidorum libro 5. Oneirocritcõ leg tur, ἰσθμὸν τὸ σίναπι ἔπιεν, id est, Isthmum sinapi bibit aut momordit: vbi ille exponens visum & euentum somnij cuiusdam, quo is qui visus sibi erat ebibisse liquidi sinapi trituram, in ius vocatus, capite luerat, subiungit id quod illi acciderat, iam antea designatum fuisse prouerbiali dicterio modò dicto: sic enim sonant eius verba, ᾧ γὰρ τι δόξειεν ἐσθίειν ἢ πίνειν ἐπὶ τῷ λυπεῖσθαι, ἰσθμὸν τὸ σίναπι ἔπιεν. quo mitior quid Cornario viro alioqui doctissimo in mentem venerit, vt omisso verborũ ductu, postremum illud verterit hoc pacto. Quis vnquam sinapi bibit? Visus adagij esse potest, quando ad quem crimine natum præcipitat, animóque ringi stomachabundum significabimus: vel quando scommatis dicacitatisve pœnas dat quispiam, & nunquam rediturus per iugulum voces effatiens in caput periculum se conijcit, nam tunc mordax conuitiorũ sinapi appetit iuguli isthmon. Est autem Isthmus præter notam significationem, interceptum narium, & oris gulæque interiectamentum quod absumptum iri sinapis poculo denotabat somnium.

Isthmus.

Ieci cœna. 25

De præparca & frugali cœna dicitur paroemiacè ἔσχον δεῖπνον, id est, Ieci cœna, vt commemorat Eustathius. Iecus Tarentinus fuit medicus, ὃς ὑπὸ βίου λιτοτάτου εἰς παροιμίαν ἦλθε, hoc est, cuius vitæ parsimoniam paroemia notat: dicturque, inquit, ἐπὶ τῶν ἀσκήτων δηλονότι. Meminit Ælianus omnigenæ historiæ vndecimo libro Iecci Tarentini non medici, sed luctatoris, qdem toto certationis tempore, temperantissimo & coercito victus genere vsum fuisse, veneríque omnis expertem scribit. Græcè est, διαίτημα τοῦτο ἦν βραβεύσας. Simile est illi quod suprà adiecimus, Hecales cœna.

In cinere scribere. 26

Εἰς τέφραν γράφειν, id est, Inscribere cineri, Suidas & ex eo Varinus exponunt de eo qui inanem fumit operam: Cinis namque impressos characteres, quantumuis leuis auriue tactu facile confundit. Annotant idem authores de rebus quoque impossibilibus dici. Citatur ex incerto authore, apud quem vsurpari videtur, pro, nihil penitus facere. Ἐγὼ δὲ δικαίως αὐτὸ, τὸ τῶν παροιμιῶν, οἶμαι δεῖν εἰς τέφραν γράφειν id est, Equidem illorum iusiurandum cineri, iuxta prouerbium, inscribendum esse reor. *Inscribere operæ.*

Frumentum in populum. 27

Πυρεῖα εἰς δῆμον, id est, Frumentum in populum. Prouerbiale dicterium in ambitus suspectos & officiis muneribúsve gratiam vulgi demereri studentes: cuiusmodi fuere, qui frumentum populo viritim diuidendo, tyrannidis gratiã id facere putabantur, vt ciuium libertatem in periculum vocarent, occupatis tali libertate illorum animis. Cicero libro ad Atticum 6. locatur in eum, quòd elargitus fuisset in Athenienses frumentum, tanquam qui ad tyrannidem viam quandam affectaret, itaque ait, Sed heus tu πυρεῖα εἰς δῆμον Athenis, placet hoc tibi? Memorat Velleius Paterculus Tiberium, cuíque tratrem Caium, Gracchos, præmunitæ regalis potentiæ gratiã, frumentum populo dari instituisse. Quadrabit in omnes qui quauis ratione gratiam captant popularem.

Iciens ictus est. 28

Βάλλων βληθείς, id est, Iciens ictus est. Competit in eum qui sibi ipsi malum accersit. Ortum habet ab Hercule, qui in Olympia statuam conspicatus, eamque latronem ratus esse, saxum eò contorsit, quod cùm resiliisset, Herculem ipsum ferit. Effertur & ad hunc modum. πλήξας καὶ πληγείς, id est, Percutiens idem & percussus. Eustathius Iliados 5. originem paulò aliter refert, quòd nimirum inter Elidem & Pisam statua steterit, arte dædalea se vertens, quam cùm Hercules lapide percussisset, virum suspicatus, illa impulsa Herculem ferit. Eleganter vsus est adagio Philostratus in Iconibus de Capaneo loquens, καπανεὺς ὁ λόγιος πυρωθεὶς βιβλίοις, ἐφέστηκε μὲν οἴμαι τείχει βαλὼν τὸν Δία, id est, Fulmine percussus fuisse dicitur Capaneus, qui prior (nisi me fallit opinio) in stantia Iouem percusserat. *Sibi ipsi malum accersit.*

Asteropæus 29

Personarum vel præstantia, vel vitium sæpè occasionem dedit prouerbijs, ita Cecropê progenerosо, Penelopen pro pudica, Hecubam pro deformi anu, pro mendico Irum accipimus. eadem ratione Asteropæum appellant illi dextrum hominem & ingenio expromptum ad obeunda quæcunque munia. Occasio nata ex Homero, qui Iliados 5. describit Asteropæum quẽdam Pelegonis filium, ambidextrum, cui tam expeditus fuit læuæ quam dextræ manus vsus: sic enim ille canit, ὅσσας ἀσ. παῖ Φ. ἀμφὶς ἐπιδέξιος ἦεν, quod sonat heroẽ Asteropæum ambidextrum. quo loco ἐπιδέξιον vocat, quem cæteri ἀμφιδέξιον. Prouerbij vice vtitur Libanius sophista in præfatione in Demosthenẽ, ἐπειδὴ κρίνεται Δημοσθένης Μίντωρι τῷ ἐπικλήσει Ἀστεροπαίῳ ἐπιδέξιος τὰς λοιπὰς εἰς πρᾶξιν εὖ καὶ τὰ μάλιστα φύσει, οὐδὲν ἧττον δὲ τὴν ἑλληνικὴν, id est, Quoniam clarissime Proconsul Montie ad instar Homerici Asteropæi, ambidexter es primas ferens in Latina lingua, neque ignarus Græcæ. Athenæus initio Dipnosophistarum, appellat Marcum Antonium Cæsarem, Asteropæum quendam, vtrisque linguæ iuxta antistitem: Græcè ita ait, *Asteropæus.*

Ἀστερο-

Ἀγχιστροφον τινα ὄντως ἀμφοτέρων τῶν φωτῶν φησι τὸν ἄνδρα.
Non alienus hinc est Hipponactis poetæ senarius,

Ἀμφιδέξιος γὰρ εἰμί, κοὐκ ἀμαρτάνω. id est,
Neque ambidexter jam, nec impingo vspiam.

Quo versu licebit vti similiter in hominem qui in numerato habeat ingenium, nusquam hærens. Plutarchus in Erotico, οὐ γὰρ ὁ μὴ φαῦλος ἀμφιδέξιος ἔδοξεν εἶναι διακρίνασθαι τὴν ὁμιλίαν, id est, Neque enim voluptatis sectator ambidexter videri queat in recte respondendo de amore. Huic ex diametro pugnat ἀμφαμεσιεύς, id est, ambilæuus, qua voce vtitur Aristophanes in fabula, cui à sartagine nomen est Τηγανισταῖς: dicique poterit de homine inuenusto & ad omnia inepto.

Mulctores reipub. pestis. 30

Qui lingua vt nati populum exsugunt.

Ἀμαργοὶ fiunt ἀπὸ μάργου, ac si mulctores dicas, prouerbiali dicterio nominabantur oratores, quòd populi pecunias emulgerent atque exugerent quodammodo, vt ex Pausaniæ lexico annotat Eustathius Iliados λ. & iterum Odysseæ ρ. qui etiam μαργοὶ dicebantur, ab ἀμάργω quod significat κερδολογῶ, hoc est, vindemiari, atque inde natum prouerbium, ἀμαργοὶ πόλεων ὄλεθροι, id est, mulctores ciuitatis pernicies. Oratores olim fœcundiore aliquanto prouentu & lucro, quàm nunc aduocatorum turba: factiones seditionésque venali lingua fouendo, & reipublicæ ærarium expilabant, & plebem exugebant temporariis patrociniis. Hinc fit quòd tantas pecunias coegisse rhetores illi legantur, quum Demades Athenienſis talenta decem accepisse memoretur, non alia de causa, quàm vt tacendo causæ ne officeret, vt apud Gellium inquit Caius Gracchus disertè professus, se ipsum quoque non gratis ad concionándum prodiisse, aliósque omnes qui verba ad populum ficiunt, rei familiaris suæ pretium & præmium referre. Huc spectat oraculum in quod ludit Comicus Aristophanes,

Μήποτ' ἐξ Ἀιδαίους αἰτητὸν, ἀμαργοὶ ἕστητε. id est,
Ne mihi Cecropidæ studio laudetis inani,
Multitores etenim sitis.

Argentea fame conuiuari. 31

Ἀργυρᾶν λιμῷ ἑστιᾶν, id est, Argentea fame conuiuari, siue dicitur prouerbialiter, qui verè splendidam, hoc est, argenteis lancibus onustam, sed obsoniorum inanem mensam apponit. extat apud Epigrammatarium Lib. 2. tit. in Parcos,

Ἀργυρέῃ λιμῷ τίς σε κλίνατο μὴ καλέουσα
Ἔκτορι πενταλέως οὐ πίνακας φορέων. id est,
Ad cœnam accitam ejusmodi argentea nuper
Me mensa, vacuis lancibus affluuam.

Vbi ludit ei ganter in voce πίνακας, id est, lacium, quarum lectulatus etymon quum ipsetaret eas fore sibi πίνακας ἄκος, hoc est, famis medelam, prorsus πενταλέους, id est, famelicas & inanes re ipsa fuit expertus. Huc spectat Epigramma Martialis, cuius ego mentionem alio loco feci,

Aurea non dapibus onerantur mensa, ministri
Apponunt oculis plurima, panca gulæ.

Argentea fames.

Cum argentea fame eandem esse putant quam idem Epigrammatarius pretiosam vocat lib. 10.

Hic pretiosa fames, conturbatrixque macelli.

Sic enim in duobus vetustissimis exemplaribus lego reponendumque oculeo, pro quo vulgati libri habent, conturbatóríque macellus. Pretiosam autem famem illic & conturbatricem macelli intelligo, qua exoticæ deliciæ & ganeata obsonia, inexhaustis pretus alio ex orbe petebantur, quod Satyricè carpit Petronius Arbiter, ibi,

Luxuria vitlis Martis marcet in undis,
Tuo palato clausus pauo nascatur,
Plumatio amictus auro Babylonico,
Gallina tibi Numidica, tibi gallus spado, &c.

Diuersa ab hac est, ἀργυρᾶ λιμός, id est, argentea fames, pro argenti pecuniæve inopia, apud Hesychium.

Qui celocem regere nequit, onerariam petit. 32

Is est qui aggredi ma-iora quàm vt ferre queat.

Competit in eum qui maiora aggreditur quàm ferre valeant humeri. Citatur ex Apuleio in libro De republica his verbis, Qui celocem regere nequit, onerariam petit. Celox nauigium est breue, à celeritate qua pollet, nomen habens: at oneraria, grauis est & tarda de onere, cui ferendo accommoda est. Celocem facili momento quis regat & impellat, maiori arte ac labore in agendis onerariis opus est. Non abludit hinc Syllæ dictum insultantis Marij Iunioris consulis capiti, quod memorat libro primo Appianus, Δεῖται δὴ κυβερνήτου μᾶλλον, ἢ πολεμίων ὑπηκόων τῇ πόλει, id est, Remigem prius esse oportet, quàm tractando gubernaculo manum admoueas.

Arancarum plenus alnus. 33

Ἀραχνίων μεστὸν ἰχθὺν τὸν γαστέρα. id est,
Arantis referta est alnus tibi.

Senarius prouerbialis apud Cratinum Comicum in fabula quæ Dolium, siue Serra inscribitur. Prouerbio egestas & extrema inopia significatur: ex quo detortum videtur Catullianum illud de se, Plenus sacculus est arancarum. Staphyla anus apud Plautum in Aulularia, metuens ne ædes inanes à furibus asportentur: Ita, inquit, inanis sunt oppletæ atque aranei. *Extrema inopia.*

Μυσάλους. 34

Μυσάλους, aut μυσάλλους, Comico scommate dicitur de sordido parcissimóque victante: Annotat Eustathius vocis originem natam ἀπὸ τῆς μυσταλέας ἁλμύρας, vt significet salsuginis muriæve sorptorem, qui vt impendia parcat, etiam nauteam biberit solebant alioqui sordidi homines apparate è marina salsugine vilissimũ embamma, loco gari alterúsve cariosi. Potest voce patrœmiaca significari etiam homo tenuis & laborioſq; omnino vitæ, vt sit fermè idẽ μυσάλους, quod μῦς ἐν πίσσῃ, id est, Mus in pice, quod Erasmus vertit, Mus in Pisa, quod tamen transcribunt alij, μῦς ἐν ἅλμῃ, id est, Mus in muria, sic vt hinc deduci posse videatur etiam μυσάλους, quod Eustathius Odyss. 17. annotat: Quodquod & ἁλμυρὸν, id est, salsuginosus dicitur homo bilioſus, & ita præcipitis. *Mus in muria.*

De paxillo suspendere. 35

Παξιλλῷ ἀπικρεμάσαι, id est, De paxillo aut clauo suspendere prouerbiali specie dicitur, qui rerum non satagit, sed negligẽtius quippiam curat: sic exponitur ab Eustathio. Metaphora sumpta ab iis qui non reponunt aliquid accurate, sed velut aliud agentes, primo instrumento obuio appendunt illud. Simili modo dictum est, sed tamen diuerso sensu, κρεμάσαι τὸν ἀσπίδα, id est, clypeum suspendere, pro, quietem agere & in pace versari, quoniam pacis tempore scuta de parietibus suspenduntur. *Negligentius quid curare.*

Inter Sosias & Tybios referre. 36

Εἰς σωσίας καὶ Τυβίους ἀποδιδόναι, i. In Sosiarũ & Tyboſũ numerũ referre, prouerbij specie dicemus, quoties meritos prosit tumus, & in inferiorem quàm meretur classem atque ordinem redigimus. Synesius ad Euoptium, δεῖπνου τοῦ παῖδα ἀνάγκαιος τῶν Συγκλείδου, ὁ Διὸς ἱππόδαμος καὶ Σφοδρίας, εἰς σωσίας καὶ τυβίους ἀπίδοσαν, id est, Huius vel Cecrope longè generosioris consobrinã auunculus Hercules ab ortus, in Sosias & Tybios elocauit, hoc est, in ignobiles & plebeios terræ filios. Galenus Therapeutices libro 1. indicat Tybios emptitios fuisse seruos, quanquam ibi malè per i. scribantur, eius verba sunt, καθάπερ γέτας καὶ τυβίους καὶ θρᾷττας ἀγοραίους, id est, Getarum more & Tybiorum. Thracúmque venalitiorum hominum Tybij a Phylarcho in Ponto ponuntur, ita quoque in Plinianis libris est, vt naturalis historiæ capite secundo libri septimi. Plutarchus Sympoſiacũ quinto, capite septimo, καὶ τοὺς μὲν παῖδας τῶν πάνυ οἰκτρῶν πάλαι τυβίων ἀφεστηκότας ἐστὶν ἰδεῖν φιλάργους· οὐ παιδίοις μόνον, ἀλλὰ καὶ πολίταις ἐπάλληλον ὄν, id est, quanquam Tybios dictos Pontũ accolas, refert Phylarchus non pueris modò, sed & adultæ ætati falcino officere. Sosias verò in comœdiis ferunt esse personas nemo est qui ignorat.

Oresti somnium. 37

Ὀρέστου ὄνειρος, id est, Orestæum somnium de re *Res fabulosa.* fabulosa & commentitia, futilique dicitur: ita vsurpat Galenus Therapeutices methodi libro primo, ὀνείρου ὄψεσιν ἴσην Ὀρεστικαῖς, id est, Orestis somnium nobis narrat Thetidis. Huic simile est illud Dionis Chrysostomi, ὤοντο ἅμιλλαν ὁρᾶν ἀγορᾶς καὶ πόλεως, id est, Videbar mihi videre intomnia quæpiam, agros & vicos quos prædicabat.

Reperit patellæ operculum. 38

Adagij istius Græci latentes latuerunt hactenus, donec diligentiorem aliquanto operam repastinãdis Ne-

nij Marcelli senticetis impendens ego, primus illos aperui: cùm illic non vno in loco legatur nullo prorsus sensu. Varro heurenulo pastopoma τοῖς ὑπὲρ μυκτῆρος, pro quibus verbis ita legendum è manuscripto vetusto codice annotatum à me in Animaduersorum libris fuit, antea. ὕφερ ἡ λεπὶς τὸ πῶμα, τοῖς χρυσοκόλλοις. Constat autem Varronem plerisque suis libris prouerbiales inscriptiones dedisse. Est igitur adagium istud, ὕφερ ἡ λεπὶς τὸ πῶμα, id est, Repent patella operculum, pure putè que idem cum eo quod D. Hieronymus detorsit ad suum vsum, Dignum patella operculum: quo vtemur si quando vecordi marito fatuam obtrigille vxorem significare volumus, aut difficili homini rem esse cum morosis.

Vitex floret, & botrux maturuit. 39

Ἡ ἄγνος ἤνθει καὶ ὁ βότρυς ἐπεμαρύετο. id est,

Flos vitice erat, & botrus maturuit.

Plutarchus libro 2. Sympos. vbi de remora pisce agit, ostendit verticulum hunc vulgi sermone tritum fuisse, quando addit, τῶν δὲ παροιμιῶν, id est, quod dici solet: sed vsum non addit, neque originem adagij. Vti eo non intempestiue licebit, quando indicabimus tempus esse vt iuuenis maturi ingenij specimen edat. ἄγνος est quam salicem Amerinam & viticem Latini nominant, cuius frondes thori loco subiterare, veneris impetum cohibere creduntur, vnde illi & nomen à sterilitatis argumento, quasi ἀγόνου, hoc est, genituræ inimico.

Exungnare. 40

Proverbij gratia in vno vocabulo sæpè hæret metaphoricè sumpto: sic ἐξονυχίζειν τὴν ἄκρατον, id est, exungnare merum dixit Plutarchus, quando natiuam eius vim percolatione frangimus, non aliter quam si terram vnguibus à natura ad propulsandam iniuriam armatam priuemus, quomodo Lampridius Heliogabalum exarmatos leones in delicijs habuisse scribit: quanquam nonnulli apud Plutarchum loco prædicto ἐξαυνυχίζειν legant, siquidem & castrandi vini metaphora Latinis auribus familiaris sit. Venustus eius erit vsus, si dicamus Socratè perconctãdo solere ἐξονυχίζειν sophistas: aut Ciceronem Stoicorum ineptias de patientia delictorum, opinionem pluribus locis conuellere ἐξονυχίζειν. Alio sensu vsurpauit Athenæus libro tertio, ἐξονυχίζειν πάντα τὰ σφοδρότερα, id est, quicquid incidit, exungues, hoc est, pensiculatè & ad vnguem examinas.

Nouus iste Palæphatus. 41

De fabulis ad veritatis.

Καινὸς οὗτος παλαίφατος, id est, Nouus iste Palæphatus. Venuste quadrabit in eos, qui fabulosa, & qualia fidem non inueniant, seria oratione veritimilia facere, alijque approbare satagunt. Extat apud Athenæum de eo quo autem suam ostentante gloriosius, οὗτος οὗτος καινὸς παλαίφατος, id est En nouus iste Palæphatus. de quo ita Eustathius in Odysseæ decimum nonum sentit, παίζειν τινὰ πρὸς τὸν λεγόμενον τὸν μυθικὸν ὅτι σφοδρόν ἐστιν, id est, Prouerbialiter torquetur in assertores rerum, quæ fidem non merentur. Palæphatus scriptor fuit fabulosarum narrationum, quas ad historias transferre, emsque hodie extat περὶ ἀπίστων liber de rebus incredibilibus, in quod opusculum multa commentati fuisse dicuntur Heraclitus & Charax. Meminit eius & Virgilius in Ciri eo versu,

Docta Palæphatia tollatur voce papyrus.

Aliud quippiam exorna. 42

Extat apud Synesiũ in epistola ad Athanasium, prouerbiali schemate, plurũ haud dubiè, ἄλλο μέντοι ποικίλλε. id est, Aliud coloribus exornanam quum Vlysses euadendi è specu Cyclopis modos omnes rimatus, spem Galatheæ amorum illi fecisset, antrúmque prius euerrendum ab illuuie pecoris, ac thymamate quopiam fragrans adolendum, & sertis corollis ornandum instaret, quò sic fugam captare liceret, ille non omnino stupide verba ibi dari subodoratus, ἀμφίβαλλε μὲ ἀλλόμενον, inquit, ἕτερα δὴ ἐγὼ ἐπιτηδεύσω τὰ σφίσιν ἄλλο ῥόμβον ποικίλλε, σοφὸς γὰρ εἶ καὶ πανοῦργος, id est, Callidissimus mihi videris nomuncio, & in rebus versatilissimus, nèpe aliud pigmentis exorna, neque enim isthinc effugies. Sumptum à pictoribus qui colorum delinimentis varijs rem exornant. Locus videtur alicunde ex poetæ tragici alicuius fabula, cui Cyclops nomen fit, desumptus. Non absimile est illi quod apud Plutarchum in Sympos. 8. Autobulus dicit, παῦε ποικίλλων ἡμᾶς, id est, Desine illa apud nos variegare. Sophocles in Trachinijs, οὐδὲν ξυνίημι σὸν σὺ μὴ ποικίλλεις πάλαι, id est, Nihil horum capio quæ tu dudum exornas & lenocinio verborum illecebrisque venustas. & rursum, Lichas ad Deianiram, τί ποτε ποικίλλειν ἔχεις id est, Quid artificiosè moliris & exornas?

Lutea progenies. 43

Vasti & ignobiles.

Παλαιγένεις vocabulo Callimachi, dicuntur vasti homines & ignobiles, quasi è luto prognati, οἷοι πάλαι λοῦ γεγένται: quales terræ filij habebantur, vnde Minutius Felix in Octauio, qui liber falsò octauus Arnobio adscribitur, de Saturno loquens, Terræ enim, inquit, & Cœli filius, quòd apud Italos esset ignotis parentibus proditus, vt in hodiernum inopinato visos, Cœlo missos, ignobiles, & ignotos terræ filios nominamus. & Tertullianus in Apologetico, Terræ filios vulgus vocat quorum genus incertum est. Eodem sensu γηγενεῖς, hoc est, terrigenæ dicuntur, apud Alexin Comicum,

Terræ filij.

Οὐκ ἔστιν τι σὺ τύχῃμι ἀνομάσας,
Βῶλες, ἀρούρης γεγῶτες αὐτόχθονες. id est,
At alterum quo nomine objecto feriam?
Is ipse gleba es, glisque, terræ & pilus.

Quibus verbis, stupidum, insulsum, & ignobilem prosciudit. Quid, quòd γίγαντες, hoc est, gigantes, non aliũ quàm ἀπὸ γῆς γεγῶτες, id est, humo enati, ionasti Græca voce. Haud dissimili schemate γεωλόφους veteres dixerunt, crassum, indocilem, telluris inutile pondus, teste Ælio Dionysio, qualis ille fuit qui è somno euigilare non potuit, nisi compunctus impressis altius aculeis, vt Eustathius insimulat: Translatio à terrei collis mole. Theodoritus libro De prouidentia quinto, ἀπὸ γεωλόφου τινὸς τῆς μαλθακῆς μεριμνῆς, id est, Immanis corporis mole colles repræsentat.

Intestina adolens ipse carnes deuorat. 44

Qui quid faciat sed suo commodo.

Plutarchus in Problemate, vbi de vmbris in conuiuia adducendis sententiam exquirit, senarium vt appareat, tritum adducit,

Ἄλλως γὰρ ἡμῖν φροντίζων οἱ λέγοντες,
Δηφοῖν' ὑείας σπλὰγχν' ἑψητὰ κρέας. id est,
Alioqui sodalare illud in nos conferentes,
Omenta porcina ipse carnes deuorat.

Quadrabit in eum qui deteriora alijs ponit, potiora sibi reseruat: exemplo Prometheus qui iola ossa adipe cõtecta Ioui apponebat, sibi totius hostiæ carnes seruabat: aut qui facit quidem quod decet, sed nõ sine commodi sui respectu. Est autem δηλφὸς seu δελφὸς, quod in porcino genere vulua Latinis dicitur.

Præsente arbore, ligna omnes colligunt. 45

Res facilis facilis.

Δρυὸς παρούσης πᾶς ἀνὴρ ξυλεύεται. id est,
Præsente quercu ligna quisque colligit.

Paroemia citatur à scholiaste Theocriti. Facile cuiuis est scribere, parata dicendi scribendive materia, quum res se vbertim suggerunt. rectè namque dictum est ab Horatio,

Rem tibi Socratica poterunt ostendere charta.

Erasmus, pro παρούσης, id est, ad manum præsente & parata, legendum censuit, πεσούσης, hoc est, ruente vel lapsa.

Ventis & mare & ignis seruiunt. 46

Ἀνέμοις θάλασσα καὶ πῦρ δουλεύει, id est, ventis mare ignisque seruiunt. E Menecratis Democritique fontibus hausturn adagium, quo indicare illi voluerũt, ita comparatum esse diuinitus naturæ lege, vt mare, quamuis imperium in naues nautásque obtineat, ignis, in subiectam materiam, ventis tamen obsecundare cogantur: quam sententiam pluribus versibus expressit in Alexipharmacis Nicander,

—θάλασσα
Ἧν τε καὶ ἀτμήτοιο κέκμηκε πίειρα θυέλλης
Σὺν πυρὶ, καὶ γὰρ δὴ τὰ πολὺς συνάμπνευσεν ἐχέφρων
Πῦρ μὲν ἀείζοον καὶ ἀχλύοντ' ἔπνευσε θύελλα
Ἀργέστας, &c. id est,
Inseruire dedit ventis, maris arbiter, æquor
Atque ignem: hoc etenim flatu feriente domatur.
Nam vnax Eurus ignis timet, & mare vastum.

Locus erit adagio, vbi significare volumus magnates aut satrapas, tametsi ius & imperium pro suo arbitratu in minores exerceant, à potentiorum tamen dynastarum nutu

rum nutu pẽdere, illisque obtemperare & obsequium debere, aut si leges humanas quarum magna sit authoritas, diuinas cedere.

Paphlagon. 47

In garrulam vitæ exitium.

Eustathius Iliados 13. indicat prouerbialem Homeri esse versum hunc,

Τὸν μὲ παφλαγόνες μεγαλήτορες ἀμφιπένοντο. id est,
Magnicrepi propter hunc Paphlagones fauebant.

Innuit autem vrbane dici illum posse, quoties à garrulis & futilibus hominibus, loquentiæ multum habentibus, turba excitatur, taléque locutuleius, λόγος παφλάζων dicuntur. Sic Cleonem Athenienſem clamosum & loquacem homuncionem falsè παφλαγόνα nominat Aristophanes: est autem παφλάζειν verbum fictitium, marinarum vndarum ſtrepitum ſignificans, quando vndam vnda superuenit, aut in littus illiditur. Eius vsus est apud Cratinum in Seriphis, ὅταν σαθρὸς πῖς λαφοβόητος ἀνὴρ πρῶτον παφλάζῃ, i. Adeò ſtata merces famelicis istis balneorũ futibus. Hippocrates quoque παφλάζειν vsurpauit pro inter dicendum labi & verba resumere, vt interpretatur Galenus. Quin & olla παφλάζειν dicitur quando ebullit, quod & κεχαλάζειν dicitur. Sapit prouerbium & Pherecratis Comici senarius,

Ἀσπὶς παφλάζει βαρβάρους λήμματα. id est,
Sartago barbaros ſatet vocabulis.

Quẽ vsurpat & Eubulus in fabula, cui nomen Titanes,

Περιγελῶσί τι Ἀσπὶς παφλάζει βαρβάρῳ λήμματι. id est,
Eullit rendens olla lingua barbara.

In indoctum.

Dici enim potest in indoctum & ineptè barbarum. Aristoph. in Auibus παφλασμοὺς vocat scisscitationes curiosas & loquaces, ibi, παῦε δῆτα παφλασμάτων, id est, ſupersedeas istis ebullitionibus.

Intrà proprios limites consistere. 48

Nil tetiare de se magnifice.

Ἐντὸς τῶν οἰκείων ὅρων ἑστάναι, id est, Intra limites proprios consistere dixit Iulianus prouerbij specie, in epistola ad Iamblichum, pro, modulum ingenij sui & eruditionis non excedere, sed ingenuè mediocritatis propriæ conscium subsistere, neque de se magnifice sentire aut crepare. Verba eius sunt ista, ἡμᾶς δὲ ἐδίδαξεν οὐκ ἐμφῦσαν τὴν νίκην ὅρων ἑστάναι, καὶ τὸν ὑπὸ σοῦ μουσικὸν ἀμφιφορευμάτων πραΰναι, id est, decebat autem nos, quod dixi, priuatos intra limites consistere, tuaque delibutos musica conquiescere. Conuenit cum adagio, quod nos ipsos nosse monet, dixerat enim ille paulò antè, ἐχρῆν μᾶς τὸ χρήσιμον γνῶναι τοῦ Δελφικοῦ γνῶθι σαυτόν, id est, Par fuerat nos Delphici scripti monitu persuasos, nos ipsos nosse. Nazianz. in Apologetico, Ἐν ὅροις τῆς ἀνθρωπίνης μένειν, id est, Intra pietatis terminos manere dixit, pro non euagari extra præscriptos religionis fines.

Τυήλινον. 49

Τυήλινον, quasi Ligneum, dicitur prouerbiali tropo quicquid ineptum est, siue ad rem, siue ad personam id transferas. Hermogenes rhetor vbi de verbis tropicè prolatis agit, quàm sit eorum vsus in ciuilibus periculosus, postquam negauit id esse Demosthenicũ, subiicit, ἔστι δὲ παῖς ὑποξύλοις ἴσως καὶ σοφισταῖς παρεκβαλεῖν ἄν, ὅπως τὸ γῆμε μοχλοῦ, καὶ χόρτος λίθινος, οὐ σφόδρα μάλιστα ἄζηλα, ἢ ἄλλα τοιαῦτα ψυχρότητος μεστὰ, id est, At apud ligneos istos sophistas plurima eius generis inuenias, si quidem vultures appellant animata sepulchra, his ipsis longè dignissimi, adeóque id genus permulta frigidè proferunt: quo conuitio Gorgiam Leõtinũ perstringit, cuius illud est, γῦπες ἔμψυχοι τάφοι, id est, Vultures viua sepulchra: quod ipsum videt in illo Dionysius Longinus, quemadmodum & illud, ξέρξης ὁ Δὶ περσῶν ζεύς, id est, Xerxes Persarum Iupiter. Vius est & Alexis Comicus in fabula cui Scelestæ nomen dedit,

Ἀκροκόλιαξε, τὰ δ' ἄλλα σῶμ' ὑπόξυλον. Id est,
Supernè nitidi, reliquo corpore ligni.

Belgica etiamnum ligneum hominem nuncupat insulsum rebúsque gerendis ineptum.

Gratia non ducitur pœnitentia. 50

Beneficium in mereticem collatum.

Breuius eo iam nunquam Græcis dicitur χαρὶς ἀμέλητος. id est, Gratia pœnitentiæ expers. Elogium breue & Theophrasto authore dignum, & cuius gloriam discipulo non inuidit Aristoteles, quo significatur, gratiam pœnitentia non duci, neque reuocare collatum beneficium. Ita Terentianus Simo ad Sosiam libertum beneficij monitorem, dicit se haud mutare factũ. Conueniet eo vel neque sine venere, quando voluimus significare non pœnitere nos beneficij in hominem non malè merentem collocati. Antiph. Comicus apud Athenæum lib. 1 elegantes.

Τῷ γάρ τις δῶρα πρὸς θεῶν ἐφ' ὕστερα
Ἔξεστι πλουτῶν ἀνοσιῶν τι χρήματα,
Ἢ τῷ δικαίῳ σῶφρονὶ καὶ φίλοις
Σπείρων τι καρπὸν χάριτος ἡδίστου θεῶν; id est,
Quæ grata, ſenior deus, dieiecere
Quis optet, atque affinere gaza diuites?
Nisi ſuo ferat vt opem amico, & gratia
Inter deos primaria ſi vltum ferat.

Spes subuentanea. 51

Ἀνεμώδης ἐλπὶς id est, Spes subuentanea prouerbialiter dicitur ipsa vrtica & fruticanea, à fugaci tenuitate venti quo nihil est fallacius magisque irritum. Alciphron in epistolis, Ἀνεμώδης ἐλπὶς ἦν ὅτι τῷ μειρακίῳ πολυκρίτῳ, id est, Ventosam habui spem de adolescente Polycrito. Eustathius Iliados λ. ἀνεμώδεις dici annotat inconstantes animóque instabiles, ad modum venti mutabiles, vnde πολυπάλαμον epitheton, quòd ventus maximè sit erroneus. Synesius de Dione, ὅτι ἡ τῶν πολλῶν, ὑπὸ σκαίους τυφλὴ καὶ ἀνεμώδης, id est. Quodcunque parerent, cæcum & subuentaneum, propter sui indulgentiam: loquitur de iis qui quicquid in buccam venit, scriptis mandant. Græci ova inania ἀνεμίας vocant & ἀνέμους, velut vento concepta: & ἀνεμώλια βάζειν de inutili & inani loquacitate extulit Homerus, quod vitium notat Virgilius in Dræce ventolam linguam proscindens. Huc spectat illud Euripidis in Helena,

Ἥρα δ' ἐξίωσι μῦθον ἀγέλαστον λόγῳ. id est,
Iunonis vna dissipauit irritum
Thorum mihi in ventos.

Corticem. 52

Dionysius Longinus rhetor inter insignis libelli περὶ ὕψους, id est, de sublimi dicendi genere, enumeratis aliquot scriptoribus frigidè affectantibus arduum scribendi genus, Citiarchum (cuius ingenium probari, fidem infamari dicit Fabius, φλοιώδη ἄνδρα, id est, corticeum hominem appellat, vanum & lubere leuitorem, ac cortici initar abique pondere innatantem. Verba eius sunt, φλοιώδης γὰρ ἀνὴρ καὶ φυσῶν ἐξ ὑπερβολῆς καὶ μικρᾶς μὲν ἀναπνεύσεως φορέας δ' ἄπορ, id est, Corticeus vir & iuxta Sophoclem, exilibus tubis spiratus, sed absque ligula. Licebit torquere in futilem fidemque irritum hominem, Corticeum illum nominando. Diuersum ab eo est illud Crantoris Solensis apud Laertiũ de tragœdo quopiam, τραγῳδὸν ἴσα ἀπλήκτων εἶναν ὄχλου φορτὶς καὶ φλοιοῦ μίσθιον, id est, Tragœdum dixit habere vocem indoctam & cortice plenam. qua ratione rude & illaboratum carmen aut opus sine cura scriptum, ἄπλανον καὶ φλοιοῦ μισθὸν prouerbiali schemate dicemus, velut nõdum alcia delibratum aut dedolatum. Dictum istud Crantoris de tragœdo Suidas memorat de ipso Crantore vt qui rudem habuerit vocem πάχα δέ, inquit, ὁ φάναι τὸν ἀπλάκιτον καὶ φλοιοῦ μίσθιον τραγῳδὸν, id est, Habuit rhetor indolatam & cortice inductam vocem in agendis fabulis.

Orestis insaniam insanire. 53

Simocatus in epistolis de paupertate loquens, malum calamitosissimum illam vocat, qui cum nullus habere cunctercium desideret, etiamsi Orestæ insania laboret. οὐ γὰρ, inquit, τὸν ἐθέλοντα πολυτρόπου κακοῦ συμπεσεῖν ἀπλῶς ἐστὶν ὁρέστου μανίαν νοσεῖν κελεύειν. Orestis insaniæ pleni sunt authorum libri, qua diræ ieelerum vltrices furiæ illum agitarunt, parricidij reum.

Tria Theramenis cauenda. 54

Quum periculum ingens denunciamus, aut cauendum esse negotium periculosæ alex plenum admonemus, adagij vsus est. Polyzelus Comicus in Demotynaico fabula,

Τεσσάρ' ἔστ' ἂν τις ἐν βίῳ φυλάξασθαι δέον,
Σύλλογ' ἐφήβων, ἢ πολὺν κύκλον,
Περιπάτους πλουσίων, οἷς τοῖχος οὐ καλῶς
Ἀναλλάττων, πάντ' ἔχει τὰ πράγματα,
Καὶ φυλακῆς δεῖ. Id est,
Tribus è malis vnum necesse legere erat,

Induere palum, vel clientam obducere,
Vel nunc prodita malu citò eximi,
Theramenu tria hæc cauenda cenſeo.

Apparet verſus eſſe trimetros, quorum priores parum ſuis numeris conſtant, corrupti nimirum. Auſtophanes in Triphalete fabula,

Ἐγὼ γὰρ αὖτ' ἠρεμαίους δείδοικα τὰ τρία ταυτί. id eſt,
Ego metuo mihi tria hæc Theramenis.

Theramenes, cuius dubia in reipublicæ adminiſtratione fides literis conſignata eſt, tria pœnarum genera Athenis inuexiſſe videtur, aut ſtipiti alligatum corpus lictori excarnificandum dare, aut cicutæ poculum ebibere, aut exilio ſolum vertere. Huc alluſit Menander Comicus eo verſu,

Ἓν γὰρ τὸ πάντων τῶν κακῶν ἓξ ἓν κακόν. id eſt,
Id namque de tribus malis vnum obtigit.

Theramenes quomodo à triginta tyrannis è medio ſublatus ſit, quidque dixerit, ne Iſocrates ſuſcepto illius patrocinio periculum ſibi ipſe crearet, legas apud Plutarchum in vita Iſocratis. Non diſſimile eſt quod refert Suidas, capitis reis tria apponi ſolere, gladium, reſtim, & cicutæ potiunculam, quæ nominabant τὰ τρία τὰ εἰς θάνατον, hoc eſt, Tria lætalia, vel τὰ φέρε τῶν εἰς τὸν θάνατον, hoc eſt, tria mórti addictorum: cuius rei meminit inÆpolis fabula Alexis Comicus, quãquam etiã aliter illud efferatur, τὰ τρία τὰ ἀφ' ἑστίας τῇ αὐλῇ, id eſt, Tria apud Prætorium ſiue iudiciarium forum: quod inde natum quòd capitalem ſententiam ſubituris fas eſſet tria quæ lubitum eſſet, effari liberè, cibo prius vinóque expletis: Zenobius authoritate Artſtidis commemorat oraculum Delphicum conſulentibus ſortes exhibere conſueuiſſe annulo obſirmatas, cum admonitione iſta, ne ſtatum ante diem, eas reſignarent, præuaricatoribus enim impendere è tribus vnum, aut oculorum orbitatem, aut linguę iacturam, aut manus truncationem.

Aurei generis. 55

Prouerbiale ſcomma extat apud Euſtathium Iliados decimo, in homines flaua cute luridos, vel aurugineſos ex arquato morbo (quem ictericum medici nominant) ſuffuſum bile crocea corpus habentes, tales enim χρυσοῦ γένους, id eſt, ex Aureo genere appoſitè dici poſſe ſcribit. Cuiuſmodi homines etiam πύξινος, id eſt, buxeos appellant à buxi ligni flauedine. Aliter χρυσοῦν γένος, hoc eſt, Aureum genus vocant vetuſtas integros homines ſceleríſque puros, vt Azarus Solenſis in Phænomenis, & Heſiodus, quòd aurum ęruginem non ſentiat.

Aureum lac hauire. 56

Χρυσοῦ γάλακτος λαμβάνειν, id eſt, Aureũ lac delibare dicitur non ſine prouerbij ſpecie, qui è doctrina viri literati aut frugi cõcionatoris profectum capit: Nicephorus ad eum modum vſus eſt lituę Paſtorem, inquit, ſuum flagitarunt videre reducem, cuius ex ore aureum (vt ita dicam) lac hauſerant prius. Paulus quoque hãc vocat doctrinam, qua tenellæ mentes nondum altiora capientes imbuuntur. Poteſt transferri & ad eloquentiam eruditi doctoris, cuius os lacteo (vt inquit Hieronymus) eloquentiæ fonte manat.

Vita ſuilla. 57

Spurcum & contaminatũ viuẽdi genus, ὑείου βίου. id eſt, Suilla vita à Clemẽte libro pædagogi tertio vocatur, vbi ait, πλὴν μετὰ τῶν φαύλων συνίστασθαι ἀφορισθὲν ναυὶ γνωρίζει ὁ παιδαγωγὸς ἡμῶν μυσταγωγὸς, χοιρείῳ διαγωγῇ μὴ ἐμμιγνύμενον μηδὲ καταμιξάμενον, id eſt, Pædagogus ille omniſcius, ſeiens conuerſationem cum improbis hominibus ſummum eſſe, per Moyſen vetuit porcina veſci: inquiens volens eos qui Deum inuocant, cum impuris hominibus commercium habere nõ debere, qui ſuum ritu voluptatibus cõporeis, cibis ſpurcis, & effrena libidine proſtentes venere ſe obiectant voluptate ſupra modum noxiũ. *Vndes* etiam Itolidi crathique ingenio dicuntur, vt apud Ariſtophanis ſcholiaſten Hippocratis libri leguntur traducti fuiſſe per ora hominum de ſtupiditate, hoc eſt, ἐξαβιβλισμένοι εἰς ἀνθρώπους, & Eudemus de iiidem ait, ἀνοήτῳ γ' ἀνοηταὶ δοκοῦσι ὁμοιοῦσθαι, id eſt, ſtulti & illiterati Comicorum ſalibus incetlebantur. Ariſtophanis interpres de Phænippo quodam, ὑὸς λαγὼς ὑπερμαὸς, i. Suinus & ſcortorum amoribus deditus erat. Bucoli ναῦται dicti fuerunt propter ingenij craſſitiem. Phereçrates etiam νῆσοι pro imperitis extulit, & Plato σκαιῶς pro indoctè & inſulsè, ſuum more aliquid conatur. Nec Athenæus,

Αὐτοὶ δ' ὑπερίσχυσε αἰχμὴν εἰσὶ σύες. id eſt,
Ipſa in ſuis ipſorum proboſcis ſunt ſues.

Currulis. 58

Ἁρματηλάτης, hoc eſt, Currulis, pro glorioſo homine & magnos ubi ſpiritus ſumẽte, haudquaquã vulgariter ſe gerẽte, accipi videtur à Cyrillo Alexãdrino in libris quos aduerſus Iulianũ apoſtatã ſcripſit, nominãs quoſdam non ſine morſu ἁρματηλάτας ἰατροὺς, i. currules medicos, qui ſupercilio pleni pompoſe curru inuehũtur, & quam obuiorum cõgreſſus aſpernati de curru pharmaca præſcribunt. Horum ſimiles non paucos in aulis principum videre eſt non ἁρματηλάτας, ſed ἁρπυιοειδεῖς, qui multis holoſericatis inuecti ſeruntur.

De eo qui altum ſpirat.

Supra fumum clauus. 59

Ὑπὲρ καπνοῦ τὸ πηδάλιον, i. Supra fumum clauus. Refertur ab Euſtathio Odyſſ. ι. Idẽ Odyſſ. ν. indicat prouerbialiter dici ſecuritatis aut incuriæ cuiuſdã argumento ὅτι τὰ ἀμελούμενα, de rebus tam ſecurè ſepoſitis quaſi ſupra fumum, ac proinde neglectis: Cui oppoſitum eſt illud Vlyſſis conſilium ad Telemachum filium, Ἐκ καπνοῦ κρεμάσσας, id eſt, Extra fumum depoſui, diligentiæ nauatæ indicio, ſiquidem arma aut vtenſilia cum cura ſeponimus ne fumo denigrentur, ſed ſplendorem ſequuntur. Incuriam oſtendit qui illud ſcripſit,

De reb. ſepoſitis ac neglectis.

Η δ' αἰχμὴ ἐν τῇ φιλίᾳ κρεμαστή. id eſt,
Hic cyprea appenditur in fumigine:

nimirum neglectus propter diuturnam pacem atque obliteratus. Heſiodicum eſt, ὑπὲρ καπνοῦ δοῦναι πηδάλιον, id eſt, ſupra fumum ſeponere gubernaculum, pro, nauigationi ſuperſedere: hic enim ait,

Πηδάλιον δ' ἐξάρτυε ὑπὲρ καπνοῦ πρεμάσσας. hoc eſt,
Clauum affabre factum ſupra fumum ſuſpendito.

& iterum,

Αἶψα κε πηδάλιον μὲν ὑπὲρ καπνοῦ κρεμάσειε. id eſt,
Atque mox ſupra fumum ſepone remorem.

Greg. Nazianz. in epiſt. locatus in Gregor. Nyſſenũ qui relictis ſacris libris & ſepoſitis, profanos in manus aſſumpſiſſet: ἦ, inquit, ὑπὲρ καπνοῦ τιθέμενος, ὡς τὰ παρόντα χαλεπὰ ὄντα, id eſt, an ſupra fumum libros ſepoſuiſti, quemadmodum clauum ſolent brumæ tempore.

Fluctibus obloqui. 60

Πρὸς κύματα λέγειν, id eſt, Fluctibus obloqui prouerbialiter dicitur, cui cum homine refractario ac moroſo res eſt. Refertur ab Euſtathio Odyſſ. ε. A quo non abludit illud Æſchyli apud Prometheum,

Οὐ χλεῖς μάτην μοι κῦμ' ὅπως σφαγήσεται, id eſt,
Hortando me obiurgas vt vnda mansuet.

Aſopicum onus. 61

Αἰσώπειος φόρτος, id eſt, Æſopicum onus prouerbiali ſpecie dicitur quod nõ vnicuique grauat, ſed paulatim leuius redditur imminutúſque. Natũ ab Æſopo fabulatore, qui mazas fruxas & commeatus in longum iter paraturi vim magnam humeris exportandam in ſe recepit, iniquius nimirum & portatu difficilius onus, qua de cauſa iudibrio ſannáque omnium patuit primò, ſed quum in dies decederet aliquid oneri, demenſo dietim inde in cibum aſſumpto, poſtea ob induſtriæ ſpecimen cunctis admirationi fuit, videntibus illi decreſcere onus, conſcrus propter viæ moleſtia & diuturnitatem ingraueſcere. Qui ſcholæ ergaſtulum ſuſcepit, docendi ſolens, ſubit quidem illic Æſopicum onus, ſed quod vſu ſit lenius.

Lapis ad funiculum. 62

Λίθος πρὸς στάθμην ἁρμόττων, id eſt, Lapis ad funiculum aptatur, prouerbium accommodatur cùm quid ritè ſit & ex vſu, nec enim rubrica ad lapidis poſitum adaptatur, ſed pro rubricæ ſeu funiculi ductu, coria in ędificiis ſeu lapidum ordines apposite locantur. Vtitur eo Gregorius Palamas, ἡ λίθος ποτὲ στάθμην ἐδέησεν, οὐ στάθμη ποτὲ λίθου συνέβη δεῖσθαι, i. Et lapis ad funiculum aptè locatur, non autem funiculus ad lapidem componitur. Comine eſt illi, Bos currum trahit, non bouem currus. Eſt autem στάθμη is funiculus tabrorum cæmentariorum, quem ad perpendiculi normam extendunt, vt lapidum coria conciunius aptent atq. componant. Poteſt & mutatu adagiũ, cùm quid præpoſterè adminiſtrari ſignificabimus. Euripidis ſcholiaſtes citat hoc modo adagium, πρὸς λίθον ποτὲ τὴν στάθμην ἄγε, id eſt,

Quod ritè & ex vſu ſit.

id est, Funiculo lapidem applica. Refertur ab Apollonij interpretibus Doricæ paræmiæ nomine, ita, *ἐ δυσκόλῳ παιγνίῳ, τὸν λίθον σοφὸν τὸ σπάγγον ἄγοντας*, id est, Dorico prouerbio dicitur, Lapidē ad ſpartum agentes.

Μάϊδλον. 63

ardelio, improbus, varius.

Μάϊδλον ἄνδρωπον, vaſer ardelio & verſipellis, atque inſignitæ improbitatis dicitur: vel homo ingenio variabili & deſultorio, qui nihil habeat ſtabile aut firmum, ad quamuis aurulam mutabilis. Metaphora à loro macerato in omnia propter humorem imbibitum flexili. Vtitur eo Ariſtophanes in Nebulis: & Ariſtides in oratione aduerſus eos qui eliminant myſteria, *χρῆναι δ' αὖ σὲ τίνι ὦ μάϊδλον* id est, Lepidus profectò homo fueris ô ardelio. Sappho, *πολλὰ μὲν μάϊδλον λύδιον πρᾶγμ' ἔργον*, id eſt, Varium lorum Lydium malum opus, quod fortè de Lydio verberone intelligendum eſt. Eſt autem *μάϊδλον* proprie maceratum lorum: ſunt qui flagrionem eo nomine intelligi putant, quem & mathngiam Plautus dixit. Huc ſpectat illud Eupolidis Comici,

Ἔχων φόρυκτον ταρίδος μαϊδλοτέρμονα. id est,
Faciem habens ſquilla lori maſſæ tortilis.

Gygis opes. 64

Γύγου πλοῦτος, id eſt, Gygis opes de maximis & inexhauſtis dicuntur. Anacreon Lyricus,

Οὐ μοι μέλει γὰρ
Τῶ Σαρδίων ἄνακτος. id est,
Mi haud cura Sardiani
Opes potentis Gygis.

Alphæus Mitylenæus,

Οὐ τόξων βαθὺς λίμνας δρόμος,
Οὐκ ἄλλος πολύχρυσος, ὃν γύγας. id est,
Non quare multa e rerum lampadia,
Non quas poſſedit Gyges ingentes opes.

Gregorius Theſſalonicenſis citat ex theologo Iambographo hos verſiculos,

Τί σοι θέλεις ἐρώτημι *Τυχὸν σ' ἐμοὶ φράσαι,*
Θέλεις Γύγου, τί ἢ τὰ; id est,
Fieri tibi quid optas? *Solco rogare mentem,*
Gygis ne vis theſauros?

Conſtat Gygis (qui interfecto Candaule rege pretium adulterij Lydiæ regnum fuit adeptus, teſtibus Herodoto, Iuſtino, Cicerone) prouentus immenſos opēque infinitas habuiſſe è metallis, quod Strabo lib. 14. commemorat, annotans priscis regibus, vt Tantalo, Pelopidis, Cadmo, Priamo, Midæ aliis quę è metallorum fodinis memorabiles obuenisse diuitias. Gygen autem primum omnium tyrannum appellatum fuiſſe refert ex Euphorione Clemens.

Gyges, tyrannus primus.

Capræ anniculæ pera optima. 65

Citatur ab Euſtathio Odyſſ. 9. paræmia heroici verſus lege aſtricta eiuſmodi,

Αἰγὸς ἀπορρῆξαι θ' ὑδρηλὴν πήρην ἀρίστην. id est,
Anniculæ capræ eſſe peram optimam ferunt.

Videtur autem conficta ad commendationem puellaris ætatis, ſunt enim *ἀφρενίδες* anniculi agni, vt exponit Heſychius. Vtus eius accommodabitur, ſi quando eundem iuuenem præclaræ ſpei & modeſtum laudabimus, qui poſtea ſenij vitio morioſior redditus intolerabilis euaſit.

Permittenti aliquid alicui.

Tibi ipſe calendas edicito. 66

Σεαυτῷ νουμηνίαν ἀπόφαινε, id eſt, Tibi ipſi nouilunij diem aut Calendas edicito. Licebit vti quum alicuius arbitrio permittimus quippiam, vt pro ſuo iure ſtatuat quod velit. Apparet olim quum penes ſacerdotes ius omne eſſet intercalandi, ab iiſque petenda eſſet feriarum omnis ratio, conſuetudinem fuiſſe receptam, vt præconis publici voce in vulgus ederetur initialis cuiuſque menſis dies, quem feriatum habebāt: Eſt autem *νουμηνία*, nouilunio dicatus dies menſis auſpex. Fit huius adagij mentio apud Heſychium: & indicat naturam Cæi inſulæ incolarum conſuetudine, vbi pro libito feſtas ſibi quiſque deligebat, incerta & confuſa dierum feſtorum ratione.

Phæacum more viuere. 67

Φαιακῶν ζῆν id eſt, Phæacum viuere ritu, de homine voluptario effertur, qui ſemper nitidus cuticulam curat. Natum à Phæacibus Corcyræ inſulæ indigenis luxu ſemper diffluentibus, quod Odyſſ. 6. Alcinous rex his verbis prædicat,

Λαοὶ δ' ἡμὲν ἄνδρες τε φίλοι, κλυτὸν τε χορεῖται
Εἰμαλέ τ' ἐκμαλακὰ λιπαρά τε δέμνια, καὶ δόναξ. id est,
Nos teretes clibani chorea & cantica semper,
Mutatæque placent veſtes, ſaltúsque lauamur.

Quod illorum viuendi inſtitutum adulabundus Vlyſſes, ſequentis libro collaudat, nullam vitam præferens ei,

—ὅτε κεν πάντα πρήσσῃ,
Σίτου καὶ κρειῶν, μάλα δὲ ἁδρὸν πῖνον ἀφύσσων
Οἰνοχόος φορέῃ καὶ ἐπιχείῃ ἑκάστῳ. id est,
—Vbi mensa
Carnibus appoſitis ſcatcat & potus parato,
Implent & pateras pincerna & vina ministret.

Quo loco Euſtathius, *μᾶλλον δ' ἄλλοι*, inquit, *ἐπιτήδευμα ἐφιέμενοι φαιακῶν εἶναι ἐπιτερπέων*, id est, Competit in temulentum, qui Phæacum ritu ſemper vino vnctus eſſe glaſcat. Horatius quoque opiparē habitum Phæaca nominat, ibi,

Vt poſſim nitidus Phœáxque videri.

Plutarchus ſympoſ. octauo. Ideo *φαίακας ἁβρυσίους* vocat vt delicatos & opiparos, tametſi perperam illinc legatur *ἁβραύστους*.

Amator diſſidij.

Diſſidij pomum. 68

De eo qui ſeminarium litium & rixarum ſpargit, diſſidij author, prouerbialiter dixit Nicephorus Calliſtus libro 14. *πῶμα λοιδόρου ἐς μέσον βάλλειν*, id est, Contentionis pomum in medium proiicere. vbi craſſo errore lapſus eſt interpres ita vertens. Contentionis ouem, vehementer eam perſtringens, in medium protulit. Alluſit ad fabulam de pomo, quod Eris diſcordiæ dea in conuiuio deorum proiecit inter accumbentes deas, inſcriptum vt pulcherrimæ cederet, qua de re Lucianus legatur.

Quod per alium fiat.

Per quædam fideicommiſſa. 69

Arnobius libro aduerſus gentes ſexto indicat receptum fuiſſe ſua ætate adagium illud, pro eo, quod per alium fit aliena fide & aliena ex authoritate, vbi loquitur de dijs gentilium per ſimulachra cultis: Per tramites ergo, inquit, quoſdam, & per quędam fideicommiſſa (vt dicitur) veſtras ſumunt atque accipiunt cultiones. Eſt autem fideicommiſſum, vltimi elogij ſpecies, quo teſtator alienæ fidei credit, quod alteri ſit daturus, veluti ſi dicamus de L. Flori hiſtoriarum compendio, aut de Sexti Pompeij collectaneis, quod Titi Liuij hiſtorias, à Lu. Floro, & Verrij Flacci lexicon à Sex. Pompeio per quædam fideicommiſſa accepimus, licèt parum integra fide.

Acernus. 70

Σφενδάμνιος, id eſt, Acernus prouerbiali metaphora dicitur homo robuſtus & ſolidarum virium. Ariſtophanes Acharnenſibus, *Ἀπεφάμενος, μαραθωνομάχαι, σφενδάμνιοι*, hoc eſt, Infracti, Marathone victores, acerni, nempe validi ac ſtrenui ad modum aceris arboris, cuius lignum ob ſoliditatem & duritiem inuictam commendatur ab artificibus ad opera elegantia & ſubtilia, quippe quum ſculptura fragile lignum reſpuat. Refertur ab Euſtathio Odyſſ. primo.

Indubitatum teſtimonium.

Xenocratis teſtimonium. 71

De minimè vano & indubitato teſtimonio efferri poteſt, ſiquidem hoc de illo proditum legimus apud Laertium, quod quum nemini ſaniorum teſtari liceret apud Athenienſes, ſoli huic iuſurandum remiſſum fuerit, *διὸ καὶ*, inquit, *τῷ ἀξιόπιστος ὁρκίῳ, ὅτε μὴ ἔδει ἀφιέναι μάρτυρα, τότε μόνῳ ἐπιτρέψαι ἐκέλευσεν.* Quò ſpectat illud Ciceronis ad Atticum, Quæ mihi res multo honorificentior viſa eſt, quàm aut illa, cùm iurare tui ciues Xenocratem teſtimonium dicentem prohibuerunt, aut cùm tabulas Metelli Numidici, cùm hæ, vt mos eſt, circumferrentur, noſtri iudices aſpicere noluerunt. Ex quo ſimiliter Metelli tabulæ, pro incorruptæ integræque fidei tabulis, quibus etiam non inſpectis fides habeatur, in adagij vſum vocari poſſunt.

Codri. 72

Κόδρου, id eſt, Codros dici paræmiacè eos qui prę ſenio deliruni, *παρὰ δ' ἀριστοφάνει ἀλόγῳ*, qui propter vetuſtatem ſolidi cenſentur, annotat Euſtathius Odyſſeæ primo, à Codro antiquiſſimo Athenienſium rege, Melanthi filio, quem depoſita veſte regia, paſtoraliem cultum induiſſe ſcribit Velleius Paterculus, immixtúmque caſtris hoſtium, de induſtria imprudenMmm 2

ter rixam cientem, interemptum fuisse, vt ciuitati obsessæ salutem sua nece pareret, quam rem latè describit in oratione aduersus Leocratem Lycurgus. Alioqui & γηγενεῖς, hoc est, Codri genus dicuntur, qui antiqua protapiæ nobilitate illustres sunt, vt Themistius refert.

Cecrope generosior. 73

Antiquissimæ nobilitatis homo.

Proverbiali figura dicitur homo antiquissimæ nobilitatis, à Cecrope Ægyptio, qui Sai Ægypti vrbe oriundus in Atticam appulit, regnúmque ibi adeptus est, de quo multa Zetes Lycophronis interpres, & Eustathius commentariis in Dionysium. qui quoniam primus Atheuis matrimoniorum ritu constituto, vni viro vnam vxorem coniunxerit, vt excluderetur de patribus incertitudo, διφυὴς quasi biformis, creditus fuit, Athenæo teste. Vsus adagij est apud Lucianum in Dialogis, κέκροπος γενναιότερος, id est, Cecrope generosior. & apud Synesium in epistola ad Euoptium fratrem, ἀλλ' ὑμᾶς ἀμφοτέρωθεν πρώτους ὄντας, id est, qui de generis nobilitate cum Cecrope contendere non dedecuit. Non abhorret huc illud Iuuenalis Satyra 8.

Tunc licet à Pico numeres genus. & mox,
Inter maiores ipsum Promethea ponas.

Picus Aborigenum vetustissimæ gentis rex, Saturni filius, Fauni pater fuit: de quo Dionysius Halicarnassæus in primo, At Prometheus Deucalionis pater fuit, qui è limo hominem primus finxisse, in fabulis legitur.

Vlyssis vinculum. 74

De rebus diu sepositis.

Οδυσσέως δεσμός, id est, Vlyssis vinculum aut ligaculum, dicitur (vt annotat Eustathius Odyss. 9.) de rebus diu sepositis ac diligẽti opera obseratis, ἐπὶ τῶν ἐπιμελῶς ἀποκεκλεισμένων καὶ σφιγγομένων. Occasio adagij sumpta ex Homero, loco iam antea citato, vbi Vlysses,

Οὗσε δ' ἔδησε δαμεὶς ἰλαὸς
Ῥηϊτέλεα, ὃν ποτὲ μὲν δεδαὼς φρεσὶ πίτνα πάμπαν, id est,
Continuo firmum iniecit ille
Vinclum, quod quondam monstrarat mittere Circe.

Vetusti moris fuit vinculis munire, quod ab aliorum iniuria tutum esse volebant: recentior enim est clauium vsus, quas Laconum esse inuentum, sunt qui annotant.

Vulgari pisci non insunt spinæ. 75

Τῷ ξυρῷ ἰχθῦς ἄκανθαν οὐκ ἔστιν, id est, Vulgari pisci non insunt spinæ. Democriti adagium est. Vulgus hominum non ita lædere potest aut fortunas aliorum euertere, vt magnates: neque argumentis obuiam ire potest: idem etiam dissoluendis syllogismis ineptum est. Plutarchus Sympos. libro 2. ὁ γὰρ ξυρῷ ἰχθῦς ἄκανθαν οὐκ ἔστιν ὡς φησὶ Δημόκριτος, id est, Etenim quod dixit Democritus, vulgaris pisci spinas non habet. Refert Ælianus omnigenæ historiæ libro decimo, Archytæ Tarentini apophthegma tale, Vt difficulter inuenias piscem spina carentem, ita & virum qui nihil habeat dolosi aut spinosi. Græcè illud sonat, ἔστιν οὐκ ἔστιν ἰχθὺς ἄκανθαν μὴ ἔχειν.

Arundinea crura, & tabis propheta. 76

De macri corpusculi homine.

De prætenui nomuncione & macilento, atque etiam morboso dicetur illud Comici Platonis,

Κάλαμοι σκέλη φορῶν, φθίσεως μάντεις. id est,
Arundines habens crusula, tabis propheta.

Tiniæus.

Torsit ille in Cinesiam Euagoræ filium, poetam dithyrambicum, qui vsqueadeo imbecillo & macro corpusculo fuisse inuenitur, vt tibiaceis asseribus circumquaque se cingeret, ne prælongum & exile corpusculũ vitio citróque flecteretur, vnde φλοιοῦν, id est, Tiliacei cognomentum illi apud Aristophanem. Inciderat autem ille ex laterali morbo in epyema, collecto in thoracem puro, quapropter vetusto more, causa remedij contra phthisin, inustus fuerat, vt ex Platone Comico refert Galenus aphorism. lib. 7.

Expiatis bona obtingunt. 77

Athenæus in primi Dipnosophistarum initio, versu hoc prouerbiali vtitur ex Callimacho Cyrenæo desumpto,

Τρὶς δ' ὑπομαξαμένοις θεοὶ δώδιμεν ἄμεινον. id est,
Dari bona cuncta Dei, ter vno flumine tinctis.

Postularat autem Timocrates communicari sibi sermones eruditos in mensa variis de rebus habitos, neque patiebatur se excludi ab ea auditione tãquam profanum, & mysteriorum cognitione indignum. Solebant verò antea quàm sacra attingerent, lustrari ter se lauando aut circumferendo, quod ipsum antiquum est sacrorum verbum, pro purgare, Plauto quoque vsurpatum, ioc.

Mos veterum.

Pro lauatore circumferam:

quem morem expressit Virgilius in sexto, vbi ait,

Idem ter sactos pura circumtulit vnda,
Spargens rore leui, & ramo felicis oliuæ,
Lustrauitque viros.

Licebit vti quando postulabimus participes fieri scientiæ recondítæ, aut cognitionis rei cuiuspiam arduæ, tanquam symmistæ: veluti si anatomicæ dissectionis studiosus, rerum quarundam difficilium explanationem ab Andrea Vuesalio, ea in arte extra omnem aleam peritissimo, efflagitet. Trásferri etiam potest ad animum vitiorum sentina liberum.

Vsus adagij.

Nodorum vincula texentes. 78

Vitiligatores.

Quos non ineleganti voce Vitiligatores vocauit Cato, testante Plinio, eos nõ minore gratia διδυκτίας & ἱματιολικτίας dixit Democritus Abderita, illud quod iurgia serant contentiosi, hoc verò, quòd veluti nexus quosdam vinculorũ implicent, quibus alios inuoluant irretiántque. Clemẽs Stromat. lib. 1. διδυκτίαν μὲν γὰρ ἱματιολικτίαν, οὐκ ὁ Δημόκριτος ὀνειδίζει φησίν. quæ lectio apud Plutarch. li. Sympos. decade nonnihil corrupta legitur hoc modo διδυκτίαν δὲ καὶ δημόκριτον ἡ ἱματιολικτίαν, λέγειν ἀφίστιν, id est, Missas oportet facere eorum fabulas, qui de lana caprina rixantur, & nodos texunt, vt est apud Democritum.

Versatilior cardine. 79

Γιγλύμου φολυτερόφορτερος, id est, Versatilior ginglymo siue cardine. Extat adagium apud Suidam ex innominato authore, γιγλύμου πολυτερόφορτερος ἐπὶ τῶν ἐφευρετικωτέρων καὶ δραστηρίων, id est, qui se in rebus agendis versatiliorem cardine declarauit. Eiusmodi hominẽ τρόφιν vnica voce appellant Græci quasi versatilem, vtrumque verò tam probro quàm laudi dari potest, vt significetur & is qui dexteritate quadam in rebus agendis explicare sese, & qui volubilitate innata aliis imponere nouit. Γιγλύμος est commissura illa qua mutuò inseruntur vertantúrque cubitus & lacertus, aut in valuis cardines, & in thoracibus ij qui στρόφιγγες vocantur ita fermè exponit Hesychius. Galenus libello de ossibus inter tria dearticulationis genera, tertium enumerat Ginglymon, quo ossa se mutuò introeuntia, sic combinantur, quemadmodum vertebræ spinæ inter se, & cum lacerto coniungitur humerus, idem commentario de fracturis, οἱ γιγλυμοι, τὰ μὲν ποια κοῖλα, τὰ δ' ἐκτὸς κυκλοτερῆ, ταῦτα μὲν κοίλοις ὑποδέχεται τὰ ἐκτὸς ἐν τοῖς κοίλοις ἐνειλούμενα, ταῦτα δ' ὑποδέχεται ἐν τοῖς ἐκείνων κοιλότησι. Quibus verbis dilucidè describit quid proprie sit ginglymus, ita verò sonant Latinè: Ginglymi siue cardines partem habent concauam, & partem extantem: illa protuberántes eminentias excipunt, hæc concauitates ineunt. Sic Hippocrates ibi, τῶν βραχίονος καὶ τῶν γιγλυμοειδῶν, id est, brachij cardinamentum vocat internam eius partem qua cum cubito conseritur. Galenus anatomicarum institutionum lib. 2. naturæ industriã ostendẽs, capitis ossa futuris cõmissa, γιγλυμοειδῶς, hoc est, vt Celsus loquitur, ad modum cardinis cogmentari dicit.

Versatilis.

Lycurgus. 80

De seuero et austero.

Lycurgeus nõ sine prouerbij specie dicitur à Cicer. pro seuero graui q. & tetrico iudice, lib. epist. ad Attic. 2. Nosmetipsi qui Lycurgei à principio fuissemus, quotidie demitigamur: innuit autem se multum remisisse de censurę grauitate: similiter dixit Alciphron in epistola Lamiæ ad Demetriũ, Spartanorum rigiditatem traducens, καθαλυκουργίζοντες τῆς σῆς φιλοφροσύνης, id est, Lycurgicè statuentes aduersus tuam beneuolentiam. Lycurgus, Plutarchõ teste, artes excludebat, & peregrinos inhospitali lege, ciuitatis vsu interdicebat.

Tripus senex. 81

Τρίπους γεραιτερος, quasi dicas, iam tertio puerum senem, vetulum decrepitum prouerbiali schemate vocat Alciphron in epistolis, vbi Phœbiana delicata iuuencula senem ab intempestiuo amore deterret, acerbus illum his verbis increpans, οὐ παύσῃ ποτὲ γηρῶν τὸν τάλαντον γεραίτερος σοφῶν καὶ ἐφ' ἡλικίας αἰσχύνας ἡμᾶς, id est, nunquam ne desines Tripus & cariose senex nos in

nos in ipso ætatis flore constitutas puellas fodere? Simili figura fermè, Trisechienem vocauit Nestoré Nauius. Quin & τρίχηες μῶες ab Æschylo in Agamemn. fabula dicitur.

Terram continentem incolentes, mare desideramus. 82

In eos qui sua sorte non contenti.

Prouerbij speciem habet quod in epistola ad Dàmagetum, Democriti verbis refert Hippocrates, ἤπειρον οἰκέοντα, θαλάσσας ποθέοντα, καὶ γαῖαν ἀνημμένον ἔχοντα, πόντου ἐλίχνευμεν, id est, Qui continentem habitant, mare desiderant, iterùm insulani continentem terram exoptant. Conuenit cum Horatiano illo versu,

Optat ephippia bos piger, optat arare caballus.

Humanis mentibus ἀτελὲς hoc vitium illud insidet, vt diuersa semper laudemus, nostra sorte nunquàm contenti.

Coruus absente graculo pulcher. 83

Adagium spirat quod in Theophylacti epistolis legitur, κολοιοῦ μὴ φαινομένου καὶ παρὰ δόξαν τὸν κόλοιον καλλωπίσαντος, ὄρνιον, id est, Non apparente graculo inter speciosas augs numerabitur & coruus. Non insuenuste eo vtemur, quum duorum fiet comparatio similis propè deformitatis. Elegantius sonabit si ad ingenium transferatur, vt si dicamus, Salustij immanem illam in Ciceronem dicacitatem, merum esse lusum præ effrenata illa Caleni Fusij apud Dionem in eundem virulentia. κολοιοῦ γὰρ ὄντος μὴ παρὰ δόξαν τὸν ὄρνιν.

Virtutem infortunatam despicere, insanum. 84

Αἰσχρὸν ἡ χάλκη ἀρετὴν ἀτυχοῦσαν θεωρεῖν, id est, Turpe est ac miserum, calamitosam virtutem despicari. Prouerbialis sententia. Aristoteles ad Philippum Macedonem scribens, nihil humanius esse vltionem, quam afflictorum misereri, immitis ac duri ingenij esse, pietate non tangi, & ceu prouerbiale illud iubuen, non fœdum modo esse, sed execrandum inuper, vt quis hominem virtute præditum, sed fortunæ procellis dejectum non erigat atque confirmet. Eodem sententia parœmiaca vsus est Mithridates Ponti rex qui (vt refert Appianus Alexándrinus) quum Pompeium Lucullo equitum magistrum, conhidentius quam pro captiui sorte locutum, barbari interficiendum ceu iussent, respondit, ἀλλὰ τὸν ἀρετὴν ἀτυχοῦντα μὴ θεωρεῖν, id est, Par est & æquum sacrilegium virtutem non despicere. Synesius libro de regno bleuiloquis verbis hàc sententiam inclusit: hoc modo, Τύχη δ' ἀρετῆς ἀδάμας, id est, Virtuti fortuna exprobranda non est. ἀσεμνότατον τὸ τύχῃ ἀρετὴν ὀνειδίζειν καὶ μαστιγοῦν, id est, quasi erubescat fortuna non attestari, præsertim Lacinoribus.

Priscæ manus. 85

De re elegáti & artis plena.

Ἀρχαίας χεῖρες. Priscæ manus opus esse dicemus, quod elegans est & artis plenum, quódve vetustate nitedolet. Synesius in epist. ἡ θεὸς ἐδόκει τί τις τῆς ἀρχαίας χειρὸς ἔσω ἔδει δὲ αἰδέσεσθαι λίχνῳ σιδήρῳ. Commutrimé quippiam priscæ manus, id quod de statuis dicere ipsemet, Vbi non indicat vsum modò, sed & originem adagij. Veterum curiositas atque peritia in affabré sculpendis statuis celebratur. Themistius in oratione de amicitia, Ἀγάλματα τὰ παλαιᾶς τέχνης χρόνου δίκην τὸν θαυμαίου ἡ ὀφθαλμῶν ἀκριβείαν, id est, Simulacra priscæ artis tempore indigent ad sui admirationem, & exacta oculorum acie.

Xenocratem modestia superas. 86

Apud Synesium est illud σωφροσύνην τὴν ἐπὶ Ξενοκράτους εἰκόνας, id est, modestia vultus compositi, Xenocratis effigiem superant. Dicetur in philosophastres sanctimoniam nescio quam vultu præferentes. Xenocratis temperantia non in veneris modò rebus sed & in vitæ continentia & à munerum corruptela abstinendo, prædicatur maxima à Diogene Laertio, quæ res effecit etiam vt iniuriato illi crederetur apud Atheniensis, de quo prius diximus.

Mediam sequere. 87

Mediocritas.

Prouerbiales sunt Senarij Pratinæ Tragici poetæ Philatij apud Athenæum in 14.

Μὴ σύντονον δίωκε, μηδ' ἀνειμένην,
Ἴσαι δ' ὅπου, διὰ τοῦ μέσου τίθου. id est,
Ne sequere nimium, quem vocant tonicam,
Neve asperum sonum, sed ad mediam tene.

Quibus appositè vtemur vbi moduni, quo sine nihil rectè fit, suadebimus, quemadmodum inter Harmoniæ genera, quum Lydij modi lugubre quid sonent ac flebile: Ionici mollibus seruiãt: at Dorij velut inter vtrosque medij laudantur: ita in dicendi ratione inter grande illud atque robustum genus, & alterum gracile, medium ex duobus floridum & picturatum sequendum monet Fabius. Huic affine est illud Damascij Syri in Philosophica historia, τὸν δὲ Θῶνα ἀλυπότατον μετρίως τοῦ καὶ ἀφυοῦς, οὔτε καταγέλαστον ὄντα τινὰ, οὔτε δὴ τῶν βλακευόντων. διὸ μετρίως καὶ μεμιγμένως, καὶ τὸν δαίμονα ἔχοντα οἷς ἀρίστοις ὁμιλοῦντα, id est, Menis apparatus erat moderatus, & frugalis, neque fordidior propter egestatem, neque dissolutior propter opulentiam, sed medius ac Musicus, in modum Doricorum modulorum teneraconcinnus.

Cras cerdo, hodie nihil. 88

Rerum mutationes.

Varronis est inter parœmiacos librorũ titulos proverbiũ non semel à Nonio Marcello citatum, quo mutationem & variabilem rerum humanarum sortem, significari autumo. Conforme illi est, imò idem planè, Anaxandridæ Comici illud ex Anchise fabula,

Πολλοὶ γὰρ τῶν νῦν ἐν ὑβρισταῖς,
Ἐς τ' αὔριον ἢ μυριῶν, οὐ κακοῖς κείσεται
Ἀγορᾷ παιζόντων, τὸν δὲ εἰδότα τρίφη
Δαίμων ἐγείρει. id est,
Multi quidem sunt hodie liberi parum
Quos Sunienses luce crastina, dies
Sequens videbit perfrui claros foro.
Sors namque clauum versat hominum cuilibet.

Vbi per Sunienses, negociatores intelligi puto, à Sunio, Athenarum emporio notissimo, vbi rerum venalium forum erat, Donato teste: vt innuat repente quosdam è seruis negociatores bona fortuna vios euadere; mox etiam ciuium rerum gubernaculis admoueri, hoc est, ex Iris Cræsus fieri. Extat apud Aristophanem simile prouerbium, Νῦν μὲν ἀνδρὸς, αὖθις δ' οὐδὲ μέγας, id est, Qui nunc nullus, cras præmagnus. Continuã figura fermè dixit Nazianzenus in Athanasium, χθὲς ἱερόσυλος καὶ σίμωνος ἱερεύς, id est, Heri sacrilegus, hodie sacerdos: de iis qui sacra intempestiuè tractant, adhuc tyrones artis, aut qui doctores esse præsumunt, vix discipuli. Postremum autem illud, εἴληχε τροφὸν δαίμων ἐγείρειν, id est, Fortuna vertit clauum cuilibet, prouerbium sapit, quo fortassis vsus sit Varro similiter, vt haud absurdum sit illud apud Nonium reponere in dictione Examutilim, vbi sic legitur, Idé eiéiqui hoc modo legendo, Idé εἴληχε δαίμων. vt ex tritiori voce notum tunc adagium agnosci potuerit.

Alia apud alios bona. 89

Ingeniorum varietas.

Ἄλλα παρ' ἄλλοις ἀγαθά, id est, Alia apud alios bona. Tritissimum vt prouerbium, quod ad ingeniorum varietatem aptissimè transfertur: hoc historicæ magnificentiæ aptior est, illum pangendo carmini natura finxit: est quem Comicus soccus, alium Tragicus cothurnus magis decet. Parœmiæ affinis est Homeri versus Odyss. ξ.

Ἄλλῳ τοι τ' ἄλλοιον ἐπὶ φρεσὶ θῆκε τέρπεσθαι ἔργον. id est,
Alius alios rebus afficitur.

Puluere extrito decertas. 90

Κόνιν ἐπιτρίψαντες ἀγωνίζονται. Extrito puluere decertat, aut in certamen descendit. Citatur prouerbium ab Eustathio Iliad. penult. Quadrat in eum qui victus animum reiumit, & cum hoste digladiatur. Trãsfertur ad animum, si quis in congressu literario herbam alicui dare coactus, nihilo animo dejectior, ad cõflictum redeat, quam deterris pulueris sordibus. Veluti si dicas Alciatum conuictum erroris in ratione ponderum & mensurarum à Georgio Agricola, excusso puluere ad pugnam redire edito rescripto aduersus hostem, nimirum κόνιν ἐπιτρίψαντα ἀγωνίζεσθαι.

Lada pernicior. 91

Prouerbialis hyperbole, summæ velocitatis significationem habens, siquidem, Solino teste, primam palmam velocitatis Ladas adeptus est, ita supra cæsum puluerem cursitans, vt arenis pendentibus nulla vestigiorum indicia relinqueret. atestatur & Pausanias in Laconicis, λαδᾶς ποδῶν ταχίστη, ὃς ἐπὶ Ὀλυμπιάδος ἐνίκα, id est, Ladas qui cunctos sui temporis mortales pedum pernicitate superauit. Meminit & in Corinthiacis idem, de quo Epigrammatarius,

Λάδας τὸ ταχὺ τρέχειν ἔλεγον ἀπὸ Λάδα, Δαμαρέτου τοῦ πόδας, ὃς ἐφάνη δρόμου νικήσας.

Celeritas incredibilis.

Quo incredibilem viri celeritatem innuit, qui tanta agilitate curriculum absoluit, vt videri potuerit saltu illud aut volatu transmisisse. Catullus,

Ha si Pegasides forent volatu,
Nec Ladas ego pennipes Perseus.

Memunt & Iuuenalis satyra 13.

Pauper locupletem optare podagram
Ne dubites Ladas: quid enim velocius illa
Præstat?

Eleganter ita contrarium sensum detorquebitur, vt si tardigradam quempiam Ladam dominemus. Martialis lib. 10. inoptum quendam poetam proprios versus interserentem Martialicis, comparat homini qui alterum pedem Ladæ habeat, alterum ligneum, ibi,

Habeas licebit alterum pedem Lada,
Inepte, frustra crure ligneo curres.

Hercules in Lydia. 92

Indecorus habitus.

Hercules in Lydia prouerbialiter, dicitur qui cultu corporis effœminatior incedit indecoro sibi habitu vtens, vt mules in toga talari conspicuus. Multorum scriptis celebratur Hercules muliebribus indutus apud Omphalen Lydiæ reginam. Aristides in oratione aduersus eliminatores, ἡρακλῆς ἐν λυδοῖς ὑφάσμασι, id est, Hercules inter Lydios linteum. Tertullianus libro de pallio. Qualis ille Hercules in serico Omphales fuerit, iam Omphal. in Herculis icorto designata descripsit, vbi pro serico Beatus Rhenanus Theristro legit: innuit autem non minus pudendum fuisse Herculi muliebrem cultum assumere, quam Omphale Leonina pelle cingi.

Asino gramen & baculus. 93

Sapiès præceptum est ὄνῳ χόρτον ἢ ῥάβδον, δούλῳ ἄρτον ἢ μάστιγα, id est, Asino fœnum & baculus, seruo panis & lentica. Refertur a Gregorio Palama Thessalonicensi, ignauiæ dedentariæque desidiæ ruffissimum præmium indicat namque durueri habedos, qui nil rectè faciunt, nisi vrgeas flagris. Seruilia ingenia non nisi plagis emendantur, Phrygum in morem: & quæ in prauum indurueruntur, minus verberibus, & Manliano imperio frangenda sunt: contrà generosi spiritus dura omnia respuunt, laude excitantur, honorisque ambitu quocunque velis ducuntur.

Paruis parua dant dij. 94

Αἰ μὲν μικρὰ μικρὰ δίδοιν θεοί. id est,
Largitur paruis vsque pusilla Deus.

Versus est Pentameter ad Callimachum authorem relatus. Ita fermè natura comparatum est, vt tenuis conditionis homines, tenui oblata sorte non secus exultent, quam magna solent magnates. Artemidorus in libro De somniorum interpretatoribus quarti calce, ὁποῖόν τινα καὶ τὸν τυχόντα λαβεῖν ἀγαθὸν καὶ ὑπερχαίρειν, ὡσεὶ ἂν ἐκ τῶν καλλιμάχου ἦν, τὰ, Αἰ δὲ μικρὰ μικρὰ δίδοιν θεοί. Ita nimirum e vulgare quidpiam nactus, amplectetur illud ac supra modum gaudebit, propterea rectè habet Callimachi dictum,

Dat semper paruis munera parua Deus.

Proinde monet vulgi prouerbium vernacula lingua, Auream quadrigam esse ambiendam, à qua si contingat voto excidere, nota saltem aut aureus radius obtingere possit dehinc satisfacere.

Agri podex. 95

Πυγὴ ἀγροῦ, id est, Agri nates, prouerbiale est de restibili. agri fertilitate, metaphora à carnulentis natibus sumpta: sic & πίων ἀγρὸς accipitur, quod Virgil. vertit Vbere glebæ: καὶ πῦρ γὰρ πολλὸν καὶ ὕδωρ ἀναδίδωσι. Homerus etiam γουνὸν ἀρούρης dixit, Varro sumen terræ. Nonnulli efferunt adagium de hominibus immodicè rusticanis: Alij dici volunt de otiosis delicatisque, qui non agro tantùm ardent magno in otio, sed simpliciter quauis in re delicatius versantur: vt Eustathius annotat. Helychius etiam locupletes homines & latifundios opulentos, ἀγροῦ πυγὴ, dici annotat, velut agris suffarcinatos.

Cylones. 96

De impuris & flagitiosis.

Cylones, impuri & flagitiosæ vitæ homines vocati à Ciceroné videntur in responsione in Salustium, quum inquit, Quo tanquam in vrnam voraginem cœtus omnium vitiorum excesserat, quicquid impudicorum Cylonum, parricidarum, sacrilegorum fuit in vrbe, quanquam eo loco Cylones & legant & exponant quidam, pro turpi hominum genere, qui ceteris libidinem exercent, σπαλοπυγιστὰς & σπαλοπυγίζοντας dicunt Græci, ab antiquo verbo Cilire, quod mouere significat alij etiam Chilones, vt irrumatorum, netarium genus denotet vox, ἢ τοὺς ἐπὶ αἰσχροκερδείᾳ μαλακιζομένους: quod in scholiis olim illic pro amico adnotauimus. Porrò Cylon Atheniensis fuit, homo non ignobilis, & potens qui Diuio in Olympiis victor extitetat, vt in Atticis commemorat Pausanias, quare à Thucydide Olympionices vocatur: iste Theagenis Megarensium tyranni filiam vxorem duxerat, itaque ad tyrannidem aspirans, consulto prius oraculo & perperam intellecto, rem nefariam aggressus, dignum malè conceptis exitum habuit, nam ab arcta, qua in arce premebatur, obsidione ægre dilapsus, in Eumenidũ aram ad quam confugerat confossus perit, ædis religione minimè tutus: quam historiam latè describit Thucydides lib. 1. Cædis authores Periclem nominat Suidas, & κυλώνειον ἄγος vocat, Cicero Cylonium scelus: fit enim libro de legibus secundo legas. Nam illud vitiosum Athenis, quod Cylonio scelere (malè namque Cilonio scriptum illic inuenias) expiato, Epimenide Cretè suadente fecerunt Contumeliæ fanum & impudentiæ. Suidas alibi refert Epimenidem iam senio confectum, Athenas expiasse Cylonio scelere. Herodotus quoque & Euphron κυλώνειον ἄγος scriptis maduisse leguntur, authore Theone Alexandrino. Videntur ergo Cylones dici posse publicæ libertatis oppressores & profligati homines. *Publicæ libertatis oppressores.*

Vna clamore Neadis superat. 97

Μεῖζον μὲν βοᾷ νεάδων, id est, vna clamore vincit Neadas. Aelianus lib. 17. De animalibus indicat adagiũ fuisse mulierum verbosarum. *De mulierum verbositate.*

sem clamolas mulieres: esse autem νεάδας, id est, Neadas animantium genus, quorum clamore terra in hiatum discedat, authoritate Aphonionis, qui etiam Samum de certam ab incolis, propter harũ Neadum multitudinem, scripto prodiderit. Neida in auem mutatam ex Pherecyde tabulatur Didymus, Ædonis & Zethi filium. Perstringit simili ratione fœminarum verbositatem Iuuenalis satyra sexta, ibi,

Vna lauorarii poterit succurrere luna,
Tot parient pulli & nascentia funera Pulfurj:

Chiorum more vellere. 98

Χιακὴ τίλλειν, id est, Chiorum more pilos vellere. Patœmia vice recitat Eustathius in Odyss. tertium, tanquam Chij fuerint conuelli vulsis esse corporibus, vnde & χῖος λόφος, id est, Chius vertex dicitur, cui media pars capitis pilis nudata sit per volsellas. Puto, vel in seruiles homines dicterium fuisse, quippe quum Chij primi legantur vsi fuisse emptitiis seruis, quibus radere baptur vellebantúrq. crines. vel potius in molles & effœminatos, qui volsellis & pinsothris, aliòve quouis modo glabra reddunt corpora. quod confirmat Helych. annotans dici ὅσοι τὰς κατωγὰς ἢ ἀφαιροῦνται, id est. de vellis fractisq. mollitie. Chios verò fuisse molles & lasciuos ostendit adagium, Chius risus, dissolutioris licentiæ ac molliore risu dictum. Quadrabit in hominem compt. q. plus æquo studiosum, qui depilatis radicitus se pernitrit identidem quo tueat cutis. Non abludit hinc Martialis locus,

Mens est Pannicis vulsa tibi.

Quo dicterio notat lupinã hominis mollitiẽ. Cratinus in fabula Horis inscripta, traducit etiã τὸ λυδιστὶ τίλλειν, id est, Lydio more vellere, mollitiei argumento, liquidem Lydos delicatos fuisse constat, vnde voluptarium & mollem λυδιστὶ dixit Anacreon: illius autem versus sic se habent,

Μοῦσά μοι ἀνακρεοντείων
Ἔχουσ' ἀοιδὴ λυδιστὶ τίλλειν μέλη πατρῴα. id est,
Calus a me cum pilatrichus simul,
Quæ obscœna Lydo more vellerent loca.

Cane impudentior. 99

Κυνῶν κύντερος, Venustius apud Græcos effertur, quàm Latinè, Canibus impudentior, vel si fas est ita loqui, Caninior, de homine perfrictæ frontis, qui nihil pensi faciat. Suidas erat alicubi de homine deplorato, ὁ κυνῶν κύντερος καὶ δαιμόνων ἀλγεινότερος, id est, Canibus impudentior, & Dæmonibus infestior molestióque. Plutarchus libro De non fœnerando, κυνὸς ἀδηφαγώτερος, id est, Cane ignobilior. Obicit Achilles Homericus Agamemnoni indelebilem probri notam,

Ono-

Οἰνοβαρὴς, κυνὸς ὄμματ' ἔχων, ἀγρύπνιον ἦτορ, vbi tumulentum regem prolcindit, ore canino, animo verò ceruino, designans impudentem illum & ceruo timidiorem.. Helena quoque in Odyss. alicubi, κυνώπιδα se non sine infamiæ macula nominat, stupri sibi consciæ, qua impudor nō potuerit retrahere ab alieni thori commercio. Hinc etiam ferox & impudens mulier κυνῶπις, ac si canina mutscam dicas, vocatur à duobus animantibus notæ impudentiæ: sic Cassandra ἀμφιλύκη κυνῶπις à Tryphiodoro dicitur in poemate, cui nomen est Troiæ excidium, velut proterua Cynomyia: Æschylus in Danaidib. nominat Ægyptios κυνοθυμεῖς, hoc est, canum instar feroces & audaculos. Hesychius κυνοκλώπους dicti annotat impudentes quasi si dicas, caninum intuentes: eosdémque & κυνῶπις & κυνώπιδας. Cleon apud Aristophanem in Equitibus ita se appellat κυνοκέφαλον, quasi canicipitem, impudentiæ perfricatæque frontis sibi conscium. Hinc etiam κύνειον ἦθος, id est, canini mores in prouerbium abiere: Iuno alicubi Dianam appellat κύνα ἀδῆ, tinnitepidam canem.

Seplasia dignus. 100

De homine delicato & opiparo efferri poterit prouerbialiter, Cic. in L. Pisonem, fuit incessus laltem Seplasia dignus & Capua. & iterum. Seplasia me Hercule, vt dici audiebam, te vt primum aspexit, Campanum consulem repudiauit Selapia male in Germanico exemplari legitur. Fuit autem Seplasia platea Capuæ, in qua vngnentarij negotiari erant soliti, vt ait Strauit Asconius Pedianus. Cicero in oratione pro P. Sestio, de Pisone homine horridè rusticano loquens, Capillo ita horrido vt Capua, in qua ipse tum imaginis formandæ causa duumuiratum gerebat. Seplasium sublaturus videretur. Quod ipsum prouerbiale esse potest de tetrico homine & voluptatum cōemptore vt dicamus, illum ipsa etiam fronte Seplasiam tollere, aut edicto proscribere. Plinius vlr pat Seplasiam pro officina pharmacopœorum lib. 34. c. 11. loquens de medicis: Nunc quoties meidere in libellos, componere volentes ex his aliqua, hoc est, impendio miserorum experiri commentaria, ea omnia quidem fraudibus corrumpenti, factáque iampridem emplastra & collyria mercantur, tabéque mercium: fraus Seplasiæ sic extenditur.

ADAGIORVM HADRIANI IVNII CENTVRIA NONA.

In solum. 1

De re humili obscéneque.

PRouerbij istius meminit nō semel Cicero, vt in Epistolarum familiar. 9. epistol. vltima. Conuiuio delector, ibi loquor aliquid, quod in solum, vt dicitur: & gemitum in risus maximos transfero. & rursus in primo De natura deorum: Abutebis ad omnia atomorum regno & licentia, hinc quodcunque in solum venit (vt dicitur) effingis atque efficis. Prouerbium esse clarè conuincit addita vtrobique parenthesis, vt dicitur: neque inficiatur Petrus Victorius, quem honoris causa nomino, & propter singularem eruditionem testimonij vice aduoco, qui tarum esse ac propterea parum prospici vnde dictum sit, annotat. Apparet autem efferri de vulgaribus & triuialibus rebus aut dictis, atque elliptice dici, quod in solum, scilicet, impingi illiditve dignum sit debeátque: videtur enim innuere Cicero, priore in loco, se in conuiuio, cui Cytheris scortum interfuit, procacis aliquanto linguæ fuisse & nonnulla ridicula atque obiurgatione obruenda libertus effutisse. Itemque indulgentem. Simili modo vulgaris lingua monet dicterium aut inhonestius verbum despuere, solóque allidere, Græci etiam ἔδαφος vocant, quod humile est & abiectum, ab ἔδος, quod solum pauimentumque significat. Forte natum à receptо more potantium, qui quod reliquum in fundo calicis poculiue subsidet, in solum eiciunt atque effundunt.

Petrus Victorius.

Piscium vita. 2

Potentiorum fastus & spolia in tenues.

Abiit in prouerbium, vita piscium, de intolerabili potentiorum superbia erga tenuiores, qua deglubere tantùm non eos studeant, bonisque exuere, ac patrimonia deuorare. Polybius lib. 15. οὐδ' ὡς ἐπὶ τῶν ἰχθύων οἱ πάντα βραχέα τινὰ κατεσθίοντες τὴν αἰχμὴν ἐκφεύγουσι, ἀλλ' ὑπ' αὐτῶν ἀναιδῶς καὶ παρανόμως ὄντων, ὥστε μεταφέρειν τὴν ἀσέλγειαν τῶν ἰχθύων βίον, ὃν εἰς φασὶ συμβαίνειν οὐκ ἄλλο τι μᾶλλον ἢ σύγχυσιν καὶ μάχην ἀφόρητον καὶ βίον, id est, Dispartiti inter se pueri deteriori imperium aggressi sunt, non tyrannorum more, qui verecundiæ obtentum quempiam prætexere solent, sed mox impudenter adeò & belluinè, vt distringi in eos debuerit, Piscium vita, prouerbio nata, inter quos tametsi congeneres minoris exitium à validiore in escam qui vitam trahat conuertitur. Adagium idem expressit M. Varro in his versibus quos apud Nonium corruptissimos olim ita restitui in nostris Animaduersorum libris,

Natura humanis omnia sunt paria.
Qui pote plus, vrget pisces vt sæpe minutos
Magnus comesi, vt ibes thecas accipiter.

Piscium mutuam lanienam non tacuit Oppianus Halieut. 2.

Οἱ δὲ μάχῃσιν ἀμαιμακέτῳ ἔχονται ἔκαστα
Ἐνδυκέως, μισέουσι δ' ἀμοιβαδὶς ἀλλήλους
Πασσυδίῃ· τοίη σφι διὰ χόλου ἐλήλαται.

id est,

Inter se exercent odus capitalibus vrat
Squammigerum genus, & lanienæ mutuæ in hostes
Grassantur soli pisces, ac vindices rictu.

Sol exorere. 3

Ἔξιχ' ὦ ἥλιε. id est, Exorere Sol. Eustath. indicat prouerbiale fuisse dicterium Iliados a, authoritate Ælij Dionysij. Sic enim ait. παλαιὸν δὲ τὸ παροιμιῶδες Αἰλίῳ Διονυσίῳ φασὶν ἐπὶ παίδων, ἀπὸ τοῦ δηλοῦν ἐξιχνεῖν ὅθεν ὑπόπτευσι καὶ τὸν ἥλιον, id est, Ælius Dionysius annotat prouerbialis versus particulam esse pueris vsitatam, qua significant solem promicare, hoc est, exortum esse. Vrtur Aristophanes, λέγουσι δ' ὥσπερ τὰ παιδία, ἔξιχ' ὦ φίλ' ἥλιε, id est, Dices quod puer. solent, exerito os ô bone sol. Videtur quadrare posse in tergiuersatores, veluti, si colligentibus ingenuum docti viri pudorem, scripta tua, quibus ceu sol tenebras discutere possit, in publicum proferre non sustinentis dissentique.

Retibus confere, nihil tamen capit. 4

Memorat adagium huiusmodi Hesych.

Δῦναι ὡς εἰς ἀκαταχρήτων, λαβεῖν δὲ μή. id est,

Conferre retibus, nihil capere tamen.

Labor irritus

Versiculus est iambicus trimeter. Competere videtur in hominem alienis inferuientem commodis, vnde plus iacturæ quàm emolumenti ad ipsum redeat. Adagio huic obnoxij sunt, qui typographis assiduam operam præstant, nullo vel exiguo certè cum suo lucro.

Nucdula ex vepribus. 5

Prouerbij speciem redolet quod apud Ciceronem in oratione pro Pub. Sextio legitur: Quoniam id fa- *De sordido ad summa euecto.*
tum est ab iratis fuit, vt illa ex vepreculis extracta nitedula, remp. conaretur arrodere. Loquitur de Numerio quodam infimarum sordium & abiecto homuncione. Torqueri potest in hominem in summis vitæ sordibus natum, beneficio fortunæ aut per sycophantias aliámve quampiam rationem ad ampliores fortunas euectū, alienisque opibus inhiantem, qualis apud Ciceronem Chrysogonus est, Rotcij bonis inhians mordicus. Nitedulam Seruius libr. Georg. 1. murem exiguum subterraneum esse putat, alioqui Nitedula vocatur animalculum volucre, igneo lubare per tenebras lucēs, quàm λαμπυρίδα Græci vocant, in Italia sæpius mihi non sine admiratione spectatum captumque, apud villam clarissimi Comitis Philippi Pepoli Bononiensis: cuius igneus liquor calami sulco tractus literarum notas reddit etiam in tenebris illustres, qua ratione compe-

tit in purpuratum, paulo antè pannosum.

Schema & gradus. 6

Pedetentim non temerè mittendum.

Doricum prouerbium est χῆμα καὶ βῆμα, quod communis lingua profert χῆμα καὶ βῆμα, id est, Habitus & incessus. Quo significabatur, non protinus ad altiora artium penetralia esse prouolandum, & quasi supra septa excedendum, ac præoccupanda veluti sedilia certis ordinibus constituta, sed pedetentim & ordine quodam pergendum esse, ne præteantur quæ præcedere debent rudimenta atque initia, sine quibus cognitio cassa fiat & concidat reliqua omnis traditio. Extat apud Etymologici authorem.

Iunonis puer. 7

De delicatio.

Autor epistolæ falsò M. Tullio adscriptæ ad Cn. Octauium, prouerbiali tropo Iunonium puerum dixit delicatum & deliciis innutritum: hic enim ait, Cum te Iunonium puerum & matris tuæ partum aureum esse dixi. Iuno à poetis superba & deliciarum operosè studiosa ferè inducitur, quo spectat χρυσόθρονος epitheton, velut aureis toccis in incessu vtentis. Neque temerè est quod Pauonem animal si quod aliud superbum, Iunonis tutelæ dicatum legimus, vnde Iunonia volucris Ouidio vocatur. Eodem spectat paronomia quæ est apud Athenæum ἡρῷον βαδίζειν, id est, Iunonium incedit, de gressu superbo.

Quàm facilè canis exta edit. 8

De re facillima.

Quàm facilè canis exta edit, prouerbiale dicterium est apud Annæum Senecam in Apocolocyntosi, seu, Ludo de morte Claudij Cæs. vbi D. Augustus introducitur hunc in modum sententiam suam edisserens. Qui vobis non posse videtur muscam excitare, tam facilè homines occidebat, quàm canis exta edit. Ista namque lectio magis placet, quàm vulgata, quæ legit, quàm canes excidit, vt annotatum est à me nuper in annotationibus in eum librum, fauentque illi scripturæ doctorum plerique. Dicetur de re expedita & oppidò quàm facillima factu: quò pertinet illud Horatij, Vt canis à corio nunquam absterrebitur vncto.

Io Saturnalia. 9

De nimium superbiente.

Dion lib. quinquagesimo octauo refert vulgatum fuisse dicterium ἰὼ σατορνάλια, hoc est, Io Saturnalia, quo vti licebit, vbi quis suæ conditionis immemor, authoritatis sibi plusculùm arrogat. Noui qui humili genere natus, plenioris fortunæ blandimento, Ecclesiasticis opibus adauctus principem virum precario iure à se principatur inaugurandum, non nisi ad genua sibi aduolutum admisit, præclaro edito de se testimonio humilitatis submissionisque, quam inter prima religionis suscipiendæ incunabula fuerat professus. Refert autem Dion, quum expeditionem in Britannos, velut extra orbem positos detrectarent legiones, nec Au. Plautio egregiæ mil tatis famæ senatori, eius militiæ duci, obtemperarent, Narcissum, Claudij libertum ab Imperatore immissum, suggestu cõscindisse, sed verba facere pro concione ad manes tentante, coercitum fuisse, acclamante vndequaque exercitu notum illud diuerbium, Io Saturnalia, eo quòd in Saturnalib. serui herili apparatu induti epulabantur. Græcè est, σατορνάλια τὸν δὲ ἠγνοηκότα τοῦτο καὶ ἀρτίως, ἐστεφανωμένοις τοῖς νεκροῖς οἱ δοῦλοι τὴν ἀκόσμητον χῆμα μεταλαμβάνοντες ἑορτάζουσιν. Paulo diuersus extulit Martialis lib. 11.

Clamant ecce mei, Io Saturnalia, versus,
Et licet, O sub te præside Nerua libet.

Nihil ad Persium. 10

Prouerbialiter vsurpatum est à Cicerone libro De oratore secundo, quo vtemur, quum discrimen ingens eruditionis inter duos notare volumus: sic enim ait: Lælium Decimum volo, quem cognouimus virum bonum & non illiteratum, sed nihil ad Persium. Delexum est autem è C. Lucilij Satyrographi verbis hisce, Persium non curo legere, Lælium Decimum volo: quibus significare voluit se optare suis scriptis lectorem neque indoctissimum neque rursus doctissimum, quòd ille nihil intelligat, hic morosius aliquanto iudicet, ac plus intelligat fortassis quàm ipse author de se. hunc locum attigit & Plinius in præfatione naturalis historiæ, ita scribens. Præterea est quædam publica etiam eruditorum reiectio. Vtitur illa & M. Tullius extra omnem ingenij aleam positus, & (quod miremur,) per aduocatum defenditur, Hęc doctissimum Persium legere nolo, Lælium Decimũ volo.

Κατοφθαλμίζειν. 11

De curioso rerum alienarum indagatore.

Synesius libro de Prouidentia secundo, εἰ δέ τις εἰς ἡμᾶς ἐπιλαθόμενος εἰσπέσοι καὶ ὑπὸ λαγόνων ὀφθαλμοὺς ἔχων, κατοφθαλμίζοι, id est, Si quis in scenam introrumpat, & huc (quod dici solet) emissitiis oculis introspiciat. Vox illa κατὰ λαγόνων, indicat vulgi sermone extritum fuisse verbum & prouerbiale. Dicetur de curiosis hominibus & alienarum rerum plus nimio satagentibus. Crediderim ego veriorem esse lectionem, κατοφθαλμίζειν, mutatione vnius literæ, ι in λ, quòd curiosi homines reductis & quasi concauis oculorum finibus in introspiciendo contentius, vti videantur.

Rarum, carum. 12

Plato in Euthydemo, Τὸ δὲ σπάνιον ἅμα καὶ ἄξιόλογον τίμιον, τὸ δὲ ὕδωρ ἀνεπίσημον, ἄσημον δὲ εἰς ἔργα πολλὰ χρήσιμον, id est, Quod rarum est Euthydeme, idem etiam magni fit, at aqua, tametsi res sit longè optima, quod Pindarus ait, nihil vilius. Prouerbium est & vetustissimum, & hodie vsitatissimum, quod χαλεπὸν versu omnibus in ore est, Quod rarum, carum, videlicet quotidianum. D. Hieronymus alicubi, Omne quod rarum est, plus appetitur, Pulegium apud Indos pipere est pretiosius. Martialis lib. 1. Epigram.

Rara iuuant, primis sic maior gratia pomis
Hybernæ pretium sic mereturosæ.

Facit namque fastidium copia, vt inquit Liuius: & frigidius amamus semper ea, quibus vbi libeat, potiri fas sit. Huc spectat quod libro ad Herennium tertio Cornificius ait: Vsitatæ res facilè è memoria elabuntur, insignes & nouæ manent diutius. Solis exortus, cursus, occasus, nemo miratur, propterea quod quotidie fiũt, at eclipses solis mirantur, qui rarò accidunt, & solis eclipses magis quàm lunæ, quoniam hæ crebriores fiũt, docet igitur natura se vulgari & vsitata re non excitari, nouitate verò & insigni quadam negotio commoueri. Nouæ placẽ.

Ne vicini quidem sentiunt. 13

Quum indicare volumus ita geri tacitè ac dissimulanter quippiam, vt ne proximi quidem subodorentur factum, aut rem adeò triualem esse & exigui momenti, vt ea nemo commoueatur, prouerbij vsus erit. Plato in Alcibiade priore, differens quantum ponderis trahant res magnatum: Persarum, inquit, regi quum primogenitus nascitur, cui hæreditario iure destinatur imperium, cuncti subditi festum diem celebrant, ἡμῖν δ' ἡδομένοις, τὴν τῶν πομφολύγων, οἷσ' εἰ γένοιτο σφόδρα τις αἰθριότης, id est, at nobis in lucem editis, ne vicini quidem (iuxta Comici dictum, magnoperè id persentiscunt. Non liquet nunc mihi è quo Comico petitum sit.

Tanquam ouis meridians. 14

Socrates apud Platonem in Phædro, de supino otio animique veterno exulit prouerbialiter aliud, ὥσπερ οὖν ὀκνοῦντα μεσημβριάζοντα, hoc est, tanquam ouis meridians: verba eius ita habent κολλιμίους οὖν φαίνομαι δι' ἀργίαν τὴν ὑμετέραν, διχόμους αὖ κυλλόποδας, νηνέμους τε ἡμῖν ἀκοὰς ἄπλατον ὑδάτων εἰς τὴν κυλλοποδίαν, ὥσπερ ὀκνοῦντας μεσημβριάζοντας ἐκεῖ πιὸν κρήνιον βόσαι, id est, Si viderint nos animi veterno torpentes, meritò deridebunt, arbitrati mancipia quæpiam in suum delata gurgustium, tanquam oues meridiantes ad fonticulum iadormire. Solent oues medium diem accedente iole ad fontium aquas desides iacere aut in vmbra.

Tyrtæo bellicosior. 15

De pugnace & strenuo homine, militiæ assueto, prouerbialis facie dixit Plato lib. De legib. 1. ὃν δὴ κατ' ἀρχὰς ὑπομνῆσαι δεῖ πορείαν πολεμικὴν τῆς πολεμικωτάτης, id est, Quem per initia sermonis diximus bellicosiorem fore, quam sunt ipsa Tyrtæi bellica præcepta. Tyrtæus poeta genere Atheniensis, Lacedæmonius adscriptus ciuis, librum elegiaco carmine scripsit adhortatorium ad bellicam virtutem & ad capessenda militiæ munia, quem Spartana iuuentus memoriæ mandare, & in procinctu itans recitare solebat ad excitandos mutuò animos; cuius versus aliquot ad verbum penè redditos hic adscribere non grauabor, quos qui græcè mauult legere, apud Stobæum petat sermone 49. Tyrtæus quis

Nullius ego memorem, nec magni fecero, seu quis
Polleat aut luctæ aut grapetibus pedibus,
Non si vel nole aut Cyclopas viribus æquet,
Aut cursu superet Thracium boream.

Nec si

Nec si Tithono forma præstantior esset,
Aut Cygni teneat dissimilisque Midas
Non si natalem Adrastis fœcundiam, & amplum
Imperium obtineat Tantalidæ Pelopi.
Vincat cuncta mihi, Manortia gloria, nisi te
Commendet: bella nemo quis enumerat,
Nicades ferat ut oculis spectare cruentas,
Collatoque hostis arceruere pede.

Hos versus innuit Plato lib. primo legum de Tyrtæo loquens. vbi sic ait, ὃς δὴ μάλιστα αὐχήσειεν ἐκεῖ ἕαυτὸν ἐπαοιδὸν εἶναι, εἰπὼν ὅτι, Οὐτ' ἂν μνησαίμην, οὔτ' ἂν λόγῳ ἄξιον τιθείμην, οὔτε εἰ τὸν πλουσιώτατον & εὐτυχέστατον ἕνα φαίη, οὔτ' ἂν πολλὰ ἀγαθὰ, κτημάτων & (ἵππων μὲν δὴ καὶ τῶν πολλῶν ἀρῶν & γίγνοιτ' ἄν), id est, Qui præ cæteris in bellica adhortatione plurimum operæ posuit, ita canens, Nullus ego memorem, nec magni fecero, non si vel mortalium ditissimus fuerit, inquit, neque si multis quæ inter bona habentur, abundet (quæ singula ferè enumerat) nisi idem quoque bellicæ gloriæ præditus.

Vicinus pedem monens. 16

Τοῦτον γνώθι τὸν πόδα, id est, Vicinus pedem sciens. Citatur ab Etymologici authore nominatim paroemiæ appellatione, dicitque annotatur de his qui vix initia alicuius rei artisve assecuti, ad ipsum fastigium & culmen frustra eniturtur, verba authoris hæc sunt, ἔδει γὰρ παροιμίαν, γείτων πρῶτον τὸν πόδα, τοῦτόν τε παροιμίαν ὅτι ἐπὶ μικροῦ μοχθοῦντων τὰ περαίνοντα, οἷον ἐπὶ τῶν τὰ πολλὰ κατόπιν μάτην ἀναζήτουντων. Originem tamen proverbij non indicat.

Ad Scirrhonem tendere. 17

Theætetus apud Platonem in cognomine sibi dialogo, εἰ δή μοι δοκεῖς σοὶ τὸν σκίρρωνα μᾶλλον τείνειν, id est, Videris mihi ad Scirrhonem potius spectare. Proverbiali figura dictū de eo qui efficacicus argumētis & scientificis demonstrationib. cuiusmodi lineales necessitates appellat Aristoteles, compellit quempiam ad assensum. Sciron latro fuit insignis, qui cognominatas à se Scironidas cautes insidens, compellebat viatores ex abrupta caute præcipites se dare, vt in Bibliotheces quinto scribit Diodorus Siculus. Euripidis scholiastes annotat solitum fuisse viatores ad abluendos ipsi pedes cogere, atque ita inter lauandum improuidos de præcipitio impactis calcibus deturbare: huius meminit & Ouidius Metamorph. 7. & Propertius 3.

Sciron latro.

Nec tamen est quisquam sacros qui ladat amantes,
Scironis media si licet ire via.

Vbi Scirronis viam appellat periculi plenam. Pausanias in Atticis Scirronem memorat Pilæ regis Megaridis filium, qui de huius vrbis imperio cum Nisi Pandionis filio contendens, belli ius & imperium omne obtinuit, iudicante Æaco arbitrorum autem hic idem sit cum latrone, ignoro. Cum hoc consonat & quod mox Plato subiicit, σὺ δὲ καὶ ἄλλου τινὸς μᾶλλον δοκεῖς τὸ ἀμβλὺ ἄρειν, id est, Tu fabulam agere mihi videris potius, qualem Antæus.

Calcibus proterit. 18

Omnino aliquem opprimere.

Λακτίζειν, id est, Calcibus proterere, adagialiter accipitur apud authores pro manifesto & omni iniuriarum genere aliquem afficere atque opprimere. Æschylus,

Καὶ πάντα ταῦτα λακτίσας ὑπὸ πόδα. id est,
Hæc cuncta pro oculata cerno calcibus. Idem,
Τὸ μὴ δίκαιος ὢν, τὸν λακτίσαι πόδα. id est,
An non solum, quod nefas, calcibus procul catum?

Idem in Eumenidibus, βωμὸν αἰδοῦς δίκας μηδὲν τὸν πόδα ἰδὼν, ἀθίκτῳ ποδὶ λακτίσῃς, aut vt doctissimus Henricus ille Steph. legere maluit, πατήσῃς. hoc est, Aram iustitiæ reuerentor, néve illam, lucro animum applicās impia calce violes, aut proculces. Sophocles annotatur idem extulisse λαὶ δίκτυπτον ἐξ, calce proteri, vt in Phædra citante Stobæo,

Οὐ γὰρ πώ ποτ' ἂν ἥρπασ' ἂν ἀσφαλὴς πόλις,
Ἢν ἐν μέσῃ δίκαια ἐν τοῖς σφοῖσιν
Λαὶ δίκτυπτα πατοῖτ' ἐξ & ἀνὴρ λακὼν
Παντῶν χρημάτων ἔργα κινδυνεύσει πόλει. id est,
Secura nunquam aut tuta esse urbs erit,
Leges vbi & consulta vetus calcibus
Terantur, & rempublicam alea in medium
Ludis comportus scelerum & lenocin.

Quanquam postremus versus perperam ibi legitur hoc pacto,

Παντῶν χρεῶν πάντα καὶ δίκαι πόλει.

Scholiastes incertus in Lucian. Lexiph λακτίζειν dici annotat de his qui calamitatibus inuoluti, torti animo inde se expediunt, ὅτι οἱ ἐκπεσόντες συμφορᾶς, ἐκφεύγουσι ἢ ἀπαλλάττουσιν, Phineus apud Apollonium Rhodium Argonaut. lib. 2. cæcitatem suam deplorans, sic inquit,

Οὐ γὰρ μοῦνον ἐφ' ὀφθαλμοῖσιν ἑταιρὴ λακτίζει.
id est,
Incubuit non tantum oculis feralis Erinnys.

Calcibus insultans. Hinc composita vox λακτιπάτης apud Sophoclem, quæ denotat pessundatum & penitus extinctum, λακτιπάτου ἀπηύρων χάρας, id est, Lætitiam omnem exertens atque obliterans.

Dittrephes doliares habens alas. 19

Διτρεφὴς πτέρυγας ἔχων πῆχυ, id est, Dittrephes doliares habens pennas. Dici videtur posse de locuplete homine, quem tamen non pudeat vilibus mercimoniis aut opificio vulgari quod tractarit olim insistere. Aristophanes in Auibus,

Diues etiam & vilibus rebus lucrū captās.

Ὡς διτρεφὴς γε πυτιναῖς μόνον ἔχων πτερά. id est,
Cum Dittrephes vilissimas tantum pennas habens.

Fuit autem ille Dittrephes πυτινοπώλης, hoc est, vietor qui vitilibus dolia compingebat, qui ex ea re ditatus, tribunus euasit Atheris. Vide eius mensam alicubi in Heroibus Lubula traducit Aristoph. nouum hominem & neoplutum notans, ἀπὸ τῆς διτρεφοῦς τραπέζης. Dittrephis mensam nominans è tenui lautiorem. Πτίσσα autem hic dicuntur vitilium extremitates. Meminit Suidas ex Euph.

Æqua & iniqua. 20

Καὶ δίκαια ἐξ ἀδίκων, id est, Et æqua & iniqua. Paroemiæ nomine citatur in Æschyli χοηφόροις, hoc est, parentantibus, à scholiaste græco istud, δοῦλε δεσπότου ἄνου ἐξ δίκαια ἐξ ἄδικα, id est, Seruus hero auscultans æqua iniquis imperanti. Qui alteri deuinctus est beneficiorum multitudine, in multis connivere cogitur, & iussa exequi, quo iure quave iniuria imperata. Eò alluserit ibi Æschylus, ὡς τὸ εἶκον. Πατρῴοις δούλοις ἐοικὸς αἰεὶ δίκαια ἐξ μὴ δίκαια, id est, Paternis extortem larib. seruili me sorte præferunt cœlestes, æqua iniqua imponentes. Aristophanes in Pluto, δίκαια κἀδίκως, id est, iustè iniustéque dixit pro quauis ratione omnique studio & arte. Suidas exponit πάσῃ τέχνῃ.

Tanquam Palladium. 21

Proverbialiter dixit Cicero in oratione pro Milone, Exhibe librarium illud legum vestrarum, quod te aiunt eripuisse è domo & è mediis armis turbáque nocturna, tanquam Palladium sustuliisse. Proverbio vtemur verè pro re nata, de re in qua multum spei nobis sit positum multúmque præsidij, verbi gratia Pisani Pandectas, Iustiniani archetypas, tanquam Palladiū diligentissima cura custodierunt: poterit ita in auaros quoque stringi. Dicetur & in plagiarios alienorum librorum fures, qui clàm depeculantur & tanquam Palladium tollunt alterius labores. Sumptum à Palladio, fatali Palladis signo, quod Antenoris opera edocti Diomedes & Vlysses direptum asportarunt. memorat enim Dictys Cretensis fabricatum è ligno signum istud, de cœlo delapsum fuisse, quo tempore Ilus templum Minervæ sacrum ad summum propè fastigium perduxerat, nondum impositio tecti culmine, ibique eodem sibi delegisse. Arctinus vetustissimus poeta apud Hallicarn. scum lib. 1. refert, Palladium Dardano fuisse datum ab Ioue, quod abitrium inaccessu in loco asseruaretur, altero simili ad euitandas hominum insidias publicè exposito. Alij tradunt Palladium ligneum simulacrum datum fuisse Troi regi Phrygum ab Assio mathematico & sacrificio, qui verbis illud incantarit: fuisseque hostibus proditum à Theano sacerdote Antenoris vxore, penes quam custodia illius erat. Fuit & Romæ cultum religiose Palladium, quod Metellus pontifex maximus à templo Vestæ, quum conflagraret, eripuit, cum oculorum orbitate fatali, qua & Ilo regi acciderat, vt commemorat Plutarchus.

Anima sui pro sale data. 22

Inter proverbia recensetur Varronianum illud, Animam suibus datam esse pro sale: certè non sine vene-

In gulæ vitiū que dedita.

re dicetur, de ventrionibus Catianæ scholæ deditis, qui noctes diesque curandæ cuticulæ incumbunt, corpúsque porcorum more saginant, de his enim dicemus, Animam illis pro sale datam esse. Varro libro secundo De re rustica capite quarto, Suillum pecus donatum ab natura dicunt ad epulandum vitaque ius animam datam pro sale, qui seruaret carnem. Plinius libro octauo capite quinquagesimo primo: Animalium hoc maximè brutum, animámque ei pro sale datam non illepidè existimabatur. Cicero libro quinto De finibus bonorum. Etenim omnium rerum, quas & creat natura & tuetur, quæ aut sine animo sunt, aut multo secus, eorum summum bonum in corpore est, vt non inscitè illud dictum videatur in sue, Animum illi pecudi datum pro sale, ne putresceret. Apparet autem dictum istud à Cleanthe manasse, sic namque scribit in Stromatum septimo Clemens Alexandrinus, διὸ καὶ Κλεάνθης φησὶν αὐτὴν ἀλῶν ἕνεκεν ὑπάρχειν ὑπὸ ψυχῆς, ἵνα μὴ σαπῇ τὰ κρέα, id est, Quapropter Cleanthes dicit sues pro sale habere animam, ne computrescant carnes. Sal additur carnibus, vt eas à putredine seruet immunes, at porco animali voraci & ingluuioso animam vice salis adiecisse natura videtur.

Circulator Cybeleius. 23

Μητραγύρτης, hoc est, Cybeleius circulator prouerbiali ratione dicitur homo contaminatus flagitiis, & libidinibus temulétisque addictus. Plutarchus de Ptolemæo iuniore loquens, qui in palatio temulentus tympano complosso obambulabat: ἦρξε γὸ ὁ τοιοῦτος καθάπερ μητραγύρτης βασιλεῖον ἀκολάστων, ὄνος σαπρὸν κατέχων τὸ τύμπανον, ἢ καλάμινον ἅρμα, id est, Graue & calamitosum esse, si Cleonenes opperiretur feriatum otium Regis Cybeleij prælitigatoris, vbi primum ille tympanum posuerit, & cœtus impudentium dimiserit. Metragyrtę dicebantur Phrygiæ Cybeles sacris operati, fanatici homines, qui tympani complosu stipem corrogabant, qui & diuisim μαλλοὶ ἀγύρται dicuntur, velut matris deorum prælitigatores. Dionysius Halicarnassæus libro 2. Pessinuntiæ, inquit, deæ sacerdotes sunt Phryx vii & Phrygia fœmina quæ deam circumferunt μητραγυρτοῦσι per vrbem, more patriæ suæ, simulacra picta circumpositæ pectori gestantes, turba reliqua deam quæ sequitur, tibijs circunstrepente, ac tympana complodente: at Romanorum ciuium nemo μητραγυρτεῖ aut tibijs personans incedit, variegato amictu conspicuus, aut orgijs Phrygio ritu deam colens. Reliqui vocem græcam quæ in impressis codicibus legitur: quòd Eulebius lib. 2. Præparationis Euangelicæ locum Dionysij citans, μηναγυρτῶντα & μηναγυρτεῖ scribat, quæ vox idem cum priore denotat, nisi quod ex etymologione mensruum circulatorem intelligamus, nam quolibet mense cœtus faciebant stipémque corrogabant, vt ex Suida quoque discimus. cum hac voce nihil habet commune Mithras, quæ solis appellatio est apud Persas, vti Lutatius Placidus in Statianis commentatijs annotat his verbis, Sol apud Achæmenios Titan, apud Assyrios Osiris, apud Persas, vbi in antro colitur Mithra vocatur. Vnde in fine primi Thebaidos sic Papinius,

Seu te Rosmus Titana vocari
Gentis Achæmeniæ ritu, seu præstat Osiria
Frugiferum, seu Persas sub rupibus antri
Indigenæ sequi torquentem cornua Mithram.

Porphyrius libro 4. De abstinentia ab animatis, refert Symbulum quempiam contexuisse historiam Mithriacam pluribus libris, in quibus Mithræ mysteria & orgia explicarit: Meminit & Plinius lib. 36. Mithræ Ægyptij regis, qui in Solis vrbe regnans primus obeliscos Solis numini consecratos posuerit. Persis quoque solenne erat iuramentum per Mithram.

Tanquam libri. 24

Plato in Protagora, de obmutescentibus quique respondendo non sunt, vsurpat prouerbialiter, εἴ τῳ ὁπότε Σοφόν τινά ἢ καὶ πάνυ βιβλία αὐτὸν ἔχοντα ὧντινωνοῦν ἐρωτήσειεν, οὔτε αὐτὸ ἀποκρίνοιτο, id est, Si quis rhetorum quempiam interroget, cui libri nihil habent quod vel respondeat vel ipsi scitetur. Sumptum inde quod libri tametsi lectorem instruere possint, voce tamen non vtuntur, vnde & muti magistri vocantur.

Tanquam pelues complosa. 25

De garrulo. Ibidem subijcit prouerbiale istud, ὡσὶ τις ἐν σμικρῷ ἀγγείῳ τι θέλοντος, ὅταν τὸ χαλκοῦν πυθμένιον μικρὸν ἔχῃ ἐν πολλοῖς ἀγγείοις μὴ ὀλίγα τις, id est, Sin quis paululum ex dictis exceptum percontetur, tanquam nola complosa, longum resonat, & pertendit, nisi quis interpellet ac sermonem extorqueat. de garrulo & verborum nimio dicetur, qui loquèdi modum nesciat. Origo à Dodoneo oraculo, quod contiguis æreis pelubus circumseptum, percusso vno, longum tonitus tractum edebat.

Ignotius quàm maris Choes. 26

De re incerta nobis & incognita, aut de immensa rerum copia vel summa, quarum inire numerum nequeas, dicetur Platonis illud in Theæteto, μᾶλλον αὐτῶν λήθων ἢ οἱ τὴν θαλάττιον ἀριθμὸν χόες, id est, Horum ille nihilo plus scit, quam quot sint in mari (iuxta prouerbium) aquæ congij. Simile est illud Martialis, Epigram. libro sexto,

Oceani fluctus me numerare iubes.

Est autem Chus siue Choa, idem quod Latinis Cõgius, senos capiens sextarios mensura.

Choros Tragicos molestè fert. 27

Χοροὺς δὲ τραγῳδῶν ἄχθεται, id est, Tragicos Choros ægrè fert, Suidas annotat dici de famelicis, quòd mora fit impatiens venter, qui verò esuriunt, hi choros, qui fermè prolixi sunt, in longum extrahi molestè ferant. Aristophanes, De famelicis.

Ἔστι γοῦν αὐτῷ χορεῖα δὴ τραγῳδῶν ἄχθος.
Princeps esuriens tragicos choros indignè ferat.

Fames implacabile malum est, moræque diuturnitate insalescit magis eius impatientia. Pulchrè Socrates illud prouerbiale extulit in Phædone, οὐδὲν ὅρους ἄδηλον ἔσται ἐνταῦθα, id est, Nulla cantillat auis, quando esurit. Iacet voluptas omnis & animi gaudium, vbi esurium.

Extra curriculum ferri. 28

Ἐκτὸς δρόμου, id est, Extra curriculum, nõ absque prouerbij tenemate dixit Plato de re à proposito aliena. ita namque in Cratylo ait, ἀλλ' ἐγὼ ὑπονοῶ με οἷον ἐκτὸς δρόμου φερόμενον, ἐπιδεῖν ἐκεῖ ὑπολαβόντα; id est, An non vides me tanquam extra curriculum prouectum, postquam in lubrico vestigium posui. Sumpta metaphora à stadij decursu, in quo qui plurimum exorbitat, aut à trita semita deuiat, is à meta absedit longius.

Extra omnem aleam. 29

Quicquid omni inuidia maius est, quicquid excellit & supra vulgus est, quasique extra periculi metum, id extra omnem aleam existere prouerbiali specie dicimus. Plinius in prologo Naturalis historiæ. Vtitur illa & M. Tullius extra omnem ingenij aleam positus.

Vestigia relegere. 30

Frequens est apud Platonem metaphora, prouerbij speciem recipiens, à vestigijs sumpta, ἴχνη μανθάνειν, vestigium relegere ἴχνη διώκειν, id est, vestigia persequi, eiusque generis locutionibus inclusa, & quidem de his qui antea propositam materiam ordine persequũtur, aut instituto sermoni inhærent, occasione petita ab odorisequis canibus qui feræ vestigia insequuntur. Plato in Theæteto, καὶ γὸ ἂν ἀπὸ κοινοῦ πολὺ ἄμεινον ἴχνη μανθάνειν, id est Forte non abs re atque intempestiuum fuerit, de quò vestigia relegere. Item in Phædone ἢ μοι δοκεῖτε καθ' ὃν τρόπον ἴχνη τῶν εἰρημένων ἢ καὶ ἐν τῇ ἔμπροσθεν χρόνῳ ζητῶν, i. Si nobis vitá instituere ad eorũ, quæ modò & antè quoque diximus, rationem, tanquam vestigia persequendo. Rursus in Politiæ octauo, ζηλοῖ τε τὸν πατέρα καὶ τὰ ἄλλα ἴχνη διώκει, Si æmulatur genitorem, eiusque persequatur vestigia, quod Cicero dixit, in maiorum suorum vestigijs stare. Idem in Cratylo, οἰόμενός τινα ἐμοῦ ἴχνος ἐφάψασθαι τῶν Ὁμήρου δόξῃ περὶ ὀνομάτων ὀρθότητος, id est, Ratus me Homeri sententiam de recta nominum impositione, tanquam vestigium quoppiam attigisse. Pindarus Pythiorũ decima oda, πόθῳ σφετέρῳ ἐμβεβὼς ἴχνεσιν πατρῴοις, id est, Generis amor tecit illum patris insistere vestigijs. Propertius lib. 3. Cæsaris & famæ vestigia iuncta tenebis.

Clauum tenere. 31

Οἴακα τηρεῖν, id est, Clauum gubernare, prouerbialiter de quouis imperio effertur. Æschylus in Septem ad Thebas,

Καὶ φῶς φανεῖται χοὐ λέλεκται τὠνέμου

Ὅση

Ὅστις φυλάσσει σφῆνας ἐν σχίσμασι πίπτων
Οἴκτιστα πημάτων. id est,
Cadmea pubes publica ex vsu rei
Quæ sunt, decet proferre, qui in puppi sedet
Clauumque ciuitatis obtersat manu.

Æschyli sententiam expressit Euthydemo Plato his verbis, σοφὸν ἂν εἶναι φῶμεν αὐτὸν εἰ διὰ ζητήσεως ἦν ἐν αἰτίᾳ τῷ ὄντι σοφίαν ἐν τῇ πόλει, ἢ ἀτυχοῦς καὶ μηδὲν ἰσχύοντος, μόνα δὲ τὰ σφύρια καὶ τοὺς τοιούτους πάντα κυβερνῶντα ἢ πάντων ἄρχοντα, ἢ πᾶσα χύσσα πλήρη, id est, Clarè videbatur nobis esse ea quæ petebatur, & causa felicis rerum successus in ciuitate, imò reuera, iuxta Æschyli senarium tola in puppi sedere ciuitatis, cuncta gubernans, cuncta moderans, denique omnia ex vsu facere. Pindarus in pythionicis, νῦν μοι δικαίῳ σκαλεῖ χρῆσθαι, ἀλλὰ δεῖ θεὸν ἄκμονι χαλκέα γλῶσσαν, hoc est, iusto clauo exercitum moderare, linguámque in incude veraci procudito. Fuit, quum apud Nonium Marcellum vbi Varronis citatur authoritas, εἰκαιῶν, legendum putarem, εἴκαια πημάτων, nisi manuscriptum exemplar, quod penes me est vetustissimum, legeret, teneo μακρὰν, pro eo quod in excusis est, teneo. Idem vicinum.

Dies digitus. 32

†vita brevis. Δάκτυλος ἡμέρα, id est, Digitus dies. Adagio indicatur vitæ humanæ spatium esse exiguum, quasi digitale: Hyperbole infra illam, Spithama vitæ. Alcæus poeta apud Athenæum, Πίνωμεν, τί τὸν λύχνον ἀμμένομεν; ὐδὲ δάκτυλος ἄμαρ, καλλίστα λύχνε μεγάλαις, αἰ τὸ παυίλλας. οἶνον γὰρ ἐνέγκαις καὶ δὸς λαβυσσία αἰθρίσκωμεν ἴδωμεν ἔσ-χωμεν. τάχα ἔνα καὶ πλέω, id est, Bibamus, quid lucernam moramur? Digitus est dies: accipe maioribus poculis, quę tu obducas: vinum namque Semeles Iouisque natus obfuisosum mortalibus dedit: infunde, misce vnâ atque pluua. Huc alluſit proculdubio author Epigram. quod in fine 7. lib. legitur,

Πίνωμεν βάκχου ζωρὸν πόμα, δάκτυλος αἰὼν
Ἡ πολὺ κισσυβίοις λύχνον ἰδὼν μείνωμεν; id est,
Ducamus Bacchi latices, digitus breuis est lux,
Somnifer aut quid te lychnus mauere tumultu?

Quãquam in Alcæi verbis pro ἀμμένομεν alij σβέννυμεν, hoc est, extinguimus, supponunt, quum prioris lectionis fides vel ex Epigrammatis astrui possit.

Canibus ossa prodo. 33

Μυῶν κύων ἱστία, id est, Canibus ossa commonstro. Proverbium est de eo, qui inimico suum patefacit consilium, velut si quis riuali amores suos detegat, aut litigator aduersario actionem suam indicet. Extat Epigr. lib. 7.

Ἀλλά τί μυῶν κύων ἱστία μάρτυρός εἰσιν
Τῶν ἀδυσσεφίης αἱ μάθοι κάλαμοι. id est,
Quid canibus prodo ossa loquacis pramia linguæ
Quæ sunt, testatur iquis arundo Midæ.

De arundine Midæ fabula est apud Ouidium Metamorph. vndecimo, quam perstrinxit & Petronius Arbiter his versibus,

Sic commissa ferens, auidus referre minister,
Fodit humum, regisq; latentes prodidit aures,
Concepit nam terra sonum, calamique loquentes
Inuenere Midam, qualem concepera index.

Inter lugentes iocari. 34

†Intempestiuè aliquid agere. De eo qui alienore tempore intempestiuè aliquid designat aut loquitur, competit quod paroemiæ nomine recitat Demetrius Phalereus, ἐν πενθοῦσι παίζειν, id est, inter lugentes ludere. verba eius sunt in capite de homœoteleutis, vbi affectatam vocum structuram criminatur, ἡμαρτῆσθαι δοκεῖ καὶ τοῦτο, ἀλλ' οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ καλόν μοι δοκεῖ εἶναι τὸ γελοῖον, τὸ δὲ ἐν πενθοῦσι παίζειν, καὶ πλὴν παροιμίας, τὸ τὰ παιδία ἐν τοῖς πένθεσι κλαυσιγελῶν λέγειν, id est, Non hercule affectum mouebit aut inclinationem, sed eum quem nominant mixtum fletui risum, nam in affectibus talia vitiose affectare, est idem quod inter lugentes ludere, iuxta prouerbium. quo in loco turpes mendæ in codicibus impressis insederunt, siquidem malè πένθος pro πένθος scriptũ legitur, & ἔχειν, pro ἧκειν, & ἐν πενθοῦσι loco ἐν πενθοῦσι. Quid, quòd vox ipsa κλαυσιγελῶς prouerbialis est, de: mulato fletu, qualis hæredum esse solet, iuxta Mimum Publianum, Hæredis fletus, sub persona risus est. qua vsum ostendit Xenophõtem Hermogenes rhetor cap. De Tenuitate: est autem locus Græcarum rerum lib. 7. πάσης δὲ πανηγύρεως τὸ γελοιότατον ἦν, id est, Cunctos qui aderãt tenui reuera permixtus lacrymis risus. Apollodorus apud Athenæum lib. 13. refert duas fuisse Phryuas meretriculas, quarum alteri à fictis lacrymis cognomen dicit fuisse κλαυσίγελω, alteri à putiditate, σαπρίδιον.

Pistillum exornatum. 35

Demetrius Phalereus de frigiditate scriptorum disserens, adagio hoc vtitur, vbi ait idem esse frigiditatem, quod arrogantiam. nam vt homo arrogans quæ in se non agnoscit, sibi tamen vendicat, tanquam adiunc-ta qui humilibus rebus pondus orationis adiicit, simi-liter agit illi qui in re tenui superbi. ἢ γὰρ ἐπὶ τὸ ὑψηλὸν καὶ τὸ ἐν τῷ περιττῷ ὑπερβάλλον ὄγκος, πάντα δὲ ταῦτα καὶ τὸ ἐν τῷ ἁπλουστέρῳ ἐπιθέτου ἐπὶ μικροῖς ἀνάθημα, id est, cui modus est pistillum exornatum, quod in prouerbio est. talis fuerit & tumor orationis in re exili. Dicetur de re præposterè aut ineptè compta, aut oratione inepta floscu-lis quibusdam parum appositè picturata. Quadrabit & in hominem glorioſum aut operosè vestitum in quo nihil sit salis aut prudentiæ. †Res humiles ornata.

Formicæ semitam canit. 36

De eo qui subtilitates omnes persequitur, & minutissima quæque dictioni immiscet vt elabatur: aut qui vltrò citróque narrationẽ rei implicat, prima mediis, vltima primis inuoluens temere, prouerbio dicetur, μύρμηκος ἀτραπιτὸν ᾄδει, hoc est, formicæ semitas canit. Extat apud Aristophanẽ in Thesmophoriaz. de Agat. Comico dictum, quem suggillat vt subtilia ac flexiloqua carmina scribentem, Formicæ viam suam obliquant discursu implicito.

Pectide suauior. 37

Inter venustas hyperbolas laudatur à Demetrio Phalereo illa Sapphus poetriæ, σοῦ πεκτίδος ἁβροτέρα, χρυσοῦ χρυσοτέρα, id est, Pectide multo suauior, auro aurator. De poemate venusto, aut sermone leporibus condito, aut voce amœna dicetur. Est autem πεκτὶς Pectis, instrumentum citharœdicum, cum eo quod antea Magadis expoluimus idem, vt voluit Aristoxenus musicus apud Athenæum lib. 14. Menech. Sicyonius ibidem refert Sapphõ poetriam primam vsam fuisse pectide. Sopater apud eundem lib. 4. binis fidibus tensam fuisse pectida scribit. Suidas & Hesychius pandurion exponunt. Mentio fit huius instrumenti in Ep gramm. lib. 7. ibi, ἁδυμελεῖ μοῦσαι συν' πεκτίδι. id est, Suauicanæ Musæ cum pectide. & rursum, ἁδὺ μὲν τὸ πάντα τὸν ἀοιδὸν πεκτίδι μέλπειν, hoc est, Suaue cantis (teitor Panem Arcada) pectide carmen. Huius generis sunt similes hyperbolæ, vt illa in Epigr. τὸν λύδιον λοπάδιον, id est, Lygdino marmore læuius, & ἀμφὶ λυδίαν, id est, Lygdinea ceruix. Item illa Alcæi Lyrici de vino ἄρτι μὲν μαλακὸς ὁ οἶνος, ἄρτι δ' ὀξύτερος τελέθει, id est, nunc vinum placidum est, nunc tribulis asperius.

Sirenas præternauigare. 38

Σειρῆσιν παρανήχεσθαι, id est, Sirenas præternauigare prouerbialiter tropo dicitur, qui Philosophiæ præceptis communitus voluptatum illecebras despuit, aut quomodocunque vitiorum occasionem declinat. Socrates apud Platonem in Phædro. εἰκὸς δ' ἐρῶ, ἐξελεγχόμενος ἂν ὑφ' ὧν οὐκ οἶσθα σοφῶν ἀκούσας, id est, Sin videant nos sermones conferentes & illecebris immobiles præternauigare ipsos, tanquam Sirenas quaspiam. Similiter dixit in Sympolio, ἵνα τὸν ὦτα τοῦτ' ἐκεῖ πρὸς σφόδρα ὑπηκόῳ τῷ λόγῳ παρέχωμι φέρων, id est, fuga abeo, vim mihi adhibens, & tanquam à Sirenibus aures obstruens. Notissima est ex Homeri Odyssea fabula de Vlysse sociorum aures cera claudente, vt periculum sibi suisque imminens effugeret. †Effugere voluptatem illecebras.

Οἶκόνδε οἴκαδε. 39

Οἶκόνδε, οἴκαδε, id est, de domo in domum transire dicunt Græci, quoties ab amico amicus munus accipit, aut candidè operam suam amico defert. ita vsus est Iulianus apostata in epist. qua fundum donat amico, τόν δὲ σὸν δῶρον αὖ φίλου κεφαλὴ δίδυμα μικρὸν μέν ἐσθ' ὅλῳ χρῄζει δ' φίλου, ἀλλ' ἐκ φίλου οἶκόνδε εἶναι δῶρ' ἐν τοῦ σοφοῦ Πινδάρου πάντως, id est, Nunc ô amicum caput, dono tibi do fundum, exiguum quidem illum, sed amico ab amico non ingratum, de domo in domum, vt cum sapiente Pindaro dicam. Extat apud Pindarum Olym-

piorum oda sexta, Ἐξ ἀλλοτρίου πάλιν εἰς οἰκεῖα, id est, præconium accipiat de domo in domum, hoc est, proprium haud peregrinum. Certè quicquid non aliundè accedit, sed quasi domi nostræ natum & vernaculum nobis est οἰκεῖα habere dicimur. Aristides in oratione de templo Zyziceno, ἐκ τοῦ φυλακίου τῆς ἀρχῆς εἰς ἀγωνίαν, ἐκ οἰκείου εἰς ἀλλότρια ἀνατεθέντας κινδύνους. id est, Imperij tutelam non alienam, sed reuera domesticam constituerunt, rerum omnium communione. Idem in genethliaco Apellæ ὑποτιθέμενος δ' αὐτῷ τοιαῦτα τῷ παιδὶ ὡς οἰκεῖα ἔχοντι τὰ πρόσωπα καὶ λόγου τοῦ ἀρχῆθεν δίδωσι, id est, Imponit illi filij nomen, eóque dat quasi de domo in domum & generis & existimationis ex æquo principium. Non malè ad vtum ita accommodabitur: Si tibi tuisve studijs grätificari aut prodesse quid possum, siue libris siue pecunia, fac à me repetas, εἰς οἰκεῖα οἴκαδε.

Mithæcus quum sit, Agamemnonem simulat. 40

Ψιλάτωρ ὀρῶν ἐν τενύῃ.

Μιθαικὸς ὢν Ἀγαμέμνονα ὑποκρίνεται, Mithæcus quùm sit, Agamemnonis personam agit. Competet in eum qui magnas opes iactat, inops quum sit & re tenuissima in indoctum, qui tamen eruditionis opinione se populo venditat. Themistius in prima oratione quæ βασανιστὴς quasi Explorator inscribitur, de plagiario sophista & doctrinæ quæ nulla erat, inani ostentatore, Εὖ ἴσθι ὦ ἄνδρες ὅτι ξένοις ὑμῖν ἡ σκηνὴ Ἀγαμέμνονος καὶ ὑποκρίνονται Μίθαικός τις ἐν ὑποδύσει ἢ θεατής. id est Non ignoratis viri optimi, hunc vobis imponere, & Agamemnonis personam histrionicè repræsentare, quum sit intus Mithæcus quispiam aut Thearion. Mithæcus ex fece poetarum fuit, qui obsonandi more Siculo rationem conscripsit, at Thearion pistor seu panifex, quorum meminit in Gorgia Plato, Θεαρίων ὁ ἀρτοποιὸς ἢ Μίθαικος ὁ τῶν ὀψοποιϊκῶν συγγραφεὺς τῶν τραπεζῶν. Meminit Mithæci & Athen. eiusque ὀψαρτυτικὰ citat lib. 7. quod est de obsoniorum conditura. Non abludit ab hoc adagio dictum Polemonis ad sophistam quendam viles piciculos & boletulos ementem, ὡς ἔστιν Δαρείου καὶ Ξέρξου φρόνημα κρῖνον ὑποκριτὰς τοιαῦτα σπουδάζειν, id est, Qui talibus victitat, magnus Darij & Xerxis spiritus apte exhibere non potest, vt refert Philostratus.

Herculis sacrificium. 53

Ἡρακλέους θυσίαν, Herculis sacrificium vocari annotat Hesychius quòd quis vbi minimè opus est sacrificat, ὅταν τις εἰκῇ καὶ μάτην θύσῃ. Potest & aliò transferri, vt si quis munus offerat cui minimè oportuerat. Frustra Hercules victimas offerat, qui ipse cœlestium numerum auxerit, vt apud Liuium Euander ait, inter indigetes deos relatus.

IOANNIS ALEXANDRI BRASSICANI IVRECONSVLTI PROVERBIORVM SYMMICTA.

Agrestis innido Corydi. 1

Ἐν κορύδου κοίτῃ σκολιὸν κάκρυφιον ἄχουσι, id est, In Corydi nido intorta occultatur agrestis. Adagium extat apud innominatum Græcum scriptorem, qui rem rusticam vigenti loculentissimis libris absoluit, lib. 11. περὶ ἀγρίας γεωργίας ἐπιστήμης, vt ipse inscripsit, quo loco ex Nestoris panacea tractat admirabilem quarundam rerum sympathiam & antipathiam.

Καρκῖνος δὲ πεφυτευμένον ἐπὶ πολὺ τοῦ βατίνου ἐκβάλλειν τοὺς χηλοὺς, νυκτερίδος μισεῖ δυσμένειαν. γύπες ἀπόλλυνται μίσει ὑφ' ἡμῶν, ὅταν θυσίαν ἄρωσι φύλλων ἐλαίας ἐπ' αὐτῷ, ἢ καπνίσωσιν ὅταν πτερύγιον δ' αὐτῷ ὑπερμενὲς, ἴσχει πλησίον ἀπὸ χαλκοῦ, νεφρὸν. πλησιάσας δ' ἰὸν τυτθὸν, τῇ ἰσχάδι φυτοῦ κλωνίον ἐκ τοῦ ἐναντίου ἔχοντος πλησίον, χαλκὸν ὅταν φεύγουσι τοῦτο, ὑπὸ φεύγουσι δ' ὁρίσαντα ἰσχάνειν, πλάτανοι πάσσυρον φύλλα τοῖς τυτθοῖς ὑπὸ τὰς τυκτερίδας, χαλκοῦς δ' ὑπὸ τὰ ἄλφα κλῶνα ἐκ τοῦ ἐναντίου, φάσσης δεφρῶν, κρεμεῖ ἀχρὶς ἡμέρας ἐπὶ ἄκρου κλωνὸς, τέκνων ἄγχει, ὅταν ἐμέσωσιν, καρῶνας θέλει ἐρίσαντα τὸν ὄφιν, εἰ χλωρὰ μαράνῃ, πάλιν ξηρὰ χλόην φορεῖ, ἐρωδιὸς κερκύρων, ἀετὸς ἐλλείσεται κόρδυλ' ἄχουσι, ὅταν ἢ ἐπαγρίᾳ, ἐν κορύδου κοίτῃ σκολιὸν κάκρυφιον ἄχουσι, Hoc est, vt quam simplicissimè latinè dici potest, Cancrum herba polypodio si quis conigerit chelas abiicit, Vespertiliones ex incensæ hederæ suffumigatione moriuntur: Vultures intereunt ex odore vnguentorum: Serpens coniectis in eum quernis foliis emoritur: Serpens ne commoueri quidem poterit si ibis auis ala tactus sit, Vipera semel percussa calamo, obtorpescit: sæpius autem, vt ad sese ipsam redit & conualescit: Viperæ si ramum ex fago arbore adhibeas, metu exanimatur: Testudo si serpentem ederit, aggrotat. Rursus si Organum ederit conualescit: Ciconiæ platani foliis pullos præmuniunt aduersus vespertiliones: Hirundines aduersus Silphas ex Cantharidum genere apio vtuntur, Palumbes lauro, Accipitres siluestri lactuca, Harpæ aues hedera, Corui agno siue ameriua, Vpupæ amianto, Cornices peristeresne quem rectum vocant. Cinclia auis quam motacillam dicunt Myrto, Perdix calami zebulo, Herodius siue ardea cancro, Aquila Callitricho, Corydi Agrestli. Vnde etiã Prouerbium delumptũ est,

In Corydi nido intorta occultatur Agrestis.

Eiusmodi peculiaria animantiũ remedia cõmemorant & Plutarchus in commentario, vtrum prudentiora sint marina an terrestria, & Arist. de historia animal. lib. 9. cap. 6. Plinius item lib. 8. cap 17. Adagij vsus est, si quãdo significamus nobis non deesse tacita quædam & pancis cognita præsidia, quemadmodum Corydus auscula Agrestli, quàm Theodorus & Hermolaus gramen vertunt, occulto quodam aduersus ea quæ nocere possint amuleto vtitur. Quòd si quis dixerit nos planè actum agere, qui post alios Adagia scribamus, is interea ne non obliuiscatur, & in Corydi nido agrestin esse reconditam, hoc est, neque nobis ex bonorum autorum penu deesse iustum spicilegium, ex quo non aspernandam prouerbiorum messem concinnare possimus. Iunij adag. 53. Centur. 3. Alaudæ in nido gramen latet.

Iupiter plue mel. 2

Galenus medicus libro tertio περὶ τροφῶν δυνάμεως, id est, de potestate nutrimentorum, scribit æstatis tempore, si quando insignis copia mellis passim in virgultis ac arborum foliis inueniretur, Rusticos exclamare consueuisse, ὦ Ζεῦ βρέχε μέλι, O Iupiter plue mel, quo verbo commodè vti conueniet, quando omnia fausta & felicia precamur. Angelus Politianus lib. 1. epistolarum ad Picum, diuersum citat ex Tragœdia quapiam, ὦ Ζεῦ βρέχων τὰ πάντα κἀκ, O Iupiter plue calamitates. Sic exclamamus dum ob rei indignitatem, etiam perniciosis votis vtimur, ita quòd Plato in dialogo, qui inscribitur Alcibiades secundus, putat esse Probi Poetæ versiculos illos,

Ζεῦ βασιλεῦ τὰ μὲν ἐσθλὰ καὶ ἀγαθὰ δώσεις καὶ ἀνάρτοις
Ἀμμίδα, τὰ δ' λυγρὰ καὶ ἀγαθοῖσιν ἀπρήκτοις.

hoc est,

Rex Iupiter, optima quidem nobis & conuentibus & non conuentibus tribue: Cæterum pernitiosa petentibus etiam quàm longissimè iubeas abesse.

Candidatus Cæsaris. 3

Candidati Cæsaris, eleganti prouerbio dicuntur qui negligentius aliquid petunt, tanquam minimè ambientes,

bientes,quod principum explorata benignitate, certo sciunt ipsis obuenturum esse. Quintil. in 6. Iungitur inquit amphiboliæ similitudo, vt A. Galba qui pilam negligenter petenti,sic,inquit, petis tanquam Cæsaris candidatus. Nam illud petis ambiguum est, Securitas similis.Cæsaris autem candidati vt Sueto.etiam in Augusto meminit, propterea negligentius petebantes quòd sciebant principum commendationem non frustra futura: hoc Adagium ingenuè fateor me decerpsisse ex Annotationibus priorib. in Pandectas doctissimi & nunquam satis laudati viri Guilelmi Budæi. Eiusmodi candidatorum plena nunc est aula,qui tũ maximè munus aliquod ambiunt, quando negligentius hoc animaduertere putantur, quemadmodum & Cicero apud Gellium libro 12. c.12. putabat esse prudentis & cauti patrisfamilias, quod emere vellet,empturum sese negare propter competitores emptionis.

Areopagita subticentior. 4

Et hoc ex Alciphronis epistolis Budæus animaduertit,ἀρεοπαγίτου σιωπηλότερος,id est, Areopagita taciturnior, de homine dictum qui arcanum optimè nouit continere & linguæ suæ imperitare, cui contrarium est hoc hominum genus quod apud Comicos rimarum plenum est, & crebrius perlucet quàm cribrum. De Areopagitarum integritate simul ac authoritate, multa scribit Isocrates in Areopagitico & Lucianus in Anacharside.

Manus in Aetolis,mens autem in Clopidis. 5

Aristophanes in Comœdia cui titulus ἱππῆς, τὰ χεῖρ' ἐν αἰτωλοῖς ὁ νοῦς δ' ἐν κλωπιδῶν, quod de Cleone dicitur, in omnes illos torqueri potest, qui nunquam cessant vel à petendo, vel si hoc parum successerit ab alienis rebus sublegendis. Poeta germana sua festiuitate Ætolos ab αἰτία, id est, ab assiduè & importunè petendo deriuauit,quanquam etiam Athenæus κλοπιδῶν ἐν αἰτωλίαν libro 6.Dipnosoph. dicat esse Ætolicum. Cæterum cùm Cropidæ populus sit ex Leontide tribu,Poeta valdè quàm elegãter, in λ commutauit,vt κλωπίν,id est,furtum exprimeret,cuius perpetuò reum agit Cleonem:meminit adagij & Plutar. in libello de Curiositate.

Inter meres lepores. 6

Aristophanes in comœdiis cui titul.ὀψάτιαι, ὁ τὰ μέσα λαρίσας, id est,tantum in leporibus,interpres exponit, & Suidas etiam cum Hesychio meminit, ὁ κρέα μέσα λαρίσας ἐν αἰγιαλοῖς πᾶσι, ὁ πρυφῶν, In media leporum carne, hoc est,in variis commoditatibus atque deliciis. Quis enim ignorat ex Martiali poeta lib.5. atque Plinio lib. 28. capite 29. leporem in cibis sumptum, gratiam corporis in leptem dies conseruare? Lampridius scribit poetam quendam in Alexandrum Seuerum ita scripsisse,

Pulchrum quòd vides esse nostrum regem,
Quem Syrum sua detulit propago,
Venatus facis & lepus comesus
Ex quo continuum capit leporem.

Glossaspides. 7

Γλωσσόπυλοι apud Hesychium,prouerbio dicuntur homines effrenis oris & qui lingua vice scuti vtantur, quo nomine malè audit grex mulierum. Herachitus in epistola ad Hermodorum scribit, Ephesios πᾶσαν ἐπικτᾶσθαι ταῖς γλώσσαις ὅπλον, hoc est, vniuersam armaturam suam in lingua habere. Ego certe linguam tum primùm optimam armaturam esse crediderim, quando vinculis quibusdam in imo pectore gubernabitur, vt Gellius admonet lib.1.cap.15.

Asteropeus. 8

Quoniam Homerus Poeta Iliad. libro 9. Heroëm Asteropæum scribit ambidextrum fuisse, nempe qui sinistra tam expeditè atque dextra manu vteretur, sic dicens,

Ἡρως ἀστεροπαῖος ἐπὶ ἀμφοτέροισι δαείς.

Cuius rei meminit & Galen. medicus lib.7. comment. in Aphorismos Hippocratis, aphor.43. factũ est vt qui ad multas res agendas expedito & prompto ingenio essent,Asteropæi dicerentur. Athen.lib.1.dipnosophistõ,scribit Marcum Antoninum Imperatorem,quòd is in vtriusque linguæ cognitione fuerit ex æquo cõspiciendus,Asteropæum quendam dici potuisse:hoc idem Libanius Sophista Montio Consuli tribuit in exordio argumentorum in Demosthenem.Huc confer Iunij 29.adag.Cent.8.Asteropæus,ambidexter.

Non verbis,at factis spectandum. 9

Suidas citat prouerbium aduersus insolentiores ardeliones,qui verbis etiam cœlum te[illegible]ritant, cæterum vbi sit ad rem ipsam accedendum, imbe[illegible]lles & ignaui reperiuntur, οὐ λόγῳ ἀγρὰ λῆμα ἔλαβεν ἀλλ' ἔργῳ, quanquam Liuius Decad.1.lib.8. Græcos magis quàm factis strenuos esse scribat.

Filius mihi sit Tritogenes non Tritogenia. 10

Suidas scribit esse prouerbiale παῖς μοι τριτογένης ἔστω, μὴ τριτογένεια, Opto filium potius Tritogenem quam Tritogeniam, quòd Minerua quam virilem existimamus,masculos pueros exhibeat,nec aliud addit. Adagij vsus est, quoties rem parui impendij præferimus iis quæ immodicis sumptibus redimenda sunt. Siquidem puellæ perpetuo, vt Græci vocant, πολυδάπανοι, sunt,hoc est grauiore sumptu educantur,quod & Megadorus ille Plautinus enumerata omni muliebri suppellectile testatur. Plautus in epidico dicit mulieres esse totis fundis exornatas. Columella in præfation. lib. 12. grauiter damnat vestes muliebres totis censibus redemptas.Sic Ouid. in 3.de arte. Quis pudor est, census corpore ferre suos-Viri,si tamen esse voluerint quod dicuntur,cùm immodico cultu non indigeant, mediocribus etiam impendiis educantur.

Πλύνειν. 11

Artemidorus libro Onirocri ticõn 2.capite 8. πλύνειν γὰρ ἐν τῇ ἰδίᾳ γλώσσῃ ἔνιοι καλοῦσι.lauare veteres coarguere dixerunt,& ibidem eius rei testem Menandrum Comicum citat: Τὸν πατέρα καί σε, πως τὸ σαυτοῦ εἶδες οὐκ ἔλουσε: meminit & Iulius Pollux lib. 7. cap. 12. ἐν τῷ λουδορῶν πλύνει ἐν πολιτικῷ μὲν πολίτης ὁ πραγματικὸς φησί. Is loquendi mos & hodie germanismo quodam elegantissimo vsurpatur. Siquidem lauare dicunt, dum quod in aliquo reprehendendum sit apertè commonstrant.

Αἰξωνίδαι. 12

Stephanus in dictione αἰξωνὶς quæ ciuitas est Magnesiæ, scribit αἰξωνίδαι prouerbio dici vanos accusatores & sycophantas. Æxones enim vt idem inquit, βλάσφημοι ἐν συκοφάνταις κωμῳδοῦνται. Harpocration in dictionario 10. Orato. dictione αἰξωνὶς scribit hoc adag Menand.& Platonem Comicos esse vsos.

Βερταίζειν. 13

Stephanus in dictione βίρτα, scribit βερταίζειν prouerbio dici,ἀνδρὸς ἀμφὶς λόγῳ,id est, nihil dicere quod verum sit, adagio ab Antiphane Comico Berœo nato,qui prorsus incredibilia & vana quædam scripserit.

Assos eas,vt citius ad exitij termi-nos perueniat. 14

Versiculus est Homericus Iliad ζ.& νῦν δ' ὅσσον τε θέων ἐπὶ σκοπὸν ἰὸς ἵκηται πικρὸς ἰὸς, qui germana poetæ sententia conseruata sic redditur,propius accede,vt celerius exitij terminos attingas. Cæterum cum Assos, maritima Lyciæ ciuitas,in edito sita sit promontorio; ita vt parum tutum sit accedere, Stratonicus Citharista vt Strabo lib.13.Geograph.scribit (quanquam hoc Nicostrato Citharœdo Stephanus tribuat)festiuiss.ioco dicebat ἄσσον δ' ὅσσον τε θέων ἐπὶ σκοπὸν ἰὸς ἵκηται. Adagij vsus erit,quoties à rebus iis quæ non vbique periculo comparari possunt, deterremus. Quemadmodum si quis à corruptis sodaliciis, certissima adolescentum pernicie dehortari vellet,diceret ἄσσον δ',&c.

Thessalus missus. 15

Pausanias in Græcia Attica, Thessalum missum, egregiè lautum cibum ita dictum fuisse scribit,quod & Athenæus probat,lib.8.Dipno. ἀριστίζω δ' ἐπὶ σοῦν τινος οἱ θεσσαλοί, καθὰ καὶ ἕτερός φησιν ὁ πολέμων οὕτως, id est, in mensis instruendis valdè quam operosi fuerunt Thessali,vnde & Eriphus Comicus in pelta sic inquit:

Τὰ δ' ὦ κάκιστος οὗτος ἁλὸς ὦ σοφε
Οὐδ' ἀξιοῖ σὺν θεσσαλῶν ξένων δορᾷ.
Illa vero non Corinthus,non Lais,ô Syre
Neque item lautorum Thessalorum hospitum alimenta.

Idem Athenæus libro 9. Dipnosophistõn, Thessalos ἀπὸ ἡλίου πολυτελεστάτους vocat.

Animus apud Cauponem. 16

Athenæus lib. 10. Dipnosoph. ex Platonis Phaone citat,ὁ παρὰ καπήλῳ νοῦς,Animus apud Cauponem. Non dissimili forma loquendi dixit Terent. Animus

est in patinis, de potoribus qui nulli rei nati sunt, quàm vino ac frugibus perdendis, quos Basilius magnus in Commentariolo ad Nepotes, nihil nisi, vt ipse ait, πὺ μαγείρους ὀπτῶντας, id est, Coquos mente agitantes, grauissimè coarguit.

Βελλεροφόντ. 17

† Plagiarij. Author magni Etymologici scribit Andream medicum ab Eratosthene, quòd eius libros furtim exscripserat, βελλεροφόντου fuisse dictum, allusione prouerbialis cognomenti sumpta ab Ægisto qui Clytemnestram Agamemnonis corruperat. Hoc cognomentum illi præcipuè merentur qui aliorum scripta sibi vendicant, suoque nomine passim inuulgant. Ridiculum profectò hominum genus & ingenij planè obnoxij, quod Plinius ait: quod mauult in furto deprehendi, quàm mutuum reddere. Demetrius Grammaticus Adramytenus cognomento dictus fuit Ixion, quòd Euripidis tragœdiam, quæ inscribitur Ixion clam sublegisset & sibi adscripsisset: quanquam Laertius, Suidas & Athenæus, ita quoque cognominatum fuisse scribant quod in Alexandria lunonis statuæ argentea quædam ornamenta detraxisset, siue quòd Ixionis exèplo parum gratus fuerit in Aristarchum præceptorẽ.

Turbine versatilior. 18

Suidas ex Aristophane citat, qui dixerit, βέλεσιν ἐδεῖ ἐμοὶ χρῆσθαι, δεῖ γάρ με τὴν διάνοιαν, καὶ διατρίβειν τῷ δεῖ, i. oportet mihi à turbine siue trochlo differre, pro eo quod est desultorium, agilem & versatilem esse oportere. βέμβιξ enim turbo dicitur tanquam πέμπιξ, ἀφ' οὗ τὸ πέμπειν ἡ βόμβησις, vt interpres Sophoclis inquit. Aristophanis interpres in Vespis ita scribit βέμβιξ παιδικὸν ἐξύλινον σχῆμα, ὃν μάστιγι σχίζουσι οἱ παῖδες, vnde etiam βεμβικιᾶν τὸ ἀκατασχέτως. Sic in græco Epigram. Callimachi,

Οἱ δ' ἀμφὶ τὸν πλούτωνα θοαὶ βέμβικες ἔχοντες
Ἑστᾶσιν ἄρτι παῖδες οἱ πεπεδω.

Plautus dixit perlutior rota singulari. Turbinis expeditam agilitatem elegantiss. describit Verg. lib. 7. Æn.

Ceu quondam torto volitans sub verbere turbo,
Quem pueri magno in gyro vacua atria circum
Intenti ludo exercent: ille actus habena
Curuatis fertur spatijs: stupet inscia turba
Impubesque manus, mirata volubile buxum
Dant animis plagas, &c.

Nil nisi potantes. 19

Athenæus lib. 7. Dipnosoph. Archestrati nobilis. versiculum in potores citat,

Οἱ πίνειν μόνον, βατράχων δίκην ὕδατος. id est,
Qui tantum more ranarum bibunt, nihil autem comedunt.

Apud eundem Athenæum libro decimo ex sententia Demetrij, qui cognomento Chalcus dictus, συμποτικὸς καῦνος dicuntur, hoc est, Nauta sympotij, qui poculorum propinatione, nunc ad illum, nunc ad alium deuehuntur: de iis in Plauti Mercatore quidam dixit, hortatur coquos tanquam remiges in mari.

In ollis venari. 20

Apud Athenæum ex Menandri Trophonio Parasitus διὰ τῶν λεπτοτάτων ὀλίγους, tametsi mare nullo vnquam tempore attingat, in ollis tamen egregiam capturam assequitur. Prouerbium in eos competit, quibus nullum vinum gratius est, quàm alienum, qui verè dicuntur χάλκοι: sunt enim iuxta Anaxillam Comicum, ἀεὶ ἐχόντων οἰκίας σκάλκους.

Vltra Herculis columnas. 21

Heraclides Ponticus in Allegoriis Homeri, improbos Homerici poematis interpretes exigendos putat ὑπὲρ Ἡρακλείους ἐφέσπερα τέλεα καὶ νῆα ἀζαντ' ἀπειρεσίου δέρματος, id est, vltra extremas Herculis columnas & imperium Oceanum: quo prouerbio Pindarus etiam vtitur Isthmiorum Oda 7. in Melissum. Hoc nostra ætate commodè detorseris in sophistas, qui cum ipsi sint omnium ineptissimi, & præ suis sentiscetis plane nihil sentiant, renascentes tamen vtcunque literas opprimere nituntur: ad hæc, rectè de bonis literis sentientes, nusquam non virulentissimè proscindunt. Quis igitur hos Antronios asinos non ablegandos existimet vltra columnas Herculis, vt ne quid aliud ipsorũ impudẽtissima imperitia dignius hoc loco dicã?

Quatuor habens capita. 22

Athenæus lib. 10. deipno. scribit Menandrum de Byzantij vinosis atque temulentis mercatoribus dixisse, τέτταρας κεφαλὰς ἔχον, id est, quatuor habens capita. Siquidem ebrius omnia geminata videntur. Cuius rei rationem reddit Alexander Aphrodisiensis lib. 1. Problem. 111. Et Lactan. de Opificio Dei cap. 9. Adagium ad eos pertinet qui cùm se largius ingurgitarint, sese putant, nonnunquam pro vno multa capita gestare.

Vinum lac Veneris. 23

Athenæus ibidem scribit Aristophanem vinum ἀφροδίτης γάλα, id est, lac Veneris dixisse, quòd immodicus vini vsus rei Venereæ sit incitamentum. Sic Ouidius, *Vina parant animos Veneri.* Id quod passim apud omnes poetas proditum est.

Vilior vitiosis pomis. 24

Athenæus lib. 7. ex Teleclide citat, φαυλότερος φαυλίων μήλων, abiectiores vilibus pomis, de contemptissimis hominibus, quos Plautus dixit, Cassa nuce non emendos.

Barbam ab vlnis puerorum vellere. 25

Lucianus in tragœdia cui titulus αἰώνιος, πώγωνα τίλλειν παιρίων ὑπ' ἀλένων. Barbam vellere à puerorum vlnis hoc est, inanem laborem suscipere, & perinde nihil profuturum. Nam quod barbæ genus à puerorum vlnis velli possit, ego non video. Barbam igitur à puerorum vlnis vellere, qui sumunt inutilem operam, rebus egregiè commodis passim præcerptis & neglectis.

Ocream capiti, tibiæ galeam adaptare. 26

Lucianus in Rhetore, Lucullus Rhetorem sic instituit, ἀλλὰ τὸ σκέλος ἐμοὶ κνημὶς, τὴν δὲ κνημῖδα λαβὼν, ἢ μὴ οὕτω τύχοι, τὴν μὲν μιτύαν μὴ ἐπὶ κνήμῃ, τὴν δὲ κνημῖδα μὴ ἐπὶ κεφαλῇ. Verum vt vnumquodque primum inciderit, primo loco dicatur: ad hæc si fors ita contigerit, fronti quidem ocrea, tibiæ vero galea adponatur. Prouerbium indicat nihil suo loco, sed omnia præposterè fieri. Adagio rursus vtitur Lucianus in Commentariolo, ἐπὶ τῇ σκωπτομένῃ βλασφημίᾳ, id est, de errore compellationis. ὥσπερ οἱ τοὺς κνήμην τὸ κρανίῳ, ἢ τὴν κεφαλὴν τοὺς πόδας ὀνομάζοντες. Sallustius in bello Iugurthino præposteros homines vocat, qui maiorum acta, & Græcorum militaria præcepta tum primum legunt, quando iam consules facti sunt. Nam gerere, quàm fieri, tempore posterius est. Plinius scribit, Oryges esse contrario pilo, & ad caput verso vestitos, ita reperias quosdam homines qui nihil ament, nisi quod sit præposterum.

Chorus domesticus. 27

Lucianus in eodem Rhetore χορὸν οἰκεῖον, Chorum domesticum prouerbialiter appellat Conductitios laudatores. Ita Cicero in primo de Oratore, stultitiæ suæ quamplurimos testes domestico præconio conducentis. Idem in 3. Verrina, mercenarium procemium appellat.

Archilochi vulpes. 28

Basilius Magnus in Commentariolo ad Nepotes, ἢ τὸν ἀρχίλοχου ἐμιμήσω τὸν κερδαλέον τε καὶ ἢ πανοῦργον ζηλοτυπῶμεν. Archilochæ vulpis versutam atque variam calliditatem imitemur. Adagium in eos dicitur qui prò se nata consilium expeditissimè capiunt, quemadmodum Archilochus in Apologis à se scriptis vulpem vbique callidissimam introduxit authore Philostrato in Iconibus cap. de fabulis. meminit eius rei & Ammonius in libello de differentiis vocum, dictione ἀλώπηξ.

Vt templorum sacra. 29

Aulus Gellius Noctium Atticarum libro 17. cap. 11. Nisi qui Grãmaticorum noua instituta, vt τεμένων ἱερὰ observant. Templorum sacra vocat prouerbialiter, rem quam anxiè & tanquam religione quadam astricti colimus. Veluti si quis dicat senum consilia vt templorum sacra esse conseruanda: Sophistas impurissimas artes suas (nam artes suas ipsi vocant, quæ ne iustæ quidem artium partes existimandæ sunt) non aliter atque templorum sacra defendere.

De summo pectore. 30

Idem lib. 17. c. 13. Non me autem præterit dicere aliquem posse de summo pectore, nihil esse in iis verbis negotij. Idem lib. 5. c. 1. hoc prouerbio vtus est, de summo pectore, hoc est, verbis impræmeditatis & inconsultis. Hom. Iliad. lib. 7. scribit Vlyssem ex intimis pectoris penetralibus verba depromptisse,

ἀλλ' ἐπὶ δεῖπνα τὰ μικρὰ καὶ τὸν βίον ἴσα.

Cato Censorius dicere solebat, authore Plutarcho, πρὸ ὑμῶν, οὐκ ἐμὲ ἔχοντα καὶ χλιαίνειν, οὐκ ἐμὲ ἀναψύχοντα καὶ κρύπτειν φέροντες, Græcis quidem verba ex labus, Rhomanis autem ab ipso corde proferri.

In montes offendere. 31

Augustinus de ciuitate Dei lib. 8. cap. 16. tanta enim homines impij cæcitate in montes quodammodo offendunt, réque oculos tuos ferientes nolunt videre. In montes offendere dicuntur prouerbio, qui tam prodigiosè cæcutiunt, vt non videant id quod sit & maximum & perinde apertissimum. Virgil. in 11. dixit,

Ante oculos interque manus sunt omnia versari.

& Hom. de re compertissima, Odyss. ο.

Χερσὶν ἀμφαφόωντι καὶ ὀφθαλμοῖσιν ὁρῶντι.

Et manibus tangenti, & oculis quæ intuentur.

Ambrones. 32

Festus Pompeius scribit Ambrones, turpis vitæ homines, prouerbio fuisse dictos, Adagio ex hoc eventu nato, siquidem Ambrones genus Gallica, cum subita maris inundatione suas sedes amisissent, rapinis & prædationibus se tuóque alere cœperunt, eos postea Marius deleuit. Eius rei locupletissimi nè meminit Plutarchus in Mario.

Miseriorem quàm panus puerum. 33

Nonius Marcellus, Prouerbium citat ex Nouij optione, qui me miserum miseriorem reddidit quàm panus puerum. De grauissima mo ettia commode dicetur. Panus enim tumor est ingruum ex formę si nihil tudine hic vocatus: hoc autem morbi genus ægrius patiuntur pueri.

Lorica gladius. 34

Cornelius Tacitus in dialogo de Oratoribus, Loricæ gladius, in acie non firmius munimentum. Adagij vsus est quoties summum præsidium iudicans. Neque multum ab hoc discrepat quod aiunt, milius cassidi loricæ nulla est vtilitas, nisi gladij etiam vsus accesserit: veluti si quis dicat, Loricæ gladium non esse firmius munimentum, quàm græcæ literæ latinas adiuuent & promoueant.

Contenti simus hoc Catone. 35

Suetonius Tranquillus in Augusto, Augustus quotidiano sermone quædam frequentius vsurpabat, vt cum hortaretur, ferenda esse præsentia qualiacunque essent, dicebat contenti simus hoc Catone, hoc est, præsentem rerum conditionem, quoniam aliter fieri non potest, æqui bonique consulamus Ita Cicero lib. 4. epistolarum ad Atticum, plus vnus Cato poterit quàm omnes quidem iudices.

Senator absque prouocatione, Legatus sine mandatis. 36

Cicero libro tertio de Legibus sed quæro quid hac re sit turpius, quàm sine prouocatione Senator, Legatus sine mandatis? Adagia sunt egregiè vexata, de iis qui cum nihil authoritatis habeant, nudis denique ciuilibus muneribus fungantur, volunt tamen, vt consueuit imperiosum hoc hominum genus, primi esse in omni loco & tempore: ad hæc ingenerata quadam insolentia nihil non sibi tribuunt. Nemo autem ignorare potest, ex iureconsultorum & historicorum sententia prouocationes ad senatum fieri solitas, quamquàm lege à Publicola lata, vt Liuius libro 2. Ab vrbe condita docet, priscis Romanorum temporibus prouocatio à magistratibus ad populum erat. Cæterum quod ad Adagium pertinet, nemo Legatus esse potest, qui non reipublicæ suæ legitimis mandatis instructus atque ahò missus sit. Idem in 13. Philippica inquit, Senator voluntarius lectus ipse à se, de iis qui se negotia alienis administrandis etiam non accersiti ingerunt.

Quasi thesaurum Draco. 37

Cicero in 13. Philippica, qui domini patrimonium circumplexus, quasi thesaurum Draco, de eo qui rem incredibili solicitudine custodiat, cuiusmodi senes auaros describunt Comici. Dracones dicuntur, ἀπὸ τοῦ δέρκεσθαι, quod est videre. Clarissimam enim dicuntur habere oculorum aciem, qua ex causa incubantes eos thesauris custodiæ causa finxerunt antiqui, authore Festo Pompeio. Meminit & Artemidorus lib. Oneirocriticon 2. cap. 9.

Ara. 38

Latini scriptores passim aram vocant prouerbio, summum & incomparabile præsidium, & locum qui vice cuiusdam inuiolati sit alyli. Terentius in Heauton. Nec Aram nec precatorem. Cicero pro Roscio Comœdo, Ad domum eius tanquam ad Aram confugit. Idem in quarta Verrina, Aram legum, & in 14. Philippica, Aram virtutis appellat. Idem lib. 3 de natura Deorum, quod vos cùm facere non potestis, tanquam in Aram confugitis ad Deum. Plautus in Mostellaria, ad Aram confugiti. Ouid. lib. 4 trist.

Vnica tortunis Ara reperta meis.

De Ara misericordiæ apud Athenienses instituta diximus abundè in Scholiis Demonactis Lucianici.

Hostibus eueniat. 39

Vetus est verbum, ea quæ sint extrema & omnium pernicios. simus, hostibus imprecari. Id quod ex optimorum authorum testimonio iam planum faciam. Terentius in Heauton. Illuc nostris inimicis fiet. Idem in Eunuch. Vtinam hic sint qui mihi male volunt. Vergil lib. 3. Georg.

Sic melior sus, irritemque hostibus illum.

Horatius lib. 3. Carminum Od. 17.

Hostium uxores puerique cæcus
Sentiant motas aquilis Britannis
Vulgus.

Ouidius,

Hostibus eueniat conuiuia talia nostris.

Idem in 3 de arte,

Hostibus eueniat tam tuta causa pudoris.

Idem lib. 3. Tristium,

Eueniat nostris hostibus ille color.

Idem lib. 3. Elegiarum,

Eueniat nostris hostibus ille pudor.

Idem lib. 2 Elegiarum,

Hostibus eueniat vacuo dormire cubili.
Hostium eueniat vita, iacetra meis.

Propertius,

Hostibus eueniat lenta puella meis.

Serenus Sammonicus.

Sed fortuna potens omen conuertat in hostes.

Homerus odyss. de hostibus,

Τὼς δ' ἐλθοίσης ἀρητὸν πῆμα γένοιτο ἑκάστῳ.

Nicander in Theriacis,

Ἐχθρῶν καὶ πραπίδεσσι κεχρημένοισι κακὸν ἄτην, hoc est, inimicorum equidem illi capitibus accidat. Max. Tyrius, Sermon. 30. autum hostium cerniculis imprecatur. Demosthenes in Epistola de blasphemiis Theramenis, εἰ δεῖ τινὰ δ' ἄλλον ἀπολωλέναι τὸν ἀσεβῆ τοῦτον ἀπολοίτο. Virg. in 8 de Mezentio:

Dii capitalem generi, cui tendat, oderint.

Agamemnon de Troianis Iliad. lib. 4. Σὺν σφῶν κεφαλῇσι κιοντας χαμαὶ πᾶσι πεσόντας. Aut illhones cuidam delitias dant ἐχθρῶν παῖδες, qui de vrbe viuant authore Laertio Marius vt Plutarchus in eius vita narrat Byorum Cimbrorum regi se in dimicationem prouocanti, Nequam inquit, Romanorum more fuit vt pro præmio adeundo conuiciatis hostibus vtantur. Huc pertinet quod Stobæus scribit de Aristotele ἀριστοτέλην σκαμάνδριον τετρωκότα καταφρονοῦντα πολλὰ ὑβρίσαντα, τοιοῦτος εἶ φησὶν ὦ νεανίσκε, οἷος ἐγὼ ἐφάνην, οἷος δὲ τὴν ἀλήθειαν ὑπάρχεις, μισητὸς οὐδενὶ ἔσῃ. Aristoteles cum adulescentem elatiore supercilio superbientem, at prorsus in nulla re doctum esse cerneret, Adulescens inquit, quidem eqnidem tu te nempe tum esse credis, talem ego me optarim esse: at qualis es reipsa, tales mihi hostes eueniant. Memorabile verbum est, quod extat apud Plutarchum in Pyrrho, Ciceronem de Senectute, & Valerium Maximum lib. 4 cap 3. in hunc modum: C. Fabricius cum apud regem Pyrrhum legatus esset, ac à Thessalo Cynea audiret Athenis quendam esse, qui se talem esse profiteretur, atque diceret omnia quæ facere possit ad voluptatem esse referenda, id ex eo audientes Manius Curius & T. Coruncanius optare solebant, vt id Samnitibus, ipsique Pyrrho persuaderetur, quo facilius vinci possent, cum se voluptatibus dedidissent, vnde & Iuuenalis Satyra 15. dixit,

Adde quòd & facilis victoria de madidis, & Blæsi, atque mero titubantibus.

Certe Valerius Max. libro 9. cap. 1. dubitat, an perniciosius sit à voluptatibus an ab hostibus capi. Addam vnum hoc Plutarchi ex Commentario quo modo audiendi sint adulescentibus poetæ, ἡμεῖς δὲ δεῖ τὰ τοιαῦτα τῶν ἀρίστων λαμβάνειν τῇ διανοίᾳ, μηδὲν ἀπὸ τῆς

λυσιτέλη, κατάπαυε ἀλλὰ ἀπόστρεφε, τὸ αἰσχρὸν ἐκφεύγειν σπούδαζε. Cretenses etiam, vt refert Valerius Max. libro 7. cap. 2. cum acerbissima execratione aduersus eos quos vehementer oderunt vti volunt, vt mala coniunctudine delectentur, optant.

Ad gentiles & agnatos deducendus. 40

Varro lib. de re rustica 1. cap. 2. qui salubrem locum negligit, mente est captus, atque ad agnatos & gentiles deducendus. Meminit & Columella in 1. Quando igitur hominem mota mente furere significamus, ad agnatos & gentiles esse deducendum dicimus. Nam ex placitis iureconsultorum, furiosi & prodigi licèt maiores viginti quinque annis sint, in curatione sunt agnatorum, ex legibus duodecim tabularum.

Cantilena ex scholis. 41

Cantilena ex scholis, proueibio dicitur res nugatoria, quæ in cœtibus vanitatis, cuiusmodi Actius Gellius scholica nugalia vocat. Cicero libro primo de Oratore, Neque ex scholis cantilenam requirunt. Ita diuus Hieronymus in prooemio octaui libri Commentariorum in Ezechiel, Testamentum autem, inquit, Grammaticorum Porcelli declarant in scholis puerorum garrula commenta. Idem auctor est Iuuenalis, Quin non Cyrnæatorum turbo Machus in scholis hæc eta decantent, & testamentum suis cachinnis omnibus concutiat.

Roscius. 42

Festus Pompeius testatur a Roscio consummatissimo mimo, Roscios fuisse dictos, qui in arte sua essent perfecti. De Roscio Cicero libro primo de Oratore, Itaque hoc est iam diu consecutus, vt in suo quisque artificio excelleret, is in suo genere Roscius diceretur. Idem: Brutus de claris Oratoribus, Et in scena esse Roscium testatur. Idem in 2. de Oratore, Soleo sæpe mirari eorum impudentiam qui agunt in scena, gestum spectante Roscio: quis enim id commouere potest cuius nec vultus non videat? De Cicerone cum Roscio in exprimendis sententiis certante, meminit Macrobius.

Conchas legere. 43

Conchas legere, prouerbio dicuntur, qui ad animum remittendum nonnunquam ad iudicia quædam sese demittunt. Ita Cicero in secundo de Oratore, Sed tamen ita narrare solet Scævola, Conchas eos ad Caietam, & Lucrinum legere consuesse, & ad omnem animum remittendum iudicia quæ deseruisse. Hæc scio non defuturos qui mihi dicant etiam gignere prouerbia, qui si velint, hæc Angelo Politiano relinquant qui prouerbio nominatim & apposite vsus est in Mœchan. cap. 77. Atque eius viri authoritas apud me longe plurimum est quam vt metuam ab eius incomparabili eruditione vel latum digitum discedere. Valerius Maximus lib 8. cap. 8. de Scipione & Lælio, Ita animi quoque remissioni commoditer accommodabant. Conflat hanque eos Cajetæ & Lauretani vagos, littoribus conchulas & calculos lectitasse.

Ἀπηλλαγμένοι. 44

Apallacti prouerbio dicuntur incompositi, & in aliqua arte parum exercitati homines. Cicero in Oratore perfecto Itaque qualis eorum motus quos ἀπηλλαγμένους Græci vocant, talis eorum mihi videtur oratio qui nec claudunt numeros sententias. Id quod Quintilianus in partitis. Rursus Cicero libro 3. de legibus, vbi de Antipatro loquitur, Habuitque vites agrestes nec quidem atque horridas, sine nitore ac palæstra. Significat autem Palæstra, vt Budæus admonet, decentiam illam qua status, motus, flexúsque corporis, ac omnes omnino habitus venustatem quandá reperiendique præferunt, quam qui non didicerunt, verè dicuntur ἀπηλλαγμένοι. Eiusdem rei Cicero meminit lib. 2. de Oratore, & in Bruto, de Demetrio Phalereo. aliter dixit Pindarus in Nemeis, ἀπηλλαγμένος ὁ λόγῳ de eo qui sit inuictæ eloquentiæ.

In Plauti Comœdia Mœchus. 45

Aulus Gellius noctium Atticarum libro primo capite septimo, Ne vt in Plauti comœdia Mœchus, ita in Ciceronis oratione solœcismus esset manifestatus: apud Plautum in Casina, senex adulter aperte ab vxore deprehenditur. Proinde quod est apertissimum & nemini non cognitum, manifestius esse dicimus, quam in Plauti comœdia mœchum.

Caput tegere. 46

Plautus non vno loco dixit, adeò nudo & aperto capite, hoc est, ita perfricta fronte, quòd qui rubore suffundantur, caput atque faciem obtegere consueuerint. Vlysses apud Homerum in cœtu Alcinoi Demodocum canentem audiens, caput operit. Odyss. θ. Τοῦτ' ἄρ' ἀοιδὸς ἀνὴρ ἐσεσύμενος, αἰπὺ ὀδυνάων πυκφάμενος κάρη ἦεν· χρὼ δὲ κατ' ὀφθαλμῶν ἐκάλυψε ῥήγεϊ φοίνικι. Sic de Telemacho Odyss. δ.

Χλαῖναν πορφυρέην αὖτ' ἐφθαλμοῖιν ἀνωγεν.

Seneca de vita beata, luxuriatur etiã in operto capite. Ita Quintus Calaber lib. 14. Paralipomenon de Helena,

Καὶ ῥ' ὑπὸ καλὸν μέτωπον ἐφύλλιε κάλυπτρα.

Meminit & Petronius Arbiter,

Execratus arcula insidias, caput operui.

Aul. Gellius libro decimonono capite nono, Permittite mihi quæso operire pallio caput, quod in quadam parum pudica oratione Socratem fecisse aiunt. Locus extat apud Platonem in Phædro. Sic & capite tecto dicimus, quoties verecundè & reuerenter aliquid tractamus: meminit Theophrastus in libello cui titulus, Characteres.

Subula leonem excipere. 47

Prouerbio vtitur Seneca libro vndecimo epistolarum in fine: cuius vsus est, si quando rem periculi plena remedijs admodum & minimis præsidijs depellere volumus. Subula leonem excipit, qui ineptis rationibus solertissima argumenta conuellere nititur.

In eodem valetudinario iacere. 48

De iis dicitur qui eodem periculi genere & communi malo implicantur. Prouerbio vtitur Seneca libro tertio epistol. Non sum tam improbus vt curationes ager obeam, sed tanquam in eodem valetudinario iaceam, de communi malo tecum colloquor, remedia communico. Cor. Tacitus in dialogo de Oratoribus. Qui in eodem valetudinario hęc olla & hanc macieem probant.

Deos absentes testes facit. 49

Plautus in Mercatore, Deos absentes testes memoras, qui ego illuc credam tibi prouerbiale de eo qui cum summa imprudentia ineptiue mentiatur. Sic Ajax de Vlysse apud Ouidium,

Sua narrat vulnera
Quæ sine teste facit.

Et Iuuenalis,

Solus cum bos Ithacus nullo fuit teste cacabat.

Gallinaceus Euclionis. 50

Ausonius in præfatione Gryphi de ternario numero, Gallinaceum Euclionis prouerbio dixit, qui soleat omnia diligentissime perquirere & inuestigare, ne pusiculo quidem relicto, donec id inuenerit quod exquisita cura conquirebat.

Sapientes sunt qui veteri vino vtuntur. 51

Quod Plautus in Casina de veteri vino dixit, hoc ad omnis antiquitatis commendationem pertinet. Homerus certè vetus vinum, diuinam potionem appellat Odyss. θ.

Ἐνθ' αὖτέ σε τὸν μελιηδέα νήδυμον ὕπνον
Ἔσχεθον, ἄκρητον, ὄφρ' ἐξεπάσσω, ἐπὶ δ' ἔχεαν ἄτην.

Ouidius 2. de Arte,

Dum properant hona multa bibant, mihi fundat amicum
Consulibus priscis condita testa merum.

Sapientiss. certè iure existimandi, qui scriptoribus antiquis vtuntur, non iis quos præpostere veteres vocat, quos vappæ verius & faci quàm vino comparaueris. Gnathæna, siue vt alij Phryne, vt est apud Athenæum libro 13. ὁρῶντες ὑμεῖς τοὺς νέους οἰνοφλυγίαις μαχομένους, καὶ πίνοντας ὅτι ἐκκαθαίρεται μικρὸν καὶ ψυχρὸν, ὡς πονοῦντες ὑπὲρ. Pindarus in Olympiis Ode 9. αἴνει δ' παλαιόν.

Nodus Gordius. 52

Prouerbium de re prorsus inexplicabili dicitur, Ausonius ad Paulinum,

Gryus illa iugi fatalis soluere lora
Pellæum parua fore ducem reor abdita operis
Principijs, & vtroque caput celantia nodo.

Idē in præfat. Bellu x, Nec tu Alexādri Macedonis pernicacia superge resus, qui fatalis iugi lora cū soluere nō posset, abiecit. Q. Curt. in exord. lib 3. Alexander vbi in suā ditionē redacta, Iouis templum intrat, veh cultū quo Gordiū Midæ patrē vectū esse constabat aspexit, cultu haud sanè à vilioribus vulgatisque curribus abhorrens. Notabile erat iugum adstrictum pluribus nodis in te-

in semetipsos implicatis & celantibus nexus. Incolis deinde affirmantibus editam esse oraculo sortem, Assyrium posituru[m] qui inexplicabile vinculum solui[s]set, cupido incessit animo eius sortis implendæ. Nequaquam igitur lustratus cum latentibus nodis, Nihil, inquit, interest quomodo soluantur, gladióque ruptis omnibus lorris, oraculi sortem vel eluſit vel implevit.

Etiam vetus arbustum transferri potest. 53

Seneca lib. 13 Epistolarum. Ægialus paterfamilias dicebat etiam vetus arbustum transferri posse. Adagium est, omnem tandem ætatem posse ad optimam quamque viuendi rationem transferri & accommodari, quando & senex Cato græcas literas didicit. Ita quòd verissimum sit hoc Publianum, Nulla est sera ad bonos mores via.

Campana superbia. 54

Aulus Gellius noctium Atticarum lib. 1. cap 24. Epigramma Nevij plenum esse Campanę superbiæ scribit. Sic autem habet:

Immortales mortales si fas foret flere,
Flerent diuæ Camœnæ Nevium poetam.
Itaque postquam est Orchio traditus thesauro,
Obliti sunt Romæ linguæ latinæ loquier.

Campanam superbiam vocat, arrogantem insolentiam & insolentissimam arrogantiam: quo nomine malè audiunt Campani apud veteres. Cicero in oratione post reditum in senatu: Capuæ ne te putabas, in qua vrbe domicilium quondam superbiæ fuit, esse consulem? Idem de lege Agraria contra Rullum: Superbia Capuæ nata: & rursus, Campani semper superbi, bonitate agrorum, magnitudine fructuum, salubritate aeris, & pulchritudine regionis. Ex hac copia nata illa arrogantia, quæ à maioribus nostris alterum consulem postulauit. Idem, Itaque illam Campanam arrogantiam atque intolerandam ferociam ratione & consilio maiores nostri ad inertissimum & desidiosissimum otium perduxerunt. Livius Decad. 1. lib. 9. scribit esse Campanis ingenitam superbiam. Rursus de Campanis Decad. 3. lib. 7. sic inquit, Inde ingens ferocia superbæ suopte ingenio genti creuit.

Surculum defringere. 55

Surculum defringere dixit Cicero in tertio de Oratore, aliquid ex disciplina quapiá mutuò sumere, sicuti perpetuò omnes artes alterius quibuldam præsidiis indigẽt, sic dicens, sed vt ex iure ciuili surculo defringendo vsurpare videantur: extat apud Ciceronem libro secundo de Oratore, festiuissimus iocus Siculi Pacuuij, cui cùm familiaris quidam quereretur, qui diceret vxorem suam suspendisse se de ficu, Aspabo te, inquit, da mihi de ista arbore quos seram surculos.

Lacinia obtinere. 56

Cicero in tertio de Oratore, Nam illud alterum genus, quod est temporibus, locis, reis definitum obtinent, atque id ipsum Lacinia. Lacinia tantum obtinere dicuntur, qui rem non integram intelligunt aut assequuntur. Plautus in Asinaria de amica amantem ægre dimittente, Lacrymantem Lacinia tenet. Politianus in epistola ad Donatum, prouerbiali ironia, dixit de hospite quem videamur nolentes & inuiti dimittere, Vt nominis togæ, vt lacinias.

Clausis thesauris incubare. 57

Clausis thesauris incubare, dicuntur qui rem quidem possident, cæterum nec vti norunt, neque frui possunt. Quintil. in x. Qui autem scierit, quo sint quæque modo dicenda, nec tanquam in procinctu paratam quidem ad omnes casus habuerit eloquentiam, velut clausis thesauris incubabit. Est autem sapientis verbum, Thesauri abstrusi & absconditæ sapientiæ nullam esse vtilitatem.

Ad arculas sedere. 58

Idem Fabius lib. 11. Qui velut ad arculas sedent & tela agentibus subministrant. Ad arculas sedere commodè dicuntur qui rerum agendarum alius tanquam formulam quandam præterbunt: sedent etiam ad arculas qui plane nihil possunt, nisi perpetuò libris adhæreant, à quibus si vel tantulum abstracti fuerint, nihil est quod amplius præstare possint. Quemadmodum autem scombris in aqua sulphureus color est, extrà qui cæteris, ita & hoc hominum genus donec libris suis adhæresce re permittas, egregie doctum existimes, posiquam ab arcula se induxeris, hoc est, libros ademeris, idem esse cum imperitissimis quibuscunque deprehendas. Antisthenes cùm quidam illi familiaris ingepti cum dolore quereretur, quòd commentarios suos amisisset, ὦ ἄνθρωπε τὴν ψυχὴν ἀπέβαλες μᾶλλον ἢ τὰ γράμματα κατέχαραξον, decebat, inquit, illa animo potius quàm chartis inscripsisse.

Teucrum Pacuuy edíscere. 59

Cicero in 1. de Oratore, Mallem edíscere Teucrum Pacuuij de re magni negotij, & in qua conficienda oporteat ingentem laborem intumere. Pacuuij Teucrum sæpe citat Nonius Marcellus: est autem verisimile, poema hoc fuisse arduum & ex parti difficile, quod memoriæ non facilè mandari potuerit.

Musas hortari vt canant. 60

Asonius in epistol. ad Symmachum, eiusmodi prouerbialia scitamenta, quibus significamus nos eum inhortari qui sua sponte atque adeò non rogatus in negotium incumbat, elegantèr expressit, Musas hortari vt canant, maria vt effluant, auras vt vigeant, ignes vt calcant.

O domus antiqua. 61

Prouerbiale est quando non minus exitialem quàm ingentem rei immutationem significamus, veluti si optimo principi pessimus succederet, commodè dicerres, O domus antiqua, heu quàm dispari dominaris domino. Cic. li. de officiis, Odiosum est enim quádo à præteruntibus dicitur, O domus antiqua. &c. Huc alluſit idem in secunda Philippica, O tecta ipsa misera quàm dispari domino, quanquam quomodo ille dominus? sed tamen quàm à dispari te obtinentur? Lege prouerb. Chiliad. O domus &c.

Nervi & artus sapientiæ sunt non temerè credere. 62

In oratione Qu. Cic. de petitione consulatus, & 1. epist. ad Atticum citatus sententia Epicharmi, nihil nisi prouerbialis, Nervi & artus sapientiæ sunt non temerè credere. Nemo citius fallitur, quàm qui temerè credit, nemo verò rectius iudicat quam qui re prius ex omni parte comperta atque explorata iudicat: qui celerius credunt quàm rem inuestigauerint, non semel & se & alios in maximum discrimen adduxerunt. Verbum hoc cumprimis nobile quum ad omnes pertineat, præcipuè tamen principes officij sui commonefacit, qui si temerè crediderint & te atque suos inæstimandis malis inuoluent. Consule prouerb. Fratrum. Neminí fidas, nisi cum quo prius modium salis absumpseris. Chil. 2. Cent. 1.

Scurra facilius dives, quàm pater familias fit. 63

Cicero in oratione pro Quintio. Vetus est, de scurra facilius diuitem quàm patremfamilias fieri posse. Prouerbium ad improbos & desperatę probitatis homines pertinet, qui nihil non prius assequi, quàm ad bonam frugem redire, possunt. Patremfamilias antiquitas integrum & inculpatę existimationis virum intelligit. Diuitias autem non semel assequuntur qui sunt omnium perditissimi. Sic Euripides apud Athenæum lib. 8. deipnosoph.

Μὴ πλοῦτον ὄνειρ', ἀλλὰ σωφρονεῖν διδοὺς
Ὃς κἂν ἄνευ πλούτου σ' ἀφθόνως ἀπεργάσῃ.

Demetrius, auctore Seneca libro quarto natural. quæstionum, cuidam libertino potenti dicebat, facilem sibi esse ad diuitias viam, quo die bonæ mentis pœnituisset. Maxi. Tyrius sermone 30 putat eum facilè posse in gnam pecuniæ vim conquirere, qui semel omnem nouerit temperauerit. Adagij nominatum meminit Romanus Aquila in commentario de figuris.

Lacunæ. 64

Cicero in quarta Verrina, Vt illam rei familiaris Lacunam implerent. Lacunam dixit prouerbialis metaphora, acceptam in re familiari perniciem. Sic & Gellius lib. primo, cap. tertio, Lacunam famę appellat, quando recta existimatio turpitudine aliqua admissa læditur. Cicero lib. duodecimo epist. ad Atti. de Cœlio, Vide quæso ne qua Lacuna sit in auro, hoc est, tacitum & non intellectum detrimentum. Eiusmodi metaphoris fœcunde vsus est Cicero, quando in orationibus subinde vocat gurgitem vitiorum, sentinam vrbis, strumã ciuitatis, scopulos reipublicæ, vulturios paludatos, nuntios pegasos, voraginem patrimonij, intaxabile abdomen, ex vepretulis extractam nitedulam: sed & Antisthera in oratione apud eundem

posita prouerbiales formas recipiunt, vt in negotio sine periculo in otio cum dignitate, in conuiuio sobrius, in sobrietate facetus, honores sine ambitione, diuitiæ sine fastu, copia sine luxuria, & reliqua eiusmodi generis infinita.

Securim iniicere. 65

Cicero pro Murena, Quam te securim putas iniecisse petitioni tuæ? Securim iniicere prouerbiali metaphora dicuntur qui dispendium afferunt, qui præpediunt in eo quod assequi cupias, aut rem in apertum discrimen adducunt: ita suæ petitioni securim iniicere dixit, qui ipse suam petitionem aliquo incommodo labefactarit. Idem pro Plancio, Quam grauiorem potuerunt reipublicæ infligere securim? infligere reipublicæ securim dixit qui eam maximo magno malo læserit. Plautus in Mostellaria, pilum iniicere dixit. Iuuenalis in 10. Satyra.

Impatiens securis cadit.

Vnguis in vlcere, vlcus. 66

Idem pro domo sua ad pontifices: & tu in hoc vlcere tanquam vnguis exitiens. Vnguem in vlcere vocat rem molestiss. quæ cum magno dolore vix ferri possit. Non dissimili prouerbio Plato vocat Vlcus, rem molestiis infinitis plenam, & quæ semper aliquid habeat de quo possis queri, sic dicens in Axiocho, ἀλλ' ἡ γεωργία γλυκύ, δῆλον, ἀλλ' οὐχ ὅλον ἐστὶ φασὶν ἔμοιγε, καίτοι πάνυ ἔχουσαν διεκπεράσαι: id est, verum dulcis est agricultura, est sane, nónne tota tamen quod aiunt vlcus est, semper paratam doloris habens causa? mira Sophocles in Antigone, ἥδιστ' ἂν ὕστις μάζαν ἢ φίλον πόνον.

Equus Troianus. 67

Equum Troianum, prouerbio dicimus, tacitas, insidias & paucis intellectam impostura. Sic enim Cicero non semel vsus est, pro M. Cœlio. An Equus Troianus fuerit, qui tot inuictos viros muliebre bellum gerentes tulerit? Pro Murena, Intus, intus inquam; est equus Troianus à quo nunquam me Consule dormientes opprimemini. Et in 2. Antoniana, in huius me consilij societatem tanquam in equum Troianum ingeni cum principibus non recuso. Cæterum equi Troiani descriptio ex Homero & Virgilio notior est, quàm vt hic recenseri debeat. Macrobius scribit Cincium in suasione legis Fanniæ seculo suo obiecisse, quòd porcum Troianum, hoc est, inclusis etiam alijs animalibus grauidum, mensis inferrent.

Ex fastis euellendi. 68

Cicero pro Publio Sestio prouerbio vtitur, Nimirum improbos & contaminatæ vitæ homines, quos monstra verius & pecudes dixeris, ex fastis esse euellendos, hoc est, memoriam eorum esse penitus abolendam, & nullo vnquam tempore mentionem eorum esse faciendam. Quemadmodum Athenienses publico decreto sanxerunt, ne vnquam nomina fortissimorum iuuenum Harmodij & Aristogitonis, qui libertatis recuperandæ gratia Hippiam Tyrannum interficere adorti erant, indere liceret, authore Gellio lib. 9. cap. 2.

Sanæ corporis parti scalpellum adhibere. 69

Prouerbij vsus est, quoties aliquid præpostere fit, & eo loco præsidium adhibetur, vbi minime opus fuerat. Ita Cicero pro Sestio, non ea est medicina cum sanæ parti corporis scalpellum adhibetur.

Bambalio. 70

Cicero in 3. Antoniana, Bambalio quidam pater, homo nullo numero, nihil illo contemptius, qui præter hæsitantiam linguæ stuporémque cordis, cognomen ex contumelia traxerit. Bambalionem abiectiss. hominem appellat, quem non minus turpe corporis filum, quàm impura oratio deformet. βαμβάλιον apud Hesychium est τὸ χεῖλος πρόεσις, labiis tremere. βάμβαλον Phryges pudendam corporis partem appellant, à qua & Bambalio dictus videri possit. Franciscus Philelph. in Satyr. Pogium Bambalionis cognomento notauit.

Saga sumere. 71

Saga sumere, saga parare, ad siga ire, dixit Cicero in 6. Philippica, & in alijs complurib. locis, pro eo quod est sese ad certamen accingere. Vsus est & Velleius Paterculus lib. 2. Vrque ad saga iretur, hoc est, vt omnes sese ad bellum pararent.

Ratio apparet, argentum οἴχεται. 72

Prouerbij vsus est, quoties significamus, nos optimè quidem rationes confecisse, sed reliqua consumptisse, ita quòd cum rationibus paria facere nequeamus. Plautus in Trinummo, Ratio quidem hercle apparet, argentum οἴχεται, id est, abiit, excessit, non extat. Terentius in Phormione, Non ratio, verum argentum deerat. Cicero in Pisonem, Perscriptis rationibus secum ipse caput sinistra manu perfricans, commurmuratus sit, Ratio quidem hercle apparet: argentum οἴχεται. Huic adagio non dissimile est cuius meminit Aristophanes in Nebulis, ὥσπερ ἀργύριον ὃν τὸ δίον ἀπόλωλεν. Siquidem Pericles quum Astyanacti Lacedæmoniorum duci pecuniam daret, vt ex Attica, quàm bello infestabat, discederet, reddens impendiorum rationem, nec apertè volens magistratibus rem ostendere, ita respondit, οἴχεται, hoc est, ingrem oportunam & necessariam, quanquam interpres Aristophanis huius responsionis diuersas causas afferat.

Calcei Sicyonij. 73

Τὰ Σικυώνια ἀνώματα, Calcei Sicyonij, quemadmodum & Stephanus meminit, prouerbio dicuntur de re pulchra quidem, sed quæ virum parum decerat. Cicero in 1. de Oratore, vbi de Socrate loquitur, Quin etiam cum ei scriptam orationem discrtus orator Lysias attulisset, quam si ei videretur, ediscerét, & ea pro se in iudicio vteretur, non inuitus legit, & commodè scriptam esse dixit: sed, inquit, vt si mihi calceos Sicyonios attulisses, non uterer, quamuis essent habiles & apti ad pedem, quia non essent viriles, sic illam orationem disertam tibi & oratoriam videri, fortem & virilem non videri. Athenæus libro quarto meminit saltatores in conuiuijs Sicyonijs esse vsos. Nã σανώνια, tantum plerique Græci vocant eiusmodi effœminatum calceorum genus. Lucianus in Rhetore, ἡ ἁβρὰ σανωνία πίλους τοῖς πόδοιν ὑποστρώσασα, id est, Solea Sicyonia albis vinculis ornata. Lucretius in quarto de delicatiss. molicie scribens,

Languent officia, atque egrotat fama vacillans,
Vnguenta & pulchra in pedibus Sicyonia ridet.

Festus Pompeius citat hunc versiculum Lucilij,

Et pedibus laua Sicyonia demit bonesta.

Prouerbio vsus est & Picus ad Hermolaum Barbarum lib. 9. Epistolarum Ang. Politiani.

Cogitato quam longa sit hyems. 74

Cato de re rustica, Cogitato quàm longa sit hyems. Vetus hoc rusticum verbum meritò debet allegi in classem adagiorum: significat autem & frugaliter & parcè viuendum esse, ne nobis id contingat quod à formicis audiunt cicadæ apud Æsopum; Æstate cecinistis, hyeme igitur saltate. De sumptibus moderandis extat apud Græcos elegans Epigramma titulo Luciani,

Ὅστις τε συκῆς μὴ φυτὸν ἀγαθὸν κτήσεται,
Ὅστις θ' ἑταίρου μὴ φίλου σὺν κτήσεται.
Ἐπὶ δ' αὐτῷ ἔφυν ὅστις ἀμφω ταῦτα ποιήσει
Θεοῖς ἐγὼ δώσειν μᾶλλον ἢ φαμίσομαι.

Quos versus non inelegantes vertit Thomas Morus,

Tanquam iam moriturus partis vtere rebus,
Tanquam victurus dimidio parce tuis.
Ille sapit qui perpensis his vtitur duobus,
Parcus erit certo munificusque modo.

Huc pertinet hoc Lucretij lib. 5.

Diuitiæ grandes homini sunt viuere parcè,
Æquo animo: neque enim est vnquam penuria parui.

Et Claudianus,

Viuitur exigue melius, natura beatis
Omnibus esse dedit si quis cognouerit vti.

Fasces submittere. 75

Fasces submittere prouerbiali metaphora dicimus, alicuius auctoritati, eruditioni, ingenio, siue sententiæ ingenuè cedere. Cicer. in Bruto de claris Oratoribus. Cùm tibi ætas nostra iam cederet, fascésque submitteret. Plinius citra metaphoram exulit libro septimo cap. xxx. Cn. Pompeius confecto Mithridatico bello intraturus Possidonij sapientia clari domum, fores pereuti de more à lictore venit, & fasces lictorios ianuæ submisit, is cui se oriens occidénsque submiserat. Valerius Publicola, cum posset imperij summi, id est, consulatus iure vti agendo cum populo, fasces tamen maiestati populi Romani submisit, hoc est, à se lictores tantisper abire iussit quoad concionatus esset, quæ res illi perpetuam gratiam conciliauit,

vt author est Liuius in secundo.

Ad inferos proficisci. 76

Artemidorus libro Onirocriticon 1. cap. ξ. ὑ οἱ παλαιοὶ τοὺς μακρὰν ἀποδημίαν ἀποδημήσαντας, εἰς ἅιδου πορεύεσθαι ἔφασαν, veteres eos qui longiorem profectionem susceperint, ad inferos proficisci dixerunt, quemadmodum eos ex inferis rediisse dicimus, qui præter omnium expectationem conualuerunt aut conseruantur. Cicero in Bruto dixit ab inferis testes excitare. Eustathius in Dionysij Perihegesin prouerbium citat, εἰς πόντον ἀποπλεῖν, in pontum abire, perinde ac si dixeris, in præsentariam perniciem.

Tritones piscinarum. 77

Cicero lib. 2. epist. ad Atticum, Erit nebulo iste cum iis dynastis in gratia non modò de Cynico consulari, sed ne de istis quidem piscinarum tritonibus poterit se iactare. Tritones piscinarum appellat, qui ob potentiam aut aliam præstabilem facultatem in republica, partes aliorum sibi vendicant.

Pygmæum imponere Colosso. 78

Philostratus in Sophista Nicete, prouerbio dixit, Pygmæum imponere Colosso, hoc est, rem minutam & abiectam amplissimam efficere. Cicero dixit arcem facere ex cloaca.

In cauea minus bene canit luscinia. 79

Idem in Scopeliano dixit, in cauea minus bene canere luscinias, quo prouerbio commodè vtemur, si quando significamus, libertatem esse rem inæstimabilem, & ingenia libera rebus omnibus agendis esse accommodatiora. Homerus Odyss. libro 9. scribit, Ioue omnibus seruis dimidiam animi portionem abstulisse, cuius & Plato in libro sexto de legibus meminit, ἥμισυ γὰρ τἀρῆτὸς ἀποαίνυται εὐρὺ ἄνακτος. διὸ καὶ μὴ ἐκδιδόναι ἀμφὶ ξένοις.

Lasrunculis ludere. 80

Seneca festiuissimè dixit latrúculis ludere, de iis qui sese decipiunt mutua verborum captione. Latrunculorum ludus ex Ouidio & Martiali notissimus est.

Laureolam in mustaceo quærere. 81

Cicero libro quinto epistolarum ad Atticum, Venit interim Bibulus, credo valuit hac appellatione nobis esse par, in eodem Amano cœpit Laureolam in mustaceo quærere. Prouerbio significamus aliquem in re minima multum gloriæ quærere. Plinius scribit libro 15. cap. 30. ex sententia Pompeij Lenæi, Laurum mustaceis tubicis solitam, quæ ob id cognomento vocaretur Mustace.

Bos armento. 82

Prouerbium indicat vnumquemque sua quadam ingenerata voluptate teneri, atque ea præcipuè sequi, quæ similitudine quadam continentiora sint. Cicero libro 7. epistol. ad Atticum, vt bos armenta, hic ego bonos viros aut eos quicunque dicentur boni, sequar, etiamsi ruent.

Pennas incidere. 83

Pennas incidere prouerbio dicimus, imminuere potestatem aut arrogantiam reprimere. Ita Cicero libro quarto epistolarum ad Atticum, Qui mihi pennas inciderant, nolunt easdem renasci: metaphora ab auibus desumpta, quæ pennis incisis nequeunt se altius tollere.

Mures migrauerunt. 84

Sic dicimus prouerbio, quando grauissimam ruinam aut præsentem calamitatem imminere significamus. Cicero libro 14. epistol. ad Atticum, Tabernæ mihi duæ corruerunt, reliquæ rimas agunt. Itaque non solùm inquilini, sed mures migrauerunt. Plinius libro octauo, capite vigesimo octauo de prognosticis animalium, ruinis imminentibus muscipuli præmigrant, aranei cum telis primi cadunt.

Problema Archimedeum. 85

Cicero libro duodecimo epistolarum ad Atticum, πρόβλημα ἀρχιμήδειον, vocat quæstionem reconditam & implicatam, quæ à nemine vel à paucis intelligi possit. Idem libro septimo ad Atticum, rem abditissimam numero Platonis obscuriorem vocat. Vitruuius libro nono capite tertio scribit Archimedem si quid abstrusum & multo labore quæsitum, vix tandem inuenisset, solitum exilire gaudio & currentem identidè exclamasse, εὕρηκα, εὕρηκα, id est, reperi tandem, reperi. Exemplum irredibilis & nunquàm intermissi studij Archimedis refert Plutarchus in commentariolo, vtrum senex sit administranda respublica, ἀρχιμήδει ἢ τὸν σοφὸν ἀσχολητέον πολιτικοῖς ἔργοις καὶ πολίταις ὑπουργοῦντα βίον καὶ πολιτείαν ἐπασκοῦντα, ἢ ἀπόδοτον ἑαυτὸν ἀμιγῆ θεωρίας ἀδιαφύλακτον καὶ χάμαθεν.

Byssina verba. 86

Plutarchus in Apophtheg. παρῄνεσεν ἀνέσει καὶ πραότητι λόγου ἐπιβῆναι τὴν βασιλεύουσαν μᾶλλον μετὰ παρρησίας ἢ λαλεῖν βυσσινοῖς χρῆσθαι ῥήμασι hoc est, Parysatis Cyri & Artaxerxis mater, iubebat eum qui regem liberius esset allocuturus Byssinis vti verbis. Byssina verba vocat quæ nitorem habeant cum grauitate mixtum, immò quæ commonendi asperitatem, iucundo quodam candore, atque adeò nitida quadam facilitate condiant. Aristoteles etiam præcipit cum principibus aut rarissimè aut iucundissimè colloquendum esse.

Computatorum digiti. 87

Computatorum digitos, eleganti prouerbio dicimus, qui variis & incertis fortunæ casib. obnoxij sunt. Plutarchus in Apophtheg. ὁ αὐτὸς βασιλέως ἀρξαμένου χαλεπῶς ἀπορίᾳ ἀφθονωτέρᾳ ἢ καθεστῶτος ἐφη, παραπλήσιον εἶναι τὴν ἀριθμητικὴν δακτύλοις, τὸν μὲ μυριάδας, τὸν δὲ μονάδα τιθέναι δυνάμενον, οὕτω καὶ τὴν βασιλέως φύσιν τὸν μὲ πάνυ δύνασθαι, τὸν δὲ τύραννον, hoc est, Orontes Artaxerxis regis gener, cùm ob iracundiam, honorato loco excidisset, quemadmodum, inquit, Arithmeticorum digiti, nunc myriades, nunc autem vnum tantùm significant, ita regum quoque amici hue purpurati, nunc omnia, nunc autem nihil omnino possunt. Laertius hoc Solonis tribuit.

Terram video. 88

Prouerbium est cum primis elegans, quoties significamus nos habere certissima præsidia, ad hæc portum quendam tranquillitatis nactos esse. Cicero libro secundo epistolarum ad Atticum, Cupio istorum naufragia ex terra intueri. Plautus in Menæchmis, ex alto terram aspicere voluptas est nautarum. Homerus Odyssea 4.

Οὔπω πω δὴ γαῖαν ἐσὺ ἴδον ὀφθαλμοῖσιν.

Rursus Odyss. 4. Natantes terram cum summa lætitia aspicere, vt ex Plauto iam ostendi.

Ὡς δ' ὅτ' ἂν ἀσπασίως ἦς πατρώιον φανῇσι, &c.

Quod Statius lib. 7. Thebaid. ita reddidit,

Dulcis medio de gurgite ponti Respicitur tellus.

Et libro secundo Thebaid.

Nec minus hac læti trahimus solatia quàm si
Præcipiti conuulsa noto prospexit amicam
Puppis humum, &c.

Cicero de Senectute: Quæ mihi quidem tam iucunda est, vt quo propius ad mortem accedam, quasi terram videar videre, aliquandóque in portum ex longa nauigatione esse venturus. Plautus in Mercatore, Atque equidem iam me censebam esse in terra, id est, in loco tuto & tranquillo. Q. Curtius in quarto, Haud secus quàm profundum æquor ingressi, terram oculis requirunt. Diogenes authore Laertio cùm ad priorem librum incidisset, ac legendo tandem in finem peruenisset, Bono, inquit, estote animo viri, nam terram aspicio. Prouerbio vius est & Cicero pro Murena, & Plutarchus in Antonio.

Neque remi neque venti. 89

Cicero in 3. Philippica, prouerbialiter dixit, Neque remi neque venti, de iis qui omnibus omnium præsidiis destituti sunt. Siquidem Homerus naufragationem adimere dixit,

Ῥῶπα μὲ ἀφείλω, πανσυδίη δ' ἀπόλωλεν ἑταίρων.

Et Odyssea 1. οὔτ' ἐρετμοὶ νῆες ὑπήρεται καὶ ἑταῖροι, neque remiges, neque socij. Idem de prospera nauigatione Odyssea 5. οὖρον ἀφεῖσα πομπὸς ἄνεμος. quod Virgilius ita reddidit,

Prosequitur surgens à puppi ventus euntes.

Quantum pedes nostri possunt. 90

Socrates Platonicus in Gorgia, præcipit intemperantiam esse fugiendam, ὡς ἐκ ποδὸς ἀπέχειν, quantum pedes nostri possunt, hoc est, omnibus viribus. Homerus Iliad. lib. 9.

Ἀλλ' ἔπεται μὲν ἐγὼ δύναμαι χερσίν τε ποσίν τε.

Refer huc illud è Iliad. Quantum pedibus potes.

Vitæ Charadry. 91

Plato in Gorgia, Charadrij vitam intelligit hominis intemperantis, qui nihquam expleri possit, & in quem omnia influunt vt rursus effluant, vt Seneca dixit. Ita Socrates loquitur, χαράδρου τινὰ βίον ἀνθρώπου, Charadrij quandā vitam refers. Charadrium autem Theodorus apud Aristotelem vertit rupicem siue hiaticolam: nam vt interpres Aristophanis in Auibus docet, ὄρνεόν τι παρόμοιον τοῖς χαραδρίοις ἁλιεῦσιν, auis hæc ita dicta est quòd hiatus & terræ voragines incolat. Itidē & intēperantes & incōtinentes homines qui nunquā expleri possūt, perpetuò ganearū nidorem sequuntur, & nepotum proseuchas incolunt Suidas citat aliud prouerbium ex Didymo, χαραδριὸν μιμούμενος, id est, Charadrium imitans, de iis qui scite occultare soleant. Siquidem auem hanc vendentes, occultare consueuerunt, ne prius emptori prosit quàm sit vendita. Nam regio morbo laborantes quam primum Charadrium aspexerint conualescunt. Plinius hoc ictero auxiliari tribuit lib. 30. cap. 11.

Musca est. 92

Non ignoro parasitos etiam Muscas appellari, verùm in alium sententiæ. Plautus Muscam eleganti prouerbio dixit hominem mirificè curiosum, qui nihil non exquirat atque penetret. Sic in Mercatore, Musca est meus pater, nihil potest clam illum habere. Nec sacrum nec tam prophanum quicquam est quin adsit ibi illico.

Mittere lineam. 93

Plautus in Mostellaria, Nō ego ita extemplò meum ostendam sensum, mittam lineam. Metaphora à pictoribus desumpta, lineam mittere dicuntur, qui rem tantùm adumbrant & coniecturis quibusdam inquirendam proponunt. Siquidem ex linearum ductu, iustum etiam picturæ artificium discimus. Vnde versiculus ille passim celebratur,

Linea, qua veterem longè fallatur Apellem.

Nullus aleator sapientior. 94

Plautus in Rudente dixit, Nullus aleator te sapientior est, de homine verssutissimo, & qui pro re nata facilè possit consilium capere. Cæterùm alea ludus tanquam probrosus interdictus erat apud veteres, id quod Cicero in 2. Phil. & Plutarchus εἰς δόκιμας indicant, & Horatius inquit, Carm. lib. 3. od. 24.

Aut vetita legibus alea.

Literatus. 95

Plautus in Casina, Si hic literatus me finat. Literatum vocat hominem abiectissimi stigmatis inustum, & vt Cicero atque Valerius dixerunt notis Threicis compunctum, sed & cicatricibus deformatum, vt iureconsulti scribunt. Ita Plinius lib 18. cap. 3. vocat inscriptos vultus. Philippus Macedo Alexandri magni pater, militis ingrati frontem literis insigniri iussit, vt ex iis tanquam ingratitudinis indicijs ab omnibus contemptibilis haberetur.

Indoctior quàm in Tragœdia comici. 96

Plautus in Pœnulo, Quin ēdepol tum indoctior quā in Tragœdia comici. Prouerbium indicat summam in aliqua re agenda imperitiam: quemadmodum enim in Tragœdia comici, ita & in comœdia tragici minus præstare possunt. Laertius in Xenocrate, & Valerius Maximus libro 4. capite 3. rationem reddunt quamobrem poetę præstent, etiam in pedestri oratione scribenda: Cæterùm qui pedestri oratione scribunt, si quando poeticæ partes sibi vendicare velint, nihil planè posse consequi. Confer Erasmum, Quàm Tragœdia comici.

Ad perpendiculum. 97

Ad perpendiculum Cicero dixit, de eo quod amussitatē & inculpatē compositum sit. Gellius libro vigesimo capite primo, dixit in libris perpendere. Varro de re Rustica libro primo capite sexto, Campum ad libellam æquum vocat, qui sit ex omni parte & prorsus æquabiliter planus. Plinius etiam libro trigesimo sexto capite 25. ad libellam exigere dixit. Plinius iunior libro octauo epistolarum ad Colonem dixit, pari Libra, pro eo quod est æquabili iudicio & pari censura. Vitruuius libro septimo dixit ad regulam respondere, hoc est, exactissimè competere & quadrare. Metaphora à structuris sumpta.

Volsellis pugnare non gladiis 98

Varro libro quinto de lingua Latina, prouerbiali verbo vtitur, Volsellis pugnant non gladiis: quo commodè possumus vti vel aduersus eos qui parum viri sunt, nempe qui volsellis ita sint vulsi iuxta sententiam Ciceronis, vt nec vnicum pilum boni viri habeant, vel in eos qui prorsus infirmis argumentis vtātur. Cæterùm de vultis corporibus in Demonacte Luciani abunde diximus. Vide sup. Iunij 4. adag. Centur. 3. Relatum & ab Vlpio.

Rectis an inclinatis hastis. 99

Lysander apud Plutarchum in Apophthegmatis, cùm per agros Bœotiorum agmen duceret, atque dubitaret cui tandem parti illi adhærerent, misit ad eos interrogans, an per eorum regionem ἐρεῖς τὰς δόρατα ἀνακεκλικότας, id est, etectis an inclinatis lanceis proficisci posset. Nimirum an vt amico, siue vt hosti sibi trauicundum esset.

Fortes in tabula. 100

Plutarchus in Apophth. Laconicis, Ἰδών ποτε ὁ Λάκων ἐν πίνακι γεγραμμένους ὑπὸ Ἀθηναίων τοὺς ἄνδρας, εἶπεν, ἀνδρεῖοι μὲν Ἀθηναῖοι, πάντων εὐτυχέστατοι, ἐν τῷ πίνακι, εἶπε, Quidam cum in tabula picta Lacones videret ab Atheniensibus interfici, atque ob id diceret, fortes equidem Athenienses sunt, Laco forte fortuna incidens subiecit, Et in tabula quidem. Fortes autem in tabula sunt qui fictitia fortitudine passim sese vendrant, cæterùm cùm ad ferium certamen peruentum est, tum non milites, sed planè mulieres esse videas. Docti quidem in tabula sophistę sunt, verùm vbi eos excusseris, quam nihil nisi Antiopios aliquos, aut liquid ius rudius, aut impolitius esse possit, inuenias.

Nondum omnium dierum Sol occidit. 101

Elegans adagium est quo Philippus apud Liuium vtitur decadis quartæ libro nono, Nondum omnium dierum solem occidisse, quando significamus finem rei nondum apparere, ad quem adhuc multis & incertis periculis perueniendum sit.

Etsi in inter vepres rosa nascuntur. 102

Ammianus Marcellinus libro decimosexto, cùm de Eutherio Eunucho loqueretur, sic inquit, Sed inter vepres rosæ nascuntur, & inter feras nonnullæ mites reperiūt. Hoc geminum prouerbium ostendit in omni hominum genere, quantum vis peruersio ac deprauato, reperiri tamen aliquot vires bonos & qui minimè sint aspernandi. Gregorius theologus in vita Athanasij dixit φύεται καὶ ἐξ ἀκανθῶν ῥόδον, id est, nascitur etiam è vite rubus, hoc est, ex optimo parente nōnunquam pessimum filium.

Rhomæ quoque homines moriuntur. 103

Idē decimosexto, Is ipse interrogatus quid de Rhoma tentiret, id tantum sibi placuisse aiebat, quòd didicisset ibi quoque homines mori: prouerbium significat ineuitabilem esse mortem, quocunque tandem secesseris, id quod eleganter exsulat Martialis,

Nulla fata loco possis excludere: cum mors
Venerit, in medio Tybure Sardinia est.

Ne Samnione domi relicto. 104

Idem libro decimoquarto, agitant familiariū agmina, tanquam prædatorios globos post terga trahentes, ne Samnione quidem, vt ait Comicus, domi relicto. Adagium ex Eunucho Terentiana dicitur in eos, qui cum in publicum prodeunt, magnifico & frequenti comitatu delectantur, quo potentiores esse videantur. Eiusmodi multos in principum aulis inuenias, qui passim seruorum & comitum multitudinem contrahant, cùm apud veteres, vt Athenæus docet, & Apuleius in prima Apologetica meminit. Præstantissimi quique Rhomani, paucitate famulitij, sic enim ille inquit, gloriati sunt. M. Antonius octo seruos habuit. Manius Curius cùm duobus tantùm calonibus veteretur, pauciores seruos habuit, quam triumphos. Marcus Cato tres tantùm seruos in Hispaniam ex vrbe secum duxit. Idem author Plutarchus quinque tantùm seruos in militia habuit. quod & de Scipione Æmiliano Plinius scribit, cum duobus tantùm seruis, si quando etiam ad reges mitteretur, esse vsum.

Tunc canunt cycni, quando tacuerint graculi. 105

Basilius magnus in epistola ad Celeusium, οὕτω καὶ ἡμῖν μᾶλλον μὲ δεῖ, μᾶλλον δὲ ἀνάγκη, ὅτι πᾶν ἀ-

ταῦτα κίνησιν, ἅπερ τοῖς ἀκινήτοις. Prouerbio locus est, tum doctis opportunum esse, vt de certis rebus quàm possunt eruditissimè differant, quando imperitis prius tanquam aqua & igni interdictum sit ne loquantur. Eiusmodi dissimilitudinem plures prouerbiales formulas Ausonius ad Paulinum eleganter expressit,

Si titulum tauro, vel equum committis onagro,
Si conferre fabas cycnis, & sedona parra,
Castaneis coryles aquet, viburna cupressis.

Lamiæ turres. 106

Quintus Septimius Forens Tertullianus in libr. aduersus Valentinianos, Nonne tale aliquid debitum te in infantia inter somni difficultates à nutricula audisse, Lamiæ turres, &c. Prouerbium est, de re quæ fingitur esse miræ formidabilis, cùm tamen omni periculo careat: quemadmodum infantibus horribilia de Lamiis nutriculæ narrare consueuerunt. Nonius Marcellus & Lactantius lib. 1. cap. xxij. diuinarum institutionum, hos versus ex Lucilio poeta citant,

Terricolas Lamias, Fauni quos Pompiliique
Instituêre Numa, tremit hos, hic omnia ponit
Vt pueris infantes credunt signa omnia ahena
Viuere, & esse homines sic illis hæc omnia ficta
Vera putant, credunt signis cor inesse & aheno.

De Lamiis & multa & absurda quædam diximus in Lamiam Politiani.

Qualem demens illi chlamydē disperdit? 107

Tertullianus in libro de pallio, citat ex Menandro Comico, mutum nisi prouerbiale, Qualem demens ille chlamydem disperdit? quod in eos commodè dicetur, qui rem suam viui videntésque decoquunt, imò qui sua sponte sese in maxima mala coniiciunt, cuiusmodi plures reperias qui cùm neque per se, nec ex aliis sapiant, non iam chlamydem tantùm, sed & sese ipsos miserandum in modum perdunt.

Locum in balneis occupare. 108

Idem libro tertio contra Marcionem, Ideirco quasi locum in balneis, ita fidem occupauit. Adagium pertinet ad ambitiosulos, qui primi volunt esse in omni loco & tempore, qui passim in omnibus publicis locis primas ambiunt, ac præ cæteris insolentissimi videri volunt. Nunc diuites matronæ consueuerunt primum sibi locum in balneis deligere, vtinam pari studio ad hæc commendatiore ambitione contenderent, & bonos mores assequi, atque aram existimationem paulo inculpatius tueri.

Deorum liberi sunt inuulnerabiles. 109

Pindarus in Isthmiis Oda 3. in Melissum Thebanum, ἄπρωτοι γὰρ μάκαρες παῖδες, Deorum liberi sunt inuulnerabiles: de potentioribus hoc commodè dicetur, qui nusquam non euadunt, vt Cicero de nobilibus dixit in oratione pro Quinto, Homines nobiles seu rectè, seu perperam facere cœperunt, ita in vtroque excellunt, vt nemo nostro loco natus assequi possit.

In Paro frigida quidem est aqua, sed pulchræ mulieres. 110

Interpres Aristophanis in Vespis, Prouerbialē versiculum citat, nec eius vsum ostendit, ὡς ἐν Πάρῳ ψυχρὸν μὲν ὕδωρ ἐστὶν, ἀλλὰ καλαὶ γυναῖκες, Paros habet quidem frigidam aquam, sed formosas mulieres. Ego quantum iudicare possum existimo prouerbij vsum esse, quando significabimus dispendium esse perpetuò compēdio aliquo sarciendum. In Paro tametsi frigida sit aqua, venustas tamen mulierum hoc quicquid est dispendij, abundè reponit. Quòd si quis è numero doctorum melius nouerit quis adagio locus sit, is cādide ad moneat, reperturus hominem gratum, tantum abest vt ingenuis admonitionibus obtemperare nolim.

Bellum cum Protogene mortuo gerere. 111

Aulus Gellius libro decimo quinto capite vltimo scribit Rhodios Demetrio Poliorceti, qui tum eos obsidione cingebat, atque extra vrbis muros memorabilissimam illam Ialysii imaginē Protogenis manu factam absumere igni parabat, per Legatos ita respondisse, Quę malum, inquiunt, ratio est vt tu imaginem istam veris incendio ædium facto diperdere? Nam si nos omnes superaueris, & oppidum hoc totum ceperis, imagine quoque illa integra & incolumi per victoriam potieris: sin verò nos vincere obsidendo nequiueris, petimus consideres, ne turpe tibi sit, quia non potueris bello Rhodios vincere, bellum cum Protogene mortuo gessisse. Hoc prouerbio Ioannes Brassicanus, pater & præceptor meus amantiss. plurimum delectabatur: ad eos autem pertinet, qui cum laruis luctantur, & contempta memorabili lege Solonis, mortuos iam conuitiis insectabantur, quod Homerus etiam intellexit dum inquit, Iliad. lib. ω.

Κερδίων δὲ χαῖρε ἀκιζόμενος μύθοισιν.

Et Agamemnon Iliad. ι.

Οὐ γάρ τις φιλέει νεκύων κατατεθνηώτων
Γίνετ', ἐπὴν τὸ πρῶτον, &c.

Et ex eius sententia Virgil. lib. 11 Æneid.

Nullum cum vitiis certamen & othere cassis.

Quantum vbique possunt duo oboli? 112

Bacchus apud Aristophanem in Ranis, postquam accepisset ab Hercule duos obolos Charonti pro trāsmissione paludis persoluendos esse, subiicit, ὁπόσον μέγα δύνανται πανταχοῦ δύ' ὀβολοί, quantum vbique possunt duo oboli? prouerbiali more dicto significans, pecuniā in omni re plurimum posse: quæ nisi esset, non commutarentur etiam tot diuersi generis flagitia, ita quòd rectissimè dixerit Antiphanes.

Ὦ πλοῦτε χαῖρε καὶ σὺ μὲν κακὸς κακὸν
Τὸν φλαῦρον ἐξαπατᾷς ἀγαθὸν πάντα ποιῶν.

id est, diuitiæ tanquam malus medicus quos acceperint videntes, exacerbare consueuerunt.

Echinus parturiens cunctatur. 113

Ἐχῖνος τὸν τοκετὸν ἀναβάλλεται, Echinus partum procrastinat. Echini terrestres, quos Erinaceos dicimus, existimantur propter aculeos catulorum suorum partū morari solere, ac deinde aculeationibus factis catulis ægerrimè enixi. Vnde prouerbium, Budæo etiam tetigit, in eos vsurpatur, qui subinde versuram facitūt, hoc est, creditorem mutant, fœnus fœnore soluunt, nomen nomine expungunt, atque ita dum fidem suam ad aliquod tempus liberare nolunt, ad extremum fortunis omnibus euertuntur.

Cautum pedis ostendere. 114

Κοίλον ἐπὶ ποδὶ δεῖξαι, Hesychius admonet ἐπὶ τῶν εἰς φυγὴν τρεπομένων, id est, de iis dici qui sint in fugam versi, qui pedibus sibi consulant. Vt Turnus de Drance apud Virg.

Auribus Manors Semper erit?

In nauibus nutritus. 115

Plato in Phædro, In nauibus nutritos prouerbialiter appellat homines subrusticos, incompositos, & ingenio minime liberali, qui nusquam inter homines inculpata vita, lyncenisque moribus ornatos vixerint. Imò qui neque mores mutare suos, neque ferre possint alienos, vt Cornelius Tacitus inquit.

Sesquiulysses. 116

Varro Satyras suas Menippeas ferè omnes prouerbialibus titulis inscripsit, quarum & vna, cuius meminit Nonius Marcellus, Sesquiulysses inscripta fuit. Sic autem ab Vlysse qui mores hominum multorum vidit & vibes, hominem tum è multiuio & veteratorem planè expositum appellauit, id quod & Budæo placet lib. 1. de Asse & eius partibus.

Primas lineas ducere. 117

Quintilianus in 2 & in 4. vtitur, eleganti metaphora à pictoribus sumpta, pro eo quod est vmbram tantùm alicuius rei exhibere, atque obiter tantùm, quod intelligi cupias delineare: de linea ab Apelle in Protogenis officina, magna subtilitate ducta meminit Plinius libro 35 cap. 10. Ducit & primas lineas, qui formulam exordiendi negotij præscribit, huius enim metaphoræ varius vsus est.

Prius vnda cum flamma redibit in gratiam. 118

Cicero in 13. Antoniana, de re quæ nullo vnquam tempore fieri aut contingere possit. Sic apud Homerum vbi dij pro Troianis & Græcis pugnantes introducuntur, Vulcanus cum Xantho fluuio, quem aliàs Scamandrum appellant, fortissimè dimicat, atque in eum modum interpretatur & Heraclides Ponticus in allegoriis Homericis, & Didymus in commentario libro 21. Iliad. Adagiū eo libentius apposui quòd omnia ἀδύνατα prouerbialia sint.

Bona salute. 119

Cato in fine 4. capitis de re rustica innuit veteres in exordiis omnium ea præfatione vsos fuisse, Bona

salute. Sic in principio concionandi Rhomani dicebãt, quod sit fœlix & faustum & dus auspicibus, dus fauentibus, dus benevolentibus, vbique sunt protrita.

Si tibi non molestũ, & mihi iucundum est. 120

Socrates apud Platonẽ in Theæteto, siue de scientia, εἰ σοὶ μὴ ἐστι δυσχερὲς φίλον, ἵνα μὴ χλευάζωμεν, quam si παίζωμεν dixerit, id est, quòd si tibi hoc, ô Theodore, ita charum est, neque mihi displicebit, vt prouerbio dicunt. Hoc vnico prouerbiali verbo, si constanter omnes homines vterentur, esset & amicitiæ nomen venerabilius, & minus etiam malorum in omnibus humanis rebus esse cerneremus: nunc quoniam omnia diuersis & perinde vanissimis opinionibus oppleta sunt nusquam non reperias quod bonis iucundum sit, improbis esse cùm primis odiosum: de hoc horum genere loquor qui de communi diuidendo non amicè sentiunt, & seditiosè perfidéque passim contendunt.

Alexandrinæ deliciæ. 121

Quintilia. in 1 Verba ne Alexandrinis quidem deliciis permittenda, risu & osculo excipimus. Alexandrinas deliciis, luxum effœminatissimum & mollitiem appellant. Alexandrini quidem apud omnes scriptores hoc nomine malè audiunt, quod propter amœnitatem urbis & cæli clementiam in immodicas deliciis fluerint. Ammianus Marcellinus libro 22. Alexandriam vertex omnium ciuitatum, inibi sunt auræ salubriter spirantes, aer tranquillus & clemens, atque vt periculum docuit per varias collectum ætates, nullo penè die in pestes hanc ciuitatem molem perennem non videbunt &c. Quæ ex adamantibus eucurita condita sit Alexãdria docet Stephanus, quæ per excellentiam etiam μήτηρ dicta fuit, vt Athenæ ἀστυ, Roma Vrbs.

Manubrium eripere. 122

Plautus in Epidico Eripe manubrium è manu. Idem in Aululatia, Exemi è manu manubrium. Manubrium eripere festiuissima metaphora dicitur qui nocendi causam adimunt, qui viam omnem obcæpiunt qua periculum ipsis immittere videatur.

Famæ os claudere. 123

Hoc prouerbio Budæus vtitur libro 4. de asse & eius partibus, Nõ comprimunt os famæ qui nihil illud curant, quam famam arceant. Quod si verum est, vulgata quia vera sint, in prouerbium ventre, authore Liuio, quod tamen obstat, quin & ea quæ apud Budæum virum incomparabilis eruditionis, ac antiquis etiam meritò conferendum, in hanc formam, tãquæ speciosè dicta reperiuntur, ad gregem absolutiss. connumerãda sint. Famæ os comprimunt, qui tam honeste tamque integrè viuunt, vt nemo sit omnino quidem vsquam aliquid de deteriorem partem loqui possit. Qui verò nihil aliud agunt quàm vt famam, siue ea sit pecuniæ, magistratus, aut alterius gloriolæ consequendæ, depellant, illi certè nullo vnquam tempore efficient vt non traducantur, fintq; ie passim, vt poeta inquit, Incerti fabulæ vulgi. Huc pertinet quod in Caligulæ vita scribit Sextus Aurelius Victor, de quo nescio an aliquid decuerit memoriæ prodi, nisi fortè quia iuuat de principibus omnia nosse, vt improbi saltem famæ metu tala declinent.

Hac nos deus ipse ducit. 124

Hemistichiũ quod apud Homerum, non vno loco positum μή τις σὸς ἑταῖρος, præsertim vltimum habet quando significamus nos honorifico instituto quippiam aggredi, & rationibus neutiquam vulgaribus promouere. Sic enim & Plato vsus est in fine dialogi qui inscribitur Crito, ἐνταῦθά τοίνυν ἕπου, id est, quoniam hac nos deus ipse ducit.

Geometriam exercere in cilio. 125

† Defuctis. Γεωμετρεῖν ἐπὶ τῷ ὀπισθίῳ, Geometriam exercere in cilio. Iulius Pollux libro 5. cap. 5 de mulieribus dixit, quæ formam adscititiis lenociniis commendant, quod tandem ad omnes illos pertinet, qui fucis quibusdam adulterinis, & quod Plautus ait, Exoticis condimentis facie suaque venditant. Prouerbij meminit & Hermolaus Barbarus libro 5. Corollarij in Dioscoridem. Dictione γεωμετρεῖν antiqui, vt ex Platone atque Plutarcho colligimus, non tantum in dimetienda terra vsi sunt, sed in omni negocio quod exactius & diligentius tractamus. ὀπίσθιον autem extraneus ambitus est genæ superioris, quem antiqui cilium appellarunt, & ex eo etiam supercilia, in quibus superbia sedem habet, authore Plinio lib. 11. cap. 37. Demetrius Phalereus χαριεντισμῶν à venustate superciliorum dictus fuit, Athenæo telle libro 5. Dipnosoph.

Ῥήματα ἐπιπαχέα. 126

Aristophanes in Ranis appellat ῥήματ' ἐπιπάχεα † Verba sa-
verba quæ in rupium & scopulorum morem grandia *blimia.*
sint, quæ & ἐπαχθίσματα vocat, nimirum ita sublimia, tanquam equis vehantur, vndę interpres ibidem & Suidas etiam admonent dictionem ἐπαχθῆ in compositione ad magnitudinem pertinere, quemadmodum ἐπαχθόμορφος Achinni, apud Dioscoridem Hipposelinõ, & Virgilio noltro in Georg. Hippomanes dicitur. Seneca lib. 1. Suasoriarum scribit, Senecionem quendam cognomento Grandionem fuisse dictum, qui nihil nisi grandia dicebat, seruos habere nolebat nisi grandes & argentea vasa non nisi grandia: atque eò peruenit inopia eius, calceos maiores sumebat, ficus non edebat nisi marisças, omnia grandia probabat, &c. Erasmo in grandiorum hoc ætate innumerabilem gregem inuehitur, qui res fere omnes, mole non vtilitate solent expendere. Neque verò quod Cicero dixit optimam esse Demosthenis orationem, quæ sit longissima, & Aristophan poetæ longissimus quisque versus Archilochi gratissimus & dulcissimus erat, itidẽ & ego concesserim omnes illis meliores esse libros qui sint grandiorem Athenæus libro 5. Dipnosoph. memorabile verbum hoc citat ab exordio, καλλίωνος ὑ γραμματικοῦ τὰ μέγα βιβλία ἴσον ἔφη τῷ μεγάλῳ κακῷ.

Simiæ sanguinem profudisse. 127

Diodorus Siculus lib. 3. scribit in Pithecusis eum honorem haberi Simiis, quem Ægyptij canibus, tanquã diis suis exhibeant, viuere simul cum hominibus, cibum ab iis absque omni metu capere, parentes isthic liberis suis à Simiis, vt aliæ gentes à diis imponere nomina: qui simiam occiderint, tanquam impium flagitium designassent, iis pœnam extremum supplicium esse constitutum, vnde etiam prouerbio apud eos dicatur de iis qui iam occisi & è medio sublati sint, ἔστι σφίσιν αἷμα πιθήκειον, id est, Simiæ sanguinem eos profudisse.

Ne meas vites ledite. 128

Quando ingenij nostri tenuitatem & libenter & ingenuè profitemur, aut labores nostros exiguos cum summa modestia deprimimus, commodè vtemur hoc Theocriti versiculo ex quinto Idyllio, μηδέ μου λάσιον τὸν ἀμπέλον, ὀρτὶ γὰρ ἅδει, id est, ne meas vites lędite, sunt enim valde quam tenerę. Ego à studiosis omnibus, quibus vnicè desudaui in iis prouerbiorũ Symmictis digerendis, hoc vnum & vnicum impetrare cupio, vt hanc meam lucubrationem egregiè teneram & infirmam, æqui bonique consulant, & à maiorum gentium authoribus præstantiores etiam fructus, & qui nullam iudiciorum seueritatem, tanquam aduersam aliquam tempestatem reformidare possint, expectent. Prouerbiorum Symmicta, siue quis latinè dicere velit Miscellanea, pro mediocritate mea, quæ vides, scripsi. Inscriptionis autem rationem ex optimis quibusque authoribus mutuatus sum: quidem Athenęus libro 9. Dipnos. Erodici Cratet. & libro 11. Aristoxeni Symmicta citat. Porphyrius in quæstionibus Homericis, meminit Philemonis Symmictæ. Suidas Porphyrij & Seleuci Symmicta citat. Lucilius Tarrhæus lib. 1. Commentariorum in Apollonij Rhodij Argonautica, Symmicta Seleuci, & libro 3. Symmicta Simonidę nominatim adducit: ab iis ego inscriptionem accepi, vtinam & pari cum eruditione studiosis omnibus aliquando prodesse posse mihi datum autem vitæ deinceps Dei Opt. Max. voluntate mihi erit, quantúmque à curanda prorsus offenia & planè deposita valetudine, mihi dabitur ocium, hoc omne ad eiusmodi bonorum studiorum elegantiora scitamenta conferam, quamobrem etiam præfatus sum me Symmicta hæc scripsisse: quis enim ita perfecta eruditione præditus est, qui se quidpiam in hoc commentandi genere absoluisse, merito gloriari possit, vbi dies perpetuò diem docet, & quotidie tot boni authores rursus adempti, βλαστάνουσι. tanquam ex inferis exsistunt, nostroque maximo bono renascuntur?

SYMBOLA PYTHAGORAE, EX BRASSICANO I.C.

Cum templum ingressus sis, reuerenter adorato, neque quicquam interea quod ad victum pertineat aut dicas aut facias. 1

Ἐς ἱερὸν εἰσιὼν προσκύνει, μηδὲν ἄλλο μεταξὺ βεβηλοῦν μήτε λόγῳ, μήτε πράξει, hoc est, Cum templũ ingressus fis, reuerenter adorato, neque quicquam interea quod ad victum pertineat aut dicas aut facias. Pythagoræ Symbola singula singulis virtutibus docendis accommodata sunt: verum vt Iamblichus inquit, τὰ πρῶτα εἰς ἀνθρώπους ἀπὸ τῶν θείων ὅτι τιμιώτατα ἐστὶ φιλοσοφεῖν παρακελεύεται, id est, prima illa ad pietatem & diuinarũ rerũ cognitionem ardentissima quadam adhortatione perducunt. Nam cum omnia quæ ad deum pertinent, pura sint & ab omni mixtione aliena, conuenit omnino vt quod purum in nobis est, purissimo pariter (quod deus est) accommodemus, neque ad diuinum cultum aliquid humanum adducamus: humana siquidem cum diuinis in comparationem neutiquam venire possunt, vt cura rei familiaris immodica, rei diuinæ non sit admiscenda: rectè itaque Iamblichus, Οὐδὲν ὧν δεῖ βεβηλότερον ἐν τούτοις, ὅσα καὶ λόγοις τοῖς ἱεροῖς καὶ τοῖς θείοις παρεῖκε μὴ συμμιγνύναι πρὸς ἀνθρωπίνους ἀκαίρους ἔπεσι, Nihil aliud hoc Symbolo docetur, quàm sacros sermones & diuina negotia non esse mortalibus hominum, prorsus incertis & inconstantibus inserenda.

Ex itineris diuerticulo non est ingrediendum in templum, neque orandum omnino, etiamsi iuxta vestibulum ipsum tibi transeundum sit. 2

Ὁδοῦ πάρεργον ὄντι εἰσιτέον ἐς ἱερὸν, ὔτε προσευκτέον τὸ παράπαν, ἰδ' ἐὰν ὁδὸς ταῖς θύραις αὐταῖς τοῖσιν ἡμῖν ᾖ, id est, ex itineris diuerticulo non est ingrediendum in templum, neque orãdum omnino etiamsi iuxta vestibulum ipsum tibi transeundum sit. Simile simili cũprimis est appositum. Diis igitur qui principem omnium rerum potestatem habent, primus etiam cultus & obseruatio debetur, quam si quis ob aliam causam diis exhibeat, iam inde secundo loco existimat quod modis omnibus est præcipuum. Ridiculum itaque fuerit nostra quæ longè contemptiora sunt, primo loco ponere, diuina verò non aliter atque quædam additamenta ducere.

Nudis pedibus sacrifica & adorato. 3

Ἀνυπόδητος θῦε καὶ προσκύνει, id est, nudis pedibus sacrifica simul ac adorato. Quorũ primum significat diis immortalibus eatenus esse sacrificandũ, quatenus fortunarum nostrarum mediocritas admittat, id quod & Hesiodus indicat in Ἔργοις καὶ Ἡμέραις ὅδ' ἔπος ἐξ ἀνθρώπους ἰὼν θεοῖσι. Ita Lycurgus apud Lacedæmonios tenuissima sacrificia instituit, vt expeditius facilúsque, & perinde etiam frequentius rebus diuinis intenderent, authore Plutarch. in Apophtheg. Alterum indicat, in re diuina facienda, animum esse debere prorsus expeditum, atque nullis omnino vinculis implicatum. Est enim Pythagoricorum scitum, symbolis à corpore mutuatis, ea quæ ad animum pertinent ostendere. Vnde Seruius etiam Virgi lib. 4. Æneid. huc alludisse putat, cum de Didone inquit,

Vnum exuta pedem vinclo, in veste recincta.

Et in flaminum Romanorum vestibus nullus erat nodus, quod ad hoc Symbolum iam explicatum valdè quàm appositum est.

De Diis rebúsque diuinis nihil tam admirabile dicitur, quod non debeas credere. 4

Περὶ θεῶν μηδὲν θαυμαστὸν εἰπεῖς, μηδ' οὗ δόγματος ἀμφισβητήσεις, id est, de Diis atque adeò de placitis diuinis, nihil ita admirandum dicitur quod non debeas constanter credere. Symbolum admonet, diuina non esse collatione nostræ imbecillitatis æstimanda. Nam & morborum varietas, & hospitij tenuitas, ad hæc inconsulta nostra temeritas, meritò nos admonere debebant, nihil hic esse diuturnum aut perpetuum, atque eo minus diuinis rebus comparandum. Sed & Mathematis suis, τὸ μὴ ἀπιστεῖν, Pythagorici authore Iãblicho acceptum ferunt, & hoc Symbolum vt in alio loco docet Iamblich, ἀναγκαῖον μανθάνειν ἐν παιδείᾳ ὄντα τὸ μανθάνειν, διὰ τὸ ἐν ἑκάστοις αἰεὶ τοῖς θείοις ἀπιστεῖν, ἐν οἷς θεῖον ἀδύνατον.

Linguam coërce, deum imitans. 5

Γλῶσσαν πρὸ παντὸς κράτει, θεοῖς ἑπόμενος, id est, linguam ante omnia cõtine, deum imitans. Primum prudentiæ officium est, linguæ suæ imperare, & animi consummata perfectio est, ad exemplar diuinæ bonitatis vbique se componere.

Flantibus ventis echon adora. 6

Ἀνέμοις πνέουσιν ἠχὼ προσκύνει.

Flantibus ventis echon adora.

Καὶ ἀπὸ τῶν θείας σοφίας θεῖ γνώσεως. αἰνίττεται δὲ οὐ δεῖ τὴν θείαν ἐπιστήμην ἐν ἀνθρωπίνοις ἀγαπᾶν. i. Et hoc ad diuinæ sapientiæ cognitionem pertinet. Tacitè enim indicat diuinarum essentiarum & facultatum similitudinem quandam & expressam imaginem amandam esse. Siquidem dij immortales vbi profunt, quæ summa illorum potestas est, hoc certis quibusdam & quasi spirantibus, vt ita dixerim, argumentis ostendunt. Sic interpretatur Iamblichus: quod si quibuidam longius accersitum esse videbitur, hoc authori poterunt rescribere.

Omne acutum abs te dimone. 7

Ὀξυδὲ πᾶν ἀπὸ σεῦ κόπτρῳ πάτει, Omne quod acutum sit à te procul amoueas: hoc in Iamblicho subiicitur Symbolo, igne gladio ne fodito, proinde inquit: Καὶ τὸ φρονίμου μάλιστα ἀναγκαῖον εἶναι. ἐν μὲ γὰρ τῷ ἀνθρώπῳ τὸ ὀξὺ τῆς ψυχῆς ἐπὶ τὸν θυμὸν καλοῦμεν, λογισμὸν δὲ φρονίμου ἐπίπονον. ζῆν δὲ ὁ θυμὸς ὅσπερ λύσσα πρὸς ἅπαντα φιλεῖ, Et hoc admonet in omnibus rebus adhibendam esse prudentiam, neque tantulum quidem esse concedendum iræ cũdiæ. Quod acutum est in animo θυμὸν appellamus, atque id à ratione prudentiáque valdè quàm alienum est. Adhæc iracundia non aliter efferuescere consuetuit, quàm lebes igne calefactus. Sic Homerus Iliad. φ. ὡς δ' ὅτε λέβης ζέσσ' ὑπένερθε πυρὶ φλογὶ θερμῷ, περὶ πλευρ.

In calceum, dextrum premitte pedem: In podoniptrum autem finistrum. 8

Εἰς μὲν ὑπόδημα τὸν δεξιὸν πρόπεμπε πόδα, εἰς δὲ ποδόνιπτρον τὸν ἀριστερόν, In calceum, dextrum præmitte pedẽ: in podoniptrum autem finistrum. ἐπὶ πᾶν σπουδαῖον πράξεως δεῖ δεξιὰς παρεσκευὰς προβάλλεσθαι τὸ σπουδαῖον, τὰς δὲ φαύλας εἰς ἀριστερὰ κατατίθεσθαι καὶ ἀποβάλλειν καὶ μηδαμοῦ πάντως ἐν χερσὶν ἔχειν. Ad prudentiã actiuam adhortatur: nam actiones honestas tanquam dexteriores primo loco collocandas esse. Symbolum hoc indicat: Inutiles autem tanquam finistras relinquendas & omnino abiiciendas esse.

Ad lucernæ lumen ne te speculo contẽpleris. 9

Παρὰ λύχνου μὴ ἐσόπτρῳ ἐπίζευ. Ad lucernæ lumen ne te speculo contempleris. Hæc verè Pythagoræ admonitio est, Philosophiæ diligentem operam impendendam esse, neque quicquam credendum visibilibus, quæ per sensus in animos inferuntur (Phantasiæ siquidem aliquam lucem, per comprehensionem efficiunt, sed minimè veram aut naturalem.) Sed longè plus esse tribuendum iis quæ prudentia atque scientia consequimur: ab iis enim mitè splendida, ac minimè confixa lux efficitur, quam rectè quispiam τῆς ψυχῆς ὄμμα, id est, animæ oculum appellauerit, hoc nos exactissimè contemplari poterimus, nequaquam autem ex iis quæ corpore constant, & perinde parum etiam stabilia sunt. Quoniam autem de sensibus & visis hic fit mentio, præstat adscribere verba Philonis Iudæi ex I bro de mundo, ἅπαντας μὲν οὖν εἰκὸς δι' οὗ δηλοῖ τὸ ὄνομα ἕκαστος τὸν νοῦν τὸ φαντασίᾳ ἀπορρέον τοῦ νοῦ, φαντασία δὲ τύπωσις ἐν ψυχῇ οἱονεὶ σφραγῖδος νοῦν εἶναι, id est, sensus quidem vt ipsum nomen indicat illatio quædam est in mentem eorum quæ apparent & videntur: At Phantasia sic dicta tanquam φαντασία, Impressio quædam est

in anima &c. Huc pertinet quod Aristotelem frequēter dixisse refert Stobæus, ὡς ὁ μὴ ὁρατὸς λόγος τῶν ἀρετικῶν ἕξεων λαμπάδων τὸ φῶς, ἡ δὲ ψυχὴ τὸν ἐν μαθήμασι νοῦν, id est, quemadmodum visus accipit lumen à circumfuso aere, sic animus optimis disciplinis illustratus.

A risu effuso abstine. 10

Ἀχάτῃ γέλωτα μὴ ἔχειν. A risu effuso abstine. Δηλοῖ κρατεῖν δεῖ παθῶν, Symbolum admonet affectus esse summâ curâ reprimendos, & addit Iamblich. μάτην δὲ καὶ ἀτυχίαις ὑπερχαιρειν, μηδὲ σκιφροσύνῃ συβαίνειν, quod Autonius ex sententia Periandri iis verbis expressit,

Dum fortuna manet cauto tolli,
Dum fortuna tenet cauto mergi.

Risu autem in affectibus significandis, usus est Pythagoras, siue quòd in exposito & aperto corporis humani loco, nimirum in ipsa facie ornatur, siue quòd ipsum etiam hominem aliqui ζῶον γελαστικὸν ὑπορίζωνται.

Iuxta sacrificium ne incidas vngues. 11

Παρὰ θυσίαν μὴ ὀνυχίζειν, Iuxta sacrificium ne incidas vngues. Θεὸν φιλίαν ἔδει παρεῖναι, δεῖ γὰρ οἰκείων, ἢ συγγενῶν τὴν ἐξ αἵματος, οἷοί εἰσιν ἔγγιστα γένους, εἶναι ἀδελφοί, ἢ τέκνα, ἢ γονεῖς· οἱ ποτὲ τῶν μερῶν ἡμῶν, ἃ ἀφαιρεθέντα ἀχρεῖα ἢ τὸ παράπαν ἢ τὸ πολὺ παρέχει, ἢ ἐλαττώσαι, οἷον δακτύλους, χεῖρας, ὦτα, ῥῖνα ἢ τὰ ὅμοια. Symbolum admonet amicitiam cumprimis esse colendam & conseruandam. Nam familiares & amici nostri, & qui nobis sanguinis necessitudine quàm proximè coniuncti sunt, nempe fratres, parentes & nati natorum, & qui nascentur ab illis, rectè comparātur corporis nostri partibus. Quod si quis illos à nobis auferat, non aliter nos turbari, & ex aliqua parte imminui necessarium est, quàm si quis abscinderet nostros digitos, manus, aures, nasum & eiusmodi similia: quod autem iuxta sacrificium dixit, amicitiam omni tempore tanquam rem sacram purissimè colendam esse intellexit.

Cerebrum ne edas. 12

Κεφαλὴν μὴ ἔσθειν. Cerebrum ne edas, σύνεσιν καλοῦσι τὴν ἀπὸ τοῦ φρονεῖν πηγὴν καὶ τὴν τούτου ὑπηρετοῦσαν ὄργανον δι' οὗ, διάνοιαν τε καὶ ἐπιστήμην, καὶ τὴν ἀπὸ λόγου σοφίαν κτώμεθα, Symbolum admonet, reuerenter esse colendum omnium sensuum fontem, ac appositissimum intelligendi instrumentum, cuius vnius præsidio & pernestigandi rationem disciplinas ac vniuersam tandem sapientiam possidemus. Quis autem ignorat ex philosophorum placitis κεφαλὴν εἶναι τὴν ἡγεμονικὴν τῶν φρενῶν ὄργανον;

Rubrum aliquid ne suscipias. 13

Ῥυθεῖσαν μὴ περιλαμβάνειν, Rubrum aliquid ne suscipias, hoc est, ἐν παντὶ καιρῷ ἀσφαλεστέρα ῥυθεῖσα ἢ ἐπιεικὴς μᾶλλον ἢ ἀκριβὴς ἀθρωπος, In omni negotio vitandi sunt qui vel immodicè verecundi, vel nimis demissi animi fuerint.

Aurum habenti ne adhæresces in filiorum generatione. 14

Χρυσὸν ἔχοντι μὴ παραζῆν ἐπὶ τεκνοποιΐᾳ. Aurum habenti ne adhæresces in filiorum generatione, ὁ γὰρ λίθος λίθῳ εἴρηται ἢ φιλοσοφίᾳ, Non mulieri dicit, sed philosophiæ, aut alicui sectæ: omnium autem qui in terra reperiuntur constat aurum esse grauissimum, vnde per aurum intelligit corpoream quādam, vt ita dixerim, grauitatem, quæ neutiquam in philosophia requirenda est, vbi nihil nisi quod ad animum pertinet inuestigare conuenit. Παραζῆν autem ἐστὶ μένειν ἐν τοιούτῳ ἔργῳ ἢ συγγενείᾳ ἐπὶ ἢ πλείονα χρόνον. Non tantum est conniuere, sed quàm proximè accedere. Symbolum indicat ad ingenij fructum cōsequendum (quem isthic τεκνοποιΐαν vocat) ea præcipuè studia colenda esse, quæ prorsus incorrupta sint, & ad vitæ synceritatem quàmplurimum conducant.

Honora cumprimis figuram & aram, figuram & Triobolum. 15

Πρεσβεύειν τὸ σχῆμα ἢ βῶμον, τὸ σχῆμα ἢ τριώβολον. Honora cumprimis figuram & aram, figuram & Triobolū. Symbolum indicat disciplinas assiduè colendas esse: nam iis ceu gradibus ad abstrusissima quæque peruenire potest, quemadmodum gradibus quibusdam ad aras ascendimus. Quanquam τὸ βῶμον & aram & gradum significet. Addit & Triobolum, frugalitatem, cōmendans & mediocra impendia.

Maluam sere, ne tamen edas. 16

Μολόχην ἐσπόρτιον, μὴ ἔσθειν δέ, Maluam sere, ne tamen edas. Malua, quam authore Athenæo, veteres Μολόχην, primi autem Athenienses μαλαχὴν dixerunt ab emolliendo ventre, quod Plinius etiam docet lib. 20. cap. 23. cum sole tanquam Helio tropium circumagitur. Cuius rei rationem reddit Theophrast. de causis Plantarum lib. 2. cap. 26. & Columella in hortulo hoc intellexit,

Et Malache prono sequitur quæ vertice solem.

Flos enim humore coacto & quasi concreto comprimitur, calore autem diffuso & laxante se opera solis, aperit, id quod nos in scholis nostris longè fusius explicauimus. Symbolum admonet eiusmodi secretas naturalium rerum obseruationes diligenter animaduertendas esse, & quod in malua deprehensum est, in reliquis etiam præcipuè in tam amœno huius mundi spectaculo considerandum esse, nimirum in herbis, lapidibus, fontibus, fluminibus, animalibus. Quemadmodum autem malua cum sole circumagitur, ita & animum atque oculos in aliis etiam deprehendendis circumferre conuenit: denique quod addit μὴ ἔσθειν, intelligendum est, μὴ ἀφαιρεῖσι τὰς παλαιὰς ἀχρήστους, διὰ τὴν αὔξῃ καὶ πλῆθος τῶν διὰ μεταφυτεύσεως, hoc est, Eiusmodi obseruationes neutiquā ocultabis, sed multa accessione subinde augeas, in morem optimi hortulani, qui transplantatione suos hortulos assiduè iucundiores & locupletiores efficit.

Ab animalibus abstine. 17

Ἀμόχων ἀπέχου, Ab animalibus abstine, Symbolum hoc ἐπὶ δικαιοσύνῃ παρεῖται, ἢ πᾶσι τοῖς εὐσεβέσι τιμᾶν, admonet ad colendam iustitiam, & honorem omnibus tandem, quæ nobis cognata sunt exhibendū. hoc Ouidius lib. 15. Metamorph. ex Pytagoræ sententia multis & verè aureis versibus exequitur.

De Pythagoricis rebus absque lumine ne loquaris. 18

Περὶ πυθαγορείων ἀδὲ φωτὸς μὴ λάλει, De Pythagoricis siue diuinis rebus absque lumine ne loquaris, ἐφὶ πάντων δ' ἐπὶ τοῖς ζητουμένοις καλοῖς ἐγκύροις τοῖς ἀνθρωπίνοις ἐπιστήμαις δεῖ τὸν φρένα πυθαγορείων δογμάτων. ταῦτα γὰρ ἄνευ φωτὸς οὐκ ἔστι τι δῆλα γενέσθαι, In omnibus iis rebus, quæ sunt in hac vita pulcrę & honestæ inueniendis, explorandisque, mentem ipsam tanquam ducem adhibere conuenit, præcipuè verò in cognoscendis Pythagoricis placitis, quæ nisi animum intenderis & tanquam lumen aliquod adhibeas, nequaquam intelligi possunt.

ADAGIORVM IOHANNIS VLPII FRANEKERENSIS FRISII EPITOME.

De scammate ingredi. 1

DE scammate egredi apud D. Hieronymum legitur, pro eo quod est de proposito digredi. σκάμμα locus certaminis est, in quo congrediuntur Athletæ, fossa plerunq; aut saltem linea cinctus.

Hercules in Lydia. 2

Dicitur in eum qui cultu indecoro & sibi neutiquam accommodato vtitur. Vlpianus.

Testudo volat. 3

De re absurda aut impossibili dicitur. Claudianus lib. 1. aduersus Eutropium (qui cùm eunuchus esset: tamen Romæ factus fuit consul, multas huiusmodi ἀδυνάτων species adfert,

Iam testudo volat, profert iam cornua vultur,

Prona

Prona petunt retro fluuij vada, Gadibus ortum
Armata dixere diem, iam frugibus aptum
Aequor, & assuetum sylua Delphina videbo.

Ornamentum in luto, dignitas in indigno. 4

Vt minimè conuenit ornamentum aliquod in luto iacere, ita parum dignitas homini insulso & indocto, qui honorem & titulum suum defendere non potest. Saluianus.

Pica Sirenem imitans. 5

Simile est illi, Sus Mineruam docet de iniqua dicitur comparatione & absurda imitatione. Stultè enim pica Sirenas imitatur, garrula potius & obstrepera quàm canora. Galenus.

Myrtea citius poma ferent. 6

Si quis idem sperat: laturas poma Myricas
Speret, & è medio flumine mella petat.

Prouerbialia hæc ἀδύνατα apud Ouidium leguntur.

Eburneis rastris solum vertere.

Ligonibus aureis terram fodere. 7

Pro re insigni & præclara abuti: vt si quis eruditione pollens, ea in rebus vanis, inutilibus & famosis abuteretur. Prudent. in Symmachum.

Ars amat fortunam, fortuna artem. 8

Τέχνη τύχην ἔστερξε, καὶ τύχη τέχνην. Aristoteles eo vsus est indicare volens, summam esse affinitatem inter artem & fortunam, & alteram ab altera adiuuari.

Quorsum opus amicis, si modo faueat Deus. 9

Ὅταν δ' ὁ δαίμων δῷ, τί δεῖ φίλων; Hùc senariũ tanquam vulgò celebrem citat Aristoteles, vbi agit de homine beato, anne ille etiam egeat amicis. Qui putãt eum omnia in se sufficienter habere, nec ideo vllis opus habere amicis, hunc senarium adferunt. Contrariũ tamen Aristoteles concludit: Veri enim amici est dare potiùs beneficium quàm accipere, virtutisque propriũ est benefacere, & pulchrius amicis benefacere quàm alienis: opus ergo amicis.

Amicus cum vitiis ferendus. 10

Conuenit cum eo, quod est apud Eraſm. Mores amici noueris non oderis: non enim, inquit Chrysostomus, fratres tantum sumus, sed & membra & corpus vnum. Vide Satyr. 3. Horatij. 1. Sermon.

Amère frustra, odio ne sis frustra. 11

Innuit, apud omnes homines quærendam esse gratiam, & amicitiam, quoúsque sine nostro fieri possit damno sed nullum temerè suscipiendum esse odium, si non aliqua inde ad nos profectura sit vtilitas. Chrysostomus hoc dictum minimè in Christianis probat, qui liberè alter alterum admonere debẽt, neque odij causã tacere. Vult autem tum memores eius dicti nos esse, quando lingua nostra videtur prouolatura in conuicia & maledicta.

Amicus Plato, magis amica veritas. 12

φίλος Πλάτων, ἀλλὰ μᾶλλον φίλη ἀλήθεια. Istud seu prouerbium, seu apophtheg ma, innuit nullum hominem tã carum nobis esse debere, vt in illius gratiam veritas vllo supprimatur modo. Galenus.

Caritate septum esse oportet. 13

A nequitia, rapina, & sceleribus virum bonum abesse oportet: caritate autem (vt inquit Saluianus) & benenolentia, non armis septum esse.

Vter. 14

Prouerbialiter homo fastuosus & superbus à Græcis μάγειρος vel ἀσκὸς vocatur, quod scilicet in modum vtris inflatus tumeat. Aristophanes,

Μὴ μοι ἀθηναίους αἴνει, μισεῖ δ' ἔστιν.
Ne mihi Athenienses laudato, vtres sunt.

Nesce seipsum. 15

Contrarium est Delphico oraculo: Nosce teipsum. Competit in superbos arrogantes & homines inflatos. Notatur etiam Philautia, quod vitium, homines vel talpa cæciores in propriis erroribus reddit. Chrysostomus.

Asinus de Æsopi puteo. 16

Asinus de Æsopi puteo modo venis, & iam exclamas, In eum vsurpari potest, qui recens in aliquem locum venit, & ibi mira inter ignaros iactat. Tertullianus.

Plus verrere quam ferere. 17

In auaros dicitur, qui nulla se exhibuari possũt. Plinius.

Vicinum semper inuenies. 18

Vtcunque exturbet quis possessionibus suis vicinos & proximos, nonquam tamen solus supra terram habitare poterit: quamlibet enim cuncta peruadat, vicinũ tamen semper inueniet. Dici potest in auaros, qui omnia sibi subiicere conantur, vicinorum domos & agros. Saluianus.

Mappam mittere. 19

Mittere mappam, est certaminis incipiendi signum dare, in qua sententia Suetonius in Nerone vsus est. vide sup. Iunij, quasi mappa missi.

Proletarius scriptor. 20

Qui in plebe Romana tenuissimi pauperrimique erant, neque amplius quàm M.D æris in censum d. ferebant, proletarij ciues appellabantur. Trahitur & hoc vocabulum latiùs vt dicatur proletarius scriptor, proletarius homo, pro homine infimi subsellij, & autore parum eruditionis, & infimæ classis. A. Gellius.

Minuunt præsentia famam. 21

Quod abiens terrori est, præsens sæpe contemnitur. Claudianus: *Plus nomine horror,*
Quam tuus ensis agit, minuunt præsentia famam.
Quod præsens est ferè contemnimus, absentia verò & peregrina admiramur, & magno studio æmulamur.

Balneum ingressus depone odium. 22

Εἰς βαλανεῖον εἰσελθὼν, μὴ ζωστῆρας ἔχων συμβαίνῃ τινὶ εἰς πὺξ μάχεσθαι, id est, ingressus balneum, ne cestus odio cum eo, qui pedem habet tecum in eadem pelui. Sententia ad multa applicari potest: nempe in communibus locis, templis, theatris, balneis, conuiuiis, manibus nullum exercendum esse odium. Iul. Pollux.

Acum & filum sumens, rupturam consue. 23

Ῥαφίδα καὶ λίνον λαβὼν, τὴν ῥῆξιν συρραπτε. Acum & filum sumens, rupturam consue. Dici poterit, vbi quem volumus adhortari, vt studeat paci, & argumenta colligat, modósque excogitet, quibus inter offensos animos concordiam resarciat. Idem.

Talis quisque est, quales quibus cum familiaris. 24

Τοιοῦτός ἐστι, οἷσπερ ἥδεται ξυνών. Senarius est Euripidis, quo indicatur familiarium vitam & mores, in eum quoque transire, qui eorum consuetudine fruitur. Vnde etiam dicitur: cum bonis bonus eris, cum peruersis peruerteris. Eodem relabitur Eraſmic. Botrus oppositus botro matureſcit.

Aliud homini, aliud humanitati satis. 25

Digna hæc sententia Varronis est, quæ prouerbiis annumeretur, qua pulsat eos qui cõsuetudinem potius sequuntur in loquendo, quàm certas rationes. Humanitatem autem hîc ponit pro curiositate, ac ũ diceret: Natura quidem paucis contenta, sed quod hunc sufficit, non satis est curiositati.

Insuere in saccum vel culeum. 26

Insuere in saccum vel culeum, vulgò dicimus pro circumuenire aliquem vel ludere.

Pulchra apud pueros simia. 27

Pulchra (inquit Galenus) semper apud pueros est simia, nos admonens illusionem esse ridiculam puerorum hoc animal illudentium. Poterit autem istud prouerbium quoque ad locum, secus iudicandi, commodè transferri.

Quasi locum in balneis occupare. 28

In publicis locis primum occupans, solet plus iuris habere. Vnde & iureconsultus: Qui prior tempore, potior iure. Ad hunc morem alluſit Tertullianus vbi dicit: Sed quia prior eis venit, & prior virtutum documenta signauit: idcirco quasi locum in balneis, ita fidem occupauit, posteris quibusque præripuit.

Primus secundus tertius.

Primus medius nouissimus. 29

Prouerbia Græcorum sunt in eos, quos laudibus efferunt. Sic Isocrates laudat Alcibiadem: Τοιοῦτός ἐστι πανταχοῦ, ὥστε ἐν πρώτοις, ἐν δευτέροις, ἐν τρίτοις γιγνόμενος. Theocritus quoque Idyllio xvij Ptolemæum laudans, dicit eum virorum primum, medium & nouissimum,

Ἀνδρῶν δ' ἀὖ στολμοὶ καὶ ἀρότους λαγόβα, ἠδὲ πόματα, ἠδὲ μέθυ, ὁ γὰρ φερτάτη ἀνδράσι. Virgilius:

Nullis pietate secundus, sed est, primus in pietate.

Spicilegium relinquere. 30

In varias trahi potest sententias. Qui opus aliquod insigne edidere, tale tamen, cui aliquid adiici possit, spicilegium reliquerunt, vt Erasmus messuri adagierũ messem, Vlpio & posteris spicilegium tantum reliquit. Dicitur etiam alicubi ab Erasmo in auaros Ecclesiarum pastores, qui vices quidem suas aliis delegant, sed ipsi percipiunt fructus, vicariis nihil aliud relinquentes quàm spicilegium demessa omni segete. Huc facit Antigoni Apophtegma qui cum suis pecuniam imperasset, & quidam diceret, non talis erat Alexander, ἐκεῖνος (inquit) ἐθέριζε τὴν ἀσίαν, ἐγὼ δὲ τἀλαμῶμαι, hoc est, Ille demessuit Asiam, ego spicas lego.

Terram & aquam poscere. 31

Γῆν καὶ ὕδωρ αἰτεῖν, hoc est, Terram & aquam poscere, & γῆν καὶ ὕδωρ διδόναι, id est, Terram & aquam dare, Græci dicunt pro bellum alicui inferre, & bellum cum aliquo suscipere. Æschines:

Non hodie aut heri institutum. 32

De more aliquo veteri, qui omnibus notus esse debet, vel de lege ex antiquo instituto. Sophocles.

Ad Sirenum scopulos consenescere. 33

Pro, in re aliqua ad tenium vsque demorari, aut miram quandam in ea percipere voluptatem, non secus ac si Sirenes ipsas canentes audiamus. A. Gellius. & Iuny adag. 5. cent. 4. *Apud Sirenas, aut Lotophagos hærere.*

Adamante notare. 34

De his quæ in perpetuam memoriam seruantur. Claudian.

Iret adhuc in verba dolor, nisi Iupiter alto
Cepisset foliorvoces adamante notabat Lene Iouis.

Verba finguntur adamante notari, tanquam Deus nihil loquatur nisi ferrum dignúmque quod in perpetuam memoriam conseruetur. Apud Hieremi. 17. legitur: Peccatum Iuda scriptum est stylo ferreo in vngue adamantino.

Sparsis redemerunt crimina nummis. 35

Multos pecuniæ perdiderunt, ansámque ad omne scelerum genus dederunt: deinde omnium malorum seminarium & radix, auri est & argenti fames: quod qui sagaciori animo perpendunt reiectis & contemptis pecuniis in huiusmodi vitia non incidunt, & sparsis nummis crimina redemisse dicuntur. Saluianus. Simile quiddam apud Plutarchum de vitanda vsura de Philoxeno legitur, qui cùm opulentissimam domum hæreditate nactus esset, & delicias ac voluptates indigenarum considerasset, Μὰ τοὺς θεούς, εἶπεν, ἐμὰ ταῦτα τἀγαθὰ οὐκ ἀπολεῖ, ἀλλ' ἐγὼ ταῦτα, hoc est, per deos, inquit, bona hæc me non perdent, sed ego illa.

Nummum quærit pestilentia, duos illi da & ducat sese. 36

Admonemur hoc prouerbio, vt lites & fora iudicialia quàm possumus maximè fugiamus, & potius pestilentiæ, id est, pestilenti & pernicioso homini poscẽti nummum, duos demus, quàm propter vnum litem cum eo contestemur, perdituri aliter in primis tempus, dein animi tranquillitatem, innocentiam & amicitiam. Augustinus.

Sapientia in exitu canitur. 37

Indicat finem vitæ spectandum esse: laudari enim penitus anteactæ vitæ prudentia non potest, nisi bono fine claudatur, cui affine est illud Solonis: Finem vitæ specta. figuratius tamen dicitur sapientiam in exitu capi. Saluianus.

Multum nauigauit aqua. 38

Πολλὰ πλεπλωκώς. De eo, qui multas regiones peragrauit. & πολυφορτωμένος de eo, qui multarum rerum experientiam habet. Aristophanes.

Familiaris dominus fatuum nutrit seruum. 39

Qui timeri, obseruari, coli vult à seruis ius, rariùs cũ iis loquatur, rariùs congrediatur, nulla iudicra cum iis exerceat: nimia etenim familiaritas contemptum parit, &, vt Plinius secundus inquit, Mitium dominorum apud seruos ipsa consuetudine metus exolescit. Bernardus.

Vbi uber, ibi tuber. 40

Indicat opulentiæ comitem esse tatum & superbiã. Apuleius. Terentius in Hecyra: Quia paululum vobis accessit pecuniæ, sublati animi adiunt. vide suprà, in collectan. ex Godofredo idem prouerb.

Conclamare uasa. 41

Est signum monendi dare. Militare olim institutum erat, vt cornicis signum darent, quoties essent mouenda castrà: id Cæsar vocat conclamare vasa: nam tum quisque cogebatur colligere vasa sua, itineique se apparare.

Pro aris & focis. 42

Crebrò apud Romanos scriptores reperitur, pro aris & focis, quod idem ac sacra & prophana defendere. Originem habent ex sacramento militari: inter cætera enim milites etiam iurabant se pro aris focis pugnaturos. A. Gellius.

Gradum figere. 43

Sumuntur ab Athletis crebræ metaphoræ, vt gradũ figere: conferre gradum: de gradu cedere: in gradum redire: de gradu pellere: de gradu primo præludere: eodem gradu occurrere. Gradum figere, est concepta semel sententiam actire: defendere, & in ea perstitere, vel, vt Cicero ait, argumentum suum premere. quater eo ita Tertul. vsus est, vt notauit Iunius, quem vide prou. 36. Centu. 3. Gradum conferre, quod Cicero & Quintilianus dicunt pedem conferre, est initium disputationis facere & cominus aggredi. De gradu recedere, à sententia recedere. In gradum redire, ad sententiam & propositum reuerti. Eodem gradu occurrere, pro, eodem telo & argumento obuiam ire.

Vinculis Hippocratis alligare. 44

Quæ argumentis fortissimis roborata sunt, vel scripturarum testimoniis, Hippocraticis vinculis alligata dicuntur. Hieronymus.

Vt sportum furunculus captare. 45

Cùm quis per fraudem quod sibi non debetur, amplectitur, & alienum ad se trahit, vt sportulam furunculus captare dicitur. Tertull. Natum est ab amiculis & clientibus Romanorum potentiorum, à quibus manè salutabantur, & per vrbem incedebant stipati, quibus vicissim sub vesperam dabãt honorarium aliquod munusculum, sportulam videlicet. Inter hos autem clientes & amiculos, cùm iam dandum esset munus, alij cã se immiscebant, vel ab ablentibus fere submissos mentiebantur, quos furunculos vocabant.

Totam spirare Arabiam. 46

Τὴν ὅλην ἀραβίαν πνεῖν, id est, Totam Arabiam spirare, est, vnguenta pretiosa vt olim in vsu veterum fuit, aut vt nunc, moschum olere. Arabia ponitur pro odoribus & vnguentis, continens pro contento. Lucretius.

Calathum Sycaminorum in malis habere. 47

Aristoteles, οὐθὲν αὐτὴ τῇ συκαμίνου κελάθῳ, id est, Videris est ipse Sycaminorum calathus, in eum dicitur, qui faciem & mala hypopio aut cerussa fucarit, quem ὑποπεπαμένον Græci vocant.

Personam non faciem gerit. 48

Οὐ πρόσωπον ἀλλὰ προσωπεῖον φέρει, poterit in homines perfrictæ frontis quos nihil pudet, & maximè in mulieres meretrices quæ faciem hypopio & cerussa fucant. Iul. Pollux. vide Cælij Rhodig. adag. Prosopion habet, non prosopon.

Tabernariam exercet fronte. 49

Καπηλικὸν ἔχει πρόσωπον. Superiori simile est, & in eosdem dicitur. Pollux.

Formosus sine pulchritudine. 50

Ὡραῖος ἄνευ κάλλους. Non dissimile superioribus, in eos dicitur, qui pigmentis exoticam formam adiumerunt. Aristoteles.

Omni func remisso. 51

Παντὶ κάλῳ ἵεσθαι, id est, Omni rudente remisso. Cõtrarium est eius quod habet: Παντὶ κάλῳ σπεύδειν, hoc est, Omnem mouere rudentem: hoc autem significatur summa diligentia, illo verò summa omnuque negligentia & ignauia. Pollux.

Sine persona lasciuire. 52

Demosthenes: Ἐν ταῖς πομπαῖς οὐδὲν τὸ πρόσωπον κωμάζει, In pompis sine persona aut larua lasciuire. Dicitur in eos qui nihil non palàm & apertè facere audent.

audent,quibus impudentia ipſa loco ὀφθαλμῶν, id eſt, perſonæ,aut larvæ eſt.

Per eandem lineam ferram reciprocare. 53

In vanum laborare dicitur, auctore B. Rhenano Ioanni autem Vlpio competere videtur in eum qui ſemper idem argumentum tractat & eandem cantilenam canit.Sumptum à fectoribus lignorum,qui partes trabium ſecandas prius ſolent lineis diſtinguere:qui ſi ſemper hæreant in eadem linea,raro quicquam abſolvent.*Tertul.vide ſup.Iuny adag.Per lineam eandem ferram reciprocare.*

Ad ſcamma producere. 54

Hoc eſt,In certamen prouocare. Ab Athletis ſumptum eſt, cuiuſmodi multa in libro ad martyres apud Tertullianum ſunt,πυκμμα quid ſit vide in adagio, De ſcammate egredi.

Ferrum virum attrahit. 55

Ἐλκει γὰρ ἀνδρα σίδηρος. In omni re & ad omnem rem multum valent oculi. Sic viſa ſolum fœmina ad amorem accendit,viſi inimici mouent dolorem,ferrum viſum trahit ad bellum. Tertullianus Græco dixit hemiſtichio,quod alicubi apud Homerum legitur,

Ἐλκει δὲ τε ἄνδρα σίδηρος.*i.ferrum verò virum trahit.*

Eloquentia male ſine moribus diſcitur. 56

Antiqui morum probitatem ſemper antepoſuerunt facundiæ.Orator inquit Cato,vir bonus dicendi peritus. Lege Ciceronis præfationem lib. de Inuentione primi.

Vinaria ſine vino expediri non poſſunt. 57

Varro in libri de lingua Latina præfatione, Multa, inquit,ſocietas verborum, nec vinaria ſine vino expediri,nec curia calabra ſine calatione poteſt aperiri:quibus dictis prouerbialibus ſeſe excuſat, ſi in libris ſuis quædam adferat,quæ abſurdiora videantur. Non enim poteſt fieri vt ille, qui nominum origines conatur explicare, non interdum dicat, quod ab omnibus non probetur.

Volſellis pugnare cum gladio. 58

Qui fragilia argumenta ad rem quampiã probandã adferunt,dicuntur volſellis cum gladio pugnare. *Idem vide ſup.4.Iuny proverb.centur.3.Volſellis pugnare non gladijs, & ſup.Braſſicani prou.98.*

Bene conſulit,ſed malefacit. 59

Senarium prouerbialem ex Anaxandrida Ariſtotel. citat: ὁ πόλις εὖβουλος, ἧττον ἀνὴρ μάλα, hoc eſt, Vrbs conſulit,cui nulla legum cura eſt. Dicitur in omnes qui recta quidem conſulere norunt, recta autem facere nolunt. Non abſimile huic quod habet Cicero in Catone:Athenienſes ſciunt,quæ recta ſunt, ſed facere nolunt.

Soracus malorum. 60

Κακῶν σώρακες, id eſt, Malorum corbis, dicitur eadẽ prouerbiali forma qua, ἀγαθῶν ὁ κακῶν ἄμαξα, id eſt, Bonorum vel malorum plaußra pro ingentibus & malis copioſis. Ariſtophanes: κακῶν ποιεῖτον σώρακ' μοι τὸν σώρακα, id eſt, brevibus malorum ipſum mihi corbem refer.

Tanquam ſuper ſpinas incedere. 61

Ὡσεὶ ἐπὶ ἀκανθῶν βεβηκότες, id eſt, Tanquã ſuper ſpinas incedentes,dicuntur à Luciano equites, qui obtortis cruribus & contractis equitant.

Ex cubitis cenare. 62

Ἐπὶ ἀγκώνων δειπνεῖν. Dicitur in delicatos & aulicos qui quiduis ſibi permiſſum putant & decens.

Γραμματικός. 63

Significat Grammaticulum, vel Rhetorculum, vel potius rabulam forenſem, qui lucras ob nihil aliud quàm ventris cauſſa & ad quæſtum ſcire videntur.

Oreſtis ſomnium narrare. 64

Is dicitur,qui abſurda loquitur. Sic Galenus Theſſalo inſultat:Quieſce dum miſerrimè in ſtratis tuis:namque haud vides quæ ea putas noſſe probè. Oreſtis mihi ſomnium narras Theſſale.

Κριμνῆσι. 65

Vide ſup.Iunij prouerb. Verueccl. Licebit & in impudentes interpretari, quod ſcilicet more arietis tanquam cornibus quemlibet impetant, qui mos ferè indoctorum eſt,κριὸς enim idem quod aries.Galenus.

Pituitam à naribus allio & cepe detergere. 66

Vſurpatur à Galeno aduerſus ſtupidos, demonſtratiuæ methodi & dialecticæ imperitos,nec non deprehenſos & argumentis convictos.Affimile eſt illi quod ab Eraſmo traditum eſt,Naribus trahere.

Ne Mercurius ipſe quidem cum Muſis ſanaris. 67

Et hoc à Galeno in ſtupidos dictum legitur, & omnium rerum ignaros.

Sua fronte. 68

Sua fronte proponi dicitur, quòd liberè & apertè, non autem coactè aut occultè.Tertullian.

Romana libertas,Latina libertas. 69

Summæ libertatis olim erat populus Romanus, vt qui nulli ſubeſſent regi,principi,aut Imperatori à ipſi verò infinitis nationibus,regnis & regibus imperaret. Nonnihil tamen inter Romanam & Latinam libertatem intereſt: plus enim Romana, iuris minus Latina habet.Saluianus.

Quicquid licet,minus deſideratur. 70

Quicquid,inquit D.Hieronymus licet, minus deſideratur.ergo è contrario, quod non licet, fomentum accipit deſiderij.Ouidius:

Quod licet ingratum eſt:quod non licet,acrius vrit.

Et alibi:*Nitimur in vetitum ſemper,cupimuſque negata.*

Omnium rerum, inquit Plinius, cupido langueſcit, cum facilis occaſio eſt.

Literarum radices amaræ fructus dulces. 71

Indicat aditum ad literas eſſe difficilem, multiſque laboribus & vigilijs conſtare,ipſarum verò poſſeſſionem iucundam & dulcem.Hieronymus. Idem expreſſit Horat.in arte Poetica,

Qui cupit optatam curſu contingere metam,
Multa tulit fecitque puer,ſudauit & alſit.

Introite,nam & hic dij ſunt. 72

Laudabile Heracliti dictum:Introite,nam & hîc dij ſunt: admonet vt libros quàm familiariſſimos nobis reddamus,ſtudiaque colamus,ex quibus omnia arcana myſteriã licebit haurire, & non deos tantùm videre, ſed etiam cum iis familiariſſimè colloqui dabitur. Aulus Gellius.

In communi piſce non inſunt ſpinæ. 73

Ἐν ξυνῷ ἰχθὺι ἄκανθαι οὐκ ἔνεισιν. Videtur competere in heluones & gulæ nepotes,qui fraudatis alijs appoſita,quique priuſquam ſortiti ſunt,communia deuorant, abiumunt.Plutarchus.

Ἐν μετρίῳ. 74

Græci ſine connexione pro eo, quod eſt mediocriter,perinde atque ſi Latinè dicas,bene malè, quo licebit quoque vti, indicare volentibus nobis vitam humanam,partim ex proſperis & lætis,partim ex triſtibus & aduerſis conſtare.Euripides.

Beta ſapientum. 75

Τῶν σοφῶν βῆτα. In eum competit,qui in aliqua re, nec primus nec infimus eſt. In Eratoſthenem dictum fuiſſe auctor eſt Strabo, vt qui non primas ſed ſecundas inter doctos teneret.Theocrit.

Omnis virtus eſt mediocritas. 76

Vetus Academia dixit virtutes omnes,quadam mediocritate eſſe moderatas.Cicero.

Vt Aedituus reſponſa numinis prædicat. 77

Prouerbium in eum competit qui aliquid abſens & memoriter dicit.Ædiui enim vt à numine oracula accipiebant, ſic ore conſulentibus, referebant, non ex ſcripto.Macrob.

Qua in re clarus quiſque eſt,ad eam properat. 78

Ἐν ᾧ βέλτιστος ἕκαστος ἦν, τούτῳ ταῦτα διαφέρει. In quoquiſque ſibi excellentiſſimus videtur,in eo verſatur.Ariſto.Sic Ouid.

Scilicet eſt cupidus ſtudiorum quiſque ſuorum,
Tempus & aſſueta ponere in arte ſuum.

Quot ilicis folia. Quot fluctus inſulæ. 79

Hyperbolæ prouerbiales, quæ de immenſo numero,vel magna multitudine dicuntur. Plutarchus:

Ὅσα ἔλαφ κατ' ἀλσῶν, ἢ ἄμμος σπόλαι. id eſt,

Quot quercus ſolus,quot fluctibus inſulæ abundat.

Leguntur etiam & tales hyperbolæ apud Homerum:

Οὐδ' ἂν μοι τόσα δοίη, ὅσα ψαμάθοις πολύκονις, id est,
Non si tanta dare: quot arenis littus abundat.

Ouidianæ hyperbolæ de immenso numero hæ sunt:

Gargara quot segetes, quot habet Methymna racemos,
Æquore quot pisces, frondes tegantur aues,
Quot calyx ficlas, tot habet tua Roma puellas.

Et alio loco.

Quot lepores in Atho, quot apes pascuntur in Hybla:
Cerula quot baccas Palladis arbor habet,
Littore quot conchæ: tot sunt in amore dolores.

Aristoteles huiusmodi hyperbolas pueriles vocat, quòd scilicet pueros & homines iracundos deceant, non graues viros.

Deorum dona sæpe non dona. 80

Citantur ab Aristotele hi senarij:

Πολλοῖς ὁ δαίμων ἐκ κακῶν ἐπαυσε φέρων·
Μεγάλα δίδωσιν δυστυχήμασιν, ἵνα
Τὰς συμφορὰς λάβωσιν ὀπτφανισίους. id est,
Multos Deus non benevolenti pectore
Ad summa rerum protrahit fastigia,
Vt inde grauius posca miseri cadant.

Indicant, summæ felicitatis plerunque comitem esse insignem calamitatem, nec temerè esse, si quando homines nimia rerum omnium prosperitate vtantur. Bene Claudianus,

Tolluntur in altum
Vt lapsu grauiore ruant.

Ἀμπλυρίδιον, φορτιοφορικόν 81

Est putare, vel in modum storeæ aut sportæ consuere. inde, qui in angustias aliquas pelluntur, & in nassam quandam inducuntur, prouerbialiter dicuntur. φορτιοφορικόν. Æschines.

Determinate fossam. 82

Hoc est, Concludere aliquem intra circulum, vel certum aliquod spatium, extra quod egredi nō debeat: Sic vsus Tertullianus: Hanc tibi fossam determinauit ipse qui te non vult aliud credere, quàm quod instituit, ideoque nec quærere.

Oculis clausis agere vel perstringere. 83

Dicuntur qui indistinctè & nullo iudicio agunt, & minimè cernentes quid facere oporteat. Augustinus: Quæ tandem vis, nisi cæcitas & vanitas animi cogit hominem clausis (vt dicitur) oculis tanquam in alterum iacere? quod cùm in eum iecerit, continuò sedeat.

Cera & ære nobilis. 84

Cera & ære nobilis dicitur cuius nomen & scriptis & statuis celebratum est. Romani maiorum egregia facta & literis mādabant, & in foro statuis honorabāt. In cereis autem tabellis olim scribere solebant, & ex ære statuas formare.

Hippodromica bona. 85

Ita vocat Chrysostomus, bona huius mundi, quę more celeris equi citò discurrunt, & transuolant.

Sub tunica & sinu. 86

Quod occultè, non palam fit, id hodie prouerbialiter dicitur sub pallio. Tertullianus paulò elegantius exprimit. Sub tunica & sinu. vide sup. Iunij adag. x. Centu. 3.

Sub pallio condere. 87

Præcedenti adsimile, de eo quod clàm & occultè asseruatur, non autem palam ostenditur Galenus.

Ἐξωπεινόν. 88

Id est: Malum foras, eadem forma dicitur qua, ἔξω βίλιμον, id est, Foras famem. Tertull. Vti licebit quoties deprecari malum aliquod aut infortunium volumus, vt etiam exclamare solemus: dij meliora. Sic enim Græcorum θεῖον circumloqui Cicero solet.

Felix & faustum sit lumen. 89

Varro auctor est, Græcos cùm lumen infertur, dicere solitos φῶς ἀγαθὸν, id est, faustum sit lumen.

Elige vitam optimam. 90

Ἕλου βίον τὸν ἄριστον, ἡδυν̀ δὲ ἕξει ἡ συνήθεια τοῦτον, id est, Elige vitam optimam, hanc enim iucundam reddet consuetudo. Pythagoræ sententia ad virtutem commomentis. Plutarchus.

Cum aquila esse queas, inter graculos primas ne opta. 91

Conuenit cum superiori Pythagoræ dicto. Optima autem semper sectanda sunt, circa quæ deficere laudabilius est, quàm in vilioribus superare. Nazianzen.

Lydia arena. 92

Λύδιον ψῆγμα, id est, Lydium psegma, de re pretiosa, & auri plena dicitur. Basilius in homelia ad nepotes. est ψῆγμα arena, ex qua aurum expurgatur, quæ apud Lydos copiosa est. Statius: Viue Midæ gazis & Lydo ditior auro.

Pithiæ Mysi talenta. 93

De thesauro maximo & diuitiis amplissimis.

Hortus altera succidia. 94

Succidium dicitur lardum suillum, ponitur hìc pro carnario, cuius vicem hortus implet: nam vt Plinius inquit, expedita res & parata semper, neque egent igni qui hortos habent. Crudis enim cibis facilè vescuntur & cocto facilibus. Seneca.

Ad solarium versari. 95

Dicitur in assentatores & parasitos, & amicos illos ollares, qui curiosè solent vmbram solarij obseruare & tempus cœnæ inde discere. Cicero.

Suaue me suffocet. 96

Parasitorum & gnatonum prouerbium est. de his qui gulæ, luxui & deliciis dediti sunt, commodè dici poterit, suaue eos suffocare. Chrysostomus.

Da mihi hodiernum, tu sume crastinum. 97

Hoc est, fruar ego hac vita, tu futura. Dictum, quod in ore habere solebant homines voluptatibus addicti. Chrysostomus.

Sal patria pluris faciendus est, quàm hospitis mensa. 98

Dictum Æschinis, quo significatur, plus deberi patriæ, & ciuitati, quàm amicis aut vili necessitati.

Centum viri vnum pauperem spoliare non possunt. 99

Paupertas omni caret metu, intrepidè vbique versatur, nullos metuens fures, nullos latrones. vnde Iuuenalis.

Cantabit vacuus coram latrone viator.

Maximâ paupertas propugnatione defenditur, quam nullus rex, nullus imperator vincere potest. Chrysostomus.

Qui honorat, seipsum honorat. 100

Vulgò dicitur honorem non esse apud honoratum, sed apud honorantem. Aristoteles.

Expumicare. 101

Pro, expurgare & expolire in vsu fuit. Vsus enim pumicis est in chartis læuigandis & sordibus detrahēdis. Tertul. Similia ferè sunt: exasciare, edolare, interpolare, colophonem imponere, ad vmbilicum ducere.

Studium generis studium, ignauia ignauiam. 102

Vbi semel bonum opus cœptum est, resumendum est, donec habitum consequamur quem vbi semel consequuti fuerimus, non erit quod ipsum deserere poterimus, cuiusque enim rei dulcedo cui assueti sumus trahit. Chrysost.

Ne hoc quidem male. 103

Οὐδ' ἐπὶ τῶν κακῶν, id est, Ne sic quidem malè, Quòd licet vti vbi res licet præter spem aut institutum, nō infeliciter tamen ceciderit. Plutarchus commentario περὶ διδυμίας. Originem habet à priuigno, qui cum aberrans à cane quem lapide petebat, percussisset nouercam, ἐδ' ἐπὶ τῶν κακῶν, dixit,

Ratio sapientis pro necessitate. 104

Prouerbialis sententia qua docetur, sapientem nihil metu adactum aut necessitate, sed consilio omnia facere. Plinius Iun.

Quod dubites, ne feceris. 105

Bene (inquit Cicero) præcipiunt qui vetant quicquā agere, quod dubites æquum ne sit an iniquum, æquitas enim lucet per se, dubitatio autem cogitationem significat iniuriæ.

Nihil desperandum & nulli rei fidendum. 106

Nemo deperet quod non habet, nemo confidat iis quæ habet.

Seneca in Thyeste:

Nemo confidat nimium secundis:
Nemo desperet meliora lapsis.

Bonum seruat castellum, qui custodierit corpus suum. 107

Conuenit cum eo quod dicit Sapiens: Omni custodia custodi cor tuũ, quia ex ipso vita procedit. Bernardus.

Indigentia mater sanitatis. 108

A medicis sumptum, qui parsimoniam & ciborum parcitatem commendant. Chrysosto. ad animam trahit, qui non corpora ieiunio solùm roborari, sed & animam à vitiis expurgari docet.

Domi militiaque. 109

Prò quo Græci dicunt ὁ εἰρήνη καὶ πολέμῳ, id est, In pace & bello, de eo dicitur qui & semper & nusquam non vtilem seipsum præbet. Æschines.

Eodem iugo vrgeri. 110

Pro eadem necessitate dicitur, sumpta metaphora à iumentis iugalibus. Tertulli potest etiam dici tanquam in eodem periculo versari, vt in eodem luto hærere, in eadem naui esse.

Mulum de asino pingere. 111

Dici potest quando exemplar & res effictà nõ multùm inter se distant: vel quãdo ineptiæ ineptiis repræsentantur, vel mendacia mendaciis astruuntur. Magna similitudo inter asinum & mulum est. Tertullianus.

Repente tanquam procella. 112

Hoc vtimur, cùm significare volumus, aliquid subitò euenisse. εἶτ' ἐξαίφνης τοῦ ῥήτορος ἐξαφανισθέντος τῆς ἐκκλησίας, ὥσπερ χειμὼν γέγονεν, id est, Deinde subito rhetor illo tempore ex tranquillitate, ceu procella venti apparuit. Demosthen.

Vltra pedem. 113

Ὑπὲρ τὸν πόδα, Vltra pedem, id est, Vltra vulgarem modum & viuendi consuetudinem. De sumptuosis dicitur.

Sufflaminare. 114

Vsus est Hieronym. pro cohibere, compescere & retardare: nam sufflamen retinaculum est quo vna rotarum religatur, ne currus in præceps ruat, si quando via est promor. Vnde Iuuenalis:

Ipse rotam stringit multo sufflamine consul.

Tempore pacis cogitandum de bello. 115

Ἐν εἰρήνῃ μελετῶν τὸν πόλεμον. Admonet prouerbium in tempore de necessariis prospiciendum esse. Lucianus.

Panis prior prora. 116

Πρότερον ἦν τὸ πρῶρα τὸ φαγεῖν, Id est, cõfectio panis prior est ipsa prora. Vt licebit tum quum persuadere volumus, vt id quod maximè necessarium est, anteponatur ei quod minus: tum vt ordine res quæpiam agatur. In hunc sensum tanquam adagio vsus est eo Demades rhetor, quum Athenienses iuberẽt triremes è naualibus producere, eáque milite complere, deficientibus interim pecuniis bellorum neruis. Lepos dicti in hoc situs est, quod licet prora anterior & prior pars nauis sit, tamen aliud prius est expediendum in bello naual, vt scilicet de victu & commeatu prospiciatur. Plutarch.

Mithrij pœnas sustinere. 117

Mithrij pœnas sustinere, pro grauissimas pœnas sufferre dicitur. Nazianzenus.

Pharus. 118

Eleganter vsurpatur hæc dictio Pharus à Tertulliano, eo modo, quo à poetis Ara, arx, portus, anchora, & similia. Fuit Pharus altissima Ægypti turris, quæ nocturnis ignibus naues ad portum dirigebat.

Intra quatuor esse. 119

Ἐντὸς εἶναι τεσσάρων τῶν, Pro eo quod est, intra ianuam esse, in ædibus, vel in tuto, familiaris loquendi modus apud Græcos. Iul. Pollux. Simili schemate etiam dicitur, Intra quadrangulum esse, pro eo, quod intra propriam domum, vel in tuto.

In portu dormire. 120

Ἐν λιμένι καθεύδειν, Hoc est, in tuto & extra omne periculum esse, & tranquillam agere vitam. Chrysostom.

Ager quàm multos habuisti & quàm multos habiturus es dominos. 121

Citatur à Chrysostomo ex his, quæ vulgò dicuntur: quod & ad domos, pecunias, vestes, ornamenta, & terrena omnia rectissimè dici potest: indicat quæ huius seculi sunt relinquenda esse, solam verò virtutem & rectè factorum conscientiam nobiscum ad supercælestem illam vitam commigrare.

Manuarium æs. 122

Manuarium æs, videtur vocare Gellius illud, quod in commune confert is, qui in certaminibus lusibusque factus est inferior.

Briarei manus iniicere. 123

Hoc est, Furaces & violentas. Hinc qui iniustam opulentiam colligunt, & facultatibus prædæ & rapinis partis ditantur, dici possunt Briarei manus iniicere. Briareus gigas fuit, cui centum brachia & manus fuisse dicuntur, læuissimus & immanis pirata. Nazianzen.

Fluuy cursus non detorquendus. 124

Sentit prouerbium, naturæ non debere fieri vim, sed ad quod vnumquoque natum est, eo adhibendum. Idẽ huic vicinum est quod Erasmus habet: Equitandi peritus ne cantet.

Κωμωδοτραγῳδία. 125

Comodotragodia, res dicitur ex lætis simul & tristibus constans. Haud illepidè, sic appellatur vita humana quæ nunc prosperis, nunc aduersis rebus vtitur. Item & matrimonium. Porphyrius.

Pauca malè parta, multa bene comparata perdunt. 126

Multum affinis hæc Chrysostomi sententia Plautinæ est:

Male partum malè disperit.

Ad oculos magis quàm ad vesicam pertinet. 127

De re dicitur, quæ voluptatem magis & oblectationem, quàm lucrum creat. Vesica ponitur pro pecuniarum receptaculo: nam porcinæ & bubulæ vesicæ in eum vsum à veteribus haberi solebant. Varro.

PAROEMIARVM SYLLOGE

GILBERTO COGNATO COLLECTORE ET INTERPRETE, QVAS [illegible]S IN SVAS CHILIADAS NON RETULIT, EXCEPTIS PAUCIS, QUORUM VARIA EST LECTIO & EXPOSITIO.

CENTVRIA PRIMA.

Aliud in titulo, aliud in pyxide. 1

SVNT huius generis homines, qui pietatem in lingua gestãt, intus impij: hoc est, remedũ in titulo habent, venenum in pyxide. Hi enim (mirũ) quanto fulmine vitia plebis exercentur, quanto bostu, quanta iactatione debacchẽtur in errata aliena, & sibi nihil non indulgent: quasi iam suis defuncti partibus sint, si vulgo monstrauerint, quæ illos oporteat facere. Metaphora à pharmacopolarum pyxidibus sumpta, quæ venena habent, cùm titulo remedia ostentent. Bonũ autem opus dici merebitur, si non modo res ipsa, quæ fit, boni operis speciem habeat, verumetiam vim atque odorem, vt eo perfusus Christus dicat, bonum opus hæc operata est in me. Hoc vnguẽtum non è manibus aut vultu, sed ex alabastro mentis promitur: nam pius vultus, ieunia, vigiliæ, sermo religiosus, veluti titulus est pyxidis: pia lyncerásque voluntas vnguentum est, titulus n legunt hominẽs, illis enim non aperitur pyxis: sed Christus vnguento delectatur, titulo non fallitur. Alioqui possunt res bonæ, fieri nõ bonæ. Kalophanta videtur à Plauto appellari in Curcul. qui in speciem appareat bonus, cùm sit malus, quales Graeci χρηστοήθεις vocant. Salustius de bello Catilinæ, de corruptis moribus populi Romani disputans, inquit. Aliud clausum in pectore, aliud in lingua prõptum habere, videtur expressisse Homericum versum. In nono enim libro Iliados Achilles orationi Vlyssis respondens, ostendit se ferre non posse huiusmodi ingenium, quod aliud animo occulit, aliud autem dicit: nec minus hunc hominem odisse, quàm mortem. Erat enim generosi animi iuuenis, ac quod sentiebat, liberè loquebatur. Locus poetæ, verbáque hæc sunt: Ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς Ἀΐδαο πύλῃσιν, ὅς χ' ἕτερον μὲν κεύθῃσιν ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλο δὲ βάζῃ. Idem Salustius cùm Marci Catonis virtutibus explicatis addidit. Esse quàm videri bonus, malebat, manifestũ interpretatus est senarium hunc Æschyli, qui Amphiarai anguris naturam probitatémque laudans, inquit, οὐ γὰρ δοκεῖν ἄριστος ἀλλ' εἶναι θέλει. Seneca in epistola: Plerique Philosophorum tales sunt, vt sint diserti in conuicium suum: quos non aliter inuueri decet, quàm medicos, quorum tituli remedia habent, pixides venena. Decipimur specie recti, inquit Horatius, & alius quispiam,

A verbo faces differt illa tuis.

Dissoluti, discincti. 2

Vulgò dicuntur incompositi & animo dissipato ac vago, quippe quibus nihil pẽsi, sed molles, ignaui sunt. Prouerb. Mollis & dissolutus. Ecclesiast. 2. Væ dissolutis corde. Quintilianus de institutione puerorum: Discunt (inquit) hæc miseri, antequàm sciant vitia esse inde soluti ac fluentes: id est delicijs fracti, & incoerciti. Contrà, is animo compositus dicitur, cui certa quadam ratione honestum vitæ institutum constat vnde nunquã deturbatur. Seruius exponens libro octauo, illud Virgilij carmen:

Distinctos nulciber Afros,

Vel habitum (inquit) eorum ostendit, qui vsque in talos fluebat. Quòd Plautus ridet in Pœnulo dicens, Quæ est illa auis? Cùm Afrum vidisset, vestem dimissam trahentem. Aut discinctos inhabiles militiæ. Persius Satyra 3.

Non pudet ad mortem discincti viuere Neca?

Omnes enim qui militant, cincti sunt, aut certè ineffaces: vt contrà, præcinctos, accinctos, succinctos, strenuos alicuius industriæ & virtutis dicimus. Horatius: Alcius, ac nos præcincti sunt: vnde & Græcè ὀξυζωνος appellitur, non qui bonam zonam habet, sed qui est strenuus. Hæc Seruius. Hinc manasse Syllæ dictum constat, optimates sæpe admonentis, vt malè præcinctum puerum cauerent.

Mollis & effœminatus.

Hiantia sepulchra. 3

De maledicis.

In eos dicitur, qui pestilente sunt lingua, atque oratione fœtida spurcáque, qua inficiuntur animi auditorum, & moriuntur plerunque contagio pestiferi odoris. Sepulchrum enim omne cadauer intus celat. Quòd si clausum est, & picturis & monumentis ornatum religiosè colitur: sin apertum, fugiunt omnes qui sapiunt, ne pestem hauriant: vt de Dominus Iesus in Euangelio Pharisæos sepulchra nominat, non hiantia, sed dealbata, quòd introrsum turpes haberentur, specioſi pelle decora, vt ait Flaccus. Verùm qui iam posito omni pudore, ne dissimulant quidem internam animi labem, sepulchra sunt hiantia vel patentia, de cadauere animæ fœtorem tetrum exhalantes: quæ si viueret, verba Dei viua ab ea manarent in os, nunc mortui diaboli verba eiectat. Quare si quem conspexeris, obscœna, tumida, crudelia, maledica, impia verba promentẽ, ne dubita quin in eius pectore iaceat putre cadauer. Ex abundantia enim cordis os loquitur, sed protinus quàm potes longissimè profugies, ne inficiantis fœtu vicinæ pestis contagio. De his Psal. Sepulchrum patens est guttur eorum.

Optima citissimè pereunt. 4

Homerus Iliados decimooctauo,

Ἠκύμορος δ' ἔσσεαι τὸν ἐπέεσσι, οἵ σε κέλονται. hoc est,

Instant fata tibi, magnate, ista verba profaris.

Verba sunt Thetidis ad Achillem, quibus indicat, se præfagire ex illius dictis, non longè ab eo mortem abesse, cùm nimia auiditate vltroneus ad bellum fatale deproperaret. Abut autem hic versus postea in adagium, adaptatúmque in eos vsus, vbi quem ob nimiam virtutem non diu in vita superstitem futurum auguramur. Optima enim citissimè aboleri compertum est. Ad celeberrimum hunc versum videtur allusisse Horatius libro 2. Satyra 1

Quisquis erit vitæ, scribam, color: ô puer, vt sis
Vitalis, metuo.

In istis versibus vitalis, pro viuax ponitur. Timet enim Trebatius, ne Satyrica libertas Horatio breui exitium conciliet. Vitalis, id est viuax ob Satyricam libertatem. lege Nannium Miscellan. lib. 4.

Κύφων. 5

Qui Athenis primùm radi se passus est, ἀκείρεσθαι cõuicij nomine dictus fuit, teste Chrysippo, ὄνειδος ἦν κείρασθαι. At enimuerò quod mollitiei euidentius indicium quàm

quàm in speciem muliebrem transformari, leuique mento, fœminarum in morem, conspici pudenda nimirum mehercule metamorphosi, qualisque Tiresiam quempiam deceat, aut Heliogabalum, qui Herodiano teste, vultum elegantius componebat, quàm fœmina. Maiores nostri insigne piaculum reputabant, & monstri cuiuspiam modo procurandum, solo habitu mentiri mulierem: quanto magis leuore & glab. itue faciei fœminam exprimere?

Κηφαμαια μαίεσθε. Locusta stipularis. 6

† *Alieni patrimonij deprædator.*

Theocritus bucoliographus in Messoribus, puellam depastricem alieni patrimonij † *κηφαμαίαν* appellat, hoc est, locustam, quæ messem destinatam agricolis intercipere consueuit. In stipulis nascitur, & arrodit aristarum summitates. Ideo *μαίνις κηφαμαία*, id est, locusta aggrestis Siculis dicta, quia cùm plurimæ nascuntur, prænunciant eo anno difficultatem annonæ ac famem. Vates, inquit Milon, tibi de nocte accubabit, in stipulis habitans locusta. Est autem sententia, amica tua, sicut locusta ad inopiam ac famem te rediget, arrodens tuam rem familiarem, quemadmodum locustæ aristas arrodere solent. Ea enim est vastitas ac præsentanea pestis rei familiaris, & via compendiaria ad extremam inopiam, cùm quis in re tenui, vel etiam mediocri, domum ducit mulierem sumptuosam, procacem & nobilem. Terentius in Eunucho, primi actus scena prima, (ad Theocriti locum alludens, vt annotauit Nannius Miscellan. 1.) meretrices calamitates vocat: Sed ipsa egreditur, nostri fundi calamitas:

Nam quod nos capere oportet, hæc intercipit.

Est autem intercipere, cùm quod alteri destinatum est, antequàm ad eum perueniat, ab altero arripitur. Fundus porrò latè accipitur pro patrimonio. Per calamitatem etiam grandinem intelligimus, quod calamum comminuat, contundat, & demoliatur. Græci quoque *καλαμιτῶν πάθος* dicunt, vt Menander apud Athenæum, de eo qui relictum à patre vendidisset, pretiúmque eius in ventrem absumpsisset. *γῆν κατεφαγεῖν*, inquit, Cicero pro P. Sestio, vsque eò non fuit popularis, vt bona solus comesset. Paulò post, Vtrum ego tibi patrimonium eripui Gesti, an tu comedisti? Neuius apud Nonium: Aedepol paternam qui comest pecuniam. Horat. in posteriore epistola ad Numenium Valam: Non hercle miror, aiebat, si qui comedunt bona, cum sit obeso nihil melius turdo.

Macte virtute. 7

Hæc oratio vim naturámque aduerbij ac propemodum interiectionis habet: præter enim affectum quendam nihil significat. Verùm vulgò prouerbij vice recepta est, tanquam gratulantis & approbantis alienam virtutem. Virgilius de Ascanio supra ætatem fortia patrante: Macte noua virtute puer, sic itur ad astra. Itidem Liuius libro quarto, decadis primæ: tum dictator: Macte virtute, inquit, Seruili esto, liberata republica. Horatius Satyra secunda:

Macte virtute esto, inquit *sententia dia Catonis.*

Vnde qui spectatæ sunt virtutis, eos mactatos virtute vocant. Huic non dissimile videtur illud Homericum, *βλὰξ ὄντως*. Mactus, magis auctus, ictu ictu, non quasi mactatus, id est spectatus. vt sup. H. Steph. adnotauit. & Nannius 3. Miscell.

Homo multum demissus & pinguis siue spissus. 8

Sequitur paulò pòst:

Stercorum cupimus vos incrustare, probus quis
Nobilium vocet, multum demissus homo: illi,
Tardo cognomen, pingui damus.

Innuit Horat. probos & modestos ignominiosè vulgò appellari demissos, id est animo minimè erecto & alacri: tardos & (vt ferè sunt prudentiores) cunctabundos dici pingues, i. nullius ingenij. Quintilianus lib. Institutionum primo, de puerorum institutione agens: Sunt (inquit) quidam, nisi institeris, remissi. Pinguis siue spissus, porrò tardus est, minimè erectus atque alacris, hebes & ignauus, hoc est lenti, & cunctabundi ingenij. Dicuntur itidem vulgato sermone Pingui ingenio, crassáque mente esse, qui ad discendum duri sunt & intractabiles, quod animus velut aruina morsus, nullam spiritualium rerum subtiliorem cognitionè admittat. Simile huic est cor crassum, quemadmodum illud Deut. 32. Incrassatus, impinguatus & dilatatus. Item, Hieron. Incrassati sunt & impinguati. Matth. 13. & Act. 28. Incrassatum est enim cor pop. huius. Sed vt duritia ad effectum videtur pertinere, ita crassitudo vel pinguitudo ad cognitionem. Crasso sunt corde, qui scientiam viarum Dei recusant discere, quo peccent licentius, quibus spontanea ignorantia per contemptum est. Admonent adagia, luxu corporis hebetescere mentis aciem. & Plutarchus scribit, pueros multo pastu stupidioris ac tardioris ingenij euadere. Etiam apud Lacedæmonios infame erat, si quis corpore fuisset vehementer obeso. Hinc illud: Pingui Minerua, & Græcis *παχύμητις*. sup. in Chiliad. Potes & huc illud referre, venter pinguis non gignit sensum tenuem.

A caluo ad caluum. 9

Paræmiacum est illud, quo immanissimus Caligula vsus legitur, cùm magnam carceratorum manum quotidie tempore conspicatus, cunctos à caluo vsque ad caluum trucidari præcepit, *ἀπὸ τῆς φαλακρᾶς μέχρι τῆς φαλακρᾶς*, vt refert Dion.

Senex. 10

Multis in locis apud Terentium est frequens & Gallis solennis hæc vox: senex, negligentis, auersantis & detestantis, cùm virum appellare dedignantur, sed ætatem imbecillem, & annis confectum, & de quo facilè victoria reportari possit. Hinc Comici senes creduli & obliuiosi dicuntur, quales in comœdia inducuntur. Cicero in Catone maiore: Nam quos ait Cecilius, comicos stultos senes, Stultos verò ideo vocat, quia fingi etiam possunt sapientes. In comœdiis autem sæpe ita stolidi finguntur, vt exemplum stultitiæ sint, qualis est Nicobulus ille Plautinus in Bacchidibus. Item Cicero in Lælio: Quid autem turpius, quàm illud? quod vt accidat, magis cauendum est in Epicureo: Hodie me ante omnes comicos stultos senes versaris, atque luseris lautissimè.

Erit melius. 11

Hæc oratio propemodum solemnis videtur fuisse, quando sub denunciatione periculi admonebatur aliquis, vt desisteret. Terent. in Adelphis, scena prima, actu 2. Ante ædes non fecisse, erit melius. Appius decemuir apud Liuium lib. 3. decad. primæ: Non erit melius, inquit, nisi de quo contulimus vocem misisse. Non erit incommodũ si huc referas illud *ἴσως κρεῖττον ἡσυχάζειν*, quod est apud Suetonium in Domitiano, de cornice quæ paucis diebus antequam occideretur Domitianus, dicitur his elocuta verbis quod ostentum sic aliquis explicuit:

Nuper Tarpeo quæ sedit culmine cornix,
Est bene, non potuit dicere, dixit, erit.

Melius enim fore, mortuo tyranno cornix ominabatur.

Nequam. 12

Sunt vitia, propter quæ homines solent in contemptum venire, & pro nihilo haberi: quod genus sunt, perpotationes, alea, perditi amores, prodigæ obsonationes: huiusmodi vitiis perditos, nequam homines dicimus, tanquam nihili, nullíusque frugis. Quomodo & Dominus in Euangelio seruum nequam appellat, non ob calliditatem, quæ nulla in eo refertur, sed quod ignauus, & nulli bonæ rei esset vtilis. Pro ea significatione & re abiecta ac parui pretij, quæ meritò contemni ac ludibrio haberi possit. Catullus, iocus, verbo vsus est in Hendecasyllabo. Iocum me putat esse mocha turpis. Terentius: Ludum iocúmque dices fuisse. Cic. pro L. Flacco: Grædi iusiurandum, iocus est, testimonium ludus, existimatio vestra tenebræ. T. Liuius in oratione aduersus P. Scipionem, Fabium Max. hoc modo dicendi facit vtentem, cùm res ipsius gestas in Hispania contereret atque eleuaret: Ne tibi P. Corneli, cùm ex alto Africam conspexeris, ludus & iocus fuisse Hispaniæ tuæ videbuntur. Demosthenes videtur idem velle in oratione, *περὶ τοῦ παραπρεσβείας στεφάνου*, cùm inquit, *ὕβρεως ἢ φαυλότητος*: quod *παιδιὰν* Æschines.

Agitatur vento. 13

De instabili.

Huc & illuc vndarum more à vento mouentur instabiles leues & inconstantes. Denique instabiles, ventosos Galli vocant sua lingua *à tous vents*. Christus Matth. 11. Quid existis in desertum vt videretis? Num arundinem quæ agitatur à vento? Apostolus Eph. 4. Non simus paruuli fluctuantes, & omni vento doctrinæ circumferamur.

Aerem ferire. 14

Prouerbiali schemate dicitur, qui frustra & inaniter *humi labor.*

laborat, veluti pugil nihil agit nisi corpus attingat. Paul. 1. Corinth. 9. Ego itaque sic curro, vt non in incertum, sic pugilem ago, non velut aerem feriens. Idem in eadem epistola capite decimoquarto, Ennius enim in aera loquentes.

Inflatum saliunt oues ad vtrem. 15

O quàm bellè hoc etiam mercenariis & ventriosis (vt Plautino verbo vtar) Tityris conuenit, qui ad verbi Dei famem suas oues adigunt, illisque subducunt spiritualem alimoniam, cuius loco nescio quas similiter desinentes cantilenas, quæ nostrum vulgus rhithmos appellat & ludicra quædam auribus instillant. Vulgo iactarum prouerbium: Virgilius 2. Georgicorum.

Explicatur id à Lipsio in Pærerg. & Erodoto Miscellan. 4. cap. 7.

--Atque inter pocula lætis,
Mollibus in pratis vnctas saliere per vtres.
Nec non Ausonij Troia gens missa coloni,
Versibus incomptis ludunt, risuque soluto, &c.

De ἀσκωλιασμῷ, quo in ἀσκωλίοις, seu Bacchi festo vnctos vtres & inflatos in medio theatri positos vno pede insiliebant, vt delabentes risum excitarent, multa ex Athenæo notat Cælius lib. 5. cap. 4.

Inanis metus.

Fugere nemine persequente. 16

Dicuntur qui puerilitèr trepidant, vbi nihil omnino sit periculi, aut quauis de causa expauescunt: Fugietis, inquit Moses, nemine persequente (Leuit. 26.) terrebit eos sonitus folij volantis, & ita fugient vt a gladio fugere solent homines, & cadetis nemine persequente. Trepidabunt, inquit Dauid Psal. 13. illic timore vbi non erat timor, id est, vbi nulla erat timendi causa. Prouer. 28. Fugit impius, nemine persequente. Interpretatur id Polydorus in adag. de illo quem scelerum mordet conscientia, & pubblci oculi metu patriam non semel mutat.

Non odi, Odi & amo. 17

Quum, non odi dicitur, grauius quiddam intelligit auditor, quàm verbis expressum sit. Agnoscunt, qui literas didicerunt, figuram vulgò tritam n, quando, non vulgarem amicum dicentes, præcipuum & rarum significant: & non triuiali doctrina, pro summa atque exactissima. Non odi, hoc est, vehementer amo. Itidem & Paulus, Non erubesco, id est, imò glorior & lacto me de Euangelio Christi: quemadmodum alibi sine figura dixit: mihi (inquiens) absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. Item cùm significamus nos odisse mores & vitia hominum, aut ipsum & eius ingenium ac eruditionem amare, denique formam alicuius mulieris & venustatem. Odi & amo dicimus: Catullus in Lesbiam,

Odi, & amo. quare id faciam fortasse requiris?
Nescio: sed fieri sentio, & excrucior.

Marullus ad Catulli imitationem:

Odi te, mihi crede, quantacunque es:
Odi confiteor, Camilla; sed quam
Et odi, & magis indies magisque
Velim odisse sequi atque amare cogor, &c.

Panis sine sale. 18

Cùm vita verborum veritati non respondet, dicunt theologi ex propheta Iob: Panis est sine sale. Ezech. 13. Panis est sine sale. Palladius in Lausiaca historia, in vita Phanutij. Cephala hoc adagio vsus est vbi addit, vitam non respondentem orationi, esse spicam quæ à vento interit, quæ habet quidem figuram, sed ab ea ereptum est alimentum. Et hoc quoque theologicum est adagium.

Iuuenis. 19

Nonnunquam iunior contemptum significat & non ætatem. vt enim honoris causa presbyteros vocamus hoc est, seniores: ita & contemptos, iuniores. Quod genus est illud in Psalmo. Adolescentulus sùm ego & contemptus.

Indesinenter. 20

Quod magno studio magnaque sit assiduitate, id indesinenter & sine intermissione, cùm nocte & die visitata τὸ ἀδιαλείπτως fieri dicitur. Græci καθημερὶς, pro indesinenter, continuè, iugiter dicunt. Deriuant à κα privatiuo, & λείπω, seu λιμβάνω, π in μ mutato.

Græcis & Barbaris, sapientibus & insipientibus. 21

Huiusmodi figuræ aliæ plures ex contrariis verbis concinnatæ ferme prouerbiales sunt: quæ huiusmodi sensum habent, vt nullo discrimine quippiam fieri significent, Græcis igitur & Barbaris, sapientibus & insipientibus, proinde à Paulo dictum est, quasi nulli non debeo ministerium meum, nisi si quis repellat. Qua dicendi figura ferit Iudæos, qui sibi propriè deberi Euangelij præconium credebant, exclusis à salute gentibus.

Facias tibi Dominus sicut Ephraim & Manasse. 22

His verbis precabantur Hebræi alicui præclaram fœlicitatem: refertur Geneseos capitulo 48. vbi Iacob benedicit filiis Ioseph brachris decussatim positis, sic vt dextra senis contingeret caput natu minoris, qui stabat ad læuam: & sinistra caput natu maioris qui stabat ad dextram. Prædixit autem vtrumque futurum magnum, adeò vt illorum fœlicitas locum faceret prouerbio in Israhele.

Quasi thesaurum draco. 23.

Est etiam hæc vox quasi prouerbialis apud Ciceronem in Philippicis. Fingunt poetæ dracones thesauris incubantes, & eorum custodiæ adhibitos, propterea quod hi & mira oculorum acie præstant (nam δρακεῖν, quod est videre, aiunt dictos esse) & existimantur vigilantissimi, vt apud Ouidium in 7. Metamorph. Pernigilem superesse herbis sopire draconem. Nota est fabula de malis Hesperidum, & aureo vellere. Dicitur in veteres Eucliones, & Midas, reliquúmque auarorum chorum. *Dracones qui dicti. In auaros.*

Caput serpentis conterere. 24

Theologis frequens est, pro malas cogitationes in initio vincere. Palladius in Lausiaca historia, vt eius verba habent latinè reddita: Contrito, inquit, in vita Apollo, serpentis capite, totum corpus est mortuum: iubet enim Deus vt obseruemus caput serpentis. Id autem est, ne in principio admittamus malas & turpes cogitationes, non solum vt obscœnas animi nostri phantasias deleamus, &c.

Ἀναγυμνάζεσθαι. 25

Pro accingi ad certamen. Nazian. in Encomio Cypriani.

Sardanapalus. 26

Quoties effœminatum & mollissimum hominem, adeóque stupris & segnitie peritissimum significare volumus, Sardanapalum dicimus. Huno enim virum mulierè corruptiorem, Iustinus historicus appellat, & absolutæ infamiæ atque turpissimi exempli, cum apud Homerum, tum alios authores est. Vide prouerb. Chiliad. Sardanapalus. *De mollissimo & impudicissimo.*

Omnia iudicia absolutoria esse. 27

Hoc dictum videtur prouerbialiter posse eò trahi, vt significemus, per itenti esse parcendum, etiamsi res non sit omnino integra. Nam si quis reus post litem contestatam obtulerit actori quod petisset, eive satisfecerit, absoluendum esse Iustinianus sanxit. 9. fin. Inst. de perpet. & tempor. act. Quoniam vulgo soleat dici, omnia iudicia absolutoria esse. Plautus in pseud. videtur non absimile quoddam dictum alibi vertisse apud quem sunt hæc carmina,

Si fatere. P. S. Ἐὰν ὁμολογήσῃς τι, οὐκ ἐφίεμαι
Si fatebar, &c. Calliphonem dudum tibi.

Significant illa verba, iudicetur, vt & idem absolvatur, videtúrque prouerbiale esse carmen, de his qui secuti accusationis iudicium subeunt. Non absimile illi quod etiamnum inter Græcanicas sententias extat: κακηγορεῖν οὐ δεῖ τὸν κρίνοντα ἑαυτόν, nisi quod hoc potest simpliciter accipi, eundem accusatorem & iudicem esse non oportere. *Locus hic Plauti quem Gilbertus adducit, maculosissimus est, graeca enim à sciolo quibusdam, vt ἐὰν ὁμολογήσῃς ἄλλον interiecta sunt, eam ob causam Camerarius vir nostra aetate vt doctissimus, sic & diligentissimus, locum reliquit addita nota, cum tamen de vestigio sat veteris libri eam sic expleri posse annotet.*

SI. Ita quas meo gnato des, qui amicam liberet.
Fateri δῆτα τοῦτο; PS. ἐὰν τοῦτο;
CA. Fatetur. SI. dixin' Calliphonem dudum tibi.

Ad adgnatos & gentiles deducere. 28.

Cùm hominem furere veteres significabant, ad adgnatos & gentiles deducendum dicebant Columella lib. 1. cap. 3. Portius quidem Cato censebat in emendo agro, inspiciendóque, præcipuè duo esse considerandæ, &c. quorum alterum si deesset, & nihilominus vellet incolere, mente esse captum atque eum ad adgnatos & gentiles deducendum. Tractum à legibus duodecim tabularum, quæ furiosum, dominum rerum *Tortunias furiosos.*

suarum

suarum esse vetant, vt Cicero docet Tusculanarum quæst.3.eósque curæ agnatorum commendant,vt Iustinianus docet libro instit. 1. tractatu de curatoribus.& Vlpian.lib Pandect.27.tit.de curatoribus furios. &c.cap.1.Lege duodecim tabularum prodigo interdicitur bonorum suorum administratione, quod moribus quidem ab initio introductum est: sed solent hodie prætores vel præsides, si talem hominem inuenerint,qui neque tempus, neque finem expensarum habet,sed bona sua dilacerando & dissipando profundit, curatorem ei dare, exemplo furiosi: & tandiu erunt ambo in curatione,quandiu vel furiosus sanitatem,vel ille sanos mores receperit. Quod si euenerit, ipso iure desinunt esse in potestate curatorum. Curatio autem eius,cui bonis interdicitur,filio negabatur permittenda:sed extat Diui Pij rescriptum, filio potius curationem permittendam in patre furioso, si tamen probus sit.Prodigi,inquit Cic.lib.2.off.qui epulis & viscerationibus & gladiatorum muneribus, ludorum venationúmque apparatu pecunias profundunt, in eas res, quarum memoriam aut nullam aut breuem sunt relicturi. Varro lib.1.cap.2. Qui salubrem locum neglexit, mente est captus, æque ad agnatos & gentiles deducendos.

Ex vtroque latere,&c. 29

Ex vno latere. Vlpianus, lib.3.Pandect.tit.de Procuratoribus,Si status controuersiam ei faciat procurator,siue ex seruitute in libertatem aduersus eum, quis litiget,siue ex libertate,in seruitutem petat, debet cauere rem ratam dominum habiturum, & ita edicto scriptum est,vt ex vtroque latere quasi actor habeatur. Item Iustinianus in lege finali libro Codicis quinto, tit.de curatore furiosi, Et iuris, inquit,authores ex vtroque latere magnum habuere certamen.

Nihil hoc ad ius. 30

Cicero in Topicis. Admonet autem hic locus, vt quæratur quid ante rem, quid cum re, quid post rem euenerit. Nihil hoc ad ius, ad Ciceronem inquibat C. Aquilius Gallus noster, si quis ad eum quid tale retulerat,vt de facto quæreretur.Refert quoque Aquilij dictum in vita eius Rutilius. Senfit autem Aquinus, inquit Eras. noster,aliud esse officium iurisconsulti,aliud oratoris iureconsultus proprie de iure disputat & respondet,eáque quæsitiones quæ sunt iuris inquirit: Orator vero factum & coniecturam.

Vtrò citróque. 31

Perinde autem valet,ac si dicas,hinc atque illinc,siue vtrinque in factis & in dictis vtrò citróque datis & acceptis cladibus, vtrò citróque certatum coniectis vel agitata causa. Vlpia.lib. Pandect.2. titulo de edendo: Rationem autem esse, Labeo ait, vtrò citrò dandi, accipiendi, credendi, obligandi,soluendi sui causa negotiationem,&c.Item Vlpian lib.Pandect.50. tit.de verborum significat.cap 19. Labeo:Contractum autem vtrò citróque obligationem esse, quam Græci συναλλαγμα vocát,&c.vide iup.Chiliad.Vtrò citróque.

Bos in lingua. 32

Pollucis sententiam apud Homerum χρύσεα χαλκείων, &c.docentis fuisse commutationem rerum citra nummos: & sic permutationem, non venditionem comprobat.Paulus iureconsultus lib.Pandect.18.tit.de contrahenda emptione. Plutarchus scribit Theseum nota bouis numum signasse,ex quo hoc prouerbium, de iis qui corrupti pecunia tacerent, vt Demosthenes, cùm dictus est argentanginam pati: vtrumque explicat,ac exemplis comprobat meus Erasmus,in prouerb. Bos in lingua.addam illud Philost.in Scopel. βοῦν ἐφ' ἑαυτῷ ὄντι γλώτταν βεβλημένον.

Ἀντιλαμβάνειν. 33

Prouerbialis figura pro merentibus gratiam in tempore referre.Idem statutum est inter Romanorum, vt ex Vlpian. responso edocemur lib. Pandect. 25. tit. de agnoscendis vel alendis liberis, vel parentibus. Idem docet Arist. libro œconomicôn 1. cap.3.à ciconiæ natura sumptum,quæ eundem nidum repetit, genetricis senectam vt educet.Valerius Maximus lib.5.cap.4.Nullo enim vocis ministerio, nullo viu literarum indigens rerum natura, propriis ac tacitis viribus charitatem parentum liberorum pectoribus infudit. *Sap. Chiliad. prouerbio,ἀντιλαμβάνειν.*

Nuncium remittere. 34

Hæc loquendi formula frequens est apud Iurisconsultos in repudiis diuortiisque. Vlpianus lib. 24. Pandect.tit.soluto matrimonio,quemadmodum dos petatur.S. maritus vel vxor constante matrimonio furere cœperit,quid faciendum sit,tractandum est: sed illud quidem dubio procul seruatur,eam personam quæ furore detenta est, nuncium remittere non posse, &c. Idem lib.23.Pandect.tit.de iure dotium: proinde si fortè nuptiæ non sequantur nuncio remisso, &c. Dinarchus apud Plautum in Truculento: *Repudium.*

Ego adeo iam illi remittam nuncium affini meo,
Diuam vt aliam conditionem filio inueniat suo.

Posteriores prioribus potiores. 35

Multis fermè in rebus fauor nouitatis, superiorum obliterat gratiam. Modestinus lib.1. Pandect. ti .4. de constitutionibus principum,cap.vltimo. εἰ μεταγενεστέραι διατάξεις ἐκφεύγουσι τὰς πρὸ αὐτῶν. id est, Constitutiones tempore posteriores, potiores sunt iis quæ ipsas præcesserunt. *Hinc affine illud Eras. Posteriores, melioris.*

Nunquis. 36

Quod ita per se natum sit,nulla arte fucatum,cuiusmodi Virgilius finxit:

Nec varios discit mentiri lana colores:
Ipse sed in pratis aries iam suaue rubenti
Murice,iam croceo mutabit vellera luto:
Sponte sua sandyx pascentes vestiet agnos.

Vlpianus lib. Pandect.32. tit. de legatis & fideicomm. cap.70. Si cui lana legetur, id legatum videtur, quod tinctum non est,sed *unquis.*

Zonam deponere vel amittere. 37

Dicitur,qui vel administratione sua functus est, aut cui ob delictum adempta.Iustinianus in nouellis constitutionibus περὶ ἀζημιωμάτων,de pœna damnatas nuptias contrahente infligenda loquens, ἡ ἔσωσε αὐτὴν ἡ σωτηρία, μὴ δήπουθεν μόνον αὐτὴ τῆς ζωῆς ἀφαιρεσις, ἢ ξηρία, &c.l pp. Honor. & Theodos.libro Codicis 3.tit vbi de ratiociniis tam publicis quam priuatis agi oportet. Nemo potest depositum cingulum iuxtæ priuatæ vitæ redditus ob negotium,quod militiæ causa est ei exortum, præstandi ratiocinij gratia eius numeri, in quo militauit, vel quem ipse gessit à quocunque pulsatus fori præscriptionibus vtatur. *Vide prouerbiad.Zonam perdidit.*

Non plaga sed contumelia iram concitauit. 38

Claudius Saturnius Pandect. lib.48. titu.de pœnis: Maximus, inquit, apud Græcos orator Demosthenes sic ait:οὐδ' ὑπὸ πληγῆς ἀνδρὸς τοῦ ὑβρισθέντος, ἀλλ' ὑπὸ ἀδοξίας, οὐδὲ ὑπὸ τραύματος τοῖς ἐμπλήκτοις τοῦ θυμοῦ, καίτοι ἐν θυμῷ, ἀναγκαῖον ἐν ὀργῇ. πολλοὶ γὰρ ἀπέστησαν ὑπὸ τύπτων ἢ ἀνδρῶν ἀθλητῶν, ὧν ἕνα ἐκ παίδων ἐπ' ἀσκήσει ἀνδρῶν ἀθλητῶν τεθραμμένον, τῇ βλάβῃ, τῇ φυγῇ, ἵνα μὴ ὀφλῇ, ἵνα μὴ ἀτιμωθῇ ὑπάρχων, ἵνα μὴ δοῦλος, ἵνα οὐκ ἀνὴρ. ἑαυτὸν γοῦν, ἑαυτὸν ἐξέστησαν ἀνδρῶν ἄντες ἐν σκοπῷ κείμενον. id est, Non enim plaga iram concitauit, sed ipsa facti indignitas:neque tam ingenuis graue est cædi (quanquam graue sit)quàm per contumeliam cædi.Siquidem multa is,qui alium cædit, admittere potest: quorum magnam partem is, qui verberibus affectus est, habitu corporis, vultu, vociferatione,nunc vt contumeliam inferens,nunc vt inimicum se gerens, nunc pugnum ducens,nunc in malam cædens,alteri renuntiare ac repræsentare nequit:hæc ipsa mouent,hæc de statu mentis deturbant homines propudij ac suggillationis non assuetos.

Præstat possidere,quàm persequi. 39

Et præsentem mulgere,quàm fugientem sectari, vt in Cyclope Theocritus ait,Quæ potest capere(vt etiam vulgò dicitur) capiat, possessio valet. Caius lib. Pandect.6.tit.1.de rei vindicatione, cap.24. Is qui destinauit rem petere, animaduertere debet an aliquo interdicto possit nancisci possessionem, quia longè commodius est ipsum possidere, & aduersarium ad onera petitoris compellere,quam alio possidente petere. Vlpianus lib. 45. tit. de fideiussoribus & mandatoribus, cap.15.Interest enim eius, pecuniam retinere potius, quàm solutam stipulatori à reo repetere.Huic non absimile est, quod Aristot. lib. 5. Polit.cap. 3.ait: Melius esse prouidere, ne homines nimia potentia augeantur, quàm post contra auctos remedium quærere. Præsentibus igitur commodis fruamur:& absentium cupiditate nos non excruciemus. Huc videtur respexisse

Saluſtius in bello Catilinæ, quum ait, non debere certa pro incertis mutari: de quo inferius.

In paruulis nulla culpa. 40

Martianus lib. Pandect. 40. tit. de fideicom. libertate. In paruulis autem nulla deprehenditur culpa. Hac ratione pueros plagis & verberibus nunquam cogendos, pulchrè docet Plutarchus in opuſculo de liberis educandis. Venia enim datur rudi: nec mirum videri debet, eos qui magnum vſum rerum non habent, in aliquo negotio falli.

Conſcientia crimen prodit. 41

Conſcientia nihil aliud eſt, quàm ſecretum, & quod falli non poteſt facti noſtri iudicium, & mille teſtes, vt dici ſolet. Nam ſua quemque fraus, & ſuus terror maximè vexat, ſuum quemque ſcelus agitat, amentiſque afficit, ſuæ malæ cogitationes, conſcientiæque animi terrent. Cicero pro Sexto Roſc. Amer. Paulus Pandect. lib. 40. tit. 9. qui & à quibus manumiſſi liberi: & imperator Antoninus Calphurnio Critoni reſcripſit, eo tempore quo quis propter facinorum ſuorum cogitationem iam de pœna ſua certus eſſe poterat, multò plus conſcientia delictorum, quam damnatione iuſ dandæ libertatis eum amiſiſſe. Poſt, ſub finem, Conſcientia animam verberat.

Patere legem, quam ipſe tuliſti. 42

Paulus lib. Pandect. 32. tit. de legatis & fideicom. cap. 23. ad hoc vulgo iactatum prouerbium alluſiſſe videtur. Decet enim imperatoriam maieſtatem, eas ſeruare leges, quibus ipſe ſolutus eſſe videtur. Vnde Claudianus: In commune iubes, ſi quid cenſeſve tenendum, primus iuſſa ſubi: tunc obſeruantior æqui ſit populus, nec ferre vetat cùm viderit ipſum authorem patere ſibi.

Dicis gratia. 43

Munere perfunctorie.

Dicis gratia, prouerbialiter apud iuriſconſultos fieri dicitur, quod perfunctoriè & inſoriè fit. Vlpianus lib. Pandect. 29. tit. 5. de ſenatuſconſ. Sillaniano, &c. capite 1. ſub finem. Excuſantur autem ſerui, qui auxilium tuleruot ſine dolo malo: nam ſi finxit ſe quis auxilium ferre, vel dicis gratia tulit, nihil hoc commentum ei proderit. Caius lib. Pandect. 13. tit 6. commodati vel contra, cap. 4. Sæpe etiam ad hoc commodantur pecuniæ, vel dicis gratia numerationis loco intercedant. Arnobius quoque in proœmio quarti libri contra gentes, eodem ſenſu id vſurpauit: An ita (vt aſſolet) dicis cauſa, ex eo, quod optamus & volumus bona iſta contingere, ſuperiorum retuleritis in ſenſum? Milites quidam oſtentionales Lampridio in Alexan. & Tranquillo imaginarij dicuntur, quod oſtentationis gratia titulum haberent militum, hos Cæſar dicis gratia. Cic. in Verrem Dicis cauſa appellat. & Varro lib. de ling. latin. 6. ſub finem. Hoc inquit, nunc aliter fit, atque olim, quod augur conſuli adeſt, tum cùm exercitus imperatur, ac præit quid eum dicere oporteat, conſul auguri imperare ſolet, vt in licium vocet non accenſo, aut præcone. Id inceptum credo, cùm non adeſſet accenſus, & nihil intereſſet, cui imperaret, & dicis cauſa fiebant quædam, neque item facta neque item dicta. Flauius Soſipater in 1. Inſtitutionum grammaticarum libro, videtur indicare, dicis, patrium caſum eſſe, cùm enim doceret quædam nomina vnius tantùm caſus eſſe, exemplaque eorum proferret, in illis etiam, dicis ergo poſuit. Plinius libro 28. Et ſunt condita auguria quid loquenti, cogitantive id acciderit, ſi ter execratiſſima ſi pontifex accidat dicis cauſa epulanti, in menſa vtique id reponi, adoleriſque ad larem piatio eſt. Modeſtinus Græcè interpretatus eſt ἐπίτηδες, vel ἀφισάμενος χρεῶν. Dion lib. 37. hiſtoriarum. Idem ἐπὶ ἴσης ἴσῃ, vocauit.

Digito oſtendere. 44

Prouerbiale eſt apud Paulum lib. Pandect. 12. tit. ſi certum petatur &c. cap. 6. Nam & Pedius lib. primo de ſtipulationibus, nihil referre ait, proprio nomine res appellentur, an digito oſtendantur, an vocabulis quibuſdam demonſtrentur, quatenus mutua vice fungantur quæ tantundem præſtent. Quinimò multas res alienis vocabulis rectius demonſtrari, quam proprijs nominibus appellari declarat. Cic. lib. 1 offic. & lib. 9. Epiſto. in quadam epiſt. ad Papyrium Petum. παιδία Luciano παιδίον ου σεσωσμένον τὸ γονικὸν μισθὸν, ὅτι ἀν ἐφ' ἑαυτῷ ὁ ἀνὴρ ἀγαθὸς ἀπέδειξεν ἢ ἀπεδείξατο ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων, λέγω δὲ τὰ κτηθέντα ἔξωθεν ἢ ἐξ αἱμάτων ἢ φιλίας ἢ ἄλλης τινὸς τοιαύτης παραλαμβάνεται ἐς τὸ πατρῷον ἀνηλίσκοντα. id eſt, talibus ſcilicet ornamentis egote inſignem & conſpicuum reddam, vt eorum quoque qui te aſpicient, quiſque proximè aſtantem leniter impel'ens atque commonens, digito demonſtret, atque dicat, Hic eſt ille, &c. *Confer cum ſuperiore, Monſtrari digito.*

Οἰκέτης δοῦλος, *Serus ſtudiorum.* 45

Notantur hoc verbo à Græcis, qui iam prouecti ætate ſerius ad literas adhibentur, & ob id raro ad verum iudicium ſenſúmq. diſciplinarum perueniunt, de quibus Aulus Gellius lib. 15. cap. 30. qui ab alio vitæ genere detriti iam & retorridi, ad literarum diſciplinas ſerius adeunt, ſi fortè iidem garruli natura, & ſubargutuli ſunt, oppidò quam fiunt in literarum oſtentatione inepti, & friuoli. Eos Horatius deridet, quod miſcellam linguæ Latinæ & Græcæ in ſatyris confuſæ pro magno habent: cùm ait in ſatyra, de duritie Lucilliani carminis:

At magnum fecit, quod verbum Græca Latinis
Miſcuit. O ſeri ſtudiorum!

Laboraſſe autem Lucilium hac cacozelia Græcolatinitatis, paucis verſiculis planum facit Gellius lib. 18. cap. 8. Vide Nann. Miſcellan. 4. extremum.

Ducere funem. 46

Elegantiſſima eſt tranſlatio, ſumpta à comica ſaltatione, quam Græci κρέμαστρα appellant. Eò alluſum eſt in Terentij Adelphis. Tu inter eos reſtim ductitans ſaltabis. Apud Ariſtophanem in Nebulis, propemodum eius ſaltationis modus deſcribitur. Sic enim ait: οἶδ' κρέμαστρ' ἄλλων. Rurſus ibidem τὸ κρέμαστρον οἴσουσι. In his choreis qui præſultor eſt & moderator, funem ducit, quem alij eodem fune apprehenſo præeuntem ſequuntur. Virgilius. 2. Æneidos.

Iuueni circum ſupplexque puella
Sacra canunt, funemque manu contingere gaudent.

Ex eodem genere eſt illa metaphora apud Ciceronem in epiſt. familiam ducere, pro principem eſſe, & authorem alicuius ſectæ. Pecunia igitur debet alterius ductum & imperium ſequi, non ipſa ducere: & hoc eſt quod dicit Horatius Epiſt. 10.

Imperat aut ſeruit collecta pecunia cuique
Tortum digna ſequi potius, quàm ducere funem.

Idem paulò ante:

Et mihi res, non me rebus ſubmittere conor. Nann. Miſcell. 4. *Confer cum alio Chil. Lucem reducere, & funem abrumpere.*

Voces iactat inanes, Dat ſine mente ſonum. 47

Hæc hemiſtichia Virgilij habentur lib. 10. Æneidos. quorum primò notatur Pharonis ignauia, lingua magis, quàm viribus pollentis. In bello etiam ignauiſſimo cuique, lingua bellare & vincere licet: re ipſa verò, tantùm fortibus & cordatis viris à Deo conceſſum eſt ſuperare. Vera enim fortitudo neque maledica eſt, neque minax. Temperandum à magniloquentia & iactantia, qua nihil in omni vita eſt neque molеſtius, neque intollerabilius. Quare Nemeſis tales nunquam finit impunitos: vnde hoc prouerbio moneri ſolemus, ne grandia ſpiremus, μοῦ μεγάλα λέγε. cùm modeſtia nihil ſit amabilius in ſocietate humana, & procacitas linguæ non poteſt non optimi cuiuſlibet animum exacerbare. In prælijs nil valent arma maiorum, ſed in eo præcipuum momentum habet virtus præſens. Contrà, ſtultorum eſt & ignauorum, maiorum ſuorum imaginibus, telis armiſque ſe venditare. Dici etiam poſſunt de interpretibus qui verba reddunt, cùm ſententiam non apprehendant, atque (vt Terent. ait) ex Græcis bonis, Latinas faciunt non bonas. Verbum verbo dum reddere curant, non penſant pondera. Tria enim in tranſlatione ſunt ſeruanda, vt verbum verbo exprimatur, vt ſententia vbique incolumis maneat, vt indoles incorruptè ſeruetur, quæ conſiſtit in ipſis figuris dictionis & moratam actuoſámque ſententiam reddit. Qui verò in reddendis verbis ſententiam corrumpunt, dant ſine mente ſonum. Omne autem punctum tulit, qui tria iſta officia abſoluit.

Παχυμερῶς, ſiue παχυμερίστερον. 48

Id eſt, craſſius & rudius iis contrarium, λεπτομερῶς. Vlpian. lib. Pandect. 15. tit. de peculio. cap. quæ Tuberonis: Scire autem non vtique ſingulas res debet ex neceſſitate, ſed παχυμερέστερον. & in hanc ſententiam inclinat Pomponius. Vox ſumpta eſt ab exacta partium diuiſione, cum ſingulæ ſeorſum excutiuntur. Gel. lib. 14. cap. 1. Sed conijcere pauca quædam, vt verbo ipſius vtar, παχυμερέστερον, id eſt, craſſius & pingui Minerua.

Græci

Græci interdum dicunt λευκότερον. id est, dilucidius, quod albus color plurimum habeat lucis. *vide Chil. Crassa aut pingui Minerua.*

Plus dat, qui in tempore dat. 49

Etiam vulgatum est hoc. Iustin. lib. Institut. tit. de fideiuss. Non solùm autem in quantitate, sed etiam in tempore minus aut plus intelligitur. Plus est enim statim aliquid dare, minus est post tempus dare. Huc refer illud è superioribus apud Erasm. Gratia quæ tarda est, &c.

An sit bonus vel malus vicinus. 50

Quanti æstimanda sit res vicinitatis commendatione, eleganter Caius lib. Pandect. 18. titu. de contrah. empt. cap. 35. Si quis in vendendo prædio confinem celauerit, quem emptor si audisset, empturus non esset, teneri venditorem dicimus. Pomponius lib. Pandect. 38. tit. si quid in fraudem patron. fa. fit. cap. 13. Et alias videamus, si dicat patronus, rem quidem iusto pretio vænisse, veruntamen hic interesse sua, non esse venundatam, inque hoc esse fraudem, quod vænierit possessio, in quam patronus habeat affectionem vel opportunitatis, vel vicinitatis, vel cœli, vel quod illic educatus sit, vel parentes sepulti, an debeat audiri volens reuocare? nullo pacto erit audiendus. Fraus enim in damno accipitur pecuniario. Huc pertinet quod Themistocles prædium vendens, iussit præconem proclamari, quòd bonum haberet vicinum. Sentiens iuxta Hesiodum, ex bono vicino plurimum esse vtilitatis, vt contrà malo noxæ plurimum. *Plura Erasmus Chiliadis prima, Centuria 1. proverbio 32. Aliquid mali propter vicinum malum. & Noxa, malum vicinum.*

Primo gradu. 51

Iurisconsultis est titu. de gradibus affinit. & cognationum, in quo Paulus lib. Pandect. 38. cap. 10. Gradus autem dicti sunt ad similitudinem scalarum, locorúmque procliuium, quos ita ingredimur, vt à proximo in proximum, id est, in eum, qui quasi ex eo nascitur, trásseamus. Transeamus nunc, & singulos gradus numeremus. Primo gradu cognationis sunt, &c. Simili metaphora Cicero appellat gradus officiorum, lib. 1. de Officiis, circa finem. Et gradus rerum, lib. 2. de natura Deorum.

Plura sunt negocia quàm vocabula. 52

Vlpianus lib. Pandect. 19. tit. 5. de præscript. verb. cap. 4. Natura, inquit, rerum inductum est, vt plura sint negocia, quàm vocabula. Huc pertinent, quæ de fingendis nouis vocabulis præclarè explicat Cicero lib. 3. de finibus bon. & malorum, circa principium.

In ima cera. 53

In ima cera, dixit Suetonius in Iul. Cæs. cap. 83. quòd Cicer. lib. 3. in Verrem extrema cera, quæ omnia pro vltima parte tabulæ seu testamenti ponuntur. Scæuola lib. Pandect. 33. tit. de vsu & vsufruct. cap. 34. In ima parte testamenti ita adiecit, &c. Vitruuius libro de Architectura decimo, capite vndecimo, Extremum librum, pro vltima libri parte, dixit, & libro primo, capite sexto, Extremum volumen, vocaui.

Martialis affectio. 54

Paulus libro Pandect. 24. titulo de Donat. inter vir. & vxo. cap. 31. Non enim coitus matrimonium facit, sed Martialis affectio. Martialis affectio Paulo est, (quod Vlpiano titu. de condit. & demonstr. cap. 15. de diuers. reg. iur. cap. 30. consensus pudicus. Nuptias, non concubitus (inquit) sed consensus facit. Præclarè in hanc sententiam Plutarch. in præceptis connubialibus. Martia enim Catonis filia minor rogata, cur à morte mariti nollet iterum nubere? Quoniam, inquit, non inuenio virum, qui me magis velit quàm mea. Non probauit coniugium, quod non conciliaret amor mutuus. Quæ ducitur dotis causa, conductum habet concubinum verius, quàm coniugem.

Κατὰ πόδα. 55

Id est, iuxta pedem. Metaphora à calceo ducta, qui accommodatissimè singulos articulos pedis exprimit: qua de re extat scitissimum Pauli Aemilij dictum, cuius Plutarchus ὁ κατὰ χαμαιτύπας ἀστεϊσμὸς meminit. Iustinianus lib. Codicis. 1. titul. De veter. Iur. enucl. capite 2. §. penul. cauit, ne quisquam commentaria in leges scriberet, nisi (inquit) tantum si velint eas in Græcam vocem transformare sub eodem ordine, eadémque consequentia, sub qua voces Romanæ positæ sunt: hoc quod Græci κατὰ πόδας dicunt, id est, ad pedes, seu iisdem vestigiis. Cùm docemus aliquem nihil de suo addere, sed aliena recitare, alienisque vestigiis insistere. *Lege sup. in Conrad. Traj. proverb. ad pedem.*

Plerunque manus ipsa re præstat. 56

Manus nonnunquam metaphoricos accipitur pro artificio. Iulius Solinus: Ædes manus Dædali ostendebat. Caius quoque iurisconsultus titu. de verbor. signifi. id est, mulieris. & l. qui insulam. 9. qui ædem loc. Plerunque plus in manus pretio, quàm in re est. Cic. circa finem tertiæ Verrinæ: Et manus pretium machinæ. Vbi Pædianus manus pretium ait dici, vbi non tam materiæ ratio, quàm manus atque artis ducitur: inuenias & in oratione aduersus Pisonem. Marc. Vitruuius Pollio de architect. lib. 9. Hieron. Syracusis auctus regia potestate, rebus bene gestis, cùm auream coronam votiuam diis immortalibus in quodam fano constituisset ponendam, manu pretio locauit faciendam, &c. Plinius lib. 34. cap. 7. Solitum enim ex manu pretio cuiuscũq. signi denarios seponere aureos singulos. Vulgus pro manufactura diceret Vtitur etia lib. 35. ca. 2. lib. 37. ca. 2. lib. 29. cap. 1. Quod manu factum & datũ, inquit Varro lib. 4. de lingua Latina, pro eo, manu pretium, à manibus & precio. In plerisque rebus materiæ formam præstare, Ouidius quoque ait, Materiam superabat opus. Basilius ad nepotes, ὁ χρυσὸς τῶν ἔργων κρείττων.

Autoritatem defugere. 57

Cicero pro P. Sylla μεγαλοφρόνως vsurpauit. Itaque attende iam Torquate, quam ego non defugiam authoritatem consulatus mei, maxima voce, vt omnes exaudire possint, dico sempérque dicam, &c. Significat autem se non defugere, dicens authoritatem sui consulatus, se cuncta illi, quæ tunc gessit, confiteri, ac præ se ferre rectè & ordine gesta esse, paratúmque illa defendere, quæcunque quasi iusserit ille ac mandarit, non recusaturum facere. Antiquus est certe atque elegans modus loquendi, ductus (vt opinor) ex foro, propriúsque veterum iurisconsultorum, quorum plures huiusce modi locutiones hodie ignorantur, amissis eorum scriptis. Illo autem vsus est Terentius in Eunucho, cùm callidum seruum Parmenonem, incenso prius adolescente, coactóque herili iure sibi imperare, vt rem periculosam tentaret, securum iam atque omni metu vacuum induxit ita loquentem: Nunquam defugiam authoritatem: sequere. Aelius Donatus sic locum declarauit: Non, inquit, recusabo facere, dum tu tamen auctor sis facti, quod sanè fuit consilium Parmenonis: non tamen ille fontem huius sermonis aperuit, neque penitus eruditè interpretatus est. Plautus autem in Pœnulo eodem modo locutus est: Cùm enim amans herus multum potestatis in æterno dedisset his verbis: Si tibi libido est, aut voluptati, fino, suspende, vinci, verbera, author sum. Sino, respondet ille, intelligens ipsum amore inflammatum tempori seruire, ac posse, cùm velit id factum inficiari. Si authoritatem postea defugeris, vbi dilutus tu fies, ego pendeam.

Iudex pellis. 58

Proverbium apud Germanos in vilissimum quoque & maximè fœtidum scortum. Nam Iuder, id est, sylvestris mustella cùm grauiter exarserit, malè olet.

Σχῆμα καὶ πρόσωπον. 59

Proverbium est apud Eustathium in Iliados 13. cuius vsus erit in ingeniosos quidem, sed nisi institeris, remissos, & non nisi præmiolis expugnabiles, cui vitio dexterrimus quisque obnoxius fermè esse deprehenditur. Nata paroemia à Tragico Phrynicho, qui studij tantum atque operæ collocasse in saltationes Tragicas perhibetur, vt nouum genus modumve saltandi excogitantibus, triobolum præmij vice numerarit. Refertur ab aliis ad Pythagoram proverbij origo, quem Iamblicus Philologophus scribit ingenioso dextróque discipulo, sed ad excolendas disciplinas tardiori pro quolibet mathematico schemate, triobolum pependisse, vt præmij inuitamento supinitatem discipuli castigaret, studióque discendi (quod libera & incoercita voluntate constat) faces quasdam subderet. De hoc numismate Atheniensi testatur Plutarchus in vita Lysandri: Quod ex vna parte Ioui effigiem habebat, à quo dicuntur triobolares, homines planè nullius pretij. *Idem ab eversus sup. ad ag. Iunij figura & triobolum. Vide & Erasm. Chiliad. Homo trioboli.*

Τρυγών. 60

Τρυγὼν apud Synesium proverbialiter accipi vi-

detur, pro eo quod affectatum est & turgidum, & ab huius viri studio Thessali γοργιάζειν, dicebant τὸ ῥητορεύειν oratorem agere, quod in Philostrati epistolis legitur.

Καλοβατιδᾶν. 61

Καλοβατιδᾶν, instar apum examinis condensari, vel apum more, vel aliorum ceteratim conuolare. Agathias lib. 2. historiarum, vbi de Narsetis Eunuchi industria in exercendo, & ad militares labores assuefaciendo milite loquitur: Ἔσχεν ἀπασαλεύοντας, καὶ ὑπὲρ ἵππων ἐν ὁπλοις ἀκροβολίζεσθαι, ἐς τὸ πυρρίχιόν τινα ἀσκήσεως εἶδος ἀνατείνας, καὶ ἅμα τῇ σάλπιγγι καλοβατιδᾶν τὸ ἀνάλογον ἐκέλευεν. hoc est, faciens eos in orbem decurrere, & in equis decenter velitari, & in speciem armatæ cuiusdam Pyrrichæ circumuehi, & confestim tuba classicum canente ad signa turmatim cogi. Terentius porrò in Heautontimorumeno, & Cicero pro Milone, Gregem ancillarum appellauerunt, quod Græci σῦλον, cùm multitudinem infinitam significare volunt. Sophocles in Trachyniis: σφαλεῖσ' ὑπ' ἄλγους ἀγέλαις πολλαῖς τάλας.

Caluis & comatis pilos vellit molestum. 62

Apud Senecam, Bionis dictum est allegoricum, quo etiam Gallis vulgo vtuntur: innuere volentes, tantundem vulneris accipere tenuioris fortunæ hominem è iactura exigua, quantum locupletem in magnarum facultatum carptu.

Tinctura Cyzicena. 63

De ineluibilis turpitudinis nota dictum ἀφ' ἡ τίλμα, vt etymologici author annotat.

Straton Pathicus. 64

Straton Pathicus, prouerbio Græco locum dedit. Nam eius nomen de homine delicato semper raso efferunt, qui iuuentam vt mentiretur, ridiculè imò flagitiosè radi quotidie se passus est. Traducitur ab Aristophane his verbis:

Εὐνοῦχος ἡμῖν ἅλσος ἐξυρημένος, id est,
Eunuchus hic ades raso nemusculo.

AEs triplex. 65

Aes triplex, pro ferreo, etiam vsus est Horatius Ode tertia: Ei æs triplex, circa pectus erat. Acron dixit hoc verbum ab vluariis tractum, quorum auaritia ipe lucri vel commercij inuentum nauigium fit.

Patiens pulueris atque solis. 66

Idem Od. 8. dixit, patiens pulueris atque solis. Quod in hominem ad labores ferendos habilem quadrabit. Est huic simile quod a Zenodoto refertur: Neque compluitur, neque sole aduritur. Nec discrepat quod Marius apud Salust. dicit, Hyemem & æstatem iuxta pati, humi requiescere. Militia enim requirit dura corpora, tolerandisque laboribus, atque omnibus iniuriis exercitata. Est carmen in volumine Virg. post Iulus in custodem hortorum huius sententiæ: Immoderata pati nunc frigora, núncque calores,

Sternare vel dura posse super silice. Ibidem.
Iactare me, quod alta non possum putes
Vt ante vellari freta.
Nec ferre durum frigus aut æstum pati,
Nec arma victurus sequi.

Fretis acrior Adriæ. 67

Item Ode 35. fretis acrior Adriæ. In hominem moribus asperis & iracundo ingenio.

Valet ima summis mutare. 68

Per hoc summam Dei potentiam intelligimus. Idem od. 34. Valet ima summis mutare, illi cognatum, ὁ θεὸς τὰ μὲν ὑψηλὰ ταπεινοῖ καὶ τὰ ταπεινὰ ὑψηλοῖ. Simile est in limine Hesiodi egere.

Πεπαν Ἰλιάδα. 69

Πεπαν Ἰλιάδα specie prouerbiali, pro abradi penitus apud Suidam legitur. Priamus enim in illa calamitatum & malorum Iliade, faciem cute tenus eraſam habuisse legitur. Lege supra prou. Iuuij, Priamisare.

Claudicas. 70

Sicut claudicare dicuntur, qui pedum vicio laborant, ita & scriptores claudicant, quæ suis pedib. non constant. Quo vitio Quinct. lib. 10. In comœdia maximè claudicamus. Sumpsit autem hoc verbum, sicut cætera, à Marco Tullio, qui in tertio de Oratore libro, sic ait: Verùm vt in versu vulgus, si est peccatum, videt: sic si quid in nostra oratione claudicat, sentit. Et in Oratore, de numeris qui in oratione requirantur agens, claudicantem dicit orationem, quæ debitos pedes nó habet. Sed omnis, inquit, nec quasi fluctuans, æqualiter constanterque ingrediens, numerosa habetur oratio. Ex quibus præclarè videmus, eam orationem claudicantem dici, quæ pedum obseruatio soluta, dissipata & abrupta fluat. Idem Cicero actionem claudicare, quę non rectè obseruatur, in Bruto de P. Antistio loquens, ait: Actio, inquit, paulùm tum vicio vocis, tum etiam ineptus claudicabat. Et oratio in parte dicitur claudicare, quæ non omnes partes habet, vt eódem libro ostendit Cicero: idque ait, cùm constaret ex quinque notissimis partibus, nemo in aliqua parte earum omnino nil poterat. In quacunque enim vna plane claudicaret, orator esse non posset. Dicuntur etiam claudicare pede vtroque homines lubricę fidei, & incertarum partium.

Sarabaitæ. 71

Videntur enim pro his ab Augustino & Hieronymo accepti, qui cùm vultum seueritatis vendicent, atque seueritatem egregiam præ se ferant, in recessu scelera omnia & flagitia retinent. Cuiusmodi homines & à Paulo, & à cæteris, magnopere exagitantur, siquidem Catones & Curios simulant (vt inquit ille) viuunt autè Bacchanalia. Sunt enim eo nomine in Ægypto sacerdotes, in saxorum cauernis. ferè habitantes, fusibus ac bubulis circum amicti exuuiis, funibus zonarum præcincti loco pedib. nudis, cruore conperfi, vbi Scenopegiorum ingruit celebritas, e cauernis se promentes, Hierosolymam petunt, ac templum adeuntes inopiam & abstinentiam ostentui habent, ingerunt omnibus, barbam sibi etiamnum acriter vellentes, vt spectent ista vniuersi, & velut cœlitus demissos homines opinentur suspiciántque, etiamsi intercutibus nunquam non vitiis madent. Numinis enim tali situ & commento adeptis, in suam regionem remeant, & in lætitia & dapibus epulantur. Propterea non esse imitandos præcipit Augustinus, & commemini facunous scriptor Hieronymus.

Θωσῶται κότυος. 72

Apud Synesium molles & effœminati homines, parúmq. viri sodales, aut affectæ cotyos prouerbiali specie dicuntur in quadam epistola, cuius initium est tales: ὥσπερ ἀμέτρητα πολλάκις ὄβελὸς ἀπ' ἀκμῆς, &c. Quæ admodum sæpe alias oblata occasione prodesse tibi studui, &c. Sic inquit, ἀφ' ἑαυτοῦ τοίνυν εἰ δοκῶ, διάφορον ἐποιησάμην τὸν ἄνδρα ἡμῖν, οὐκ ἀγνῶτα διαστείλαι τινὰ κότυος, hoc est, At tu hominem tametsi integerrimus videatur, audacter pronuncia semiuirum esse, & re ipsa Cotyos sodalem. Alibi in epistola ad fratrem, tragicosæ vitæ hominem designans, ait filium κοττυτόνωνυμον, hoc est Cotyttus ediuinum esse. Clarissimè verò ostendit hoc in calui encomio, vbi postquam dixit Clisthenes, Timarchos, alioique omnes, qui lucro formam prostituunt, molles præterea & effœminatos vniuersos esse, πεχηλάσας, hoc est, calamistratæ studiosos, subinsert: Num inquit, quod quis sit θωσώτης τῆς κότυος, id est, Cotyos sodalis: nullum aliud huiusce rei indicium fuerit, quam si cincinnos componat sæpius, & vnguento delibutos præferat, hunc in propriu est dici, & Cotyos deæ Chiorum & Ithyphallis, hoc est, Priapi sacris operatum esse, quo loco sodalem Cotyos nuncupat eum, qui sit profligatæ pudicitiæ. *Sup. Iunij prou. Cotyos contubernalis.*

Βυπάλου μαχή. 73

Pugna Bupalia specie prouerbiali dictum à Iuliano apostata, pro maledica virulentaque infectatione, in epistola qua Alypio Cæsari fratri gratias agit, ob missam ad se Geographicam pinaca, diligentia magna elaboratam. ita namque ait: καταμωκώμενος αὐτὸ φοβοῦμαι μὴ ἰάμβοις, οἷς μαχὼν ἀπέθανεν ὁ Βυπάλου καὶ τὸν κυρίως εἰπεῖν ποιητὴν, ἀλλ' οὐκ ἂν ἡ καλὴ σοφὴ βούλοιτο τῶν ὑμνων ἁμίλλημα. i. Magna industria illud elaborasti, additis & iambis, non pugnã canentib. Bupaliã, vt cum Callimacho Cyrenæo poeta dicam, sed quales venusta Sappho vult hymnis congruere. *Lege sup. prou. Iunij, Bupalia pugna.*

Βυπάλειον σῦγος. 74

Ab eodem nomine effictum est & alterum prouerbium à Leonide Epigrammatario, Bupalium odium, pro inexpiabili, cuiusmodi apud Ciceronem audit Vatinianum odium. Versus eius sunt hi:

Ὦ ξεῖνε φεῦγε τὸν χαλαζοκεφαλον τοῦτον,
Τὸν φοινικοῦν ἰαπυγιαχτην, ὃν χ' ἁ Τίφυς
Ἰαμβαίζοι βυπάλειον ἐς σῦγος.

Dicam & Latinè:

Hospes

Hesperi sepulchrum grandinans diras fugit,
Vbi surus Hipponax iacet, cuius cinis
Etiamnum in odium Bupali tumbos iacit.
Hipponax Bupalum verbibus infectatus est.
Vide Iunij prou. Bupali odium.

Fœmina. 75

Flagitiosæ mollitiei viri, etiam vulgari conuicio fœminæ audiunt apud Gallos.

Tonderi pecus, non radi debet. 76

In principes grauiora consuetis vectigalia imperãtes. Tiberius Æmilio rectè Ægypti prætori rescripsit: Tonderi pecus se velle nõ radi, cuius dictum illud recenset ita Dion: πρᾶσθαί μου τὰ πρόβατα, ἀλλ' οὐ ἀπόδερσθαι βούλεσθαι, nimirum humaniter, haud mancipiorum modo tractandos prouinciales innuens. Sunt enim qui rem exactius, quàm fas est, ac morosius excutiunt, & ad viuam cutem resecant, quod alio prouerbio ad viuum vsque radere dicitur. *Lege Chil. prou. Rami posse tondere pecus non deglubere.*

Τεὸς ἐκ βάθρων. 77

Prouerbium antiquis fuit, dici solitum de illis, qui summum inopinatúmque bonum consequerentur. Id sumptum videtur à iactu cuborum siue tesserũ, quarum cũ latera numeris distincta sint iactus hic fœlix secundusque, & apud eos erat, & nunc quoque habetur. Quamuis ludendi rationes diuersæ, dissimilésque (vt opinor) fuerint. Cùm speculator apud Æschylum in Agamemnone, initio statim eius fabulæ, qui positus erat, vt obseruaret ignem editum (id enim signum cõuenerat inter Agamemnonem & Clytemnestram Ilij capti sublato illo, longéque à se viso, cognouit expugnatam esse Troiam, fortunatúmque exitum habuisse, diuturnam illam molestámque suam curam lætatur. Verba ipsius hæc sunt.

Αὐτὸς τ' ἐγὼ σοφισμὸν χρᾰθύσομαι,
Τὰ δεσποτῶν γὰρ εὖ πεσόντα δώμασιν
Τρὶς ἐκ βάθρων τοὺς δίκαι φρονεῖν ἐμοί. id est,
Ego vero ipse prætoria canam,
Dominorum enim bene cadentia faciam.
Ter sexies iacta mihi hæc face.

Declaratio autem hæc legitur in antiquo libro: μεγίστοις τεὸς ἐκ βάθρων, ἐπὶ τῶν ἄκρως εὐδαιμόντων. Suidas et ante eum Hesychius hoc prouerbium intellexisse, cùm ait, τεὸς ἐκ τετάρτου βόλου. *Lege sup. Iunij prou. Ter sex iacit.*

Dædalæis fertis remigijs. 78

Μεταφορικῶς vsus est Plautus in Amphytrione, cùm Sosiam nero se purgantem inducit, qui putabat se cædi quod lentè iter fecisset: Non ocyus quiui, si me Dædalæis tulissem remigijs. Virgilius quoque motum alarum in nauibus remigium dixit. Ane 4. quam metaphoram videtur etiam vsurpasse Lucretius 6. cùm de volucribus ait Remigio oblitæ pennarum vela remittũt. Id tractum videtur à nauibus ad aues, ac quicquid denique ocyus fertur. Hæc translatio tam poetica est, vt Quintilia. in agendo hac se non vsurum fateatur, sicut nec pastorem populorum, quod Homerus dixit: ποιμένα λαῶν. Idem Virg. li 4 Æneï. Volat ille per aera magnum remigio alarum, &c. Æschylus etiam in Agamemnone aptissimè vsus est hac translatione, declarãs profectionem Atridarum cum exercitu è Græcia ad Helenam recuperandam: Τεύχων ἀγωνῶν ὀτρυντὴς ἐπωτίοις ἄρας πᾶς ἀνὴρ ὑπηνεμίοις, λιγυροῖς. Σθενοβρυχοῦσιν Ῥιπαῖσιν Ἰτυμαῖον ῥοθιόεντα Διαμοιρῶν πόρον ὁρμαλίχοις ὀλκοῖσιν. Illos enim, inquit cum classe ad Troiam euntes, similiter fecisse atque accipitres, qui amissis pullis lõgè à nidis illis sublimè volantes, ac remis alarum remigantes, gyrum conficiant, atque aerem quæstu impleant. A Dædalo quoque omnia luculenta & magnifica opera τεχνήματα δαιδάλεα ἔργα, Dædala opera vocantur. Et Dædali tecta apud poetam. *Huc refero prouer. à Chil. Dædalum remigium.*

Seruiles in animo pilos habere. 79

Plato stupidum indoctum & vecordem designans, seruiles in animo pilos habere dicit ἔχειν τοὺς ἀνδραποδώδεις ἐπὶ τῆς ψυχῆς τρίχας. Sic & Pythagoricus Lysis, spissum atque hirsutum vepretum innasci illorum animis ait, qui non rectè & parè disciplinis sunt inaugurati.

Temporibus seruire decet. 80

Lucanus ad Calphurnium Pisonem:

Tum orbem seruire decet, qui tempora certis
Ponderibus pensant cum si bella vocabunt,
Miles erit: si pax, posita toga gestiet armis.
Hunc fore pacatum, bellantem castra decebunt.

Cicero libro de finibus tertio cõmemorat inter præcepta veterum sapientum, quæ constat prouerbiorum vice celebrata: Quæque sunt, inquit, vetera præcepta sapientum, qui iubent tempori parere, & sequi Deum, & se noscere, & nihil nimis. Pro parere, sunt qui parcere legunt. *Assuta sunt, seruire tempori. & Vt fors.*

Κύβος. 81

Pro anticipiti euentu κύβος, vt alea Latinis, ponitur. Vnde prouerbiale illud apud Æschylum in 7. ad Thebas: ἔστιν δ' ὁ κύβος ἄρτι κεκινημένος, id est, Mars belli incertus rem iudicabit.

Ebrius. 82

Ebrius, metaphoricõs pro pleno & ad saturitatem vsquè referto accipitur. Similiter μεθύειν (quod inebriari propriè sonat) pro πλησθῆναι & compleri efferũt Græci: quomodo in Dioscuris Theocritus de Amyco Bebrycũ rege loquẽs, illud extulit: ἔστη δ' πολλῶν μεθύων, i. cõstitit offertus & ebrius plagis. Apud nostros Plautus Comicus ebriam cœnam dixit pro opipara & adiiciali copiosáque. Quid, quòd Nonius Marcellus ebrios dici posse qualibet re expletos, cõfirmat authoritate Varronis, qui in Eumenidib. dixit, scholasticas aures scholica dape ebrias? Quin & vestis cæstro ebria legitur, quæ purpuræ florẽ ebiberit: quæ simili metaphora, saturata murice à Martiali dicitur. Deinde quia ebrietas mentem alienat, & (vt Enniano vtar verbo) expectorat, ob immodicum potum, etiam pro demẽtato & mentis haud compote, accipitur ebriũ: qua in significatione sumitur apud Horatium odarum lib. 1. de Cleopatra Ægypti regina, quam dicit fuisse fortuna dulci ebriam, h.e. dementatam nimiúmque secundis rebus elatam, ad exemplum Anacreontis Teij, qui amantẽ sine modo, & amori cædro velut extra se positum, μεθύοντα ἔρωτι dixit, i. amore ebrium, quod apud Philostratum in Apollonio lectum est. Quam significationem ebrij, agnoscas etiam in Petronij Arbitri illo versu:

Vilis adulator pisto lacet ebrius ostro.

Quo innuit parasitos & adulatores ad amplissimas fortunas principum stoliditate euectos, priorum vitæ sordium non amplius memores, reliquos præ se despicere, rerum successu elatos.

Sanguis integer. 83

Integer sanguis, à Plauto Vergilióque dictus iis esse, quos validos florentesque viribus ostendere voluerunt. Inquit Demiphon apud Plautum: Nam hanc se bene habere ætatem nimio est æquus: Adolescens cũ sis, tum quum est sanguis integer, rei quærendæ tunc conuenit operam dare. Vergil. Anchisen filio sic loquẽtem introducit: Vos ô quibus integer æui sanguis, ait, solidæque suo stant robore vires, vos agite ite fugã. In sanguine, vitalis calor, vigor, & corporis robur est: tum integer purúsque sanguis, vires adiuuat. Hoc etiã à nobis vulgò fertur, in oréque est omnis multitudinis, cùm idẽ significare volumus: *Il est en son sang chaud.* h.e. firma validaque ætate est, in flore ætatis est, ac firmum corpus habet. Empedoclis autem sententia est, vim animi esse sanguinem circa præcordia. Ille autem cui sanguis frigidus est, natura est tardi ingenij & hebetis: & ille cui sanguis est integer, hoc est calidus, est prompti & celeris ingenij.

Πρῶτα αἰνεῖν, ὁρμᾶν. 84

Πρῶτον αἰνεῖν, Græcis frequens in ore est, necnon ὁρμᾶν, pro iis quod nostri dicere consueuerunt. Naturæ aptum, & accommodatum, & quod per se appetitur. Vide Cic. de finibus.

Vulpinari non decet, nec vtrique parti illudere. 85

Illud in adulatorem competit, qui vt tectius veritatíque imponat, dissimulare se fingit ex composito. Tale est Praxillæ poetriæ Sicyoniæ, quod inter ea, quæ μέσσατα siue conuiualia inscripsit, à veteribus recẽsetur.

Οὐκ ἔστι ἀμφοτέροις γενέσθαι φίλον.
Οὐδ' ἀμφοτέροις γίγνεσθαι φίλη.
Κωμικὸς μάρτυς. 86

Qualis in fabulis comicis inducitur, hoc est, subitus atque oportunus. Tales enim illic inducuntur, vt quum res postulat alicuius testimonium, repentè ipse appareat, præsto que sit tempori illi. Cicero lib. epist. familiar. ad M. Cœlium. Mea verò officia ei non defuisse, tu es testis, quoniã μάρτυς ὁ μάρτυς accidit Phanias. *Lege sup. Iunij Centu. 4. prouerb. 79. Comicus testis: vbi explicationem hanc Caluagnini reprehendis, & meliorem*

adsert ex Villerio & Camerario.

Serui Comici. 87

Eadem quoque ratione videntur vocari à Plauto in Captiuis, cùm Ergasilum parasitum ita induxit loquentem: Nunc certa res est, eodem pacto, vt comici serui solent, conuiciam in collum pallium, primò ex me hæc rem vt audias: necnon à Pomponio in præcone posteriore: hæc enim ipsius verba, inde sumpta, exempli loco ponuntur à Nonio: Si sciam quid velis quasi serui comici commictilis.

Mulieres scenicæ. 88

Afranius etiam, cuius testimonium à Nonio citatur, videtur idē secutus, à locoque in quo fabulæ ipsæ spectātur, formato nōmine, appellasse mulieres scenicas: inquit enim, Quam beatæ scenicæ videntur mihi mulieres, quæ iurgio & benevolentia terrent de subito viros.

Τεῖλαι μίτους. 89

Græcis in ore est, cùm abucere verecundiam & omnem partem pudoris conterere, significare volunt. Latini itidem pro impudenter se gerere in aliquo negocio, dicunt facere frontem siue os. Athenæus lib. 5. Δειπνοσοφιστῶν, de impuro & consecelerato viro Athenione loquens, qui è philosopho tyrannus euasit, ac plebis fauore regnum Athenis occupauit: Μικρὸν δ' ὕστερον ὅτι τοῦτο ἦν ἅπασι τοῖς πολλοῖς συλλαλοῦσι, τοῦτο ἐκεῖνος παρῳκήμενον ἐπὶ μετώπου τὸν τῶν. & quæ sequuntur. Quamuis enim antea quoque fariò nōnulla dixisset, nondum tamen omnem impudentiam effuderat: & Strabo in 13. libro χωλοτραγούμενον cùm licentiam quorundam accusarem in Homeri loco immutando sudacterque interpretando, inquit enim: ἐγχωρεῖ γὰρ ἢ τῶν πάλαι παρεγκεχαμένων τὸ μέτωπον ἢ καὶ χολοτέχνην ἐπιμεμῆχθαι πρὸς ἡδονὴν ἀπαξάπασι τοῖς πολλοῖς.

Pygmæi vel Thiodamas cum Hercule. 90

Ammianus lib. 22. vbi Iuliani imperatoris animi inuictam constantiam & susurronum contemptricē laudat, prouerbiali schemate illud extulit: Frustra virum circumlatrant immobilem occultis iniuriis, vt Pygmæi vel Thiodamas agrestis homo Lindius cum Hercule. Innuit enim Iulianum nihilo magis commotum fuisse blateronum aulicorum iniuriis dicteriisque, quā Hercules Pygmæorum assultib. exterritus fuerit: imò ea ipsa contemptisse ridisseq. velut Thiodamantis Lindij probra conuiciáque inultus neglexit Hercules. Ad illud de Pygmæis alluſit Alciatus iurisconsultus in Emblemate quodam, in eos, qui maiora viribus aggrediuntur, suæ imbecillitatis non conscij, quod hunc in modum habet:

Dum dormit, dulci recreat dum corpora somno
Sub pica, & clauam cæteráque arma tenet.
Alcidem Pygmæa manus prosternere tetho
Posse putat, vires non benè docta suas:
Excitus ipse, velut pulices sic protervi hostem,
Et setas implicitum pelle leonis agit.

De Thiodamante hæc est fabula. Quum in Thiodamantem Lindium terram aratro proscindentem ex improuiso incidisset famelicus Hercules, alterum ex iugo boūm iugulat illo patiente & deūorat, quam ille iniuriam maledictis fuit aggressus: At iste illum sibi amarissimè conuiciantem cum risu & cachinnis audit. Sūt qui Herculem bis integrum deuoratse bouem ictibūt, semel apud Lindum vrbem, & iterum apud Driopas Thiodamantis bouem.

Telam texere. 91

Cicero 3. de oratore, vbi Crassus de vita, quam errore quodam ducti, in republica tenuere Gracchi, queritur: Doleo quidem inquit, illos viros in eam fraudē in rep. esse delapsos, quanquam ea tela texitur, & ea in ciuitate ratio viuēdi, ac posteritatis ostenditur, vt eorum cuiusq; quod patres nostri non tulerunt, iam simules habere cupiamus. Ostendit Crassus se metuere, ne interitus resp. appropinquet, quia ea in ciuitate ratio viuendi ac posteritatis ostenditur, vt optandi sint ciues simules Gracchis, quamuis maiores ipsos, vt perturbatores otij, sustulerint. Quod autem Cicero telam texi dixit, cùm viuendi rationem institui intelligeret, elegantissimus quoque scriptor in Phædone eodem pacto locutus est, ab eadémque re simile duxit, cùm de sapientis animo differeret, qui implorato auxilio Philosophiæ, benefic. óque ipsius solutus è vinculis, nollet voluptatibus se ac ægritudinibus tradere, atque ita rursus implicari, idque agere, quod exitum nō haberet, perindéque esset ac Penelopes telam quandam tractare. Verba Platonis hæc sunt, quæ ad locum hunc faciunt: πάντα αὖ ἔοικεν ἢ διάνοια ἡμῶν ἔχειν περίπου παντάπασι τινὰ ἀνάγκην ἰσόν μεταχειζομένων.

Narcissi opus. 92

Hoc vtimur quoties summam opulentiam significamus. Iuuenalis in 14. Satyra, pro maximis seu infinitis posuit diuitis:

Sed nondum implent gremium, si pandit vtrique,
Nec Crœsi fortuna vnquam, nec Persarum tegna
Sufficient animo, nec diuitiæ Narcissi,
Indulsit Cæsar, cui Claudius omnia, cuius
Paruit imperiis, vxorem occidere iussus.

Caius Plinius lib. 33. eo capite, quo de immodica pecunia & quorum maximè opes fuerint, scribit, posteaquā de Crœso Crassóque non pauca retulit, ætas Claudij libertus, quorum in numero Narcissus fuit, Crœso etiam opulentiores fuisse docuerit his verbis: Nec fuit satis, nisi totum Parthorum esurisset aurum. Atque vt nomen quidem opimi (de Crasso loquitur) occupauerit, (iuuat enim insectari inexplebilem istam hæredi cupidinem) multos postea cognouimus seruitute liberatos opulentiores patrēque tres Claudij principatu, Pallantem, Callistum, & Narcissum.

Firmo & maximo progressu. 93

Μεγαρικῶς apud Ciceronem & Caium Cæsarem dicitur, & est loquendi modus planè militaris, valétque magnis itineribus. Cn. Pompeius sub. pridie quadam ad Dom tium: Quod audieris Cæsarem firmo progressu in castrum Tuscinum venisse. Caius Cæsar lib. 1. bellorum ciuilium: Maximo Cæsar progressu omnem agrum Picenum percurrit. Cùm idem significare volunt Itali, *à gagliarde giornate* dicunt, Galli *à grande iournées.*

Amor fit ira iucundior. 94

Istud præterquam quod vitiosum esse intelligitur, testimonio etiam atque authoritate Plutarchi confirmatur, in commentario, quem Ἐρωτικὸν vocauit: Quemadmodum enim, inquit, cùm è nubibus exiit sol, ac post caliginem denique, feruentior est: ita amor cùm intercessit ira aut suspicio, pace facta, reconciliatisque animis iucundior est atque acrior. Plautus præterea simulatum Amphitryoni louem idem induxit loquentem: Verum iræ, si quæ fortè euenium: huiusmodi, inter eos, rursum si reuentum in gratiam est, Bis tanto amici sunt inter se quàm prius. Hinc Terentius in Andria: Amantium iræ, amoris redintegratio est.

Voluptas, malorum esca. 95

Vox Platonis grauis in Timæo, ἡδονὴν μὲν κακῶν μέγιστον κακὸν δέλεαρ. A Cicerone in libello de Senectute, ita expressa: Diuinus, inquit) Plato etiam malorū voluptatem appellauit, quod ea videlicet homines capiantur vt hamo pisces. Sed à Plauto in Mercatore, in Latinum prius versa: Demipho, Sapientum illud dictum, te audisse reor sæpius: voluptas est malorum esca, quod ea non minus homines, quam hamo capiantur pisces.

Non putaui. 96

Hæc vox vim prouerbij habet: qua frequenter se purgant, qui propter imprudentiam peccarunt, cui planè respondet hæc Græcorum: οὐκ οἰόμενον, quam vsurpauit Polybius lib. 10. historię, cum accusaret Marcellum, quòd se collegámque temerè in insidias cōiecisset, nimia cupiditate dimicandi cum Annibale: peccato enim ipsius exposito, vnde pene interitus rerum Rom. natus est: cùm itidem antea docuisset in viliorib. hominibus periculum earum rerum subeundū esse, nō in persona imperatoris, addidit certissimam notam esse imperitiæ ducis ac tarditatis dicere, non putaui. Quas vt quam operæ sit hoc futurum? quare non posse vllo modo ita defendi. Verba ipsius hæc sunt: τὸ μὲν γὰρ λέγειν ὡς οὐκ οἰόμενον, τῆς μὲν ἀπειρίας ἐστὶ σημεῖον, μεγίστην δὲ καὶ δεινὴν ἁμαρτίαν ἀποτελεῖ πρὸς ἅπαντας ἀνθρώπους. Sed etiam Plutarchus in libro de Tranquillitate animi, cùm antea docuisset habitum illum animi Anaxagoræ, qui audita morte filij dixit: Sciebam me genuisse mortalem, non esse solum laudandum, sed etiam imitandum: illo enim modo: ihil nouum & inexspectatū accidere posse addidit: καὶ γὰρ τὸν πατέρα προσεδόκα ἀποθανεῖσθαι ἐξ ἀνθρώπου, ἀλλ' οὐ τοιοῦδε τὸν ἀπολεῖσθαι μέ, ὃν ἀπεφηνάμην ὁ μὲν λογισμὸς ἐν ἀπορρήτοις, ἡ δὲ πολλὰ πλήττουσα ἡμᾶς ἐν ταῖς ἀφανέσι φαντασίαις. Collegit enim omnia, quæ cum imperatum aliquid contigisset, parum prudentes homines, & qui nunquam conditionem rerum humanarū meditati fuerant, dicere consueuerant. Cicero pro Ligario,

omnem vnà rationem colligens parem huic, aptam ad veniam impetrãdam, culpáque confessa pœnã cuitandã nunquã hoc modo negligente iudices, errauit, lapsus est, non putauit, si vnquam posthac ad parentem, sic agi solet. Simonem etiam Terentianum eodem cõsilio existimauit eruditus interpres idem verbũ protulisse, cùm errorem animi sui indicauit, falsóque se sensisse de moribus officiisque filij confessus est. Sic enim ait: Hæc ego esse putabam omnia humani ingenij, mansuetique animi officia. Ita enim locum hunc Donatus declarauit: Putare est eius, qui simplicitate pectoris aberrauit.

Pisces magni parvulos comedunt. 97

Id apud Græcos & maiores nostros in vsu fuit, & adhuc hodie vulgò nos vsurpamus, cùm de iniuriis opulentorum querimur, significamúsque nouum non esse, quod tenuiores exuantur patrimonio à potentioribus. sumptum ab animante immani, atque expertẽ omnis humanitatis. M. Varro in Menippeis lib. quẽ Margopolim siue περὶ ὀψῶν inscripsit, apud Nonium: Natura humanis omnia sunt paria, qui pote plus vrget, pisces vt sæpè minutos magnus comest, vt aues enecat accipiter. Polybius 15. lib. historiarum: τὸ δ' ὅν τρόπον οἱ τύραννοι, διαχεῖται δὲ τὰ τοιαῦτα τῶν αἰχμαλώτων φέρεται, ἀλλ' ἐξ αὐτῶν ἀναγκάζει τὴν ἀναίδειαν ἔνιοι, ὥστε φανερῶς τὸν λοιπὸν βίον ἐν οἷς φασιν ὁμοφύλοις ἔτι καὶ τοῖς μέσοις καὶ ἀπόλεμον τοῖς μείζοσι δουλεύοντα ζῆν βίον, i. Nec faciunt (inquit) hoc more tyrannico, sed modum aliquem dedecoris prætextum præmittunt, & confestim impudenter ac ferociter sic agunt, vt atrocitas ipsorum, vitæ piscium conformari possit: de quibus fertur, quod cùm eiusdem generis sint, nihilo tamen minus minorum perditio, maiorum sit cibus & vita. *Vide Animadu. Iunij, & eiusd. prouerb. 2. Cent. 9. Piscium vitæ ex quo hæc videntur sumpta.*

Gutta cauat lapidem. 98

Hoc Ouidiano hemistichio ex quarto libro de Põto vtimur, quoties temporum diuturnitate omnia abiumi significamus:

Gutta cauat lapidem, consumitur annulus vsu,
Et teritur pressa vomer adunctus humo.

Cæcilius: πίπτουσα σταγὼν λίθον ἐκκοιλαίνει ὕδατι & ἀνδυκηρόν. Hunc versum citat Simplicius in commentario suo in octauum librum Naturalis auscultationis, quem his verbis Lucretius protulit.

Nonne vides etiam guttas in saxa cadentes
Humoris longo in spatio pertundere saxa?

Hunc refert Erasm. proverb. Pitsat. Videndum tempus.

Pro incerta spe, certa præmia. 99

Salustius in bello Catilinæ, de Allobrogibus loquẽs, diuersa consilia animo volventibus, inquit enim: Pro incerta spe, certa præmia. Animaduertet dum præterea an cùm idem de bello Iugurthæ narrat ita, Metellũ regi Boccho suasisse, quanquam opibus suis cõfideret, tamen non debere certa pro incertis mutare, respexerit (vt puto) ad sententiam versus Hesiodi, valdè celebratam. inquit enim sapiens ille poeta:

Νήπιος, ὃς πὰρ ἐόντα λιπὼν, ἀπάρτια διώκει. id est,
Stultus, qui parata relinquit, & imparata persequitur.

Theocritus in Cyclope: τὴν παροῦσαν ἄμελγε, τὰ δὲ φεύγοντα διώκεις; id est,

Mulge præsentem, quid enim fugientem sectaris?

Vbi scholiastes Hesiodi versum citauit. Hoc age igitur, quod præsens, quódque præ manu est, & in id vbi mens intenta sit: de eo cogita, non interea inanes cupiditates & vana somnia sequaris. Plautus autẽ apertius illam vertit, cùm Pseudolum, callidum seruum, secum philosophantem inducit, in aliisque multis dicẽtẽ: Seuleti haud simus, frustrà vt simus, quàm quod cupientes dari petimus nobis, quasi quid in rem sit, possimus noscere. Certa amittimus, dum incerta petimus, atque hoc euenit, in labore atque in dolore vt mors obrepat interim. Hoc autem prouerbio monemur, vt præsentibus commodis fruamur, & absentium cupiditate nos non excruciemus. Iuxta hoc Philemonis comici, ἀεὶ δ' οἷς ἔχομεν, τοῖς γε μὴ δεῖ χαίρομεν.

Ἂ δ' οὐκ ἔχομεν ζητοῦμεν, ὧν μὲ δεῖ τυχεῖν,
Ὧν ἡ ἀπουσία τοῖσιν ἐσθ' ἡμῶν ὅσοις.
Si præsentibus non vtimur,
Absentia vero quærimus: his quidem nostra culpa,
Illis etiam per fortunam priuabimur.

CENTVRIA SECVNDA.

Cœna sine sanguine. 101

DIphilus comicus, apud Athenæum, libro 6. Cœnam sine sanguine vocauit, quam Plautus terrestrem appellauit. Ambo autem tenuem pauperémque, h. e. vilibus dapibus instructam mensam intellexerunt, ille ob quam ornandam nullæ cædes forent animantes, hic ob olera. Inducitur autem parasitus ab eleganti facetóque poeta ita loquens: Narrat enim se dissentire ab ingenio multorum, qui cùm vocati sint ad cœnam à diuite aliquo, fortunatóque homine statim domum introeũtes laudant triglypha, tecta laqueata, corinthiaque vasa, coniectis in huiusmodi ornamenta ædium oculis: se nám que his rebus spretis, intentis oculis respicere fumum culinæ, quod si ille impetu quodam directo latus sit, se gaudere, ac præ gaudio exultare. Contrà autem si obliquus ac tenuis illicò cognoscere cœnam, quod ei vehementer dolebat, sanguinem nõ habituram. A signo igitur ille iudicat se malè acceptum iri: neque enim huiusmodi cœna ipsum delectabat. Plautinus contrà senex in Captiuis, parasitum ludit, ostendens se huiusmodi cœnam ei daturum: Asper meus victus sanè est, cui ille: Sentísne, estas: Sequitur: Ægio, Terrestris cœna est. Par. sus terrestris bestia est. Æg. multis oleribus. Par. curato ægrotos domi. Nihil autem inimicitiùs esse oleribus parasitó, & hic declarauit, & apud eundem Græcũ comicum in Mercatore, qui accusat alium, & pisces & aues, & omnes demum delicatiores escas coemẽtem. Inquit enim sumptibus & voracitate illius fieri, vt & ipse, & vniuersa ciuitas necessario ad olera redigatur, ac pugnent sæpè, contendántque inter se de apiis, vt in Isthmiis fieri solebat: quorum certaminum corona victoriæ præmium erat ex apio. Nam iocatus in hoc lepidè est. Inquit igitur: ἐκ δὲ τῶν ἰχθυηρῶν ἐνὸς οὐ μαλακοῦ. Συνήκας ἡμῶν εἰς ταλαιπωρίαν πολύν. περὶ τῶ πολίτης μαχόμεθ' ὥσπερ ἰσθμίοις. Plures tamen versus sequuntur apud Athenæum, codẽ, quo superiores, libro. Eadem autem sententia Alexidis comici fuit, qui in fabula Demetrium accusãs Phyllũ quendam, vt in piscibus emendis perditum, affirmauit, ipsum tertiam quandam tempestatem additum esse, prius namque flante Aquilone, aut Austro vehementiore, marisque fluctibus commotis, nemini piscem comedere licuisse. Postea verò accedente illo in forum, atque omnes inde pisces euerrente, tanquam procella quadam à turbine ad eandem penuriam omnes compelli. Quare (inquit) restat vt cõcertemus inter nos de oleribus. Carmé quoque ipsius, quia elegãtissimum est, hic apponam: φέρτερον μὲν οὖν βορέας ἢ νότος ἐστὶ τῇ θαλάττῃ λαμφθείς, ἰχθύσι δὲ οὐδὲν διαφέρει. νῦν δ' ὅσοι δεῖπνα πολύμοχθα τοῖς φίλοις παρέχουσι χρόνῳ πλείονι. ἐπεὶ γὰρ εἰς τὴν ἀγορὰν, ἢ ὅπου πεπόμφασι τύχῃ. Εἰς τὰς ἀγορὰς, ἢ ὅπου πεπόμφασι τύχῃ. Εἰς τὰς ἀγορὰς, ἢ ὅπου πεπόμφασι τύχῃ. ἄρχεται φέρειν εἰκὸς τὸν λαφύσσειν, ὥστε γίγνεται, ὡς τοῖς λαχάνοις τὰ λοιπὰ ὑμῖν ἡμῖν μάχη. Leguntur autem apud Nonium verba quædam Turpilij, quæ videtur è principio posterioris huius exẽpli expressa: Ante hac si flabat Aquila aut Auster inopia erat piscati. Quod vero terrestrem cœnam suam esse Ægio dixit, addiditque copiam illic tantum olerum esse, Cic. quoque testatus est in epistola ad Gallum, lege sa uptuaria C. Cæsaris terra nata excepta fuisse, vt cùm aliarũ epularum definitus numerus esset, herbarum, ac cæterarum rerum, quæ orirentur è terra, propter vtilitatem copia concederetur. In quibus etiam condiendis lautos homines tantùm studij ponere solitos ostendit, vt illæ etiam sua sponte viles inuucundæque res, suauissimæ fierent. Animaduertendum etiam, quàm acutè subtilitérque parasitus spem non amiserit sumptuosæ cœnæ, quamuis audisset illam terrestrem futuram: aliter enim cepit vocem eam terrestrem, quam ille vsurparat: terrestres enim quoque animantes vocantur, quæ in terris viuunt, vt distinguantur ab iis, quæ in aquis aut aere degunt: & sanè Cicero in vertẽdo Timæo quod est apud Platonem· πεζὸν δὲ ἐκ χερσαίων πάντων, terrestre quartum reddidit. Earum autem nõnullæ iucundæ sunt, ih conuiuia que apponuntur. Putauit igitur sine piscibus ambusque posse opipare apparari conuiuium.

Τίς δ' ἀμύητος ἄβροτος βασιλικὸς ὄψετ' ἐκεῖ ἐξυδρίζει, τὸ δ' ἄλιτον ἀθρόον; 102

Peruulgata vox in Græco sermone, cuius meminit Plutarchus in lib. de Securitate animi, ostendens eam

sanè prolatam esse aduersus curiosum atque φιλαυτίαν, commune penè vitium omnium mortalium. Illa autè hæc est. τὸ τὰ ἀφανῆ ἀδήλως, βασανιστῶς καὶ ἐξακριβοῦντι, τὰ δ' ἐναργῆ ἀφανῶς ἐπεσκοπεῖν; Idem manifesto valet sententia Horatij in tertia Satyra, libro primo:

Cùm tua peruideas oculis mala lippus inunctis
Cur in amicorum vitijs tam cernis acutum,
Quàm aut aquila, aut serpens Epidaurius?

Vbi peruidere ad imitationẽ Græci verbi ἐναργῶς videtur esse formatum, atque inde omnino translatũ, putóque significare oculis tantùm, nec attentè contẽplari quod à contrario intelligitur. Themistius in oratione quam vocant βασανιστὴν scribit se mirifico amore rerum suarum cognoscendarum teneri, dissentirẽque in hoc ab ingenio plurimorũ, qui alienas res curiosè inuestigant, suas propriasque negligunt, ita autẽ loquutus est elegans eruditusque scriptor: ἐγὼ δ' ἐκείνῳ μᾶλλον φιλοτιμοῦμαι, ὅσα μοι πεπόνηται πάρεργα, ἵνα τὰ ἐμαυτοῦ μόνον ἐρωμένως. τὰ δ' ἄλλα ὅμως δυνάμενος, οὐκ οἶδ' ὅτι (φασὶ) δεινὸς πολυπράγμων εἶναι, καὶ τὰ ἀλλότρια, καὶ οὐδὲ ἐμὰ τὰ ἐμαυτοῦ. *Vide Naucy Miscellan 3 sub fine.*

Τραῦλος. 103

Videtur τραυλὸς id significare apud Demosthenẽ in oratione pro Ctesiphonte, quod Cic. pro Milone tragœdias excitare dixit: Nunc eiusdem Appiæ nomen, quantas tragœdias excitat, valeat, materiam præbet ad inuidiam Miloni faciendam. Quin hoc ipsum, si alibi quopiam deflectatur, prouerbium refipit, vel etiam pro tumultum mouere, siue rixas, &c.

Cynicus. 104

Cynici dicuntur dicaces, & qui iocis scurrilibus delectantur, quibus etiam Diogenes increpare solitus est molles ac delicatos homines vnde canis nomen ipsi impositum est. Cicero lib. 2. Epistolarum ad Atticum, de Pisone loquens: Etenim, quantum coniectura augurari possumus, si erit nebulo iste cum his dynastis in gratia, non modò de Cynico consulari, &c.

Σκυλλαλαί. 105

Aristophanes hoc prouerbium eleganter torquere solebat in aliquot sui tẽporis blateriones insulsissimos, qui se poetas iactabant, cùm hoc essent nomine indignissimi, eos etiam ὀνοσκυλλίδας appellans. Senarius Aristophanis est in comœdia quæ inscribitur Ranæ:

Ἐπυλλίδες τῶ τ' ὄντι καὶ σκολιαλαί. id est,
Epyllyllides sunt hæc & ampulla mera.

Βραδὺς. 106

Βραδὺς siue βαρδὺς (vtroque enim nomine dicitur per metathesim) idem, nunc vulgò iactatur, quod μωρὸς hebes, tardus ingenio, stupidus ac segnis, cùm tamen olim sapiẽtem significaret & ingeniosum, quales nimirum Bardos apud Celtas fuisse cõpertum est. Verùm enimuerò paulatim eius significatio, abutentium culpa, in sensum contrarium detorta est. Vnde Cicero libro de fato, stupidum Socratem dicit & bardum. Idipsum in voce sophistæ, factum videmus, in tyranno, in hoste, in musico, in alijs plerisque. Bardi autẽ Celtarum philosophi, in Bardo Druydis filio, quinto Celtarum rege, qui sectam poetarum & musicorum introduxit, cognominati fuere, tametsi & alitunde deduci posse videatur appellationis huius etymologia. Nam Bardus etiam ipsis Gallis olim cantorem significabat, apud quos hodie Poeta & Musicus pro leuissimo homine vsurpatur.

Cursum vitæ. 107

Cursum vitę etiam μὴ φρενῶν dici certum est, pro quacunque vitæ conditione. Cic. pro Milone Veltras verò, & vestrorum ordinum occursationes, studia, sermones, quemcunque cursum fortuna dederit, secum se ablatũrum esse dicit. Virgilius quoque: Vixi, & quem dederat cursum fortuna peregi.

Ferreus. 108

Aristophanes in fabula Arcananibus σιδηρῶν, vocauit impudentem hominem, dicens:

Ἐκ τῶν ἀναισχύντως ὢν σιδηροῦς τ' ἀνήρ.

Ferreus quoque nobis prouerbio valet durum, implacabilem, sine sensu. Fit enim prouerbialis hyperbole, vsurpator adamantinum, corneum, & similia, de rebus implacabilibus. Quamobrẽ Virgilius lib. Æneid. 10. & 12. omnium vocat ferreũ, quasi mortẽ duram, & inuictam. Hom. li. Iliad. 11. ὡς μὲ κάτα πεσὼν καιρίσσατο χάλκεον ἔγχος. Ouid. in elegia quadam: ferreus est ille quis, quod

finit alter amat. Vide Adamante durior, & totus saxeus & ferreus, aheneus. Item, durus & implacabilis, & Difficilis vir. Inexorabilis & durus.

Galba. 109

Galba, vt asserit Tranquillus, de Seruio Galba, olim Gallis per iocũ præpinguem denotabat. quæ vox paulatim illis decidit, & penes Germanos, vnde prius fluxit, adhuc hodie in vsu est, qui in hac significatione mutatis quibusdam literis & iam hodie per iocum dicunt *Kalb*. quod de vitulo bene saginato propriè apud eos dicitur. Ægidius Tschud. in Rhetica descriptione scribit, quod etiam hac adhuc ætate Heluetij pinguẽ hominem vitulum vocant. Vitulus autem Celtica lingua, *calb*, significat. Sed Romanos Galb pro Calb, vt Gaius pro Caius protulisse.

Verpus. 110

Hæc vox hodie vulgò à nobis vsurpatur, cùm Marranum & Iudæum denotamus. Verba enim pro membro virili dicebant, hinc & verpus illis dicebatur, cui mentula erat præputio nudata, quæ quidem vox & apud Iuuenalem reperitur.

Massilienses mores. 111

Plautus in Casina Massiliẽses mores, quos miris laudibus Strabo & Cicero oratione pro L. Flacco efferunt, tanquam optimos & probatissimos dixit: Vbi, inquit, tu es qui colere mores Massilienses postulas? Massilianam enim peregrinationem pro Attica disciplinæ gratia tuscipiebant Romani. *Hos confer quæ habet Eras. in prouerb. Naliger. in Massilian...*

In fumum abiit. 112

Itali & Galli sermone suo hoc modo loquuntur, cùm aliquem repẽtè è manib. elapsã significant, Dicũt. n. in fumũ abiit, atq. ita euanuit. Huic sin ile est Plautinũ illud, in Trinummo, quæ Cic. in L. Pisonem vsus est. Ratio herclè apparet, argentum decoctum aëre.

Chrysippus. 113

Hoc nomine vulgò imbecilli consilij, nullinsque industriæ homo significatur, quo etiam nomine contumeliæ causa vocatus fuit Chrysippus à Zenone Epicureo, vt testatur Cic. in lib. de natura Deorum.

Amor tussisque non celatur. 114

Peruulgata vox est, quæ vim prouerbij habet, qua negamus amorẽ tussimq. cælari posse: quod huiusmodi sint morbi, alter animi, corporis alter, vt inuitis nobis intelligantur, & quasi tonices suo indicio deprehẽdantur. Sententia similis est apud Antiphanem comicum, ac penè eadem in epitome libri primi Athenæi.

Murgiso. 115

Apud antiquos pro inerti & desidioso, vulgò ferebatur.

Omne nimium non bonum. 116

Sententia hæc vulgo sermone Gallico fertur: omne nimium vertitur in *trop*, h.e. in nimium & vitium, siue infeliciter & calamitosè. Qui igitur perditum in modum ac nullo consilio aliquid gerunt, illis dicitur: Omne nimium nũ bonum. Ad hæc τὸ πᾶν τὸ λίαν φεύγειν τὴ φύσει, καὶ πλησμονὴν, ἔλιμὸν, καὶ δὴ καὶ ἀγαθὸν εἶδον, ὁ, τι καὶ μᾶλλον τῆ φύσει ἐστί. h.e. omne nimiũ, inimicũ, & hostile est naturæ: nũ repletio nec fames, neq. aliud quicquã, quod naturam excedit, bonũ est. Plautus in Pœnulo:

Modus omnibus in rebus foret, optimum est habitu.
Nimia omnia nimium exhibent negotium hominibus ex se.
Nã enim potest quisquis cogitare, si cũ jamptas sat erat forer.
Eo illud factus est ingratis quod satis est habitus pl^s quam sat est.

Laurentius Hũfredus tertio de Nobilitate libro: Sed quicquid nimium est, ingratum & iniucundum est, eiusque omnis in fruendo suauitas amittitur. *Hæc res ir illud libl. Ne quid nimis.*

Neminem in os vultúmque respicit. 117

Itali patrio sermone dicere consueuerunt, cùm aliquem seuerum esse, aut nimis durum significare volunt, neminem in os vultũque respicit.

Athleta. 118

Athleta μεγαφυεῖς & à Græcis & à Latinis scriptoribus dicitur, appellatúrq. qui eximius præstansq. in aliquo artificio est. Timæus apud Athenæum accusans Philippum: ἀλλ' ἡ τῶν ἄλλων ἀθλητὴς ἀδικίας καὶ βδελυρίας ἀνήλωτας ἐποιεῖτο. Sed & alix multitiæ & execrationis primos reddidit. Demosthenes contra Aristogitonem ἐξ ὧν πᾶσι τοῖς ἀθληταῖς ἅπασι καλῶν ὑπῆρξε πρότερος. Vnde omnes rerum præclare gestarum principes extitere.

Dionysius

Dionysius Halicarnasseus de iunctura verborum: πῶσον δ' ἂν εἴη τοῦ σώματος τὸ ἀνάμεστον, ἢ τοῦ διὰ τοῦτο τὸ κάλλος, ἀναπίπτειν γίνεσθαι πρὸς τὰ ἀθλητικὰ τοῦ βίου. Huiusmodi videlicet nominum connexionem & elegantem colorum dispositionem ab eius reiperitis fieri est existimandum. Varro libro tertio Rerum rusticarum: Cùm hæc loqueremur, clamor fit in campo, vos athletæ comitiorum vnà cùm id fieri non miraremur propter studia suffragatorum. Idem secundo eorum librorum: Sed hæc ita à nobis accipietis (inquit) Scrofa, vt vos, qui estis Epirotici, pecuarij athletæ, remuneremini nos, ac quæ scitis, proferatis in medium. Nemo enim omnia potest scire.

Si non hominum, saltem solis vos pudeat. 119

Hoc improbos ab occultis sceleribus reuocare tentamus. Solem enim prisci putabant & rebus hominum honestis exhilarari, & eorundem turpibus nefarisque factis commaculari. In multis enim rebus, quæ sanctitatis plenæ, reuocare improbum à scelere deberent, cum occultum aliquod facinus moliretur, solem etiã veteres ponebant, quem nemo fallere posset, cum sua omnia perlustret. vt Demosthenes de falsa legatione: in proditores n. publicorum commodorũ inuehens: ἢ ὅτι γὰρ ἥλιον ἡγοῦνται οἱ ἅπαντα πρόνοιαν, ὅτι τοῦ χλεύης πεποιῆκεν ἐφ' ἅπασιν, ὅτι ἰδεῖν, ὅτι πάντα, & quæ sequũtur. Omnium enim horũ pudere ipsos oportuisse declarat, quæ magnam vim habent ab abstinendis mortalibus ab improbis factis. Sed Creon etiam in Oedipode tyranno, increpans eos qui adstabãt, quod Oedipum patefactis iam tot ipsius sceleribus, non è medio auferrent, si non hominum ipsos puderet, inquit: oportere saltem solis pudere, nec pati ipsum inquinari, qui luce sua cuncta alit, aspectu hominis contaminatissimi. Verba poetę hęc sunt: ἀλλ' οἱ τὰ θνητῶν μὴ κατοψόμενοι πάντ' ἔτι φῶς, τοῦ ἥλιον, τοῦ σὸν βοσκεῖν φλόγα, αἰσχύνεσθ' οὕτως ἄκρατος ἥλιος. Homerus in βαπτραχομυομαχίᾳ ἔχει θεὸν ἔχθιστον ὀφθαλμοῖσιν. id est, habet Deus inuidiæ dignum oculum.

Ὁ πρόσω ἢ ἰὸς πατεῖ. 120

Græco hoc prouerbio vsus est Suetonius in vita Claudij, quo subobscurè significare voluit se remedium illi malo, quod ei fecisset, inuenturum, sublaturumque Neronem, quod stulto consilio, imperium vt res postea docuit, Britãnico eripuisset. Suetonij verba hæc sũt: Et subinde obuium sibi Britannicum arctius complexus, hortatus est, vt cresceret, rationémque à se omnium factorum acciperet. Græca insuper voce prosequũtur, πρόσω ἢ ἰὸς πατεῖ, hoc est, etiã læsus sanatur, vel à nullo sanari potest vulnus, nisi ab eo qui inflixit. Prouerbũ autem hoc ab Achille ortum est, qui eadem hasta, qua Telephum vulnerauit, ipsum postea sanauit. Crebrum vero id est, apud veteres auctores. Plutarchus in commentario, quem inscripsit περὶ τῶ ἀκούειν, de modo quodam, qui in animis ingeniosorum adolescẽtium à Philosophia excitatur, loquens dicẽtque posse illũ à ratione ipsa, quæ ipsum inflixit sanari, non minus ac plagam illam Telephi: manifestè ad hoc prouerbium respexit, cùm etiam verbis ipsis vsus sit, quamuis versũ etiam Euripidis addat, quo Poeta ille eandem rẽ tragicè commemorauit. Verba Plutarchi hæc sunt: ἀλλ' οὐ μόνον οὐκ ἀληθεύοντός φησι, τὸ πολὺ φῶς ἀφαίμαξε πεσοῦσιν λόγχης δίχα τὸν ἐπάμυναν, ἀλλ' ἢ τὴν ἐκ φιλοσοφίας ἐμφυόμενον διαφθείρουσιν αὐτὸν ἀπὸ τοῦ πρόσω λόγῳ ἰᾶται. hoc est: Neque verò, vt author est Euripides, solùm Telephi vulnus ab eadem hasta, quæ illud inflixerat, sanatum extitit, sed etiam ingenioso adolescẽtis, qui in philosophia probè est institutus, acceptus morsus eadem oratione vnde illatus est, emendari potest. Erasmus noster in quadam epistola Iacobo Tutori scripta, eo videtur respexisse: cùm inquit, quemadmodum qui sunt à scorpiis icti, solent ab iisdem remedium petere: ita mihi conuenire videtur, vt qui literis sumus addicti, animi lassitudinem aut corporis affectionem è studiis grauioribus contractam, ab iisdem studiis, sed amœnioribus, recreemus.

Visus fidelior auditu. 121

Theodoretus in religiosa historia, statim in principio, vt sunt verba Latinè reddita; Visum (inquit) esse fideliorem auditu dicunt, auditui tamen fit quoque fides, dum ex eorum qui dicunt, veritate, ea quæ dicuntur iudicat. Hoc simile est Plauti in Truculento. Pluris est oculatus testis vnus, quàm auriti decem. At quod Iustinianus instit. libro tertio, de Gradibus cognationum alludit, cum oculatam fidem appellat, non oculis subiectam. Quidam apud Lucianum in libello, cui πρὸς τὸν ἰσοφίαν συγγράφων nomen dedit. μέμνησο γὰρ, ὅτι ὀφθαλμῶν ἀπιστότερα, ideſt, Memini enim, aures quàm oculi minus fidei digni sunt. Idem de saltatione. Herodoto inquit, authori grauissimo, ea quæ oculis apparent, certiora videntur, quàm quæ percipiuntur auribus.

Excidit. 122

Excidisse verbum ex ore μεταφορικῶς, cùm id elapsum potius temerè, quàm cogitatè emissum sit, Cic. dixit sæpè.

Phagones. 123

A Græco verbo formata voce Phagones vocabantur mandones, illi comedones & edones, homines gutturis ac ventris vicio deditos, qui plus cibi sumere soliti sunt, quam natura desideret, vt qui voluptatem corporis sequerentur, & eam quidem turpissimam cõmunémque nobis, cùm spurcissimis beluis. Nonius ἐφ' ᾧ ἀμφοτέρως· οἱ γὰρ λιχνεύοντες Edones Romani, vt turba intendant annonam, seu propter Phagones ficedulam pinguem, aut turdum, nisi volantem non video.

Struthio. 124

Semper hæc vox vulgo habita fuit pro ancipiti fide hominibus ambabus partibus satisfacere volentibus. Dictum autem id verbum est ab Apologo animantis, quæ partim fera, partim auis esse perhibetur. Cùm enim inter bestias & volucres pugna excitata esset, ipsa opem suam atque suppetias vtrisque eo animo offerebat, vt vtra partium superior fuisset, ipsa in tuto victoriæ particeps esset, sed interim & capta est, & calamitate sua ostendit simulatum esse officium, quo quis duos dominos deuincire contendit, nec vnquam bene cedere. Aut enim alterũ odio habet, aut erga neutrum ex animo est adfectus. Homerus Martem vocauit ideo ἀμφοτερόγυον, quod nũc hanc nũc illis partibus faueret. Est etiam turpissimum, cum vtraque parte colludere. *Lege prouerb. Erasm. Verpertilio.*

Tuares agitur, paries cũ proximus ardet. 125

Qui cauere sibi antea quoquam debere admonent, cùm malum pares illis similésque inuasit, simili pieríque vtuntur propinquarum ædium. Cùm enim aliqua conflagrare cœpit, ægrè incendium à proximis arcetur. Carmen est Horatij in posteriore epistola ad Lollium. Eo videntur alludisse Titus Liuius trigesimoprimo ab vrbe condita: Ex duabus coloniis, quæ velut claustra ad cohibendos Gallicos tumultus oppositæ fuissent, cum vna direpta & incẽsa esset, trajecturumque id incendium velut ex contermentibus tectis in alteram tam propinquam coloniam esset, quid tandem prætori faciendum fuisse? & Sallustius libro 3. historiæ, citante Flauio Sosipatre grammatico: Non tu scis, si quas ædes ignis cepit acriter, haud facilis sunt defensu, quin & comburantur proximæ. Quidam legatus est etiam vsus hoc simili apud Polybium libro vndecimo historiarum. Hæc valent ad excitandum quẽlibet tardum etiam hominem ad se muniendum aduersus incommodum impendens. Demonstrant enim vicinorum periculum, nostrum esse. *Proverb. hoc Horatian explicat Erasm. Chil. 3. Cent. 6. adag. 71.*

Deme supercilio nubem. 126

Idem Horatius in superiori epistola ad Lollium, Deme supercilio nubem, hoc est, ne sis tristis, aut nimis seuerus. Nubes frontis supercilium μεταφορικῶς appellata est, seuerus nimis ac tristis vultus, siue cogitatione aliqua maiore ægritudinéque perturbatus. Vt enim nubes cœli splendorem serenitatémque maculat: ita hæc tristitia mœrórque oris hilaritatem polluit. Cicero in Lucium Pisonem: Neque tam tui timidus, vt qui magnis turbinibus ac fluctibus reipublicæ nauem gubernassem, saluámque in portu collocassem, frõtis tuæ nubeculam, tum collegæ tui contaminatum spiritum pertimescerem. Futuræ namque tempestatis nubes signa sunt, ac spiritus vẽtique fluctus excitant. Euripides in Hippolyto coronato, vbi chorum ita canẽtem induxit, visa regina Phædra valdè animo perturbata vultuque ægritudinẽ significante· συγχεῖ δ' ὀφρύων γνόφος αἰθέριος. Necnon chorus itidem in Phœnissis in extremo sui cãtus: ἀλλ' ὦ κρατερὸν πόνον ἐν δόμοις παιρῷ.

Telephus. 127

Comici & Tragici cum magnopere aliquem mœstum & quasi mutum significare volunt, eum esse similem Telepho aiunt, qui etiam inductus est à quibusdam mutum in modum tacitus, oculisque terram

inuens, vt qui magnum aliquod vulnus à fortuna acceperunt, ille consueuere. Amphis comicus in Plano: ὑπὸ τῆς τύχης ἐπλήγην, ἀνέστην αὐτῇ, & quæ sequuntur. Alexis itidem in parasito Δεινῶν πληγὴν δ' ἄφωνον μόνον τοῖς ἐπαϊτοῦσι τοῖς τι. Sup. Iuuenalis ad ærugem. Pallidum demissi tanquam Telephus.

Ἀγάλματα ἀχρεῖα. 128

Cum cõtemptu Euripides in Electra ἀγάλματα ἀχρεῖα vocauit homines specie tãtùm corporis insignes nullâque virtute instructos, superbè ambulantes: ἀγάλματα ἀχρεῖα εἰσὶν. Idem apud Athenæum libro decimo, ἄνθρωποι δ' ἐσμὲν ἀγάλματα φαυλότατα, &c. Eodem autem pene modo nos quoque patrio sermone huiusce modi vocare homines consueuimus, qui cum magnum formosúmque corpus habeant, nullius consilij sunt, nec studio operaq. sua prosunt quicquam reip. quasi ad ornatum tantùm fori aptos, oblectandisque oculis spectantium à natura factos.

Ex ἀπίτου. 129

Græcis ἐξ ἀπίτου valet momento temporis, & vt ratio eius sermonis declarat, in spatio temporis, quod dividi secarique non potest. Hodie etiam vulgò vtimur, cum significare volumus aliquid celeriter summaque festinatione factum esse. Simile huic, Simul vt dictum, ac factum.

Καθίτου. 130

Græcis idem valet, quod sursum deorsúmque cursitare, id etiam vulgò dicitur, de quopiam, qui nulli labori parcens, rem suam procurat anguitam.

Χαρωνίτας, siue Orcini. 131

Videntur Latini Charónem, portitorem inferorum, appellasse Orcum. Vide Plutarchus & Suetonius χαρωνίτας siue orcinos appellant turbam illam nouorum senatorum, qui post necem Cæsaris, fraude Antonij in senatum irrupera.t, à Romanisque hominibus illis nominibus despicerant. Plutarchus in Antonio commemorat accepisse Antonium interfecti Cæsaris commentarios, & ex eorum auctoritate (nam iis quæ voluerat, asciperat) se aliis magistratus tribuere simulabat, alios ab exilio reuocare, alios vinculis liberare. Πολλοὺς δὲ βουλόμενος, οἷον ἐξ ἀπίτου πραγματεύσεως, ἐκ τοῦ τυχόντος ἔνιοις, εἰς δὲ ταῦτα πρόφασιν δοὺς. Διὸ τότε ἀπολύσας δὴ σκοπούντες οἱ ῥωμαῖοι χαρωνίτας ὠνόμασαν. Ἐλεγόμεθα γὰρ πρὸ τοῦ τὰ τῶν ἀποθανόντων ἐπιμηματίσεις. Proinde iocantes Romani charonitas appellauant, quod si quid illis esset obiectum ad mortui confugerent commentarios. Suetonius in Augusto: Senatorũ affluentem numerum deformi & incondita turba. Erant enim super mille & quidam indignissimi, & post necem Cæsaris per gratiam & præmium adlecti, quos orcinos vulgus vocabat, ad modum pristinum & splendorem redegit.

Frigus inducit. 132

Mendacia, insulsique sermones frigus afferre dicuntur, cuius frigoris tanta vis esse dicitur aliquando, vt extinguere possit quoduis incendium. Franciscus Floridus, libro primo Succisiuarum lectionum de Catuli epigrammate loquens: Omnes sales omnémque leporem amitteret, & Alpina glacie esset frigidius. Demetrius Phalereus de elocutione orationis frigidæ quoque facit mentionem, dicitque obtentationis eandem quæ frigoris rationem esse.

Caronia. 133

Galli hominem nihili nebulonem & indignissimũ, quique nullo in numero est, vulgo caronia dicere cõsueuerunt, tanquam cadauer beluæ alicuius electum à vitiorum fœtore. Græci autem καρῶνα loca quædam terrarum appellant, quæ exhalant fœdos odores: vnde igitur vocabulum vulgare nostrum (*charogne*) conformatum puto, quòd molestus odor mortuarum protectarúmque beluarum, idem quod loca illa præstet, facéque nec illas transire sine molestia possit.

A te sudor abest, abest saliua mucúsque. 134

Catullus in Furium dixit, quem astutia quadam fallacique ratione probare volunt beatum esse, cùm egeret, atque asperum victum amplecteretur: à te sudor abest, abest saliua mucúque, & mala pituita nasi. Vita enim inops, in se habet boni, quod morbis exposita non sit, carens pituita & excrementis, quæ gignit epularum humorúmque copia ac redundantia, vt medici testantur.

Tonitrus imbrem antecedit. 135

Hoc est post minas verbera, ductum verbum à lepida voce sapientissimi viri, qui absurdos asperósque mores vxoris patienter admodum tulit, quæ cùm ipsi aurea maledixisset, postea autem aquam in eum effudisset, Nonne inquit ille amicis, hoc futurum dixeram: ὅτι ξυσφοτῶν βροντὴν ὑδατηρὰν. Vt enim Latinè hoc pronunciari posse puto, vt maneat in eo lepos elegantiáque, quæ in eo his verbis pronunciato pertipitur. Nam tonitrus imbrem antecedere certum est. Hinc Galli, *Tant tonne qu'il pleut.*

In mundo. 136

Antiqui homines cùm aliquid in prõptu, palàm & in expedito ac citò esse intelligi volebãt, hoc aduerbio familiariter vtebantur. Plautus in Pseudolo: Quia sciebam (inquit seruus) mihi pristinum in mundo fore. Idem in Pœnulo: id quidem in mundo nunc est tuæ. In Persa: Nempe habeõ in mundo. In Pseudolo: Pristinũ in mundo scibam, si id facem mihi, Simo. Nõ à me scibas pristinum in mundo tibi? A mundo muliebri id ductum est. Mulieres enim quæ ad cultum corporis faciunt, in promptu habent, condúntque omnia in arcula diligenter, vt præsto cùm vti velint, semper sint. Siue in mundo dicebant, significantes pœnam illam, aut malum exitare, vt illi conscij sibi suæ vitæ, in se cadere facile id posse intelligerent, obscurè vt mos est minantium, quod volebãt indicantes, vt si furem improbúmve aliquem hominem, verbis perterrefacere volentes diceremus: Nonne tu scis inuentum carcerem compedes, carnificem: De eo Sextus Pomperius & Plautius Sosipater.

Ne hilum. 137

Hyperbole Latina huic similis, ne gry Cic. libro 1. Tusc. quæst. Tum illud quod Sisyphus versat saxum, sudans nitendo, nec proficit hilum, id est quicquam, tãtillum, minimúmque. Lycil. lib. 30 Non. Marcellus cita. te. Quod tuas laudes culpes, nõ proficis hilum. Hunc locum citat Varro de lingua Latina lib. 4. Hilum autem puncti illud nigrum quod in summitate fabæ adhæret, dicitur. Plochinus Michael in dramate: μὴ δ' ἐν χορῷ σκώληξ ὑπάρχειν ἐνδίκως ἔστιν id est, Qui ne gry quidem prologui iuerit. *Hinc apud Erasm. Ne gry quidem, apud Erasm.*

Digni pilo. 138

Ἄξιον τοῦ ἐμοῦ ἐστιν οὐ χιμαίρᾳ ἄξιον περὶ ἧς Suidas ἀντὶ ἄξια, digni pilo. In viles & nihili dignos. Sunt, tum quod pilus nihili dignus. Sic etiam Tertullianum pro re nihili ac vili dicitur. Erasmicum est, Pili non facio.

Μαθεῖν ἔθος. 139

Græci dicere consueuerunt, quandocunque quis sua vita re propriáque non vtitur, sed alienum induit, & ad tempus sibi accommodat. Lysias in oratione super Aristophanis pecunia, σοὶ δημόσιον, sic loquutus est: ὡς μοῦσά γ' ὅτι ἐπολιτεύσω μὲ χρόνον διωκὼς ἄλλοτε πλουτίζων τὸν αὐτὸν ἀπολλύμενον ἔπειτα καὶ αἰσχύνῃ σαυτὸν οὐ, non diuturnam esse posse affirmans hanc alienæ personæ simulationem. Cicero manifestiùs hoc intellexit, cùm pro Cœlio dicens, De ingenio Catilinæ & quãto artificio illo captaret voluntates hominum, disputauit: Ait enim vertere suam naturam & regere ad tẽpus, atque huc atque illuc torquere & flectere, cum tristibus seuerè, cum remissis iucundè, cum senibus grauiter, cum iuuentute comiter, cum facinorosis audaciter, cum libidinosis luxuriosè viuere. Nam propius adhuc accessit ad sententiam Lysiæ, cùm in 11. libro epistolarum ad Atticum exclamauit: Quàm non est facilis virtus, quàm vero difficilis eius diuturna simulatio. Quæsiuit autem Aristoteles in posteriore eorum librorum, qui ἠθικὰ μεγάλα vocantur, an id quod Cicero tribuit Catilinæ in congressibus, scilicet par vnicuique reddere ac quibus moribus quisque præditus sit, tali se in colloquio illo congressuque conformato obsequi studuisse illius, sit officium boni viri. Statim tamen id dissoluit, atque omnem hunc scrupulum euellit, affirmans id esse proprium assentatoris, & eius qui placere omnibus, quauis ratione studeat, quem Græci ἄρεσκον appellant: Galli vero Curialem. Apud Latinos fingere vultum, aut incessum, aut mores idem valet quod πλάττειν τρόπον.

Caput fricare. 140

Latini vulgò dicere solent solicitudinem animi molestiamque indicantes. Caput enim potius fricamus cum hæremus animo in aliqua re, dubitamusque quid faciendum nobis sit. Quomodo sanè videtur loquutus

quutus Cicero in nobili illa ὀρθοεπείᾳ qua inducit Lucium Pisonem reprehendentem C. Cæsarem generum cupidum triumphi : ad extremum enim inquit, quas rationes si cognoris, intelliges nemini plus quàm mihi literas profuisse. Ita enim sunt præscriptæ scitè & literatè, vt scriba ad ejusmodi quæ eas retulit præscriptis rationibus, secum ipse caput sinistra manu perfricans commurmuratus sit. Hoc enim gestu corporis quo Piso narrat scribam vsum, videtur indicari perturbatum illum vehementer, incertique animi fuisse. Æschines idem significare voluit in oratione, qua criminatus est eos, qui se in legatione ad Philippum improbe gessissent & transierant officium legatorum ἀφεῖ θεωρικίας. Græci id iudicium vocant. Ait igitur: Ἐφ' ἅπασι δ' ἦμεν αἰσχρὰ τοῦτο τοῖς Δημοσθένους καὶ παρὰ δοκοῦν ἅπαντ' ἴσασι καὶ τοῖς ἄλλοις καὶ τοῖς ἐμοὶ λόγοις ἀμφισβητοῦσι καὶ διαβάλλουσι τοῖς περὶ ἐμοῦ λόγοις ἀμφισβητοῦσι καὶ διαβάλλουσι καὶ τοῖς ἀντιτάττουσι καὶ τοῖς ἀντιτάττουσι.

Sanguinis plenus. 141

Ferus iracundúsque dicitur : Plautus in Bacchidibus induxit Lydum stomachantem, quum vidit discipulum corruptum, ac malum sibi minantem Nil mor or discipulos mihi esse tam plenos sanguinis, valens atti ctas me nunc iam vacuum virium.

Sanguine caret. 142

Timidum ac nullius animi significare volentes, sanguine penitus carere dicimus. Sic Æschines orator Demosthenis contumeliosam vocem in Alexandrum Macedonem refellens, sanguine carere illum ipsum dixit, ignauum eum ac nullius animi ostendens. Verba ipsa oratoris hæc sunt ἀπιθάνως δ' λέγει οὐκ ἀνανδρότατος δὲ μακεδόνας, ἀλλὰ τὸν ἄνδρα φησὶν ὄφιν ἐκεῖνον, ἀλλ' ἀκεφάλου εἶδος ἦν ἀμφὶς ἦν ἀφεῖ εἶναι, ἀνὴρ ἐν ὄχεσι ἄμα. Empedocles ait, vim animi esse sanguinem circa præcordia. Ille autem cui sanguis frigidus est, natura est tardi ingenij, & hebetis, & ille cui sanguis est calidus, est prompti & celeris ingenij.

Benè veniat, sive vertat. 143

Elegans sermo est, & in vsu veterum scriptorum. Hæc enim Pomponij comici verba leguntur apud Nonium. Benè eueniat: Ita fit, & tibi benè sit, qui rectè ominaris. Cùm igitur benè euenit, dici solitum esset ab iis, qui rectè ominarentur, exitúmque alicuius rei secundum optabant. Verè Cicero in epistola quadam septimi libri ad Atticum, inquit Carneadè, quod benè euenit, pronunciarat quamuis spurce sentiret, tamen prudentius respondisse, quàm Epicureos, qui cùm omnia ad se referant, vtilitatesque propriis sequantur, nihil alterius causa fieri à nobis in vita debere asseuerabant. Ille enim quisquis id dicebat ita se rem habere, Deosque propitios esse optabat. Theocritus in Thyonico ὄφελε μὰν χρὴν καὶ τὸν τὰν, ὃν ἐμβάμες αἰγίκα, &c. id est, vtinam tibi bene vertat, quod agis.

Spes alit. 144

Prouerbij locum etiam obtinet. Nam qui in aduersis rebus siti, pendent ab inani aliqua longinquaque spe, alitipe etiam vulgo dicuntur. Tibullus enim inquit: Spes alit agricolas. Euripides in Phœnissis, ἀλλ' ἐλπὶς βίοτον τυγχάνει, εἰς λόγος. Æschylus in Agamemnone: αἰὲν ἐλπὶς φύζαν νόσου λιμοῦ ἀπαμύνει. Plautus in Persa : Eitne quid in te speculæ? Huc apta, Spes alunt exules, apud Erasm.

April spisces. 145

Galli Lenonem Aprilem piscem nominant, quoniam mense Aprili Scombri, quos macquerellos recentior ætas appellauit, maximè sunt in deliciis.

Tale ingenium, qualis oratio. 146

Vetus sententia, quæ itidem prouerbij vim habet, vulgóque fieri solita erat. Cuius enim notæ sit homo atque naturæ ex oratione sua intelligimus. Illa verò a Græcis his verbis pronunciatur ὁποῖός τις ἐστὶν ὁ λόγος χαρίζεται : Hominis nota oratione agnoscitur. χαρακτὴρ descriptio ac forma siue figura, primúmque vt existimare licet, ita appellata est nota, quæ inureretur corpori beluarum, ad genus indicandum: deinde trãslato nomine, quæ declararet ingenium ac mores virorum, vnde à nobis etiam vocantur melioris & deterioris notæ homines. Huc allusit Terentius, cum in Ἑαυτῷ ἐμπεριεχομένῳ ita induxit Bacchidem cum Antiphila loquentem:

Nam mihi quale ingenium haberes, fuit indicio oratio.

Ἐπιζήτημα valet, nota quadam & tanquam indicio cognoscitur. Vnde γνωρίσματα quoque Græcis in fabulis vocabant monimenta, & cuncta denique illa, quorum auxilio persona aliqua, diu ignota, cognosceretur.

Ad vnguem. Ad amussim. 147

Parœmiacus loquendi modus, quo vt quidque est absolutum maximè, & exquisitissima diligentia curáque elaboratum, sic ad vnguem & ad amussim illud esse factum dicimus. Theodoricus in Heraclidis dixit: κατὰ κανόνα prouerbialiter eadem significatione, αἰσθ' ὑμᾶς μᾶλλα ῥᾷστα κατὰ κανόνα ἰόντας. Et quidem valdè facilè ad amussim perpenditis. Doricum prouerbium est. *Duo hæc prouerbia diligentissimè ab Erasmo sunt enodata sub finem Cent. 5. Chil. 1.*

Recoctus. 148

Catullus in quodam Hendecasyllabo: Si non omnia displicere vellem tibi, & suffecio, seni recocto. Per rectoctum intelligimus veteratorem infignem, qui longo vsu didicerit, quid distent æra lupinis. Horat. lib. 2. serm. Sat. 5.

Plerumque recoctus
Scriba ex quinquevi.o corvum deludet hiantem.

Galli vocant *vieux routier*. Coctum namque vocabant quicquid vetus & multi temporis existat : vel Seruio teste, consimodi illud Persianum est, Sat. 1.

Vt ramale vetus prægrandi fabere coctum.

Quomodo & Virgilij illud Æneid. 11. accipi potest de tecto dictum:

Solidam nobis & robore cocto.

Quod ad roborationem artis ingenio quæsitam torquet Donatus. Similiter accipi puto & incoctum apud Persium, Sat. 2. vbi quid potissimũ in sacris spectet Deus, ille expendens, iubet nos eo adferre sanctos mentis recessus, & incoctum generoso pectus honesto: ac incoctum quidem, hoc est, duratum & circa virtutum actiones diu multúmque exercitum. Haud absimili fermè sensu dixit recoquere Fabius libro duodecimo, capite sexto de Marco Tullio loquens, qui se Apollonio Moloni Rhodi rursus formandum ac velut recoquendum dederit. Actorem recoctos dici ait Scribas, qui sæpius pro consulibus ad prouincias missi, exercitatiores facti essent ex ipsa frequentia & vsu, qua ratione veterator Donato exponitur, à multarum rerum gerendarum vetustate deducto nominis etymo.

Coma venustate vel ipsum Absalona vincentes. 149

Absalon Dauidis illius beati filius, mortales omnes comæ decore superasse creditus est: vnde prouerbiale illud in Suidæ Ἰδίοις omnigena historia, ἢ τὸν Ἀβεσσαλὼμ αὐτὸν ἐκ τοῦ κάλλους νικῶντες, id est, comæ venustate vel ipsum Absalona vincentes. Achillæus etiam comas vt prolixas densasque celebrat Martialis, de Menogene parasito loquens, qui dum palpatur, pro exigua incrementi & rarís capillis, aiebat se Achillæas disposuisse comas, quod minimè ambiguè extat apud Philostratum Heroicis de Achille sic scribentem: τὸν μὲν Ἀχιλλέως ἀμφιλαφῆ αὐτοῦ φασὶν εἶναι τὴν κόμην, ὅτε ἐς Ἴλιον ἐστράτευεν ὁ Ἀχιλλεύς, ὦ ἄνδρες. hoc est, comam illi attribuit spissam & vtraque manu prehensibilem, auro venustiorem, gratioséque, quocunque aut vtcunque agitaretur vel à vento vel ab ipso. Idem rursus alio loco, sparsam & prolixam exstare illi iam tum iuueni addit: ἐπικόσμιον δὲ καὶ ἐρασμίαν φιλεῖ κόμην velut vmbraculum quoddam frontis, & magni animi, quo ferociat magis, ornamentum.

In gradum reponere. 150

Est deiectum restituere. Gradum autem pro existimatione & honoris loco vsurpari, notum est. Restituere porrò videtur vt Vipianus docet libro Pandect 43. titul. ne quid in loco publico fiat, capite 1. circa fin. sub finem: Qui in pristinum statum reducit, quod fit siue quis tollat id quod factum est, siue reponat, quod sub actum est. Et id interdum suo sumptu. Nam si ipse quo cum interdixit, fecerit, vel iussu eius: hunc tantum habitum sit, quod fecit, ipse eius sumptibus debet restituere. Si vero nihil horum intercesserit, sed habet factum, tunc dicemus patientiam solam eum præstare debere. Apud Comicum Pamphilus ita Dauum orat:

Cupio restitui in quem me accepisti locum. Gradum in hac significatione etiam sumpsit Marcellus lib. Pandect. 23. titul. de ritu nupt. cap. 49. Obseruandum est inquit, quòd inferioris gradus homines ducant vxores eas, quas ij qui altioris dignitatis sunt, ducere legibus propter dignitatem prohibentur. At contra antecedentis gradus homines non possunt eas ducere, quas iis, qui inferioris dignitatis sunt, ducere non licet.

Nube pari. 151

Pares cum paribus coniungi, etiam communi prouerbio dicitur: ad quod pertinet illud Ouidij in Deianira ad Herculem: Tam male inæquales veniunt ad aratra iuuenci, Quam premitur magno coniuge nupta minor. Marcellus loco superius citato, Obseruandum est, inquit, quod inferioris, &c.

Artificium omne incrementum recipit. 152

Marcianus libro Pandect. 32. titul. de legat. & fideicommiss. ca. 65 Oratricibus legatis, Celsus scribit, eas quæ duos tantùm menses apud magistrum fuerint, legato non cedere: alij & has cedere, ne necesse sit nullam cedere, cùm omnes adhuc discere possint, & omne artificium incrementum recipiat, quod magis obtinere debet, quia humanæ naturæ congruum est. Pompon. Pandect. lib. 40 titu. de fideicommiss. libertatibus, cap. 20. Nam ego discendi cupiditate, quam solam viuendi rationem optimam in octauum & septuagesimum annum ætatis duxi, memor illius ejus sententiæ, quam dixisse fertur καὶ τὸν γέροντα πάντα ἀπὸ τῆς ἐφημερίδος μανθάνειν ἐφ' ἑαυτοῦ: &c. id est, Etsi alterum pedem in tumulo haberem, non pigeret aliquid addiscere. Iuxta hanc sententiam est quod Marcus Cicero in libro de Senectute, inducit Solonem in versibus gloriantem, qui se quotidie aliquid addiscentem senem fieri diceret. In hunc locum Anton. Aug. libro primo, Emend. cap. 8.

Publica priuatis potiora. 153

Valerius Maximus libro secundo, capite primo: Publica instituta priuata pietate potiora sunt. Vbi & Q. Fabij ejusque filij ad hanc sententiam spectãs memorabile exemplum proponit. Idipsum & Erasmus ex Plutarcho in apophtheg. Huc respicit Hermogenianus lib. Pandect 36. tit. ad senatusconsl. Trebell. capite decimoquarto, cùm inquit: Nam quod ad ius publicum attinet, non sequitur ius potestatis, &c. Vlpianus lib. 26. Pandect. titul. de administrat. &c. cap. 5. Et est vera ista sententia: Nemo enim ius publicum remittere potest huiusmodi cautionibus, aut mutare formam antiquitùs constitutam, &c. Vnde & pupillorum causam, communem omnium causam appellat Cicero Actione tertia in Verrem.

Libertas, res inæstimabilis. 154

Adeò res est inæstimabilis libertas, vt etiam pecunia lui non possit, Vlpiano teste lib. Pandect. 40. titul. de statu. liber. cap. 9. Libertatem, inquit, pecunia lui non posse, nec reparari posse, quæ sententia mihi vera videtur. Iustinianus lib. 1 institut. tit. quibus ex causis manumit. non licet. Sed cùm libertas inæstimabilis res sit, & propter hoc ante vigesimum ætatis annum antiquitas libertatem seruo dare prohibebat: ideo nos mediam quodammodo viam eligentes, non aliter minori viginti annis libertatem in testamento dare seruo suo concedimus, nisi decimumseptimum annum impleuerit, & decimumoctauum attigerit. Paul. titul. de diuers. regul. iuris: Libertas inæstimabilis res est. Caius eodem tit. Libertas omnibus rebus fauorabilior est. Euripides apud Stobæum: πάντα τἄνθρωπ' ἔστιν ἐν τῷ ζῆν μόνον, id est, Libertatis nomen omnibus præferendum est. Dicitur & à quodam:

Non bene pro toto libertas venditur auro. hoc est,
Cœleste bonum præterit orbis opes.

Contrà seruitutem inquit Vlpian. tit. eodem, mortalitati ferè comparamus.

Mediam viam eligere. 155

Vbi paribus vtrinque rationibus ancipites distrahimur, tutissimum est mediam viam amplecti. Modus hic loquendi frequentissimus est iurisc. in primis Iustiniano: Ideo nos inquit, mediam quodammodo viam eligentes. Simplicitas enim legibus est amica. eodem Iustiniano etiam referente lib. eorundem institutionum 3. tit. de legitima agnatorum successs. 5. cæterùm. Vbi simplicitatem legis 12. tab. commendat, damnat mediam iurisprudentiam propter subtilitatem. Simplicitas enim & æquitas statim aperit veritatem, non differt negotium.

Conueniunt rebus nomina sæpe suis. 156

Sed primus quidem diuus Iustinus pater noster, cùm augeri dotes, & post nuptias fuerat permissum, si quid tale euenisset & ante nuptias augeri donationem & constante matrimonio sua constitutione permisit, sed tamen nomen inconueniens remanebat, cum ante nuptias quidem vocabatur, post nuptias autem tale accipiebat incrementum. Sed nos plenissimo fini tradere sanctiones cupientes, & consequentia nomina rebus esse studentes constituimus, vt tales donationes non augeantur tantùm, sed etiam constante matrimonio initium accipiant, & non ante nuptias, sed propter nuptias vocentur.

De statu mentis deturbare. 157

Pro mouere & deiicere accepit Demosthenes, citante Claudio Saturnino Pandect. lib. 48. tit de pœnis, cuius verba paulò antè retulimus cum hac interpretatione: Hæc ipsa mouent, hæc de statu mentis deturbant homines propudij: hoc est, rei pudendæ ac suggillationi, id est derisioni & reprehensioni non assuetos. Qui ira corripiuntur, de potestate aut re ferè etiam dicuntur exire, id est de consilio & ratione. Est enim magnanimi, in imperio iracundiam vincere, quæ consilio est inimica & (vt Ennius dixit) insaniæ principium.

Prope est. 158

Proquisse ferè est, Albericus interpretatus est. Papinianus lib. 39. tit. 6. de mortis causa donationibus, cap. 41 & quod ab alio nomine ipsius præsente eo datur, propè est, vt ab ipso datum intelligatur. Multa huius generis sæpe ad modestiam vsurpant iurisconsl. vt penè est, parum est, propè est & similibus: quæ tamen in plerisque libris plerunque mutata sunt: & Holoander apud eundem Papinianum substituerat, propriè est.

Mercuriales. 159

Apud Paulum lib. Pandect. 36. tit. 1. cap. 8. pro peremptorie & sine replicatione vsurpatur. Polycrates inquit, fideicom. petierat, & obtinuerat apud Aurelium Proculum proconsulem Achaiæ. Appellatione facta, cùm solus Phœbus egisset μερκουριάλως victus est, quia ei vel eis verbis, vtrosque stantes complecterentur, &c. Apud iurisconsultos videntur his plura similia adduci, nescio: in vulgò ex authoribus iactata certè earum, quæ Erasmus exulas, & Alciatus inter prouerbia connumerant.

Copa. 160

Copæ autem nomine vagas mulieres olim capiebant. A saltatrice Copa, Mecœnatis liberta, quæ ob molliciem malè audiebat. De ea Virgilij epigramma extat.

Cornum missimus. 161

Missimus cornum, de his qui curaturi negotium diutius hærent in via atque tardius reuertuntur. Hoc prouerbium natum est ex fabula ea, quam Fastorum lib. 2. narrat Ouid. Sunt qui referunt ad Noæ cornum, Gen. 8. Corunus nuncius.

Syri aduersus Phœnices. 160

Σύριος θεὸς ποιεῖς, id est, Syri aduersus Phœnices. Hoc vtimur, quoties significare volumus, deos egregiè astutos hoc agere, vt dolis sè mutuò circumueniant. Syri enim olim astutiæ nomine malè audierunt, quemadmodum & Phœnices.

Campas dictis abigi. 163

Campas dictis abigi, Plautus in Trinummo prouerbialiter dixisse videtur de iis, qui verba non curarent, sed rem ipsam. Solent enim Campæ quibusdam carminibus extingui. M. Catoni sunt vermiculi ætatis tempore olera & arbores infestantes, nos erucas appellamus.

Hirci, Cuculus. 164

Vulgus Italorum, id hominum genus, quibus vxores sunt impudicæ, hircos appellare solet, quòd hirci zelotypia non afficiantur, vel quòd eos vxores tanquam hircosos auersentur. Vnde & Catullus: Solis licere quicquid est puellarum contingere & putare cæteros hircos. Lysimachus apud Plautum in Mercatore: Iam plenus ætatis animaque fœtida, Senex hircosus, tu oiculere mulierem, Vti ne aduenienti vomitum excutias mulieri: Qui matrimonij sui incuriosus est, quique vxorem suam mœchis permittit, à vulgari nostra

lingua

lingua etiam cuculos dicitur, à natura auis, quæ in alienum nidum maximè hypolaidis, quæ quibusdam corruca dicitur, oua sua transfert. Sed hac ratione non cuculi, sed curucæ dici debuissent, cùm non ipsi in alienum, sed alij in suum nidum congerant. Vnde & adulterium dictum, quasi ad alterius thorum. Plautus in Trinummo: Ibi ille cuculus, ocelle mi, fiat & isthuc. In Persa:

Etna quidem cucule causa.

Supra Chiliad. prim. Cuculus.

Eruca. 165

Erucæ nomen turpi & salaci marito conuenit. Nam herba etiam salax est, Virgilio in iuuenilibus & Æmilio Macro:

Excitat in venerem tardos eruca maritos.

Ouid. de arte 2.

Et ex horto quæ venit herba salax.

Idem alibi:

Nec minus erucas aptum est vitare salaces.

Sedet. 166

Sedere Latinis non solùm habitu illo corporis manere ac quiescere significat, sed etiam negligenter & pigrè se gerere ac cunctari in aliquo negotio: vt cùm Cicero in Pisonē inquit: An potest vita esse excusatio, non dicam malè sentienti, sed sedenti, cunctanti, dormienti in maximo reip. motu, consul? ita etiam καθῆσθαι in Græco. Demosthenes in prima Philippica, cùm Athenienſium ignauiam, torporemque reprehenderet, qui assutam rationem Philippi non attenderet: nec se cingi vndique ab illo præsidijs, & quasi circumuallari viderent, remediáve tanto malo nulla adhiberent, inquit: καὶ κύκλῳ πανταχῆ περιηγμένοι ὑμᾶς καθήμενοι, οὐδεὶς ἀνιχνεύσει. Plautus in Pœnulo: Perge etiam tenta, rem in pauca confer, fiunt qui sedent. Virgil. lib. 12. Sedeant spectentque Latini. Hic etiam sedere ignauæ cessationis est.

Bambalio, Batalus, Bacelus, & Babalus. 167

Hæ voces in ore omnium sunt de loquaculo, & blaterone, qui multa, & ea quidem inania, quæque confusè nec satis distinctè loquitur. Hinc voces Gall. cæ *bauard, babiller* & *bauer*. Primum nomen primò impositum fuit M. Antonio. Cic. 3. Philippica: Tuę coniugis, bonæ fœminæ, locupletis quidem certè, Bambalio quidem pater, homo nullo numero, nihil illo contemptius, qui propter hæsitantiam linguæ, stuporémque cordis cognomen ex contumelia traxerit. Adamantius vetus Grammaticus: Atque bambalo, βαμβαλιῶν. A Græcis autem βλαισοὶ vocatos balbos, & qui lingua hæsitarent notum est. Addit ille: Bambalo verò nominatus est ἀπὸ τῆ βαμβαλίζειν. Græci Batalum mollem appellant, Bacelum tiuitum. Babalum loquacem. Plautus in Pseudolo. Bombax dixit.

Πομπικὸς. 168

Attici Heracliden σοβικὸν, immutato leuiter nomine, πομπικὸν soliti sunt vocare, quod delicata veste vteretur, & in cultu corporis magnum studium poneret, necnon in incessu speciem quandam retineret, ac sedato gressu vteretur. Galli huiusce modi homines *pompeux* vocant. Quæ enim in pompa ferebantur, splendoris ac magnificentiæ plena erant. Plochirus in Dramate, ὅτι πομπικῶς ἀρχιτέκτων ἐστὶ μυθῶν, id est, Pompaticè & regali superbia elatus.

Διαστρέφειν ὀφθαλμόν. 169

Græcis peruulgata vox, pro qua Cicero in Lucullo, torquere oculum latinè dixit. Consuetudo autem sermonis διάστροφον ὀφθαλμὸν vocabat, qui vicio hoc oculorum laborabat: Latini eum strabum appellauerunt.

Δοχμὸς. 170

Vox in Græco sermone peruulgata, qua mulier næuosa ac lignea, siue cute dura & arida, contumeliæ causa dicitur. Est enim quoque macula formæ næuus, & dorcas belua gracilis & pelle coloribus distincta. Lucretius: Næuosa ac lignea *dorcas*.

Ne glebæ agri illi relicta ad locum sepulturæ. 171

Hoc vtimur, quotiescunque aliquem omnibus fortunis spoliatum, aut alicuius luxuriam mendicitatémque significare volumus, cùm antea fructuosissimis prædijs abundabat. Humabant enim mortuos in agris veteres, quod testatur Liuius, lib. 11. ab vrbe condita. Cic. pro Sex. Roscio. Æschines cùm effudisse patrimonium omne Timarchum declarare voluit. Aristophquoque in ὀκνηπαζούσαις.

Δαίμονες, delapsi de cœlo. 172

Epicurei cùm plurimum tribuerent Epicuri libro περὶ κριτηρίου ἢ κανόνων, atque eum in primis suspicerent, non humano ingenio sed diuino confectum, atque de cœlo delapsum ostendere ipsum volentes, *Δαίμονα* appellabant. Quod verbum manifestò expressit Cic. lib. 1. de finibus bonorum & malorum, dicens: delapsum de cœlo. Quibus verbis significauit hunc Epicuri librum. Tum verò si stabilem scientiam rerum tenebimus, seruata illa, quæ quasi delapsa de cœlo est ad cognitionem omnium regula, ad quam omnia iudicia rerum dirigentur, nunquam vllius ratione victi, sententia desistemus. Idem lib. 1. de natura deorum, cœlestem dixit, cuius rationis vim atque vtilitatem ex illo cœlesti Epicuri de regula & iudicio volumine accepimus. Græco verò hoc verbo Græcos Epicureos visos indicat, quod ipsorum aduersarij, contemnentes eos, qui tantoperè admirarentur id opus tanquam grandi nomine appellarent, ipsum hoc vlurparent: vt Plutarchus in commentario aduersus Coloten Epicureum: ἐγὼ καλῶ μὲν ὁ αὐτὸς ἐφαίνετο, καὶ χάριν ὁ χάριτος, οὐδὲ πω δαίμονος ἀκηκόειν κανόνας. Valere autem vnum illud iunctum verbum, quod Cicero pluribus expressit, apertum est. Euripides quoque ipso vsus est in graui carmine, & quod egregiè testatur infirmitatem nostri corporis, quod carmen ab erudito in primis eodem scriptore, vitæque nostræ conformandæ studioso, non semel citatur. Est autem hoc: εἰ μὲν γὰρ θεοὶ θνητοὺς ἔπεμπον ἄνοιαν, τὸν ἐξαμείβοντα, τὸν ἀμείβοντα. Μικρὸν ἂν σῶμα καὶ μανίαν ἐφόρουν. De cœlo venire seu cadere dicitur, authore Gellio lib. 15. cap. 15. qui virtute, prudentia & moribus sit præstantissimus: Præstantissimos (inquit) virtute, prudentia, viribus Ioues filios, poetæ appellarunt vt Æacum, & Minoa, & Sarpedona. Præterea scriptum reliquit Minutius Felix in eo libro qui Octauius inscribitur. Qui repentinò aduenerint, & inopinatos, de cœlo cecidisse dici. Quod refert etiam Tertullianus in Apolog. capite 10. qua in significatione accipiendum est illud Albij poetæ libro 1. eleg. 3.

Tunc veniam subitò nec quisquam nuncius ante,
Sed videar cœlo missus adesse tibi,

Quasi dicat inopinatus, nec vnde veniam intelligente. In priori verò significatione illud Iuuenalis ex Satyra 11.

Felicia tempora quæ te
Moribus opponat, habeat iam Roma pudorem:
Tertius è cœlo cecidit Cato.

Lucas actorum 19. Magnam Dianam Ephesiorum appellat *Διοπετῆ*. Delapsum à Ioue simulachrum, quia cœlitus demissum putabatur. Quod ipsum Numa persuasit Romanis de Ancylibus, de quibus Ouid. Fastorum lib. 3. De Palladio, Fastorum lib. 6. Homerus hoc cognomenti tribuit regibus, velut à Ioue profectum. Catones, senior Censorius, & minor, Vticensis, propter summas virtutes tanquam è cœlo demissi iudicabantur, iuxta prouerbium:

Tertius è cœlo cecidit Cato.

Λαμὶ καὶ ποδὶ καὶ πάσῃ δυνάμει. 173

Græci cùm quempiam omnibus ingenij corporisque viribus aliquid aggredi significare volebant, ita loquebantur, cuius rei testis est Æschines contra Ctesiphonem: μάτην αὖτοὶ νῦν ἐφεδρεύετε ἡμῖν ἐρχόντων ὑμῶν, μάτην ἄλλον ὁπτῆρα ζητεῖτε, διὰ βεβαίου τοῦ σώματος καὶ τῆ ψυχῆ καὶ χειρὶ καὶ ποδὶ καὶ πάσῃ δυνάμει. Quod vnitatis numero Æschynes vsus est, cùm Terentius in Andria multitudinis vsus sit: Quem ego credo manibus, pedibúsque obnixe omnia facturum. Quod verò Æschines addidit: καὶ πάσῃ δυνάμει, duobus his verbis explanare voluit, quid peruulgata illa voce, & quæ prouerbij vim haberet Amphictyones intellexerint. Est enim hoc tanquam declaratio illius, quod dixerant, se omnem vim suam ac potestatem in ea re consumpturos. Similia sunt. Manibus pedibúsque. &, Omnibus neruis, Omni pede, Toto pectore, Omni certaminis genere, Terra marique &c.

Μολυβδίνη μάχαιρα. 174

Græci μολυβδίνην μάχαιραν dicere soliti sunt iudicium, siue aliquid aliud infirmum. Diogenes apud Laertium insimulauit hac quoque voce formosum adolescentem decorúmque, qui deformia indecoraque

loqueretur: volens significare, orationem ipsius non respondere corporis speciei: non te pudet ex eburnea vagina plumbeum gladium educere? Verba græca huius sententiæ hæc sunt: ἐκ ἐλέφαντος δὲ ἐρυθρᾶς ἐλεφαντίνου μολύβδινον ἔχων μάχαιραν.

Titani. 175

Titani, vox familiaris atque frequens & apud Græcos & apud Latinos est, pro his qui iusiurandum fidemque violant, ac denique non solùm magistratibus aduersantur, sed deos ipsos negligunt, homines sæui immanisque ingenio. Plautus in Persa: Quid ego faciam? Dis ne aduorser, quasi Titani, cum dis belligerem, sat quibus esse non queam. Cic. 3. de Legibus Noster verò Plato Titanum è genere statuit eos, qui vt illi cœlestibus, sic hi aduersantur moribus. Plautinus locus est in 3. de Legibus.

Præter plorare nihil. 176

Hæc vox pernagata, prouerbiumque vim habet hodie apud Gallos. Præter plorare nihil relictum. Horat. in 3. Sat. lib. 2.

Multum Nasica negatas,
Accipiet tandem & tacitus leget, inueniétque
Nil sibi legatum præter plorare suisque.

Ita autem Græcos loqui solitos, vt plorare iuberent eum, quem à se contumeliosè dimitterent, notum est. Cic. in epist. quadam ad Q. Fratrem: ἀλλ' εἰμέζετω, nos modò valeamus: id est, sed ploret. Horat. in extrema satyra lib. 1.

Demetri, teque Tigelli
Discipulorum inter iubeo plorare cathedras.

Aristoph. in πλούτῳ. Ἐῶ δὲ εἰμέζειν λέγω σε. & infrà: κἀκεῖνον εἰμέζειν λέγω. Lucianus in Tragopodagra, εἶτα ὁ πάντας τοὺς εἰμέζειν λέγων. id est, Sed omnibus illis nil nisi plorare impero. Scythæ Dario regi nihil aliud responderunt, quàm κλαίειν, id est, vt ploraret. Lucian. primo Neocticorum dialogo: σὺ δὲ εἰμέζειν αὐτοὺς παρ' ἐμοῦ λέγε. id est, tu verò plorare illos meo nomine iube. Apud eundem Polystratus in mortuorum dialogis, omnes hæreditati suæ inhiantes, plorare iussit.

Per nebulam caliginem videre, siue audire. 177

Quæ per nebulam videmus, incerta sunt, nec planè ipsa perspicere possumus. Nam nebula sensum oculorum impedit. Cic. 11. Philippica: Quod videbam equidem per caliginem, hoc est, non acutè subtiliterque, sed obscurè, vt videntur res, quæ per caliginem aspiciuntur. Idem valet per nebulam siue per strepitu audire Cicer. in epist. ad Atticum: In strepitu videor exaudisse, hoc est, non firmiter. Quæ enim dicuntur vbi multi strepunt ac clamitant, certò intelligi nequeunt, semperque dubij aliquid in animis nostris restat, an dicta sint, itaque omnino non assueueramus id prolatum esse, excusantes strepitum aut nebulam. Sic etiam consuetudo obtinuit, vt per nebulam audire diceretur cùm id non planè auribus accepisse videmur. Plautus in Captiuis. Nunc ædepol demum in memoriam regredior audisse me quasi per nebulam, Ægionem meum patrem vocarier. In Pseudolo. Sunt quæ te volumus percontari, quasi per nebulam nosmet scimus, atque audiuimus.

Strenuis abundè dictum puta. 178

Id sumptum est ex Matij Salustiani dicto in extrema concione de bello Iugurthino: Plura dicerem, Quirites, si timidis virtutem verba adderent, nam strenuis abundè dictum puto. Sosia Terentianus, dictum puta, nempe vt curentur rectè hæc. Huic rei illustrandæ apta quoque est Antiphonis in Phormione sententia hæc: Ah, dictum sapienti sat est. Itidem Saturio apud Plautum in Persa: Dictum sapienti sat est. Vide Manutij annot. in Cat. vbi hanc sententiam monet delumptam à Demosthene ἐξ ἀποστάξεως.

Ἀρχὶ τέκτων οἰκοδομῆς. 179

Translato ab ædificandarum domorum artificum nomine, quique primum locum in ipsis tenent ac fabris præcipiũt, quid facto opus sit, ἀρχιτέκτων οἰκοδομῆς, id est, consultationis architectus. Demosthenes in oratione contra Dionysiodorum vocauit: ἡ ὑμῶν, ἐπειδὴ πόρρω ἐπεδήμησε τῆ χειροτονίᾳ, ἀκυροῦται τῇ ἀπολογίᾳ, ὥσπερ αὐτῷ ὁ ἀρχιτέκτων τῆς ὅλης οἰκοδομῆς. Cicero pro Cluentio recentiorem sceleris dixit, etiã μᾶζα φοιτῶσα qui ad facinus cæteros impulerat, & omne negotium animo cogitarat. Et illi qui Fabricij libertum, quia minister in maleficio fuerat patronum, quia conscius, condemnassent, ipsum principem atque architectum sceleris absoluerent? Idem pro Sex. Roscio: Ex iis, inquit, quæ nunc maximè fiunt, nónne quiuis potest intelligere omnium architectum & machinatorem vnum esse Chrysogonum?

Quicquid in buccam venerit. 180

In Græcorum & Latinorum consuetudine est dicere scribere, eve, quod in buccam venit: quod sæpè à Gallis dicitur, pro temerè negligenterque loqui scribereve, nullo delectu sententiarum habito. Plato lib. 8. de rep. ἰκοῦν κατ' Αἰσχύλου ἔφη τινὰ, οὐ τὸν ἴλιον δὲ στόμα. Plutarchus in commentario, quem inscripsit ζωπυρὸν. Cùm enim multum de vi eius perturbationis disputatum esset, ait: ὁ πάππος ἐν ἀρχῇ κεφαλὴν ὁ χαλεπώτατα μάλλον. ὁ δὲ νῦν, ἐπὶ τὸν ἴλιον δὲ στόμα κατ' αἴσχιλον, ἔσται ἐπὶ τὴν μυῖαν ἀκωῶ. Dionysius verò Halicarnasseus in eadem sententia explicanda, non στόμα, sed γλῶσσαν ait in lib. de compositione verborum. Sup. Etas. Chil. Quicquid in buccam venerit.

Τυφλῶν. 181

Plato lib. 4. de rep. μᾶζα φοιτῶσι vsurpauit: ἀλλ' ὃ ἐμοὶ φαίνεται, ἔφη ἐγὼ, καὶ ὃ πάλαι μακρὸν εἰσπεπαμένοι ἡμῖν ὑπερφυῶς τοῦτο ἐγγὺς καὶ τὸ δόγμα δίκαιον. Cui respondet illud influere, Cic. in 2. Lib. de Legib. non de aquis tantùm, humoréque aliquo, verumetiam de rebus solidis loquens, sensúsque participibus, vt de rebus quoque, quę sensu aurium percipiuntur, nec tamen manu tanguntur. Assentior (inquit) Platoni, nihil tam facilè in animos teneros atque molles influere, quàm varios canendi sonos.

Digito attingere. 182

Cic. sæpè μαζαφοιτῶς vsus est, pro minuta leuique iniuria quempiam afficere, si digito est appellanda, cùm detrimenti nihil ignominiæque importatur. Inquit igitur: Lælius, si digito quem attigisset, pœnas dedisset. At Cinna collegæ sui consulis Cn. Octauij præcidi caput iussit. Plaut. in Persa: Ne si me vno digito attigeris, ne te ad terram scelus affligam. Porcius Licinius apud Gellium: Ignis homo est, si digito attigero, incendam syluam simul omnem. Apud Græcos ἅπτεσθαι eodem intellectu capiebatur, vt testatus est Arist. in primo lib. de ortu & interitu: ὥστε εἴτι κατὰ ἀλήπτου ὃν ἁπτῷ μᾶλλον οὐ τῷ κατὰ, ἁπτὸν δ' ὑδὼρ. φαμὲν δὲ ἁπτὸν τὸ λεπτομερὲς ἅπτεσθαι ὑμῶν, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ ἁπτοῦ. Sed etiam, cum idem offendere volebant, θιγεῖν aliquando dicebant, cuius verbi eadem vis est quæ huius superioris, eodẽ etiam sensu. Virg. inquit: Nec solos tangit Atridas iste dolor. Capitur propriè pro leuiter attingere. Tangere vsurpauit Terent. in Eunucho pro lædere, acutáque voce alicuius existimationem violare: Quid Gnatho? quo pacto Rhodium tetigerim in conuiuio, Nunquid dixit tibi?

Καὶ τυφλὸς δύναται. 183

Prouerbium frequens non solùm in Græco sermone, sed & Latinis. Dicitur verò de rebus quæ satis perspicuæ sunt, nec videntur quempiam posse lædere. Polybius in 16. lib. historiarum. ἡ τυφλὸς δύναται. διὸ δὴ θηκτῷ, &c. Nos quoque in Gallico sermone prouerbio hoc vtimur. & sane in mentem facile cuilibet venire possit de re certa perspicuáque ἐκφανεστάτου dicere, illam cęco etiam apparere. Huic affine, Notum lippis atque tonsoribus.

Sed quis custodiet, ipsos custodes? 184

Sententia est cuiusdam Latini Poetę, nobisque frequens, quando significamus, non omnium custodum firmam esse fidem, egeréque sępe illos alio custode. Hanc prius expressit Plato libro 3. de rep. vbi docet custodes reip. qui præsidio sunt reliquis ciuibus, ebrietatem cauere oportere: Τελῶν δὲ δὴ ὃς ἂν μὲ φύλαξ φύλακος δέηται. Eodem etiam respexit Cicero in diuinatione, in Verrem his verbis, Custodem, inquit, Tullio me apponite. quid? Mihi quàm multis custodibus opus erat, si te semel ad meas capsas admisero? qui non solùm ne quid enunties, sed etiam ne quid auferas, custodiendus fis. Necnon in 3. Philippica, irridens M. Antonium, qui in concione dixerat, se custodem futurum vrbis: ait enim, ὁ περίαρον φύλακα, quem (vt aiunt) lupum.

Κυνῶν ὄχλος. 185

Frequens hic modus loquendi est in Græco sermone, & ab optimis authoribus vsurpatur, ide nque arbitror valere quod Cic. dixit ad Leptam, personare aures. Significat autem aliquid ex audito sonore canteque restare in auribus, quod quasi idem iususurret, diutiúsque illic maneat: Leptam nostrum, inquit Cicero, cupio delectari iam talibus scriptis, vt si abest maturitas ætatis, tamen personare aures eius huiusmodi vocibus non est inutile. Plutarchus in libro, quomodo sint ab adolescentibus legendi poetæ, περὶ ταῦτα δὲ πάλιν ἀβασανίστως ἔχοντι δεῖ τὸν ἀρχὴν ἔχειν ἔναυλον. ἢ παντάπασί γε πάντα μᾶλλον ἢ τὸν ἀκροατὴν, id est, in auribus semper obstrepentem hanc vocem habere, & quæ continenter eandem sententiam renouet. Plato quoque in 3. lib. de Legibus, eodem modo locutus est: Ἐκ δὲ τῶν ὑφηνῶν εἰς τὰ νόμιμα κατάδεσιν εἶναι πᾶσι τοῖς ἔναυλον ἐγχόνιον. sed etiam Aristoteles in 21. segmento Problematum: Διὰ τί ἔναυλον ἦν τὸ δικάζειν, ἐάν τις αὐτὸν παρῇ, ἢ μὴ ἐκ τοῦ ἀκούειν τὸ αἴσθησιν. Qui tanquam interpretatus est hunc modum loquendi, declarauitque quid illic valeret: metaphoricè namque illo vsus fuerat. Neque enim de voce, sonoréve aliquo sermonem fecerat, sed causa tunc quærebatur, cur suaues quidam cibi dulcésque citius fastidium gignant. Ea autem dicitur esse, quòd concoctis etiam illis, vis quædam eorum, & quasi succus restat, nec penitus extinguitur.

Medium ferire. 186

Prouerbij loco dicitur, medium ferire quod valet, cùm duo inter se de aliquo controuersiam mouent, ad arbitrúmque res venit, æquo intervallo ac momento vtrinque illium ipsum, qui sententiam fert, discedere, atque ita litem diiudicare, quod tamen iudicij genus, vt negligens ac pingue, iuris. contemnant. Cic. de fato: Chrysippus tanquam arbiter honorarius medium ferire voluisse. Plato trib. in locis hunc elegantem modum loquendi in 5. de Legibus ab iudiciis ad aliam rem transtulit. Διὰ τὸ αὐτὸς σε συγχωρῶ τὸν λοιπὸν τῆς ἡδονῆς ἀκριβῶς βίον φόβῳ δίκης σκοπεῖν. μέσον δέ τινα τέμνειν αἰεί. Idem in epistola ad Dionis propinquos: Δίκαιον αὐτοὺς ἡμῖν ἀμφοτέρους γίγνεσθαι φίλους πᾶσι μάλιστα τιμᾶν. ὃς δὲ τὸ φάρμακον τῆς ἀρχῆς τοῦ χαλεπωτάτου ὑμῖν, καὶ τοῖς τῆς ἀρχῆς πολὺ μᾶλλον πᾶσιν τυχεῖν. Præterea in sermone, quem Protagoram vocauit Ἀλλὰ μὴν τὸ ἀμφοτέρους τιμᾶν.

Dignus qui vinum ministret. 187

Nos vulgò verbum hoc sæpe vsurpamus, atque quoties vini ministratores reprehendimus, quod nimium aquæ ingerunt, ac vini ipsius vim penitus perdunt. Pherecrates apud Athenæum lib 10 δημοσφιῶν: ὑμεῖς δ' ὑπερακρατίζετε, βατραχοὶ οἰνοχόοι οἱ δεῖν.

Tenuis. 188

Propriè valet aquosum, sed translatum ad alias res, est tenue atque infirmum, vt Aristot. in 2. πολιτικῶν cepit contra Platonis communionem. Ἔτι δὲ τῇ πόλει τὸ φιλίαν εἶναι σχεδὸν ὑπάρχειν γίνεσθαι δοκεῖ τὸ κατὰ τὴν κοινωνίαν ἡ τοιαύτην. Intellexit igitur amicitiam, ὑδαρῆ vocans, leuem atque imbecillam, vt nos quoque vulgò verbum, quod huic respondet, sæpè vsurpamus. Dicimus enim aliquas res quæ multum suarum virium amiserunt, ac valdè tenues sunt, inaquare. Vt solem etiam obscuriorem, nec vt solet, fulgentem.

Σκληρὸν ὄνος. 189

Durum etiam hominem appellari certum est, qui pudore non mouetur, nec flectitur precibus vllis, translato à corpore ad animum nomine. quod Græci quoque fecerunt qui σκληρὸν ὄνος dixerunt. Simile Durus & implacabilis; ferreus & Κυκλόβορος, apud Euripidem.

Κατεδόντα δακτύλους. 190

Cùm suauitatem alicuius cibi, aut suauiditatem eorum, quibus appositum iri deberet offendere valebant, de illis dicebant in familiari sermone Græci κατεδόντα δακτύλους. Latini, prærodere digitos, Galli quoque hodie cùm vident quempiam qui vehementer cibo aliquo delectatur *iusques à lescher ses doigts* dicunt. Aristophanes in Pythagoreis citante Athenæo lib. 4. δημοσφιῶν: Ἐπεὶ σὺ δόξεις αὐτὸς ἰχθῦς, κἄρτας, κἂν μοι κατεδόμαι, ἢ καὶ δακτύλους. Σὺ δὲ πρίμαδον δικεῖς. Plautus in Pseudolo. Nam ego, inquit coquus, ita conuiuiis cœnam conditam dabo hodie atque ita suauiter conditam, vt quisque quid conditum gustauerit, ipsos sibi faciam vt digitos prærodat suos.

Mala bestia est. 191

Vox est admodum frequens & apud Italos & apud Gallos: Mala bestia est. Plautus quoque ita loquutus est in Bacchidibus & in Pœnulo: Mala illa bestia est. Item Catullus in epigrammate, quod fecit in Rufum: Mala valdè est bestia. Lucianus in rhetorum præceptore, Belucum, pro bestiæ similem, dixit. Illud etiam à Græcis iactatum memini, Quæ in pessima bestia venter, id est, ὡς κακοῦν θηρίον ἡ γαστήρ.

Ὁμόν βαδίζειν. 192

Hoc modo loquendi, qui profectus est à rebus bellicis, & huc inde translatus, vius est Plutarchus in Thesei vita. Significat autem cominus congredi cum hostibus & concurrere, non è longinquo teli que pugnare. Idem significare volens, ὁμὸν χωρῶν. Locutus est πρὸς ἀδολεσχίαν, ostendens Antipatrum cominus pugnare cum Carneade voluisse, concertatéque cum eo verbis, sed in scriptis libris. illi aduersarium esse. Ait enim: ὁ μὲν γὰρ σωκὸς ἀντίπατρος οὐκ ἔοικε, μὴ ξυνιέναι, ὅτι δεῖ βαλόντα ὁμὸν χωρεῖν τῷ καρτερεῖν μετὰ πολλοῦ ῥώματος εἰς τὸν τοῦ φιλοσόφου, & quæ sequuntur. Dicitur & ὁμὸν χωρεῖν τῇ ἀρετῇ, pro, conferre pedem cum veritate, propius accedere ad virtutem.

Πάλαισμα. 193

Hoc verbum præclarè astutam rationem vincendi aduersarium, qua vtebantur pugiles in certaminibus. Sæpe tamen, apud optimos authores ad alias res translatum inuenitur, significatque callidum aliquod consilium ac ratum. Æschines contra Ctesiphontem admonet, ne se paterentur decipi: Μηδ' ἀγνοεῖν δ' ὅτι πάλαισμα τοῦτ' ἐστὶ δικαστήριον. Xenophon in 2. ἀπομνημονευμάτων. ἐγὼ δ' Σωκράτης ὅρα λέγει πάλαισμα, τοῦτο γὰρ ἔφασκε, οὐ καλὸν εἶναι Σίννις, ἢ ὁ Σείρων. ἢ ὁ θεσσαλὸς κίνδυνος, οὐδὲν ἔστι κάλλιον. Aristophanes itidem in βατράχοις. cum ait. φρονεῖν πάλαισμα.

Fumus pulchriorem persequitur. 194

Hoc prouerbium non recens est, sed multis seculis & apud diuersas gentes celebratum est ac viguit, quo fertur, funium natura sua formosiorem totius domus sectari: Aristophan. apud Athenæum lib. 6 δημοσφιῶν: vbi parasitus in formosis tentandis, cùm se reliquos superare dicere vellet, inquit in illis se fumum esse: ὑπερμήκεις πάνυ, ἄκμων καὶ καπύλης πλατεῖαι· ὁ τυραννὸς, ὡς καλὰς πυρᾷ, καπνός.

Ἐπιμὴν δύσης. 195

Μεθαρμοσθῆς à Platone prolatum est in Phædro cum contemptu quodam. πείσῃ τε καὶ γοργίαν ἐάσων δύσεις, quasi quietcere finemus. Xenophon. in posteriore Clearchi oratione ad milites, inquit: Ἐμοὶ οὖν δοκεῖ οὐκ ἄρα νῦν ὑμῶν καθεύδειν, οὐδ' ἀμελεῖν ὑμῶν αὐτῶν. cum cauendum non esse negligentiæ velit. Vt ipsemet statim testatur, quomodo etiam nos patrio sermone sæpe loquimur.

Ῥαιδίαν χρόνου. 196

Elegans loquendi modus, qui à Græcis scriptoribus sæpe vsurpatur. valet veteri opinioni repugnare, & ab eo quod diu creditum est, liberè dissentire. Sumptus est à Lyrico Poeta: Id autem fecisse Megarenses scriptores, qui de Scirone rem longè aliter commemorant quam reliqui antiqui authores, ac præterea denique omnis ætas, Plutarchus in vita Thesei docet. Inquit enim: οἱ δὲ μεγαρόθεν συγγραφεῖς ἐμοὶ τῷ φεύγειν βαδίζοντες, καὶ πολλοῦ χρόνου καὶ Σιμωνίδου φιλονεικοῦντος, οὔτε λησταὶ, οὔτε ἀσωτοὶ γενέσθαι τὸν Σκίρωνα φασὶν, ἀλλὰ λιμένων μὲν κρατῆσαι, ἀγαθὸν δὲ καὶ δικαίων ἀνδρῶν. καὶ φίλον. Eundem etiam in libro de Iside & Osiride, citato illic quoque poetæ eiusdem nomine, vnde fluxisset, vsurpauit Plutarchus. Cùm enim aduersari vellet receptæ opinioni, ac reconditis literis Ægyptiorum, intelligerétque id difficile ac periculosum esse, inquit: Οὐκοῦν ὁ μὲν πόνος ἐστὶ καὶ κίνδυνος αὐτῷ, καὶ τελευτῶν. οὐ πρὸς φιλαλήθη χρόνον καὶ Σιμωνίδειον εἰσόμενον. πολλοῖς δ' εὐθέως ὄντως καὶ ῥᾳδίως. & quæ sequuntur: Sunt autem aliquando etiam dictum esse φιλεῖν φάρμακα, eodem sensu, atque id ex contrario. Inuenimus namque apud eundem Βοηθὸν φάρμακον, quod valet penitùs gratam opinionem adiuuare, auxiliúsque illi esse. In 7. quæst. quinti libri συμποσιακῶν, vbi disputatur de Semonide: ne sic locutus esse, ὃ ἐστὶν ἡμᾶς μᾶλλον φιλεῖσθαι φάρμακα τῷ

φῆμι Σαμίαν δὲ βοᾶν τὴν αἰτίαν ἄπορον, ἀπιστεῖν δὲ τὴν ἱστορίαν οὐ δίκαιον. Rem igitur hanc admirabilem reiici, explodique ille non oportere aiebat, quamuis causam ipsius afferre non possemus, cùm ea quotidie fierent, traditum nobis à maioribus sermonem, famámque confirmarent.

Tollit supercilia. 197

Quum iratum hominem, & qui malum alicui minatur significamus, tollit supercilia, dicere solemus. His enim indiciis vultus, animi sensus aperiuntur, siue irati siue mœrentis. Catullus in extremo carmine, quo ianuam alloquitur: Præterea addebat quendam, quem dicere nolo Nomine, ne tollat rubra supercilia. Diphilus Comicus sublationem superciliorum, notam existimauit esse tristis hominis mœrentisque: ἐὰν πάνυ πάνυ φρενῶν ἐσπάνιός τις ᾖ καὶ ἀπορώτατος Διόνυσε, ἢ σοφώτατος, ὡς ἂν εἴ τις τὸ ὀφρυοῦν μόνον φρενῶν πολὺς μάρτυς. τὸν γὰρ ὀφρῦς αἴρειν σημεῖόν φασιν εἶναι. Τὸν δ' ἀθυμοῦντα, ἁλισκόμενον, ἢ ἀπορούμενον, ἕτερον. Author autem lasciui illius carminis, quod positum est in initio lusuum in Priapum, contractum supercilium iocans, seueritatis indicium esse putauit. *Vide Chiliad. Ponere supercilium, & Attollere supercilium.*

Κύκλωπι μωσθέν. 198

Vlysses apud Euripidem in Cyclope: κύκλωπι μωσθέν. Diuinum consilium illud, quo necatos socios à Polyphemo, vltus est, quasi à Deo immissum appellauit. Homerus 10. Iliados, facit Dolonem ita cum Hectore loquentem, ἦκαρ, ἐμὶ φρένας πρόσθεν, ἢ θυμὸς ἀγόρευε Νῦν ἀνδράσιν ἐχθὲς ἑλόντι πολὺ δόρυ. Quibus verbis innuit huiusmodi omnes cogitationes excitari ab animo cupiditateque aliqua. Euripides autem cœlitus dimitti. Virgilius decimo Æneidos, vtranque Græcorum poetarum sententiam ita complexus est:

Dij ne hunc ardorem mentibus addunt,
Euryalen an sua cuique deus fit dira cupido?
Aut pugnam aut aliquid iamdudum inuadere magnum
Mens agitat mihi, nec placida contenta quiete est.

Idem omnino significare voluit tertio γεωργικῶν, de furore equorum agens: Et mentem ipsa Venus dedit. Mentem dare vel iniicere, significat excitare desiderium in pectore alicuius, subitóque ad aliquid gerendum impellere. Cicero in Catilinam præsentem: Vtinam tibi istam mentem Dij immortales darent. Pro Milone: Hic Dij immortales mentem dederunt illi perdito ac furioso, vt huic faceret insidias. Suprà dixerat, mentem iniecit & amentiam: pro quo Græci ἐμβλῆσαι siue ἐμπεσεῖν τὴν dicunt: Demosthenes prima Philippica: Δοκεῖ δέμοι ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πᾶσι γεγονέναι ἐκ τῶν πάλαι πρόδηλον, ὅτι φύσει τοῦτον ἐκπεπολεμωκέναι τοῖς Ἕλλησι φιλίππῳ. Isocrates scribens Philippo Macedoni: ἀλλ' ἐκείνους πολλοῖς ἔτεσιν ὕστερον ἐμπεσεῖν, οὐ τὴν δὲ σὴν ἡλικίαν ἐν ἐκείνῃ τῇ τύχῃ θεραπεύσειν πολύ.

χέρσος. 199

Inculta atque ignaua terra χέρσος proprie dicitur. Metaphoricè autem virgines, quæ nuptui non traduntur, perpetuumque virginitatem seruant ob similitudinem, χέρσοι & ipsæ vocatæ sunt. Nos quoque steriles & quę non concipiunt, eodem vocabulo appellamus, quo agrum non exaratum incultúmque vocamus. Sophocles in Oedipode tyranno: χέρσου φυτείας καὶ γαμοστόκου ἀρᾶς χθών.

Album colorem ab atro non distinguit. 200

Modus loquendi familiaris hominibus nostri temporis. De eo dicitur, qui non corporis luminibus, sed animi caret, quique acumine ingenij aliqua intre non valet.

CENTVRIA TERTIA.

Λέγει καίειν. 201

Æschylus in tragœdia, quam inscripsit ἢ τοὺς ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας, hoc modo loquendi duobus in locis vsus est, pro sententias vtiles sapientésque edere: illæ namque opportunæ sunt, ac tempori aptæ: καίομι πολίτοις καὶ λέγω τὰ καίειν. Infrà in eadem fabula: φιλεῖ δ' ἀνὴρ λέγειν, ἁλίσκω τὰ καίειν. Idem in Coephoris: λέγει δ' ἐπιστολάς, ἢ λέγω τὰ καίειν.

Γράφειν ἐν φρενί. 202

Quod Græci prouerbialiter dixerũt γράφειν ἐν φρενί: Cicero pluribus in locis, in mente insculpere dixit, pro condere in animo quippiam, atque illic firmiter collocare, vt ea quæ literis consignamus. Expressisse autem hoc quoque Terentium in Andria his verbis apparet: Etiam nunc mihi scripta illa dicta sunt in animo Chrysidis. Æschylus in Prometheo vincto: ἐγὼ γράφω σὺ μοῦνος ἄλυτος φρενῶν. Pindarus quoque, cùm significare vellet, ita se quempiam in animo insculptum habere, vt inde non posset deleri, nec vllum futurum tempus, quo penitus memoria eius extingueretur, quamuis tunc oblitus foret, ita locutus est inuito so. Odæ Olympicam, mandans Musis, quæ id scribant, vt legerent: Τὸν ὀλυμπονίκαν ἀέναον μοι ἀρχαίαν παῖδα πότε φρενὸς, ὑμᾶς χρεών.

Oculi dolent. 203

Terentius & Plautus oculos dolere illis significarunt, qui rem molestam, odiosamque canerent. Terentius in Phormione parasitum ita induxit loquentem cum vxore Chremetis: Vin' priuum hodie facere, quòd ego gaudeam Nausistrata, & quòd tuo viro oculi doleant. Plautus in Asinaria induxit intemperantem patrem cum amica filij inspectantem illo, accubantem, atque ipsum interrogantem: Nunquid nam tibi molestum est mi gnate, si hæc nunc mecum accubat. Cui filius respondet: Pietas patet oculis dolorem prohibet, quanquam ego istanc amo, possum equidem inducere animum ne egre patiar, quæ tecum accubat. Contrà Græci dentes dixerunt qui rem pulchram atque iucundam viderent, qua tamen frui non possent. Forma enim egregia corporis, aspectantium oculis dolorem inurit: Formosæque virgines ea de causa ab Alexandro dictæ sunt, oculorum ægritudines. Denicktis enim Persis, vt memoriæ prodit Plutarchus, cùm spectaret captiuas specie corporis præstantes, iocans inquit: ὡς ὀδόντες ἐμοὶ τῶν ὀφθαλμῶν οἱ πόθοι.

Τὸ ἐμὸν ὄναρ ἐμοὶ λέγε ὅπως. 204

Sententia hæc Platonis in octauo libro de Republica, ab aliis sumpta, immutatis quibusdam, ita pronunciata: τὸν ὄναρον ἐμοὶ δηλοῦμαι, vim prouerbij habere liquidò intelligitur, & significat idem quod, Meum mihi somnium quasi exponis, quod ignotum mihi esse non potest: id est, idem de hac re, quod ego, sentis. Sed Cicero ipse totam rem quasi interpretatur, aperitque qui sit sensus illorum verborum, quum inquit in Epistola postrema sexti libri ad Atticum: Monebas de Quinto Cicerone filio, vt eum quidem neutiquam relinquerem. τοῦτον ἔτνεσι ἐμοί. eadem omnia quasi collocuti essemus, vidimus, non fuit faciendum aliter. Sophocles in Electra Ὡς οὐ μακρὰν ἦν ἄμμασιν ἐμοῖς φρενῶν ἔτνεσι κεκρυμμένον.

Ἐς τέρψαι χάριν. 205

Hæc vox apud Græcos homines adeò pernulgata fuit, vt vim etiam prouerbij obtinuerit de rebus quæ lubricè dissipantur, nec stabilitatis aliquid aut constantiæ habent. Cinis enim quoque ipse leui vento impellitur, nec quod impressum in eo fuerit, diu retinet. Catullus in vento & aqua scribere dixit, penè idem significans. *Lege supra Iunij adag. In cinere scribere.*

Labefactare munere. 206

Labefactare munere, metaphoricè à Catullo contra Ruffum dictum est, ostendente nullis muliebribus donis obtinere ipsum posse, vt fœmina vlla sui corporis potestatem faciat:

Non illam vetus labefactat munere vestis.

Hæc sanè vox valet duram ipsam offirmatámque flectere ac delinire, quomodo etiam expugnare pudicitiam, dictum est. Græci quoque scriptores eodem ferè pacto loquuntur, vt Herodotus libro octauo, vbi narrat, præfectos quosdam classium, iocorum in fide retentos pecunia: ὑπό τε δώροισι καὶ ἐλπίσι διαφθαρέντες ἦσαν, læti autem vulneratique muneribus appellati

pellati sunt, quia vis ipsis ita quodam modo allata est, & tanquam de gradu propositoque deiecti mercede.

Præsentia atque viua. 207

Sophocles in Trachinis tempus viuens atque præsens dixit, quod tunc instaret:

Η καὶ χέρσω τῆδ' ζῶντα ἢ νεκρὸν τινὰ
Σφᾶς ἐστι μοχθῶ τῆδ' ὑφ' ἑστῶτ' ἐκποδὼν πλάνης.

Cicero porro exempla præsentia atque viua vocauit, quamuis animo sensuque illa carent, quæ sumerentur ab hominibus, qui tunc viuebant, ac præsentes adessent. Sed quid ego vetera conquiram, cùm mihi liceat vti præsentibus exemplis, atque viuis? Idem in oratione pro P. Sestio metaphoricè itidem rem & ipse inanimem, causam inquam, viuere dixit, quia antea tanquam mortua erat ac iacebat, cùm commodè defendi non posset, nec argumentis vilis sublenari.

Χρόνῳ φείδου. 208

Clemens Alexandrinus in primo Stromaton huius vocis mentionem fecit, vbi docet breuibus quibusdam, acutisque dictis sapientum virorum, magnarum rerum sensum contineri, vt hæc ipsa χρόνῳ φείδου. Nam vim etiam ipsius interpretatur & quia obscurum est, quid significari ab eo voluerit, non vna declaratione contentus est, sed geminam affert: aut enim quia vita breuis est, parcat admoneri nos ne frustrà tempus, in rebusque inanioribus consumamus: siue contra parcere nos debere cotidianis sumptibus, ne, si fortè longam ætatem aliquis viuat, res ad vitam necessariæ desint. Cicero libro tertio de Finibus bonorum ac malorum, ita Latinè expressit: vetera præcepta sapientum iubent tempori parcere, &c. Legitur etiam apud Stobæum libro tertio. Theophrastum memoriæ proditum est dixcere solitum, σκωπτόλης αἰῶνα μακρὸς tempus esse.

Velitari. 209

Vnico verbo dicitur, pro primas iactare hastas. Cuiusmodi autem fuerit olim hæc velitatio, Cicero libro secundo de Oratore describit: Atqui eiusmodi prolusio illa debet esse, non vt Samnitum qui vibrant hastas ante pugnam, quibus in pugnando nihil vtuntur, sed vt ipsis sententiis quibus proluserunt, vel pugnare possint.

Alcinoi apologus. 210

Aristoteles libro 4. Rhetoricorum ita ait, ἔστι μὲν πρὸς ἅπασαν δὴ λύπην ἰσχυρὸν φάρμακον, ἔοικεν δ' ἀληθὲς εἶναι τὸ Ἀλκίνου ἐπίλογος. ἐν οἷς γὰρ πολλὰ τοιαῦτα ἐν ἐλπίσι ἐγένετο, ἡγοῦνται φάναλλος τὸν κύκλον καὶ ὁ ἐν τῷ τείχει ἀνάλωτος, &c. id est, Adhæc quæ gesta non sunt, si commiserationem aut indignationem faciunt, perinde vt gesta narranda. Huius exemplum Alcinoi apologus, quod ad Penelopen in sexaginta annis esset factus, & Phayllo circulus. & in Æneam præfatio. Cæterùm prouerbium puto esse, cùm narramus quædam quæ possunt in immensum extolli figmentis additis, ita de Penelope finxerunt quidam quod per viginti (ita enim malo legere ἔτεα pro ἐκατὸν) illos annos dum in excidio Troiano, & erroribus fuit Vlysses, fecerit. Ita & apud nos quidam descripsit Christi vitam quomodo in Ægypto luserit cum pueris, qui liber ipsis bibliis maior est: vnde merito appellabitur Alcinoi apologus, sic & Phayllus circulus, &c.

Cribro vaticinans. 211

Id est, Stultè de rebus occultis diuinans. Paræmia sumpta est à diuinationis genere, quod suspenso circumactóque cribro peragebatur.

Florent fabæ. 212

Apud Gallos in vulgari loco, fabarum flores hoc nomine laborant, quod ilustrum parant. Eius rei causam affert Leuinus Lemnius, nimirum propter grauem & fumidum inde halantem vaporem. Eius occulta naturæ miracula pete ex eiusd. lib. 2. cap. 7.

Κιμβολίζω. 213

Semel hac voce vsus fuisse Plato adnotatur, innuere que duræ ceruicis hominem, quique animi cultum non recipit, nec legibus audit. Semina verò ἀμαθόλα, & ignis iniuriæ muneta resistere, in 15. Γεωπονικῶν legitur, nec aqua macerata teneriscere, Etymologici autor addit.

A Dorio ad Phrygium. 214

De hoc aliquando contuli cum quodam, qui totus ab Henrici Glareani viri in disciplinis mathematicis, vt in cæteris omnibus præceptoris docti atque eruditi exercitati pendens, omnia dictata fidelissimè excepit. Dixit enim inter nullos modos maiorem cognationem esse, quàm inter Dorium & Phrygium, vt si ab illo transeas in hunc, protinus offendantur aures, præsertim in genere diatonico. Totum autem inter modos discrimen nascitur ex harmonicarum variatione diatessaron à quarte in diapason. Caput autem huius variationis est, quod referat, quibus locis sint hemitonia. Lydij quinti & hypolydij communis est diapente. Tertia est species phrygij autem & hypolydij secunda. Secunda horum vtraque tritonum habet durum intervallum ac à Diatonico genere propemodum abhorrens. Vnde factum est, vt Lydij ac hypolydij asperitatem in diapente nota ætas pene aboleuerit, ac votus hemitonij immutatione eas ex tetrachordo.

Γεγαντολόγος. 215

In glorioſos homines, de se loquentes, sui que iactantes.

Atticè dicere. 216

Plinius Iunior lib. 4. epistolarum, summis laudibus euehens Adriani epistolam, dicit ipsas Athenas non tam Atticas esse, nempe eas supra modum elegantes, siquidem Attici limati, pressi & emuncti, nihil inane ac redundans ferebant. Cicero in Oratore ad Brutum, & in libro de Claris oratoribus dicit, Atticè dicere, esse ornatè, appositè, eleganter & vnoquoque dicendi genere probato differente. Tum qui Demosthenem imitetur, eum & Atticè dicturum & optimè, &c. Lucianus in Demonactis vitæ Cæterùm lepore Attico congressus refertos reddebat, &c. *Sap. Chil. Attica M-sa. & lepos Atticus, eloquentia Attica.*

Figulinam de dolio discere. 217

Theon Sophista in progymnasmatum ἐστὶ μὲν οὖν τοῦτο τῶν γυμνασμάτων ἐπιτήδειον, ὅτι δὲ οὐ φαῦλον δεῖται γυμνασμάτων, δῆλον ἐκ τῶν ἀναγκαίων καὶ ἀναγκαιοτάτων ἐστὶν ἐπιτηδευμάτων, μὴ δὲ λεγόμενον καὶ ἐκ παιδιᾶς, ἀπὸ τῶν ἐκ τῆς ἀναγκαίας μελέτης ὀφελουμένων, id est, Quodque est maxime necessarium, imparati etiam à necessariis exercitationibus causas in foro agere, & sententias dicere gestiant, scilicet figulinam, vt prouerbio dicitur de Dolio ordientes dicere.

Noctes atque dies patet atri ianua ditis. 218

Huic Vergiliano carmini ex textu Æneidos locus est, quotiescunque significare volumus, mortem omnibus esse communem. Arrianus Nicomedie ilis de Epictæti Philosophi præceptoris sui dissertationibus, libro primo, capite vigesimo quarto τὸ κεφάλαιον μάρτυρον, ὅτι ἡ ἔξοδος ἡμῶν, id est, ad quod caput est, considera, tanquam iam esse patefactum. Ianuam appellat exitum è vita, quo quis liberatur omnibus in vita hac æruminis. Extra omnem controuersiam descensus ad inferos facilis est, & via lata, quæ ad mortem ducit, quare longè maxima pars mortalium per eam gradiatur. Huc vadunt, quorum mentes caligine excæcatis sunt obtenebratæ, quique suam iuuticiam, nondum carnem exuti, quoad possunt, stabilire pergunt.

Callipedes. 219

Græco prouerbio dicuntur, qui intra biennium cubitum vix præcesserint, hoc est in rebus agendis tardi.

Crapipelles. 220

Παχύδερμοι Græcis dicuntur, qui sunt pingui illotáque cute, & habentur pro fatuis ac rudibus. vide Cœlium lib. 3. cap. 5.

Noctu vrgenda consilia. 221

Theon in Progymnasmatis in exemplo quodam, διὰ τὴν ἀπιστίαν ἀποφαίνεται, τίς ἂν εἰδείη τοῦτο, εἰ μὴ Λητὼ τοῦτο ἔφη ἐκείνη ἐγνωκέναι, ἢ ἡ σοφὴ νυκτὸς ἐπιβουλὴν τὸ μεγάλου ἀποβολὴν ἀπειλημμένη τοῦτο ἔγνωκεν φύσις, ὡς μάλιστα πάντων τῶν ἀνθρώπων ἐπιβουλεύεται: id est, Aut cui ignotum vulgi sermone tritum prouerbium, Noctu vrgenda consilia. Quo autem sensu sapiens Sophocles, noctem dixit vocabulo de mente dicto? Nunquidne ideo, quod tum mētis vis in hominibus maxime exerceatur? Idem aliter tractans eandem sententiam: ἀπιστίαν δ' ἀφρόνων καλοῦσι δῆλον ἐκ τοῦ ἀπιστεῖν ἀνάγκη, ἢ τὴν παρημελημένην ἀποβολὴν, καὶ διαλείπουσαν τὴν τῶν νυκτῶν ἀγρυπνίαν, id est, Ex eo Græcum apud poetas nomen habet Nox, quod ab intelligentia deriuatur. Natúmque prouerbium est, in noctem consilij tempus conferendum esse.

Cantio Bœotica. 222

Eustathius in Iliados librum secundum, de cantione Bœotica diuersam narrat historiam: Sunt, inquit, qui putant Bœotiam dictam à boue. Quum Europa Phœnicis filia, & cætera. Equidem arbitror hanc fuisse primam originem adagij: vtcunque postea detortum est ad alios vsus. Constat autem, Thebanos olim fuisse musices studiosissimos. Argumentum est illud Alcibiadis: Cantent Thebani, qui loqui nesciunt. Aristophanis interpres modis harmoniarum Lydius, Dorius ac Phrygius annumerat etiam Bœoticos. *Lege proverb. Erasm. Bœotica cantilena.*

Extinguitur magis quàm Heraclitis sol. 223

Σβέννυται μᾶλλον τὸ ἡρακλειτείου ἥλιου, id est, Extinguitur magis quam sol Heraclitii. Apparet Heraclitum scripsisse, solem, quum occidit, Oceanóque mergitur, non aliter quam ignem extingui: sed eundem iub exortum redaccendi. Plato libro de Republica sexto, disputans, eos qui primos annos externis negotiis cõtriuerũt, vbi iam senes sese ad differendi Philosophicq; studium contulerunt, frigere pleroſque, frustráque niti: Διόπερ, inquit, σβέννυται μᾶλλον τὸ ἡρακλειτείου ἥλιου, ὅτου αὖθις ἐκ δεσπόσεται, id est, Hoc magis extinguuntur quàm Heraclitii sol, quod non redaccenduntur. Ab occasu solis expectatur exortus, à senectute non est reditus ad iuuentutem.

Scelera non habent consilium. 224

Quintilianus libro septimo de coniectura loquens: Præterea cur potissimum illo loco, illo tempore, illo modo sit adgressus, qui & ipse diligentissimè tractatur pro eodem locus: an etiam si nulla ratione ductus est, impetu raptus sit, & absque sententia. Nam vulgò dicitus scelera non habere consilium.

Rimosus. 225

Rimosos homines etiam vulgò dicimus, qui sibi cõmissa non retinent. Quapropter Terentianus Parmeno seruus, se arcana proditurum minitans ait:

Plenus rimarum sum.

Ducta est metaphora à rimosis vasis, quæ fundunt. Græcis πανδοκεύτρια.

In sinum despuere. 226

Elegans extat lib. epigrammatum carmen: εἰς ἀγάλματα Σκύλλης, incipit,

Πτυσάμενον, ἐρύκω. &c.

Εἰς ἓν βαθὺν τὸν κόλπον ἀπόπτυσον.

Theocritus in Bubulco eidyllio 24.

Τρὶς εἰς τὸν ἴδιον κόλπον.

Id est, ter in suum despuit sinum. Gestus abominantis. *Erasmicum est in Chiliad. In suum ipsius sinum inspue, Chiliad. 2. Cent. 6. prouerbio 94.*

Αἰσχυντηρὸς ἢ μικελλίσης. 227

Simul recenset Aristoteles libro primo Magnorum moralium, pro turpilucricupido, sordido & parco, quę minima quæque mouent. Plutarchus in Problematib. ἵνα μηδὲν μικελλοῖ θεὸς πρὸς θεούς, id est, Nec vltra perparcè agas & sordidè cum dijs, parcens scilicet thuri in sacrificando. Idem φιλοκερδὴς. Erasmus in Chiliadibus, his similia congessit in adagio: Cumini sector.

Palea. 228

Compertum est, veteres vulgari ioco paleam appellasse res tenues, & modicæ vtilitatis, vel nullius momenti. Vnde in chronicis relatum extat, Alexandriam ad Tanarum in Statyelis vrbem, quum condita fuit, Paleæ cognomen in contemptum à vicinis accepisse. Sic cùm Conradus imperator coronam regni Italici non Mediolani, secundum veterum morem suscepisset, sed alibi: vulgò tum ferebatur, corona paleæ fuisse redimitum. Quæ loquendi consuetudo etiam Græcis fuit. Aristoph.

Τὰς γὰ μανίκας ἄχυρα φὴς αἰεῖν λέγειν.

Paleam saquilmos esse dico suum.

Νοῦς ὁρᾷ, νοῦς ἀκούει, τἄλλα δ' ἐστὶ τυφλά. 229

Id est, Mens videt, mens audit, alia sed sunt cæca. Carmen Trochaicum Epicharmi Siculi poetæ: Cuius seu vulgo iactati, absque authoris nomine meminit Aristoteles Problematum sectione vndecima, cap. trigesimotertio. Sed authorem ipsum nominatim citat Plutarchus libro de fortuna Alexandri 2. Enimuerò, inquit Epicharmus, mens videt, mens audit, cætera autem surda cæcaque sunt, & ratione carent. Habent quidem sensus propriam quandam potentiam, quos tamen mens adiuuat, ornat, & denique superat, adeò vt sola imperare videatur, reliqua verò surda, cæca, inanima, deforment potius & morentur eos, quibus mens & virtus non adest.

Dulcedo cuncta intelligendi, superat cetera omnes suauitates. 230

Themistius peruulgatæ huius sententiæ mentionem facit in oratione, quam vocauit βασιλικὸν, cùm ostenderet se mirifico amore rerum suarum cognoscendarum teneri, dissentiréque in hoc ab ingenio plurimorum, qui alienas res curiosè inuestigant, suas propriásque negligunt. Ita autem locutus est elegans, eruditúsque scriptor: Ἐγὼ δ' ἐπιλάμπω σοι περὶ φιλοσοφίας μου καὶ πόρρωθεν καὶ ὁμωνύμου μόνου ἐρώμενος. καὶ ἔστι μὲν ἡδὺ δὲ μοι δοκεῖ μάθημα. καὶ ἔστι γὰρ (φασὶ) γλυκὺ τῶν ὄντων, ἡ τοῦ ὄντος ἐπιστήμη, καὶ ἡδονὴ τοῦ ὄντος ἐστὶ γνῶσις ἀγαθοῦ. Cuius præclari desiderij sui, ac grauis probóque viro digni, rationem reddit communi hac sententia: Nihil dulcius quàm cuncta prorsus scire: quam tamen aliquantulum emendat, vt qui putet, non omnia scire iucundissimum esse, sed res tantùm bonas. Huc refer, Nihil dulcius quàm omnia scire, in Chiliad.

Oleribus verba facere. 231

Apud Italos hæc prouerbij loco feruntur: cùm enim significare volunt, quempiam frustra laborare, qui aliquid aliquibus voluntatis obstinatioris persuadere conetur: imagine vtentes, dicunt idem ipsum facere, quod facit ille, qui ad certa quædam olera verba facit: illa cùm caput multa terra tectum habeant, non vocem exaudiunt. Confine est illis quæ in Erasmi chiliadibus referuntur: cœlo ac terræ loqui, vento loqui, & mortuo verba facere. In Plauti mercatore Charinus adolescens imitari se nolle dicit cæteros amatores, qui in comœdiis aduersàs suas res inducuntur narrare iis quæ ipse credit, nihil sua interesse putare, quid illis fiat, sed decreuisse se spectatoribus aperire miseriás suas. Verba poetæ hæc sunt: Non ego idem facio, vt alios in comœdiis amantes vidi facere, qui aut nocti, aut diei, aut Soli, aut Lunæ, miserias narrant suas: quas pol ego credo humanis querimoniis non tanti facere quid velint, aut quid non velint. Medeæ etiam nutrix apud Euripidem in tragœdia hoc facit, malíque consternata cum ipsa solitúdine loquitur. versiculos ipsos quibus oblectationem hanc suam significauit, ita expressit M. Cicero in tertia quæstione Tusculana: Cupido cœpit miseram nunc me proloqui cœlo atque terræ Medeæ miserias.

Mortuus rursus id eris, quod prius. 232

Θανὼν ὃ πρὶν ἦν, ὑπὸ τοῦ πανδοκεύτρου κύβου δὲ κἀγὼ ἔσομαι, id est, Postquam interieris, rursus id eris quod prius. Vespasianus pater apud Sueto. Tranquillum in Cerylli libertum, sed prædiuitem, qui vt aliquando subterfugeret ius fisci imperialis, cœpit se pro ingenuo ferre, eóque mutato nomine, pro Cerylo, dici voluit Laches: totfit hunc versiculum, significans illi nihil profuturum immutatum nomen, nec conditionis dissimulatio, quandoquidem omnino ius patroni in eius bonis maneret. Citatur id carmen cum plurimis alijs tutulo Menandri in collectaneis Græcis, quæ Stobæo tribuuntur. Ibi Menander ait: Si sibi electio datur, vt possit à principio fieri, quodcunque animal esse velit, quodlibet potius se optaturum quàm hominem: quãdoquidem nihil inutilius homine quamuis generoso, cùm soli fœlicissimè agant adulatores, deinde sycophãtæ, postremo improbis moribus vita, &c. Prolixius est carmen quàm vt hic videatur referendum.

Nausias ὄζειν, ieiunium olere. 233

Græci significare volentes fœtorem quendam animæ, qui non vitio aliquo oris prouenit, sed in omnibus ferè est, qui nihil gustarint ναυσιᾶν ὄζειν, quasi ieiunium olere dicebant. Hoc testatus est Aristoteles segmento Problematum duodecimo, quæstione septima: qua potissimùm huius rei causam diligenter quæsiuit, cur scilicet grauis anima eorum sit, qui nihil adhuc comederint, sed ieiuni sint, cùm statim sumpto modico cibo molestus ille odor pellatur. Inquit enim: διὰ τί τὰ σώματα μᾶλλον ἀνδρῶν, διὰ τοῦ στόματος ὄζει μᾶλλον, ἢ κάλλιστα ναυσιᾶν ὄζειν, φαγόντων ἥκιστα ἔστι. Hunc autem ingratum oris odorem significauit Cæcilius comicus, cuius hæc verba legunter apud Nonium, edita (vt apparet) ab eo qui vxoris parum acceptæ, odiosam comitatem, blanditiáque accusaret, quæ mihi vbi do-

vbi domum aduenì assedi, exemplò suauium dat, ieiuna anima. Inter ea quæ pessimè olere solent, ieiunia Sabbatariorum, hoc est, Iudæorum, die septimo ab omni opere seriantium, enumerat lib. 4 Martialis. Sabbatariorum porrò, risus aucupandi gratia positum est, quasi quæ ieiunant cæteræ nationes, grauem animam non exhalent. *Huc confer sup. quod Iuuy, ieiunium olet.*

Chironia vlcera. 234

Appellant Eustathius & Ægineta, veluti Chironiæ medicinæ peritissimo indigentia, Galenus περὶ διαφορ. μαθόντ. quòd eiusmodi vlcera primus sanarit Chiron. Ea maximè accidunt pedibus & cruribus, duásque habent calentes oras, tumentésque modico dolore.

Τὸ ὦν χρὼς ξυρῶν. 235

Sophocles in re periculosa prouerbialiter vsurpat, τὸ ὦν χρὼς ξυρῶν, ad viuum vsque radere, pro fundnùs abolere. In Aiace flagellifero, pro mordicus pungere, & infidendo altius penetrare,

Ξυρεῖ γὰρ ὦν χρὼς τόν, μὰ χαίρειν τινά.

Radit cute tenus, abit omne vt gaudium.

Vbi vice τόν Suidas ὅτι legit & citat.

Accedit ad hæc quod ipsum radendi vocabulum non efferant Latini absque molestiæ cuiusdam acerbæ atque ingratæ significatione. Sic ieiunam & aridam translationem, aures radere dixit Fabius, & veritatem mordacem radere teneras auriculas propter odium quod parit, ait Persius: quin & auari per fas & nefas corradere opes cum multorum iniuria dicuntur. Sed istum Grammaticis proprium campum relinquo. *Vide alibi, tonderi pecus, non radi decet. & Iuuy. sup. in χρώς.*

Volsellis non gladius pugnare. 236

Prouerbium est in parum viros, à Varrone libro quinto de lingua Latina repertum. Volsellos autem μαδητῆρα appellant nonnulli. Ægineta τετραλαβίδας ἢ τετραλάβους instrumenta ad prehendendos ducendosque pilos comparata. *Supra etiam Iuuy, Volsellis pugnant, non gladiis.*

In toga. 237

Id est rebus pacatis. Cicero libro 2. Officiorum: In toga, dignitatis principatus est datus. Idem in oratione in Lucium Pisonem: *Cedant arma togæ, concedat laurea linguæ.* hoc est, Bellum ac tumultus paci ocióque concedat: Ars imperatoria eloquentiæ facultatíque dicendi. Idem secunda oratione aduersus Catilinam: Atque hæc omnia sic agentur, Quirites, vt res maximæ minimo motu, me vno togato duce tedentur.

Barbata eminus salutanda. 238

Vt præter naturam est barbatam esse fœminam, ita eius occursus non immeritò ita habetur ominosus, vnde ioculari eius generis dicterio barbatam eminus esse salutandam præcipitur.

Binis tonderi forficibus. 239

Iulius Pollux prouerbiali schemate vsus est: δισσαῖς μαχαίραις κείρεσθαι, hoc est, binis tonderi forficibus. Quod in eos qui plus nimio componendo corporis decori impendunt studij, torqueri potest. *Idem habet Iuuius sup. Cent. 4. prou. 97.*

Μυρόπνοι. 240

Μυρόπνοι vocant Græci, qui delibutos vnguentis capillos habent, sed vbique mollitiei & luxus argumento. Cicero pro Sexto Roscio, capillum compositum ac delibutum, fastus ac mollitiei symbolum notat.

Crispiores apio. 241

Apud epigrammatarios exstat prouerbiali schemate dictum illud · ἁπίου μαλλον, apio magis crispum. Quo spectat illud apud Aristotelem in Rhetorices tertio: ἀλλὰ τὰ σκέλη φορεῖ, pi crispa habet crura. Et Lucianus in Amorib. τοῦ δὲ ἁπίου πολὺ μᾶλλον, multo crispiores pratensi apio.

Area. 242

Ponitur metaphoricè, vt quemadmodum dicimus: Nimis parentem campum ingrediar, si tuas virtutes enumerare velim: Sic etiam non sit nouum, maxima in tuas laudes area patet, & maiorem aream terunt nostri equi. Ouid in 4 Fastorum.

Quæ decuit primis fore crinibus vsimus annis.
Nunc teritur nostris area maior equis.

Idem in quarto Tristium,

Et patet in laudes area magna tuas.

Sic & in epistola Penelopes ad Vlyss. Et patet in curas area lata meas.

Cum ei anni. 243

Cum ei anni pro infinitis, vt Nestoris ætas in prouerbij locum abiit. Ouidius enim Cumæos annos pro infinitis fœminæ, Pylios viro eodem animo optauit. Ouid. lib. 2. de Ponto:

Sus pater in Pylios, Cumæos mater in annos
Viuant, & possis filius esse diu.

Propertius Tithonum & Nestorem posuit:

At me ab amore tuo deducet nulla senectus,
Sive ego Tithonus seu tibi Nestor ero.

Caluior tranquillitate. 244

Φαλακρότερος ἢ γαλήνη, id est, magis caluus quàm ipsa tranquillitas. Quod inde natum est, quod tempestate crispentur omnia & horrescant, contrà serenitate nuda & quodammodo calua niteant. Demetrius Phalereus de hyperbole loquens in libro de Elocutione: ὃν ἢ αὐτὸ εἶδος ἔχει ἐν τῷ φαλακρότερος γαλήνης, id est, ex quo genere est etiam illud, Magis caluus serenitate. *Sup. Iuuy 70. prou. Centuria 6.*

Quo depili nudior. 245

Ex Niciæ epigrammatarij dicto torqueri potest, quod tale est· ἵνα μὴ γένωμαι, quasi dixerit: Ouum totus essem. etiam nanque in comatum prius, mox caluum redditum è multo pigmentorum vsu ad tegendos crines comparatorum epigramma tale,

Πλὴν φιλῶ βαίνων ἐς ἀπόπατον τὸν πάλαι αἰνὸν
Καὶ δεινὸν ὃν Νίκαι, ἵνα μὴ γένωμαι. id est,
Amissi quidam crines caput inficiendo:
Quo nunc est sine nudior, hirtus erat.

Cuius simile est illud apud Petronium: Leuior ære vel rotundo. & illud Apuleij in Asino aureo: Cucurbita glabrior. Item: Concha leuior, vt apud Martialem:

Leuior & conchis Gallia Cytherius:

Gallinacei lactis haustum polliceri. 246

Franciscus Floridus in epistola ad Rodulphum Pium, quem suis Suecissus lectionibus præfecit: Parnum nanque (vt rectè ait Horatius) parua decent, & fumosæ lucubrationum inscriptiones, iis sunt relinquendæ, qui lectores dulcia vtilibus miscentes erudire pariter ac delectare, & gallinacei lactis haustum in recessu polliceri queunt.

Διάκειν ἁρμα τὸ πτερά. 247

Sequi cursu volucres. De his quæ frustra fiunt. Huic simile: Cribro haurire æquum. Dicitur etiam per superlationem & quandam similitudinem, auras cursu superat, vt illud apud Demetrium Phalereum de Elocutione: Διὸν δ' ἀήσιον ἅρμα, id est, auras cursu æquabant.

Qui medicè viuit, viuit miserrime. 248

De his vulgò dicitur, qui superstitioso & nimis exquisito victu vtuntur. Neque enim nos probamus vt sanus adhuc ex præscripto viuat, nimiúque tenui & accurata victus ratione vtatur. Contrà, qui modicè & temperanter viuunt, feliciter ac salubriter viuunt. *Non videtur satis explicatum adagium. Nam cur superstitiosè viuere, est medicè viuere? an non medici modum vbique laudant, & sanitatem illi tanquam filiam tribuunt? Proinde vulgus errat hac acceptione, qui quam vitandi rationem ægris medici indicunt, indici etiam putant sanis. At verò horum prouerbij autores voluisse videntur, miserum esse qui aut per naturam constitutionem sui causis extraneam ex ea est valetudine, quæ tota à docti & diligentis medici curâ pendeatur? est valetudo eorum qui cerebri, hepatis, ventriculi, aut alius principis partis intemperie laborant: tam eorum qui calculo, vel podagræ sunt obnoxij de quibus Galen. lib. de sanitate tuenda vii. atque istorum conditio verè misera est, quod ieiunia alteram partem morbi intemperiem augeant, & morbum familiarem sibi accersant.*

Vitis & brassica. 249

Ἀμπελος ἢ ἀκάνθα, id est vitis & brassica. Dicitur de inter se pugnantibus & tantas inimicitias exercentibus, vt inter eos pax nunquam conciliari possit. *Id quomodo se habeat, explicat doctissimè Pierius in suo Hieroglyph.*

Σκιαμαχεῖν. 250

Cum vmbra pugnare, ridiculum, inane & inutile.

Adamante durior. 251

Huic prouerbio inenarrabilis huius lapidis indomita vis locum fecit, quo vtimur, quando inexorabile & inuictum significare volumus. Franciscus Floridus Sabinus apologia in linguæ Latinæ calumniatores: Valerium Maximum inquit, doctissimorum iudicio, non multum laudis esse assequutum dicam, quod cum florentissimo Augusti seculo proximus vixerit, quouis adamante sit durior, quouis in orationis structura saxeto asperior, &c. Theocritus in Pharmaceutria dixit:

Adamantem mouere posse, cuius vires sunt immitis.

In Æpolo.

Καὶ κεν' ἴσως τοτὲ δὴ τινὶ τὸν ἀδάμαντινα ἔστι. id est,

Et forte me aspiciet, quoniam non adamantina est.

Lucianus in Pseudomante, mentem adamantinam dixit. Est Metaphora prouerbialis apud Siracidem capite decimosexto, ἀμείωτον τοῦ ἀδάμαντος, qua immutabiles esse vices lucis & tenebrarum, & has infringi non posse. Sic & in oraculo apud Herodotum, ἀδαμάντει πιθέσθαι, id est firmum & infractum reddens.

Et in epigrammate Agathiæ de Zenone libro primo,

Τὸν ἀδάμαντι μάλα, μαστὸν firmum ac durat.

Et ἀδαμαντίνας λοιπὰ, vincula quæ rumpi nequeant. Dionysius Areopagita de Ecclesiastica hierarchia: vocauit ἀμαλθακὴν ψυχὴν, inuictum, durum, indomitum, fortem, qui inclinari non potest ad vllam submissionem.

Arena sine calce. 252

Caius Caligula Senecam commissiones meras componere, & arenam sine calce esse dicebat.

Gergeseni. 253

Gergeseni Theologi dicuntur, qui (vt inquit Paulus secundæ Timothei quarto) sanam doctrinam non ferunt, sed ad suas libidines sibi magistros cumulant, auribúsque prurientibus, & à vero auersis, ad fabulas se conuertunt. Sui amantes, vt præcedenti eiusdem epistolæ capite dixit: Auari, arrogantes, superbi, maledici, in parentes contumaces, ingrati, irreligiosi, inhumani, fœdifragi, calumniatores, intemperantes, immites, virtutis inimici, proditores, temerarij, inflati, voluptatis magis quàm Dei amantes, pietatis speciem habentes, sed qui eius vim abnegauerint. Gergeseni autem nullo ferunt modo (apud Matthæum octauo) vt Christus eorum fines inuisat. E quorum quidem albo sunt, quos in Euangelica historia Christus compellat: Væ vobis Scribæ & Pharisæi simulatores, qui cœleste regnum aliis præcluditis: vtpote qui nec intretis ipsi, nec intrare conantes, finitis intrare. O mores, ó tempora, eò improbitatis deuenêre res humanæ, vt Christo, & eius verbo spreto, contempto, omnes suæ rei studeant, omnes terrestria curent, omnes gloriam in sua turpitudine collocent. Hic Pluto inhiat, hic Baccho indulget, hic Veneri impallescit, alter alex, venationi, aucupio, choreis, saltationibus inuigilat. Omnes denique (vt idem Paulus Apostolus Philippen. secundo inquit) suæ rei student, non Iesu Christi, adeò vt quidvis hodie nostri Gergeseni potius ferant, quàm syncerum Dei verbum. Is haud dissimiles, qui apud Iobum dicunt Deo: Abi hinc, tuas quidem nolle vias nobis non libet, &c.

Milesia stragula. 254

Milesia regio optimas habere lanas dicitur, vnde & in prouerbium abierunt Milesia stragula, pro delicatissimis. Theocritus in Syracusis etiam tapetas molliores somno vocans subdit, φαίη κε μίλητον, ἢ ἁπαλὸν σκεπάσασθαι κῶας: Sic Miletus dixerit, quique incolunt Samum. Milesiorum enim luxus, in hominum sermonem abiit, adeò vt quicquid molle, parumque virile velint intelligi, Milesium appellent. Aristoph. in Ranis notat μαλακὰ τρίμαλα.

Lac aurum fert Samus Ionica. 255

Samus Ionica valde olim fortunata fuit, vnde in prouerbium abiit, Lac aurum ferre illam. In ea verò cùm tyrannis exerceretur, infortunatissima fuit, viris destituta, à Syloſonte tyranno, qui duriter imperabat, vnde aliud prouerbium natum est, Syloſontis causa locus patens. Hæc referuntur ab Eustathio Thessalonicensi archiepiscopo in suis commentariis in Dionysij Alexandrini de situ orbis librum. *Erasm. supr. Oper. a Syloſontis ampla regio.*

Ἀιγυπτιάζειν. 256

Hoc est, Ægyptium agere: pro eo quod est, occulta præstare. Hinc aliud prouerbium manauit: Præstantes in contexendis machinis Ægyptij. Hæc idem Eustathius ibidem.

Aremphian. 257

Parus vna Cycladum, cuius incolæ olim non seruato pacis, quod cum Miltiade pepigerant, fœdere, prouerbio apud Græcos locum fecerunt, quo in fœdifragos vtuntur, *aremphian* dicentes, pro eo quod est μὴ τηρεῖν, fasti pœnituit.

Calauriam pro Delo. 258

Neptunus Calauriam cum Latona permutauerat, accepta Delo: veluti & pro Pythone, Tænarum acceperat: vnde prouerbium emanauit, de permutantibus æqualia: idem tibi est, Delúmque Calauriámque pascere, Pythóque per diuinam, ac Tænarum ventosam.

Capra cinnamomum. 259

Cinnamoni festucam, quam Phryganum Arabes vocant, vt Porphyrius scribit, similem esse aiunt viri, quam odorus præ suauitate fiet. Illam amant capræ, vnde prouerbium de his, qui aliquid nimis amant: Capra cinnamomum. Sup. Iunius exposuit id adag. Cent. 6. Adag. 19.

Arabicus tubicen. 260

Ab Arabum gente, quæ delectare solet musica, prouerbium manauit, quod garrulis hominibus & loquacibus aptari posset, vel tuba etiam canendi imperitis. Arabicus enim tubicen fertur pro drachma tubam pulsasse, pro quatuor vero tacuisse. Vide Erasm. in prouerb. Arabius tubicen, Chil. 1. Cent. 7. adag. 32.

Bœotica sus. 261

Hoc communi prouerbio Bœotos veteres vocabant, vt scribit Pindarus, quòd non essent mente admodum agiles. Repete potius ex Chil. prouerb. Bœotica sus.

Caunius amor. 262

Caunus vrbs fuit Cariæ, à quodam Cauno sic dicta, cuius amore capta Biblis soror, cùm esset repulsa, mortem sibi laqueo conscíuit. Vnde in prouerbium abiit Caunius amor, de iniustè amantibus, vel de iniustis, ab iis quorum iniusto amore essent capti.

Ciuitatem, siue domum venti perspirant. 263

Dicitur de ciuitate siue domo deserta ac ad ruinam tendente. Hoc quoque Gallis vulgare admodum.

Sub vnam Myconum. 264

In Mycono ex Cycladibus vnà sepultos esse aiunt Gigantum excellentissimos, ab Hercule interfectos. Vnde dicitur de iis qui vna sententia condemnantur: ὑπὸ μίαν μύκονον, id est, omnia sub vnam notam, aut condemnationem.

Hylam vocare. 265

Iuxta Cium Mysium fluuium, cui ciuitas adiacet: item Cius dicta, à nymphis raptus fuit Hylas ab Hercule adamatus, quem ingenti vociferatione vocans Hercules nihil profecit. Vnde prouerbium manauit, de vocantibus non audientes, Hylam vocare. Vide Theocritum Eidyllio 13. quod Hylas inscribitur. Eruditè descripsit eandem fabulam Apollonius Rhodius in fine primi libri Argonauticorum, qui sic ait: Herculem, cum regionem Driopum accolarum Parnassi transiret, voluisse eripere bouem ad sacrificiũ Theiodamanti Driopi. Quod cùm ille prohiberet, ab Hercule interfectum, & regionem direptam. Atque Hylam infantem adhuc Theiodamantis filium è cunis abreptum, in familia Herculis educatum, & ab Hercule adamatum, edoctum, ac tandem cùm aquam peteret, raptum a nymphis.

Coryceus audit. 266

De his dicitur qui secreta explorant, natum ab insula quadam, & portu, qui est propè Teum insulam & Erythras, vbi piraticam exercebant, inde dicti Corycij, speculantes mercatores. Erasm. prouerb. Coryceus auscultauit.

Lydi mali, secundi Aegyptij, tertij Cares. 267

Lydi propter improbitatem malè audiunt, vnde & hoc prouerbium manauit.

Παρὰ λύδιον ἄρμα θεεν. 268

Præter Lydium curtum currere dicuntur, qui aurigandi arte succumbunt, vt Eustathius in Dionysium scribit.

Tenedius vir. 269

Dicitur de austerè iudicantibus, Fertur olim fuisse Tenedis morem hunc, vt cùm quis de magno aliquo flagitio accusabatur, securim gestans vir eidem assisteret, quem oportebat obiecti criminis convicto statim plagam infligere lethalem. Pete ex Chiliad. Tenedia bipennis, & Tenedius homo.

Ad manticam res rediit. 270

Dicitur in eum, cui nihil relictum est.

Frondes fructuum expertes. 271

Et hoc theologicum est prouerbium in eos, qui ore Deum se scire profitentur, & eundem factis negãt, lucernas habent, sed extinctas, nefarij, contumaces, & ad omnem rem bonam inepti: Domine domine ingeminant, sed supremi voluntatem non obeunt. Nihil aliud quàm fidem, idque ad ranam, vsque crepant: tamen si penitius ipsorum considerentur opera, mores, vita, conuersatio, comperiemus ne scintillam quidem viuidæ & Christianæ fidei illorum pectoribus esse relictam.

Azymus. 272

Azymus μὴ φρεναῖος dicitur sincerus, verus, non elatus, sine iniquitate.

Quæ ignoramus aspernamur. 273

Laz. Bayfius: hercè fit vt facilè aspernemur, quæ ignoramus. Vulgò sic dicitur: Scientia non habet inimicum præter ignorantem. Dixit Aristoteles: Nemo eorum quæ ignorat bonus est iudex.

Nudato Petro Paulum tegere. 274

Hic sermo in ore versatur omnium Gallorum, in eos qui sic è præsentibus malis extricant sese, vt aliis grauioribus impediantur.

Ἀεργῆτι αἰὲν ἑορτή. Pigris semper esse festum. 275

Olim valde potentes fuere Tarentini, sed deliciæ eos perdiderunt, quia plures apud eos fasti dies per annum, quàm alij celebrabantur, institutis propter otium ad delicias continuis feriis, vnde & vulgari prouerbio fertur: Pigris semper esse festum. Hoc vsus est Theocritus in Bucolicis. Sup. apud Erasm. Chiliad. Lignauis semper feriæ.

Thasus bonorum. 276

Thasus insula Ægæi maris aurifodinis quondam celebrata, & Cereris granarium propter fertilitatem dicta fuit: vnde in prouerbium abiit, perinde ac si quis diceret. Θάσος, id est, multitudo, siue dẽsitas bonorum. Alij ita effutiunt: Datus bonorum, veluti & hoc, ἀγαθὸν ἀγαθίδιον. Vide Chiliad. prouerb. Thasius bonorum. &, Bonorum glomi.

Caracalla nummi. 277

Conuenit in eos, qui aliud præ se ferunt, aliud tegunt, quique fuco corrupti sunt & pallent, in blandos vultu, sed animo virulento, & eos qui sanctimoniam habitu præ se ferunt, cùm vita sint impia. Dion autem narrat Antonium Caracallam in vsu habuisse nummos adulterinos, plumbúmque argentatum, & æs inauratum, pro argento vel auro suis senatoribus dedisse. Hinc natum est prouerbium.

Cauponaria mulieres. 278

Solent Hebræi vna eademque voce meretricem & cauponariam mulierem nominare, quasi eiusdem generis sint. Vulgatæ enim (vt Constantinus ait) sunt pudicitiæ, quæ in cauponis seruiunt lege, quæ adulterium, Codice Ad legem Iuliam de adulteriis.

Fronti nulla fides. 279

Fronti fidem non temerè habendam esse, etiam vulgò dicitur, & hypocriseos magnos esse recessus. Iuuenal Sat. 2.

Sarmentarij. 280

Ethnici conuiciis etiam maledictis, passim Christianos exagitabant semissios & Sarmentarios, ridiculo nomine appellantes, vt à Septimo Tertulliano memoriæ proditum est. Nec alia ratione sic eos vocarũt, quàm quòd ad stipitem dimidij assis reuincti sarmentis additis concremarentur. De quo supplicij genere Pamphilus quoque Eusebius & D. Augustinus meminére. Passim etiam Asinarij dicebantur. Nec hac ignominia contenti, figuris & picturis illudebant Christianis. Quando infando picturæ genere Christum Dei filium deformare, ac velut in pergula prætereuntibus ausi sunt asininus auribus ostentare, pede altero inungulatum ac togata specie, cum libro in manibus, hoc adiecto titulo, quasi is Christianorum foret Deus, ὀνοκλυτοῦ. Hæc de re Cyrinus lib. 1. cap. 9. & 13.

Chamæleontem imitari. 281

In parasitos dictum. Chamæleon colorum omnium similitudinem exprimit, præterquàm albi, vt inquit Plutarchus in libro de Discrimine adulatoris & amici. Sic parasitus & adulator omnia nouit ob oculos proponere præter veritatem, in qua animatum consistit salus. Parasiti enim illud Terentij didicere:

Quicquid dicunt laudo. id rursum si negant, id quoque: negat

Quis, nego: ait, aio: quæsus si multo nunc est uberrimus.

Manus porrigenda non confusis, digitis. 282

Huius sensus est: Omnia esse aperto animo & simplici facienda, non autem fucato & simulatore: vel non oportere esse rapacem. Nam qui aliquid in vola abdunt, manum non extendunt. Potest & ad orationem referri, sicut olim Zeno, orationem oportere esse planam & apertam, non concisam, confusam atque obscuram. Apud Laertium Diogeni tribuitur hoc adagium.

Ἐκλεκτικοί. 283

Ἐκλεκτικοί dicuntur vulgò qui cùm nulla habeant peculiaria dogmata, ex cæteris seligunt, quod optimum esse iudicant ac verissimum. De his meminit Laertius in procœmio libri 1. his verbis: ἔστι δ' ὅτε καὶ ἐκλεκτικὴν τὶς αἵρεσιν συνήγαγεν ὁ τοῦ Πατάμωνος τὰ δοκοῦντα ἄριστα ἐκ παντὸς τοῦ αἱρετοῦ. Haud ita pridem, inquit, ἐκλεκτικοί quædã secta à Potamone Alexandrino inuenta est, qui de singulis sectis, quæ sibi placuerunt, selegit. Talem & Cicero sæpe in suis libris profitetur. Horatius in epistola libri 1. cùm se nullius disciplinæ certum esse sectatorem demonstrat, philosophorum, sed ex omnibus se excerpere, quod optimum videtur, his vtitur verbis:

Nullius addictus iurare in verba magistri
Quo me cunque rapit tempestas deferor hospes,
Nunc in Aristippi furtim præcepta relabor,
Et mihi res, non me rebus submittere conor.

Huiusmodi homines dicuntur etiam αἰωρούμενοι.

Ἐλύσατο μίτρην. 284

Frequens locutio apud poetas λύσαι μίτρην, id est, soluit zonam, hoc est, virginitatem amisit. Vnde ἄμιτροι dicuntur puellæ innuptæ, & coniugi expertes. Rationem verò soluendæ zonæ est legere in scholiis Apoll. λύσαι τὰς ζώνας αἱ παρθένοι τίκτουσι, ἢ ἁπλῶς ἁρμόζονται ἀνδράσι, ὃν ἡ μεσαζόντων ἁρπαγὴ ἐστὶν ἢ ἀνάγκη. Aliquando λύειν μίτρην est eripere virginitatem, & ad hominẽs refertur. Musæus, ὡς ἦμαρ ἔλυτ' ἄνεκτα λύσαι μίτρην, id est, virginitatem eripuit. Apud Apoll. est parere, ᾧ ὅτι μοῦνος μίτρην ἔλυσε γυναικῶν, id est, quem vnicum peperi. Callimachus in hymno Iouis hac locutione vsus est.

Fabulæ Milesiæ. 285

Fabulæ Milesiæ prouerbio dicuntur sermones nec veri, nec verisimiles, nec in aliquem vitæ vsum parati & congruentes: sed tantùm ad voluptatem & extrahendum tempus, vel in conuiuiis, vel in cœtibus virorum ac fœminarum, qualia sunt etiam amatoria omnia. Ideóque Lucianus sermones amatorios vocat Milesios, & Capella quasdam poetarum fabulas. Scripsit nominatim de Milesiis Aristides libros aliquot μιλησιακῶν, & Apuleius asinum, ex Luciani asino desumptum & concinnatum. Eiusmodi nariant vetulæ pueris ad focum ne plorent, aut moleſti sint. Milesiæ à Milato Ioniæ, quæ de luxu & deliciis malè audiuit, dicuntur.

Iyngem habet. 286

Vsus apud Græcos obtinuit, vt hi iyngem habere dicantur, qui velut prælligiis quibusdam homines ad se amandum prouocant. Iynx enim auicula est oblongo collo & lingua, crebrò collum circumagitans, ea venefica ad excantationes vtuntur. vt inquit Pindari interpres in Nemeis. Latinè torquicam nominare possumus à torquendo collo. Quidam putant eam esse, quæ alio nomine vocatur σπιγγίς. Latini motacillam vocarunt. Iynge verò trahi etiam prouerbiali figura dicitur à Theocrito eidyllio 2. versu qui repetitur. *Vide adagia Erasmi nostri, ne quis sua gloria fraudetur. Vimirũ prouerbio. Iynge trahor: & Iunx, iynges, quod ego vocat 4.*

Ἐκ πίτνος ἢ πλάγας. 287

Prouerbium de re commentitia, quoniam in porticibus & tabulis depingi fabulæ solebant. Plutarchus in libello de particula ei inscripta foribus Delphici templi. Cæterùm ista, inquit prorsus ex porticu & tabula.

Dimicare pro carnibus. 288

Plutarchus in libello contra Coloten, ἢ πῶς οὐκ ἦν ἀρτῶν ἁπάντων, subaudito τὸν πόλεμον. & pro carnibus dimicandi afferes necessitatem. Prouerbium est, quò Aristophanes respexit in Ranis: ναυμαχήσω πρὸ τῶν κρεῶν. Suidas in voce κρέας. Huc confer Sup. Erasm. *Lepus pro carnibus.*

Pistillum ornatum. 289

Demetrius Phalereus in lib. de Elocutione: ἐστὶ δὲ οἷον τὸ ἐπὶ τῆς μαγειρικῆς κεκοσμημένον ὕπαγε, quale illud, quod in prouerbio dicitur, Pistillum ornatum. Agit de iis, qui verbis paruam rem magnam faciunt. *Repete huius explicationem in idem proverb.*

Ludere inter mœrentes. 290

Demetrius Phalereus in lib. de Elocutione: τὸ γὰρ ἐν πένθεσι παίζειν, καὶ τὸν μαγειρικὸν, τὸ παίζειν ἐν τοῖς πράγμασι κατηχεῖν δεῖ. Ludere enim inter mœrentes est, vt in prouerbio dicitur, malo artificio in mouenda & excitanda perturbatione vti.

Mel satietatem gignit. 291

Dionysius Halicarnasseus in comparatione Herodoti & Thucydidis: Satietatem enim gignit, ait Pindarus, & mel, & dulces res venereæ. Iam verò & illud in animo reputare quam suauis & iucunda res sit in historia, scriptionis varietas & immutatio. Laurentius Hurtredus de Nobilitate libro tertio. Sed quicquid nimium est, ingratum & iniucundum est, eiusque omnis in fruendo suauitas amittitur. Theocritus in Megara: ἐν δὲ φερέσιτον πολλῷ δεῖ. id est, & lætitiæ satietas est.

Καταφαλμίζειν. 292

Καταφαλμίζειν prouerbiale est, de curiositate lustranda, quæ intra scenam fiunt. Synesius Cyrenæus in Ægypto, seu de prouidentia, disputation. libro secundo sub finem: τὸ λεχθὲν εἰς πᾶν καταφαλμίζειν per prosopœnium omnia, id est, curiosè oculis iuuet. Prouerbij nota est τὸ λεχθὲν, quod verbum hac de re vsurpatur.

Κατάκρασις. 293

Κατάκρασις prouerbij quædam figura simpliciter & prorsus significat.

Ἐκ τετράδος ἡμιθέων. 294

Quarta luna natos prouerbiali schemate dicimus, quibus sinistra parumque auspicata rerum omnium sunt initia. Quod ipsum non tam ad diem quartum, quàm ad posteriorem lunæ quadrantem refero. Nam qui senescente luna aut post huius dodrantem nascuntur, partim ob sideris defectum, partim ob enitentis debilitatem, ægrè atque laboriosè in lucem prodeunt: atque in posterum dubia sunt valetudine ac vacillante, omnibusque membrorum functionibus improsperè vtuntur. maxima tamen calamitatis pars in fœtum recidere solet. Nam hoc illi accedit ad malorum cumulum, vt vitam agatærumnosam, atque infœlicem plerumque in aggrediendis rebus successum habeat, siquidem non tam corporis viribus, quàm consilio & prudentia, quibus res maximè perfici solent, sunt destituti. Hinc igitur prouerbij origo fluxisse mihi videtur, quæ tamen appositè ad conceptum referri potest. Qui enim concepti sunt vtero destituto humore quo fœtus alitur, quo vires & incrementa sumit, non possunt omnibus numeris suis perfici, omnímque partium facultatibus absolui: quod ferè vsu venire solet de iis, qui quarta luna, arentique vulua, vt Esdras 4. capite quinto ait, concipiuntur. Inter alia in vita Aristophanis legitur διὸ καὶ ὑποκαθίσαντος ἀριστοφάνους, τὴν καινὴν κωμῳδίαν τετράδι λήγοντι, αὐτὸν γεγονέναι, καὶ τὰ μὲν ἄλλα μεμῦσθαι, εἰς ἄλλους πεπῦσθαι, τὰ μὲν περὶ τὸν δεῖπνον τὸν Καλλιστράτου καὶ Φιλωνίδου καὶ Διονυσοδώρου, id est, quare ipsum exagitarunt, seu contempserunt Aristonymus & Amipsias dicentes, quarta luna (quod aiunt) natum: quod aliis laboraret. nam primas fabulas per Callistratum & Philonidem exhibuit.

Ἀρχαῖον καὶ ἀγροικικόν. 295

Pro simplici & agresti vsurpata sunt. Horatius lib. Epist. 1.

Si potes Archaicis, comitas recumbere mensis.

Id est, rudibus & impolitis, quas primi illi homines possidebant, non curtas, neque marmoreas. Ita Nannius Miscell. 4. cui tamen aduersatur Turnebus Aduers. 1. cap. 24. qui hoc Horatij loco Archaicis legêdum esse censet ex lib. vet. omni. & interpretum scholiis.

Nullus equus tam est effœtus tamque exhausto corpore, quin mense Maio hinnitum edat. 296

Vel prima anni pars prouerbium hoc nobis peperit, quo intelligimus neminẽ tam senilis atque deuexæ ætatis, quin in amœnissima illa anni parte aliquid ineſſe iuuenilis animi testetur, aut aliqua hilarioris erectioris que mentis indicia proferat.

Aurum ex stercore colligendum. 297

Hoc vtimur quotiescunque significare volumus id quod Plinius iam olim dictabat, nullum librum tam malum esse, quin parte aliqua prodesse queat. Rectè etiam olim dictum esse puto, non quis, sed quid dicatur, considerandum. Modestiæ enim est, quod alicuius seculi commune linguæ fuit vitium, dissimulare. Nec enim video aurum minori esse in pretio quod in vase fictili hoc, illud in splendida arca custodiatur. Nónne gallus Æsopicus dum verrit stercorarium, nitidam gemmam reperit?

Astra inclinant, sed non vrgent. 298

Commune est hodie, cui simile est illud Ptolemæi: Sapiens dominabitur astris. Deus enim omnipotens est, & omnia operatur in omnibus. Nam cùm medicus curat ægrotum, & agricola è terræ cultu sibi messem fertilorem promittit, & hæc Dei opus est: ipse tamen per sua instrumenta atque per quædam quasi media operatur.

Lydia harena. 299

Λύδιος ψάμμος, speciem habet prouerbij, quemadmodum illa: Lydius cursus, Lydius lapis. Apparet autem id de re non vili aut contemnenda dici, cùm & multum auri in Lydia prouenire receptum sit, vt est apud Lucianum in dialogo, qui inscribitur Contemplantes. Hoc vsus est Basilius ad nepotes: Et ex Lydia harena fit aurum.

Aquæ furtiuæ dulciores sunt. 300

Extat inter Hebræorum prouerbia non dissimili senario Græco, γλυκεῖα ἐστὶν φυλακὴ ἀκλοποντος, id est, dulce pomum, cùm abest custos. His vtemur, cùm significabimus impunitate malos ad peccandum prouocari. Adde quod etiam occasio facit furem, quod vulgò quoque dicitur. Plautus in Pœnuli prologo: Dum ludi sunt, in popinam pedissequi, Irruptionem facite, nunc dum occasio est.

CENTVRIA QVARTA.

Κίρκωνες. 301



Prouerbiali specie κίρκωνες homines callidi & veteratores, quasique artifices quidã deceptionum & fraudũ (qui & plani in Latina lingua) & κίρκωνα τὸν ἐξ Ἅλμης γεγονότα, in quadam epistola Synesius. Item assentatores: nam hoc etiam genus pernicio sissimè decipit. Infames fuere hoc cognomine apud priscos Pasillus & Acmo, seu Achemo, à quibus est appellata (vt videtur) κικώνιον ἄρμα, illa apud Herodotum Polymnia, quæ & ipsa prouerbij instar habere possit. Item Candulus & Atlas, vel (vt alij) Andulus & Atlantus, Eurybates Crœsi proditor, & Olus. Inde verbum factum κιρκωνίζειν, fraudes huiusmodi & assentationes vsurpare. Rationem appellationis alij deducunt ab animalibus, quę cauda blandiuntur. Alij à vulpina astutia, cum insequentes canes hæc cauda decipiat. Alij, Cyclopas tradunt aliquando Cercopes appellatos, cùm κίρκος etiam nescio quid κακοήθειας significare dicatur: & inde translatum nomen ad malos & improbos. Alij à moribus & ingenio gentis Lydiæ deducunt, quæ cercopum nomen habuerit, & fuerit natio vafra impostorum & mendacium. id quod mihi simpli-

simplicissimum videtur, & maximè consentaneum: quo fortassis accommodare licebit, quæ apud Plautũ appellatur Astutiarum Regio, in Milite. Cùm tamen & animantis quid significare κέρκος tradatur, siue similarum generis, & cum fortassè, quæ κερκίδωνες, siue vitium vastatricem bestiolam, siue gallum etiam & murem agrestem. Venit in mentem & à specie atque similitudine tam oris quàm ingenij, seu naturæ eius quod inter hæc malitiola versutia præstat: factam videri posse appellationem, & de similis quidem suspicari fortassis aptissimum fuerit, vt quemadmodum Homericum κυνώπης, & similia. Quod autem Ludouicus Czhus de cercopithecis notat: vsum prouerbialem videri vult etiam apud Latinos, de hoc inquam, vt nihil disputetur amplius, locus certè, quem de Epist. ad Atticum ille adducit, quouis potius quàm vt Cercum videat, &c. is neque ita legitur in emẽdatioribus libris: & vt maximè ea lectio non intolerandа videatur, de Cæsare quidem (vt ipse vult) res non fert, vt accipiatur. Est in prouerbio Græcorum & κέρκωψ, de loquacibus, vt videtur & garrulis non de taciturnis, vt quidam putant ἀπὸ κέρκου τοῦ ὄφεως, quam cum turture comparant obstrepẽdo Grammatici: & docet disertè Athenæus, esse hoc πόλυπον καὶ τριγωνίου ὁμοίου ζῶον, quo & in cibo vsi sunt. παιπάλημα autem & ipsum quasi ad minutias quasdam exquisitæ fraudis & doli crudelissimi transtulerunt, quomodo vsurpatum videtur in auibus Aristoph. Cõiunguntur enim σόφισμα, κύμμα, ῥῆμμα, παιπάλημ' ὅλον, quæ eadem videtur significare apud eundẽ in nubibus παιπαλᾶν. Vnde apud Homerum πολυπαίπαλοι Phœnices, quod etsi alij aliter interpretantur, videtur tamen maximè consentaneum, malitiosos ibi & callidos significari, quo nomine hæc gens malè audit. De hac verò translatione cum alij alias cõiecturas retulerint, mihi quidem vel ab eo esse videtur, quòd versutia nõ facilè circumueniatur aut capiatur, sed diuerticula reperiat, per quæ elabatur, cùm παιπάλημα propriè esse doceant, quod multos exitus habeat, & quasi ostia quibus excipiatur, vel quòd nõ crassa quædam & quasi rudior calliditas significetur: sed munitissima & exquisitissima, cùm παιπάλη etiam farinã tenuissimè cribratam significet: quomodo multæ non erunt dissimiles translationes in nostro vernaculo. Vsurpatur vtrũque ab Æschine in oratione de falsa legatione, contra Demosthenem, vbi hoc dicere videtur, nesciuisse se ante hæc qualia essent Cercops, & quid παιπάλημα appelletur & παλιμβολεῖν, atque similia: quæ nunc de Demosthenis vita & moribus explicari videat, vt differre potuerit: quem locum & Erasmus Roterodamus adducit in prouerbio ἀξιώσεως ἀγορά, quo tamen qui vsi fuerint, non ex ponte, cùm Grammatici doceãt Athenis ita fuisse appellatum locum eum, in quo venderentur quæ furto essent subtracta, id est, eorum furtiuarum venalium. παλιμβολεῖν autem fuerit, qui versutior sit, quam rota figularis, secundum Plautum, & ingenio lubrico. Est igitur κερκώπων παιπάλημα, Plautus Cercopæus, fraus seu dolus Cercopæus, astutiæ veteratoriæ & subtiles atque eximiæ, seu callidissimæ. Hoc vsus est Synesius Cyrenæus in Aegypto, seu de prouidentia, lib. 1. τὸ παιπάλημα τὸ κυρηναϊκόν, i. Cercopæa fraudulentia. Huc refer quæ doctè sup. retulit Iunius in prouerb. Cercops, quod est. 38 Centur. 7. & Erasm. Chiliad. Cercopum cœtus, & quod est in collectanea Godefredi, Cereopum forum.

Sublata lucerna, nihil discriminis est inter mulieres. 302

Λύχνου σβέσθεντος γυνὴ πόσει οὐ διαφέρει. Omnes in tenebris æquè formosas esse, sentire videtur adagium. *Idem sup. retulit Erasm. Chil. 3. Cent. 4. prou. 77. sed alio torquet.*

Hallex. 303

Hallex signat indignum, qui vix censeatur, estque virifer quidam potius, quàm planè vir. Plautus in Pœnulo: Tunc amator etiam audes esse hallex viri? aut contrectare, quod mares homines amant?

Τραγίζειν. 304

Τραγίζειν, id est, hircum allire, siue hircum olere dicitur, qui malo odore infestantur. Nam alarum fœtor, caper & capra à Latinis appellatur, τράγος à Græcis. vnde τραγίζειν. virus illud olere. Hippocrates ὑπὸ ἀφεστιάζειν ἀρξωνται ἢ τραγίζειν. Sed quia malus odor ille rarò quem inuadit, nisi qui rem cum mulieribus habere per ætatem queat, aut qui tum maximè fœtet hirci cum coxum appetunt. Theophrastus ἀφεδρισμὸν, διὸ καὶ οἱ τράγοι, καὶ οἱ ἄνθρωποι, καὶ τὰ ἄλλα, ἀφεδρικὰς ὀχείας μάλιστα ἔχει. Eo factum est, vt τραγίζειν aliquando pro re veneria vsurpetur, τραγίζειν quoque & τραγᾶν, pro eo quod est hircinam vocem æmulari, offendes. Horatius in libidinantem:

Namque sagacius vnus odorer
Pollypus, an grauis hirsutus cubet hircus in alis,
Quam canis acer, vbi latet sus.

Mensa Sicula, Asiana, Persica & Italica. 305

Præautæ & opiparæ dicebantur. Plato Politicorum libro tertio: συμποσίων δὲ ὧν φίλος τράπεζαν, καὶ παντελῶς ποικίλην, id est, Syracusanam amice mensam, & Siculam in obsonij varietatem, non videris approbare. Idem in quadam epistola ad Dionis propinquos: πολυτελῆ τινα καὶ οὐ ῥᾳδίαν παρασκευὴν τραπέζης πάρεστι. Lucianus in dialogo Simulac. Polystrat. καὶ τράπεζα, inquit τοῦ πάνυ ἐπιτηδείου. ac mensæ Siculis lautiores. Docet hoc libro duodecimo copiosè Athenæus. Persicis & Asianis deliciis nihil olim inquinatius nec mollius: de quorum delicijs in animos nominum impressa opinione, perpetuo inualuit. Macrobius libro Saturnal. septimo: Modum cum seruat, qui sui potens est, & in mensa Sicula vel Asiana.

Λιπαιδαλίαι, αἰπολικῶς. 306

Λιπαιδαλίαι viles prorsus & nihili homines dicũtur. Lycophron αἰπολαιδαλίαι σκαφᾶς: vide eius interpretem & Athenæum lib. 18 αἰπολικῶς verò inopes scurras mendicosque nebulones ac parasitos significant, quique se ad omnia obeunda onera paratos vltrò offerunt. Demosthenes aduersus Cononem καὶ καλῶς μὲ ἐξέφηνας καὶ δ' αἰπολικῶς. Lucianus in Lexiphane, has duas dictiones vsurpauit.

Dardaniæ artes. 307

Dardaniæ artes, pro magicis vsurpauit Columella lib 10. Veniant (inquit) Dardaniæ artes. Dictæ autem sunt à Dardano insigni (vt tradunt) mago, cuius commentaris diligenter perlectis longè doctissimus euasisse Democritus memoratur. Conferre Plinium lib. 30. cap. 1. Apuleius, vel ipse Dardanus, vel quicunque alius post Zoroastrem Euseb. lib. δωρεῶν. προπαρασκ. 3. ὅτι ὁ Δάρδανος, ὁ μόνοις σὺν πολλοῖς διδάσκαλος τὰ μυστήρια.

Mores Massilienses. 308

Plautus in Casina: vbi tu es, qui colore mores Massilienses postulas? Hoc est molles. Aiunt enim ipsos Massilienses delicato muliebrique cultu vios, ac molles & effœminatos extitisse. De quibus Athenæus. In superioribus, mores Massilienses, pro optimis vsurpari monuit Gilbertus ipse et & Erasm. Chil. 1. Centur 3. prouerb. 98. Nauiges in Massiliam. Suprà enim Cognatus Centur. 2 prouerb. 11. idem explicare inceperat, sed contrario sensu, & quamobrem ex vno adagio duo fecerit, clam me est. Erasm. abunde tribuit sfecerit, qui annotauit duas fuisse Massilias, vnam Libycam delictis infamem, alteram Gallicam disciplinæ seueritate nobilem testibus Cicerone & Val. Maximo.

Senex Acheronticus. 309

Senex Acheronticus apud eundem Plautum, capularem, mortique proximum significat. Idem capulo proximum & capularem vocat. In Mercatore Lysimachus:

Acheronticus senex, vetus, decrepitus.

Idem in Casina:

Hunc Acherontem præmittam prius.

In Milite glorioso:

Itane tibi videor oppido Acheronticus,
Tam capularis?

Tortum digna sequi, potius quàm ducere funem. 310

Metaphoricè sumpta est à choreis, in quibus præsultor funem ducit, quem alij eodem fune apprehenso præeũtem sequuntur. Carmen est Horatianum, epistola 10. quo respondit, pecuniam alterius imperium sequi debere, non ipsa ducere. Terentius in Adelphis: Tu inter eos restim ductans saltabis. Donatus: Sed ego puto, manu confertos choros puellorum puellarumque, cantantes restim ducere æstimari.

Ne eruditum quidem pulueren attigit. 311

De valde humilibus, stupidis & imperitis. Cicero

de natura deorum secundo. Sed si hoc non videtis, quia illum nunquam eruditum puluerem attigistis. Tusculanarum quinto. Ex eadem vibe humilem homunculum à puluere & radio excitabo. Huc referendum est, quod Aristippus facto naufragio, geometrica schemata in littore descripta animaduertens, hominum vestigia se videre exclamauit. Et ille quoque Aristoph.in Nebulis facetiæ, ἢ τὴν τραπεζῆτ καταστορέσας ἀπάλλου πρὸς τὸ κόμψας ἐπιλογίσασθαι, ἢ ἀβελτερίαν λαβεῖν, ὧν τῆς παλαίστρας θαυμάτιον ὠφέλητε. Cicero puluerē eruditum pro mathematicis disciplinis vsurpauit. Nā adolescentes olim vt ad certas artes perdiscendas libero quidem homine dignas animum appellebant, ita Geometriæ plurimum operæ impendebant. Quare in gymnasiis præsto semper erat abacus puluere conspersus, in quo lineas virgula describerent, ac figuras ducerent, quas commodè si quid displiceret, aut immutarent, aut delerent, aliáque ratione deformarent. *Totum hoc ad verbum ferme sumptum apparet ex 1. cap. lib. 1. Aulus Gellius.* Erodat. *Ita facillimum ex aliorum laboribus multa subtrahere, & adagiorum syllogas contexere. Deberent tamen qui ad hoc vocat consilij, ne furtum tam facile deprehenderetur ansas ingeniosè commutare, vt fures in vasis quæ nolunt à quoquam agnosci.*

Ἐμβεβροντημένος & ἐμβεβρονταμένος. 312

A Græcis βροντίαι appellantur, quorum mens aut ictu fulminis aut incredibili eius pauore obstupescit. Vtrúque vocabulum per metaphoram ad alia transfertur. Lucianus in Icaro Menippo: πάνυ γὰρ ὁμοίως ἀχανὴς, ἢ ὑπὸ τῆς μεγαλοφωνίας ἐμβεβροντημένος. Stupidúmque, atque animi impotem pierúmque significat. Mōcopulus: ἢ ὁ ἐμβεβροντημένος, οὗτος ἀρσενικὸν, ἀπὸ τῆς ἕδρας τὸν τοῖχον καταφερόμενον σκοπῶν. Demosthenes τοὺς τὸ κεφαλαῖον ἐμβεβροντημένους, εἰς ἰατροὺς. Hos Latini attonitos dicunt. Celsus: Attonitos quoque ratiò videmus, quorum & corpus & mens stupet. Fit interdum ictu fulminis, interdum morbo: κατάπληξιν hunc Græci vocant. Ex his Tullium primo elucet Ouidius:

Non aliter stupui, quàm qui Iouis ignibus ictus
Vidit, & ad vitæ redeuntia munera mentem.

Xenophō ἀνάλωτος. Ἔχουσι δ' ἐμβεβροντημένους πολλοὺς ἀνθρώπους. Et Ἑλλήνων δ. ὁπόταν ἢ τότε, τοὺς τὰ ἱερὰ στρατοπεδεύεσθαι πρὸς τὰ ἱερὰ καὶ τοῖς ἱεροῖς τὰ στρατόπεδα, ἢ εἰ μὲ τοὺς πλησίον, οἱ δ' ἢ ἐμβεβροντημένοι ἀπῆσαν.

Diurnum petere. 313

Seneca libro secundo Controuersiarum, Diurnum petere dixit, pro eo quod panem mendicare: vt solēt facere in Gallias quidam inertis & ignauæ vitæ homines, quos tanquam insulsos, & ad nullam rem vtiles Bliteos Latinè appellamus qui de alieno, eóque emēdicato in diem viuunt. *Ex superioribus illud Pythagoricum, Chamæi ne insideas, huc referri non incommodè posset.*

Striges. 314

Hoc nomen olim maleficis mulieribus inditū fuit. Striges autem sexto Pompeio authore, sunt inauspicatæ aues vnde natum prouerbium. De his Plinius libro vndecimo cap. 39. sub ānem. Cocus Plautinus in Pseudolo. Et homines cœnas sibi coquunt, cùm condiunt, Non condimentis condiunt, sed strigibus.

Σοφός. 315

Romani cum aliquem laudare vellent, quod doctè omnia dixisset, aut prudenter fecisset, σοφόν, id est, Sapientem, doctū, peritum, bonum, vtilē appellabant: vel mox ac clamabant σοφῶς, hoc est scitè, doctè, acutè, sapienter. Pomponius de origine Iuris. Fuit post eos maximæ scientiæ Sempronius, quem P.R. σοφὸν appellauit, nec quisquam ante hunc hoc nomine est nuncupatus. Hic Sempronius Græcum cognomen sortitus, vocatus est nomine proprio P. Attilius: paulò pòst, P. Attilius, primus à populo Sapiens appellatus est. Cicero in Lælio: Scimus P. Attilium apud patres nostros appellatum esse sapientem: quia prudens esse in iure ciuili putabatur. Illud non ignorandum est, quòd Iudæorum olim doctores (teste Hieronymo) σοφοὶ, hoc est, sapientes à plebe dicti sunt. Qua imitatione apud Græcos ἑπτὰ σοφοὶ dicti sunt, septem Sapientes nuncupantur: Thales Milesius, Solon, Chilon, Pittachus, Bias, Cleobulus, & Periander. Sed postea Pythagoras primus, vel hoc nomine sapientissimus, non sapiētem se, sed philosophum, hoc est sapientiæ amatorem appellari voluit, sapientiam soli Deo relinquens. Contrà, ambitiosi homines conducunt redimúntque laudatores, qui neque ex animo: neque verum prædicant. Vnde σοφιστὰς Græcè, Laudicenī Latinè sunt dicti, qui cœna pacta laudari ambiunt, apud Theocritū in Thyonicho Eidyllio decimoquarto aut, quispiam ludens, Quàm sapiens, inquit, illa ἐπαῤῥῆτις, ὡς σοφὸς ἐστίν. Eironicon hoc est.

Optimus. 316

Inter omnes honoris titulos hic reputabatur præcipuus, qui à virtute ipsa sumptus, non cuiuis tribui solebat. Itaque Caius Scipio Nasica, cùm ob singularem animi probitatem eximiū meteretur encomium, Optimus à Senatu appellatus est, referentibus Pomponio de iuris origine, Liuio libro ab vrbe condita, Plinio lib. 7. Naturalis historiæ.

Indulgere genio. 317

Persio est obsequi animo, & relaxare curas. Iuuenal. satyra 4.

Genialis agatur ille dies:

Virgilius primo Georgicorum.

Inuitat genialis hyems, curasque resoluit.

Vbi Seruius. Quoties voluptati operam damus, indulgere genio dicimur. Huc contrarium, Cum genio belligerare. Dinarchus in Plauti Truculento:

Sed isti, qui genius ius belligerant paricpromi. *Erasm. in Chiliad. eadem omnino habet, vt superuacaneum fuerit hæc à Cognato (qui fortassean tam diligenter Chiliadas euoluit) nulla ratione repetere.*

Aphrodisium tusiurandum. 318

Venereum iusiurādum, pro vano & momenti nullius, ex adagio vsurpatur, quoniam eiusmodi sit amantium adiuratio, quibus peierare frequentissimi moris est, vel impunè. Catull. in nupt. Pelei & Theud.

Nil metuunt iurare, nihil promittere parcunt,
Sed simul ac cupida mentis satiata libido est,
Dicta nihil metuere, nihil periuria curant.

Tibullus ex collaudatione Pausiæ apud Platonem in Sympolio, Eleg. prima, lib. 3.

Nec iurare time, Veneris periuria venti
Irrita per terras, & freta summa ferunt.

Ouidij præceptum tale est in 2. de Arte amandi:

Promittas facito quid enim promittere ladit?
Pollicitis dites quilibet esse potest.

Nusquam tuta fides: dixit Dido: Virgil.

Et Catullus in isdem nuptiis:

Nunc iam nulla viro iurato fœmina credat.

Huc respiciens Ouidius sub persona Ariadnes, querentis se à Baccho relictam fuisse, sic ait in 3. Fastorum,

Nunc quoque nulla viro, clamabo fœmina credat.

Lege sup. Chiliad. eorum iusiurandum.

Neptuni, siue Maris filij. 319

Scribit Gellius in 15. cap. 21. ferocissimos & immanes, & alienos ab omni humanitate tanquam in mari genitos. Neptuni filios dicere poetas consueuisse. Apud Plutarchum autem in Dialogo: Sine rationis vsu in bestiis. In marinis (inquit Aristotelis) nullum esse gratiæ sensum, amorem nullum, nec ingenij suauitatem: rectéque Homerus ait, Glaucum te genuit, de immansueto, & omnis societatis experte dixit, quod beneuolum mitéque nil mare gignat.

Ipso carpere è rogo cœnam. 320

Catullus de Rufa: Sæpe quam in sepulchretis vidistis, ipso carpere è rogo cœnam: Extremæ autem mēdicitatis signum est, quod affert Catullus. Et est tale illud Terentij: E flamma te cibum petere posse arbitror. Festus: Epulas in rogum coniicere solebant, locúmque in quo illæ comburerentur, culinam vocabant.

Albus vel ater. 321

Hominem probis moribus album dicimus: sicut contrà, improbis nigrum. Vnde est illud Catulli in Cæsarem:

Nec scire vtrum sis albus, an ater homo.

Prouerbium est ad contemptum indicandum, Ciceroni & aliis vsitatum. Albus color solus, (authore Plutarcho, Problemate 25.) est syncerus, purus, ac minimè inquinatus. Plato etiam docens in Phædro, qualis esse debeat bonus vir, ipsi dat rectam speciem, nitidum colorem, arduam cerricem. Socrates vt est apud Xenoph. in 3. de eius factis & dictis, Parrhasium docuit animi effigiem pingere, ita vt qui formosi sunt, ij nequaquam fallaces iure credi debent. Ex quo & Ouidiana Medea in 7. Metamorphoseos:

Sed non

Sed non ii vultur ho illo,
Non ea nobilitas animo eſt, ex gratia forma
Vt tuneam fraudem, meritique obliuia noſtri.

Hinc ſimile prouerb. Chiliad. 4. Bous, an ater ſit, noſcio, & poſtea prouerb. 512. Niger eſt, quod eodem ſenſu complectitur Perſius.

Omnia omnibus annuit. 322

† De ſenibus ineptis. Dicitur ineptè ſenes, in quibus caloris naturalis inopia imbecillitatem, imbecillitas tremorem efficit, ita vt caput perpetuo motitantes, omnia omnibus annuere videantur. Catullus in nuptias Iuliæ & Manlij:

Vſque dum tremulum mouens cana temporum ambitus
Omnia omnibus annuit.

In vento & rapida ſcribere aqua. 323

Catullus de inconſtantia fœminei amoris?

Dicit, ſed mulier cupido quod dicit amanti,
In vento & rapida ſcribere oportet aqua.

Lepidè duas res eligit, quæ perpetuò fluant, eámque naturam habeant, vt in eis nihil imprimi poſſit. Phyllis Demophoonti apud Ouidium,

Demophoon ventis & verba & vela dediſti,
Vela quater rediit, verba cauete fide.

Apud eundem: Leander Hero:

Cámque minus firmum tibi ſit, quàm ventus & vnda,
In ventis, & aqua ſpes mea ſemper erit.

Idem Eleg. 4.

Quæ tibi ſint fa tenda tamen cognoſce, nec Euris
Da mea, nec rapidis verba ferenda Notis.

Elegia 7.

Cunctáne in aquoreos abierunt irrita ventos?
Cunctáne Lethæis merſa feruntur aquis?

Seruius enarrans illum Maronis verſiculum ex 11. Æneid. libro.

Nec ferre videt ſua gaudia ventos?

Adagium refert, explicátque his verbis: Venti ferunt gaudia, id eſt, lætatur incaſſum. Sicut ſupra Æneidos 9. Sed auræ omnia diſcerpunt. Vbi idem Seruius: Quæ inutiliter iubentur, dicitur ventus diſcerpere, & nubibus irrita dari. Sæpè hac prouerbiali loquendi conſuetudine poetæ vtuntur. Theocritus in Dioſcuribus: Ἴσως πάλι πολλὰ τὰ δ' οἷς ἴδεν ὕδατι πνοιὰ ἐχεν ἀπίμεν. id eſt, dicebant talia multa, ea verò in humidos fluctus abiit ventus auferens. Idem Æneidos 11. Partem volucres diſperſit in auras. id eſt, negauit. Sup. Chil. Ventis tradere.

Fabula nunc ille eſt. 324

In omnium ore ac ſermonibus verſatur. Horatius:

Heu me per vrbem (nam pudet tanti mali)
Fabula quanta fui.

Tibullus elegia tertia, libro ſecundo: Fabula nunc ille eſt, &c. Olim non homines modò, ſed ipſi quoque dij aperiè Veneri ſeruiebant: neque cuiquam amare pudor erat: nunc qui amorem colit, vulgi fabula eſt. At quem puellæ ſuæ amor ad oſſa tetigit, mauult amare, & à vulgo contemni, quàm ſine amore deus eſſe. Hoc prouerbium exercitatum ac tritum eſt, & à Simone in Plauti Pſeudulo ſimpliciter profertur. Ita nunc per vrbẽ ſolus ſermo eſt omnibus. Theocritus eidyllio 12. πᾶν ἤδη τόματ' ἔπος, μετὰ δ' ἐσσεῖται μελέτημα. id eſt, nunc omnibus in ore, &c.

Σαμία ἄνεμος. 325

Affecti exilio apud Athenienſes in Lemnum fugiebant aut Scyrum. Veteri adagio σαμία ἄνεμος, de acri rigidóque iudicio. Artemidorus à Theſeo dictum tradit, quo capite poſtulatus ſuffugit in Scyrum, vbi ſacris initiatus eſt.

Ἀλφεσίβοιαι. 326

Ita vocabant omnes elegantioris formæ puellas, quæ propter pulchritudinem reperirent procos, qui ipſis magnâ dote & bouis dotis nomine arcent. Bos enim pectore ſolutos vti antiquiſſimos in æſtimandis rebus, nondum introducto nummorum vſu, indicant authores. Vxores enim à viris, non (vt nunc) viros ab vxoribus, dotem accipere moris erat. Fuit autem Ἀλφεσίβοια Phlegei fluminis filia, quam Alcmæon donato illo monili, quod Eriphylæ matri detraxerat, in vxorem duxit. Hinc illud epitheton elegantioris formæ puellis.

Vulturius aut coruus. 327

Vulturios aut coruos, per iocum, hæreditatum captatores vocabant. Dinarchus in Truculento Plauti: Vide vt iam quaſi vulturij triduò, Prius prædiuinant, quo die eſuriſſent. Illum inhiant omnes. Callides in Trinummo Megaronidi:

Turpilucri capidum te vocant ciues tui:
Tum autem ſunt alij, qui te vulturium vocant.

Id commodiſſimè Chiliad. 1. Cent. 7. prou. 14. explicuit Eraſmus, vt præter duos Plauti locos nihil noui affectat Gilbertus.

Nec mulieri, nec gremio credendum. 328

Nec mulieri, nec gremio credi oportere, prouerbium eſt, quod & illa incerti & leuis animi eſt, & plerunque in gremio poſita, cùm in obliuionem venerint exurgentium, decidunt. Feſtus. Vide num huc referas illud è Chiliad. Mulieri ne credas, ne mortuæ quidem.

Ἀχρειόλαος. 329

Græci quos ſignificare volunt inſigniter ſtultos ἀχρειόλαους vocant. Nam riſu inepto, ſes ineptior nulla eſt. Id ſuprà Eraſmus explicuit, in ἀχρειόλαος.

Τύπον γε ἀδυμβρεῖν. 330

Græcis eſt, quod Ciceroni formam rei adumbrare, aut rem informare. Sic ille, oratore perfecto, excellentis eloquẽtiæ ſpeciem & formam adumbrabimus. Et ibidem: Informabo qualis fortaſſe nunquam fuit, id eſt, veluti rudi imagine adumbrabo. Eſt autem tranſlatio ductа à picturis, primum obſcurè adumbratis, deinde poſtea illuſtrius expreſſis. Idem ad Atticum, libro quarto τοῦτο τύπον τινὰ πρόπεμψον: me iſthuc boſpes planè veniam, id eſt, præſentem reipublicæ ſtatum mitte ad me, rudi quadam forma adumbratam, &c. Ariſtoteles libro primo Ethicorum duobus in locis vſus eſt.

Ne dij fuerint. 331

Fuit prouerbialis deprecatio hæc veteribus: Ne dij fuerint: vel vt Plautus ſæpè, ſirint. à ſino verbo ſubiunctiuo. Euthychus in Mercatore: Ne di ſirint. Hoc Græci dixere, μὴ γένοιτο. id eſt abſit, Deus auortat.

Demiſſis manibus fugere. 332

Quid ſit fugere demiſſis manibus, ex Plauto intelligere licet. Sic ille in Epid. Imò ſi audias meas pugnas, fugias dimiſſis manibus domum. Docet Ariſtoteles libro de Ingreſſu animalium, eos citius currere, qui dimiſſis manibus currant. Verba Ariſtotelis ſunt hæc, ἢ οἱ δρόμοι, πάντες ἅμα ἀφιέντες τὰς χεῖρας. Plautinus cocus in Pſeudolo:

Vbi omnes patina ferunt, omnes aperio,
Is odor dimiſſis pedibus in cælum volat.
Eum odorem cunctꝰ Iuppiter quantillus.

Ba. Odor dimiſſis pedibus? Coc. Peccaui inſciens.
Ba. Quid eſt? Coc. Quia enim dimiſſis manibus volui dicere.

Graculus inter muſas. 333

Virgilius ecloga 9. aliis verbis effert, nempe Anſer inter olores. Vulgus, Sterquilinũ i ter poma: Matrimum ſtercus admixtum piperi. De abſurda hominum ſocietate, dictum.

Alieno more, nutu, vel arbitratu viuere. 334

Ariſtoteles libro Rhetor. primo: ἐλεύθερον δὲ τὸ μὴ πρὸς ἄλλον ζῆν, id eſt, liberalis enim ingenij eſt alterius arbitratu non viuere. Idem libro quarto Ethicorum: τὸ πρὸς ἄλλον μὴ δύνασθαι ζῆν. id eſt, Neque verò alterius nutu atque arbitratu viuere poteſt, niſi amici. Eſt enim hoc ſeruile.

Nepos. 335

Nepotes vocabant nequam & diſſolutos homines, ideo quod qui pueri, patre mortuo, in aui tutelam veniunt, tales euadere conſueuerint. Nam & indulgentiores patribus ferè ſunt aui, & ſi ſeueri eſſe velint, facilè propter ætatis imbecillitatem à pueris patruo metu ſolutis contemnuntur.

Plauſtrum perculit. 336

Prouerbium ruſticum, quo plauſtrum perculiſſe dicuntur, qui negotium aliquod euerterunt ac perturbarunt. Meminit Donatus in Eunuchum, vbi ait ſeruus: Perculeris tu iam me, id eſt, impellendo perturbaueris. Et eo vſus eſt Plautus in Epidico: Perij plauſtrum perculiſti eſt, euertit ac perturbauit rem fal-

sa emptione. Percellere enim est euertere,& ad terram deiicere.

Postremi. 337

Homines dissolutos, abiectos, nequitiæ ac libidini deditos, non absque elegãtia, vulgò postremos homines nuncupamus. Cicero. Vt postremi homines alienis pecuniis locupletarentur. Idem: Nihil scitote esse posterius, nihil nequius. Item in Catil. Postremum genus est, non solùm numero, verùm etiam genere ipso atque vita.

Regiè & crudeliter. 338

Regum crudelitas & superbia apud Romanos propè in prouerbium abierat. Cicero pro Rabirio Posth. Regum autem sunt hæc imperia, animaduerte, & dicto pare, & præter rogitatum si quereare: & illæ minæ. Si te secundo lumine hic offendero, moriere. Ex Euripidis Medea conuersus est. Idem Cicero in 1 in Rullum: Non priuatorum insaniam, sed intolerantiam regum esse dicetis. Et in eadem: Hoc quãtum iudicium: quàm intolerandum, quàm regium sit, quem præterit? Plochirus Michael in Dramate:

Τὸ ἐξ ὑπερηφάνου ἀρχικῶς καὶ ἀγαθικῶς. id est,

Pompaticè & regali superbia elatus.

Hæreditas sine sacris. 339

Qui in bona succederet, sacra gentilitia celebrat, nõ exiguo quandoque sumptu, idcirco hæreditatem obtigisse sine sacris. de his dixisse videtur Plautus in Trinummo, qui solidam hæreditatem sine detrimento assequuntur. Cœna, inquit, hæc annona est, sine sacris hæreditas *Hoc fusius explicant Erasmus.*

Χρυσοῦν λόγον λέγει. *Vellus aureum.* 340

Vellus aureum prouerbialiter dicitur, de iis, qui ex rebus admodum parui pretij pretiosissima quæque eliciunt: vel de his, qui artem parandæ pecuniæ habent, vt Romæ Genuæ, Venetiis, alibique permulti: ab eo videlicet deductum, quod ex argento viuo, quod Græci ἄργυρον, à Chemicis Mercurius dicitur, conflari aurum existimatur. Pellis scilicet aurea dicitur contractione Mercurij pellem arietis factam esse auream. Aurea autem pellis methodus est chemiæ, id est, chrysopœiæ: vel chrysopraxiæ, id est, auri conficiendi: vel chrysographiæ, id est, auri describendi, quæ membrana continetur, propter quam vti plurimi faciendã Argonautas ad Colchos nauigasse traditum est. Suidas: Vellus ipsum liber erat in pellibus descriptus, continens artem, quo videlicet pacto per χρυσῶσιν aurum conficiatur, & perinde conuenienter aureum dicitur vellus, quod auri confectio per ipsum fiat χρυσῶσις, inquit, argenti & auri apparatus est, cuius artis libros cùm Diocletianus Cæsar, inquisiuisset, combussit: ea scilicet ratione, quòd ij causa essent, vt Ægyptij quotidie noua aliqua in ipsum Diocletianum molirentur, quare immanius & crudelius contra eos vsus est. Propter quod omnes chemiæ argenti & auri libros ab antiquis conscriptos perscrutatus incendi iussit, ne ab Ægyptus deinceps ex huiusmodi arte opes compararentur, neve pecuniarum copia audaciores facti, in posterum contra Romanos rebellarent. Sanè hæc ars hac ratione nunc vulgò abdita, verùm inter paucos propagata, per reges quoque serpit. Arabes alchimiã vocant, ex Arabo videlicet articulo al, apud eos masculini & fœminini generis, & chima Græca dictione. Corruptè archimia, quasi ars chimia dicta.

Romulus. 341

Hoc nomine sæpè vtebantur in eos, quos significare volebant dissimillimos esse Romuli, multúmque ab illius præstanti virtute abesse. Auctor declamationis illius in Ciceronem, quæ tribuitur Sallustio: Orote Romule Arpinas. Persius:

Num Romulo cenes?

Catullus in Cæsarem:

Cyatde Romule hoc videbis, & feres?

Vide Muretum in Catulli Cæsarem.

Vir sacer. 342

Lege Tribunicia prima cauetur, si quis eum, qui plebiscito sacer sit, occiderit, parricida ne sit. Festus, homo sacer is est, quem populus iudicauit ad maleficium, neque fas est eũ immolari: sed qui occidit, parricidij non damnatur. Ex quo quiuis homo malus atque improbus, sacer appellari solet. Afranius fratribus: O sacrum scurram & malum. Turpilius Demetrio: Etiam me irrides pessume, & sacrissume: & Plautus in Pœnulo:

Vendidit hæc omnes præsenti argento, homini
Quantum hominum terra sustinet, sacerrumo.

Sic igitur dixit Virgilius: Sacram auri famem. In Rudente:

Vtinam sit is, quem ego quæro, vir sacerrimus.

In Pœnuli prologo: Vendit præconi argento homini, si leno est homo.

Quantum hominum terra sustinet sacerrumo.

Ipsa olera olla legit. 343

Videtur vulgare dictum fuisse in eos, qui cùm ad aliorum libidinem antea prostituissent, aut etiam prostarent, quærerent ipsi quoque vbi libidinem exercerent suam.

Mentula machatur, machatur mentula certè.

Hoc est, quod dicunt, ipsa olera olla legit.

Tale est:

Tute lepus es, & pulpamentum quæris.

Repete prouerbij eiusdem Erasmicam explicationem Chil. 1. Cent. 7. adag. 60.

Oculis clarius. 344

Oculorum sensus nobis omnium charissimus est, vt præclarè disputat Aristot. lib. 1. de Sapientia. Ideo oculorum in exprimenda vi amoris crebra fit mentio. Catullus ad Quintium: Aut aliud, si quid charius est oculis. Idem in luctu passeris: Quem plus illa oculis suis amabat, Nam mellitus erat. Idem ad Licinium Caluum:

Ni te plus oculis amarem, iucundissime Calue.

Et alibi.

Ambobus mihi quã charior est oculis.

Plautus quidem, oculitus amare, pro eo quod est singulariter amare. In Cornicularia comœdia quidem amissa, sed à Grammaticis Latinis citata: Et oculissimũ hominem, pro charissimo dixit. Sextus Pomponius ex Platonis Curculione citat: ostium amicæ oculissimum, & interpretatur charissimum. In Truculento: Herus meus, pcellus tuus ad te ferre me hæc iussit ubi dona. Ibidem Phronesium Dinarcho: Iam me tuum oculum non vocas: In Trinummo: Ibi ille cuculus, Ocelle mi, fiat & illuc. Psal. 16. Custodi me vt pupillam oculi. *Repete supertus ex Iunio, Plus oculis suis.*

O factum benè, vel malè. 345

In prosperis nunciis & lætis rebus dicitur, O factũ benè. Contra, vbi aliquid nunciatur, quod nolumus, vel vbi quid infeliciter euenit, O factum malè, dicimus. Vtriusque exempla apud Plautum & Terentium crebra sunt.

Mellitus. 346

Græci quicquid suaue & amabile est μείλιχον vocant. Item Latini, Catul. de passere: Nam mellitus erat. Alibi: Mellitos oculos tuos, Iuuenti.

Et,

Surripui tibi dum ludit, mellite Iuuenti.

Plautus in Pseudolo: Natalem scitis mihi diem esse hunc, vbi sunt isti, quibus vos oculi estis, quibus mellitæ. In Pœnulo: Obiecro hercle vt multa loquitur. Ibidem. Meum mel, meum cor.

Canis. 347

Pro impudente, Catul. in quendam:

Ruborem ferreo cane exprimamus ore.

Nota est eius bestiæ impudentia, vnde & Homericum illud κυνῶπες, & Cynicorum appellatio fluxit. Sed & apud Terentium in Eunucho, & canis & os durum impudentiam significat. *Vide sup. Cane impudentior. Quæ ratione canis impudentiæ symbolum præ se ferat, doctissimè admonet Pierius in Hieroglyp. libro 1.*

Viuamus. 348

Hac dictione vtimur, quoties aliquem ad fruendas nobiscum voluptates cohortamur, eáque poetis est perfamiliaris, & inter pocula vsitatissima, pro genialiter viuamus. Et vitam eam demum vocant poetæ, quæ voluptaria est. Catul. ad Lesbiam:

Viuamus, mea Lesbia, atque amemus,
Rumoresque senum severiorum
Omnes vnius æstimemus assis.

Martialis.

Viuamus, mortem fallere nemo potest.

Virgil.

Pone metum; & tolle: precat, qui cras sua curat.
Mors autem velles, viuite (ait) venio.

Lucilius:

Viuite lurcones, comedoni, viuite ventres.

Varro apud Nonium:

Properas

Properate vivere puer, quas finit ætatula,
Ludere, esse, amare, & Veneris tenere bigas.

Plautus:

Agite, vivite, bibite festinè fores,
Potate, site mihi volentes propitia.

Catul. in nuptias Iuliæ & Manlij:

Felle humum pedibus, id est, salta.

Horatius:

Nunc est bibendum, nunc pede libero Pulsanda tellus.

Aranearum plenus. 349

Hoc denotamus locum inanem. Catull ad Fabium: Plenus sæculus est aranearum. Afranius apud Festū: Tū ne arcula tua plena est aranearum? Plautus in Aulularia: An ne quis ædes auferat? Nam hic apud nos nihil est aliud quæsti furibus, Ita inanibus sunt oppletæ atque araneis.

Veluti prati vltimus flos periit. 350

Quum aliquid planè periisse indicare volebant, veteres dicebant: Veluti prati vltimus flos periit. Vltimos prati flores vocamus, qui sunt proximè viam: ij autem ferè aut viatorum pedibus aut curruum prætereuntium rotis obteri solent. Catull. ad Furium & Aurelium:

Qui iuuis culpa cecidit velut prati
Vltimus flos, prætereunte postquam.

Tactus aratro est. 351

Huic simile est hoc: Tam perit, quàm extrema faba. Vide Festum.

Flos. 352

Quod in quacunque re pulcherrimum purissimúmque est, id floris nomine indicatur. Sic Theocritus Hyla: Argonautas vocauit diuinum heroum florem. Sic ab Ennio Cethegus elegantissimè dictus est: Flos inlibatus populi, suadæque medulla. Plautus in Casina: Ea tempestate flos puerarum fuit. Simonides in epigrammate, quo Sophoclem laudat:

Κεκλιται χορὸς εὐφρολύρας ἀπὸ ἀνθεῶν.

Lucanus: *Tunc flos Hesperiæ.* Catull.

Ego gymnasi fui flos, ego eram decus olei. Idem,
Flos Veronensium deperent iuuenum.

Sed & apud Ciceronem ix pissimè. Plautus in Curculione:

Flos veteris vini meis naribus obiectus est.

Superfluens. 353

Superfluentes vocantur, qui vt vulgò loquimur, continere se in sua pelle præ superbia nequeunt. Metaphora est à vasis nimium plenis. Catull. in Cæsarem:

Et ille nunc superbus & superfluens,
Perambulabit omnium cubilia.

Hoc vitium notatum ab Homero in iuuenibus cùm eos dixit esse ὑβριστάς. Lege Muretum in illud Catulli proximè citati.

Sinapi callidior. Sinapi tueri. 354

Celebre apud Gallos adagium. Etenim insignem veteratoris astutiam indicatur: Callidior, inquiunt, est sinapi, quòd ignea vi semen nares & cerebrum apprehendat, lachrymas excutiendo, nullo asperrimi saporis præuio odore. Huius enim vis confestim in sublime fertur, nec aliud magis in nares & cerebrum penetrat. Quare si modus absuerit, huius odor naribus raptus, statim sternutamentum ciet, & vellicans sensum lachrymas elicit, quod testatur in hortulo Columella canens:

Séque lacessenti fletum sallura sinapis.

Quæ noxa cœli subito conspectu lummouetur, veluti noxio halitu per nares euanescente, nec caput vibratim feriente. Feruidum sinapis semen & acerrimum esse apertè N ander in Georgicis testatur:

Semina tractanti morsum sallura sinapis.

Item coquus in Pseudulo. Territur sinapis scelerata cū illis qui terunt, priusquam triuerint oculi, vt extillent facit. Quare festiuè potius, quàm ioculariter lepidissimus Græcorum comicus Aristophanes in equitibus suis, cùm Cleonem ira percitum, rugosa caperatáque fronte, vultúque rubicundo, truci aspectu, oculis velut emissitiis, lumen vitrò citróque iaculantibus, furorem hominis demonstrans, sinapi conspexisse dixit, quasi indignabundum, excandescentémque virum innuens: versiculum eius subiunximus:

Καὶ Κλεων' ἰδὼν, ἠ τὸ μύστιον ἀδικεῖται.

Quod est, sinapim conspexit, & frontem contraxit. Asaphium in truculento Plauti: Si ecastor hic homo sinapi vicitet, non censeam tam esse tristem posse.

Sardonius risus. 55

Pausanias author est apud Sardos herbam gigni apij similitudine, quæ comedentes cum profuso risu humanis rebus exigebat. Inde Homerus, & posteri risum nullo salubri sensu dignum, Sardonium nominant. Salustius huius herbæ meminit. In Sardinia, inquit, quædam herba nascitur, quæ sardoa dicitur, apiastri similis: hæc ora hominum & rictus dolore contrahit, & quasi ridentes interimit. Dioscorides lib. 6. Sardoan ranunculi genus esse testatur, quæ vesicentibus mentem adimat, & quadam neruorum distensione dehiscere in rictus ora cogat, ita vt imaginem ridentium præbeant. Ob id Sardonius risus in adagium cessit. Quamuis Timæus aliam originem prouerbio reddiderit, aliam Sophocles, aliam Clytarchus. Apuleius de hac herba loquens: Quantum arbitror (inquit) si quis eam gustauerit ieiunus ridendo exanimabitur. Huc conferendum Erasmi adag. Sardonius risus, ex cuius explicatione videntur ista hæc concinnata.

Nihil agere. 356

Hæc loquendi formula, qua frequenter vtuntur iurisconsulti, habet nescio quid prouerbialis schematis, quo inanem & frustraneam alicuius operam significamus. Vnde illud est Attilij, Satius fore otiosum esse, quàm nihil agere. Refert Plin. Iunior ad Minutium Fundanum: Satius est enim (inquit) vt Atilius noster eruditissimè simul & facetissimè dixit, otiosum esse, quàm nihil agere. Iustinianus Institutionum iuris libro 1. Quibus ex causis manumit. non licet: Is, qui in fraudē creditorum manumittit, nihil agit. Et sanè hic verè nihil agit, frustráque laborat debitor, qui conatur suos fraudare creditores. Nam si fraudari videantur, ipso iure nihil erit, quod agitur. Paulus de tutelæ & rationibus detrahendis, & vtili curationis causa actione: Si filius fam. adhuc impubes tutelæ agat, nihil consumitur. Martianus de liberis & posthumis hæredibus instituendis vel exhæredandis, vel præteritis: Si filio emancipato exhæredato, is qui in potestate est, præteritus sit, ipse quidem emancipatus etsi contra tabulas petat, nihil agit, ab intestato autem & suus & emancipatus venient. Catus de duobus reis constituēdis: Ex duobus reis stipulandi, si semel vnus egerit, alteri promissor offerendo pecuniam nihil agit. Plautus in Merc. Doriph. Nihil agis. Ibidem in Trinum. Nil agis, aliquot in locis dixit.

Non respondet opinioni calculus. 357

Iustinianus in suis institutionibus, titul. Quibus ex causis manumittere non licet. Sæpe enim (inquit) de facultatibus suis amplius, quàm in iis est, sperant homines. Et ianē ea est hominum plurimorum, vt vnusquisque sua facilè quam maxima videatur. & plus sæpe fit in opinione, quàm calculo. Franciscus Balduinus in eundem Iustiniani locū: Sed vbi in ea re (inquit) peccauimus, si: errore opinionis, non quidē eleuantis, sed minuentis sensum, qui maior est: sed potius extollentis minorem, & ita liberaliter magnificantis, vt plerunque non respondeat opinioni calculus.

Πῶμα ὀμφενικὸν. 358

Plutarchus in libello de coercenda iracundia, Homericam obedientiam prouerbialiter vsurpauit. Quasi videtur alludisse ad locum Homericum, qui est Odyss. υ. οἱ ἔρατ' ἐν στήθεσσι καδαίρομεν φίλον ἦτορ, τλῆθι μάλ' ἠμὲν κραδίη μεμαυῖα καμόντων. Et paulò pòst: καὶ ἦ πλῆξας κραδίην λιτάνευε μᾶλλον τῇδε κραδίη, ἣ καὶ πολλῷ δεινότερον πότ' ἔτλης. Eo vtemur, cùm affectus rationi obtemperant. *Totum id ni fallor, videtur mutuatus ex Iohannis Hartungi Decuria locorum memorabil. sacr. 6. atque obedientiam Homericam, τῶν ἀνωκαλὰ prouerbialiter dici, cùm affectus rationi obtemperant.*

Θεοφόρος. 359

Hæc vox olim interpretum sacrarum literarū fuit communis, inde & Iohannes Damascenus Theophorus dicitur. Ignatius item &c. Cyrillus lib. 11. cap. 27. tradit diuinum appellari Θεοφόρον, Euangelium in se per gratiam habentem.

Cedro dignum. 360

Cedro dignum dicere solemus, quicquid indicare volumus immortalitatem mereri. Huius arboris ea

natura est, vt cariem non sentiat: quare libros à tineis conseruat. Illi folia non decidunt huius oleo peruncta, nec ipsa quidem cariem sentiunt aut tineam, vt ne clauum etiam fixum teneat. Et quia materia æterna est, ex ea simulachra factitarunt. *Lege Chiliad. Digna cedro.*

Nebrida ferit. 361

Nebrida ferie dicuntur, qui natura sunt timidiores, ac vini amantes. Bacchus enim ab Indica expeditione rediens, id genus pellium Nebridum gestabat.

Extremam imponere manum. 362

Extremam imponere manum, pro finire & absoluere omnibus suis numeris, prouerbij vice celebratur. Virgilius 7. Æneidos: Nec minùs interea extremam Saturnia bello Imponit regina manum. Effertur etiam: Summam manum addere. Sumptum est ab ædificatoribus, qui absoluto ædificio, fastigium solent aliquod imponere. *Huic confine est: Colophonem imponere.*

In limine portus esse. 363

Virgilius libro septimo Æneidos, alludens ad parœmiam, In portu nauigare, pro eo, est extra periculũ, & in tuto esse: Non mihi parta quies, omnisque in limine portus. Sumpta à nauigantibus. Latinus, bellum dissuadens Turno, ostendit suam ætatem in pace exactam, ac tranquillam senectutem consecutum, vt nihil sit, quod possit amplius ad absolutam hominis felicitatem desiderare præter regale funus, quo per bellum ipse abitur. 1. Georg. Ceu prestò cuiusdam portum tetigere Carinæ. *Sup. In porta nauigare.*

Sera vota. 364

Idem in eodem lib. Vtique deos venerabere seris. Respexit ad prouerbium παρὰ τὸν ὀψὲ σωφρονοῦντα, stultus post factum sapuit. vel, ἀφρὸς ἁλοὺς ἔγνω, piscator ictus cognouit, vt serò Phryges accepto damno, stultitiam seu potius dementiam agnouerunt. Item Georg. 4. Venimus huc lapsis quæsitum oracula rebus. *Huc refer illa, Sero sapiunt Phryges, & accepto damno stultus sapit.*

Rerum reliquis habenas. 365

Hoc est, gubernationem, imperium & moderationem, ducta metaphora ab aurigis, qui equos habenis regunt, quibus relictis, ipsi dissoluti euagantur, nullo moderante. Idem Virg. de Latino. lib. Æneid. 7 Rerumque reliquit habenas. Dicitur de eo, qui afflictissimis in rebus spem aut consilium abiecit. Debet enim ad publicum aliquod munus vocatus, animum fortem & excelsum, quo omnem negotiorum qualiumcunque magnitudinem facilè superet, secum afferre.

Telum ira facit. 366

Idem ibid. Telum ira facit. Huic confine est eiusdem: Furor arma ministrat. Cui non dissimile est apud Basilium ad nepotes suos: τῇ πραότητι χρῶ· κρεῖττον γὰρ ἑκὼν ἡττηθῆναι ἢ ἄκων νικᾶν. Tragœdiæ enim nequaquam est credendum dicenti, inimicitias armabit ira manus: Plaut. in Merc. Perij, seditionem facit lien, occupat præcordia. Vergil. 10. Æneid.

Spes addita suscitat iras, Telaque manu iaciunt.

Ille velut pelagi rupes immota resistit. 367

Macrobius Satur. lib. 6. cap. 3. hoc Virgilij versu velut prouerbiali vtitur. Habetur Æn. lib. 7. & hac comparatione constantiam Latini amplificant.

Osce loqui. 368

Liuius author est, primùm apud Oscos fabularum ludos celebratos. Atque inde à iuuentute pàrodia conserta Atellanis Romam inuecta. Vnde prouerbium, Oscè loqui: quod videtur sumptum ab impuris fabularum generibus, quæ in Italia ab illis primum & inuentæ & actæ fuere. Vnde etiam obscenè dicta quidem putant, turpia appellata.

Saturni hostia. 369

Quoniam Saturno humanis hostiis sacrificari mos aliquando inrepsit per Pelasgos, qui sedibus suis pulsi, in Latium appulissent, Saturni hostia in prouerbium immanis crudelitatis cessit.

Dijs secundis. 370

Dijs secundis, & ventis secundis, prouerbialem figuram sapiunt: pro felicissimè, & prospero successu. Virgil. 2. Georg. Non ego te mensis & dijs accepta secundis. Et 7. Æneid Dij nostra incepta secundent. Et 8. Æneid. Parte alia ventis & dijs Agrippa secundis, &c. Plaut. in Rud. Alter dij me hominesque respiciunt. Huic contrarium, Dijs iratis. Plaut. in Pœn. Nam ego hodie insce lix dijs meis iratissimus sex agnos immolaui, &c. Theocr. in Char. Dixit difficiles esse Musarum vias absque Ioue. innuens, quòd nisi Deus aspiret iuuétque, infelices sunt Musæ, & successus deest studijs doctrinæ.

Noua lux effulsit. 371

Allegoria prouerbialis de insperata fœlicitate, siue bonorum affluentia. Virgil. 9. Æneid. Hic primùm noua lux oculis effulsit. Idem sub finem eiusdem lib. de salute præter spem ostentata: Continuò noua lux oculis effulsit. 12. Æneid. Discussæ vmbræ, & lux reddita menti est. Nox & tenebræ in Sacris metaphoricè capiuntur pro multitudine afflictionum, & malis ingruentibus. Cicero: Recessus solis quasi tristitia quadam cõtrahit terram, accessus autem lætificat. Etenim oriente sole, cœlum videtur aperiri, sicut occidente claudi. Plautus in Persa. pro luce fabulam dixit: Tace stultiloque, nescis quid inflet boni, Nequicquam tibi fortuna faculam luciferã allucere volt. Virg. 4. de inferis locis: Vt tristeis sine sole domos loca turbida adires. Et vt lux pro lætitia, præsenti concilio, & subita fœlicitate: ita crux & caligo pro tristitia, & animi extremitate. 12. AEneid. Vt primùm discussæ vmbræ, & lux reddita menti est.

Nodus inest. 372

Hoc est, robur & firmamentum. Elegans metaphora ab arboribus ducta, quæ qua ex parte sunt nodosæ, difficulter cuneis perrumpi possunt. 10. AEne. Primus Abantem oppositum interimit, pugnæ nodúmque moramque. *Sup. Nodum soluere, pro eo quod est negotium impedimentum conferre in Chiliad.*

Cœlo animum ferre. 373

Parœmia de iis, qui magna de se prædicant, inaniterque venditant: Virg. 10. AEneidos.

Dixerat ille aliquid magnum, vimque effore verbo
Crediderat, cœloque animum ferre ferebat.

Videtur allusisse ad illud: Cœlum manibus contingere. Virgilio hæc & similes hyperbolæ prouerbiales, peculiares ac frequentes sunt. AEneid. 11. Et cœlum terrent armis. Et, Non replenda est curia verbis, quæ tuto tibi magna volant. Item, Proinde tona eloquio, solitum tibi. Paulò pòst: An tibi Mauors ventosa in lingua. Hæc enim Turnum in Drancem lingua in concilio pollentem, alioqui re ipsa imbellem. Simul oratione Thersitæ loquacitatem reprimit Vlysses Iliad. 2.

Consequemque sibi, & longos promissere annos. 374

Refertur hic versus inter præcipuè Virgilij prouerbialiter celebratos. Stultorum enim est ea tibi promittere, quæ in nullius hominis manu sunt, sed à Deo pendent. Nemo fatum suum, aut fatalem diem nouit, ita vt præsens hora certam non habeat fidem.

Animo nunc huc, nunc fluctuat illuc. 375

Ancipitem hominis animum, & incertum consilium hoc Virgiliano hemistichio licebit indicare: In quo expressit verbum Græcum μέμφεσθαι, vel μέμφεσθαι, quod in diuersas partes consulere, solicitè cogitare, & animo versari significat.

Ausidus Hadriam retrò fugit. 376

Virgil. 11. AEneid Amnis & Hadriacas retrofugit Ausidus vndas. Vbi Seruius admonet subesse prouerbium de re neque verisimili, neque consistente. Allusum est ad parœmiam. Sursum versus sacrorum fluminum feruntur fontes. Cùm præposterè hoc fieri velit significare. Ausidus amnis oritur ex montibus Hispanis, & Canusium præterfluit.

Nullum cum victis certamen, & æthere cassis. 377

In eos, qui victos aut vita functos insectantur aut lacerant, hic Virgilij versus celebratur hodie, qui habetur 11. AEneidos: Nullum cum victis certamen, & æthere cassis, hoc est, vita spoliatis, mortuis. Itidem prouerbialis Planci sententia: Cum mortuis non nisi larvas luctari.

Extra telorum iactum. 378

Celebratur prouerbiali figura, intra telorum iactũ de iis, qui periculis obnoxij possunt videri. Quemadmodum contra, extra telorum iactum esse dicuntur, qui in tuto consistunt, ἐντὸς τῶν βελῶν, intra telum, ἔξω τῶν βελῶν, extra tela, dicunt Græci. Virgil. 11. AEneid.

Iámque

Iámque intra iactum teli progressus uterque
Subsiterat. Vide Chil. Extra telorum iactum.

χόρ& δίκλω. Nimis ritu. 379

χόρ& δίκλω, id est nimis ritu: hyperbole prouerbialis est apud eundem Virgil. 11. Æneid.

Fundunt simul undique tela
Crebra, nimis ritu, cœlumque obtexitur umbra.

Fulminis in morem. 380

Ibidem est hæc hyperbolica & prouerbialis collatio, qua atrocitatem rei alicuius hodie Galli amplificant: *comme la foudre.* Virgil. *Excussus Acestes*
Fulminis in morem, aut tormento pondere acti.

Feras agitare putasti. 381

Est hoc quoque Gallis familiare. Virgil. 11. Aeneid.

Syluas te Tyrrhene feras agitare putasti.

Facetus iocus in hominem, qui non vt cum beluis beluina pelle indutus in pugnam venit. Tali armorum genere fortassis feræ terreri possunt, non autem bellatores.

Tollitur in cœlum clamor. 382

Hyperbole prouerbialis est, & habetur Aeneidos 11. & 12. Id quod alibi aliter exsulit Virgilius:

It clamor cœlo.

Sed hoc hemistichium Virg. ex Ennio descripsit lib. 17.

Tollitur in cœlum, clamóque exortus utrisque.

Homerus Iliad. 15. φωνὴ δ' οἱ ἀμφὶ ἵκανεν, id est, ferit aurea sidera clamor. Hoc hemistichio denuò 12. Aeneid. vsus est. 11.

Ingentem gemitum ad sidera tollunt. Et 10. dixit,
Clamorem ad sidera tollunt. & 1.
Clamores simul horrendos ad sidera tollit.

Alterum contigit, alterum negatur. 383

Aeneid. 11. *Vatis Phœbus succedere partem*
Mente dedit, partem volucres dispersit in auras.

Hic versus Virgilianus inter prouerbiales sententias celebratur, Homerique exemplo quid concesserit, quidque non annuerit Apollo, interpretatur poeta: Volucres dispersit in auras, hoc est, negauit, in ventum abire iussit, frustra orauit. Erit vsui, quoties è duobus naturæ beneficiis alterum contingit, alterum negatur. Vt si cui formæ decus, aut generis imagines aut opes negentur, adsit ingenij laus, aut retrò. Delineatus hic locus est scitissimè ad archetypum Homericum, apud quem Iliad. 16. vbi Achilles multis pro incolumitate ac salute precatus fuisset Patrocli, prælium inituri: addit statim, quid annuerit, quidque non dederit, vt hic noster vates. Annuit enim Iuppiter alterum, nempe vt strenuè pugnaret: alterum non dedit, vt salvus reuersus arma restitueret. Nam & ipse occisus fuit, & arma ab Hectore detracta perierunt.

Hactenus potui. habui. fui. 384

Huiusmodi loquendi colores desperantis formulæ apud vtriusque linguæ authores passim obuij sunt, quibus significamus id iam non esse, quod fuit. Menedemus Terentianus in Heautontimorumenon: Imò habui Chremes. Fuimus quondam fortes, fuimus Troës, fuit Ilion & ingens gloria Teucrorum, Vixerunt. Virg. 11. Aeneid.

Purpureus quondam color ora reliquit.
Hactenus Acca soror potui. Indicat Camilla se iam non posse quicquam. Plautus in Rudente: Papè, diuitias tu quidèm habuisti luculentas, Labrax: Miserum istuc verbum & pessimum, est habuisse, & nihil habere. Apud eundem in Persa Virgo: Omne pro nihilo esse ducto, quod fuit, quando fuit. Tanquam hominem, quando animam efflauit, quid eum quæras, qui fuit? Quid illum miserum memorem, qui fuit? Euripides in Hecuba: κεἰλώτ' ὄθ' ἦν ποτέ. Cicero significans coniuratos extremo supplicio affectos: Vixerunt, inquit. Ista & id genus multa eruditè annotauit D. Erasmus præceptor noster. Dido in quartum Aeneidos significans se, rèsque suas in magna fuisse gloria, iámque de vita sua desperatum esse:

Vixi (inquit) *& quem dederat cursum fortuna peregi.*

Præsens reliquæ vitæ momentum perinde ducens, ac si non esset. Ouid. in quadam epist. Tristium:

Nos quoque florimus, sed flos fuit ille caducus:
Flammáque de stipula nostra breuisque fuit.

In te omnis domus inclinata recumbit. 385

Hic Virgilij versus ex duodecimo Aeneidos, inter prouerbiales habetur de eo, cui tota domus innititur, vt columen familiæ rectè possit appellari. D. Erasm. in quadam ad me epistola: Tu vide quid per parentes & negotia liceat. Parentes suum potius quàm tuum agunt negotium. Quærunt columnam, in quam domus inclinata recumbat.

Inferos cœlo miscere, & terram mari. 386

Paræmiam bifariam exsulit Virgilius duodecimo Aeneidos, ab impossibili, pro omnia perturbare ac confundere, nihilque non facere, frequens omnibus scriptoribus,

Non si tellurem effundat in undas
Diluuio missens, cœlúmve in tartara soluat.

Ipsum etiam verbum miscere citra adiunctum schema prouerbiale est apud bonos authores. Idem pollent, sacra profanis permiscere, cœlum ac terras miscere, mare cœlo confundere, apud Titum Liuium. Virg. 5. Aeneid. *Mare omnia cœlo miscent. Dextera nec tua te grauis fortissime Creten.*

Eripuit Turno. 387

Et hic quoque Virgilij versus ex eodem duodecimo Aeneid. prouerbij vice, in multorum ore vsurpatur, quoties dehotant etiam fortissimi nos quosque in bello cadere, quos sua virtus & armorum fiducia sæpenumero fallit. Nam dextera etiam in sacris literis pro potentia accipitur. Psal. 104. Dextera eorum, dextera iniquitatis. Ibidem. Brachium eorum non saluauit eos, sed dextera tua Ps. 44. Hier. 17. Maledictus homo, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum, & à Domino recedit cor eius. Deus enim hominum conatus dissipat, qui eum ignorant, nec in eo, sed in sua virtute potius salutem & laudem quærunt.

Onus Atho aut AEthna grauius sustinere. 388

Cicero in Catone Maiore de quibusdam senibus dixit, eos onus Atho aut Aethna grauius sustinere. Athos Thessaliæ (vel vt alij, Thraciæ) mons est eminentissimus, cuius verticis incoiæ solem orientem tres horas prius conspiciunt, quàm illi, qui proximi maritimis regionibus accolunt. Vterque mons prouerbiali metaphora accipitur, pro re odiosè graui. Euripides in Hercule furente: ἀ' νύσσει μοι φίλον Γ' ἄχθος, τὸ γὰρ ἐμὸν αἰὲν βαρύτερον αἴτιαι σωμάτων ὅδε πρᾶξις πάτερ. id est, Iuuenta gratum mihi onus est. At senium grauius Aethneis cautibus capiti impendet. Originem metaphoræ Aethnæ indicat Virgilius Aeneid. 3. ibi,

Fama est Enceladi semustum fulmine corpus
Vrgeri mole hac, ingentémque insuper Aetnam
Impositam, ruptis flammam expirare camini.

Nam & Aethnam Siciliæ flammarum globos euomere, indubitatum est: & grauitatis nomen demonstrans, vel ipsa montis appellatio, tantò magis quantò immanissimum naturæ portentum gigas eius mole premi creditus fuerit. Non negauerim & Atho montem in prægrauis ponderis significationem trahi posse, quippe qui altissimus in trecenta vsque stadia vmbram eiaculetur.

Hercules. 389

M. Varro, post enumeratos quadraginta Hercules, addit: Omnes Hercules dici posse, qui res magnas gesserint. Quæ appellatio durat adhuc apud Gallos, quoties viros fortes denotant.

Ioues, Iunones. 390

Omnes regum primogenitos Ioues appellamus, vt omnes reginas, regum primogenitas Iunones: virium conditores Saturnos, vt Xenophon in Aequinoctis testatur,

Οὐκ ἄνδ' Διῖ, *volente Deo. Nihil fine Deo,* 391
Σὺν τῷ θεῷπᾶν καὶ γελᾶ καὶ ὠδίνει.

Cum Deo quisque flet & ridet, ab illo enim omnia proficiscuntur. Illo annuente, citra humanam operam optata eueniunt: negante verò, omnia consilia, conatus & industria iacet. Atque hæc illa prædestinatio est ad vitam, de qua in sacris apertum extat testimonium Pauli. Quid consilium humanum, quid vires aduersus diuinam prouidétiam possunt? Quis ausit θεομαχῶν, & quidem gigantum exemplo? Pindarus in Pythius hymno 5. ὁ Διῶν ἄκρος. Id est, non sine diis.

Horatius libro 3 Odyss. quarta:

Non sine dis animosus infans.

Virg. 1. Æneid.

Et iam iussa fuit, promittique fœdera Pœni

Corda volentis Deo. in alio Sui. Rerum humanarum subita est mutatio. Neque in nobis situm est, vt res fint vel secundæ, vel aduersæ: sed vt Deo visum est, ita prosperis extollimur, vel aduersis deiicimur. Virgilius 2. Æneidos,

Dijs aliter visum est.

Item tertio:

Postquam res Asiæ, Priamique euertere gentem.
Immeritam visum superis.

Europa apud Theocritum Eidyllio 20.

Οὐκ ἀέκοντι θεῷ τάδε δείγματα νηχόμεθ' ἁμεῖς. id est,
Non sine Deo pro hac humana tranamus vias.

Magnus. 392

Metitò magni appellatione hodie censentur à rerum gestarum magnitudine, vt olim Hector rectè magnus dictus est, qui Troianorum fuit fortissimus. Virgilius Æneid 6.

Hectoris hic magni fuerat comes.

Rerum ab Hectore gestarum egregius præco Homerus est in Iliade. Posteris temporibus, Alexander & Carolus Magnus hoc plium cognomen suæ virtute inuenere. Plutarch. in Pompeij vita scribit à Sylla Magnum Pompeium alta voce salutatum, postquam Donatium vna cum exercitu in Africa to[illegible] caset. Alij in Africa primum fetum, ita ei fuisse ab vniuerso exercitu acclamatum. At hæc populus Romanus duos Maximos dixit, Valerium nempe, qui assidentem abire Senatum in concordia retinuit, & Fabium Rullianum, qui locupletes aliquos libertinæ stirpis in Senatum allectos coërcendi cupidus.

Deinus. Deum fieri. 393

Cicero in prima epistola ad Q. Fratrem Asiæ proconsulem de ea prouincia recte & prudenter administranda, diuinum hominem vocat, quasi ex Deo natum, & singularibus donis præditum, quæ in quo[illegible] non cadunt. Nam Græci quidem (inquit) te ita viuentem intuebuntur vt quondam ex Antiquorum memoria, aut etiam e cœlo diuinum hominem ejus in prouinciam delapsum putent. Plato in Menone scribit Lacones si quem laudarent virum bonũ, dicere solitos esse: Θεῖον ἄνδρα ἄνα, Basilius ad nepotes suos, Θεὸν γίνεσθαι, Deum fieri dixit specie prouerbiali, vt quem nominem vt Deum obseruent & colant: quemadmodum etiam Tityrus Virgilianus dixit: Deus nobis hæc otia fecit, Octauium Augustum subindicans.

Contrahit & demittit animum. 394

Hoc est, dolet, tristatur, & animum deiicit. Cicero in eadem epist. Quapropter hoc te primùm rogo, ne contrahas aut demittas animum, néve te obruta quam fluctu sic magnitudine negotij finas, contraque erigas ac resistas, siue etiam vitio occurras negotiis. Translatione vtitur à corpore ad animum deducta. Vt enim animalis membra flecti, contorqueri, porrigi & contrahi possunt, sic animus dicitur contrahi per ἀποσυναγωγὴν, & quasi in angustum adduci in dolore & tristitia: maxime quando res ingratam, tanquam malum auertatur. Tunc enim res tristi obiecta, velut cordis dicuntur coërcendi. Dicitur quoque effundi in lætitia, vt cùm res quædam iucunda, quæ bona iudicatur, se offert, aperit se cor, & expansis velis illam excipere conatur. Res quoque graues quas multi facimus, à qua propter difficultatem abhorremus, contrahit animum, ei tristitiam & segnitudinem adferens. Eadem formula in consimili re vsus est alibi Cicero cùm inquit: Recessus solis quasi tristitia quadam contrahit terram, accessus autem lætificat. Pari translatione vetus, rogat, ne animum demittat: hoc est, non sit animo mœsto, abiecto, fracto, nec de se diffidat aut desperet: sed contra erigat se, lætus sit & alacer. Vt enim tristis demisso capite incedit, ita animus quoque dicitur demitti. Vt pro Cluentio: At C. Fabricius à subsellijs demisso capite discesserat. Et pro domo: Inuenies eum apud sororem occultantem se, capite demisso. Pro Cluentio: Erigebat animum demissum, oppressum Oppianicus.

Mutuum sumpsisti. 395

Hic loquendi modus etiamnum hodie de furto manet vulgo frequentissimus. Mutuum sumpsisti, quod nunquam sis redditurus: hoc est, furatus es. Suetonius in dictatore Cæsare cap. 51. Aurum in Gallia effutuisti, hic sumpsisti mutuum. Sensus autem est: Quod aurum hic ex ærario sumpsisti mutuum, nempe vt fures solent, nunquam reddituri, hoc ipsum effutuisti in Gallia, id est, turpiter cum magnatum fœminis insumpsisti.

Fucus. 396

Fucos prouerbialiter vocamus, qui ex sudore & sanguine aliorum sua comparant commoda, suis indulgent voluptatibus. Fuci enim apum laboribus, ac melli insidiantur. Hinc à Viue sumpta metaphora libro 2. de Subuentione pauperum: Tanquam fuci fruentes alienis sudoribus. Plinius nat. histor. lib. 11. cap. item 11. Fuci (inquit) sunt sine aculeo, velut imperfectæ apes serotinus fœtus, & quasi seruitia verarum apum, hos pestilentes apibus dicit, quòd nihil operantes absumunt aliarum apum industriam.

Nouus homo. 397

Nulla maiorum commendatione, aut imaginibus claros, sed rebus suis præclarè gestis atque industria nobilitatos, nouos homines dixerunt. Quod ne fine authore & teste non confirmare videar, Appianus Romanæ historiæ Græcus scriptor hisce verbis probat,

Κικέρων δ' ἐκάλει τοὺς ἀφ' ἑαυτῶν,
Ἀλλ' οὐ τοὺς πατέρων γνωρίμους.

Id est, Romani eos vocant nouos, non qui ex maioribus, sed qui ex sese claruerunt. Vt contrà, Gentiles homines linguæ vulgares dicunt, à gentis origine, quorum maiores seruitutem non seruierint, nec capite diminuti sunt. Nec enim minus profectò noui quàm antiqui gentiles laudandi, si recto pede rectaque via huc ad honores peruenant. Illi quidem alienis quasi plumis ornati incedunt, hi suis virtutibus: Illi vt hedera & vitis alienis nituntur adminiculis: hi vt trochus pilcis ipse in se se dicitur & concipere, sic primi sunt generis, nominis, honoris, authores suis posteris. Apud Romanos enim infame nouorum hominum erat vocabulum, Ciceroni non semel ob ectum, & a Sallustio nominatim probro datum, quòd homo nouus Arpinas esset ac reperticius, accitus, & paulo antè vbi Romæ ciuis insitus. Sed vtinam hac ætate omnes Ciceriones haberemus, qui labore, industria, eloquentia, ingenio sibi aditum ad honores consequendos patefaciant. Plinius vocat subitas imagines, & nouam nobilitatem, quæ cùm crescat ipsa, & ascendat per se propius ad eam laudem absolutionis videtur accedere, quam sanguis antiquus, putidus & putrefactus vetustate, vt etiam dixit Greg. Nazianz. in hanc ferè sententiam:

Probrum est malum vocari, non ignobilem.
Genus ejt eorum qui diu junt putridi.

Ecce *mortuos* vocat, id est putrefactos, qui iam diu in sepulchris mortui iacuerunt, ac corrupti, quibus quidem se orirndos prædicant. Cicero quoque imagines vetustas & bene antiquas Pisonis, ridiculè fumos appellauit. Inane est itaque hoc nomen antiquæ nobilitatis, si nulla res alia nobilem faciat, præter antiquam stirpem, & stultæ stemmatum ac inanes imagines. Multa de hac re Iuuenal. Satyr 8.

Asperius nihil est humili, cùm surgit in altum. 398

Hic Claudiani versus Prouerbij vice frequenter celebratur, atque de iis dicitur, qui ante delp catissimi & imbecilli homines, nemini nocere potuissent, his neruatis & exanguibus, quouis ito pauperioribus, cùm opes, cùm magistratus & honor tanquam gladius esset datus, non solùm pungere suopte ingenio citò didicerunt, sed acie authoritatis bonos ciues, sic meliores ac sanctiores, atque nobiliores, vulnere inflicto contruciant. Deinde cùm velut mulcæ famelicæ accedunt, quo saturent inexplebilem habendi cupiditatem, ex sanguine & miseriis pauperum comparant, quam non habent opulentiam. Ita cæca fortuna, vt illos promouit, ita promotos facit cæcos quoque, cui non satis est malos prouexisse, nisi auctoritate armatos reddat nocentiores. Huic non dissimilis est versus vetustissimus: Cùm surgunt miseri, nolunt miseris miserari. Sic honores mutant mores.

Lapides ad filum. 399

Vsurpauit Basilius ad nepotes cap. 6. cùm iubet ad honestarum artium præceptum mores & studia nostra applicari & corrigi, perinde quasi lapides, iuxta Doricum prouerbium, ad filum, vel Lesbiam regulam

regulam dirigétes, ἢ inquit, τὸν δικελλίζοντα μεχρι μάλης, τὸν λίθον ποτὶ τὸν σκληρὸν ἄγωνται. Extat trochaicus apud Plutarchum in libro de Profectu eius sententiæ ἀσὺν τὸν λίθον τιθεὶς, μὴ ἐπὶ τὸν λίθον τὸν ἄσυλλον, id est lapis amuli est applicandus, non amulus ad petram.

Mente agitare coquos. 400

Speciem habere videtur prouerbij, atque in eos detorqueri posse, quibus semper animus (iuxta Comicum) est in patinis, quique nulli rei præterquàm vino & frugibus perdendis nati sunt. Basilius ad nepotes suos, capite duodecimo, ἀλλ' οἱ μὲν ἀμφιζωσιοῦ τινες καὶ μαγείρων ἀθυμοῦσι, &c. Nam qui semper ἐφοδιάζουσι atque coquos mente agitant. Non dissimile refert ex Platone veteris comœdiæ poeta Atheneus, ἐμοὶ γὰρ δὲν τὸ σῶμα ἐστὶ μεμιγμένον, ἢ τὸ πλεῖστον τῆς ἀνίας μου δοκεῖ, id est, Nihil enim, sed vt prouerbium habet, in popina mihi videtur mens esse.

Pythiæ Mysij talenta. 401

Prouerbij speciem habere videtur, & illi confine esse Tantali talenta, Crœsi opes. Dicitur enim vtrumque de immensis opibus. Quod Basilius ad nepotes capite decimoquinto. τὰ πλείω τῶν μυρίων, &c. At nobis ista Pythiæ Mysij talenta, &c. Potuit meminisse C. Cicero cuiusdam alterius Pythij Syracusani libro tertio Officiorum.

CENTVRIA V.

Ἀρχιλόχου ἀλώπηξ. 402

DAEDALVM hoc in eos dici existimo, qui pro re nata consilium expeditissimè capiunt, quemadmodũ Archilochus in Apologis à se scriptis, vulpem vbique callidissimam introduxit. Basilius ad nepotes suos, cap. 16. At diuitias (inquit) contemnimus, & voluptates despicimus, verùm blanditias & adulationes sectabimur, & Archilochæ vulpis calliditate gaudebimus. *Sup. Iam 91. Prouerb. Centur. 5. Archilochus vulpes.*

Mathusalæ vivacitas. 403

Mathusalæ vivacitas prouerbij vice haberetur, de qua meminit quintum caput γενέσεως, & Basilius Magnus ad nepotes, sub finem τοῦ ἐμοῦ μακρυνοῦ.

Obsonare pollucibiliter. 404

Plautus pollucibiliter in Mostellaria, & pluribus aliis in locis, pro oppipare vsus est. Nam de opulentis & potulentis, Herculi decimam dabant, idque polluceri: & consecratum quod fuerat, polluctum dicebatur:

Grumio Troiano conseruo: Nunc dum tibi libet,
Dictisque fruere, perdere,
Curamque heriem filium, adolescentem optimum,
Dies noctesque bibite pergræcamini,
Amicas emite, liberate, palsate
Parasitos, obsonate pollucibiliter &c.

Ἀστεροπαῖος. 405

Quoniam Hom. Iliad. υ. Asteropæum heros memini ambidextrum fuisse, nempe qui sinistra tam expedite atque dextra vteretur, ἀμφοτερηδὸν ἐπὶ σφὶν ἐπιστάμενος ἔμμεναι ἀμφοῖν ἶσον. Factum est vt qui ad multas res agendas expedito & prompto ingenio essent, Asteropæi dicerentur. Hoc idem Libanius Sophista Montio consuli tribuit in exordio argumentorum in Demosthenem. Et Timocrates apud Athenæum Larensimo conuiuarum principi. *Explicatum sup. & Iunio Centur. 3. prouerb. 29.*

Grauistellus. 406

Plautus licentia vsitata sibi in fingendis nominibus in Lipidico alluit ad pondus telluris, quod dicitur ab Homero ὑπὸ γαῖαν. & Odyssea υ. ἀλλὰ κάρηνα κρούπτων, atque ita locutus est in obelum. Sed quis est hæc muliercula, & illic grauistellus qui venit? Sex. Pompeius, hunc locum in Grauestello adducere videtur.

Obsipat aquam. 407

Plautus in Cistellaria, Obsipat aquulam, aspergit, id est, recreat me. Qui autem examinantur, ij aqua frigida recreari solent. Quod & in Curculione innuitur, vbi adolescens postulat aquulam cum aqua, cùm simularet, parasitus se in latitudine animum relinquere, & interrogat, Vin' aquam? In Truculento Charmides: Adimit animam mihi ægritudo Stasime, tene me. Stas. Vis ne aquam tibi petam? Ch. Res quum animam agebam, tum esse effusam oportuit. Aspersisti aquam, obseruatum est ab Erasmo præceptore nostro, cui multum hæ nostræ debent annotationes. Vide Camerar. in Plautum. *Et Prouerb. Aspersus aquam, in Chiliad.*

Velim, Nolim. 408

Huius est vsus, quum contra sententiam animi nostri fit aliquid. Plautus in Cistellaria & sæpe alibi pro hoc vsus fuit, Ingratiis. ἀχάριν. In Curculione Phædromus:

Quò l'enus cupidóque imperat suadétque amor,
Si media nox est, hue est prima vespera.
Si statum conditum cum hoste interedit dies,

Tamen eit eundum quò imperant ingratiis pro ingratiis, id est, inuiti. vt gratis gratis. In Rudente: Hæ hirundines ex nido vult eripere ingratiis. In Milite glorioso: Inuitum atq. inuitam ingratiis nisi voluptate ibis, rapiam te domum. Non dissimilis est apud Græcos, præsertim historiographos, crebra hæc loquendi formula, ἀκόντων καὶ ἑκόντων, cùm quis alieno arbitrio tractatur, nimirum inuitus, ac violenter, id quod in bello accidere solet. *Erasm. Chiliad. Noctes, volens.*

Ἀνάκρισις. 409

Ductim, aduerbium, Præsentius ex Plauto in Curculione annotauit & interpretatus fuit ἀπαύστως, quod significat in bibendo assiduitatem & copiam, id est, vno spiritu. Lena apud Plautum:

Incurgo in me aquores tuos Silo ductim.

Opinatque cutus. 410

Prouerbialis hyperbole de macilentia, vt Apollonius 3. Argon.

—πίνει δ' οἷα δρυὸς χλόον, ἠὲ μύκητας,
ἠὲ μύρμηκος, ἢ σφιν ἐπὶ στόμα μέτρια θῆκεν.

Plautus in Captiuis:

Ego inquit parasitus, qui tuo more miserer,
Ita edim, consenescam & tabescam miser.
Opinatque pellis jam mihi macilentia, &c.

Κωμῳδεῖν. 411

Priscis temporibus de comœdiæ licentia κωμῳδεῖν vulgo dixere eos, qui probros inciderentur: nam in nominatum aut improbos aut inimicos iaculos petistringebant, principum etiam virorum vitam & mores reprehendentes. hodie dicuntur Satyræ.

Sumptus censum ne superet. 412

Et hoc peruulgatum est omnibus gentibus, Italis maximè, Antheratitis, Adelphasio iocari tux in Plauti Pœnulo: Pro herili inquit, nostro quæstu satis bene exornatæ sumus. Non enim poterit quærendus conficere, si eam sumptus superat, lucros. Eo illud est latum, Satis, quod satis est, habitus plus quàm sat est. Hanc prouerbialem & planè auream sententiam doctissimus & omni literarum genere ornatissimus vir dominus Hieronymus Niger Patauinus, supra ianuam domus tuæ incidi ac inscribi curauit, hanc in domo ac vestibulis & in cubiculis etiam vidimus, nec inuenimus emblema pulchrius, vel augustius, quod coërceat studium voluptatis, & vitæ luxus ac deliciarum, & in primis sumptus immodicos, ad quos cùm opus sit pecunia, celeriter obruuntur debitis seruientes cupiditatibus suis.

Vlysses. 413

Plautus in Pseudulo, Vlyssem Simonis seruũ Pseudulum totum ex mendacijs atque dolis compositum vocat. Viso inquit, Simo, quid rerum meus Vlysses egerit, iam ne habet signum ex arce Ballionia. Idem paulò post: Superauit dolum Troianum atque Vlyssem Pseudulus. Vlyssem enim Homerus vbique calidum, astutum, vafrum, versutum ac dissimulatem simulantémq. fingit. vnde eundem statim initio Odysseæ, πολύτροπον,

appellat, & Iliad. penultimo: δόλῳ εἰδυῖα πολύμητις, consilio hinc poliens & fraude Ithacensis Vlysses.

Liuor summa petit. 414

Est enim ea Inuidiæ natura, vt summa & excellentia petat: Ouid. lib. 1. de remedio amoris. Liuor summa petit, perflant altissima venti. Idem lib. 2. Metamorph. summa petunt dextra fulmina missa Iouis. Hoc epitheto summa vsus videtur, vt alluderet ad hoc, cùm inquit: Et summa papauera carpit. Raro autem fieri solet, vt summa felicitas careat inuidia.

Viuis fama negatur. 415

Rarò enim accidit, vt viuentes famam consequantur, iuxta illud Martialis: Esse quid hoc dicam, quòd vitis fama negatur, quo vtemur quotiescunque viut merita laude fraudantur. Dies enim fatalis, siue mors, de ingeniis rectissimè iudicat. Nam multa, & præcipuè motus vel inuidia impediunt, quo minus rectè de hominibus, dum viuunt iudicetur. Post mortem verò iudicia liberiora & sinceriora sequuntur. Videtur Martialis allusisse ad Ouidij illud, quod elegia decimaquinta & vltima libri primi habetur:

Rescitur in vitam liuor, post fata quieuit:
Tunc sua ex merito quemque tuetur honor.
Ergo etiam cum me supremus adegerit ignis,
Viuam, parsque mei magna superstes erit.

Sic Propertius libro tertio,

At mihi quod viuo detraxerit inuida turba,
Post obitum duplici fenore reddet honos.
Omnia post obitum fingit maiora vetustas:
Maius ab exequiis nomen in ora venit.

Idem quoque Ouidius tertio de Ponto:

Scripta placent à morte suâ: quia ladere vitos
Liuor, & inuisos carpere dentes solet. Libro quarto,

Non solet ingenio summa nocere dies
Famaque post cineres maior venit, & mihi nomen
Tunc quoque cum vitam cum numerarer, erat.

Quod idem in quarto de Tristibus sic dicit ad Musam:

Tu mihi (quod rarum est) viuo sublime dedisti
Nomen, ab exequiis quod dare fama solet.

Se quoque post mortem in fine transmutationum, dicit carminum gratia immortalitatem assecuturum, inquiens,

Cum volet illa dies, quæ vil vifi corporis huius
Ius habet, incerti spatium mihi finiat æui:
Parte tamen meliore mei super alta perennis
Astra ferar, nomenque erit indelebile nostrum, &c.

Hæc tametsi de ingenij fama intelligi possint (nam vt Cicero in Bruto scribit: Hominis decus est ingenium) videtur tamen Platonicorum dogma secutus, animæ immortalitatem asseruisse. Cuius veræ opinionis duces ante se habuit, eiusdem tamen ferè ætatis, viros duos eximios, Ciceronem ac Maronem, vt pudeat, quosdam inueniri Christianos, qui in re, fide nostra certa, dubitationem mouere audeant, quæ apud plurimos Ethnicos, quibus Christus nullam fecerat fidem, indubitata fuit.

Tenebras inducere rebus. 415

Tenebræ per translationem pro cuiuscunque rei obscuritate. Quintil. lib. 10. cap. 1. Menander omnibus eiusdem operis authoribus abstulit nomen, & fulgore quodam suæ claritatis tenebras obduxit. Sic apud Cic. 4. Acad. Obducere tenebras clarissimis rebus. Ibidem: Offundere tenebras alicui rei. Pro Deiotaro: hamilitam abiectam & obscuram, è tenebris in lucem vocauit. Ouid. 2. metamorph. sine translatione dixit: Tenebras inducere rebus, vbi paulò ante dixerat: Nubes inducere terris. Nubes etiam per translationem repetitur.

ἀλαζών. 416

Alazones Græco prouerbio dicuntur ostentatores, vani, arrogantes, superbi, gloriatores, iactabundi, insolentes, præferoces, & vltra modum vsitatum elati, qui plura promittunt, quàm possint præstare. quod vitium Vlpianus, Demosth. interpres vocauit ὑπεροψίαν, atque hinc contrariam esse ἐφετικὴν ait, quæ quod facere potest, eleuat ac minuit. Tale genus hominum producitur nobis à Plauto & Terentio in Pyrgopolinice glorioso milite & Thraone. Plautus ἀλαζὼν Græcè huic nomen est comœdiæ. Id nos Latine gloriosum dicimus.

Αἶνον ζητεῖν. 417

Hoc Pollucis ad Commodum Cæsarem dictum admodum vulgare, libræ in morem, locum habet suum ac proprium: quando admonemur, vt res expendens ac librans examine, in neutram partem plus iusto propendeat, nec à recto deflectat. Eáque virtus principibus ac iudicibus aptissima & accommodatissima est, quorum vita omnis & actiones in omnium hominum commodis tuendis cernuntur potissimum. Quæ si præditi sint, virtutum omnium facilè principem coniecturi sunt, qua & cæteros vincent, & scipios.

Leo in lustro. 418

Dauid leones in lustro vocat, infidiantes inopi, & rapientes pauperem, trahentésque in rete. Hi sunt illi Gigantes in terra, Nephilim dicti. Hi sunt Horei, Raphaim, Emim, Enakim, & Nimrodi posteri, de quib. passim sacræ literæ: quos portò Hieremias, quasi lupos rapientes prædam incitat, effundentes sanguinem, ac sectantes lucra.

Villani. 419

Gallicæ nobilitatis vulgus vilanos, viles dicunt, ignominioso vocabulo, cuius tamen verbi etymologiam ac nationem ipsi ignorant. Villani enim sunt omnes, qui gentiles homines, id est ingenui, ab ipsa gentis origine non sunt: ascriptiuj tamen à villa dicti, quod vitæ ac colonariæ conditioni addicti aut ipsi sint aut eorum maiores fuerint. Talia multa sunt verba gentilium, veræque ampullæ, etiam in colonos ac proximos, quos suos & amicos ac fratres ac vicinos iustius salutarent. Sed id vitium est superbiæ.

Cursu præuertere ventos. 420

Virgil. 7. Æneid. sub finem, & duodecimo, hyperbolicè per comparationem, ventos equo siue cursu præuertere dicit,

Illæ (inquit) *æquore aperto*
Ante Notos, Zephyrumque volant.

Et paulò post: *Vel equo præuertere ventos.*

Decimo: *Fugit illa per vndam,*
Ocyor & iaculo, & ventos æquante sagitta.

Aeneid. 5. genuina hyperbole, Nihil cursus velocitatem admirabilem amplificat à natura ventorum & fulminis, quorum celeritas excedit omnem admirationem: *Nisus*, inquit, *Emicat & ventis & fulmini ocyor alis.* Theocr. Eidi. 8. μὴ μοι γᾶς βασιλῆος ἐπὶ μοι χρύσεα πάντα ἐλθόντ', οὐ λέχθαν, μὰ τὸν ὀρθοδίκαν ἄνακτα. id est, Non regnum Pelopis, non auri talenta Opto habere, & cursu superare ventos. Daphnidis sunt gnomica: Quique sit contentus sua sorte. Sis asinus, quemcunque asinum sors aspera fecit, Qui sortem placide ferre scit, ille sapit.

Viuite, valete. 421

Viuite, valete: renunciantis sunt, non bene precantis. Valerius Catullus:

Cum suis vivat, valeatque moechis.

Virgil. in Pharmaceutria:

Omnia vel medium fiant mare, viuite siluæ.

Id est, valete. Quale est Tibullianum illud:

O valeant siluæ, discedat aquæ.

Et apud Terentium:

Valeant qui inter nos dissidium quærunt.

Sic & salutem literis dixit, qui studia deserit: amator apud Theocritum eidyllio 28. ἀρὰ ἔχεισθον αἱμὸν ποθ' ὁδὸν ἐπὶ σοφίαν. id est iam verb valere tuis vestibulis denuncio.

Fata viam inuenient. 422

Aptè in paroemiæ speciem detorqueri potest. Fata viam inuenient, quoties indicabimus, cirtra nostrâ industriam & consilium, diuina prouidentia, ineuitabilia discuti, aut certè mitigari. Virg. 3. Aeneid. *Fata viam inuenient, aderitque vocatus Apollo.* Reiectio denunciationis tritis est, cui opponit fatorum prouidentiam, & præsentem numinis opem quod inuocatum, obscenam famem est mitigaturum.

Idem 10. Aeneid. *Sua cuique exorsa laborem,*
Fortunámque ferent, Rex Iuppiter omnibus idem
Fata viam inuenient.

Aderit vocatus Apollo. 423

Hoc quoque vtimur, quando ostendimus Deum inuocantibus adesse, & omnia aduersa mitigare. Is enim ἀλεξίκακος & ἀποτρόπαιος dicitur. Idem Georg. 4.

Audiique

Audítque vocatus Apollo. Ad quod Ouidius visus est allusisse cùm ait: Sæpe vidi Iouem cùm fœdera vellet mittere Fulmina thure dato sustinuisse manum.

Rex Iupiter omnibus idem. 424

Huius etiam hemistichij vsus frequens est, cùm Deum suæ se æquitate exitum cuiusque rei permissurum fatis, neutrarúmque partium studia secuturum denotamus.

Volat. 435

Omnia quæ magno impetu feruntur, aut immittuntur, volare dicimus metaphoricè. Virg 3 Aeneid. Fama volat. Et 8. Fama volat, paruam subitò vulgata per vrbem. Item libro 12 Et iam fama volans tanti prænuncia luctus. vnde volatile ferrum. Aeneid. 4. & 8. appellauit decenter sagittam. Quæ arcu impulsa celeriter fugiat, celeritatem adaugentibus quibusdam quasi alis additis, vt volare videatur. Ito. Dixit, telúmque intorsit in hostem: inde aliud super, atque aliud sagitque volátque. Ibidem. *Vesano talia late pectora volant Ligeri.* 11. *Sed non replenda est curia verbis: Quæ tuto tibi magna volant,* &c. id est verba. Lucret. *Iactáque volatile telum* Idem 4. *Ante fuit multo, quàm lucida tela volarent.* Virg. 4. Georg. *Sed viua volare sidera sub numerum, atque alto succedere cælo.*

Oculis lumis & taurinè tueri. 426

Est autem odientis signum lumis oculis aspicere & murinè, vt inquit Plato. Nicander in Alex pharmacis, Δοξᾶις ὀ ταῦρος ὑπόδρα ἰδὼν. id est Taurúmque tuens obliquo lumine. Vnde torus, bouis epitheton apud Virgilium, qui perpetuo epitheto bouem torum vocat, quod præcipua frontis asperitas in hoc pecore apparet. Vnde toruitas, vt Pompeio placet, quasi taurorum acerbitas, ducta. Virgilius sexto Aeneidos:

Talibus Aeneas ardentem, & torua tuentem:
Lenibat dictis animum. Vbi nomen pro aduerbio torue, Figura poetis Græcis & Latinis frequentissima. Nam & ipse dixit in Bucolicis: *Transuersa tuentibus hircis.* Leæna quoque ab oculorum feritate, quæ summa in ea est, torua dicitur à poeta. Ex quo Aristoteles leonem charopõ vocat, quem Catull. caprum appellauit, id est, glaucum, quia glaucis oculis præditum hoc animal aspectu horribili apparet. Quales & Bellonæ oculi sunt, quæ ideo perpetuo epitheto Λαυκώπις ἀλαλὴ ab Homero dicitur. Hinc & Hercules mortalium ferocissimus, Charops cognominatus est, quasi iracundè intuens. Χὴρ etenim Græce, ira Latinè dicitur. Quo epitheto vt militibus congruo Toruus Abas Virgilio dicitur. Toruúmque Procunes Naſoni. Sic de æquè horribilis Polyphemi oculo, Quod torua sub fronte latebat. Et de immani Cyclopum genere: Cernimus astantes nequicquam lumine toruo Aeneos fratres. & quæ alia similia apud poetam leguntur. Conuenit cum altero, Tiresiæ aspectus Lucanus in Imaginibus, bouinos oculos vocauit, pulchros & nitentes. *Vide, Tauricum tueri apud Erasm. Chil.*

Rex. 427

Vel propriè dicitur Rex qui alios, & figuratè qui seipsum regit & prudenter in vocatione sua versatur. *Si bene feceris, Rex eris, aiunt.* Horat. oppositum, plebs eris. Qui verò tum seipsum tum alios quamplurimos sapienter gerit, is sex nobis maximus esto. Horatius Serm. lib. 2. sat. 3. agens de diuitis caducis, ex vulgi sententia, canit.

Omnis enim res,
Virtus fama decus, diuina, humanáque pulchris
Diuitus parent: quas qui construxerit, ille
Clarus erit, fortis, iustus sapiens, etiam & rex.

In suo regno esse. 428

Hoc frequens adhuc hodie in Gallici populi ore versatur, cùm dicunt, *il est en son Royaume*, Nam gerunque agricolæ sibi regum fortunas superare videntur, cùm illis proprio agello frui licet procul negocijs, procúlque discordibus armis. Huc pertinet poetæ illud, O fortunatos nimiùm, bona si sua norint Agricolas. & item Horatij illud: *Beatus ille qui procul negotijs.* & quæ sequuntur, quæque Cicero in libro de Senectute, in laudem rei rusticæ persequitur. Apud quem & illud in Oratore metaphoricè legitur: Nisi hic in tuo regno essemus, non tumultuarer. Quia & apud Horatium in epistola ad Mecœnatem,

Ad summam sapiens uno minor est Ioue, diues,
Liber honoratus, pulcher, rex denique regum,
Præcipuè sanus, nisi cum pituita molesta est.

Melibœus ergo ex affectu apud poetam, Sua regna vocat, paupertatis tuguri culmen, agellúmque suum, quę sibi latis magna, quinque se fortunatum putat. cùm ea retinere tricurid Tityro sua rura possidenti. *Fortunate senex,* &c. Ad Virgilianè locum alludit Quintilianus, qui in declamatione pauperis agentis contra diuitem de apibus veneno interfectis sic inquit. Hoc mihi paruulum terræ, & humilis tuguri rusticum culmen æquitas animi regna fecerat, nihilque diuitiarum erat, nihil amplius velle. Ad hoc item prouerbium alludit Virg in Moreto hoc versu,

Ergo aliam molitur opem sibi: prouidus haret.

Quo fata trahunt retrahúntque sequamur. 429

Huius etiam passim vsus est, cum significatur, necessitati fatali parendum esse. Etenim quod fatis semel placuit, id nemini licet euitare. Virg 5. Aeneid.

Nate dea, quo fata trahunt retrahúntque sequamur.

Porrò autem quam necessitatem dicat, aut quæ fata innuat sequenda addit, Quicquid erit, superanda omnis fortuna ferendo, Consulit nautes Æneæ præsentem necessitatem boni consulendam. Et in aduersis, contra ea quæ euitare nequeas, optimum remedium esse tolerantiam dicit, qua quidem superatur omnis aduersitas. Non lædituris, qui contemnit: proinde vincit. Si nullem sententiam Erasmus præceptor noster ex Homer. Odyss. 5. in suas Chiliadas retulit, quam etiam interpretatus est.

Rore pascitur. 430

Si hoc referamus ad prouerbium, transfertur ad ingenium, siue stylum ieiunum & aridum, aut per iniuriam in hominem vehementer obeso corpore. Theocritus in Nomeo Batto: μὴ πρόβατα πτίσσειν ἔμπα ἐ τέττιξ; Nunquid rorem depascitur vt cicada? Cicadas autem roreali, testis est Plinius lib. 11. cap. 26. Ore carere, sed habent in pectore fistuloso quiddam aculeatum, linguis simile, eo rorem lambunt. Cùm exortæ subuolant, reddunt humorem: quod solum argumentum est illas rore pasci. Neque enim ad excrementitia corporis vllum foramen est. Virg. in Daphnide:

Dum luga montis aper, fluuios dum piscis amauit,
Dumque thymo pascentur apes, dum rore cicadæ,
Semper honos nomenque tuum laudesque manebunt.

Hæc sunt τὰ ἀναγκαῖα, id est necessaria, & prouerbij speciem habent, quibus indicare licebit, quod in vita perpetuum nobis futurum intelligi volemus. Itidem Virg. hoc quod habetur quarto Aeneidos:

Dum memor ipse mei, dum spiritus hos regit artus.

Ruit cælo nox. 431

Abiit Homeri hemistichium in prouerbium: ὅταν δ' ἀμφὶ βόες νὺξ ... on de nocte naturali, sed quum lux diei oculis mortalium nubibus subtrahitur.

Salue æternum, æternúmque vale. 432

Verbum hoc mansit etiam in vulgi vsu sumptum à vetustate, quæ mortuos ita suo more salutabat: Salue & vale. non quod ij valere, aut salui esse iam possent: sed quod ab eis semel recedebant, quos amplius visuri non erant. Virgilius vndecimo Aeneidos: *Salue æternum mihi maxime Palla, Æternúmque vale.* Anchises libro secundo Aeneidos, de se desperatum esse volens significare, illudensque ad hunc morem:

Sic ò sic (inquit) positum, affatu discedite corpus. hoc est, Iterum atque iterum conclamate, Vale extremum.

Conclamatum est. 433

Solebant corpora aqua frigida ablui primùm, quòd vitalis spiritus incluſus non tarò fallere foleat, deinde per interualla ter conclamare. Quòd si nec tum quidem spiritus se proderet, quasi rebus desperatis, rogo imponebantur. Hinc in paræmiam abiit, Conclamatum est: quum significamus, nihil superesse spei. Itaque iubet Anchises apud Virgilium, ter se affatos, è Troia facessere.

Miserebitur hostis. 434

Hyperbole prouerbialis est apud Virgilium secundo Aeneidos, Non enim temerè hostis commouetur misericordia. Erasmus noster huic affinia hæc habet, vel hosti miserandus. Quod vel ipse Momus probet. & ex eodem Virgilij libro: Quis talia fando, &c. Argumentum à maiori ductum: si hostis miserebitur, multo iustius Troiani & liberi.

Sanguis meus. 435

Italæ mulieres hanc blandam eloquutionem adhuc hodie retinent: pueris enim quum blandiuntur, ita eos compellant, *sangue mio*. Et quoque apud Virgilium lexto Aeneidos, *Protice tela manu, sanguis meus.* Parco aliorum poëtarum exemplis, quia hoc satis superque esse putamus.

Ad sydera vsque notus. 436

Virgil: *Daphnin vsque ad sydera notum,*
Daphnimque tuum tollemus ad astra,
Daphnim ad astra feremus.
Vare tuum nomen superum ferent ad sydera.
Æneid. 5 primo,
Sublimemque feres ad sydera cæli Magnanimum Aenean.
Et duodecimo,
Ille quidem ad superos Succedet fama, viumque per ora feretur.

Hæc omnia per hyperbolen, cuiusmodi sunt & illa:
Imperium Oceano famam qui terminet astris
Imperium terris animos æquabit Olympo.
Nam sydera, astra, olympus, pro eodem istis in locis accipiuntur.

Paganus. 437

Apud Romanos autem gentem illam Martiam, quicunque sacramento militiæ solui essent, Pagani, in eorum odium, quasi rustici appellabantur, Reliqui vero stipendia facientes, Milites honesto nomine censebantur. Hinc apud Iurisconsultos, Testamentum paganum, quod à paganis secundum obseruationem iuris communis fit: & militare, quod iure & beneficio militari conditur: vt Instit. de militari testamento traditur: & simpliciter in Pandectis, eodem titulo: Pari ratione maiores nostri recte Paganos dixerunt, quicunque militiæ Christianæ addicti non essent, exceptis Iudæis, qui suo nomine satis premuntur.

Arte Pelasga. 438

Arte pelasga, Virgilius secundo Aeneidos, pro fraude planè Græca duobus in locis vsus est:
Ignaui fecerum tantorum artisque Pelasgæ. Vt,
Ille dolis instructus, & arte Pelasga.
Pelasgi autem populi sunt Græciæ vetustissimi, qui ex Arcadia oriundi indifferenter pro quibuslibet Græcis accipiuntur. Virg. ibidem: *Quem falsa sub proditione Pelasgi Dimissum.* Pelasgi, à Pelasgo rege, qui primus in Arcadia imperio præfectus fuit.

Vas vacuum detergere. 439

Hoc prouerbiali figura videtur dici à Theocrito in Syracusiis: μή μευ τὸν κενεὸν κάματον, id est, ne mihi vas vacuum detergas, de eo cuius offensionem ac iram contemnimus, quémque nobis etsi velit, tamen nocere non posse existimamus. Erasmus noster comminantis, aut timentis alapam, esse ait, sed tamen in medio relinquit.

Medulla terræ. 440

Pro optima & fertilissima regionis parte vsurpatur apud Hebræos, qui & adipem tritici commemorant. Plinius lib. 18. c. 8. siliginem tritici delicias nominat. Græcis στέαρ πυροῦ, est pinguedo frumenti aut tritici, quod Suidas interpretatur κάλλιστον σῖτον, pulcherrimum vel optimum frumentum. Apud eundem occurrit medulla mellis, μέλιτος μυελός. De rebus suauissimis Suadæ medulla dictus est eximius Orator M. Cornelius Cethegus in fragmentis Ennij. Ad eruditionem solidam, quæ pastus est ingenij, & pietatem animæ pabulum refertur poteſt.

Cyclaminum effodias ad Halenta. 441

Cyclaminum ex Halenti fluuio effodere prouerbiali figura iubebantur, qui crassa pituita laborarent, atque inde crasso sensu præditi erant, vt cerebro rectius valerent. Theocritus in viatoribus: Ἔρχεν νῦν καταμείνον ὅπως ἀνέλῃ τὰ κυκλάμινα. id est, Vade ad Halenta, atque inde Cyclaminum effodias. De Cyclamino & eius virib. Gal. lib. 7. Simplic. medic. Dioscor. lib. 2. ca 158. Similia huic & hæc sunt, Scillas è sepulchretis vellere, Nauiga in Anticyram, &c. Elleboro te purga: de eo qui mente decrrat, vel insanit. De iis adi Erasmum. Sententia igitur hæc est: Pete tibi alicunde remedium, quo cerebrum purges, vt rectius mente valeas, iam enim insanire videris.

Nauigare per mare. 442

Idem Theocritus in Thyonico eidyllio 14. Nauigabo (inquit) per mare, hoc prouerbio mediocritatem quandam significans.

Canes nutrire. 443

Prouerbiale apud eundem poëtam in viatoribus, in ingratos, qui magnis beneficiis affecti, malam gratiam referunt. Hi enim canibus & lupis conferuntur. Nam plerunque etiam lædunturi, qui catulos luporum enutriunt. De canibus autem sumptum est ex Actæonis fabula: Nutrit canes, inquit Comates, vt te deuorent. Qui autem canem alix peregrinum, & in ingratum collocat beneficium, perdit operam.

Mala mens. 444

Apparet prouerbiali figura ab eodem Theocrito in Thyonico dictum fuisse, de malitia quæ dissimulari atque celari non potest, sed vitrò erumpit, ac se ostendit & prodit. Sic & apud Terentium est: *Mala mens, malus animus.* Moschus de amore fugitivo: κακὰ φρενὶ κεῖται ἀλάλαμα. Οὐδὲ ἴσον τοῖς ἐν φρεσὶ γεγηθόσι μέλι φωνά, id est, mala mens, dulcia verba. Non enim idem sentit, quod sonat vox illi dulcis vt mel. Item paulò post, χρωτὶ μὲν γὰρ πᾶσα τέτυκται. Δὸς δ' ἐσιδεῖν καρδίαν. Corpore quidem nudus, at mens illi cæca est, hoc est, multis dolis inuoluta ac velut cataphracta.

Calculum à linea mouere. 445

Idem in Cantoribus, hoc vtitur prouerbio. sumpto à ludo calculorum, in quo vnus certus calculus, quem regium vocant, in sua linea primatus adseruatur, neque inde mouetur, nisi in extremo discrimine. Cum ergo significatur quempiam omnia experiri, neque quicquam intentatum relinquere, tunc ea prouerbiali figura, calculum à linea mouere dicitur, quasi dicas, extrema ipsum conari.

Lychnus in Prytaneo. 446

Idem in Piscatoribus taxans iudicum Atheniensium auaritiam ac rapacitatem: Lychnum in Prytaneo inquit, Alphaion semper prædam habere ferunt: hoc est: venales habere sententias iudices: & sicut piscatores piscib. capiendis vnicè intenti sunt, ita iudices vndecunque captant largitiones. Quid faciat aliquis miser piscator aliud, qui de nocte vigilat, nec facile dormire potest, quàm vt de sua piscatione & præda cogitet, cum Lychnus in Prytaneo, id est, iudices Athenienses, semper prædam, largitiones & munera appetant. Hæc illis venatio & captura piscium est. Cùm igitur de præda sollicitè cogitantem, somnus me tandem oppressisset, accidit vt, sicut canis de offa, sic ego de pisce aureo somniarem. Fuit enim in Prytaneo, quod Pausanias testatur in Atticis, πῦρ ἀσβεστον. id est, perennis ignis. Erat autem Prytaneum Athenis domus publica, vbi bene meriti ciues sumptu publico alebantur: & conuenire seniores, atque iudicia exercere solebant, dictum quasi πρυτάνεων. id est, granarium ciuitatis. Eum locum semper prædam habere, Alphaion ait. Fuit & in arce Athenis Lychnus, teste eodem Pausania, ex auro à Callimacho ea arte fabre factus, vt cum semel oleum infunderet, toto id anno sufficeret, neque ante eundem diem anni completi aliud infundere opus erat, quamuis continuos dies ac noctes is lychnus arderet. *Hæc nisi fallor, omnia collegit ex Varinio.*

Conando Græci Troia potiti sunt. 447

In Syracusiis anus dixit: Conando Græcos Troianis potitos fuisse, & omnia perfici conando, qua prouerbiali figura significatur, conando & experiendo, quantumuis etiam ardua, perfici posse.

Facinus vnum vna in arbore. 448

Habetur in Eidyllio 25. & frequens hodie in populi ore versatur, quum fit sermo de non temerè mutandis veteribus amicis. Amicos enim subinde nouos amplecti, veteribus neglectis turpe est. Inconstantia in amore nihil crebrius, neque vulgarius est in communi vita, πολυφιλία, id est, subinde mutare amicos, veteres fastidire, & nouos amplecti. Id olim perinde probrosum atque infame habebatur, vt si qua mulier subinde alios atque alios viros admitteret. Is igitur qui bene audire apud homines honestos vult, non leuis neque inconstans in colendis amicitiis esse oportet.

Sternutauerunt amores. 449

Ex Thalesia Theocriti apparet prouerbiale dictum fuisse, quòd aliqui de signo bono, alij de aduerso & malo intelligut. Amores iter iuuerunt, hoc est, sternutando signum præbuerunt, quod esset amaturus, ipsum euenit.

Bilis in naribus. 450

Idem in Thyrside de Pana: Est amarulentus inquit, Apollo, & illi semper acerba bilis in naribus sedet. Prouerbiale, de homine biliosto & iracundo. Qui bilioli sunt, hoc est abundant flaua bile, iracundi sunt. Hic enim humor mobilis est, & acutus, quare facilè irritatus & effervescit.

Ne aceti quidem satis. 451

Milon apud eundem in Operatis Ἐκ πίθου αἴτιλος ἄλλος, ἐξῶ δ' ἴχω οὐχ ἅλις ἔξω. E dolio tu quidē hauris, sed mihi vix sat acetum est. Prouerbiale, in eum qui extremè inops est, & vicissim antithesis eius, Diues & abundans, atque è pleno dolio vinum hauriens. Quasi dicat: Amor non conuenit homini pauperi, & mercenario, sed diuiti, & viuenti in otio, luxu atque omnium rerum abundantia.

Cælum, menses & annos efficere non desit. 452

Prouerbium est, quo significatur adhuc superesse spem, & nondum omne tempus quod melioris fortunæ solet occasionem adducere, exactum esse. Theoc. in Charitio. Neque adhuc cœlum motu suo menses & annos efficere desiit. id est, Erunt adhuc tempora, cùm res magnæ ab Heroine atque aliis principibus gerentur, quæ materiam scribendi suppeditabunt.

Canis etiam Hecate terretur. 453

Hoc quoque passim vsurpamus, & vsu compertum est, canes etiam ferocissimos & audacissimos luna atque nocturnis spectris admodum terreri, tremere, atque ad homines se fuga recipere, & intra crura hominum sese abdere. Hinc Theocr. in Pharmaceutria dicit, & ad Hecaten subterraneam catulos tremere. Id commodius, quantum cōicio, de inani impetu intelligeretur, qui solet excitari plerunque ab importunis & odiosis quibusdam scioli, in viros doctos, quos cùm imitari nequeant, his obloqui non verentur. *quo sensu accipe illud Accii. Allatrant sed frustra agitur vox irrita ventis, Et peragit cursus surda Diana suos.*

Horis consecratus. 454

Quidquid venustum, gratum & tempestiuum veniret, id horis consecratum ferebant. Prouerbiale igitur de re valde venusta. & iucunda est, quod idem in Thyrside, poculum Heraclium horis coliuium esse dicit, ὥρῃσι πεπλάσθαι τὸ δῶρον ἁρμόζοισι.

Carmen deductum. 455

Virgilius in Sileno Deductum dicere carmen, dixit pro tenui, exili & humili dicendi charactere, velut Eidyllia, hoc est, exiles ac separatæ imagunculæ, quales ad vium obliquandarum literarum in gemmis aut auro sculpi solent, translatione petita à lanis. Meminit huius Quinctilianus lib. 8. inst. cap. 3. At illud, inquit, iam non mediocriter probandum, quod hoc etiam modo laudari solet, vt proprie dictum id sit, quo nihil inueniri possit significantius, vt Cato dixit, C. Cæsarem ad euertendā rem publicam sobrium accessisse, & Virgil. Deductum carmen. id est, tenue. Recte quoque notat Macrobius Saturnal. deducta pro tenui & subtili eleganter positum, ad imitationem antiquorum, qui deductam vocem tenuē, & demissam dicebant. Et similiter vocem deducere tenuem & tinnulam reddere, vt plenius testibus ab eo citatis, probatur. Hinc deducere, pro imminuere & detrahere, vnde & deductio pro immutatione, Pediano Ascanio authore. Et Paulus iurisconsultus Digestorum lib. 50. titulo illo aureo, de verbo. & rerum significatione scribit. Bona intelliguntur cuiusque, quæ deducto ære alieno, superiunt: Venusta autem metaphora videtur insinuari, ne quid supra vires audeamus. Primū igitur in faciliori argumento experimentum nostri faciemus, atque tenui carmine præludemus, dum vires corroborentur & grandescant, ne in dolio (vt fertur) figulinam discamus. Proinde deterritus grauitate materiæ ad Bucolica diuertit. Conuenit verò huic generi poematis peculiare orationis filum, nempe humile, pressum. & figuris cùm à vita communi, tum verò præcipuè è re rustica petitis.

Comastes. 456

Vox est Eidylliorum scriptoribus vsurpatissima, qua etiam passim vtimur, pro his qui cantu puellis blandiuntur, & earum amorem captant. Introducitur à Theocrito Eidyllio 3. amator quidam, Amaryllidis puellæ amore incensus, quem Comasten vocat Lucianus in Amoribus τὸν μὲν γὰρ καλοῦσιν οἱ πολλοὶ κωμάσαι, ἐγὼ δὲ ἄλλως ἐρᾶν τοῦτο φημί. id est. Illos verò qui apud Græcos Comastæ appellantur, nihil aliud quàm certos ac manifestos amatores puto, &c.

Totus saxeus. 457

Proverbiale in hominem durum, immitem, & omnino inexorabilem. Idem in Apolo ἐκ πέτρης πέφυκας καὶ κατὰ λίθου. id est, tota saxea. In Amatore eidyllio 28. λᾶος παῖς. id est, Saxea puer. In Megara: πέτρας δ' ἴχων νόον, κἀπὸ πέτρης. id est, ex rupe habens animum, aut ferro. De ferreo vide supra, & Adamante dictor.

Orimalides cum Acylis ne contuleris. 458

Est autem hoc prouerbiale apud eundem in viatoribus, quod magnam similitudinem, & iniquam comparationem significat: Lacon: οὐδὲ γὰρ ἀκύλαις ἐρινεάλιδας. id est, Neque grestha poma cum Acylis, scilicet æquaueris. Acyla autem fructus, siue nux πρίνου arboris, similis nuci fagi. Dioscorid. lib. 1. cap. 26. Orimalides poma montana, ὀρίγενα nostra, & μῆλον pomum. *Erasmus hunc proximè præcedens dissimile annotauit in Chiliad. 3. cent. 8. Nihil simile.*

Prouocat & vincitur. 459

Plerunque fit vt prouocans vincatur. Menalcas apud eundem Theocritum prior prouocat & deligit iudicem: prior incipit, & vincitur. Idem Lacon: Hoc verbum hodie in populi ore versatur.

Cyclopica musica. 460

Νυκτεπόπους, & qui nocte vagantur, tunc enim cùm cibo potuque distenti sunt, eorum Cyclopica mutica & tetræ vociferationes præcipuè exaudiuntur. Euripides in Cyclope indicat, qualis eius sit mutica, ἀδὴ δ' οὐδὲν ἡδονὴ μολπαῖσιν ἐμοῖς ἀμοῦσα.

Carmen Lytiersæ. 461

Lytierses filius nothus Mydæ in Phrygia dicitur habitasse, qui cùm esset agricola & laudatissimus messor, hospites prætereuntes conuiuio primum excipere, & deinde cogere solebat, vt se in demetenda segete adiuuarent. Sub vesperum verò, cum illi labore defessi dormirent, tunc ipse capita eorum impacta, & truncа corpora vnà cum manipulis colligare solebat. Eum Hercules, ob hanc crudelitatem interfectum, in Mæandrum fluuium abiecit. Hunc igitur Lytiersen, vt insignè messorem, alij in Phrygia messores carminibus celebrare solebant. vnde Carmen Lytiersæ, dicitur carmen messorium, vel à messoribus decantari solitum. Erasmus notter ait, dici de carmine, quod quis non ex animo, sed coactus, caneret. Theocritus in Operariis: θέρεος δ' ἐν ταῖσδε τὸ τῶ θέρεος λυτίερσος. id est, Vide & hæc, quæ sunt diuini Lytiersæ.

Aites. 462

Thessalica lingua αἴτης dicitur adamatus. Vox facta videtur ab α particula priuatiua, & ἄϊτης, id est, ἀμαὸς, quod ieu prosetus, seu immodestum significat. Αἴτης igitur modestus, seu probus ac verecundus dicitur, quę virtutes præcipuè ornamento sunt iuuenibus, & amorem conciliant. Præcipuum enim in conuersatione ac societate hominum condimentum, sal & vrbanitas. Theocritus in Eidyllio 12.

Τὸν δ' ἕτερον πάλιν αὖτις ὁ θετταλὸς ἔννεπε αἴτας, id est, Alterum verò Thessalicè loquens, amatum vocet.

Dij benefaciant vobis. 463

Denegantis, ac cum repulsa dimittentis hoc dictum est. Sicut Celtæ, cum mendicum indonatum dimittūt, hoc dicere solēt, *Dieu vous face bien.* Theocritus in Charitibus, eo vsus est, qui cum carmine celebrasset Hieronem Syracusarum regem (quæ Theocriti patria fuit) nulla illi gratia relata est. Quare hoc eidyllio, conqueritur de ingratitudine regum & principum erga literas ac doctrinæ studia. Estque hæc communis & publica querela hominum doctorum & bonorum iam à multis seculis, de contemptu horum beneficiorum diuinorum. Nam quanto dona Dei nobiliora sunt ac pretiosiora, tanto contemptius plerunque haberi solent ab impiis & ingratis. Auaritia, causa est ingratitudinis, & vt Musæ contemnantur.

Tityo similis. 464

Tityus terræ filius, ea mole corporis fuisse perhibetur, vt stratus ab Apolline, apud inferos relegatus, nouem iugera occupet. Ouid. 4. Metamorph.

Visere præbebat Tityi lanianda, nouumque
Iugeribus diritas erat.

Theocritus in Dioscuribus de Amyco immani:

Χώρᾳ ἐν εὐρυῒ ἀνδρὶ ἐοικότι ἐγκαταβάς.
In loco angusto vir Typo similis.

Diphilus Diphilo tardior. 465

In segnes, & extra modum pigros in obeundis, quæ semel fuerint iniuncta, dici solere, ex Ciceronis ad Q. Fratrem lib 3 affirmat Cælius Rhodiginus libro octauo, capite quadragesimoquinto suarum lectionum. Prouerbio locum dedit Diphili architecti tarditas, qui in perducendis ad finem operibus tardissimus fuit.

Nudum spoliare vestibus. 466

In Iob.cap.vigesimosecundo legimus, Nudum spoliasti vestibus Quod sanè fit si quando cuique exiguum illud, quod ei necessarium est, adimitur. Ludouicus Viues libro primo de Subuentione pauperum: Imò verò, inquit, minutum detrahitur pauperi, si habeat & spoliatur nudus. Venusta verborum pugna est, spoliare nudum, veluti, Festina lentè: infelix felicitas. Etiam huc pertinet hoc Menippi apud Lucianum in Mortuorum dialogis, quod non habeo, quinam auferas? *Nónne idem est atque illud Erasm. Nudo vestimenta detrahere?*

Seri & meti. 467

Dixère Latini prouerbialiter, Seri & meti, de spe & fructu consiliorum atque actionum. & Salomon Prouerbiorum capite vigesimosecundo, ὁ σπείρων φαῦλα, θερίσει κακά. Qui seminat iniquitatem, metet mala. Osee decimo capite: Seuistis impietatem, iniquitatem messuistis. Paulus secundæ ad Corinth 9 Qui parcè seminat, parcè metet. Idem ad Galatas sexto: Quæ enim seminat homo, hæc & metet. Iob.quarto: Seminant dolores & metunt eos. Esaiæ trigesimoseptimo: Serite & metite. Hæ metaphoræ admodum communes sunt sacris literis. In summa, vt sementem feceris vt elegantissimè dixit Cicero, ita & metes, hoc est reportabis præmium tuis factis dignum. Erasmo nostro interprete in suis Adagiorum chiliadibus, opus planè diuinum, quo illustrissima simul & lectu facilia ac iocunda reddidit Adagia, & ipsos authores. Hunc certè libentissimè citamus. nam & labentis iam literaturæ perpetuus vindex, & ἐκτενὴς καὶ ἀγρυπνότατος noster fuit. *Simile hoc, Mihi sitis ne seratur, nec metatur in Chiliad.*

Ex κεφαλαίῳ. 468

Summatim Plautus sic variè expressit in Mercatore:

Quicquid est, ad capita rerum pertine. In Pœnulo:
Rem in panca confer. In Pseudolo:
Atque in panca, vt occupatus nunc sum, confer quid velis.

Postea in Milite glorioso:

Verba confer maximè ad compendium.

Dionysius Areopagita libro de Ecclesiastica hierarchia, cap te primo, vocat summam συλλεφαλαίωσιν, quèadmodum etiã ἀνακεφαλαίωσιν dicimus, reperere paucis ea quæ antè dicta sunt. Idem λεξοδικώτερον dicit, profusius, latius & pluribus. Idem ibidem in contemplatione, vsus est ἐν κεφαλαίῳ. pro quo Quintilianus frequenter vti solet, in vnum. Plura de officiis docentium loquutus, discipulos interim in vnum moneo, &c. Item semel, & aliquando breuiter. *Similia sunt Chiliad. adagia ἐν ὀλίγοις, & Tribus verbis.*

Πῦρ καὶ σκώληξ. 469

Metaphora Salomonis est & Siracidæ, cap. 7. pro excidio & vastatione. Nam & vermes corrumpunt ea quę erodunt, & ignis correpta absumit.

Γλῶσσα δίγνωθος. 470

Duplex lingua à Siracide capite vigesimooctauo dicitur, quæ modò hoc, modò illud loquitur: hæc est fallax & fraudulenta. Alibi σκολιὸς pertusa & leuis dicitur. ea est obtrectationum, & κηλήσεων, quæ inter duos tertia se admiscet, & ferit discordiam. Quemadmodum & λίχνος σκολιός. *id.* Idem capite nono, tales nugatores & garrulos qui plerúque & obtrectatores sunt, & maledici, λωποδύτης, λωποδυτικὸς, & κομμωτὴς nominat. Pro ignauis, duplicibus & fraudulentis reperitur ἀφελὴς δολιὸς καὶ δίγνωθος. Ecclesiastici 2. Vę duplici corde. Iacobi primo: Vir duplex, animo inconstans.

Strigilis. 471

Strigilis nomen, ad vehementes obiurgationes & castigationes Siracides transtulit in libro Sententiarũ cap. trigesimo, quod stringendi significationem habet, & de equis dicitur.

Curiosus idem & garrulus. 472

Hoc adagio notatur vitium deterrimum curiositatis & leuitatis, in exquirendo aliena negotia, & diffipando rumores, quæ est πολυφλοισβοσύνη καὶ ἀδολεσχία. Nam germana inter se vitia sunt curiositas & garrulitas, teste vel Horatio epist. lib. 1. ep. 18.

Percunctatorem fugito, nam garrulus idem est.

Vtraque à Plutarcho copiosè refutatur. Et Plautus in Sticho, pronunciat de curioso hoc modo:

Curiosus nemo est, quin sit malevolus.

Idem optat alibi, vt qui gestant linguis, quique auscultant auribus, omnes pendeant, repetuntur in ocio viuentes, qui suis negotiis non distinentur, sed aliena curare consueuerunt. Quemadmodum Damasippus Horatianus, Serm. lib. 2. Sat. 3

Aliena negotia curans, Excussus propriis.

Loquaces autem & garrulos, ἀδολέσχους vocant. *Prouerb. Gudofredi 34. Curiosa fœmina ac detestor.*

De parua scintilla magnum sæpe excitatur incendium. 473

Siracides in capite vndecimo Sententiarum: Σπινθὴρ εἷς ἐκκαίει πολὺν σωρὸν ἀφράκτου, id est, de parua scintilla magnum sæpe excitatur incendium, hoc est, ex paucis verbis ingens malum. Hæc sententia prouerbialis est hodie valdè vulgaris & memorabilis.

Durate. 474

Donatus in Adelphis: Dũrare, inquit, verbum perferendis malis conuenit: quod etiam notauit Priscianus lib 8. de Partibus. Eo iacentes animos spe lautioris vitæ erigimus. Virgil lib. 1. Æneid:

Durate, & vosmet rebus seruate secundis.

Id est prosperis. Concludit enim Æneas præsentia incommoda hoc æquiori animo ferenda esse, quo sit propior felicitas & quies. Quid enim consolationis magis proprium est, quàm catastrophen malorum, quasi digito monstrare, quibus defuncti, beati sunt futuri? Proin, Durate dixit, pro Perseuerate: quasi duros infractósque animos habete. Suetonius in Caio: Sicut erat, ait, loricatos monuit, vt discumberent, illo notissimo Virgilij versu, quemadmodum est,

Durarem & casus sese seruarent rebus.

Idem verbum, durate, Reuerendissimus ac impensè doctus D. Antonius Perrenotus Atrebatensis episcopus pro symbolo accepit, quo admoneri & adhortari voluit ad tolerantiam.

Ludere operam. 475

Prouerbialis locutio in laborantem inaniter. Terentius in Phormione:

In illis operam ludi'tur. hoc est perditur & frustratur. Vsus est quoque Lucianus in Martis & Mercurij dialogo: & Plautus in Pseudolo:

In pertusum ingerimus dicta dolium, operam ludimus.

Idem in Casina: Si nunc me suspendo meam operam luserim.

Antiqui enim dicebant, operam ludimus, qui Latinitatis authores, cùm frustra aliquid fieri putabant. *Hunc contexit illud, & Chiliad. frustratu conatus.*

Ab aure reuinctos ducit. 476

Prouerbialis species in inuictæ eloquentię hominẽ, qui quo velit linguæ lenocinio auditores rapere & traducere possit. Vsus est Lucianus in Ioue tragœdo, alludens ad Herculis Ogmij catenam hominum auribus insertam, qua eos circunducebat, quæ satis nota est ex eiusdem Luciani opusculo.

Charontis cymba. 477

Hunc poetæ fabulantur portitorem apud inferos esse, qui accepto naulo, tristé manes transportet, & in ripam vlteriorem exponat: & quoniam persuasum erat neminem transuehi, nisi illius cymba posset, Charontis cymba in prouerbium abiit, pro morte & sepulchro. Porrò χάρων apud Aristophanem in Pluto, pro morte vsurpatur, ὁ δὲ χάρων τὸ ξύμβολον δίδωσιν. id est, Charon symbolum dat, pro eo quod est, morietis. Hinc & illud quod à Suida refertur, ἤδη χάρωνα καὶ πύλας λέγουσιν. à Charonte cognoices & præconia. Charontis item ianua, de imminente capitis periculo, siue de re magnopere tristi. Erasmus annotauit, an quitus ita vna ex carceris ianuis appellabatur, per q am damnati

judicum

iudicum sententiis ad supplicium educebantur. Macedones ὁ χάραξ Leonem vocant. Hinc Lycoph. χάραξ ἁρπαξ nuncupat, *Vide, Charaxis sanus, in Chiliad.*

Magis spectandum quid liceat, quàm quid expediat. 478

Alluſio eſt ad Pauli dictum quod habetur primæ Corinth. 6. & 10. Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt conducunt & conferunt atque ædificant. Qui enim faciunt quicquid licet, huc citò delabuntur, vt faciant quod non licet. Nemo igitur quod ſuum eſt duntaxat quærat, ſed etiam quod eſt alterius. Nam boni viri partes ſunt, alienis inſeruire commodis, potius quàm vtilitatis propriæ rationem habere: & nihil minus decet Chriſtianum hominem, quàm Aſpendium, quod etiam vulgò dicitur, agere citharœdum.

Solida petra inuitendum. 479

Hoc vtimur quum ſignificamus, nõ fortunæ, ſed bonæ conſcientiæ fidendum eſſe, atque in ſacræ ancoræ præſidio ſpem eſſe reponendam.

Annulus aureus in nare ſuilla. 480

Significantes quippiam non in loco factum dictúmve dicunt quidam: Annulus aureus in nare ſuilla: prò quo alij, in lenticula vnguentum. Habetur Prouer. c. 11. Circulus aureus in naribus ſuis. Id transferri commodè poteſt in improbum & facinoroſum hominem de virtute & honeſtate verba facientem, aut præcepta de moribus præſcribentem, cùm id non deceat, niſi eum qui ſit moratus & vitæ inculpatæ. Malum enim hominẽ etiam bene loquentem non eſſe audiendum cenſet Plato, Vide Gellium lib. 18. cap. 3.

Saul inter prophetas. 481

Vbi videmus aliquem indecenter alieno gregi admixtum, dicere ſolemus: En Saulem inter prophetas, aut corchorum inter holera. Saulem autem fuiſſe in prophetarũ numero, prouerbiis quoque Hebraicis teſtatum eſt. primi Regum 10 Videntes autem omnes qui nouerant Saulem, quòd eſſet cum prophetis & prophetaret, dixerunt ad inuicem, Quæ nam res accidit filio Cis? Num & Saul inter prophetas? Reſponditque alius ad alterum dicens, Et Cis pater eius: propterea verſum eſt in prouerbium. Dicitur etiam in eos (Erſmo noſtro authore) qui repentè ſunt mutati.

Muli. 482

Mulus, ex duobus generibus mixtum animal, vt ſit neutrum, ſterilis, farcinatum patiens & calcitroſus. Hi hodie nimirum muli dicuntur, qui profeſſione ſunt Chriſtiani, vita & affectibus Ethnici: interim nec prorſus Ethnici, nec Chriſtiani, recalcitrantes Dei gratiæ, diuitiis cæteriſque cupiditatibus onuſti, nullum pietatis fructum adferentes.

Suæ cuique rei tempeſtiuitas. 483

Cùm omnia ſuo tempore fiant, & hic quæratur quid ſit bonum, videndum eſt, ne id alieno tempore quæratur: vt enim inquit Eccleſiaſtes cap. 3. aliud ſerẽdi aliud metendi, &c. ſic aliud felicitatis, aliud infelicitatis tẽpus eſt. In hac vita, tempus eſt miſeriæ, quod ſi quis in ea bonum quærit, perinde facit, ac ſi velit ſementis tẽpore metere. Exſpectanda meſſis eſt, hoc eſt, futura vitæ in qua non, vt in hac, pro iure regnabit iniuria, ſed ſola dominabitur iuſtitia & veritas, ſublatis erroribus. Sed vitam illam non curantes voluptati indulgent. Vulgò ita fertur, Omnis tempus habent. Hoc cum aliis ſuperioribus confer. Noſce tempus, & aliam ætatem alia decent.

Primum quodque veriſſimum eſt. 484

Tertulliani dictum eſt contra Ethnicos, quo vtimur quum oſtendimus Chriſtianam doctrinam antiquiorẽ eſſe Ethnica & hiſtoriam Moſaicam vetuſtiorem Græcis & Romanis. Philippus Bretanus in quadam epiſtola: non contemnendum Tertulliani dictum, inquit, Primum quodque veriſſimum eſt.

Credimus, quæ coràm intuemur. 485

Vulgato ſermone in Gallia, Iam credere dicimur, quæ coram intuemur, nihil etiam de euentu ſolliciti. *Huic affine videtur Eraſmic. Oculata manus.*

De male quæſitis non gaudet tertius hæres. 486

Vſurpatur frequenter hic verſus quoties iniuſtæ acquiſitionis fit mentio, quam qui exercent, ita diuinitus puniuntur, vt familiæ eorum peſſum eant, & opes eorum nõ diu permaneant, & hoc cito fiat, vt hæres non poſſit diu frui opibus iniuſtè partis. Malè enim partum, malè diſperit. Iniuſtè autem parantur diuitiæ, aut per vim quæ manibus vel apertè vel clam exerceatur, aut per fraudes, dolos & varias circumuentiones, quæ ore & lingua fiunt. *Conſule ſup. Male parta malo dilabuntur.*

Σαφηνίς. 487

Hæc vox Græcis vſurpatur intãta ſignificationis varietate, vt non ſolùm paleas & ſtipulas, ſed & folia & virgulta vitium, ficuum & id genus alia ſignificet. Itidẽ ὄχυρον: & inde metaphoricè ſunt in crebro vſu pro vili plebe, ſiue plebis fece, multitudine promiſcua plebis vulgi & omnis generis hominum, quam ὀχλοκράδα ὄχλον dicimus, vilis ſermo, ex vento ſordes collectæ. Et ὀχλοκράδαι vocantur populares & plebeij, ὀχλαγωγικοί, ἢ ὀχλαγωγοί qui ſapiunt plebem, qui eius curam capiũt, & ſe ad eius opinionis intelligentiam & approbationem accommodant.

Otia dant vitia. 488

Et hoc etiam admodum tritum eſt. Otia dant vitia, quia ignauus cùm per inanem ſpem eſt falſus, & inductus in egeſtatem victus, ad malas artes & multa flagitia & facinora ſolet impelli. Hinc Menander:

Δοκοῦσι δ' αἱ τῶν ἀργῶν διαλογισμοὶ πονηρίαι. id eſt,
Ignauorum virorum ignauæ ſunt cogitationes. Idem:
Ἐκ τοῦ γὰρ ἀργὸν εἶναι τὸ σχολὴν ἄγειν πολύ. id eſt,
Quàm multa mortalibus otium parit mala.

Ianus Anyſius: Inertem hominem eſt neceſſe rapto vinere. Saluſtius in Catilinario: Gloriam, honorem, imperium bonus & ignauus æque ſibi exoptant. Sed ille vera via nititur, hoc eſt, virtute tendit ad virtutes. Hunc ignauo, quia bonæ artes & mores deſunt, dolis atque fallaciis, id eſt, ſimulatione & falſitate contendit. Simile & illud Columellæ. Homines nihil agendo, malè agere diſcunt. & Heſiod. ἔργ. β.

Ῥεῖα δ' ἀνηρὸς ἀπὸ κενεὸν θοίνα μέμυκεν,
χρήιον βοῦται, τῷ καὶ ὀφέλλεται ὄμφ.

Nihil enim quicquam flagitiorum eſt, quod non ex ignauia tanquam ex fonte originem habeat. Huius quidem rei exempla quamplurima paſſim à circulatoribus & decoctoribus eduntur, qui vbi ſpem diutius inanem fouerunt, tandem ad furta & alia generis eiuſdem ſcelera conuertunt animum.

Sceleri nunquam defuit ratio. 489

Ita nunquam deſunt rationes ſpecioſæ & probabiles, in quamlibet iniuſtis & nefariis conatibus: & vt Quintilianus dicit: Sceleri nunquam defuit ratio. Hæc eſt illa miſerrima via cuique in ſuis oculis ſpecioſa, de qua Salomon prouerbiorum cap. 16. Eſt via quæ videtur homini recta, & nouiſſima eius ducunt ad interitũ. Sapienter hoc quoque à quodam dictum eſt: Malum videri interdum bonum illi eſſe, cuius animum Deus impellat ad exitium, qui proinde breui tempore extra exitium degat, vnde eſt illud Horatij: Decipimur ſpecie recti. & hoc vſitatum: Suum cuique Pulchrum. *Et Mimus Publian. vel potius Seneca, Nullum vitium eſt quod non habeat ſuum patrocinium.*

CENTVRIA SEXTA.

Cum diis ne contende. 490

HÆC admonitio cum aliis poetis, tum gnomographis frequentiſſima eſt, atque noſtris hominibus familiariſſima. Quam Theognis ſic expreſſit.

Οὐκ ἔστ' ἀνθρώποις ἐσθλοῖς ἀδαήτως μαχέσασθαι.

Οὐδὲ θεοῖσ' ἔστιν ἐσθλὸν ἐόντ' ἔριδι ξυνιέναι.

Iacobus verò Schegkius Latino carmine ſic:

Nulli cum ſapiens homini contendere fas eſt,
Pro iure hanc litem nemo probare volet.

Eraſmus cùm hanc ſententiam explicaret in prouerbiis, Cum diis pugnare, & cum diis non pugnandum: miror quomodo ſilentio præterierit hoc Theognidis diſtichon, cuius oracula lubens frequẽnſque citare ſolet, ac interpretari in magno illo Adagiorum opere.

Si solus sapias, nempe quis vsus eris. 491

Hæc sententia est frequentissima, sed ab authoribus varie explicatur. Theognis sic:

Χρὴ μυρίων ἕνεκα σπουδῆς, ἐμ πλήθεσιν, ἢ σὺν ἑταίροις
Βλάπτειν μὲν φθονερὸς γ' ἔπεσιν.
Ἀλλὰ μὲ μοῦνος, τῷ δυνατῷ γε, ἔπλου ἐ πολλοῖς.
Τί σφιν χρῆσθαι μοῦνος ὁπισθόμενος.

Hos autem quatuor versus Scip. Carteromachus in Græcarum literarum encomio, hoc modo vertit:

Mussarum interpres si quid sapientius vnquam
Nouerit, inuidia sit procul inde mala.
Nunc neque alia inuenit, nunc monstret, plurima condat:
Si solus sapias, nempe quis vsus erit.

Horatius ita:

Parum sepulta distat inertiæ celata virtus.

Huc videtur alludere Terentius cùm ait in Phorm. Nõ sat est tuum te officium fecisse, id non fama approbatur. Simile est illud: Occultæ musicæ nullus est respectus. Quod authore Suetonio Nero iactabat cuius etiam meminit Gellius lib. 13. Egregiæ prorsus sententiæ, quas vellem ediscissent a teneris annis, ac diligenter expendissent apud animum suum plerique, qui quicquid eruditionis vnquam comparauerunt, tanquam domi reconditum asseruant, vt dicas miseros homines sibi tantum natos, imò continuò inuideant, si quem viderint ad id aspirare, quo se cæteris præcellere persuasum habent.

Extra somnum. 492

Extra somnum vsurpatum veteres pro reuera. inter quos Sophocles in Electra, Herodotus in Erato, & in Melpomene atque etiam alibi pro visu miraculi ponit. Contrà somnium narrare dicuntur, qui rem factæ inanem & nihil recitant. Lucianus in Nerei & Thetidis & Menippi dialogo *ἀπ' ἐκτόμου λέγειν*. id est, somnia mihi narras. Plato in Theæteto: *ἄλλως δὴ ὄναρ αἰτιᾶσθαι*. id est, audiam somnium pro somnio, frivolam rationem pro frivola. *Huc simillimum in Chil. Somnium.*

Aliquando qui lusit, iterum ludet. 493

Crebris sermonibus à Græcis vsurpatur, *ὁ μὴ ποτὲ παίξας, πάλιν παίξει*, hoc est, aliquãdo qui lusit, iterum ludet. Nunc etiam prouerbiali sermone ab Hispanis dicitur: *Que en tugo, tugara*. Huic non dissimile, Semel malus, semper malus. Aleatores autem multi quasi vi coacti, ita ne cupientes quidem abstinere possunt, tanta illorum ad ludendum est procliuitas.

Sperant omnes, quæ cupiunt nimis. 494

Huiusmodi voces antiquorum poetarum, hodie sermone omnium celebrantur, ac vim prouerbiorum obtinent. Sperant omnes quæ cupiunt nimis, timent quæ nolunt. Et impensè qui amat, impensè idem odit nimis. Est enim vicinus amori, omnique magnæ alicuius rei cupiditati affectus. Omnique cupiditas vehementior, magno motu impetúque ad eam rem quam cupit, spiritus sanguinémque impellit. Atque hinc, id est ex huiusmodi motus ratione natum arbitror, quod aiunt, Sperare omnes quæ cupiunt. Spes autem & metus vt nos afficiunt Lucianus elegantèr & verè scripsit in Charonte, huc contemplantibus, & in Pseudomante.

Amantes amentes sunt. 495

Affectus animi, vt ægritudines ferè omnes quæ calore nimio corpus accendunt & commouent, omnes pro motionis suæ vehementia, stultitiam, delirium & furorem faciunt. Et vulgo pronunciatur, Amentes amantes esse. Hinc illud, Si sapis amentem dicas non lector amantem.

Humor. 496

Hæc dictio etiam vim prouerbij obtinuit apud omnes, qua designatur longè discedens à communi moris ratione & consuetudine. Itali patria etiam lingua humoristam appellant. Rectè etiam Galli, *plein d'humeur*. Nec malè Hispani, quem corruptis moribus, inhumanum, incivilem, & minus honestum vident, *Malcriado*, sua lingua, id est malè educatum vocant. Galli itidem, *mal morti*.

Gallico furia. 497

Prouerbium est de Gallis, quod omnibus frequens in ore est, præcipuè Italis, *furia Francesa*. Natum puto ab eo quod in Gallis Livius & Iulius Cæsar obseruarunt, quorum ille, prima illorum prælia pluquam virorum, postrema minus quàm fœminarum esse dixit: hic vt ad bella suscipienda Gallorum alacres ac promptus est animus, sic mollis ac minimè resistens ad calamitates perferendas. Qui bile tantum copiosa concitãtur, magno illi quidem animi impetu mouentur, sed ferè repentino, ac quasi vento siue fumo mox deficiente. Illud enim ferè huiusmodi homines habent, quod apud Homerum in Agamemnone Achilles vituperat: canibus similes sunt, in lacessendo quidè procaces ac petulantes, verum icti mox fugiunt *ἔμπεδον ἀλτὸ* enim vocat, hoc est, audacem & temerarium in prouocandis aliis, at parum in dimicando constantem. Gallorum audaciæ meminit præter alios Aristot. 3 Ethic. ad Nicomach cap 7. & Erasm. in prouerb. Gladiatorio animo. Ælian. de varia histor. lib. 12.

Fœmina aut minus quàm canem, aut plusquam senioremfacit. 498

Prouerbium est apud Italos admodum frequens. Iulius Cæsar Scaliger in Idea sua, capite 14. Omnino autem nihil mediocre in hoc texui. Semper enim, vt est in nostro prouerbio, aut minus quam canem, aut plusquam senioremfacit. Alludunt autem Itali ad astragalorum ludum, qui vt facilius intelligatur quid de eo exploratum habeam, hic iubet ascribere. Astragali seu cubi, dicuntur *τὰ ἔξ ἑκάστου ἕδρα*. i. puncti distincta sex, quibus venatur *οἱ ἑξάμματοι*. id est, tabulissantes. (vt est apud Diomedem duob. locis) quales sunt quæ tesseræ & tali appellantur, inter quæ hoc apud veteres fuit discrimen, quod tesseræ lateribus constabãt ex, talus autem quatuor, quódque tesseris inter ludendum vtebãtur tribus, talis verò quatuor. Quod videtur animaduertisse in diuinatione Cicero & in Senectute, cùm sic Catonem loquentem facit. Nobis senibus ex multis lusionibus talos relinquant & tesseras. Et Martialis libro decimo tertio.

Non mea magnanimo depugnat tessera talo:
Scazo nec nostrum cum cane cadit ebur. Item:
Non sum talorum numero par tessera, cùm sit
Maior quam talis alea sæpe mihi.

In tesseris numeri certi describi erant, vt 1 2. 3 4. 5. 6. In talis autem, figuræ numeri vicem habebant, vnitatem enim canis (quam caniculam vocat Perſius) significabat, quod omnium infelix erat & damnosum, quia damnum afferebat Propertius:

Semper damnosi subsiluere canes.

Et Ouidius secundo libro de Arte amandi:

Seu iactes talos vitium ne puna sequatur,
Damnosi faciet tibi sæpe canes.

Stesichori vero lignum, quia (vt ait Pollux) illius poetæ sepulchrum quod erat in Hymera vrbe Siciliæ, angulorum fuit, 6. repræsentabat. Euripidis poetæ species, quia post ejectos Athenis 30. tyrannos vnus ex 40. præfectis fuisse putaretur, 40. Fuit & Midæ signum fortunatissimum. Ex quatuor autem talis, diuersas species referentibus Venus exurgebat. Sic Suetonius in Augusto: Talis iactatis vt quisque canem aut senionem iuueras, in singulos talos singulos denarios conferebat in medium, quos tolliebat vniuersos, qui Venerem ieccerat. Fuit autem senio, punctus in talis qui a Græcis *ἑξίτης* dicitur, ab Aristotele *κύβος* libro 2. de cœlo, qui dexter appellabatur, quia lucrum afferebat. Latus tali est sex puncta continens, & a senario numero dici videtur. Perſius. i. Iure etenim id summum quid dexter senio ferret, Scire erat in voto. Canis vnum duntaxat punctum continebat. Lucianus in Saturnalibus: Nisi fortè tibi paruum esse videtur, vt in tesserarum ludo vincas, cum quæ cæteris alea in vnionem voluatur, tibi senionem semper in summo latere ostendat. Nam hinc sibi plerique victum parant vel ad tatuitatem vsque, quibus propitia ac secunda aspirarit tessera. Rursum alij nudi enatarunt, naue elisa, fracta ad tam minutum scopulum, puta aleam. Vide Cælium Rhodig. lib. 20. c. 27. & Gell. lib. 1. cap. 20.

Ὡς τύπτω dicere. 499

Frequens & illud in Græcis authoribus *ὡς τύπτω* aliquid dicere vel enumerare, id est, crasso filo. Idem Scaliger in historico: Atque hæc quidem loca (vt soleba Plato & Aristoteles dicere) *ὡς τύπτω* ad hunc modum enumerata sunt. Exactius verò etiam sic persequamur. Erasmus noster Chiliadis tertiæ cent. 7. adag. 61. Tenuiter diducis, *ὡς τύπτω λέγειν*, id est, vt ita loquar. Græcis frequens est, inquit, cùm sentiunt se rem non vt est exactè proloqui, sed qualibuscunque verbis significa-

re,ac notare verius quàm eloqui.Sunt qui ἐκ τύπου ἐπιτηδείου interpretantur vt in vniuersum dicam,& ἐκ τύπου λαμπρᾶς,vt luminarium colligam.

Interuenit θεὸς ἀπὸ μηχανῆς. 500

Fuit genus machinæ tragœdiarum quòd in summa trepidatione remedia necessitabat humanis maiora.Demissa namque deos ostendebat ex improuiso. Id quod etiam ad prouerbium rerum desperatarum traxere, θεὸς ἀπὸ μηχανῆς. Plurima exempla tragicis omnibus, & in Plauti Amphitryone. Item Scaliger in eodem historico.In fine autem inquit,& procul interfluitur, & interuenit θεὸς ἀπὸ μηχανῆς.quod tragœdiæ proprium est Eo Lucianus vtitur in Philopatri lib.de mercede seruientibus & in Sectis.*Erasmus noster ipsum locum tractauit in prouerb.Deus ex improuiso apparens.*

Niger est. 501

Latini improbos & impios, nigros dicebant, vt in Horatij versu est:

Hic niger est,hunc tu Romane caueto

Item Albus,an ater homo. Hinc clarissimè de Saulis filij Beniamin perfidia Dauid canebatur,illum Chus filium Iemini vocat more Latinorum. Quum autem vox ista Chus nigrum significet,Chussi nigredo nunquam nisi pro malignis hominibus ponitur. Chussia autem prouincia,Græcè Æthiopia dicitur,à qua Æthiopes, qui sibi de tua placent nigredine,quique in Chamesia tantùm reperiuntur.In alijs prouincijs nulli planè Æthiopes nigriue,sed oleastrino, Indóue, aut vt plurimum cinericio colore sunt hactenus inuenti.Deus autem ad inobedientiæ & contemptus diuini iudicium,Chussum filium atro colore voluit nasci. vnde stirpe & sanguine, non à regione (vt hactenus putatum est) cæteri descendunt Æthiopes. Nigri itaque quotquot sunt in orbe,sunt traducti ex Chamesia, vti gens sola vafricie & dolis pollens, & nihil animi habens, sed planè ad seruiendum nata, præter illos qui nomen Christo dedere. Nam nulla planè cæteri fide sunt. Hinc pun. ex fide traductio,in prouerbium infamiæ. Ex huius igitur Chussi iure, Græci nomina Æthiopum & Mauritanorum Mauorum ve traxere. *Supra Albus, an ater sit noster.*

Cæcias nubes trahit. 502

Cæcias alias Hellespontias,ab ortu æstiuo spirat,quæ nubes non trahere,Plinius inquit,naturæ humidæ, secundum Aristotelem. Præbuit autem hic adagio occasionem Cæcias nubes trahit,de iis qui lites, odia,aliaque sibi ipsa sponte accersunt. *Ita quo Erasmus noster suasus,in adag. Malum adijcit attrahens vt Cæcias nubes.*

Non est cuiusuis manu lyram pulsare. 503

Est illud quoque frequens,quod prolixius Architenius expressit:

-non præcinit omnem
Ad digitum Phœbea chelys,non nouimus artes
Omnia nullius lyra non percussus Homeri
In plebem vilescit apex hæc gloria quamuis
Hoc tubat,hic titulus solos contingit Homeros.

Non dissimile mihi videtur ¿Non cuiuis homini contigit adire Corinthum.

Idem velle, atque idem nolle, ea demum firma est amicitia. 504

Hanc Sallustij sententiam non solùm in authorum libris prouerbij vice vsurpatam deprehendimus, verum etiam in conuiuijs & colloquijs celebratam obseruauimus.Cicero lib.1.Offic.Nihil amabilius nec copulatius, quàm morum similitudo bonorum. in quibus enim eadem studia sunt,eædem voluntates,in his fit, vt æquè quisque altero delectetur,ac seipso: efficiturque id quod Pythagoras vltimum in amicitia putauit,vt vnus æquè fiat ex pluribus.Illæ autem necessitudines,sunt communes eorum vtrique,quibus vterque cum altero æquè deuinciatur. Idem in libro de Amicitia:Aliorum recordatione nostræ amicitiæ sic fruor, vt beatè vixisse videar,quia cum Scipione vixerim,quo cum mihi coniuncta cura de re publica, & de priuata fuit,quo cum domus fuit,& militia cómunis, & in quo est omnis vis amicitiæ, voluntatum, studiorum summa cõsensio.Idem pro Plãcio: Vetus enim lex est, inquit,illa iustæ veræque amicitiæ,vt idem amici semper velint,neque est vllum certius amicitiæ vinculum, quàm consentius, & societas consiliorum & voluntatum.

Prometheus,Epimetheus. 505

Plato Romanos Prometheos appellat, procul aspicientes,& venientes præmaturo consilio, Siculos verò Epimetheos & imprudentes. Lucianus, contra eum qui dixerat,Prometheus es in verbis,in calce, ἐπιμηθὴς δὲ ἔργοις καὶ ὀψιμαθὴς ἔφην. id est,nã ibi quidem non potest rem consulere, Epimetheus est,non Prometheus. προμήθεια enim est consilio malis imminentibus occurrere. Item in eodem dialogo, ex comico quopiam citat hunc versiculum dictum in Cleonem quod serò nec nisi confecto negotio saperet:

Κλέων προμηθὴς ἐστὶ πρᾶγμα πεπραμένα. id est,

Rebus peractis est Cleon Prometheus.

Hesiodus in Theogonia Hæc (inquit) peperit προμηθέα παντοίων αἰεὶ μήτιν ἀμειλίκτοιο τ' ὀλοφρύην. Prometheũ vafrum nominans,ac variis instructum consilijs, Epimetheum post errato in sapientem. Vnde & Pindarus in Pythijs appellat illum ἐπίφρονα ἢ si serò sapientem. Duo hi duobus fratribus vetustissima fibula refertur apud Hesiodum in libro,cui titulus, Opera & dies.& in Erasmi adagijs.

Omnia venalia habet. 506

Is dicitur omnia venalia habere,qui omnia pecuniæ causa agit.nam & Thucyd.lib.3.sic inquit χρήματι δὲ πάντα κωλύειν τὸ αἰσχιστον τούτων εἶναι ἐνόμιζον. Sallustius in Catil.Namque quarum rerum fidem,probitatem,cæterasque bonas artes subuertit. Pro his superbiam, crudelitatem, deos neglegere,omnia venalia habere edocuit.vnde in Iugurtha Roma discedens, O vrbem venalem,& citò perituram,si emptorem inuenit.Omnia venalia habẽt aduocati & calumniatores, qui vndecunque lucrum captant.Ennius:Vnde habeat,curat nemo,sed oportet habere.Pecuniæ causa omnia conceduntur.Nam siquis pecuniatus à senatu aliquid optat, pecuniam senatoribus exhibendo,statim quod vult consequitur. Hinc M Cato apud Sallustium in Catilin.Pecuniæ seruatis.Ibidem: Quibus omnia honesta,atque inhonesta comparare mos erat. id est, qui per fas & nefas pecuniam comparare studebant.

Pecunia neruus. 507

Hoc quoque deductum est in communem sermonem de re supra modum necessaria Cicer.Philip.5.Infinitam pecuniam neruos belli appellat. Et contra Rullum,in senatu, subsidia belli & ornamenta pacis. In Verr.5. ait, vectigalia esse neruos reip. Hesiodus & Aristoteles,pecuniam velut arteram hominis animam esse scribunt. Ad hanc sententiam pertinet hic versus è comœdia quapiam τὰ ἀργύρεια τοῖς ἀνθρώποις ψυχὴ βροτοῖς.id est, argentum & anima & sanguis est mortalibus. Olympiodorus,ῥῆμα καταχρηστικὸν, neruos demonstrationis metaphoricè, pro solido róbore & viribus dixit quomodo Demosthenes νεῦρα πάντων τὰ χρήματα. Ita Georgius Pisides iambographus, βέλτιον μάλιστα γὰρ τὰ νεῦρα τῶν μαχῶν τὰ πλοῦτον ἐκπονοῦντα θεῖς τοῖς βαρβάροις. Quum cernerent potissimè pecunias, Belli neruos, ad barbaros delabier. Dion Nicenus in Vespasiano, νεῦρα δὲ τὰ χρήματα τοῦ πολέμου εἶναι πάντες ἔλεγον.id est,pecunias neruos esse imperij semper dixerunt.

Aiunt,scilicet. 508

A clarissimis Grammaticis annotatum est,apud Latinos authores plerunque in re falsa & non credenda verbum,aiunt,vsurpari.Atque Paulus ad Rom.3.elegãter dixit.Aiunt quidam nos dicere de re vana. Certos intelligit,quorum tamen nomina suppressit Christiana modestia.In rem enim fixuris oportet,homini verò parcendum est.Donatus in Eunuch. Terentiana: Semper ait dicimus,inquit, cùm vel inania nobis & audiẽtibus,vel vana narramus alicuius.Idem in Hecy. Bene ait.quam vanum.Sic enim dicimus: Aio,ait, de rebus negatoriis.Ibidem.

Quid morbi est? P. Febris.S. Quotidiana? P. Ita aiunt.

Vbi idem Donatus.Bene aliis adscripsit,si falsum sit, vt ipsis mendacium adscribatur, & religiosè mendacium ad rumorem transtulit.In Andr. Hodie vxorem ducis.P.Aiunt. Vbi Donatus, Aiunt,de ea re dicimus, quam volumus esse falsam.Virgilius quarto Æneidos, ironicòs de Æneas:

Quem secum patrios,aiunt,portare penates.
Quem subisse humeris confectum ætate parentem.

Videlicet, per amantium ludibrium quandam cum

risu permistam, profertur: vt ait Valla lib.2. Virg.4. Æneid.

Scilicet is superis labor est.

Terent.in Andr.Meum gnatum rumor est amare.D.Id populus curat,scilicet. Hoc est,veluti per sensum contrarium,nimirum, Id populus non magnopere curat. Ita existimato, populo non maximè esse curæ, filius tuus amet,nécne.Hoc prouerbij loco vsurpauit Cicero Attico scribens lib.13.Id populus curat, scilicet.Erasmus noster in commentario de Copia verborum, Non ista curat populus,id populus curat scilicet. Hic per ironiam,inquit,cómutata est sermonis facies. Cæsar in oratione quam habuit contra Catilinam:Quò illa oratio pertinuit?an vt vos infestos coniurationi faceret,scilicet? Sumuntur autem frequenter id genus dictionis & ironicè à claris authoribus, & in prouerbij vicem ttansferuntur, etiam si nulla figura prouerbialis adsit.Videlicet quoque,& Quasi verò,particulæ sunt ironiis omnino aptæ.

Iacta est alea. 509

In prouerbio est, iacta est alea, cùm sic incepta res est,vt desistere integrum non sit,quod Cæsar traiecturus Rubiconem vsurpauit,&pro euentu rei dubio ponitur.Lucianus in Hermonide:Itaque iuxta prouerbiũ, in vno viro iecimus aleam. Idem pro imaginibus: τολμήσω ἀναρρίψαι τὸν κύβον, id est,audebo iactare aleam. In Saturnalibus, aleam vocat naufragium. Aleam ab inuentore dictam quidam tradunt, est autem tabula lusoria,quæ & latruncularia & pyrgus,& alueus,& alueolus vocatur,rotunda illa tabella rotulæ instar,quæ mouetur.Sup.Iunij Cent.5.Prouer.85 Ἀναβάλλειν,aleam iacere.

Conscientia mentem exagitat. 510

Extat prouerbialis apud Græcos sententia, συνείδησις πλήττει τὴν ψυχήν, id est, conscientia verberat animum. Salustius in Catilinaria:Nanque animus impurus, diis hominibúsque infestus, neque vigiliis, neque quietibus sedari poterat,ita conscientiã mentem exagitatam vastabat.De huiusmodi vexatione conscientiæ Cicero in Paradoxis:Te,inquit, conscientiæ stimulant maleficiorum tuorum, te metus exanimãt iudiciorum atque legum, quocúque aspexisti,vt furiæ,sic tuæ tibi occurrunt iniuriæ,quæ respirare non sinunt, qui tamen satis opibus hominum septi esse & muniti videntur. vt idẽ ait lib.de Finibus primo:Deorum tamen numen horrent,eásque ipsas solicitudinum, quibus eorum animi noctes diésque exeduntur,à diis immortalibus importari putant.Idem pro Sexto Roscio:Nolite(inquit)putare,quemadmodum in fabulis sæpenumero videmus, eos qui aliquid impiè,sceleratéque commiserunt, agitari & perterreri furiarum tedis ardentibus: sua quenque fraus & suus terror maximè vexat: suum quenque scelus agitat, amentiáque afficit: furæ malæ cogitationes conscientiæque animique terrent. Et in L. Pisonẽ. Macrobius in lib. de somnio Scipionis: per Thyj supplicium.cuius iecur vultures duo vicissim sibi succedentes continuò exedunt,malæ conscientiæ tormenta significari dixit. Conscientia autem patrati sceleris excita & commota adeò vexat ac perturbat,vt neque vigiliis,hoc est vigilando,neque quietibus,id est, quiescendo,sedari ac quiescere possit.Consule Chiliad Cõscientia mille testes. & supra Cognatus ipsemet prouerbio 41.iam attigerat fermè,sed aliis verbis, nempe, Conscientia crimen prodit.

In medio relinquere. 511

Cicero pro Murena:Quod dubium est,id relinquere incertum:quod dubium non potest esse,id iudicare. Salust. in Catilinario: Nos eam rem in medio relinquemus. Id est, hoc aliorum esse iudicium volumus. Cic.pro Cœlio:Neminem nominabo, tantùm in medio relinquam,hoc est controuersum relinquam,nihil statuam vel constituam,in medio proponam.Sic Gellius lib.6.cap.14.Ego in medium relinquo, id est,aliis iudicandum dimitto. Liuius 5.bell. Pun.pro remittere ad consultationem,relinquere cõsultationi dicit. Cic. 1.Acad. Illam autem Socraticam dubitationem de omnibus rebus, & nulla affirmatione adhibita consuetudinem differendi relinquerunt. Et hoc πα peruagatum atque peruulgatum est, vt in dubiis rebus vtamur.

Successum fortuna, experientiam laus sequitur. 512

Notum est,multa consulto,& prudẽter incepta, infœlicem sortiri exitum, propterea quòd rebus humanis dominatur fortuna,&maximè in bello,cùm exitus bellorum sint incerti.Verbi gratia, significatum fuerit duci cuipiam regionem quampiam maritimam facilé expugnatu, si mittatur manus, cùm præsidio careat: mittit classem bene instructam,sed subita tempestate aut igni,siue cœlesti,siue fortuitò perit, aut in oppidũ præsidio carens, sesquihora antequàm oppugnatores adsint, præsidium mittatur, quod in procinctu stans missos repulerit.Expeditio vtraque prudenter,sed infeliciter cœpta fuerit. Sic L.Lælius apud Varronem in libro de Ratione vocabulorum, Aulo Gellio referente lib.1.cap.18 cùm per experientiam nosset leporem,alio vocabulo tunc à Græcis dici, & posse in Latinum etymon adduci, laudauit Lælij Varro industriã & experientiam,sed doluit successum, quia præter spẽ inter prisca Græcorum vocabula compertum. Varronis autem sententia apud Gellium hæc est,in quo non modò Lælij ingenium non reprehendo, sed industriã laudo.Successum enim fortuna, experientiam laus sequitur.Sic Ouidiana Phyllis accusat Thracas,qui Phyllidis consilia à fine damnabant,ac de ipsũ iniquius ante tempus pronunciabant, neque finem expectabant: quem exspectari tamen, præter authoritatem Solonis, ratio postulat.Nam ex euentu, qui ruptam à Demophoonte præ se fert fidem,Phyllida condemnant,mutaturi iidem sua verba,si diuerso euentu fides seruabitur.Certè philosophi eam probationem q:ç est ab effectis magni faciunt:contrà,inconstantem reputant illam quæ est à communiter accidentibus.Quamobrem Phyllis per ironiam Thracum verba repetit,purgátque se à fortuna:

Exitus acta probat,careat successibus opto
Quisquis ab euentu facta notanda putat.

Successum autem felicitatem,& eucutum casum, non finem intelligit.

Maria & montes polliceri. 513

Hyperbole prouerbialis est, qua Salustius in Catilinario suo vtitur:Maria montésque polliceri cœpit in Catilina, qui significare voluit, Citò maximæ mihi erunt facultates,quarũ tu quoque Fuluia eris particeps. Ad eundem modum Persius,Satyr.3.

Magnos promittere montes.

Paulò diuersius à Græcis dissipata est χρυσᾶ ὄρη ὑποσχεῖσθαι.De quo vide Erasmum nostrum. Vtrunque vsurpare solemus, cùm de ingenti alicuius pollicitatione dicere volumus,idque cum quadam irrisione dicimus. *Sup.Aureos montes polliceri,& Chrysei pollicitationes.*

Parsimonia summum vectigal. 514

Hoc quoque adeò in Gallijs frequens est, vt etiam mulierculatum in ore semper sit, cùm sumptus ne cẽsum superet,admonent.Vectigal autem redditum priuatum etiam significare docet Porphyrion, enarrans illud Horatianum: Ego vectigalia magna, diuitiásque habeo tribus amplas regibus.& Cicero in Paradoxis ait,non intelligunt homines,quàm magnum vectigal sit parsimonia.Et paulò pòst,Tenui vectigali detractis sumptibus cupiditatis,aliquid etiam redundabit. *Vide Chiliad.Sera in fundo parsimonia.*

Qui luxuriosus est, necesse est, vt & auarus sit. 515

Sermo hic etiam tota Gallia dissipatus ac dispersus est.Duo enim vitia hæc,quamuis inter se contraria esse videntur,tamen coniuncta sunt:nam luxuriosi multos solent profundere pecunias,&ideo, vt pecunia suis voluptatibus satis fit,auari efficiuntur. Cicero pro Roscio:In vrbe luxuries creatur, ex luxuria existat auaritia necesse est, ex auaritia erumpat audacia, inde omnia scelera, ac maleficia gignuntur, vt ex Catonis verbis inquit Gell.lib.11.cap.2. Luxuria enim & luxus profusam impensam significant, hinc luxuriosus in re familiari solitus.Auaritia autem est vehemens cupiditas in pecunia,quam Plato in Gorgia describit.

Molle ac facetum. 516

Molle ac facetum pro suaui multæque vrbanitatis & gratiæ nostri vsurpant.Quintilian.lib.6.cap.4.Facetum,inquit,non tantùm circa ridicula consistit, neque enim diceret Horatius Sermonum lib.1.Satyr.10.facetum carminis genus natura concessum esse Virgilio. Decoris hanc magis & exultæ cuiusdam elegantiæ appellationem puto.Ideóque in epistolis Cicero hæc Bruti verba refert:Ne vlli sunt pedes facetiores,ac delicatius ingredienti mollius. Quod conuenit cum Horatiano illo

illo: Molle atque facetum. Virgilio annumerant gaudentes rure Camœnæ. Nam Virgiliana illa grauitas, procul est ab omni ritu.

Ex præteritis præsentia æstimantur. 517

Quintilianus lib.5. Spectantur ante acta, dictáque ex præteritis æstimari solent præsentia. Idem lib. 7. cap.5. Probi verò mores, & anteactæ vitæ integritas, nunquam non plurimum profuerit. Cic. pro P. Sylla. Vbi erit igitur illud fortissimum præsidium pudoris? quo in loco nobis vita anteacta proderit? Vita enim quæ honestè acta est, prodest multum, vt ea quæ anteacta turpiter, scelus facit credibile.

Inditum puta. 518

Galli pro prouerbio habent, cùm certam in tacendo fidem significant, ac dum quis quod scit perinde continet ac dissimulat quasi nesciat. Non dissimile hoc comicum: Dictum sapienti sat est. Plaut. in Persa, & Terentius in Phormione. Gell. libro 1. c. 22. Indictũ accipit, pro impropriè & parum significanter dictum. Nam quæ impropriè & parum cum gratia efferuntur, ea perinde sunt, ac si non dicerentur, indictáque manerent. Qui dicit, inquit, ergo se superesse ei quem defendit, nihil illorum vult dicere, sed nescio quid aliud indictum insciúmque dicit.

Sentina reipublicæ. 519

Cicero metaphoricòs hominem improbitate insignem dixit reip. sentinam. Quemadmodum enim vitium venire solet, vt quicquid humoris corrupti in corpore sit, id totum vlcus ad se contrahat: quicquid aquæ in naui est, id ad sentinam confluat: ita in ciuitate quotquot improbi sunt, ad aliquem vnum improbitate insignem concurrunt. Quint. lib. 8. Non enim inquit, si Cic. rectè sentinam reipublicæ dixit, fœditatem hominum significans, itidem metaphoricè dicitur reipublicæ calamitas. Vnde Terentius in Eunucho de meretrice Parmeno dixit Sed ipsa egreditur nostri fundi calamitas. Propriè calamitas à ruticis grando vocatur, quòd comminuat calamũ, hoc est culmum & segetem.

ADAGIA QVAEDAM LVDOVICI CAELII RHODIGINI

ANTIQVIS LECTIONIBVS INSPERSA.

Nunquam Hecale fies. 1

VNQVAM ea paupertate opprimère, qua olim Hecale anicula. Plaut. Cistell. Nam, si quidem ita eris, vt volo, Nunquam Hecale fies, sempérque illanc, quã habes, ætatulam obtinebis. Pauperrimã fuisse Hecalem prodiderunt Plutarch. Ouid. Apul. Habes sup. adag Iunij 17. Centuriæ 8.

Cyclops excæcatus. 2

De potẽtia magna, quæ ducis prudẽtia (animæ oculo) exuta sit, & velut excoculata. fabula de Polyphemo statura fisque præualidique corporis, sed ab Vlysse astutissimè occæcati nota est.

Platano assimilis. 3

De eo, quem, cùm ipsius opera vtamur sæpe, liberi tamen incommodis, habemus derisui, conuellimus, perditum quandoque volumus: mox nihilominus necessitate deprehensi, eodem recurrentes. Platanus vmbræ gratia tantùm ex alieno petita est orbe. Item dicebat de scripto Themistocles, testis est Ælian. lib. 9. de var. hist.

Similia cupresso. 4

Quæ pulchra quidem sunt, sed fructu omnino carent. Nam cupressus natu morosa, fructu etiam supervacua est, baccis torua, folio amara, odore violenta, ac ne vmbra quidem grata. Plin. Vide Celium ipsum lib. 23. c. 2.

Aristogiton clandicat. 5

In eos, qui morbum simulant, vt à militia, alióve munere publico liberentur. Aristogiton non nisi bella & Martem spirabat. Cùm autem aliquando Athenis delectus haberentur, obligato crure tanquam vulneratus esset, & baculo innixus, sese in publicum dedit: Vnde Phocion, agnita hominis astutia, scribe, inquiebat, Aristogitonem illum, eundémque, & improbum & mendacem.

Ludendum domi sua. 6

Sententia hac prouerbiali admonemur, abiiciendas, ab rerum vanissimarum cura, mentes intima, obuertendũ esse in contemplatione sapientiæ, è qua, quàm è ludo, voluptas percipitur & maior & verior.

Atqui sutilla caro est. 7

De iis, quæ reip. a parua sunt, apparatu tamen, & fuco videntur præcellere plurimùm. Natum ex eo: Cùm T. Quintius apud hospitem quendam suum solstitiali tempore acceptus, mutaretur, vnde illi eo tempore, tam varia & multa venatio: condimentis, inquit ille renidens, varietas illa & species ferinæ carnis, ex mansuetudo sue, parata est. Idem Quintius torsit in copias Antiochi & armorum & gentium inauditarum generibus superbas: esse scilicet sutillam carnem, id est, homines tantum, & quidem mancipia.

Ventrem non habere. 8

Dicitur Imperator, aut quiuis alius malè nummatus. Natum à Quintio dicẽte de Philopœmenis exercitu, qui & equitatu & grauioris armaturæ peditatu abundabat, pecuniæ autem penuria laborabat, habere illum crura & manus, sed ventrem minùs.

Argenteo vomere arator. 9

Quoties, in summa annonæ caritate, fruges tanti cõstant, vt videri possint etiam argenteis agricolæ vti esse instrumentis. Natum ex oraculo quodam Delphico, quod, nisi ipsi obtemperaretur, minabatur, ἀργυρέῳ δικαίζειν, argenteo vomere arandum fore.

Aetnem venator. 10

De iis, qui inuita, vt aiunt, Delia venantur, capiant semper, capiunt nihil. Causa prouerbij est, quòd in Sicilia apud Ætnam canes sagaces odoratu careant, ob flagrantiam odorum: si quidem coronamenta ibi aeris ferarum defluxum diluunt ita, vt euanescat.

Vmbram suam ipsius metuens. 11

Ἀπὸ τοῦ τῶν ἐσχάτων σκιᾶς. Significat postremis rerum, perinde ac primis, studium non magnopere impendendum, quoniam animæ perniciem concinnant, id est, veræ cognitioni, & quæ congruit in primis, tenebras perfectioni intendunt. Natum à Narciso, qui imaginem suam in aquis conspicatus, eius amore captus defluit, eóque modo absumptus est: vel, quod versus, qui corpus & corpoream vitam, quæ animæ postremum idolum est, amplexatus arctiùs suffocatus est.

Cardamo similis. 12

In præpotentes, qui vicinos pauperculos non desinunt exsugere, dum ad nihilum redigant. Cardamo ea est natura, vt herbarum in propinquo nascentium humorem, ad se pertrahat: quò fit, vt illas arẽre necesse sit.

Vmbram suam metiri. 13

Philippus Macedo post nobilẽ in Chæronæo victoriã arrogantior factus, ac de se magnificentiùs sentiẽs, literas aliquanto asperiores ac propè tyrannicas ad

Archidamum Agesilai filium dedit: qui id, quod erat, suspicatus, respondit τοῦ μαντεύσασθαι τὰ μεγάλα, ἐκ τῶν μικρῶν ἐστιν ἀνήρ, ἐκ τῶν ἐλαχίστων μείζονα γνῶναι, ἢ σπιθαμὴν τὴν σὴν, si vmbram tuam metieris, non reperies eam vel tantulo maiorem esse, quàm fuerit ante victoriam. Vtemur & nos illo in tumentes prospero rerum successu.

Lepores mœnibus indormire. 14

Conuenit ad coarguendum torporem & desidiam. Natum à Lysandro Corinthios obsidente: videns enim leporem transilire fossam, non erubescitis, inquit, Spartę eos hostes formidare, ad quorum mœnia lepores, formidolosa animalia & frequentatum locum fugientia, otiosè dormiunt?

Cotem esse. 15

Τὰ ἄκονα τῶν ἀκόνων. De eo, quod disciplinam cõtinet, nec in segnitiem prolabi sinit. vt Carthaginem Nasica appellabat cotem iuuentutis Romanæ.

Ingce. 16

In eos, qui moribus truculentis cruorem sitientes, eadem imperant quamprimùm. Origo huius sanguinariæ vocis refertur ad primum bellum Punicum, vbi, in tumultuario exercitu, Matho quidam & Spendius serui ambo, Carthaginensibus, dominis suis defrahentes, sociõque in illos concitantes, tam attentos habuere auditores, vt si quis præter eos consilium suum afferret, non audito consilio, audiret ab omnibus, Inice, inicesatisque coniectis lapidibus interficeretur.

Non, si te ruperis. 17

Εἰ διαῤῥαγείης. Ad tumorem & leuitatem reprimendam. Desumptum è fabulis. Taurus bibens, ranunculos aliquot obtriuerat. Vnus trepidans ad matrem fugit: narrat fratrum exitium à nescio quo immani exculcatos esse. Illa volens videri aliqua filio, tumescere cœpit, ecquid, inquiens, tanta fuit pernicialis belluæ ista, multo, inquit, te maior. Illa magis inflari ac magis, donec iterum filius, Nũ, si ruperis, par vnquam futura es.

Solis mensa. 18

De diuitis cuiusdam liberalis domo, omnibus exposita. In Æthiopia pratum quoddam omnium quadrupedum carne refertum erat. Quod & si dolo magistratus accidebat, indigenæ tamen existimantes eam diuinitùs copiã suppeditari, Solis mẽsam appellarunt.

Aeneus clauus. 19

Quicquid tale est, vt eo niti possimus, tanquam radice præstantissima aduersus reflatum omnem, alioqui nociturum. Natum à venatoribus, qui, siquidem in remotioribus suem aut ceruum strauissent, ne putredo consequeretur, æneum clauum infigebant, ad eam auertendam. Æs enim ἴυγκτικὸν est, præsertim rubigo, adeò vt dicant in χαλκυγχίᾳ oculos opificum iuuari, palpebrásque nudas pilis denuo vellisi. Huc refer quæ de hasta Achillis referuntur.

Gestare hydna, hyenæ, & phocarum pelles. 20

De iis, qui aduersus potentiorum vim præmuniti sunt. Tubera enim, & pelles hyenæ ac phocarum de cœlo minimè tanguntur, vnde etiam velis insuebantur olim, erántque tesserę Horo apud Ægyptios securitatis symbolum.

Prosopion habet, non prosopon. 21

In mulierem, obuelantem fucis deformitatem insitam & senectutem, & veluti laruatam. Lucilius:

Ἀλλ' ἔστιν οὐ πρόσωπον ἀλλ' ἐμπίπλη κακά
Καὶ προσωπεῖον, οὐκ ἔχει πρόσωπον ἔνδον.

Faciem totam plumytho ne colline, nec personam videaris habere, non faciem. Simile Senecæ illud, Personam mauult, quàm faciẽ, id est, videri mauult, quã esse.

Proci Penelopes. 22

Viliorum disciplinarum assectatores. quòd proci, cùm domina potiri non possent, ad ancillas diuertebant. Philip.

Vnum quidem; sed leonem. 23

Quoties adstruemus, virtutem, ac animi excellentiã spectandam esse, nõ vilem numerum. Ortum è fabulis. obuiciebat lexna vulpes in contẽtione de generositate, quòd semper tantùm vnum pareret suus partus esset multipliex. Respondit lexna, se quidem vnum parere, sed λέοντα: quo animali nullum validius aut ferocius.

Panegyrica. 24

Quæcunque ex pluribus aggregata sunt. Panegyrim enim Græci vocant nundinas, festósque conuentus: vnde panegyrica oratio, quæ in huiusmodi conuentibus haberi solita est.

Lapis super lapidem. 25

In imperitos. Rogatus Aristippus, qui melior euasurus esset filius, si eruditeretur: vt nihil aliud, certè, inquit, in theatro non sedebit lapis supra lapidem.

Littera muta. 26

De iis, qui parum literis compti, ex se quidem perficere vocem nequeunt. i. graues, doctas & viro dignas confabulationes: at cum eruditioribus quasi coeuntes conspiratu consono, sunt planè veluti adiunctæ vocibus mutæ.

Mopso certior. 27

De eo, qui mentis acumine singulari futura certò prævidet, & prædicit. Mopsi tanta fuit in diuinando præstantia. vt, ex bis terve euentu consequente comprobata, Calchante Troia reuertente, ciuiq. vastas perquirente, summo mœrore affecerit, ac tãdem enecuerit.

Amantium morsupia folio porri vinciuntur. 28

Πρόσω φίλλου ἢ Μιλησίων ἥδιον βαλάντιον. Amoris laqueis irretiti nihil parce temperant sibi, sed quicquid habent passim profundunt, nihil penu habentes.

Iracundia ieiuna. 29

Pro ea, quæ propensa admodum sit & proclivis, & ad omnem excandescentiam parata. Vt enim valetudinarij promptiores sunt ad iram, valentibus: ita ieiuni saturis: ratione scilicet bilis, quę in ieiunis plurima est, vti in ægris.

Lycia coma. 30

Promissa & comptior. Tradit Aristot. Lycios capillitium studiosius fouere, & quidem vt mulctam subire maluerint, quàm præcidere comam.

Sulcus Aegypti Libyæ arenas non curat. 31

De loco non lato quidem, sed fœcundo insignitur & fructuoso. Ægyptus magnitudine multum cedit vtrique Libyæ, sed ita, vt huius vastitas inculta ne illius quidem portiunculam assequatur. Vnde & illa dicta est, publicum orbis horreum.

Minerua Phidiæ. 32

De re cultissima, & quæ excelso, conspicuóque loco ostendi omnibus debeat. Cic. Fuit Athenis ad Acropolim Mineruę statua ex ebore à Phidia egregiè elaborata. Alibi dixit idem Cic. Phidiæ signũ, pro re, quæ (vt Erasmus interpretatur) primo statim aspectu omnium suffragiis approbatur.

Eruditi oculi. 33

De iis oculis, quorum iudicio amussitatum, ac quodammodo centorium in perpendẽdis discernẽdisque rebus pernoscitur. nec id in legendo solùm, sed etiam in spectanda pictura nobili, aut opere antiquis artificum nominibus pretioso. Cicero.

Equus Troianus. 34

Sumit Cic. non solùm pro societate in perniciem alicuius inita, sed in bonã etiã frugẽ. Ex Isocratis schola, velut ex equo Troiano innumeri principes exiere.

Perdicis libido, & vafricies. 35

Prò turpi, effœrata, ac demum pernicioso. Perdix vexator matris infando amore correptus, feruente vtrinque libidine, nouæ facinoris verecundia, consumptus est. Alij referunt ad perdicem auem, de cuius libidine suprà in adagio Iunij, Perdicis instar. Vafricies eiusdem in prouerbium abiit, siquidem deprehenti ab hominibus, festucas pedibus capientes supinos se collocant, vt operti elabãtur. Pullus in pascua abductis si interuenit quispiã, fibilo significant, vt se resupinos obiiciant, ibique ne palpatu quidẽ reperiri possint. vbi ille abiit, fibilo admonentur denuò vt anolent, atque illud est ἐν ἀσπαλιεῖ, vide Erasmi adagium, ἐν ἀσπαλιεῖ.

Aestiua aegritudo. 36

De mox desitura, neque lanatione diutina corpus emaciatura. Ratio, quòd succi per æstatem fundantur cito, & exspirent, præsertim si vires constent.

Valetudo senilis. 37

De prospera satis, minúsque morbis obnoxia: vel de eo, quæ sanari nullo modo potest. Nam vt ait Hipp. senes ferè minus, quàm iuuenes ægrotant: attamen qui morbi iis acciderint, plerunque insanabiles sunt, & tota vita concomitantur.

Septimani tragœdi. 38

Qui morbo, vel alia quauis causa in delirium prolabuntur. Origo fuit morbus Abderitas olim infestans. is adiunctam habebat feruentissimam febrim, ad septimum vsque diem. Interea delira perpetua mentem agitabant, eáque ridicula. nam & ad Tragœdiam concitabantur, & iambica alta detonabant voce, Archelaum tragœdum, qui eodem tempore Andromedam Euripidis actitauerat, imitantes.

Quod cani cum balneo commercium. 39

In inerudituin multos emptitantem libros. Balnea si non ad delitias, certè ad infirmitatem humanæ naturæ leniendam inuenta sunt. bruta istis nihil egent. Deinde τὰ θερμὰ λυτρὰ ἱερά, teste Aristot. balnea calida sacra, quia occultum naturæ opus, & latente ratione mirificum præstant vsum ac fructum: sulfurea inquam & bituminosa. *Confer cum hoc quæ habet Erasm. in adag. Quod cani & balneo.*

Asinus Aegyptius. 40

Pro eo, qui derisui est omnibus, quémque omnes insectantur, conuellunt, lacerant. Apud Ægyptios asini aliquando in præceps dabantur, quod ruffus foret Typhon hostis Osiridis, & asini colorem præ se ferret. Vnde & Ochum Persarum regem ipsis infestum asinum vocabant.

Mantis te vidit. 41

In eos, quibus falcinator oculus mali aliquid obiecit. Mantis Locustæ genus, virens colore, corpore prælongo, pedibus prioribus prælongis, quibus & agitat assiduc, in stipulis enascens. hæc, si quod inspexerit animal, protinus illi quippiam producit mali. Aristarchus in comment. Lycurgi.

Autumnalis appetentia. 42

De ea, quæ apta est voracitati. Sub Autumnum oportet. fructus magna copia sumpti stomachum vitiat, illique mordacem quendam appetitum accersunt, frigus etiam circumitans maius cogit intro calorem, vt hyeme solet, vnde fames naturalis maior, licet illa sit præter naturam.

Amicus vt oleum plantis. 43

Oleum plantis infestissimum. vnde etiam illæ inoculationes ἐλαίωσις, non admittunt. Ironicè dicetur de iis, inter quos haud conuenit.

Lucerna qui indigent, oleum affundunt. 44

Οἱ πάλαι χρίσαι ἔχοντες, ἔλαιον ἔπιχεον. Anaxagoræ est destinantis mori ad Periclem ab instituto reuocantem. Conuenit, quoties recusabimus immoderatos sumptus & minimè necessarios.

Sub manu. 45

Senec Sub manu consilium nascatur. Sueton. Et quò celerius ac sub manu enuntiari, atque cognosci posset. De summa temporis celeritate.

Sultorum thesaurus maledicentia. 46

De iis, qui sola linguæ petulantia vicissimuere illatam (vt sibi videtur) iniuriam.

Conclamare vasa. 47

Pro demigrare. Cic. Cæs. Tralatio à conscendione militari, qui castra mouri signum dant, & vasa conclamant, seu conuasant.

Sine corollario non recedere. 48

In auidiusculos, quibus non satis est, quod iustum & æquum est, adipisci, nisi quiddam amplius auferant, veluti auctuarium. Dictum corollarium à corollis, quòd ea, cùm maximè placuissent actores in scena, dari solebant. Cicero.

Allensis pugna dies funestior est, quàm vrbis capta. 49

Vbi auctorem mali amplius detestamur, quàm rem ipsam, qua affligimur. Apud Alliam flumen Fabius cùm exercitu Senonibus occurrens, tristissimam accepit cladem, hostibúsque ad Romam capiendam mer aperuit.

Palæphatia papyrus. 50

Libelli, quibus fabellis inuoluta memorantur, quæque fidem non capiunt. *Vide supra, nouus ille Palæphatus, apud Iunium.*

Staterij paries. 51

Hoc admonebimur, verbis parcendum esse, ne redituras per iugulum voces imprudentius effudamus. Cic. testatur Staterium quendam ita ætate ea effatuisse, bonis viris subauscultantibus interposito pariete, quæ patefacta, in iudicióque prolata miserum rei capitalis iure damnarunt.

Corinthus supercilliosa. 52

Κόρινθος ἐφρύαται τῇ καλλίστῃ, Corinthus supercilliis cutitatibúsque laborat. Vbi significabimus summam fœlicitatem aliquo incommodo vitiari, vt est ferè humanarum rerum cõditio. Ager enim Corinthiorum obliquus, & asper, vrbis eorum fortunam non cõsequebatur, quæ amplissima fuit & opulentissima, siue viros innumeros ad ciuile regimen peritissimos, siue eximias opificum artes animo vertas, vnde & Græcum emporium ea dicta est, Eustat. Strabo.

Iouis Corinthus. 53

Vt Philostratus Antipatrum, qui Seuero Imp. ab epistolis erat, commemorat habitum fuisse Iouis Corinthum, quòd & potens esset, & Seuero, qui vice Numinis colebatur ab omnibus, in primis carus: ita licebit eodem prouerbiali elogio quemuis ornare, qui felicissimus sit, ac præpotens, virgula quadam diuina oblatus: quique apud principem, aut ciuitatem aliquam quam maximè auctoritate valeat & gratia. Natum inde quod Aleces Corintho ex Iouis Dodonæi oraculo potitus, cùm videret ciuitatem nobilem ac præualidam, subiectam sibi, eam appellarit Διὸς κόρυθα, Iouis Corinthum.

ADAGIA SELECTIORA EX OPERE POLYDORI VIRGILII VRBINATIS

Tange montes & fumigabunt. 1

ITA Dauid fiducia plenus Dominum rogat, vt inimicos, licet mõtis instar superbia claros ad nihilum redigat. Tralatio à torre, qui extinctus maxime fumat. Conuenit in eos, qui in summa virium & potentiæ fiducia aliquo inopinato affecti, animo plane deficiunt. Vulgus aliter. hôc enim significat potentes non esse irritandos, quod statim more facis accensæ, exardescant ira, fremántque sine modo.

Aerem verberare. 2

De inani opera. cùm enim aër ictum non admittat, frustrà laborat, qui ferit. 1. Cor. 9.

Sagena ex omni genere piscium congregas. 3

Christus apud Mat. 13. eo innuit, varias & multas gẽtes per Apostolos ad euangelij cultum adductum iri, etiam malas, quanquam postea reiiciendas. Vulgus hodie etiam ad altiores hominum ordines trãsfert, quos videt promiscua & inerte turba diffluere. Tractum à piscatoribus, qui verriculis suis quoduis piscium genus obuium capiunt.

Nesciat manus dextra, quid faciat sinistra. 4

De iis, quæ secreto, & semotis arbitris aguntur. Matt. 6. Hinc ortum & illud.

Nescit quid sit in dextram & sinistram suam. 5

De eo, qui præ ætate, aut stultitia nullius est iudicij, & (verbi caussa) nescit dextram multo valentiorem esse sinistra. Ioan. 4.

Animæ esurienti etiam amara dulcia videntur. 6

De hominibus bonæ frugis,& sobriis, quibus fitis & fames condimenti loco sunt:vel,de iis qui malis assueti minora incommoda pro cómodis ferunt. Vulgus è diuerso refert ad luxuriosos & voraces, qui famem anteuertentes omnia fastidiunt præter delicatiora. Iob.6.

Canes muti. 7

In omnes,qui cùm pro re,& tempore loqui debeãt, metu aut gratia victi tacent.Esa.56. Alludsum ad canes villaticos,coniuncta villæ solo adspectu,sonore,& latratu custodientes.

Montes transferre,triturare. 8

Vtriusque hyperboles vsus est in sacris literis:vnius quidem de fide incredibiliter efficaci,1. Cor.cap.13.alterius ad inuendum,superbos, qui pectus habent instar montis tumidum posse conteri & deprimi.Esa.41.

Excolantes culicem, camelum glutiunt. 9

Matt.23 Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ,quia decimatis mẽtham & anethum,& cyminum, & reliquistis quæ grauiora sunt legis, iudicium & misericordiam & fidem: hæc oportuit facere, & illa non omittere.Duces cæci,excolantes culicem, camelum autem glutientes. Quadrabit in superstitiosos, qui simulantes nescire se in quo vera sit pietas,cærimoniis dũtaxat inhærent.Quæ voramus,minus deglutamus:quæ verò liquantur & excolantur,planè palato sapida sunt. Culex parua bestiola,decimas menthæ: camelus præcepta fidem,&c.notat.

Ait latro ad latronem. 10

Vbi rixę incidunt inter duos crimine pares, vel alter alterũ paris delicti reprehẽdit Luc. 23. Sic quoties flagitij alicuius caussa inter aliquos coit amicitia vel ex inimicis fiunt amici,conuenit illud ex eodem Lu.23. facti sunt amici Herodes & Pilatus. histor. origo nota.

Excutere puluerem pedum. 11

Dicemus eum,qui incœptum iter perficit: vel qui ne tantulum quidem mercedis ob susceptum laborem accipit.Mat.10.iubentur Apostoli à domo,aut ciuitate, vbi excepti non fuerint, egredientes excutere puluerem pedum: vel in testimonium laboris,quo contaret prædicationem Euangelicam eo vsque peruenisse: vel in exploratonem impietatis, vt è terra Euangelium spernente ne vel puluis aliquid secum ferrent.

Iudas non dormit. 12

In eum,qui alicui mortem,vel fraudem machinatur. Notum est Iudam, dum alij discipuli ex mœrore dormirent, cum Iudæis de præceptore prodendo tractasse.

Reges,visitabis eos virga ferrea. 13

De eo,qui acriter se vindicaturum quorũdam commissi,aut durè regnaturum esse minatur.Psal.2.& 88.A domitoribus iumentorum, ferocia animalia ferrato verbere coercentibus.

Lauimanus. 14

Eo vtetur, qui negat se interponere inaliquod negotium,& per hoc de culpa, quam incurrere posset, cauet.Matt.27.Tractum à more purgandi veterum per aquam.

Ab Herode ad Pilatum. 15

Subaudi, remittitur:qui à iudice iniusto ad iniustiorem:vel qui ab vno auxilium petens ad alterum re infecta remittitur,quò fic iudificetur. Luc.23.

Frustrà iacitur rete ante oculos pennatorum. 16

Cùm quis prudentem virum frustrà conatur decipere,aut circumuenire. Auis si rete semel viderit,nequicquam exspectet auceps vt eam tegat, aut auis sua sponte in illud incidat.

Funiculus triplex non facilè rumpitur. 17

Allegoria innuens concordia hominum res augeri, fractas discordia labefactari.vnde non abludit scitum commentum illud Cunguistæ Tartari, qui moriens & xij.suos filios ad animorum consensum cohortans,iussit in vnum fascem compingi xij. tela, quem fascẽ singulos in orbem iussit experiri,num possent frangere: cùm nequirent,à singulis singula tela rumpi iussit:eósque id exemplum imitari. Simile de Scyluro in veterum monumentis.

Cerui ad sagittam properat. 18

De omnibus,qui imprudentes se eunt perditum,aut dolo ducuntur in interitum.Sumptum à venatoribus, qui priusquam damas,ac ceruos canibus,ac clamore agrent:abdunt sagittarios in feratum saltus, à quibus postea act: & in diuersum fugientes,configantur.

Ferrum ferro acuitur. 19

De iis,qui mutuo sibi consulunt, mutuóque consilio euadunt sapientiores, vti ferramenta mutuo attritu.

Leo est foris: Leænæ in itineribus. 20

Excusatio eorum,qui metu persecutionis,aut alicuius periculi muneri & officio suo desunt: vel ignauorum, qui suæ desidiæ, semper habent, quod prætexant.

Argentum versum est in scoriam. 21

De negotij alicuius parum prospero successu.vel de eo,qui ab adolescentia bonis studijs imbutus,postea se luxui,inertiæ,aliisque vitæ turpitudinibus dedit. quale est,quod de Sionis vrbe deploratur.Esa.1.

Cæcus parietem palpat. 22

In negligentes,& qui,quod legunt,non attendunt, ritu cæcorum,qui parietes quidem attingunt,cæterum quales sint,videre nequeunt.Esa.59.

Paxillus infractus est. 23

In eum,qui præsidio,patrocinioque vetere destituitur,instar vitis,quæ amissis pali cui innitebatur adminiculis,humi deiicitur,atque extabescit. Esa.22.

Consuere pulullos sub cubito. 24

Pro, alteri otio vacanti delitias facere, instrumenta libidinis afferre,malè agenti opitulari & blandiri.Capiti vt ceruical, ita pulullos cubito subiicimus, quo mollius quiescamus.Ezech.Hieronymus, Gregorius.

Linire parietem luto. 25

Quomodo cibus sine sale dicitur,quod gratia,vtilitatéque caret.Ezech.13.ita ibidem,Linire parietem luto absque paleis est vnica virtute nitituat externa tantùm probitatis indicia consectari:aut denique dogmata sua falsis comprobare.Ratio hęc,quòd luteus paries nihil habeat roboris, nisi paleis obfirmetur, quæ luto admistæ tenacius stringunt.

Pullus de nido euolat. 26

De eo, qui opus aliquod pauidè aggreditur,ac errabundus quid agat,præ timore nescit:qualis est status aufugientium. Esa.16.Pulli primùm exeuntes, nido tepiduli huc atque illuc volitantes, circumstrepunt.

Cibus alienis dentibus molitus nauseosus. 27

Quoties quis aliena opera parum grata vti cogitur vel vbi quẽ pudet omnino aliena scripta mutuari: vti faciunt qui suum experiri volunt ingenium, sibi tantũ fidentes,præterea nemini. Mansus cibus, quem nutricũlæ infantium ori admouent, cui grandiori nauseam non pariat?

Stylo ferreo scribit. 28

De eo,qui,quod ait, mutare non vult: quòd literæ scalpello ferreo incisæ non facile deleãtur. Hierem.17.

Torris de igne erutus. 29

De eo,qui perdiu in aliquo versatus malo, tandem de periculo vitæ eripitur. velut torris cum semiustus de igne extrahitur.

Serra gloriatur contra trahentem. 30

In eum,qui per se nihil valens,laudem eius rei, quã alieno auxilio confecit,totam verbis in se transmouet, non aliter,atque si serra de secto ligno glorietur,quod totum trahentis labori debetur. Esa.10. Non dissimile illud eiusdem,lutum contra figulum cogitat. vbi quis illum conatur lædere,quem in se vitæ & necis ius habere non ignorat.

Torcular calcaui solus. 31

Contrariũ priori,de eo,qui egregium & laboriosum facinus nullis adminiculis,sed propriis viribus cõfecit. Esa.63. Tractũ ab iis qui in lacu vuas premũt pedibus.

Domos luteas habitare. 32

Huiusmodi metaphoræ sunt quàplurimæ,sũtq. præconibus sacri verbi mirè vtiles, ad hominum superbiã frangendam:brutum illud elementũ,quo se circundatos norũt,sæpe iisdem ponendo ob oculos,eúmque vilitatem amplificando. Iob.4. Eodem tendit illud Paul,2.Cor.4.Habemus thesaurum in vasis fictilibus.

Non rudit onager, cùm herbam habet. 33

Non, inquit Iob, conditionem meam mihi deplorarem, si rectè mecum, id est, cum anima mea ageretur. Onager ferus est asinus, qui rudere non cessat, si pabulo careat. Quadrabit in eum, qui ad facinus aliquod, quod ipsi lucro sit, non reclamat: vel qui, cùm sit in lauta & bene aucta parte, ad aliorum felicitatem & vitæ delicias, vulgi & pauperum more, non oggannit, & quiritatur.

Pallium breue vtrunque operire non potest. 34

Cùm innuemus vnam rem duobus non sufficere. Tractum à marito pudico vxorem adulteram increpante, ac ostendente thorum coniugalem non posse capere duos viros. Esai. 28.

Lucerna sub modio. 35

Virtus, scientia, ars, qua quis aliis, & sæpe toti orbi prælucere, & mirificè prodesse queat, dissimulata, recta, aut solum alicui in locum abdita. Modius mensuræ genus oras siue labra vndique æqua habet, eóque si lucernæ ardenti imponatur, mox omni eam aeris cómunione privat, & extinguit. Matth. 5. cótrarium huic, Lucerna super candelabrum. Virtus procul eminens, exque ipso hominis habitu nó aliter spectabilis, quàm lucernæ ardentis candelabro impositæ flamma. Potest & illi accommodari, qui, quod venale habet, ostendit, id est, sua omnia velut gloriabundus omnibus vbique ostentat.

Thesaurus in agro absconditus. 36

Cùm innuemus eruditionem non esse cuiquam obuiam, nec cuiuis eam facilè contingere, sed, vt rem multo labore comparandam, esse absconditam in agro, id est, in multa auctorum lectione: vel cùm significabimus, optimum quod est hominis, in penitiore animi sede latere. Preciosa res est integer animus, quo velut in adyto pectoris clauso nihil perspici est difficilius. Christus Matt. 13 hoc voluit, cognitionem Dei esse supremum thesaurum, esseque abditum in penetralia sacrorum librorum. Eiusdem cum isto generis sunt illa, Bonus de bono thesauro cordis profert bona: Malus de malo thesauro cordis profert mala. Probus vir non potest improbè quidquam facere: A pessimo viro nihil boni proficisci potest. Cor in viscera intima thesauri instar abditum, animi sedes est, eóque eius virtutes & vitia continentur. Matth. 12.

Fici cadunt in os comedentis. 37

De eo, cui res relicta non parta labore est, cuique magnæ indies hæreditates obueniant. Ille enim hiatu oris cadentes concussu alterius ficus excipit, neque est quod laboret è terra, aut arbore colligere. Nahum. 3.

Spinæ se inuicem complectuntur. 38

Scomma in malos, vt hæreticos, & improbitatis suæ sibi conscios, qui veluti spinæ semper pungunt: in alius ad alium more spinarum adhærescunt, seque inter se defensitant. Nahum. 1.

Expandere rete. 39

Rem aggredi, vnde quis lucrum faciat: vel quempiam dolis petere, vt turba aliqua implicetur, seu spolietur, seu pereat. tractum à piscatoribus. Ezech. 32.

Canem mortuum vel pulicem vnum persequi. 40

David, lib. Regum his verbis Saulem sæuitia reprehendit, qui cùm sit vir princeps, humilem hominem oppugnet: & canem mortuum, quem ne cànes quidè attingunt, pulicémque, quos pedibus sæpe terimus (ita modestè vir sanctus se exprimit) velit persequi. Conueniet in potentes & validos, qui infirmos & pauperes diuexant.

Mercenarius præstolatur finem operis sui. 41

In eos, qui non id, quod sui est officij, faciunt, sed lucro soli intenti sunt, idque vnum expectant. Iob. 7.

Computruerunt iumenta in stercore suo. 42

Ita Ioel, cap. 1. denunciat Iudæis futuram cladem longè maximam, qua etiam iumenta fame perritura essent. Conueniet in sceleratos, quibus vt vita est turpis, ita & mors. Natum à iumentis morbo vel fame debilitatis, suis in retrimentis exspirantibus.

Nolis respicere post tergum. 43

Non tanto studio inquirendum, quid sit futurum cras. totum enim hoc dubium est, & incertum. Dictum fuit Genes. 19. ab Angelis ad Lot, euitandi periculi causa. Sumptum videtur à fugientibus, qui, dum sæpè respiciunt: & moram sibi & periculum creant.

Bos cognoscit possessorem. 44

Ingratum & agnoscentè accepta & beneficia. Norunt enim bubulcum, & à quo pascuntur, boues. Poterit item argumento sumpto à minori, torqueri in ingratos, quomodo à Christo dictum in Iudæos, quòd à boue intelligentia vincerentur. Esai. 1.

Arare boue & asino. 45

Pro, officia malè distribuere: vt qui consultat in re graui leuiculum citharœdum, aut mulierem: aut ad dicendùm ius Theologum iureconsulto, aut ad finienda sacra iurisperitum theologo copulet. Asinus ferendis sarcinis valet, bos trahendo aratro. Deuter. 22.

Cor. 46

Cor occœcatum habet, qui perpetuis in erroribus versatur, mentis lumine extincto. Esaias 6. Profundo sunt corde, qui prudentia vel sapientia sua nimium nituntur. Esai. 29. profunda ferè immensa sunt, neque ita oculis patent. Duplex cor, in quo nihil nisi tectum, simulatum, fictum. Ecclesiast. 2. Simplicia vndique videri, & tangi possunt: duplicia neque tota cerni, neque quaquauersum aditi. Cor elatum, superbum, vanitatis plenum quacunque de causa. Psal. 63. Cor magnum, forte, audax, excelsum. Machab. 2. sumptum è vulgo, qui magnâ animantia fortioraputat, parua pauentiora, cùm, vt contrà docet Arist. in paruis fortior sit calor, & pars sufficiens, & in magnis minor, & minus efficax. Cor leonis similiter fortissimum, à leonis audacia & ferocia. 2. Reg. 17. Habere cor, sapere, intelligere: nó habere cor, desipere: minus intelligere. Hier. 5. vide, Thesaurus in agro, &c. Vnum cor, magna animorum consensio. Hier. 32. Cor diuisum, studiorum voluntatúmque dissensus. Osee 10. Prauum cor, mala & fraudulenta mens. Hier. 17. Cor hominis immutat faciem, ex varietate vultus, qui in facie apparet, elucet omne animi arcanum. Ecclesiast. 13. Cor regum inscrutabile, diuersum à priore. Nã regibus, quod lubet, licet: ideóque voluntates eorum vehementes, mobiles, sæpe sibi aduersæ. adde quod fidem, rectum, honestum, sæpe vtilitate metiantur. Prouerb. 25. Hærebit etiam in infimæ sortis homines lucello addictissimos. Secundum cor fit, quicquid sub manum succedit, & ex animi sententia. Sic Dauida Deus dicebat inuenisse virum secundum cor suum. Act. 13.

Pater flagellis, ego scorpionibus vos cædam. 47

Verba sunt Reg. 12. Roboæ respondentis populo, qui multis incommodis vectigalium, &c. à patre eius Salomone affectus cupiebat leuari. Conueniet vbi publicæ res principis cuiusdam sæuitia miserrimum in statum perductæ in multo miseriorem, tyrannide, successoris, perueniunt. Torqueri poterit ad minora, vbi sæuitatem excipit sæuitia maior. Scorpio genus scuticæ, vt sunt rubi aculeati, habentes in summitate glandes plumbeas, quò carnem lædant.

Vmbras montium videre. 48

Leui auditione permoueri, paruáque pro magnis, & vana pro veris habere. Iudic. 9. Mos magna est moles, eiúsque vmbra sole præsertim præcipitante longe maxima, vana tamen, minúsque extimescenda.

Si laueris te nitro, maculata es. 49

Prouerbialis metaphora in hominem infamiæ notâ inustum, qui se purgare nequeat. Similis, Aqua Tiberis aut Nili non id elueret. Deductum à fullonibus, qui vestimenta poliunt, eorúmque sordes nitro etiam lauant. Hier. 2.

Terra lacte & melle fluit. 50

De terra amœna, & vbere. Apes enim nó nisi in locis floridis & lætis abundant: vti agmenta non nisi in vti-

guis,& pinguibus.Exod.3.Idem innuere voluit Moses, cùm dixit Iudæos sucturos esse mel de petra,& oleum de durissimo saxo.felix enim ille locus,& affatim dives, vbi saxa mel & oleum sudant. Torqueri poterit ad homines industrios, qui sua diligentia sterilem terram reddunt feracem:stupidum hominis ingenium doctrina expoliũt:ex rebus,quæ incommodę & inutiles sunt aliis,sua comparant commoda.

In ore leonis fauus mellis. 51

In insidiosum blandiloquentem. Leonis potiùs est mordere,mactare,laniare, quàm mel ex ore fundere. Allusio ad Iud.14. vbi in interfecto priùs leone, Sampson postea in eius ore fauum mellis reperit.

Paries inclinatus. 52

In eum,qui affecta ætate, moribundus est. Psal.61. Paries vbi inclinari cœpit,futurum vt statim ruat.

Coquere hœdum in lacte matris. 53

Crudelitatem crudelitati addere; vt si quis filium ante ora parentum morte mactet, quod tyranni sæpè fecerunt.Deuter.14.Tractum potius à loquendi more, quàm quòd ita coquendi carnes apud veteres fuerit consuetudo.

Aioth ambidexter. 54

Homo manu promptus.vide supra Iun. adag. Asterœus ambidexter.fuit Aioth Hebræorum dux à Deo constitutus,qui Moabitas vicit, eorúmque seruitute populũ liberauit,læua perinde manu vtens vt dextera. Torqueri poterit in furem & vtraque manu egregiè rapacem.

Aedificant domos & non habitabunt. 55

In eos qui tempestiuè ea moliuntur, vnde nullum percepturi sint fructum, vt si quis decrepitus Græcis aut Hebræis totum sese det,aut iis artibus, quæ iuueni ad altiora viam sternunt. Sophon.1. Eodem è fonte metaphoræ fluxit,Hic cœpit ædificare,non potuit cõsummare:In eos,qui à consilio prudenter inito,aut recto vitæ instituto temerè resiliunt: in omnes denique inconstantes. Luc.14.

Onager. 56

De sordido, rustico, & hominum societatis fugiente.Hier.2. Onager ferus asinus locis syluestribus gaudet,animal ab homine alienissimum.

Panis filiorum non obiiciendus canibus. 57

In primis respiciendi nobis nostri sunt,ante alienos. Matth.15.Responsio est Christi ad Chananæam,qua testabatur,se Iudęis saluandis missum esse,non gentibus. Prouerbium prouerbio excipiens mulier, Catelli,inquit,edunt micas de mensa Dominorum suorum. Etiam infimæ sortis hominibus beneficiendum,cùm & catellis sua victus portio sit adsignata.

Qui festinis est pedibus,offendit. 58

In rebus gerendis adhibenda primum cogitandi solertia,deinde agendi moderatio.Huic simile, Canis festinans cæcos parit catulos.

Tinnire aures. 59

Si quem videmus vana auditione terreri,scitè dicemus illi aures personare.sum.pta metaphora à metallis,quæ pulsata tinniunt.

Coruus ab aquila relictis cadaueribus vescitur. 60

In eos,qui ignaui, & desides ex aliorum laboribus famam sibi aucupantur. De aquila aui rapacissima, quæ ad populandum magno tractu vt satietur indiget. Plin. to.3. el ergo quod ex rapsu in vorandis cadaueribus superest, imbelles aues, veluti coruus, edunt.

EX PROVERBIORVM LIBRO

PETRI GODOFREDI CARCASONENSIS, I.C.

Dioscuri saluatores & aduocati salutiferi. 1

Scribit Ælianus Var.hist.1.vulgatum hoc fuisse de Castore & Polluce Iouis filiis, qui quidem credidi sunt periclitantibus in mari,tanquam Dij, quibus insunt cõmiserationes rerumnosorum,aduenire auxiliaturi, & seruaturi eosdem non scelestos, sed sanctæ vitæ homines. Quadrabit in principes, potentes, & diuites liberalitate sua benignitatem diuinam imitantes,præsertim, qui toto orbe disiectas ac tempestate Camœnas recipiunt, amant & fouent: item qui ob Christi amorem patria se abdicantes auxiliatrice manu tuentur & sustentant.

Planus semel crura fregit. 2

Porphyrio in epist.Horat. ortum esse monet ab insigni quodam impostore, qui sæpe fingens crus sibi fractum aliquando multos irrisit, quorum in vehicula tollebatur,tandem vere fracto crure,quasi etiam tum luderet,neglectus est. Hæc est pœna hominis mendacis, vt,si quando cœperit verum dicere, careat apud omnes fide, quo de extat apologus apud Æsopum elegantiss.

Absens hæres non erit. 3

De iis, qui ob absentiam suam quapiam vtilitate frustrãtur. Tractum ab illis,qui cùm propinquitate quadã legitimam alterius successionem sperare possint, eadem,dum absunt,oportunis obsequiis & delinimentis aliorum priuantur. Demost.Xenoph.

A caluo ad caluum. 4

Verbum fuit Caligulæ, cùm omnes reos postulatos in custodia tum forte duobus caluis extremis existentes, ita & duci ad supplicium citra vllum discrimen, iuberet:quo inde notatum est indiscriminatum quodque iudicium:vt, causa quorundam medicorum arte, quam nihil minùs quàm nouerunt, pessimę vsentium, omnium odium. Bud. Transitu ad Hellenis. Equidem vt à caluo ad caluum iniqui est iudicis & præcipitis,eodem iure cẽsere:ita à raso ad rasum damnare, vel nota mulctare ignominiæ tũ atratos,tum albatos,præcipitis vtique famæ præiudicium sequentes,non satis æquorũ esse arbitror hominum &c.vide sup.apud Iunium.Idẽ adagium Polydori est.55. additque ex Dionys. Caligulam ipsas custodias recognouisse, ac tum reperisse duos caluos,alterum in summo carcere,alterũ in imo.

Amyris furit. 5

Vide Erasm.adag.Amyris insanit. Cum Amyris vnà cum reliquis legatis Sybariticis,Apollinem de cõmuni rerum successu consulerent,responsum,cum Sybaritas ruituros,cùm plutis facerent homines quàm Deos. Euenit deinde,vt seruus à Domino vapulans nequicquam ad Deorum aras confugisset: pòst ad paternum heri monumentum confugiens liberaretur à plagis. Eo animaduerso,Amyris locum mutauit,reliquis eum vt insanum ridentibus. Demùm verò,cùm non multò post Sybaritæ à Crotoniatis cladem accipesent, prudentiæ nomine commendatus est.Docemur hoc exẽplo,etiam si aliis futuri ludibrio,curare tamen nostra. *Leonicus Thomeus Var.hist.2.cit.*

Asini sepultura. 6

De iis,qui memoria hominũ indigni sunt, aut quia ignaui nihil laude dignum gessemot, aut potius quia pessima quæque perpetrarunt.Hierem.22.

Asini vellera quæris. 7

In inani labore sese cõficientes:vel in delicatos nullum suæ curiositati modum præfinientes: vel denique in dominos asotos & trixosos omnẽ à suis extorquendi occasionem quærentes. *Alexander ab Alexand.lib.3.cap.15.*

Caue tibi à cane muto & aqua silente. 8

Periculosissima ferè sunt,quæ latent, neque se ostẽdũt:ideóq; ab iis maximè timendũ. A simulatorib.præsentẽ esse noxã nemo ignorat. Nobiles canes venaticos in regno Sophitis latratu abstinere,ferã cũ viderũt,re-

ſus eſt B.Hiero.&vulgatũ hodie timidos latrare vehementius,quàm mordere. Sic altiſſima quæque flumina nimirum ſono labuntur,vadoſa, præſertim in rupibus, maximo.*vide Ithy prou.Canis clanculum mordens.*

Cercopum forum. 9

Ἀγορὰ κερκώπων.vide Chilia.prou.Cercopum cœtus. & Iunij, Cercops. Ex latronibus qui Cercopes dicti ſunt,proſluxit adagium in ſceleſtos & improbos,fraudulentos conſultores, inſidiatores, peremptores hominum.*Thomaſius hiſt.lib.3.cap.8.Annotat & Iunius adagio ſuo 638. Athenis apud Helicam porticum celebre fuiſſe Cercopum forum,vbi res furto ablata venderentur.*

Cui bonus eſt vicinus,felix illucet dies. 10

Vulgare prouerbium eſt, quod & contra effertur apud Iuris interpretes:Cui bonus non eſt,aut malus eſt vicinus, infelix contingit mane. Singularis eſt commoditas boni vicini,mali,incommoditas omnium maxima. Vide Heſiod.

Πῆμα κακὸν γείτων, ἐσθλὸς δ' ἀγαθοῖς μάλ' ὄνειαρ.
Tam nocent malus vicinus tibi,quàm bonus prodeſt. Item,
Οὐδ' εἷς βοῦς ἀπόλοιτ', εἰ μὴ γείτων κακὸς εἴη.
Non vel bos pereat,niſi vicinus improbus eſſet.
Vide prouerb.Eraſmi,Noxa malus vicinus.

Damonem damone pellit. 11

In eum, qui prauo vel imprudens vitur ad prauos corrigendos:vt qui certi criminis aliquos damnari iubet ab iis,quos ſibi conſcius eſt eodem crimine implicari. Euſeb.Cæſarienſis.Similia, Canis caninam non edit.Varro.Coruus coruo oculum non eruit.Annonius Monach.hiſt.Franc.3.cap 26.

De fumo ad flammam. 12

Gallus Cæſar, inquit Ammian. Marcellin. lib.14.de flamma ad fumum,hoc eſt,de letalium inſidiarum periculo & timore ad ipſam planè necem terendit. Et Plato de iuſto.8. Populus, inquit,liberorum hominum fugiens fumum, in flammam ſeruilis dominationis incidit. Notatur iſto ſtulta temeritas, & calamitas eorum, qui à ſimultate, vel dubio,vel minimo malo in certum & ingens odium & malum prorumpunt.

De tribu Leui. 13

Apud Iudæos Leuitarum tribui, Deo dicatæ nulla certa dedicata erat poſſeſſio, ſed varia victimarum portio. Hinc duplici ratione inolguit,vt leues, inconſtantes, & proſtituti pudoris appellemus de tribu Leui, tùm alludendo ad id quod dixi,tum ad amphibologiam vocis, Leui. Rebuſus in commentar. de Gal. ſicerd.

Equus ſuo defraudatus pabulo, ignauus. 14

Eo inuitus vulgus ingratis, aut iis, à quibus iuſtum præmium exſpectari non poteſt, meritò homines languidè,& non exactè operam ſuam præſtare. Qualis enim merces,talis merx.

Famem peſtilentia ſequitur. 15

Quoties à malo malum oritur. Natum ab eo quod frequenter euenit.Nam in annonæ caritate,inſalubres cibi in vſum neceſſariò recepti, & peſſimum ſuccum generantes, peſſimorum morborum origo ſunt. Cœlius 9.Galen.de cibis euchymis.

Fames præter ſeipſam edulcat omnia. 16

Hoc dici ſolet, & refert enarrator Heſiodi, vbi is vocat epitheto proprio λιμὸν ἀτηρὸν, ſeu ἀτηρὴν, hoc eſt, ipſam famem iniucundam & moleſtam, quæ tamen iucundum reddit cibum,alioquin maximè aſperum & inuiſum.Huc refer illud Eraſ. optimum condimentum fames.

Figulus ollis anſas pro voluntate ponit. 17

Vnuſquiſque ſuæ rei moderator eſt & arbiter,ſicque ſuo more vtens nulli iniurius eſt.Philelphus epiſt. 12.à Græcis mutuatus eſt. Eandem ferè metaphoram attingit Paulus Rom.9.

Fluuiatiles aues. 18

In nimium ruſticantes, & aquarum delectatione immodicè captos,quales fuêre Tarſenſes, quorum ciuitatem præterlabitur Cydnus fluuius, iuxta quem ij multo tempore conſidentes, quietæ aquæ pulchritudine velut ebrij facti tanquam fluuiatiles aues octabantur, vt ad eos ſcribit quadam epiſtola Apollonius, teſte Philoſtrato.Similis eſt vita, quam ſuis Alcoranus promittit.

Forum baiuli vicani. 19

In contemptum, ſuggillationem, & notam iudicij cuiuſque inepti,incompoſiti, & ridiculi:quale eſſe ſolet præfecti vicani,quem baiulum vocant,quod ipſi digutas oneri potius ſit,quàm honori.

In mari magno pisces capiuntur. 20

Induſtrioſis magna commoda conſectanda in magnis & amplis vrbibus, & vbi ingens populi confluxus.Mare,quia magnum eſt & ſpatioſum,magna alit animantia,maioráque homini commoda exhibet,quàm fluuius,quantumuis ingens, ſi mari comparetur, exiguus.

Loqueris equo inſidens. 21

In ignaui hominis ineptam audaciam, qui videri vult magnanimus, fortis & patiens, ipſe in tuto collocatus, & liber,iis, qui in periculo ſunt, ac grumnis ingentibus premuntur. non ſecus atque eques equo fretus facilè contemni & fortitudinis admonet alium pedeſtri labore fatigatum.

Luctuoſum ſaxum. 22

Λύπας & πέτρα. Res triſtitudine afficiens: homò moroſus,iniucundus, nunquam non mœſto & tetrico vultu. Natum à petra cui inſedit Ceres, quæſitam nec inuentam deplorans filiam. Ouid.faſt. 4. Baptiſta Pius in Sidon.*vide prouer.Chil.Eraſ.Irriſibile lapis.*

Nemo vnquam benefactori bouem immolauit præter Pariam. 23

In eum,qui dè ſe benè meritum inuſitato,& immodicò honore afficit,quomodo multi aliis deuincti, etiam malam in rem iiſdem obſequi parati. Ortum à Paria, qui cùm ſenem quendam captiuum à latronib. redemiſſet,& ab eodem repentè ditatus eſſet,eidem,bouem immolauit.Heraclides in Politis.

Multi ſacerdotes,& pauci ſacerdotes. 24

Hoc eſt,Multi in nomine, pauci in opere.Chryſoſt. Referetur eleganter ad omnes ordines. Plures enim vbique videri volunt & dici,quàm eſſe.

Nunquam lagenam crateri impone. 25

Μηδέποτ' οἰνοχόην πλείω κρητῆρος ὑφ' ὑδρη.
Πιόντων. ἐλαφρὸν δ' ἐστὶ κύπελλα μείζονα πίνειν.
Ne craterã ſuper potantum po. e lagenam:
Qui facit,euenit mers illi cruda repente. Heſiod. 1. ὕβρις.

Non ſimul omnia effundenda, & aliorum libidini prodigenda, quæ habeas, ne ipſe egens deinde & famelicus peseas: quod ita etiam vulgò efferunt: Nunquam exuas te,antequam cubitum eas.Sic Godof.Tarzes ita interpretatur.Nunquam priuatum publico,partem toti, deterius melioti præfer. Vilior enim οἰνοχόη, cratere eſt. Nam κρατὴρ vas quoddam erat, vt lebes,in ſympoſijs adhibitum, vino diluto repletum: οἰνοχόη verò, οἷον χύλιξ, aut quid ſimile,quo ex cratere bibituri hauriebant. Proclus eo admoneri putat, ne iratos verbis prouocemus magis & irritemus: & nugaces homines atque importunè garrulos tecto ne recipiamus. Alijs videtur Heſiodus deterrere omnes ab aſſiduis perpotationibus:ibi enim nihil aliud quàm crateri œnochoe imponitur. certè Moſcopulus genituum pluralem abſolutè ſumere videtur,his verbis, μηδέποτε πλείονων ὑμῶν ἢ συμποσιάζόντων.

Nundinis diſſolutis non eſt negotiationis commercium. 26

Τῶν πανηγύρεως διαλυθείσης ἐμπορίας ἐκποδών. Ita iecurum,deſidem, & oblata occaſione res ſuas opportunè agendi, procraſtinantem hominem monebimus,ne ſi non agat cùm poſſit,non poſſit cùm volet.Damaſcenus in ſerm. de defunctis, intelligens, ſoluta hac fragili compage nullum futurum auxilij tempus, nullam profuturam aduocationem.

Oleum in ore geſtat. 27

De eo, cui inhibitum eſt loqui, neque verbum fari licet. Alexander ab Alexan.lib.5.cap.15.*Miror à nemine originem proverby notatam eſſe. Addit Godofr. eundem muneribus ligatum & dimiſſum fuiſſe: à Græcis dici, bonum in lingua habere.*

Parua pluuia magnum ſedauit ventum. 28

Vt ventis etſi nihil violentius eſt, tamen iidem imbribus ſopiuntur, teſte Plin. ita facto vel modico cordati viri & verberibus, ſuperantur minæ vani hominis & verba quantumuis tumida.

Phocensium desperatio. 29

Vide prou. Erasmi Phocensium amolitio: vbi tamen vnde nobis amolitio prodierit, contra vocis Græcæ notionem, sanè nescio, Origo talis. Phocenses primores aliquot Thessalorum in suis vrbibus ad vnum omnes necarant. Hi contrà illorum obsides 250. in crucem sustulerant. inde odium vtrinque immane, & bellum immanius. Phocenses prius suos fines inuadentibus nulliq; ætati parcentibus obuiam ituri, de suasu Diophanti & consensu communi statuunt ex vniuersa Phocide omnem muliebrem sexum & imbellem ætatem vnà cum pretiosissimis quibusque rebus collectam certo loco cum custodibus relinquere, qui custodes, ligni ingenti materia ad hoc parata, si viri in prælio inferiores essent, omnes communi incendio delerent. Consentiunt ipsæ mulieres, ipsi pueri: pugnatur, sed meliore euentu. Nam Phocenses vicere. Hæc Σπάρτα κοσμεῖται. Plutar. Paulan.

Piscatur in aqua turbida. 30

De eo, qui, dum alij inter se rixantur, ipse sibi & suis commodis consulit: quem nihil morantur, sed iuuant potius aliorum incommoda. Piscatores turbidam aquam obseruare solent, vt ex ea decipuli magis nessam facilius captent prædam. Huc spectat Erasmi pro. Anguillas capture, & apologus Æsopi de eo qui aquam turbabat vt plures caperet pisces.

Pyri finem facies. 31

Ita facinorosum hominem deterrebimus, & ad meliorem vitæ rationem ineundam exhortabimur: ni faciat, futurum vt collum in laqueum inserat, suspendio vitam finiat: vt pendens de arbore, summáque acuminata parte veluti collo obligato matureſcat & consummatur pyrum. Cynus in Cod. 3. 32. 22.

Risus cauponis. 32

De simulato risu & ad fraudem composito, qualis est cauponis, qui eo vsque facilis est, & commodus, dum suo lucro, vt prospiciat, locus sit.

Serpens eiiciendus è domo. 33

Quiescens malum & latens periculum, ne quando nos incogitantes & incautos opprimat, palàm faciendum, & protinus conficiendum.

Vbi vber, ibi tuber. 34

Nihil homini tam diuinitus datum, nihil tam prosperè succedit, quin admixtum sit aliquid difficultatis. Apul. Florid. 4.

Vesparum examen metuit Phrynicus, velut gallus gallinaceus. 35

Etsi gallinaceus pugnax sit, & longè animosus, adeóque leonem cantu terreat: tamen vel multitudini apum cedit: ita etiam licet Phrynicus tragicus Mileti captiuitatem fortiter ageret, Athenienses tamen commoti & collachrymantes eum metuentem & perhorrescentem eiecerunt. Conueniet in eos qui damnum patiuntur, ita scilicet vt subito & præter spem à multis quatiantur. Aelian. 13.

Vnus lanius non timet multas oues. 36

Verbum est Alexandri, cùm minimo instructus exercitu pugnaturus esset aduersus Darium multis myriadibus militum stipatum. vtemur in cõsimili quoque, vt literaria in scribendo vel dicendo in multos victoria fortiter sperata.

ADHVC produxi è Godofredi libro typis Caroli Stephani anno 1555. primùm, nisi fallor, edito; ea prouerbia, quæ pro temporis breuitate ipse ella sua, & non communia cum aliis comperire potui: & in quibus putaui aliquam aut vetustatis aut venustatis gratiam inesse. Nunc turbam quandam subiiciam, quam è mediis triuiis petitam non lubens ipsis sanctiss. antiquitatis reliquiis immiscuerim: suæ potius relinquerim linguæ & patriæ, vbi nata principem locum teneant.

Dabo merulum album, ni hoc ita se habuerit.
Dentium tenus prauus, doctus felix.
Ex parua flamma minimè ingens lux prodit.
Fac de necessitate virtutem.
Famem pellere satius, quàm purpura indui.
Fauores conuenit ampliari.
Felix, qui non litigat.
Ferrum edit.
Intelligunt se mutuo, vt fures in nundinis.
Mensa instructa venit.
Ne spectes cui gratificeris, sed cui ingratum facias.
Nihil, ne canem, vel catum reliquit.
Non est abbas prudentior, quàm qui monachus fuit.
Non est bonum quod non sit malum, & malum quod non sit bonum.
Non est fori tui.
Non est tam bonus, qui non caspitet, equus.
Non est triticum sine paleis.
Non omnis Martinus sanctus.
Non omnium est olere moschum.
Non prodest ratio, vbi vis imperat.
Nux, asinus, mulier, verbere opus habent.
Paruulus facit vt paruulus.
Pascitur vento.
Paupertas mors altera.
De male quæsitis, non gaudet tertius hæres.
Plures occidit gula quàm gladius.
Tonitrua pluuia sequitur.
Præstat aliquando, quàm nunquam.
Pro quartana non pulsatur campana.
Qui amat me, amat & canem meum.
Qui nescit orare, ascendat mare.
Qui nimium festinat, caldum edit.
Qui tempus præstolatur, tempus ei deest.
Qui totum vult, totum perdit.
Regio quaque suis vtitur legibus.
Satius fugere, quàm male manere.
Ad scholam iter facit.
Semel in omni vita cuique arridet fortuna.
Vir, non fundus, in pretio habendus.
Vnus vir, nemo vir.
Vt planca putrida infidus.
Vxoris probrum, vltimus, qui rescias, est maritus.

PAVCVLA PROVERBIA

CAROLI BOVILLI SAMAROBRINI,

VNDE QVEAS DE QVATVOR EIVSDEM

PROVERBIORVM VVLGARIVM LIBRIS

iudicium facere.

Præstat vineæ vlmum esse, quàm hedera. 1

IAVDABILIVS est à potente & copioso homine ali, & promoueri bonos & multis vtiles futuros, siue eruditione siue alio vitæ genere: quàm improbos, aut saltem nihili homines meros numerosq; sæpè natos in perniciem eius à quo aliti sunt. Sic facius operam dare honestis & laudabilibus rebus, castigare bonos & Latinos auctores, quàm secus. Vlmus arbor ampla, spatiosa, solida, fulcire solet vineas, nobilem & humano generi vtilissi. arborem: & hederas, sterilem & neglectam, quæ vlmum ipsam nihil aliud quàm arrodit, & tandem enecat.

Primo crede mulieris consilio, secundo nolis. 2

Cur felicia & prospera vulgò ferantur mulierũ consilia subitò & repente data: infelicia, vbi cogitatio multa, vel aliud præcessit, multi quæsierunt. Mihi ita videtur, quòd animi earum affectibus fere præpediantur. eorum assultum vbi mens in commune consulens pequenit, ingenioli aliquid profert. valent enim fœminæ ingenio vt plurimum præ viris: obnoxiæ tamen affectibus, eo in malam rem non rarò vtuntur.

Furis passu progredi. 3

Pro lentè, sensim & magno silentio promouere negotium, vt cùm rem, quam molimur, eò vsque tegi volumus, dum non procul à fine & coronide abimus, & impedientium conatus queamus eludere. Fures passu incedunt librato in aere, vix summis digitis terram prementes: vnde furtim, latenter, clam, furtiuum, occultum, non vulgatum.

Scintilla etiam exigua in tenebris micat. 4

Quantulacunque dignitas, virtute, eruditione, factis, aut solo loco acquisita statim se prodit: & eminet in plebe hominum, præsertim inter eos, qui minoris sunt sortis.

Vaginæ quàm gladij plures. 5

Theca sapientiæ anima est: ea qui carent, maiore sunt numero, quàm qui ea præditi sunt, & vbi debent, vtuntur.

Rota plaustri male vncta stridet. 6

De iis, quibus aut muneribus, aut mercede, aut alia re minus satisfactum est. illi enim non desinent molesti esse prius, quàm, quod sibi deberi putant, accipiant. Rotas per summis vel seui inopiam axido, & rauco axium suorum volumine stridere norunt, qui non planè obturduerunt.

Extra circinum & regulam nescio quidquam. 7

Mathematicorum est, qui circino ad lineas circunducendas, regula ad producendas vtuntur. Quadrabit, vbi quis se professebitur nolle aliena à sua arte aut instituto tractare.

Amicitia auarorum: complexus sphærarum. 8

Et hoc è Mathematicis petitum. Sphæra vna vt imposita alteram sibi insidere non patitur, sed statim deuoluit: ita auarus auarum amicum non fert: dum sibi vtcunque soli studet, alteri, si possit cum suo commodo, obesse optat.

Surgentem auscultare anenam. 9

Rusticum prouerbium in desides, & ignauos, qui somnolenti & in herbescente agro prottrati diem deperdunt. Natum ex responsione cuiusdam, qui rogatus de socio, quid egisset, auenæ, inquit, è terra enascentis motum affectus auribus captans, ridiculè, cum sensim emergant herbæ, & omnem humanum sensum fugiant. Quadrabit in eos etiam, qui ad omnem auram, & spem, sæpe ridiculam, aures & animum arrigant.

Talos scabere. 10

Quoties innuemus rem admodum raram, infrequentem, & specimen temeratæ cuiusdam mutationis Pruriginis stimuli excitari solent, vbi mollis caro est, & cutis: non autem, vbi exanguis caro & cutis aspera, nisi venturam frigoris asperitatem, aut subitam eiusdem solucionem portendant. Simile, scabere talos, *gratter ses talons*, pro nouam mutationem rei aut temporis à minima re ridiculè & leuissimè ominari, causa eadem.

Frigida aqua feruentem ollam aspergere. 11

Pro, hilarem hominem inopino infortunij nuntio repente consternare, & pestifero mœrore conficere: quod vetant medici moderationem omnem adhiberi volentes. Sic vetant iidem calenti immodicè ab exercitatione corpori frigidam dari potionem, præsens scilicet sæpissi nè venenu n. Imitantur hos coqui, feruentes ollas ne frigida aspergantur, aut frigido loco statuantur, accuratè cauentes. rumperentur enim, præsertim argillaceæ.

Longo ex itinere etiam palea oneri est. 12

Celtæ, *Au longue voye paille poise*, Leuissimæ quidem paleæ, longa tamen in via graues fiunt, & molestæ. Sic hospes interdum initio gratissimus, triduj aut quatriduj mora oneri est, sumpta tralatione à Martheæ verbis ad Christum, iubentem monumento Lazari quatriduum mortui lapidem amoueri.

Homo grunnibus elephantinis. 13

De superbo, qui vix Deum, ne dicam hominem vllo honore aperti capitis aut genu flexi, afficere dignetur. Elephanti genua non plicant neque se incuruant, vnde cadentes surrigere se nequeunt: ab homine erigi debent.

In mari balneandus. 14

Pro insano, & parum sui compote. Solent enim maritimi populi à rabido cane morsos semel atque iterum mari immergere, & pene demergere, vt partim occulta marinæ aquæ vi, partim ipsa consternatione natura à se venenum propellat. Sic deliros nos Belgæ etiam eleganter innuimus.

Risus profundior lacrymas parit. 15

Naturaliter euenit, vt nimius risus lacrymas excutiat. sæpè etiam nimiam cordis dilatationem compressio excipiens fletum risui intermiscet. Sic lætissimas interdum res maximè aduersæ turbant & interuertunt.

Fidere vnius noctu glaciei. 16

Pro, inconsultè & temerè ignoto homini & peregrino confidere. ea res enim non multo sæpè felicius cedit, quàm audacia hominum se tenellæ glaciei committentium.

Culex lychno se committens aduritur. 17

Simile priori. Spe inani & futili alicuius boni multi miserè luduntur, & in præcipitium ruunt. Culex specie nitentis flammæ illectus, velut colludens aliquandiu circumuolitare solet. postea tamen adultus miserum ludo finem imponit.

Vacuum vas altiùs pleno vase resonat. 18

Minimè dites, eruditi, fortes, aut alia re præditi, maxime loquaces & iactabundi, vt plurimum sunt. Et qui omni animi ornatu nudissimi sunt, omnino ei, quin bonis & sibi dissimilibus detrahant, & obloquantur, sibi temperare non possunt.

Adoniæ confuuium. 19

De inani & stulte exultatione: qualis fuit Adoniæ, qui Dauidis filius ad regnum adspirans omnibus regis filiis (Salomonem excipio) epulum dedit planè regium, vbi se salutari & proclamari regem iussit. miser, qui mox prælato Salomone delusus, præclara spe sua excidit.

Solem, ventum aduersum, auersum habere. 20

Pro, iniquo & inauspicato vti iterum successu: vel contrà. Milites vbi vel fato quodam, vel hostili arte eò adducuntur, vbi iis infestis solis aduersi radiis oculorum acies præstringatur, & hebetetur, infeliciter ferè pugnant. Sic viatores, vbi vento obnitendum est minimo progressu & maximo labore quid efficiunt. Contrà quando se res habent, facilia omnia, & secunda.

Qui plura ambit, male adstringit. 21

In eos, qui plura, quàm vires ferre queant, affectant, & in suos humeros recipiunt, more rusticorum, qui dum manipulos plures aut maiores quàm brachiorum complexus ferunt, non arctè adstringunt, excidere denuò patiuntur. Trahi potest ad omnes, qui animum diuersis studiis distrahunt, & nullam scientiam aut artem intactam relinquunt, irrito scilicet conatu, communibus iocis dignissimo. Exstat in hanc sententiam elegantissimum Iunij emblema, in eius opere decimum & sextum.

Demandere calamum. 22

Pro, elaborare aliquid, & accuratè, sensimque expolire: vel, summo cum labore, & multo tempore aliquid efficere. Solent ij, qui minùs prompta sunt memoria, aut felici ingenio, inter scribendum, tantisper dum cogitant, & meditantur, calamum arrodere. Simile, *Sapit pulmillos*, De re multum diúque præmeditata.

Pulmillum consulere. 23

Pro, negotium in alterum diem differre, vt maturo consilio, quod securissimè noctu cap.tur, eodem postea redeatur. Simile, *Nox dabit consilium.*

Vlulare cum lupis. 24

Dicuntur, qui in loco & tempore norunt simulare & dissimulare, & omnibus fieri omnia. Veri illi Protei seu Polypi quouis rege sunt beziores, dum ab omnibus gratiam ineunt, omnes tamen interea pro ludo habent: sibi verò sapiunt maximè, in eo vno constantes. Huc illa etiam è vulgò referas, *Hinnire cum equis, Rugire cum leonibus, balare cum ouibus*, &c.

Exigua aqua maioris interdum supernatat. 25

Non quicquid exile & paruum statim à magnis despiciendum. Fluuij enim exigui, qui in mare feruntur, marinæ tamen aquæ supernatant. Dictum est eius, qui Diogenem emerat, cùm hic venditus, & rogatus quid sciret, respondere dominari se didicisse.

De gallo in asinum. 26

Sallir du coq à l'asne, Celtis est, casu, vel astu sermonem de re aliqua, ad aliam toto genere diuersam repente & sine causa transferre.

Ignis cineribus alitur suis. 27

De homine constante & æquanimi in aduersis rebus, cui bonorum amissio non solùm non animum deiicit, sed etiam accendit & inflammat, ad fortius impetum fortunæ resistendum. Cinerum quisquilias, igni, vbi alimentorum deest, fouendo, & conseruando officium præstare, quotidie experimur. Quin & carbones iuniperi ignitos, suis cineribus obtectos ferunt integro die ignem inditum alere.

Diem humeru protrudere. 28

Hoc ita Celtæ: *pousser le iour à l'espaule.* De otiosis, & totas dies ad apricum solem oscitantibus, quib. gratius nihil est & molestius ipsa Solis mora. quare vt tranquillæ noctis aduentu tædia sua propellant, diei finem vnicum optare videntur: ideóque finguntur diebus vim quandam velle inferre, & totis humeris eos ab Orizonte protrudere.

Aperi bursam, aperiam buccam. 29

Ouure ta bourse i'ouuriray ma bouche. Ea verba tribuunt Celtæ rapacibus, quorum cutis nimis sunt & aduncæ instar aquilarum labia, & ora, quæ non amor proximi, sed solus nummorum numerus & aperit & claudit: vt ferè sunt cautissidicorum: de quibus illud nostrum:

Aurea cautissimi loquitur fissurius ab auro:
Vulgum clausa tamen claudet & hic labium.
Plurima diuitibus medicus: sed scribit egeno:
Pro nihilo, sine lux, accipe nil, & abi.

Absque oleo pingere. 30

Pro, friuolum quid moliri, quod breui interitu artificis operam & spem fallat. Pictores, priusquàm ad colores pergant, oleo liniunt tabulas cuius visco & tenaci glutino quodammodo vinciantur colores, & durent.

Pons à tergo abruptus est. 31

Quoties monebimus in sola virtute, & animi robore spem esse, neque subsidium aliunde amplius exspectari, imò ne effugia restare: ac proinde aut rem cum laude conficiendam esse, aut alioqui turpiter pereundum. Solent pugnaturi in summa desperatione militi equos adimere pontes aliaque effugia eripere, quo, nisi turpiter cædi malint, animosius in hostem procurrant. Tale fuit stratagema Heluetiorum: tale enim Caroli Martelli, cùm secundam cum Agarenis pugnam depugnaturus esset.

Crocum edit. 32

De ridiculo, qui leui de causa effusum in risum soluitur. Crocum tradunt medici cor dilatare & aperire, eóque homini hilari & læto irrepressa mouere labia, & stolidum, crassúmque risum etiam multo exprimere. Sunt etiam, qui scribant libram croci sumptam, posse ita cor dilatare, vt erumpentes præ riu lachrymas vita sequatur.

Elephantina olfacere promuscide. 33

Pro, imminentia pericula diu antè præuidere. Diuersum, Indigere elephantina promuscide, pro, inopem esse consilij, nihil prospicere, nihil cauere, tardo esse ingenio, & læto in præsens, ignaro, quod vltra est, curare. Elephanti quod olfactus sensu valeant, proboscidibus debent.

Iulio & Cæsare consulibus. 34

Iulius teste Suet. in consulatu cum collegam haberet M. Bibulum: eum obsistentem sibi vi è capitolio & foro abegit. Vnde cùm hic postea tanquam priuatus domi se contineret: ille duorum vicem obiret: quidam consules eius anni hoc modo designabant: Iul. Cæs COSS. vnde etiam illud:

Omnia consulibus fiunt Iulio & Cæsare factis:
Nam Bibulo fieri consule nil memini.

Torqueri poterit vel idem hoc, vel quid simile ad huius exemplum lepidè efformatum, in eum, qui arroganter & præter officium suum muni alicuius aut negotij administrationem sibi sumit: siue id permittat fieri socij ignauia, siue metus.

Frigidior salamandra. 35

De iis, qui, vel parcissimè sumptus faciunt: vel in deliberando, aut negocio suscipiendo tardissimi sunt. Salamandra animal lacerti magnitudine nunquam nisi magnis imbribus prouenies, & æstate deficiens tanti algoris est, vt tactum ignem haud secus quàm glacies extinguat. Plinius.

Ades tritico, dum molitur, tuo. 36

Proverbium illud Celtarum, *Soys à ton bled moulere si tu ne veux perdre plus que la pouldre:* omnes monet, vt diligentes in negotijs sint: suis nunquam, quæ ipsi efficere possunt, per alienos exequi ea curent, præsertim in quibus fiducia sæpe fallit. Vnde Italus, *A nemine vt fallaris, fide nemini.*

Dumum cadam, vt tua sint aues? 37

Cùm ab Anglis obsessi Aurelij sese Burgundo, qui Anglorum in castris agebat, dedere vellent, non Anglis: indignatus rex Anglorum, Dumum Burgundo, inquit, cædam, vt tu capias aues? Absit, hoc responso offensus Burgundus cum Gallis pacem inire statuit: inita tamen ea, crudeliter & perfidè ad Confluentem Sequanæ à cognato mactatus est. Vtemur eodem proverbio, quoties nos alij laboris præmio fraudare conantur. Ortum ab aucupibus, qui vt aues irretiant, iisque potiantur, noctu ad ignis splendorem dumos concutiunt, & turbant.

Rotunda, quàm quadrata, mensa præstat accumbere. 38

Quoties loci, ordinis, bonorum æqualitatem inæqualitati præferemus. Quadratæ enim præsertim oblongæ mensæ distinctos habere videntur accubitus, quosdam supremos, quosdam imos, alios medios. Ro-

tunda eam distinctionem ignorant. Hinc non absludit prouerbium, quo nos passim curam, affectationem, futuri temporis, simplicitatem commendare solemus: *Il est tout rond.*

Poculo imparato, amouet obicem dolo. 39

De iis, qui mera imprudentia præsens damnum incurrunt, non præparantes ea mulcò antè, sine quibus negotium, quod in manibus est, expediri nequit: vulgatum est apud Celtas: *Il faut tirer la broche, deuant que le pot soit prest:* prius quàm ad manum sit œnochoa, aut crater fictam relinat, & vinum temerè effluere sinat.

Ne interula quidem arcani conscia. 40

Cùm è Metello Senatore quidam diligentius multa exquireret, Si interiorem, inquit, tunicam horum scire an esse conscium, protinus eam igni exurerem. Hinc Celtæ: *Ta chemise ne sache ta guyse.* Taciturnitas vix vquam damno est, loquacitas fœtè semper.

Parietes amicitiæ custodes. 41

Nihil verius experimur, quàm nimium frequentiam parere contemptum, inde odium, eoque nihil melius paruo aliquo interstitio, quod priuatos litium fomites extinguat.

In centro & circumferentia contendere. 42

Pro decertare in rebus æque arduis & pari laude dignis. Ortum à duobus pictoribus, de præstantia contendentibus, quorum primus arrepto penicillo absque ope circini, manu sese in aere solidè librante, circuli circumferentiam pinxit, ita prè, vt nusquam à vera rotunditatis æqualitate omnium iudicio erraret: Alter deinde solo penicilli acumine centrum in medio circuli ita rectè designauit, vt regula non potuerit rectius. Contentio nondum finita est, & licet prioris opus, plus diligentiæ & artis desiderasse nobis videatur: tibi tamen, amice lector, quo minus aliter iudices, nihil prohibet.

Ad clitellas natus. 43

De dutis & stupidis ingeniis, qualia sine asinorum: quos tam decent clitellæ & vilissima munia, quàm literæ deformant, & dehonestant.

E cucumere bibere. 44

Pro, peregrinari, exteros loca visere. quòd pauperibus viatoribus lagena propria sit cucumer siue exsiccatus.

Ad perditam securim abiicere manubrium. 45

De effœminatis, & qui ad leuem fortunæ ictum desperant, & ita animum demittunt, vt statim aut sibi vim adferant, aut quod reliquum est furore quodam pereiti, è manibus abiiciant, siue vlla prithinæ fortunæ ipe. Galli dicunt, *tenez le manche apres la cognée.*

Ferrum, cum igni candet, tundendum. 46

Arripienda, quæ datur occasio, & rei bene gerendæ tempus non præterequndum. Si quocum contraxeris, fac traditio subsequatur sine mora. ne matrimonij quidem sponsio longius extrahenda, pueri præcipuè dum tenerum est ingenium, optimis imbuendi. Nos vulgò *Il faut battre le fer quand il est chaud.*

Eme lectum viri obærati. 47

A. Gellius refert, Augustum, cùm publica auctione militis obæratissimi supellex diuenderetur, iussisse emi sibi eiusdem lectum & ad se deferri, rogatus à familiaribus, cur lectum solum: Cætera, inquit abundè mihi suppetunt: somno tantùm, in tantis imperij molestiis, indigeo: eum si dulcissimum & omnium curarum expertem mihi: tot tanti quæ nominib. debenti præbuerit hic lectus: præbebit, credo, & mihi. Obortus est risus: & secutum prouerbium, *Eme lectum viri obærati*, vbi quæ remedium perpetuæ vigiliæ, & sollicitudinibus quæreret.

EX HADR. TVRNEBI. M. ANTONII MVRETI ET ALIORVM SCRIPTIS QVAEDAM ADAGIORVM MISCELLA.

Familiam ducere. 1

PRo, præcipuum esse aliquid, & principem in re aliqua obtinere locum. Cic. ad C. Trebatium: accedit etiam quod familiam ducit in iure ciuili singularis memoria, summa scientia: quibus significat, hanc primam esse Trebatij laudem, & veluti propriam. Alibi, Sententia, quæ familiam ducit, &c. Item: Lucius quidem frater, vtpote qui peregre depugnauit, familiam ducit. Muret. Varia. lect. 4. cap 17.

Quod pulchrum est, placet. 2

Ὃ,τι καλὸν φίλον αἰεί. quæ pulchra sunt eam vim habent, vt statim conspecta omnium sibi voluntatem conciliant, amoremque adiungant. Aristot. Plat. in Lysside: Origo ista, Musæ & Gratiæ conuenientes ad nuptias Cadmi & Harmoniæ, pulchrum carmen, quæ ea sententia contineretur, canebant, nouæ nuptæ pulchritudinem commendantes. Hoc elegantissimis versibus scriptum reliquit Theognis: quos ob suauitatem cogor præter meum morem subnectere.

Μοῦσαι ἐϋστέφανοι κοῦραι Διὸς, ἄρχετε Κάδμου
Εἰς γάμον ἡδύμολπον κλεινὸν ἀείσατ' ἰόντες.
Ὅτι, ἢ καλὸν φίλον ἐστί, καὶ οὐκ ἀπόλωλε τὸ φίλον ἐσθλόν.
Τῶν ἐν Θήβῃσι διάπυστον πᾶσι, καὶ ἀνθρώποισιν.

Muret. Var. lect. 44 vide etiam in Chiliad. Quod pulchrum, idem amicum. eos ita vertit Schegkius:

Vos charites Musæ, proles Iouis inclyta, Cadmo,
Quales erat, quondam quem cecinistis, Hymen
Quod ducat, optandum: quæ turpia sunt fugienda.
Hæc sunt à vobis tum celebrata Deæ.

Bos Molossorum. 3

Βοῦς ὁ Μολοττικὸς. ex Sarda castigandus Zenobius. Hartungus decuria 1. cap. 7.

Nouior Leberide. 4

Κουότερος, & καινότερος λεπυρίδι, iunior Leberide: exuunt enim singulis annis setpêres exuuia sua, & quasi innouantur. Ita rursum id, quod est apud Eras. Nudior Leberide proponit Hartungus decuria prima cap. 1.

Ipsa olera olla legit. 5

In eos, qui, quod se facere oportet, faciunt: vt cùm libidinosus, & salax scortatur, ebriosus potat. Olera enim in olla coquuntur, quæ cùm eis repletur, ipsa legere videtur, id est, colligere. Catullus in Mamurram ita Turnebus Aduers. 3. cap. 13 Aliter Erasm. in Chiliad. in prouerb. Ipsa olera olla legit.

Habet Scytha ὄνον. 6

Ita Cic. significat Atticum similare proficisci ab Italia velle, sed retineri se fingere & prohiberi à Curio. Allusit ad prouerbium, σκύθης ὄνον ὁρᾷ, de quodam Scytha coram alus auersari se simul ante cadauer asini, quibus digressis vesci eo cœpit. Turnebus Aduers. lib. 28. cap. 9. vide Chiliad. prouerb.

Andabata. 7

Olim post curricula Circensia sero, noctisque tenebris depugnabant homines interdum è curru, heroum antiquorum more. Duo autem homines sedebant in curru, auriga, & ἀνταβάτης, qui idem etiam ἀναβάτης, id est, adiensor, seu andabata latino more formatione: cùm autem noctu pugnarent, nec se prope viderent: vt iudicium etiam augeretur, interdum oculis etiam clausis pugnare cogebantur. Turn. 19.

Arietinum oraculum. 8

Id est, Oraculum Iouis Ammonis, quod exploratæ indubitatæque fidei habebatur, colebatur autem ille specie arietis, vt norunt omnes. Tale oraculum eiusdem refert Gel. lib. 3. cap. 3. ad quendam, ita nempe anceps, vt vtrumcunque faceret, malum haberet. Peribis, inquit, si non feceris, si feceris, vapulabis. Turn. Aduer. 14. cap. 18. Trahi poterit ad similia ipsa veritate vertora, vt promissa, minas, dictáque alia eiusmodi.

Latinè loqui. 9

Cic. in Verrem: non enim verbi, neque criminis causa augendi complector omnia, cùm dico nihil istum eiusmodi rerum in prouincia reliquisse: Latine scitote, non accusatoriè loqui, i. vere & simpliciter loqui, nihilque mentiri, nec supra verum rem efferre, Natum inde, quòd Latini de Latinis bene existimarent, eos simplices, & ingenuos minimèque simulatos & fallaces mendaciique existimarent. Vnde Martialis idem vsurpauit, pro, apertè & sine dissimulatione, verborúmque integumento loqui, dicens se tum loqui Latinè, cùm obliccena & lasciua obscœnis & lasciuis verbis apertè proloqueretur, epigrammata enim sine circuitu vilo lasciuiunt apertè & petulanter, id est, vt alibi loquitur, Romana simplicitate, lasciuiam & flagitia enunciant. Turn. Aduers. lib. 14. cap. 5.

Similis Thraci in Thracem compositio. 10

De homine parco & breui. Senec. Natur. quæst. 4. agens de adulatione: Te, inquit, longiorem Fido Anneo iurabo, & Apollonio Pycta: quamuis staturam habeas Threcis ad Threcem compositi. Ita enim eum locum emendat Turn. Aduer. lib. 21 ca. 19. In Amphitheatralibus muneribus Thraces, qui & Threces plerunque vocantur, inter se committebantur: qui, cùm exiguam haberent parmam, se totos velut in eam colligebant, ne vulneri paterent, & staturam incuruando minuebant. Vsos autem Thraces esse peltis. i. cetris vel palmis testatur Aristoph. in Acharn.

Marsupio aluum lauare. 11

Pro exhaurire marsupium ad egestatem redigere. Varro *de re rustica*: Et hymenæus, qui primo lauare aluum marsupio solet. intelligit nuptias sumptuosas, quæque maritos earum primo statim auspicio impendiis inaniunt. Quæ enim eluuntur, ea mera maniaque relinquuntur: cùm alioqui eluere, pro, consumere soleant frequentatæ veteres. Turn. Aduc. lib. 21. cap. 10.

Expellere furca, vel furcillis. 12

Pro, conatu & vi maxima expellere & exturbare, non autem sola manu. Hor.

Naturam expellas furca, tamen vsque recurret. Catull.
Mentula conatur Pimpleum adscendere collem:
Musæ furcillis præcipitem eiciunt.

Et Cic. ad Att. 6. Sed quoniam furcilla extrudimur, Brundusium cogito. Sic Aristophanes in Pace, furcis quoque erectam pacem quærit tellibus ipsis interpretibus: *τὴν δὲ εἰρήνην ἐκέκτηντο τὴν δόρυ καταξύσαντες.* & apud Suidam ex historico quodam affertur: *ἐξεκενώσατο ἡ χώρα, ἀντὶ δὲ ἀνθρώπων τὴν δόρυ λογχῶν ἐπλήσθη σκευοφόρων.* Idem Turn. Adu. 23. c. 3.

Datatim dare se. 13

De muliere quæ sui copiam facit: etsi alioqui mulieres impudicæ dare dicantur, vt ex Martiale notum est. Ennius:

Quasi in choro pila.
Ludens datatim dat se, & communem facit:
Alium tenet, alij natat, alibi manus

Est occupata. Sic Afranius, & Pomponius apud Nonium in datatim. metaphora nota, nempe à lusu pilæ, in quo datur. Turn. Aduers. 7. cap. 4.

Dicis causa. 14

Est *ἐκ παρέργου*, i. leuiter & defunctoriè & vtcunque agere. tractum ab his, quæ, vt religione defungamur, vtcunque facimus, cùm simulata olim in ea pro veris haberentur, & qualiacunque ferè pro optimis dicarentur. deducitur autem nomen illud non à verbo, dico, is, sed à verbo dico, as: essque tanquam dicationis causa. Idem Aduer. 11. cap. 20.

Oleo fraudare lucernas. 15

Dictum est ab Horat. sat. 5. in Nattam hominem etsi nobili & honesta familia natum, valde tamen sordidum qui se inungebat vili, rancido, & ad lumina relegato oleo genere, (Aërius *ἀγορασίῳ*, lucernarium appellat) atque ita lucernas suo alimento & fomento defraudabat. Turn. Aduer. 4. ca. 9. Simili migratione & facetè dicemus sordidè & cibis sine sanguine victitantem, fraudare iumenta suo alimento, &c.

Longè fugit, qui suos fugit. 16

Titulus prouerbialis satyræ Varronis, non multum abludens ab illa adagione Terentij, Ita fugias, ne præter casam. quòd est, vt ne nimium longè: nam ad casam. i. domum, vbi tutissimum cuique perfugium est, cùm peruenisti, fugiendi finem facere debes. Idem Aduers. 13. cap. 5.

Quasi lupus ab armis valeo, clunes infractos gero. 17

Fuit etiam olim opinio, lupum armis validum, tergo infirmum esse; vt ex hac Plauti apud Nonium sententia prope prouerbiali apparet. Ibidem fortasse non ineptè id ille vsurpabit; qui suarum virium sibi conscius, non tam viri & hostis sui, quàm fœminæ congressum reformidat.

Chium & Ammineum miscere. 18

Eleganter hoc extulit Ausonius de professore Græcæ linguæ & Latinæ, adludens ad vina diuersè nata. Chium enim vinum Græcum est, Ammineum Latinum. Idem 24. cap. 21.

Τὸ πρὸς βίον σωφρον. 19

Titulus est satyræ Varronianæ, quam item inscribit *εἰς παιδαγωγίαν*, vbi eis, qui parentes esse optimorum liberorum vellent, præcepta dabat. Apparet autem eam inscriptionem fuisse prouerbialem: nam & à B. Basilio vsurpatur epistola ad Libanium: *οὐδὲν ἔοικε τῷ πρὸς βίον, τῷ πρὸς βίον σωφρον.* Idem Aduer. 17. ca. 21. Quid si Varro eo sic dum velit esse parentum tuorum liberos, qui ipsis digni sint, eósque moribus bonis, & recta indole referant? sic certè etiam hodie vulgò idem vsurpamus, & recusamus ne esse patres. i. de nis omnem animum paternum eiicimus, qui etsi ex nobis nati sine degenerant tamen & moribus ac vita nobis filij esse nolunt.

Subiicere pedibus Acherontem. 20

Vsurpauit Virgil. Geor. 2 pro philosophiæ cognitione tollere inferos, in illo agens de Epicuro,

Incxorabile fatum Subiecit pedibus, strepitúmque Acherontis auari: quod ita Lucret. 2. *Et metus ille foras præceps Acheronte agendus.* Idem Adu. 11. ca 10. Trahi poterit ad nomines improbos pertinaciter in omne flagitiorum genus se ingurgitantes, & deorum vindictam strenuè contemnentes: item ad omnes impiè de immortalitate sentientes: & contrà etiam ad pios bene sibi conscios &c. Simili locutionis forma, sed diuerso sensu, dixit Hor. Carm. 3. Od. 10 Nearchum adolescentem arbitrum pugnæ inter duos riuales, potuisse palmam sub nudo pede, pro, vt Horatium habere in sua potestate, & arbitratu, vtri eam addicat, quod prostrata, & pedibus nostris subiecta nostri sint iuris & arbitrij: Ita etiam Lusinus lib 2. ca. 26. licet alij dissentiant.

Euellere plantam cœno. 21

Prouerbio illi Chil. Extra lutum pedem habes, *ἐκτὸς πηλοῦ πόδας ἔχεις*, simile istud Flacci: Nequicquam cœno cupiens euellere plantam. De iis qui alicundè se expedierunt, & è molestia euaserùt. Idem li. 13. ca. 17.

Fugitiuum retrahere. 22

Varro de ling. lat. 4. Quare illa, quæ iam maiorib. nostris ademit obliuio, fugitiua, si sedulitas Mucij & Bruti retrahere nequit, non, si non potero indagare, eo ero tardior. Terent. Heaut. Retraham hercle opinor ad me illud idem fugitiuum argentum tamen. Insignis & elegans in vtroque translatio est à seruis, qui è fuga reducuntur domum ad herum. Sall. In his erat Fulvius senatoris filius, quem retractum ex itinere parens necari iussit. Idem 24. cap. 19.

Rex erit. 23

Ad exemplum Plauti, quod strulimus. nihil peccem, credo, si ex eodem Turnebi capite hæc addam. Varro. Quartus vbi est adibus & initio, regis qui ad quartum, ait, gradum peruenerit is fuerit rex, & planè rem modis omnibus absoluerit. Hora. epist. 1.

Rex eris, aiunt, si recte facies. Auson. *Qui recte facit, qui non dominatur, erit rex.* Sic victor etiam dicitur, qui aliquid perfecit & absoluit. Virg. *victórque virum volitare per ora.* Iterum:

Ille victor ego, & Phrygio confectus in astro.

Timonea cana. 24

Seneca, Non est, quòd nunc existimes me dicere, Timo-

Timoneas cænas, & pauperum cellas. Ita enim Turn. Aduer 24.c.33. elegantissimè hoc partim e lib.vet.partim ex ingenio restituit. Timon humanum genus exosus erat, vitámque quandam inhumanam sequebatur. in cibisque nó modò vulgaribus, sed etiam vilissimis, & ab reliquis hominibus propè dánatis acquiescebat.

Morboniam mittere. 25

Tranquillus: Quidam ex officio admissionis simul expellens abire Morboniam iusserat. vbi Morbonia, vel, vt in quibusdam libris scribitur, Morbona vt nomen oppidi, quod nusquam est fingi videtur: aut adeo populi ore frequentabatur, ceu oppidi nomen, sub sensu morbi & exitij. Hoc enim perinde est, ac si quis aliquem in malam crucem amandet, aut ad corvos abire, iubeat, certè compendium Dionis pro Morbonia εἰς κράκας habet. Idem 24.cap.36.

Est modus matula. 26

Satyra quædam Varronis inscribebatur. Est modus matulæ, vel vt alij libri scribunt, modus matula: qua inscriptione monebat adhibendum esse modum cópotationi & ebrietati. Nam è matula potum significauit, cùm cibum ficciorem in ventrem, liquidiorem in vesicam descendere censerent. Varro alio loco: Diuitum apotheca Chias ad communem reuocat matellã. Plautus, nolo in vesicam quod eat: in ventrem volo. Idem Aduersl.17.cap.21.

Paludem & salinas emere oportet. 27

Τὸ δεῖ τὸν περιόδους ἐν πηλῷ ἅλας. Quærenda bona aliquando sunt, quamuis nó omnino careant incommodo Narum fortasse, ab eo, qui cùm salinas venales haberet, in quibus erat palus, salinas alienare sine palude vt vellet, induci nullo pacto potuit. Ita Franc. Luisinus Parergon. 2. è vet. codice & exemplari Veneto castigat & explicat id, quod est, in Chil. adag. Oleum & salem emere oportet.

In foribus vrceum. 28

Subaudi, fregit. In eos qui voti compotes fieri non potuerunt, & cùm diu in negotio aliquo desudarint, finem tamen suum non consecuti sunt exemplo illius, qui cùm aquatum profectus domum reuerteretur, in foribus vrceum fregit, nec domum aquam pertulit. Luisinus ibidem. vide Chil. adag. In foribus vrceum.

Κριὸς ἔφηνε κάπετον. 29

Vide Erasm. prouerb. Aries nutricationis mercedé persoluit. Dictum à Menandro est in gratos homines: quia Athenienses in Connidam grati, quòd ille Theseum sanctè instituisset, & præclarè educasset, arietem illi tanquam præmium & grati animi indicium immolabant. Plutarch. in Theseo, Luisin. ibid.

Salaminia nauis. 30

De iis quæ vilia non sũt, nec omni tempore exposita, quæque difficillimis temporibus necessaria reseruantur: qualem se Pericles præstabat, εἰ δὲ καὶ μεῖον εἰς ὠφέλειαν, ἀλλ' ἐπὶ τῶν ἄκρων σπανιώτατα τεκμήρια, φιλεῖ κεκτῆσθαι, καὶ τὰς μαχίμους χρείας ὑπάρχειν. Plut. in Pericle. Eodem sensu vsus est Cæl. Calcagninus. Ita rursus Luisin. explicat quod etiam habet Erasm. in Chiliad. Salaminia nauis.

ADAGIA ALIQVOT DE IVRE SCRIPTO ET VARIIS EIVS INTERPRETIBVS A GVIL. GENTIO IC. collecta.

De Plano aliquid cognoscere. 1

Vt quis carptim, obiter, & quasi aliud agens quid legit, neglectimque cognoscit, memoria minimè complectens: vel cùm quis negotium aliquod nõ accuratè administrat. Sumptum ex more Iudicum, quibus pro tribunali sedentibus arduæ causæ tractandæ suscipiebantur: Vbi verò descenderint in planum constituti, leuiora decidunt negotia. Hinc Iustinian. Imperator in c. A procedente C. De dilat. Planitiam (ita enim ibi legendum est) vocat interpellationem, quæ iudici extra iudicium, & in plano facta est. In iure Pont. ficio similes formulæ vsurpantur. Sine strepitu, Sine figura, & forma iudicij: de rebus summatim, absque leuera obseruatione, sed perfunctoriè peractis.

Dardanarij. 2

Ἀνωνιοδόκους. De iis, qui annonam vexant, onerántque, eam inuitum supprimentes. quo per ingrauescẽtiam speratam cariùs postea pro tua libidine vendãt. Horum fit mentio & simul in eos pœna constituitur in c. Annonam, De extraord. crimi. & in cap. Dardanarios, De pœn. Dicti videntur à quodam Dardano flagitiosissimo auctore, magicæ artis nobili. Vnde & Dardaniæ artes apud Poetam. Aristot. lib. Polit. 1. c. 7. refert Thaletem Milesium præuidisse per cognitionem Astrologiæ olearum inopiam, & proinde omnes coemisse: sed in sequenti anno pluris vendidisse, facto ingenti quæstu: Qui iure Dardanarius appellatus fuisset, modò animum adiecisset quæstui, tum turpi, tum maximè noxio multitudini.

Noxa caput sequitur. 3

Prouerbialiter hoc Gordianus Imper. pronunciauit in c. Licet, C. An ser. pro suo fact. poss. matenea. Nam, vt M. Cato ait, nequiter factum semper durat, & reũ comitatur. Sic & Poeta, Pœna potest demi, culpa perennis erit.

Herculis clypeus. 4

Prouerbij loco vtitur Ausonius, in Hexasticho Digestis præposito, εἰς τὸ ἡρακλῆ μηδὲν ἀσπίδα τεύξας. Sumptum apparet ex opere Hesiodi, cui Titulus est, ἀσπὶς. Dicitur autem de re pulcherrima & variis ornamentis insigni.

Lex Aphricani. 5

Dicitur de re perplexa & obscura. Sumptum à Responsis Aphricani iurisconsulti, difficilibus, Delium natatorem efflagitantibus. Lex Aphricani est, ergo difficilis, in ore omnibus est ea ratiocinatio.

Ab aula recessit. 6

Vtitur Iustinianus in c. Ne in arbitris, C. de Arb. Si enim, inquit, vera consuetudo stipulationum, & subtilis, imò magis superuacua obseruatio ab aula concessit, cur non, &c. Dictum de re, quæ amplius in vsu non est. Metaphora sumpta ab emeritis Palatinis iudicibus.

Suffragia emendicata. 7

De iis, quæ leuiter causam adiuuant, vt potentium commendationes, ciuitatum in alicuius honorem decreta. Singuli, inquiunt Imper. in c. 14. C. de accus. vniuersique iudices cognoscant in publicis criminibus non oportere emendicatis vti suffragiis decretorum. Sumptum à suffragatoribus, hoc est, suffragiorum eblanditoribus, C. de suffrag.

Leuato velo de causa cognoscere. 8

Schemate hoc vtuntur Impp. in c. 5. C. de naufrag. lib. 11. De submersis, inquiunt, nauibus decernimus, vt leuato velo istæ causæ cognoscantur, hoc est, summatim. Eadem figura, quæ, de Plano cognoscere.

Fèlici diplomate vti. 9

De iis, qui omnia feliciter ac præprosperè agunt. Venuleius iurisc. tractum vocis satis docet in cap. 87. De verb. obli. cùm inquit, qui Ephesi daturum se spopondit, neque diplomate diebus ac noctibus & omni tempestate contempta iter continuare cogitur, neque tam delicatè progredi debet, vt reprehensione dignus appareat. Solebant olim, vt & hodie cursu publico per dispositos equos nocte dieque iter agere. Cæterùm non absque diplomate, i. literis à Principe impetratis, hoc ipsum concedebatur. Imperator Iustinus in c. penult. C. de cursu pub. vocat Tractatoriam. Huius diplomatis beneficii meminit & Plin. lib. epi. 10. ad Traianum, Tacitus lib. 18. Plautus in Capt. vocat syngraphũ, vt hoc obiter addam, vocis illius significandæ causa.

Iactus retis. 10

De re dubia,& mera spe, qua plerunque fallimur. Sic Celsus in c.12.De actio.emp.Tractum à iactu retis piscatorij, qui incertus est plerunque piscium capiendorum,etsi crebro proiectus attractúsque.

Κατοπτρον. 11

Propriè inane& imaginarium sepulchrum,quo neque corpus neque reliquiæ illatæ sunt, capit. 42. De religion. Potest non illepidè torqueri ad hominem vanæ mentis, foris in speciem illustre quid præferentem.Eadem formula,qua Horatius dixit,Corpus sine pectore.Desumptum ab honorariis sepulcris & inanibus tumulis in memoriam defuncti,cuius corpus alibi inhumatum est,dicatis, quando ex officio,& pio voto,Cenotaphium(vt& hodie)religiosum faciebant veteres ceremoniis,ad instar veri sepulcri, vt testatur Martianus in c.In tantum, De rer.diuis. nisus Virgilij auctoritate in 3.Æneidos,Lababat cineri,&c.

Saturninus. 12

De eo dictum, qui phantasticas absurdásque opiniones sectatur in iure ciuili : ab huius nominis Saturnino,quem notat Vlpia.in c.1.de Senat.

Homo omni exceptione maior. 13

De homine integerrimæ fidei. Sumptum à testibus inculpatis & lynceis,aduersus quos nihil præscriptionis obiici queat.

Dupondij iuuenes. 14

De iis,qui studus tantùm sunt initiati, & vixdum à limine ea salutarunt,Pupilli dicti ab Alciat. A dupondio nummo, quasi 2.assibus æstimarentur, seu à pondere dupõdio,quod& stater dicitur,& πεντάδραχμον, modici valoris. Contule Rhodig.libr 4.cap.7 Contrà λύτοι & τελείοι dicuntur absoluti & consummati in aliqua disciplina. De iis agit Iustinian.in epistola Antecessoribus quibusdam missa. Dicti Lyræ quasi λύται, hoc est solubiles.quasi iam à præscripta studiorum ratione soluendi,& legendi libertate donandi.

Mus in pera,&c. 15

Hoc prouerbium cum nonnullis aliis ab Innocentio Pontif.citatur in cap.Etsi,de Iud.Iudæi,inquit,nobis illam retributionem impendunt,quam (iuxta vulgare prouerbium)mus in pera, serpens in gremio, & ignis in sinu, suis consueuerunt hospitibus exhibere. Enarrantur & alia in iur. Pontificio,Vno collyrio,instar empirici omnibus morbis mederi, cap.Necesse, Dist.19.facibus solem adiuuare,c.Si omnia,6.q.1.quod de superuacaneis & absurdis dici consueuit. Frustratim lupus comedit agnum.13.q.1.cap.Ecclesias. Simile est illud ab Iurisc. nostri seculi crebrò vsurpatum, Hæret tanquam mus in pice, cùm quis pendet ambiguus,incertúsque quo se explicet.Et,sinapi post prandium, ab Zasio aduersus Eckium, de re intempestiua.

Rem non nouam aggredi. 16

De his,qui vxores vetulas accipiunt.Refertur prouerbialiter ab Alciat.vt pleraque supra recensita. Obiectum nimirum ab auditoribus Bulgaro doctori, risus causa, cùm huiusmodi vxorem duxisset,& postridie manè constitutionem, cuius initium illis verbis in C.de Iud.conceptum erat,auspicaretur. Glossarius in c.Rem non nouam,C.de Iud.

Asinus asinum non prehendit. 17

De æmulatione, quæ inter æquales,cùm quis alteri cedere negat,quia paris fuerit cum eo cõditionis.Accurs.refert in cap.1.De acqui.possess.Quemadmodum & sequentia, Qualis veruex,talis offa,in cap. Quod in hæredem.de tributo. Non diuersum ab illo, Similes habent sua labra lactucas. Et ab Iazone in c. Quæ extrinsecus,de verb.obligat. Tanti offa,quanti intinctus panis. de his, quæ diuersa existimantur, cum eadem sunt effectu.

Reuolute mantello. 18

Ex vulgari sermone dixit Accurs.in c. Papinianus, De inofficioso testa. Cum cõtrarijs exceptionibus aduersus diuersos quis vtitur. Ab his ducta metaphora, qui mutant pallium.

Hebræus nihil Hebræo, Catilina Cethego. 19

Vtitur Glossarius in cap. Quoniam. C.de Iud Cùm idcirco quis alteri crimen impingere nequit, quòd & ipse eodem laboret morbo. Non absimile illud Iuuenalis in Satyr.2. Clodius accusat mœchos, Catilina Cethegum. Notum est ex historiarum monumentis de vtriusque intemperantia & improbitate. Sunt & alia quædam passim apud iuris interpretes annotata. Contulerit Zasij. Tanquam doctores in consilijs. Et Reia.um& gratum fecerunt Afonem vituperatum, in c. Quia iurisdictioni.&c. Si quis.De iurisd. Et Alciat. in c.Non est ouum. C.de eden. Duabus crumenis ire ad nundinas.

Desultoria leuitas. 20

De maxima leuitate & natura versipelli subinde sese in aliam atque aliam formam mutante.Sumptum à Martiano Capel. Leuitate, inquit, pernix desultoria gestiebat Ioannes Picus, Homo desultoriæ & variæ naturæ animal. Tracta metaphora à desultoribus qui duos equos absque ephippijs agitantes, ex altero in alterum mira permutatione desiliebant, teste Liuio.vtitur & Vlpia.in c.Apud Labeonem,de præs.verb.Bud. Oldendorp.

Qui se conspexerit,augurium capere poterit. 21

Dictum in deformes & turpi adspectu homines. Veteres omen bonum captabant ex occursu formosi cuiuspiam,malum ex deformis aspectu. Ad quod alludens Iuuena.Saty.5 ait:

Tibi pocula cùrsor
Getulus dabit aut nigri manus ossea Mauri,
Et cui per medium nolis occurrere vultum.

Auctor est Ælius Spartian" in vita Seueri,quòd is mortẽ ibi præsedisse ex occursu Æthiopis cuiusdam. Idẽ tradit Plutar. de Bruto & Cassio. Hinc fortè veteri prouerbio, inquit Tiraquellus vir inexhaustæ lectionis,dicebatur : Ἐρινύων ἀφροδίτη, hoc est furiarũ sturpe, is nimirum,qui fœda esset specie. Nam quod noxium est & exitiale,id à furiis ortum esse dicitur. Contrà pulchr tudo est quauis epistola commendatior, vt ait Arist.apud Laertium.

Puro pretiosus est purus. 22

De æqualibus & similitudine morum congruentibus. Vtitur Nazian.de præcep.virg.ἀγαθὸς, inquiens, ἀγαθῷ ἀγαθὸς ἢ τελειοτέλειον, &c.

Ex se natus videtur. 23

Speciem habet adagij, quod Tiberius apud Tacitum lib.13.dixit de Rufo,his verbis,Curtius Rufus videtur mihi ex sese natus. De eo,qui sui perquam similis fit,seipsum imitatur,& parem non fit secutus.

Tres mulieres nundinas faciunt. 24

Germanorum est prouerbium, teste Rebelio,ex loquacitate mulierum ortum,quarum garrulitas nundinis comparatur, vbi maximus est mercantium strepitus,sonitúsque.Earum loquacitatem vide lepidè delineatam apud Iuuena.Saty.6.

Canis in eadem dormitat tegula. 25

Interrogatus Empedocles, teste Aristot.lib.Moral. 2.cap.11.cur nam semper in eadem canis dormiret tegula, respondit canem simile quid habere tegulæ, & proinde ob similitudinem eò tendere. Vsurpatum hoc ab Aristot.prouerbij loco,de iis,quæ instinctu naturæ similiter erga similia affecta sunt. Adiungit & illud significantius Graculus graculo assidet,sempérq. Deus simile agit ad simile. Lusin.parerg.3.10. causam facit, quòd ψευδῆ seu cretacea vasa ferè habeant canum & aliorum animalium effigies,ad quas tanquam viuas accurrisse canes aliquando testatur Athen.13.

Deus spargit. 26

Fœmina exercitum ducit.In eum,cui negotium cõmittitur,qui ei ineptus est gerundo.Nam Hom.Ilia.6. tradit colum, telam, ac ancillarum curam mulieribus esse propria,bella viris.Vtitur Tiraq.

Quicquid dominatur,vim Dei habet. 27

Idem testis est prouerbium esse, idque ex auctoritate Artemidori Daldiani lib.2. de Somniorum interpret. c.37. & 74. Astronomi quoque illud confirmant testantes, Solem & Mercurium præ cæteris planetis propinquos assiduè in cælesti circuitu comites inuicem esse, vt videlicet quicunque Solem siderum dominum viderit absque sapienti Mercurio in cælo nũquam incedere,planè intelligat & in terris potentiam atque dominationem nunquam absque sapientia vel concedi debere, vel concessam diu posse regnare.

Solem manibus gestare. 28

Dictum

Dictum de antesignano alicuius rei, vel facultatis & præcipuo magistro, & luce doctrinarum: vel potest ironicòs torqueri in quendam, qui magnificum quid venditat & præ se fert. Vtitur Oldendorp.

Pomum Athalantæ sequi. 29

Vtitur eo prouerbialiter Zasius lib. 1. Responso. c. 3. pro à proposito & instituto digredi & aliena consectari. Natum ab Atalanta Cenei filia, quæ cum Hippomene pedum celeritate decertans, eo ipso victa est, quòd inter currendum obiecta ab Hippomene aurea mala colligeret, itaque cursum suum retardaret.

Post causam vulneratam remedium quærere. 30

De eo, qui serò & post festum venit amissa bene rei gerendæ occasione. Vtitur Iustinianus in c. vlt. C. In quibus cau. rest. in integ. postul. Inutis, inquit Suidas, mederi satius est quàm fini.

Timoniano more. 31

De homine querulo, tetrico, & ab omni gratia & humanitate alieno. vide sup. Timonis vita, in Centu. Iunij, & alibi Budæus, eos qui sordibus sermonis obiectantur & purè loquentibus, obtrectant, censet deportandos esse in Timonion quoddam, hoc est, in amœnam solitudinem. Idem vsurpat & hanc figuram prouerbij, floralia agentem spectari à Carone.

Prius cauum à conuexo disiunxeris. 32

Hoc prouerbiali schemate vtitur idem Bud. ex Aristot. qui dicit facilius esse cauum à conuexo, quàm hircosam inscitiam ab improbitate disiungere. Quòd nimium imperiti indoctiue laudem alienam impudenter quodam naturali vitio carpant, quod æmulari non queant. Eiusdem monetæ est & hoc, flammam citius ore inardenti opprimes, quàm sordidæ Mineruæ hominem ad candorem traducas.

Iudicium circulatoris. 33

De inconstanti & leui. Dictum est ab Iustiniano Constit. 5. Erronea inquit, est talis vita, neque constantis & perfluentis animi, sed iudicium habens circulatoris, aliud de alio requirentis. Eiusdem formæ est apud Iurisc. Erronem agere, & Emansorem agere.

Saccularia opera. 34

De opera forensi quorundam formulariorum, quæstus & lucri nimium captatoria, dum causas, earúmque libellos in fisco concluso habent non nisi stylo mercenario istinc eruendos. Vtitur alicubi Budæus in rabulas & sycophantas forenses, causarum procuratores, qui nullam iuris, boni æquique rationem habentes, ignari, inconsultis aduocatis, alisque peritioribus cognitoribus non solùm neglectis, sed & eorum partes & munus obeundo, subrepunt impudenti ore, & fastu formularum & aucupio verborum profluenti in causas iuris alios demandatas, quò honorarium alijs destinatum præripiant. Sumpta metaphora fortè à Saccaris, quæstum ex saccis facientibus. non à sacculariis, quod mali ominis esset.

Porrigis tanquam elephanto stipem. 35

De homine timido & verecundo. Sumptum à pueris timidè escam elephanto porrigentibus. Sueton. in Augusto.

Μετομωμί. 36

Q. d. vnimembris. Dictum de argumento Achilleo, vel actione validissima & perpetua, quæ repellat facilè aduersarium. Vtitur Vlpian. in cap. 13. De iureiur. Et quam, inquiens, *μετομωμίν* condictio dari debet aduersus suum hæredem, puta quæ nullo adminiculo præscriptionis obiecto repelli potest. Sumptum à Rhetoribus Græcis, qui solebant *μετομωμὶ, δίμηνον, τετραμηνιαῖον* vocare, quarum prima semel intentata, exceptione non potest eludi: Secunda bimembri, hoc est, exceptione reus partibus actoris fungebatur. Tertia iuuabat vicissim intentionem actoris ad oppugnandam exceptionem aduersarij, vulgò Replicatio. Inde (etsi alio ferè significatu) *μετομωμὶν* agere dicitur is, cuius aduersarius in iudicio non adfuit, ex quo Eremodicium contigit. vtitur Paulus in cap. vltim. Ad Trebell.

Γεγραπται μὴ ὄμνυναι. 37

Hoc est, petulanter ne iurato. De crimine famoso, publicitus animaduertendo. Vius est Vlpian. in cap. 13. De iureiur. Qui, inquiens, iurauit in re pecuniaria per Genium Principis dare se non oportere & peieraueritc Imperator noster rescripsit, fustibus eum cæsum dimitti, & ita ei superdici, *γεγραπται μὴ ὄμνυναι*. Veteres cùm supplicium sumerent de damnato homine, in loco supplicij conspicuo *ἐπιγραφὴν* seu titulum affigebant, quo breuiter admonitus populus pœnæ à reo expertæ causam intelligeret, eóque exèmplo à simili facinore perpetrando cæteri auocarentur. Ex hoc more imponam fuisse inscriptionem cruci Christi Seruatoris nostri ait Duaren. Alciat. & Oldendorp. contendunt esse speciem prouerbij de facinore memorabili, sed non sunt interpretati. Non dissimile est quod alicubi animaduertit Hotoman. ex Nonio & Plauto, de directis, crucifixis, quasi ad diem erectis. De hominibus perditis & facinorosis, quos hîc appellabant, vt Galli *Pendars*, suspendiolos.

Numo addicere. 38

Prouerbiale & hoc est, quod nostrates dicunt, fragmento panis vendere. nam addicere hîc est, venundare: quod ipsum est instar donationum, cùm obtentu venditionis donantes inuidiam donationis vitamus, aut pudori accipientis consulimus. Eo sensu vius est Vlpian. in c. Si quis. Locati. Tranq. in Cæsare. Bello ciuili super alias donationes amplissima prædia numo addixit. vbi hactenus mendosè lectum est, minimo. Eodem schemate vtitur Vlpian. in cap. 10. De acquir. possess. Quia conductio, inquit, nulla est quæ vno nummo: in verò pretio, tunc distinguendum quid prius factum est. Nummus vnus pro forma, vt vulgò loquimur, dabatur, quod & dicitur, dicis causa tradi.

Delatoria curiositas. 39

Dicitur à Iurisconsulto in cap. 6. de iur. & fac. ignor. prouerbiali figura teste Budæo, cùm inquit, Scientia, hoc modo æstimanda est, vt neque negligentia crassa, aut nimia securitas satis expedita sit, neque delatoria curiositas exigatur. Tractum à sycophantis criminatoribus, vel quadruplatorum improbitate, de quibus illud Plautinum in Trinummo (vbi de famigeratoribus agitur) dici potest: Quod quisque in animo habet aut habiturus est: scrutari: id quod in aurem rex reginæ dixit, scitum: quod luno fabulata sit cum Ioue, quæ neque futura, neque facta sunt, tamen ea scitum. Idem pro delationis præmio quartam partem in bonis delatorum consequebantur.

Ἀφοσιώσασθαι χάριν. 40

Hoc est, dicis causa, ad ἀφοσίωσιν loco vsurpat Modest. in cap. 13. De excusat. tuto. At quæ nunc alij eam græcam vocem interpretentur esse, perfunctorie attamen Hotomanni rectum iudicio dicis gratia vertendum est, idque ex vi vocis *χάριν*. Vt suscipiamus interpretationem latis præpedita Latini vocabuli, admonet hîc locus, etsi alibi in præcedentis proœmijs fusius enarrati, non minùs tamen hîc commodè quàm verè. Hotoman. annus vir politissimus arbitratur, dicis, patrium esse casum à recto dex: vt hic, dex dicis a dico, item vt iudex iudicis à iudico, & index ab indico, lex a lego. Nam si iuncto verbo iudex, auctore Varrone, dicitur qui ius dicit: verisimile est voce simplici similiter eum, qui dicit, dicem appellatum. Quin, cùm Varronis manipuli Casinenses dicerentur dices, perspicuum est, dex, fuisse singularis numeri vt iudex & index. Nunc de locutionis Latinæ sententia. Ioannes Corasius ait, dicis causa aliquid fieri, quod neglectè, remissè, & eo tantùm animo vt officio functi videamur, non accuratè, sed perfunctoriè, quatenus satis sit ad vitandã reprehensionem. Sic in c. 1. Ad Sylla. Vlpian. ait non prodesse tertio, si finxit se ferre auxilium, aut dicis gratia, hoc est, non ex animo, sed ne officio diceretur defuisse, propter dicẽ, hoc est, eum qui aderat ac dicere poterat tertium conatum esse suum dominum defendere. hæc simulatio ei nihil proderit. Sic & in Cæcinæ responsio in cap. 3. Commoda. Commodabatur pecunia non animo contrahendi mutuum, licet numerationẽ factam simulauerit, qui tradebat, nec eo consilio, vt, qui accipit, vteretur, nisi ad pompam vel ostentationem, sed tradidit tãtùm nummum, vt suo munere defunctus videretur, accipientis precibus permotus, cùm alibi tamẽ numeraretur pecunia, vt fit in nouis & mancipijs, itémq. in omnibus adûbratis, hinc imaginarijs contractibus, quibus vno nûmo emptio perficiebatur, vt in superiori adagio, Numo addicere. Numus enim aliam nullam ob causã tradebatur, nisi vt, qui ei

contractui quasi testis ac spectator interesset, dicere ac testari posset pecuniam fuisse traditam, vt testatur Hotoman. Vtitur & Cicero in Verr. 6. Attamen, inquit, vt possit se dicere emisse, Arthagato imperat, vt aliquid illis, quorum argentum fuerat, nummorum dicis caussa daret. Inuenit Arthagatus paucos qui vellent accipere, his dedit, &c. hoc est remisse, neglectim, non seriò: etsi Forcatulus magno studio conetur legere superioribus locis. Dicis, non dissimili à prædictis, interpretatione & sensu. Dicis quoque causa ea sententia fieri quid testatur Plin. lib. 28. cap. 2. hoc est, non bona fide, nec verè, sed per simulationem quandam, vt & Duaren. interpretatur hoc alibi Iurisc. in 2. Qui pet. tut. εἰκαῖ χάριν, hoc est, dicis causa, veluti & Gell. lib. 15. cap 27. dixere. Huc confer quod est in collectanea ex Turnebo &c. prouerb. Dicis causa.

Pauperi vitulus est castrum. 41

Vtitur Oldedor. prouerbij specie, pro eo, quod quisque suis quantumuis exundantibus fortunis grauetur, hisce difficilibus temporibus. Suus enim morbus cuique difficillimus est, inquit alicubi Plinius. Nec hoc hac tempestate vsurpandum apud afflictos, quod dici solet, De minimis non curat prætor.

Cogitationis pœnam nemo patitur. 42

Figura prouerbialis est haud dubie apud Vipian. in c. 18. De pœn. Etiam apud vulgus, Cogitationum neque pœna est, neque vectigal vllum ferri censebat Oldendor.

Deuorata verba. 43

In eos, qui quid dicunt, annotántque, sed sine sale & eruditione: vel in eos, qui aure hebeti quid exaudiunt, & non regustata tranmittunt absque reditus & vtilitatis obuentione. Sumptum à ligurientibus & deuorantibus cibum insipidum, vnde nullum gustum vel succum percipiunt. Duarenus: Vt cùm, in veterum ruris auctorum lectione diligenter se exercuerit, si doctrina eorum suauissima, non vorata modò, sed concocta etiam, & in succum ac sanguinem conuersa nondum expletus fuerit, aliorum doctrina se ingurgitet.

More maiorum. 44

Vsitatissimum hoc prouerbium est apud Iurisconsl. More maiorum: quod tum fit, quando quid rectè ac decenter geritur. Nam pop. Roma. maiorum instituta atque exempla pro legibus ducebat, vt Cicero testatur in 2. de leg. bus. cap. 5. de Iurisd. c. 11. de Iust. & Iur. Liuius & reliqui auctores familiariter vtuntur.

Translatitiè agere. 45

Hoc est negligenter, defunctoriè: translata locutione ab edictis translatitiis, quæ nullam diligentiam requirebãt. Martianus in cap. 1. Ad Turpill. Prævaricatorem eum esse ostendimus, qui colludit cum reo & translatitiè munere accusandi defungitur. Et Vlpia. in c. 1. De Tut. par. Et in c. 55. Ad Trebel. Et translatitia officia appellat Plin. in epist. vulgaria & ab omnibus vsurpata. Item Cicero in Verr. 2.

Spinosum aliquid in prato. 46

Prouerbialiter hoc dixit Iustinian. de Concep. Dig. 5. 6. Quasi diceret: in re pulcherrima & venustissima turpe quiddam esse immixtum, quod illam dignitatẽ ac speciem imminuat, vt si in prato viridissimo & amœnissimo spinæ & vepretulæ inessent, quæ ambulãtium pedes offenderent. Ex hoc tamen perrarò, inquit, ne ex occasione huiusmodi lapsus oriatur aliquid in tali prato spinosum.

Non soli Astrida vxores amant. 47

Refert Vlpian. in cap. 13. de adult. ex Homero: apud quem idipsum respondit Achilles Vlyxi, cùm ab eodem rogaretur in castra, vnde causa Bryseidis sibi ab Agamemnone ademptæ abierat, redire vellet. Sextus Cæcilius hoc dictum venustè tranitulit ad eos, qui vxores quamuis iniustas habent, vt adulterij accusatio non minus ipsis, quàm iis qui iustas vxores habent, permittatur.

In Capitolium ascendere. 48

Formula est apud Iurisconsultos peruulgata, pro, triumphum agere, deducta ex more triumphantium, qui in Capitolium ascendentes pulcherrimum fructum victoriæ referebant, vt ait Cicero in Verr. 7.

Heri seruus, hodie liber. 49

Speciem habet prouerbij in eo liberto, qui aduersus patronum arrogantiùs & insolentiùs sese gerit. Vlpian. in cap. 7. De Iniur. Nec enim, inquit, Prætor ferre debet heri seruum, hodie liberum consequentem quòd Dominus ei conuicium dixerit, vel quod leuiter pulsauerit.

Facere totum. 50

Pro, vim potestatémque omnem habere. Iustin. c. 35. de hæredum instit.

SPECIMEN QVODDAM ADAGIORVM QVAE AB IVNIO, CANTERO, ET GISELINO, PARTIM COLLECTA SVNT, & constituta, partim adhuc colliguntur.

Cratetis poetica. 1

Κράτητος ποιητικὴ prouerbiali conuicio, egestas & mendicabulum dicitur. teste Demetrio Phalereo. Occasionem adagio dedit poematium Cratetis philosophi, quo manucam suam descripsit.

Troia non producit Thracem. 2

Ἀνὴρ δ' οὐκ ἔτικτεν ἔτι ποτὲ, Threicium nõ Troia virum produxerit vnquam. Significatur è degeneri prosapia haud nasci generosum pectus. Diuersa ratione dixit Flaccus: Nec imbellem feroces progenerant aquilæ columbam: exitat apud Stephanum. Troiani ob luxum effœminati audierunt: at Thraces bellicosi semper: vnde Thracia Martis domicilium Manlio Antiocho fingitur.

Cambre repetita. 3

De re identidem iterata. Iuuenalis apud quem ita legendum esse sensit Scopa, & præterquam quod idem asserere videatur Pontícus Virunnius in epist. præfixa Britannicæ suæ historiæ, ipse etiam in tribus Pulmanni mei vet. libris scriptum idem legere memini. Fuit Cambre, vicus ad radicem Gauri montis: in quo Capuani à Cumanis dicuntur cæsi. qua de re facta est historia aut fabula Cambre dicta, in scholiis ad fastidium vsque repetita. *Sup. Chiliad. Cambre ha posita mors.*

Domi suæ quilibet rex. 4

Quoties vulgò significamus nos, quæ volumus, liberè & inculpatè in ædibus nostris agere, dicimus nos domi regnum possidere: eò respicit illud Homeri,

Αὐτὰρ ἐγὼν οἶκοιο ἄνα ἔσομαι ἠμὲν ἄνασσα.

Nec ab eo abluit hoc Iuuenalis,

Tu tibi liber homo, & regni comitia videris.

Transferri potest ad animum. Artem enim, quam quis perfectè nouit, sine imperitorum reprehensione quiuis exercere potest. In suo opere auctor, nisi velit, ab eruis limam, spongiam, stylum denique tolerare non debet.

Inter medios collocare. 5

Εἰς μέσους τιθέναι. Cõueniet in res parui pretij. Sumptum à re militari. Solent enim cornua & alæ lectissimis mi-

mis militibus constare: media aetate etiam eos, qui tantum numerum augent, recipere. Aristides, hymno in Iovem.

Manibus habere. 6

Ἐν ταῖς χερσὶν ἔχειν. De re quæ in nostram potestatem venit. Aristid. Isthm. Respondent Latinæ phrases, mancipio dare, accipere, mancipare. Plaut. Trinummo: & in manu esse. Terent. Hecyra. Vxor quid faciat in manu non est mea.

Πλέον ἢ φιλονικία. 7

Absoluta est potestio. De rebus quę finem & absolutionem suam consecutę sunt. Aristid. in Bacchan. Quid φιλονικία sit vide supra.

Cane milite peior. 8

De insigniter feris & immanibus extulit Prud. In Apoth. quo loco veris quatuor abhinc annis à me castigatus est, cùm poeta ostendisset neminem aut philosophiæ, aut superstitionibus adeò addictũ olim fuisse, vt non concedat vno ab aliquo numine moueri omnia ac regi addit:

Ipsud & ipse Numa tacitum sibi finxit haruspex:
Semifer & Scotus sentit cane milite peior.

Vide Comment. nostrum. Milites canes Molossorum sunt: eorum enim reges vt & Mithridates Ponti, corporis custodes habuerunt canes efferatos, quos in hostes ante fugam immiserũt. Talibus nunc vtuntur Armorici in littore Britannico ad custodiendum Archangeli templum. Tales aliquando in quibusdã Graeciæ insulis fuere, solis Turcis infesti. Alij simpliciter accipiunt, de canibus pugnantibus inter se, aut cum feris, ex illo Horat. Epist. 1. 2 Militat in syluis catulus.

Aure tenus experiri tumultum. 9

Ex hoc Christianissimi poetæ est, vbi vrbem Romã inducit Theodosio suo gratias agentem, cùm Gothi potti Ligurum opes, & amœna profundi Padi rura deuastant., Tutum solum victo amne prementes in montibus Fesulanis a Stilicone oppressi essent: versus sunt 2. contr. Symm.

Quæ festa suspendam palliа portu,
Immanis tanto belli, ac te flante sub armis
Liguria, & auertens Getices experta tumultus.

Ita enim legi debent, quemadmodũ auctore me eos Marnessius expressit. Alpetenus enim, quem hic locũ habebit, cùm Gothi in Pollentinis campis exciti sint: accommodari potest ad omnia, repente à vicina imminente plaga nos vllo detrimento liberata: vt ad Germaniam totam, cùm immanes Getæ canes nobis infestissimi Viennam oppugnarent, & totam Siciliam obsessa ab isdem Mente.

Lanterna Hippocratica. 10

De ea medicæ artis parte, quæ stringendo, vrendo, secandóque instrumentis, ignibus & ferro exercetur. Idem in Rom. Trahetur ad quæstus dura percussu, & ipso adipectu crudelia.

In alienam terram transferri. 11

Εἰς ἑτέρους διαμεταβαλεῖν. De rebus longè abductis & valde mutatis. Aristid. in Regem. Sic cùm phrasim barbaram in melius commutari volumus, optamus illam deportari in solas terras.

Vtraque manu cedere. 12

Ἀμφοῖν χερσὶν ἐφιέναι. De iis quæ summo studio à nobis retinemus. Idem Panathenaica.

Talem oportet ducere, aut non ducere. 13

Ἢ τοιοῦτον χρὴ γαμεῖν, ἢ μὴ γαμεῖν. Ex aliquo poeta sumptum videtur. est enim trochaicus versus. Dicetur commodè de homine, qui in aliqua re excellat, & vel ipse sit sequendus, vel alius nemo. Idem, Sermonum sacrorum 4.

Nolis temerè de Hippolyto mentiri. 14

Τὸ ἱππολύτου μὴ ῥᾳδίως ψεύσασθαι. Ex historia sumptum. de nemine mentiendum monet, præsertim qui sit illustris. Simile, τὸ βελλεροφόντου μὴ ῥᾳδίως ψεύσασθαι, oli temerè de Bellerophonte mentiri. Nam & illius historia maximè celebrit. Aristides contra criminantes, &c.

Pentathli similis. 15

Πένθλος. De viro vndecunque doctissimo, & omnifariæ eruditionis opibus instructissimo. εἰς πεντάθλιον. Quinquertiani affinis videtur. Laertius, Theodoretus, Eumathius, Budæus.

Vectisularium visum vincere. 16

Pro, repentè abundare, repentè iterum nihil habere. Sumptum à vecticularijs nocturnis grassatoribus, qui per maleficia ad opes viam affectant.

Coryphæus chorum sequens. 17

Ὁ κορυφαῖος ἐπὶ τοῖς τοῦ χοροῦ. De iis, qui se inferioribus subiicientes dignitatem suam perdunt. Aristides contra prodidores.

Peplo dignus. 18

Ἄξιος τοῦ πέπλου. Aristophanes in equitibus de strenuo & quæstuis pretij homine. Erat peplum palla Mineruæ sacra variis operibus intexta, quam operam sumebant virgines nobiles.

A limbo tunicam absoluere. 19

Ἀπὸ κρασπέδου ἱμάτιον ἀπεργάζεσθαι. Totum è partibus cõstare quis ignorat? dicetur ergo de iis, qui multis ex partibus totum conficiunt. Aristides. Plat. 3 Ex eodem illud simile fluxit, ἀπὸ κλωστῆς ἑνὸς τὸν ἱστὸν ἀπεργάζεσθαι, Leonem ab vngue absoluere.

A bellariis epulum commendare. 20

Ἀπὸ τῶν φραγμάτων τὴν ἀκρόπολιν σημαίνειν. De his, qui res maximas a minimis partibus atque commodis, commendant. Aristid. Panathenaica.

Vulpes pro leone. 21

Ἀλώπηξ ἀντὶ λέοντος. De iis qui suis vitiis virtutis nomen, artis ignorantiæ prætexunt. Arist. Platonica 2.

Vilis amicorum annona est. 22

Horatianum est, quo excusare solemus hospitẽ, impeditum repentino amici aduentu, quo minùs pro dignitate eum excipiat. ipsa Horatij verba, quæ Grammaticis plurimum negotij facessunt, paulò alium, & varium habent sensum. ea adducam: neque enim hic amplius concidimus. Epist. lib. 1. ep. 2.

Vtere Pompeio Grosphe: & si petet, vtere
Defer, ait Grosphum, nisi verum, orabit, & æquum.
Vilis amicorum annona est, bonus vbi quid deest.

In quem locum ita Erasmus in Chiliad. Passim habentur amici, qui petant: qui dent, perpauci. obscœne satis & mire. Landinus: Parvo subuenitur amicis, si boni sint, quoniam modestissima petunt. Alius: Facile est amicos comparare, vbi viri boni indigent. cùm enim viri boni sint contenti parvo, si & pauperiem incidérint, facile est eos sibi amicos facere. Atque hic proximè acu tem tetigisse videtur. Monet enim Iccirũ Hor. vt multum veteris Grosphus: etsi quid petat (periturus vero est non nisi verum & æquum) vltrò deferat. Tum enim comparari, &c. Vilis annona, id est, vrbitas, vt penuria, paucitas. Boni vbi quid deest: vbi necesse est quos boni petant. Paulò aliter Lambinus: parvo constant amici cùm viris bonis aliquid deest. Etiamsi tu locuples & copiosus, in Grosphum, qui tibi beneficio deuinciendus est, & quodammodo emendus, vt eius amicitiam tibi compares, & promerearis, etiamsi inquam præbueris te liberalem, munificum & benignum: talem amicum tamen vtpote rem omnium caducissimam, haud care videberis emisse. Alij aliter, præsertim qui distinguunt post, bonus.

Ne currente rota funis eat retro. 23

Hic elegantissimæ verborum vmbra vtitur idem Carm. 3. 10. vbi Lycen suam admonet, vt, deposita animi duritie, sese in æquam amoris partem recipiat: si fecerit, metuendum ipsi esse, ne fortunæ cursus lætus & secundus aliquando magno ipsius malo in diversum commutetur. Ingratam, inquit, Veneri posse superbiã: Ne currente rota funis eat retro. metaphoram quidã accersunt à rotis, fune circumactis, quo rupto illæ in contrariam partem volumtur: Alij a fune, id est, equo funali, quem σύριγγα Græci, nonnulli Helciarium vocant: vt sit, ne funalis equus in diversum feratur, & sequente rota & curru, quo ipse vehatur, casus præcipiti. Sed multò verius, & facilius mihi videtur quod etiam Gul. Cantero viro doctiss. mihique amicissimo memini mirificè placuisse; Horatium nempe respexisse potius ad machinas illas, rotarum figuram exprimentes, quibus pontes aliáque immensi ponderis onera, subducuntur. vbi si quid peccetur, aut ab opere manus amouetur: tempore puncto, omnes etiam maximi conatus pessum eunt: & quæ antea superba fumine erant & elata, repente concidunt ac in imo destituuntur.

Pro amphora vrceum. 24

Idem initio de arte poetica ex eadẽ plane fornace igneum illud adfert. Amphora cœpit Institui: currente

te tota cur vrceus exit? qua proverbiali locutione ingeniosè & aptè optimus sententiosæ brevitatis magister secúdum artis præceptum, aut, si mâlis primi præcepti appendicem, & simul maioris lucis gratia adductam similitudinem conclusit. Præceperat, vt scripta præsertim magnifica partibus sibi suis, iisque bellè & aptè compositis cõstarent, & vt longa ἐνυπνία aliáque ambitiosa ornamenta ipsam rem principem obscurantia & deformantia fugerentur: Laudabat pictores, qui hoc vitium sua in arte studiosè cauerent. Subiicit deinde, vtrumque, poetam & pictorem, si aliter fecerint, nihil aliud quàm prodituros esse superbam suam inopiam & imperitiam: non secus atque illi, qui amphoram magnum & amplum vas meditati & aggressi, vrceum tandem minimum & alia longè forma vasculum effingunt: & opus auspicati, (vt Turnebi verbis vtar) in opusculum monstrosè desinunt. Licebit commodè torquere in omnes eos, qui oneri susceptо impares succumbunt: item qui temerè ad aliena à re proposita aberrant. Vtitur eodem Hieronymus sæpius in epist.

Dum vitat humum, nubes & inania captat. 25

Ex eadem officina prodit illud, quo licebit ineptũ scriptorem irridere, qui sermonem rei aut personæ nõ accommodat, sed aut nimium abiecto & famulari oratione vtitur, vbi grandi & elata opus erat: aut contrà. Horat. De arte poet.

Verùm ita risores, ita commendare dicaces
Conuenit Satyros, ita vertere seria ludo.
Ne, quicunque deus, quicunque adhibebitur heros
Regali conspectus in auro nuper, & ostro,
Migrèt in obscuras humili sermone tabernas:
Aut, dum vitat humum, nubes & inania captet.

Castigat Hor. poetas qui præter decorum diis & heroibus tabernariorũ & opificum orationem tribuunt: & contra opificibus magnificentiam verborum planè heroicam & cælestem. Metaphoræ rationem nos natura docet, vt ab Icaro aut alunde non opus sit eam arcessere. Non inuenustè eadem quadrabit in eos qui nulla in re medium tenent: sed vt plurimum in alterutram partem peccant. Similiter, migrare in obscuras tabernas, non malè vsurpabimus pro, abiicere se, & infimo hominum genere digna in se admittere.

Fusio surdaster. 26

Vereor ne me alij dicant non tam colligere hinc inde adagia, quam excũdere & violentè pro animi libidine proprè dicta transformare: quòd vbique non multos auctores laudemus, neque in adductis exemplis vulgatus ille accentus audiatur, ὄνειρον, φανὸν, &c. Nihil moror. Tantum cupio, meminerint ij, nos dicis causa ex maculatissimis aduersariis hæc depromere: neque nos aliis finibus, quàm principes parœmiographos, circumscribant. Videor igitur mihi surdiorem aut somnolentiorem Fusio posse appellare eum, qui preces parentum, fratrum, aliorum amicorum, cùm ex officio deberet, non admittit: aut qui, quod videtur posse capere, vel non potest, vel non vult. Et somnum Fusij, vocat eam sim ea omnia, quæ, cum simulatè tantum & ex composito agi putantur, vere fiunt & serio. Horatij verba ex tract. 3. sunt hæc: *clamet amica*

Mater, honesta soror, cum cognatis, pater, vxor:
Hic est fossa ingentibus vtrè maxima: fossa:
Non magis audierit, quam Fusius ebrius olim
Cum lympham vdorum Castorea mitte ducentis,
Mater te appello, clamantibus.

Dixerat paulò ante esse duo genera, (vt Xenophontis verbis vtar) μανιῶν. καὶ μὲν δὴ καὶ δεινὰ διάκειται καὶ ὁ ἔχων τὴν μανίαν φεύγεται. Secundi generis exemplum hic proponit. Alludit verò ad historiam huiusmodi: Huius actor tragicus agebat Hecubam, siue, quod idẽ putatur, Ilionam, Priami vxorem, eique cùm somnus simulandus esset, adueniente & inclamante Cæsone, qui Polydori à Polymnestore occisi partes agebat, ferio ipse dormiit vino obrutus. Apparet autẽ historiam tum valdè in ore vulg: fuisse, cum Cicero amplius ter eam attingat, nominatim ex Attij. vt putatur tragœdia, Polydori verba adducens: *Mater, te appello, quæ curam &c.* pro Sex. Ro. Tullian. 1. Academic. 2. Per Lauinam vide num in eius accipere possis ipsam tragœdiam Attij, ita dictam: quam Hecubam Priami vxorem, vt sit, edormit Thoantis, id est, fabulæ suo somno finem imponit, &c. vt remouerat orbem, pro, mouenda transmiserat. Diximus in Notis nostris ad Metamorphoses Ouidij.

Trahere caudam. 27

Ibidem vsurpatur pro, in numero stultorum hominũ esse, sibilis & risu excipi. Nihilo, inquit, vt sapientior ille, Qui te deridet, cadum traheret. De origine prouerbij summa contentio. Plerique eam repetunt à puerorum more, qui eorum, quos irridẽt & cognominioso vulgi clamore subsannari volunt, tergo animantium caudas alligant. Adpingerem commentum meum huic non dissimile, ni vererer, ne me alij hoc meo adagio ornent, & seipsi caudam trahere iudicẽt. Turnebus accipiendum putat pro sibi placere, & se sapientem seu saperdam putare: adque ex eo, quod eorum, qui talari toga pallave ornati longo syrmate terram verrunt, incessus soleat magnificus esse & superbus. adducit idem alterum Horatij exemplum: traxitque vagus per compita vestem, idest, magnificè incessit saltans.

De plebe. 28

Non lubens facio, vt vnam tantùm dictionem, quocunque ex migrauerit, in adagiorum numerum recipiam: sed cùm optimi quique eam sibi legem nõ præfixerint, licentiùs etiam nos his pagellis illudemus. De plebe igitur aliquorum esse, valet infimum locum tenere, numerum esse: vt apud Romanos plebecula, quæ solo numero suffragia augebat, erat vilissima populi pars, ære & fœnoribus grauata Ouid. Metamorp. 2. agens de Deorum gradibus: Plebs, (intellige, deorum) habitat diuersa locorum. & infra Iuppiter apud Inachida se venditans: Prætide tota deo, &c. Nec de plebe deo: sed qui cælestia, &c. similiter Hor.

Si quadringentis sex septem millia desunt,
Est animus tibi sunt mores, & lingua, fidesque:
Plebs eris. at pueri ludentes, rex eris, aiunt, Si recte facies.

Vbi, plebs eris, videre quis non ineptè dicat, nullo eris numero, nulla auctoritate & existimatione. Hinc plebeam vestem vocant Cic. Lucretius, & alij, eam, quæ vilis est & famularis. Huc refer, quod eode modo dicit Terent. And. 3. Actu. 4. Scena. Vulgum seruorum deludere heros. Hæc nos eodem sensu conformabimus. Vulgus eruditorum, medicorum, &c.

Tragelaphos fingere. 29

Τραγελάφους πλάττειν dicitur, qui, quod nusquam in rerum natura existat, commiscitur. Aristophanes. Nazianzenus. De Tragelaphis, quos nonnulli Hircoceruos vocant, vide Solinum.

Ad inferiora se conuertere. 30

Μεταστρέφεται πρὸς τὰ χείρω. Cõuenit in eos, qui semper inferioribus opem ferunt. Sumptum à nauigantibus, qui ea eandem ferè partem, in quam nauis, inclinant. Aristid. Leuctrica 4.

Communibus ostiis excludere. 31

Κοιναῖς τοῖς θύραις ἀποκλείειν. Dicetur de iis qui cõmuni opera malum aliquo propellunt. Sumptum, ab iis, qui continuas habitant ædes, & vt fit, communes habent portarum exitus. Illi enim si conspirent, facile quem volent, domo amolientur, & excludent. Idem Aristid. prima de Societate.

Εὐκοπὰ χάριτος τῶν θεραπόντων. 32

Leuis est laudis gratia. Dicetur de re non valde operosa, qualis est commendatio, laudatio. Idem de cõdia. Et vulgata est monitio vt liberales iuuus eorum officiorum, quæ nihil afferunt impendij.

Communendo ferre. 33

Μύκητα φέρειν. In eos, qui patienter aliquid ferunt. Sumptum ab iis, qui clausis oculis ictum accipiunt, vel pharmacum bibunt. Idem in Rhodiaca.

Subrostrani. 34

Sic dicebantur olim homines inerte in otio degẽtes, qui totos dies sub rostris desidentes, rumores vanos aut venabantur, aut ipsi confingebant. Transferri potest ad omnes rerum nouarum immodice auidos: quo nomine quidam egregie celebris Louanij meo tempore ad penum semper æquè instructam, Calepini nomen promeruit, quod etiam agnomen si aliis illi similibus (nusquã desunt) hodie tribuerimus, ille quidem hac gloria, nos autem adagione non inelegante ditabimur. Cælius epistola ad Ciceronem. Eodem pertinet, quòd otiosos & à reipublicæ muneribus vacuos vocarint εἰς ἀγυιᾶς τῶν ἀγορῶν. Otiosus sit tanquam nihilo

huio plus illis in commune conferentes, quàm quod se publice ostendant.

Telo non æquè opus facto est. 35

Epidicus Plautinus amplificans vtilitatem & necessitatem consilij quod coram senibus in rem heri sui proponebat, Opus est, inquit, homine, qui illò argentum deferat pro fidicina. Nam telo non æquè opus facto est: quasi diceret, Tam nobis opus est homine ad hanc rem exequendam idoneo, quàm ad belli prius indicti adornationem, & actionem comparatio telorum, reliquique bellici apparatus. metaphora igitur omnibus nota: Valde dubito, an hoc hemistichium ab alio antiquiore poeta, sumptum & vulgatum eo tempore, vsurpauerit. Commodè nos idem nostrum faciemus, vbi nobis aut aliis re aliqua, aut facto nullum vsus erit.

Exenterare. 36

Ibidem senex à seruo deceptus: Perij hercle si isthæc vera sunt planissimè. Meum exenterauit Epidicus Mersupium, pro, marsupium inaniuit, exhausit, & vt suprà notauimus, ipsi aluum laut. Phrasis merè Plautina, ipsique multis in locis eodem aut planè simili sensu vsurpata: & nisi me fallunt variæ lectiones, quas vetustis membranis loan. Sambuci acceptas refert Plantini nostri Plautus: etiam restituenda in Mostellaria, vbi Danistæ ipsa agenti sorte non contento, sed insuper postulanti fœnus sibi reddi, respondet Tranio, vix esse, vnde sortem herus dissoluat, nisi ille se patiatur penitus exenterari, & eiici in exilium. TR. Sortem accipe. DA. Imò fœnus, id primum volo. TR. Quid tute hominem, hominum omnium teterrime, Venisti huc exenteratum? agas quod in manu est. Non dat, non debet. DA. Non debet. TR. nec erit quidem. Ferre hoc potes, an mauis vt aliquò abeat foras? Vrbem exbl linquat factis hîc causa tui: Cui sortem vir dare licebit? &c. Viden' vt hac emendatione sensus efficiatur planissimus, & numeri per syncopen Comicis familiarissimam bene procedant? Quid quòd Celsæ idem iisdem pene verbis efferant? Aiunt enim: *Me tirerau-ta les boyaux hors du ventre?* Atque ad hanc vocis migrationem accedit tertia æque elegans: videlicet pro, angi multum molestia aliqua, & quasi enecari. Stratippocles in pedico: Expectando exedor miser, atque exenteror, &c. Proprium huius verbi domicilium est in piscium apparatu, quibus τὰ ἔντερα seu interiora, priusquam coquantur, eximi solent. Vt autem huc adagio manifestum ex nostris obseruationib. adiectamus poeta in hac oratione aliter atque aliter efferenda tam varius est, quàm ingeniosus. In Bacchidibus, Chrysalus seruus de negotio furario Mnesilochi heri sui causa solicitus, & Nicobulum senem aggressurus,

Exteram ego. inquit, *illum pulchrè iam si dij volunt,*
Haud dormitat dum est: est opus chryso Chrysalo.
Adibo hunc quem quidem ego hodie faciam hîc arietem
Phryxumque tondebo auro vsque ad vmam cutem.

Q. d. Vt arietem Phryxus aureum velus exemit ita ego illum tondebo, &c. Historia nota est de Phryxo & Helle. Idem Chrysalus, seruus frugi & nomine suo non indignus, optimus nempe auri ab hero per sycophantias auferendi magister, paulò pòst triumphans de vincenda etiampum Troia sua, & equi Dorei sui (literis dico ab ipso falsò subornatas) virtutem commendans ait:

Excidium, exitium, extelebra fiet hic equus hodie auro suis.

Quo in versu tertia loco metaphora proximè & suauissimè alludit, & duarum priorum, quæ aliquoties duriores videri possent, aptissimum est condimentum. Non lubens excedo ex hac fabula, adeò in hoc genere pascit hominem & saturum iam, nondum tamen exsatiat. Decerpam verò, non nisi bellissimum quodque. Nicobulus sentiens tandem, quàm magnificè à seruo suo tractatus esset, eáque gratia cum Bacchidibus expostulans, propemodum tamen etiam ab eis victus, ait:

Satis satis iam vestri est conuiuij: me nihil pœnitet, vt fim acceptus.
Quadringentis Philippis filius me & Chrysalus circumdederunt.

Exstat eadem locutio in Pœnulo, Pseudolo, & sæpe alibi. Tralatio eadem quæ in verbo circumuenire: ambages enim non extrema sunt fallendi via. Vnum prius addam, quàm ad alia transeo. Epidicus, qui nescio an Chrysalo hac in arte quicquam concesserit, fallaciæ suæ dexteritatem extollens, & pretium illius, vti putabat, iustum, libertatem efflagitans: fateor, inquit, datas triginta minas:

Et eo argento illam emisse amicam filij fidicinam,
Pro tua filia, ibi adeò te triginta minis.

Metaphora ab iis, quæ ex insidijs telo, visco aut aliter petuntur: qualis in illo Heautont. Intendenda in senem fallacia. Plura huc adpingere præsertim viu frequentata, opus non est: nisi forte illud, cuius vsus vulgò satis est incognitus. In extrema Curculione Phædromi ad Militem verba hæc sunt: Miles quæso vt mihi dicas, vnde hunc habeas annulum, Quem parasitus hic de eluit.

Detergere mensam. 37

Vt seruis conditione parasiti proximi sunt ita, in eorum quoque moribus lepide & copiosè exprimendis, idem comicus vrbanam suam rusticitatem ingenij varietate amœnitatèque temperauit: adeò vt non verear dicere, ipsum Græcis omnibus si non antestare, certè optimis parem esse. Et quidem suprà in prouer. Sardaginum pernicies, Iunius noster ex isdem fontibus vnde propediem suum omnigena lectione instructissimum Nomenclatorem emissurus est, pleroseque parasitorum titulos vulgò inauditos proposuit. Nos verò hic vno contenti erimus, dum cætera opportunior loco expoliamus. Parasitus mitto Menechmorum: Inuentus nomen fecit Periculo mihi: Ideo quia mi nisum, quando edo, detergeo. Similitudinis ea est ratio, quòd ab iis, quæ tergentur, omnia adhuc ita, vt lordes antè sentes, impedimenta aliáque auferri soleant. Græci verò, audaciores Latinis, parasitum fingunt post ablumptas epulas mensæ impositas, attodere, imò deuorare ipsas mensas, vocant enim κατατραγεῖν & τραπεζοφαγίαν.

Ibidem vnà traho. 38

Megaronides in Trinummo accusans sese, quòd tam temere, ex solo populi rumore, ad amicum innoxium castigandum profiluisset, & vrbanos assiduos ciues, quos icurras vocant, detestans:

Atque, inquit, egomet me adeò cum illis vnà ibidem traho.
Qui aliorum verbis falsis acceptor fui.

Innuit sese iure isidem accensendum esse, aut saltem ab eorum moribus non adeò longè abesse; quòd tam faciles & obsequentes eorum stultiloquentiæ aures dedisset. Paulò item infrà, vbi Lesbonicus cum seruo suo rationem putat, quibus in rebus XL. minas, pretium venditarum ædium sumpsisset, LL. Minus hercle in hîce rebus sumptum est sex minis. ST. Quid, quod dedisti scortis? LE. isidem vnà traho. Significare videtur adolescens, se isidem esse, & in eo, quantum scortis datum esset, supputando, etiam occupari. Tractum cuiquam videri possit à vetulis pompæ alicui longæ immixtis, vnaque cum alijs septantibus. Nihil tamen affirmo.

Elephanti corio circumtectus. 39

Cùm teste Cic. de Nat. Deor. elephas acutissimi sit sensus, & nulla belluarum eo sit prudentior: mirum cuiquam videri possit, cur Palæstrio velens Pyrgopolinicem suum isidem laudibus honestare, quibus Gnatho Terent. suum Thrasonem: inquiens fatuum esse, insulsum, tardum, stertere, nasi esque & dues, cur inquam, eum circumtexerit elephantis pelle, ait enim, Herus meus elephanti corio circumtectus est, non suo. Neque plus habet sapientiæ, quàm lapis. Verum respexit: ille, non ad naturam animalis, sed nudam pellem, quæ quo durior est & crassior, hoc bellux est congruentior & magis propria: quo autem tenerior & delicatior, hoc homine magis digna, & diuino eius ingenio adcommodata. Atque ob hanc causam Gellius noster ὑγιαίνων primo Germanos recens natos puellos frigidæ immergentes, quò densiore duriorèque ita cute, optimo iure irridet, suorúmque librorum lectione interdicit, vt qui non tam homines, quàm asinos aliáque animantia educant. Non prætereundus hoc loco salsissimus iocus, quo, occasione elephanti, qui è Lusitania, per Belgicam nostram in Germaniam mittebatur, Louanij hospes meus humanissimi Lucas Mera, vt est ingenio faceto & liberali, hominum illud genus notabat, qui, vt idem Gnatho aiebat, se esse primos omnium rerum volunt, nec sunt: inquiens, plus satis hic & alibi esse elephantorum, id est, vt Latinè etiam loquimur, maximarum ineptissimarumque belluarum, elegantissimè attestante enim Plin. 8. cap. 2. terrestrium animalium elephas maximum.

Occisa sus sapè plus multò sapit. 40

Festiuus senex Periplectomenes lætus de successu doli, quo deceptus Sceledrus, id quod viderat, putabat se non vidisse, & id quod sciebat, nescire: ait: Sat edepol scio, Occisam sæpè sapere plus multo suem. Cùm manducatur, ne id quod vidit, viderit. Nam illius oculi atque auris, atque opinio Transfugère ad nos. Ludit in ambigua notione verbi, sapere: ex eo, quod sapidissima omnium quadrupedum sit suilla caro: quodque stolidus seruus iste non saperet, an vidisset, quod viderat, nec ne. Suem potius, quàm aliud animal nominat: quòd inter omnia nullum eo sit magis indocile & brutum: cuius nobis fidem facit tum ipsa membrorum conformatio, tum flaccidus & obtusus calor multo pingui immersus, & crassissima pelle vndiquaque conclusus. Hinc alimentum & domicilium istis cœnum sordésque omnis generis. Belgæ tardum huiusmodi hominem notantes, æquè ac Plautus venustè: imò venustius & verecundius. Isidem vt hic, ludit in Pseudolo: in eodem verbo, sapere. vide doctiss. castigationem Turnebi Aduers. 20. 10. Propterea ve ò, quòd hoc animal maximè omnium pinguescat, adeò vt immobile interdum reddatur: etiam obesum & pinguem, porcum appellarunt. Cat. in Egnat. At porcus Vmber, aut obesus Etruscus. Pomponius Verulonibus: Porcus est, quem amare cœpi, pinguis, non pulcher puer. Ita enim vtrumque in hunc locum nobis ingeniosissimè restituit patre tanto digniss. filius Iosephus Scaliger. Menander de Dionysio tyranno, cuius edacitatem & aqualiculum describit Athen. 12. μεχρὶ γὰρ οὗ ἔκυπτε βαδίζων ἔφα. Obesus etenim sus premebat os viri.

Cinerem quærere. 41

Ibidem vsurpatur pro, esse abiectum, vile & sordidum. ab actione vt opinor, quæ vna est inter cæteras abiectissimas mediastini functiones, Pyrgopol. laqueo Milphidippæ & Palæstrionis iam propè adstrictus: satin' hæc quoque me deperit? Meam laudat speciem: edepol huius sermones haudquaquam cinerem quærunt. PA. Quo argumento? PY. Quia enim loquitur lautè & minimè sordidè. Tum ipsa nimium lepida nimísque nitida femina. Alij putant militem iis verbis dicere, debere eorum sermonum perpetuam esse memoriam. sed sequentia non videntur satis hanc interpretationem admittere. Aliorum iudicium facio.

Musca est. 42

Charinus in Mercatore. Musca est pater meus: nihil potest clam illum haberi. Nec sacrum nec tam profanum quicquam est, quin ibi illico assit. nota est muscarum natura quouis se ita confertim penetrantium, vt nulla re abigi possint. vnde & parasiti muscæ. Quadrabit in omnes alienarum rerum mirè diligentes, suarum negligentes, item eos, quibus vnum studium est, omnia inquirere. Aggeram ex eodem pauca eius generis. Palæstrio ad Pleusidem: Sed speculabor, ne quis aut hinc à læua aut à dextera nostro consilio venator assiet cum auritis plagis. Idem paulò infrà ad Pyrgopol. Circumspicito, dum, ne quis nostro hic auceps sermoni siet. Et mox Milphidippa: Nunc quisnam hinc propè adest, qui rem alienam potius curet, quàm suam: Qui aucupet me, quid agam, qui de vesperi victum suo? Atque hæc quidem ab aucupibus mutua accepit, vt à fabris illa Pægnij verba eiusdem cum prioribus notionis: Nunquam hercle istuc exterebrabis tu id est, vt simili, sed notiore metaphora vtar, exculpes, vllo modo resciscès.

Benefacta benefactis aliis pertegito, ne perpluant. 43

Monet Philto Lysitelem suum, vt, cùm se semel ad bonam frugem recepisset, porrò pergeret: alioqui futurum vt totam rectè anteactam vitam vna atque altera macula statim deturpet. à lignorum strue quæ sub diuo posita si rara est aut exigua, lapsu pluuiæ ad imum vsque, fatiscem situ & putredine exabescit. Cicero Philipp. 14. Nec dispersis bustis humili sepultura crematos, sed contectos publicis operibus, atque muneribus, eáque extructione, quæ sit ad memoriam æternitatis ara virtutis.

Mutuum sumpsit. 44

Amphitruo vxorem stupri accusans, Quid illac impudente audacius? Saltem tute si pudoris egeas sumas mutuum. id est, etsi omnem iam pudorem fortasse deposueris, debebas saltem eorum manto dissimulare; & mihi adscititio pudore imponere, eorum more, qui alienis opibus suam tegunt inopiam. Eadem forma, si quando in homine luxu perdito continentiam, in auaro liberalitatem, in inhumano affabilitatè notabimus, non illepidè addemus ea mutuo sumpta esse.

Quis istic fluuius, quem non recipiat mare? 45

Palinuri est dictum in Curcul de anu multibiba & merobiba: cùm herus Phædromus sinum cum vino afferret, polliceretúrque seruo, quod vini anus reliquum inde esset, id ambobus sibi satis fore. coniiciebat nimirum seruus, tam facilè illam totam lagenam exhausturam esse, quàm facilè omnes fluuios capit mare. Dicemus idem scitè de homine copioso & auaro, quem nullum lucrum exsatiat. item de librosum helluone, quem nihil fugere potest.

Liquida tempestate liquidior. 46

Tranio in Mostell. de patre filio minimè irato. Tam liquidus est, quàm esse tempestas solet. Periplectomenes in Milite de se. Opus leni? leniorem dices, quàm mutum est mare: Liquidiúsculusque ero, quàm ventus est Fauonius. Monstrosas aliquis putarit esse tralationes: sed profectò è media rerum natura arcessitæ sunt. quid enim aere puro, sereno, & quasi renidente lætius, blandius? Fauonium nominauit alludens ad vocis etymon & venti naturam: qui, vbi maritimus non est, verè est ἐυφόρος. At vnde, inquis, liquidum est serenum? Sunt qui putent liquidum primaria notione idem esse quod humidum, & deducunt à λείχω. Mihi verò, ab eo tempore, quo apud Prudentium eam vocem toties attributam videbam aëri, spiritui, menti: longè aliud in mentem venit: nempe eam propriè valere fluxile, λεῖον, facile in omnes partes loci sui sese spargens: vt respondeat ὑγρῷ suo, liquare. Ausus sum etiam non semel inter æquales meos adiicere, descriptione illa (difficulter finiri termino suo, facile alieno) liquorem potius notari, quàm madorem seu humidum aquæ, teste Arist. meteor. 4. maxime proprium: cùm liquor proprius aquæ minime sit, qui potiùs aeri & igni peculiaris & indiuulsus ineft. quo enim corpus rarius est, hoc facilius alieno termino formatur. liquet de nostro igne, qui tamen de genere mistorum est. quid de illo simplice, & puro puto elemento tarissimo existimandum? Atque hac ratione cùm ignis & aër liquidissima sint corpora, ideóque maximè limpida & tralucida seu λαμπρὰ: factum puto vt liquidum etiam pro claro, puro, sereno accipiatur, opponaturque turbido, impuro, fæculento: quod quo magis tale est, hoc minus per continentis loci partes omnes esse extendit, eóque longius à liquidi ratione abest. Affinxerunt istis alij, diffusione res percolari paulatim, eóque liquida pro claris poni. Verùm hoc commentum illi sibi habeant. quid enim igni & aeri cum cœlo aut quid opus tam longè ad impura mixta abire, præsertim cum ea neque omnia, neque primaria ratione per diffusionem percolentur. Hæc etsi nuper cum aliis communicauerim priuatim: quia tamen ab iis non satis rectè accepta video, publicare volui.

Arundo alas verberat. 47

Abutar hoc titulo, & more vinitoris complures simul malleolos hac scrobe defodiam, dum oportuno tempore eruros, loco & ordine ipsis digno ponam. Pistoclerus Bacchidum blanditias habens suspectas, Dux, inquit, vnum expetitis palumbem, perij, arundo alas verberat. id est, sentio me irretiri: tacti sunt pedes visco, & quo auolaturus diutius alas moueo, hoc magis viscatis arundinibus impediuntur. Chrysalus infrà: Nunc ab transenna hic tardus lumbricum petit. Pendebit hodie pulchrè: ita intendi tenus. Vide Turn. Aduers. 5. 9.

Mercurius ad Amphitruonem in appendice: Noui te hominem molestum, qui non emas litigium. hinc confirmatur Turnebi emendatio legentis, lites emunt, pro lites ferunt. Aduers. 15. 8. cap. Sosia in Amphitr. Non ego tum vino simul ebibi imperium tuum. qua forma Cic. in Lælio: Quod summi puerorum amores sæpe vnà cum prætexta toga deponerentur. Pistoclerus in Bacchid. Sultior es barbaro Potitio, vide Camerarij annot. & Festum. Chrysalus in Bacch. de sene mendacijs ipsius credulo ille est oneratus rectè, & plus iusto vehit. Sic & Tranio in Mostell. Ego homines habeo clitellarios. Magni sunt oneris, quidquid imperas vehunt. Idem Tranio: Mali mœroris cõspicatus sum montem maximum ad portum. mira au-

Tesis & audax, vsurpata tamen etiam à Charino in Mercat.

Soficles in Menech. Certè hæc mulier canterino ritu hic adstans somniat. Celtæ: *plus fatalitque que la male dia Pape.* Turn. lib 18. cap. 15. Mænechmus sum. Di illum perdant: ita mihi hodie corrupit diem, id est, non fuit me frui illo vt optabam. Sceledrus in Milite. habent me venalem, id est, conantur fallere. Charinus in Mer. Deos absentes testes memoras, quì credam tibi? In Amph. Mulier es: audacter iuras. Pseudolus. Occisa est hæc res, hæret hoc negotium, id est, res desperata est, & deposita. Charmides in Trinum. Res cùm animam agebat: rum offusam oportuit. sup. apud Cognatum. Pseudolus ab Ballionem: mortua re verba facis. sic mortuas facit alibi potationes, & bonos mores morbo inuadi, ægrotare, intermori. In Trinummo bis dormitatorem, id est, vt Turnebus explicat, furem vocat, noctu ad sua furta euigilantem, Hesiodus ὑπνόμορον.

Vtramque inflare tibiam. 48

Εἰς ὑπτίους αὐλεῖν αὐλόν. In eos qui omnem mouent lapidem. Aristid. de paraph. Simile, ὀρχεῖσθαι δισσήν, saltare bisariam. Ibid. Et δισσὰ κρούειν bisariam pulsare. Item μέσον δυοῖν καθεζόμενος, inter duas sedere. Idem Sicula 2.

Aggeram plura etiam diuersissima, sed modo quo antè, μίσγειν ἐμοὶ τὰ πλείω, pro, eius negotij non sum planè rudis. Idem Caprearum rupes. Claudian. extulit de regia crudelis & libidinosi principis. vide Sueton. in Tiberio. Satyrion bibisse, pro ad libidinem incitatum esse. Nota vis satyrii herbæ, & etymon. Petron. Hyeme Gallica frigidior. intelligit eam, quæ ad Septentriones vergit. Idem. In aquam hiante ore desilire, pro appetentem esse mortis. Senec. in Nat. quæst. Ὀψεσθαι ἁρπαγῆς, prandium ferarum, cuius nemo fit particeps. Scaliger in Varr. ex Plutar.

Pauperis est numerare pecus. 49

Ex multis adagiis, quæ ex nostrorum hominum scriptis obseruata, nec dum ipsis auctoribus, vnde imitatione expressa esse arbitror, restituere potui: vnum hic proposui, quod elegantia & venustate nulli dictorum concedit. Vsus est eo Murerus in Variis lect. laudãs Pauli Manutij in restituendis auctoribus industriam & ingenium. Item Ioach. Camerarius in carmine, quod Macrobio à se doctissimè castigato præfixit. Verissimè autem & merito suo vterque vsurpauit. Nam modò rem ipsam fateri velimus, quicquid illud est, quo magnam partem adeò miserè & ridiculè efferimur, omne illud talium hominum labori & eruditioni acceptum ferre debemus. sed nolumus, imò id vnum studio habemus, illorum studia premere, nostra magnificè nusquam non ostentare. Et, vt iure quodam id facere videamur, mirum quas nebulas & offucias rudiorum tenellis oculis obiiciendas excogitemus. In primis vt nos ab eruditiorum vulgo segregemus, antiquitatis nomen è vetusto scribendi more, pronunciatione, & lucifugis aliquot voculis aucupamur. eáque re non monumenta ipsa veterum, sed à nostris hominibus scriptas in illa annotationes, commentarios, conlectanea magno studio & singulari arte pervolutamus: inde bellissima quæque seligimus, & tam diu inter se componimus, donec noui aliquid extudamus, aut saltem rei iamdiu inuentæ nouam faciem induamus. Inde maiori animo auctorem è multis vnum nobis sumimus, in quo omni animi contentione laboremus. cauemus tamen ne in auia, & nullius antè solo trita loca veniamus, imò quo alij diligentius nobis viam muniuerint, hoc lubentiùs huiusmodi opus capessimus. minimo enim negotio superiorum laboribus culmen detrahimus, cùm aut laudatos semel, itrenuè porrò tacitè contemnimus, & grauiora errata loco maximè conspicuo & illustri prodimus, aut noua annotationum forma rectè olim dicta, vt inaudita proponimus, traiicientes, addentes, commutantes. mille enim hic nocendi artes. Interea bonorum omnium familiaritati, vnde aliqua obseruationum spes est, nos adiungimus: ab iis, quæcunque vi ingenij aut multo studio sibi ipsi pepererunt, bonáque fide ab amicis acceperunt, expiscamur, exsculpimus omnia. Denique vbi nihil reliqui sublegendum: nos eadem mente iisdémque animis aliò traducturi, vltro amicitiam illam sanctam non diluimus, sed præcidimus, adeóque familiares nostros quocunque modo lacessimus, irridemus, vt iisdem alienos perpetuo fuisse nos alij iudicent. Atque hæc omnia, vt nostrum hoc nouem Musis cælatũ opus exornemus, & extendamus. Neque enim nostris finibus nos circumscribimus, sed in omnia præsertim amicorum scripta nos impudenter ingerimus: in quibus modò parum liberaliter corrasas quinquaginta circiter emendatiunculas proferre audeamus, Deum immortalem, quæ orationes, qui triumphi, Statim se erumpunt, magnifica illa epiphonemata: vt Clementem purgemus: si fieri potest omnino: Eum poetam quia nunc, vt opinor, ferè totum vindicauimus mendis innumerabilibus, &c. Quid multa? Alij cùm sexcenta loca restituerint, nihil egerunt, nobis omnia debentur, absque nobis esset, vilesceret auctor, ad Pharmacopœos amandandus. Hæc amice lector, nostra studia, hæc ætas. Ita humanioribus literis nihil hodie immanius.

ADAGIA ALIQVOT MELCHIORIS NEIPEI BREDENANI

NVNQVAM ANTE HAC EDITA.

Oculus Dei fortissimus. 1

ΘΕΟΥ ὄμμα ὦμα. Nemo nescit multas veterum oraculorum sententias, quemadmodum & poetarum, in primis Homeri, μεγαμῶν vice fuisse celebratas, posséque hodie etiamnum celebrari. Ex his impensè placuit illud ab Eugubino adductum ex Porphyrij Ἐλογίων φιλοσόφων libro. Nam Dæmon interrogatus, an quis peccans Deum latère possit, respondit hoc distichon,

Οὐδὲν ἀλανθάνει μὲν Θεὸν, οὐδ' ἐνοπήν
Κέρδιον, οὐδ' ὅσσοις ὑπερφίαλον ὄμμα δέδυκεν.
Nemo Deum fallit vsum non effugit acrem,
Qui versare dolos verbis fallisque paratus.

Huius rei velut causam explicans Apostolus de Christo ita loquitur, Heb. 4. Οὐκ ἔστι κτίσις ἀφανὴς ἐνώπιον αὐτοῦ, πάντα δὲ γυμνὰ καὶ τετραχηλισμένα τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ, id est, Non est creatura coram eo inconspicua, sed omnia nuda & resupinata oculis eius. Philo quoque ἐπιγράφων 2. ὁ Θεὸς ὅλος ἐστὶν ὀφθαλμὸς καὶ ἀκοὴ, ὡς ἐφορᾶν πάντα καὶ ἐπακούειν, id est, Deus totus est oculus & auris, vt cernat omnia & audiat. Ab hoc non dissentit Hesiodi illud Operum lib. primo,

Πάντα ἰδὼν διὸς ὀφθαλμὸς καὶ πάντα νοήσας.
Omnia conspiciens oculus Iouis, omnia lustrans.

Plutarchus in symposio, Arionem, quem nautæ salo demerserant, inducit in cælum suspicientem, sicque secum cogitantem. οὐκ ἔστιν οὐδὲ τοῦ Διὸς ὀφθαλμὸς, ὃς πάντα πάντως ὁρᾷ καὶ ὁ Διὸς τὰ παραπλήσια ἀεὶ χαίρει τε καὶ βοηθεῖ. Quod non vnus iustitiæ sit oculus, sed omnibus his speculatus Deus circumquaque, quæ terra ma-

rlque geruntur. Vsus erit præcipuus, quando aliquem à peccando deterrere volumus, metu diuinæ præsentiæ, hoc modo: Si proximo tuo inferre malum, vt meditaris, pergas Σὺ δίκαιον ὄμμα.

Deus hoc habeat decus. 2

Sumptum est ex Simonide, & Platoni Aristotelique vsurpatum adagium, quo vtemur in deprecandis rebus nostras vires superantibus, solúque Deo factu procliuibus. Sic enim vtitur Plato in Protagora, vbi docens solum Deum verè bonum esse, hominésque non facilè bonos euadere, neque posse si quam nacti sunt bonitatem perpetuò manere, his verbis vtitur, ἓν μὲν δὴ καὶ μόνον ἀγαθὸν χαλεπὸν ἀληθῶς. οὐ γὰρ οἷόν τε ὅτῳ μὴ παρέστηκεν ἢ παρῆν ἢ ἔσται ἐν τούτῳ εἶναι, ἢ ὃ νῦν δὴ ἔφαμεν ἀγαθόν, κἀγαθὸν εἶναι, ἢ ὃν ἐκεῖνον. ἀλλὰ θεὸν μὲν οὐκ ἔστιν ὅπως οὐκ ἔχει τὸ γέρας. id est, Hominem quidem virum bonum arduum tanè est: licet verò ad tempus aliquod esse. verùm cùm fueris, in hoc habitu permanere, virumque bonum esse, impossibile & non humanum. at Deus hoc habeat decus. Aristoteles in Metaphysicis ὅτι καὶ Σιμωνίδου, θεὸν ἂν τοῦτο ἔχειν τὸ γέρας. videtur hemistichium Choriambicum esse.

Cunctabundus natura Deus. 3

Μέλλησις θεῶν, καὶ ἡ τῶν φύσις, Cunctatio almo numini vique propria. Senarius est alicunde desumptus ex Euripide, qui sententiarum grauitate, vel Fabio teste, summis quibusque philosophis par est, cuiusque tragœdiæ semper magno apud eruditos omnes in precio fuere. Nihil enim hic Aristophanis dicacitatem moror, qui nescio quo æmulationis studio, certè inuidiæ odioque plenas habenas effundit, non solùm in religiones partim peregrinas, partim domesticas, quas perpetuò vexat ac suggillat, & vt Græcè dicam aptius, χαριζόμενος. verùm etiam Mortimum, Pindarum, aliósque tam sui seculi quàm prioris poetas miris sanè modis exponit deridendos, qui Euripidi tam fuit iniquus, vt nusquam non captet occasionem traducendi eum. Qua acerbitate prouectus ad rabiem vsque principem philosophiæ Socratem ἀπεφήνατο, tanquam delirum, omnísque sensus communis expertem, atrocissimè exagitat. Sed hæc præter institutum. Sēsus huius prouerbialis sententiæ non rarò Plutarcho vsurpatæ, est, Deum lenem & clementem esse, nec facilè ad vlciscendum malos pœnasque de his sumendum properare: quod etiam diuinis literis expressum est. Ecclesiastic. 5. Ne dixeris, Peccaui, & quid mihi accidit triste? Altissimus enim est patiens redditor. Idcirco μακροθυμὸς appellatur variis in locis sacrarum literarum. Cur autem mali non statim pœnas pendant, docet Petrus Apostolus his verbis, μακροθυμεῖ εἰς ὑμᾶς, μὴ βουλόμενός τινας ἀπολέσθαι ἀλλὰ πάντας εἰς μετάνοιαν χωρῆσαι.

Contemnunt spinam, cum cecidere rosa. 4

Prouerbialiter hoc versu Ouidius lib. 6. Fastorum vtitur volens significare senilis ætatis nullum esse pretium aut decus. Comparat autem rosis florem ætatis quamuis è spina nascentibus: senectam verò spinæ rosis cassæ similem facit. Vt enim amissis rosis spinæ iacent, maximóque contemptui sunt: ita corporis veternosa & marcida senectute premente vilescimus, nullóque sumus in pretio. Martialis lib. 6. ad Lycorim.

Femina præferri potuit tibi nulla Lycori,
Præferri Glycera femina nulla potest.
Hoc erit hæc quod tu tunc non potes esse quod hæc est.
Tempora quid faciunt? hanc volo te volo.

Licebit paululum torquendo vsurpare de puella post amissam virginitatem (vt fit) ab amatoribus suis læsa.

Hærere in iisdem scopulis. 5

Tritum est omnibúsque notum & familiare, offendere ad eundem scopulum, impingere scopulis: nusquam tamen vel vsitatum vel explicatum à nostræ ætatis scriptoribus offendi, inhærere iisdem scopulis: quod non minùs quam illa superiora prouerbiis adscribendum videtur: quod ille per metalepsin significat, in eodem versari negotio, vel arte: vel in eodem loco sedem figere, vt synecdochices species pro genere, quod crebrum est, accipiatur. Ouid. Metam. 3.

Mox ego ne scopulis hærerem semper in isdem.

Philosophare cælum intuens. 6

Φιλοσόφει τὸν οὐρανὸν ὁρῶν, Hoc vnum est teste Iamblicho, ex Pythagoræ symbolis, quæ non secus atque prouerbia & veteres & recentiores celebrant. Cuius sensus mihi videtur esse. Si te ad veritatis studium conferre velis, rerumque humanarum ac diuinarum inuestigare ac scire rationes, quo in genere versatur philosophia, originem tuam semper animo oculisque tuis obuersari facito, vt eò tibi mente redeundum, vnde profectus es, prudenter cogites. Origo hominis cælestis est, vbi omnia mirifico quodam concentu temperantur. hoc exemplari proposito, studia omnia actiónésque tuas moderare. Vnde Græci ἄνθρωπον, quasi ἀνω θρῶντα dici volunt. Quod etiam expressit Philo de homine, his verbis: Τὸν μὲν ἄνθρωπον πρὸς ἑλαφρότητα κατανεύσας διὰ τῆς γενέσεως πρὸς χθόνα κατήρτησε καὶ ἔμπαλιν ἀνορθώσας, ἵνα τὸν οὐρανὸν κατανοῇ, id est, Aliorum oculos depressos circumduxit, eóque nutant in terram: hominis verò erexit, vt cælum intueatur. Ouidius Metamorph. 1.

Pronáque cum spectent animalia cætera terram,
Os homini sublime dedit, cælúmque videre
Iussit, & erectos ad sidera tendere vultus.

Clypeum post vulnera sumere. 7

Nec hoc quidem relatum ab adagiorum scriptoribus absque controuersia παροιμιῶδες offendi. Dicitur autem de intempestiuo auxilio, & præsidio. Ouid. de Tristib. 1. 3.

Et quæsiuam serò clypeum post vulnera sumo:
Attamen hanc odit exonerate fugam.

Conuenit huic Diogenianum illud, Post bellum, machinas. Quò longius trahetur, cò erit venustior eius vsus. Ad externa: Hic homo incipit esse patcior fugaliórque iam consumptis opibus: clypeum post vulnera, vt aiunt. Ad corpus: Assidua καταπόνησις effœrum & enerualum corpus iam continentiam meditatur, clypeum nempe post vulnera. Ad animum: Hic filium suum peruersa animi natura & improborum societate perditum ad probam frugem videtur recepturus: vereor ne post vulnera, quod aiunt, clypeum sumat.

Tempus omnium explorator. 8

Ὁ χρόνος πάντων βασανιστής. Elegans prouerbium nescio vnde sumptum. vsurpat Augustinus Eugub. de Perenni philosophia, lib. 4. Veritas quæ, vt Heraclitus inquit, cùm latitet in profundo demersa: tempus, quod, vt dicitur, πάντων βασανιστὴς, elicit in lucem. Veteres, vetustatem, temporis filium vocarunt. Et Thales Milesius tempus sapientissimum appellauit, quòd omnia inuentisset. Plutarchus, cur Pythia Oracula cessauerint, τὸν χρόνον ἐφολκίδα vocat, quasi qui fidem suam tandem liberare debeat.

Musarum os feruens. 9

Musarum os feruens, Theocritus eidyll. 7. Vtemur in hominem eleganti ingenio & festiua dicendi gratia & suauitate insignem & expolitum: maximè qui animali carmine & dulci aures mentésque hominum demulcet. Veteres quicquid suaue & eruditum fuit, Musarum artificio assignabant: hinc Attica Musa dictus Xenophon.

Nouem Musis celatum opus. 10

Horatius epistola ad Florum, vsus est hyperbole prouerbiali, cùm vellet significare opus supra modum egregium, supráque humani ingenij vires, & quod ne Musæ quidem artium inuentrices æquare possent. Vel si, celatum, legas, opus, sensus erit, in quod Musæ omne artificium suum contulisse simul videri queant. Verba eius hæc sunt.

Carmina compono, hic elegos: mirabile visu,
Celatúmque nouem Musis opus.

Venustior vsus erit per ἐμφασιν, vt si de Scoti scriptis quis ioco dicat, Esse nouem Musis celatum opus.

In medio Tybure Sardinia est. 11

Prouerbialiter dictum est à Martiale lib. epigrammatum 2. In medio Tybure Sardinia est. Quo voluit significare, nihil cæli loquíque ingenium quamuis mite & clemens conferre, non impedire vernātis auræ mollem dulcedinem, non grato virore nemora, non suaue redolentes vndique herbas, non venas fontium, salubres animo, stomachóque laticum latebras profundentium, nihil denique quæcunque sensus, animúmque demulcent, & afficiunt, vllam moram afferre: quo minus cùm dies fatalis, & à rerum conditore designata cuique meta viuendi obrepserit, quisque moriatur. Tybur, species pro genere, accipitur hic pro omni loco salubritate commendabili: & Sardinia, pro omni regione,

gione, aëre, solóque pestilenti. Sardinia enim pestilentem aërem salutique hominum officientem, valetudinémque perturbantem veteribus memoratur habere: Tybur autem vndique solis aspectu lætum & salubre prædicatur. Versus Martialis, è lib. 2. de Curatio, quos (vt omnes illius poetæ) festi admodum iunt, qui quæ prope ipsam sententiam prouerbialem explicant, libenter subiecí:

Ardes solstitio, Pæstanáque rura petantur,
Quique Cleonæo sidere feruet ager:
Cùm Tyburtinas damnet Curatus auras,
Inter laudatas ad Styga missus aquas.
Nullo fata loco possis excludere: cùm mors
Venerit, in medio Tybure Sardinia est.

Laudatas aquas vocat Albulæ, quæ vulneribus mederi dicuntur, quia sulfureis fumabat, vt ait Martialis libro primo de Regulo. Nec me latet tamen Tybur gelidum sæpè à Martiali vocari, quòd in regione calida (qualis est Latium vbi Tybur extructum est) non tollit loci salubritatem. Adde quòd Horatius lib. Odarum 1. 7. ad Plancum scribens, nulla regione vt Tyburtina perinde se capi testatur, haud dubiè amœnitate & salubritate loci cælique clementia & temperie adductus.

Vulpes pilum mutat, non mores. 12

Resipere adagium videtur illa senis bubulci sententia qua apud Suet. Vespasianus Cæsar perstrictus est, qui negata sibi gratuita libertate, quam imperium adeptum suppliciter orauerat, proclamauerit: Vulpem pilum mutare, non mores. Sensus est, titulis dignitatum & ampliſſimis fortunæ muneribus corporis, non animi sordes tolli in veteratore & auaro homine: fortunam improbis & subdolis splendorem & nitorem corporis conferre, non abstergere animi illuuiem, ingenitique sordes: exuere hominem callidum pānis, non item vitiis: Vel senectutem addere annos, non etiam virtutes.

Huic Erasmi illud simile est, Lupus pilum mutat, non mentem. Hodie Flandris trita sunt, Lupus non emendatur senio. Et, Vulpes ætate fit astutior, non etiam melior.

Intempestiua Minerua. 13

Ouidius Metamorph. 4.

Sole Mineides intus
Intempestiua turbantes festa Minerua.

Intempestiuam Mineruam dixit operam & opus parum oportunè exactum. Et si de lanicij opere loquatur poeta: nihil vetat tamen generaliter accipere pro omni studio & opere: quandoquidem omnibus præesse artibus Minerua fingatur, quarum pleræque absque labore non fiunt: quo in genere est lanicij & textrinæ studium.

Ἑκάτης βιλεῖς. 14

Hecate sagittatrix, vel potiùs iaculatrix. Suetonius in vita Neronis ænigmaticè Parthum sagittis acrem & venationibus ac militaribus studiis ad insaniam vsquè indulgentem & addictum Ἑκάτου βιλεῖου vocat, citato cuiuspiam disticho Neronis agones, citharæque strepitum magna cauillatione perstringentis. Id autem est huiusmodi.

Dum tendit citharam noster, dum cornua Parthus:
Noster erit Pæan, ille Ἑκάτης βιλεῖς.

Sensus est. Nero ex agonisticis certaminibus, & citharæ ludo sibi non aliter triumphum adornabit, quàm Parthus ferox sagittis Romanis legionibus in Armenia sub iugum missis: alter citharæ Apollinis ænmis: alter ἑκάτης sagittis, quibus illam terribilem canunt poetæ, epinicia canet. Obiter quoque in vocabulo Pæanis (quod & Apollinis cognomen, & triumphantium vox est, vt quum acclamant Io Pæan) irrisus est Nero, qui vrbem ingressus post agones Græciæ, Pythiam veluti citharisticæ artis præsidem dextra gerebat. Ac nescio an facetissimus & mordacissimus auctor huius distichi, alluserit etiam ad etymo ogiam Pæanis & Hecates. Quadrabit in hominem ad vlciscendum promptum, & ingenio irritabili. Licebit etiam iacere in intemperantes linguæ ac virulentiæ tiranidas. Quod si vnica dictione legere placet ἑκατηβολάτης, non discrepabit sententia de eo, qui ἄγχι ἑκάτου, καὶ ἔτι βάλει, Homerus Iliad. primo. Apollinem pestilentiam Græcis ob negatam Chrysæ sacerdotis filiam immittentem, ἑκατηβελέτην appellat. Etiam ἑκαεργον, & ἑκατον, & ἑκάεργον alibi vocat: quæ epitheta omnia à procul feriendo etymon habere videntur. Mirabiliter igitur gratia Parthus victor Romanarum legionum, idem tamen procul vtrimis in terris positus (nam Parthos Roma multa maria mediantia regnaque diffitur) Ἑκατηβόλος dicitur: Nero Pæan, vtpote citharœdus & triumphator in tabulis. Nec tamen damno vt legatur ἑκατου βελεῖς.

Vt ouis lupum: conspicata. 15

Φθίσας δ' ὥσπερ οἶς πολὺν λύκον αἰολόμαλλον. Contemplata lupum, fœtus, vt pecus, improbus, earum. Theocrit. Eidyll. 11. Qui indicabit se vehementer abhorrere à cuiuspiam vsu & consuetudine, & longè fugere vitæ societatem & amicitiam: hic Theocriti versus vel in primis quadrabit. Vt si quis dixerit. A sophistis ita abhorreo, vt non perinde ὡς πολὺν λύκον αἰολόμαλλον. Quod ex Homero, vt multa alia, ductum est Iliad. 10. vbi Achilles ad Hectorem loquitur his verbis,

Ὡς οὐκ ἔστ' ἀνδρῶν ὅρκια πιστά,
Οὐδὲ λύκοις τε καὶ ἀρνάσιν ὁμόφρονα θυμὸν ἔχουσιν,
Ἀλλὰ κακὰ φρονέουσιν ἀμείλιχα ἀλλήλοισιν,
Ὡς οὐκ ἔστ' ἐμοὶ καὶ σοὶ φιλότης, οὐδ' ὅρκια πῆγε
Πρὶν γ' ἕτερον γε δάμασσε.

Hunc Homeri locum imitatus Horatius, lib. Epodon, in Menam Pompeij libertum ita inuehitur,

Lupis & agnis quanta sortito obtigit,
Tecum mihi discordia est.

Cibyotates. 16

Alexandrini dicaces natura, & liberioris linguæ, Vespasianum immensa pecuniæ auiditate laborantem ac iubinde vectigalia ciuitatibus & tributa prouinciis augentem, omnibúsque è rebus etiam sordidis, lucri odores venantem infami cognomine, Cybiotaten vocabant, cognómine vnius è regibus suis turpissimarum sordium. Suet. in Vespasiano 19. Sic enim ibi vulg. leg. A quo non abludit quod Gifelinus in quodam manuscripto legit, cibotandem, vel cybiotantem, mendo proprius nominibus peraminum. Quin & Strabo lib. 10. vbi Ptolemæorum genealogiam recenset, hunc Cybiosactem nominat, qui maritus per aliquot dies fuerit filiæ Ptolemæi Auletæ. Si coniecturis locus est, putem dictum fuisse Cymbotatem, cùm Hesychius testetur κύμβον significare fundum olim hortis, & κυμβεῖον sici solere in parcos & sordidos: vel cymbotatem à κύμβῃ, quod valet λιμπρὸς καὶ τὸ κεφάλαιον χρυσοῦ. Eustat. qua voce etiam Aristot. Ethicor. 25 genus quoddam auarorum hominum notat. Sed hæc incerta: neque ego quicquam statuo. Vtemur vulgata voce, dum alia certior reperiatur, in principes summè auaros, & omnes vndique cauſſas exenterandis subditorum oculis venantes, nunc proponendo decimationes bonorum, vel prouentuum: nunc mercimonia certa vi pecuniæ taxando: quin & quibuscunque annonæ partibus vt frumento, vino, cereuisiæ, aliisque ad victum spectantibus vectigal affignando quantum libet, & quoties libet. Philippus Gallorum rex qui vectigal sali imposuit, quod magna adhuc tyrannide grauat Galliam, meritò Cybiotates dici potuit: quanquam posteri quoque infame hoc vocabulum non satis longè à se repellere videantur, qui hominis iamdiu sepulti sordes imitando asseruunt. sed, vt ille ait, lucri bonus est odor ex re qualibet.

Samnites. 17

Vno vocabulo complexus sum modò adagium: complectar nunc etiam alterum. Id vt liceat, effecerunt tum priuati aliquot homines, tum etiam populi quidam plurimùm nobilitati vulgò, vel vitio aliquo peculiari & insigni, vel laude. Samnites ergo Horat. epist. 1. 2. vocat μεγιστῆνας eos, qui multum diuque lædunt & læduntur: mordent, & mordentur, dente cruento & diro Marte lacessunt, & lacessuntur: Breuiter, Samnites vocare licebit, qui longo temporis spatio alios grauissimè vexant, vehementissimèque affligunt, ipsi quoque atrocissimè vexati ab aduersariis & grauissimis calamitatibus pressi, Horatij versus hi sunt,

Cædimur, & totidem plagis consumimus hostem,
Lento Samnites ad lumina prima duello. De arte poet.

Agit de poeta, qui aures pene inuiti & fracti diu præberét alienis scriptis audiēdis: cùm ipsi vicissim alienas aures suis poematis recitādis obtūdant, atque enecēt. Samnites testibus historicis, Liuio, Floro, Orosio, Plinio Iuniore, & alijs, per annos 49. atroci bello cum Romanis equo marte depugnarunt: tandem Pontio

duce eorum capto in Romanorum ius concesserunt, eámque ob causam gladiatores Romæ Samnitium nomine appellati sunt. Cic. multis locis. Liuius lib. 9. huius appellationis originem refert ad Campanos, qui superbia & odio Samnitium, gladiatores, quod spectaculum inter epulas erat, eo ornatu (descripserat ibidem illum paulò ante) armarunt, Samnitiumque nomine appellarunt.

Solem mercede præstare. 18

Lactantius libro institutionum 3. tacitè notans philosophos disciplinam suam sordidis lucellis, fœdisque cupiditatibus & voluptatibus lenocinantes, volensque ostendere Christianos his longè præstare, qui ab his moribus abessent, duo subiecit veluti adagia, nempe solem mercede præstare, & aquam vendere, hoc modo Gratis ista fiunt, facilè, citò: modo pateant aures, & pectus sapientiam sitiat. Nemo vereatur nos, aquam non vendimus, nec solem mercede præstamus. Equidem non absurdum puto, si Lactantium Augustinúmque lib. confess. 12. 29. sequendo, in hos qui Dei naturæque beneficia omnibus ex æquo sine discrimine exposita in quæstum & commodum sui solum transferunt, & rem omnium communem lucri cupiditate, priuati iuris faciunt, illud Lactantij iaciatur, Mercede Solem præstant, & aquam vendunt. Hæretici, qui publicum æterni Euangelij fontem omnium communem, qui salutem æternam omnibus in Christum credentibus promissam sibi solis arrogare non verentur, Mercede Solem præstant, & aquam vendunt. Item, qui diuina sacramenta lucrosas artes existimãt: in summa quicunque Dei ac Domini nostri beneficia, omnibus ex æquo condonata, suæ gloriæ & pleonexiæ seruire cogunt: Solem mercede præstare apprimè & verissimè dicemus.

Sol omnia aperit. 19

Omnino mihi quidem videtur prouerbialis ille Theocriti versus ex Eidyll 1.

Η δὲ φαέθων πάντ' ἐξ ἀῶ ἄμμι,

Equidem prodit Sol omnia nobis.

Sensus est, omnia temporis spatio in lucem promi & reuelari. Solem per μετωνυμίαν pro die posuit, cum causa efficiens diei, Solis splendor sit. Et vt Sole lucente omnia sunt aperta & conspicua: ita etiam temporis decursu obscura quæque in apricum, vt ait Horatius, proferuntur. Confinis huic est seriarius ille etiam prouerbialis ἄγει δὲ πάντα φῶς καὶ ἐξίστησι χρόνος. & Pindaricum hoc: ὁ χρόνος πάντων πατήρ. Potest videri allusum ad fabulam Homericam Odyssææ 9. vbi in Veneris concubitu Mars adulter deprehenditur indicio Solis: epimythio indicante, tandem aliquando fœda malè celata prodi.

Albo eradere, & adscribere. 20

Quamuis Eralmus prouerbium, Non eras in hoc albo, satis diligenter explicuerit, non tamen ex eo protinus constabit quid eradere & adscribere albo sit: quæ adagia haud dubiè aduersaria non minus elegantia & lepida sunt, quàm illud Plinianum. Quin serio ausim veróque vultu contendere plusculum hæc, quàm illud præ se ferre gratiæ & festiuitatis. Vtroque vsus est castigatissimus dicendi & sentiendi magister Suetonius, in Claudio: Splendidum virum Græciæque prouinciæ principem, verùm Latini sermonis ignarum, non modò albo iudicum erasit, verùm etiam in peregrinitatem redegit. In Domitiano item, Equitem Romanum ob reductam in matrimonium vxorem, cui dimissæ adulterij crimen intenderat, erasit iudicum albo. Est ergo albo eradere, ignominiosè & cum suggillatione nominis ab honesto aliquo vel publico munere depellere, & adscribere albo, honesto cum suffragio ad publicum aliquod munus, vel honestum officium allegare & admittere.

Per genium alicuius deierare. 21

Per genium alicuius deierare, est omne dictum & factum honestatis elogio notare, nihilque non per assentationem gloriæ & laudi ducere, sed omnia votis honoribúsque prosequi, quasi Deo adhortante, & præside gesta. Quod & ipsum vsurpat Suetonius in Caligula, eleganter prorsus & facie prouerbiali, cùm voluisset significare, pleroscque à C. Caligula supplicio affectos, non quòd supplicio digni essent, sed propterea quòd non omnia ipsius tam dicta quàm facta honesta duxissent & assentando euexissent. Eius hæc sunt verba in Caligula: Multos honesti ordinis, deformatos priùs stigmatum notis ad metalla & munitiones viarum, aut ad bestias condemnauit, aut bestiarum more quadrupedes cauea coercuit, aut medios serra dissecuit: nec omnes grauibus ex causis: verùm malè de munere suo opinantes, vel quòd nunquam per genium suum deierassent. Quæ hoc loco de superstitione gentilium in placando vel propitiando alicuius genio vel suo adferri possent, scripsi alibi. Nunc breuior esse volo, nihilque extrà euagari.

Spongiæ. 22

Romani percelebri loco, Vespasiani procuratores & magistratus ex tenui re ad ampla euectos, & magnis officiis & honoribus auctoritia principis nobilitatos, vt repetundarum postea rei ac condemnati large & prolixè fiscum locupletarẽt, Spongias appellabãt μαλακοφειδῶν, à spongiarum vsu: quæ siccę humectantur, & vuidæ exprimuntur. Auctor est Sueton. in Vespasiano his verbis. Creditur etiam procuratorum rapacissimum quemque ad ampliora officia ex industria solitus promouere, quòd, locupletiores mox condemnaret, quibus quidem vulgo pro spongiis vtebatur, quod quasi & siccos madefaceret, & exprimeret humentes.

Genium habere aliquid. 23

Quod in metallis, idipsum in adagiis vsu venit, vt vsu cultus & splendor accedat: adeò vt nec illud iudicandum sit inelegans aut ἀνάστροφον: quod etiam vulgo tritum circumfertur, Tale est Martiali eiusque synchrono vsitatum. Genium habere, quo prouerbio vtuntur significaturi, aliquid natiua quadam indole & quadam arcana ratione mouere animos hominum, & ad sui amorem, sponte sua trahere vehementérque efficere. Refertur ad rem & ad personam, Ad rem apud Martialem lib. 6.

Ingeniosa tamen Pompilli scripta feruntur,
Sed famæ non est hoc, mihi crede, satis.
Quàm multis tineas pascunt blattæque diserti,
Et redimunt soli carmina docta cœqui.
Nescio quid plus est, quod donat sæcula chartis.
Victurus genium debet habere liber.

Ad personam, Iuuenalis lat. 6.

Nemo Mathematicus genium indemnatus habebit.

Indemnatum dixit pœnæ immunem. Eiuidem notæ est, Cœlum habere, Homero & Martiali aliisque vsurpatum.

Apollo Tortor. 24

Augustus Cæsar cenam sumptuosam instruxerat, in qua deorum dearumque habitu discubuisse conuiuas, ipsumque Apollinis scenico ornatu transfiguratum fabulis Romanorum spargebatur. Ea cœna δωδεκάθεον suũ (sic enim lego) appellabatur: quo tempore ingens Romæ inopia frumenti & annonæ caritas fuit. Hoc rumore diuulgato, imperatorem alienissimo tempore nempe in summa vrbis fame lautis epulis indulgere quasi publicæ calamitati insultando, Romani Apollinem Tortorem esse acclamarunt: Apollinem quidem, ob mentitum Apollinis habitum quo in cœna illa mystica deformatus lasciuiebat: Tortorem verò, quòd eo nomine idem Apollo quadam in vrbis parte coleretur. Quod illi epitheton attributum suspicor, quod Marsyam citharœdum psallendo victum, inaudito antea supplicij genere excruciasset, cui viuo pellem detraxerat. Pari ratione Octauium Augustum, quasi qui viuos excoriasset homines, frumento per luxum & sumptuosam cœnam absumpto, Apollinem Tortorem per conuicium vocabant. Non pessimè quadrabit in principes & magistratus in Reip. calamitate festis gaudiis exultantes & intempestiuis delicijs & voluptatibus soluentes animum, nihil publica miseria commotos, & tum maximè negligentes officium, quando conuenebat maximè prçstari.

Mundi oculus. 25

Sol apud Ouidium Metamorphoseon 4. se mundi oculum lepida translatione vocat, eximium sui vsum maximámque necessitatem significans:

Omnia qui video, per quem videt omnia tellus,
Mundi oculus.

Sic Cicero pro lege Manilia Corinthum totius Græciæ lumen appellat. Et apud Ioannem Euangelistam variis in locis Christus se vocat τὸ φῶς τοῦ κόσμου. Quadrabit in hominem omnibus sapientiæ numeris & virtutum insignibus instructum, Reip. summè vtilem ac necessarium.

Ars census, opera vita. 26

Mere-

Meretur recipi inter paroemias hoc vulgò omnibus decantatissimâ, cùm hominem non patrijs opibus vitam tueri, non amicorum subsidijs niti, nec partis sui, aut dote vxoris beatum propinquorúmve hæreditate locupletatum, sed quotidiana opera & opificio vel arte se suámque familiam alere significabimus. Alterum legitur apud Ouidium Metamorph. 3.

Pauper & ipse fui, nóque sedebat & hamus
Decipere & calamo salientes ducere pisces:
Artibus ista domus erat.

Alterum extat apud Terent. in Phormione Pauper, cui opera vita erat, cui fere se continebat: ibi agrum de nostro patre colendum habebat.

Ocyma cantare. 27

Satyrographus ille disertissimus (sic enim à D. Hieronymo laudatur) qui teste Fabio, multum veræque gloriæ assequutus est vnico libello lepidissima ἀφορμὴ prouerbiali Ocyma cantare pro probris, conuitijsque adspergere, & maledictis insectari dixit lat. 4. vbi, cùm genus & formam tanquam eximias naturæ dotes inanter Alcibiades efferret, alioqui teneræ ætatis imbecillitate ad Rempublicam gerendam parum idoneus, præsertim rerum vsu destitutus & veri nescius sordidus auctor: Socrates eodem loco nihilo meliorem facit Baucide Pannycia, dilectum socordémque vernam maledictis grauiter impetente. Persij verba hæc sunt:

Dinomaches ego sum fuffa sum cesidius: esto,
Dum ne deterius iapsat Pannycia Baucis,
Cùm bene discincto cantauerit ocyma verna.

Sensus est, tacta quâtumvis, natales claros, egregiámque corporis pulchritudinem, si ingenium sordidum sit: & prudentia rerúmque solertia absit: nihilo melior est vinosa & suffarcinata aliqua anu, ætate & vino deliramente (talis enim inducitur Baucis) quæ probè deficatæ tenuitus socordem & dissolutum seruum domi natum. Dicta est allegoria à veterum more inter serendum ocymum vsurpato: quod teste Plutarcho & Plinio, lib. 19 cap. 7. creditum est prouenire copiosius & felicius, si maledictis additis sereretur. Eodem planè sensu, eadémque figura prouerbiali possumus dicere, Cuminem serere: quod etiam auctor est Plinius cum imprecatione ne exeat, postquam satum fuerit, terra adacta pauitur.

Gratijs lita. 28

Non potuit festiuius aut magis prouerbialiter dici, quàm est à Platone Atheniensi Philosopho dictum ad Xenocratem discipulum suum, qui semper teste Laertio lib. 4. tetrico vultu & seuero habitu incedebat, nulla animi hilaritate offensa, nulla oris remissa, frontísque nitore tristem seueritatem mitigante, & temperante. Volens igitur Plato seueri grauique ac vultuosi, ac proinde molesti hominis mores comi quodam blandéque festiuo habitu genere componi ornarique, illum θεοῦ τοῦ χαρίτων iussit, quòd Gratiæ inducantur semper à Poetis, liberali oris effigie, & renidenti facie, solutisque zonis. Hoc dicto castigabimus superciliosum aliquem Theologum, vel turbulentum sophistam. Et de inhumano ac barbaro: Nunquam ille Gratijs litauit.

Sunt omnia rectè. 29

Κάλως ἐνδοῖ πάντα, ὁ δεῖνα τὸν ἄνδρα ἔχει: Clausa domi sponsa, quidam. Sunt omnia rectè, dixit. Citatur prouerbij titulo à scholiaste Theocriti. Natum à quodam, qui domi sponsam concluserat, & adiicientes: καλῶς ἐνδοῖ πάντα. Sunt intus omnia rectè. Sub finem historiæ Domitiani in Tranquillo legimus, Cornicem in Capitolio elocutam, ἔστι πάντα καλῶς. Hæreditatem opimam, vel sacerdotium opulentum nactus, oportunè hoc versu animi sui gaudium prodet.

Sicula aula. 30

Iuuenalis traducens sæuitiam matronarum, Romæ in seruos ancillásque mira libidine animi ad quamuis occasionem iniquè & crudeliter verbis & verberibus debacchantium, earum domum translatione prouerbiali Siculam aulam vocat. Aluit enim Sicilia priscis sæculis plurimos tyrannos miserabiliter in humana corpora pro libidine grassantes, vt Phalaridem, Dionysium, & id genus monstra exitialia. Carmen Iuuenalis ex sat. 6. hoc est,

Et cædit, donec lassis cadentibus, ensi,
Intonat horrendum, iam cognitione peracta,
Profectura domo Siculorum nutrier aula.

Aptissimè vtemur de ciuitate, vel domo iniqui crudelisque principis satis superbè & insolenter omnia pro imperio gerentis, bonóque capite, & fortunis oppugnantis, vbi, vt canit Ouidius,

Victa pugnat turba sub esse nocet.

Commodè etiam dicetur, de schola plagosi alicuius magistelli sæuitia & inscitia furentis, qualem puer ego cognoui cuiusdam re & nomine κεστροφόρου, planèque Scythicuius schola non leuius personabat verberum stridore Sicula aula Phalaridis, aut Dionysiorum. Vsque adeò suaue erat homini ciuilantium puerorum voces audire, & longissimo temporis spatio exiorum lachrymis ac gemitu miserabili pasci. Nomen tacebitur, terra aquisque obruendum, Vulcanóque sacrandum. Iacta est Diogenis χρῆσις, & proxima prouerbio, de gymnasio Euclidis, οὐ χαλεπὸν, ἀφ' ἑαυτοῦ χαλεπὸν. Et Platonis ludum, non διατριβὴν, ἀφ' ἑαυτοῦ καταδιατριβὴν appellantis. Quibus verbis mitò cum lepore hæreticorum sophistarumque certamina insectabimur.

Orba Tigride peior. 31

Vsus est idem Iuuenalis sat. 6. de supra modum sæua, & impotenti matrona, zelotypia laborante,

Tunc grauius illa torquetur, orba tigride peior.

Metaphorica hyperbole est, à natura & ingenio tigridis, quæ raptæ catulis pernicitate incredibili raptorem persequitur, donec vel prædam eripiat, vel in nauem fugere compellat: ne sic tamen cessante eius feritate, etsi irrita. Plinius 8. 18 Tigridis feritatem notat & Virgilius Æneid. 4. *Hircanæque admorunt vbera tigres.*

Antiphates trepidi laru, & Polyphemus. 32

Patrem familias in seruos ancillásque verberibus & cæde sæuientem, vxori filijsque suis vehementer infestum ac terribilem, omnibusque tam domesticis quam alienis ob morum impotentiam animique atrocitatem intolerabilem & exitialem, eleganter hoc versu truncato Iuuenalis appellare licebit, quod extat sat. 14.

An sæuire docet Rutilum, qui gaudet acerbo
Plagarum fremitu & nullam sirena flagellis
Comparat, Antiphates trepidi laru, aut Polyphemus?

Extat Odyss. 1. mentio Antiphatis Lestrygonum regis, incoluisse autem Leontinam regionem in Sicilia Lestrigones referuntur, fuerunt immanes barbaríque homines, eodem Homero auctore, qui hospitum carnibus vescebantur. Quod etiam Vlyssis socij, eodem Antiphate iubente tractati, experti sunt, ne Vlyssi quidem parcitum, si non velocitate remorum periculum vitasset: & tamen non nisi multis nauibus & sociis amissis euasit. Cæterum de Polyphemo extat fabula apud Homerum & Virgilium nemini non aperta eorum qui Mutuum sacris vel leuiter imbuti fuere.

Ὀπτῆνες πολέμοιο χαφαραί. 33

Arguria, festiuitate, allusione & translatione sentet illud Homer. Iliad. 1. Agamemnonis ad Diomedem:

Τί σκώπτετε, τί δ' ὀπτῆνες πολέμοιο χαφαραί;

Agamemnon ergo instruens aciem Argiuorum aduersus Troianos violati fœderis reos sociato per insidias Menelao, cùm phalanges pleraſque suorum lustrasset; alios exhortando, alios increpando, quosdam etiam laudando vtpote paratos circumiens agmina, cùm ad Diomedem venisset, his verbis illum obiurgauit:

Ὅμως τυδεΐδη μὴ δείδιθι μηδὲ τρομήσῃς.
Τί σκώπτεσθε, τί δ' ὀπτῆνες πολέμοιο χαφαραί;

Ea quanquam difficilius reddi queant, Latinè verti tamen,

Progenies, quam fortis equis, quam fortis in armis,
Produxit Tydea, nam quis metus urget iacentem,
Et belli pontem circumspectare coegit?

Vsus erit in ignauum, sibique vt Terentius ait, post principia cauentem, qualem hoc loco Diomedem fugillat Agamemnon. Nec incommodè iacietur in sophistam veris rationibus impeditum, & conclusum, vtque sese extricet & explicet ad ridiculas elenchorum captiunculas confugientem. Par iudicium de hæreticis sophistarum primipilis, vel subsidiarijs, qui argumentis solidis destituti fictis criminibus aduersarios suos impetunt: modò dicant, qui dicant, non curantes.

Συντρέχειν. 34

Vna remum ducere. Metaphora eleganti vsus est V-

lysses apud Sophoclem in Aiace. cùm vellet significare vti amicitia,auxilio,studio, & beneuolentia mutua. Ea si ad res animi transferatur,in prouerbium trahetur summa festimatæ: vt,si amico dicamus : In literis prouehēdis oportet nos ξυνηρετμεῖν. Aduersus hæreses vndequaq; grassates oportet catholicos homines vnà remum impellere , Hæreticorum phalanges ad labefactum Ecclesiæ statum (vt Sophocles vocabulo vtar) ξυνηρετμῶντας. Is sic habet,

Ἔξεστι δ' οἶσθ' οἷσίν τ' ἐμοὶ φίλοις
Σοί μηδὲν ὄντος ἐν πόνοις ξυνηρετμεῖν,

Licet igitur mihi vera verus ti loquar,Tibi , vt antè,remigij comes?

Αἰλ' ἔφυσας τ' ἄγαν & τ' ἄγαν ἀγχιστόμους
κἀπολέσθαι. 35

Non esses vtinam natus , celébsve periisses. Hector accusans & acerrimè traducens fratris sui Paridis degenerem imbellémque animum , adeò vt ne vultum quidem, aut congressum hostis sui sustineret adspicere , cui tamen ante hospitali iure violato vxorem eripuerat , hoc illum versu detestatur. Optaret ergo potius non nasci eum vel ubique nuptiarum fœdere aut ire vllo peruisse , quàm eò prorupisse temeritatis & flagitij,vt alienum thorum inuadendo sibi dedecus & exitium , hostibus gaudium , patriæ deuastationem & excidium, parentibus luctum & indigna suorum funera peperisset. Atque hanc sententiam sæpissimè exclamauit Cæsar Augustus fortuna destitutus τὸν ἀνάνδρου, videns domum suam liberorum nepotúmque ac neptium probris & flagitijs fœdè dehonestari. Nam referente Suetonio , ad omnem Agrippæ & Iuliatum mentionem hoc versu infelicitatem suam testatus est, etsi mutata persona apud eundem, ἄφυτον legatur. Retulit enim ad personam suam , eoque fortè non malè accentu mutato sic legi posset , Αἰλ' ἔφυσας τ' ἄγαν & τ' ἄγαμος ἀγχιστόμους τ' ἀπολέσθαι. Quanquam priorem lectionem,vt aptam nolim contemnere. In vsum trahemus,cùm pertæsi liberorum ignauiam, aut nostram in sobole educanda atque instituenda , infelicitatem stomachando deplorabimus. sicque poterit Augusti mutatio ἄφυτον competere,præsertim vbi seorsum id facimus & sine arbitris. Alias cùm apertè liberos detestamur,socordia& flagitijs eorum offensi, timentes famæ,bonis , & vitæ:non erit persona mutanda. Poterit etiam ab alieno , vel matrefamilias dici in hominem pestifera & flagitiosa sobole dehonestatum.

Νικᾷ δ' ἑκάτερος ἑκάτερον. 36

Alternátque viros victoria. Potest hoc Homeri carmen Iliad.ζ. in prouerbium cadere : quando victos nos, sed minimè territos tamen, nec spem an múmque deposuisse ob sortem aduersam significabimus. Nam hunc locum ἀποφατικῶς interpretatus Virgilius Æneid.11. verbis Turni sic disserit.

Multa dies,variúsque labor mutabilis ævi
Retulit in melius:multos alterna revisens,
Lusitque insolido rursus fortuna locavit.

Maledictum à maleficonon distat, nisi occasione. 37

Ostenturus Quintilianus lib. 12. quàm fœdum & illiberale sit patrono conuicijs rem gerere , & certare inter dicendum siue veris siue fictis , & vti canina facundia,vt Appius dicebat:non dubitat maledicum patrem malefico facere , vt sola discrepent occasione:mirum subindicans conuiciatori & maledicò ad malefaciendum & nocendum aduersario expromptam esse voluntatem : modò daretur locus & tempus idoneum lædendi ,quæ in foro, in ipsa actione commodè fieri nequeunt : quanquam abundè satis malefica sit conuiciandi libido. Verum verò hanc sententiam excogitarit ex tempore,an alicunde deprompserit : difficilis existimatio. Ratio potior propiórque videtur, alicubi lectam in medium adduxisse , vel vulgo spargi subiecisse. Sin minus:argumento debili , & latiùs probando, rationéque maioribus rationibus fulcienda , si sibi credi velit,vsus est. Sed ipsius verba perpendamus. At quidam etiam , si fortè sustineperint negotia paulò ad dicendum tenuiora , extrinsecus adductis ea rebus circumliniunt:ac,si defecerunt alia, conuicijs implent vacua causarum , si contingit,veris:sin minus, fictis: modò sit materia ingenij , mereatúrque clamorem dum dicitur : quos ego adeò longè puto ab oratore perfecto , vt eum ne vera quidem obiecturum , nisi id causa exigat,credam. ea est enim prorsus canina,vt Appius dicebat,eloquentia , censuram maledicendi subire. quod facientibus,etiam malè audiendi præmienda patientia est. Nam & in ipsos fit impetus frequenter qui egerunt: & certe patroni petulantiam litigator fuit,Sed hæc mimora sunt illo ipso vitio animi,quo maledicus à malefico non distat nisi occasione. Turpis voluptas & inhumana, & nulli audientium bono grata,à litigatoribus quidém frequenter exigitur , qui vltionem malunt quàm defensionem Hactenus ille. tamhic mihi vide , quàm solida sit oratio ad probandum grauius esse cadere in vitium animi, quo maledicus à malefico tantum distet occasione , superioribus illis duobus , nempe , in se prouocandi impetus conuiciis aspersorum , & defensi causam petulantia linguæ reddendi deteriorem : cùm prioris illa satis esse in vitio constet, nec probatione opus sit : postremum hoc argumentis adiuui oportuit:si non sententiam vulgò vel doctis saltem tritam vsurpasse. Vti licebit,cùm taxabimus scriptoris vel ecclesiastæ alicuius maledicentiam conuiciandi,ceteris libidinem: quo morbo sophistæ potissimum laborant. Vel cùm notabimus intemperantis & effrenis linguæ passim bonis eruditisque maledicta ingerentis procacitatem.

Cede Deo. 38

Tam frequens est apud omnes scriptores præcipuè Virgilium Æneid.5.Cedere Deo,fortunæ, fatis melioribus, vt nihil supra. Interpretes tamen huiusmodi iubent,vt vtar Homericis, ἐπ' ἀνάνδρου ἰοντι, tanquam nihil præ cetera existimationis habentia,alias ἐπιεικῶς, vbi nihil opus est. Ergo ab Homero natum est fonte omnium ingeniorum : qui sic Menelaum concionantem inducit,secúmque deliberantem , an Hectori congrediatur Troianorum armis septo, qui ad diripienda Patrocli arma properabat,an potius cedat virtuti diuinitus adiutæ. Eius verba hæc sunt:

Ὤφελε γὰρ ἑτάροισι σόοις δύμεναι φωτὶ μαχοῦσθαι,
Ὅς τινά μοι ταχὺ τεῦξε μάλα στυγερὸν κακὸν ἐλθεῖν.
Τεῦ μᾶλλον Δαναῶν τιμησόμενος, ἐς τιν' ἵδηται
Ἐκτορέ χρησόμενος, τοί οἱ δὲ θοῶς πολεμίζειν.

Hæc non adeò aptè , sic tamen vt vtcunque intelligi possint conuerti:

Numine nam laeso quisquis pugnauerit illi,
Qui superum curæ est & amor,mala dauocat vltro
In caput illa suum. Nec me culpauerit, Achiui,
Hectora si dicimo, Dy cui sola ministrant.

Extat apud Eugubinum lib 3. de perenni philosophia elegantissimum pentastichon in eandem sententiam. Æmulatus quispiam erat Byssum : ergo Phœbus , pro studio eo scisciranti cuidam sic respondit,

Ἔρχου, ἐγὼ μαλόρμου τοίχου, ἐγὼ λίχνου ἔδωδῆς.
Οὐ σὺ γε φειδωλῆς ἀλεγύνεαι φωτὶ μαχοῦσθαι.
Κείνου γὰρ θεὸς αἰνὸς ἐλεύσεται ἔγγυθι χώρου,
Ὃν ἐγὼ ἔμπαιον, ἐγὼ πρόσθεν ἰὼν ἐφόβησα,
Πολλὸν τ' ἀλλοτε τ' ἤδη τε καὶ αὖτις καὶ αὖθις.

Hom erus Iliad.χ vbi Priamus ad filium Hectorem:

Ἔκτορ μή μοι μοῦνος φίλον τέκος ἀνέρα πάντα,
Οἶος ἄμα Τρώεσσι μένων δάμνασο Ἀχαιούς,
Πολλὸν ἀπ' ἀστέος ἀπτόλεμον, πολὺ φείδεο δουρός.

Et Iliad.ε. Apollo sic loquitur Diomedi,

Φράζεο τυδεΐδη, καὶ χάζεο μηδὲ θεοῖσιν
Ἰσ' ἐέλδεο φρονέειν, ἐπεὶ οὐ τοσσόν φιλον ἀθανάτοισι
Ἀθανάτοιν τε θεοῖν, ὅσσον μιν ἐγὼν καὶ ἀνώγω.

Ibidem,

Ἀλλὰ σοὶ πρόσθε πτολεμίσω αἶψ' ὀνίοντο
Εἵνεκα μεῦ θυσῖς μηκεστιόωσι μαχοῦσθαι.

Inuisus vt Orci porta. 39

Comparatio illa Homerica , qua affirmat Vlysses mendax & fraudulentus si quis alius , mendacem hominem & vanum , qui ventris studio & paupertate coactus falsa nunciat,non aliter quàm inferorum portas sibi esse exosum : prouerbialis est. Extat autem Odysseæ g.

Ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς Ἀΐδαο πύλῃσι
Γίγνεται,ὃς κεύθει μὲν ἑὸν νόον ἄλλα δὲ βάζει.

Namque mihi tantum tanquam fax ostia Ditis,
Verba dolosa loquens,qua paupertate coactus.

Huic simile est illud Iliad.ι.

Ἶσον γάρ μοι κεῖνον ἐπίχθονι πυλεμάρῃσιν.

Sic erat exosus, velut mors omnibus atra.

Ολοὴν μανίην. 40

Pestiferis furiis. Theocritus significare volens Polyphemum ita indulsisse a noribus nymphæ Galatheæ, vt omnia præ his bona & honesta contempserit: cæcóque furore impotentem nec pudorem nec modum suæ libidini statuisse: huiusmodi proponit carmina, οἰδάλλων τα.

Ηρεμα δ' ἄτρεμάεσσα, μάλιστα, κἠν πελάσω,
Ἀλλ' ὀλοὴν μανίην.
Et nam ille rosa, non malis, caseritur,
Sed sæua furia arsit.

Lingua prædatur. 41

Elegans est illud Hesiodi & classi adagiorum adscribendum Ανὴρ γλώσσης λαίστης. De homine parato turpis compendij & lucelli ergò omnia humana & diuina iura periurio violare, & ad omnem spem & occasionem quæstus & rapinæ, dolis & malis artibus linguam suam exponente. Hesiodi verba hæc sunt, ἔργον δ' ὑμῖν ἐμοὶ ε.

χρήματα δ' ἀθρήσας. διόθεν δέ τοι ἄλλοθεν ἄλλα.
Εἰ γάρ τις καὶ χερσὶν ἐπὶ μέγα λάβοι ἔργον,
Αἶψ' ἀπὸ γλώσσης λαίστης, οἷσιν τε πολλὰ
Γίγνεται, ἔστι καὶ ἀνδρὸς ἐνὶ δεκάεσσι ζώειν
Ἀθρήσαντ', αἰδὼς δὲ τ' ἀμείνονι καὶ παρὰ ζώῃ.
Ῥηϊδίη μὲν μακρὸν ὁδὸν καὶ μητρόθεν ἡ νηὶ
Ἀντία πεπλῶ, πάσσυδον δέ τ' ὄρη χείμων τε θάλασσαν.

Hæc vtcunque expressi Latinis versibus:

Est satius tribuente Deo non fraude parata
Condere opes. Etenim quisquis conuertit auaras
Vis, manibúsque facultates fraudáue dolosa
Compilat plebem, quæ passim plurima fiunt)
Cum maleficiadus habet mortalia corda cupido,
Consequiturque pudorem audacia non verecunda:
Hunc facile immergunt tenebræ, dy. conteritur res
Parta domi, paucó, quæ dies fortuna sequetur.

Hinc videri potest depromptum illud omnibus familiare apud Latinos: Malè partum, male diabitur.

Num capti potuere capi. 42

Contraria illa vocum ἀντίζυγα vel si mauis ἀντιστοιχίαι, quæ Iunone queritante, extat apud Virgil. Aeneid. 9. miram auxesim habet & emphasim turbulentissimam, meritóque Adagiorum locum occupabit: cùm significabimus nobis rem esse vel fuisse, vt negotium, vel litem, vel bellum cum inuictis, immanibus & importunis, nulla re vel miseria fractis, aut frangendis, nullo discrimine fessis, aut fatigandis: vsque eo, vt ne victi quidem victoriam tradant, ne capti quidem capi posse agnoscant: nihilo secius ac rebus salus & integris, fortem & intrepidum animum semper præstantes.

Virgilius sic habet:

Heu stirpem inuisam & fatis contraria nostris
Fata Phrygum num sic agris occumbere campis:
Num capti potuere capi: incensa cremauit
Troia viros?

Flectere si nequeo superos, Acheronta mouebo. 43

Iuno apud Virgil. Aeneid. 7. mirabili vsa αὐξήσει μεγέθους huiusmodi carmen proponit minando:

Flectere si nequeo superos, Acheronta mouebo.

Quo etiam vti aptissimè potest is, qui ita obstinate enititur animi sui propositum exequi, vel obsequi affectibus, vt nihil pensi habeat, dum id efficiat, piéne, an impiè: immaniter, an humaniter: diuina ope, an diabolica id conetur, sic vt nihil sibi ad laborem faciat reliqui. Hoc carmine vti poterat Suencfeldius, cùm diuinis scriptis Christianos excludit, eorum vsu & lectione antiquata & abrogata: cùm docet voces cælestes, visa, somniáque literis sacris (vt ille insanit) viuidiora, viuaciorâque magisque Christianæ simplicitati congruentia, indignissimè interea & crudelissimè multis sacræ scripturæ locis contaminatis. Possunt etiam vti alia hæreticorum monstra in vltimas terras deportanda, quæ huc extremas vires conferunt, séque in omnes formas vertunt, vt sacrarum literarum testimoniis, exemplis, & sententiis perpetam detortis veterem catholicæ ecclesiæ doctrinam, instituta, legésque conuellant, dissipent, extinguant. Sed quod Herodotus ait, Non statim cum principio etiam finis apparet, Nec semper feriet, quicunque minabitur arcus.

Verba Virgilij paulò altiùs repetita, quia etiam sensum & vsum adagij satis indicant, subiicio:

At ego magna tonus conatus, nil linquere inausum
Quæ potui infelix quæ mecum in omnia verto,
Vincor ab Aenea. Quòd si mea numina non sunt
Magna satis, dubitare haud equidem implorare quod vsquam est.
Flectere si nequeo superos, Acheronta mouebo.

Cælum in tartara soluere. 44

Quemadmodum prouerbio dicimus, Cælum terræ miscere, & mare cælo, quod vtrunque apud Iuuenalem satyr. 2. reperitur, ita quoque Virgilius, Tellurem vndis miscere, cælúmve in tartara soluere, vsurpat. Huiusmodi enim propemodum idem significant, nempe omnia perturbare, rerúmque vniuersi naturam euertere & confundere. Aeneid. 12.

Quo res cumque cadent: nec me vlla vetabit
Auertet: non si tellurem effundat in vndas
Diuum omnis, cælumque in tartara soluat.

Albati ad exequias, pullati ad nuptias procedunt. 45

Stanislaus Hosius pontifex ecclesiæ Varmiensis in explicatione Synodi Petricouiensis, vbi agit de cæremoniis à tempore sumptis, citat ex Sydonio Aruernorum episcopo, elegans adagium his verbis: Procedunt albati ad exequias, pullati ad nuptias. testatúr que conuenire eos, qui præpostero iudicio hilarem sumunt diem gaudióque ac lætitia exultant, quando luctus & mœroris signa erant exhibenda, contráque lugentibus ac mœrentibus, vbi lætari ac gaudere oportebat. Pullata enim vestis decet exequias: at nitidos & albatos congruit nuptias accedere.

Alcinoo pomo dare. 46

Merè prouerbiale est illud Martialis poetæ facetissimi pariter & lepidissimi, Alcinoo poma dare. Quando tenuis aut vel facultatum homo magis opibus abundanti, eúique quod datur largissime diuiti munus aliquod κειμήλιον offert & dedicatque. Vel cùm tenuioris eruditionis vir summo excellentique ingenio viro, summaque doctrina nobili ingenij aliquod leuidense, vt ait Cicero, munusculum nuncupat: quod nec sic fastidiri conuenit, contra quàm faciunt supercilioſi quidam Thrasones magna insolentia & stultitia dementi reiicientes, si quid eiusmodi aliquando contigerit lædi inclytam maiestatem suam arbitrantes, si cogantur huc descendere: vt humilia accipiant, vel legant. Martialis lib. 7. ad Catrie um modo quo exposuimus vtitur: cuius hæc sunt verba:

Muneribus cupis, si qui te tendere tecum,
Audeat hic etiam Latinis carminibus.
Nos tenues in vtroque sumus, vincique parati:
Inde sopor nobis, & placet alta quies.
Tam mala cur igitur dederim tibi carmina, quæris?
Alcinoo nullum poma dedisse putas?

Iuuenalis satyr. 5. taxatis Trebij amicum, qui se parasitum Virroni cuipiam opulento exhibebat, omni contumeliarum genere quotidianisque probris à diuite illo vexatus, ad prouerbium superius alludit carminibus quæ subiiciam: etsi poma Alcinoi de sapore & gustu suauibus & delicatissimis, specie pro genere vtendo, licebit dicere etiam prouerbiali colore:

Virro sibi & reliquis Virronibus illa iubebit
Poma dari, quorum solo pascaris odore,
Qualia perpetuus Phaeacum autumnus habebat.

Alcinoi pometum (sic enim Tertullianus loquitur) graphicè describit Homerus Odyss. η.

Celer, vt mens, vel ala. 47

Τῶν νῆες ὠκεῖαι, ὥστε πτερὸν ἠὲ νόημα,
His naues celeres, vt mens, vtque ala ferentur.

Versus est Hom. Odyss. η. de nauibus Alcinoi Phæacum regis, quem, vt hyperbolicum & vulgato sermone vsurpatum, non ineptè trahemus ad omnia quæ pernicitate insigni celeritatéque valent. πτερὸν ala, vel alata sagitta.

Ἄπτερος μῦθος. 48

Fabula absque pennis, vel malata, pro fabula grauis

ponderis, ciuò auribus excipienda, interiúsque recondenda, ne obliuione pereat, omnino prouerbialiter ab Homero Odyſſ. 17. vſurpatur, vbi legitur, Ως ἀφάτφσιν, τῶν' ἄπτερος ἐκτὸς μύθος. id est, teste Eustath. μὴ κατασταὶ ἀλλ' ὀπτασίαν τῇ πηνελόπῃ, id est, Vbi Telemachus dicere desiisset, verba Penelopæ aures allapſa, imo eius pectore ita inhæſerunt, tanquam alis carerent omnino, neque videretur denuò euolatura. Aliis ἄπτερος valet, ἔκφυλος ἢ ἀσύμφορος, sed diuerſo ſenſu. Sacræ literæ ἄπτερος μῦθος vel λόγος eleganter vocabuntur, vt velociter auribus admittendæ, memóque ima ſemper obuerſandæ.

Τὸν δῆθ' ἁρπάζει, κοὐδ' ἔκτοθεν ἔσχε χεῖρας. 49

Nummum poſce aliòs, caue poſcere ab acceptore. In aliis legitur, Τὸν ἀλλοτριαρπάζει κοὐδ' ἔκτοθεν ἔσχε χεῖρας. Caſtigationem ſuperioris verſus, vt videtur, Homerici à Diogene per metathesin vſurpati, debemus Paulo Leopardo, quo non aliũ habet Flandria noſtra ingeniorum ferax vel humaniorem vel doctiorẽ. Legendo ἁρπάζει, id est, ſtipẽ poſce, & ἄπτερος à ἅλλομαι, commodè vtemur, cùm ioco petaces à nobis remouebimus: item ſeriò, cùm monebimus amicum, vt auari aut copioſi ſed improbi hominis opes ne attingat, vel, cum potẽtiore ne litem ſuſcipiat. Sin magis placet, ἁρπάζει, id est, ſpoliabat, & ἔκτοθεν, qui ab ἔχω dictus videtur, quadrabit in eum, qui infirmum & pauperem arrodit, eiuſque facultatibus inſidias ſtruit, intacto potentiore.

Caput hoc ventoſa cucurbita quærit. 50

Sicut qui parum ſanæ mentis est, vel helleboro indigere dicitur, vel Anticyris dignus: ſic non minùs lepidè & facetè Iuuenalis ſtultum & inſanum hominem ventoſam cucurbitam quærere iubet: quod ipſum tam prouerbiale est, quàm illa ſuperiora. Locus est ſatyr 14.

Vnde tibi frontem libertatémque parentis,
Cum facias pecora, ſenex vacuámque cerebro
Iampridem caput hoc ventoſa cucurbita quærat?

Siue autem per cucurbitam intelligas κολοκύνθιον, quæ ſumpta humores cerebri actionem impedientes potenter educit, ſiue etiam νεφρὸν σικύαν, quam ventoſam dicimus, qua ſanguis leui ſcarificatione educitur, eódem recidit.

Anima vna. 51

Μία ψυχή. De concordibus animis dicetur, quorum ſit tanta non modò rerum fortunarumque omnium communio: ſed adeò ſolida, ſtabilique (quod aiunt) clauo voluntatum commiſſio, vt eadem pænè ſubſtantia, eadem natura plurium, non diuerſæ, nec plurium ſingulæ animæ, ſed vna eademque plurium esse videatur. Vſus est hac ἀφορμῇ Ouid. Metamorph. 3. vbi Narciſſum de vmbra ſua in limpidiſſimis aquis egregiam adoleſcentis formam exprimente, quam amatorem putabat, inducit loquentem:

Nunc duo concordes anima moriemur in vna.

Lucas item Euangeliſtes Act. 4 de primitiua Eccleſia mox ab aſcenſu Chriſti in cælum ſancita rerum omnium communicatione & concordia mentium ac voluntatum vſa, ſic narrat.

Τῶν γὰρ πιστευσάντων ἦν καρδία καὶ ψυχὴ μία.

Τεγεάτης. 52

Cum Diogene Cynico impudicum impudicámve Τεγεάτην poſſumus appellare, non ſecùs ac Galli libidinoſam puellam vel matronam *de Bordeaux* dicunt: voce ambigua, & oppidum & proſtibulum indicante. Sic Tegeates ex Lupanari & Tegea Arcadiæ oppido ortus prouerbiali conuicio appellabatur.

Διὸς κυνῆ. 53

Iouis catena aurea. Hactenus noſtræ ætatis neminem ex adagiorum interpretibus fuiſſe, qui explicaret τὴν ἀλληγορίαν παρειμένην, quæ extat apud Homerum Iliad. 8. & apud Orphea in Argonauticis, mirari me fateor. Eraſmus in conuiuio fabuloſo, neſcio quid innuit principes, inferiorum bona per præfectos tanquam per catenam ad ſe rapere. Mihi verò longè aliud voluiſſe Homerum perſuadeo: cùm hoc epiphonemate claudat concionem ſuam Iuppiter:

Τόσσον ἐγὼ πίσυρ' εἰμὶ θεῶν, πίσυρ' εἰμὶ δ' ἀνθρώπων.
Tantum ego præſtio dijs, præſtio homine, quæ.

Et cùm Iuno respondeat patri quam obſcuriorem orationem eius declarans hoc cap. nine:

Εἶδ' τόδε μή τι ἡμεῖς ἴδμεν ἐπὶ σὸν ἔπος ἐκφυγὸν ἔρκος.
Nouimus & robur non esse domabile.

Dicetur ergo Iouis catena aurea, prouerbialiter de immenſa potentia cũ pari opũ ſplendore, generis clarıtate & virtutum omnium ornamentis conjuncta, nullis caſibus obnoxia, nullis viribus humanis deiicienda, per ſe munita & valida, aliósque vel extollere, vel deprimere & attenuare potenti. Huius explanationis primus interpres ipſe Homerus prodeat, deinde Orpheus quamuis annis maior, vnde & Homerum ſumpſiſſe, coniectura non leui adducor, quippe qui originem oſtendat. Sed Homerum Iouis perſona ad ceteros deos deáſque orantem videamus,

Εἰδ' ἄγε πειρησαῖσθ' ὅσον ἴστε κάρτος ἅπαντες,
Ζεφύλιον χρυσείην ἐξ οὐρανόθεν κρεμάσαντες,
Πάντες δ' ἐξάπτεσθε θεαὶ πᾶσαί τε θεοῖαι,
Ἀλλ' οὐκ αἰθερίοιο Διὸς ἐξερύσσετε βουλὰς
Ζῆν' ὑπατον μήστωρ, οἷόν κε μάλα πολλὰ κάμητε,
Ἀλλ' ὅτε δὴ ἐγὼ ἐῢ περ ἐθέλων ἐπιειμι ἰόντας,
Αὐτῇ κεν γαῖά τε ἐρύσσομί τ' αὐτὸν θαλάσσας
Ζεφυλίου περὶ κίονι σὺν ἰλύι πολλ' ἐπιειμένον
Δισσείλιον, τὰ δέ κε αὖτε μετέπρεπε πατρὸς ἄνακτος,
Τοσσόνσφ' ἐγὼ πίσυρ' εἰμὶ θεῶν, πίσυρ' εἰμὶ δ' ἀνθρώπων.

Quæ vtcunque verti,

Eia quid valeam dijs facite periculum.
Aureã ſuſpenſi cælo demiſſa catena
Pendeat: hanc omnes dijs vos jungite deaque:
Nec tamen ex cælo terram deducere ad imam,
Poſſitis Iouis augustum & ter nobile numen:
Sæpius hæc quamuis vos cura laborque fatiget.
At quoties hanc ipſe volam tractare trahendo,
Ad me ſubducam pariter terrámque fretúmque.
Vtque catena grauis figetur vertice Olympi,
Omnia quæ jubnexa ſimul ſublimia fient:
Tanto hominũ ſuperos, quæ omnes ſupero intervallo.

Catena aurea indicat & nobilitatem generis, & opum ſplendorem: & quoniam inter metalla omnia auro virtus & dignitas præcipua, vndé principibus viris catenæ aureæ familiaris geſtatio. Quod hanc cœlo ſuſpenſam omnes Deos deáque contrectare ſimile jubet ſi fortè queant ſolo deprimere: tanta ſe eſſe potentia ſignificat, vt nullos eam affligere & labefactare poſſit. Quod verò ſibi proclive ait eſſe cum hac pariter terram & mare, hoc est vniuerſi naturam, in altum rapere, rapta que alligare cælo: omnium rerum imperium penes ſe vnum eſſe & cuncta pro arbitrio ſe moderari oſtendit, & excelſa & inſignia deprimere. & vt vtar Virgiliano adagio, fundo vertere, & imo extollere, quantum & quoties libeat. Non negauerim tamen, quod monent interpretes, Homerum his verſibus Iouem omnium rerum auctorem facere, & cuncta ab illo originem ducere: quod adeò non repugnat noſtræ interpretationi vt magnopere conferat. Immenſum namque potentiam & vires habere oportet, in quem referuntur omnia.

Veniamus ad Orphei Argonautica:

Ὅσσα τ' ἔλυ γαμφῇσι, ἢ ὑγρὴν ἐσαν ὑδρω
Γίγνεται, Ζηνὸς δ' ἔνι χαίτῃ σφιγξ πεφυκεν.
Ζηνὸς πρὸς ὄμφαι, ζώουσι δ' ἀίδιον αἰῶνα.
Concreta quæ ſunt cunque, & quæ condenda ſuperſunt,
Omnia ea ante Iouis in ventre catena fuerunt.
Iupiter altitonans primus fuit, vltimus idem.

Vſus prouerbij erit huiuſmodi: Chriſtus morte ſua tanquam catena Homerica omnia ad ſe pertraxit. Euangelium Chriſti ſummos infimóſque tanquam Deos deaſque Homericas, aurea verborum catena ad ſe adduxit. Hunc hominem ſuæ eleemoſynæ cæteræque virtutes, perinde vti catena Homeri, in cælum ſubducent. Pauli Apoſtoli heroicæ virtutes non ſecus ac catena illa apud Homerum terræ affligi nunquam poterunt. Sed vt magis occaſionem calumniandi omnem excludam, age proferantur ex oraculo Dæmonis, citante Porphyrio Θεολόγιον φιλοσοφίας ἐο, elegantiſſima metra,

Ἀθάνατ', ἄφθιτε, πατὴρ αἰώνιε μῆτα.
Κόσμου αἰσθερόφρονα ἀποχωμένου ἀστεμφέα τόπον
Ἀιθερίας ἀμπὸς ἵνα σοι μύθοι ἐσάκουσι,
Γαῖαν ὑπεδέξαο, ἢ ἀπείρονα οὐρανὸν ἀστεροέντα

Καὶ

Καλὸν τῶν παίδων, ὃς ἥδιστος εἰδῆσαι ἐν ὄρεσι.
Σὺν δὲ θεῷ κεῖνον τιμῶ, καὶ ἴριδι ἀσκελέϊ δῶ
Χρυσῆν ἐκπρεπέως τελλὴ ἐπὶ νώτῳ ἀγαλμὰ
Ἥν ἐκ πώματος, ἱμείρων φωτὶ ταυτὴ.

Vides hanc Deo tribui auream poteſtatem ſuper mundum & cælum ſtelliferum, cùm voluerit ſummum & primarium imperium ea ratione, qua aurum reliqua omnia metalla dignitate antecedit, rectè ſignificare?

Οἷ οἱ μὴ, πείσεσθε συναχήσαντι, οἷχετ' Ἀπόλλων. 54

Heroicus verſus ex oraculo quodam Apollinis, quo poſt ſacroſanctum Euangelium Chriſti per Apoſtolos promulgatum interitum ſuum deplorat, & oracula abolitum iri. Extat autem apud Eugub. libro de perenni philoſophia tertio. Nos ſic reddidimus.

Hæc tripodes lugent, perijt præſagus Apollo.

Quo tempeſtiue vtemur hac noſtra ætate ſignificaturi exploſum iri omnem barbariem, ſophiſticamque garrulitati tandem ſilentium imponendum, inuecta politiorum literarum luce, & liberalium honeſtarúmque artium & diſciplinarum admiſſis paſſim & in pretio habitis profeſſoribus. Vt enim Apollo ſe conſulentes ambiguis & perplexis reſponſis illuſit, incertioréſque domum remiſit quàm adeuntes acceperat: ita barbari ſuos alumnos inanibus Ixionis vmbris & figmentis Archigene indigentibus miſerè torquent. Horum tripodes cum ſuis auctoribus omnibus ex ſcholis tandem aliquando profligatum iri, Dei benignitate inductis honeſtarum artium ornamentis, certiſſima ſpes eſt. Licebit etiam in hæreticos vibrare, ſic loquendo. Hæreticorum & impoſtorum tripodes tandem conticeſcent, vt illi Delphici. Plangent ſuos tripodes Anabaptiſtæ, ab Eccleſia exturbati, non ſecus ac Apollo Delphicus. Huic non diſſimile eſt, ſed eiuſdem planè ſenſus aliud eiuſdem, quod etiam volui proponere:

Οἷ οἱ μὴ χαμαιῶν ἑρπετῶν ἱερήϊον.
Hæc reſpiraſſeram nobis lux deficit alma.

Quod ipſum quoque iocosè iacietur in Dialecticos barbaros & omnes cuiuſcunque ordinis veteris inſciti ræ ſectas, quibus eo magis omnia placent, quo ſunt magis ſordida, impura, diſſoluta, & ab omni elegantiæ cultu magis aliena. Eorum ſcriptis & nugis, quibus nobiliſſima ingenia olim excruciabant, & planè deterrebant, cùm indicabimus ſubſannando nihil hodie eſſe contemptius, & vilius: dicemus, χαμαιῶν ἑρπετῶν ἱερήϊον.

Inuenies aliam Galatheam. 55

Adhortaturi ne quis ea captare pergat, quæ nequit aſſequi, ſed potius iuxta Terentium, id velit, quod poſſit: vel animum cura & mœrore confectum ob felicioris ſtatus amiſſionem, vel aduerſum caſum rerumque proſperarum iacturam ſpe meliorum accenſuri: opportunum illud Theocriti Idyl. a Virgilio ſenſu non verbis redditum.

Ἔ φοτε Γαλάτειαν ἴσαι ἐς κυλλὸν ἴδωμαι.
Fors quam inuenes Galatheam vel meliorem
Forma aliam.

Virgil. Æglogæ 2.

Inuenies alium ſi te hic faſtidit Alexis.

Pacem orare manu, præfigere puppibus arma. 56

Calumniam cum Virgilio, Orco mandabo eorum, qui negabunt aſſignandum adagiis, quod apud Virgil. Æneid. 10. legitur à Iunone Iouis germana & coniuge dictum,

Pacem orare manu, præfigere puppibus arma.

Quo voluit ſignificare, ideo Troianos ſupplices eſſe Italis, vt mentiantur amicitiæ & concordiæ fœdera: quò ſecuros nilque malorum metuentes ex improuiſo adortos ſubigerent, & opprimerent. Conueniet dici de iis, qui ſimulata beneuolentia nihilo minus perniciem moliuntur: vel qui ita amicitiam prætendunt, vt interim tamen ad omnem occaſionem parati ſint lædere.

Fornax ferrea. 57

Moyſes propheta exaggerans grauitatem ſeruitutis, qua Iſraelitæ in Ægypto premebantur, laboribus intolerabilibus & iniuriis vexati, & prorſus inhumaniter tractati ab Ægyptijs, huiuſmodi ſeruitutem χαμινὸν fornacem ferream vocat Deuteron. 4. & hunc ſequutus Salomon in dedicatoria templi oratione, & Hieremias cap. 11. Metaphora ſumpta à fornacibus lateres torrentibus. Dicetur de neceſſitudine quacunque grauiſſima ac diuturna afflictione. Sic iugum ſeruitutis Turcicæ, quod Thraces, Phryges, Armenij, Græci & propemodum vniuerſa occidentalis Aſia, bonáque Aphricæ, Europæque pars perferre cogitur, fornax ferrea iuſtè appellari poſſit.

Oua aſpidum ruperunt. 58

Non dubito inter tot interpretes Latinos & Græcos, quorum extant commentarij in eminentiſſimum Vatem Eſaiam complures fuiſſe, qui allegoricam hanc παροιμίαν luculenter & ſcitè expoſuerint. Quorum quia mihi deſunt monumenta, alea ingenij tentanda eſt: donec adſit Palamedes aliquis, vel Theſeus potius, qui hærentem expediat, & oblata dextera tueatur. Propheta ergo volens oſtendere, quam immanibus ſceleribus inceſtaſſent Iudæi, quæ ſuis auctoribus exitio forent: per comparationem eos ſimiles facit iis, qui aſpidis oua ruperunt, quo non eſt aliud in ſerpentum genere tenacius ira, magiſque vltionis auidum, dæmonis exemplo. Ingentia ergo ſcelera μιαφονικὰ vel ἀλληκτικὰ aſpidum oua rectè dicta ſunt, quia naturam cacodæmonum virus, ſemen & partus crimina & peccata ſunt. Porrò rumpentes, ipſi peccatores, nullam ſuæ ſalutis rationem habentes, qui ouorum aſpidis ruptione, hoc eſt, ſcelerum partu ſibi exitium accerſunt, mortémque æternam ac ſecundam. Gemino namque diſcrimini ſe exponunt, oua aſpidum rumpentes, vt vel à parentibus fœtum ſuum violatum dira vltione perſequentibus, vel ab ipſis fœtibus ex ouis ruptis erumpentibus vel excluſis letho dedantur.

Qui comederit de ouis eorum, morietur: & quod confotum eſt, erumpet in regulum. 59

Idem Eſaias deterrere volens ne quis ſocietatem haberet cum impijs, conſiliſque acquieſceret Iudæorum, prophetis Chriſto eius inſidiantium, anceps periculum ixta-éque iis proponit, qui id tentarent, huiuſmodi διηγηματικῇ παροιμίᾳ vſus. Qui comederit de ouis eorum, morietur: & quod confotum eſt, erumpet in regulum. Edit ergo oua aſpidum, qui impiorum & facinoroſorum familiaritate & ſocietate ſibi nocet: fouet verò: qui alios etiam à culpa vacuos dira lue conficere & labefactare ſtudet: vel impuros, flagitioſos, impioſque auxilio ſuo opibuſque iuuat & tutos reddit. Vnde ſubditur in allegoria, erumpet in regulum: cuius ſerpentis afflatus proxima quæque ſæuiſſima lue corrumpit. De hoc ſerpente multa Plin. & Ambroſius, aliique phyſici. Nos breuitati ſtudentes, ne videamur aliena inculcare, conſulto his ſuperſedemus.

Occidit ei Sol, cùm adhuc eſſet dies. 60

Hieremias vates indicaturus ciuitatem Hieroſolymorum cum populo ſuo grauibus calamitatibus oppreſſam & emerſum iri, etſi opibus vir ſque potentem ac florentem, nihilque minus quàm duræ ſortis inclementiam metuentem aut expectantem, ſed tanquam media in luce de nocte ſecuram: hoc edidit oraculum: Occidit ei ſol, cùm adhuc eſſet dies. Traductum videtur à ſpurcis tempeſtatibus, quibus interdum ita eripitur cauſſa dici ſolis ſplendor: vt in atra nocte verſari ſe homines quota diei parte adhuc reliqua credant. Idem ſolet aliquando in eclipſi ſolis accidere, vt anno 1543. 24. Ianuarij, experientia deprehenſum eſt. Locus adagio erit, ſi quem egregium præpropera morte abreptum fuiſſe dicamus & viuere deſiiſſe, cùm ſe primùm viuere ſentiret: dulcéque putaret hoc lucis vſura frui. Vel, cùm repentè ex magno rerum ſucceſſu, opumque affluentia, & nominis dignitate in miſerias conjectum alicuius florentis Reip. ſtatum innuere voluerimus.

Nunquid fœderabitur ferrum ferro ab Aquilone, & æs? 61

Idem Hieremias ſanè perquam elegans vſurpat ἐρώτημα prouerbiale: Nunquid fœderabitur ferrum ferro? Quod recentiores ſic vertunt, Num ferrum affligit ferrum? Munſterus autem, Nunquid franget ferrum ferrum? non vitans amphibologiam caſus, nec colliſionem conſonantium: quam videtur hic refugiſſe vetus interpres. Omnis ſenſus hic mihi videtur ex præcedentibus & cõſequentib. colligi poſſe. Meo præſidio fulta (loquitur autem ad Hieruſalem Deus) nõ eſt quòd metuas regem Babyloniorum, cùm non minus valida & inimica fis futura, quàm ille: vſque adeo autem munita eris (me ſuppetias ferente) vt vim vi repellere,

armisque impetentem armis propulsare possis: vt non sit necesse tibi, cum eo pacis leges inire, illiusque amicitiam colere, vel sequi fortunam. Aptè vtemur eo, cum duos pares potentia & opibus, sed vehementer mutuo odio flagrantes negabimus in gratiam redituros, vtpote non facilè expugnabiles, & çquè ad iracundiam & vltionem promptos.

Οἰκοδομεῖτε τὰ μνημεῖα τῶν προφητῶν. 62

Saluator Christus acerrimè insectans Pharisæorum ac scribarum simulatam religionis speciem erga memoriam sanctorum vatum ab ipsorum maioribus ob honesti & veri libertatem crudeli morte affectorum: insuper inuectus in superficiariam ac fictam eorum in homines pios sanctósque obseruantiam & culturam: cum mente animisque fauerent maiorum sceleribus, inque iustos odiis & parricidiis, qui mollebantur patria vel longè atrociora: præclaro prouerbiali noemate eos testatur οἰκοδομεῖτε τὰ μνημεῖα τῶν προφητῶν, καὶ κοσμεῖτε τὰ μνημεῖα τῶν δικαίων. extruere monumenta Prophetarum, & ornare monumenta iustorum. Verba eius apud Lucam Euangelistam hęc leguntur, Οὐαὶ ὑμῖν, ὅτι οἰκοδομεῖτε τὰ μνημεῖα τῶν προφητῶν, οἱ δὲ πατέρες ὑμῶν ἀπέκτειναν αὐτούς. Ἄρα μαρτυρεῖτε, καὶ συνευδοκεῖτε τοῖς ἔργοις τῶν πατέρων ὑμῶν· ὅτι αὐτοὶ μὲν ἀπέκτειναν αὐτούς, ὑμεῖς δὲ οἰκοδομεῖτε αὐτῶν τὰ μνημεῖα. Apud Matth. verò legitur Matt. 23. Κοσμεῖτε τὰ μνημεῖα τῶν δικαίων. Quotquot hac tempestate fictę religioni suę veram religionem Apostolorum & prophetarum testimoniis confirmatam prætexunt: ne illi verè οἰκοδομοῦσι τὰ μνημεῖα τῶν προφητῶν.

Πηγαὶ ἄνυδροι. 63

Petrus Apostolus epistola 2. grauiter insectans falsos doctores, qui sincera doctrina destituti & charitate vacui tantum ob quæstum & ambitionem, non etiam ob veram pietatem, munus euangelicum profitentur, vocat eos πηγὰς ἀνύδρους, hoc est, fontes aqua vacuos, non sine prouerbiali facie. Estque etiam mirus lepos in contrariis dictionibus, cùm fontis definitio sit locus perpetuò aquam fundens adeò vt vel differentia vel proprium eius sit, aquam habere semper, cui repugnat, aridum esse. Quadrat in eos, qui suæ professionis vocabulo præclaro minimè respondent.

Κύκλος. 64

Aptissima metaphora meréque prouerbiali Apostolus Eph. 4. versutiam & impostura pseudochristianorum & hypocritarum insignit, mira vafritie simplicitati imperitorum illudentium & insidiantium, vocans eam κύκλον, id est, aleam, vt ita vel si ita loqui liceat, aleationem. A moribus alea ludentium astu miro ac dolo collusorum pecuniis inhiantium, malitioseque non raro interuertentium. Inde verbum κυκλεύειν, pro versutè aliquid agere, doloque malo tentare & decipere vsurpari posse videtur. Alias κύκλος pro euentu quocunque scriptoribus frequens est, præsertim Latinis, vt Martis alea. Apostoli verba sunt hæc: ἵνα μηκέτι ὦμεν νήπιοι κλυδωνιζόμενοι καὶ περιφερόμενοι παντὶ ἀνέμῳ τῆς διδασκαλίας, ἐν τῇ κυβείᾳ τῶν ἀνθρώπων, ἐν πανουργίᾳ πρὸς τὴν μεθοδείαν τῆς πλάνης. Quæ hic verto: Ne amplius simplices simus astu iactati, & circumacti omni doctrinæ vento, per aleam hominum, per versutiam ad assultum errorum. vel, vt alij, in hominum alea & astuta arte fallendi. Nec prætermittendum video illud κλυδωνιζόμενοι καὶ περιφερόμενοι παντὶ ἀνέμῳ τῆς διδασκαλίας, posse inter sacra adagia referri: quibus verbis significanter Apostolus taxat homines motoriâ in religione & fide Christiana fabulam agentes, variis & quibusque nouis opinionum & errorum fluctibus se permittentes.

Σπιλάδες. 65

Pestiferos homines cæteris oratione & fœdo morum exemplo pernitiosos, Iudas Apostolus σπιλάδας vocat per enallagen metaphoricam, quæ probrè adscribitur μεσήμαις, maximè cùm ea vsus sit Paulus: & quod sinè mirandum puto, Iuuenalis satyræ cuiusdam initio qui posteriores tropum duplicant, maculæ vocabulo etiam, rugæ addentes. Iudas, Οἱ ἐν ταῖς ἀγάπαις ὑμῶν συνευωχούμενοι ἀφόβως ἑαυτοὺς ποιμαίνοντες. Paulus ad Ephes. 5. de Ecclesia, ἵνα παραστήσῃ αὐτὸς ἑαυτῷ ἑαυτὸν τὴν ἔνδοξον ἐκκλησίαν, μὴ ἔχουσαν σπίλον ἢ ῥυτίδα ἢ τι τῶν τοιούτων, ἀλλ' ἵνα ᾖ ἁγία, καὶ ἄμωμος. Vt exhiberet eam sibi ipsi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam, aut quicquam eiusmodi, sed vt sit sancta & inculpata. B. Augustinus alicubi tractans exponénsque hæc Paulina, Maculam ad mores vitiosos refert, rugam ad vanam corruptámque in oratione doctrinam. Non malè exponendo Iuuenalis principio accommodandus: qui satyr. 14. incessens parentum in disciplina liberorum prauitatem, eos ait maculam & rugam nitidis rebus figere, id est, teneram illam indolem nullis adhuc vitiorum sordibus imbutam, probbque si formaretur, virtuti natam, pestiferis persuasionibus, & fœdis morum exemplis contaminare. *Paulus, Eph. 5.*

IOANNIS FERRERII PEDEMONTANI LX. PROVERBIORVM COLLECTANEA, PER IOANNEM GILLOTIVM CAMPAN. EXPLICATA.

Ioannes Gillotius Campanus, Lectori S.

QVM nouam Adagiorum Centuriam, quam statim post Erasmum Do. Ioan. Ferrerius Pedemontanus, vir omni genere scientiarum instructissimus, nobisque summo amicitiæ iure coniunctissimus collegit, hoc ipso anno, quo bonus iste senex (erat enim octogenarius) fatis concessit, inter alia eiusdem scripta reperissem, & cum nuperrimè impressis contulissem: nonnulla quidem, vel ab ipso Erasmo, quod non animaduerterat, vel ab aliis, qui postea collectanea prouerbiorum adiecerunt, explicata iam & edita deprehendi. Reliqua verò quæ hic subijciuntur, cùm indicasset tantùm, nec exposuisset: visum est Bibliopolis, qui hanc postremam editionem curarũt, lectoribus profuturum, si quis ea fusius explanaret. Quod libenter petentibus me facturum recepi, non quia mea insciti a non ignarus considerem me satis ornatè & conuenienter post tantos viros efficere posse, quod tam feliciter sunt assecuti: sed vt ipse testamenti mandatorúmque supremorum viri docti nostríque amantissimi curator, non solùm quæ fieri mandauit religiosè pro viribus exequerer, verùm etiam quæ scripsit, aut saltem vt aliquando scriberet plenúsque tractaret excerpsit, posteritati communicarem. Itaque, lector beneuole, si aliqua in re tuis commodis hic est satisfactum, bene precare manibus doctissimi & integerrimi viri, qui hæc miscellanea selegit: si quid verò perperam digestũ est, nec satis fideliter expositum, nobis imputa, qui has partes amici tuique causa suscepimus. Veruntamen quicquid id sit, æqui bonique consule, vt ad maiora iã propensum in tua studia animum magu ac magis inclines. Vale. E Collegio Bernardistarum, Calend. Mart. 1579.

IOANNIS

IOANNIS FERRERII PEDEMONTANI LX. PROVERBIORVM COLLECTANEA, PER IOANNEM GILLOtium Campan. explicata.

Homo rotundus. 1

VERVM HOMODVM virum cõstantem dicim⁹ hominẽ quadratũ, quòd in quãcũq. partẽ voluatur, siue in prospera siue in aduersa, semper sui similis est, nec animum mutat: ita rotundum vocabimus eum, qui verè sapiens est, non fucatus, & qui sine vituperatione aliqua ita perfectus est, vt nihil fiẽ, quod reprehendere queas. Sic author de viro bono apud Virgilium, Teretem & rotundum appellat eum, in quo nihil vitij, nihil maculæ sit, & qui quemadmodum mundus omnia in se continet, ita ipse tanquam paruus mundus omnia complectitur. Sic & Horatio lib. 2. serm. Satyra 7. sapiens est in seipso totus teres atque rotundus, id est, æqualis, interprete Acrone, & qui ab alio non quærit quid faciendum, sed ipse per se inuenit. Dicitur autem rotundus ab orbiculari figura, quæ est omnium perfectissima, & quæ sola, vt inquit Cicero libro 1 de Natu. deor. omnes alias complexa continet, quæque nihil incisum angulis, nihil anfractibus, nihil eminens, nihil lacunosum habet. Inde & oratio rotunda vocatur, elaborata, & velut ad tornum rotundata, cuius verba sunt aptè & eleganter constructa, & intra quam sententiæ cum sequentibus cohærentes ita commodè clauduntur, vt modulo ipso numerorum tota venusta sit. Qualẽ laudauit idem Horatius in ipsis Græcis, quibus dedit ore rotundo musa loqui, id est, concinno dicendi genere vti. Per hanc igitur similitudinem dicetur & homo rotundus: qui quemadmodum quæ ad tornum perpoliuntur, non sunt aspera nec rugosa, ita nihil habeat asperitatis, nihil offensionis, sed sit omnibus numeris absolutus, vel, si rationem corporis habeamus, in quo sit omnium membrorum tanta proportio, vt si, expãsis manibus & pedibus, in eius vmbilico, qui locus est centri, circinum fixeris, & circumagas, figuram ipsam orbicularem videas. Vnde apud Senecam Claudius dicitur esse non posse rotundus, id est, perfectus: quia in eo non erat caput, quod stultus esset.

Equa Pharsalica nuncupata iusta. 2

Ἐν φαρσάλῳ κλιθὶν δικαίαν τιθῶ, Equa in Pharsalo nuncupata iusta. Hoc desumptum est ex Aristotel. lib. 2. Politic. cap. 2. vbi ostendit multa sequi incommoda, si, vt volebat Socrates apud Platonem, vxores essent communes, aut filij similitudine & forma patrũ dignoscantur. Neque enim fieri potest, vt omnibus mulieribus, & in aliis animantium generibus fœminis hoc natura sit insitum, vt fœtus omnes patribus similes generent, sicut equa illa Pharsalica. Sic autem Pharsalica dicta est, à Pharsalo vrbe Thessaliæ, à qua & Pharsalici campi equis apti & nobiles, quòd planis essent porrecti spatiis & herbæ multæ prodigi. Inde & Bucephalus Alexandri magni equus. Iustæ verò nomen obtinuit, quòd dum fœtus admissario equo similes procreabat, vnicuique suum. quod est iustitiæ proprium reddebat. Nam & hac ratione Hippocrates artis medicæ princeps, naturam ipsam, cùm eius opera miratur, iustam appellat: & Aristoteles docet eam vel bonum œconomum, vel patremfamilias esse, quoniã sapienter vnicuique pro dignitate necessaria largiatur. Sic & Menander Comicus poeta, δίκαιον χάσμα, iustam terram ostendit, quæ non solùm tantundem reddit, quantum accepit, sed & multò amplius. Igitur, vt ad Prouerbij vsum redeamus, non tantùm fœmina cuiuscunque generis fuerit appellabitur Equa Pharsalica & iusta, quæ filios genitori similes producet, sed etiam quicunque rectum iustitiámque colet, communémque consociationem generis humani seruabit.

Babylonia opus est. 3

Prouerbialis est hyperbole, qua vtitur & ipse Aristoteles, cùm denotat magnam hominum multitudinem, non nisi magno & capaci loco posse contineri. Libro enim Physic. 2. cap. 4. vbi disputat aduersus Socratem, cui in secunda Republica (sic enim appellat libros Platonis de legibus) placebat esse quinque hominum millia, qui arma tenerent ad vrbis custodiam, eam multitudinem virorum adiunctis ferme & mulieribus nimiam esse putat, & Babyloniam ipsam, aut aliam immensam regionem, quæ capere possit requiri. Est autem Babylonia regio latissimè patens, bonam partem Mesopotamiæ & Assyriæ complectens, cuius vrbs olim totius Chaldeæ caput, Babylon appellata est, quam Strabo lib. 6. à Semiramide conditam tradit: sed Hebræorum literæ originem eius à Nembroth, & à linguarum confusione Babel nominatam & conditam esse volunt.

Quasi Nembroth robustus venator. 4

De tyranno & hominum oppressore vsurpatur hæc prouerbialis similitudo, quæ desumpta est ex Genes. cap. 10. Nam hic Nembroth fuit quidem venator, sed non tam ferarum quàm hominum, quos vexabat, multisque vectigalibus opprimebat. Cœpit enim potens esse super homines, & primus omnium sibi vendicauit imperium in Babylone, deinde & in Assyria tyrannidem exercuit. D. Ambrosius lib. de Noe & arca. cap. vltimo, de eo qui deliquerit hoc prouerbium interpretatur, & altiorem sensum affert: quòd qui terrenas diligit voluptates, eas sequitur, & putat iis se posse ad Dei gratiam peruenire, & regnum cæleste huiusmodi erroribus deferẽdum, is aduersum cælestia contumaci prætiatur affectu, & ascensu terreno ascendendum ad cælestia sibi persuadet. quod & fecisse dicuntur gigantes illi, qui turrim Babel ædificarunt, quæ poetis fabulæ, de his qui cum Ioue bellarunt materiam præbuit.

Cercyon in Alope. 5

Qui multis molestiis, quas diu pertulit, oppressus occumbit, est Cercyon in Alope. Nam Aristoteles lib. 7. Ethicorum capit. 7. vbi ostendit eos esse molles qui nullo modo resistunt doloribus, illos verò tales non esse censendos qui aliquandiu resistendo tandem vincuntur: ex Carcino poeta Tragico Cercyonem quendam inducit, qui cùm Alopen filiam constupratam audiuisset, rogauit eam, quisnam ille esset, qui stupri author extitisset, asserens se, vbi id cognou isset, omni molestia liberatum iri. Quod tamen contrà accidit. cùm enim Alope nominatsset adulterum, tanto dolore victus est, vt postea sibi viuendum non putarit. Alij ferunt hunc Cercyonem insignem in Attica regione fuisse latronem, qui cùm in propriam filiam Alopen longo tempore turpiter & impatienter exarsisset, tum demum ardori succubuit, illáque potitus est: postea verò id molestè ferens, interiit. Sed Hyginius de fabulis cap. 187. narrat huius Cercyonis filiam Alopen non à patre quidem rege Thessaliæ, sed à Neptuno fuisse constupratam, quod cùm pater nutricis indicio resciuisset, tam ęgrè tulisse, vt puerum ex adulterio natum in syluis deuorandum feris obiecerit, filiam verò carceri mancipatam fame necarit, demum ipsemet ob tale facinus, vel vt ait Pausanias lib. 1. ob immanitatem erga hospites, à Theseo, vel, vt alij volunt, ab eodem Neptuno interfectus est, eo supplicij genere, quo in viatores & hospites, quos validissimis arboribus incuruatis alligatos discerpebat, vtebatur.

Regum Persarum mollities. 6

De mollibus & delicatis ex naturæ imbecillitate, educatione, vel etiam natione vsurpatur hoc prouerbium de regum Persarum mollitie. quam notat idem Aristot. lib. 7. Ethicor. c. 7. Nam etsi barbari essent Persæ, tamen ipsa natione tam erant molles & à pueritia tantis voluptatibus addicti, vt quasi in sinu Veneris molliter educati, dolores, quibus è vulgò plerique resistunt, sufferre non possent, sed his statim succumberent. Argyropilus non de Persis, sed de Scythis interpretatus est. Veruntamen constat multorum scriptis Scythas adeò bellicosos & fortes extitisse (sicut fere omnes illæ gentes Septentrionales) vt nullis in re militari cesserint, inferioréve fuerint. Adde quòd Olaus Magnus Gothus, qui de earum gẽtium moribus ac ri-

tibus scripsit, refert Anacharsin Scytharum philosophum dixisse, tam barbaros & feroces Scythas esse, vt nullę sint eis vrbes, nulla mœnia extructa, sed domus, quas vel ex induratis animalium coriis, vel arborum codicibus habent, singuli secum ferant, quod profecto mollitiæ vel imbecillitatis non est argumentum. Persæ verò, si Straboni credimus, diuitiis omnibus abundabant, & proinde deliciis & luxu diffluebant. Sed maximè Persarum regum superba mollities & luxus apud authores memoratur, illis enim adoratio peculiaris erat, citra quam facilis aditus ad regem non patebat. cibos delicatos vndique conquirebant, suauesque potus venabantur. Nam triticum ex Asso Æolica sibi afferri volebant, vinum ex Syria, aquam ex Euleo alibi vel, alibi ætatem, alibi quoque hyemem agebant. Ex quibus facilis coniectatio est, quanta fuerit in reliquis mollities. Et proinde monuit Horatius od. vltim. lib. 1. Fugiendos esse Persicos apparatus, id est, superfluos & nimium exquisitos, quales Regum Persarum solebant esse.

Purpura Megarensium. 7

De his quæ præter decorum fiunt vsurpari potest, & ad eos transferri, qui aliqua in re importuni & inepti videbuntur, & qui non tam honestatis quàm ostentationis causa, & vt hinc in admirationem sui alios adducant, res suas faciunt. Quod à Megarensibus fieri solitum indicat Aristot. lib. 4. Ethic. c. 2. Illi enim paruis in rebus multa consumebant, & splendorem inconcinnè captabant, quod præter consuetudinem Comœdiæ, cuius alioquin inuentionem sibi vendicabant, stragulis non è cilicio, vt mos erat, sed è purpura vterentur. Et hoc quidem παρὰ μικρὸν inquit Aristoteles, id est, præter modum, & non apte, neque accommodatè & non seruata rei conuenientia.

Phocylidis mediocritas. 8

Hic Phocylides Milesius fuit philosophus qui carmina & elegias, siue præcepta & sententias, vt refert Suidas, scripsit, qui licet mediocris esset in ciuitate, mediocribus tamen optima multa precabatur, inquit Arist. lib. 4. Polit. c. 11. vbi docet eâ vitæ ratione, quæ in mediocritate versatur, bono ciui tenendam esse, quòd sit aliis præstantior. neque enim, aut ille, mediocres aliis, neque alij ipsis inuident, sed sine periculo degũt, & ad ciuilem societatem magis sunt idonei, quàm diuites & superbi, qui imperant vt domini: vel quàm pauperes & dejecti, qui parent vt serui. Igitur Phocylidis erit mediocritas, si mediocribus optima precemur, cùm ipsi simus aut esse velimus mediocres, id est, si aliis meliora desideremus, quàm ipsi velimus: vel si, quia multa sunt bona in mediocritate, ipsi vitam mediocrem amplectamur.

Ad putei mulctam. 9

Athenis erat puteale ergastulum, id quod velut in subterraneum carcerem rei capitis & cum quibus agebatur de crimine, non de contractu ciuili detrudebantur. Nunc etiam qui magnum aliquod flagitium commisisse arguuntur, in loca carceris obscuriora & horrenda magis demittuntur: ad quos audiendos vel etiam iudicandos, nunc quoque apud quosdã, vt olim apud Athenienses, tribunal subterraneũ constitutum est. Igitur ad putei mulctam damnare, vel ad puteale tribunal mittere, est aliquid triste & calamitosum alicui malè imprecari: vt, in pistrinum tradere, ad metalla damnare, ad sentinam exhauriendam mittere, &c. de quibus suprà. Vide Aristo. lib 4. Politi. c. 16. vbi de rebus capitalibus tractans, dicit eius generis flagitia, quæ ad mulctam putei damnentur, pauca esse omni tempore, & in magnis solum vrbibus patrari.

Forum Thessaliæ. 10

Quale fuit in Thessalia causarum ciuilium forum illud, quod liberum vocabant, tale deberet vbique locorum esse constitutum, nempe purum ab omni mercatu & rebus venalibus vacuum, & ad quod opifices & cæteri id genus non auderent accedere, nisi à magistratibus vocarẽtur. Nam & Aristot huiusmodi volunt esse forum in sua Republ. scilicet ἀγορὰν ἐλεύθερον, hoc est, forum liberum & ab omni mercatu & strepitu alienum, vt videre est lib. 7. Politic. c. 12. De quo & Cælius Rhodig. lib. 28. c. 10. Sit igitur forum liberum à mercatu, liberè omnibus pateat, libera sententia proferatur, nulla habita personarum ratione.

Satyrus patris amator. 11

Si quis adeo liberos amet, aut erga suos ita afficiatur, vt quæ natura sunt honesta & bona conẽnat, id facit quod Satyrus iste, de quo Aristot. lib. 7. Ethicor. cap. 4. Hic enim puellę cuiusdam amore captus, cùm Solitrati patris auxilium ad eam potiendam esset expertus, adeò postea patrem dilexit, vt φιλοπάτωρ id est, Patricola vel patris amator vocatus sit, & post patris mortem vita quoque se priuarit de rupe quadam præcipitatus. Quod quidem insani est. nec enim sapiens iudicandus est, qui post obitum eius, quem amauerit, mortem quoque sibi conciuit. Hoc ergo nomine reprehenditur vehemens amor in patrem, & in eum sensum protulit Aristoteles: vel patris in filium, vt apud Plautum in Menæchmis pater quidam mercator inducitur, qui ob amissionem filij, quem amabat, mortuus est.

Dominus in monte videbit. 12

D. Hieronymus tom. 3. epistolar. in Quæstionib. seu traditionibus in Genes. ait sic interpretatur: Hoc apud Hebræos extitit in prouerbium, vt si quando in angustia sint constituti, & Domini optent auxilio subuenari, dicant: In monte Dominus videbit: hoc est, sicut Abrahæ misertus est, miserebitur & nostri. vel videbit, id est, prouidebit, est enim quasi responsum ad hanc interrogationem, vbi esset holocaustum. D. Augustinus autem lib. 16. de Ciuit. c. 32. ait: Dominus vidit, pro eo quod est, Dominus apparuit & videri fecit. vbi sic Viues addit: Manet adhuc hodie id prouerbij in Hispania non omnino vt apud Hebræos, nec omnino sicut hic Augustinus interpretatur, sed media quadam ratione. Deus videbitur, quasi exeret & ostenderet vim suam. nec longè absunt Galli cum dicunt, *On le verra.*

Gemoniæ scalæ. 13

Gemoniæ scalę dicentur de ex quisitis supplicijs, vel de summa ignominia, nam huiusmodi scalæ, quæ erãt in Auentino monte, suppliciis sortitum infames reddebantur. ibi enim, si credamus Rhemano in Tertul. nefarij & conscelerati tracti in scalas, præcipites dabantur, exemplo fortasse Thessalorum, apud quos locus supplicio destinatus, & ex quo noxij in præceps agebantur, dicebatur Corui, vnde & illud prouerbium natum est, ad Coruos abire vel mittere, cuius est frequens mentio apud authores. & quod est huic affine, vtrumque enim malam rem & exitum imprecari significat. Alij scribunt non viuos nefarios, sed necatos in carcere, siue capite abscisso, siue stragulatos laqueo, magnis vncis in forum, inde ad illas scalas, & postea in profluentem à carnificibus trahi solitos. Legimus enim M. Claudium, quòd fœdam cum Corsis pacem fecisset, primo deditum hostibus, factámque eius rescissam, & libertatem ademptam, mox & spiritum extinctum, corpus contumelia carceris & detestanda Gemoniarum scalarum nota fœdatum. Et apud Cornelium Tacitum: Tunc confossum collaceratúmque & abscisso capite truncum corpus Sabini in Gemonias trahunt. Apud eundem Vitellius ad Gemonias, vbi corpus Sabini iacuerat, protractus narratur. Dicebantur autem Gemoniæ scalæ, quòd locus ille gemitus & calamitatum strectus gradibus quibusdã ascenderetur, illúcque, vt diximus, ràquam ad viarum purgamẽta damnatorum cadauera raptarentur. Ad huiusmodi scalas alluſit Tertullianus aduersus Valen. circa finem, cùm inquit: Quanto meliores qui totum hoc tædium de medio amoliti nullum zonem voluerunt alium ex alio per gradus re vera Gemonios structum, sed mappa, quod aiunt, missa semel octoiugem istam ex parte, & Ennæa eius exclusam. Earum quoque scalarũ meminit & Plinius lib. 8 cap. 40. Sed supra omnia, inquit, in nostro ævo actis populi Romani testatum Appio Iunio & P. Sillio Coss. cùm animaduerteretur ex causa Neronis, Germanici filij in T. Sabinum & seruitia eius, vnius ex his canem nec à carcere abigi potuisse, nec à corpore recessisse abiecto in gradibus Gemoniis, mœstos edentem vlulatus.

Nec ille Polycletum, nec ego Nero. 14

Hæc sententia est Traiani, quem Plinius secundus lib. 6. epist. ad Cornelium, vult ostendere non tantum potentiæ & dominij libertis suis permisisse, etiam si illos amaret, quantum ipse Nero suo Polycleto detulit. Hunc enim, vt scribit Cornelius Tacitus, cùm tantum meruisset libertus, pacis conficiendæ gratia, legatũ & procuratorem misit in Britanniam: qui etsi nec sibi defuerit, quo minus terribilis militibus incederet, tamen hosti-

hostibus ludibrio habebatur, quo nondum tantam in libertis potentiam datam cognouerant, mirabantúrque quod pacis componendæ legatus seruitus obediret. Adde quod, vt Dion scribit, Polycletus ipse seorsum à Nerone agebat, populabatur, rapiebat omnia quæcunque poterat, cuncta tamen ad Neronem mollius referebantur. Quapropter idem Plinius in Panegyrico scripsit de eodem Nerone, vel de ipso Claudio, aut huiusmodi principibus, qui cùm essent ciuium domini, libertorum erant serui, horum consiliis, horum nutu regebantur, per hos audiebant, per hos loquebantur, per hos præturæ etiam & sacerdotia & consulatus, imo & ab his petebantur. At Traianus libertos suos vt libertos amabat, non vt dominos. vnde & ipse Plinius cõtinuò ait: Tu libertis tuis quidem summum honorem, sed tanquam libertis habes, abundèque sufficere his credis, si probi & frugi existimentur. Scis enim præcipuum esse indicium non magni principis magnos libertos. Polycletus itaque dicetur libertus vel seruus insolens ob nimiam potentiam vel libertatem datam à domino. Quòd nomẽ ad id retulit & ipse Tacitus in Vitellio, cùm dicit eius libertum quendam Asiaticum æquasse potentia Polycletos, id est, insolentes seruos vel libertos.

Pontus bonorum. 15

Est istud simile, Mare bonorum, quod supra retulit Erasmus Chil. 1. Cent. 3. adag. 19 verum quæ enim dicitur de magnis commoditatibus quæ ab aliquo proueniunt, sicut è mari multæ res hominibus ministrantur.

Sternutauit. 16

Hac voce medium quoddam omẽ significatur, quo modò aliquid boni, modò aliquid mali portenditur. De bono quidem habetur exemplum apud Catullum:

Amor sinistram, vt ante dexteram sternuit approbationem.

Et de eodem sic Propertius:

Num tibi nascenti primis, mea vita, diebus
Aridus argutum sternuit omen amor.

Hippocrates quoque sic scribit: Si mulieri, quam vitia vteri infestant, aut quæ difficulter parit, sternutamentum supernenit, bono est: quia indicat naturam iam intermortuam expergefieri & reuiuiscere. Inde etiam solemus dicere sternutationem signum esse bonum, quàuis ex mala causa. De malo autem omine sternutationis Gellius lib 3. c. 16. refert ex Plinij li. 7. c. 6. Sternutamentum in muliere post coitũ abortiuũ efficere. Cuius rei hanc rationẽ reddit Beatus Rhenanus: Sternutatio est motus virtutis expellentis, vt ait Galenus, quæ stomachum & colligantias vuluæ illius adnexas mouet & diuexat. Quare si mulieri contingat sternutasse statim post coitum, semen sternutationis motu soluitur, rescinditur ac exit foras.

Oscitauit. 17

Res eadem diuersa voce denotatur. Aiunt enim in rectè valente oscitationẽ, si citra causam accidat, malam esse, præsertim si frequens fuerit: quia materiæ significatur exuberantia, & corporis febricitationi propinqua dispositio: illam verò probari, quæ à digestione consueuit obuenire. inde enim superfluitatũ in musculis aggregatarum expulsio denotatur. Gellius lib. 5. ca. 20. scribit oscitationem in homine signum esse animi vagi & hallucinantis & fluxæ atque apertæ securitatis. Plinius autem loco iam nunc indicato, dicit oscitationem mulieris lethalem esse in coitu: quia, inquit idem Rhenanus, contrariam affectionem infantis interdum & matris notat, aut fœtum affectatum accidente in aliquo.

Saufeium me putas. 18

Saufeium me putas, id est, tardum & negligentem, inquit Aldus in epistol. Ciceronis ad Attic. qualis fuit ipse Saufeius, qui erat ex hæresi Epicurea, vel quod natura laborem ferre nollet, vel quia Epicureus erat instituto & consuetudine. Omnes enim philosophi, vt idem scribit, quia præter sapientiam nihil curabant, tardi erant, atque tarde ambulabant, tardissimè verò Epicurei, quia molles erant, & ex magistri doctrina laborem fugiebant.

Eodem amorem & oculos concurrere. 19

Paulus Cortesius in quatuor libros Sententiarum, author est, vt existimo, huiusce prouerbij: nec enim licuit alibi reperire. Ait autem lib. 2 vbi agit de hominis creatione, figuram hominis à parente Deo celsam & rectam informatam & constitutam fuisse, vt ille princeps inter omnium animantium genera dignosceretur, esseque spectator rerum superarum, cùm perspicuum sit idem amorem in spiritu ac pondus in corporibus exsistere. Nam licet corpora natura deorsum ferantur, tamen humanum corpus, cùm sit domicilium spiritus, natura superiora appetit. ex quo quidem natum est istud adagium: Eodem amorem & oculos concurrere, id est, ad ea, quæ quis amat, libenter intueri. Itaque non diligamus mundum, neque ea quę sunt in mundo, sed ad ea, quæ sursum sunt, oculos & amorem defigamus, cùm enim hic ciuitatem permanẽtem non habeamus, debemus tam ad illam quæ superior est Hierusalem, saltem oculis tendere, vbique animo conuersari.

Dieta curari. 20

Cicero li. 4. epist. 3. ad Atticum, vbi narrat, quàm insolens esset Clodius, quicùm omnia incendiis, ruinis & rapinis perturbaret, & ipsum insequeretur, tamen occidi potuit: sed ego, inquit Cic. dicta curari incipio. chirurgię tædet, metaphora sumpta ab ægrotantibus, quasi diceret: Institui me tuen contra meos inimicos moderatione quadam, qua vtens spero fore, vt huic malo dies quotidie magis medeatur, sicut solet dicta non recte se habentibus. Necessum ferro vt res agatur volo, quod facit chirurgia. Igitur dicta curabis inimicum, si non statim ac dabit occasio, in illũ animaduertas, sed si expectaueris, vt ille pœnitentia ductus molliatur. Nam Christianæ consummatæque perfectionis est, locum dare iræ, id est, non resistere malo, vt inquit Basilius, &, vt ait D. Paulus, in bono vincere malum, i. per patientiam & quasi cunctando inimicũ lucrari. dum ab illo prouocati, vicem illi non reddimus. Vide patientiæ præcepta Matth. 5. & 6.

Vnciales literæ. 21

Vnciales literæ dicuntur magnæ, & ex quibus magni libri prodeunt, qui potius onera sunt, quàm codices. Qua quidem figura vtitur D. Hieronymus, tomo 3. epist. præfatione in Iob, pluris faciens pauperes & emendatos codices, quàm auro argentóque atque literis magnis, &, vt vulgo aiunt, vncialibus descriptos. Vncia autem, quæ proprie est duodecima pars libræ vel assis, vt pondus, sic etiam respicit mensuram, vt sit quasi duodecima pars vlnæ: adèò vt vnciales literæ sint, quæ habeant longitudinem & quantitatem duodecimæ partis ipsius vlnæ, i. per hyperbolen, quæ sint magnæ & proinde, quæ magnos libros efficiant. Quales Callimachus magnũ esse malum dicebat. illi namque magno & solido malo lectores mulctare videntur, qui æstimationem ingenij codicis non solum magni, sed etiam magnarum literarum amplitudine constare volunt.

Titius. 22

Titium appellabimus eum, qui sit mollis in dicendo, vel etiam ipsam mollem, teneram, & in gestu solutam & quasi fœmineam actionem, De qua sic ait Cicero in Bruto: Titius homo loquax sanè & satis acutus, sed tam solutus & mollis in gestu, vt saltatio quædam nasceretur, cui saltationi Titius nomen esset. Et Quintilianus lib. 11 c. 3 Longissimè fugienda est mollis actio, qualem in Titio Cicero dicit fuisse. Vnde etiam saltationis quoddam genus Titius sit appellatum. Hic autem Titius M. Antonio, Aulo Posthumo Albino Coss. Tribunus plebis fuit, vt notat idem Cicero libro 2. de Oratore.

E lintre loqui. 23

E lintre loqui, est nutando & quasi vacillando loqui. de qua loquutione videre est apud Quintilianum lib 11. c. 3. Reprehendenda est, inquit, illa frequens & concitata in vtramque partem nutatio, quam id Curione patre irrisit & Iunius, quærens quis in lintre loqueretur: quòd modò in hanc, modò in illam partem flecteretur & nutaret, vti qui est in nauicula, qui linter appellatur.

Quot aquæ poculis mare constet. 24

Theodoretus de Græcarum affection. curatione lib. 12 vetitur hoc enigmate prouerbium, volens significare ex Platonis sententia, Philosophos non aliter scire, quę agantur in ciuitate, quàm scitur quot guttis vel poculis aquę mare constet. Sed quod Plato de philosophis scribit, ipse Theodoretus torquet in illos Christianos, qui relictis vrbibus & rerum domesticarum vel ciuilium curis, solitariis locis ad incolendum delectis, cõtemplationi diuinę sese penitus addixerunt: & interim à rebus temporalibus tam sunt alieni, eáque tam ignorant, quàm quot aquę guttis mare constet, quod

sciri nequit. De nimia ergo curiositate, & sciendi res inutiles cupiditate dici potest.

Censor Appius. 25

Ironicos & prouerbialiter Censorem Appium appellabimus eum, qui in censendis aliorum scriptis tam decurrit, quã fuit cæcus Appius ille, de quo scribit Cic. lib. de Senectute, ad cuius senectutẽ accedebat, vt cæcus esset: Et sic [illegible] in [illegible] Gallum, appellat illum Censorem Appium. Non quòd talis fuerit hic Appius, cuius prudentia maximè celebratur: sed quod ille cæcutiret, vt ille cæcus erat. Ideo quadrabit etiam in eum, qui cùm parum videat, ac minimum iudicij habeat in rebus alienis, tamen oculatissimus vult videri, & de his omnibus censoriam virgam arripere: vt si aliquis, cuius palatum nõ satis cupiat in literis sacris, aut in antiquorum patrum scriptis, quia ne extremis, quod aiunt, labris deguttauit, pro animi libidine audeat hæc vel illa reiicere & repudiare, atque reiicere quicquid insano ipsius gustui non placet.

Lapidem in aceruum Mercurij mittere. 26

Hoc deriuatum est ex Prouerb. Salomonis cap. 26. quo significari videtur, hominibus indignis & impijs honores non esse tribuendos. Nam quemadmodum qui aceruo lapidum lapides alios addit, facit illũ eleuatiorem: sic qui stultum honorat, reddit insolẽtiorem, inquit Isidorus Clarius. Verùm Polycraticus lib. 5. de nugis Curialium cap. 7. aliam interpretationem non longè remotam à Lyræ glossa, vt vocatur ordinaria, affert: dicit enim aceruum Mercurij esse, in quo cõsistit ratio calculandi, quia Mercurius numen eorum est, qui hanc negociationem exercent, & ratiociniis suis diligenter inuigilant. Mittere ergo lapidem in aceruum, quo regitur ratio calculãdi, est inquit ille, totam turbare calculationem: & honorem conferre insipienti, est Reip. subuertere vitam. est enim intempestiuus honor, qui stulto impenditur, cùm soli sapienti sit exhibendus.

Felicior sis Augusto, & melior Traiano. 27

Precatio est & votum boni ominis, quod solet acclamari principibus, cùm primum adeunt regni & imperij administrationem, nempe, vt sint fœlicitores Augusto in finibus defendendis, & meliores Traiano in amplificandis & reparandis. Quam autem fuerit fœlix Augustus multis narrat Suetonius, cuiúsque laudes totus orbis celebrat. Tantæ verò ciuilitatis fuit ipse Traianus, inquit Polycraticus de nugis Curialium lib. 5. cap. 8 vt Romani imperij fines, quod post Augustum, qui tam fœliciter auxerat, quàm nobiliter defenderat, longè latéque diffuderit: gloriam tamen militarem moderatione superauit. Romæ & per prouincias omnibus se æqualem exhibens, amicos salutandi causa frequentans, festis diebus cum eisdem indiscreta conuiuia vicissim habens, vehiculis eorum & vestibus indifferenter vtens, publicè & priuatim ditans omnes, immunitates ciuitatibus largiens, relaxãs tributa prouinciis, nulli grauis, charus omnibus: adeò vt meritò alijs omnibus præferendus sit, cuius virtus præ cæteris magis placuit.

Et hic dij sunt. 28

Dictum est Heracleti Ephesij citatum ab ipso Gellio lib. vltimi, cap. vltimo: quo monentur ingredientes, ne quid reformident nos quoque aduenientes, vt faustum & fœlicem aditum nostrum significemus, dicere solemus, Deus sit hic. *Dius fidius sum*: vel hanc salutandi formulam à Christo domino institutam & vsurpatam sequimur, Pax huic domui. dicimus quoque alio prouerbio, canem esse ligatum, & proinde nihil esse timendum.

Facilius inter horologia conuenire, quàm inter Philosophos. 29

Verba sunt Senecæ in ludo Claudij Cæsaris, quibus horologiorum dissonantiam, & maximè philosophorum perpetuum dissidium taxat. Quis enim nesciat horologia etsamsi longè dissonent, nec æqualiter punctum quod horam ab hora diuimit, manus attingat, facilius inter se concordare, quàm philosophi suis opinionibus inter se consentire? Nam siue de Deo, siue de anima, siue de mundo & huiusmodi secum quæstionibus agant, ita sunt discordes & ab inuicem dissidentes, vt ex diametro pugnantes sententias tueantur.

Dominus domini. 30

Seneca in eodem Ludo Claudij, volens significare Narcissum, qui erat ab epistolis ipsius Claudij, & ante omnes dilectus, non solùm æqualem, sed quasi superiorem fuisse, Dominum domini appellat. quòd non tantum rebus gerendis adesset, vt est Amanuensis officiũ, verùm etiam præesset, & pro arbitrio administraret. De quo & Sextus Aurelius sic ait: Omnes libertos anteibat Narcissus ab epistolis, dominum se gerens ipsius domini. Itaque rectè Plinius in Panegyrico Traiani notat huiusmodi principes, qui cùm essent ciuium domini, libertorum erant serui.

Suo Claudio stultior. 31

Dictum est Antoniæ matris eiusdem Claudij apud Senecam, quæ si quem socordiæ & stultitiæ argueret, suo Claudio stultiorem esse diceret, significans Claudium filium stultum esse. Sic nos stultum aliquem, hoc vel illo, cuius stultitia notior sit, stultiorẽ dicimus; quẽadmodum & deformem & cuius vultus ac deformitatem insignis sit, hac vel illa re deformiorem.

Camelina potatio. 32

Hoc adagio notabuntur ij, qui non solùm multum, sed qui, vt Cameli, in præteritum & in futurum bibũt. Scribit enim Aristoteles Camelos sitim quidẽ quatriduo posse tolerare, sed postea, cùm est bibendi occasio, quàm multum implere, atque præteritæ & futuræ siti satisfacere.

Simonidis longus sermo. 33

Ex Aristotelis sententia lib. 14. Metaphysic. cap. 3. videtur hoc prouerbium quadrare in eos, qui cùm multa garriant, & inepta loquacitate effutiant, nihil tamen ad rem proferant. Vel in eos, qui pugnantia dicunt, vel minimè sana, quòd, inquit ille, seruorum est. Vade autem natum sit, non satis liquet, nisi referre velimus ad illud carmen, quod quamuis Simonides recitasse in laudẽ eius apud quẽ cœnauerat, tamen, quia poetica more multa de Castore & Polluce interseruisset, non placuit hospiti, quod visum esset longius, & rei propositæ minus conueniens. quapropter promissum præmium dare noluit, sed tãtum dimidium, quoniam plus æquè alios laudasset, à quibus, si videretur, reliquum peteret.

Antiqui Homerici. 34

Idem Aristoteles lib. 14. Metaphysic. cap. 8 docet hoc dici posse, de iis qui paruas similitudines vident, magnas verò non vident hæc enim sunt eius interpretis verba. tamen libro 2. Ethicor. cap. 9. de iisdem antiquis verba faciens, quos & Troianarũ senes appellat, videtur ad illos referre, qui cùm iã sint effœto corpore, & ad res venereas inualido, voluptates illas vel cũ pulcherrimis mulieribus non curant, illisque facilè carẽt. Quod quidem fecisse videntur antiqui apud Homerum Iliad. 3. à quibus cùm peterent consilium de Helena, propter quam bellum gerebatur, censuerunt etiamsi pulchra esset, tamen remittendã esse, his verbis:

Αἰνῶς ἀθανάτοισι θεὰς ἐς ὦπα ἐίκται
Ἀλλὰ καὶ ὣς τοίηνγε ἰδὼν ἐνὶ νηυσὶ νεέσθω,
Μηδ' ἡμῖν τεύχοι τ' ὀϊζυρὸν πῆμα, λίποιτο.
Valde immortalibus deabus vultu similis est.
Sed & sic, talis quamuis existens, in nauibus abeat,
Neque nobis filijsque in posterum detrimentum relinquatur.

Quæ quidem opinio Priamo cuius filius Paris Helenam deperibat, non placuit, quasi illa non belli causa, sed dij authores essent.

Scopulus reorum. 35

De summo iure & rigore vsurpatur hoc prouerbiũ, quod originem habet à L. Cassio, qui cùm esset prætor, tam seuerus fuit in iudicando, vt eius tribunal, inquit, Valerius Maxim lib. 8. cap. 7. de fiducia sui, propter nimiam seueritatem, id est, rigorem exactæ iustitiæ scopulus reorum diceretur: propterea quod, quemadmodum nauigantes à scopulo illidant, naufragium faciunt, aut vix saluj euadunt: ita apud huius Cassij tribunal, qui accusabantur, pro maiori parte de vita periclitabantur, aut rari admodum inde saluj euadebant.

Achilles Zenonis. 36

Hoc dicitur hyperbole prouerbiali de argumento velocissimo & insolubili. Nam quemadmodum Achilles ob insignem velocitatem & subtilitatem fingitur ab Homero velocissimus, quòd cũ multis prælijs interfuerit;

fuerit, nullam tamen cicatricem uerſam habuerit: ita ratio illa Zenonis, quæ velociſſima eſt & inſuperabilis, dicetur eiuſdem Achilles. Quæ de re Ariſtot. lib. 6. Phyſic. ca. 9. Non multum differt hoc, alter Hercules, quod ſuprà relatum eſt, & ab ipſo Eraſmo explicatum Chiliad. 1. Centuria 7. adagio 41.

Alienus ridere genis. 37

Qui non verè rident, ſed ſimulatè, dicuntur ridere alienis genis, vt tradit Camerarius, vbi tractat de Gnathonibus, quorum ridiculum deno minationem ceniet, vtpotè qui buccones à bucca poſſint appellari. propterea quod buccis tantùm rideant, aut ridere ſimulẽt, quod eſt adulatorum, rident enim aut arrident, vt alios ridere faciant. Cuiuſmodi riſus dicitur cor non eſſe conſcium, nec fauces pertranſire. Inde apud Homerum Odyſſ. υ. Proci dicuntur ridere γναθοὶς ἀλλοφρόνως Gnathonico riſu, id eſt, ficto & ſimulato, non vero. non aliter quàm qui in funeralibus pompis conducti, fictis deplorant lachrymis, & geſtu dolorem ſimulant.

Fidicen cùm hæret tuſſit. 38

Suidas hoc proverbium retulit de iis, qui adhæreſcentes maximè in dicendo, ſimulant tuſſim, vt interim vel ſermonem quærant, vel ſaltem paululum cõquieſcant. Eſt huic ſimile, Hæſitantis Cantoris tuſſis, de quo Erasmus ſupra Chiliad. 2. Cent. 3. prouerb. 45.

Nola in cubiculo. 39

Vt ſenſus & origo huiuſce proverbij plenius intelligatur, hìc repetendum eſt quod Cœlius Rhodig. lib. 19. cap. 12. notauit, ad explicationem loci Apuleij in Quæſtionum lib. 1. cap. 6. Conjectura, inquit, ducor ex Græco adagio Καδωνεῖον χαλκεῖον, id eſt, Dodonæum tintinnabulum, eſſe itidem. Nam in cubiculo, prolatum in garrulum deſidentem dies totos domi, & nugali verborum futilium importunitate & copia exundãti detinuientem, vt obſtrepera loquacitate obſurdeſcerent aures, ac veluti tintinnabulo conſuleretur: vel (quod arridet amplius) eos intelligamus, qui domi quidem & in cubiculo, vbi uſum eſſe vſum Varro ſcribit, fluenta verborum promunt: in foro autem vbi ciuili eloquentia gloriam ſibi comparant viri præſtantes, penitus conſilescunt. Nolam itaque pro campana dici obſeruauimus, quod eſt exæris inſtrumentum ad quo remotioribus, vt conueniant, datur ſignum. Hucuſque Cœlius. Vide plura pro huiuſce proverbij vſu, Dodonæum æs, Chiliad. 1. Cent. 1. adag. 7. vtrunque enim dici conſueuit de eo qui domi loquax, foris verò mutus eſt tanquam piſcis, vel de eo qui importunè loquitur, vt mulier.

Pilulæ ſunt glutiendæ non manducandæ. 40

De iniuriis obliuiſcendis hoc ſolet vſurpari. Nam quemadmodum pilulæ, ſi manducentur, parum gratæ ſunt palato, ſi vero glutiantur & deuorentur, proſunt ſtomacho: ita verba iniuriola, vt nihil habeant quod mordeat, ſunt deuoranda & quaſi obliuiſcenda. Aliquin ſi hęc alta mente repoſita maneant, & in memoriam reuocentur, pũgunt animũ, quæ offendunt. Quare Athenienſibus ἀμνηστία, id eſt, obliuiſcendarum iniuriarum lata lex à Thraſybulo, & à Chriſto domino nobis tradita, ne maledicentibus maledicamus. Cuius virtutis & patientiæ exempla & præcepta paſſim reperiuntur in ſacris libris.

Tranſilire ſcrobes. 41

Tranſilire ſcrobes, eſt modum aliqua in re exædere. Nam vt Iunius ſine carcere appellatur locus ille, vnde currentes proſiliebant: ſic & terminus dicebatur ſcrobes & meta locus ille ad quem proueniebant, vt præmium propoſitum conſequerentur. Galli dicunt, *Paſſer la rayc.*

Iurare per nomen Druſillæ. 42

Iurare per nomen Druſillæ, eſt inſanire, quoniam, vt inquit Suetonius, Caius Cæſar cùm ſororem Druſillã vitiaſſet, & L. Caſſio Longino vxorem poſtea dediſſet, tamen eam tandem abduxit, & in modum iuſtæ vxoris propalam habuit, tantòque amore illam deperiit, vt ea defuncta, ſi de quibuſdam rebus aut in concione ad populum, aut in exercitu apud milites eſſet iuranda affirmandum, per nomen Druſillæ deieraret. & hoc inſani hominis eſt.

Nemo poteſt duobus dominis ſeruire. 43

Hoc adducitur à Chriſto Domino, vt vulgatum proverbium Matth. 6. Qui enim vult duobus dominis ſeruire, non poteſt non habere animum in diuerſa diſtractum, addictum & affixum. Quemadmodum igitur vt duos dominos ita ſimilibus moribus ſeperatos, vt pro vtriuſque arbitrio ſeruire poſſis, aut in vtrunque pariter affectus eſſe: ſic fieri non poteſt, vt quis vacet rebus diuinis ſimul & ſecularibus, literis inuigilet & coacernandis diuitiis, placeat vxori & Chriſto, ſolicitus eſſe poſſit quæ ſunt Domini, & quæ ſunt mundi, &c.

Excolatis culicem & camelum deuoratis. 44

Quadrabit in eos qui minima curant, de magnis vero parum ſunt ſolliciti. quales erant Phariſæi Matth. 23. qui religioſos ſeſe oſtentabãt in his quæ propè nullius erant momenti, & interim cum proximis non ſatis piè ſe gerebant, cùm in eos benefici non eſſent. & ſic quaſi culicem ammuciſſimum animal, in poculum incidiſſet, excolabant, camelum autem non minorem equo deglutiebant, id eſt, peccata ſemina diligenter vitabant, grauiſſima verò flagitia committere non dubitabant.

Modicum fermentum totam maſſam corrumpit. 45

Proverbialis hæc ſententia 1. Corinth. 5. nos monet, parua peccata non eſſe negligenda, quoniam ex vno peccato generatur & aliud. Nam ſicut ex initio generatur iuſtitia, ibunt enim iuſti de virtute in virtutẽ, ita & qui ſemel intra ſe licet parum malitiæ fermentum repoſuerit, ſemetipſo quotidie peior efficitur ac nequior. Poteſt quoque referri ad malorum hominum peſtilem exemplum & morum contagionem: quia boni corrumpuntur malorum ſocietate & colloquio, ſicut vnica oue ſcabioſa grex vniuerſus inficitur.

A cedro Libani vſque ad hyſſopum diſſerere. 46

Hoc propriè dictum eſt de Salomone, qui erat ſapientior cunctis nominibus. 3. Reg. 4. ſed proverbialiter quadrabit in eos, qui de rebus præſtantiſſimis viquè ad infimas & humiles differunt, id eſt, qui rerum omnium naturalium ſunt peritiſſimi.

Cent auricè viuere. 47

Centauricè viuere, eſt more Centaurorum inebriari & omnibus vitiis luxuriando vitam mollem & in perpetuo otio agere. Recte igitur vſurpabis hoc proverbium in eos, quibus, vt ait Horatius, Pulchrum eſt in medios dormire dies, & ad ſtrepitum citharæ cæſtum ducere curam. A Centauris autem Theſſaliæ populis deductum eſt, qui cùm primi cœpiſſent equos domare, illiſque quaſi biformes, Ixionis regis tauros fugientes ad tecta ſtimulis, vnde id nomẽ ſortiti ſunt, reuocaſſent, propterea accepta pecunia a rege, tam inſolentes facti ſunt, vt poſtea diuturnum egerint otiũ, nullis aliis negotiis ſeſe exercentes, quàm in agitandis equis, & in cute curanda plus æquo operati. Sed cum in nuptiis filij Ixionis, quàm vino (cæſus erant amantiſſimi) tam virgine vita arſiſſent, protinúſque cuerſæ turbaſſent conuiuia mentis, vt canit Ouidius in 12. Metamorph. qui vinci non poſſe propter humanam & equinam naturam à vicinis putabantur, deuicti ſunt, multique ipſorum cæſi, vt idem recenſet Ouidius. Tales autem Centauri non deſunt hodie, inquit Ludouicus Vuilichius in lib. 2. Georgic. Virgilij, qui nihil aliud poſſunt, quàm tauros abigere, potare dies & noctes, & omnibus vitiorum generibus indulgere, quaſi non eſſent homines, ſed partim homines, partim equi. ad extremũ verò dũ eiuſmodi voluptates ſectantur illiquè innatent, miſerè pereunt. Conſimiliter modum dicetur Conuiuium Lapithaꝛu, Centauri enim etiam Lapithæ vocabãtur) de iis quibus conuiuia agentibus & vitam in otio atque voluptate degentibus, mortem obire aut aliquid detrimenti ſentire contigit. De ipſis Centauris relatũ eſt ſuprà & aliud proverbium, quod etſi in aliu ſenſu explicetur, nempe de iis qui immaniter & ferociter aliquid facũt, tamẽ congruere poteſt etiã iis qui more ebriorũ aliqua in re nõ ciuiliter ſe gerũt.

More ebriorum loqui. 48

More ebriorum loqui, eſt ſine ordine, ſine re certa ac temere effutire, quicquid eſt in animo, quicquid in bucca venerit, &, vt ait Horatius, dicenda tacenda loqui. Qui enim ebrij ſunt nõ ſolũ arcana ſua detegũt, vẽ

notatū est suprà Chiliad.1.Cent.7.In vino veritas:verū etiam & in alios audacius & insolentius plerunque loquuntur multaque ineptè blaterant.

Lacero carnem meam dentibus. 49

Hoc quod scriptum est Iob. 13. prouerbij speciem habere videri potest, de eo, qui vitam suam periculis obiicit, nec sibi minus parcit, quàm is qui carnem suam dentibus premit: vel de eo, qui, etiam si proximo nihil proficiat in malis suis diudicandis aut bonis ostendēdis, tamen semper bono cīt exemplo, nec cessat vnquam à bono opere.

Inter suos monoceros. 50

Prouerbium hoc elegantissimè quadrabit in eos, qui cum suis naturali quadam contentione dissi dent, pugnámque vsque ad mortem intentant: ergà alios verò mansuescunt, placidóque se exhibeant. Nam monoceros, vt tradunt qui de eius natura scripserunt, cùm se mitem & placidum aliis præbet, ceu catulus gregi assuetus. Imo tamen generi infensissimus est hostis, nec mansuefit nisi erga fœminam vi amoris feritatem eius deprimente, solummodo tempore libidinis, postea rursus efferatur.

Lupus non comedit alterius lupi carnes. 51

Vulgatum est & satis notum prouerbium, quo denotamus impios impiorum qui cum illis sentiunt, & qui similibus vitijs gaudent, res non inuadere. Quemadmodum enim Lupus, etiam si animal sit ferox & rapax, non in sui generis bestias crudeliter agit aut insensus est, nec vllæ aliæ ferę inter se ita sæuiunt, teste Horatio Epod. Od 9.

Nec hic lupis mos nec fuit leonibus
Hostilis, nisi in dispar feris:

Sic latro latroni non nocet, sed metuò se iuuant, æqualiter prædam inter se dispertiunt, legésque suas obseruant: mali quoque malos cognoscunt, vt bestia bestiam nouit, atq; ita mutuemic amant ob vitiorum commercium & simili tudinem.

Sapiens alius ab alio. 52

D Cyrillus Alexandrinus in Iulianum lib.1. vsus est hoc prouerbio tanquam vulgari & trito, Σοφὸς ἀλλοθεν ἄλλος. sapiens alius ab alio edoctus. Vult enim significare Græcorum philosophos non per se, sed alios ab aliis, vt posteriores à prioribus sapientiam suam didicisse: eos tamen omnes, si quam religioni consentaneam & Deo dignam scientiam professi sunt, illam à Moyse, qui fuit temporibus antiquior, accepisse, & inter sua dogmata inseruisse: singulos verò suam postea diuersis opinionibus philosophiam perturbasse, & posteriores plerunque, vt doctiores haberentur, à prioribus dissensisse. At prophetæ sancti Dei homines, & Christianæ virtutis philosophi, non quidem alij ab aliis solum, sed ab ipso Deo sunt edocti: nec diuersa aut à vero sensu remota tradiderunt, sed in scribendo & in docendo fuerunt adeo concordes, vt nec in vno quidē discreparint, aut iam nunc discrepent posteriores à prioribus, vel alij ab aliis.

Batylum deuorare. 53

Quadrabit in voraces. Originem autem habet à Saturno, qui nato filio Ioue, à quo se suo regno pellendū didicerat, Βατύλιον, id est, ingens saxum, quod pro filio fuerat suppositum, deuorauit.

Heraclia victoria. 54

Anceps victoria & quæ ad vtrunque Imperatorem post magnam militum cladem transfertur, Heraclia dici potest, ex eo quod cùm Pyrrus contra Romanos pro Tarentinis in auxilium venisset, consuluisseque oraculum de rerum euentu, responsum hoc ambiguū auditum est, Dico te Pyrrhe Romanos vincere posse, vel; vt ait Ennius, Aio te Aeacida Romanos vincere posse (genus enim maternum ab Achille ducebat.) Cuius rei exitus vtrunque probauit. Nam Romani à Pyrrho victi sunt ad Heraclæam, & ipse Pyrrhus à Romanis proximo prælio non solum victus; sed & fugatus est. Vide Augustē. de Ciuit. Dei li.3.c.17. & Ludouic. Viuem in suis commentat. ad eundem locum.

Cerberum è tenebris, vel ab inferis. 55

Cùm res dictis perficitur aut explicatur, solemus dicere (inquit Viues apud D. Augustē. de Ciuit. lib. 18. c. 13) Cerberum è tenebris extractum: aut cùm difficile id volumus significare non esse facile, dicimus, Cerberum ab inferis eductum. Est autem Cerberus, vt fingunt poetæ, canis triceps, cui custodia portarum apud inferos commissa fuit, quem tamen triplici vinctum catena inde extraxit Hercules non sine magno labore. nam inter alios duodecimus & vltimus à Virgilio memoratur hoc versu.

Cerberus extremum fœdus in limine regis.

Albericus in libello de deorum imaginibus, vbi agit de laboribus Herculis, sic huius allegoriam exponit: Ratio & virtus animi omnes cupiditates & vitia terrena deuincit, & maximè vitia gulæ, cuius tria sunt capita, quia gula tria exigit, scilicet abundantia quantitate, assiduo tempore, grata saporibus voluptate, quę omnia virtus superat, & si quid ex infirmitate animi deuictum fuerit etiam ab inferis abstrahit.

Vbi mures ferrum rodunt. 56

De summa rerum inopia vsurpabitur hoc prouerbium. nam maxima in loco penuria esse nolitur, cùm tantum habeat, vt aliquid quod comedas, reperire possis, quod mures ibi ferrum rodunt. Hercules tamen apud Senecam in ludo Claudij, alibi torquet. Nam, vt ostendat magnam rerum mutationem locique diuersitatem, ait ipsi Claudio. Vbi tibi nunc vbi mures ferrum rodunt, ac si diceret, inquit Rhenanus, si mures hic ferrum rodunt, quales nos esse putas? quam intelligeret mures esse oportere in cælo; sed præstantiores. Vel quia idem Claudius dū ageret in terris, erat, vt inquit Suetonius cibi vinique quocunque tempore & loco appetentissimus, aut ita ferunt, quæ adhuc cœtus, vbi mures ferrum roderent. volens significare, nihil ibi esse quod ederetur. Vnde à quibusdam Sardanapalus hoc dici solere tanquam, bibamus, nam post mortem, & vt aiunt, in altero mundo, nihil est quod edamus aut bibamus.

Mures molu lingunt. 57

Hoc dicterio, vt verbo Rhenani vtar, quo frequenter vti solebat Claudius Cæsar, perstringit Seneca Romanorum mollitiem, quòd inquit idem Rhenanus, cùm proni essent ad libidinem, tamen non nisi pulchras sollicitarent. Et sic quasi mures vrbani molas lingebant, id est molitam & purissimam farinam abligurie bant, & delicatissimis rebus vsque ad satietatem vrebantur. cùm ruricolæ ne fruticulos quidem depascerent. Quadrabit etiam in eos qui fastidiosi non nisi res delicatas attingunt, tanquam mures qui non rodunt frumentum, sed tantùm molitam & puram farinam lingunt.

Stoicus deus. 58

Desumptum est hoc ex eiusdem Claudij Ludo, vbi Seneca locatur in ipsos Stoicos, ex quorum sententia deus esset tanquam monstrosus. quia cùm incorporeū fingerent, non haberet caput, ventrem, pedes nec cætera membra, vt dij poetarum qui ambulabant, comessabantur, consultabat itaque Stoicus Deus, quasi quiddam imperfectum est & monstri simile. Talis autem deus non poterat esse Claudius, vt cui nec caput nec cor esset, id est, prudentia & mente careret propter stultitiam. Prouerbialiter etiam dicitur, Stoicus sapiens, de iis, quibus diuitiæ, libertas, regnum, sanitas & vniuersa quæ putantur bona insunt, vel qui sua sorte, qualiscunque ipsa sit, contenti sunt: ad quos alludit Horatius lib.2. epist.2.

Sapiens, Stoicus) uno minor est Ioue, diues,
Liber, Honoratus, pulcher, rex denique regum.

Hoc enim suo sapienti tribuebant Stoici.

Paulina charitas. 59

Hoc est Christianorum adagium ex charitate D. Pauli profectum, quòd Christum Dominum imitando humanum genus vehementissimè dilexerit, & ad diligendum deum & proximum, multa de charitate præcepta tradiderit.

Patres comederunt labruscam, & dentes nostri obstupescunt. 60

Hæc scripta sunt Ezechiel 18. Vbi per prophetam Dominus arguit Iudæos, quod vtentes hoc prouerbio, Deum, etiam si falsò, quasi iniustum insimularent, propterea quod, cùm non peccassent, sed patres eorum, ipsi tamen pœnas luerent. Nam per labruscam, vel vuas acerbas, vt est Hieremi. 31. authore D. Gregorio lib 11. in Iob. cap. 15 peccatum denotatur, & per dentes, sensus interiores: vt referat ad eos, qui præsentis vitæ delectationibus, quasi fructu ante tempus sati ti, spiritales aut eas quæ futuræ sunt, mandere nequeunt: quia vnde in exteriores, bus delectantur, inde in interiores obstu-

obstupescunt. At D. Augustinus lib. 6. contra Iulian. Pelagian. cap. 12. hoc vult intelligi de carnali generatione in veteri testamento, non de spirituali in nouo. paternis enim debitis non sumus obnoxij renascendo, sed vnusquisq; in suo facinore iudicabitur, & anima quæ peccauerit, morietur: nec malus pater damnare potest bonum filium, nec filius malus iustum patrem: sed vnusquisque referet prout gesserit in corpore suo siue bonum siue malum. Faxit igitur Deus, vt hic labruscam non comedamus, ne postea nostri quoque dentes obstupescant: sed ita nos geramus, vt aliquando cum bonis maturos beatitudinis fructus percipiamus: nec cum malis hic vuas acerbas comedentes, postea quoque non solum dentes stupescant, sed ipsi dentibus cum fletu stridamus.

ADAGIA QVAEDAM EX IOANNE FRATRE LAVALENSI OBITER OBSERVATA.

In genu cadere. 1



1 Γόνυ πίπτειν. Damnum quidem pati, sed non ruinam facere, premi, non opprimi. Ælianus variæ historiæ libro tertio capite decimoseptimo. Ἀριστοτέλης δὲ ὁ Σταγειρίτης πατρίδα, οἱ μὲ λεγόμενον δὲ τὸν εἰς γόνυ πεσόντα, ἀλλ' ὑπὲρ εἶμα πίπτοντα αὐτὸν. id est, Aristoteles verò patriam suam non vtique iuxta prouerbium hoc in genu, sed in os lapsam erexit. Quod qua ratione præstiterit, tradit Valerius M. x. lib. 5.

Damæcum Leone pugnant. 2

Πρὸς λέοντα δορκὰς ἄπτεται μάχης. id est, Damæ cum Leone pugnam conserunt. Suidas admonet iactari in eos qui potentiores lacessunt. Dama imbelle & ad fugam à natura comparatum animal.

Ante captos pisces muriam misces. 3

Πρὸ τοῦ ἰχθῦς ἁλῶν τὸν τοῦ ἁλμῆ παχῶν. Suidas hanc paræmiam effert ait in præpropere aliquid agentes, vt in eos qui ante deuictos hostes spolia diuidunt. Muria Græcè ἅλμη, salsugo est qua pisces condiuntur, quam piscatores inepti frustra ante piscationem præparant, quippe ἰχθὺς, κακῶς ἄγρα. id est, fallax venatio pisces, inquit Bud.

Tuta times. 4

Ἀλλὰ δείδιας δέ. Apud Suidam est in frustra & ab se timidos. Cydonius de contemnenda morte, ὑφ' ὧν τὰ ἀδεᾶ δείδιτον ἢ τὰ παλαιχθέντα τὰ μὴ βλαπτόντα πίπτοντα. id est, A quibus tuta timere & minimè lædentibus perterreficri discunt.

Auro nos conspergis insciens. 5

Χρυσῷ καλαμᾶσθαι ἡμᾶς οἱ γνώσεται. Suidas notat dici in eos qui conuitia ingerunt eiusmodi quę plus afferant ornamenti quàm dedecoris, vt studiosis pallor, solitudo, macies.

Statuam titillare. 6

Ἀνδριάντα γαργαλίζειν. Extat apud Suidam de iis quæ incassum fiunt.

Titanicum semen. 7

Τιτανικὸν σπέρμα. hoc est, proles impia & Titanum imitatrix, quorum impietate nil cantatius. Suidas refert.

Inferorum triacadas perquirere. 8

Τὰς τῶν ἄδου τριακάδας ζητῶν. In curiosos, & de ipso inferorum calendario cognoscendo solicitos. Ex Suida. Triacas autem trigesimus dies mensis est, pro mense ipso.

Sine vllis feriis. 9

Hoc est sine vlla intermissione. Arnobius lib. primo aduersus gentes. Perpetuas & iugès calamitates fuisse has, nunquam omnino respirasse mortalia, & sine vlus (vt dicitur) feriis, multiplicium formas sustinuisse discriminum. Feriæ sunt festi dies, & omnes quibus à publicis actionibus iudiciorum, aut aliarum huiusmodi rerum cessatur.

Vitam non vitalis. 10

Ærumnosa, acerba, misera & suo nomine propemodum indigna. Synesius oratione habita in barbarorum incursu. ὁ πανεσχισμένος βίος ἀξιόπιστος ἂν εἴη ἀνδρὶ, ἀλλ' οὐ ζωὴν ἡμῶν. id est, Quæ vulgi celebratur sermone vita non vitalis, haud est alia (viri) quàm nostra. Lucillius epigrammatum anthologiæ libro primo,

Ἡμᾶς δὲ καὶ αὐτὸς ἀνασταδὸν ὠδυνᾶτο αἰχμαλὴς
Τῶν ἀτέκνων καὶ ἄκλαυτον βίοτον.

id est, Percurri & ipse misertimus Aganax hanc difficilem & non vitalem vitam.

Ex astris coniicere. 11

Obscurè & quasi per ambages rem cognoscere déque ea nil certi & exploratì habere, sed diuinare tantùm. Synesius epistola ad Theodorum & eius sororem, χρὴ δ' ἴσως, οἶμαι λεγόμενον, ἄστρων τὰ καθ' ὑμᾶς συμπυνθάνεσθαι, μᾶλλον ὅτι καὶ φήμη παντάπασιν. id est, Oportet autem non, (quod aiunt) res vestras nos astris coniectare, aut interrogare quid fama fert. Deinde subiicit quod adagium facit planius. ἀλλὰ μάλιστα μὲν ἔχει συνίστασθαι, οἱ δὲ μὴ, χείμασιν ἐπιτήδειος εἰ πολλοῖς καὶ παρ' ὑμῶν τὰ αὐτὰ ὑμῶν πάθοιμι. id est, Sed in primis quidem vos habere contubernales: sin minus, literas vestras legere & à vobis vestra cognoscere.

Primum ferre capillum. 12

In nouitios, tyrones & rerum imperitos. Antiqui primam comam fluminibus patriis dicabant, quam in pubertatis limine detonsam eis offerebant: indéque ab impuberum inexperientia primum capillum ferre in re quaque noui dicebantur. Cydonius de contemenda morte, οἱ γὰρ ποτὲ καὶ τῶν αἰδοίων χάριν, καίτοι τῶν αὐτῶν γόνασι καὶ ἀφορμαὶ, ἀλλ' ἀφιγμένοι τὸ πρᾶγμα ἢ εἶδον ἀμαθῶς ἢ τὸ λεγόμενον δὴ τὸν πρῶτον τρίχα πώποτε πρὸς ἔσω τῶν μαθόντων χάριν. id est, Si quàndo enim senibus etiam vtitur & illinc ad eam intelligendi quædam adiumenta manant, hunc tamen discendi modum vsurpat solùm, cùm rei facit exordium, velut imperita & primulum (quod dicitur) etiamnum ferens capillum.

A collo trahere catenam. 13

Prouerbium Gallicum de iis qui negotio, labore aut periculo quodam nondum planè liberati & defuncti sunt, sed eodem facilè reuolui atque retrahi possunt: sumptum à canibus qui cum vinculi parte fugientes lui negotio recipiuntur. Eadem figura Persius vsus est Satyra 5. his versibus:

Nec tu cùm obstiteris semel, instantique negaris
Parere imperio, rupi iam vincula, dicas.
Nam inflata cauis nodum abripuit: at tamen illi,
Cum fugit, à collo trahitur pars longa catena.

Ad te veniet Temesæus heros. 14

Ælianus var. histor. libro octauo, cap. 18. de Euthymo Locrensi pugile scribens, adagium ita refert & enarrat, ἐγὼ τὸν ἐν τῷ Τμήσῳ ἥρωα φοβερὸν ἐποίησα τοῖς ἀδικοῦσι τοὺς ἐπιχωρίους· ὁ δὲ ἦν ἐν ἰσχὺϊ αὐτοῦ, ὃν ἅπασιν ἐπ' αὐτοῖς πολλοῖς, διαφθείρειν ἐκέλευε τοὺς ἀδικοῦντας· ἐπεὶ δὲ ἐκεῖνον ἔπεισεν ἀποστῆναι τῆς ἐπὶ τοὺς ἀνθρώπους ὠμότητος, καὶ ἀφεῖναι τοὺς ἀδικοῦντας, ἐκεῖνος ἐπὶ τοὺς ἀδικοῦντας τὰ παλαιότατα, ὅτε αὐτὸν ἐφίξεται ἐν τῷ Τμήσῳ ἥρως. id est, Atque Temesæum heroem tributa ab accolis exigentem inhibuit. Accedens enim in delubrum eius, quod vulgo inaccessum erat, cum eo pugnam conseruit, coegitque multò plura quàm prædatus fuerat rependere. Hinc itaque fluxit paroemia quæ de iis qui frustra lucrantur dicit ad eos Temesæum heroa venturum.

FINIS.

EX CL.

EX CL. MINOIS COL. LECTANEIS.

LECTORI.

Claudius Minos Diuionensis, in Academia Parisiensi regius Professor, quum in exemplari suo, tum in Schedis multa notasset ad Erasmi Adagia, quædam in contextu, atque inter excudendum, inspersa fuere: reliqua quæ alicuius momenti visa sunt ad operis finem reiecta, nunc exhibemus ex aduersariis eruditi viri bona fide descripta, veluti additamenta lectu non indigna: quibus annexa sunt alia ex veteribus & recentioribus nonnullis doctissimis scriptoribus adagia, velut magnæ molis specimen, iuuenibúsque studiosis illicium, vt præclarum prouerbiorum opus repurgare, ac tandem aliquando hoc volumine inchoatum, doctis omnibus plaudentibus, perfectum, numerisque suis absolutum reddere conentur.

Bis in bello peccare non licet. Val. Max. lib. 7. c. 2. Scipio Africanus turpe esse iudicabat in re militari dicere, non putaram: videlicet quia explorato & excusso consilio quæ ferro aguntur administrari oportere arbitrabatur summa ratione. Inemendabilis enim error est qui violentia Martis committitur.

E duobus tria vides. Eorum sæpe caligant oculi qui aliquo correpti turbulento affectu præpediuntur. Id torqueri potest in insanos, mente captos, ebrios, & id genus alios.

Glad um dediti. Ouid. in epist. Didonis ad Æneam,

Erubuit Aeneas & causam mortis & ensem,
Ipsa sua Dido concid t vsa manu.

Omni pede standum. Horatius autem 1. Ser. Sat. 4 Lucilij cuiusdam meminit, qui stans pede in vno ducentos versus funderet: facilem conatum inde cans. ex T. rneb. aduers. lib. 7. c. 19.

Per transennam inspicere. Turneb. aduers. lib. 5. cap 9 verba Nonij Marcelli non vt quidam putant transitus, sed fenestra est. Sallust. lib. 2. hist. Transenna demissum victoriæ simulacrum cum machinato strepitu coronam capiti imponebat. Dissentit à Nonio Seruius, qui explicans illud 5. Æneid.

--Et volucrem traiecto in fune columbam,

transennam extentum funem interpretatur.

Arbore dactila quinis ligna colligit. Iuuenalis vbi de Scipione ait,

Turba fremens sequitur fortunam semper & odit.

Liberi poetæ & pictores. Vox illa, *Liber*, variè apud varios vsurpatur. Sæpe apud Iurisc. pro eo qui sui iuris est, arbitrioque suo viuit, imò qui potitur largissima facultate quidlibet agendi, vt non subiacent aliorum legibus. Hoc sensu poetæ dicuntur liberi, quibus nempe liceat fingere quidlibet, dum tamen absonum figmentum haud sit, vel ἀπρόσωπον. Hic autem poetæ & pictores pari passu ambulant. vt Cicero 3. de officiis. Quod autem in poematibus & picturis vsuenit, in aliisque compluribus, vt delectentur imperiti laudentque ea quæ laudãda non sunt, ob eam credo causam fieri, quòd sit in eis aliquid probi quod capiat ignaros.

Naso suspendere. Nasum irrisioni veteres consecrasse ex multorum monumentis palam est. Physiognomici lasciuos, petulantes, qui dicteriis alios perstringunt. & ironiis delectantur, simos in primis iudicant, vt Delphini qui Simones peculiari epitheto dicti sunt. Propterea Socrati, quã ex ipsa facie pię se ferret nequitia, vitio data est: quòd ita se natura affectũ inficias non iuit. Et irrisus est, sui seculi thrasones & omnis generis insultos iocosè suspendens. Vide Platonem in fine Symposij. Aristophanes in Nubibus cum frequenter, vt dicacem & cauillatorem atque dissimulatorem, perstringit.

Non minus curo quàm de ranis palustrib. Rana veteribus signum fuit hominis impudentis, Sophistæ, maligni, ad quem adagium referri potest à prudentibus qui blateones & Sycophantæ cõtemnunt. Vide Pierium, li. 29.

Manu ferendum, non cursu. Dictum Corinnæ Pindari carmē quoddam, in quo tabularium confecerat, perstringens in præcipitem abitum de quo L. Gyraldus de poetis, hist. dial. 9.

Somnus absit ab oculis. Aliquid P. Leopardus obseruat. li. 3. cap. 22. Ouidius 2. Metamorph. de inuidia loquens,

Non fruitur somno, vigilantibus excita curis.

Emunda naris. Vide Pierium Valer. lib. 33. vbi de naso agit.

Malorum panegyris. Sic Martialis dixit, Catenatos labores.

Malum Herculei. De Hercule multa eruditè scripta proposuit L. Gyraldus in syntagmate de Hercule.

Liberæ capræ ab aratro. Pulchellum adagium in eos qui gloriantur ob immunitatem & vacationem à publicis muneribus.

Legum tortum haud vnquam rectum. Præsumptio est in iure, quòd qui semel malus est, semper præsumitur malus.

Haud canit paternas cantiones. Aeneid. lib. 2 Pyrrhum increpat Priamus vt degenerem, & à paternis virtutibus alienum,

At non ille, satum quo te mentiris Achilles,
Talis in hostili fuit Troiano sedatus fluuio
Supplicis erubuit. Vide Andr. Heroum hist. noxæ.

Scientia Leonis præstantior. Theocritus multa de leonum præstantia & virtutibus, l. de nobilitate.

Initium ocii. Memini adhibere Tullium quod Cicero 2. Philippica: vel quod Comicus, de Thaide, Hæc illa ex nostri laudi columen.

In fermento tu facere. Ita Persius Sat. 1.

Quòd didicisse, nisi hoc fermentum, & quæ semel intus
Innata est, cupis ecce exierit caprificus?

Fermentum hic accepit pro insita doctrina & turgente, qualis est in poetis φλυαρίαις labor. utibus.

Humi serpere. Confine hoc Virgilianum Georg. 3.

--Tentanda via est, qua me quoque possim
Tollere humo, victorque virum volitare per ora.

Serpentes humi dicuntur elegantes Græcis vno verbo Χαμαιπετῆς.

Tullius homo. Tullius alicubi homines fœneos, appellat, pro iis qui nulla doctrina tincti sunt, vel nullarum virtium.

Ne tria quidem Stesichori. Lil. Gyraldus, dial. 9 hist. poetarum, Factum (inquit) prouerbium est in indoctos & inelegantes, Neque Stesichori tria nosti, nempe probitatem, eruditionem, morum elegantiam: quanuis alij ad ipsius carmina referant, in quibus illa tria, Strophe, antistrophe, epodos, essent.

Negotium ex otio. Grauiter dixit aliquis veterum, Negocium potius quàm ociũ populo Romano committi.

Complura mascula eam cubilia. Canem pro impudico accipi docet Pierius lib 5. Sed ad rem. Periniquum est, si vir ab vxore pudicitiam exigat, quam ipse non exhibeat. Vlpian. li. 2. D. ad l. Iul. de adult. l. Si vxor. paragr. Iudex, eo. Vide Senec. epist. 95.

Velocem tardus assequitur. De Deo, de homine, de brutis animãtibus adagium vsurpatur. Improbi lupis vespertinis & pantheris velociores, & ad scelera cudenda, propalanda & continuanda supra modum festinant: dum vindicta diuina lento passu incedens grauitate pœnarum tarditatem supplicij compensat. Iudices in terra sæpissimè connituntur ad nebulonum flagitia, & velut claudi videntur: sed cumulatis peccatis grauiori passu accedunt, & reos obtorto collo rapiunt ad patibula. Lepore dormiente testudo graditur, & cursum absoluit.

Tigride velocior. Ea velocitate tigris esse memoratur, vt quammaximè pernicem equum, prudentiâ sessoris elapsum, ter & pluries assequatur, cursu retrorsum iterato. Vide Plinium, lib. 8. cap. 18.

Leone fortior. De eo qui viribus & robore corporis valet plurimum. Leo, inquit Sapiens, omnium animantium est fortissimus. Prouerb. 30. 30. Et Samson suis sodalibus ænigma proponens, Quid Leone fortius? Saul & Ionathan Leonibus fortiores, aquilis velociores dicuntur. 2. Sam. 1.

Aliorum medicus. Illud Plutarchi in Alexandro, quod alibi relatum est, confero, Odi sapientiæ professorem qui sibi ipsi non sapit.

Neque pessimus, neque primus. Videbatur ita dicendum, Neque postremus, neque primus. Nam *nemo* interdum pro vltimo, seu infimo, & nullius momenti homine accipitur à Græcis.

Quasi Sutrium esset. Turnebus 8. capite 21. aduersariorum.

Soloici lecti. Vt lectos Archiacos dixit Horatius 1. epist. 5.

Imimem venire. Sic pudet eum, qui sit in cœtu virorum doctorum omninò ἀπαίδευτον venire.

Abiciendum procul. Iuuenal. satyr. 2.

Vltra Sauromatas fugere hinc libet, & glacialem
Oceanum.

Oscitans pugna. Turneb. 3. cap. 21. aduersar.

Hecates cœna. Turneb. cap. 19. aduersar.

Mojam docet amor. Plin. 4. epist. 19.

Arcus tensus rumpitur. Ouidius,

Arcus & arma tua tibi sunt imitanda Diance:
Si nunquam cesses tendere, melius erit.

Seneca 1. Controuers. 8. Interdum continuatus labor fæmiores facit: sæpe quos labor roborauerat, desidia consumpsit.

Fluctus motus. De erumpente bile hoc effertur. Vnde id sumptum adagium, non dicit: neque aliquo illustri exemplo locupletat, dignum tamen quod referatur in classem adagiorum.

Calamobates. Nescio an opportune prouerbium trahi possit in ipsum hunc adagiorum collectorem, qui comitem Carpensem, iam fatis functum, stilo confodere non dubitauit, vt & Caruajalum Frapecahum, Leum, Stunicam, Sutorem, Bedam, aliósque.

Principium, medium, finis. Iamblichus, lib. de secta Pythagorica, Diuina causa est principium, finis, medium, cui adhærentes, necesse est, qui beati esse volunt. Plutarch. ἀρχὴ μέσα τέλος: Vnus rex & princeps Deus est, principium, medium, ac finem vniuersi tenens.

Falsum probrum. Horat.

Mordax opprobrium falsis, nutémve coloret!
Falsus honos iuuat, & mendax infamia terret,

Quem nisi mendosum & mendacem? Procopius de bello Vandil. libro 1. Pro salute deliberantem, simul & consilium dantem, minimè fas est falsum probrum [illegible].

Fama prodit omnia. Catullus:

--nam te omnia secla,
Nossent, & qui sis fama loquetur anus.

Famæ ingenium vnius columbis expressit poeta, 4. Æneidos, quam fictis prauíque tenacem, nec non veri nunciam appellat.

Virtus æterna. Finitimum hoc Catonis, Cõsolatio bene actæ vitæ, multorúmque benefactorum recordatio iucundissima est. Et Ciceronis, Virtus clara æternáque habetur.

Edax tinnnis. Pertinet huc Plautinum illud, Negocium qui volet maximum, nauem conducas & mulierem.

Libero lecto nihil incundius. Horat. 1. epist.

Nil ait esse prius, melius nil cœlibe vita.

Nuncio nihil imputatum. Feciales officium faciunt, cùm bellum denunciant, in quos eo nomine non est conferenda culpa, aut iisdem succendendum: quemadmodum nec sapienti qui nos errati admonet, aut medico qui morbi nostri causam liberè aperiat.

Docet qui didicit. Horat. epist. lib. 2. ep. 1.

Nauum agere ignarus nauis timet: Abrotonani ægro
Non audet, nisi qui didicit, dare: quod medicorum est
Promittunt medici, tractant fabrilia fabri.

Calliphanes. De Calliphane Lilius Gyraldus dial. 3.

Palpo percutere. Turneb. 4. aduersar. cap. 15.

Qui probus Athenensis. Sic olim apud Sybaritas & Milesios nemini probo esse licebat.

Pergracari. Vt, Græco more bibere. Turneb. lib. aduersar. 6. cap. 1. Stuck. in Antiquit. Conuiual.

Antiquior Codro. Dictum alibi, Generosior Codro, Chiliadis 2. Centuria. 8. prouerb. 33. vt eodem fere recidat.

Nihili cocio est. Vide Mureti var. lect. lib. 3. cap. 21.

Teipsum conspice. Horat. 1. Sermon.

---teipsum
Concute num qua tibi vitiorum inseuerit olim
Natura, aut etiam consuetudo mala.

Nosce teipsum, præceptum sæpissime nobis commendatum.

Tu in legione, ego in culina. Sed quis adagij vsus? num in Thrasonem quendam alios non eiusdem conditionis ac ipse sit, præ se nihil facientem, illud torquebitur? Nam non est, verbi causa quòd miles alioqui strennus se afferat præ coquo, qui perinde magnus est in sua culina, cibisque apparandis, ac miles in tabernaculo vel statione.

Mus non vni fidit antro. Aureũ certe documentum, & ἀσφαλείας maximè conducens, si quæ tandem in hac esse vita queat. Eo monemur, ne cui nimis fidamus, cùm sit versatilis, minimèque constans hominum natura, qui cùm sint ἀνθρώπινα ζῶα, vt Plato loquitur, eorum vtendo consuetudine, perpetuò meminisse debemus ἀνθρώπου vel vni ex omnibus, quem maxime fidum esse iudicamus, omnia credere.

Iactantia comes inuidiæ. Recte id quidem, & verè: Nam, vt Horat. 1. epist. 17.

Sed tacitus pasci si posset corvus, haberet
Plus dapis, & rixæ multo minus, invidiaque.

Nihil recusandum quod donatur. Munus est donatio rei alicuius, & honoris signum. Græce ἀπὸ τοῦ δόσις. Quicquid recusant, videntur donantem ἀποδοκιμάζειν.

Qui per se sufficit. Propè accedit illud Ciceronis ex Stoicorum officina: Qui totus aptus ex se sit, quique in se vno ponit omnia. Vel id ad Hippiæ sophistæ iactationem, de quo Cicero idem 3. de Orat.

Sibi malum reperit. Hoc tribuitur & Icario Penelopes Proco, de quo Ouidius,

Icare, Cecropiis merito iugulate colonis.

Mihi ista cura futura. Virgil. in 2.

Meum erit iste labor.

Canis. Vt cum quis apud Gallos nostrates ficta, falsáve dicit, quæ nihil iuuent, aut parum placeant, eas esse cantiones dicitamus.

Cepit artis decere quod facias. De decore multa Tullius de Offic.

Spontanea molestia Spontanea quidem molestia est, liberos educare. Huic par est ea quæ impenditur in libris conficiendis: sunt enim libri quasi liberi.

Mercator est. Hominem simulatorem, & fingentem quidquid, bonum mercatorem lingua nostra vulgari per ironiam dicimus. Etenim ea vox sæpe pro impostore vsurpatur. Ab Hebræis ortum adag. Vide Oleast proph. cap. 12. vers. 8.

Donum quodcunque dat aliquis, proba. Seneca de beneficiis. Vide Leopard. emendation. 2. c. 14.

Argivi fures. Recte ἀργοὶ, quasi ἀεργοὶ, ignauos, inertes: ita γέρων ἀργὸς dicuntur Cretenses, quod & vsurpatum à D. Paulo ep. ad Tit. cap. 1. vers. 12.

Placenda. Institutum olim apud Athenienses vt supplicio pauperes afficerent in adulterio deprehensos, iisque nates depilarent cinere calido: deinde etiam prægrandes raphanos immittebant in podicem. Eam pœnam ἐπιτίμιον ἐς ῥαφανίδωσιν. Sed iuuenes ad eam rem mugiles adhiberi solitos aut satyr. 10. Respexit huc Catullus epigrammate, cuius initium, *commendo tibi me*, &c. Tiraquellus meminit ad Leonubia. 13. quo loco de pœnis adulterij multa.

Velocem tardus assequitur. Vide, Philologe, num ἀχθεσθαι verbum aptè sit redditum. Nam & puto verbum vulgare in Gallia, *chicaner*, id est multiplici litium involucrorum circuitu torquere, à Græco fluxisse. Forte sic, velocem tardus molestat, vel frangit, dolos nectit, capit, irretit: quod factitant tabulæ calumniatores; qui vel incautis fraudes nectunt, vt eos opprimant, vel fugiendi causas subinde nouas comminiscuntur, vt iudicia differant, & longa mora tædióque lassent aduersarios.

Intempestiua benuolentia. Refer huc nobile Martialis epigramma 9. lib. 5.

Cauo puteum aquam turb. E cœno vulgi hausum prouerb. viderint eruditi, nisi quis forte putet, ex illo Horatij fluxisse,

At qui tantuli eget, quanto est opus, is neque limo
Turbatam hausit aquam, neque vitam amisit in undis.

Carpit habendi cupiditatem periculosam, Serm. lib. 1. Sat. 1.

Cernuus vir. Pierius lib. 7. Vbi ceruus pro formidine & formidoloso.

Aperta musarum iamna. Eunapius Sardianus in Sopilidis vita, scribit eum diligentem fuisse Musarum assectatorem, qui haud temere vel ocioſe Deorum fores pulsauit, sed raro apertas. Sic fermè celebratur Carneades, vt opinor, quod omnem eloquentiæ rudentem mouerit. Diogenes Laertius & Plutarchus de Cratete Thebano scribunt, quod Θυρεωρειτην cognominatus sit, i. quum quasuis ædes sine repulsa ingrediatur. Id ad hominis facundam, comitem, reliquáque ingenij dotes referendum arbitror.

Hesiodi senectus. Lil. Gyraldus hist. poetarum, de Hesiodo multa, dial. 2.

Tempsam laudas. Martialis falsè ita quandam,

Bella es, fatemur, & puella, verum est:
Et diues, quis enim potest negare?
Sed cùm te nimium puella laudas,
Nec diues, neque bella, nec puella es.

Plinius Iunior, viu venit vt qui se suáque iactant impensius, vt lesciant, inque ferè non creditur.

Attticus moriens porrigit manum. Meminit Pierius lib. 55. vbi de auaritia. Simile quid, vel non absimile, Aristophanes in Concionatr. vbi ait deos olim pingi solitos supinis manibus.

Aquas esuriens fustem negligit. Id bellè traduci potest in ferreas & paratos, qui vt medium depellant nullam non terunt contumeliam. Multa Pierius in eam rem lib. 12.

Aut cucurbita florem. Apud Oniroceritas cucurbita spes inanes præsagire fertur, vt quæ cùm ventriculos in speciem præ se ferat, multémque identidem polliceri videatur: illud tamen tenue & fatuum, nisi iuuetur condimento. Pierius, lib. 58.

Non est laudandus, ne in cena quidem. Nonius in præfat. eleat ex Lucilio; mercede quæ conductæ fient alieno in funere præficæ, multos & capillos scindunt magis. Nocum illud Horatij,

Vt qui conducti plorant in funere,

Lib. de arte poetica.

Verba importat Hermodorus. Verba λῆρος, vt fuere sophistarum. & vereor ne sint adhuc: nec dum enim sententia omnis illinc exarsit, apud eos maximè qui pro philosophis philologum venditant. In quo seculi sui cacoethen grauiter reprehendit Seneca epist. 108. & 109.

Pomarius Hercules. Vide Tiraquell. de nobilitate cap. 29 & L. Gyraldum Syntag. 3. hist. Deorum. Item in Herculis vita.

Dadali opera. Vide Plinium hist. mund. lib. 7. cap 56.

Seruus seruo præstat. Inter seruos nullam esse differentiam, quantum quidem ad seruitutis ius attinet; iuris auctores volunt. At si dotes ingenij corporisve inspiciantur, multum discrepant. Gl. in Can. denique. 4. dist. l. habitatio: par. seruus, D. de ventre in possess. mitt. l. sed & si quid, par. sufficienter, D. de vsufr. l. si seruus, D. de pecul.

Episcythizare. Vide Athenæum lib. 10. cap. 8. & lib. 15. c. 15. Cæl. Rhodigin. lib. 28. c. 29. sed illud adicio, apud Iul. Firmicum Maternum, lib. de erroribus paganicis: Lycurgus Thrax ideo vites excisas voluit, quia vinum in Thracia insanum pareret. quo referatur illud Horatij,

Natis in vsum lætitiæ scyphis
Pugnare, Thracum est, &c. Carminum, lib. 1. Od. 27.

Aristam emittit. Vide Pierium lib. 11. & Vegetium de re militari.

Bucolica ænigmata. Quia de Sphingis ænigmatis multi multa, nos etiam nonnihil videmur contulisse ad Alciati emblema, cuius epigraphe, Submouendam ignorantiam. Plura dicere piget.

Nullum otium seruis. Ex quo illud poetæ. Ecl. 1.

—Deus nobis hæc otia fecit. i. libertatem mihi concessit Augustus. quod colligere est ex sequentu,

Libertas, quæ sera, tamen respexit inertem.

nempe ocium magis ingenuorum quàm seruorum est, vt qui assiduis operis & penso cogantur heriti, aut Aristoteles Politic. 7. qui seruis ocium denegat.

Homo bulla. Pierius lib. 41. Seneca vitæ humanæ breuitatem extendens, eum vltra centesimum annum nõ producit. Caius & Iustinianus negant, l. an vsusfructus; D. de vsufr. municipiis, D. de vsu & vsufr. l. fin. C. de sacrosanct. eccl.

Polypi caput. Plutarchus in opusc. moral. Polypodis capiti dicunt bonum inesse malumque. Est enim esu suauissimum, sed absurda insomnia creditur inducere. Sic poesis permulta habet iucunda & quæ prosunt, vt alimentum, adolescentis animo. Sunt tamen quæ eum turbent, déque mentis sanitate dimoueant, cùm lectioni recta deest institutio. Non enim tãtùm de Ægypto, sed & de poetica dicere libet, Pharmaca ferri equidem multa bona, sed & mixta, noxiaque multa.

Aduersum necessitatem ne Dij quidem. Tiraquell. de retractu, multa satis ad id argumentum contulit. sect. 16. ad num. 21. Idem de pœnis temperandis aut remittendis, cauta 33.

Auriga sit, qui citharœdus esse non potest. Huc non malè quadrat illud comici, viam qui nescit qua deueniat ad mare, cum oportet amnem quærere comitem sibi. Et illud Horatij, 1. epist. 1.

Est quadam prodire tenus, si non datur vltrà.

Nisi forte id placeat magis D. Augustini. ep. 76. ad Aurel. sicut vulgus dicit, malus choraules, bonus tympaniacus, forte ita & de nobis iocabitur, malus monachus, bonus clericus.

Longum valere iussit. Solennia verba diuortij sunt, Tuas res tibi habeto, tuas res tibi agito: de quibus in l. 2. D. de diuort. Ex his alterum dotem reddi, alterum munus tutoris siue administrator s in rebus vxoris abdicari significat. Plautus Trinumo, Lysitelis adolescentis amori renunciare meditantis, verba sunt, Apagesis amor, tuas res tibi habe. amor, mi amicus ne tuas vnquam. Ouid. 2. de remed.

Munera quæ dederas habeas sine lite rubeta.

Mart. alis epigr. lib. 10.

Mea e nemo iam veterem, Procilia, maritum
Eiecit, atque iubes rei sibi habere suas.

Apuleius 5. Metam. verb. Cupidinis ad Psychen refert, Cõfestim thoro meo diuorte, tibique res tuas habeto. Reliqua de solennio. diuortij verbis vide apud B. Brissonium de formul. lib. 2. pag. 814 & 815. edit. Parisiens.

Domesticus testis. Domestici testimonij fides eleuatur, in iure. Sic Paullus testes quos aequator de domo produxerit, interrogari non placuit. Impp. l. 2. de testib. Iure ciuili domestici testimonij fides non admittitur: vt in testamento patris non potest adesse filius hæres, neque is cuius interest. qua de re varie interpretes iura differunt. & l. a C. de testib. l. 4. D. eo.

Strutia caput. 3. Vide elegantem commentarium Hadriani Iunij de coma.

Scytharum oratio. Contra Iustinum de Scythis lib. 2. quo loci eos impensissimè laudat à vitæ frugalitate, continentia iustitia, vt nõ dubitet alijs gentibus anteponere.

Accipit & globum auri. Confer huc illud Strabonis ex lib. 6. vbi de oraculo Achiuis reddito, quo monebantur vt donum quod cõferret quisque, laudaret. verba sunt

Δώσειν δ' ὁλὰδ ἀργύριον, ὑγιαίνειν.

Vinum senem etiam saltare. Nemo saltat sobrius, Cicero pro Murena. Ex quo vinum, Græcis οἶνος, etymon, nempe ἀπὸ τοῦ οἶνουν τὸν νοῦν ἐμπαροινᾶν, quod opinionibus mẽtem impleat: vt Plato in Cratylo. & Plutarch. sympos. 7. problem. 10. vel, vt idé Plato, vino ait nomẽ impositum οἶνος, quòd efficiat, vt qui biberint sapere se putent, οἰόμενοι νοῦν ἔχειν.

De curru delapsus. Locus hic Platonis in Phædro; de duobus equis & eorum aurigâ ratione: quo alluſit Tull. 2. de repub. quẽ locum visus est obseruasse Heraclides Ponticus de allegoriis Homẽricis, & Maximus Tyrius, Serm. 35. vide ad hæc Pierium, lib. 4.

Summum cape, & medium habebis. Vsurpat hanc sententiam Aristoteles lib.2.ad Nicomach.cap.vlt.

Bos ad præsepe.) Leopard.Emend.lib.10.cap.4.emendationem Erasmicam vellicat. Ad rem verò quod facit, vide Pierium lib.3.qui de boue & tauro multa profert.

Quò properas, non ad Ephebum. Malim hoc transferre in consilij inopem, qui non est adeundus consilij capiendi causa. Nemo enim dat quod non habet, vt Iureconsulti aiunt: & raro prudentia velox ante pilos venit, teste Persio, Sat.4.

In puteo confrictus. Non malè huc ascribi potest B. Augustini locus, de quodam qui in puteum casu lapsus, & ab alijs in tuto constitutis rogatus de causa tanti mali: Ne percontemini, respondit, quo pacto deciderim, sed qua ratione hinc possim educi. Dictum illud opponamus eorum curiosæ percontationi qui in mediis publicæ & priuatæ rei malis quærunt potius, vt ait Cicero 1. de Officiis, quomodo hæc fiant, quàm quomodo his resistatur.

Multas amicitias silentium dir. Vide Tiraquell.lib.9.leg. connubialium.

In lapidicinas. Multa de Philoxeno L.Gyraldus dialog. 9.de hist.poetarum.

Equi senectæ. Vide Pierium de equo differentem, libro 4.

Rana gyrina sapientior. De ranis multa Pierius lib.9.

Succisiua opera. Vel subcesiuæ operæ doctorum hominum variis linguis sunt variæ lectiones, parerga, lectiones antiquæ, nouantiquæ, animaduersiones, notæ, obseruationes, emendationes, Miscellanea, Catalecta, loci communes, Pandectæ, Collectanea, Aduersaria, Commentationes, Commentaria, Excerpta, Racemationes, Spicilegia, Anthologiæ, Lucubrationes, Noctes, Dies genales, Saturnalia Semestria, Quæstiones variæ, Diaria, Memorabilia, Bibliothecæ, Theatra, Thesauri, Speculæ, Academiæ, Scholæ, Meditationes, Variæ historiæ, Coniecturæ, Electa, Selecta, dies Caniculares, Tractatus, Opuscula philosophica, Critica, & exercenta alia quæ prioribus seculis visa sunt.

Placidè bos. Pierius lib.3.

Leporem non edit. Idem lib.13.

Difficilia quæ pulchra. Lege elegantem Lactantij dissertationem lib.6.Instit.cap.3 & 4.

In eadem es naui. Cicero epist.11.ad Cornificium, Rempub.cum naui comparauit. Conscende, inquit, nobiscum, & quidem ad puppim. Vna nauis est nam bonorum omnium, quam quidem nos damus operam, vt rectam teneamus, vtinam prospero cursu. Horat.1.Carm. od.14.eodem schemate:

O nauis, referent in mare te noui
Fluctus.

Præter Stobæi locum cap.44. & alium quendam è Bruto Plutarchi, in quibus eadem est nauis & publicæ rei comparatio: succurrunt alij duo è Panegyricis Maximiano dictis. Prior est Pacati. Statim igitur præcipitantem Rempub.refrenasti, & gubernacula fluitantia recepisti. Posuere venti: fugêre nubes: fluctus resedêrunt: & licuit adhuc in longinquioribus terris aliqua obuertatur obscuritas, aut reliduus vndarum pulsus immurmurat, necesse est tamen ante tuos nutus diluceat & fileat. Alter locus est Mamertini, Neque, inquit, cum Reipublicæ nauem secundos à puppi flatus impleret, salutarem manum gubernaculis addidisti. Vide Pierium, libro 47.

Ad Deorum aures perueniet. Elegans hoc adagium simile est huic Hesiodi: Θεοῦ δ' ὄμμασι πάντα, id est, Dei oculus fortis est.

Empedoclis simultas. Vide Gyraldum histor.poet.libro tertio.

Mulier imperator, & miles. Tiraquellus de iure primogenit.

A Dorio ad Phrygium. Leopardus Emendationum lib.5. cap.13.Gyraldus hist.poet.dial.9.

Mores amici noueris, non oderis. Contrà, Amici vitia si feras, facis tua.Ouidius,

Corripis, vt debes, stulto peccata fidelis.

Verùm, ne nimis multa, mores amici noueris, eósque feras & dissimules, quantum ferat amicitiæ pudor, & honesti ratio: non tamen oderis amicum, vt potius oderis vitia quàm hominem.

Odium Vatinianum. Ciceronis ex postrema oratione in Vatinium verba, odium summum testantur. Inde prouerbium, cuius etiam meminit Tiraquellus ad 2. leg. connub.

Archilochia edicta. Huc refer Archilochi epitaphium ex 3.Græcorum Epigrammatum,

Σῆμα τόδ' Ἀρχιλόχου, &c. quod olim ita reddere sum conatus:

Literarum Archilochi tumulum hic, qui noxia quondam
Carmina viperea fœcundæ tincta dedit.
Isque cruentatum manibus Helyconat Lycambes
Pendentes natas de trabe tristque videt.
Tu verò sensim trames, ne fortè crabrones
Affixos tumulo tu male commentas.

De Archilocho multa L.Gyraldus hist.poet.dial.9.

Sapientia vino obumbratur. Spectat huc Græcum epigramma, quo queritur olim se à vite obrui,

Ἔσπεσε δὲ εἰμὶ φονὴν, &c. id est,

Quid me vexatis, ramis Sum Palladis arbor.
Auferte hinc hetrem: virgo fugit Bromium.

Facit huc Plautinum illud, Non vinum moderari, sed vino solent qui, quidem probi sunt. Vide Plinium lib.14. cap.13.

Fallacia alia aliam trudit. Pausanias, iisdem artibus capietur ille quibus vsus est Cicero, lib.2.de Orat. aliud effert adagium, huic conueniens, vt sementem feceris, ita & metes: iustitia enim videtur postulare, vt qui alios iniuriam fecerit, ab alijs itidem accipiat iniuriam.

Sera in fundo parsimonia. Vide Macrob. 7. lib. Saturnal. cap.12.

Dente Theonino rodi. Quis Theon, & quæ eius maledicentia, dixerè Gyraldus, dial.4.hist.poetarum.

Hipponalteum præconium. Idem Gyraldus dialog.9.eiusdem operis.

Flus apud Campanos vagenti. Opportunè flectetur in vrbem aliquam, quæ excellat rerum pretiosissimarum copia præ cæteris, quæ alioqui magni sunt. Vt Lutetiæ Parisiorum maior olim fuit doctorum hominum numerus, quàm apud alios discérium. Antuerpiæ, vel Lugduni, plus est mercium omnis generis, quàm sit in aliis plerisque mercatorum.

In nocte consilium. Agitasse olim noctu consilia Athenienses Areopagitas tradicos, & Plutarchus retulit, & alij multi.

Cauis pelinæas cæcos parit. Vide Pierium l.b.5.

Larus. Piscis est prædæ furtisque addictus. Adagium torquetur in rabulas forenses, quos & vulturios paludatos appellant: de quibus Alciati lepidum carmen extat emblemati 90 adfixum,

Cercalione grauis tumida vix pingitur alno,
Qui laron, aut manibus gestat enses etiam.

Vide Pierium, lib.23.

Minus habes mentis quàm dithyrambi. Consule Gyraldū, dial.1.hist.poetar.vbi de dithyrambis.

Trepidat in morem galli. Ælianus retulit libro 13. variæ hist.cap.17.Vide Gyraldum de Phrynico, histor.poetar. lib.8.

Lynceo perspicacior. Cicero 9.ad famil.Quis est tam lynceus, qui in tantis tenebris nihil videat: idem Act. 3. in Verrem: deinde in hoc homo lynceus, etiam callidus ac veterator esse vult.

Cùm plurimùm laborauerimus, &c. Adag.vulgus olet, vt appareat è triuio petitum. Malim quod quidam non inurbani de Sciuri labore vsurpant, qui cauea inclusus, vbi se multum ac diu mouerit, nihil tamen promouet.

Exigua res instita. Horat.epist.16.lib.1.

Sed vereor ne cui de te plus quàm tibi credas.

Huc Seneca epist.7.& 29. & 60. item ad finem 111. tum cap.1.de vitæ tranquil.denique præfat.4.Natural quæst. Plin.lib.6.epist.22. Plurimum tibi credas, nec cuiquam satis fidas.

Conciliant homines mala. Pericula communia homines ex inimicis amicos efficiunt, ait Aristot.5.Politic.Quintilianus 12. Instit.cap.1.ad finem, Fabricius Cornelium Rufinum, alioqui & malum ciuem, & sibi inimicum, tamen quia ducem vtilem esse norat, imminente bello palam consulem suffragio suo fecit: neque id miratibus respondit, à ciue se spoliari malle, quàm ab hoste vinci.

Nec passim, nec omnia, nec ab omnibus. Ex L.6.D.de Offic. Proconf. Plin.epist.9.ait in causis agendis & exercendis, non modò pactione, dono, munere, verùm etiam xeniis se semper abstinuisse. Vbi rectè subiicit, oportere quæ sunt inhonesta, parúmque decora, non quasi illicita, sed quasi pudenda vitare. Sic Spartianus tradit Pescennium Nigrum salaria iudicibus è publico dari voluisse, ne cui esset oneri: adiecisseque, Iudicem nec dare debere, nec accipere. Cicero Act.2.in Verrem: Si illud est flagitiosum, (quod mihi omnium rerum turpissimum maximéque nefarium videtur) ob rem iudicandam pecuniam

niam accipere, precio habere addictam fidem & religionem, quando illud flagitiosius, improbius, indignius, cum à quo præmium ad absoluendum acceperis, condemnare? Plato 3. de Republica, iudices muneribus corrumpi aiebat. Lege Philonem Iud. libro de officio iudicis.

Augiæ stabulum. Herculis certamina diligenter persequutus est Diodorus Siculus. De Hercule, L. Gyraldus singulari Syntagmate. Alij etiã id tractarunt *ἐφυμερίδων*, vt & Alciatus in Emblematis.

Aurea compedes. Alciatus emblem. in Aulicos,

Vana Palatinos quos educat aula clientes,
Dicitur auratis vectere compedibus.

Q. Curtius lib. 5. Ne tamen honos regi non haberetur, aureis compedibus Darium vinciunt, noua ludibria subinde excogitante fortuna. Sed id prouerb. specialius in aulicos tortum est, qui cùm vitam parasiticam viuant, totam illam quidem ad alienum arbitrium comparatam, reuerã pro mortalibus habendi sunt, & Strobylis, qui vento fumóque ebrij mera sibi somnia fingunt, nihil non sperant, nihil non promittunt, seruitute voluntaria, eóque turpiore pressi, quòd cùm possint, effugia tamen nulla quærant.

Infamia laurus. Etiam id in rabulas, de quibus Plautum dicere memini, etiam cùm nihil est litium, lites serunt. Sed apagesis: rabularũ nos pudet tædetque toties meminisse. At habent hunc finem assiduæ querelæ, quòd queri pudet, ait Plinius Secundus.

Oculus dexter mihi salit. Eodem recidit illud poetæ,

Cor mihi rectè salit.

Verba gestientis præ gaudio: vel qui ex tacito naturæ augurio prosperum quid sibi polliceatur.

Crotoniatarum postremus. Vide Valer. Max. lib. 9. cap. 11. & A. Gellium lib. 15. cap. 16.

Quod index auro, aurum homini. Simile huic illud Terentij, Perinde diuitiæ sunt vt animus qui eas possidet. Qui bene vsus erit, bona: qui malè malæ.

Cælum territat armis. Virgilius quarto Æneidos, de fama loqueus,

Luce sedet custos, aut summi culmine tecti,
Turribus aut altis & magnas territat vrbes.

& lib. 12. *-quos improbus aduena bello Territat.*
Eodem lib. de Ioue, *-bello territat vrbes.*

Battologia. Laconismus. Multa in hoc adagium suggerit Erasmus commentario cui lingua nomen. & Tiraquellus 9. l. connubial. Vide prouerb. Laconisare.

Ne malorum meminerit. Græcum verbum quod Cicero ait sese vsurpasse, prima in Antonium Philippica, fuit illud *μὴ μνησικακεῖν*, petitum à lege veteri Atheniensium, qui discordias sedauerunt. Oratio Tulliana de pace desideratur: huius tamen vmbram quandam legere est apud Dionem, lib. 44.

Gnomon & regula. Vitruuius lib. 1. c. 6. Collocetur æneus gnomon, indagator vmbræ, qui Græcè *σκιοθήρας* dicitur. Stilus est horas indicans, qui metaphoricè pro regula, indice, nonnaque accipitur. Est & machinula, qua vtimur in designandis & metandis vrbium viis, ad auertendam ab eis vim ventorum molestam. Apud Festum Pompeium gnoma dicitur.

Vita, Somnium. Maximus Tyrius, Serm. 28. Nihil aliud est hominum vita, quàm somnium manifestum, per quam animus demersus in corpus, præ nimia, vt ita dixerim satietate ac crapula, vix rerum somniat subitantias.

Iterum tranquillitatem videt. Lumen, pro lætitia & felicitate vsurpari à veteribus didicimus. Cicero Antoniana 10. vbi de Bruto: Alter (inquit) ibi eam legem statuerat, vt quocunque veniisset, lux veniisse quædam & spes salutis videretur. Idem in prima, Lux quædam videbatur oblata, &c. Plinius in panegyrico, Verè illud principis, lux, velocissimi sideris more omnia inuisere, &c. Paneg. Maximiano & Const. Augg. Statim igitur vt præcipitantem rempublicam refrenasti, & gubernacula fluitantia recepisti, omnibus spes salutis illuxit: &c. Vide Pierium, vbi de stellis, lib. 44.

Tempus omnia reuelat. Tiraquellus libello de præscriptionibus eadem ferè, & alia nonnulla retulit ad id argumentum, sect. 1. &c.

Saliuam imbibere. Seneca epist. 80. Aut ego te non noui, aut Ætna tibi saliuam mouet: iam cupis grande aliquid, & par prioribus scribere. Saliuam mouere, pro desiderium excitare: à cibis delicatis translatione sumpta, ad quorum etiam intuitum orexis excitatur.

Quo semel est imbuta. Quintilianus lib. 1. circa initium, Tenaciter hærent quæ rudibus annis percepta sunt. Vt sapor quo noua imbuas durat: nec lanarum colores quibus ille candor mutatus est cui possunt. Idem Plato, dial. 4. de iusto. Horat. 3. Carm. od. 24.

-Scelerum si bene pœnitet,
Eradenda cupidus
Prauis sunt elementa, & tenera nimis
Mentes asperioribus
Formanda studys.

Eò pertinet illud D. Hieronymi ad Paulinum Concordiensem, Nescio quomodo, etiam si aquâ plena sit, tamen eundem odorem lagena seruat quo, dum rudis esset, imbuta est.

Nemo omnibus horis sapit. Sententia est prouerbialis, qua quis errati veniam deprecatur: vt Chremes ille Terentianus, Homo sum, inquit: humani à me nihil alienũ puto. Horatius 1. Serm. Sat. 3.

Nam vitijs nemo nascitur: optimus ille est
Qui minimis vrgetur. Idem in Arte,
Sunt delicta tamen, quibus ignoscere velimus.
Nam neque chorda sonum reddit quem vult manus & mens,
Poscentique grauem persæpè remittit acutum. Et pòst,
-Quandoque bonus dormitat Homerus.

Alibi occurrit Crateris adagium, quod Laertius refert, Nullum esse punicum malum, in quo granum aliquid vitiosum non reperiatur. Sed longè plura vir multiscius Andr. Tiraquellus, de Nobilit. cap 31.

Ægroto dũ anima, spes. Huc pulcherrima spei descriptio apud Ouidium de Ponto, Eleg. 7.

Spes dea, cùm fugerent sceleratas numina terras,
In dys inuisa est: sola remansit homo.

Et Apollodorus Comicus,

In nullis miseris decet animum abijcere,
Meliora sed sperare semper fore.

Horatius item, 2. Carm. od. 10.

-Non, Si malè nunc, & olim
Sic erit.

Tibullus etiam, lib. 1. eleg. 6.

Iam mala finissem Lethe: sed credula vitam
Spes fouet, & melius cras fore, semper ait.
Spes alit agricolas, &c.

Sola spes hominem in miseriis consolari solet, inquit Cicero. & Seneca, Fortuna innocentem deserit sæpe, ac bona spes nunquam.

Vinum cadauer. Hoc dicitur in quorundam stupore & sensuum vacuitatem, quò refero Niobes cenotaphiũ ex 3. Græcorum Epigram.

Ὁ τύμβος, &c.

Istud sepulchrum, mortuum intus non habet.
At nec sepulchrum sibi habet extra mortuus.
Sibi sed ipse est & sepulchrum & mortuus.

Niobes transformationem describit Ouidius Metamorph. lib. 6.

Ex fronte perspicere. Cicero 1. Catilin. ad finem, Sit denique inscriptum in fronte cuiusque ciuis, quid de Republ. sentiat. Idem epist. 1. ad Quinctam, frons, oculi, vultus, persæpe mentiuntur.

Ama tanquam osurus. Alio etiam potest accipi sensu, vt ames tanquam oiturus, nempe eum tibi amicùm facias, quem his oiturus, si quid alienum faciat ab amicitiæ & virtutis legibus. Rectè enim Horat. 1. epist. 18.

Quem sua culpa premet, deceptus omitte tueri.

Tandiu enim durare debet amicitiæ nexus, quandiu apud illum viget honestas, & in officio se continet. Quæ enim debet esse amicitiæ causa potior, quàm honestas & verecundia. Non quòd vbi amor conciliatur inter te & alium, putes aliquando fore vt amicitia dissoluatur. Hæc enim addubitatio te anxium minúsque propensum ad amorem redderet. Verùm si acciderit, vt amicus turpe quid admittat, aut tibi atrocem inferat iniuriam, non potes non eum odisse: vel certè si non oderis eius mores oderis. Oderis verò tanquam amaturus: eum nempe quem dignum putas odio, sed tamen, qui ad frugem meliorem reuocari possit, aut quem spes est fore meliorem. Si enim talis euadat, quidni tuũ odium vertas in amorem?

Lepus pro carnibus. Vide Pierium lib. 13. vbi de lepore multa.

Ne musca quidem. Ridiculam hanc historiam retulit Sext. Aurel. Victor in Domitiano. Dein, inquit, atrox cædibus bonorum, segnisque ridiculè, remotis procul omnibus, muscarum agmina persequebatur, postquam ad libidinem minus virium erat, cuius fœdum exercitium *μυιοθηρίαν* vocabat. Nam percunctanti cuidam,

Præstantior quis? Quo quisque melior, eò præstantior. Prouerbium apud Salomonem occurrens admonet in honoribus & dignitatibus conferendis habendam esse rationem virtutis, potius quàm generis aut diuitiarum. Præstantior, inquit Sapiens, est iustus socio suo: vel, Iustus prior est accusator suus: venit amicus eius, inuestigabit eum. Prou. 18 17. In eo equidem homini præstat homo qui sensu suæ infirmitatis perculsus seipsum iudicat, ne iudicetur à summo iudice.

Vultu sæpe læditur pietas. Symmachus Ausonio, lib. 10. epist. 28. facit teperior affectio, vt sit querela prochuior. Mollis est animus diligentis, & ad omnem sensum doloris argutus. Si negligentius tractes, citò marcescit, vt rosa: si durius teneas, luet vt lilia. Legisse me memini, vultu sæpe etiam lædi pietatem. Hæc ille. Cicero ad Q. fratrem: Frons, oculi, vultus persæpe mentiuntur: oratio verò sæpissime. Plin. li. 3. epist. 3. Vita hominis altos recessus, magnásque latebras habet.

Iucunda præteritorum malorum memoria. Virgil. *Forsan & meminisse iuuabit.* Euripid ὡς ἡδὺ πόνος μεμνῆσθαι καὶ πάλιν, quem latè versum Macrob. enarrat 7. Saturnal. Cicero ad familiares 5. Habet præteriti doloris secura recordatio delectationem. Idem 2. de finibus, Iucunda est malorum præteritorum memoria.

Primùm relictè valere, &c. Maximus Tyrius, sermone 41. vetustum hoc fuisse carmè dicit, quod in votis ac precibus canebatur, Beatorum antiquissima sanitas in reliquam vitam tecum sim. Sed non plura sunt enim apud Tiraquel. eadem, vel certe ampliora, cap. 31. de nobilit. te.

Non probantis. Fortè huc non malè quadrat illud Ouidianæ Medeæ,

Sed noua vis trahit inuitos, flétdque cupido,
Mens aliud suadet: video meliora, probóque,
Deteriora sequor.

Mors optima rapit. Ouid.

Fortuna arbitrio tempus dispensat vtrumque,
Illa rapit iuuenes, inquit & illa senes.

Domi manendum. Non oportet animum peregrinari, dum interfumus spiræ alicui disputationi, aut necessario publicæ cui colloquio, vel dum nostra res agitur, aut dum occurrunt qui mentem alio abripiant aut nos nostrâ detinebant possessione.

Otiosus esto. Simile hoc, In vtramuis dormito aurem.

In tempore cauenda pœna mali. Ouid.

Principiis obsta: sero medicina paratur,
Cùm mala per longas conualuere moras.

Negotium non aptum. Horatius huc respexit, 1. epist. 7.

Non est aptus equis Ilibera locus.

Vndecunque lucrum captant. Verbum hoc Flauij Vespasiani, Lucri bonus odor ex re qualibet.

Ingratitudo vulgi. Catyllus,

Omnia sunt ingrata, nihil fecisse benignè est.

Munerum corruptela. Alius citatum hoc ex Ouidio,

Munera, crede mihi, placant hominésque, deósque.

Et illud Homeri, ὦρα δώρ' ἀνέμοισι πέλειν ἑκατηβελέταο. Huc Iunius Cent. 4. prou. 82.

Domus optima. Martial.

Quisquis vbique habitat, nusquam habitat.

Seneca idem prorsus 2. epist. Nusquam est qui vbique est. In peregrinatione vitam agentibus hoc euenit, vt multa hospitia habeant, multas amicitias.

Domesticum dissidium. Virgilius huc respexit, Eccles. 1.

---en quò discordia ciues
Perduxit miseros!

Officium humilius. Fortasse huc illud Martialis,

Cur ego laborem notus esse tam prauè,
Cùm fiat gratis cum sit esse pessimè?

Assurrexit malis. Virgil. in 6. *---non vlla laborum*
O Virgo noua mi facies inopináue surgit.

Pauper, sed ingeniosus. Cicero de Ennio, Parua quidem in re, sed plenus fidei.

Perplexus. Virgil 3. Æneid. & 4.

---cælum vndique & vndique pontus.

Quod adest, boni consule. Horat. 2. epist. 1.

Vt quocunque loco fuerit vixisse libenter Te dicat.

Officium ne collocetur in inuitum. Beneficium non datur inuito, l. hoc iure. 19. §. non potest. D. de donat. Horatius in arte, Inuitum qui seruat, idem facit occidenti.

Quod adest, boni consule. Contenti sumus hoc Catone, dicebat Octauius Augustus apud Sueton. facit huc Horatius,

Tu quæcunque Deus tibi fortunauerit horam,
Grata sume manu.

Quærendæ facultates, deinde virtus. Plutarchus disputatione ubi multa dixisse, idem omnino, quo loco parentes eos increpat qui in congerenda suis liberis pecunia, & possessionibus sunt præter modum solicitis de eorum tamen institutione nō laborant: perindéque facere illos dicit, ac si quis in poliendo calceo multū operæ ac studij poneret, nihil de pede ipso solicitus. Idem vellicat Iuuenal. Saty. 14.

Et pater ergo animi felices credit maros
Qui murantur opes, qui nulla exempla beati
Pauperis esse putant, iuuenes hortatur vt illam
Ire viam pergant, & eidem incumbere fetæ.

Vindicta tarda sed grauis. Val. Max. lib. 1. c. 1. Lento quidē gradu ad vltionem sui diuina procedit ira, sed tarditatem supplicij grauitate compensat. Vide prouerb. Dij laneos habent pedes.

Omissis magis rem experiamur. Virgil. 3 Ecloga,

Quin magis inter nos quid possit vterque vicissim
Experiamur.

Felicium multi cognati. Conuenit cum prouerbio, Felicitas multos habet amicos. Vide Muretum, lib. 1. cap. 6. var. lection. Ouid. 2. Trist. 5.

Vtcunque, cumque meus fugere ruinam,
Versáque amicitia terga dedere mea.

Idem 1. lib. 8.

Dum fletumus, turba, quantum satis esset, habebat,
Nota quidem sed non ambitiosa domus.
At simul impulsa est, omnes timuere ruinam,
Cautáque communi terga dedere fuga.

Et 4. elegia,

Dum iuuat, & vultu ridet fortuna sereno,
Indelibatas cuncta sequuntur opes.
Ast semel intonuit, fugiunt, nec nouisse vlli,
Agminibus comitum qui modo cinctus erat. &c.

Sed & lib 5. eleg. 5.

Cumque alij fugerent subita contagia cladis,
Nec vellent tecta limen adire domus,
Te sibi cum paucis meminit mansisse fidelem,
Si pauces aliquis tu fore duos, vt vocat.

Innumeta alia de humanæ felicitatis vanitate dicta occurrunt apud veteres.

Aliam ætatem alia decent. Aliud adag. Alia vita, alia dicta. Persius saty. 1.

Tunc cùm ad canitiem, & nostrum illud viuere triste
Aspexi, & nucibus facimus quæcunque relictis,
Cum septimus patruus, tum tunc ignoscite.

Alia iuuenibus, alia senibus.

Elucet egregia virtus. Virg. In 4.

Quum sese ore ferens.

Concordia fulciuntur opes. Mirifica Sallustianus ita: Concordia res paruæ crescunt, discordia maximæ dilabuntur.

Ægrè quidem, sed facimus tamen. Finitimum hoc Horatij, Carm. lib. 1. od. 24.

Durum: sed leuius fit patientia,
Quicquid corrigere est nefas.

Subitum rei edium periculo. Simile huic, Deus ex machina, &, Ex improuiso Deus apparens.

Perplexus, animoque consternati. Sic Aeneas quarto Aeneid.

Atque animum nunc huc celerem, nunc dividit illuc,
In partésque rapit varias perque omnia versat.

Nemo cogendus amicus. Non extorquebis amati. Nihil enim est amore liberius, nec in vna sede morantur maiestas & amor: ergo si amicum cogas, interit amicitia. Et quid amicitia est, nisi animi liberi voluntas quædam, quæ nihil coactum, nihil violentum admittat?

Amicorum est admonere mutuum Ouid.

Corripis vt debes, fruitu peccata fodalis.

Plin. 7. epist. 14.

Scienti in flammam manum immitto. Id magis conferrem in iudicium quod appellant aquæ & ignis, veteribus cognitum.

Semper superioris anni prouentus melior. De sene querulo sic Cornel. Gallus,

Laudat præteritos, præsentes despicit annos!
Hoc tantùm rectum quod facit ipse putat.

Horat. huc succinit, 2. Carm. 6.

Damnosa quid non imminuit dies?

Iuuenal. 2. saty.

Res bodie minor est, heri quàm fuit, atque eadem cras,
Fœtores prauorum atauos, fœlicia dicas.

Idem in 3.

Secula quæ quondam fuit regibus.

Premere pollicem. De geſtu nonnulla legere me memini apud Rhetoras: vt Fab. Quintilian. lib. 11. c. 3. vide Pierium, lib. 36. & quę eleganter & politè commentatus eſt Lipſius Saturnal. lib. 2. cap. 12. vbi quid pollices vertere, aut premere, enarrat.

Porcum immola. Conſule Pierium. lib. 9.

Senesco ſemper multa diſcens. Socrates apud Platonem eo dialogo cui nomen ἵππαρχος, ἢ περὶ φιλοκερδείας, eleuat hanc Simonidis ſententiam, ſed non ſimpliciter abſolutèque, at vt argumento ſuo ſeruiat. quo loco nempe diſputat Philoſophiam non eſſe multarum rerum cognitionem, vt neque phylogymnaſia eſt multorum laborum tolerantia. nempe id verum, ſed in ſua certè hypotheſi. Etenim quod idem Plato rectiſſimè in Sympoſio pronunciauit, tum demum etiam oculus mentis acutè cernere incipit, cùm primùm corporis oculus defloreſcit. adeo nulla eſt ſera ad diſcendum ętas, vt ait Seneca, quod & vſurpauit B. Auguſtinus in quadam ad D. Hieronym. epiſt. Itaque ille ipſe Auguſt. pacatum ſe iam ſenem dicit, ab adoleſcentulo edoceri, vt in C. Si habes, 24. q. 3. Etenim & idem ſenio grauis, & epiſcopus, ad literas græcas, puero ſibi deguſtatas, ſed falſiditas, reuerſus eſt. Pomponius IC. Lapud Iulian. D. de fideicomm. libert. dicit ſe iam annos 78. natum diſcendi tamen cupiditate teneri: citatque Iuliani dictum, Etſi alterum pedem haberem in tumulo, tamen aliquid vellem addiſcere. Quin & c. nullius, 38. dist. Epiſcopi monentur ne propter ſenectutem diſcere negligant. Socrates iam ſenex dedit operam fidibus. Plato in Euthydemo Socratem ita loquentem inducit, Hoc vnum ego vereor, ne his duobus hoſpitibus fim dedecori, quemadmodum Connoni citharistæ Metrobii filio, qui me etiam nunc citharam pulſare docet. Videntes igitur pueri condiſcipuli mei me rident, & Connonem præceptorem Senum vocant. De quo & Libanius epiſt. ad Helpidii ſocios, Neque, ait, te fugiat Socratem, Dei teſtimonio ſapientem etiam in Senecta à diſcendo non vacaſſe, cùm ſemper diſcendi tempus eſſe duceret. Itaque de eo fertur, quod dicenti cuidam, Iam ſenex diſcis! reſpondit, præſtantius eſt ſerò doctum eſſe, quam nunquam doctum. Cicero in Catone tradit P. Licinium Craſſum, P. Scipionem Pont. Max. M. Cethegum, illum quem Ennius ſuadę medullam appellauit, Senes omnes, ſtudio illos quidem Pontificii & ciuilis iuris, hunc diſcendi ſtudio, flagrantes, ſolitos exerceri. Plutarch. de inſtituend. liberis, Eurydicen Hierapolitanam ætate iam prouecta Literas didiciſſe ait, vt ipſa liberos inſtitueret. M. Antonio. Imp. laudatiſſ. iam ſenio grauis, ſcholam Sexti Chæronenſis, ipſius Plutarchi ex ſorore nepotis frequentabat. Cui cùm ſemel occurriſſet Lucius ſapiens, quò iret rogatus, reſpondit princeps, Ad Sextum percepturus quæ nondum edidici, ſubiungens, πολλοὶ γὰρ γηράσκουσι μανθάνοντες. Tunc Lucius prolata in cœlum manu, O Iupiter! Romanorum Imperator iam appetente ſenio librum geſtans, qui pueris mos eſt, præceptorem adit. Seruius Sulpicius qui facilè omnes ſuperioris ætatis iuriſconſultos ſuperauit, tardiuſculè ad iuris ſtudium acceſſit, vt Tullius refert lib. de Claris oratorib. & l. 2. paragr. Seruius, D. de origine iuris. Nec verò aliena ſunt quæ de Origene qui canus & ſenex ad literas Hebræas ſe contulit, narrat Hieronym. Catal. ſcript. Eccleſ. Idem ipſe Hieronymus iam cano capite, Alexandriam eſt profectus, vt Didimum audiret, à quo didicit quæ neſciebat, teſte ipſomet epiſt. ad Pammachium & Oceanum: atque quod ſciebat, illo docente, non perdidit. Sed iam ſatis. Vide Platonem de Repub. Plutarch. in Solone, Val. Max. lib. 8. cap. 7. Plin. 4. epiſt. 23.

Vita doliaris. Vide Cornel. Tacitum ad finem libri de moribus Germanorum, vbi Fennorum vitam planè agreſtem deſcribit.

Ipſa dies quandoque parens. Confer huc odam 9. libri 2. carminum Horatii, cuius initium, Non ſemper imbres.

Animus in pedes deſcidit. Animus hic eſt ὁ θυμὸς, Gallis *Le courage*, non autem νοῦς, mens vel ψυχὴ, ne quis labatur in ſignificatione verbi. Sic enim dicimus, abiicere animum, deſpondere animũ, remittere aut ſumere animũ.

Veſpa cicadæ obſtrepens. Is non videtur germanus adagii ſenſus, niſi ego fallor quid enim præſtat cicadæ veſpa? ſed fortè non malè vſurpabitur in duos inſignioter viles, aut æquè improbos, ex quibus alteri negotium faceſſat alter: vt dum lanioni coquus, aut agaſoni baiulus conuiciosè obtrepit.

Terræ filius. Pro ignoto & ſpurio vſurpatur apud veteres. Lactant. lib. 1. c. 11. quo loco de Saturno ex Minucij Felicis ſententia. Euſtath. lib. 1. Iliad. Procop. li. 4. de bello Vandalic. Plutarch. de fortuna Rom.

E quercubus & ſaxis nati. Hinc puto deductum λαοὶ. populi etymon. Sic enim in Olymp. Pindarus de iactu lapidum fabuloſo Deucalionis & Pyrrhæ. λᾶς enim lapidem ſonat per contractionem à λάας, vt docet Etymolog. quò alluſit Virgil. 1. Georgic. huius fabulæ ſenſum bellè aperiens:

-quo tempore primum
Deucalion vacuum lapides iactauit in orbem,
Vnde homines nati, durum genus.

Apud Ariſtophanem quidam λᾶς, i. lapis, audit, ob inſignem vecordiam & animi ſtupiditatem.

Maxum admoneri fortuna eſt implorandi. Salluſtius Catilin. quo loci Caro in Senatu rogatus ſententiam de cõiuratis, ait, Non vocis, neque ſupplicis muliebribus auxilia Deorum parantur. Vigilando, agendo, bene conſulendo proſpere omnia cedunt. Vbi ignauiæ tete atque ignoruæ dedens, ne quidquam Deos implores: irati infeſtique ſunt. Sic Scęuola iureconſultus in leg. pup. Ius, 44. quæ in fraud. credit. D. Sed vigilanti, meam conditionem meliorem feci. Ius ciuile vigilantibus ſcriptum eſt, ideóque non reuocatur id quod percepi. Et Varro libro primo de lingua Latina: Dij facientes adiuuant.

Odi memorem conpotorem. Cur ferula Bacchо ſacra, diſerte & erudite Pierius, libro 55. & Stuchius 3. antiquit. conuiual. cap. 13.

Vna filiâ duos parare generos. Hoc adagio nihil vulgarius: eo enim vectores, aurigæ, piſtores, olitores, alij paſſim vtuntur. Quod ſcio tortum in Carolum, poſtremum Burgundionum ducem, qui quia filiam, quam vnicam habebat, pluribus ſponderet, vt ſimul lactaret omnes vana ſpe, nec tamen cuiquam ex iis ſerò manum porrigeret, plerique ſunt qui putent ab eo fluxiſſe prouerbium.

Multi Thyrſigeni, pauci Bacchi. Recte id torqueri par eſt in ſciolos quoſdam, nugiuendóque Sophiſtas, quos magiſtros ineptes per contumeliam feſtiui homines appellant. At id argumentum qui occupletare volet euoluat Tiraquelli locum de nobil. tate, cap. 31. numero 41. & ſeq.

Simia ſemper erit ſimia. Pierius lib. 6. vbi de Simia.

Noſtris ipſorum alis capimur. Hoc adagio Iulianus Apoſtata vſus eſt in Chriſtianos, cùm illis librorum omnium vſum veterum, nefariè prohibuit. Socrat. hiſtor. Eccleſ. lib. 3. cap. 16.

Non mouenda moues. Non mouenda mouent, qui de religionis myſteriis nimium curioſe & audacius inquirũt diſceptántque, vt qui reuocent in dubium ea quæ pro indubitatis haberi debent.

Cornicibus vincior. Ouid. 7. Metamor. Cornici nouem ſecula tribuit. Et alibi,

Viuit & armigeræ cornix inuiſa Minervæ,
Illa quidem feſſis vix moritura nouem.

Aratus in Phænomenis cornicẽ cognominat ὀνοσκελῆ. Et Horatius 3 Carmin. 18. Annoſam. Epigramma de obitu Mæcenatis alludit ad Theophraſti querelam, in qua Naturæ inſultat, quòd breuiorem curriculum vitæ hominibus conceſſerit:

Viuere cornices multos dicuntur in annos.
Cur nos anguſta conditione ſumus?

Hanc inſaniam caſtigauit Seneca, lib. de breuitate vitæ.

Deum eſſe. Ita Cicero pro Ceſtio: Cuius ego patrem, Deum atque parẽtem ſtatuo fortunæ nominiſque mei. Laus eſt Lentuli, qui Tullium ab exſilio reuocarat. Sic enim Deus pro beneficio accipi ſolet. Homo homini Deus, inquit aliud adagium. Et Virgilius de Auguſto, Eclog 1. Deus nobis hæc otia fecit. Mitto, impias Martialis Domitianum Dei nomine compellantis adulationes. Cicero propius 1. de Orat. Non cauſidicum neſcio quem, ſed eum virum qui ſit eius artis antiſtes, cuius cã ipſa natura magnam homini facultatem daret, tamen eſſe Deus putatur. Et lib. 2. eiuſdem operis: In ea argumentorum diſpoſitione tu mihi Deus (i. ſublimis, eximius, incomparabilis) videri ſoles.

Sexagenarios de ponte. Sexagenarios per pontem mittendos malè diu populariter intellexit: Nonius. Gruchius de Comitiis Rom. Sigon. de antiquo iure ciuium Rom. 1. cap. 17. Petr. Victor. lib. 11. var. lect. cap. 7. Scaliger in notis ad Feſtum.

Aſinus inter ſimias. Conducunt ea quæ à Pierio diſputantur de Aſino, lib. 12.

Circumuidere eruam. De coma præclarè multa Hade-

Aliorum medicum, ipse ulceribus sc. Huc refer Iuuenalis in censores censuram, Sat. 2.

—— Castigas turpia, quum sis
Inter Socraticos, notissima fossa, Cynædos.

Vide Tiraquell. de nobil. cap. 31.

Cum diis pugnare. Macrobius Saturn. ait gigantes fuisse gentem quandam feram, deos negantes, qui ideo bellum cum diis gessisse finguntur. Vide Pierium, lib. 16. & 25.

Cornicum oculos. Vide Pierium, lib. 20.

Quid distent æra Lup. Turnebus docte de eo differit, Adversar. lib. 1. cap. 19.

Pecunia obediunt omnia. Vide Tiraq. de nobilitate, ca. 3.

Veritatis simplex oratio. Lactantius Instit. diu. lib. 3. cap. 1. Deus hanc voluit rei esse naturam, vt simplex & nuda veritas esset luculentior, quia satis ornata per se est: ideóque ornamentis extrinsecus additis fucata corrumpitur: mendacium verò specie placet aliena, quia per se corruptum vanescit, ac diffluit, nisi aliunde ornetur.

Tunica pallio propior. Tiraquell. comment. de refractu, gl. 9. paragr. 1.

Induitur me Leonis exuuiæ. Aliquid L. Gyraldus in suo Hercule: & ad id confert quæ Io. Pierius disputat initio, lib. 1.

Midas habet auriculas asini. Idem Pierius initio, lib. 12. & Mythologici variè de Midâ scribunt.

De fumo disceptare. Pierius aliquid, libr. 46. & quid fumum vendere, alibi est explicatum.

Talpa cæcior Pierius, lib. 13.

Tiresiæ cæcio. Ouid. Metam. 3. fab. 4.

Suo ipsius iudicio periit forex. Vsurpauit Ausonius præfat. in Gryphium: Veinam latuisset, ne tanquam suo iudicio forex periret. De muto, Pierius, lib. 13.

Leonis ad ilerum Gyraldus Syntag. de Hercule, & Mythologi eiusdem multa.

Vbi amissis, ibi opes Præter Aristotelis Platonis, Tullij disputationes, pete quæ Tit. quintus lib. de pœnis legum ac consuetud. temperat. scriptis, cauta 23. ad finem.

Figulus figulo. Seneca, Plutarchus passim, & alij de inuidia differunt. Aristot. Rhetoric. lib. 2. Simile inuidet simili, in hoc quòd similis existit vnus alium: vnde vulgus odit vulgum, & figulus figulum.

Fortunatior frontis Carcini. De hoc Carcino Lil. Gyr. lib. 5. hist. poetarum, dial. 7.

Turdus ipse sibi malum cacat In fœcunditatem damnosam extat Antipatri græcum epigramma, & Ouidij adscripta elogia de nuce.

Laureum baculum gesto. Ex lib. 2. de historia poetarum Gyraldi, de Lauro, eiusque vario vsu colliges. Vide Pierium, lib. 50.

Cornu cornua sanum in cornu, cornutam bestiam petis. De cornu, Pierius libr. 7. Cornua pro insolentiæ, arrogantiæ, & audaciæ nota apud sacros & profanos scriptores. Poetæ ixpius meminerunt. Horatius, *Fœnum habet in cornu: longè fuge.* 1. Serm. Sat 4 & 5. *O tua cornua si foret exercito frons,* inquit *quid faceres.* De vino loquens, quod nihil moderabile iudicet. Carm. lib 3. od. 21 ita,

—— adde cornua pauperi,
Post te, neque iratos trementi
Regum apices, neque militum arma.

Epodon lib. od. 6. *—— in malos asperrimum*
Parato tolle cornua.

Ouidius, 1. de arte —— *Tunc pauper cornua sumit.* Et 4. Trist. *Iam soror in pugnas, & nondum cornua sumpsi.* Amm. Marcellinus, initio lib. 20. Lupicinum inducit, supercilia, velut cornua, erigentem. Galli, de homine superbo dicunt, *il leue les cornes.*

In me hæc cudetur faba. Adde, Scutica fuit olim corrigia, quæ in summitate nodos quosdam haberet in fabæ modum. Flagello isto è loris confecto serui cædebantur. Testatur id verbi vis: σκύτος enim corium sonat: σκυτάλη, baculus, & σκυτίνη scutica, flagellum ex corio factum. Scytale Lacedæmonia fuit baculus membranis dissectis obtectus, de qua Plutarchus in Lysandro. Horatius, Serm. lib. 1. Sat. 3. Videtur Scuticam accipere pro verbere non adeo duro. —*Adsit*
Regula peccatis quæ pœnas irroget æquas,
Ne Scutica dignum horribili sectere flagello.

Recte, si Scutica sola, hoc est coriacea: Sed si ad extremitatem nodosa esset, fabarum instar, nihil eo verbere durius. Vide Persij locum, Sat. 5.

—— quid tu impunitior exis,
Atque hic, quem ad strigiles Scutica, & metus egit herilis?

Interpres hæc, Scutica flagellum excorio.

Deus ex improuiso. Varie ad res varias aptatum adagium. Polib. lib 3 Scriptores reprehendentes qui Hannibali Deum apparuisse vix ducem affirmarent: Idem (inquit) committunt quod poetæ Tragici, quorum fabulæ ad Catastrophen Deo & machina indigent: quia initio quædam temere & præter rem finxerunt.

Homo homini lupus. Facit huc Senecæ grauis disputatio ex epist. 104. quò etiam fortasse referri potest quod de Lycanthropis narratur à poetis & physicis. Vide Pierium, lib. 11. & Ciceronis orat. pro Sylla.

Genius malus. Lege lib. 8. cap 40. de perenni philosophia Aug. Eugubini.

Dextro Hercule L. Gyraldus in Syntagmate de Hercule omnia ferè quæ de Hercule passim occurrunt lectori exhibet.

Fumos vendere Huc aliud adag. Temeria mala, Vide Duarenum, 1. de putation cap. 13.

Leonem ilemulus. Nonnulla tibi suppeditat Pierius, lib. 1. circa initium.

Octipedem ex, itas Pierius, lib. 16. de scorpio.

Anagyrin commoues. Vide Dioscoridem de Anagyri, lib. 3. cap. 149.

Bonis auibus. De auguriis & auspiciis nonnulla occurrunt apud Lazium in comment. Reipub. Rom. lib. 3. cap. 12.

Nollius volat. Vide Sigonium de Repub. Atheniensium, & Pierium, lib. 20.

Quarta Luna nati. De Lunæ variis nominibus & effectis L. Gyraldus multa Syntagm. 12. Quid designet autem adagium illud, Quarta Luna nati physicè explicat & eruditè Lemnius Lemnius medicus, lib. 1. De occultis naturæ miraculis, cap 8.

Enim auscultat cui quatuor aures. Consule Pierium, lib 33. vbi de aure.

Thessalorum ala Sic apud historicos videntur Imperatores longe multi, qui cultu exotico vsi sunt. Vt apud Quintium Alexander Macedo.

Bos Iunonius. Pierius, lib 5. Tiraquell. lib. de iure primigen. quæ Alciat. præfert. ad 6. Paradoxorum.

Tota ereptus via Pierius, lib 35. vbi de pedibus.

Tuæ Apiæ. Eodem fermè sensu dixit Ausonius ad Drepanium,

At nos lepidum & rudem libellum,
Rarum, quæ Venerias ait, opúsque. ——hoc est, nullius rei pretij. Bullæ flocci è lana volitantes, Galli, Lanæ. Catullus suæ scripta nugas appellat, in præfat.

Tarentum Q. Fabius Consul de signatus eò abiit,

Illum ego si cernam, tum terque quaterque beatus:
Tenero bis io iuuenis, tangam vertice cælum.

Et Horatius, Carm. lib 1 od 1.

Quòd si me Lyricis vatibus inseris,
Sublimi feriam sidera vertice.

Cicero variis locis, præsertim in epistolis ad Atticum, his formulis vtitur. Pisonem ferebat in cœlum: scribis in cœlum ferri profectionem meam: hæc nostris amicis, diuinis viris ad cœlum dederunt: Omnes te summis laudibus ad cœlum extulerunt: &c.

Malum suo immento accessere. Turnebus, aduers. libr. 4. cap 15.

Intidit insoneam quam fecit. Longe præclara de dicto Maxentio tyranno historia ex Eusebio, lib. 9. Eccl. hist. ca. 8. conferenda: vbi & ipse prouerbij huius meminit. Ad id exempla pene innumera suppetunt: sed studiosorum diligentiæ aliquid relinquendum.

Sub omni lapide Scorpius. De scorpio eiúsque symbolis eleganter Pierius, lib. 16.

Asinus ad Lyram. Docte Pierius initio, lib. 11 & lib. 47. de Lyra.

Nihil cum amaricino sui. Pierius, lib. 8.

Nollésque die, que. Cicero initio, lib. de Senectute, ex Ennio, Quanquam certò scio, non vt Flaminium, sollicitari te Tite sic noctes d éque.

In saxis seminas. Saxum pro stupido homine, ignauo, ingrato. Terentianus Parmeno, Thrasonem carpens, Iamdudum hoc saxum voluo, inquit

Ignem diffecare. Symbolum Pythagoricum refert, Ignem ne gladio fodito.

Cribro aquam hausire Meminit Basilius orat. ad adolescentes.

Litteri loquetur. Sic Ariadne Theseo, apud Ouid,

Interea toto clamanti littore, Theseu,
Reddebant nomen concaua saxa tuum.

Et Virgilius Eccl. 5. *Vt Iuuenis, Hyla, Hyla, omne sonaret.*

Surdo cani. Reprehenditur Erasmus à Iano Guliel-

LOCI SECVM CONGRVENTIVM ET PVGNANTIVM MATERIARVM.

Quarum singulæ cum prouerbiis ad eas facientibus in proximè sequenti habentur indice, ordine alphabetico digestæ.

Diuitiæ
paupertas
mun erum corruptela
f. rma. deformitas
tædium ex iteratione
iteratio citra tædium
molestia intolerabil.
ingrata ob vetust.
nupera
iteratus error
error in initio
garrulitas
breuiloquentia
clamosus
riuosus
taciturnitas illaud.
laudata
infœcundia
fœcundia
munus non munus
exitium honestum
malum immedicabile
adulteria
ignauia, inertia
ingratitudo
gratitudo
simulatio dissimil.
libertas, veritas
seruitus
vanitas
curiositas
crudelitas & contra
timid. tas, ignauia
inanis metus
audacia
fortitudo
cedendum multitudini
liberalitas
tenacitas
Hospitalitas, & contra
profusio
rapacitas, auaritia
sordes & parsimonia
pernoctandi absol.
ab initio ad finem
similitudinis & con.
dissimilitudinis & incongruentiæ
munus apertum aut in.
infortunij, exitij
bonæ fortunæ, copiæ augurij
malum accersitum.
sera pœnitentia
serum remedium
damnandi
approbandi
iudicandi rectè
alia aliis placent
aberrandi
executientia
perspicacitas
perspicuitas
obscuritas
surditas
attentio, & contra
obsecundantis
correctio dicti
commodum interuersum
impossibilia
absurda, indecora, præposterа
inanis opera
difficultatis
prochiuitatis, & contra
nunquam
semper
nusquam
pensatio beneficij vel offi-
cij
malum condoplicatum aut
nouatum
malum male vsurpatum
malum assuetum
mali remissio
inæqualis pensatio
alibi diminutum, alibi redditum
frustrata spes
desperatio
præter spem bonum, aut
malum
malum vertens bene
subiti interuentus
magnifica promissa
votum
spes pertinax
excellentia inæqualitas
Differentiæ
Æqualitas
vincere, & vinci
victoria vtrinque
non solus ille
securitatis & tutæ rei
contemptus, & vilitatis
dignitatis
proximus vtendum
inconstantiæ, perfidiæ, ver-
sutiæ
mutandæ sententiæ
mutati instituti
fortunæ commut.
temperantia
intemperantia libido-
modestia modúsque
arrogantia, fastusque
philautia
contrarium philautiæ
mansuetudo
asperitas, morositas
occasio
sumptuosa
frugalitas
luxus & mollicies
lauticiæ
fames
festinationis
festinatio præpropera
tarditas & cunctatio
salubritas
insalubritas
diuturnum
hæredipetæ
senium præmaturum, aut
mors
longæuitas
iuuenta
vita hominis & miseria & breuis
prudentia senilis
prudentia
alius sapere
prudentia coniuncta vir.
initians
anceps & dubius
perspicax
decretum
in deprehensos
metus ex conscientia
vinculum insolubile
vltio malefacti
metus pœnæ
aliena re
aliena curantis
ad rem pertinentia
lacessentis
insidiæ
coniecturæ
calumnia
obtrectatio & maled.
causa indefensa
carpentis seipsum
necessitas
tristitia, lætitia
sollicitudo
nuncius lætus
minantis
vehementia, languor
amor
amicitia
adulatio
in delitijs
odium
ira
inuidia, æmulatio
diffidentia
fraus ab amico
diligentiæ
assiduitas
indiligentiæ
somnolentia
occupatio, ocium
iustitia
iniustitia
rigor
vis iniusta
inculpatus
temeritas
pudor
impudentia
pudicitia
impudicitia
originis
nobilitas, obscuritas
degenerantium in pejus
initium laudatum
proficientium in melius
proprij commodi stud.
lucrum ex scelere
incernitio
subitum exitium
totum vt nihil reliqui
oblitio
memoria
elabendi
ex sese
domi viuere
fœminæ
Æquanimitas
solitudo
ignoratio
nouitas
notus
occulta
vices officij
fides & grauitas
perfidi
consilium
cum auxilio, citra auxilium
intempestiua, inepta
tempestiua
seruire tempori
deprecandi, abom.
execrandi
ominandi
beneficium corruptum
risus
derisio
impostura
fortunata stultitia
citra laborem
incitare
discriminis
alieno periculo
experientiæ seu pericl.
secundæ experientiæ
imperitia
conatus
pertinacia
incertus euentus
ex euentu iudicium
multi
in stupidos
prælongi
improbi
ingenij mali, & infi.
malus vicinus
sperè & crassè
sanctas
concordia
discordia
fuerunt, non sunt
exilium
accessio pusilla aut nimia
Deus
vsura
probrum gloria
munus boni consul.
libenter
refugium
docilitas
diuitum prærogat.
repellentia
mira noua
illecebra mali
contagio morum
commodo magno
tumultus
potentes.
magni momenti
securitas
auxilium
bibacitas
bonos indigno
maledicentia
nugalia
mixta
parasiti
puniri pro alio
veneficia
tolerantia
torpitas
fucus.

INDEX PROVERBIORVM

IVXTA LOCOS SECVM CONGRVENTIVM ET PVGNANTIVM MATERIARVM SERIE ALPHABETE COLLATOS. QVOTA AVTEM PAGINA QVARENDVM SIT VNVMQVODQVE, SEQVENS INDEX ACCVRATE COLLECTVS OSTENDET.

A

AB INITIO AD finem.

A Bipso lare
A capite ad calcem
A capite arcessere
A fonte ducere
prora & puppis
venimus ad summam
à carcere
ad calcem
à carceribus
ab ouo vsque ad mala
à linea incipere
ab incunabulis
à teneris vnguiculis
principium dimidium
caput
quodcunque in solum
exordiri telam
scindere glaciem
ex tela textur
toto organo
à fronte atque à tergo
à cælo ad terram
ne inter spia quidem
fores aperite
saliua prima
vsque ad plaudite
à calce ad carceres
à carceribus ad met.
ianuam fenestram aperire

ABERRANDI

Extra calcem
quis abertet
toto cælo erras
tota erras via

ABSTINENTIA.

Acolo non ieiu
Μυσικωτερ
allium in cerebris
phormionis tori
cilicij Imperatores
vita dolearis
tanquam in phidiriis
hecatæ cœna
oluam ne comedas
sicyonia rodens
thymbra victitans
falcem lingere
si caseum haberem
Xenocratis cæteolus
aspera vita, sed salubris
salem & caseum edere

ABSVRDA. INDECORA seu præposteta.

Fluuius quæ procul.
frustra habet
Asinus auis
Herculis cothurnos
lumen soli mutuas
ranæ aquam
Soli lumen
sus minerualia
Mercurius infans
sus cum minerua
pica cum luscinia certat
vespa cycadæ ob.
curtos bouem trah.
Cancer leporem capit
velocem tardus assequitur
vngultea scaphula
siturus puteis inquadrangentes
mali viri honesta oratio
Archilochi melos
agninis lactibus alligare cerebrum
diserte saltare
eodem collyrio mederi omnibus
præposterè
Ανθρωπαδιτ
ante pilos sapere
odi puerul præcoc. sap.
Calceus pede maior
aratro iaculari
sus saltauit
mulgere hircum
lungere vulpes
nocte lucidus
cum aqua fauces strang.
tuum tibi narro somn.
nil intra est oleam
lupuer orbus
Η ψαλις ἐ ἐπτειν
iugulare mortuos
mortuum vnguento
ad consilium ne accesseris
aduersum solé ne loquitor
more carico
accepta candela
lanam in officinam fullonis
nec aures habet nec tangit
syncerum vas incrustare
iuxta fluuium puteum
per parietem loqui
priusquam asia sit sa.
priusquam mactaris
prius antidotum quàm
capra nondum peperit
anulus aureus
in mari aquam quæris
vmbram suam metuere
furari littoris arenas
canem excoriatum excorias
nudo vestimenta
nudo mandas
caput artis
gallos quid execas
in aere piscari
piscem natare doces
Lupi alas
boue venari leporem
serenitatis nubem
dum virent genua
cerous canes trahit
aquam igni miscere
Faber quum sis
Elephantum ex musca
ebur atramento cand.
exacta via viaticum
qui sese non habet. Samum petit
Leonis exuuium sup.
cantherium in fossa
ex natali emortualem face-re
ocandum vt seria agas
post rem deuoratam ratio
trabem baiulans
solem adiuuare facibus
tarditas consilio adiuta
caligare in sole
teiptum non alent
mari aquam e fonte
mus non ingredient
ad mensuram aquam
alnotum medicus ipse
anus eriphius
anus saltat
anus cothonissat
in toga saltantis personam
Camelus saltat
Lucernam adhibes
clauo findere ligna
cani das paleas
Vulpes bouem agit
ante barbam doces
Dolypus carnes
tute lepus es
sydera addere cælo
cuticem colant
in pace leones
Smaragdus in luce

ACCESSIO PVSILla aut minus.

Cræsi pecoris ceruntium
piscis eget sale
holerum additamenta
gleba aruum
gutta vini
ne maior thylaco

AD REM PERTInentia.

Nunc in regionem
ipsum ostij limen
rem acu tetigisti
Ædibus in nostris
ipsi curandum
omissis magis remotis
ab vnguibus incipere
pedem conferre

ADVLATIO.

Mercenarium præconium
saluete equorum filiæ
verbis coquinatis
Αἰνιδεῖ
Θωυκίδη
Χαιτεφοντιῶν
in ostio formosus
Python formosus
refutantis laudem
Μυσικώτερ
haudquaquam difficile
cura esse quod audis.
Herculana faubics
ficum cupit
de fera comedisti
Αδουλίζειν
demulcere caput
blandius alloqui
cauda blandiri
præstat habere acerbos
benignior pellace vulpe
letale mulsum
Χαιρεκράτης
io Pæan
Polycrates matrem
ipse semet canit
magis ipse Phryx
pulchrè dixti. Belle narras
Climacides
glossogastores
conceptus in talario ludo
clemens laniista
ex cohorte prætoria
Gallonius

ÆQVALITAS.

Aequa concertatio
Ἰσοπλεῖ
pari iugo
pertinax concertatio

ÆQVANIMITAS.

In re mala
mag stratum gerens
iactare regum
ad finem vbi peruenieris

ALIA ALIIS placent.

Felix Corinthus
quot homines, tot sententiæ
suum cuique pulchrum
Balbinum polypus Agaue
delectat
suus rex reginæ placet
sibi pulcher
te tua me mea delectant
velle suum cuique
Asinus asino, & sus sui pulcher

ALIBI DIMINVTVM, alibi redditum.

Claudus optime
non omnia possumus omnes
facta nouenum
matrimam auditionem funerali abluit sermone
quod alibi diminutum
subnice seni iuuenculam
nō omnis fert omnia tellus
senum cōsilia, iuuenum audacem

ALIENA curantis.

Bellum Cononi curæ fuerit
in alieno choro
ne depugnes in alieno negotio
quæ supra nos
ædibus in nostris quæ prauæ aut recta gerantur
Vrere cutim, de asinis nihil laborans
stultior Morycho

ALIENO periculo.

Coctum ab alio edere
de alieno ludis corio
non est meum negotium
alienam metis messem
innocuus alium aspiciam

ALIENA A RE.

Nihil ad versum
nihil ad fides
nihil ad Bacchum
mira de lente
quid ad farinam?
alia Menecles

neque cælum neque terram
quid ad Mercurium
ergo tibi de aliis
falces postulabam
extra chorum saltare
vltra sepes transilire
extra oleas fertur
iacita equum iuxta nyssam
haud contra ostium
nihil ad rem
meos corymbos
omissa hypera
de curru delapsus
quo terrarum raperis
me mortuo terra
mihi istic nec ferunt
non luctu, sed remedio op.
ἀξιωματικὸς
reipublicæ nihil ad musicã
quam in tragœdia comici

ALIIS SAPERE.

Aliis prospicientes
facile quum ya emus
quanta luna nati

AMICITIA.

Amicos non cogendos
amicus fidus
amicitia stabilium
ama tanquam o.urus
amantium iræ
amici mores noueris, non oderis
nouos parans amicos
non potes Thesidem
vnus Deus & plures am.
neque nulli sis amicus
ne cuiuis dexteris
nemo sibi nascitur
amicorum communia omnia
de manu in manum
amicitia æqualitas
amicus amico
amicus magis necessarius
naæra & Charmione
qui circa salem ac labas
salem & mensam
intempestiua benevolentia
præstat habaceibos
non sunt amici qui
multas amicitias
abiit & taurus in syluam
vbi amici, ibi opes
vsque ad aras amicus
amicorum est monere
animo ægrotanti medicina
Ἀμιδεπιτρόπως
in re meo est
Syncerissimus
conciliant homines
cum amico non certandum
Querula in amicitia
amicus lingua
felicitas multos habet amicos
oculis ferre, in sinu, in capite
felicium multi cognati
mensa communis
panis fractio
ad felicius latus inflectere
nauigare cum felicibus
tempus arguit amicum
mus non vno fit e antro
ne rebus prosperis mihi venias
fer et olla, viuit amicitia
ex sinu illius
Χρῆσθαι ἑταίροις
ipsis & Chius
vultu sæpe læditur pie-
sal & mensa
phisoteius crater
salute tenus amici
amicus certus in re incerta cernitur
olle amicitia
vxor infortunati procul amici
plures adorant solem
ad felicem paretem
nudæ gratiæ
sapienter tyranni
amicitias immortales esse op.

AMOR.

Cautus amor
liberorum amantior
intricata soluit amorem
mansum ex ore
medullitus
omnes intus
vt lupus ouem amat
vt Phrygius amauit Pieriam
cestum habet Veneris
ex aspectu nascitur amor
adamantis
paruus semper tuus p.
aureæ compedes
musicam docet amor
capite gestare
qui non zelat
è Creta rapeus
lynge trahor

ANCEPS ET dubius.

Necessarium malum
neque cum malis
polypi caput
gaudium doloti iunctum
plus aloes quam mellis
quid primum aut vltimum
etiam capillus vnus vmbram habet
ad vtrumuis paratus
vtroque nutans sententia
volens nolente animo
nolens volens
malabona
vnica filia duos parare generos
inter pueros senex
aut cucurbitæ florem
aut Plato philosophus
aut oportet trahere
oportet testudines
aut mortuus est
aut quinque bibat
excubias agere, aut
quocunque pedes
in triuio sum
ancipitis consilij
ancipitis animi
hasta caduceum
vtrunque
delphicus gladius
tildem è literis
qui nocere potest
nauis aut galeatus
tertium caput
triceps Mercurius
plecas aut ros

APERTE & crasse.

Ἀστεισμοῦ
Ἀστεισμοῦ σαχμμῶδες
ne vino dicis
vt ita loquar
præmansum in os inferere
crassa Minerua
crassiore musa

AQVA.

Herculana balnea
Aquam è pumice
Aquam infund. cineri

APPROBANDI.

Premere pollicem
album calculum addere
creta notare.
pedibus in sententiam discedere
momo satisfacere
omne tulit punctum
punctis singulis
calculis omnium
votione signare
alba felicia
alba taba
rectam instas viam
ne Iupiter quidem
seruum haud vebo
si tibi amicum

ARROGANTIA, iactantia.

mira de lente
sine incolumis red.
ercem è cloaca facere
gallus in suo sterquil.
tollere cristas
attollere supercilium
naufracton tueri
tollere cornua
arrogantia non ferenda
sybaritici sermones
tuo pede te metire
vltra peram sapere
videberis me videns, planè
Martem videre
amaxiæ
Sophocles laudiceni
Πτωχαλαζων
altius Otomedonte
ampullacea
Αἰξωνικὸς
basilica facinora
campana superbia
dea excogitauit
decurionum
laureola in mustaciis quærere
palmarium facinus
peristromata campanica
Πιμπληΐδι
pulchri sepulchri elogium
phœnix tenua
sybarisq; per plateas
cicadis plen
ex academia venit
ingred. Iunonium
summis vaguibus
cælum territat armis
ex vno multa facere
cælum digito attingere
Iouis sandalium
imperitus subligaculo
fatuosus maxim us
tanquam argentum clyp.
homo bombylius
de pulmone reuellere
ipse dixit
auro loquente
ne mihi suffic.essem
pennas nido maiores extendere
ne sutor vltra crepidam
cæneis hasta
g gantum arrogantia
magis sibi placet quam peleus
hic Rhodus hic saltus
atticus in portum
calliphanes
bullatæ nugæ
vino venalibili susp. bed.
non opus
pselliasare
diuinum excipio serm.

ASPERITAS, morositas.

Inexorabilis
ferreus ahencus
versatilis Artemon
cornea fibra
scytharum oratio
pandelitias sententias
thymbra victitans
scabriosior ieberide
totus echinus aspec
durus alloquijs
echino asperior
corinthus & coll. surgit & vallibus deprimitur
etiam quercus
agamemnonis hostia
machiolæ.hus
ne mouc festucam
à lasso nisa quæs.
difficilis vir
in durum & implacab.
Χαλεπὸς &
ὀλεθρίου
scytha malus
ἀκαιρότερος
ἀκατηρμένος

ASSIDVITAS.

Minutula pluuia
assidua stilla saxum
bis septem plagis
diecndo dicere dis.
latum voguem
nocte dieque
taurum tollet, qui vitulum
velut vmbra sequi
ne altero quidem pede
saxum volutum non
multis ictibus deiu.
exercitatio potest omnia
ne genu quidem flexo

ATTENTIO, ET contra.

Purgatis auribus
mens peregrina
præsens abest
auribus arrectis
erectis
auscultet & perpendo
consulendum & cons.
ceram auribus obdis
hoc age

AVARITIA.

Vide RAPACITAS.

AVDACIA.

Neque retrorsum motus timet, neque ductus
fortes fortuna adiuuat
animus præsens
animus heptaboeus
aqua præterfluit
martis pullus
alter Hercules
Achilles
achilleum argumentum
non abiecit animum
ne quid moueare
in discrimine appar.
non cedendum malis
qui cum contempta vi.
improbitas muscæ

AVXILIVM.

Lunæ radius non matures
fert botrus
Re op tulandum
per fluuium traducere
si Deus voluerit
facer manipulus
meis auspiciis
cornaceum auxilium
porrigere manus
siculum auxilium
Multæ manus, onus leuius red.
sine canibus & retibus
summa vi defendere
tanquam heros in clypeo
frater viro adsit
sine ope diuina nihil val.
ne gladium tollas mul.
non absque Theseo
diuobus pariter euntib.
nihil profecit bulbus
tradunt operas mutuas
alieno auxilio potentes
Titanas imp oras
ancora domus
nostro Marte

BELLVM.
Aequa concertatio
Imperator bonus, &c.
Omni certaminis genere
Cedendum multitudini
Bellum Archidamicum
Dulce bellum inexpertis
Omnib. armis destitutus.

BENEFICIVM corruptum.
Perdidisti vinum
capra scyria
panis lapidosus
Ne quod beneficium coll. in senem.

BIBACITAS.
angina vinaria
madusa
Parthi quo plus biberint, plus fictunt
Κυνάδακνος
ranarum more
nec elephantus ebiberet
corbomissare
calicum remiges
Κυαθίζειν
argenteus poteus
aut quinque olive &c.

BONAE FORTVNAE, copiae, felicitatis, aut omnis.
Asinus in paleas
in vota compotem
nunc illa aduenit
proverbis telum
albae gallinae filius
aut piscem olet
virgula divina
Gygis anulus
Orci galea
secundo flatu
bonis auibus
omnia ex sententia
secundis ventis
daryli dies
dius hominibusque plaudentibus
semper feliciter cadunt
sapiens sua bona
contigit & malis venatio
iecit Achilles
ex astris delapsus
Θεοῦ δῶρ
Ἰσοθέος
Ζεύς
mortalis deus
ilias bonorum
cumulus meritorum
plaustra bonorum
examen virtutum
virtute duce, fortuna comite
sexcentum
sale & aceto
sale nihil melius
supercilium salit
tranquillo quilibet
effugi malum, inueni
inueni non quod
sardi venales
locupletum reditus
bonorum mare
thassus bonorum
bonorum aceruus
horna messis
bonorum myrmecia
dathus bonorum
gargara bonorum
bona terrae
ingens rerum multitudo
bonorum glomi
copiae cornu
lac gallinaceum
exitis pluit
capram caelestem
bonae fortunae
oculus dexter mihi
bona spes ostensa
deus vndecunque
Iun effulsit
noctua volat
laureum baculum portat
Midas in tesseris
boues messis tempus expectantes
bos apud aceruum
bos ad praesepe
faustus exitus
quae diuinitus contingunt
autoritas diuinit.
felicitas à deo
primum rectè val.
deum esse
in caelo esse
quaeuis terra pa.

BREVILOQVENTIA.
Grata brevitas
laconismus
tribus bolis
pauciloquus, sed
minore finire pō.
numero dicis
vno fasce compl.
tribus verbis
ὁ Ἕνεκα τοῦ

CAECVTIENTES.
Lolio victitant
saturnia lenta
cucurbitas lippis
ollas lippire
hypaea exetor
talpa exetor
exetor leberide
tiresia exetor
in canis podicem
cimmeriae tenebrae
caeca speculatio
caeci praescriptio
caecus caeco duce
neque caecum ducem
palpare in tenebris
e duobus tria
pulueres ocu. off.
nox humida

CALVMNIA.
Sycophanta
Theocrines tragicus
albo aere aliena
Sycophantae morsus
argiua calumnia
bolitis poenam
cydi poenam debet
Chius
Patraeone calam.
Crater litium
frustra Herculi
Samij mores
abydeni
falsum probrum
hoc municeps aut vicinus nuntiauit.

CARPENTIS seipsum.
Domesticum thesaurum
propria vincta exedere
quò praetergressus

CAVSA INDEFENSA.
Hetero molia causa
deserta causa
ne de lite pronunties
haud impune vindemiam
Ἐρυσίβη
desertam vincere, capere, accusare

CEDENDVM multitudini.
Ne Hercules quidem
cedendum multitudini
extra publicam viam
plurium calculus
contra duo contraria pugnare difficile
vnus contra multos
vnus vir, nullus vir
vni cum duobus non est pug.

CITRA LABOREM.
Ἀσπονί
Ἀνάπαυσι
Ἀπράγμονι
citra sementem
dormienti dij conficient
dormientis rete trahit
citra puluerem
sub aliena arbore fructum
citra arationem
vltro deus suppeditat

CLAMOSVS.
septem conuiuium
clamosior lauro
vsque ad raucum
Claudiana tonitrua
apertis tubis
cyclopum vox
satpedonium littus
stentore clamobor
abydena illatio
absit clamor
columnas rumpere
calamoboas
Ἀσφυγίζειν

COMMODVM.
Alij tenentem secuus
Tunica palio propior
intus caneta
aspendius citharoedus
nequicquam sapit, qui sibi non sapit
ad suum quemque quaestum
decora se ipsum
anguillas captare
vt ea nauabor
malum admouere
vndecunque lucrum
genu iura propius
omnes sibi melius esse mal.
Simonidis cantilena
mihi ipsi balneum lubrum, tibi cane
Assentior coccyge
opta vicino
vertat bovem
suam quisque rem
mercatorem se imitatur
risu tales ludimus
Mazam pinsui à me pistam
palmam prae pere

COMMODO MAGIS ex promi.
Vale charum lumen

CONATVS.
Omnibus neruis
aut terra aut mari
cornu ouere facta
Cominus & eminus nitendum est
manib. pedibusque, & Neruis omnibus
omnem vocem mittere
omni telorum genere
pro mea vili
remis velisque
ancoras tollere
omni pede standum
omni voce
toto pectore
cum hasta, cum scuto
omni certaminis genere
sursum ad deorsum
rem nouam aggredi
summis viribus
in magnis & voluisse
mitcebis sacra profanis
mare caelo miscere
terra marique
frustratus conatus

CONCORDIA.
Velut in cratere
ἁρμονίζειν
concinere
Dorice concinere
eadem queri
pariter remum ducere
concordia fulciuntur
concordia
in idem conspirare
mutua defensatio
mutua defensio
tradunt operas mutuas
vt in velabro

CONIECTVRALIS.
Leonem ex vnguibus
ex simbria textum
de gutta cognoscere
de fructu arborem
de facie nosse
Aethiopem ex vultu
cauda de vulpe
ex fronte perspicere
ex habitu bonum virum
ex stipula cognoscere
è culmo spicam
è cantu dignoscitur
effoeminatorum etiam
stellis signare
obelo notare
vous homo non facit cimicem
multis hyrundinibus opus
coniecturae vanae
Ex vno omnia
domi coniecturam
prima scire
cribro diuinare
signum bonum aut malum
stellis signare
vox hirundo non facit ver
omnibus veligijs
qui bene coniicit
certum prospicio
rem acu tetigisti
scopum attingere
crepitu probabis
qualis vir talis oratio
quamquam non dixeris
vaticinatur
pro imus apparet
leonem videre
mortuos videns
mortuus per somnia.

CONSCIENTIA.
Fures clamorem
Lupus aquila vt fugit
Lupus autem clamorem festinat
conscientia nihil testes

CONSILIVM.
Nihil est mutatis
res facta consultor
Suadeo quod ipse

CONSTANTIA.
Incus mar. non metuit ictum
Aquila non capit muscas
Elephantus non capit murem
Vide CONTEMPTVS.

CONTAGIO MORVM.
Ne gallinam quibus nigra est cauda
à bonis bona discite
circumpedes
Ἐπιορκοφάγος
deserente vno
corrumpunt mores
si iuxta claudum

CONTEMPTVS & vilitas.
Tineas pascere
homo trellis
semissis homo
ne crepitu quidem digiti digno
concha dignus
ne ligula quidem
Tithymallus Laconicus
semper me tales hostes
caenum barbaricum
casia glande
Diobolares
fumus
fungus putidus
Mithragyrtes, nō dedoctus nummo addicere
nummus plumbeus
non magis quam canem
nihil est, aut nil cutis est
aquila thripas aspectens
aquilam cornix prouocat
asinus compluit
fusque deque
manum non verterim
quod nō est opus, asse charum est

vapulo

INDEX.

vapula papyria
Annus eluriens negligit
pili non facio
quàm curat testudo
Nauci non facio
flocci non facio
ne teruncium quidem
frusto panis
nec vno digitus
ne nummus quidem plumbeus
ne vmbram quidem
nec alij quidem caput
ne terra quidem tuuit
ne guttam quidem
ne ramenta quidem
nihil sacri es
nihil sanum
homo trioboli
exiguum obuli pretium
ἀπροξία
holerum oppositio
syrorum multa olera
huius non facio
quatuor obolis
tricæ, apiorum
nebulæ in pariete
trium literarum homo
vitriola nuce
etiam corchorus
inter indoctos
mandare laqueum
medium ostendere digitum
minimo prouocare
antehac putabam te habere cornua
non pluris quàm simias
plumbeo iugulare gladio
hoc noueram priusquam
Theognis natus est
Locrensis bos
scarabei vmbræ
bos homolotto vm
septimus bos
generosus ex erumena
indignus qui illi calceos obuio dignus
Semper ne tales hostes insequ.
cœnum barbaricum
è circulo e trito
siculus mures
et lutum datuli
titubantium
scriptæ
ficulnea mens
Dupondij
trium literarum
casia grande
ne teruncium quidem
attagen
sale emptum mancipium
de lapide emptus
imi subsellij
seruorum ciuitas
de face haurire
carica musa
asinos non curo
pomarius Hercules
malum Hercules
Leuidensis munus
eicernus Bacchus
ollaris deus
Soterichi lecti
cercidis & buphoniorum
siculnus
siculnus gladius
in foribus vrceum
sicum Mercurio
merx vitrea nec putet
numerus
telluris onus
abominandus scarabeus
Ætneus Scarabeus
minus de istis laboro
in vs elephantus
Cochlearis crescit
connę calculus
inertium chorus
Megarenses neque tertij
Rusticanum oratorem
è flamma cibum petis
Mysorum postremus
Caricus hircus
indoctior philosophus
calabri hospitis xenia
principatus Scyrius
Ciceris emptor
cubito emungere
canis vtuens è magdalia
non est curæ Hippoclidi
non admodum misces
alga vilior
indignus qui illi matellam
tanquà conchylio dilcerp.
Tragicus rex
vterque ambo
Δετεταιος
Pannus lacer
quis vsus cepis
inutilior blace
nec vtilis, nec inutilis
extritum ingenium
Barbam vellere
nihili coctio est
non pluris quàm simias
fumi vmbra
fulgur ex pelui
oppedere contra tonitrua
Dionis gry

CONTRARIVM philautiæ.

Non est beatus, esse qui se nescit
ἐχεμυθία

CORRECTIO dicti aut facti.

Corrigentis quod dictum est
correctio dicti
quo prærergressus

CRVDELITAS.

Manliana imperia
opera Syllosontis
Omnium quos Sol videt
Phalaridis imperium
omnis herus seruo monosyllabus
budoto more
Lemnia manu
crudelis Bacchus
non magis parcemus
lutum sanguine macerat.
non est oleum in lecytho
bonæ virtutis lachrymabiles

CVM AVXILIO, extra se situm.

frater vno auxilio
alieno fretus præsidio
columen familiæ
sine cortice
vnus vir, nullus vir
qui per se sufficit
Ἀπροσδεὴς
re optime landum
chordæ vice
vitulus fieres
papyri fructus
copiis nostris
pugnare manus
pecunia atque peculio
summa vi defendere

Vide AVXILIVM.

CVRIOSITAS.

Canes venatici
scit quomodo Iunonè duxerit Iupiter
nihil dulcius quàm omnia scire
mylus omnia audiens
nihil inanius quàm scire multa
Zenonium est & lentem coquere
coryceus auscultauit
multæ rugæ aures
nodum in scirpo

DAMNANDI.

Notare vngue
carbunculo notare
contra rectarium ferula
ni pater esses
calculo mordere
Æquales calculi
non prouocatis
ne nomen quidem
è præfigere
in absurdo lo iuntum
abhorrendum procul
niger intimis
spongia corrigere
lima n addere
veru signare
Aristarchus scriptorum
ὀλωιζειν
cerulæ miniatulæ
tristis littera

DECRETVM.

Murus aheneus
domesticus testis
nullius dies omnino malus

DEGENERANTium in peius.

Seipsum vincere
O dom. anti. quàm disp. d. d.
ab equis ad asinos
mandrabuli more
heroum filij noxæ
haud canis paternas
filius degenerans
quis parentem laudabit
accessus med catus
tantum tollet qui
vt nunc sunt homines
ramus Athenas

DEPRECANTIS, abominantis.

Despuere malum
vates secum auferat omen
in capras sylvestres
bxon malus piscis
siquid mali sit Pyrrham
procul ab auribus
abhorrentis ac detestantis
dulcis cubitus
reuerentia culpam
terra mihi prius

DERISIO.

Omnia præclara dicis
rhinocerotis nasus
Μυκτηζειν
è sublimis me derides
Σαρκασμὸς
na o suspendere
postica tanna
in eo ipso stas lapide
lor pedem rectus

DESPERATIO.

Actum est,
nullus sum
pinus in morem
perierunt bona
ad testum res rediit
suspendio dei genda
ad porcellum
à quinque scopulis
omnibus armis præsidiisque
phocensium desperatio
tenuis spes
aureum bonam affiare speraat

DEVS.

Vnus Deus est, plures amici
Deo præeunte nullus obex
homo homini Deus
Deus ex improuiso apparas
Adsint dij beati
cum dijs non pugnandum
oculus Dei fortissimus
cunctabundus natura Deus
si Deus voluerit
nunc dij beati
dij lancos habent pedes

DIFFERENTIÆ.

Ἀπὸ τοῦ πλείονος
pilus in medio
longe lateque
quisquis is fuerit
Mysorum ac Phrygum
seiuncta sunt Merithę
quid distent ęra lupinis
ingens interuallum
ne punctum quidem
valeat amicus cum inimico
pamillus Rufillus

DIFFICVLTATIS.

Non est cuiuslibet Corinthum adire
nau gatio ad mensam
non huc nauigatur ab honestis viris
non sus quiuis hoc sciet
difficilia quæ pulchra
cum principe nõ pugnandũ
ire per extentum funem
clauam extorquere
nemo malus hoc sciet
non omnibus contingit
ægre sed tamen contingit
ægrè quidem, sed facimus
præter Sybillã leget nemo
centum plaustri traces
azanea mala
capere prou neram
capere ciuitatem
omnes laqueos effugere
trabs in omnibus

DIFFIDENTIÆ.

Pauper diuites dans petit
malis viris munera inutilia
nec fidei credendum
rara fides
simul & da & accipe
nemini fidas
fiducia pecuniæ
confringere tesseram
non persuaseris, etiamsi persuaseris
nec Mercurio quidem crederem
cæca dies, oculata
oculatę nanus
plures oculatus testis vnus
quot seruos habemus
hominũ munera non munera
homo homini lupus
etiam si Cato dicat
Idus ostium mouet
tuam ipsius tetram

DIGNITATIS.

Canis digna sede
digna canis pabulo
dignus obelisco
digna Cedro
dignus Argiuo clyp.
dignum propter quod
dignus qui cum
quauis re dignus
regia vaccula
batti silphium
decemcubus equa
bos in ciuitate
sapientem octauus
columen familię
vtramque paginam facit
esto promus
Iupiter aquilam
glaucus comesa
antiquior Codro
pro dignitate cuiusque
myrteam coronam
omnibus anteuertenda
cæcus & claudus
tosorius
primas tenere
quauis re dignus
medic. multorum instar
aurea barba dignus
iniurato credere

DILIGENTIÆ.

Ad amussim
thunni more
iuxta mel am
ad vnguem

refingere
recoquere
ad libellam debere
funiculum ad lapidem
factum transfactum
pleno gradu
lomnem non vidit
plutcum cædere
den otios vngues sapit
Ἀπὸ συκῆς ζῇς
Βέλτιον ἢ σύκινον
in quadrum red gere
in nocte consilium
vltrò citróque
ruminare negotium
fixis oculis intueri.
Τὸν ἐν ὄψει θεὸν
in occipitio oogerit
vnum ad vnum
incudi reddere
suris solis
Ithorus
caput scabere
Aristophanis & Cleantis
olet vtrumque
non vna manu capere
mentu digitis
bonum diligenti
arator nisi mercurius
non naufragus nostu
somnus absit ab oculis
neque quantum lutenitæ
suos tua opera
vel acum inuenisses
grues lapidem deglutientes
frons occipitio
ad pernegotij curam
mihi cura
mihi ista curæ
tranſ rtum vnguem
digitum tranſ uctum
purpureo non insedere
ex perpendiculo.

DISCORDIÆ.

Beta gramen persequitur
res tuas tibi habeto
bellum omnium pater
domesticum dulcidium

DISCRIMINIS.

Appio est opus
sub coitro linquit
sus sub tustem
in Pythij templo
vernam domi sim
fuge procul à viro
fuga tutior
pestis folia cadent arbores
de tuo capite
è canis podice
alcifce ad extremum
in eadem cymba
de pilo pendet
periculum prorx
inter sacrum & saxum
à fronte præcipitium, à tergo lupi
flamma fumo est proxima
tua res agitur quum paries proximus ardet
per ignem incedis
in ne gotium ire
nocuit & nocebit
inter malleum & incudem
In acie nouacula
res est in cardine
è nassa escam petere
tuta pars est
longæ regum manus
fortis rem te vita
ne vni nauis
vndarum in vnis
filum contentionis
Οὐκ ἔστι
calvus quum sis
ouem lupo committere
obijcere canibus
ne in melampygum
ne temere Abydum
ad Scolon ne proficiscatis
cave thoracem
æquum naviget
ne in neruum erumpat
à bis septem vndis
ne puero gladium
gladium acutum auertas
perque enses, perque ignes
non certatur de oleo
maleam legens
per hastæ cu pidem
lepus pro carnibus
ex ore lupi
certamen non accipit
corpore effugere
in periculoso negotio
ingens discrimen

DISSIMILITVDINIS & incongruentiæ.

N hil graculo cum fidibus
nihil cum anatacino tui
nihil aduersum
nihil ad fides
nihil ad Bacchum
quid cani & balneo
asinus ad lyram
quid caco cum speculo
asinus ad tibiam
aliud noctua sonat
aliter catuli longè
alta voce psittacus
graculus inter musas
nunquid & Saul inter
Syrus quum non sis
asinus in vnguento
asinus portans mysteria
scit crocoton
cibum in matulam
ex diametro opposita
alia res sceptrum
calvus comatus
sumia in purpura
Leonis exuuiæ.
ne puero gladium
in eburnea vagina
in lente vigentium
congregare cum leonibus
auferi Methonem
canis in præsepi
seruus quum sis
extra oleas
extra cautionem
ex ra organum
quæ semel ancilla
so agro furcularia
Hercules
Asinus in pelle leonis
simia in pelle
Asinus auriculas mouens
bos ad lyram
scarabeo vngi inuisum
alabastrus putet huic
canis in balneo
tu in legione, ego in culina

DIVITIÆ.

Crœso, Crasso ditior
Midæ diuitiæ
Lysistrati diuitias
Pactoli opes
Cinyræ opes
Pelopis talenta
ad ambas vsque aures
ne decima quidem
vitæ res Callicratis
Zopiri talenta
diues aut iniquus
Bene loculis bene scrinio
Ad pedes ad caput
satietas ferociam
octapedes
quantum non milluus
Tantali talenta
noctuæ laureoticæ
dextro Hercule
prædiues
quantum habet quisque
pecuniæ vir
vnde excoquas
adminicula vitæ
diuitiæ non semper
vestis virum facit
Lysiclates alter
magnum os anni
nullius indigens
Thuparyphus ex comœdia
attagenæ nouilunium
arabum pauæ
perfici apparatus
tantalicæ opes
Θαυμαστὸν ἀνάθημα
Herculis quæstus
diuitiæ non semper optimis contingunt
ad pedes ad caput
Λακωνικὸν ἀνάθημα.

DIVITVM PRÆrogatiua.

Fœlicibus sunt æstimestres lib.
Carum perdidit
multitudo imperatorum
Cinus Telegeæ donatum
nemo bene imperat, nisi qui paruerit imperio
bonus dux bonum reddit comitem
vmbræ
recipege animum
arbore deiecta
viua vox
annus producit
alius lingua alius dentes
Πρόσθεν.

DIVTVRNVM.

Ex arti natorum
mœnia columna.

DOCILITAS.

Aperta mustarum iunxit
bos arcuus fagindæ
vtinam domi sim.

DOMI VIVERE.

Testudo intra tegumen tuta
Οἰκεῖα
domi manendum
domus amica, domus optima.

DVBITATIO.

Neque cum malis
polypi caput
gladium dolori iunctum
quid primum aut vltimum?
vtroque nutans sententia
volens nolens
in trivio sum
Ancipitis animi consilij
Nauis aut galeras
triceps mercurius

ELABENDI

Ἔκκλινον
Ἔκκλινε
casses rodere
omnes laqueos effugere
reperire rimam

ERROR IN INIrio.

In limine deficere
in porta impingere
Cantherius in porta

EXCELLENTIA inæqualitas.

Aquilæ noctuæ comparas
cicadæ apem comparas
rana cum locusta
offitere luminibus
rosam cum anemona
Acanthida vincit cornix
caneros leporis comparas
testudinem pegasò
Senecta leonis præstat
Bipedalis
Victoris melioris
deteriorum victoria
Chorus maior æconcinentior
ius in manibus
Crœsi pecuniæ terunciam
optima quidem aqua
cauelius vel scabiosa
Crotoniatarum postremus
plus apud campanos
aquilæ senecta
equis albis præcedere
cuticem elephanti
multis parasangis
testudinem equus insequitur
pica certat cum luscinia
nihil simile
bubo canit lusciniæ
si tanti vitrum
sedecim pedibus
Ἀνδρὸς μαχητοῦ
Tibiam tubæ comparas
quanto asinus præstat
fluuius cum mari
hirundo totos Thœnos
humulus leonem
Minervæ telum
nihil ad Parmenonis suem,
post Lesbium cantorem
longe vicit
nihil aliæ ciuitates
ad gnus qui sui portat
nec a gnus qui me
celsus in ferro
aquila in nubibus
merica
multi discipuli
pedibus trahere
solus sapit
formica camelus
Hercules & simia
elucet egregia virtus
quum in manus cede
hæc potior
corui luscinius
seruus seruo præstat
antiquis decretor
acarnici equi
inter cœtos regnat
qui precibus Atreen.
vnus multorum
alabanda fortunatiss.
alpha penulatorum
ad Iliei & Heliconis opera
Ambrosia alendus
Gorgonem aggreditur
Lydius currus
ne caprea contra leonem
monstrari digito
prodico doctior
quo properas
alius alius in rebus
non omnia possumus omnes
diuinum sermonem excipio
friuolæ ciuitates reliquæ ad Crotonem
dij omnia possunt

EX EVENTV iudicium.

Mali principij, malus finis
mox sciemus melius Vate
cocta numerabimus exta
res indicabit
Magistratus virum indicat
rem factam stulti cog.
piscator ictus sapiet
post acerba prudentior.

EXECRANDI.

In vltimas terras
tragicas execrationes
ditis agere
deuotionis templum
Oedipi imprecatio
Phœnissarum execrationes
adiurantis fact.
in omni fabula Dædali exect.
Ἐπιορκεῖς

EXER-

EXERCITATIO.
Res palestræ & olei
umbratilis & domestica exercitatio
nitor ac palestra
è schola cantilena

EXPERIENTIÆ.
In Cæs. periculum
in dolio ingulariam
in arenam descen.
quanta inus apud
omnem moucre lapidem
posteriorib. melioribus
pedem conferre
omnem rudcatem mouere
Respub. virum docet
omnem iacere aleam
aut ter sex aut eres
Rex aut asinus
vela ventis permittere
destituta vento remos adh.
Deo fortunæque committere
res ad triarios rediit.
sacram ancoram solucre
nonnihil cæsum
sem, e tibi pendeat hamus
fori tubrilia tractant,
Atinus sedet
Rex ium
Tentantes ad Troiam perueuerunt Achiui
& post malam segetem.

EXILIVM.
Seriabis bouem
testaceum flagellum
terram pro terra

EXITIVM HOMINVM.
De pulchro ligno
extinguitur magis quàm
Hic tacet sol
ne vestigium.

EX SESE.
Domi habet
domi licuit malum
nihil passus grauc
emere malo quàm ro.

FACVNDIA.
Attica mula
lepos Atticus
cygnea cantio
tunc canere cygni
Nostrorum eloquentia
nihil ex agro duris
in ipsa via sup.
nunc pro florct
imitatorum aues
medicamentorum
incantatione quauis efficacius

FAMES.
Fames & mors
miserrimum fame mori
optimum condimentum fames
fames Melita
Saguntina fames
molestus interpellator
cestreus tenuat
non interpellandus famelicus
ventre pleno melior
etiam bacylum deuorares manducus

FATVM.
fatis adactus
fatis imputandum
fatum immutabile
ineuitabile fatum ex Homeri vers.

FELICITAS.
Omnia ex sententia
nunc Danidis cantilena
Procridis telum
albæ gallinæ filius
aut piscem olet, aut florem
virga diuina
gygis annulus
alia dant, alia negantur bonis auibus
secundis ventis
dactyli dicu
Dius, hominib. applaud.
semper felicites aduot.
contingit & malis vexatio
iecit Achilles
noctua volat
laureum baculum gesto
M das in tesseris
in cælo esse
quæuis terra patria
virtute duce, comite fortuna
supercilium salit
effugi malum
inuenti non quod pueri
bonorum mate
Thallus bonorum
bonorum acerruus
harum messis
bonorum myrmecia
dathus bonorum
gargara bonorum
boni terræ
bonorum glomi
copiæ cornu
extis pluit
cæptam cœlest. or. consp.
bonæ fortunæ
boni geniu
oculus dexter salit
bona spes ostentat
lux affulsit
Deus vndecunque iunat.

FESTINATIONIS.
Nauibus atque quadrigis
citius quadrigis
citius quam asparagi
Iouis quadrigis
equis arbis præcedere
talaria indidere
citius quam asparagi coquantur
è vestigio
celerius quam Bates
simul & dic.
duobus pedibus
in tribus adesse
velis equisque
nauibus atque quadrigis
vix digiens haud
De falcum remigium
ocyor accipere
pedalo velocior
Salaminia nauis
Dei puerulos præcoci sup.
par puella
igniam palma
Atalyta adigitem
canis fuit nans
ne minimum cal dum
intra septimanam
prius quam gallus iterum
vivit incende ignem
à subeunte portum
ocyor accipitre
matura satto
prior occupat
sacra celerius absoluere
ante pilos sapis
Lupinum porum
vt canis è Nilo
duobus clauis figere
Alienis vti soleis
Crisonem Himetæum præcurrere
quantum pedibus pores
neque remi. neque venti.

FESTINATIO.
Qui nimium properat
canis festinans
ante victoriam
ante lentem augere ollam
æstate penulam deterus
muscum demetere
ficulnus omphacissat
præmouere venatum
odi p erulos
non statim finis
festina lentè
Citius quàm formicæ
papauer
Dædaleum remigium
ante pilos sapis
imberbi senes docen
crgini canes
vno die consenescere

FIDES ET GRAVITAS.
Fortuna Sibyllæ
ex tripode
bonus magnúsque
Priscis credendum
suffragium optimum
semper aliquem virum magnum
oraculum
ex adyto
iniurato credere
recto pectore
legatus non cæditur, neque viol.
ex Iouis tabulis
Atticos testis
Attica fides
Iouem lapidem iurare
Rhadamanthi sinus.
Rhadamantheum iudicium
viri tureorum more
Iouis suffragium
Amphictyonum consi.
pollicentis se promis.
dictum ac factum
Aurelium testimonium
veritas his quæ apud Sagram
oculis magis habenda fides.
domesticus testis
venerandum tuendum
dignus quicum in tenebr.
de manu in manum
manu longa & breui.

FOCVS.
Focus lucolentus

FORMA. DEformitas.
Omnis habitus alicuius
à foris ornandus
eportunum edit
Myronios calnus
pulchro calutor
multam sylvam gestas
Pronomi barba
Troezenem nauges
quod pulchrum, idem amicum
callipygos
perdicis crura
ex ouo prodiit
pulchrorum etiam autumnus
simia est simia
Thersitæ facies
Cotyl. o deformior
Simia in purpura
simiarum pulcher.
Mori

FORTITVDO.
Malculum
Achilles
Achilleum argumentum
nazia cos
Adamantinus
aut manenti vincendum
thoracum lorica
mœnia ferrea
Præbere viros
reprehendentis authorem
insigne pugnæ
vnum augurium opt.
in lipydria pug.
solæ Lacænarum

FORTVNÆ commutatio.
Tesseræ transmutatio
alia vita, alia dicta
nunc pluit & claro
Deo fortunæque
cum deo quisque &
ipsa dies quandoque parens
mulex rotæ volucntur
rerum omnium vicis.
Fortuna æstuaria
fortuna reddit insolentes
quod adest boni consule
citius quàm fortunæ papauer
res in foro nostro
flos ciuis
Catastrophe fabulæ
bene natis turpe est malè viuere
vbi non sis qui fueris
ad pristina præsepia
à remo ad tribunal
Dionysius Corinthi
nemo mortalium omn. h. sapit
Pitana sum
fors domina campi
inter manum & mentum
multa in medio
Mars communis
circulus res mortalium
victoria
vicissitudo rerum Homeri vers.
quod alius conditur
bona nemini hora est
Officiana pugna
per manus tradere
de manu in manum.

FORTVNATA stultitia.
Athenienstum inconsiderantia rete
nonnihil sapiendo
malum vas non frangitur

FRAVS AB AMICO.
vallus virum decepit
canis medico auxilians.

FRVGALITAS. vide Abstinentia.
Pherecydis thoti
acolo non beat
M
allium in retibus
ouum ne comedas
Cibesj imperatores
vir doctus
Sicyon arrodens vxor
tanquam in Phidiæ
Hecatæ cœna
thymbra virentans
salem linguere
si caseum haberem
Xenocratis cœna
aspera vita sed salubris
lactu & caseum edere.

FRVSTRATA spes.
Corvum delusit hiantem
thesaurus carbones
bonus crepus saccus
murem, otendit pro leone
concupiit asinam
ne per tonnium quidem
aliena sacis
Latus parturit
Cepphus parturit
parturient montes
lupus circum puteum
lupus hiat
aurificem se futurum
quærens obsonium
ne quære mollia
carmen Homeri
duos insequens lepores
hic fonis nihil
in ipsum frustratam
inani spe flagrat
fluuius non semper fert secures
spem pretio emere
semper agricola in seq.
Cretenses sacrum
nucleum anguis reliquit
præuertit ancoræ
in caducum parietem inclinare
fœdum est & manisse dim

non omnia eueniunt quæ in animo
Scipioni arundineo

FVCVS.

Lecythum habet in malis oleo nitidius
Schœnicolæ

FVERVNT, NON sunt.

Strultus oportuna loquutus
nam illi iam non sunt, at qui sunt, mali
fuere quondam strenui fuimus Troes
omnia bonos viros decent
sæpe etiam est olitor
summaria indicatura

FVGA.

Ἐκποδὼν ἐγένοντο
Ἔκκλιτος
cassos rodere
omnes laq. effugere diff.
reperire rimam

FVRTVM.

Siculus omphacizat
furari littoris arenas
famelicus vt esse furax
furem fur cognoscit
Lydus ostium claudit
Argiui fures

GARRVLITAS.

Archytæ crepitaculum
Arabius tibicen
turture loquacior
prolixius Iliade
cornicari
Daulia cornix
hirundinum musea
Luscinijæ nugis
Ἀηδὼν
Ἀηδὼν συμπόσια
Ἀηδὼν μοῦσα
in mentem quicquid venerit
ad vinum diserti
cicadæ sibi canent
citeria
mularum aues
tam multa quàm sapiens
Ἀδολέσχητος
Dodonæum æs
cauto loquacior
littore loquacior
cicada vocalior
non est eiusdem & multa & opportuna dicere
homo semper contradicens
os infrænè
Ῥαιστοκοπίδιον
tanquam fuber
Telemicia echo
balneator
battologia
moschus canens Bœoticum
si coruus posset pasci tacitus
quicquid in buccam
quicquid in linguam
citra vinum temulantia
Melizæum naurigium
intersecta musica
lingua quo vadis
leuissima res oratio
saburratus
cane Tellenis cantiones
facere centones
sine capite fabula

GRATITVDO.

Merces amico constituatur
qui lucerna egenti infundit oleum
lingua præconi
Ἀντιπελαργεῖν
pro bonis glomi
Syloſonius cnlamys
benefactorum memoria
lingua seorsum
obtestatio veterum

HAEREDIPETAE.

Si vultor es, cadaver expecta
eidem inhiantes testamento

HONOS INDIGNO habitus.

Bos in quadra argentea
bos septimus
asinus in pelle leonis
simia purpurata
calceos mutare
fato Metelli
malus choraules b. f.
strumam dibapho tegere.

HOSPITALITAS.

Haud vnquam arcet
semper aliquis in Cydonis domo
hospitis habenda cura
scindere penulam
fores habet erilis

HYPOCRISIS.

Durcus equus
salem & fabam
sterc ad nouercæ tumulum
simia in purpura

IGNAVIA ET insciția.

Neque compluitur, neque sole aduritur
neque natare, neque literas
ne tria quidem Stesichori
inelegantior Libethrius
barbarus è triuio
Haustim bibere
nec sibi nec alijs vtilis
claudi more tendere
equi senecta
anus velut equus
ab asino delapsus
Ἀμοῦσος
liberæ capræ
ne Æsopum quidem triuisti
nullam hodie lineam
neglectis vrenda filix
supinus
domi pugnans more galli
confertis manibus
Ameles angulus
ignaui semper feriæ
mulieris podex
qui domi compluitur
ne vltus quidem oleum

IGNORANTIA.

alio cælo natus
iuxtà cum ignarissimis
nullius coloris
in alio mundo
in alieno foro
in tua ipsius arena
albus an ater sis, nescio
non nouit natos
ne pictum quidem vidit
prorsus ignotus
arrepta candela candelab. qu.
nomine tantùm notus
latenter viuens

ILLECEBRA MALI.

Lotum gustauit
periculosum est canem

IMPERITIA.

Dulce bellum inexpertis
pedum visa est via
operarij

IMPOSSIBILIA.

Prius luj us ouem ducet
prius duo echini
prius locusta bouem
mare prius vitem tulerit
prius testudo leporem
sursum versus sacrorum flum.
fontes ipsi sitiant
citius in naui cadens
aquilam testudo vincit
terra volat
citius elephantum sub ala celes
aspram portare n.
ab asino lanam
simul sorbere & flare
sine pennis volare
impossibilia captes
statuam fucibus colas
nunquam efficies vt rectè
Sambucam citius
lenticulam angulo tenes
ex arena funiculum nectis
asini cauda non facit
aurigæ stabulum
vette circumfers ignem
lupo agnum eripere
Lucernæ deest cantio
quid si cœlum ruat
bos putrefacto vitra
nec deus nec homo
vento viuere
Scarabeus citius faciet mel
Scarabeo citius persuadetas
mulieri desunt verba

IMPOSTVRAE.

Dare verba
addere manum
os sublinere
obtrudere palpum
fucum facere
circumtondere comam
noua bitundo
personam mauult quàm faciem
in laqueum inducere
obolum reperit Parnoetes
Ephesiæ literæ

IMPROBI.

Lydi mali
Lemj mali
Aetoli mali
mali commatis
κάπηλος id est adulterinus
b pedum nequissimus
Tenedius tibicen
Phrynondas alter
noui Simonem & Simonem
bestia bestiam nouit
Ambrones
Ballio
Βαρυσίζειν
curybantiasare
Vltra Eurybatum
tria cappa pessima
duplex cappa
Βωμολόχος
inexploratus homo
Diagoras Melius
non capit somnum
lacerat lacertum
Lupi decas
cum sacro adire
Onobatis
Cercopum cœtus
Cercopissare
Ἀκτιμῶ
ferre iugum
Magis impius Hippona.
mare proluit omnia
qui omni in re
seruilis capillus
Vlyssis remigium
dij tibi dent tuam mentem
Non es laudandus
compendiaria res improbitas
insania non omnibus eadem

IMPVDENTIA.

Manci pera
faciem perfricare
dea impudentia
os perfricare
frontis perfrictæ
nudo capite
Atticus aspectus
lingua non redargua

IMPVDICITIA.

Aegis venit
Osce loqui
Onobatis

INANIS METVS.

Vmbra terretur
vtre territus
da lapidi volam
mure obstrepente etiam timet
Panicus casus
metum inanem meruisti
multa in bello inania
Thessalis hecatæum
canes timidi vehementius
aspersisti aquam

INANIS OPERA.

Asinum tondes
ab asino lanam
vtrem vellis
caluum vellis
Æthiopem lauas
mortuum flagellas
aquam è puncto post.
mortuo verba facis
littori loqueris
Bulbos quærit
Aquilam volare doces
delphinum natare doc.
delphinum cauda ligas
nebulas diuerberas
Asini caput ne laues n.
de asini prospectu
ad fractam canis
de fumo disceps.
de asini vmbra
arenam metiris
arenæ mandas sem.
de lana caprina
in aqua scribis
ventos venaris
ignem dissecare
isthmum perfodere
in arena ædificas
parieti loqueris
cribro aquam haurire
in aqua sementem facis
Danaidum dolium
dolium pertusum
fimo suffitum facere
bos ad cerasma
ocnos funem
nudus nec à centum viris spol.
operam & veriam
sterilem fundum ne colas
eundem cal. o.pe. inducere
in saxis seminas
vtrem mergis
in aqua sitire
inter lapides pugnabant
cauam Arabiam terere
aranearum telas
arare littus
è multis paleis
Ouum agglutinas
Penelopes telam retexere
oleum & operam perdidi
perit sus
ollam exornas
ollas ostentare.
quid opus erat loquit
nihil agere
cum diis non pugnandum
Asinum sub freno
apud nouercam queri
ferrum natare doces
caudatenes anguillam
Austrum perculi
cui nul. neg. ex. h. m. eiaxit
Ξυλοκοπεῖν
milium terebrare
vacuam inhabitare
in frigid. furnum pan. immittere.
Coruus albus
lapidi loqueris
linum lino nectis
surdo oppedere
larerem lauas
Anthericum metere
lapidem elixas
surdo canis
vtrem cædis
verberare lapidem
impete peritum artis

labo-

labórem ferere
à lupi venatu
alienum arare fundum
Hylam inclamas
hic funis nihil attigit
Hydram secas
coetum alis
cum Coryco luctari
cum deis pugnare
quum plurimum lab.
cum latere luctari
Canis
vtre territas
senex Psittacus negligit fe-
rulam
mortuo mederi
f.nem admonere
vmbra territas
mari aquam addere
inaniter aquam consumis
vndas numeras
in cælum iaculatis
in eodem hæsitas luto
volutur dolium
vlulas Athenas
in sylvam ligna ferre
contorquet piger f.
tranquillum æthera remi-
gas
ventos colis
vento loqueris
fugas agere
actum agere
aquam in mortario
volantia sectari
vo luram soluere
Saxum voluere
ex inanibus paleis
frustra canis
frustra curris
Malum torno scul.
in oram circumis
obturbas frustra
memorem mones
Cancrum ingredi doc.
apud simum,odorum vap.
inuitis canibus ven.
inuitos boues plaust.
contra torrentem niti
contra stimulum cal.
Leonem larua territas
manus conatus
senis mutare linguam
Senis doctor
Herculei labores
quasi Surrium cant
Asinus balneatoris
Mare exhaurit
exurere mare
Phrynichi locta
muscas depellere
aues quæris
humi hauris
exubiarum causa canens
inst.nt quod exhaur.
à Tantali hortis
dentem dente rodere
Orethi pallium texere
ver ex anno toll.re.

INAEQVALIS
pensatio.

Ne verba pro farina
pro perca scorpium
vmbra pro corpore
Palumbem pro columba
pilos pro lana
pro malo cane suem
malum bono pensare
Diomedis & Glauci
ad fractam canis
conos attoxya
si vinum postul. pug.
in parte vel ignem

INCERTVS
euentus.

Mars communis
inter os & offam
multa cadunt inter calicem
supremáque labra
in herba esse
nescis quid serus vesper ve-
hat
nullo scopo iaculari
aneeps euentus
si crebro iacies
Sol omnium dierum non-
dum occidit.

INCITARE.

Alas addere
Cithara incidat ad bel.
classicum canere
stimulis fodere
cubito stantem tang.
fodere latus
aurem vellere
res cessatum est
frigidam aquam suf.
modis omnibus incitare
fen puer
ignarum dare

INCONSTANTIÆ.
Perfidiæ,versutiæ.

Ventorum statio
Panagæa Diana
Cothurnus
duobus dominis seruire
vnica filia duos parare ge-
neros
vtroque claudicare pede
Chimæra
de statu demigrare
la hryma nil citius arescit
modo palliatus,modo toga-
tus
pedibus vtrisque claud.
vtroque nutans sente ntia
venti campus
mi tabilior Metra
Chamæleonte mutab.
Proteo mutabilior
Polypi mentem
mulieris animus
Euripus homo
Cnips in loco
cothurno versatil.
aliud stans, aliud sedens
duabus sedere sel.
diuersarum partium
duos parietes deal.
duplices viros
de toga ad pallium
duodecim artium
Thesalorum commen.
phœnicum pacta
Locrense pactum
Thracium commentum
hoc calciamentum
Thraces tordera
quibus nec ata
altera manu fere
Repatriazare
Maritimi mores
lingua turauit
Punica fides
Græca fide
non idem sunt scriptura
Dædali opera
admirabiles in nect.
multa nouit vulpes
magnus versutor
simia non capitur laq.
volatico cum iusiurandum
semper adfert Lybya
semper Africa nouæ
verisimiliter men.
Lampon.turat per ans.
magis varius quàm hyd.
Sisyphi astes
Pyrrhandri commentum
megaricum machin.
Vlysseum commentum
vias nouit quibus eff.
Libyes feta
è poculo perforato
expedit habere
si leonina pellis
non Chius,sed eius
vespertilio
Trochi in morem
fons Dodonæus
vtroque claudicare
Proteï more
dextrum pedem
multa noris opor.
ex eodem ore frigid.
ex se fingit velut
obliquus cursus
Cantharo asturior
Cassiotticus nodus
pardi mortem adsim.
Sphondyla fugiens.

INCVLPATVS.

Ratio quidem app.
aurum indice explor.
purior clauo
à puro pura defluit
aurum ignis probatur
aurum colophonium
ne Momus quidem hæc
carp.

INDECORVM.

Capram portare non poss.
velle circumtere ignem
Sus Mineruam
Vespa crabræ obstrepens
Cuprus bouem trahit
Cancer leporem capit
iungere vulpes
omissis f.cundi riuulos
Tuum tibi nar. tommium
Mortuum vnguento
lanam in off. tullonis
iuxta fl.Puteum lodit
priuiq.mact. excorias
in mari aquam quæris
piscem natare doces
lupi alas quæris
ceruus canes trahit
aquam ignis miscere
Elephantum ex musca
aliorum medicus
Camelus saltat
cani das paleas
vulpes bouem agit
Hercules cothurnos
Mercurius infans
Silurus puteis
quum aqua tauces
Iupiter orbus
balba non credit
adu. solem ne loquatur
nec aures h.nec tango
per parietem loqui
priuquam alia sit farina
prius antidotum
capra nondum peperit
caput artis
gallos quid exsecasi
leonis exuuium
ex natali emortualem
iocandum,vt feria
mus non ingrediens
in toga fals.personam
Dasypus carnes
virgulica scaphula
Archilochi melos
more carico
qui sese non habet
ante barbam doces senes
Smaragdus in luce
Asinus auis
lumen soli metuas
ranæ aquam
pica cum luscinia
velocem tardus assequitur.

IN DELICIIS.

Porcellus Acarnanius
mus albus
Melitæus catulus

IN DEPREHENSOS.

Folio ficulno
medius teneris
decipula murem
in laqueos lupus
in area latitas
in easdem nasas
laqueus laqueum
Luciadæ
hinc illæ lachrymæ
Vbi cognitum sit
hæc Helena
culeo dignus
hydrus in dolio
tempus omnia reuelat
cuculus

INDILIGENTIÆ.

Princeps indiligens
si quis iuxta cinnatem
malus ianitor
Phantbstium
à limine salutare
vt canis è Nilo
per transennam in.
per nebulam,per calig.
moriendum priusquam
per satyram
summo pede
in transcursu
summis labris degust.
summis paribus oliac.
extremis digitis
primoribus labris
molli brachio
suspensa manu
compressis manibus
pulmo prius vomuisset.

INDVSTRIA.

Dij facientes adiuuant
cum Minerua manum
manum admouenti fortuna
est implorauda
ni purges & molas
neque mel neque apes
qui vitat moram,vitat fat.
industriam adiuuat deus
manum admouere
optimum oblomium
lutum nisi tundatur
manu fingere
fetere ne dubites
qui arat alrutum
quid tandem non effic.
proba est materia
attem quæuis alit terra
ex vmbra in solem
multi mariani
manus pretium
ars portus miseriæ.

INFACVNDIA.

canere ad myrtum
talemo frigidior
pens Baryta tibia canit.

INFORTVNII.
siue casus.

Asinus inter similas
nouacula in cutem
vitis pinosa
aqua & terra redd.
asinus inter apes
in apes induxisti
tria è curia dicas
ad aquam malus
canis in vincula
mitec in aquam
ad cynosarges
ad cornos
in lapidicinas
in porco cum canibus
in bearam
in orci culum
Charontis tunica
terrestria balnea
aurum habet Tolosanum
equum habet Setanum
tragicum malum
mustelam habet
Cadmea victoria
fortunatior strobilis
Iisa
mens læua
Genius malus
vel hosti miserandus
mala vitro adiunt
per medium anulum
è tribus malis vnum
extrema extremorum
Ogygia mala

diolygium malum
labore laberiosius
Lemnium malum
Magnetum mala
malis mala succedunt
tænarium malum
tam perit quam exc. fa.
vivus videnſque
Ilias malorum
Iernа malorum
semper Ilo mala
Sybaritica calamitas
mare malorum
alio relinquente flue.
Cyrbes malorum
Noctua inter cornices
hodie nihil succedit
tempestas rerum
malorum thesaurus
malorum panegyris
per tenebras quæ apud quer.
grauiora Sambico
malo asino vehitur
miserior monomachia
quæ ex antiqua
cuiusmodi portento
My sortitus es
nephasti dies
seruabis bouem
Iouis dolores
Niobes mala
Antiopæ luctus
Cyrnea tractura
Cithnicæ calamitates
Argi collis
Archidamicum bellum
ardens vestis
Ægypti nuptiæ
Lemnia manu
militauit cum Erasin.
qui multum obfuit
excubias agere in naup.
lepus apparens
minxit in patrios cin.
fortuna prorsus
rupta ancora
commune naufragium
obedientia felic. mater

INGENII MALITIA & institutio.

Lupus pilum mutat
naturam expellas furca
lignum tortum
Æthiops non albescit
qui semel scurra
podex lotionem vincit
occasione duntaxat
saltuam imb.bere
quo semel est imbuta

INGRATITVDO.

Viuum noueris
vulgi ingratitudo.ex Hom.
ver.
ale luporum catulos
aries nutricationis
qui canem alit ext.
hirundines sub eodem
pro beneficentia Agamem-
pro perca scorpium
ingratitudo vulgi
nemo bene merito
simul & miserum
in senem ne quid benef.
hostis non hostis
asinus ministerium.

INGRATA OB vetustatem.

Piscis nequam
piscis repositus
quantum ex Bacchanalibus
antiquiora diphth.
ab origine seculo
à Nannaco
res cannacæ
antiquior quam chaos
per antiquum diem
Pellenea tunica

INITIVM laudatum.

In hoc calcium.ped.
operi insipienti fau.
vestigium ponere
quum paruula est, bona.
primum Aegina
primum Mars in sil.

INIVSTITIA.

Stateram ne transgrediaris
malum lucrum
fabarum arrosor

INSALVBRITAS.

ἰὰ μάζειν
qui mori nolit Sybari ante
tem.
Herculanus morbus
herculana scabies
senectus ipsa morbus est.

INSIDIAE.

Βοτρυδ. μέσον
canis ad cibum
cauentis clanculariss
Δόλῳ ἀνεῖν
ineſcare homines
oportet omnibus cord.
tragulam iniicere
an transenna cibum
pilum iniecisti
in transennam indue.
pulchre fallit vulp.
cuniculis oppugnare
punicis malis omnibus gra.
num aliquod
Πανδίκτιον

INSTANS.

Ante pedes
in manibus esse

IN STVPIDOS.

Ede nasturtium
nihil ab elephante differs
porcus obesus
Ὄρνιθος ἀνόητος
sacer piscis
Tanagræus cetus
mamacuthæ
loquax talpa
bos marinus
nihil differs à Chærephonte
mens non inest Centauris
Bocceselenus
Saturni podex
caput vacuum cereb.
margites
rana gyrina sap.
ouium nullus vsus
Ἔστιν ἀκούειν
fœnum esse
tibicines mente cap.
ne quis vnquam Megarensibus
Midas auriculas asi.
fungus
aut regem aut fatuum nasci
oportet
stultior Melitide
nescit capitis
vir videatur nauis
terræ intestina
larus hians
Καμβαρώτερος
lucerna pinguior
Bœotica sus
Bœoticum ingenium
bœotica cantilena
bœotica aures
Πανάκεια
Asinus stramenta mauult
quàm aurum
colophonium calciamentum
in nauibus educatus
mittere sanguinem
vasis instar
veruecea statua
tredecim cubitorum
Πρωτοκλῆς
Βακκαναγώ
antiquiores Crono & Titanibus fuistis
salsitudo non inest illi
bibe elleborum
strychnum bibit
porcum immola
squillas e sepulchro
minus habet mentis
Pittillo retubus
Embatus tum
Phryx pugil
seruitior Messana
stultior Corœbo
stultior Morycho
stupidior Praxille
corpus sine pectore
Antronius asinus
naribus trahere
Arcadicum germen
Arcades imitans
asinum in rupes
seles Tartessia
stulto ne permittas
non est illi dentale
septennis quum sit
stupiditia est bouem
vt Bagas stas
desertum obtineri
Terebintho stultior
cæcus auribus
bis pueri senes
Saturniæ lemæ
auris Batana
abderitica mens

INTEMPERANTIA, libido.

Myconius vicinus
vnico digitulo scalpit caput
baccis similis es
hermiolus vique ad gul.
Batalus
Βατταρίζειν
tibicinis vitam viuis
Samiorum flores
voluptas fœda
sponsi vita
melior te ipsum per.
famiorum laura
famium comatum
Sardanapalus
vale charum lumen
Lesbius dignus
Lesbiari
Corinthiari
Lydus in meridie
Lydus cauponatur
pepones
Lydo more
videre mihi lambda
Adonidis horti
vt Corinthia videris
Agathonis cantio
summo digito scabere
Chalcid stare
Phicidissare
Siphnissare
Ἀλλᾶ μᾶλλον
Καταχρῆσθαι
Ἀφοσιοῦσθαι
Χλανιδίζειν
Chisthenem video
Cleocritus
sinopissas
sus per rosas
aries cornibus lasc.
Ἐκπαφᾶν
caprarius in æstu
quæ sub alis hunt
è Massilia venisti
compluta masculi canis cubilia
Σχινοπάγης
lentiscum mandere
Pomentissare
Πτερυγίζειν

INTEMPESTIVA & inepta.

Saturnalia non semper e-
Hercules ἀμουσοτέρης
ibyci equus
in crastinum seria
æmulare cupressum

intempestius benevol.
in lente vngentum
æstate penulam
mense Maio nub.
mentam belli tempore
rosam quæ præ.
foras care, non am.
anus hircillans
anus bacchatus
feli crocotam
opage hospitem
quid de pusillis
tragœdias in nu.
annosam asborem
ne vnquam viri senis
in senem libidinosum
molestum sapientem
malum est bonum
in pace leones
mitra de lente

INTERNECIO.

Funditus, radicitus
ne ignitet quidem
ne bolus quidem
pinus in morem
totum subuertere
perdere malum
Cum cane simul
fumus Troes
qui iure perierunt
omitte vatem

INVIDIA, æmulatio.

Cognatio mouet inuidiam
esurienti ne occurras
inuidus vicini oculus
figulus figulo
inimicus & inuid.
vnicum arbustum
vna domus non alit duos
zoili
edentulus vescen.
expertes inuident.
sectantiæ comes
turpe flere
optat ephippia
sertilior teges in
præstat inuidiosum

IRA.

Lucernam accendere possis
ignem gladio ne fodias
fratrum inter se iræ
irPomnium tard. senescit
in fermento iacere
fluctus mutus
iracundior Adria
demissis auriculis.
mordere frenum
mordere labrum
tacite stomachari

ITERATIO CI-
ta cadium.

Bis terque quod pulchrè
honesti nulla sanctas
vnedones.

ITERATVS ERROR.

Eadem oberrare
iterum ad lapidem
non licet bis in bel.
vulpes non iterum cap.
cauendum ab eo
venia primum exper.
sus in volutabrum
canis reuersus ad
decipienti semel.

IVDICIVM.

Ex Iouis tabulis
Atticus testis
Iouis suffragium
Rhadamanthæum iudicium
Minervæ suffragium
domesticus testis
ne de lite pronuncies
deserta causa

IVDICIVM temerarium.

mali principij, malus finis
Cocta numerabimus exa
res indicabit

rum

Rem factam stultus cogn.
piscator ictus sapit
post acerba prudentior
in quinque iudicum ge.
panibis suffragium
sue tubam
auris barbara
corvus albus
caeci praescriptio
quod index auro
Lydius lapis
Gnomen & regula
emunctae naris
Tenedius homo
Tenedius patronus
manum ferulae subd.
novit quid album
novit mala & bona
purpura intacta pur.
amussis alba
nullius defectus
Lesbia regula
nasus
censoria virgula

IVSTITIA.

Aequa lance
iustitia in se virtutem
Rhadamanti iudicium
Orphica vita
rectam instas viam
virtus simplex
partitio non praef.
exigua res est ipsa iust.
homines frugi
exigua res ipsa iust.
trutina iustius
iustitiae oculus
iustitia iustior
magistratus virum indicat
Mars rex
Marsi
bacchyris
eadem pensate trutina
Rhamnusius
Prienensis iustitia
rectam ingredi viam
dum clavum rectum
ad amussim app.
ne movero lineam
ex aequo partire
aequalitas haud
quae non posuisti
à sacris abstinendae
nemo quemquam ire
Taleuci lex
haec iustitia
dat ventum corvis
quod alius vitio vertas
urbanus nihil aequi

IVVENTA.

Iuventa viribus pollet
aliam aetatem alia decent
iuvenari

LABOR.

Vitio Deus suppeditat
sub aliena arbore fructus
dormientis rete trahit
extra puteum
extra arationem

LACESSENS.

Arietem emittit
comminus atque emin.
non ut prior laedam
nunquam enim meos
omni conatu iuvad.
pugnis & calcibus
tangere bubus
temulentus dor.
abhorrissare
irritare crabrones
unguis in ulcere
ut lupus ovem

LAETITIA. vide TRISTITIA.

LAVTITIAE.

Iovis cerebrum
Iovis lac
deorum cibus
attica bellaria
herculana balnea
in coty la gestatio
μακαρία ζωή
de lautitiis
mollis medulla
optimum condimentum fames
afra avis
anima & vita
coturnissare
dubia coena
Lydorum caricae
qui possum ab hoc
thasium infundis
nectaris flos
Veneris lac
coena popularis
in leporinis
non ab Hymetto

LIBENTER.

Accepit & glebam extra
obtulit vlro.

LIBERALITAS.

Quod recte datum est
pingui mensura
pleno modio
bis dat, qui cito dat
ambabus manibus
ipso horreo
promtus magis
larus in paludibus
virgo primum
Codali choenix
bona Porsenae
de alieno liberalis
plena manu
communis Mercurius

LIBERTAS, veritas.

In vino veritas
quod in corde sobrij
cerno certius
vinum animi speculum
lingua lapsa verum dicit
emendus cui imperes
liberoque lecto nihil iucund.
oracula loqui
vera fronte
vero verius
de plaustro loqui
iubentis aperte loqui
obsequium amicos
Byzeni libertas
alleueranter dicere
non possum non dic.
& tamen fuit & erat
aperte simpliciterque
sperio pectore
veritatis simplex oratio
ad cribrum dicta
curetum os
in vino veritas
ficus ficos, ligonem
audi quae ex animo
Profundum sulcum
os inest orationi
libera Corcyra
liberi poetae
ter.

LONGAEVITAS.

Nestorea senecta.
vltra pensum vivit
vltra cycnelogum
vltra linum
cornicibus vivacior
Hesiodi senecta
Tithoni senecta
phoenice vivacior
sibylla vivacior
facies tua computat annos
alterum pedem
viri senis astaphis
maturè vias senex
mala senium accel.
sexagenarios de pon.
vitiat lapidem
mors optima rapit
in sola Sparta
fatale vitae tempus
senex bos non lugetur
vinum cadauer
danace
Epimenidium corium
idem aceti quod
vino seni maxilla
effoeta senecta
lumen senectae
senglor bos

LVCRVM EX scelere.

Vsurae nauticae
tributis portora

LVXVS ET MOLLICIES.

Indulgere genio
vita macerata
curare cuticulam
pontificalis coena
pergraecari
semper leontini luxta
Thericles amicus
sale perunctus hic
è clibano boues
thessalorum alae
sapientia vino obumbratur
sine Cerere & Bac.
heterognathus
siculissa e
sybaritissare
sicus asinis grata
Asini mandibula
chorea Ionica
ionicè
Alcinoi mensa
matrem sequimini porci
poreus Troianus
Graeco more bibere
decempes umbra
ventres
venter asinis car.
ventrem mihi obtic.
vires Thyiadi
methysocottabi
μάτην
prurus non fert vasa insana
bos in stabulo
Herculani lecti
abrumis vita
episcythissare
sybaritica mensa
syracusana mensa
vixit dum vixit bene
naviges in Mallitiam
teneri calidis baln.
Amazonum cantilena
amphidromiam agis
ex amphitheto bibisti
Malchalam tollere
vinum senem etiam
vinum caret clavo
coronam quidem

MAGNIFICA promissa.

Aureus in olym.
aureos montes pol.
solidos è clibano
Charetis pollicita
album panem pinso
attolari
modio dimetiar
verba impot. Her.
stibantis hospitis
hesperidum mala
ad pileum vocare
bona Cilicon
hanc faciem ne mom.
spondeo, noxa praesto
montes frumenti
Theagenes

MAGNI MOMENTI vel Megaram vsque dignum propter quod vadimonium deseratur

MALEDICENTIA.

Exacrationes ferens
Maesonica dicteria
vltra Hyperbolum

MALI RETALIATIO.

Neoptolemi vindicta
terniaria mala
caedimus inque vicem
dedo malum & accepi
qui quae vult dicit
Eudem bibere poculo

MALVM ACCERSITVM, aut retortum.

Ilienses tragoed.
sub mamento sibi
qui inspuerit in caenam
formicatum
suo sibi hunc iug.
suoipsius laqueo
suo ipsius indicio
incidit in foueam
captantes capti sumus
in venatu periit
hanc techoam in terp.
ex ipso boue lora
talia gignit bellum
securim iniicere
fibr parat malum, qui alteri parat
nemo laedit nisi à seipso
Chios dominum emit
vitio lydo negat
mala attrahens vt
aequid suo sunt cap.
spontanea molestia
Arcadiam me post.
in caelum expuis
in tuum ipsius malum
Lunam detrahere
Eurycles
Dares Entellum
ipsi sibi perniciem
accersitum malum
Atlas caelum
corvus serpentem
bis interimitur qui suis
colubrum in sinu
hostis domesticus
Pyraustae gaudes gaudium
capra gladium
prudens in flammam
calidum praudium
malum consilium con.
Boeotis vaticinare
camelus di. fidet.
sibi malum reperit
caeno puram aquam
Bellerophontes in.
ale luporum catulos
Phoci connubium
puer glaciem
turdus ipse sibi
tute hoc intristi
faber compedes
ipse sibi mali fontem
ipsi testudin. edite
bos aduersus seipsum
Echinus partum differt
nostris ipsorum alis
O Enoe charadram
capra contra se corn.
Carpathius leporem
calidam veruti par.
cornix scorpium
corneam belluam petis
cicadam ala corrip.
irritare crabrones
ocipedem excitas
Anagyrum commoues
foetem irritat
Leonem stimulas
fontibus apros im.
floribus austrum
Leonem radere
nemo laeditur, nisi
malvm bene conditum
movere camarinam
Pyraustae interitus
ipsa olera olla legit
ipso cratere
docui te venandi art.
Faecem bibat, qui vinum

MALVM ASSVETVM.

Callum ducere

assuevit malis
dies adimit ægritud.
neque enim ignari sumus
nota res mala
vlus est altera nat.
Scarabeo cuius persuad.
assuetudo malorum

MALVM CONDVPLIcatum, aut renouatum

Ignem igni
ignis igni non extinguitur
oleum camino ad.
oleo incendium rest.
hydram secas
malum malo medicari
morbum morbo ad.
lutum luto purgare
pro cæco exoculatus,
præstat vni malo
post Marath pug.
lis litem serit
de fumo ad flammam
litem parit lis
est pylus ante pylum
saluocia alia aliam trud.
retricare cicatricem
ilico hyems
tumultus post bellum.

MALVM IMMEDIcabile.

Chironium vulnus
podex lotionem
accesias medicatus est
non liberat podag.

MALVM MALE VItatum.

Fumum fugiens in ignem
cuttata charybdi in scyllam incidi
ne cinerem vitans
cucurrit quispiam

MALVM VERTENS bono

Nunc bene naui.
laqueus auxil. id.
bellum haudquaquam

MALVS VICINVS.

Salluginosa vicinia
aliquid mali propter vicinum
si iuxta claudum hab.
omnibus modis nocens.

MANSVETVDO.

Mactata hostia lenior
auricula infima
sedens columba
spongia mollior
apio mollior
oleo tranquillior
mitior columba
cera tractabilior
pepone mollior
mitior malua
Cinædo mollior

MEMORIA.

iucunda malorum præteritorum memoria
stimulis fodere
fodere latus
cubito tangere
ignarum dare
iucundi acti labor.
quæ dolent, ea mol.
vbi quis dolet
aurem vellere
tanquam meum nomen

METVS EX CONscientia.

Fures clamorem
lupus aquilam fugit
lupus ante clamorem
conscientia mille testes.

METVS POENAE.

Funiculum fugiunt
metus infamiæ
manum de tabula
absque baculo ne ingr.
cautus enim
in tempore cauenda
Samiorum mala
volam pedis offende

MINANTIS.

Æacidæ minæ
ferrum & flamma
igni ferróque minari
Et meum telum
si tibi machæra est
complurium chirorum
ollam alere
calcar tollere
qui paratus ad teg.
ne mihi vacuam.

MIRA NOVA.

Agamemnonij fures
annus cibarium
Cyziceni stateres
carcini pocmata
cornicum oculos
Glauci ars
cercyræa scutica
tenui filo
agas asellum
Ad id quod erat opus
magna ciuitas

MIXTA.

copiæ cornu
centones

MODESTIA MODVSque.

Nosce teipsum
in se descendere
intra tuam pellem te
ter abstergere
secum viuere
emungens genius elicit sanguinem
furor fit læsa sæpe patientia
bonus animus læsus grauius multo trascritur
contrahere vela
in tuum ipsius sinum
tecum habita
efficimus pro nostris manu tetendumi non
ita fugias ne præter cæ.
demittere scie
Arabius thurifer
ne vites musicam
nihil minus expedit
nequid nimis
dimidium plus toto
vbi paueris, impera
domus recta
neque Lydorum car.
neque pessimus neque primus
funem abrumpere
ne supra pygiem car.
messe tenes propr.
iucundissima naufr. tur.
iucunda vicissitudo rerum
iniquum petendum
summum cape, & med.
Pastillos Rufillus
arcus tensus rumpitur
oportet agrum subcæsilliosse quam agricolam

MOLESTI INTOlerabiles.

Ferire frontem
lippo oculo similis
ne bestiæ quidem
tota vicus est
muscæ improbitas
onus nauis
quos non tollerent
Ægyptius laterisset
in culmo arare
qui conturbat omnia
anno senior
vt fieri in oculis
Athos celat latera
manuor vinculo
Aetna, Athos

MVLIER.

Ignis, mare, mulier
sublata lucerna nihil
qui non litiget
tanquam Chalcidica
secunda nihil pestis
male conuugati
mulier pudica ne sola
mulieri ne credas
nec mulieri nec gremio
mulierum exitia
thetiala mulier.

MVLIER anus.

Præstat canem irritare
anus corbonissat
anus epiphus
Aetna, Athos

MVLTI.

Non vas vehit nauis
pueri senesque.

MVNERVM CORruptela.

Argentanginam patitur
bos in lingua
bouem in tauicibus
lupi illum priores
manus ferire
muneribus vel diis cape
virtutem & sapientiam
Dorica musa
pecuniæ obediunt om.
munerum corruptela
muneribus res agitur
argenteis hastis
qui multa rapuer.
vulpes haud cor.
corrupta iudicia
faba nummus
guttam aspergere
luere equorum filiæ
pecuniosus damnari non potest

MVNVS APTVM aut ineptum.

Ranis vinum
non nostrum onus
negotium non aptum
non è quouis ligno
officium humilium
apta prouincia
pauis annosa non
putre sarmentum
ad pedem
iuxta nauem
Pygmæorum acrot.
Veneri socm
bos sub iugum
à Deo fact.
ad hoc nati, sculpti, facti

MVNVS BONI consulendum.

Munerum animus
nihil recusandum
Donum quodcunque
arripienda quæ offert.
equi dentes inspicere

MVNVS NON munus.

Mali viri munera inutilia
pauper diuiti dono petit
Cyclopis donum
hostium munera
malum munus
quum Delphis sacrif.

MVTATI INstituti.

Nuces relinquere
longum valere iussi
rudentes & rem.
pro elegante med.
de calcaria in car.
de toga ad pallium
à Dorio ad Phry.
mattissimus quam fis
subito alius
Vlysses pannos exuit
sui dissimilis
ad bonam frugem

Cimbio poculo

MVTANDAE sententiæ.

Palinodiam canere
calculum reducere
vertere vela, funem reuertere
consilium in melius
imitabor nepam
reprehensio cogit.
talum reponere

NECESSITAS.

Necessitas magistra
Nemo cogendus offi.
fatum inexorabile
fatum immutabile
fatis adactus
fatis imparandum
Diomedea necessitas
ingens telum neces.
feras non culpes
quod factum est
transuersum agere
vocatus atque non vocatus
ne dij quidem à morte liberant
mors omnibus
omnia esculenta
lepori esurienti
viro esurienti neces.
adactum iusiurandum
volentem bouem
nemo cogendus am.
officium ne colloc.
necessitas molesta
vadimonium deserre
sontica causa

NOBILITAS, OBscuritas.

Virtus gloriam parit
quanta vix cælo
aurum ex auribus
cymbalum mundi
domi nobilis
è domo in domum
famosæ imagines
in ore, in oculis
Ioui germen
generosior Codro
generosior Sparta
ignobilitatis ea
ne patris quidem
terræ filius,
matris vt capra
lychnobij

NON SOLVS ILLE.

Brasidas quidem
multi Mauorij Artaxæ
multique boni ique

NOTVS.

Hoc iam & vaccæ sciant
in ore, in oculis
rumor publicus
domestice notus
totus & in cute
principes inter se

NOVITAS.

In solle offerre
nouitas grata. Homeri versus
aliud genus remi
grata nouitas
qui modus equitum

NVGALIA.

Nugæ theatri

NVNQVAM.

Quum Nilus cœcyl.
ad Græcas calendas
quum mula peperit
plenilunio luet
per harma
post homines natos
post hominum memoriam.

NVNTIVS LAETVS.

Haud annuntias
prouoluitur ad milues
quid tibi Apollo

Vulcanus tibi vas.
ferem amicum

NVPERA.

Heri et nudiustertius

NVSQVAM.

Nec apud homines, nec in mari
vbi cerui abiiciunt cornua
in aphannis

¶OBLIVIO.

Ἀμνηστία
hac non egreditur verbum
vino inscribere mulieris iussu.
oblivionis campus
proprij nom. oblit.
malorum oblivio
ne malorum memin.
ob mem orem com.
ex libro gubernat.
vivorum oportet
ventis tradere
ollæ vestigium in cin.
imis certis cradere
Bibere mand agor.

OBSCVRITAS.

Per nebulam
delius natarõt
numeris Platonicis
dauus sum. non Oedip.
bœoticum ænigma
in canis pudice
ne Apollo quidem
non tam divinus

OBSECVNDANTIS.

Ad digiti crepitum
quum vterque con.
lex & regio
Deum sequere
non statuat lœva
obedientia felic. met.
insanire cum insanientibus.

OBTRECTATIO ET maledicentia.

Mortui non mordent
mortuis non convic.
cum larvis luctari
jugulare mortuos
non impetam lingua
tuis te pingam coloribus
sphæram intret se
intimo aculeo
Vulgus suspicax
pellem carinam
vitilitigator
zoili
Archilochum teris
dente Theonino
carpet citius
Genuino mordere
Κριζειν
dentata charta
hipponactæum præc.
Archilochi patria
etiam in deorum
Archilochia edicta
plaustra convicijs
naues onustæ con.
morsus aspidis
hystricis seta

OCCASIO.

Repagula aperire
Ianuam aperire
capere crines
occasio premenda
ansam quærere
eximere è manu
fenestram aperire
gladium dedisti
tollenda mali occasio
premenda occasio
nunc tuum ferrum in igni
est
non semper erit æstas

OCCVLTA.

Plutus ἀφανὴς
Fauere linguis
terra defossum
occultæ musices
qui apud inferos
nisi si qua vidit
Attici Eleusinia
in tenebris saltare
monstrum alere
muris circumcurren.
summis ingredi ped.
in aurem nicere
ostium obdire
in simpulo
in angulo
admoto capite
vrit absque torre

ODIVM.

Odium agreste
odium Vatinianum
odium nouercale
oderint dum met.
odit cane pejus
Empedoclis simultas
Ἀναξάρχου πόλεμος
archidamicum bellum
cui ista arrident
ne via quidem eidem
fratrum inter se ira
ira omnium tardissimè se-
nescit
cui placet obliviscitur, cui
dolet meminit
& Scelli, filium abominor
non magis quàm canem
vt lupus ouem
principum favor

OMINANDI.

Si ita prosit
bene fit
cum musis
adsint dij beati
Mercurio dextro
in moroo consumat
in suum ipsius

OMNIA.

Angustum & latum
dulce & amarum
omnium quos sol vid.
nec animans, nec inanime
ioca, seriaque
pueri senesque

ORIGINIS.

Ex tardigradis asi.
ex quercubus nati
nunquam ex malo
è squilla non nascitur
ex minimis initijs
exiguum malum
bonæ leges ex mal.
initium belli
hinc belli initium
piscis primum à cap.
ab impia egressa
mali cerui malum
autor omnium
ex tua officina
è circulo
generosioris arb.
magnorum fluminum
hinc illæ lachrymæ

OTIVM

Conchas legere
liber non est, qui

¶PARASITI.

Musæ
Ἐφυπνίου σοφοῦ
olla ferueat
Mycoaiorum more
quadra propria
Ἀλλοτριοπάγων
Κατὰ χηνῶν ὕδωρ
Ἀδηφαγίαν

PAVPERTAS.

Obolum non habet
Iebende nudior
Iro, Codro pauperior
nudior pauillo
tenelico pauperior
nudus tanquam ex matre
ne in pelle quidem
araneas excere
quum exodijs suum rod.
macilenta manu
pedem vbi ponat
cinctus
pistillo nudior
Paupertas sapientiam
Pauper, sed ingeniosus
multa docet fames
Zonam perdidi
animam debet
Saguntina fames
melitæa fames
famis campus
Λιμοθυμίαι
aquam bibens
non est dithyrambus
quærendæ facultates
pausone mendicior
qui egerit in tu ba
Hecala pauperior
fames magistra
ad incitas
centro & spacio circumscripta
ne tempestas quidem
non habet cui indorm.
omnia præter animam
obstatim
tunicati
mendico ne paren.
bipedalis
cauticolæ
omnem facultatem
Theagenis pecuniæ.
Cleomenes superat
certissima paupertas

PENSATIO BENEficij, vel officij.

Manus manum fricat
horrus oppositus
da mihi mutuum test.
senes mutuum fric.
pro Delo Calauriam
fricantem refrica
ferrum ferro acuitur
eodem cubito
eadem mensura
par pari referre
hostimentum est opera
pro bonis glomi
vt sementem feceris
beneficijs pensare delicta.

PERFICIENDI, siue absoluendi.

Nodum soluere
tenedia bipennis
colophonem add.
colophonium suf.
summum fastigium impo-
nere
circulum absoluere
summam manum
supremum fabulæ
ad vmbilicum duc.
ad coronidem vsque
seruatori tertium
domum quum facis, ne
omnia octo
si meus salus ille
ad Herculis col.
ad phasim vsque naviga.
omni devorato bove
bellicum canere, receptui
canere
hic telam texuit, ille dedu-
xit.
filũ neuisti, & acu opus est
summum fuere cent.
lunæ radius non maturescit
bot.
nil potest nec addi, nec edi-
mi
quadratus homo
vitra Gades
Classicum canere
rudem accipere
finem vitæ spectà
haud perficies
capere prouinciam
cursu lampada trad.
lanea tecta

PERFIDIA.

verbis concupus petere
Δραπέτης
superavit dolum Troianum
Græca fide
punica fides
altera scabat, altera ferit
μαχαιρίζειν
ex eodem ore calidum & frigidum efflare
magadari
altera manu fert aqua.
altera manu fert lapidem

PERPLEXVS.

Ventus neque manere
autibus lupum
hæret in vado
gangamon
in aqua hæret
nunc meæ in arctum
in puteo constrictus
perplexus
perplexus animique con-
fus.
ne Excellitiues quidem
Labyrinthus
de gradu deiicere
de possessione deij.
peribis si non tec.
nec currimus, nec remiga-
mus
nec caput, nec pedes

PERSPICACITAS.

Ἀκριβὴς
Lynceo perspicacior
serpentis oculus
odorari & similia.

PERSPICVITAS.

vel cæco appareat
& puero perspicuum
nutum lippis ac tonsoribus
tanquam in speculo
rudius ac planius
electro lucidius
velut è specula
Archimedes non potest
melius
meus videt, meus audit
candidus fermo

PERTINACIA.

Auriculam mordicus
alios tragœdos provocat
ostrei in morem
mordicus tenere
toto corpore, omnibus va-
guiculis
gladiatorio animo
nisi crura fracta tertiat.

PHILAVTIA.

Non videmus manticæ
quod in tergo est
quod volumus sanctum est.
Papæ Myrmex
amicos tragœdos æmulatus
tragicè loqui
turpis iactantia
ne magna loquaris
argenti fontes
fœnum habet in cornu
colophonia ferocia
oleum in auricula
fortuna reddit insol.
ab Ecebutadis
ne intra vestibulum
aut minus animi
mendax atraphaxis
verrucis offendi qui rubeta
habet
oleum vendere
auris supina
quæ quis ipse facit
suo cuique pulchrum
suo quisque studio
festucam ex alieno
suus cuique crepitus
suus cuique rex, &c.
ipsis placet
sic me mea mater

Non est beatus
ipsis placet
pedere ibus
In animis accitas
& me mater
teipsum laudas
teipsum impice
patriæ lumus
multi te oderint
sine risuali dil gete

POENITENTIA.

Serò sapiunt Phryges
Cum nam ferro apiunt
malo accepto stultus sapit
piscator ictus sapit
factum stultus agnoscit
mus piscem gustans
sera in fundo parsimonia
post rem desperatam ratio
quod dedi datum nolim
sat us est requirere
optimum alienum amia sui
lacera post ant itheria
atque non erapud aram con-
sulit.

POTENTES.

Manum ad os apponc
nutu ac renutu
pieces animatæ
in omnia potentes

PRÆLONGI.

Porcus unctus
caliga Maximini
clemens Aegyptia
mens longa
nu lus malas
Pinguis venter
pustulas quatuo Molo

PRAETER SPEM
bonum aut malum.

Cererem Herculem
omnia secunda
homo homini Deus
Deus ex re prouento
mercuriale
deorum manus
negotiam ex otio
faciunt Iphacli imp.
cuentos praeter exp.
M pso Nisa datur
Glaucus poto mel.
iniperabilem vitam vi.
lavares pelam
subitam remedium
multa incredibilia

PROBRVM GLORIA.

fructibus auribus
gloriosum & apud posteros
gloria futuri
non omnino temerè
furorum atramentum
scarabeo nigrior
dedecus pudicum
cymony m probrum
certe cera dignus
hic bonorum virorum
quem fortuna pinxit
vitellana cicatrice stigmo-
sum
probrum honestum
adhortantis adgressam
cur non suspendis te

PROCLIVITAS.

Currentem incitare
bene plautinum pere.
à vicinis exemplum
in planitiem equum
mustelæ scevum
calcar addere currenti
Una scurrea omnes
Iydum in planitiem
sphæra per præcipit.
vno dig rulo
suade ipsis
in numerato habere
tarichus assus est
asino ad ignem
maturior moro
olla lenticulam attig.
ignis ad torrem
incitare currentem
quam tactile vulpes
tam to prochui quàm im-
ber
tanquam de narthec.
mercator naviga & expone
vnica pernica
monitor asinum
ignem negladi fodito

CONTRA.

Cantherium to tolla
in puteo constrictus
nunc mea in actum
inuita Minerua

PRODIGALITAS.

Vide Profuho.

PROFICIENTIVM
in melius.

Ab asinis ad boues
dires tactus defit
fatis querens
non cuivis spinæ
effugisma umbraveni
iuxta cubitum prose.
meliores nanciscl
nobis
ex bono in bonum
fur & Mauidrum
hodie nullus eras
I modo venate

PROFVSIO.

Cibus defluunt pennæ
opus ad opus
gallorum inculare ventres
protectum lectus
remque quippiam
è de ho haurit
vna com pta canist.
largitio non habet fundum
ipso horreo
plena manu
cupidinum cruenta
fundo de liquid
bello parta
glaucus alter
im merite boues
canicum sepulchrum
est multum est pip.
non navigamus
drachmæ grando

PROMISSIO.

Aureus in Olympia stato
aureos polliceri montes
montes frumenti. mare au-
reum
fructibus avibus
chartis pollicitationes
album panem tibi pinso
Atticiari
magnifica munera
modo dimetiar
verba importat Hermod.
Heperidum mala
Alyoneus hospitis munera
ad pileum vocare
Cilicon buna
ego fac.omn. more Nicostr.
spondeinota præsto est

PROPRII COM-
modi studium.

Tunica pallio propior
intus canere
aspendius citharœdus
nequequam sapit
ad suum quenque quæstum
decora respium
anguillam captare
vna lauabor
manum admouere
vndecunque lucrum
genu fura propius
omnes sibi melius
sibi quisque amicus est
Simonidis cantilenæ
mihi ipsi balneum
sibi canere
astutior coccyce
opta vicino vt habeas
venat hospes
suam quisque homo
mercator est
ciuitates ludimus

PROXIMIS VTENDVM.

Viam qui nescit ad mare
vt perfluimus quando vt vol,
bona est etiam otia
si non adsint car.
auleedus sit,qui citharœdus
esse non potest
si bouem non possis
altera navigatio
præsentem fortunam
quæ dantur
præsentem mulge
quod adest boni
extrema linea
quod datur accipe.

PRVDENTIA.

Mus non vnditaurio
alter Ianus
a fronte simul & occipitio
sapiens diuinat
A fronte atque à tergo
non oportet hoipite sem-
per hi spitem cile
homo Thales
acerum habet in pectore
sapiens non eget
in holmo cubaco
perendinum ventum
tanquam de specula
asyris insanit
non plus &c.
Leo bus pe bis
timidi nasci non fit
qui bene co ticit

PRVDENTIA
coniuncta viribus.

Consimulat simul &c.
prudentia coniuncta viribus
Imperator bonus & idem
robustus miles

PRVDENTIA
sensibus.

Vernlo cane ingrante
multorum Iouis tellor.
annosa vulpes
cum auscultat
anus subitu tana
prudentia senum
Ætate prudentiores
sine cortice nans
senum prudentia
sentisco semper multa
moderator negotii

PVDICITIA.

Hippolytum revocabot
melanthone cattior

PVDOR.

Apud mentam verecundari
neminem opor.
aduersus solem ne meuto
ne pudeat artem
pudor in oculis
pudebat recusare
pudor & merus
verecundia mutilis
tinctura Sardonica
tinctura Cyzicena
vbi timor,ibi pudor

PVNIRI PRO ALIO.

Tibicen vapulat
canis peccatum sus depen-
dit

RAPACITAS ET
auaritia.

A mortuo tributu exigere
Laudare equum,capere plus
olitorem odiqui radicitus
herbas exerdat
malum lucro coniunctum,
non est malum
lucrum vndecunque captat
exigit & à flatum
nec omnia, nec passim
lucri bonus est odor ex re
qualibet
fabarum arrosor
mendici pera
mendicorum loculi
teles Tarentina
tele rapacior
non sacrificata rapit
à patella
à vero rapere
à fartagine
communia tanquam Sisapo
lacunam explere
nullam corporis partem
quod vile honestum
vera vaticinatur
lucernones
vna cum ipsis manipulis
cum pulmenario
lucrum pudori præstat
manticulari
charybdis barathrum
megarica iphigenia
boni pastoris est tondere
pecus
canis circum intestina
rapina cotyttia
ne à chytropode
persepe sacra non sacrifi-
cata.
vulturis vmbra
voracior purpura
novit hæc Pytha
edax cursus
laudant vt pueri pauonem
Atticus mortuus porrigit
manum
Pamphila fortuna
non curat numerum lupus
Argumentatores
vorare limum
polypi
Hercynia
candidum linum
nectere in mente
pecuniam cupidi
inexplebile delium
larus linum
Jabrax Midæsius
bu hus chambolat
serpens ni edat serpentem
priusquam sortiaris, com-
munia deuoras
bona Porsenæ
a rina Spartana copiet
Patritio non præfocato

RARITAS.

Phœnicopterus
vbi per harma fal.
Ice gallina cum
sara suis
alba avis
noctuarum omen.

RELEVGIVM.

Ab ira pulchra

REPELLENTIS.

Aiiam quercum excute
tol ite qui non novit
quæ ie hospitem
fatuos non inuenit.

REX.

Nunc in reg veni
ipsum ostij limen
rem acu tetigisti
Aedibus in nostris
ipsi curandum
omissis nugis
pedem conferre
ab vnguib,incipere
à capite incip.

REX.

Abstinendus vis à regib.
princeps indigens
cum principe non pugn.
principum favor
aut rex aut fatuus

RIGOR.

Summum ius,summa in.
ex tympania agere

ad libellum debere
censoria virgula
obtorto collo
olitorem odi qui radicitus
ad viuum resecare
radit vsque ad cutem.

RISVS.

Ionicæ chorem
Ionicè
intra labia risit
risus Ionicus
risus Megaricus
risus Chius
risus Sardonius
Atacti risus
Ἀχαϊμενικὸς
risus Syracusius
stultior Melitide
emori risu

RIXOSVS.

Rhodij sacrificium
spirat cæcias
solana laurus adest
Lindij sacrum
Item mouebit
Ephesiensium rho.
canina facundia
Item incipere
ne allia comedat
Ptolemaica lis
Syrbenæ chorus
vlna Hyperboleum
tetigit lapidem a cane mor-
sus.

SACRILEGIVM.

A sacris abstinendæ manus.

SALVBRITAS.

Crotone salubrior
cucurbita sanior
valere pancratiicè
sanior es pice
tria saluberrima

SCVRRILITAS.

Equitandi peritus nec ia-
ens
A sexaginta viris vento

SECVNDÆ EX-
perientiæ.

Posterioribus melioribus
posteriores cogitationes
melj.
danda venia lapso
destitutus ventis, remos ad-
hibe

SECVRITATIS ET
tutæ rei.

In tranquillo est
ad asylum confugere
ara arx
bonum est duabus niti an-
coris
extra fumum & vadum
è terra spectat naufragium
mortuo leoni & lepores in-
sultant
ne si ad Iouis quidem aræ
primùm apes apigendæ
pignore tenere
tanquam ad aram
testudo intra tegumen tuta
in vado
duabus ancoris
in portu nauigare
Medus his non insid.
otiosus esto
choenici ne insideas
extra fumum & vadum
sparta tecta
in tranquillo est
thymbra vicitans
rem factam habet
sarta tecta
Hermionis vice
in terram pauperem
mœnia Semiram.
in tuo regno
in tuo luco & fano
intra suas præsepes
aliud cura
in diem viuere
ex tempore viuere
canis tanquam Delum
porrectis dormire ped.
in veramus dormire
Leporis vita
in veramus dor.oe.
in dextram autem
halcedonia
vita molita
equus me portat
extra lutum pedes habet
extra periculum
procul à pedibus equorum
extra telorum ictum
Procul à Ioue atque à ful.
post principia
non vulgari ancora
quid Achiuos ex turri
quasi missus canis
mater timidi non flet
Legatus non cæditur neque
violatur

SEMPER.

Quoad vixero.

SENATVS.

Amphictyonum consessus
legatus non cæditur

SENECTVS.

Ephemeri vita
stupa senicului
senum prudentia

SENIVM. PRÆMA-
turum aut mors.

Præstat canem irritare
quam anum
vno die consenescere
senium accelerant mala
Ergini cani
præmatura mors

SENTENTIA.

Palinodiam canere
calculum reducere
vertere tela
funem reducere
Consilium in melius comm.
imitabor Nepam
talum reponere.

SERA POENI-
tentia.

Serò sapiunt Phryges
Cumani serò sapiunt
malo accepto stultus sapit
percator ictus sapiet
factum stultus agnoscit
mus piscem guttans
post acerba prudentior.
sera in fundo parsimonia
quod dedi, datum nollem
satius est recurrere quàm
male currere
optimù aliena insania frui
hedera post anthisteria
post bellum auxilium
æqui non est apud aram
mortuis mederi.

SERVIRE TEMPORI.

Sequere secundæ
vti soro
aut bibat, aut abeat
Gladiator in arena
Polypi mentem obtine
spartam nactus, hanc orna
omnium horarum homo
sub manu natet
aut abi aut exuere.

SERVITVS.

Argentum accepit, imperiũ
vendidit
Spartæ serui, maximè serui
subiugus homo
Leo chordula vinctus
Samij litera ti
cum sarcinis enatare.

SERVM REMEDIVM
aut tempestiuum.

Satius est initiis mederi
serò venisti
post bellum auxilium
senem erigere
mortuis mederi
aquam infundere cineri

SIMILITVDINIS
& congruentiæ.

De grege illo est
eiusdem farinæ
nostræ farinæ
non eris in hoc albo
non sum ex istis heroïb.
Patris est filius
ephyarum honor
terra amat imbrem
scopæ dissolutæ
vno tenore
boni ad bonorum coll.
simile gaudet simili
malus cum malo coll.
æqualis æqualem
æqualem tibi vxorem
iugum idem trahens
cicada cicadæ chara
non tam ouum ouo sim.
furémque fur cog.
quàm apum apes
non tam aqua sim.
gregis nostri
eiusdem notæ
vxor seni sponso regina est
Gregalis est
conquenualis est
Armenti eiusdem
vno collyrio.
non tam lac lacti simile
semper similem ducit Deus
ad
semper graculus assidet
similior licu
aut ipse tutsti
omnia similia
crobyli iugum
idem pulvis
idem fauus
eadem cera
ficum post pisces
ouo prognatus eodem
Catulæ dominas imit.
similes habent labra
qualis hera, tal. ped.
aspis à vipera
aut piscem olet aut florem
sequitur perca sepiam
arator nisi curuus
patella cooperculum di-
gnum
matellæ immeiere
contra nauigare
olera ipsa olla legit
surdaster cum surdastro
Cascus Cascam ducit
omnia idem pulvis
omnia sub vham Myconum
idem Accij quod Titij
Arcadas & Num. conuene-
runt
eundem calceum omni
nauseon naucrati
non Simonem, & Simon
me
Cretensis cum Aegineta
Cretissa cum Cretensi
vet hyemem sequitur
Cretensis Cretensem
Chius ad Coum
vulpinari cum vulpe
clauum clauo pellere
cum Care cariissa
thripes malt
balbus balbum rectius
Esernius cum Pacidiano
Bithus contra Bac.
non filius Achillis
ab vno diagrammate
eodem in ludo docti
Musæ eiusdem æmuli
iisdem vescentes cepis
bonus cantor, bonus
Mars haud concutit
stultus stulta loquitur
inanium inania consilia.
malo nodo malus cuneus
pares cum paribus facilè
congregantur
formica formicæ chara
vbi tu Caius, ego Caia
Asinus asino, & sus sui pul-
cher
aut abi, aut exuere
Dombus Doricè loqui fas
est
nouũ cribrum nodo pauillo
purus putus
vestigiis inhærere
mores hominum reg.

SIMVLATIO ET
dissimulatio.

Salem & sabam
plures thriobolos
multi thyrsigeri
multi qui boues
non omnes qui habent ci-
tharam
Asinus apud Cumanos
flere ad nouercæ
Megarensium lachrymæ
acrissare
hæsitantia cantoris
tussis pro crepitu
Cretensis mare
conniuere
simia fucata
simia barbata
silent Alcibiadis
vulpi esurienti
audiens non audit
alio respiciens
Patrocli occasio
melle litus gladius
altera manu fert lapidem
barba tenus sapientes
alia Laco, alia asinus
pariet dealbatus
demens felix
Charadrium imitans
de reduuia queritur
Ἀσμενιζόμενος
Πλακουντίζων
non omnibus seruio
non omnibus dormio
Lepus dormiens
mortuus tacet pedem
Crocodili lachrymæ
benevolus trucidatos
extra quærere
Æsopicus graculus
aurum subtectum
diu dissimulatum
simia in purpura
Scytha asinum
Παχυτριβόλιον
postico discedere.

SOLICITVDO.

Tantali lapis
Ἐπὶ τῇ δεξιᾷ
mens est in tergoribus
animus est in cornu
similes videntur
arctum anulum ne gestes,
corne edito
Παχυστιφόλιον
in via ne feceris ligna.

SOLITVDO.

Ne musca quidem
nullum animal
Scytharum solitudo
ingens rerum multitudo.

SOMNOLENTIA.

Endymionis somnium
vita Epimenidem
salem vehens dormis
non decet principem

SORDES ET PAR-
simonia.

Tribus minis
Cumini sector
ficos diuidere
nullus emptor
è Patroclis domo
Cochleæ vita
gracilior Philippide
Cradophagus
Τραγοφάγος
Macilentior Leocrephide
immanem venire

lapsana viuere
bos cyprius
nihil de vitello
chœnici ne insidear
è Phelleo
in ventrem insilire
Iuto lutulentius
pediculi Platonis
lingere salem
rore pascitur
victitant succo suo
monophagi
Patroclo sordidior
nephalium sacrum
caninum prandium
Ceteri sacrificent
Cyprio bovi merendum
tolle tolle mazam
pityrice facta
parvo empras car.
pyra Bacchum
tenuiter diducis
sacrum sine fumo
nephalia ligna
carica victima
phaselitarum sacrificium
in sinu manum habere
lari sacrificant
caucn vitæ palmum
Tantali pœnæ
conuiua non conuiua
sacra nihil sunt

SPES PERTINAX.

Æ groto dum anima est
spes alunt exules
adhuc cælum voluitur
adhuc aliquis deus
spes seruat afflictos
ab ipsa messe
in herbis
tenuis spes
auram bonam afflare speras

SPES VANA.

Cornum delusit
thesaurus carbones
bolus exceptus
murem pro leone
concepit alam farinam
ne per somnium
alicna sacra
lacus parit
parturiunt montes
lupus carpuicum
lupus hiat
aurificem te futur.
quærens obsonium
cadere in cursu
ne quære mollia
duos insec. lepores
hic suis nihil alter.
inani ipe flagr.
fluujus non semper
spem pretio emere
semper ægrum novum
Cretenses sacrum
nucleum amisi
Præuertit ancoræ iactum
in caducum parietem
fœdum est & manusse
non omnia euenient.
Scipioni aruud. nitę

STATVRA.

Colossi magnitudine
caliga Maximini
clematis Ægyptia
amens longus
nullus magnus malus piscis
pinguit venter
pusillus quantus molon
tredecim cubit. vir
longurio.

STVPIDI, vide IN STVpidos.

SVBITI INTERuentus.

Mercurius superueniens
lupus in fabula
etiamsi lupi meminisses

SVBITVM EXITIVM.

Occasionis ala
muris interitus
[illegible]
Eadem tibi & Pythia & Delia

SVMPTVOSA.

Hipparchi murus
cœna popularis
edax triremis
in beato omnia beata
saliares cœnæ

SVRDITAS.

Scythæ Toronco
surdior surdo

TACITVRNITAS illaudata.

Bacchæ more
magis mutus quàm piscis
rana seriphia
caput sine lingua
muta persona
muti magistri
ne gry quidem
mutus magis quàm scapha
mutus Hipparchion
Xanthia cicada
reddidit Harpoc.
Statua taciturnior
taciturnior Pythagoreis
Amyclæ perdidit silentium
dexyphorematis ritu
[illegible]
iunco sicco

TACITVRNITAS laudata.

Silentij tutum præmium
mulierem ornat silentium
alia commentanda
manum ad os appon.
quod scis, nescis
qui obticescit
in sinu gaudere
qui continet arcana
muti citius loquentur
Areopagita taciturnior

TARDITATIS ET cunctationis.

Nemo nos insequitur
[illegible]
plenilunio fice
per harma
agones
grallatorius aut testudineus gradus
[illegible]
Romanus sedendo
festina lentè
pedetentim
manu serendum
placidè bos
caudæ pilos equinæ vellere
tacito pede
non statim decernitur
celerius elephanto
bunas iudex est
Accessit luna
Laconica luna
machinas post bellū asserre
sero venisti
cuculus
quisque tardè venit
coruus aquat
profectus ad apar.
post testum venisti
callippides
diu delibera
annus est
sic est ad pugnam
ad aras
amæa Azesiam
[illegible]
Hercules hospitator
expecta bos
expecta anos filium meū ve osculaturum
hypetheretra
intercisa & porrecta
quæ sero contingunt
Mysorum vlemus
intervallo perit fames, & optime perditur
summis ingredi pedibus
pulmo prius venisset

TEMERITAS.

Exitij nulla ratio
ne præc. lueris ad iurandum
oportet remum impellere
quam quisque norit
cœnare me doce
non suscipiendum
illotis manibus
Andabatæ
qui Iulius non nouit legem
illotis pedibus ingredi
de cœlo ad lynx gam
Aedilitatem gerit
inferia confid. parit
ne incalceatus in montes

TEMPERANTIA.

Zenone moderatior
philosophari.

TEMPESTIVA.

Hyberno pulvere, verno luto
Hermioſi in campum
alia æstate, alia hyeme
[illegible] deus
occasio dea
nunc leguminum
bæta tum hyeme
quum cessat Boreas
nosce tempus
aliam ætatem alia
capra ad festum
Munus exiguum
audi Chelidonem
olcum & talem
Iouis tergus
nihil hominis amico
domi Milesia
phallus deo
sacra hæc non aliter

TENACITAS.

Auarus nisi quum moritur
itidem vt Acheronti

TIMIDITAS.

Vmbram suam metuit
timidior es prospiciente
timidior Pisandro
Epeo timidior
plutus timidus
timidi nunquam stat.
abiecit hastam
vel muscas metuit
sheginis timultor
ante tubam trepidas
ignavi vertitur color
in pulicis morsu Deum invocat
mulier imperator
ceruinus vir
gallus insilit
vir fugiens denuo
leonis vestigia
initio confidens
lingua bellare
quum adsit versus, vestigia quærit.
quum adsit via
in formidolosum
nunquam expugnabit vebem
in fugitiuum
ne my quidem facere
[illegible]
Corinthus non indiverbis pugnat
[illegible]
in pedes retrocedere
mysorum præda
animus in pedes
trepidat in morem
quem mater amictum
nulla candidorum
Teuthidum more
scrupulum inicere
non iucedis per ignem
domi leones

TOLERANTIA.

Socratis callus
chalcenterus
adamantinus

TORVITAS.

non è quercu aut saxo
organum tuerimartem tueri
titanicum tueri
Areopagita.

TOTVM AVT NIHIL reliqui.

Omnia elinauata
cum pulmento
vna cum ipsis
vna cum templis
ruit casa
cum tamento
& prædam & præmium
Mxandri
principium medium finis.

TRISTITIA, LAETITIA.

Terribilis lapis
sinapi victitat
animus habitat in auribus
in antro Trophonij
Harmodij cantilena
Argiuus videt
admixti mœnia
aurum annulum ne gestato
Thor ne edito
mutare vestem
ne si ad Iouis quidem aulā
sustollere manus
canere de Telamone
Inuersam cantionem
Tragicum tueri
tauricum tueri
Atrei oculi
titanicos aspectus
cepas edere
superatus es à gallo
tristis scytale
Areopagita
erinnys exit ægredia
ne sis patruus mihi
frontem exporrige
magis gaudet
festiuus sermo
contrahere supercilium
sanguine flere
sarone magis nauticus.

TVMVLTVS.

Tyrio mari

TVTA. Vide SECVritas.

VANITAS.

Quæ apud inferos
deinde expergiscebas
cilix haud facilè
Cretissa cum Cretensi
mendacem memorem
mentiuntur multa
fumos vendere
somnium
ne si bos quidem vocē edat
hiberæ niuis
epiphyllides
Tantali horti

thus

thus nullum
hau tuhdc
in foro veritas
ne insciens quidem verum dicit
neque dicta neque facta
somnium hybernum
Αὐτοῦ ἀπὸ αὐτοῦ
alienos apologi
anicularum deliramenta
asini mortes
subuentanea parit
Cypariſſi fructus
cæcum insomnium
calidum mendacium
dolones

VEHEMÆNTIA, languor.

OEstro percitus
non contis aut ramulis
mortem tueri
Pyrrichen oculis
vehementer cupientis
manum habere sub pallio

VENEFICIA.

Manci pera
thessala mulier

VICES OFFICII.

ordinem deserere
pensum persoluere
contributis factus

VICINIA.

Salsuginosa vicinia
aliquid quàm propr. vicin.
si iuxta claudum habites

VICTORIA

utrinque tristis.
Flet victor, victus interiit
testa collisa testæ
victoria non incruenta

VINCERE ET vinci.

Palmam ferre
solus currens
extremum occupet
Inuulnerab. vt Cæcus.

Ἀπὸ τῶν αὐτοῦ
dare manus
herbam dare
hostis non hostis
arena cedere
hastam abiicere
mea est pila
quid nisi victis dolor?
victi non audent habere
tolle digitum
vita hominis peregrinatio

VINCVLVM insolubile.

Vulcanium vinculum
Herculanus nodus

VIS INIVSTA.

Εἰς πατρὸς ἀναιρέσεως
in rupes
nequis malus ingreditor
chordas non monedas movere
ferro diuidere
ius in manibus
ad saga ire
capillis trahere
Cyclopum mos
obtorto collo
oculum excludere
profani fores
Leonis catulum ne alas
lex in manibus
Leonina societas
Atticus aduena
centaurice
Mars rex
Ros ciuitas
hospes indigenam
Αγνωσία περὶ
priusquam sortiaris, comm.
non mouenda mores
in antrum haud legit.
abstinenda vis
Cesconhabitas
Cyclopica vita
Cyrnia terra
Martio campus
in caput præcipitari

VITA HOMINIS misera & breuis.

Homo bulla
spithama vitæ
temporis punctum
optimum non nasci
dimidio vitæ
fictilis homo
stupa senicolus
vita mortalis brevis
Ephemeri vita
vt herba solstitialis
salilum animæ

VLTIO MALEfacti.

Canis vindictam
ornatus ex suis virtutibus
reperit Deus nocentem
serò Iupiter diphtheram
semper virgines furiæ
malè bibunt improb.
sos acina dependet
plaeiadæ
Hipparchorum tabula
habet
longæ regum manus
Scarabeus aquilam
Promeri canes
ciffamis Cous
improbi consilium
Ibyci grues
Dij laneos habent
cæcus genius
ideris Temiss. gen.
adrastea Nemesis
ad deorum aures peruenit
bos lassus fortius
euenit malo malè
salis onus vadè venerat illuc abiit
habet & musca
ductus per phratores
iubitus Iupiter
in tergo boues
inest & formicæ
stultus qui patre cæso
nunc dij beati
super te hæc omnia
anus simia serò
boliti pœnam
vel capra mordax
in me hæc cudetur faba
ob textoris erratum
auriculam mordicus
qui prior læsit
sortem & vsuram persolue-re
Æsopicus sanguis
Deus vlc sectur
flagitiorum turpis
virum improbum
male parta male
mala proditio
e alis ter mala
mieram messem
cæni sæuiens in lap.
canis peccatum
fortis in alium fortiorem
ne spina quidem vul.
sui cuique mores
fumantem nasum
vindicta tarda
vitandæ potentum of.
aratro iacularis
dulce pomum
fero molunt deorum

VOTVM.

Vtinam contingat mihi
omne ex alienum
votum munificum
alia dantur alia neg.
canis panes somniant
etiam dormiens som.
ne contra bo opta
adoraturi sedeant
non quiduis contingit
quæcunque in somn. vi.
qui amant, ipsi sibi
quid non fiet profectus
semper superioris anni
quæcunque mentiũtur somn.
arenæ copia
voti compos.

VSVRA.

Citius vsura currit
est Pylus ad Pylum
felix qui nihil debet
animam debet
semel tubidus, ac decies.

IN H. IVNII ET ALIORVM ADAGIA INDEX, LOCOS COMMVNES VIRTVTVM ET VITIORVM exhibens.

ABERRANDI.

In postа impingere.
In limine deficere aut offendere.
Cantherius in porta.
De limine offendere.
Ἀπὸ ξυρίου.
A lineis excidere.
Faber cadit cum ferias fullonem.
Solœcus.
Non respondet oppinioni calculus.
Solœcismum admittere.
Retrorsum currere.
Qui sibi semitam non sapiunt, alteri monstrant viam.
Tota regione errare.
Avius à vera longè ratione recedit.
A signo aberrare.
In toueam incidere.
Viam in forum ignorat.
Ad pedes.
Ne currente rota funis erat terro.
Pro amphora vrceus.
Dum vitat humum nubes & inania captat.
Hærere in isdem scopulis.
Nec propius ferire.
Ex pharetra obscura sagittare.

AB INITIO AD finem.

Primum cunabulum.
In eodem late.
Primas lineas ducere.
A calvo ad calvum.
Telam texere.
Cursum vitæ.
A planta pedis vsque ad verticem.
Extrema linea.
Organo toto.
Ad caput.
A teneris annis.
Eudem calceum omni pedi inducere.
Primas iactare hastas.
Omissis fontibus consectamini riuulos.
In herba luxuries.
Sus comessatur.
Quum in tragœdia comici.
Terra volat.
Balba non credit.
Asinum tondes.
Ibyci equus.
Ollam exornas.
Aquas infundere cineri.
Χαριέντως
Fronti ocream, tibiæ galeam applicat.
Herculis sacrificium.
Accessorium operis loco.
Priusquam pinsueris farinam subigis.
Pistillum exornatum.
Subula leonem excipere.
Sanæ corporis parti scalpellum adhibere.
Calcei Sycionij.
Testudo volat.
Ornamentum in luto, dignitas in indigno.
Pica Syrenem imitans.
Eburneis rostris solum vertere: ligonibus aureis terram fodere.
Τὸ ἐμὸν γ' ἐμοὶ κἀγὼ ὄναρ.
Pistillum ornatum.
Saul inter prophetas.
Præfatio libro prolixior.
Manum peteris & pedem porrigis.
Coquus malè condiens.
Mandrabuli in morem.
Fulmenta lectum scandunt.
Monitor capras age.
Indoctus pater filium erudit.
Crocum in Cicilram.
Morsimi versus quis descripserit.
A cauda ad os transferre.
Pabulas alienas obteruans ipse lutulentis obsitus.
Camelo transmisso culex in cribro deprehensus hæsit.
Musica in luctu importuna.
Medice cura teipsum.
Persuadebit album esse nigrum.
Lux tenebræ.
Sine scopo iaculari.
Accepto damno tanquam claudere.
Meretrix pudicam.
Iungere g ypheæquis.
Deploratis vulneribus manus admouere.
Ante victoriam encomium canis.
Exolantes culicem camelum glutiunt.
Clypeum post vulnera sumere.
Albati ad exequias, pullati ad nuptias proceduut.
Alcinoo poma dare.
Baccæ egent oleo.
Delphinum syluis æppingit, fluctibus aprum.
Magno flumini riuulum inducis.
Posterius dictum.
Scillam oleo ne abstersseris.
Ollam exornas.

AD REM PERTINENtia.

Rectam instare viam.
Ventorum stationes.
Quod tal carni.
Lapis ad fumiculum.
Vestigia relegere.
Seri & meti.
Vmalia sine vino expediri non possunt.

ADVLATIO.

Athenis laudare.
Ex cohorte prætoris.
οἰκονομία.
Ius in manu.
Floccos demere.
Frumentum in populum.
Laudare nimis mane.
Rex eris.
Oleum ore ferre.
Blandius alloqui.
Pappo percutere.
Rosas loqui.
Auribus dare.

ÆQVALITAS.

In eadem lancem imponere.
Media agma ferri.
Æqualia reddere capita in pugna.
Græcis barbaris sapientibus & insipientibus.
Affectus eiusdem.
Patere legem quam ipse tulisti.
Pari filo.
Eiusdem notæ.
Eadem mensura redde qua acceperis.
Rotundæ quàm quadratæ mensæ præstat accumbere.

AEQVANIMITAS.

Quò fata trahunt retrahúntque sequamur.
In deuorandum tanquam lacte dulciut.
Durate. Durandum.
Nil passus si dissimulaueris.
Non est in ventum flandum.
Ferre frænum.
Difficile iustum dolorem temperare.

ALIA ALIIS PLAcent.

Alia apud alios bona.
Multi multa.
Patria sua cuique iucundissima.

ALIBI DIMINVTVM. alibi redditum.

Pauperis est numerare pecus.
Non est cuiusuis manu lyram pulsare.
Aliud sceptrum aliud plectrum.
Nullus gramma scit e puerit.

ALIENA A RE.

Alia ex.
Extra cantionem.
Simia an posse leonem.
Prorsus ignotus.
Ἀναπεδήτως.
Charitenæ non sunt ista.
Illo indigna verba.
Theatrum simul & aperit & claudit.
Equus sessorem rapit.
Herculis ædem mulier non intrat.
Quid Cothurnis cum claris?
Quid barbiton Crocoto loquitur.
Vbi Atridarum scalpra.
Aliud quippiam exornas.
ἀπέβασεν.
Extra curriculum ferri.
Inter lugentes locari.
Ocream capiti, tibiæ galeam aptare.
Hercules in Lydia.
Ludere inter mortentes.
Malum malo pensatum.
Pereant amici.

ALIENA CVRANtis.

Senator absque prouocatione.
Legatus sine mandatis.
Curiosus idem & garrulus.

ALIIS SAPERE.

Nummum quærit pestilentia, dum illi da & ducat sele.
Plus in alieno quam in suo videt.
Ceutor omni careat peccato.
Solus habet mentem reliquis errantibus vmbris.

ALIENO PERIculo.

De alieno liberalis.
Alieno disce periculo.

AMICITIA.

Fœlicitas multos habet amicos.
Tota vita.
Tantali Philotheſia.
Sanguis & anima.
Plus oculis suis.
Amicus cum vitiis ferendus.
Amare frustra, odio ne sis frustra.
Charitate septam esse oportet.
Non odi. Odi & amo.
Fac nidum vnum vbi in arbore.
Idem velle atque nolle, ea demum firma est amicitia.
Pulchrum amicum.

Finis

Panem ne frangito.
Verbotenus amicus.

AMOR.

Amantium iræ.
Capta Cinnamomum.
Amor lit is iucundior.
Iyngen habet.
Sanguis meus.
Oculis charius.
Mellitus Mulsus.
Desultoria amicitia.
Dilige quem diligas.
Comatles.
Amantes amentes sunt.
Omnes qui amant ægrè sibi dari vxores ferunt.
Amantium marsupia folio porri vinciuntur.
Non solis Atridæ vxores amant.
Lacerat lacertum Lari mordax.
Memmius.
Amor tutisque non celatur.
Deliciæ meæ.
Oculis gestare.

ANCEPS ET DVbius.

Aut mortuus est aut docet literas.
Aut quinque hinc aut tres, aut ne quatuor.
Excubias agere in Naupacto.
Quocunque pedes ferent.
In tuto sum.
Quod dubitas ne feceris.
Ingratus, velim. nolim.
In medio relinquere.
Aqua hæret.
Fortasse fieri potest. Arbitror.
Volentibus inuitis
Nos alio mentes, aliò diuisimus aures.
Quid facerem?
Perplexos nos reddidisti.
Fluctuantium instar.
Quò me vertam nescio.
Anceps euentus rei.
Nec Deus nec homo.
Neque intus neque foris.
Alius problema.
Per quædam hæc commissa.
Recti, an inclinatis mallis.
Scrupulos inijcere.

APERTE ET crasse.

Rudus ac planus.
Homo multum demissus & pinguis siue spissus.
Loquor quæ sentio.
Dicis causa.
More Romano.

APPROBANDI.

Conuertere pollicem.
Carbone notare.
Vt Phydiæ signum.
Omni voce.
Concinere.
Omnibus iudicibus vincit.
Macte virtute
De meliore nota.

ARROGANTIA, iactantiaque.

Tarmari ara.
Salacones.
Delphinis in terra vites.
Coturnicis naturam induere.
Opulentum spirat.
Ampullas loqui.
Lapitha.
Lemnius obtutus.
Tigranem salutare.
Grossus maturus esui ineptus.
Verba sine pecu & pecunia.
Nihil ad medicorum arrogantiam.
Tragici cothurni strepitus.
Centonium supercilium.
Angularis bombyx.
Et tarcus, aliàs lepus.
Non verbis, at factis opus est.
Megabyzi sermones.
Rusticanus Oenomaus.
Ambitiosior Cleophonte.
Gigantizare.
Patientiam tueri.
Iube facta prochiria.
Superdæ videmur quum simus ea-
Campana superbia.
Ne Sannione domi relicto.
Tritones piscinarum.
Vox vocem, ibi tuber.
Vteri.
Nescit seipsum.
Pisces magni parvulos
Tollit supercilia.
Vter tactu plenus.
Iouis tonat.
Tanquam pauo circumspectat se.
Pauonis more rotari.
Gorgoneri capitis posteritas.
Piscium vita.
Io Saturnalia.
Laudata Pauone superbior.
Caudam trahere.
Ampullatum.
Lauone infamior.
Duræ cerutes.
Prætracti.
Leonum animos præ se ferentes.
Gallinacei lactis haustulum pollicen.
Superfluens.
Cœlo animum ferre.
Aspertus nihil est humili cùm surgit in altum.
Laus in ore proprio sordescit.
Collo valido.
Ostentator.
Vasa vacua plurimum sonant.
Homo genibus elephantinis.
Vacuum vas altius pleno vase resonat.
Loqueris equo insidens.
Timones.
Ardelio.
Sisyphidæ.
Camarinæ loqui.
Philippi Gallus.
Nos decem Rhodienses, Decem naues.
Pisandri galea & supercilium.
Asfydamæ in morem.

ASPERITAS, MOrositas.

Ipta bibe
Vua acerba immitior.
Omphacinus.
Æs triplex.
Fretis acrior Adriæ.
Neminem in os vultumque respicit.
Ferreus.
Adamante durior.
Totus saxeus.
Deme supercilio nubem.
Non rejed visu terribiles.
Sortitus es. M.
Absynthium.
Triceps Geryone.
E mari natus.
Fronte caperata.
Austeritas solitudinis socia & comes.
Pancorum hominum homo.
Tertius Cato.
Ruto arefacto præfractior.
Gallica glacie frigidius.

ASSIDVITAS.

Gutta cauat lapidem.
Sine hac.
Hoc est quod palles.
Labor improbus omnia vincit.

ATTENTIO, ET contra.

Aliud agit.
Mens volat.
Arrectis auribus.

AVARITIA.

Vndecunque lucrum captant.
Nec omnia nec passim nec ab omnibus.
Nouit hæc Phyllea & Tythias.
Quæ decidernt ne tollito.
A mortuo tributum auferre.
Vatum genus auarum.
Telemachi olla.
More canico.
Fabilibus victitat.
Vide RAPACITAS.

AVDACIA.

More galli domi pugnacis.
Canis nouem animas habens.
Gyaro dignum.
Ad scamum producere.
Inops audacia tuta.
Cor calidum in re frigida.

AVXILIVM, ET citra auxilium.

Columen familiæ.
Sine cortice nabis.
Multæ manus onus leuius reddunt.
Re opitulandum, non verbis.
Chordæ vice.
Vinus fueris vel cepe solum accipiens.
Papyri tractus non postulat magnam spicam.
Si deus voluerit.
Meis auspicis.
Porrigere manus.
Sine cantoribus & reribus.
Pecunia absque pecunio.
Summa vi defendere.
Tanquam hectora in clypeo excipere.
Iolaum implorat.
Priusquam in medulla obrigueris.
Ab alno spectat.
Arma Achillea.
Lorica gladius.
Ara.
Manum porrigere.
Contraria contrariis pelluntur.
Cornua imbi aduri.
Prona manus.
Ios in præteritum dare.
Hippocratis lamina.
Si deus pro nobis, quis contra nos?
Vmbone pellere.
Dij nostri.
Quasi deos habere aliquos.
Dioscuri saluatores & aduocati salutiferi.
Præstat vineæ vlmum esse quàm hederæ.
Pauperi viriolus est castrum.
Tollenti onus auxiliare, deponenti nequaquam.
Dædali alæ.
Semper aliquem virum magnum.
Curre denuo.
Amentatæ hastæ.
Cibo opus duratis in labore.

AVXILIVM INFIRmum.

Ficulnus.
Vulgari piscí non insunt spinæ.
Nec sine te nec tecum viuere possum,

BIBACITAS.

βατραχος.
Ranæ aquam.

BONÆ FORTVNÆ, copiæ, fœlicitatis, etc omnia.

Non sine diis.
Tanquam torrens.
Manſum malè relictas.
Cyclopica vita.
Albus dies.
Saturnalia vita.
Deo præeunte nullus officit obex.
Cuius nunc calent aræ.
Pergama non tristis incolit.
Ter fex iacit.
Mare amnium non indiget.
Præſente arbore ligna omnes colligunt.
Terram video.
Hac nos Deus ipſe ducit.
Hortus alterna ſuccidia.
Quorſum opus nemeris ſi modò faueat Deus.
A te ſudor abeſt ſalius mucúſque.
Dius ſecundis.
Ante obitum nemo beatus.
Homini nihil vtilius ſanitate.
Felices ter.
Lædere qui potuit, prodeſſe aliquando valebit.
Bene habet, bene ſit.
Ad ſatietatem.
Deus omnia dirigit.
οὐκ ἄνευ θεοῦ, volente Deo, nihil ſine Deo.
Sic viſum ſuperis.
ἐξ ἀρχῆς σωτῆρ.
Viuunt dum virent.
Deus ita voluit.
Syua.
Sinu luculento
Occupanti fiunt derelicta.
Ex vſu, & è re eſſe.
Iouis omnia plena.
Seculum aureum.
Luce diſſoluuntur tenèbræ.
Iupiter hunc toto animo, hunc magnus Apollo diligit.
In deliciis eſſe.
Firma valetudine nihil melius.
Sani Ægrotis ditiores.
Si Deus voluerit. Deus non permiſit.
Sat es beatus.
Dij meminerint.
Blandè offert vultus.
Diuinitùs.
Fœlici hora nihil optatius.
Fici cadunt in os comedentis.
Bonus è pharetra diet.
Deum eſſe. Deum facere.
Ad ſatietatem vſque.
Ne quæras Deus eſſe.
Mortalis Deus.
Nauigare cum ſelicibus.
Fauſtus exitus.
κοινὸς βίος.
Arca.
Ex his ægrotamus quibus viuimus.
Signandi melioribus lapillis.
Præſum paratum.
O factum bene, vel malè.

BREVILOQVENtia.

Chilonius modus.
ἐν κεφαλαίοις, ſummatim.
Cætera doctus.
Nihil opus verbis.
Summatim.
Vt ſummatim dicam, τὸ κεφάλαιον
Sermonis prolixitas faſtidioſa.

CÆCVTIENTES.

Neque cæcum ducem, neque amentem conſultorem.
Pulucrem oculis offundere.
Cæci præſcriptio.
Cæco nihil coloratum.

CALVMNIA.

Malopanta, vel Halophanta.
Cum Protogene mortuo bellum
Fumus e ficubus.
Genuinum dentem infigere.

CARPENTIS SEipſum.

Aedibus in noſtris quæ prauæ ſunt recta gerentur.
Caput ſerpentis conterere.
Nollem factum.
Nihil eſt miſerius quàm animus conſcius.

CEDENDVM MVLtitudini.

Facilè fertur quod omnibus commune eſt.
Multorum peccatum inulcum.
Cane multos, ſi ſingulos non times.
Veſparum examen meruit Phrynichus.
Duobus malis reſiſtere difficillimum.

CLAMOSVS.

In clamoſos.
Columnas rumpere.
Tollitur in cœlum clamor.
Tibus apertis.

COMMODVM interuerſum.

Vt egeni eruum.
E ſpinis, vuas colligere.
Lac aſinum fert Samus Ionica.
Summouere vicinos.
Pecuniæ pedibus compenſantur.
Cui nullum negotium erat.

CONATVS.

Velis equiſque.
Toto pectore.
Cum haſta, cum ſcuto.
Omnem mouere lapidem.
Omnem rudentem mouere.
Omni certamine genere.
Rem nouam aggredior.
Aut terra aut mari
Commouere ſacra.
Aequa & iniqua.
Ἀνεγκλήτως.
Firmo & maximo progreſſu.
Calculum à linea mouere.
Conando Græci Troia potiti ſunt.
Neruos addere.
Velis, quod poſſis.
Intendere in ſcopum.
Excutere præcordia.
Eadem opera.
Velitari.
Contrahe te ipſum.
Stans pede in vno.
Machinatur.
Victima experiri.
ἐκ χειρός.
Omni rudente explicata.
Pro mea virili.
Pro mentis viribus.
Vires tuas excita.
Collige ipſum.
Eminus & cominus.
Vterò citróque.
Non in magnis ardoriſque.
Nimium poperam ſerius abſoluis.
Omnia experiri.
Neruos intendere.
Vtramque inflare tibiam.
Flectere ſi nequeo ſuperos
Vltra vires nihil aggrediendum.
Sarcinator ſummum centonem.
Omnes adhibere machinas.
Omni voce.
Plenis velis.
Virtutem omnem explica.
Victimus pedem mouens.

CONCORDIA.

Acum & filum ſumens rupturam conſue.
Vno ſpiritu & pari voce.
Conuenit vt veſpis.
Iugo pares armenta.
Omne colligatum ſolui poteſt.
Funiculus triplex indiſſolubilis.
Fraternum dulce ſolatium.
Hedera tenax.
συμφυτικόν.
Anima vna.
Funiculus triplex non facilè rumpitur.
Mutua defenſio tutiſſima.
Surculus ſurculum ferens.
Communis tanquam Sirapo.

CONIECTVRAE.

E naeuo cognoſcere.
E cantu dignoſcitur auis.
Protinus apparet, quæ plenæ frugiferæ futuræ.
Et crimine ab vno diſce omnes.
Vt mea ferè opinio.

CONCILIVM.

In orbem circumiens.
Conferre capita.
Extra mala poſitus admoues.
Quo curris potius quàm ad Ephebum?
Coæ conſilium.
In Piſa animum confirma.
Archilochi vulpes.
Elige vitam optimam.
Cùm aquila eſſe quem, inter graculos primas ne opta.
Ratio ſapienti pro neceſſitate.
Panis prior prora.
Ἀρχέτω τὸ βέλτιον.
Βουλὴ μὴ θεῖον.
Nocte vigenda conſilia.
ἀνεξέταστα.
Humana conſilia diuinitus gubernantur.
E duobus malis minimum eligendum.
Conſilium res ſacra.
Primo crede mulieris conſilio, ſecundo noli.
Puluillum conſuere.

CONTEMPTVS & vilitatis.

Incus maxima non metuit ſtrepitus.
Aquila non capit muſcas.
Elephantus non capit murem.
Fruſto panis.
Quam curat teſtudo muſcam.
Ne feſtuca quidem.
Bona mala.
Tenuiter.
Fungus putidus.
Nihil eſt, aut nihil curæ eſt.
Alabaſtrius vnguenti puteal illi.
Quadrante dignum.
Cubitale.
Fimo obiectior.
Puerorum crepundia.
Ne cicádam quidem inumbret.
Præ formicis exilia.
Capratum nomina.
Ne ſtilla quidem.
Ne in vigili quidem eſſe poteſt.
Ἀνεθυμιάτιστος.
Scrutarius & μυστικὸς λόγος.
Lateritius.
Caris loco habere.
Circa montis radices verſari.
Ne ad Adonia quidem.
Iis quæ ex triuio ſimile.
Inter Sofias & Tybios referre.
Lutea progenies.
Virtutem infortunatum deſpicere miſerum.
In ſolum.
Bambalio.
Lucretius.
Proletarius ſcriptor.
Minuunt præſentia famam.
Familiaris dominus ſæuum alitis ſeruum.
Senex vetulus.
Nequam, Locus.
Iucunde.

Inuidia

pellis
Vespus
Charegaia
digni pilo
palea
Sarmentarij
Alex.
fabula nunc ille est
villani
vulgus esse
somnium hominis
Hybrida
cordi
nihil nisi vmbra
eius regulæ non sunt Prætorum edicta
nimia familiaritas contemptum parit
quintæ classis
in cuneum sedere
iacent
scombris tunicæ
Asinus Ægyptius
truo
cistagezi
nullo numero esse
opicus
esse in numeris
manducus
ne cicum quidem dederim
quotidiano conuictu autoritas
nullius precij est
mechanici
Asinus
rusticum
minus quàm nihil
tertiæ pondus inere
vappa
vulcano tradenda
infaceto infacetior rure
vltimus certus
dama
æstimare vnius assis
hircosus
villicæ
suppurati
varius
nullus
nulla in eo mica salis
rustici
terræ filius. Terræi
atqui Sulla caro est
literæ mutæ
Asinus Ægyptius
canem mortuum vel pulicem vnum perse qui
onager
trahere caudam
de plebe
cinerem quærere
Paganus
pro cottabo habeti
vnguium criminúmque prælegmina ne commingito
connæ calculus
dignus pilo
in seditione vel Andronidos belli ducem agit
Picifer
carinum vinum
aristylli more
mensa columna
C lei sopellex
cyathо non emam
nihil est aut nihil curæ est
mortuo vilior
Asinus sepulcrum
numo addicere
inter medios collocare

CONTRA.

Cantherium in fossa
in puteo constrictos
nunc mea in arctum coguntur copiæ
tanuita Minerua
Delphinis in rellure vis

CORRECTIO DICti aut facti.

proba materia probo artifici
expumigare
ex tepido hæc audis
decretor vtilius
bona verba quæso
strigilis
virga moderati

CRVDELITAS.

Draconis leges
flamma persequeris quæ genuerus
quasi Nauplius Caphareo rediens
Cyclopicum monstrum
Echidnæ impetum
martyræ mors
Liciarij & Icynium fulmen
Cyclopicus obtutus
Thyestea cœna
Medæa ammanior
taurica ara crudelior
vespa acerbior
Neptuni siue Martis filij
regiè & crudeliter
Saturni hostia
Catilina, Sylla
Scythorum more
Thyesteæ epulæ
Timonea cœna
cruto homine inferam transit
Canis caninam non est
homine non sæuus
hamamis tero corde
Lerna procreatus, vel genitus
Lupi rapaces
Sæuus & indomitus
Bellua. Bestia. Homo
Cyclo. excæcatus
iubice
Pater flagellis, ego scorpionibus vos cædam
Phocensium desperatio
Dardanarij
Timonano more
ficula aula
orbe tigride peior
Antiphanes crepidisatis, & Polyphemus
Clemens sanista
mortuos rursus occidere

CVRIOSITAS.

Tudiculum expectant
acclamant instar ciconum
Inferorum triacadas
spinaecolligens
aliud homini, aliud humanitati satis
dulcedo tuncta intelligendi superat omnes suauitates
coryceus audit
nouit quid toto fiat in orbe
muscarum in morem
delatoria curiositas
hoc tu mihi dices

DAMNANDI.

Tabellis obsignatis agere
ex fastis euellendi
pennas incidere
foliolis à rutteo repurgandum
gehennæ mancipium
A caluo ad caluum
albo eradere & adscribere
spongiæ
Apollo Tortor

DEGENERANTIVM.

bene natis turpe est malè viuere
discum quam philosophum audire malunt
ratio apparet argentum
detonsi

DEPRECANTIS & abominantis.

Lasciuia obtinere
ne dij siuerint
stomachus non ferat
obtestatio veterum meritorum
velatis manibus orare

DERISIO.

Cadaueris instar venustus
perfusus aceto

DESPERATIO.

Femur ferire
non sum apud me
capiti capillos euellere
quod periit, periit
quid morarer emori?
vale atque salue
nulla spes
mortui non dolent

DIFFICVLTAtis.

Tradere prouinciam
grauius quàm sit Troiam capere
animis curium cogere
scaperdam trahere
vmbræ prohibent
habenas ignarus non tractet
Senex fatiscens
Camelus pyrrhicam didicerit
Nodus Gordius
teuerum pacuuij ediscere
plura sunt negocia quam vocabula
Nodus inest
Sphinxo negotia facessit
Scruposa
est operæ non mediocris
puteo inclusus
varium animal non altera manu
bonum manere difficile esse
non si te rupetis
esurienti leoni prædam exsculpere

DIFFIDENTIÆ.

Cochleis diffidentior
graculo impersuasibilior
nerui & artus sapientiæ
visus fidelior auditu
credimus quæ coram intuemur

DIGNITAS ET EXcellentia.

Iapeto antiquior
in numerum peruenire
honos alit artes
quasi locum in balneis
immunem venire
humeris sustinere
non è quercu aut saxo
calceos mutare

DILIGENTIA.

Fumantum ad lapidem
factum transactum
pleno gradu
nocti æquare diem
sapit demorsus vngues
euchionis gallus gallinaceus
hoc age
studium generat studium, ignauia ignauiam
indesinenter
quasi thesaurum draco
patiens pulueris atque solis
ad vnguem, ad amussim, ad regulam
qui instar extindit
Leporium somnus

manu admota Deum inuocandum
nemo primo quoque die fit doctus
telo non æque opus facto est
cum Musis certare
cum mortuis conuersari
Cyrenæus videns
cerebrum interius inquirere
violento remigio
antrum Mercurij
Gallinaceus Eschionis
ad arculas sedere
ad perpendiculum
introite, nam & hic dij sunt
qua in re clarus quisque est, ad eam properat
quæ te adolescens, vetere senex
trutina exquirere
Iudendum domi fuæ
discenti assiduè multa senecta venit
demandere calamum
fugitiuum retrahere
ex perpendiculo
ft. Illis signare

DISCORDIA.

Vlixo citróque
Πολυμήτις χαλκὸς
facilius inter horologia conuenit
Diametro distant

DISCRIMINIS.

Nunc contingat seruari
De filo pendet
inter malleum & incudem
inter vitam & necem.
Iuuilla absumpta bouem non expectes
cõtriculum animæ decurrere
inter Orci canoros adhæsit
appropera vt lethio sis vicinior
ingi tumulus
chera callem
terram ne legas nauigando
tempestas ingruit
rudens omnis disruptus est
tria Therm. cauenda
nihil ad Persium
ad Scirrhonem tendere
duro flagello mens docetur rectiùs
in eodem valetudinario iacere
suspensos pedes ponere
res ad Tiarios redit
sed quis custodiet ipsos custodes
dimicare pro carnibus
Ἐκτὸς τῶν βλακῶν
intra telum
tibi luditur
indagine cinctus
incidere in laqueos
hac vrget lupus, hac canis angit
gladium acutum auerte
ab equinis pedibus procul
miles Romane
Ægyptum caue
in fossa ruere
Labyrinthus
isidem lineis dimicare
caue canem
non est fumus absque igne
neque inter mortuos, neque
in foueam incidere
medius versatur in vndis
Cernuus ad sagittam propera
Leo est foris. Lezna in itineribus
caue tibi à cane muto, & aqua
Serpens eiciendus è domo
arundo alas verberat
in medio Tybure Sardinia est
A fabis abstineto
A gallo candido abstineas
E paucis verbis ingens bonum aut malum
coronam ne carpseris
sub omni lapide scorpius
cauendum à potentiore
periculum ne temerè tubeas
fortunæ nouacula
nauigationis socius
non mouenda loqui
vati non conuiciandum
Thrasybulo Dionysium

DISSIMILITVDInis.

Diametro distant
extra organon
in lente vagientem
quæ semel ancilla, nunquam hera
in agro furculario capras
eu in legione, ego in culina
chorus alius maior, alius
quis Strebutades, quisve Seruus
non quæcunque manu
pica Syrenem imitans
quid Lecythe cum strophio?
quantum aquila culicem
fulicem cygno comparas
impuro purum nephas contingere
A Dorio ad Phrygium
orthalides cum Acylis
bouem asino non iunges
Rana cum Grillo
cygni cantus melior quàm gruum
amphion & zethe
qui secum dissentit, nullo modo
alterius alter est sensus
aquilis similes faceret noctuas

DIVITIÆ.

Fluctibus non stadijs certare
quantum vel Midam famaris
dari) opes
Gygis opes
agri modus
Dijerephes doliares habens alas.
Lydia arena
Pythiæ Mysi talenta
nauiculi opes
Lydia arena
Χρυσόμαλλον δέρας
vellus aureum
pythiæ Misij talenta
pecunia nerus
arcam habet
pulytionis domus
fulcus Aegypti, Lybiæ arenas
tantali diuitias assequutus
auro habet sappactum solum

DIVITVM PRAEROgatiua.

Laeus fortuna superior est
ventis, & mare & ignis seruiunt
quantum vbique possunt duo oboli
teipsum continens impera
in auro nomina incidere
Iuli instar gressilis
Ρίζα ζωτικὴ
viruli prima
pecuniosus, etiam nocens non damnatur
si quid habes, vigesimo nihil, inops
Deus nullis indiget
manibus habere
flagellares opes
Solis mensa
locupletum reditus
Deorum concio
Bathyclis poculum
satietas ferociam parit
caput vnctum

DIVTVRNVM.

Vlera hyperboreos
priusquam ignatus lapis enatarit
cumæi anni
quæ consecrauit sapientis perire non possunt
bene fert ætatem
clauo trabali figere

DOCILITAS.

Musarum fores candidæ
à Gris non armis
Lutum nisi tundatur non fit testa.
melius est rectè loquenti non assentiri

DOMI VIVERE.

Domi manere oportet bellè fortunatum
parietes amicitiæ custodes

ELABENDI.

Formicæ semitam nauit
de fesamate egredi
Thynnus elapsus
rodere casses
luto pedem euellere

EXCELLENTIA & inæqualitas.

Quanto asinis præstantiores muli
vnus multorum instar
fœnum esse
aured barba dignus
omnia bonos viros decent
calceos mutare
luscinia Musarum
Coryphæus
mantissa obsonio vinctis
Cœlo tenus altum
οὐρανομήκης
niue candidior
alcinoi horti
quæ se & labefacti
Maxis tabulæ
molones
Bibliotheca animata
ver vnicum inter anni partes
nectar spirat
Colossi fragmenta
Γεγωνὼς
in acerruum metere
Καπνοῦ σκιὰ
curratis
Daphnis inter pastores primus
prisca manus
clauum tenere
contenti simus hoc Catone
locum in balnei occupare
primus, secundus, tertius, &c.
beta sapientum
digito ostendere, seu monstrari
ducere funem
primo gradu
Athleta
in gradum reponere
Διοπετὲς, delapsa de cœlo
Ζηνὸς
optimus
Ἴκελος
osce loqui
cedro dignum
Ἀρδιὸς
ad sydera vsque notus
non bellè quandam faciunt duo
Politus, ciuilis, & vrbanus
tantissima
accedit his
vnus multorum instar
quibusuis montium collibus altior
attalica
similem ducere
Ἀνάλογον
Oculus
Lumen
nemo propheta acceptus
gigantes
Ἀνάστατος
candidior niue
Iuponio incessu ambulat
vates, profecto es
virtus est gaudere honestis
pentathli similis
Ἐν συνάδουσι τίκτει
thessalia homines
mirificè mirificus
vnicus
dignus admiratione
nomen
in cœlum ferre
Cato sui temporis
dulcius ambrosia
floret
toto cantabitur orbe
omnia Deo plena
vina Theologica
vnum quidem, sed leonem
minerua Phydiæ
Iouis Corinthus
exigua aqua maiori interdum supernatat
Iulio & Cæsare Consulibus
ignis cinctibus altior suis

Papiæ

INDEX.

similem ducere
herculis Clypeus
homo omni exceptione maior
scintilla suam exigua tenebris micat
Solem manibus gestare
facere totum
talem oportet ducere, aut non ducere
Pentathli similis
Peplo dignus
Μυρίων ἀνδρῶν ἔργα
novem musis celatum opus
per genium alicuius deierare
genium habete aliquid
mundi oculus
quasi locum in balneis occupare

EXECRANDI.

Phocensium desperatio
abiiciendum procul
hostibus eueniat
vltra Herculis columnas
hostibus eueniat
Thyestea execratio
in morbo consumat
Capiti eueniat
pro dij Immortales
Abi Morbonam
vertatur in cinerem
Anathema esto
quis hoc potest videre? quis potest pati?
hæc videbis & feres
Dij magni
Deum immortalem, velim bene.
rumpantur illi alia
morbonam mittere
in directum
Luce petire licet

EX EVENTV IV. dictum.

res authorem qualis sit conficit
dictis dabit ipsa fidem res
ipsa res hoc ostendet

EXPERIENTIÆ & Periclitationis.

Ad asylum confugere
quò properas, num ad Ephebum?
tanquam ad aram
reb ad triarios redire
vnedo
Ἀναστροφή
mittere lineam
iacta est alea
igne probatus
fecimus periculum
quam alta sit aqua, ipsa ostendet

EX SESE.

Domi nascitur
emere malo quàm rogare

EXERCITATIO.

exerce iuuentam
eotem esse

FACVNDIA.

Eloquentia Attica
Corinthia verba & Ionica
gratias Musis commiscere
Mercurij typus.
os duodecim salientium
byssina verba
Mercurij Catena
quanto verborum stillat aurea
prætexata narratio
flumina in terram commutat
sitientibus ad persuadendum aptior
instar Olympicæ turbæ
præ Nili cataractis
Byssina verba
eloquentia malè sine moribus discitur
atticè dicere
in toga
ab aura reuinctos ducit
non incedit sed fertur
summi artificis artem dissimulare
ornari res ipsa negat contenta doceri
vinam vocem edere
ioonicè & ethicè
vrbanus sermo
Sybaritica oratio
mutatum sauum

FAMES.

Maza esurienti auro charior
ingentes fame conuiuari
Choros tragicos molestè ferre
inflatum saliuæ ouis ad vtrem
malesuada fames
dentes dentire
eius dentes vel silicem comedere
autumnalis appetentia
animæ esurienti amara dulcia
famen pestilentia sequitur
fames præter seipsam edulcat omnia

FESTINATIONIS.

Talaria induere
priusquam gallus iterum cecinerit
quantum pedibus potes
celeritas in malis optima
antequam incipias consulto

FESTINATIÒ PRÆpropera.

Opus & Zephiris & hirundine
nihil cunctandum
citiùs quàm gradatim
ne propera nondum ignem calcas
vtroque velo fugere
abatidis sagitta
laeda perniciosi
Dædaleis ferri remigiis
demissis manibus fugere
alieno more, nutu, vel arbitratu
fulminis in morem
cursu præuertere ventos
volat
in idem flumen bis non descend.
ictu oculi
vasis non conclamatis abire
Pegaseus nuncius
equus probi
pegaseo ferri volatu
sub manu
noli respicere post tergum
celer vt mens vel alæ

FIDES ET GRAVItas.

Dines promissis
recto pectore
multi bonique
Iouis sattagium
amphyctionum consessus
dictum ac factum
suffragium optimum
iusiurandum emplastrum debili
nauem rectam semper
Azymus
manus porrigendæ, non confusis dig.
aphrodiseum iusiurandum
totus teres atque rotundus
Ἀμφικτιονικὸν
iuratissimus
omni exceptione maior
omnibus numeris
in summo labro iusiurandum
promissis morari
ne tibi sit fraudi
conceptis verbis iurare
Capaneus
non quibuslibet temerè credendum
credendum est veteribus
toto pectore, atque animo
totus teres atque rotundus
arietinum oraculum
Latinè loqui
Πρωτοτυπῶς μιμήσασθαι
Barbari

FOEMINA. MVLIER.

Malè coniugati
nec mulieri, nec gremio credendum
Mulierum exitia
Mulieri oculus
Mulier pudica ne sola sit vnquam
qui non litigat cœlebs est
tanquam Chalcidica nobis peperit
thessala mulier
Τὸν ἀνανδρότατον
sublata lucerna nihil discriminis
nec mulieri nec gremio crede
Fœmina aut miseris quam cauem
Muliebre furere
Mulier es
Mulieri non temerè credendum
Sectus eorum
bonæ semper laudantur
pudica & formosa
Ampullacea
filena
Ἀσφαλὲς

FORMA ET DEformitas.

Pulchrorum Autumnus
Simia, Simia est, etiamsi aurea
Thersita facies
Corythco deformior
Scapha lignea
comæ vetustate vel ipsum Absalomem
Ἀφροσύνη
forma regia
Καλλιπλόκαμος
incoctæ mulieres
Splendophori
Bellus
Ligneus Ineptus
Rosea
quod pulchrum est placet

FORTITVDINIS.

Pedem
Ἀνὴρ ἀνδρεῖος
nostis eos
trabali clauo figere
Murus Semiramidis
seruus non est qui mortem negligit
Achilles spirat
amentata sententia
incoquissa columna
lingua quidem segnis sed dextra viget
Tydeus corpore, animo Hercules
in repagulis stare
atticus miles
aceruus
Tyrtæo bellicosior
non verbis ac factis spectari vult
Graecia
pro aris & focis
gradum figere
sanguis integer
Pygmæi vel Thyodamas cum Hercule
ille velut Pelagi rupes immota resistit
Hercules Achilles
Gallica furia
elata manu
vbi mutes ferrum rodunt
decimanum sacrificium
Leones
vtroque cornu bouem contingere
Totus tortore fortior
quasi lupus in armis
Θρασὺς ὡς λέων
Athenaeusis Romanus vir
contracta fortitudo timiditati
verendus & aeres
cunctos vmbone repellet
Achilles
hostibus pectore obuius
stylo ferreo scribit
vnus lanius non timet mulctas omnes
Pons à tergo abruptus est
Μετανόησον
sustine & abstine

FORTVNÆ COMmutatio.

Herculis cornu
homo Dei ludibrium
computatorum digiti
zonam deponere vel amittere
catastrophe vitæ
ages quàm multos habuisti

FRVGALITAS.

Aere & rore pastus

Laconicè cœnat
Anima ficca sapientissima
hecales cœna
Cogitato quàm longa sit hyems
indigentia mater sanitatis
parsimonia summum vectigal.
civiliter cœnare
Orphica vita
frugi homo
lucerna qui indigent oleum effundunt
frigidor Salamandra
oleo fraudare lucernas
de sportula cœnare
Αγγειοφαμισταί

FRVSTRATA SPES.

Esurienti leoni præsidam calculpere
in debiles debilis incidit
canitiémque sibi longos
Alterum contingit, alterum negatur
Salue æternum æternúmque vale
conclamatum est
frustra esse
Cœlo ac terræ loqui
cadere in cuti

FVCVS.

Manticulari
fucus
geometriam exercere in cilio
totam spirare Arabiam
Calathum Sycaminorum
fucum facere
velut vinum aqua mistum
Phaleratus
personatus
speciosum nomen
prosopion habet non prosopon
linire parietem luto

FVERVNT NON fuot.

hactenus potui habui fui.
scimus nos quales fuimus
vixit
haud solidè

GARRVLITAS.

Musatum aues
tam multa quàm sapiens
Hirore loquacior
lingua præconi
cicuris loquacior
frenum non habet lingua
Chius Coum loqui non sinit
Ἀπὸ ξύλου καὶ λίθου
Anus altmilis
cornice loquacior
Ἐξαμίτης
Abderiologus
dice lites
supra clepsydram dicere
qualia canicules loquitur
nouus iste Paliphatus
Paphlagon
vna clamare
neadas superat
tanquam pelues complosæ
Alcinoi Apologus
Ποτνιοπτέρυξ
mulierè loquacior
verba in consilio valent
sine viuus abeam
mortuaria Glossaria
Λαγωνικὸν
his eadem recensere ridiculum
nihil pensi est illi
citeria
siculæ nugæ, Gertæ, Perlolæ nugæ
Χαμαιπίτυς
cribro crebrius
Larus
cepphus parturit
dicenda tacenda loquutus

GLORIA.

Simulachrum sibi relinquere
gloria ad Herculeas
miserum alienæ incumbere famæ
nec te quæsiueris extra

GRATITVDO.

immortales gratiarum horti
gratia non ducitur pœnitentia
cordi esse
nemo vnquam benefactori bouem immolauit præter Pariam
Κακοτροφία κακότεκνος
E quo senescent minora cicela
merces constituitur amico
Bos cognouit possessorem

HÆREDIPETÆ.

Vulturius aut coruus
absentiores non esse

HONOS INDIGNO habitus.

Induitis me leonis exuuium
omnem lapidem nitidum
tragica simia

HOSPITALITAS, & contra.

Fores habet tritas vt pastorum casa
apertas tantas
igne eodem & aqua vti

IGNAVIA ET INSCITIA.

Qui domi compluitur
ne vidit quidem oleum
ignaui quidquis tentant
Niobes Archetypum
Θαλλόφορος
in Salemos adscribendus
Βατταρισμὸς
extibiatus senex
bucula
Ἀνάσυρτος
fortes in tabula
terræ odium
corbita tardiores
glire somnolentior
fatuis
cedere casui
Ἀμφίβιον
oscitat
tempore hybernali, quando Fucus
pueri more
par impar ludunt
Viro forti fœminæ nocere
veternosus
Lepores mœnibus indormire
Cæcus parietem palpat
coruus ab aquila scientior
velatur
surgentem suscitare auenam
Ἀφυπνιστικὸς
subrostrani
apud matrem manere

IGNORATIO.

Latè viuens
nemo natum nouit
nescio
Sic illum fata trahebant
nescire præstat
in turpissima inscitia versaris
inducto nihil iniquius
cæcutio

ILLECEBRA MALA.

Obolum reperit Parnactes
Πανδοκεύτρια
Πανδοκεύς
cesto pellacius
Iynges
Syrenas præternauigare
ferrum virum attrahit
aliquando qui fusit, iterum ludet
trahit sua quemque voluptas
pulchra placent
stipula flammæ proxima ignem concipit
oscitat
consuere pulvillos sub cubito
pomum Atalantæ sequi
obolum reperit Parnactes

IMPERITIA.

Cuculus
threicia hirundo labiis instrepit
ferreus
indoctior quàm in tragœdia comici.
in asinis nutritus
Πτερυγωτὸς
per nebulam siue caliginem videre siue audire
ne eruditum quidem pulueré attigit
loqui nescit, at tacere non potest
crudus
nescio
monacho indoctior
Ἀπάνθρωπος
Aglaus alter
ignorantia scientiæ inimica
imperito nihil iniquius
non est filius piscatoris qui ignorat
medici ex commentario
qui multos ignorat ignorabit & vnum
ne numerare scit
ne prophanus audiat
viam in forum ignorat
magis latet eos quam muris arenæ
res diuinæ vulgus latent
lapis super lapidem
dupondij iuuenes
Ἀνάξιος
pedibus ingredior
Chelippus

IMPOSSIBILIA.

Athlanticum mare
coryla exorbere
mulgens hircos sanguinem ducit
citius terra ætherem conscendet
ne Mercurius ipse quidem cum Mosi lanarie
cribro vaticinans
Anfidius Adriam retro fugit
fluit ad cribrum
nunquam expugnabis vrbem
quicquid est factum semper factum
factum infectum fieri non potest
mentem transferre
si lauetas te mitto, maculata es
prius cauum à concauo

IMPOSTVRAE.

Phœnicium mendacium
manducones
Lamiæ turres
Sisyphus
frondes fructuum experres
dardaniæ artes

IMPROBI.

Βωμολόχοι βωμολοχεῖσθαι
ferre iugum
Aetoli
Λαστρύγων
Salmoneus alter
muræna
cybiaticæ canes
cilicica insolentia
Cæsus
Cœni agitator
agrestis apis
multa norit quibus Deum fallas
vnum alucare
chalanes turris
chylones
circulator Cybeleius
escurra facilius diues quàm
Bene consulit, sed male facit
hiantia sepulchra
Sarabaitæ
Κακὸν θηρίον
mala bestia
scelera non habent cōsilium
gergesæni
albus & ater
nepos
postremi
Vir sacer
mala mens
titio similis
scelori nunquam defuit ratio
iniuria à consilio
vtrique fures, & qui recipit, & qui furatur
niger est Chussus
Sentina Reipublicæ
Λάκκος ἀνάπλεως
Sentina Reipublicæ
Pestis Italica
A signatis caueto
alia dicunt, alia faciunt

Scor.

Scordalus
belial
Pestis est
retrogradi
spinæ se inuicem complectuntur
cercopum forum
subiacere pedibus Acherontem
Ætoli
Alieno ferox præsidio
Liba Coalemo
omnibus modis nocens
macula. Labes
sinistras literas edoctus
Iapetus.

IMPVDENTIA.

Lingua non redarguta
Frontis perfricta
in trichinio Choa
Cane impudentior
personam non faciem gerit
Tabernariam exercet fronte
Flus obducta, fons.
Cynice viuere
rident canum more
os canis.

IMPVDICITIA.

Æditimus consalis
cotyos contubernalis
in cybeles sacratio factus
doctet incedere
quadrantaria clytemnestra
philemidis commentarij
laxare fibulam
seicennina licentia.
hircicuculus
eruca
cauponatiæ mulieres
quadrantaria
clusinum pecus
Lupæ
milesius sermo
Linge crepidas.
Datatim dare se
Anus hircum olet.
Hedera lasciuior

INANIS METVS.

Leonem larua terres
Obstipat aquam
Canis etiam hecate terretur

INANIS OPERA.

Arare litus
in aqua sementem facis
in saxis seminas
in aqua scribis
in harena ædificas
Ferrum natare doces
cribro aquam haurire
apud simum, odorum vaporem spargis
Senis mutare linguam
reti ventos venaris
tranquillum æthera remigas
Oslam ornas
Surdo canis: surdo fabulam narras
de fumo disceptare
de lana caprina
isthmum perfodere
sterilem fundum ne colas
vtrem mergis vento plenum
cauam Arabiam serere
aranearum telas texere
ex multis paleis paulùm fructus colligi
ouum adglutinas
penelopes telam retexere
oleum & operam perdidi
nihil agere
perit lus
quid opus erat longis canere tibiis
ollas ostentare
cum diis pugnare
cum diis non pugnandum
Asinum sub freno currere doces
apud nouercam queri
cauda tenes anguillam
Austrum perculi
doctum doces
obturbas frustra velut vada
inuitos boues plaustro inducere
inuitis canibus venari
Asinus balneatoris
exurere mare
conchas legere
bulbos quærit
nudo vestimenta detrahere
inter lapides pugnabant
Canis
eundem calceum omni pedi inducere
quasi Sutrium erant
Dolium Danaidum
oeni funem retorquet
dormienti loquor
perdix congregat diuitias
in asini aures canere
humeros licet perdas
inconcussa persequi
ventos palcere
per eandem lineam ferram
glomerare inglomerabilia
non omnia per bouem obtinebis
trices conduplicare tellenas
rete insias
in cinere scribere
fluctibus obloqui
Nodorum vincula texentes
barbam ab vlais pueroruin vellere
Aërem ferire
ne hilum
campas dictis abigi
Oleribus verba facere
arena sine calce
hylam vocare
nihil agere
nullum cum vitris certamen
ludere operam
cum diis ne contende
si solus sapias, nempe quis vsus
aranex telas texere
Asino caput lauare
frustra legit qui non intelligit
nihil opus verbis
dolium pertusum
memorem monere
ventis verba profundere
inuita Venere
sine cera inutilia verba audire
per rupes proiecto semine steriles
lapidem lixare
de pilis lutóve disceptare
per longas ambages vagari
diis inuitis
platano assimilis
similia cupresso
Æthiops venator
aërem verberare
ædificant domos
Asini vellera quæris
fidere vanis noctis glacici
culex Lychno se committens
absque deo pingere
dumum cædam, vt tuæ sint aues
in foribus vrceum
Asino fabulam
aquam è pumice postulas
qui plura ambit, male astringit
suadere surdis

INCERTVS EVENTVS.

in Ceo quis dies
Nec vola nec vestigium
ignotius quàm martis choes
Eripuit Turno
Omne futurum incertum.
Multa cadunt inter duo tempora
propius nil factum
si mihi vera nunciantur
iactus retis
vanæ coniecturæ

INCITARE.

Pennas addere
nondum incuruam ceruicem Iupiter habet
Mercurij virga excitare
Sol, exorere
bonum habe animum
perge quæ iusta sunt curare
bono animo esto
accingere
equites in campum prouocare

INCONSTANTIAE, perfidiæ, versutiæ.

Venti campus
mutabilior Metra Erisichonis
quibus nec ara neque fides
altera manu fert lapidem, altera panem ostentat
expedit habere plura cognomina
Thessalicum Numisma
Themistoclea vaticies
Syri aduersum Phœnices
Pergæa Diana
Vulpis reliquiæ
Cephos
laconizare
vespertinum amant, matutinum oderunt
durei equi speciem præfert
zelotypare
Lunulæ
desultorius
vulpina lingua
pardalis exuuium induere
Archilochia vulpes
Incurui cerucus
telchines
hamaxobio instabilior
Imbrij, & Lemnij
theramenes
pyrrhonia hæsitatio
cuannat ad omnem auram
statua viatores omnes intuens
Leo prius, nunc leporem agit
Cercops
escam hamo circumponere
in casses inducere
gallus bibit neque meit
versatilior cardine
turbine versatiliot
latrunculis ludere
nullus alenor sapientior
Sesqui-Vlysses
insuere in saccum vel culeum
Agitatur vento
struthio
tecoctus
Syri aduersus Phœnices
caracallæ nummi.
in vento & rapida scribere aqua
sinapi callidior
sinapi tueri
anima nunc huc nunc fluctuat illuc
mutuum sumsisti
vlysses
arte Pelasga
Mali

Omnia venalia habet.
In vtrumque paratus.
Astutam rapido seruas
Æ lidæ.
Theramenes
Aulicastri.
Imbutus iam & contractus.
Magis phantasticus quàm
Turba turbida.
Coruos sequeris.
Meropes.
Scorpiones apes.
Iura pudórque & coniugij
Viscatis manibus.
Non est mentiri meum.
Ἀργῶ.
Bilinguis.
Ἀμφίδικος.
Tui es oblitus.
Hinc illinc.
Vitur manu sinistra.
Alius futurus vbi propius
Sursum deorsúmque.
Dædalus videris.
Ligneu equis insidere.
Proteus es.
Etiam si Iupiter vel rex
Vir bonus nunc prauus.
Pro rebus verba.
Strophæ.
Nocte latent fures.
Terra serpentes & ciconias fert.
Ἀκαλήφη.
Iudas non dormit.
Frustra iacitur rete
Expandere rete.
Desultoria leuitas.
Iudicium circulatorium.
Exenterare.
Κλῆσις.
Subere leuior.
Ad vtrumuis paratus.
Manuari.
Mxandri.
Versimiliter mentiens.
Cauendum ab eo qui semel
Mens læua.
Φιλαυτία.
Subexinus, subere leuior.
Præsentibus offenditur.
Liquida tempestate liquidior.

INCVLPATVS.

Alauda non est sine crista.
Purior salillo.
In patulis nulla culpa.
Matritenses mores.
Animo probi, re improbi.
Inuoluntarium venia dignum.
Puræ manus.

IN DELICIIS.

Catella Melitæa.
Pectine suauior.
Κατεφθαρμένη ἁπαλότης.

IN DEPREHENSOS.

Culleo dignus, aut non vno culleo dignus.
Hydrus in dolio.
Exutum, salua res est.
In saltu vno duos apros capere.

INDILIGENTIA.

Lacinia tenere.
Surculum defringere.
Leui brachio.
Summis auribus insidet.
E diuerticulo.
Figura & tribolus.
De paxillo suspendere.
Supra fumum clauus.
Dicis gratia.
Βατίζειν dicere.
Paxillos sine clauo suspendere.
Per indicem.
In transitu.
Ἐπὶ μισθῷ ἐπὶ βίῳ.
Securi. Supini.
Leuti.
Molli articulo.
In cortina esse.
Vagari desine.
Dicis causa.
De piano aliquid cognoscere.
Translatitie agere.

INDVSTRIA.

Qui per se sufficit.
multis brachiis æqualis.
telephi cirri patiunt.
Palamedeum inuentum.
Illic vellus non carpitur.
Necessitas rationum inuentrix.
Expiatis bona obtingunt.
Astropæus.
Domi militiæque.
Plerumque manus ipsa te
Αὐτοσχεδίη.
Quod natura negat, labor, præbet.
Capitalis.
Atoth ambidexter.
in centro & circumferentia
Artificium opera, vita.
bæotissare.
somniorum hybernum.

INEPTA.

Neronianus Thermas refrigerat.
nudato Petro Paulum tegere.
non esset rectum minori parere
ne manus quidem ad cantum
Forum baiuli vocant.
Τοῦ ἐμπύου ἰατρός.
Deuorata verba.
A bellariis epulum commendare.

INFACVNDIAE.

Veneris expers.
Non è palæstra.
Παλαιὸν γραῦς ὄρχημα.
fusilla harmonia.
Turtur cantat.
Manliana.
Alabandicum opus.
Frigus inducit.
Carum deductum.
barbarus.
Non ab Hymetto.
Humi serpere.
Harena sine calce.

INFORTVNII SIVE exitij.

Hodie nihil succedit.
Tempestas rerum.
Miserior monachis.
Excubias agere in Naupacto.
niger.
Magis quàm Sol Heraclii.
malorum omnium pedem habet.
grauiora quàm ab Archidamo Athenienses.
Priamisare.
ad genua venire.
aduerso actu.
mariandynus tibicen.
Mysorum more inclama.
Lacrymæ Simonidis.
Saturnius oculus.
in Catonium agi.
olim Pelasgi, Danaidæ postea.
Agamemnonium epulum.
Cedrus cecidit.
Onerat aliquam Zamiam.
sale conspersi.
exunguare.
multorum Reip. pestis.
Assen eas vt cuius ad exitij terminos peruenias.
miseriorem quàm Panus puerum.
lacuna.
ad inferos proficisci.
mures migrauerunt.
neque remi, neque venti.
eodem iugo vrgeri.
Deorum dona læpe non dona.
mitheij pœnas sustinere.
Manuarium æs.
Caluis & comatis pilos velli molestum.
Πρόσωπον λύειν.
De statu mentis deturbare.
Ἀνεμώδης.
Præter plorare nihil.
postes atque dies patet atri ianua ditis.
extinguitur magis quàm Heraclitii sol.
mortuus rursus id eris quod prius.
barbara eminus salutanda.
ciuitatem siue domum venti perspirant.
Ἡμέρα ἐστὶν ἀπὸ θεῶν.
ad Manticam res redit.
quarta luna natus.
tactus tetro est.
ruit cœlo nox.
miserebitur hostis.
Charontis cymba.
pinus in morem.
manu tuum putas naufragium
lapsus viribus.
aduerso flumine.
excedunt dij.
in dies res in peius ruunt.
Charontis cymbalum.
calamitas nulla sola.
ex vlmis.
ne paxillus quidem relictus.
perperi.
ire ad scopulum.
ζάνατος ἐξάνατος.
Διόνυσος ἀδιάφορος.
rebus relictis.
vigilans dormio.
in ipsa nece.
deportatum est.
mortiemus.
ne respexeris.
percutere temur.
in diem aram currere.
funditus subuertere.
tectum tremere.
coma crispatur.
ἀ factum malè.
factum bene.
mulier viue.
tota cum stirpe domus.
casu concussus acerbo.
ruunt de montibus amnes.
intalix cui omnia licent.
tabus in sacco.
Alliensis pugnæ dies funestior.
Corinthus superciliosa.
paxillus infractus est.
non rudit onager.
computruerunt iumenta.
luctuosum saxum.
frigida aqua feruentem.
vetet cubitariam vitam agere.
qui comederit de ouis eorum.
nihil est ab omni parte beatum.
cilicium extrinsecum.
fortuna prorsus aduersa.
magis quam sol Heraclii.
quasi dies dicta sit.
causa cadere, formula cadere.
aliena in miseria.
velut prati vltimus flos periit.
manus dissolui.

INGENII MALITIA & institutio.

Embarus es.
Pardus maculas non deponit.
Αἰτιολογία.
humor.
emolliti eneruésque natiui vitio manent.
naturam mutare difficile.
vbi intenderis ingenium, valet.
fic sum.
consuetudo altera natura.
Ἀ teneris consuescere multum est.
tota cum stirpe domus procumbit.
mentis vitio læsa figura.
aceto acrius, melle dulcius.
Ὀστυγεπιφθονία aut ἐπιγυμνοσύνη.
vulpes pilum mutat non mores.
omnibus malis Punicis inest granum putre.
velut prati vltimus flos periit.
manus dissolui.

INGRATITVDO.

præter Pyrrham.

in ſenem ne quod collocaris beneficium
Ingratitudo vulgi
Gibbernatori ſomnolento ne beneficito
Canas nutrire
Pertuſum vas
vapula papyria
ingrato credita pereunt
Nihil feciſſe benigne ingratum
Serra gratiatur contra trahentem
Equus ſuo defraudatus pabulo
Rota plauſtri male vncta ſtridet
Mus & pera.

INGRATA OB VETUSTATEM.

Cum Euandri matre loqui
Rinceſcit
Aquas pluuias colligere.

INITIVM LAVDATUM.

Autumnales arbores
principij boni finis bonus.
à tarteſſo ad Tartarum
à vellà incipiens
ab ipſa veſti
argentum verſum eſt in ſcoriam.

INIVSTITIA.

ἐκπυρωζειν
brutei manus iniicere
bruta fulmina
digito attingere
Quo iure quave iniuria
apes peſſimæ fauto proueniunt
Pecte
ab Herode ad Pilatum

INSALVBRITAS.

umbris macilentior
auteſ generis
Quid inde ſe viuit, viuit miſerrimè
anthirrius helleboro
Æthiopa regnitudo
ἀφωνίζειν

INSIDIÆ.

Arundinea cruta & tabis
equus Troianus
leo in luſtris
magis nocent inſidiæ quæ latent
more leonis fauus mellis

INSTANS.

Præſentia atque viua

IN STVPIDOS.

Defera comeduſti
Ambroſia alendus
Lecytho pinguior
vaſis inſtar
nauiget Anticyras
veruecea ſtatua
Ὑπόζυξ
Tuditanus
Lanarius
non plus ſenſus habet quàm ſurdi lapides
fœcunda de gente Menenij
Nequam, magnus, homo
inſepelibilis ſtultitia
ſeptimani tragœdi
vaginæ quàm gladij plures
in mari balneandus
ad clitellas natus
elephanti corio circumtectus
occiſa ſus ſæpe plus multo ſapit

INTEMPERANTIA & libido.

Ὑπερυβίζειν
voluptas fœda
Laciadæ
Phyſcone impurior
perdicis inſtar
Theſſalica bucca
mens abeſt in popina
bacchi ſacerdos
Gauia in ſtagnis
Charadrij vitam viuit
Cerylus euadam
aſello piſci ſimilis
venter ſolatium
Siphnia citrha
ſuis typus
caricum ſchema
me nſura aquam bibens
Ætna grauius
nil boni cogitat vir
Phæacum more viuere
vinum lac veneris
vita Charadrij
in communi piſce non inſunt ſpinæ
ad oculos magis quam ad veſicam pertinet
ebrius inebriatus
voluptas malorum eſca
Phagones
Φαγιζειν. Phœniſſare
ipſa olera olla legit
oſcè loqui
mente agitare coquos
Toſcani
Eurycles
mures molas lingunt
Lichnobius
Piſſe libere facere
Proſtat & in quæſtu
Pueris alienis adhæret
labia proluere
aqualiculus
intempeſtiui conuiuij comes
non immolata ſacra deuorat
equina libido
dolor voluptatis comes
Hercules Socraticus
brachium exetere
vino ſomn que ſepulti
in luſtris viuere
prætextata verba
Satyrion bibit
prandium ferarum
voluptate liquefecit
cum muliere fuit
Ὁ πάσης ὄρνις
Thaſiúſue erat is an Chius?
à voluptatibus ſuperari
cubito tangens
noctis tenebris committere
pullus eius
Sybaritici libelli
Ioco eſſe
Cathedralicij miniſtri
ignis in medullis ardet
ludite
zonam ſoluere
Cinædus
Bene naſati
propolæ
Fecit amor ſmaciem
boni s amor
admiſſarius
inſanit
paſſere ſalacior
impenſius vror
quod voluit fecit
delicijs dicere facere
inſaturabile abdomen
Proci Penelopes
lycia coma
perdidit libido & vafricies
Ὀλιγὸς μανεὶς
non capit ſomnum niſi hoc
mulierum accipitres
mergorum inſtar.

INTEMPESTIVA.

Ab vnguibus incipere
volſellis pugnare non gladio
tanquam ſuper ſpinas incidere
Oreſtis ſomnium narrare
panis ſine ſale
nihil hoc ad ius
Ὀψιμαθὴς, ſerus ſtudiorum
claudicat
dignus qui ranis miniſtres
figulinam de dolio diſcere
Ποσίνικον
Mapalia mera
capitis cautio ſtultorum eſt
puerile eſt
importuna benevolentia
Exotica
Clodius accuſet mœchos
Vnguenta vaſi ſordido
ſit riſus extra cachinnum
fungus vna nocte naſcitur
repente oritur non expectatum
accepto damno tanquam claudere
cupreſſum ſimulare
more maiorum
quid mihi cum longis tibiis
laudare nimis mane
in lenticula vnguentum
fruſtra chordarum crebis
deploratis vulneribus manus
nondum capillos animo
abſque ordine ſparſim ferri
grande ſeni onus imponere
nihil ad rem ad propoſitum
quum nullus ſit morbus
non iam illud quæro
aliud agendo male interdum
arare boue & aſino
extra circinum & regulam
Saturninus
rem non nouam aggredi
poſt cauſam vulneratam remedium quærere
Coryphæus chorum loquens
intempeſtiua Minerua
rapge hoſpitem in tempeſtate
non ſemper Saturnalia
poſt cineres gloria ſera

INVIDIA ET AEMVLATIO.

Zoili
laudaret faciem liuor
ſol non inuidet veſperæ
matrem bellum alit
non fratri tuo bene eſt
terram continentem
liuor ſummis perit
vitus fauna negatur
canino more
cognatio mouet inuidiam
inuidus victimi oculus
fumus pulchriorem.

IRA.

Herculis ira
iſthmium ſinapi rubet
ſanguinis plenus
bilis in naribus
vox non hominem ſonat
iciuna iracundia
ira ægre ſenneſcit
intemperiis agitatur
adhæreſcens ira
ſtultus ſtatim prodit iram
natum fatis aſcendere
vir non videtur qui iraſci
mordere frenum
iræ lenectus mors
ignem ſpirat
ſenis ira
ira non perfectè rationem audit
ira impedit animum
iracundia ieiuna
Λακτο βολεῖν

IVDICANDI REdè ſecus.

Cæci præſcriptio
Τοῦφα τῶν ἀφρόνων κάματοι
veluti Mineruæ calculus
Lycurgeus
veteris monetæ
de ſummo pectore
in montes offendere
pulchra apud pueros ſimia
Roſcius
oculis clauſis agere
ex vtroque latere
album colorem ab atro
quæ ignoramus aſpernuntur
Ἐλλεκτικοί
lapides in filum
Δίαιμ ζυγοῦ
lychnus in prytaneo
magis ſpectandum quid liceat,
ad aurem referre
abſque præiudicio

ex cortice de nucleo
ex gustu iudicium
iudicium præceps
cassiana iudicia
actio pro amico
qua de re agitur
arbitratu meo,tuo suo
prætor tabellis comprobatur
inter pocula
peritus in sua arte credendum
capite retrogradi
de plano
sub formula
nemo innocens si accusasse
cuius monetæ sit
audi vtramque partem
ægroranti omnia amara
iudex lentus & consideratus
leuato velo,de causa

IVSTITIA.

Orphica vita
virtus simplex
omnia iudicia absolutoria
publica priuatis potiora
rex Iupiter omnibus idem
ad denarium soluere
salua conscientia
cedo quemuis arbitrum
suum seruare
alijs ne feceris quod tibi
non remittitur peccatum
ad regulam & libellam
digna ferat
homines frugi rectè omnia
sillam apponito

LACESSENTIS.

Ad pila vbi ventum
refricare cicatricem
ignem ne gladio fodito
è vipera morsum culpas
Τραγικὸν
Τραγικῶτερον

LAETITIA, TRISTITIA.

Irrisibilis lapis
sinapi victitare
animus habitat in auribus
Hatmodij cantilena
in antro Trophonij vaticinatus est
Admæti nænia.
argiuos vides
arctum annulum ne gestato
cor ne edito
mutare vestem
ne si ad Iouis quidem aulam
sustollere manus
canere de Telamone
Iyersam cantionem canis
tragicum tueri
tauricum tueri
atrei oculi
titanicus aspectus
cepas edere aut olfacere
superatus es à gallo
tristis Scytale
Areopagita
ne sis patruus mihi
sapere patruos
frontem exporrigere
frontem contrahere
magis gaudet eo qui
contrahere supercilium
inflare buccas
sanguine flere
lapides flere
Erinnys ex tragœdia
Sarone magis nauticus
Helenæ crater
nullus equus tam effœtus
carmen lytiersæ
cor salit
pallentes procul abite
lætitiæ
risi
declarant gaudia vultu
vultuosos
curis gaudia misce
in capitolium ascendere
Καλὸς ἐπὶ πᾶσι
φαντασιοκοπεῖν
festiuus sermo

LANGVOR, VEHEmentia.

Oestro peritus
Pyrrichen oculis præ se ferens
manum habere sub pallio
non contus aut ramulis

LAVTITIÆ.

Thessalus missus
mensæ Siculæ, Asianæ, Persicæ & Italicæ
cœna adiicialis
dapalis cœna
propinare deridendum
quis me vno viuit felicior?
gallam bibere oportet

LIBERALITAS.

De alieno liberalis
Theagenis munificentia
canibus ossa prodo
de iure suo decedere
mancipio dare
recte data eripi non licet
terra lacte & melle fluit
in mari magni pisces capiuntur
Ἐλαφρὰ χεὶρ τοῦ διδόναι.

LIBERTAS, VEritas.

Quod in animo sobrij, id est in lingua ebrij
vinum æquus poetæ
veriora Bacidis dictis
libera in Cynadra aqua
in cauea non canit luscinia
Xenocratis testimonium
etiam saxa loquentur
in cauea minùs bene canit
vinculis Hippocratis
sua fronte
romana libertas,latina libertas
libertas,res inæstimabilis
alieno more,nutu
Κωμῳδεῖ δεσπότου
primum quodque veriſſimum
ebrietas & amor secretu
Οἰνάριον χαρίεν τὸ ἀληθὲς
noxa & nexu solutus
Αὐτόνομος
facere,viuere,& ire in pace
veritatis simplex oratio
veritas in profundo
historica fide
licet Plato amicus
tam verum, quàm quod iuris Italici esse
dicenda,tacenda
constat certum
latinè loqui
sic se res habet
quæ cernimus,scire
vera opinari pulchrum
Socratico more
soluti legibus
noli temerè de Hippolyto
tempus omnium explorator
auscultandum bene loquenti
fama prodit omnia
oculis & manibus
amicitiæ personam
Lampon iurat per anserem
mendacem memorem
Philoxeni non
laxa ceruice

LONGAEVITAS.

Viuum sepulchrum
fatale ætæ tempus exactum
Mathusalæ viuacitas

LVCRVM EX scelere.

Aquæ furtiuæ dulciores
omnes lucri cupidi
nondum capillos animo
in sinum vertere
quis istic fluuius,quem
solem mercede præstare

LVXVS ET MOLlities.

Gallonius
Codali chœnix
naviget in Massiliam
thessalicus salius
thymo nemo vescitur
tanquam fungus suffocat
Gaditanum
cucumere vescens
Tritones piscinarum
Volsellis pugnant
malorum abyssus
Abdominis minister
idem furnus,idem
Εἷς ἰσοβόλος πανταχοῦ
agnina lana mollior
Satyrorum rex
binis tonderi forcipibus
Melanthio delicatior
ceræ instar
nemo comatus
Smyrnæi mores
fracti
apud Sirenas aut Lotophagos
Helepolis
collaria cadauera
lumbos fractus vt Mysius
vuida vita
Asiatici mores
Sybaris
canopismus
Alexandrinæ deliciæ
medica mensa
Hercules in Lydia
Chiorum more vellere
sepiasia dignus
Iunonis puer
anima sui pro sale data
animus apud cauponam
nil nisi potantes
quatuor habeas capita
qualem demens illi
Alexandrinæ deliciæ
ad Sirenum scopulos
è cubitis cœnare
da mihi hodiernum,
dissoluti, discincti
Κεχύσεις
Sardanapalus
Straton Pathicus
Θιασῶται τοῦ ἀνοσθ
fœmina
copa
Παμπαῖος
Μακεδονικὸν μάχαιρα
Μυσοβαρχαι
crispiores apio
Milesia stragula
fabula Milesia
mores Massilienses
viuamus
obsonare pollucibiliter
gula plures quàm gladius perimit
Asoti
persicè epulari
epicureus
abyssus est
Penelopæ proci
cedere stomacho
volutare sues
Apolausti
Κακυρεῖς
Παχύτητες
Etruscorum communia
vnguentatus
Sybariticus missus
molli requiescere somno
fluuiatiles anes

MAGNIFICA promissa.

Montes frumenti
Theagenis Hecatcum

Hesperi-

Hesperidum mala
ego faciam omnia more Nicostrati
Spon. de noxa præsto est
pygmæum imponere Colosso
maria & montes polliceri
Verba expressi. similia

MAGNI MOmenti.

Incantatione quauis efficacius
quæstio non est triobolaris
auro carius
Decumanum
sicco iunco
Iarinum verbum

MALEDICENTIA & obtrectatio.

Mortui non mordent
mortuis non conuiciandum
non impetam lingua
cum Iarvis luctari
iugulare mortuos
tuis te pingam coloribus
Sphæram inter se reddere
in hoc aculeo fugere
vulgus suspicax
Zoili
vitilitigator
Archilochum terit
Archilochi patria
genuino mordere
Remi Theonio rodi
carpet ciuis aliquis
etiam in deorum coetu
dentata charta
hipponacteum præconium
archilochia edicta
plaustra conuitiis onusta
haues onustæ conuiciis
morsus aspidis
hystricis seta
Oνοσχοινος
quam Clinia ex Diometrio
canina victitans
cuminum serere
lachrymas sopitas fovere
bupæsia pugna
anus rabiosa
intus Hecuba, foris Helena
Αρ. μαχη
bellum cum Protogene
non plaga, sed contumelia
Sycophantice obseruare
apologum facere
posticæ occurrite sannæ
Manichæi nugabo laborat
Ξανθιππικὸν
stultorum thesaurus
Ocyma cantare
maledicus à maledico

MALI RETAliatio.

Pro pede xenium
fures ipsi accusant
Ο φαῦλος ἑαυτῷ πάντα
dixerit insanum, quis me totidem audiet

MALVM CONDUplicatum aut renouatum.

Fallacia alia aliam trudit
præstat vni malo obnoxium
loricæ seu coronæ instar
errorum odyssea
malorum abyssus
Decumani malorum fluctus
ex Ilio me ducis
magis spectandum quid liceat, solidæ petræ innitendum
addere gangræna
sorcus malorum
argentum amanti dare
Damnum tunc factum
odyssea errorum
abyssus abyssum invocat
magnus liber, magnum malum
hæc vis est
solem, ventum aduersum

fornax ferrea

MALVM VERTENS bene.

Nunc bene naufragii, cum naufragium feci
laqueus auxiliari videtur
de parua scintilla magnum sæpe excitatur incendium
bellum haudquaquam lachrymosum
malum bono pensatum
è tragico comicum drama
amisit vrbem, & pagionem recepit
etiam è vitæ rubis nascitur
in Paro frigida quidem est aqua, sed pulchræ mulieres
Interarum radices amaræ, fructus dulces
aurum ex stercore colligendum
optima nomina non appellando fieri mala
nec sic quidem malè
redimus homo
Ædificare politis decem lateribus
monachum facit desperatio
torris de igne erutus
laniena hippocratica

MALVM ASSVEtum.

Dolorem longa consumit dies
leuiora quibus affluimus
nux, asinus, mulier
nullum mendacium sine teste

MALVM ACCERsitum aut retortum.

Turdus ipse sibi malum cacat
ipse sibi malæ fontem reperit
suo ipsius iudicio pernitiorem
captantes capti sumus
in venatu perit
viro lydo negotium non erat
omnes attrahens vt magnes lapis
in tuum ipsius malum
accersitum malum
malum consilium
mouere cum amarinam
ipsa olera olla legit
ipse sibi perniciem accersiuit
Βοτάνην τὴν ἑαυτοῦ
archilochum calcas
nescit aranea soboles vt erudiat
facem accendere
proterua ignominiam præcedit
capræ in montem
lepus nidum suum prodit
igne aliud feruentius
formicarum nidos inspirauit
Agazonem vincit
sibi ipse exitij author
Carpathius testem
serpentem fouet
ictus ictum est
canibus ossa prædo
securim inicere
Echinus parturiens
simiæ sanguinem profudisse
cæcias nubes trahit
sua cuique nocet stultitia
optima nomina
ova aspidis rumpere
excitat ignem
indicio facti sui
instar vesparum
poculo imparato
ipsa olera olla legit
ova aspidum superant
apros immittere foribus
hostis domesticus
asciam cruribus suis illidere

MALVM MALE vertum.

Semper aliquem virum magnum
dum alterum curant
dum pastores odia exercent,

fugientes fumum in ignem
ex lithiasi podagra

MALVM IMMEDIcabile.

Mala senium accelerant
neque Phasis malâ claue
insanus appensis pellibus
malum sectionis egens
Romæ quoque mortuorum
tonitru imbrem accecidit
Chironis vlcera
onus Atho aut Athina grauius
ἀπὸ γραμμῆς
præterita non mutantur
vlcus est
in foueam decidit
cæcum vulnus habes
ne paxillus quidem relictus
hoc habet
auferre cum pulliculo
cæco fluctu
captus es
immedicabile vulnus
ab inferis nullus redijt
quod præterijt leuius est
Poenam nemo sibi intentum
nunquid fœderabitur ferrum ferro ab Aquilone, & inf.

MALVS VICINVS.

An sit bonus vel malus vicinus,
cui bonus est vicinus

MANSVETVDO.

Pecorarius
molle ac facetum
homo sacra et hominis
ne sacrificato quo farina
ne libaris dius ex verbis

MEMORIA.

Iucundi acti labores
supra Simonidem memor
Adamante notare
vt ædituus apposita
Ἐμμανῆ ἐν ὄψεσι
versatur mihi in labris
vulneratus semper plagam
non nulli magis est domes
manet alta mente repostum
dixti nouit nil
rem tenes
ceu canes lacenæ insequi
virtus æterna
post homines natos
post hominum memoriam
mortui linguæ non temperant

METVS EX CONscientia.

Animo conscio nihil miserius
vt lucorum delubra
Polydamus primus obiicies
conscientia crimen prodit
authoritatem defugere
conscientia mentem exagitat
verecundus metui comes
silentium latentis est
non est pax impiis
necesse est multos timeat

MINANTIS.

Est domi
ferrum & flamma
igni ferróque minari
habenas inicere
cari capite nudius
vti nutrices lamiam
minis occidit
feras agitare putasti
vas vacuum detergere.
vide quid agas
quassare, seu mouere caput
id non impunè feres
inuenies alium Galathæum
Pyri finem facies

MIRA NOVA.

Præstat vni malo
tenui vena
monstrum est
omnia monstra facis
murium hoc nora
paseris semiobolus
Ἀπ' ἀφροδίτης

MIXTA.

Χαμαιδρυοφοινίκια
Γλαῦκ' ἐπιπτάμεν
vbi ver, ibi tuber
Chium & Amminetum
spinosum aliquid in prato
noua Hymettus, falerna vetera

MODESTIA MODIque.

Demittere sese
messe tenus propria vius
intra tuam pelliculam
est modus matulæ
postes transcendere
alba aliena
effula contentus
cubitis metiri
mei summa digitis
Eleusina seruat
sumptus censum ne superet
neque defundat, neque marginem excedit
intra proprios limites
Xenocratem modestia
medium sequere
schema & gradus
ne meas vites lædas
omnis virtus mediocritas
omnonimium
mediam viam eligere
in sinum despuere
nauigare per mare
Attes
respue quod non es
disce modum seruare
ex moderatis corpus
nihil nimis
moderata laudamus.
suo se modulo metiri
quis esse modus
vmbram suam metiri
porta itineri longissima est
psallium miscere
duobus digitis primoribus

MOLESTI, INTOlerabiles.

Lapides loquens
ieiunium olet
bilem vomere
Βορβόρου ζῶον
ieiunium olere
anseres ex Phalerno
ducere serram
Μυίας ἀνημέν
ieiuna anima
obsurduerunt aures
longo ex itinere

MORVM CONtagio.

Ne gustaris quibus nigra
offeruante vno
corrumpunt mores
si iuxta claudum habites
à bonis bona discs
barbarus euasit
talis quisque est
mobile mutatur
errare humanum est
Ἄνθρωπος κακόν, οὐκ ἐγχρὴ δὲ
dum caput dolet
regum casus norunt omnes
nouus rex, nona lex
qui cum sapientibus
vna ab vna liuorem
auersor morum vitia
suus cuique mos

MVLIER.

Vide FOEMINA, & priorem Indicem.

MVLTI.

Arenam superat
quot in loca folia
Καταψηφίδες
innumerus numerus
instar apum
arenæ maris numerum
Panegyrica
Sagena ex omni piscium

MVNERVM CORruptela.

Lepus leonem trahit aureo
labefactare munere
Ganelo
cauponari bellum
suffragia emendicata

MVNVS NONmunus.

Labra, non palatum rigat
amaro dulce mistum.
successorem viuenti dare
largis effice muneribus
cibus alienis denubos

MVNVS APTVMaut ineptum.

Non est cuiusuis recte
Æsopicum onus
si patriæ plurus faciendum
Κατὰ τόδε
in te omnis domus
id maxime decet

MVTANDÆ SENtentiæ.

Pugna consilia scindit
inhibere remos
ab incœptis desistere
in aliam terram transferri
qui multum obsunt
ab hymetto, ab aræ Syra
recoquere
quid sole relicto venis
stylum vertere
vestigium iterato percurrere
ad aliud proœmium transeo
spongia medebitur
cepæ amiculæ pera
cras cerdo hodie mihi
etiam vetus tributum transferri potest
rerum reliquis habenas
decedere de suo more

NECESSITAS.

Aduersum necessitatem ne dij quidem resistunt
Necessitas linealis
necessariam fortunam ferit
necessitatem edere
astra inclinant sed non
fata viam inuenient
volens eò quo ducit necessitas sequere
necessitati nec Deus ipse repugnat
argenteo vomere aratur
nemo cogendus officij causa
fato non repugnandum

NOBILITAS OBscuritas.

In astragalis nobilitas
ad manus terræ
cecrope generosior
deorum liberi
cera & ære nobilis
anne suum laudet patrem

NOTVS.

In Plauti comœdia mœchus
nec me animi fallit
oculorum subdere visa
puer quinis intelligit
bene te cognosco
fama loquetur anus
à vespere solis ad ortum
sol omnia aperit
quantum ex Bacchanalibus

NOVITAS.

Cælaturam olet
nihil dictum quod non dictum prius
nullo exemplo facis
Ἡ νεὸς νεοῖς

NVGALIA.

nugarum institores
Lyræ, Lyræ
loco, non serio
nugari de sublimibus
in nugas meritus
poema longum
ne sit nobis curæ nomen
post ludos ad seria
Ὀπτὸν τρώγειν αὖτε ἐρεσχελεῖν
de Gallo in asinum
Ἀστέρες μὴ δύσε
res palæstræ & oleæ
è schola cantilenæ
sapsoda

NVNQVAM.

Accessit luna
peliam recoquere
cum Aesone iuuenescere
prius vnda cum flamma
myricæ citius poma ferent
quum plumbum natabit
Ἀηδὼν πρὶν
ne in somno
contra vim mortis

NVPERA.

Nouus homo
noua ac pulchra

NVNTIVS LAETVS.

Haud annuncias bellum
quid tibi Apollo canimus
prouoluitur ad milites
immolare Euangelia

OBLIVIO.

Auris ferre dedit
in ima cera
illud deuorasti imprudens
meminisse iuuat
è gremio deflucre
Carcini poemata
Sol Apollo & Apollo Sol
problema Archimedeum
noctem inducere
Heraclitu dicta
Dosiadæ Ara
Lycophronis Alexandra
obscurus fio
Pythagorico more
demisso capite
latitat omnino
Aegyptius exercitus
Lucerna sub modio
lex Africani

OBSECVNDANTIS.

Fasces submittere
qui honorat, seipsum honorat
Τίμα ἑαυτόν
quocunque Deus
nunquid vis?
audio, haud auscultor
cede Deo
pax retinenda
circumpedes
Principi obtemperandum
Πείθεσθαι

OCCASIO.

Εὐκαιρία
Χρόνε φίλτε
non semper Saturnalia erunt
pro re nata
est tempus
scimus quæ tibi licent
sol admonet
nundinis dissolutis non est negotiationis commercium
ferrum, cum ignitum candet, tundendum

Hyberno

Hybetno pulueré, verno lutó
præsentibus rebus consulendum

OCCVLTA.

sub pallio condere
sub tunica & sinu
sine arbitris
sub ala
secretum petit
ne vicini sentiant
monstrum
thesaurus in agro absconditus

OCCVPATIO.
otium.

Nullum otium sentis
conchas legere
liber non est, qui non aliquando nihil agit
imputa fames immigrat.
Phidias pacem amat
syluestris locusta
è scala
tanquam ouis meridiana
mutgiso
sedet
otia dant vitia.
otiari strenuè & actuosè
tibicinem expectans
fluctus numerare
Πλαίειν ἐχ ἀγωγῆς
cursum sistere paululum ad respirandum
otium fortunas secundas perdit
scalpendis auribus otium non est
diem humeris protundere
digitum qua proferat
ne in tonstrinis quidem
pausam facere

ODIVM.

Epirotico cane vehementius
Bupali odium
Attica hostilitas
balneum ingressus, deponendium
Βουκόλου σύγε
oculi dolent
Vitis & Brassica
oculis limis & taurinè cueri
læsi inuisi & odiosi
ouinis pellibus tunctæ lupinæ
Dijs hominibusque inuisus
qui parcit virgæ, odit filium
Eurycles
amicus vt oleum plantis
inuisus vt Orci portæ
nec deus nec homo

OMINANDI.

Bona spes ostensa
sternutauerunt amores
bona salute
felix & faustum sit lumen
erat melius
bene veniat, siue veretur
aut omnia me fallunt
tam infausti ominis, quam noctua
non ratò paruo magnarum rerum sunt indicia
[redacted]
Deus auertat
auris tinnit
aui sinistra
quod faustum felixque sit
cum bona alite: Auspicio bono
non est Deus negotijs nostris
tinniunt aures
tinnire aures
Κατάπτυσον
qui re conspexerit, augurium capere poterit
faustus exitus
vanæ coniecturæ
videris deus

OMNIA.

Etiam mater & sorores
à talo vsque ad calcem
quod in solum venis
amaro dulce permixtum
in orbem circumiens

ORIGINIS.

Fons & radix
elementum
proœmium & exordium rei
ætatis scala
ex eodem lare
Taurus Draconem genuit, taurum draco
Romulus
ad semen nata respondent
pusillo licet in monte non est magnus
Ætas alia ætalia vritur
luto eodem factus
fata deorum
ortus varius, alterius interitus
ex solido enatet
τὸ σπαρτὸν γένος
Troia non producit Thracem
philosophare cœlum intuens
ambigui generis homo

PARASITI.

Muris in [redacted]
Sardaginum pestis
Hectorem imitaris
in ollis venari
musca est
ad solarium versari
suaue me suffocet
Chamæleontem imitari
fucus
detergere mensam
qui mori nolit antè
edere & bibere vule

PAVPERTAS.

Quum sis nanus, cede
ne tempestas quidem nocere possit
sterilior Agrippo
trium dierum commeatum
qui eget, in turba versetur
quærendæ facultates
mendico ne parentes
omnem facultatem indutus
Cleomenis superat cubilia
Socratis gallus, vel gallus
vt è bulga matris
Nausicidis solitudo
turturis instar
mugilis vitam degere
ouo nudior
tranquillitate caluior
aranei abundat
manus in Ætolis habet
arearum plenus aluus
centum viri vnum
cœna sine sanguine
ne gleba agri illi
caluior tranquillitate
ouo depili nudior
diurnum petere
ipso carpere è rogo
ossa atque cutis
ne aceti quidem satis
calamitas virtutis occasio
nemo amicus, nemo
pauperi pax
proletarij
inter inquilinos censeri
egestas artes docet
cognatus pauperi nullus
commune sepulchrum
illi nec seruus est, nec
pauperes à dispendio
nunquam hecate fies
è cucumere bibere
Caretis poetica
Salacones
lingere salem
tenuem nectis

PENSATIO BENEficij vel officij.

Gratia gratiam parit
fures furibus
pro pytho Tænarum
vt quisque est mestus
mutuum muli scabunt
merces constituatur

PERFICIENDI SIVE absoluendi.

Domum redeamus
coronidem imponere
quantum pedes nostri possunt
Polycleti norma
Tenedius vir
extremam imponere manum
pensum absoluere
iucunda & vtilia
septimæ, decoctionis
summa summarum
Quod superest
[redacted]
πλάκας ἢ φλαττεῖα
à limbo tunicam
ante mysteria discedere
fabula prorsus euanuit

PERFIDIAE.

Vtrunque
qui nocere potest
altera caduceum, hastam
ventis & scripturæ
Thersytem imitatur
anguilla in strigmento
φαλαγγιστηρίῳ
βαρυαίζει
Deos absentes
Titani
rimosus
fronti nulla fides
altera manu trahere
in summo labro
punica fides
lingua prædatur
pacem orare manu
halopanta
Neoclide furacior
diuersarum partium

PERPLEXVS.

De possessione deiicere
tanquam in nocturno prælio
geminas chordas fecit
Ἀμφιδέξιος γὰρ φοιτητὴς
determinare fossam
Cyceon
fustibus caminare
contrahit & dimittit
mutum reddidisti

PERICVLI.

Testudo extra tegumenta

PERSPICACITAS.

Βροτῶν
Deo nihil clausum

PERSPICVITAS.

Candidus sermo
nubem summouere
ἡ πολὺ δέλτα
lynceus
superis & inferis notum
vt liquidus pareat
sciunt hæc coqui
in promptu habere
latissimus campus
verbi causa

PERTINACIA.

Gradum figere
retinere cor in excorali fune
ne suadela quidem persuaserit

PHILAVTIA.

Festucam ex alterius oculo
fortuna reddit insolentes
nemini fidas, nisi
censor bonus, clemens
seruus laudat seruarius
qui celocem regere nequit
Telephus è perula
Delphinum patina
non respondes opinioni
omnes sublimes

Suffenus
sua cuique chata
Plaphonis aues
qui per se sufficit
Mulopatagos

POTENTES.

Anum in mensem
valet ima summis
Χαιτιτης
dij poetici
dij Stoici
vbi Papa, ibi
sic reges iacuunt
Coryphæi
Libanus in Carmelum
Cardamo similis
quicquid dominatur
domi lux quilibet sex
Χαιρε θεε χαιρε
deo nemo potest nocere
ciuitas non ciuitas
magnus
Iones iuuenes
potentum amicitiæ

PRAELONGI.

Colossi magnitudine
pusillus quantus Molon

PRAETER SPEM
bonum aut malum.

Faciunt & sphacelli
pro virgine lotua
Alaudæ in nido latet
ad fores venire
Phœnicis instar reuiuiscere
à scapha in triumphalem
agrestis in nido Corydi
etiam inter vepres rosæ
noua lux effulsit
ne hoc quidem malè
Τυχης βελεμνα
interuenit θεος ανω μηχανης
tanquam tibias ad fontem
securis aduersus mendacia
aure tenus experiri
sine sacris hæreditas

PROCLIVITAS.

Tanquam si pupillas
facilius quàm Oreum
quam facile canis exta
ursus hortari vt canant
in mundo ad manum
παρατι παρ' οδον
in numerato esse
ponere rectum
in manu est

PROFICIENTIVM
in melius.

Puteus, si hauriatur
cubitis adolescere
aureum lac haurire
nitedula ex ventribus
artificium omne
quo longiùs
perficiuntur semper artes
res incrementum tempore
quod cupis, capis
felici diplomate vti
hesi seruus, hodie liber
beneficia beneficijs

PROFVSIO.

Immolare boues
caricum tepulchrum
cui multum est piperis
virgo primum
collatitius venter
fundo carens calix
Καλαμαια μητηρ
locutia stipularia
Babylo
passim & effusè
panis filiorum non
nunquam lagenam crateri
marsupio alium lauare

PROPRII COMMODI studium.

Candidatus Cæsaris
sine corollario non
piscatur in aqua
ades tritico, dum molitur
saccularis opera
Hermionum officium

PROXIMIS VTENDUM.

Quando id fieri non potest
Extrema linea.
Præstat possidere quàm persequi.
Pro incerta spe certa præmia.
Manum prehendere, complecti.
Maiore cura tuenda, quæ parta sunt.
Catone hoc contento fuisse.

PRVDENTIÆ.

Tanquam de specula.
qui bene coniicies,
senum consilia, iuuenum
eranta bina geris
ventura per dies præsta
fortunatus sapiens
manu ignauus, mente
melanurum perca
sphingis ænigmata
cum vulpe habens
turbinem felix prospecta
qui sitiunt, silentio bibunt
quod Magas inter organa
mente senex
in pæguro sapientia
sapientes sunt qui veteri
sapientia in exitu
multum nauigauit aquæ
bonum seruat castrum
strenuus abunde dictum
ex præteritis præsentia
intelligenti pauca
sapiens à scipso
tutelæ suæ est factus
patruos sapere
Ianus
Sagaces
corculum cordatus
naris acutæ homo
felicis cerebri
diuinus
prius panis pinsendus
Nestore sapientior
Epimetheus &
scientias qui primas
sapiens sib. sapiat
ex adito libri locutus
extremum diem semper
Mopso certior
eruditi oculi
gor
qui festiuis est pedibus
amyris furit
figulus ollis ansas
parua pluuia magnum
elephantina vis facere
quasi lupus ab armis
mendacium vtile
cauernis clanculariis
omnia sapientibus facilia
imperator bonus, & idem
sapientia gubernator nauis
mens cœli terræque regina
prima felicitatis mater

PVDICITIA.

Bellerophonte castior
vestalium choro purior
gubernaculo castior
verecundus metus comes

PVDOR.

Superis impari numero
per publicam viam
apud mensam verecundari
vultum demittit tanquam
Squilla rubicundior assa
caput tegere
si non hominum
scribere cur meruam

stragula semper conuoluta
surgens è lecto vestigium
palmum breue vtramque

RAPACITAS.

Radicitus
Hydrargiro furaciot
nudum spoliare vestibus
aperi bursam aperiam buccam
quæ vncis sunt vnguibus, ne nutrias
prior occupat
Ηαρπαζοντες

RARITAS.

Coruus albus
rarum canum
talos scabere

REFVGIVM.

Andromachen ex anguibus
furentem detrudere
cito procul, tarde
Platanis similes
præstat ferro, quàm morbo
longè fugit qui suos fugit
Æneus fluuius
gestare hyenæ &
longè fugit qui suos
ad inferiora se conuertere
conchas legere

REPELLENTIS.

Quærere peregrinum
ερεσθαι
sunt & alibi vulpes.
Philozeni cognitillus
nuncium remittere
viuite, valete
dij benefaciant vobis
auertere oculos
mouere baculum
circum baculum cursare
morbum iurare
præteritus eli
E medio pellere, tollere
molestè, ægrè ferre
laui manus
expellere furca
reuoluto mantello
vtraque manu cædere
communibus ostiis
deus hoc habeat decus

RIGOR.

Ριγος
Τον ιχθυν ξηρον
gratus lux

RISVS.

Regula rectior
mandibula alienus
labris ridere
Catuli risus
sint modici risus
risus camponis
risus profundior
crucem edit

RIXOSVS.

Syrenæ chorus
Cretensium Rho
funem contentionis
cum musis certare
terram & aquam poscere
dissidij pomum
mulierum ritu altercari
post verba verbera
comitialis
Eurycles
Gigantum pugna
Tricones
Andabatæ
cane milite peior

SCIENTIA.

Nil scientia potentius

SCVRRILITAS.

Gephyræi & Gephyrissimus
Scommata Dionysiaca
Cynicus Momus
Στραμμματα

Galbo

INDEX.

Gabÿs
albati ſcurræ
Democritu,Heraclitꝰ
Cybiorates

SECVNDÆ EXPERIENTIÆ.

Alteris melioribus
ſemel in laqueum vulpes
ſuccidanea hoſtia

SECVRITATIS ET rei curæ.

in tuo luco & fano
ara
aliud cura
in dexteram aurem
ſub tecto imbrem
Vlyſſis vinculum
extra omnem aleam
vt templorum ſacra
manubrium eripere
fama os claudere
intra quatuor eſſe
in portu dormire
fluuij curſus non detorq.
in limine portus eſſe
in ſuo regno eſſe
ſolidæ petræ inniterendum
canis domi ferociſſimus
tabulis obſignatis agere
aquila volucrem paruam
Aiacis clypeo tectus
in foro tuo res agitur
extra Noæ arcam
de ſublimi ſpectare
ſalua res eſt
eme luctum viri
euellere plantam cœno

SENIVM PRÆMATVrum aut mors.

Iapeto antiquior
equus Sophoclous
vuæ paſſæ ſimilis
ceruina ſenectus
ſenex vox & vmbra
nihil amplius eſt
edentulæ maxillæ
codex
ſenex Acheronticus
omnia omnibus annuit
vuæ paſſæ
Libitinarij
connus ſenum magiſter
valetudo ſenilis
contemnunt ſpinæ
equi generoſi ſenectus
fatale vitæ tempus
Coſſi
fungus putridus

SERA POENITENTIA.

Prometheus,Epimetheus
poſt mala prudentior
terreſtria balnea
pura à nuperis
ſero vidit iuſtitiam

SERVITVS.

circumpedes
animæ ſcrinium ſeruitus
qui cupit aut metuit

SIMILITVDINIS ET congruentiæ.

furémque fur cognoſcit, & lupus lupum
dignum patella operculum
in matellam immetere
eodem nauiga
oratio vitæ ſimulacrum
mores hominum regioni
beſtia beſtiam nouit
conos arcoxya
vxor ſeni ſpernio regina
ex eodem præcepto
eodem laborat morbo
ex eadem figlina
amaris pharmacis amara
domeſticum omnem afficit
Eumeli equis
reperit patella operculum
coruus oblente graculo
aſino gramen & boculus
pauus patina dant dij
bos armenta
ſi tibi non moleſtum
ars amat fortunam
mulum de aſino pungere
tale ingenium,qualis oratio
nube pari
conueniunt rebus nomina
Germanus
iecur veſcentium iocinora
quid Plato niſi
malum malo ſanare
coquus domini debet
cætera de genere hoc
non es tu filius Achillis
non qualis oratio
iidem ſumus
mutuis nexibus amplecti
contrarium contrario
ſimilitudo mater
arbitratu meo, tuo, ſuo
voci conſentanea ſit actio
tales ſimus quales videri
ſunt ſimiles paretque vita
ſuo ſimilis patri
mea vita
ait latro ad lattonem
ſimilis Thracitin Thracem
afinus aſinum non prehendit
Hebræus Hebræo
puro pretioſus eſt purus
ex ſe nata videntur
canis in eadem dormitat
omnia bonos viros decent
iiſdem veſcentes cepis
faciles partus.

SIMVLATIO ET diſſimulatio.

barbæ tenus ſapientes
perſonam mauult quàm
in fronte mentem habet
geometriam exercet
biſrons Me curtius
antica exclusum poſtica
ſinapiſſare
Patroclum ſub ſpecie
equum Scytha
canis clanculum mordens
toſcæ
ne vicini quidem ſentiunt
fronte politus
videntes non vident
apparere quàm eſſe
Scytha aſinum videt
ſummis digitis
laruæ & ſimiæ maximæ
Ariſtogiton claudicat
multi tacerdotes
vlulare cum lupis
habet Scytha.
mutuum ſumpſit
ſimia ſucata
manticulari
vulpes pro Leone

SOCIETAS.

commune tanquam Siſapo

SOLITVDO.

Timonis vita

SOLICITVDO.

ſale & aceto
morderi corde
flamma ſine vulcano
quaſi theſaurum Draco
ſiculus mare
furunculi in modum
teredo oſſium cor
caput fricare
mens anxia pervigilat
alius futurus,vbi propius

SORDES ET PArſimonia.

ex Phelleo
in ventrem inſilire
luto luculentior
pediculi Platonis
nihil de vitello
tore pacatus
victitant ſucco ſuo
Philippide tenuius
monophagi
Patroclo ſordidior
nephalium ſacrum
ſacrum ſine fama
nephalia ſigna
caninum prandium
ceteri ſacrificant
Cyprio bou merendam.
tolle tolle mazam quàm ociſſimè ſcil
rabeo
pſyricè facta
paruo emptas carnes
pſyra Bacchum
tenuiret diducis
gutta fortunę præ dolio ſapientiæ
Fictuentus
obuolui ſuper deos euehunt
mulà vitam agere.
quem bos non nutrit illum nec Ægyptus
plutus mortuus
Aloadæ
carica victima
phaſelitarum ſacrificium
in ſinu manum habere
lari ſacrificant
canem vitæ palmum
Tantali pœnę
conuiuia non conuiuia
ſacra nihil ſunt
Simone rapacior
ne corticem quidem dederit
cappari victitas qui potes anthia
aquam plorat,quum lauarfundere
ne ſalem quidem dederit
icci cœna
inteſtina adolens ipſe canes deuorat
manus in Ætolis, mens autem in Cyclopidis
clauſis theſauris incubare
plus vertere quàm terere
vicinum ſemper inuenies
ſpicilegium relinquere
ſparris rectè merum, crimina nummis
tonderi pecus non tadi debet
ad viuum radi
piſcari in aqua turbida
cupiditati nihil ſatis
cupiditas inhians
nunquam ſecum benignè
Nomadicam vitam agere
cynicè viuere
habet quod deeſt
aridus
in diem viuere
barathro
Defraudare genium
myrmidones
amicitia auatorum compitum ſphærarum

SPES PERTINAX.

quantum ex Bacchi analibus
dum nondum in nerua
ſpes ſubuentanea
tanquam paladium
ſpe ſalit
cœlum menſes & annos
ſperant omnes quæ
ſpe Cræſo ditior
vana ſpe plenus
non qualis quis optaret

STVPIDI.

non ſus quidquid hoc ſciet
pulmone vitam viuere
archigenis indiget
Styx non minus quàm
cucurbitam cape te
otia rerum natat
ſimulachrum pictum
alba, cor cordis
bubalus
Otus & Othus
nauis ſcopulum deprecatur
hippocratis libris cedit
verueceus
ſomni plenus

Lapis molaris
Sannas
Βωμῷ & βυθίσας
Sex congios capit
Ἀσμῷ. Mucens
Ad gentiles & agnatos
Pituitam à naribus
Seruiles in animo pilos
Βραδὺς
Florent fabæ
Cantio Bœotica
Non plus sensus habet
Bœotica sus
Ἐμβεβροντημένος
Cyclaminum effodias
Lenti
Tam fatuus, vt etiam
Nulla habetur pernicies
Mentem non habet
Onocephali
Stultus digito loquitur
Instar ouis
Plumbeus homo
Linariæ caput
Varro
Nequam, magnus homo
Mulus
Margites
Stultorum infinitus numerus
Torpedini similimus
Ἀργὸς μυλεύς
Omnino fatuum est
Terræ filius, Terret
Mare transmittit
Nescit quid sit inter
In cotyla gestaris
Vir videbatur nauis
Circumtondere comam
Betizare, laconizare
Ex poretitate exisse
Antiquiores luna
Rore pascitur
Phræces
Ἐμβεβροντημένος ὕδατι
Lorio
Caput hoc ventosa

SVBITVM EXITIVM.

Anima instar volucris
Repente tanquam
Plaustrum perculit
De improuiso
Nulla perniciei ratio
Ad pistorum securim
Occidit ei sol
Culex vsychno
Adoniæ conuiuium

SVMPTVOSA.

Aureo piscari hamo
Excubias agere aut ditari

SVRDITAS.

Nulli secus surdi
Fusio surdior

TACITVRNITAS laudata & illaudata.

muti magis quàm scapha
manum ad os apponere
clauis in lingua
mysteria Eleusinia
potest facere
ne sol quidem scit
cicadæ humi canunt
tanquam tibia
indictum puta
audi, vide, sile
Μορμύρου
linguarium dare
digito compesce labellum
angusta os cohibeat
Si Harpocrates digito
tacere opinor esse optimum
si tacent, satis dicunt
Oleum in ore gestat
Sisterij partes
ne interula quidem
Surda testimonia.

TÆDIVM EXITERATIONE.

mel satietatem gignit
assiduum mirabile non est
vnum ex multis discerpere
crambe repetita.

TARDITATIS ET cunctationis.

manu ferendum non thylaco
Μελλοντιῶν
cornum missimus
Diphilus. Diphilo tardior
cras cerdo, hodie nihil
Dum moliuntur
asino pigrior
myrmice incedere
sed moraris abit dies
odiosa res Circensibus
in arduis cunctanter
cur cessatum est
cunctatio noxia
furis passu progredi

TEMERITAS.

Quam quisque norit artem
vomentum in numero
exiuit profluit
Quicquid in buccam venerit
magis phantasticus

TEMPERANTIA.

Vento viuere
musicus apparatus
agrestibus holeribus
Dionysium æquore
sicci homines
Vmbrorum conuiuium

TEMPESTIVA.

dum virent genua
nunc leguminum messis
Hermioni in campum
comicis tectis
in agrum seruus
agnum demetere
vitex floret & botrus maturuit
mappam mittere
plus dat, qui in tempore dat
Κωμικὸς μάστιξ
serui comici
mulieres scenicæ
Aprilis piscis
Ἀφύων καιρὸς
prius pauis, quàm classis
recte & ordine
acroamata
in numerum
surgere iam tempus
nulla ætas ad dicendum sera
secunda nauigatio
ver ætatis
Paludem & Salinas
quasi mappa missa
tibi ipse Calendas
nunc canunt cygni
prope est
horis consecratus
sua cuique res
ὥρια δίμαια.

TIMIDITAS.

hinnulo timidior
talentis animum habet
buccinam ne in somnis
coturniculæ animus
leporem frondium
Achææ non Achiui
in pace leones
tanquam Gorgone
inter meros lepores
fugere nemine persequente
sanguine caret
nebrida fert
das assem elephanto
lepore timidior
caudam inter crura
auro pallidior
vmbram suam metuens
conclamare vasa
porrigis tanquam
vt ouis lupum
ne my quidem facere
in fugitiuum
domi pugnas
cauum pedis ostendere
pullus de nido auolat
canes muti

TVMVLTVS.

Tyria maria
Cyclopica musica

TYRANNVS.

Salmoneus alter
Echeti imperium
gigantisare

VAFRITIES & vafer.

Themistoclea vafrities
Theramenes
Archilochia vulpes
Μαίδιος

VANITAS.

Res palestræ & olei
splendida cœna famem
turgida nomina
tela aranearum
tenedia tegula
tantali mensa
oresti lomaium
corticeus
chorus domesticus
lamiæ turres
cantilena ex scholis
in fumum abiit
Εἰς σποδὸν ἐγένοντο
Aphrodiceum iusiurandum
extra somnium hominum
aiunt, scilicet
verba dare. Negas
Res ad Ouidij Metamorph.
Δεγγοσχόη
Πολλὰ ὑφ' ἑαυτῷ
nihil fugacius
ægis fimbria
nubecula est, pertransibit
Inanes
stipula leuior
vt fama est hominum
vitrea fracta
in leuem auram
vana
quasi per somnium
fabula prorsus euanuit
in manu
in rebus humanis
gerræ
fumus & somnium
homo est
Vmbras montium
Κενεόδοξον
Tragelaphos fingere
Πλωτὴ ἀσίγητον
non persuadebis
cape nihil, & fer a bene
figuli opes
multa incredibilia
fumus
vetera vaticinari
eadem quæri
Agones.

VELOCITAS.

Ἀνεπαίσθητον
prior occupauit

VENEFICIA.

Fascinantium more laudare
Zoroastrem suffurri
Dardanarij & Saccularij
mantis te vidit
præfiscatum more
ne fascines
ardens vestis.

VERA.

Veriora Bacidis dictis

VICES OFFICII.

Σὺ κἀμοῦ ἐγὼ κἀκείνου
tua causa fiet opera
Mercenarius
nemo sibi nascitur

VICINVS.

ne bos quidem pereat.

VIGILITAS.

nummos plumbeos.

VINCE

INDEX.

VINCERE ET vinci.

Longe vicisti
Vincat suus cripes
ignis est in vepribus
nervos frangere
arguos exarmat oraculum
pulvere exercito decertat
Μακρὰ μάχεσθαι
provocat & vincitur
manus intendere
ferra pugnare
manus dare, sive tollere
fugientem insequi
Samnites
num capti potuere capi?
prælio victus, non bello.

VINCVLVM INSOlubile.

Contigus soluis
Archimedeum problema

VIS INIVSTA.

Calcibus protexit
nullum violentum
colaphum labris
rapina rerum Cæsari
nuntio nihil imputandum
Κανὸν τῷ

VITA HOMINIS misera & brevis.

Vita hominis peregrinatio
circulus res mortalium
foliis similes homines
brevis vitæ isthmus
vita stillia
dies dignus
Βίος κακὸς
optima citissimè
summus negotium statu
vita animus est
cui nasci contigit
eminent, cadunt
Terra editus
vita mancipio nulli datur
celerius occidit
mors fugacem assequitur
nihil perfectum
terra es, & in terram
mortuus est & Ancus
quæ dedit illa capit
paries inclinatus
domos luteas habitare

VLTIO MALEFActi.

Ignem igni ne addas
oleum camino addere
ad Deorum aures pervenit
mala malis eveniunt
Salis onus unde venit
dium vides
non propter pedis
saga sumere
pauca male parta
sub unam Myconum
Δυσχέρεια δίκη
de malè quæsitis
Dij lenti, sed certi
imbecilli etiam
anyti & meliti
literam longam facere
id nullius in bonis est
quicquid delirant reges
aquilarum pennæ
qui non habet in ære
ocnus funiculum torquet
tange montes
panus semel crura fugit
Dæmonem dæmone
noxa caput sequitur
cogitationis pœnam
oculus Dei fortissimus
conctabundus natura Deus
numinis ira inexorabilis
apud equum & virginem
mala malis eveniunt
hæc insultia
cicadæ sibi canent
exemplum vitæ
pervicacia stultitiæ dat

VOLVPTVOSVS.

Cerylus eradam
Phæacum more
ne Bæon pisces

VOTVM.

Voti compos
Tritogeneæ filius
Achilleum votum
voce optato
in Ægypto optarit
Jupiter, plus mei
filius mihi Tritogenes
quidquid licet, minus
Sera vita
aderit vocatus Apollo
Dij meliora
Dij magnificite
faciat tibi Dominus.

III. INDEX ADAGIORVM

ERASMI ET ALIORVM, PROVT IN CHILIADIBVS, CENTVRIIS, COLlectaneis & Miscellaneis, verborum ab Auctoribus expressa sunt.

A

A animalibus abstine 1418
Ab area Syra 1149
Abaridis sagitta 1332
Ab asinis ad boues transcendere 269
Ab asino deraptus 270
Ab asino lanam 177
Ab aula recessit 1540
Ab ante eunctos ducit 1506
Abdera pulchra Teiorum colonia 519
Abderitica mens 1014
Abderologus 1304
Abdemonis ministeri 1243
Abeliatus epistolam commendare 1548
Ab equis ad asinos 269
Ab Erebo usque ducit genus 751
Ab Herode ad Pilatum 1521
ab Hymetto 1149
Abiecit hastam 1465
Abiiciendum procul 1145
Abiiciendum procul 976
Abire & taurus in Syluam 1548
Ab impijs egressa est iniquitas 335
Ab incunabulis 276
Ab ipsa messe 1006
Ab ipso late 251
A bis septem vndis 729
Abominandus scarabeus 652
A bonis bona discere 1061
Ab ouo vsque ad mala 526
Abronis vita 539
Absens hæres non erit 1125
Absque baculo ne ingreditor 768
Absque farina ne sacrificato 26
Absque oleo pingere 1534
Abstinere à piscibus 27
Absurde locutus 1145
Abydos, Abydenus 1011
Abyssus malorum 1130
Ab vsanienna cibum petere 1002
Ab vnguibus incipere 1038
Ab vno diagrammate 971
Abydena illatio 538
Ab alno spectat 1165
A calno vsque ad caluum 1326
A calno ad caluum 1431
A calno ad caluum 1525
Acanthida vincit cornix 320
Acanthia cicada 188
A capite arcessere 1137
A capite vsque ad calcem 87
A carcere 556
A carceribus 244
Acarnici equi 941
A cauda ad os transferre 1355
Accepta candela 1028
Accersitum malum 930
Accessorium operi locus 1134
Accipere & glebam erro 478
Accissare 466
Acclamant instar cicoorum 1187
A cedro Libani vsque ad hyssopum disserere 1184
Acernus 1376
Acernus bonorum 127
Accssit Luna 814
Acesta & Heliconis opera 575
Accsius meritcatus est 575
Acetum habet in pectore 487
Achæe non Achiue 1311
Achaicum telum 1135
Achilles Zenonis 1582
achilleum spiritus 1219
achilleum votum 1273
acole non sicus, &c. 1025
actum agere 175
actum est 131
aculeo infixo fugere 29
acum & filum sumens rupturam consue 1420
adactum iusiurandum 717
ad perpendiculum 1409
ad agnatos & gentiles deducere 1434
ad aliud procemium transeo 1310
adamante notare 1421
adamantes ductos 1478
adamantinus 275
ad amber vsque aures 475
ad amussim 215
ad amussim applica lapidem, non ad lapidem amussim 141
ad aquam malus 242
ad aras 849
ad arcus sedere 1403
ad asilum confugere 1080
ad bonam frugem 993
ad calcem peruenire 786
ad Castellas natos 536
ad concilium ne accesseris antequam voceris 108
ad curonidem vsque 1012
ad corues abi 431
ad cribrum dicta 939
ad Cynosarges 696
ad Deorum aures peruenit 575
addere gangræenam 1360
addere malum 202
ad digitum crepitum 608
A Deo facti 131
aderit Temesæus genius 63
aderit vocatus Apollo 1498
ades tritico dum molitur tuo 1534
adorio ad Phrygium 1467
A Dorio ad Phrygium 554
ad felicem inflectere parietem 223
ad finem vbi peruenieris ne velis reuerti 21
ad fores venire 1303
ad fractam canis 238
ad gentiles & agnatos deducendus 1491
ad genua venire 1273
ad Græcas Calendas 213
ad Herculis columnas 784
adhuc cœlum volutur 963
ad incitas 1044
ad infectora se conuertere 1550
ad inferos proficisci 1407
ad libellum debere 1078
ad lucernæ lumen ne te speculo contempleris 1416
ad manum fere 1312
ad manticam res redit 1415
ad meiuturam aquam bibunt, citra mensuram ossium comedentes 559
admeti nexus 562
admirabiles in nectendis machinis Aegyptij 575
admoto capite 976
ad oculos magis quam ad vesicam pertinet 1428
adorantes omnem lapidem mitidum 1229
adonidis horti 18
adonix conuiuium 1533
adorato circumactus 26
adoratu sedeant 26
ad pedem 631
ad pedes ad caput 1009
ad perditum securim abiicere manubrium 1536
ad Phasim vsque naurgauit 518
ad pila vbi ventum 1123
ad pileum vocare 402
ad porcellum da mihi mutuo tres drachmas 407
adpristina præsepia 317
ad putei mulctam 1377
adrastia nemesis 568
ad restim funiculum 783
ad testum res redit 196
ad saga 1054
ad satietatem vsque 623
ad scamma producere 1423
ad scalarium versari 1406
ad Scirrhonem tendere 1307
ad scolon nec proficisceris ipse, nec alium commiseris 520
adsint dij beati 725
ad sirenum scopulos consenescere 1421
ad suum quenque quæstum æquum est esse calidum 834
ad sydera vsque notus 1501
aduerso æstu 1282
aduersum necessitatem ne dij quidem resistunt 479
aduersus, solem ne loquitor ne mejito 23
ad vinum diserti 1098
ad viuum resecare 507
adulter ad adulterum trahit 1336
ad vnguem. Ad amussim 1456
ad vnguem 216
adulteremus 758
ad vmbilicum ducere 86
Aedibus in nostris quæ prima aut recta gerantur 252
ædificant domos & non habitabunt 1125
ædilitatem gerit sine populi suffragio 680
ædituus comissatio 1162
Aeneus 275
Aeneus clauus 1517
Aere & rore pastus 1277
æremferire 142
Aequalis æqualem delectat 82
Aerem verberare 1319
æs triplex 1442

Ægeum nanigat 690
Ægis venit 808
Ægroto dum anima est, spes est 506
Ægypti nuptiæ 680
Ægyptius asinus 790
Aeolisare 1244
Aequalis æqualem delectat 82
Aequa & iniqua 1388
Aequalem vxorem ducito 295 296
Æquales calculi 811
Aequalia reddere capita in pugna 1242
Aequalitas haud parit bellum 944
Aesopicum onus 1374
Aesopicus graculus 814
Aesopicus lingua 576
Aestate penulam deterit 336
Aestiua ægritudo 1518
Aethiopem ex vultu iudico 339
Aethiops non albescit 890
Aetna 970
Aetna grauius 1351
Aetneus Cantharus 574
Aetneus venator 1516
Aetoli 1139.1156
A sabis abstineto 20
A fonte ducere 1137
Afra auis 832
Africa semper noui aliquid apportat 832
A fronte æque à tergo 691
A fronte præcipitium, à tergo lupi 774
A furiis oriundus 950
à gallo candido abstinere 25
Agamemnonij pueri 575
Agamemnonium epulum 1311
Agamemnonis hostia 547
agathonis cantio 512
agas asellum 850
Agonem vincis 1233
ager quàm multos habuisti & quam multos habiturus es Dominos 1428
agitatur vento 1432
Agones 1110
agni lana mollior 1251
agnum lactibus alligare canem 1092
agnum demetere 1357
agrestibus olentibus vlcisci 1239
agrestis apis 1166
agrestis in nido Corydi 1393
agri pedes 1381
Aiacis risus 276
Aioth ambidextet 1525
Aites 1504
ait latro ad latronem 1521
aiunt, scilicet 1512
Alabanda Carum fortunatissima 432
alabandicon opus 1344
alabastrus vagienti putet illi 1146
alas addere 1071
A lasso riza quæritur 240
Alauda non est sine crista 1128
Alaudæ in nido latet gramen 1127
alba auis 448
alba linea 1244
alba præcordia 1223
albati ad exequias, pullati ad nuptias procedunt 1568
albæ gallinæ filius 61
albo eradere & adscribere 1561
albo reti aliena captant bona 834
album calculum addere 203
album colorem ab atro non distinguit 1466
album panem pinso tibi 725
albus an ater sis nescio 258. 1481
alcinoi apologus 1467
alcinoi horti 1264
alcinoo pomo dare 1568
alc luporum catulos 427
Alexandriæ deliciæ 1394.1415
alia apud alios bona 1580
alia Lacon, alia Laconis ejus pater 462
alia Menecles, alia pertellus loquitur 683
aliam quercum excute 196
alia res sceptrum, alia plectrum 920
alia vita alia dicta 327
alia voce phitacus, alia cornix loquitur 546
alibantis hospitis munera 916
aliena iacis 196
aliena in miseria cruciatum proprium metit 1331
alienam metis messem 170
alienis ridere genus 1583
alienis soleis vti 1073
alieno more, nutu vel arbitratu viuere 1484
alienum arare fundum 619
alij sementem faciunt, alij metunt 195
alijs lingua, alijs dentes 725
à limbo mutuam absolutio 1548
à limine salutare 353
à linea incipere 244
à lineis excidere 1322
alio relinquente fluctu, alius excepit 234
aliorum medicus, ipse vlcerosus sectes 541
aliorum medicus 968
alios tragœdos prouocet 1087
aliquando qui lusit iterum ludet 1509
aliquid mali propter vicinum malum 43
aliud genus remi 590
aliud homini, aliud humanitati satis 1420
aliud in titulo, aliud in pyxide 1429
aliud noctua sonat, aliud cornix 725
aliud problema 1234
aliud quippiam exorna 1369
aliud stans, aliud sedens 744
alliensis pugnæ dies funestior est, quàm vrbis captæ 1520
allium in rebus 1032
aloadæ 1259
alpha penulatorum 508
alter Janus 944
altera caduceum, hastam altera 1169
altera manu fert aquam, altera ignem 977
altera manu fert lapidem, altera panem ostentat 303
altera manu scabit, altera scrit 1151
altera nauigatio 770
alter Hercules 875
alterius melioribus 1156
alterum contingit, alterum negatur 1491
alterum pedem in cymba Charontis habere 413
altus Oromedonte 1119.1142
à lupi vestatu 727
Amæa Azesiam reperit 602
amantes amentes sunt 1509
amantium ira 701
amantium morsopia fulio porri vinciuntur 1518
amaris pharmacis amara bilis proluitur 1327
amaro dulce mistum 1216
ama tanquam osurus: oderis tanquam amaturus 410
Amazonum cantilena 410
ambabus manibus hauire 330
ambitiosior Cleophonte 1210
Ambrones 1052.1399
ambrosia alendus 702
ambulatio iuxta mare iucundissima 108
ameles angulus 813
amens longus 767
amentata sententia 1219
amentatæ hastæ 1133
amére frustra, odio ne sis frustra 1439
amicitia amorum, complexus sphærarum 1531
amicitiæ personam detrahere 831
amicitia stabilium 495
amicitias immortales esse oportet 993
amico amicus 124
amicorum omnia communia 13
amicos tragœdos æmulatur 814
amicus certus in re incerta cernitur 988
amicus cum vitiis ferendus 1419
amicus magis necessarius quàm ignis & aqua 457
amicus Plato magis amica veritas 1419
amicus vt oleum plantis 1519
amisit vrbem & pugionem recepit 1197
amnis cursum cogere 1213
amnis instar voluitur 1238
amor sit ira iucundior 1446
amor nascitur ex aspectu 105
amor tussisque non celatur 1450
à mortuo tributum exigere 329
amphidromiam agis 935
amphictyonum consessus 785
ampullacea 1100
ampullas loqui 1173
amusi 562
amussis alba 215
Amyclas perdidit silentium 325. 326
amyris insanit 475
amyris furit 1526
anagyrim commoues 55
à Nanoaco 918
ancora domus 134
ancoram sacram soluere 38
ancoras tollere 561
ancoris duabus saltus 35
Andabatæ 513.1336
Andromachen ex anguibus concinnare 1285
anguilla in strigmento 1324
anguillas captare 812
angularis bombyx 1179
anima & vita 499
anima sicca sapientis. 1213
animæ esurienti etiam amara dulcia videntur 1510
animam debet 364
anima sui pro sale data 1388
anima vna 1469
animæ serenium seruitus 1356
animo edulcio nihil miserius 1144
animo ægrotanti medicus est oratio 706
animo nunc huc, nunc fluctuat illuc 1490
animus apud cauponem 1396
animus est in cornu 836
animus habitat in auribus 999
animus heptaboeus 913
anni assimilis 1156
anno senior fio 839
annosam arborem transplantare 170
annosa vulpes haud capitur laqueo 362
annulum arctum ne gestato 19
annulus aures in naribus suis 268. 1503
annum in mensem contrahit 1100
annus clibanum 378. 890
annus est 533
annus producit non ager 50
anicularum delitamenta 833
ante barbam doces senes 735
antehac putabam te habere cornua 735
ante lentem augere ollam 904
ante mysteria discedere 410
ante pedes 854
ante pilos 1141
antequam incipias consulto: vbi consuleris, maturè facto opus est 494

Anthericum metere 177
Ante tubam trepidas 623
Ante victoriam encomium canis 279
antica excluſum ... poſtica recipere 1254
Antiopæ luctus 768
Antipelargia 357.358
Antiphates trepidi laris, & Polyphemus 1564
antiqui Homerici 1582
antiquiora diphtherâ loqueris 192
antiquior Codro ... Iapeto 1140
antiquior quàm Chaos & Saturnia tempora 617
antiquiores luna 1153
antronius aſinus 548
antrum Mercurij 1354
an ſit bonus vel malus vicinus 1439
anum baud decet vnguento perfundi 1229
anus bacchatur 328
anus cothoniſſat 769
anus eriphus 610
anus hircilſans 328
anus hircum olet 769
anus rabioſa 1349
anus ſaltat 611
anus ſimia ſerò quidem 535
anus ſubſultans multum excitat pulueris 631
anus velut equus, profundam habebis foſſam 611
aperi burſam, aperiam buccam 1533
aperis tenuis 1256
apertæ mutarum iannæ 594
aperto pectore 786
apertis tibiis 218
Aphrodiſæum iuſiurandum 1482
aphya in ignem 437
aphyarum honos 611
Apinæ 90
apio mollior, aut mitior 272
apio opus eſt 668
à piſcibus abſtineto 27
apologus Alcinoi 512
apologus Alcinoi 1126
Apollo tortor 1562
appropera, vt lotho ſis vicinior 1188
Aprilis piſcis 1455
apros immittere fontibus 932
apud equum & virginem 1088
apud fimum odorum vaporem ſpargis 173
apud matrem manere 1076
apud menſam verecundari neminem decet 1111
apud nouercam queri 998
apud Syrenas aut Lotophagos hærere 1240
A puto pura defluit aqua 727
aquæ furtiuæ dulciores ſunt 1478
aqua & terra reddamini 1039
aqua hæret 182
aqua præterfluit 723
aquam bibens nihil boni patias 557
aquam è pumice poſtulas 176
aquam igni miſcere 960
aquam in mortario tundere 415
aquam plorat, quum lauat, fundere 1348
aquas infundere cineri 1154
aquilæ ſenecta 346
aquila in nubibus 331
aquila non capit muſcas 723
aquila thripas aſpiciens 349
aquilam cornix prouocat 737
aquilam noctuæ comparas 331
aquilam teſtudo vincit 283
aquilam volare doces 182
A quinque ſcopulis deſilire in litus 722
arabicus Tubicen 1474
arabius tibicen 271
arabum gaza 1146
aranearum plenus 1487
aranearum plenus alueus 1368
araneatum telas texere 171
araneas nere 959
araneis abundat propter inopiam 1328
arare boue & aſino 1524
arare littus 172
arator niſi incuruus prauericatur 1005
aratro iacularis 595
arbore detecta quiuis ligna colligit 700
Arcadas imitans 722
arcadiam me poſtulas 722
arcadicum germen 738
arcem ex cloaca facere 1007
Archidamicum bellum 739
Archigenis indiget 1189
archilochia edicta 451
archilochia vulpes 1297
archilochi melos 1125
archilochi patria 458
archilochi vulpes 1398
archilocum calcas 1177
archilochum terit 890
Archimedes non poſſet melius deſcribere 1007
Archimedeum problema 1175
Archytæ crepitaculum 594
arcus tenſus rumpitur 1003
ardens veſtis 670
area 1471
A remo ad tribunal 773
Arenam ſuperat 1293
Arena ſine calce 1473
Areopagita 340
Areopagita ſubtiliorior 1395
Areopagita tacitutnior 1094
argentanginam patitur 265
argentea fame conuiuari 1367
argenteis haſtis pugnare 594
argenteo vomere aratus 1516
argenteus puteus 1032
argenti fontes 471
argentum accepi, imperium vendidi 1114
argentum verſum eſt in ſcotiam 1522
argi collis 595
argiua calumnia 759
argi tumulus 1116
argini furci 909
argiuos vides 909
aries cornibus laſciuiens 815
aries nutricationis mercedem perſoluit 554
arietem emittit 471
arietinum oraculum 1537
arietis miniſterium 1026
ariolari 784
ariſtogiton claudicat 1515
Ariſtophanis lucerna 285
à riſu effuſo abſtine 1417
Ariſtylli more 1062
arma achillea 1333
ars amat fortunam, fortuna artem 1419
ars cenſus, opera, vita 1562
ars portus inopiæ 1152
arte Pelaſga 1501
artem quæuis alit terra 271
artemon periphoretus 1143
artificem te futurum credebas 763
artificium omne incrementum recipit 1457
arundinea crura, & tabis propheta 1377
arundo alas verberat 1554
[illegible] 1080
aſcapha in triumphalem quadrigam 1312
aſciam cruribus illidere 1174
aſciſce ad extremum ſcientiam 1003
aſello piſci ſimilis 1254
à ſexaginta viris venio 1028
Aſiatici mores 1351
aſini caput ne laues nitro 742
aſini cauda 938
aſini in aures canere 1227
aſini mandibula 742
aſini mortes 722
aſini ſepultura 1526
aſini vellera quæris 1526
aſino fabulam 1037
aſino gramen & baculus 1381
Aſinum ſub freno currere doces 169
Aſinum in rupes protrudere 924
aſinum tondes
aſinus ad lyram 167
aſinus ad rybiam 918
aſinus Ægyptius 1519
aſinus apud Cumanos 262
aſinus aſino & ſus ſui pulcher 2103
aſinus aſinum non prehendit 1541
aſinus auis 835
aſinus balneatoris 972
aſinus compluuior 722
aſinus de Æſopi pureo 1419
aſinus eſuriens ſuſtem negligit 595
aſinus in paleas 546
aſinus inter apes 800
aſinus inter Simias 199
aſinus portans myſteria 434
aſinus in vnguento 200
aſinus ſtramenta mauult quàm aurum 1061
Aſpendius Citharœdus 403
aſpergere 1266
aſperius nihil eſt humili, cùm ſurgit in altum 1494
aſperſilli aquam 722
aſpis à vipera 996
aſſidua ſtilla ſaxum excauat 733
Aſſon eas, vt citius ad exitij terminos peruenias 1396
Aſteropæus 1366.1395
aſtra inclinant ſed non vrgent 1478
aſtutior Coccyce 948
Aſtydamæ in morem 1147
à ſubeunte portum nauis 727
A teneris vagiculis 278
Arte ſudor abeſt, abeſt ſaliua mucuſque 1453
Athenas vehit noctuam 75
Athenienſium inconſulta temeritas 307
Athleta 1450
athos 970
athos celat latera Lemniæ bouis 729
Athlanticum mare corylo exorbere 1281
atlas cœlum 56
atqui ſuilla caro eſt 1515
attici oculi 604
attagen 909
attagenæ nouilunium 957
attica bellaria 504
attica eloquentia 97
attica fides 302
attica hoſtilitas 1190
attica muſa 320
atticè dicere 1468
attici Eleuſinia 548
atticus aduena 420
atticus aſpectus 340
atticus in portum 362
atticus miles 1341
atticus mortens porrigit manum 595
atticus teſtis 302
attollere ſupercilium 320
auarus, niſi quum moritur, nihil recte facit 988
audi quæ ex animo dicuntur 370
aues quæris 743
aufer mothonem à remo 721
Auſidus hadriam retrò fugit 1490
augiæ ſtabulum repurgare 509
Aulœdus ſit qui Citharœdus eſſe non poteſt 480
Aurea barba dignus 1146
Aureæ compedes 510
aurei generis 1373
aurem vellere 278
aureo piſcari hamo 451
aureos montes polliceri 330
aures & oculi regum 72
aure tenus experiri tumultum 1547
aureum lac haurire 1373
auſcultandum bene loquenti 1128
auribus arrectis 721
auribus lupum teneo 192
auricula infima mollior 270
auriculam mordicus 1119
auris batuca 1015
auris ferre dedit 1203
auro habet ſuppactum ſolem 849
aurum colophonium 721
aurum ex ſtercore colligendum 1478

Aurum habenti ne adhæresces in filorum generatione 1417
Aurum habet Tolossanum 384
Aurum ignt probatum 920
Aurum fabricatum 911
auxi Chelidonem 938
A vero rapere 1153
A vicinis exemplum habent 939
A vipera morsum culpas 1351
auis ex auribus 1068
austrem perculi 352
aut abi, aut exuere 1049
aut bibat, aut abeat 370
aut cucurbitæ florem, aut cucurbitam 596
aut manenti vincendum, aut moriendum 780
aut minus animi, aut plus potentiæ 944
aut mortuum est, aut docet literas 373
aut oportet tragœdias agere omneis, aut insanire 731
autoritatem desugere 1440
aut piscem olet aut florem 991
aut Plato philonisat, aut Philo platonisat 601
aut quinque bibe, aut tres, aut ne quatuor 467
aut regem aut fatuum nasci oportet 311
aut terra aut mari 1097
aut ter sex aut tres tesseræ 492
autumnalis appetentia 1519

B.

BAbalus 1459
Babylonia opus est 1575
Baccæ egent oleo 1067
Bacchæ more 239
Bacchi sacerdos 2177
Baceli similis 225
Bacelus 1459
baculum laureum gesto 62
Bæon malus piscis 1098
Bæta tum hyeme, tum æstate bona 833
Bætilum devorare 1585
Balbus balbum rectius intelligit 350
Ballio 1084
Balneator 239
Balneum ingressus depone odium 1420
Bambalio 1405.1459
Barathrum 838
barbam ab vlnis puerorum vellere 1398
barbam vellere 523
barbata eminus salutanda 1471
barba tenus sapientes 109
barbarus exutit inter barbaros 1191
barbarus ex tritulo 4041
basilica facinora 1111
barbari 1101
batalus 225.1459
Bathyclis poculum 1045
Batti silphium 429
Batrologia 429
Bcccefelenus 766
belle narras 372
Bellerophontis literas 580
Bellerophonte castior 1248
bello parta 974
bellum cum Protogene mortuo gerere 1411
bellum Cononi curæ fuerit 735
bellum haud quaquam lacrymosum 563
bellum omnium pater 786
bellum irreconciliabile 750
bene consulit, sed malefacit 1423
benefacta benefactis alius pertegito ne perpluant 1553
benefactis pensare delicta 1118
benefactorum memoria 1150
bene natis turpe est malè viuere 1136
bene plaustrum perculit 225
bene sit 817
bene veniat sine vertat 1455
benevolus trucidatur 709
benignior pellace vulpe 933
bestia bestiam novit 1041
bestiam pecus cornutam 62
beta sapientum 1424
bezizare 524
bibe elleborum 310
bibere mandragoram 1001
bibliotheca animata 1330
biceps Mercurius 1231
bilem vomere 1296
bilis in naribus 1503
binis tonderi forficibus 1166.1471
bipedum nequissimus 274
bis ac ter, quod pulchrum est 93
bis dat qui citò dat 322
bis interimitur qui suis armis perit 928
bis per omnia 99
bis pueri senes 196
bis septem plagis Polypus contusus 556
Bithus contra Bacchium 556
Boecbyris 599
Bœotia auris 719
Bœotica ænigmata 470
Bœotica cantilena 470
Bœotica sus 359.1474
Bœoticum ingenium 470
bœotissare 1124
Bœotis varicinare 471
Bolitis pœnam 1437
bolus ereptus è faucibus 816
bona Cilicon 534
bonæ fortunæ 241
bonæ leges ex malis moribus procreantur 373
bona etiam est offa post panem 522
bona mala 1141
bona nemini hora est 988
bona Porsenæ 291
bona salute 1412
bona terræ 686
boni ad bonorum commoda vitro accedunt 367
boni genij 241
boni pastoris est, tondere pecus, non deglubere 832
boni viri lachrymabiles 595
bonorum glomi 528
bonorum myrmecia 118
bonum est duabus niti ancoris 1069
bonum seruat cattellum, qui custodierit corpus suum 1427
bonus cantor, bonus expediziius 741
bonus è pharetra dies 611
boreadibus pernicior 1252
bos ad præsepe 406
bos aduersus seipsum pulverem movet 551
bos alienus subinde foras prospectat 373
bos apud aceruum 710
bos armenta 1407
bos cognoscit possessorem 1524
bos Cyprius 384
bos Homolottorum 720
bos in ciuitate 759
bos in lingua 265.1435
bos in quadra argentea 1027
bos in stabulo 1027
bos lassus fortius figit pedem 51
bos marinus 1027
bos Molossorum 1536
bos porrecto vltra Taygetum capite 938
bos septimus 374
bos sub iugum 578
botrus oppositus botro maturescit 720
boue ex ipso lora sumere 105
boue venari leporem 971
bouem in faucibus portat 470
boues messis tempus expectantes 720
Brasidas quidem vir bonus 760
Briaret manus inuicem 1428
Briareus, alias lepus 1258
Bubo canit luscinias 964
Bubali odium 1284
Bubalus 1226
Bubulcus antea nunc esprarius 1244
bubulum obtuert 1338
buccinam ne in somnis quidem 1255
bucula 1304
budoro more 718
bullatæ nugæ 816
bunas iudex est 578
bupalia pugna 1284
bulbos quærit 764
Buthus obambulat 578
Byssina verba 1217.1408
Byzeni libertas 931

C.

CAdaueris instar venustus 1186
Cadmea victoria 615
Cadere in cursu 1138
cæca dies 304
cæca speculatio 306
cæcias nubes 1207.1511
cæcias spirat 1072
cæcidis & Buphoniorum 967
cæcior Luberide 137
cæci præceptio 1041
cæcum insomnium 951
cæcus auribus ac mente 951
cæcus cæco dux 306
cæcus & claudus non intrabunt templum 997
cæcus parietem palpat 1522
cædimus, inque vicem præbemus, crura sagittis 800
cælaturam olet 1247
cælo ac terræ loqui 211
cælo tenus altum 1208
cælo animum ferre 1490
cælum digito attingere 955
cælum in tartara soluere 1568
cælum menses & annos efficere non desiit 1503
cælum territat armis 505
cæneï hasta 924
calabri hospitis mens 815
calamoboas 1015
Calathum Sycaminorum in malis habere 1422
calauriam pro Delo 1474
calcar addere currenti 93
calcei Sicyonij 1406
calceos mutare 1015
calcios mutare 1150
calcibus proterit 1387
calculo mordere 838
calculum à linea mouere 1502
calculum reducere 204
calidam veteri partem 581
calidum mendacium 1002
calidum prandium comedisti 54
caliga Maximini 37
caligare in sole 551
callæ defluunt pennæ 1045
callicyris plures 715
callipides 238.1468
calliphanes 915
callipygos 1033
callum ducere 688
caluior tranquillitate 1472
caluis & comatis pilos velli molestum 1441
caluum vellis 616
caluus comatus 546
caluus cum sis, &c. 1038
camarinam mouere 55
camarinæ loqui 1008
camelina potatio 1582
camelum glutiunt 891
camelus desiderans cornua, etiam aures perdidit 780
camelus pyrrhicham didicerit 1304
camelus saltat 600
camelus vel scabiosa complutium asinorum gestat onera 346
campana superbia 1055.1403
campas dictis abigi 1458
cancer leporem capit 525
cancros lepori comparas 321
cancrum ingredi doces 853
candidatus Cæsaris 1394
candidum linum lucri causa ducis 926
candidus sermo 1058
cane impudentior 1380
cane malitiæ pejor 1543

Canem excoriatum excoriare 488
Canem mortuum vel pulicem vnum persequi 1523
Canę Tellenis cantilenas 559
canent vitæ palmum 935
canere ad myrtum 562
canere de Telamone 959
canes venatici 1085
canes timidi vehementius latrant 854
canes muti 1521
canes nutrire 1503
canibus ossa prodo 1395
caniciem quæ sint & longos promuerint ritus 2490
canina facundia 514
canina victitans, cynocephalum oppugnas 1189
caninum prandium 364
canis das palearia, asino ossa 781
canis 1486
canis ad cibum 1027
canis circum intestina 510
canis clanculum mordens 1328
canis etiam hecate terretur 1503
canis festinans cæcos parit catulos 444
canis in eadem dormitat tegula 1542
canis in præsepi 361
canis in vincula 600
canis panes somnians 890
canis peccatum sus deperdit 756
canis reuertitur ad vomitum 781
canis scruiens in lapidem 933
canis vindictam 277
canis viuens è magdalia 913
canis mendico auxilians 943
canis nouem animas habens 1195
canis 850
canis digna sede 558
canis tanquam Delum natigans 718
canopitanus 1364
cantharo astutior 718
cantherium in fossa 228
cantherius in porta 211
cantilena ex scholis 1401
cantilenam eandem canis 550
cantio Bœotica 1469
capere nihil & terra bene 1034
capere prouinciam 515
capere ciuitatem 994
capere crines 1099
capillis trahere 1090
capparij victitas, qui potes Anthia 1312
capra gladium 54
capra contra sese cornua 56
capra Scyria 363
capra nondum peperit, hœdus autem ludit in tectis 559
capram portare non possum & imponitis bouem 606
capra ad festum 888
capram cœlestem orientem conspexerunt 888
capratum nomina 1208
capræ in morem 1113
capra Cinnamonum 1396
capræ anniculæ pera optima 1375
capra Cinnamonum 1474
capraries in æstu 583
captantes capti sumus 362
capite cucurbitino 1206
capite gestare 1029
caput sine lingua 1178
caput rei 416
caput vacuum cerebro 763
caput scabere 816
caput artis, decere quod facias 987
caput tegere 1401
caput serpentis conterere 1434
caput fricare 1454
caput hoc ventosa cucurbita quærit 1569
caracallæ nummi 1475
carbone notare 805
carcini poemata 715
cardano similis 1516
cares foras 102
cani capite nudius 1147
carica musa 372
carica victima 711
caricus hircus 816
caricum sepulchrum 945
caricum vinum 1017
caricum schema 1339
caris loco habere 1329
caritate septum esse oportet 1419
carmen deductum 1503
carmen lyuertæ. 1504
caronta 1453
carpathius leporem 425
carpathius testem 1259
carsum carsum ducit 99
cassa glande 1113
cathoticus modus 540
catastrophe fabulæ 87
catellæ Dominas imitantes 560
catellæ Meritæ 748
catone hoc contenti fumus 1093
catonem Arabiam fecere 413
cauda quibus nigra, ea ne gustes 17
cauda tenes anguillam 181
caudæ pilos equinæ paulatim vellere 324
cauda de vulpe testatur 539
cauda blanditi 916
cau. thoracem 519
cane tibi à cœno muco & aqua silente 1526
caunius amor 718
caunius amor 2474
cauponariæ mulieres 2475
caula cadere 1132
caute loquacios 808
cautus metuit 927
cauum pedis ostendere 2412
cecrops generosior 1377
cede Deo 1566
cedrus cecidit 1331
cedro dignum 1488
celeri supellex 2100
celeris in terro 716
celeritas in malis optima 2127
celer vt mens vel ala 1508
celerius elephanti pariunt 329
celerius quam Buteo 588
censor bonus 2142
censor Appius 1581
censoria virgula 1058
censorium supercilium 2257
centaurea 714
centaureæ viuere 1584
centro & spacio circumscripta 2044
centum plaustri trabes 959
centum vni vnum pauperem spoliare non possunt 1426
cepas edere, aut olfacere 717
cepphus parturit 329
cepphus 2182
cera tractabilior 716
cerâm auribus subdit 947
ceræ initas 2303
cera & arte nobilis 1425
Cerberum è tenebris vel ab inferis 1585
cercopum forum 2527
cercyon in Alope 2526
cercyrea scutica 443
cerebrum interius inquirere 1315
cerebrum ne edas 1417
Cereri sacrificant 923
cerite cera dignus 380
Cescon habitus 581
cetto pellucius 1161
cestreus ieiunat 125
certamen non accipit excusationes 747
certissima paupertas 1004
ceruinus vir 593
ceruina senectus 1320
ceruus canes trahit 963
cervus ad fontem properat 1522
Cerylus euadam 1228
chœnici ne infidem 17
Chalanes nutris 1336
Chalcenterus 1021
chalcidissare 758
chamæleontem imitari 1476
Cercopissare 593
charadrion imitando 2049
Charadrij vitam vivit 1218
Charetis pollicitationes 582
Charontis cymba 2506
Charontis nauis 612
Chelippus 2450
Chelonius modus 1117
Chimæra 2183
Chiorum more vellere 2382
chirones viceris 2472
chironium vulnus 612
Chium & Anminetum miscere 1538
Chius ad Coum 600
Chius cæcus 936
Chius Coum loqui non sinit 2227
Chius dominum emit 499
chordæ vice 750
chores tragicos molestè fert 1390
chorus domesticus 2598
chorus illius maior, motus concinentior 1147
chrestologi 372
cibum in mastellam ne immittas 21
cibus alicens deambus molitum nauseosus 1522
Cibyretes 1560
cicada cicadæ chara 84
cicada vocalior 318
cicadæ apem comparas 318
cicadæ hiems canunt 1339
cicadæ ubi canent 1123
cicadam ala corripuisti 336
cicadæ placent 755
ciceris emptor 785
Ciceronis Bacchus 572
Cilicia insolentia 2193
Cilices imperatores 714
Cilicium carinum 713
Cilix haud facile verum dicit 646
Cimmeriæ tenebræ 566
Cinyræ opes 637
Cinclus 458
cinerem quærere 1553
circa montis radices versari 1332
circa te tam nasat 1210
Circeo poculo 1084
Circes virga 1151
circulator Cybeleius 1389
circulum abluere 582
circulus res mortalium 1149
circum actus adorato 26
ei cum pedes 1084
circumpedes 1140
circumtondere comam 202
Cissamus Cous 715
cireria 1062
cirrea loquacior 1156
cithara incitat ad bellum 1045
citius quadrigis 161
citius elephantum sub ala celes 546
citius in naui eadem à ligneo excideris 472
citius quàm asparagi coquuntur 831
citius quam formicæ papaver 1110
citius quam gradatim 1227
citius Telegoræ donaverim 989
citius terra æthereum conscendet 1354
citius vsura cuttis quàm Heraclitus 582
citra orationem citráque sementem 218
citra pulueretn 218
citra vinum temulentia 116
civitas non ciuitas 2129
civitates ludimus 714
clamosior lauro ardente 590
clanam extorquere Herculi 928
Claudiana comitiva 712
claudicat 1442
claudi more tenere pilam 712
claudus optimè virum agit 643
clauæ findere ligna 580
clauis in lingua 1350
clausis thesauris incubare 1403
clauum clauo pellere 73
clauum tenere 2390
cleanthis lucerna 285
clematis Ægyptia 37
clemens Lanuvii 1134.1142

Cleo-

Clerocritus 713
cleomenes superat cubile 952
climacides 959
clisthenem video 713
clypeum post vulnera sumere 1558
cmips in loco 711
cochleare crescet 440
cochleæ vita 974
cochleis diffidentior 1199
cocta numerabimus exta 289
coctum ab alio edere 1141
codali chœnix 710.1153
codri 1376
codro pauperior 249
cœna popularis 1111
cœnare me doce 790
cœna sine sanguine 1447
cœni agitator 1205
cœno puram aquam turbans, nunquã inuenies potum 580
cœnam barbaricam 1051
cogitationis pœnã nemo patitur 1545
cogitato quàm longa sit hyems 1406
cognatio mouet inuidiam 1065
collaria cadauera 1313
collatiuus venter 1197
colophonem addidit 481
colophonia ferocitas 398
colophonium calciamentum 1019
colophonium suffragium 889
coloßi fragmenta 1341
coloßi magnitudine 708
colubrum in sinu fouere 936
columen familiæ 133
columnas rumpere 957
comæ venustate vel ipsum Absalona vincentes 1456
comastes 1503
comicus testis 126
cominus atque eminus 163
commouere sacra 1086
commune naufragium 947
commune tanquam Sisapo 1150
communibus ostiis excludere 1550
communis tanquam Sisapo 1053
communis Mercurius 426
compendiaria res improbitas 731
complura masculi canis cubilia 654
compressis manibus 402
computatorum digiti 1403
computruerunt iumenta in stercore suo 1514
conando Græci Troia potiti sunt 1502
concha dignus 710
conchas legere 1134.1401
conciliant homines mala 419
concinere 1072.1144
concupiuit assam farinam 429
conclamare vasa 1422.1520
conclamatum est 1500
conferre capita 1151
confringere tesseram 371
congregare cum leonibus vulpes 331
coniecturæ vanæ 1144
connæ calculus 441
conniuendo ferre 1550
conniuere 310
conscientia crimen prodit 1437
conscientia mentem exagitat 1513
conscientia mille testes 383
confessus in talario ludo 1115
consilium malum 77
consuere puluillos sub cubito 1321
contemnunt spinam cùm cecidere rosæ 1357
contenti simus hoc Catone 1379
contigit & malis venatio 533
contigua soluis 1174
conto nauiga 710
contorquet piger funiculum 179
contribulis factus serua ordinem 941
contrahere vela 1115
contrahere supercilium 793
contrahit & demittit animum 249
contra retiarium scrula 551
contra stimulum calces 134
contra torrentem niti 709
conuenerat Attabas & Numenius 708
conueniunt rebus nomina sæpe suis 1458
conuertere pollicem 309
conuicia in principes vitanda 19
conus artoryx 912.1351
copa 1458
copiæ cornu 221
coquere hædum in lacte matris 1525
coquus malè condiens 1274
cor 1524
cor calidum in re frigida 1129
cor ne edito 19
corticeum auxilium 1033
corinthiari 956
corinthiis non indignatur Ilium 918
corinthus & collibus surgit & vallibus deprimitur 515
corinthus superciliosa 1320
cornea fibra 176
cornicari 263
cornice loquacior 1259
cornicibus viuacior 246
cornicum oculos configere 143
cornix scorpium 54
cornutam bestiam petis 62
coronæ instar 1167
coronam ne carpito 25
coronam quidem gestans, cæterum siti perditus 436
coronidem imponere 1352
corpore effugere 462
corporis vestigium è lecto surgens, cõfundito 26
corpus sine pectore 379
corrumpunt bonos mores colloquia praua 377
corticeus 1372
corui luscinijs honoratiores 947
coruum delusit hiantem 263
coruum misimus 2458
coruus ab aquila relictis cadaueribus vescitur 1526
coruus absente Graculo pulcher 1379
coruus albus 1036
coruus aquæ 707
coruus serpentem 924
coryceus audit 1474
coryceus auscultauit 90
corydi iuuenca 346
coryphæus 1171
coryphæus chorum sequens 1548
corytheo deformior 709
cosæ consilium 1120
cossi 1038
cotem alis 175
cotem esse 1517
cothonisare 1023
cothurno versatilior 67
cothurnus 1151
coturnicis naturam induere 1163
coturniculę animus 1233
coturnissare 713
coturnix Herculem 59
cotyos contubernalis 1162
crabrones irritare 54
cradophagus 1026
crambe bis posita, mors 198 1545
crania bina gerit & innumeros oculos 1193
cras cerdo, hodie nihil 1380
crassa minerua 46
crassiore musa 46
crassipelles 1468
crasso ditior 249
crater litium 916
cratetis poetica 1545
credimus, quæ coram intuemur 1508
crepitu probabis 937
creta notare 203
cretenses sicrum 699
cretensis cretensem 85
cretensis cum Ægineta 85
cretensis mare 86
creticza cum cretensi 85
cribro aquam haurire 173
cribro crebrius 1100
cribro diuinare 360
cribro vaticinans 1467
crinium præsegmina ne coniungito 23
crisonem Himeræum præcurrere 1049
crispiores spio 1471
crobyli iugum 596
crocodili lacrymæ 521
crocum edit 1534
crocum in ciliciam 1328
crœsi pecuniæ teruncium addere 1101
crœso ditior 249
crotone salubrius 515
crotoniatarum postremus, reliquorum Græcorum primus 516
crudelis Bacchus 764
cubitale 1187
cubiti adolescere 1248
cubitis metiri, vt nili incrementa 1370
cubito emungere 505
cuculus 1005.1192
cucumere vescens chlamydem texito 1104
cucurbita glabrior 1357
cucurbita sanior 698
cucurbitas lippis 422
cucurrit quispiam ne pluuiâ madesceret, & in fouea præfocatus est 753
cui bonus est vicinus felix illucet dies 1527
cui ista arridet meis ne gaudeat 843
cui multum est piperis, etiam oleribus immiscet 740
cui nullum negotium erat, Harmenem muro cinxit 1017
cuiusmodi portento me inuoluit fortuna 646
cuius nunc caleat ara 2143
culeo dignus, aut non vno culeo dignus 1077
culex lychnos se committens aduritur 1532
culicem colant 891
culicem elephanti conferre 686
cùm adsit vrtus, vestigia quæris 367
cumæi aimi 1472
cum Asone iuuenescere 1352
cumani sero sapiunt 206
cum aquila esse queas, inter graculos primus ne opta 1425
cum cane simul & lorum 949
cum care carinas 86
cum cortice luctari 699
cum Deo quisque & gaudet & flet 698
cum diis pugnare 543
cum diis ne contende 1507
cum Enandri matre loqui 1244
cum hasta cum scuto 612
cumini sector 395
cuminum serere 1219
cum lacte nutricis 278
cum laruis luctari 95
cum minerua manũ quoq. mouet 227
cum mortuis conuersari 1132
cum musis 814
cum musis certare 1132
cum Protogene mortuo bellum gerit 1137
cum puluiseculo 616
cum ramento 1122
cum sacco adire 1009
cum sarcinis enatare 1006
cum templum ingressus sis, reuerenter adorato, neque quicquam interea quod ad victum pertineat aut dicas aut facias 1415
cum vulpe habens commercium, dolos cane 1195
cunctabundus natura Deus 1517
cunctatio noxia 1135
caniculis oppugnare 1042
cupidinum crumena porti folio vincta est 108
curã esse quod audis 927
cura hospitum 1150
curæ vitandæ 19
curare cuticulam 525
cur cessatum est 976.1151
curetum os 699
curiosus idem & garrulus 1506
cur non suspendis te? 611
curre denuo 1122
currentem incitare 92
currenti calcar addere. 93
cuticulum animæ dccurrere 1167
curruca 1374

currus bouem trahit 269
cursu lampada trado 88
cursum vitæ 1449
cursu præuertere ventos 1498
cyatho non etiam 1100
cybiratici canes 1186
cyceon 1324
cyclobori vox 712
cyclaminum effodias ad halenta 1501
cyclopica musica 1504
cyclopica vita 375.1216
cyclopicum monstrum 1188
cyclopicus obtutus 1227
cyclopis donum 754
cyclops execratus 1515
cyclopum more 1062
cydi pœnam debet 711
cygnea cantio 96
cylones 1381
cymbalum mundi 1107
cynicus 1449
Cyprio boui merendam 384
cypressi fructus 947
cythos malorum 554
Cyrenæus videris 1292
cyrnea tractata 852
cyrnia terra 697
cythniçe calamitates 697
cythonymi probrum 697
cyzicena flaccies 697

D

Dædaleis fessi remigiis 1443
Dædali alæ 695
Dædali machæra 1310
Dædali opera 490
Dædaleum remigium 1114
dæmonem dæmone pellit 1527
de lapidi volam 3068
da mihi hodiernum, tu sume crastinũ 1416
da mihi mutuum testimonium 294
da panem & pugnum 1216
Daphnis inter pastores primus 1359
Dardanarij 1539
Dardanæ artes 1480
dare manus 351
Dares Entellum provocat 696
dare verba 201
Dauj opes 1277
Dalypus carnes desiderat 223
datatim dare se 1537
date mihi pelum 696
dat veniam corvis, vexat censura columbas 794
Dathus bonorum 128
Datyli dies 529
Dauus sum non Oedipus 130
Daulia cornix 814
dea excogitauit 1079
dea impudentia 694
de alieno ludis corio 462
de asini prospectu 140
de asini umbra 136
de calcaria in carbonariam 529
decempes umbra 769
decernetur equa Thessalica 913
decipienti semel 1001
decipula murem cepit 774
decora teipsum 931
decumanum 1086
decumani majorum fluctus 1322
de curru delapsus 474
de diis rebusque diuinis nihil tam admirabile dicitur, quod non debeas credere 1415
dedi malum & accepi 461
de eo præeunte nullus officit obex 1357
de facie nosse 352
de fece haurire 359
de fera comediſti 575
de filo pendet 349
de fumo ad flammam 1037.1527
de fumo disceptare 137
de fructu arborem cognosco 339
de gallo in asinum 1533
de gradu deiicere 152
de grege illo est 813
de gustu cognosco 359
Dei figurã ne in annulo circumferas 25
de illo conuentu 1154
deinde expergiscebar 695
de lapide empto 695
de limine offendere 1225
de lana caprina 137
delatoris curiositas 1544
Delius natator 283
Delphicus gladius 493
delphinis in terra vires 1159
delphinum cauda ligas 181
delphinum natare doces 181
delphinum sylvis appingit, fluctibus aprum 525
de male quæsitis non gaudet tertius hæres 1508
demandere calamo 1533
deme supercilio nubem 1452
de manu in manum 1178
demissis auriculis 1029
demulcere caput 688
dentata charta 814
dentem dente rodere 565
dente theonino rodi 450
Deo nemo potest nocere 1128
Deorum cibus 322
Deorum concio 1007
Deorum dona sæpe non dona 1425
Deorum liberi sunt inuulnerabiles 1411
Deorum manus 118
Deos absentes testes facit 1402
De parua scintilla magnum sæpe excitatur incendium 3506
de paxillo suspendere 1358
de pilo pendet 349
de plano aliquid cognoscere 1539
de plaustro loqui 286
de plebe 1550
de possessione deiicere 695
De pulchro ligno vel strangulare 435
De pulmone euellere 789
de Pythagoricis rebus absque lumine ne loquaris 1418
De reduuia queritur 1078
derides me è sublimi 106
de scammate ingredi 1417
deserere vadimonium 1087
deserta causa 212
desertum obtineri 942
de sportula cœnare 1038
de statu demigrare 1118
de statu mentis detrahere 1458
destitutus ventis remos adhibe 1023
desultoria leuitas 1542
de ulteriore 1258
de summo pectore 1398
detergere mensam 1552
De toga ad pallium 997
Determinate tussim 1425
de tuo capite aguntur comitia 923
Deum esse 219
Deum facere 219
Deum sequere 445
devorata verba 1545
devotionis templum 206
Deus ex improviso apparens 56
Deus hoc habeat decus 1557
dexteram ne cuiuis iniicito 18
dextrum pedem in calceo, sinistrum in pelui 694
Diporus Melius 770
diametro distant 370
Diana Pergæa 1176
dicas tria ex curia 734
dicentes 1329
dicendo dicere discunt 233
dicis gratia 1437.1537
dictum ac factum 813
diem humeris protrudere 1533
dies adimit ægritudinem 533
dies albus 1229
dies digitus 1391
dieta curari 1580
difficilia quæ pulchra 357
difficilis vir 692
digito attingere 1462
digitum non porrexerim 125
digito ostendere 1437
digitum progredi 186
digitum qui proferat 1108
digitum transuersum 187
digna cedro 920
digna canis pabulo 358
Digni pilo 1354
dignum propter quod vadimonium deseratur 300
dignus Argiuo clypeo 300
dignus obelisco ibid.
dignus pilo 299
dignus qui cum in tenebris mices 302
dignus qui tanis ministres 1463
dij benefaciant vobis 1504
dij lancos habent pedes 380
dis ne labaris ex vitibus non amputatis 26
diis hominibúsque plaudentibus 60
dij facientes adiuuant 227
dij tibi dent tuam mentem 926
dij omnia possunt 1010
dis secundis 1489
dimicare pro cunabis 1477
dimidium plus toto 354
dimidio vitæ nihil differunt felices ab infelicibus 396
diobolare 1081
diolygium malum 579
Dionæa necessitas 327
Diomedea & Glaucea permutatio 71
Dionysij 306
Dionysius Corinthi 62
Dioscuri salutatores & aduocati salutiferi 1545
Diphilus Diphilo tardior 1505
dirus agere 1147
dicum quàm philosophũ audire malunt 1134
dise te saltare 1047
dissidii pomum 1376
dissoluti discincti 1429
diu delibera 941
diuersarum partium 1152
dives aut iniquus est aut iniqui hæres 342
dives factus iã desiit gaudere lete 616
dives promissis 953
diuinum excipio sermonem 995
diuinus, Deum fieri 1493
diuite vena 578
diuitiæ non semper optimis 1146
diuinum potere 1481
docear qui didicit 1126
doctor senis 98
doctum doces 76
doctum te venandi artem 773
doctum Danaidum 1150
domestice notus 352
domesticus testis 469
domestico thesaurum calumniari 240
domesticum oneri affixit 1347
domi cum ecturam facere 371
domi nascitur 371
domi habet 372
domi manere oportet bene fortunatum 683
domi nobilis 1085
dom. pugnax more galli 1069
domi milit.æque 1447
domi fux quilibet rex 1546
dominus in monte videbit 1578
Dominus domini 1582
domos luteas habitare 1522
domum quum facis, ne relinquas impolitam 230
domum redeamus 1154
domus amica, domus optima 741
domus recta 988
donum quodcunque dat aliquis proba 91
Doribus Doricè loqui 1287
Dorica musa 543
Doricè concinere 1089
Doricè mordere 1170
dormientis recto cubit 212
dormienti loquor 1184
Doryphoremalis ritu 990
Dosones 1007
Drachma grando 681
Draconis leges, 1160
duabus ancoris fultus 38
duabus sedere sellis 259
dubia cœna 510
ducere ad umbilicum 86
ducere funem 1438
ductus per phratores canis 815
dules bellum inexpertis 893.894

Dulcedo cuncta intelligendi, superat cæteram omnes suauitates 1470
dulcis cubitus 406
dum cessat Boreas 761
dum clauum rectum teneam 686
dumum cædam, vt tux sint aucti 1534
dum nondum in nervo telum 1150
dum vides 1183
dum virent genua 966
dum vitat humum, nubes & inania captat 1549
duobus digitis primoribus 2089
duobus pariter euntibus 691
duobus pedibus fugere 235
duodecim artium 681
duos insequens leporem neutrum capit 740
duos parietes eadem fidelia dealbare 260
duplex cappa 812
duplices viri 681
dupondij iuuenes 1541
durare 1506
duro flagello mens docetur rectius 1330
durus equi speciem præfert 1233
durus alloquus 782

E

EAdem cera 620
Eadem mensura 45
eadem oberrare chorda 187
eadem pentari trutina 188
eadem per eadem 215
eadem queri 1095
Eadem tibi & Pythia & Delia 579
ea tela texitur 402
eamus Athenas 1014
eandem tundere incudem 356
ebur atramento candefacere 142
eburneis rastris solum vertere, ligonibus aureis terram fodere 1419
E canis podice 932
E cantu dignoscitur auis 933
Echino asperior 525
echeti imperium 1212
echinus partum differt 526.1419
E circulo 1131
E clibano boues 991
E Creta raptus 981
E cucumere bibere 1536
E culmo spicam coniicere 929
edax currus 522
edax triremis 1093
ede nasturtium 312
edentulus vescentium dentibus inuidet 681
edentulæ maxillæ 1354
E diuerticulo 1340
E dolio hauris 428
E domo in domum 1069
E duobus tria vide 681
effœminatorum etiam oratio effœminata 632
E fimbria de textu iudico 339
efficimus pro nostris opibus mœnia 281
effugi malum, inueni bonum 680
E flamma cibum petere 919
ego ac tu idem trahimus iugum 766
ego faciam omnia more Nicostrati 812
ego tibi de alliis loquor, tu respondes de cepis 762
eidem inhiantes testamento 790
eiusdem mutæ æmulus 403
electro lucidior 977
elementum 1172
elephanti corio circumtectus 1552
E lephantina ultacere promuscide 1534
Elephantum ex musca facis 349
Elephantus non capit murem 349
eleusina seruat quod ostendat 1305
elige vitam optimam 1425
è lintre loqui 1580
eloquentia Nestorea 97. Attica 97. multi sine moribus ducitur 1423
embarus es 1198. tum 889
è media flamma seruare 1297
eme lectum viri obærati 1536
emendus cui imperes 112
emere malo quam rogare 124
emori ritu 926
empedoclis simultas 574
E multis paleis paulum frumenti colligi 104
emunctæ naris 621
endymionis somnum dormis 347
E nassa escam petere 980
E nemo cognoscere 1138
eodem amorem & oculos concurrere 1179. bibere poculo 320. collyrio mederi omnibus 1056. cubito 369. in ludo duci 619. iugo vrgeri 1427. laborat morbo 1223
E Patroclis domo venit 975
E paucis verbis ingens bonum aut malum 1135
Epeo timidior 618
ephemeri vita 943
Ephesiæ literæ 618
epimenidem dormire 941
ep phyllides 934
epirotico cane vehementius 1271
epitycthizare 472
E poculo perforato bibere 717
epopa cum cygnis certat 317
E potestate exisse 1077
equa pharsalica nuncupata iusta 1575
equi dentes inspicere donati 992 generosi senectus 135. senecta 404
equitandi peritus ne cantet 1081
equo senescenti mitora cicela admouere 619
equis albis præcedere 161
equus Duratens 929. me portat, alit rex 266. cessorem rapit 1332. Sophocleus 1268. suo detraudatus pabulo ignauus 1327. Troianus 929 1405. 1518.
equum habet Scianū 384 Scytha 1314
erecti 991
eretrienſium Rho 620
ergini cani 751. erinnys ex tragœdia 994
éripuit Turno 1492
erit melius 1432
errare tota via 51. toto cælo 42
erroris scala 115
eruca 1459
eruditi oculi 1518
escam hamo circumponere 1343
è scorta facilius dues, quàm pater familias fit 1404
èscula 1320
è schola cantilena 1131
esernus cum Pacidiano 556
è spinis vuas colligere 1223
è squilla non nascitur rosa 500
est modus matulæ 1200. 1539
esto promus 942
est Pylus ante Pylum 617
è sublimi me derides 106
esurienti Leoni prædam exsculpere 1121. 1155 ne occurras 1101
E Tantali horris fructus colligis 910
E tardigradis asinis equus prodiit 518
Et hic d jsunt 1681
etiam baculum deuorares 945. capillus vnus 786. corchorus inter olera 266 dormiens somniat 745. è vite rubus nascitur 1198. in Deorum cœtu 915. inter vepres rosæ nascuntur 1410 mater & sorores 1249. quercus bacchatur 946. saxa loquerentur 1353. si Cato dicat 1000 si lupi m. misisses 610. vetus arbustū transferri potest. 403.
Et fama fuit, & eras 645. & me mater vincere dicit 964. & meum telum cuspidem habet acuminatam 107. & nati natorum 703. & operam & retiam perdere 1100. & post malam segetem serendum est 975. & prædā & præmium 1093. & puero perspicuum est 408. & scelloj filium abominor 1070
E terra spectare naufragium 1116
E tragico comicum drama 1188
euannat ad omnem auram 1323
euchionis gallus 1168
euellere plantam cœno 1538
E vestigio 1012
E vipera rursum vipera nascitur 1238
euitata Charybdi in scyllam incidi 185
eum auscultat cui quatuor sunt aures 319
eumeli equis magis consimiles 1359
eundem calceum omni pede induere 974
euripus homo 347
eurybat zate 107
euparyphus ex comœdia 981
eurycles 917
eurymnus 930
ex academia venis 760
exacta via viaticum quærere 765
ex æquo partire 942
ex amphiteto bibisti 932
ex atena funiculum nectis 577.573
ex aspectu nascitur amor 105
excidit 1452
excitas octipedem 55
ex cohorte prætoris 1106
excolantes culicem, camelum gluttiunt 1521. 1584
excubiarum causa canens 288
Excubias agere aut dicari 664
excubias agere in Naupacto 106
ex cubitis cœnare 1423
excutere pulverem pedum 1521
ex Diametro opposita 370
ex eadem figlina 1307
execrationes secrete 1039
exemplum vitæ 1129
exenterare 1151
ex eodem late 1279
ex eodem ore calidum & frigidum efflare 303
ex eodem præsepi 1190
exercitatio potest omnia 450
ex fastis euellendi 1405
ex fronte perspicere 504
exigit & à statuis farinas 729
exigua aqua maiori interdum supernatat 1553
exiguum malum ingens bonum 547
ex guum oboli pretium 791
eximere è manu manuarium 916
ex limo me ducis 1343
ex inanibus paleis 604
ex ipso boue lora sumere 105
exitij nulla ratio 1042
ex itineris diuerticulo non est ingrediendum in templum, neque orandum omnino. etiamsi iuxta vestibulum ipsum tibi transeundum sit 1415
ex libro gubernatores 1036
ex natali emortualem facere 1093
exordium rei 1212
ex ore lupi 599
exordiri telam 577
ex quo prodiit 152
expecta anus &c. 772
expecta bos aliquando herbam 772
expellere furca vel furcillis 1537
expensis bona obtingunt 1377
ex Phelleo 1097
ex præteritis, præsentia æstimantur 1515
expumicare 1426
ex quercubus ac saxis nati 321
ex se fingit, velut arancus 971
ex se natus videtur 1542
ex sinu illius 1084
ex stipula egressere 369
ex syngrapha agere 1047
ex tempore viuere 315
extibiatus senex 1273
extinguitur magis quàm heraclitu sol 1469
extis pluit 725
extra callem 1222
extra cautionem 447
extra chorum salire 577
extra circuū & regulam nescio quidquam 1531
extra curriculum ferri 1590

extra fumum & vndam 1053
extra lutum pedes habes 106
extra mala positus admones 1167
extra oleas 436
extra omnem aleam 2390
extra organum 688
extra publicam viam ne defiectas 23
extra quærere sese 541
extra somnum 1509
extra telorum iactum 150
extrema extremorum mala 753
extremam imponere manum 1489
extrema linea 997
extremis digitis attingere 354
extremum occupet Scabies 962
ex tripode 292
extritum ingenium 640
ex tua officina 577
ex vmbra in solem 106
exunguare 1369
ex vno multa facere 411
ex vno omnia specta 105
exurere mare 1000
ex vtroque latere 1435

F

Faba hæc in me cuderetur 63
faba nummus 1116
fabarum artifex 1006
Faber compedes quas fecit, ipse gestet 63
faber fabro inuidet 84
faber quum sis opera non facis fabrilia 960
faber cadit cùm ferias fullonem 1325
fabilibus victitat 2192
fabis abstineto 20
fabulæ catastrophe 87
fabulæ sapremum actum addere 87
fabula Milesia 1476
fabula nunc ille est 1483
facere totum 1546
faciat tibi dominus sicut Ephraim & Manasse 1434
faciem perfricare 309
facies tua computat annos 586
facile quum valemus recta consilia ægrotis damus 247
faciles partes 1120
facilius quàm Oreũ deuicerunt Bœroti 1219
facilius inter horologia conuenire, quàm inter philosophos 1581
faciunt & Sphæreli immunitatem 107
fac nidum vnum vna in arbore 1502
facta iuuenum, consilia mediocrium, vota senum 779
factum stultus cognoscit 41
factum transactum 1102
fæcem bibat qui vinum bibit 249
falces postulabam 448
fallacia alia aliam trudit 454
falsum probrum 1092
fama prodit omnia 1124
famę os claudere 1413
famem pestilentia sequitur 1527
fames Melixa 348
fames Saguntina 348
fames & mora bilem in nasum conciunt 621
fames præter seipsam edulcat omnia 1527
familiaris dominus fœnum nutrit seruum 1421
famis campus 349
farcire centones 521
fasces submittere 1406
fastigium imponere 86
fastuosus maximus 204
fata viam inuenient 1498
fato Metelli 1103
fato non repugnandum 1127
faustus exitus 1143
fel ex Tartessia 204
fel cibus sunt & trimestres liberi 273
felici diplomate vti 1540
feli crocotam 104
felicior sis Augusto & melior Traiano 1585
felicitas temperantium 495
felicitas multos habet amicos 779
felicitas à Deo 944
felicium multi cognati 701
felix Corinthus: at ego sim Tenea tes 546
felix qui nihil debet 607
felix & faustum sit lumen 1425
fenestram aperire 154
feri puer 992
ferire frontem 1114
feras, non culpes, quod vitari non potest 122
feras aptare putasti 1491
ferre iugum 104
ferreus 275
ferreus 1314
ferreus 1449
ferrum natare doces 173
ferrum ferro acuitur 296
ferrum & flamma 1095
ferrum vinum attrahit 1413
ferrum ferro acuitur 1522
ferrum cum igni candet tundendem est 1536
fertilior seges est alieni in arvo 248
Fescemina licentia 1347
festina lente 385. 386
festo die si quid prodegeris 103
festucam ex alterius oculo eiicere 253
festum multas habens 889
fici cadunt in os comedentis 1523
ficiuorus 1198
ficos diuidere 395
ficulnus 290
ficulnus gladius 621
fictilis homo 669
ficum cupit 468
ficum Mercurio 621
Ficus ficus, ligonem ligonem vocat 469
ficus post piscem 914
ficus auibus grata 975
fidere vnius noctis glaciei 1532
fides oculis magis habenda quàm auribus 70
fidicen cùm hæret tussit 1583
fiducia pecuniæ amissi 744
figulinam de dolio discere 1468
figulus figulo inuidet 84
figulus ollis ansas pro voluntate ponit 1527
figuli opes 372
figura & triobolus 1363
filius mihi sit Tritogenes non Tritogenia 1396
filum contentionis tunc erat 749
filum neuisti & acu opus est 1031
fimo abiectior 1198
finem vbi attigeris, ne velis reuerti 21
finem vitæ specta 130
firmo & maximo progressu 1446
fixis oculis intueri 640
flamma fumo est proxima 190
flamma persequeris quę genueras 1611
flamma sine Vulcano 1354
flantibus ventis echo adora 1466
flectere si nequeo superos Acheronta mouebo 1567
flere ad nouercæ tumulum 328
flet victus, victor interit 564
flocci facio 299
flocci non facio 299
floccos demete 1205
florem habæ 1467
flos canis 1032
flos 1487
fluctibus obloqui 1374
fluctus mutus 1017
flumina in terram commutat 1272
fluuiatiles aues 1527
fluuij cursus non detorquendus 1428
fluuius cum mari certas 350
fluuius quæ procul absunt irrigat 689
fluuius non semper fert secures 914
fœdum est & manisse diu, vacuúmque redisse 617
fœmina aut minus quàm canem aut plus quàm semirem facit 1510
fodere 1151
fœmina 1443
fœnum habet in cornu 62
fœnum, est 702
folia similes homines 1488
folio ficulno tenes anguillam 181
folium Sibyllæ 292
fons Dodoneus 1151
fons & radix 1172
fontes ipsi sitiunt 280
fontibus astros, floribus austrum 811
foras Cares, non amplius methisteris 102
fores habet vitas vt pastorum casa 667
foreis aperire 810
formica formicæ chara 84
formica camelus 201
formicæ semitam canit 1392
formicarum nidos inspiraui 1226
formosus sine pulchritudine 1422
formula cadere 2312
fornax ferrea 1571
foro vti 65
fors domina campi 1096
fortes adiuuat fortuna 92
fortes in tabula 1410
fortis in altum fortiorem incidit 892
fortuna fortes adiuuat 92
fortuna æstuaria 810
fortunæ nouacula 1128
fortunatus sapiens 1220
fortunatior Strobilus Carcini 103
forum baculi vicani 1528
forum Thessaliæ 1577
fracti 1307
fractis auribus 1036
frater viro adsit 893
fratrum iræ acerbissimæ 94
frenum non habet lingua 1171
fretis acrior Adriæ 1441
fricantem tetrica 295
frigida aqua feruentem allam adspergere 1532
frigidam aquam suffundere 371
frigidior salamandra 1534
frigus inducit 1458
frondes fructuum expertes 1475
frons occipitio prior 81
fronti nulla fides 1475
frontis perfrictæ 309
frunti ocream, tibiæ galeam applicat 1199
fructibus non stadiis certare 1257
frumentum in populum 1366
frusto panis 144
frustra Herculi 567
frustra curris 700
frustra canis 180
frustra nisi demeritæ est 1129
frustra iacitur rete ante oculos pennatorum 1521
fucum facere 202
fucus 1272
fucus 1494
fuere quondam strenui Milesij 343
fuge procul à viro tastore 768
fugere nemine persequente 1433
fugitiuum retrahere 1538
fulmus Troes 343
fuit & Mandroni siculna nauis 997
fulgur ex pelui 604
fulicam cygno comparas 1320
fulmenta lectum scandunt 1302
fulmentum lectum 1097
fulminis in morem 1491
funiculus triplex non facilè rumpitur 1521
fumi vmbra 503
fumosæ imagines 1089
fumos vendere 132
fumum fugiens in ignem incidi 116
fumus 1071
fumus è ficubus 1187
fumus pulchriorem persequitur 1464
funditus 1056. 1057
fundo carens calix 1263
funem abrumpere nimiò tendendo 209
funem contentionis ducere 1225
funem reducere 347
fungus 917
fungus putidus 1110
fungus putidus 1144
funiculus ad lapidem 1074
furari litteris haremus 936
furem tur cognoscit, & lupum lupus 491
furo

fures clamorem 105
fures ipſi accuſant 1334
furis paſſu progredi 1531
Fuſio ſurdior 1549

G

GAditanum 1204
Gallam bibere oportet 1099
Gallas 1450
Galli more 1150
Gallica fugia 1509
Gallinacei lactis haustum pollicem 1472
Gallinaceus Bucliouis 1402
Gallinæ albæ filius 61
Gallo albo ne manum admoliaris 25
Gallonius 1077.1141
Gallorum incuſare veteres 670
Gallos quid exeras 692
Gallus roſilis 738
Gallus in ſuo ſterquilinio plurimum poteſt 967
gamma Betam perſequitur 1075
gangamon 1019
gargara bonorum 1013
gauia in Magnis 1185
geminas chordas ferit 1314
gemoniæ ſcalæ 1378
generoſior Codro 614
generoſioris arboris ſtatim planta cũ fructu eſt 143
generoſior Sparta 621
generoſus es ex crumena 614
genius malus 59
genius Temeſæus aderit 63
genuino mordere 451
genu ſura propius 149
geometriã exercet in ſupercilijs 1200
geometriam exercere in Cilio 1413
Gephyriſmos 1180
gerſeni 1473
gerræ Siculæ 506
geſtare hydria, hyenæ & phocarum pelles 1517
gigantum arrogantia 892
gladiator in harena conſilium capit 240
gladiatorio animo 141
gladium acutum auertas 23
gladium dediſti quo ſe occideret 689
glauci ars 614
glaucus alter 941
glaucus comeſa herba habitat in mari 921
glaucus poto melle reſurrexit 614
gleba aurum 614
glomerare inglomerabilia 1280
gloſſaſpides 1395
gloria fururi 892
gnomon & regula 415
gorgonei capitis poſteritas 1350
gorgonem Perſeus aggredietur 941
graculo impersuaſibilior 1263
graculus inter muſas 1484
graculus ſemper aſſidet graculo 84
gradum figere 1224.1422
Græca fides 502.1354
Græcis & barbaris ſapientibus & inſipientibus 1433
grallatorius gradus 1113
grata breuitas 992
gratia gratiam parit 44
gratia non ducitur poenitenſis 1371
gratias muſis commiſcere 1175
gratis lita 1563
grauiora quàm ab Archidamo Athenienſes 1152
grauiora Sambico patitur 62
granius quam Troiam capere 1197
grauiſtellus 1495
groſſus maturus eſui ineptus 1251
grues lapidem deglutientes 810
gubernatori ſomnolento ne benefacito 1331
guttam aſpergere 1108
gutta cauat lapidem 1447
gutta fortunæ præ dolio ſapientiæ 1177
gutta vini 938
gyaro dignum 1300
gygis annulus 68
Gygis opes 1375

H

HAbenas ignarus non tractet 1283
Habenas iniicere 1274
habes Scytha fœnum 1536
Habet 915
habet & muſca ſplenem 780
hac nos Deus ipſe ducit 1413
hæc Helena 1482.1512
hæc ruſticia 761
hæc potior 231
hæreditas ſine ſacris 1485
hæſitantia cantoris, taſſis 640
hærere in iiſdem ſcopulis 1557
hæret in vado 956
hactenus potui, habui ſui 1491
halcedonia ſunt apud ſorum 573
hallex 1479
halopanta 1121
halophanta 1154
hamaxiza 723
hamazobio inſtabilior 1317
hanc technam in ſeipſum ſtruxiſti 53
harena cedere 351
harenæ mandas ſemina 172
harenam metiris 171
harena ſine calce 489
harmodij cantilena 669
haſtam abiicere 351
haſta caduceum 670
haudannuncias bellum 683
haud contra oſtium 969
haud canit paternas cautiones 669
haud impune vindemiam facies 418
haudquaquam difficile Athenienſem Athenis laudare 417
haud ſolide 1048
haud vnquam arcet oſtium 437
hebræus nihil hebræo Catilina Cethego 1541
hecatæ cœnam 989
hectorem imitaris, ab Ilio nunquam recedis 1360
hedera laſciuior 1091
helenæ crater 1308
helepolis 1309
heraclia victoria 1585
herachus lapis 214
herbam dare 350
herciſcere 1133
herculæi labores 671.672.&c.
herculana balnea 492
herculana ſcabies 510 1141
herculani lecti 1034
herculanus modus 342
herculanus morbus 511
hercales cœna 1363
hercule dextro aut amico 60
hercules in lydia 1417
hercules hoſpitatur 915
hercules & Simia 780
hercules 1492
herculis ædem mulier nõ intrat 1334
herculis Clypeus 1539
herculis cornu 1215
herculis cothurnos aptare infanti 809
herculis ira 1358
herculis ſacrificium 1394
heri & nudius tertius 542
heri ſeruus hodie libet 1546
hermionis vice 548
hermonium officium 573
hernioſi in campum 1070
hernioſus ad gulam 933
heroum filij noxæ 233
heſiodi ſenecta 598
heſperidum maſa 948
heterognatus es 754
heteromolta cauſa 669
hiberno puluere, verno luto 1099
hiantia ſepulchra 1410
hic bonorum virorum eſt morbus 847
hic depone 781
hic funis nihil attraxit 342
hic Rhodus, hic ſaltus 739
hic telam texuit, alle deduxit 1018
hinc belli initium 785
hinc illæ lacrymæ 142
hinnulo timidior 1183
hinnulus leonem 135
hinnulus ne cũ leone partiatur 1223
Hipparchi mutus 916
hipparchorum tabula 669
hippocratis liberis cedit 1274
hippodromica bona 1425
hippolytum imitabor 809
hipponacteum precorium 451
hirci cuculus 1458
hirundo toros Schœnos enteibit 948
hirundinum muſca 433
hirundo ætatem loquitur 1335
hirundinem ſub eodem tecto ne habeas 24
hiscere 425
his Medus non inſidiabitur 663
hoc age II 3.1214
hoc calceamentum conſuit Hittiæus, Ariſtagoras induit 764
hoc iam & vates ſciunt 1063
hoc municeps aut vicinus nunciauit 1078
hoc nouerat priuſquam Theognis natus eſſet 962
hoc tu mihi dices 1074
hodie nihil ſuccedit 1068
hodie nullus dies maximus 926
holerum appoſitiones 669
holitor ſæpe eſt etiam valde opportuna loquutus 219.220
homo bombylius 577
homo bulla 482
homo Dei ludibrium 1341
homini diligenti ſemper aliquid ſupereſt 997
homo genibus Elephantinis 1532
homo homini Deus 57
homo homini lupus 58
homo multum demiſſus & pinguis ſiue ſpiſſus 1431
homo omni exceptione maior 1541
homo rotundus 1575
homo ſemper contradicens 1032
homo Thales 935
homo treſſis 299
homo triboli 299
homines frugi omnia rectè faciunt 452 452
honora cumprimis figuram & aram, figuram & triobolum 1418
honoraliæ aries 323
horis conſecratus 1503
horna meſſis 921
Horti Adonis 28
hortus altera ſuccidia 1426
hoſpes indigenam 776
hoſtibus cuchiat 1162
hoſtimentum eſt opera pro pecunia 107
hoſtis non hoſtis 768
hoſtis domeſticus 994
hoſtium munera non munera 129
humi nec facio 293
Humectis ſuſtinere 1007
Humerus licet perdas aquam incertendo 1231
Humi hauris 668
Humi ſerpere 888
Humor 1509
Hydra callidior 67
Hydram lecas 360
Hydrargyro furacior 1334
Hydrus in dolio 893
Hylam inclamas 175
Hylam vocare 1474
Hyperi vertigo 809
Hyperboreæa 662
Hypſea cæciot 138
Hyſtricis ſeta 944

I

IActare iugum 842
Iactus recti 1541
iaculo immiſſo fugere 29
iapeto antiquior 1140
ialemo frigidior 1088
iberæ nenia 505
ibidem vna trabo 1552
ibyci equus 1041
ibyci grues 332
iciens ictus eſt 1366
icti cœna 1336
idem Accij quod Titij 378
idem furnus, idem dixit trochus 1250

idem velle, atque idem nolle, ea demum firma est amicitia 1511
iecit Achilles duas tesseras & quatuor 618
decorarius 1363
ieiunium olet 1189
ignarium dare 1010
ignaui relinquendi 22
ignaui quidvis tentant 1168
ignauis semper feriæ sunt 560
igne aliud feruentius 1225
ignem ne gladio fodito 19
ignem igni ne addas 74
ignem dissecare 172
ignem palma 667
ignem spirat 1199
igné stipulæ admouere non uti 1232
igni ferróque minari 1054
ignis, mare, mulier, tria mala 448
ignis non extinguitur igni 743
ignis ad rotrem 809
ignitus prorsus 1150
ignis in vepribus 1214
ignotius quam martis Cohes 1390
ignis cineribus alitur suis 1533
iisdem è literis comœdia ac tragœdia componitur 774
iisdem vescentes cepis 681
iis quæ ex triuio simile 1350
ilias malorum 126
ilico hyems erit 974
ilienſis tragœdos conduxit 514
ilio indigna verba 1232
illò respiciens, sed hic remitte bona 801
illotis manibus 345
illotis pedibus ingredi 345
imbrij & lemnij 1317
imis certis eradere 958
imi subsellij viri 848
immabor nepam 928
immolare boues 270
immortales gratiarum horti 1297
immunem venire 979
i modò, venare leporem: nunc Itymenes 806
imperitus anaxyride indutus omnibus id ostentat 767
imperium nó benegerit qui non paruerit imperio 28
impete pertum artis 591
impone summum fastigium 86
impossibilia captas 360
improbi consilium in extremum incidit malum 725
in aceruum metere 1347
in acie nouacula 36
in Ægypto optarit esse potius 1348
in ære meo elt 278
in aere pilcari 176
in agro furculario capras 1006
in agrum seruus 1266
in aliam terram transferri 1547
in alieno choro pedem ponere 449
in alieno foro litigare 463
in angulo 1002
inani ipe flagrat 946
inaniret aquam consumis 176
inanium inania consilia 785
in antro Trophonij vaticinatus est 287
in antrum haud legitimum stipulum impingis 774
in anulo Dei figuram ne gestato 25
in apes irruisti 664
in Aphannis 726
in aqua hæret 192
in aqua scribis 173
in aqua sementem facis 172
in arduis constanter agendum 1135
in armis acciſſat 942
in area latitas 774
in autem dicere 135
in beato omnia beata 1107
in beatam mitte 432
in caducum parietem inclinare 577
in cœlum expuis 773
in cœlum iacularis 181
in cœlo esto 220
in Ceo qui dies 1353
incantatione quauis efficacius 1056. 1148
in calceum, dextrum præmitte pedē: in Pondonipetum autem sinistrum 1416
in calciamento pedem habet 1069
in canis podicem inspicere 434
in captas syluestres 726
in caput præcipitari 750
in Care periculum 225
in cassea inducere 1347
in Catonium agi 1293
in cauea non canit luscinia 1361
in cauea minùs bene canit luscinia 1407
incidit in foueam quam fecit 53
in centro & circumferentia contendere 1535
in cinere scribere 1366
incita equum iuxta nyssam 979
in cómuni pisce nó inuít spinæ 1424
inconcussa columna 1233
inconcussa persequi 1234
in cotyla gestaris 664
in craſſinum ferta 1042
incudi reddere 216
in capitolium ascendere 1546
in culmo arare 956
in cybeles sacratio factus 1163
in debiles debilis incidi 1344
in deorum genibus 1149
indefruenter 1432
in dexteram autem dormite 201
indictum puta 1515
in diem viuere 315
indigentia mater sanitatis 1427
indignus qui illi matellā porrigat 817
indoctior Philoride 665
indoctior quàm in tragœdia Comici 1409
indoctus pater filium erudit 1326
in dolio figularem artem discere 226
induere talaria 90
indutis me leonis exuuium 140
indulgere genio 525. 1482
in eadem ea naui 397
in eandem lancem imponere 1162
in eaſdem ansas venisti 405
inelegantior libethris 240
in eodem hæsitas luto 181
In eodem valetudinario iacere 1402
In eo ipso stas lapide, in quo præco prædicat 666
Inertiæ non indulgendum 22
Inertium chorus 636
Ineficare homines 550
Ineſt & formicæ & serpho bilis 539
Inexplebile dolium 366
Inexploratus homo 539
inferis pari numero sacrificandum 21
In fermento iacere 666
Inferorum triacadas 1221
Inferos cælo miscere & terram mari 1492
Infixo aculeo fugere 29
Inflare buccas 793
Inflatum saltant oues ad vtrem 1433
Inflige plagam ab aratro 955
In frigidum furnum panes immittere 1029
In folle offerre 1082
In foribus adesse 482
In foribus vrceum 417. 1540
In foro veritas 1097
In fronte mentem habet 1175
In fumum abiit 1450
Influit quod exhauritur 476
Ingens interuallum 957
Ingens telum necessitas 479
In gradum reponere 1456
Ingratitudo vulgi 1152
Ingredi Iunonium 915
In harena ædificas 173
In herba esse 463
In herba luxuries 1134
In herbis 1093
Inhibere remos 1211
In holmo cubabo 620
In Ialemos adscribendus 1157
In idem conspirare 1018
Intice 1537
In ima cera 1459
Inimicus & inuidus vicinorum oculus 685
Iniquum petendum; vt æquum feras 474
Initio confidens, in facto timidus 759
Initium belli 666
Iniuria soluit amorem 1047
In lapidicinas 404
In laqueos lupus 362
In lente vagientum 267
In lepotinis 1052
In limine deficere aut offendere 211
In limine portus esse 1489
In lipsydrio pugnas 942
In magnis & voluisse sat est 620
In mari aquam quæris 310
In mari balneandus 1532
In mari magni pisces capiuntur 1528
In matellam immeiere 209
In medio relinquere 1513
In medio Tybure Sardinia est 1558
In me hæc cudetur faba 63
In meridie vitæ philosophantes 1164
In montes offendere 899
In morbo consumat 1020
In mundo 1454
In nanibus educatus 1050. 1412
In neruum ire 552
In nocte consilium 446
In nihil sapiendo iucundissima vita 667
Innocuus aspiciam alium habentem meum malum 645
In numerato 1
In numerum peruenire 1138
Inûs dolores 666
In occipitio gerit oculos 742
In ollis venari 197
In omnia potentes 963
In omni fabula & Dædali execratio 666
In orbem circumiens 478. 1151
In Orci culum incidas 664
in ore atque oculis 1057
in ore leonis fauus mellis 1525
in ostio formosus 815
in pace leones 2003
in pace leones, in prælio cerui 1260
in paguro sapientia 1363
in Paro frigida quidem est aqua, sed pulchræ mulieres 1412
in parte vel ignem prædetur aliquis 667
in parulis nulla culpa 1437
in pedes retrocedit 942
in pisa animum confirma 1247
in planitiem equum 320
in Plauti comœdia marchus 1401
in portu dormire 1418
in portu impingere 211
in portu nauigare 51
in pulicis morsu Deum inuocat 757
in pura fames immigrat 1156
in puro purum nefas contingere 1348
in puteo constrictus 405
in puteo cum canibus pugnare 367
in Pythij templo cacare 939
in quadrum redigere 358. 1137
in quinque iudicum genibus breuis est 620
in saltu vno duos apros capere 809
insana lautus adest 512
insania non omnibus eadem 892
insanire cum insanientibus 1013
in saxis semina 172
inscitia confidentiam parit 999
in se descendere 252
in seditione vel Androclides belli ducem agit 463
in senem ne quod collocaris beneficium 371
in simulo 456
in sinu gaudere 121
in sinu manum habere 656
in sinum despuere 1469
in sola Sparta expedit senescere 940
in solum 1383
insperabilem vitam vinis 767
instar Olympiæ rubę 1286
insuere in saccum vel culeum 1420
in suo regno esse 1499
in syluam ligna ferro 279
in repagulis stare 1188

Intem-

intempestiua beneuolentia 283
intempestiua munera 1559
in tenebris saltare 340
in te omnis domus inclinata recubit 1491
inter caecos regnat strabus 774
inter cæsa & porrecta 138
in tergore bouis desedit 775
inter indoctos etiam corydus sonat 463
inter lapides pugnabant, nec lapidem tollere poterant 209
inter lugentes iocari 1391
inter malleum & incudem 36
inter manum & mentum 1059.
inter medios collocare 1346
inter meros lepores 1395
inter orci cancros adhuc 1178
inter os & offam 284
inter pueros senex 939
in terra pauperem, &c. 939
inter sacrum & saxum 36
Intersecta musica 756
inter Sosias & Tybios referre 1368
inter suos monoceros 1585
intercluso perit fames, & fame perditur 767
Intervenit Deus ex machina 1512
inter viam & necem 1158
intestina adolens ipse carnes devorat 13
in toga 1472
in toga saltantis personam inducere 539
intra labia risit 1102
in tranquillo est 435
in transcursu 979
in trauennam inducere 1002
intra proprios limites consistere 1371
intra quatuor esse 1428
intra septimam 664
intra suas præ sepes 278
intra tuam pelliculam te contine 253
in Triclinio chos 1344
in trivio sum 93
introite, nam & hic dij sunt 1424
in tua ipsius arena 809
in tuo luco & fano est sirus 278
in tuo regno 278
intus canere 403
intus hecuba, foris helena 1353
in tuum ipsius caput 1027
in tuum ipsius malum luxam deduces 707
in tuum ipsius sinum inspue 254
in vado 51
inueni non quod pueri in faba 649
in venatu perit 362
inuenies aliam Galatheam 1571
in vento & rapida scribere aqua 1483
in ventrem insilire 1043
in via ne feces ligna 26
inuidus vicini oculus 1056
in vino veritas 263
inuisus vt Orci porta 1566
inuitis canibus venari 282
inuitus Iupiter nouit 664
in victimas terras terras 1104
inutilior blace 923
in veramus dormire aurem 301
in vtramus dormire oculum 918
inuulnerabilis vt Cæneus 761
iocandum vt seria agas 1061
ioca seriáque 402
iolaum implorat 1164
io pæan 511
io Saturnalia 1385
ionem lapidem iurare 566
Iones, iunones 1492
Iouis paria inconst 1312
Iouis cerebrum 244
Iouis corinthus 411.1510
Iouis germen 1108
Iouis lac 1540
Iouis quadrigis 161
Iouis Sandalium 602
Iouis suffragium 552
Iouis tergus 939
Ipsa bile amariora 1161
Ipsa dies quandoque parens, quandoque nouerca 315
ipsa olera olla legit 280.1536.1486
ipsa senectus morbus est 567
ipse dixit 553
ipse semet canit 552
ipse sibi malí fontem reperit 53
ip si curandum 662
ipsis & Chis 1071
ipsis placet 530
ipsi testitudines edite, qui cepistis 63
ipso carpere è rogo carnem 1482
ipso cracere 938
ipso horreo 809
ipsum ostii limen tetigisti 737
irace ndia ieiuna 1518
iracundiæ tollenda vestigia
iracundior Adria 1027
Iræ senectus mors 1153
ira omnium tardissimè senescit 262
iratum non lacessendus 19
ire per extentum funem 533
iste pauperior 849
irrisibilis lapis 547
irritare crabrones 54
issa 809
isthic bellus non carpitur 1169
isthmum perfodere 967
isthmum sinapi bibit 1365
ita fugias ne præter casum 184
iterum atque iterum ad Pythum vis 662
iterum eundem ad lapidem impingere 187
iterum tranquillitatem video 435
Ithorus 912
itidem vt Acheronti 1111
iube factu prochuis 1221
iucunda malorum præteritorum memoria 1079
iucundissima nauigatio iuxta terram 108
iucundi acti labores 480.
iucunda vicissitudo rerum 282
Iudas non dormit 1521
iudicium circulatoris 1543
iugulare mortuos 95
iugum ferre 104
Iulio & Cæsare consulibus 1534
iungere vulpes 135
Iononis puer 1385
Iupiter aquilam delegit 943
Iupiter cerniceм incuruam nondum habet 1138
Iupiter plus mel 1394
Iupiter orbus 350
iurare per nomen Drusillæ 1583
ius in manu 1147
iusiurandum emplastrum debili 1281
iustitia in se virtutem complectitur omnem 495
iustitiæ ne murum, an fraudis 1169
iustitiæ oculus 911
iuuenari 925
iuuenis 1433
iuxta cubitum profecit 923
iuxtà cum ignarissimis 1092
iuxta fluuium puteum fodit 748
iuxta melam 797
iuxta nauem 923
iuxta sacrificia ne incidas vngues 1417
iyngc trahor 1010
iynges 1164
iyngem habet 1476

L

Labefactare munere 1466
Labes 1069
labia ridere 1316
labore laborioſus 661
laborem serere 661
labra non palatum rigat 1197
labrax Milesius 661
Labyrinthus 661
lac auium fert Samus Ionica 1473
lac quæ solæ vires pariunt 948
lachanizare 514
lac gallinaceum 1222
lacerat lacertum largi mordax Memmius 357
lacero carnem meam dentibus 1585
lacinda 661.1152
lacinia tenere 1137.1403
laconice cœnat 1198
laconicæ lunæ 538
laconisare 1192
laconismus 429.660
lacrymæ Simonidis 1288
lacryma nihil citius arefcit 1077
lacrymas sopitas excitas 1270
lacuna 1404
lacunam explere 1098
lada pernicior 1380
laniæ turres 1196.1418
lampada tradere cursu 88
lampon iurat per anserem 916
lanam in officinam fullonis 1037
laniena hippocratica 1347
lapidem elixas 178
lapidem in æternum Mercurij mittere 1581
lapides ad filum 1494
lapides flere 1133
lapidi loqueris 280
lapis ad funiculum 1374
lapis molaris 1322
lapis super lapidem 1518
lapitha 1125
lapsana viuere 969
laqueus auxiliari videtur 937
laqueus laqueum cepit 737
lagitio non habet fundum 366
Latinum verbum 1070
lari sacrificant 340
lari vita 1159
larus 443
larus fortuna superior est 1171
larus hians 660
larus in paludibus 809
larus parturit 329.444
late viuens 660
laterem lauas 178
lateritius 1192
latinè loqui 1537
latini tibicinis mors 1137
latrunculis ludere 1407
latum & angustum 1072
latum vnguem 186
lauares Peliam 662
laudant vt pueri paonem 925
laudaret faciem liuor quoque 1145
laudicens 475
laureolam in mustaceo quæreto 1407.1091
laureum baculum gesto 62
laui manus 1522
laxare fibulam 1124
leberide nudior 39
lecytho pinguior 339
lecythum habet in malis 1066
lemnium malum 336
lemnius obtutus 1136
legatus non cæditur neque violatur 1034
leni Deus 1056
lenticulam angulo tenes 790
lentiscum mandere 304
leo cordula vinctus 1000
leo est fortis leænas in itineribus 1522
leo in lustro 1498
leonem ex vaginibus eximere 338
leonem larua terres 838
leonina societas 1491
leo prius, nunc leporem agit 1326
leonem radere 535
leonem stimulas 54
leonis catulum ne alas 495
leonis exuuium super crocotâ 799
leonis vestigia quæris 921
leporé frondiú crepitus terret 1142
leporem non edit 399
lepores mœnibus indormire 1517
lepori esuriens etiam placenta ficci 808
leporis vita 917
lepos Atticus 97
lepus apparens, infortunatum facit iter 659
lepus dormiens 372
lepus leonem trahit aureo laqueo 1207
lepus nidum suum prodit 1120

Lepus pro carnibus 425
Lerij mali 317
Lerna malorum 126
Lesbia regula 317
Lesbiari 845
Lesbijs digna 658
Lesbius Prylis 850
Lethale muſcum 313
Leuato velo de cauſa cognoſcere 1540
Leui brachio 163
Leuiſſima res oratio 684
Lex Afficani 1540
Lex & regio 808
Lex in manibus 1039
Liba Coalemo 1072
Libera corcyra,caca vbi labet 913
Libera in cyathra aqua 1319
Liberæ capræ ab aratro 658
Liberi poetæ & pictores 690
Liber non eſt,qui non aliquando nihil agit 1134
Libero lecto nihil iucundius 1118
Liberorum amantior quàm Gello 614
Libertas, res inæſtimabilis 1457
Libyca tera 831
Licinij,Licinium ſ limen 1826
Lignum tortum haud vnquam rectum 658
Ligna pe feces in via 26
Limen ſenectæ 659
Lingere ſalem 967
Lingua amicus 745
Lingua bellare 659
Lingua turauit 542
Linguam coërcet,Deum imitans 1416
Lingua non ſedarguta 1048
Lingua prædatur 1567
Lingua præcoci 849
Lingua quidem ſegnis, ſed dextra vrget 1420
Lingua quo vadis 41.445
Lingua ſurſum incidituꝛ 838
Linire partem luto 1522
Linum lino nectis 314
Lippo oculo ſinapis 1110
Lippus oculus ſolis radios nõ fert 1319
Liquida tempeſtate liquidior 1554
Lis litem ſerit 658
Litem mouebit ſi vel aſinus canem momorderit 325
Litem pariet lis 326
Litecæ mutæ 1518
Literarum radices amaræ,fructus vero dulces 1424
Literatus 2409
Littore loquaciot 637
Littori loqueris 180
Lityerſam cantionem canis 771
Liuor ſumma pœna 1497
Locrenſe pactum 540
Locrenſis vox 621
Locum in balneis occupare 1411
Locupletum reditus 1143
Lolio victitant 403
Longe fugit,qui ſuos fugit 1538
Longe lateque 375
Longe viciſti 1147
Long ex timere etiam palea oneri eſt 1532
Longum proœmium a dicendi cupido 107
Longum valere iuſſit 468
Loquax talpa 1024
Loqueris equo inſidens 1528
Loricæ gladius 1399
Loricæ inſtar 1167
Loripedem rectus derideat 713
Lotum guſtauit 599
Lucernam accendere poſſis 1106
Lucernam adhibes in meridie 534
Lucerna pingitur 539
Lucerna qui indigent oleum affundunt 1519
Lucerna ſub modio 1123
Luce perire liceat 1214
Lucri bonus eſt odor ex re qualibet 832
Lucrum malum æquale diſpendio 743
Luctum pudori præſtat 833
Luctari cum lauro 95
Luctuoſum ſaxum 1528
Lumen ſuis mutuo 240
Lumbos fractus vt Myſius aſinus 1320
Ludendum domi ſuæ 1535
Ludere inter mœrentes 2477
Ludere operam 1506
Lunæ radius nõ matureſcit botrus 1045
Lunam detrahere 981
Lunulæ 1146
Lupi decet 584
Lupi illum priores viderunt 291
Lupinus potus 584
Lupo agnum eripere eripere poſtulant 602
Lupi alas quæris 178
Lupus ante clamorem feſtinat 602
Lupus aquilam fugit 602
Lupus circum puteum chorũ agit 457
Lupus hiat 489
Lupus in fabula 998
Lupus non comedit alterius lupi carnes 585
Lupus pilum mutat,non mentem 737
Luſciniæ nugis inſidentes 434
Luſcinia mutatum 1161
Luſciniæ deeſt cantio 812
Lutea progenies 1370
Luto lutulentior 1095
Lutum luto purgare 374
Lutum, niſi tundatur non fit vrceus 742
Lutum ſanguine maceratum 658
Lux affuit 602
Lychnobij 972
Lychnus in Prytaneo 1502
Lycea coma 1518
Lycurgeus 1378
Lydia arena 1425.1478
Lydij mali poſt hos Aegyptij,&c. 658
Lydio more 657
Lydius currus 458
Lydius lapis 214
Lydorum caryca 583
Lydam in planitiem prouocas 771
Lydus cauponatur 583
Lydus in meridie 583
Lydus oſtium clauſit 582
Lyndij ſacrum 517
Lynceo perſpicaci 414
Lyſicrates alter 772
Lyſiſtrati dimitte habes 772

M

MAchinas poſt bellũ adferre 684
macilenta manu pugnum pecuni 817
macilentior leorrephide 1034
mactata hoſtia lenior 547
mactæ virtute 1431
macula 1099
maduſa 1089
mæandri 1102
mæſonica dicteria 1041
magadari 1021
magis gaudet eo qui ſenectam exuit 646
magis impius Hippomene 656
magis ipſe Phryx 613
magis mutus quàm perdix 1240
magis mutus quàm piſcis 194
magis quam Sol Heraclti 1051
magis quàm Sol Heraclti extingui 1148
magis ſibi placet,quàm Pelæus in machæra 613
magis ſpectandum, quid liceat quàm quid expediat 1507
magis varius quàm hydra 67
magiſtratus virum indicat 378
magiſtratum gerens audi & iuſſè & inuitè 604
magiſtri muti 3481
magna ciuitas,magna ſolitudo 519
magno flumini riuulum inducis 689
magnetum mala 694
magnorum fluminum nauigabiles fontes 143
magnus 2493
magnus bonuſque 1148
magnus verſutor in re puſilla 772
mala beſtia eſt 1464
mala mens 1502
mala prodigio 657
malam legens, quæ ſunt domi obliuiſcere 1437
maledicus à malefico non diſtat niſi occaſione 1565
male parta malè dilabuntur 289
maluam ſere,ne tamen edas 2418
malum bene conditum ne moueto 55
malum bono penſatum 1151
malum conſilium conſultori peſſimum 77
malum deſpuere 1124
malum eſt bonum,&c. 945
malum munus 946
malum factionis egens 2283
malum ſibi accerſere ſine remento 52
malum vas non frangitur 446
mala malis eueniunt 1136
mala ſcenium accelerant 2153
mala vltro adiunt 939
mala ad ſe attrahens vt Caucaſus nubes 207
mali bibant improbitatis feretri 657
mali aliquid propter vicinum malum 63
mali commatis 708
mali comi malum ouum 334
mali principij malus finis 1091
mala 756
mali thripes,mali ipes 657
malis terere 523
malis vas mauilla manera 1145
malo accepto ſtultus ſapit 42
malo aſino vehitur 1032
malo nodo malus cuneus 74
malorum omnium pedem habet 1193
malorum panegyris 656
Malum malo medicari 74
Malus cum malo colliqueſcit volupe 495
Malus ianitor 938
Mandare laqueum 523
Mandibulis alienis ridere 2348
Mandrabuli in morem 1295
Mandrabuli more res ſuccedit 97
Manduces 1059
Manduconeo 1182
Manliana 1318
Manliana imperia 382
Manet pers 1017
Manibus habere 1547
Manibus pedibúſque 158
Manica 969
Manimoro vinculo 636
Manſum ex ore dare 1128
Manſum malè reuciat 1207
Manticulari 1154
Manticulati
Mantiſſa obſonio vincit 1173
Mantis te vidit 1519
Manuari 1012
Manuarium æs 1428
Manubrium eripere 1413
Manus in Aetolis habet 1321
Manus in Aetolis,mens autem in elopidis 1395
manus longæ regum 73
Manus manum fricat 43
Manus pretium 1085
Manum admouenti fortuna eſt imploranda 460
Manum admoueꝛe 951
Manum ad os apponere 1112
Manum ferulæ ſubduximus 576
Manum de tabula 114
Manum habere ſub pallio 656
Manum non verterim 129
Manum ſummam addere 87
Manu fingere 540
Manu ignauus,mente præſens 1228
Manu lõga & manu breui tradere torꝛe
Manu ſerendum,non thyſaco 691
Mappam mittere 1410
Marat 918
Mare animum non indiget 1348
Mare bonorum 127
Mare exlo miſcere 144
Mare exhaurit 854
Mare malorum 127
Mare prius vitem tulerit 514

mare proluit omnia mortalium mala 759
margites 494
maria & montes polliceri 1714
marianduus tybicen 1286
mari e fossa aquam 713
marinam audimonem fluuiali abluit sermone 738
Marticini mores 1014
mars communis 1039
mars rex 909
Mars haud concutit sua ipsius arma 762
marsyæ mors 1222
martupio alumni lanam 1527
martialis affectio 1439
martis campus 594
martis pulue 762
massam pinsuit à me pistum 651
maschalam tollere 613
Maleulum 1102
Massilienses mores 1450
Mathusalæ vinacia 1495
matiolæ hus 947
matrem bellua alit 1285
matrem sequimini porci 1062
matris vt capra dicitur 653
matura satio serpe decipit, sera semper mala est 348
mature fias senex 98
maturior moro 1032
maximus fastuosus 104
maximini caliga 37
maza esurienti auro cariot 1154
mea est pila 526
mediam viam eligere 1457
medea immanior 1305
media agina ferri 1225
media mensa 1364
modicum fermentum totam massam corrumpit 1584
medium ferire 1463
medium stendere digitum 523
medium sequere 1379
medius teneris 182
medulla terræ 1501
medullitas 1121
megabyzi sermones 1106
megarenses neque tertii, neque quarti 423
megarensium lacrymæ 537
megaricæ sphinges 589
megaricum machinamentum 496
mens auspicis 1098
melanione castior 653
melanthio delicatior 1278
melanurum perca sequitur 1288
meliores nanciscitur aues 589
melitæum nauigium 653
melius nobis est quàm heri 699
mel summis digitis delibandum 1300
melius medulla 589
melle litus gladius 313
melle teipsum perungis 653
mellitus 1486
mel sanctatem gignit 1477
memorem mones 76
me mortuo terra misceatur incendio 144
mendax strophaxis 955
mendacem memorem esse oportet 495
mendacium vtile 1135
mendici pera non impletur 538
mendico ne parentes quidem amici sunt 938
mendicorum loculi semper inanes 653
menis columna 1083
mensæ Saculæ, Asianæ, Persicæ & Italicæ 1480
mens abest in popina 1174
mens est in tergoribus 439
mens cœli terræque regina 1130
mens non incitè centauris 653
mens peregrina 807
mens videt, mens audit 989
mente agitare coquos 1495
mente optima iudicasse 1148
mente senex 1355
mentham belli tempore neque serito, neque mitto 431
mentiuntur multa cantores 466
mense Maio nubunt malæ 156
mensura aquam bibens 1328
mensura eadem 45
meos corymbos necto 730
Mercenarius præstolatur finem operis sui 1523
mercenarium præconium 1085
merces constituatur 1060
merces constituatur amico 1150
mercurius bifrons 1231
mercurij typus 1183
mercurius supervenit 981
mercurij cænæ 1237
Mercurij virga excitare 1262
mercurio dextro 1029
mercurio non credere 1019
mercuriale 1029
mercator est 912
mercator nauiga & expone 1004
mergorum instar 1209
merx vitrones parat 344
messe tenus propria viue 258
methysocottabi 1023
metiri digitis 1005
metum inanem timuisti 496
midæ diuitiæ 229
midas auriculas asini 141
midas in tesseris consultor optimus 649
mihi ipsi balneum ministrabo 367
mihi illic nec seritur nec metitur 251
mihi istâ curæ erunt, &c. 889
Milesia stragula 1473
militauit cum Erasinade 655
milium terebrare 1037
milium torno sculpere 654
minerua crassa 46
minerua Phidiæ 1518
minerua pingui 46
mineruæ telum 363
mineruæ suffragium 707
mineruam su- 46
minimo pronocare 807
minis occidit 1324
minus de istis laboro quàm de ramis palustribus 698
minus habes mentæ quàm dithyrambortum poetæ 443
minutula pluuia imbrem parit 1161
minuunt præsentia famam 1420
miraxit in patrios cineres 613
mira de lente 914
miserbus sæua pro sanis 145
misericordiam messem metere 841
miserebitur hostis 1500
miseriorem quàm parnus puerum 1359
miserior monomachis 1034
miserrimum fame mori 806
mithræus quum sit Agamemnonem simulat 1393
mithragyrtes, non daduchus 1064
mithrij pœnas sustinere 1427
mitior columba 807
mitte in aquam 431
mittere lineam 1409
mittere sanguinem 1116
modio dimetiar 651
modò palliatus, modò togatus 1054
mœnia ferrea, non terrea 758
mœnia Semiramidis 951
molestum, sapientem apud stultos loqui 652
molli brachio 163
molones 1278
momo satisfacere 210
monitor captas age 1309
monophagi 1014
mens cum monte non miscetur 743
monstrari digito 369
monstrum alere 530
montes frumenti 1055
montes transferre, triturare 1524
mopso cerrior 1517
mopso Nisa datur 556
morbum morbo addere 74
morbonum mittere 1539
mordere frenum 158
mordere labrum 845
morderi corde 1102
mordicus tenere 262
more carico 1085
more ebriorum loqui 1581
more Romano 1076
mores amici noueris, non oderis 556
mores hominum regioni respondent 949
more maiorum 1545
mores mastiticenses 1480
moriendum pr.usquam aliquid morte dignum committere 1078
morsum versus quis descripserit 1328
morsus aspidis 706
mortalis Deus 1148
mortuus per somnum, vacabis curis 912
mortuum flagellas 174
mortuus rursus ad eras, quod prius 1470
mortuus tacet pedens 739
mortuo leoni & leporis insultant 1047
mortuo verba facis 186
mortuo vilior 1122
mortui non dolent 1138
mortui non mordent 806
mortuos iugulare 95
mortuus rursus occidere 1128
mortuos videns 806
moschus canens Barotieum 749
mosis tabulæ 1102
mouebo talum à sacra linea 39
mouere camarinam 55
mox sciemus melius vace 888
mutuum sumpsit 1153
mucosis naribus 621
mugilis vitam degere 1158
mulctores reipub pestis 1367
mulgens hircos, t. aguinem ducit 1328
mulgere hircum 135
muli 1507
muli Mariani 978
mulij vitam agens 1182
multum de asino pingere 1427
mulier imperator 551
mulier miles ibid.
mulierem ornat silentium 928
mulieres fœnicæ 1445
mulieri ne credas, ne mortuæ quidem 655
mulieris animus 807
mulieris oculus 769
mulieris podex 807
mulierum accipitres 1207
mulierum exitia 615
multitudo imperatorum Cariam perdidit 586
multa cadunt inter calicem supremaque labra 183
multa in medio 1118
multæ manus onus leuius edduxe 501
multæ totæ voluentur 963
multam vluam gessit 808 809
multa docet fames 937
multa notis oportet quibus Deum fallas 655. 1179
multa nouit vulpes, verum echinus vnum magnum 189
multa in bellis insania 654
multa incredibilia 1066
multa Syrorum olera 313
multæ regum aures atque oculi 72
multas amicitias silentium diremit 402
multi bonique 233
multi discipuli præstantiores magistris 784
multi mannij Aricia 655
multi qui boues stimulent, pauci aratores 261
multi sacerdotes & pauci sacerdotes 1528
multi te oderint si te ipsum amas 655
multi Thyrsigeri pauci Bacchi 260
multis brachus æqualis 1175
multis scribus adnititur quercus 323
multus parasangis præcurrere 497

Multorum aliorum 1146
Multorum festorum Iouis glandes comedit 937
Multum nauigauit aquæ 1421
Mundi oculus 1562
Muneribus vel dii capiuntur 124
Munerum animus optimus 585
Murus leuidense 783
Murena 1185
Murem ostendit pro leone 685
Mures molas lingunt 1486
Mures migrauerunt 1407
Murgiso 1450
Muris circumcurrentibus 960
muris interitus 704
muris in morem 793
murus aheneus 655
murus Semiramidis 1192
Musa crassiore 46
Musarum aues 1108
Musarum aues 1009
Musarum fauus 1200
Musas hortari vt canant 1404
Muscæ 1038
Musca est 1553
Musca est 1409
Muscas depellere 842
Museum demetere 724
Musicam docet amor 990
Musicus apparatus 1170
Mus albus 586
Mus in pera &c. 1541
Mus non ingredies in antrum cucurbitam ferebat 749
Mus picem gustans 493
Mus non vni fidit antro 1111
Musoparagos 1105
Mustelæ læuum 157
Mustelam habes 104
Muta persona 379
Mutabilior Metra Erisichthonis 748
Mutare vestem 1089
Muti citius loquentur 1002
Muti magistri 81
Mutire 425
Mutuum moli scabunt 294
Mutuum sumpsisti 2493
Mutus Hipparchion 604
Mutus magis quàm scapha 617
Myconiorum more 1057
Myconius caluus 396
Myconius vicinus 806
Mylus omnia audiens 596
μυσπυζί 1145
Myricæ citius poma ferent 1419
Myrteam coronam ambis 948
My sorritus es 939
Mysorum ac Phrygum termini discreti sunt 518
Mysorum more inclama 1187
Mysorum postremus 249
Mysorum præda 383
Mysorum vltimus nauigat 150
Mysteria Eleusinia profanet celanda 1267

N

NAxus & Charmione 805
Nam iam illi non sunt : at qui sunt, mali 639
Naribus trahere 400
Narcissi opus 1446
Nato suspendere 301
Nati quarta luna 61
Naturam expellas furca, tamen vsque recurret 538
Nauem rectam semper 1317
Nauci non facio 298
Naues onustæ conuitiis 316
Nauibus atque quadrigis 161
Nauigare cum felicibus 1141
Nauigare per mare 1501
Nauigationis socius 1130
Nauiges Troezenem 504
Nauiges in Massiliam 1145.503
Nauiget Anticyras 311
Nauigare in portu 51
Nauis scopulum deprecatur 1271
Nauis annosa haud quaquam nauigabit per mare 588
Nauis aut galerus 652
Nauphracton tueris 691
Nausiclidis solitudo nec vir nec amicos 1197
Nauson Nauerati 651
Naxia cos 1149
Ne ad Adonia quidem 1335
Ne aceti quidem satis 1503
Ne à Chytropode cibum nondum lacrificatum rapias 230
Ne ad aures quidem scalpendas otiũ est 472
Ne Æsopum quidem triuisti 565
Ne allia comedas & fabas 918
Ne alij quidem caput 844
Ne altero quidem pede 369
Ne Apollo quidem intelligat 1103
Ne Bæon piscis molestus sit 1293
Ne bestiæ quidem ferre possent 1083
Ne bolus quidem relictus 788
Ne bos quidem pascat 983 984
Nebrida fert 1489
Nebula in pariete 514
Nebulas diuerberare 805
Nec animans, nec inanime 1018
Nec apud homines, nec in mari 1068
Nec aures habeo, nec tango 800
Ne caprea contra leonem 525
nec caput, nec pedes 1118
Nec Deus, nec homo 1070
Nec Deus, nec homo 1150
Necessariam fortunam terit 1148
Necessarium malum 193
Nec. sitas lineatis 1246
Necessitas magistra 1041
Necessitas molesta 1079
Necessitatem edere 1317
Necessitas rationum inuentrix 1349
Ne cicadam quidem inumbret 1202
Ne contra bouem opta 647
Ne cortricem quidem dederit 1293
Ne crepitu quidem digni dignum 1033
Ne cuius dexteram iniecceris 18
Ne currente rota funis eat retro 1548
Nec curimus, nec remigamus 1063
nec elephantus ebiberet 1022
nec ille Polycletus, nec ego Nero 1578
ne cinerem vitãs in prunas incidas 348
nec intra vestibulum quidem 649
nec mulieri, nec gremio credendum 980
nec mulieri nec gremio credendum 1404
nec obolum habet vnde restim emat 135
nec omnia, nec passim, nec ab omnibus 507
nec propius ferire 579
nec sibi nec alijs vtilis 545
nectar spirat 1343
nec vno dignus 800
Nec vola nec vestigium 1361
ne decima quidem Syracusanorum pars 516
ne dij fuerint 1484
ne de lite pronunties priusquam partes audieris 691
ne dubites ferere 90
ne è quouis ligno Mercurius fit 543
ne eruditum quidem puluerem attigit 1480
ne Execestides quidem viam inuenerit 572
nefasti dies 768
ne festuca quidem 361
ne genu quidem flexo 408
ne gladium tollas mulier 544
ne gleba agri illi relicta ad locum sepulturæ 1459
negligetus vrenda filix innascitur agris 650
negotium ex otio 691
ne grys quidem 298
ne gustaris quibus nigra est cauda 17
ne guttam quidem 847
ne Hercules quidem aduersus duos 198
ne hilum 1454
ne hoc quidem malè 1426
ne incalceatus in montes 1015
ne in Melampygum incidas 409
ne in neruum erumpat 567
ne in pelle quidem 650
ne insciens quidem verum dicit 1090
ne inter apia quidem sunt 382
ne interula quidem arcani conscia 1355
ne in tonitrinis quidem esse potest 1237
ne Iupiter quidem omnibus placet 1091
ne ligula quidem dignus 922
ne magna loquaris 449
ne maior thylaco accessio 940
ne malorum meminerus 430
ne meas vites lædito 1414
ne me falcines 965
ne mercurius ipse quidem eam musa sanarit 1424
ne mihi Suffenus essem 537
ne mihi vacuam abstergas 950
nemi nem in os vultumque respicit 1450
nemini fidas, nisi cum quo prius modium salis absumpseris 398
nemini bene merito bouem immolauit, præter Pythiam 303
nemo comatus, qui non præciduus 1306 1303
nemo malus hoc sciet 758
nemo mortalium omnibus horis sapit 511
nemo nos insequitur 758
nemo potest duobus dominis seruire 1584
nemo quenquam ire prohibet publica via 785
nemo sibi nascitur 1025
ne move festucam 748
ne moueto lineam 356
nemo vnquam benefactori bouem immolauit præter Partam 1518
ne musca quidem 426
ne my quidem facere audet 297
ne nimium callidũ hoc sit modo 544
ne nomen quidem 963
ne nummus quidem plumbeus 840
Neoclide furacior 1171
Neoptolemi vindicta 65
ne patrui quidem nomen dicere possit 689
nephalia ligna 650
nephalium sacrum 650
ne per somnium quidem 139
ne pictum quidem vidit 1001
nepos 1484
ne præceps fueris ad iurandum 1046
ne propera. nõdum ignem calces 1134
Nepteni siue maris filij 1482
ne puero gladium 536
ne puncto quidem discedere 187
ne punctum quidem 979
ne pudeas artem, &c. 1138
ne quæras Deus esse 1068
ne quære mollia, ne tibi contingant dura 572
nequam 1432
neque circum ducem, neque amicum consultorem 749
neque cœlum neque terram attingit 200
neque compluitur, neque sole aduritur 545
neque cum malis, neque sine malis 650
neque defraudat, neque marginem excedit 1335
neque dicta neque facta 1064
neque intus, neque foris 997
neque Lydorum caricas 982
neque mel, neque apes 245
neque natare, neque literas 158
neque nullis sis amicus, neque multis 805
neque pessimus, neque primus 966
neque phasis mala eluat 1255
neque remi neque venti 1408
neque quantum luscinix dormiunt 640
neque terræ motus timet, neque fluctus 1054
nequicquam sapit qui sibi non sapit 228 228
ne quid nimis 256

Ne quid suo fuit capiti 693
ne quis vnquam Megarensibus 805
ne tamento quidem 361
Neronis thermas refrigerat 1200
nerui & artus sapientiæ sunt non temerè credere 1404
neruos frangere 1291
ne salem quidem dederit 1361
nescirat manus dextra quid faciat sinistra 1520
nescis quid serus vesper vehat 260
nescit aranea sobolem vt erudiat 1184
nescit capitis & inguinis discrimen 586
nescit quid sit in dextram & sinistram suam 1520
nescit seipsum 1419
ne sacrificato fine farina 26
ne sannione domi retento 1410
ne si ad Iouis quidem aulam 1107
ne si bos quidem vocem edat 690
ne sis patruus mihi 324
ne sol quidem scies 1337
ne stilla quidem 1222
nestorea senecta 246
nestorea eloquentia 97
ne suadela quidem persuaserit 1161
ne spina quidem vulnerabit bonos 805
ne supra pedem calceus 543
ne sutor vltra crepidam 227
ne temere abydum 293
ne tempestas quidem nocere potuit 1084
ne terra quidem iuuit 743
ne teruntium quidem insumpsit 299
ne tria quidem Stetichori nostri 650
ne verba pro farinis 561
ne vestigium quidem 1081
ne via quidem eadem cum illo velit ingredi 447
ne vicini quidem sentiunt 1286
ne vidit quidem oleum 964
ne vni naui facultates 963
ne vitreo musicam 948
ne vmbram quidem eius nouit 352
ne vnquam vas sensi 601
niger 1145
niger est 1511
nihil ad fidem 201
nihil agere 809.1488
nihil ad Bacchum 520
nihil ad medicorum arrogantiam 1253
nihil ad Persium 1385
nihil ad Parmenonis suem 33
nihil ad versum 200
nihil aliæ ciuitates ad Crotonem 890
nihil amplius est 1339
nihili cocio est 949
nihil cum amatorio sui 168
nihil cunctandum 1208
nihil desperandum & nulli rei fidendum 1426
nihil de vitello 952
nihil differs à Cherephonte 649
nihil differs ab elephante 649
nihil dulcius quàm omnia scire 1117
nihil est ab omni parte beatum 700
nihil est miserius, quàm animus conscius 1100
nihili est aut nihil curæ est 1144
nihil ex agro dicis 805
nihil graculo cum fidibus 167
nihil graue passus es, nisi, &c. 805
nihil hoc ad ius 1435
nihil hydropico siccius 1256
nihili est, aut nihil curæ est 1116
nihil insanius quàm multa scire 1040
nihil minus expedit quàm ægrum optimè colere 831
nihil potest addi vel adimi 1053
nihil profuerit bulbus 936
nihil sanum 305
nihil sacri es 305
nihil simile 965
nil boni cogitat vir astigeus 1318
nil nisi potantes 1397
nil intra est oleam, nihil extra est in nuce duri 349
niobes archetypum 1176
niobes mala 739
ni purges & molas, non comedes 649
nisi crura fracta, &c. 1004
nisi si qua vidit aues 442
nisi pater esses 589
nitedula ex vepribus 1384
nitor candidior 1254
nobilitas in astragalis 1221
noctes atque dies patet atri ianua ditis 1468
noctes diésque 162
nocti æquate diem 1143
noctu lucidus interdiu inutilis 950
noctuæ lautiotiæ 614
noctua volat 61
nocturnum ouum 409
noctu vrgenda consilia 1468
nodo malo cuneus malus quærendus 74
nodorum vincula texentes 1378
nodum in scyrpo quæris 535
nodum soluere 30
nodus Gordius 1402
nodus incit 1490
nola in cubiculo 1583
nolens volens 134
noli respicere post tergum 1524
noli temerè de hippolyto mentiri 1547
nomine tantùm notus 352
non ab Hymetto 1107
non absque Theseo 193
non admodum miscet 938
non bene imperat nisi qui non paruerit imperio 28
non capit somnum nisi hoc aut illud fecerit 839
non certatur de oleastro 669
non Chius, sed Cius 436
non contis aut ramulis 1024
non curat numerum lupus 530
non decem Rhodienses, decem naues 506
non decet principem solidam dormire noctem 605
nondum omnium dierum Sol occidit 1410
non enim spinæ 647
non è palæstra 1268
non è quercu aut saxo 1051
non eras in hoc albo 272
non est apud aram consultandum 761
non est beatus, esse qui se nescit 988
non est cuiuslibet Corinthum appellere 153
non est cuiusuis rectè condire 1248
non est curæ Hippoclidi 561
non est cuiusuis manu lyram pulsare 1511
non est dithyrambus, si bibat aquam 954
non est eiusdem & multa opportuna dicere 112
non est laudandus, ne in cœna quidem 587
non est meum negotium multum valeat 652
non est oleum in lecythо 846
non filius Achillis 972
non habet cui indormiat 1103
non hodie aut heri institutum 1421
non idem sunt scriptura & Leucæus 797
non imperam lingua 489
non incedis per ignem 1015
non inest illi dentale 891
non inest remedium adu. Sycophantæ morsum 565
non liberat podagra calceus 978
non licet bis in bello peccare 687
non magni parcemus quàm lupis 442
non magis quàm canem 1113
non missura cutem nisi plena cruoris hirudo 526
non mouenda loqui 1118
non mouenda moues 245
non nauigamus ad Hippolaitas 934
non nauigas nocte 949
non nostrum onus, boc clitellas? 647
non noui natos 258
non odi, odi & amo 1433
non omnes qui habent Citharam, sunt Citharœdi 261
non omnia cuenisse quæ in animo statueris 685
non omnia per bouem obtinebis 1283
non omnia possumus omnes 501
non omnibus dormio 222
non omnino temere est quod vulgo dicitur 230
non omnis fert omnia tellus 966
non oportet hospitem semper hospitem esse 1076
non oportet transgredi salem & mensam 34
non persuadebis, ne si persuaseris quidem 597
non plaga sed contumelia iram concitauit 1436
non pluit, &c. 977
non pluet post noctem qua sus agrestis peperit 542
non pluris quàm Simiæ 946
non potes Theridem simul & Galateam amare 743
non propter pedis cum lyra diffidium 1211
non putaui 1446
non quacunque manu 1176
non respondet optimoni calculus 1488
non rudit onager, cùm herbam habet 1523
non semper erit æstas 959
non semper Saturnalia 1193
non sine diis 1149
non sic te rupers 1517
non soli Atridæ amât vxores 1015.1546
non statim finis apparet 999
non statuæ lexna in machæra 647
non sum ex istis heroibus 544
non sui quiuis hoc scire 1145
non tam aqua similis aquæ 188
non tam lac lacti simile 188
non tam ouum ouo simile 187
non verbis, at factis opus est 1102
non verbis, at factis speciari vult Græcia 1396
non videmus manticæ quod in tergo est 253
non vt prior ipsa, sed vt iniuriam seruiem 933
non vna manu capere 934
non vna vehit nauis 521
non vulgari ancora nititur 996
nosce teipsum 255
nosce tempus 284
nostræ farinæ 789
nostris ipsorum alis capimur 241
nostro marte 228
nota res mala, optima 648
notare vague 205
notum lippis ac tonsoribus 248
nouacula in cotem 37
nouaculæ in acie 36
noua hirundo 244
noua Hymetia, falerna vetera 455
noua lux effulsit 1490
nouem musis celatum opus 1558
noui nummi 1063
nomor leberide 1536
noui Simonem, & Simon me 544
nouit hæc Pylæa & Tyrtygias 597
nouit quod album quid nigrum 258
nouos parans amicos ne obliuiscere veterum 749
nouum cribrum nouo paxillo 1122
nouus homo 1494
nouus iste Palæphatus 1369
noxa caput sequitur 1539
nox gubernatorem prudentem terret 1181
nox humida 804
nube pati 1457
nubem summouere 1277
nucleum amitti, reliquis pignori potes mina 645
nuces relinquere 196

Nudæ gratiæ 596
Nudato Petro Paulum tegere 1475
Nudior pastillo 672
Nudis pedibus sacrificia & adorato 1415
Nudior leberide 39
Nudo capite 769
Nudo mandas excubias 646
Nudo vestimenta detrahere 177
Nudum spoliare vestibus 1505
Nudus tanquam ex matre 617
Nugæ theatri 1091
Nugarum institores 1178
Nugas agere 181
Nulla candidorum virorum utilitas 804
Nullam corporis partem habet otiosam 1098
Nullam hodie lineam duxi 157
Nullius coloris 1094
Nullius indigens Deus 645
Nullo scopo taculari 789
Nullum animal, quod animal 426
Nullum otium seruis 481
Nullum cum victis certamen ætherea cassis 1490
Nullus altator sapientior 1409
Nullus dies omnino malus 1108
Nullus emptor difficilis bonum edit obsonium 743
Nullus equus tam est efferus tamque exhausto corpore, quin mense Maio hinnitum edat 1478
Nullus malus magnus piscis 500
Nullus sum 134.1127
Num capti potuere capi 1367
Numeris Platonicis obscurius 805
Numerus 474
Numero dicis 841
Num fratri tuo bene est? 1306
Numinis ira inevitabilis 1136
Nummo addicere 1073
Numo addicere 1544
Nummus plumbeus 1111 1144
Nummum quærit pestilentia, duos illi da & ducat sese 1421
Nunc bene navigani, quum naufragium feci 646
Nunc contingat seruari 646
Nunc diis beatis 590
Nuncium remittere 1435
Nunc legiminum messis 590
Nunc in arctum meæ coguntur copiæ 36
Nunc in regionem veni 646
Nunc ipsa Minerva musa 738
Nunc ipsa vivit sapientia 738
nunc pluit & claro nunc Iupiter ætherе fulget 315
nundinis dissolutis non est negotiationis commercium 1518
nunc tuum ferrum in igni est 984
nunquam boues meos abegerunt, nec equos 606
nunquam efficies vt recte ingrediantur cancri 838
nunquam ex malo patre bonus filius 234
nunquam becale fies 1515
nunquam lagenam crateri impone 1528
nunquid fœderabitur ferrum ferro ab Aquilone & æ? 1572
nuntio nihil imputandum 1129
nutricis pallium 1122
nutricis pallium 1156
nutricum more malè pascis 785
nutu, atque renutu 1083

O

O belo notare 204
Obcecare cantibus agnos 645
Obliquus cursus 597
Oblivionis campus 642
Obolo dignus 1094
Obolum reperit Paræetes 594.1150
Obolum super deos euchunt 1207
Obsequium amicos, veritas odium parit 641
Obspat aquam 1498
Obsonare pollucibiliter 1495
Obstetricis erratum 915
Obtorto collo 1085
Obtrudere palpum 804
Obturbat frustra velut vndæ 747
Obum vinis 642
Occasione duntaxat opus improbitati 418
Occidit ei sol cum adhuc esset dies 1572
Occisa sus sæpè plus multò sapit 1553
Occisionis ala 716
Occultæ musices nullus respectus 289
Ocia dant vitia 1508
Oculi tenebræ torquere 1151
Oculis capiti, tibiæ galeam adaptare 1398
Octapedes 338
Octipedem excitas 55
Oculata dies 304
Oculatæ manus 304
Oculi dolent 1465
Oculis ac manibus 1092
Oculis clarius 1486
Oculis ferre 1140
Oculis limis & taurinè tueri 1499
Oculis magis habenda fides, quam auribus 70
Oculatus 1121
Oculum excludere 1097
Oculus Dei lotissimus 1555
Oculus dexter mihi salit 514
Oderint dum metuant 643
odi memorem compotorem 259
odi puerulos præcoci sapientia 529
odit canc pelus & angue 643
odium agreste 432
odium nouercale 464
odium vatinianum 464
O domus antiqua, quam dispari domino dominaris 1043
O domus antiqua 1404
odorari 250
odyssea errorum 1187
Oedipi imprecatio 280
Oenoe chæradram 520
Octæus genius 811
O factum benè vel malè 1486
offuscare luminibus 1009
offula contentus 1255
ægygya mala 642
oleum incendium restinguere 75
oleo fraudare lucernas 1537
oleo nitidius 1109
oleo lellam ne absterseris 25
oleo tranquillior 272
olet lucernam 285
oleum camino addere 75
oleum & operam perdidi 173
oleum & salem oportet emere 804
oleum in arenosa ferre 207
oleum in ore gestat 1528
oleribus verba tacere 1470
olim Pelasgi Danaidæ postea 1307
oluam ne comedas 1035
olla lenticulam attigit 1035
ollæ antiquæ 192
ollæ vestigium in cinere turbato 22
ollam alere 803
ollam exornas 174.1150
ollaris deus 811
ollas lippire 422
ollas ostentare 445
ominabitur aliquis te conspecto 938
omissa hypera pedem insequeris 766
omissis sonitibus sectari ranulos 1130
omitte vatem 643
omne acutum abstine dimoue 1416
omne æs alienum cape, & mulcta alium 747
omnem facultatem indutus est 768
omnem facere aleam 167
omnem mouere lapidem 164
omnem rudentem mouere 164
omnem vocem mittere 1021
omne nimium non bonum 1450
omne tulit punctum 206
omnes intus 1101
omnes lagenos effugere 994
omnes sibi melius esse malunt quam alteri 149
omnia attrahens vt magnus lapis 9
omnia bonos viros decent 643. 1149
omnia chnaumata 642
omnia idem pulvis 269
omnia octo 659
omnia omnibus annuit 1483
omnia præclara dicis 1073
omnia propter animam 1078
omnia tapetibus facilia 642
omnia secunda saltat tenex 688
omnia similia 643
omnia sub vnam Myconum 517
omnia venalia habet 1518
omnibus iudiciis vincit 1337
omnibus malis punctis inest granum puræ 1152
omnibus neruis 159
omnibus modis nocens 1137
omnibus vestigiis inquirere 932
omnibus voluntatibus 262
omni fune remisso 1422
omni pede stando 688
omni telorum genere oppugnare 163
omni voce 103.1143
omnis herus seruo monosyll bus 754
omnis virtus est mediocritas 1424
omnium calculis 806
omnium horarum homo 146
omnium quos sol videt 1118
omnium rerum vicissitudo est 281
omphacinus 1319
omnia esculenta obsessis 643
omnia iudicia absolutiora esse 1434
onager 1526
onerat aliquam ramiam 1355
onobatis 1013
onus Athos aut Æthna grauius sustinere 1492
onus nauis 738
onus tollenti fer auxilium, deponenti nequaquam 22
operarij 1131
opera Sylosontis ampla regio 381
operi incipienti faciendum 1068
oportet agrum imbecilliorem esse 1006
oportet omnibus corydalis cristam inesse 747
oportet remum ducere qui didicit 105
oppedere 287
oppedere contra tonitrua 287
optat ephippia bos, optat arare caballus 248
opta vicino vt habeat, magis autem ollæ 780
optima citissimè pereunt 1430
optima quidem aqua 1075
optimum alienæ insaniæ frui 479
optimum condimentum fames 600
optimum non nasci 484
optimum oblonium senectuti labor 747
opulentum spirat 1170
opus ad opus 1102
opus est Zephyris & hirundine multa 1144
optimus 1482
oracula loqui 1107
orba tigride peior 1564
orci galea 664
ordinem deserere 590
oresti pallium texere 919
Orestis insanam insanire 1372
Orestis somnium 1368
Orestis somnium narrare 1425
origanum tueri 1021
Orimalides cum Acylis ne contenderis 1504
ornamentum in luto, dignitas in indigno 1419
ornatus ex suis virtutibus 155
orphica vita 1052
oestro percitus 620
oscè loqui 978.1489
oscitante vno, deinde oscitat & alter 774

oſcitauit 1579
oſculana pugna 978
os duodecim ſalientum 1194
os infrænè 765
os ineſt orationi 954
oſſa atque cutis 1496
os ſublimere 201
oſtatim 1084
Oſtium obdire profani 782
oſtrei in morem hæres 1062
otus & othus 1245
oua aſpidum ruperunt 1572
ouo nudior 1320
ouem lupo commiſiſti 157
ouium mores 704
ouium nullas vſus & paſtor abſit 591
ouum adglutinas 124
ouo depili nudior 1472
ouo prognatus eodem 475
ocyma cantare 1563

P

PAcem orare manu, præfigere puppibus arma 1571
Pactoli opes 249
Paganus 1501
Palæphatia papyrus 1510
Palamedeum inuentum 1190
palea 1469
paleis è mulcis paulum frumenti 104
pallenicum tueri 1220
pallium breue vtrumque operire nó poteſt 1523
palinodiam canere 346
palmam ferre 117
palmarium facinus 1086
palpare in tenebras 841
palpo percutere 916
paluidem & ſalinas emere oportet 1539
palumbem pro columba 686
Pamphili furtum 937
Panagea Diana 640
Pandelett ſententiæ 919
panem ne frangito 25
panicus caſus 830
panidis ſuffragium 687
panis filiorum non obiiciendus canibus 1526
panis lapidoſus 975
panis prior prora 1427
panis ſine ſale 1433
Pannus lacer 496
panolethria 364
papæ Nyxus 790
Paphlagon 1371
papulas alienas obſeruans, ipſe hulceribus obſitus 1364
papyri fructus non poſtulat magnam ſpicam 718
pardalis exuuium induere 1222
pardi mortem adſimulat 523
pardus maculas non deponit 1347
paries dealbatus 803
paries inclinatus 1525
parietes amicitiæ cuſtodes 1535
parieti loqueris 181
pari iugo 224
pariter remum ducere 1071
parit puella etiam ſi malè adſit viro 591
parmenonis ſus 33
parui ſcaphula 536
par pari 1023
par pari referre 44
parſimonia ſummum vectigal 1514
parthi quo plus biberint 1097
partitio, non præfatio 803
parturiunt montes, naſcetur ridiculus mus 330
parua pluuia magnum ſedauit ventum 1528
paruis parua dant dij 1381
paruo empras carnes, &c. 958
paruus ſemper tuus pullus 592
Paſetis ſemiobolus 591
paſtillos Rufillus olet, Gorgonius hircum 641
pater flagellis, ego ſcorpionibus vos cædam 1524
patere legem quam ipſe tuliſti 1437
patiens pulueris atque ſolis 1441
patres comederunt labruſcam, & dentes noſtri obſtupeſcunt 1386
patriæ fumum igni alieno luculentiorem 80
patris eſt filios 951
patrocli occaſio 790
patroclo ſordidior 754
patroclum ſub ſpecie 1317
pattæcione calumnioſior 688
pauca male parta, multa bene comparata perdunt 1418
Paulina charitas 1586
pauperis eſt numerare pecus 1555
pauperi vitulus eſt caſtrum 1545
paupertas ſapientiam ſortita eſt 190
paxillus infractus eſt 3522
pax redimenda 680
pectide ſuauior 1192
pecunia abſque peculio 1008
pecuniæ pedibus compenſantur 1014
pecuniarum cupiditas Spartam capiet &c. 605
pecuniæ obediunt omnia 147
pecuniæ vir 615
pecunia neruus 151
pecunioſus damnari non poteſt 1059
pedem conferre 996
pedem nunquam 186
pedem vbi ponat non habet 187
pedere thus 837
pedes habes extra lutum 106
pedentim 394
pedibus ingredior, natare enim non didici 441
pedibus in ſententiam diſcedere 587
pedibus trahere 400
pediculi plantarij 1103
pedum viſa eſt 791
pegaſo velocior 937
pelus Babys tibia canit 592
peliam recoquere 1352
pellem caninam rodere 525
pellenæa tunica 737
pelopis talenta 229
penelopes telam retexere 170
penic ſtare 735
pennas addere 1190
pennas incidere 1407
pennas nido maiores extendere 254
penſum perfluere 139
pentathli ſimilis 1547
penulam ſcindere 70
Peplo dignus 1548
pepones 915
per antiquum diem 791
Pergama non triſtia incolis 1284
per caliginem 136
perdere naulum 795
perdicis cruta 443
perdicis inſtar 2220
perdicis libido & vxoriæ 1518
perdidiſti vinum infuſa aqua 464
perdix congregat diuitias, &c. 1222
per eandem lineam ſerram reciprocate 1260. 1423
pereant amici, dum vnà inimici 1008
perendinum ventum prædicere 1
per fluuium traducere 1019
per genium alicuius deierare 156
pergræcari 922
per haſtæ cuſpidem currere 683
peribus ſi non feceris 971
periculoſum eſt canem inteſtina guſtaſſe 510
periculum prorę ſcis 591
perierunt bona 791
per ignem incedis 851
periit ſus 932
periſtromata campanica 1096
per manus tradere 993
per medium anulum traharis oportet 328
per nebulam caliginem videre, ſiue audire 1461
per parietem loqui 767
per publicum ne ambules 21
per quędam fideicommiſſa 1376
perque cruces perque ignem oportet irrumpere 488
perſæpe ſacra haud ſacrificata deuorat 498
per Satyram 1046
perſolæ nugæ 506
per ſomnium 139
perſonam mauult, quàm faciem 1150
perſonam non faciem gerit 1412
per tenebras quæ apud quercum 429
per tranſennam inſpicere 690
peruicacia ſtultitiæ dat pœnas 1129
phæacum more viuere 1375
phagones 1452
phallus Deo 747
phalaridis imperium 381
phanix ianua 787
phani oſtium 601
pharus 1428
phaſelitarum ſacrificium 592
phicidiſſare 718
phidias pacem amat 1142
phœnicidis ſchemata 1201
philippi de tenuius 999
philippi gallus 591
philoſophare cælum intuens 1557
philoſophari 1087
phile theſius crater 1045
philoxeni noti 730
philoxeni codicillus 1351
phœnicium mendacium 1178
phœnicum pacta 791
phœnice rarior 586
phœnice vinacior 435
phœnicis inſtar renouiſcere 1398
phœcenſium deſperatio 961. 1529
phœcenſium execratio 242
phœcis conuiuium 616
phormioni toti 644
phrygylidis mediocritas 1577
phryges tero ſapiunt 41
phrynichi luſta 801
phrynondas alter 835
phryx non minus quam ſpintharus 1186
phryx plagis emendatur 305
phyſcone impurior 1159
picea cum luteinis certat 317
pica ſitienem imitans 1363. 1419
pyxifer 958
pili non facio 29
pilulę ſunt glutiendæ non manducandæ 1583
pilos pro lana 317
pilus in medio 1105
pingui menſura 1103
pinguia minerua 46
pinguis venter non gignit ſenſum tenuem 802
pinus in morem 604
pirzus non fert vaſa inania 1026
piſandri galea & ſupercilium 1328
piſcator ictus ſapiet 41
piſcatur in aqua turbida 1529
piſcem natare docet 802
piſces magni paruulos comedunt 1447
piſces ne guſtato 27
piſcis eget ſale 1066
piſcis primùm à capite fœtet 945
piſcis repoſitus 110
piſcium vita 1383
piſtillo caluior 952
piſtillo nudior. 952
piſtillo retuſius 803
piſtillum exornatum 1392. 1477
pitana ſum 803
pithiæ myſi talenta 1426

Pithon formoſus 797
Pituitam à naribus allio & cepe detergere 1424
Placidæ 911
Placidè bos 395
Planus ſemel erura fregit 1525
Platano aſſimilis 1515
Plauſtra conuitus onuſta 286
Plauſtrum perculit 3484
Plena manu 400
Plenis velis 2007
pleno gradu 1113
pleno modio 1092
plerumque manus ipſa re præſtat 1440
plumbeo iugulare gladio 535
plura ſunt negotia quàm vocabula 1439
plures adorant ſolem orientem quàm occidentem 737
plures thriobolos, paucos eſt cernere vates 261
pluris oculatus teſtis vnus, quàm auriti decem 574
plurium calculus vincit 352
plus aloes quam mellis habet 316
plus apud Campanos vnguenti quam apud exteros olei fit 447
plus dat, qui in tempore dat 1439
plus oculis ſuis 1230
plus verrere quàm ſerere 1419
Plutus mortuus 1259
poculo imparato, amouet obicem dolio 1535
podex lotionem vincit 382
Polycleti norma 1301
Polycrates matrem paſcit 597
Polytimus primus obiecit probrum 1260
Polypi 499
Polypi caput 385
Polypi mentem obtine 65
Polypus ſcopulo affixus 1280
Pomarius Hercules 583
Pomum Athlantæ ſequi 1543
ponere ſupercilium 310
pons à tergo abruptus eſt 1534
Pontificalis cœna 717
pontus bonorum 1579
Porcellus Acarnanius 489
porcum immola 313
porcus Troianus 1104
porrectis pedibus dormire 301
porrigis tanquam elephanto ſtipem 1543
porta ſtineri longiſſima eſt 3007
potes tacere 1293
poſt acerba prudentior 954
poſt bellum auxilium 801
poſt cauſam vulneratam remedium quærere 1543
poſt folia cadunt arbores 623
poſt Marathonem pugna 947
poſteriores prioribus potiores 1436
poſterioribus melioribus 131
poſterius dictum 1109
poſtes tranſcendere 1330
poſt feſtum veniſti 344
poſt homines natos 1096
poſt hominum memoriam 1096
poſtica ſanna 924
poſtico diſcedere 1019
Poſt Leſbium cantorem 238
poſt mala prudentior 152
poſt principia 250
poſt rem deuotatam ratio 1111
poſtremi 1485
præficarum more 1120
præ formicis exilis 1205
prælio victus, non bello 1112
præmanſum in os inſerere 657
præmouere venatum 781
præ Nilo cataractis 1332
præpoſtere 1114
prandium calidum comediſti 54
præſens abeſt 603
præſente arbore, ligna omnes colligunt 1370
præſentem fortunam boni conſule 638
Præſentem mulge: quid fugientem inſequeris 730
Præſentia atque vina 1467
præſentibus rebus conſulendum 1089
Præſtat canem irritare quàm animum 1058
Præſtat habere acerbos &c. 917
Præſtat inuidioſum eſſe, &c. 980
Præſtat poſſidere quàm perſequi 1431
Præſtat vineæ vlmum eſſe, quàm hederæ 1331
Præſtat vni malo obnoxium eſſe quàm duobus 935
Præter plorare nihil 1461
Præter Sibyllam leget nemo 936
Prætextata narratio 1246
Prætuetur ancorę iactum Deus 943
Preces armatæ 1118
premere pollicem 309
Priamiſare 1263
Prieneuſis iuſtitia
prima facie 352
Prima felicitatis pars, ſapere 1227
Prima fronte 352
Primas iactare haſtas 1130
Primas lineas ducere 1411
Primas tenere 819
Primo crede mulieris conſilio, ſecundo noli 1531
Primo gradu 1439
Primoribus labris deguſtare 353
Primum Ægina pueros optimos alit 547
Primùm ſpes abigenda 1075
Primum cunabulum 1199
Primum Mars in filiis laudatus eſt 801
Primum quodque veriſſimum eſt 1507
Primum rectè valere, proxima formæ, tertio loco diuitiæ 702
Primus, ſecundus, tertius, primus, medius, nouiſſimus 1420
principatus Scyrius 238
principi obtemperandum 1119
principij ſum dimidium totius 89
principium medium finis 1052
prior occupauit 1148
prifca manus 1379
priſcis credendum 1101
prius antidotum quàm venenum 961
prius cauum à conuexo diſiunxeris 1543 1543
prius duo echini amicitiã ineant 536
prius locuſta bouem pariet 429
prius lupus ouem ducat vxorem 837
priuſquam aſſa ſit farina 376
priuſquam gallus iterũ cecinerit 644
priuſquam ignitus lapis enatarit 1249
priuſquam in medulla obrigueris 1207
priuſquam maſtaris excorias 735
priuſquam pinſueris, farinam ſubigu 1238
priuſquam ſortiaris communia deuora 799
prius teſtudo leporẽ præuerterit 320
prius vnda cum flamma redibit in gratiam 1412
pro amphora viceus 1548
pro aris & focis 1422
probaeſt materia, ſi probum adhibeas artificem 801
pro beneficentia Agamemnonem vlti ſunt Achiui 558
problema Archimedeum 1407
pro bonis glomi 796
pro cæco exoculatus eſt 837
proci Penelopes 1517
Proeridis telum 604
procul à Ioue atque à fulmine 150
procul à pedibus equinis 110
pro delo calauriam 948
prodico doctior 937
profectus ad Apaturia 762
pro eleganti medico malus poeta 773
profundum ſulcum 933
pro incerta ſpe, certa præmia 1448
Proletarius ſcriptor 1410
Prolixius Iliade 998
Pro malo cane ſuem repoſcis 801
Prometheus, Epimetheus 1512
Promus magis quàm condus 524
Pronomi barba 932
Prooemium rei 1241
pro pede Xenium
prope eſt 1458
pro perca ſcorpium 558
Propria vineta cædere 251
proprij nominis obliuiſci 501
prora & puppis 31
proſopion habet non proſopon 1517
Protinus apparet quæ plantæ frugiferæ futuræ
Proteo mutabilior 456
Proteruia ignominiam præcedit 1207
Protetuam fecit 341
Pro virgine cerua 1302
Prouocat & vincitur 1504
Prouoluitur ad mulios 800
Prudens in flammam mitto manum 801
Pſallium inicere 1052
Pſaphonis anca 112
Pſecas aut res 640
Pſyloteca 1009
Pſyra Bacchum 763
Pſyrice tacta 385
Ptolemaica lis 800
Publica priuatis potiora 1457
Pudebat reculare, & non audebant incipere 705
Pudor in oculis 419
Pudor vti timor 102
puer glaciem 446
pueri ſenesque 1003
puerorum crepundia 1202
pugna conſilia ſcindit 1206
pugnis & calcibus 685
pugno tenere 1048
pulchra apud pueros ſimia 1420
pulchre dixti 372
pulchrè fallit vulpem 992
pulchrorum etiam aurumnus pulcher eſt 142
pulchrum, bis ac ter 98
pulchrum ſepulchri elogium 1075
pullus de nido auolat 1532
pulmo prius veniſſet 996
pulmonis vitam viuere 1157
puluere extrito decertat 1380
pyrrhichen oculis præ ſe ferens 345
puſillum conſulere 1433
puniea fides, 303
pura à nuptus 636
purior cluuo 529
purgatis auribus 528
purior ſalillo 1290
puro pretioſus eſt purus 1542
purpura iuxta purpuram diiudicanda 421 421
purpura Megarenſium 1577
purus putus 1098
puſillus quantus Moſon 791
puteus ſi hauriatur melior euadit 1245
putre ſalſamentum amat organum 497
pygmæi vel Thiodamas cum hercule 1445
pygmæorum acrothinia coloſſo adaptare 916
pygmæum imponere coloſſo 1407
pyrauſtæ gaudes gaudium 734
pyrauſtæ interitus 344
pyri finem ſacies 1529
pyrrhandri commentum 773
pyrrhonia hęſitatio 1318
Pythagoræ ſymbola 1417
Pythiæ Myſij talenta 1496

Q

QVa apud inferos 178
quadrantaria Clytemneſtra 1178
quadrante dignum 1160
quadra propria 1121
quadratus homo 1060
quæcunque in ſomnio videntur 291
quæ da-

quæ dantur 937
quæ deciderint ne tollitas 15
quæ dolent,ea molestum est cõtingere 920
quæ ex antiqua 852
quæ ignoramus aspernamur 1475
quæ non posuisti ne tollas 764
quæ quis ipse facit 1065
quæres obsonium,vestem perdidi 545
quærenda facultates, deinde virtus 639
quære peregrinum 1154
quærulus in amicitia 952
quæ semel ancilla nunquam hera 1000
quæ ob alis fiunt 458
quæ supra nos nihil ad nos 247
quæuis terra patria 464
quæ vncis iunt vnguibus ne nutrias 23
quæ in re clarus quisque est, ad eam properet 1424
quæso demens illi chlamydem dilperdit? 2411
qualis canicies loquitur 1356
qualis hera,tales pedisequæ 1001
qualis virtutis oratio 241
qualis hera talis & canis 2300
quàm aper aprum similes 188
quàm facilè canis exta edit 1385
quàm facile vulpes pyrum comest 793
quam in tragœdia comici 1113
quam Cilonia ex demetrio 1122.1155
quam quisque norit artem in hac le exerceat 461
quàm curat testudo musam 630
quando id fieri non potest,&c 799
quanquam non dixeris,tamen apparet è pelle 774
quanta mus apud Pisam 493
quanta vix calo capi possit 1054
quanto asinis præstantiores muli 692
quanto verborum stillat auro 1245
quantum aquila culicem 1270
quantum ex Bacchanalibus 911.1151
quantum habet 958
quantum non mihi libet cherret 809
quantum pedes nostri possunt 1468
quantum pedibus petes 1050
quantum vbique possunt duo oboli? 1412
quantum vel Midam satiarit 1171
quarta luna nati 61
quasi dies dicta sit 1686
quasi locum in balneis 657.1420
quasi lupus ab armis valeo,clunes infractos gero 1538
quasi Nauplius Capharco redita 1144
quasi mappa missa 1257
quasi millus canj 978
Quasi Nembroth robustus venator 1576
quasi Sortium esset 973
quasi thesaurum draco 1399
quatuor habens capita 1397
quatuor obolis non æstimo 631
quauis re dignus 300
quem Cos nõ nutrit,illum nec Aegyptus 1223
quem fortuna pinxerit 109
quem mater amictum dedit obseruare 144
qui amãt ipsi sibi somnia fingunt 499
qui apud inferos sunt termones 639
qui arat oliuetum 397
quibus è conticiet,hic vates optimus 496
quibus nec ara,neque fides 836
qui canem alit externum &c. 743
qui celocem regere nequit onerariam petit 1367
qui circa falem & fabam 34
qui comederit de ouis corũ,morietur, & quod consortum est, erumpet in regulum 1572
quicquid dominatur vim Dei habet 1542
quicquid in buccam venerit 210. 1462
quicquid in linguam venerit 210
quicquid licet minus desideratur 1424
quid Achiuos à tuere iudicatis? 930
quid ad farinam 804
quid ad Mercurium? 730
quid barbiton crocoto loquitur 1342
quid cæco cum speculo 841
quid canj & balneo? 868
quid cothurnus cum claua 1336
quid delphino & boui commune 1223
quid de pusillis magna prœmia 755
quid distent æra lupinis 144
quid lecytho cum strophio 1270
quid nisi victis dolor 557
quid non fies profectus Athenis? 611
qui domi compluitur, &c 951
quid opus erat longis canere tibiis 218
quid primum aut vltimum 460
quid si cælum ruat? 208
quid tandem non efficiant manus 836
qui tibi Apollo cecinit? 611
qui è nuce nucleum esse vult, frangit nucem 638
qui festinat est pedibus offendit 1526
qui honorat, seipsum honorat 1426
qui imbuerit in cauernam formicarum &c 1015
qui lucerna egent, infundunt oleum 1042
qui luxuriosus est, necesse est vt & auarus sit 1014
qui medicè viuit, viuit miserrimè 1472
qui modus equitum 612
qui mori nolit ante tempus 109
qui multa rapuerit pauca dederit, saluus erit 456
qui mulcet obsuit 996
qui nimium properat, serius absoluit 791
qui nocere potest, & idem prodesse 1142
qui non litigat,cœlebs est 935
qui non zelat 105
qui omni in re,& in omni tempore 638
qui per se sufficit 1144
qui plura ambit malè adstringit 1533
qui possim ab hoc epulo abesse 406
qui prior lis sit 1127
qui probus Atheniensis,&c 919
qui quæ vult dicit, quæ non vult audiet 39
quis aberret à ianua? 835
qui semel scurra,nunquam paterfamilias 506
qui se non habet, Samum habere postulat 289
quis ereburades &c 1162
quis isthic fluuius,quem non recipiat mare? 1554
qui sitiunt silentio bibunt 1338
qui sole relicto venis 1263
quis parentem laudabit, nisi infelices filij 639
quisquis tardè venit ad cænam 1013
qui te conspexerit, augurium capere poterit 1542
quis vlus cepis putridi? 730
quis vitat molam,vitat farinam 746
quocunque pedes ferent 374
quo curris potius quàm ad ephebum 1206
quod alius condiuit coquus, aliter condiam 928
quod cani cum balneo commercium 1519
quodcunque in solum venit 799
quod datur 1117
quod dedi, datum nollem 521
quod dici solet 1069
quod dubites,ne feceris 1426
quod factum est, infectum fieri non potest 496
quod fieri non potest, nec incipiendum quidem est 1129
Quod in animo sobrij,id est in lingua ebrij 414
quod index auro, id aurum homini 519
quod magis inter organa 1338
quod non opus est, asse carum est 983
quo l pulchrum est placet 1535
quod pulchrum,eodem amicum 1047
quod recte datum est 1074
quod sal caret 1353
quod scis nescis 799
quod volumus sanctum est 1033
quod vtile,honestum 1051
quo fata trahunt, retrahuntque sequamur 1500
quorsum opus amicis, si modò saueat Deus 1419
quos non tollerent centum ægyptij 790
quot aquæ poculis mare constet 1580
quo terrarum taperis 1136
quo transgressus,&c. 879
quot homines tot sententiæ 118
quot illicis folia, quot fluctus insulæ 1424
quot serui tot hostes 476
quum adhic vinã fornicam quæris 929
quum aqua fauces strangulet 396
quum ipsi ipsis facta creauerit, ipse carnifex fiunt 662
quum ex silis tuum redit pedem 959
quum licet fugere, ne quære litem 775
quum multa peperit 213
quum nihil careat sudore 743
quum parula est, nulla videtur spina 749
quum plurimũ laborauerimus,in eodem statu sumus 415
quum sis nauus cede 530

R

Radicitus 1056.1057.1183
Radix vsque ad cutem 739
rana cum locusta 1099
Rana Gyrina sapientior 405
rana scriphia 195
ranæ aquam 801
ranis vinum præministras 473
rapina cotytis 852
rapina rerum cinnari 637
rara auis 401
rarum,carum, 1386
ratio apparet argentum 1405
Ratio quidem apparet &c. 1078
ratio sapienti pro necessitate 1426
recoquere 1146
recoctus 1456
rectam ingredi viam 787
rectam inflare viam 1142
rectam inflare viam 1159
rectis an inclinatis hastis 1410
recto pectore 1023
reddidit harpocratem 919
reficere cicatricem 250
reges,visit: bis eos virga ferrea 1521
Regia vaccula 636
regiè & crudeliter 1485
regis cerebrum 244
regum aures multæ,& oculi 72
regum longæ manus 73
regum perfarum mollities 1576
reiiciens culpam 1145
relinque quæpiam & medis 218
remi non tetigisse 928
rem factam habere 132
remis velisque 260
rem non nouam aggredi 1541
Remum ducere oportet qui didicerit 105
repagula aperire 154
repastinate 713
repente tanquam procella 1427
reperire rimam 725
reperit Deus nocentem 559

Reperit patella operculum 1368
rerum reliquiæ habenas 1489
res ad Triarios redit 37
res Cannaca 612
res in cardine 36
res indicabit 766
res in foro nostro vertitur 799
res palestræ & olei 1131
respublica non capessenda 20
respublica virum docet 960
respublica nihil ad musicum 1072
res sacra consultor 410
rete insas 1334
retibus confert nihil tamen capit 1384
reti ventos venaris 174
revoluto mantello 1541
rex 1499
rex aut asinus 988.1148
rex eris 1538
rex Iupiter omnibus idem 1499
rex sum 1100.1143
rhadamantheum iudicium 637
rhadamanthi iusiurandum 637
rhamnusia Nemesis 568
rhamnusius 790
rhegnis timidior 636
rhodij sacrificium 571
rhodiorum oraculum 571
rimosus 1459
risus Cauponis 1589
risus Chius 210
risus Ionicus 209
risus Megaricus 209
risus profundior lacrymas parit 1532
risus Sardonius 775 776
risus Syracusius 571
rodere casses 1147
roma quicunque homines moriuntur 1410
romana libertas, latina libertas 1414
romanus sedendo vincit 365
romulus 1485
rore pascitur 965.1500
rosam cum anemona confers 571
rosam quæ præterierit ne quæras serum 571
rosas loqui ibid.
Roscius 1401.1044
rota plaustri mali vncta stridet 1531
rotundæ, quàm quadratæ mensæ præstat accumbere 1534
rubo arefacto præfractior 434
rubrum alij quid ne suscipias 1417
rude donare 334
rudem accipere ibid.
rudens omnis disruptus est 1349
rudentes & remos cum armis commutauit 739
rudius ac planius 46
ruit cælo nox 1500
ruminare negotium 844
rumor publicus non omnino frustra est 1060
rupea ancora 917
rurestris locusta 1273
ruris fons 575
rursum prorsum 1147
rus ciuitas 572
rusticanum oratorem ne contempseris 572
rusticanus Oenomaus 1210
ruta cæsa. 969

S.

Saburratus 841.1149
Saccularia opera 1543
Sacer manipulus 1019
Sacer pisces 1022
Sacra hæc aliter non constant 527
sacram ancoram soluere 38
sacra nihil sunt præter malas & corrumpi 798
sacrificandum quo nomeno superis & inferis 21
sacrificare noli sine farina 26
sacrum ignem ingerere illi nefas 1255
sacrum sine fumo 361
saga sumere 1405
sagena ex omni genere piscium congregat 1516
saguntina fames 348
salacones 1125.1155
salaminia nauis 733.1540
sal & risus 34
sal & mensa 1090
salis onus vnde venerat illuc abiit 289
salem apponito
salem & caseum edere
salem & fabam 783
salem & mensam ne prætereas 224
salem lingere 837
salem vehens dormis 289
sale conspersi 1359
sale & aceto 1113
sale emptum mancipium 259
sale nihil vtilius 1088
sale perunctus hic adiuuabitur 751
saliares dapes 1090
salillum animæ 1111
salmoncus alter 1155
saluam imbibere 509
salua prima 1141
sal patriæ pluris faciendus est, quam hospitis mensa 1426
salsitudo non inest illi 487
salsuginota vicinia 237
salue æternum æternúmque vale 1500
saluete equarum filiæ 1064
sambico grauiora patitur 62
sambucam citius 789
samij literati 1011
samiorum fluires 636
samiorum bura 849
samiorum mala metuis 926
samium comatum 851
sanimites 1560
sanæ corporis parti scalpellum adhibere 1405
sanguine flere 522
sanguine caret 1455
sanguinis plenus 1455
sanguis & anima 1230
sanguis integer 1444
sanguis meus 1501
saniot est pisce 981
sannas 1325
sapere dæ videmur, quam simus 1181
sapere patruos 514
sapiens alius ab alio 1585
sapiens diuinat 1026
sapiens non eget 1056
sapiens sua bona secum fert 989
sapientes sunt qui veteri vino vtuntur 1402
sapientes tyranni sapientum consessu 798
sapientia gubernator nauis 1121
sapientia in exitu caritur 1421
sapientia vinc cibum beatur 451
sapientum octauus 322
sapit demorsos vngues 1146
sarabaitæ 1442
sarcinator summum centonem 1122
sardanapalus 835.1434
sardi venales 223
sardonius risus 1488
sarmentarii 1475
sarone magis nauticus 732
sarpedonium litus 635
sartaginum pernicies 1314
sarta tecta 995
satietas ferociam parit 840
satis quercus 153
saturnæ lemæ 421
saturnia vita 1272
saturni hostia 1459
saturninus 1541
saturni podex 746
saturnius oculus 1290
satyrorum rex 1252
satyrus patris amator 1577
saufcium me putas 1579
saul inter prophetas 1507
saxum voluere 515
scabrosior leberide 727
scæua 1231
scapha lignea 1280
scaperdam trahere 1260
scarabei vmbræ 718
scarabeo citius persuaseris 1073
scarabeo nigrior 718
scarabeus aquillam quærit 817. 818
scarabeus citius faciet mel 1056
scelera non habent consilium 1469
scelera nunquam defuit ratio 1508
Schema & gradus 1385
Schœnicolæ 1095
scindere glaciem 798
scindere penulam 70
scintilla etiam exigua in tenebris micat 1531
Scipioni arundineo inniti 577
scit quomodo Iupiter duxerit Iunonem 966
scommata Dionysiaca 1231
scopæ dissolutæ 217
scopas dissoluere 217
scopulus reorum 1582
scopum attingere 365
scruptæ 1097
scrupulum inicere 1001
scrutarius & 1250
scrutta laudat scrutarius 1185
scytale trestis 433 434
scytha accitsans asinum 466
scytha malus 1091
scytharum oratio 477
scytha um solitudo 798
secundos ventis 536
secundo æstu 535
securi fores aperire 580
securim inicere 1405
sedecim pedibus superauit 771
sedens columba 795
sedet 1459
sed quis custodiet, ipsos custodes 1462
segnicta sunt Merthæ ac Siloam fluenta 763
sellam oleo ne absterseris 25
sellisitire 967
semel in laqueum vulpes 1203
semel rubidus ac decies pallidus 798
semper adfert Libys mali quippiam 832
semper agricola in nouum annum diuers 634
semper aliquem virum magnum 1106 1148
semper aliquid in Cydonis domo 437
semper felicitet eadunt Iouis taxilli 120
semper graculus assidet graculo 84
semper Ilio mala 913
semper me tales hostes insequantur 610
semper simulem ducit Deus ad similem 84
semper leontini iuxta pocula 125
semper seni iuuenculam subtice 798
semper superioris anni prouentus melior ibid.
semper tibi pendeat hamus 342
semper virgines furiæ 635
senator absque prouocatione, legatus sine mandatis 1399
senecta leonis præstantior hinnulorum iuuenta 972
senescit bos 760
senem erigere ibid.
senesco semper multa addiscens 314
senes mutuum fricant 294
senex 1432
senex Acheronticus 1480
senex bos non lugetur 635
senex fatiscens 1296
senex fias maturè 98
senex, vox & vmbra 1334
senis doctor 98
senis ira 1337

Senis mutare linguam 98
Sentina Reipublicæ 1516
Senium consilia, iuuenum lancea 1141
Septasia dignus 1383
Septennis quum sit, nondum edidit dentes 435
Septimani tragœdi 1519
Septimus bos 374
Sequitur perca sepiam 991
sequitur ver hyemem 527
Sera in fundo parsimonia 452
Sera vota 1489
Serenitati nubem inducit 968
Serere ne dubites 90
Seri & meri 1505
Sermo bonus improbo animo non committendus 21
Sero Iupiter Diphtheram inspexit 373
Sero molunt Deorum molæ 979
Sero sapiunt Phryges 41
Serò venisti, sed in colonum ito 635
Sero venisti 961
Serò vidit iustitiam 1127
Serpens eiiciendus è domo 1529
Serpens nisi edat serpentem, draco nuntiet 747
Serpentem foues, & is te 1287
Serpentis oculus 356
Serra gloriatur contra trahentem 1522
Seruabis bouem 889
Seruatori tertium 607.608
Serui Comici 1445
Seruiles in animo pilos habere 1443
Seruilior Messena 635
Seruilis capillus 475
Seruire Scenæ 65
Seruorum ciuitas 636
Seruum haud veho 851
Seruus non est qui mortem negligit 1217
Seruus quum sis, comam genis 635
Seruus seruo præstat, Dominus Domino 440
Sesquiulysses 1412
Sex congios capit 1347
Sibi canere 796
Sibi ipse exitii author 1151
Sibi parat malum qui alteri parat 1065
Si bouem non possis agas 609
Sibylla vinacior 919
Si casum haberem, non desiderarem obsonium 774
Sicco iunco 1088
Si cornus posset tacitus pasci 927
Si crebro iacias, aliud alias gesseris 76
Sic est ad pugnæ partes re peracta veniendum 641
Sicula aula 1564
Siculæ nugæ 506
Siculissare 795
Siculus mare 468
Siculus miles 796
Siculus Omphacizat 535
Sicyon arrodens vxor lacernam texe 991
signum bonum aut malum 740
Si iuxta Claudum habites, subclaudicare disces 376
Si laueris te nitro maculata es 1514
Silani Alciadis 731.732
Silentii tutum præmium 779
Si leonina pellis non satis est, vulpina addenda 796
Si meus ille stylus fuisset 374
Simia barbata seu caudata 795
simia fucata 842
Simia in pelle leonis 1146
Simia in purpura 261
Simia non capitur laqueo 365
Simia simia est, etiamsi aurea gestet insignia 261
Simiæ sanguinem profudisse 1414
Simiarum pulcherrima deformis est 545
simile gaudet simili 83
similem semper ducit Deus ad similem 84
Similes habent labra lactucas 376
similes videntur capituis ex pilo 850
similia cupresso 1515
similior ficu 610
Similis Thraci in Thracem compositio 1537
Simiolum obtueri 1213
Simone rapacior 1279
Simonidis cantilenæ 633
Simonidi longus sermo 1582
Simul & da & accipe 610
Simul & dictum & factum 645
Simul & misericors est, & interiit gratia 700
Simul sorbere & flare, difficile 460
Simulachrum pactum 1221
Sinapi callidior, sinapi tueri 1487
Simulare cupressum 190
Sinapi victitare 1002
Sincerum vas incrustare 142
Sine capite fabula 35
Sine canibus & tectibus 1070
Sine Cerere & Baccho friget Venus 505
Sine Corollario non recedere 1520
Sine cortice nobis 306
Sine pennis volare haud facile est 796
Sine personis lasciuire 1422
Sine risuale dilipere 400
Sine sacris hæreditas 138
Sine sanguine 1143
Sine vt incolumis redeat 1018
Sinistras literas doctus 1160
Si non adsunt carnes caricho contentos esse oportet 522
Si non hominum, saltem solis bos pudeat 1451
Sinopissare 1277
Sinopissas 732
Siphnia arra 1157
Siphniassare 797
Si quid mali, in pyrrham 707
Si quis iuxta ciuitatem clypeus 917
Siren amicum nuntiat, apis hospitem 610
Sirenas prætranauigare 1392
Sirenibus ad persuadendum aptior 1281
Si solus sapias, nempe quis vsus erit 1509
Sisyphi artes 835
Sisyphus 1355
Si tanti virum, quanti Margaritum? 956
Si tibi amicum, nec mihi inimicum 405
Si tibi Machæra est, & nobis vrbina est domi 634
Si tu proreta, ego gubernator 1091
Si vinum postulet, pugnos illi dato 558
Si vultur es cadauer exspecta 261
Smaragdus in luce obscurus 761
Smyrnæi mores 1306
Socratis gallus, aut callus 1120 1154
Sol Apollo, & Apollo sol 1189
Sol exorere 1384
Sol non inuidet vesperæ 1201
Sol omnia aperit 1561
Solis mensa 1517
Solis lumen inferre 534
Solem adiuuare facibus 1057
Solem aduersus ne loquitor, ne meuto 23
Solem manibus gestare 1542
Solem mercede præstare 1561
Solem, ventum aduersum, auersum habere 1533
Solidæ petræ innitendum 1507
Solœcus 1365
Soluere nodum 30
Solus currens vicit 338
Solus sapit 488
Somni plenus 1309
somnium 316
somnium hybernum 2087
somnium non vidit 1118
somnus abest ab oculis 616
somno mollior 1129
Sontica causa 2099
Sophoclei 475
Syracus malorum 1413
Sortem & vsuram persoluere 1044
Sotherichi lecti 970
Spartæ serui, maximè serui 1081
Spartam nactus es, hanc orna 529. 530
Sparsis redemerunt crimina nummis 1421
Speci precio emere 504
Speraut omnes quæ cupiunt nimis 1509
Sperat hinc aliquam duram offare 1145
Spes alit 1415
Spes alunt exules 703
Spes frustrata 2149
Spes seruat afflictos 975
Spes subuentanea 1372
Sphæra per præcipitium 151
Sphæram inter scite reddere 705
Sphettius 1321
Sphingis ænigmata dissoluit 1191
Sphondyla fugiens pessimè pedit 837
Spicilegium relinquere 1421
Spinæ se inuicem complectuntur 1523
Spinas colligens 1309
Spinosum aliquid in prato 1546
Spithama vitæ 455
Splendida cœna famem nō sedat 1158
Sponde, noxa præsto est 257
Spongiæ 1562
Spongia medebitur 1562
Spongia mollior 273
Sponsi vita 645
Spontanea molestia 989
Squilla rubicundior assa 1318
Squillas à sepulchro vellas 480
Stateram ne transgrediaris 17
Stateræ partes 1520
Statuam faucibus colas 767
Statua tacitur.ior 962
Statua viatores omnes intuens 1323
Stellis signare 204
Stellis signare viam
Stentore clamosior 478
Sternutauerunt amores 1502
Sternutauit 1579
Sterilem fundum ne colas 1056
Sterilior agrippo 552
Stimulatrelconem 55
Stoicus Deus 1586
Stragula semper conuoluta habeto 25
Straton Pethicus 1442
Strenuis abunde dictum puta 1461
Striges 1488
Strigilis 1505
Strychnum ibit 312
Strumam dibapho tegere 1118
Struthio 1452
Studium generat studiū, ignaui ignauiam 1426
Stultior Corœbo 644
Stultior Melitide 976
Stultior Morycho 629.630
Stultitia est lonem putare effe 644
Stulto ne permittas digitum 780
Stultorum thesaurus, maledicentia 1519
Stultus factum cognoscit 41
Stultus qui patre cœlo liberis pepercit 372
Stultus sapit malo accepto 42
Stultus stulta loquitur 69
Stupa senticulus 644
Stupidior Praxillæ Adonide 632.
Stylo ferreo scribat 1522
Stylum vertere 206
Sua cuique rei tempestiuitas 1507
Suade lupis vt insaniant 964
Suā quisque homo rem meminit 918
Suaue me suffocet 1446.

sua fronte 1424
sub aliena arbore fructum 1037
sub cultro liquit 667
subditiuius es 952
subere leuior 505
Subernus 1152
subtricere pedibus Acherontem 1538
subitò alius 972
subiugus homo 952
sublata lucerna nihil discriminis est inter mulieres 772.& 1479
sub manu 1519
sub omni lapide Scorpius dormit 166
sub pallio condere 1425
subrostrani 1550
sub tecto imbrem exaudire 1237
sub tunica & sinu 1424.1425
subuentanea pars 834
subula leonem extipere 1402
sub vnam myconum 1474
successum fortuna, experientiam laus sequitur 1513
succisiua opera 4011
sufflammate 1427
suffragia emendicata 1540
suffragium optimum 1079
sui cuique mores fingunt fortunam 512
sullia absumpta, bouem ne expectes 1162
sumbula harmonia 1309
sumbus typus 1298
sulcus Ægyptij Libyę arenas non curat 158
summam manum addere 87
summaria medicamina 636
summis auribus inuidet 1335
summis ingredi pedibus 955
summis labris 353
summis naribus olfacere 374
summis vnguibus tangi 437
summis veteribus 474
summo digito caput scalpere 305
summo pede 1086
summum fastigium imponere 86
summum ius summa iniuria 364
summum cape & medium habebis 474
sumptus censum ne superet 1496
sunt & aliæ vulpes 1233
sunt omnia recte 1563
suo Claudio stultior 1582
suo ipsius indicio, periit sorex 140
suo ipsius laqueo captus est 53
suo tumento sibi malum accersere 42
superarus es Agallo quopiam 641
superauit dolum Troianum 192
superet hominem 1088
superfluens 2487
superis impari numero sacrificandum 121
super te hæc omnia Lepturge 934
supra clepsydram dicere 1348
supra sumum clauus 1374
supra Simonidem memor 1232
supremum fabulæ actum addere 87
surculum defringere 1135.1403
surculus surculum ferens 1124
surdaster cum surdastro litigabat 773
surda testimonia 794
surdior Toronæo portu 632
surdior turdo 632
surdo canis 180
surdo fabulam narras 180
surdo oppedere 171
surgens è lecto, vestigium corporis confundito 26
surgentem auscultari auenam 1531
sursum ac deorsum 145
sursum versus sacrorum fluminum seguntur fontes 122
sus acina dependes 761
sus comessatur 794
sus cum Minerua certamen suscepit 47
sus in volutabro cœni 955
sus legendo deligenda arbor 363
sus Mineruam 46
sus Parmenonis 33
sus per tosas 835
suem tenetur 608
sus sub fustem 609
sub tubam audiuit 167
suspensa manu 962
susque deque 145
sustollere manus 1076
sustine & abstine 588
suum cuique pulchrum 78
suus cuique crepitus bene olet 757
sutorium atramentum 794
sybaris 1362
sybaritæ per plateas 454
sybaritica oratio 243
sybaritici sermones 1032
sybaritica calamitas 454
sybaritica mensa 453
sybaritici libelli 1101
sycophanta 497
sydera addere cœlo 937
syllogismus chlamys 380
syracusana mensa 454
syrbenæ chorus 598
syri aduersum Phœnices 1174.1458
Syrus quum non sis, ne syrissa 748

T

TAbellis obsignatis agere 1225
Tabernariam exercet fronte 1422
Tacito pede 395
taciturnior Pythagoreis 957
tactus aratro est 1487
tænarium malum 649
talaria inducre 90
tale ingenium qualis oratio 1455
talem oportet ducere aut non ducere 1547
talia gignit bellum 1104
talis quisque est quales quibuscum familiaris 1420
talos scabere 1532
talpa cæcior 137
talum à sacra linea moueo 39
tam in prochiri quàm imber 954
tam multa quam sapiens 1063
tam perit quàm extrema faba 977
tange montes & fumigabunt 1519
tanagreus cetus 1033
tangere hulcus 250
tanquam ad aram 1080
tanquam argiuum clypeum abstulerunt gloriatur 617
tanquam Chalcidica nobis peperit vxor 663
tanquam conchylium discerpere 617
tanquam de narthecio 983
tanquam de specula 1109
tanquam fungus suffocat 1191
tanquam Gorgon conspecta 1350
tãquã heros in clypeo excipere 602
tanquam in nocturno prælio 1304
tanquam id Phidiæ 619
tanquam in speculo 846
tanquam in tabula 486
tanquam libri 1389
tanquam meos digitos 528
tanquam meum nomen ibid.
tanquam ouis meridiana 1386
tanquam Palladium 1388
tãquam pauo circumspectans se 1312
tanquam pelues complosę 1389
tanquam si pupillas moueas 1169
tanquam suber 804
tanquam super spinas incedere 1423
tanquam torrens 1203
Tantali horti 810
tantali lapis 632
tantali mensa 1302
tantali philotesia 1221
tantali talenta 229
tantibus alius est simul atque viderit ignem 498
taurica ara crudelior 1305
tauricum tueri 839
taurus abiit in syluam 48
taurus Draconem genuit & taurum Draco 1360
tecum habita 252
teipsum inspice 950
teipsum laudas 597
teipsum non alens canes alis 553
Telesinus genius adest 63
tempestas ingruit 1285
tempestas terum 1119
templum execrationis 106
tempore pacis cogitandum de bello 1427
temporibus seruire decet 1443
temporis punctum 455
tempus omnia reuelat 507
tempus omnium explorator 1558
temulentos dormientes non est excitandus 813
tela araneæ 1195
telam texere 1445
telchines 1316
tele machi olla 920
telesicia echo 950
telesico pauperior ibid.
telephi cirparium ibid.
Telephus 1452
Telephus è petulâ 1185
teletis animum habes 1229
telluris onus 270
telo non æquè opus facto est 1551
telum ira facit 1499
tenedia bipennis 337
tenedia regula 1239
tenedius pationus 910
tenedius tibicen 554
tenedius homo 909
tenedius vir 1475
tenebras inducere rebus 1397
teneri calidis balneis 694
tenentes ad Troiam peruenerunt Græci 445
tenuem nectis 631
tenui canali 878
tenui filo 378
tenuis spes 839
tenui vena 578
tenuiter 1142
tenuiter diducis 482
ter 631
terebintho fluitior 958
teredo ostium cur sollicitum 1484
terreria mala 64
terra amat imbrem 491
terra defossum habes 760
terra iacte & melle fluit 2524
terra prius dehiscat 693
terra volat 125
terræ filius 321
terræ intestina 514
terram continentem incolentes, mare desiderant 1379
terram & aquam poscere 1421
terram ne legas nauigando 1252
terram pro terra 472
terram video 1056.1408
terrestria balnea 631
ter sex iacit 1187
tertium caput 852
tertius Cato 322
testa collisa testæ 836
testa tenax odoris quo recens imbuta 509
testaceum flagellum 1016
testudinem equus insequitur 976
testudinem Pegaso comparas 318
testudines edite qui cepistis 63
testudinis carnes oportet aut edere, aut non edere 373
testudineus gradus 1113
testudo extra tegumen 1147
testudo volat 1418
testulæ transmutatio 412
tetigit lapidem à cane morsum 991
teucrum Pacuuij edicere 1404
teuthidum more 1011
Thasium infundis 712
Thasius bonorum 128
theagenis hecateum 744
theagenis munificentia 1163
theagenis pecuniæ 63
theatrum & apertis & claudi- 2188
themi-

Themistoclis vasitum 1160
Theramenes 1127
Thericlei amicus 744
Thersitæ facies 958
Thesaurus carbones 337
Thesaurus in agro absconditus 1523
Thesaurus malorum 137
Thessala mulier 121
Thessalica buccea 1157
Thessalicum numisma 1157
Thessalicus saltus 1157
Thessalorum alæ 120
Thessalorum commentum 120
Thessalus missus 1396
Theta præfigere 204
Thorycionem imitatus 1235
Thuritarum hircus 1239
Thraces fœdera nesciunt 581
Thracium commentum 365
Thrasybulo Dionysium dicitis esse similem 628
Threicia hirundo in labiis instrepit 1214
Thriorum complurium strepitum audiui 382
Thunnissare 581
Thurium lema 1022
Thyestea cœna 1282
Thymbra vicitans 490
Thymo nemo vescitur vbi adest caro 1189
Thynni more 780
Tibiam tubæ comparas 318
Tibicen vapulat 1038
Tibicinis vitam vivis 477
Tibicines mente capti 894
Tibi ipse Calendas edicito 1375
Tigranem salutare 1243
Timidi mater non flet 1010
Timidi nunquam flaverunt trophæum 364
Timidior es prospiciente 327
Timidior Pisandro 327
Timidus Plutus 830
Timonea cœna 1538
Timonia vita 1193
Timoniano more 1543
Timor tibi pudor 102
Tinctura Cyzicena 888 1441
Tinctura sardonica 619
Tineas pascere 628
Tinnire aures 1526
Tiresia cæcior 138
Titanas implorat 481
Titani 1461
Titanicus aspectus 581
Tithoni senecta 1246
Tithymallus Laconicus 638
Tito ad ignem 628
Titurillitium 1053
Titius 1138. 1500
Titio similis 1504
Tollat te qui non novit 286
Tolle calcar 443
Tolle digitum 759
Tollenti onus auxiliare, deponenti nequaquam 22
Tollere cornua 317
Tollere crinitas 317
Tolle tolle mazam quam ocyssimè scarabeo 651
Tollit supercilia 1465
Tollitur in cœlum clamor 1491
Tonderi pecus, non radi debet 1443
Tonitrus imbrem antecedit 1453
Torcular calcaui solus 1522
Torris de igne erutus 1522
Tortum digna sequi, potius quàm ducere funem 1480
Tota errat via 81
Tota hulcus est 1108
Tota vita 1376
Totam spirare Arabiam 1422
Toto devorato boue, in cauda defecit 748
Toto corpore 162
Toto organo 638
Toto pectore 163
Totum subuertere 686
Totus echinus asper 643
Totus fæceus 1504
Trabali clauo figere 1173
Trabem baiulans 1065
Trabs in omnibus 1036
Tractant fabrilia fabri 1148
Tradere prouinciam 515
Tradunt operas mutuas 294
Tragelaphos fingere 1550
Tragica simia 628
Tragice loqui 541
Tragici Cothurni strepitus 1254
Tragicum tueri 542
Tragicum malum, 951
Tragicus rex 551
Tragicus Theocrines 951
Tragœdias in nudis agere 627
Tragœdiam inficere 627
Trahere caudam 1550
Tranquillitate caluior 1321
Tranquillo quilibet gubernator est 982
Tranquillum æthera nauigas 174
Translatitiè agere 1546
Transilire scrobes 1583
Transuersum agere 628
Transuersum vnguem 286
Tredecim cubitorum 1102
Trepidat in morem cuiuspiam galli 442
Tres mulieres nundinas faciunt 1542
Tria cappa pessima 812
Tria salubernima 796
Tiria Theramenis cauenda 1372
Tribus bolis 840
Tribus minis insumptus duodecim imputat 584
tribus verbis 979
tributis potiorem 623
Triex 90
tricas conduplicare tellenas 1189
triceps Mercurius 852
tripuer senex 1378
tristis littera 1108
Tritogenes filius non Tritogenia 1273
Tritones piscinarum 1407
trium dierum commeatum 627
trium literarum homo 627
Trochi in morem 1058
Troia non producit Thracem 1545
Trutina iustius 552
tuam ipsius terram cala 965
tua res agitur paries quum proximus ardet 810
tua res tibi habeto 1075
tudiculam expoliuit 1163
turgida nomina 1158
tu in legione ego in culina 1109
tu ipse & liberi tui 1263
tuis te pingam coloribus 153
tu lepus es, & pulpamentum quæris 814
tunc canent cygni, quum tacebunt graculi 756
tunica pallio propinquior 148
tuo te pede mensura 153
turbinem felix prospecta 1327
turbine versatilior 1397
turdus ipse sibi malum cacat 53
turpe silere 585
turtur cantat 1302
turture loquacior 195
turturis instar male canis 1243
tussis pro crepitu 145
tute hoc intristi, omne tibi exedundum est 83
tuum tibi narro somnium 644
Tydeus corpore, animo Hercules 1273
tyria maria 977
tyrio bellicosior 1386

V

Vacuam inhabitare domum 1028
Vacuum vas altius pleno vase resonat 1532
Vaginæ quàm gladij plures 1538
Valeat amicus cum inimico 969
Vale charum lumen 593
Valet ima summis mutare 1442
Valetudo scalis 1518
Vallus vitem decepit 442
Valere pancratice 617
Vanæ coniecturæ 1144
Vapula papyria 977
Vas vacuum detergere 1501
Vates iocum auferat omen 1103
Vati non conuiciandum 1127
Vatum genus auarum 1128
Vbi amici, ibi opes 116
Vbi Atridarum scapha 1364
Vbi cerui abiecerunt cornua 549
Vbi deprehensum est quid erat occultum 1152
Vbi mures ferrum rodunt 1586
Vbi nec Pelopidarum facta 1243
Vbi non sis qui fueris, non est cur velis viuere 308
Vbi pueris, impera 966
Vbi quis dolet, ibidem & manum habet 446
Vbi timor ibi & pudor 102
Vbi tu Caius, ibi ego Caia
Vbi vber, ibi tuber 1422. 1529
Vecticulariam vitam viuere 1547
Vel acum inuenisses 834
Velatis manibus orare 1113
Vel à mortuo tributum auferre 418
Velatis manibus orare 1156
Vela ventis permittere 165
Vel cæco apparet 323
Vel capra nocentem mordeat 325
Vel hosti miserandus 811
Velim, nolim 1495
Velitari 1467
Velle tuum cuique est 1141
Vel Megaram vique 1010
Vel muscas metuit præter volitantes 208
Velocem tardus assequitur 283
Velut è specula 961
Velis equisque 159
Velut in cratere 961
Veluti Minervæ calculos 1288
veluti prati vitimus hos petit 1487
Velut vmbra sequi 840
Venari saculo in mari 176
Venereum tussiendum 527
Veneris expers 1262
Veneri suem immolant 617
Venia primùm petenti 347
Venimus ad summam lineam 841
Venter auribus caret 626
Venter solatium 1255
Venti campus 549
Ventis tradere 765
Ventis & scripturæ in aqua creditæ 1211
Ventis & mare & ignis seruiunt 1370
vento loqueris 180
ventorum stationes 548
vento viuere 1074. 1150
ventorum stationes 1151
ventos pascere 1240
ventos colis 173
ventre pleno melior consultatio 839
vestis vitium facit 694
ventrem mihi obiicis 585
ventrem non habere 1516
ventres 624
ventus neque manere sinit, neque navigare 537
ventura per diopetram prospicit 1208
vespa acerbior 1319
vespa cicadæ obstrepens 317
vesparum examen metuit Phrynicus velut gallus gallinaceus 1529
vespertilio 1082
vespertinum amant, matutinum oderunt 817
vestalium thoro purior 1344
veste circumferri ignem 944
vestigium ponere 1101
vestigia relegere 1390
Vestigijs inhærere 1099
Vetera tromte 1104
Verba Corinthia & Ionica 1161
Verba imporum Hermodorus 584
Verba sine penu & pecunia 1252

Verberare lapidem 550
Verbis conceptis peierare 1110
Verbis coquinariis 1072
Verecundia inutilis viro egenti 584
Ver ex anno tollere 1000
Vir fugiens denuo pugnabit 368
Veriora Bacidis dictis 1,13
Veriora iis quæ apud Sagram acciderunt 334
Veritatis simplex oratio 148
Vero verius 1074
Verpus 1450
Verlatilis Artemon 910
versatilior cardine 1378
vertere vela 347
Vetuccea statua 1113
Vetuccius 1197
ver vnicum inter anni partes 1336
vestis virum facit 694
vetera vaticinati 1094.1095
veteris monetæ 1307
viam extra publicam ne deflectas 23
viam qui nescit ad mare 603
viam per publicam ne ambules 21
vias nouit quibus effugit Eucrates 626
vicinum semper inuenies 1420
vicinus pedem mouens 1387
victitans succo suo 625
victi non audent hiscere 957
victus spinosus 1041
videberis,me videns,planè martem videre 750
videre mihi labda 924
vilis amicorum annona est 1548
vilior vitiosis pomis 1398
viliani 1498
vinaria angina 1052
vinaria sine vino expediri nō possunt 1423
vincat tuus tripes 1350
vincula Tyrrhena 941
vinculis hippocratis alligare 1422
vindicta velox 1127
vino vendibili suspensa hedera nihil opus 562
vinum animi speculum 1153
vinum caret clauo 473
vinum,equus poetæ 1148
vinum lac veneris 1398
vinum senem etiam vel nolentem saltare compellit 473
violento remigio 1337
vir fugiens haud miratur lyræ strepitum 368
virgo primùm 792
virgula diuina 68
virgultea scaphula Aegeum transmittere 414
viri iureiurando, pueri talis fallendi 743
viri senis astaphis caluaria 623
vita infortunati procul amici 626
viro clurienti necessè est furari 793
viro lydo negotium non erat 601
viro senì maxillæ baculus 651
vir sacer 1485
virum improbum vel mus mordeat 324
vir videbatur nauis supplicans scopulo 793
virtus gloriam parit 1069
virtus æterna 1126
virtus simplex 1053
virtute duce,comite fortuna 1100
virtutem omnem explica 1114
virtutem infortunatam despicere miserum 1379
virtutem & sapientiam vincunt testudines 527
visus fidelior auditu 1451
vita Charadrij 1408
vita de hariis 314
vita macerata 315
vita molita 945
vita sulla 1373
vitea floret & botrux maturuit 1369
vitiat lapidem longum tempus 732
vitilitigator 562
vitiosa nuce non emam 299
vitis & brassica 1472
vituamus 1486
[illegible] 80
viuis fama negatur 1497
viuit,incende ignem 6261
viuite,valete, 1498
viuorum oportet meminisse 95
viuum cadaver 503
viuum noueris 1110
viuum sepulchrum 503
viuus fueris vel cepe solum accipiens 798
viuus videnique 957
vixit,dum vixit,bene 793
vltra Catalogum viuit 792
vltra Epimenidem dormis 348
vltra herculis columnas 1397
vltra Hyperbolum 955
vltra Hyperboreos 1185
vltra linum [illegible]
vltra pedem 1427
vltra pensum viuit 247
vltra peram sapere 792
vltra res Callicratis 623
vltra septa transilire 383
vltro citróque 145.1435
vlulare cum lupis 1533
vlulas Athenas 75
vlysses 1496
vlysses pannos exuit 972
vlysseum commentum 625
vlysseus vinculum 1377
vlysseus remigium 662
vmbra pro corpore 731
vmbræ 32
vmbræ me prohibent 1283
vmbram suam metuere 208
Vmbram suam metuit 256
Vmbram suam ipsius metuens 1516
vmbras montium videre 1524
Vmoris macilentior 1307
Vna clamore Neadas superat 182
Vna cum ipso canistro 428
Vna cum ipsis manipulis 564
Vna cum templis & aris 980
Vna domus non alit duos canes 442
Vna hirundo non facit ver 273
Vna lauabor 603
Vna pertica 995
Vna scintica omnes impellit 663
Vna voce vincere 1337
Vocales literæ 1580
Vodarum in vinis 1017
Vadas numeras 171
Vnde excoquat seuum 847
Vnedo 1153
Vngues rodere 816
Vngubus vncis quæ sunt ne nutrias 23
Vnguis in vlcere vlcus 1405
Vnguium præsegmina ne cōmingito 23
Vnica filia duos parare generos 260
Vnico digitulo scalpit caput 304
Vni cum duobus non est pugnandum 1136
Vnicum arbustum haud alit duos erithacos 441
Vnione signare 1142
Vno digitulo 978
Vno salice complecti 224
Vno ore 331
Vnum aluearе 1303
Vnum ad vnum 446
Vnum augurium optimum tueri patriam 603
Vnum quidem sed leonem 1517
Vnus Deus,& plures amici 773
vnus lanius non timet multas oues 1529
Vnus vir nullus vir 199
Vocatus atque non vocatus Deus aderit 476
Voce optato 1303
Voces iactat inanes, dat sine mente sonum 1438
Volam pedis ostendere 1102
Volantia sectari 312
Volat 1499
Volaticum iusiurandum 941
Volens nolente animo 603
Volentem boucm ducito 96
Volsellis pugnare non gladiis 1410
Volsellis pugnare cum gladio 1423
Volutur dolium 946
Voluptas malorum esca 1446
Vomentum in numero 1333
Voracior purpura 497
Vorare hamum 550
Vorsuram soluere 363
Voti compos 1143
Votum munificum 624
Vox viua 80
Τυφομαζάν 579
Vrbanus nihil æqui cogitat 754
Vrit absque tora 963
Vsque ad aras amicus 709
Vsque ad rauum 923
Vsurx nauticæ 1086
Vsus alterа natura 1079
Vt Bagas constituisti 853
Vt canis è Nilo 351
Vt Corinthia videris &c. 852
Vt è bulga mattis 1154
Vt regeni cruum 1237
Vter 1419
Vter fastus plenus 1277
Viere curru, de asinis nihil laborans 831
Vt hoc oculis incumbunt 622
Vt herba holsticialis 1092.1093
Vt in velabro olearij 848
Vtinam domi sim 624
Vtinam mihi contingant ea quæ sunt inter Corinthum & Sicyonem 219
Vti nutrices lumiam 1296
Vt ouis lupum conspicata 1560
Vt pocorum delubra 1195
Vt lupus quem mortì [illegible] 1050
Vt ruri baiuli 1063
Vt Pidiæ signum 1138
Vt Phrygius amauit Pierian 1105
vt pr fluuius quando vt volumus [illegible] licet 307
Vtramque inflare tibiam 1555
Vtrangue paginam facit 507
Vtraque manu cedere 1547
Vtre territas 238
Vtrem mergis vento plenum 762
Vtrem vellis 175
Vtres,thylaci 1020
Vtroque nutans sent ent 813
Vtroque velo fugere 1261
Vtrunque 935.1142
Vt sementem feceris ita & metes 318
Vt sportum furunculus captare 1422
Vt templorum sacra 1398
Vua acerba immittit 1181
Vuæ passæ similis 1346
Vuida vita 1535
Vulcanium vinculum 623
Vulcanus tibi vaticinatus est 550
Vulgari pisci non insunt spinæ 1377
Vulgi errores non sequendi 21
Vulpes bouem agit 565
Vulpes haud corrumpitur muneribus 362
Vulpes pro leone 1548
Vulpi esurienti somnus obrepit 574
Vulpis reliquiæ 1180
Vulpina lingua 1278
Vulpinari cum vulpe 85
Vulturis vmbra 603
vulturius aut coruus 1483
Vultum demittit tanquam Telephus 1179
vultu sæpe lædituv pietas 1077
vxor feni sponso regina 1154

X

Xenocratem modestia superat 1379
Xenocratis calceolus 786
Xenocratis testimonium 1376

Z

Zaleuci lex 663
Zenone moderatior 380
zenonium est,& lentem coquere 1035
zoili 554
zonam deponere vel amittere 1436
zonam perdidit 188
zopyri talenta 663

FINIS.

IV. INDEX, ADAGIA GRAECA EXHIBENS.

Α

Ἀκίνδυνα μὴ θῆ- 35
Ἀκούσας αἰτίαν τὸ. Pigris semper est facilium 1475
Ἀγανεῖ ἢ εἴρουσι 836 Ἀδαμάζει 1094
Ἀγαλματα ἄγονα 1453
Ἀγαθὸ ἁμισταὶ 1030
Ἀγαμέμνονος ὑδροκοίτου 746
Ἀγλάγγους 1484 Ἀγωνιστάζει 787.1473
Ἀδικίζει 1012 Ἀξιωδίκη 1099
Ἀεὶ ὑγίεια τ' ἀγαθὸ· ἐμφανὲς ἄγαμος τ' ἀνεψιὸς 1565
Ἀ χερμαδὸς ἢ μαρμάρῳ· 1469
Ἀλαζὼν 1497 Ἀληθέρις 923.1155
Ἀλφεσίβοια 1483 Ἀμεί νιον 933
Ἀμαυσία 22 Ἀμαυτο 561
Ἀμαυρώσει σε φαεμέλαιφι 1425
Ἀμεξετοὶ 1263 Ἀμφιδαλεῖται 391
Ἀναπλάσσει 1474 Ἀναρίπτει 723
Ἀντιπολωγῶν 357.1435
Ἀπ' ἀπερισσοῦ 932
Ἀπάλαστον 1137 Ἀπάλαστρι 1401
Ἄρκα συμπόσια 1149 Ἄρκυος 1496
Ἀσεγυμνάζιδα 1434
Ἀσσαρ ειζει 1299
Ἀστεσυδίου 1034.1153 Ἀστοθωπίζειδ 1345
Ἀστρόδιτος τα 1154
Ἀσῦρκ μὴ θῆ- 1568
Ἀσχιστοι κ' ἀσχιῶν 1478
Ἀσχολίαν ἀλλότριαθ- 1495
Ἀρχίτεκτον ὑπόβολε 1461
Ἀσωμαῖθ- 1495
Ἀτάρπιτος 1289
Αὐτοβοῶ 1055 Αὐτοβοῖ 1148
Αὐτοκαὶ ἀλοιφατοκάνδυο 1480
Αὐτολέκυθοι 973. Αὐτόφωλ 1436
Ἀφωνότονος χαρὰ 1544
Ἀχίβολος 931

Β

Βατεπάϊος 942 Βατταλίζει 847
Βαυλωζει 1396 Βαβυλωνίδες 1397
Βλιτοπαμμος 1270
Βραδυς 1449
Βοῦφος & βοῦβορος 1342
Βόσκειος μέχο 1442
Βοτάλιον ευγθ- ibid.
Βρασίδαμείδη 930
Βοσπαχον incuruiceruicus 1311
Βωμολόχος βωμολοχύδαι 813

Γ

Γαλεὼ γαλεὼ· ὁμῶ 1279
Γαμηλίων 1008
Γλαῦκα εἰσὰ 1505
Γλαυκογάστωρ 1080
Γνώμα τὰ πλείστ' ἀρίστη 1148
Γοργασὼ 1342.1440 Γοργόβλεφον 719
Γυμνὸ ὁ φίλιππ 1465
Γρύζει 425 Γυμνασιαρχεῖ 1542
Γύργαθον φύσας 931

Δ

Δειλάκη 892
Δικαστὴς 1460
Δικ δικάσασθ 99
Διακαλαυλίζει 1095
Διαστραγαλοφθαλμῶ 1459
Διπλᾶ ἐστὶ ἀρίστα τὰ στοιχεῖα 1472
Δυβίσσιος 929
Δωρικὰ 1459
Δωρικίζων 1139

Ε

Ἐάσειδ αὖθις 1464
Ἐγκωμιαστικὰ μέρη 910
Ἐκκλησιάσεις μυδίων 1465
Ἐκάτης βλωτός 1559
Ἐκκλησίαι 787 Ἐκκωφωνῶσι 1295
Ἐκλεκτικοὶ 1476
Ἐκπεδαίτω 783
Ἐκ πίτακος ἢ τυλάρος 1476
Ἐκφυλλοφορῶσα 1098.1144
Ἐκφυλλοφορεῖδε 1144
Ἐλαφρὰ χάρις ἐ' εὐφημίας 1550
Ἐλάσατο μετρίως 1476
Ἐμβρόντητοι & ἐμβροντησῆρι 1481
Ἐν αὐτῷ πρ 1453 Ἐναλιος ὄχλ 1462
Ἐνδύσιμος 1300
Ἐν ὄκτησιν 1092
Ἐν τετραδίῳ 1505
Ἐναίμων ὕδρα 942
Ἐν ἀλφίτοις 1046
Ἐν τοῖσιδε ἠρωϊδίῳ 1477
Ἐνοὶ ἐ βόλιε 1490
Ἐπιχρω 1,12 Ἐπιμελίχθαι 753
Ἐς τέτορας γραφὰς 1406
Ἐ' ἑκατὸν 1424
Ἐῖπατε τὰ μοι 1115
Ἐξακοντίζει 1172
Ἐξάπαυρε 1425 Ἐξηχοῦδαι 1096.1323

Ζ

Ζευγηλάτιδος 843

Η

Ἡμεδάπιτον 963
Ἡ τοὺδὶ τοὶ 1149
Ἡ φαλὴ ὑ σπαλῆ 241

Θ

Θωτρόμος 1256
Θίσσυ θ- 1488
Θιασώτης αὐτοθ- 1442
Θρᾶττιν 1063

Ι

Ἰαυβίζειν 1026
Ἰκτὶς pellis 1440
Ἰόβακχος 662.1152
Ἰσπαμαῖν 703
Ἰστίσιν 1023

Κ

Καὶ τυφῶ δύνει 1462
Καπνογόραστε 1327
Καλλίπαις μαῖτις 1430
Καρικὰ 1345
Καταβομβύλιδαι 1441
Κατάπτατος 1477
Κῆ πεῖδα 1439
Κατιδίνειν δακτύλοις 1463
Καρκίνος 960.1467
Κεκραπε 1477
Κλωπιαζέτι 1342 κλωτιαζέτι 722
Κοινὸς ὄκλαμίζει 1477
Κορυβαντιᾶν 838
Κορυς 1430
Κρὶς τριπὶς ἀνάπαυσι 1540
Κωμῳδοτράγημα 1496
Κρο τειλιαμη 1016
Κυκλίζειν 1012
Κύβοι 1573
Κυβῶ 1444
Κυδιάνειρα 1262
Κύκλῳ ἐκ ἐλλειν 1040
Κυμινοπρίστης 1152
Κυπριακὴ μάλιστα 1444
Κυπρομάστιγα ἀθηνᾶ 1428

Λ

Λακεδαίμονα 1011
Λακωνίζειν 1092
Λάμπυκα 1465
Λαμπ- 1356
Λεπτοκαρυίας 926
Λιμοδαμείας 640
Λογχοδίαιμα 1245

Μ

Μάσθλης 1375
Ματιάζει 947
Μαλλοτειμᾶν 1071
Μαμᾶ κάσμει ερία 1558
Μανυβδίνα μάχαιρα 1460
Μανίγραμμοι 968
Μνημεῖον 1543 μνημοῦ 1.58
Μυσοφάγ- 1105 μυσοβαι 1034
Μυστηρίζειν 1145
Μυρίβιλιχα 1471 μυσάμυιος 1368
Μυσταρχαι 1025
Μύτης ibid.

Ν

Ναυκληροῦσι 1017
Νήστις εἶζεν, ieiunium olere 1470
Νικᾶ δ' ὁ παμβίβας πάρος 1565

Ξ

Ξανθιππιδῶν 1564

Ο

Οβολίζειν 1145
Οἱ εἶμι τρίτωδις σπαρδοστοιχεῖ· Ἀσύλλιον 1571
Οἰκοδομοῦσι τὰ μυρικὰ ἤδη πρωτηδὶ 1573
Οἰκοδομὶ οἰκαδὲ 1392
Οἰκόμα 1147
Οἰκεῖς μεγίας 1167
Οἰκοῦχος 1126.1143
Ὁμόσε βαδίζειν 1464
Ὀστρεόνων στεῖμον γοῦρος 1564
Ὀτρύσας κιγάστην 1451
Οὐκ ὄπορ οὐλ' ὄπωρ 1159
Οὐρεομαῖς 1208
Ὀφμαδὸς 1438

Π

Πάλαισμα 1464
Παντύτερα 1152
Παντοδρία 364
Φθρεσιναστηρίῳ 1347
Φθρ λίθοι ἄρκα θέσι 1474
Παχυμεροὶ huc παχυμερέστεροι 1438
Πείσεις ὁμορκαὶ 1488
Πεττάκια 1025
Φεγαναστήρια 1468
Πηγὴ αι. δρα 1573
Πιστοῖζειν 1154
Πλατανὴ τρέπει 1454
Πλάρης ὁ φιλοπότης 1547
Πλωτεῖ 1396
Πνιγμοὶ χρότε 1464
Ποιμένιον 1087.1143
Ποιμενὶς 1459
Ποιμανθῶμ 1441
Ποιητικὴ μάϊμη 1543
Πρὸ τοῦ ὀπτεῖοι, ὀπτοῦ 1444
Πτελεόνασε 1413
Πτισσιζειν 734
Πτωχὰ αζων 1142
Πυρὶ ἢ σκώληξ 1505
Πυρπαλαμη 1169

Ρ

Ῥαβδίζει 1453
Ῥαπτὰ ἐσθίοντα 1414
Ῥάφανος 465
Ῥυσοστόλους 925

Σ

Σπεῖρα δὶς χωσῖ 1569
Σπιλαμάχειν 1018.1472
Σπλαγ ἐδ- 1463
Σπυρὶς δίπλ 1481
Σπυρὶς βλίτῳ 439
Στρο. 1481
Σπυλάδες 1574
Σῦκωσις 1028
Σταγονιαθ- 1134
Σωμιλματα 1449
Συφετὸς 1108
Χῦμα ἢ τρομβλιτὰ 1440

Τ

Ταπεινοφθαλμία 1179
Τεγεατικὸς 1569
Τὸ μοιγ' ὑμεῖ λέγεις ὄπορ 1466
Τὸ σι χρῶ ξυμπι 1471
Τὰ τατρὶς ἐδ τὸ παρδὶν 1538
Τῶν ἄλλων ὑμεῖς ἀνὸ δ' Ἀστυφελίκτου χειρὸς 1569
Τριγλόβιον 1024
Τριπὶξ βάλλειν 1443
Τραγίζειν 1479
Τραγῳδεῖν 1449
Τριῶν μέτωπον 1445
Τύπα γε σκελαιβόλε 1484

Υ

Ὑδατος 1453
Ὑπισμαζεῖ 579
Ὑποβυσσήρη 952
Ὑπόξυλοι 1371
Ὑπομὶν 1462

Φ

Φαντασιοκοπεῖν 1119.1146
Φιλλίτας 1012
Φῦ πατερ 146

Χ

Χαμαιλεόντιδι 1142
Χαριτὰς 1139.1156 1453
Χαρὶ ἢ σοβὶ ἢ σάκη δωσέμεν 1460
Χάρης 1466 χαρὶς δίκλιν 1498
Χαπειμάτιον 18
Χάσκω ἢ πάσκω 1114
Χαυλιόδους 372
Χειμάζει 1423
Χρύσου φιάλον 1462
Χρυσόμαλλον δέρας, vellus aureum 1485
Χωμαλιστὴς 1071

Ψ

Ψαθύρους 763

Ω

Ὡς τοῦτο dicere 1510

FINIS.

fol 144334

Digitized by Google

~~201~~
~~K~~
~~6~~
201
K
6

Digitized by Google